HISTORIAE
ECCLESIASTICAE
Centuria XII.

PRÆFATIO.

SACRA Scriptura & universalis experientia testantur, populorum rectores, vel irâ, vel misericordiâ Dei Opt. Max. in Mundo exsistere. Non enim cæco casu res hominum volvuntur: Sed vel efficit Deus, pro suâ clementiâ & omnipotentiâ, bona; vel infligit, pro suo justißimo judicio, pœnas & calamitates, ac permittit mala fieri.

Irâ Dei, Magistratus mali dominantur; qui licentiâ, tyrannide, & furore, summa atque ima turbant ac miscent: quando peccata populi Deum offendunt, ac pœnas merentur. ut in Prophetâ scriptum est: *Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur illis.* Esaj. 3. v. 4. Item: *Propter populi peccata, multi Principes ejus.* Proverb. 28. v. 2. Sic non dubium est, Turcicam & Moscoviticam potentiam & immanitatem, esse flagellum Dei; quo Mundum hunc, ob multiplicia scelera & delicta, castigat. Nam Deus purus est spiritus, omnis generis spurcitiem & flagitia, quæ in hac Mundi sentina in immensum crescunt, seriò abhorrens. Vult igitur, in hac etiam vitâ, illustria exempla pœnarum conspici: ut inde homines conjecturam faciant, quantis suppliciis in omnem usque æternitatem omnes affecturus sit; qui in idololatriâ, omnisque generis vitiis ac sceleribus, securè, usque ad vitæ suæ finem, perdurant.

Misericordiâ autem & favore Dei, salutares populorum gubernatores excitantur, & donantur: quando pii & virtutibus ornati Heroës, & suis, & aliis regionibus, saluti sunt. Quid enim in vitâ humanâ pulcrius, quid utilius: quàm quando Magistratus pii, justi, prudentes, veraces, patientes, pacifici, Subditos regunt? bonos fovent & ornant; malos contrà debito modo coërcent? Sub taliũ umbrâ vere, (quod in Daniele pingitur) omnis generis aviculæ in frondibus nidificantur; animalia veluti sub tecto cubant, & gratâ pace fruuntur. Talis rector fuit David, Josaphat, Ezechias, & alii nonnulli in populo Dei. Sicuti autem gemmæ meritò in precio habentur; quia rariores sunt reliquis lapidibus, & præstantiores vires atq; usus habent: ità & salutares magistratus, præsertim quos seria pietas erga Deum cõmendat, tanquam insignia decora, & ornamenta generis humani, maximi fieri jure debent; quia sunt peculiaria Dei dona, & de hominibus præclarè merentur.

Esse autem piorum & salutarium magistratuum præcipuum, in hac terrâ, officium; ut, abolitis idolis & falsis cultibus, sincerum Dei verbum, ut est in monumentis Prophetarum & Apostolorum à Deo patefactum, suis Subditis tradi curent: gravißimæ rationes docent.

Nam primò omnium Deus ipse id à magistratibus exigit. Psalmo 2. dicitur: *Et nunc, Reges, intelligite: erudimini, qui judicatis terram. Servite Domino in timore; & exsultate ei cum tremore: Osculamini Filium.* Hoc dicto monentur omnes magistratus, non tantùm ut ipsi diligenter verbum Dei discant: (quod non modò cultum divinorum; sed universæ quoque vitæ humanæ, hoc est, tum imperandi, tum obtemperandi, normam præscribit) verùm etiam, ut ità serviant Domino; ut populus illis subjectus veram quoque pietatem percipiat, Deum rectè colat, & æternùm salvetur.

Psalmo 24. *Attollite, portæ, capita vestra; & elevamini, portæ Mundi: ut introeat Rex gloriæ.* In portis autem antiquitùs judicia exerceri solebant. Itaque, phrasi Scripturæ usitatâ, *in portis sedere*, significat judicare: & *Judices terræ*, Reges, Principes, Magistratus nuncupantur. Mandat igitur Spiritus sanctus, ut omnes Magistratus expendant, hoc vel potißimũ suum esse officium; ut locum Ecclesiæ Dei inter subditos suos concedant: hoc est, in id summâ curâ incumbant, ut vera religio apud suos floreat; homines de Deo, de conversione ad eum, de invocatione illius, de consolatione in pavoribus conscientiæ, rectè ac dextrè instituantur. Nam, sicuti homines non conduntur, atque in hunc Mundum collocantur; ut tantùm victui, honoribus, ac voluptatibus, operam dent atque invigilent: sed ut, per Verbum & Spiritum sanctum renati, Deo placeant, eiq; serviant in sanctitate & justitiâ, ac tandem in verâ

fide

fide moriantur,& in extremo die ad beatam atque æternam vitam resurgant: Ità etiam non ob hanc in-primis causam Magistratus in altum evehuntur,aliisque præficiuntur;ut honore magno colantur, dignitate summâ, reditibus magnis ac voluptatibus perfruantur: sed ut justitiam civilem & pacem ad hunc omnium summum finem dirigant; ut populus in tranquillitate DEO Creatori suo serviat; numerosaque Ecclesia colligatur & sanctificetur, quæ tum in hac, tum in alterâ vitâ,Deum celebret. Hanc igitur ob causam Spiritus sanctus jubet aperire portas, ut Dominus gloriæ, hoc est, ipse CHRISTUS, qui est Rex regum & Dominus dominantium,ad dextram Patris nunc in gloriâ sedens & regnans, per verbum suum & sacramenta ingrediatur:ac non solùm in templis ac cœtibus publicis,& in domibus piorum patrumfamilias privatis; sed etiam in intimis hominum cordibus habitet. Nota res est Piis; omnes homines vel esse Spiritûs sancti, vel Spiritûs maligni, templa seu habitacula. Quid verò horribilius, quid pestilentius, quàm mali spiritûs organon esse; quem Paulus ait in filiis incredulitatis efficacem esse? Nam ex fructibus (inquit CHRISTUS) arbor cognoscitur. Etsi autem Pii imbecillem carnem, post regenerationem quoque, in hoc Mundo circumferunt; aliquando etiam alucinantur: tamen & agnoscunt, & deplorant hanc suam depravationem; petunt veniam lapsuum; implorant auxilium & gubernationem Spiritûs sancti;& cupiunt ab istâ peccatrice naturâ liberari, ac transire in aliam longè beatiorem vitam. Quid igitur majus, quid præstantius; quàm sancti Spiritûs tabernaculum esse: & ab ipso sapientiam,gubernationem,& felices eventus,nancisci? Sunt autem homines habitacula Dei: ubi Verbum Dei purè docetur, & Sacramenta juxta ipsius CHRISTI institutionẽ administrantur. Ibi enim, tanquam in propriâ suâ officinâ, tabernaculo, seu templo, promisit Deus, se præstò & efficacem futurum esse.

Esajæ 49. scriptum est: *Erunt Reges nutricii tui; & Reginæ nutrices.* O præclara laus piorum magistratuum! Nam constituuntur nutritores Ecclesiæ Dei. Quomodo autem eam fovebunt & sustentabunt? Procul dubio nullâ re aliâ magis & fructuosiùs; quàm remotione falsæ religionis, veræque constitutione: id quod fieri nequit,nisi liberali Ecclesiarum & Scholarum sustentatione. Vult enim Deus,per Ministros verbi sui homines erudiri. Sed illi sinè Scholis piis ac liberalibus educari nequeũt. Jam porrò,si viri eruditi,ac præcones verbi divini, non benignè & liberaliter alantur, uti Deus præcepit: quomodo Scholis & Ecclesiis rectè prospici potest? Mira autem res in Mundo est,quòd homines plerunque, multò plus in falsam religionem,& idololatricos cultus,profundunt; quàm in plantationem ac conservationem veræ pietatis conferunt. Sed ista vanitas hominum ex peccato est: & Diabolus ipsemet fatetur, *Matth.* 4. se regna hujus Mundi, & ejus gloriam, iis largiter affundere; qui procidentes se adorent: hoc est, qui falsam religionem, dogmata impia, & cultus superstitiosos, foveant,ornent, atque promoveant.

Neque verò etiam dubium est, omnes tres hominum status florere & beatos esse, nempe ecclesiasticum,politicum,& œconomicum: si Deus,per Verbum suum incorruptum,ac legitimum Sacramentorum suorum usum, alicubi regnet. Ubi enim homines sanâ doctrinâ imbuuntur: ibi Deum cœli rectè possunt invocare, avertere pericula ingruentia, ac plurima amplissimaque Dei dona impetrare. Est namque pius homo, commune bonum: quemadmodum impius aut sceleratus, commune malum est. Neque solùm sanctus homo pluribus aliis officia salutaria præstat: sed etiam Deus, propter suos cultores, aliis quoque vicinis, imò etiam posteritati, clementer benedicit. Sic in verbo Dei legimus, propter Abraham & David, Deum posteritati eorum multa bona præstitisse. Ac sunt homines pii Magistratui suo, in rebus afflictis, multò magis suâ pietate, precibusque ad Deum præsidio; quàm cataphracti exercitus, tormenta horrisona, arces munitæ. Nam & stipati sunt cultores Dei, Angelorum præsidio: & cùm eventus bellorum,& calamitatum moderationes, à DEO pendeant; Deus ipse (ut Psalmus inquit) voluntatem timentium se facit. Non tantùm igitur summum in Mundo ornamentum;sed consolatio etiam suavissima in corde pii Magistratûs est: quando certò novit, in suâ civitate, ditione, regno, veram DEI Ecclesiam exsistere; Deumque ipsum, non tam in templis suæ terræ, quàm in ipsis cordibus Subditorum, sedem suam posuisse; multis legionibus sanctorum Angelorum, corpora & facultates piorum custodire; propulsare Cacodæmones; & infringere ipsorum conatus, quibus damnum inferre dies noctesque tentant.

Ex hac pietate, quæ ex verbo DEI incontaminato, per Spiritum sanctum, percipitur, crescit quoq; obedientia & reverentia erga Magistratum. Etsi enim etiam in mediâ CHRISTI

clesiâ,scandala interdum accidunt:(quia Diabolus infestat perpetuò variis modis cœtum
orum; magna est hominum imbecillitas; & est externa Ecclesia, in hac vitâ, cœtus mix-
:)tamen in eâ major viget disciplina,& homines sunt modestiores: quàm ubi vel Dei ver-
m omninò exsulat,vel falsi cultus integritatem cœlestis doctrinæ adulterarunt. Regnant
ter Turcas,& alias nationes orbis terrarum, publicæ ac fœdæ libidines,& latrocinia. Sub
patu,tolerantur publica lupanaria, more Gentilium; & Sacrificulorum, Monachorum,
aliorum devotorum,impurissimi cœlibatus. Capit Romæ ipse Pontifex (qui se CHRI-
I vicarium in terris inani vento jactat) quotannis peculiare, ex meretricum prostitutio-
,tributum: nec ibi pudor est viris rasis & unctis, publicè scorta adire, alloqui,ducere, or-
re: in-primis autem ille, manifestâ tetrâq; idolomaniâ,cuncta loca obsidet ac replet.

Imò etiam,cùm benedictio Domini divites faciat:non dubium est,quin & honore,& bo-
s corporalibus quoque,Deus augeat,qui se agnoscunt & venerantur; juxta dictum: *Glori-
antes me glorificabo; & contemnentes me contemnam.* 1.Samuel.2.v.30.

Sed illud quoque adjiciendum est. Sicut inter spinas lilium efflorescit,& fragrat:ità Deus
b cruce Ecclesiam conservat,expolit,ornat. Nam ista est DEI consuetudo: ut eos priùs de-
ciat,quos vult extollere; mortificet,quos vult vivificare; & contra sensum cõmunem,con-
a hominum cogitationes, contra naturæ etiam sæpè cursum, mirabiliter Sanctos suos re-
at,evehat & conservet.

Operæ precium itaque est, ut omnes pii Magistratus præcipuas has suæ functionis par-
es intelligant; & ut prudenter ac feliciter omnia suscipiant & gerant: ipsi quoq; fundamen-
verae pietatis priùs inquirant & cognoscant, DEUM timeant, sedulò orent, rectè-inchoa-
animo constanti efficiant; nec frangi se patiantur, vel magnitudine,vel asperitate rerum.
Nam ejusmodi conatibus, Carnis propriæ depravatio, Diabolus, & Mundus improbus,va-
ias remoras nunquam non objiciunt.

Ad hanc autem rem etiam prodest, historiam Ecclesiæ CHRISTI Magistratibus civili-
us esse cognitas, saltèm aliquâ ex parte: non tantùm, ut videant, quomodo Cæsares, Prin-
ipes, & alii, qui aliis præfuerunt, Ecclesiam Dei foverint & juverint; sed etiam, ut cogno-
cant, quo id successu factum sit, & qualibus illi vicissim honoribus & opibus à Deo aucti
int. Ac, si qui in hac vitâ non videntur magna præmia reportâsse: illis, juxta vocem divi-
am, in æternâ vitâ multò locupletior compensatio est reposita. Certè quidem Constanti-
um illum Magnum, Theodosium, Marcianum, & alios similes, magis in Historiis extollit
ietas excellens, quâ Ecclesiam CHRISTI promoverunt; quàm ullæ aliæ res gestæ, aut
uantúmvis lata imperia.

Beneficium præterea Dei gratis pectoribus cognoscendum est; quòd hoc tempore, do-
trinam de Magistratuum officio & dignitate, præclarè illustravit. Constat enim, Papâ do-
ninante,seu grassante potiùs per orbem terrarum, Politicum magistratum (juxta vaticinia
Sacrarum literarum de Antichristo) vehementer conculcatum ac protritum fuisse. Nam
oronæ Cæsareæ potestatem iste Arctolycus ad se rapuit; ut pro libitu, vel dejicere, vel ex-
ltare potuerit, orbis Romani monarchas: reditus optimos passim, in locis omnibus, ad se
transtulit: imò etiam colla Imperatorum pedibus calcare ausus est; de quo
exemplum, nempe Friderici Barbarossæ, in hac
Centuriâ exstat.

HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CENTURIA DUODECIMA.

CAPUT I.

DUODECIMUM seculum post Christum, sub illustrissimorum Cęsarum Romanorum Heinrici IV. Heinrici V. Lotharii Saxonis, Cunradi III. Friderici Barbarossæ, & Heinrici VI. imperio decurrit. Multi autem, doctrinâ, scriptis & famâ celebres, hac ætate, in Ecclesiâ Christi Doctores vixerunt: inter quos præcipui fuerunt; Petrus Alfonsus, Honorius Augustodunensis, Hugo S. Victoris, Rupertus Tuitiensis, Bernhardus, Richardus, Petrus Cluniacensis, Petrus Lombardus, Hugo Heterianus, Johannes Salesburiensis, Anshelmus Avelbergensis, Potho presbyter, Berengosius, Ecbertus, Hildebertus Cenomanensis, Petrus Blesensis, Petrus Cantor; & Hildegardis & Mechthildis fœminæ eruditæ; aliique multi viri literis & facundiâ clari.

Longè autem lateque Pontificium regnum primatum obtinuit: adeò ut hoc seculo passim floruerit. Quodque in-primis observatu dignum est; hoc seculo Scholastica doctrina nata & fundata est, per Petrum Lombardum: qui cùm spinosas & subtiles quæstiones conatus sit decidere atque amputare; magis illas adauxit: ut historia sequentium seculorum testatur.

Fuerunt autem nonnulli, qui veluti per transennam viderunt; quòd Pontificius status à formâ propriâ regni Christi, tum in doctrinæ capitibus, tum in ceremoniarum observatione, tum in universâ regni ratione, non-parum discederet: ausi etiam sunt aliquid privatis cōmonefactionibus, & publicis quoque scriptis, reprehendere. Sed tum exsibilationem, tum odia ac persecutiones atroces, præmii loco, reportarunt. Nam Episcopi, non modò jam excommunicationes severas scribebant; sed simul arma ferere, atque sanguinem sitire ac fundere, didicerant. idque non solùm domi, per ministros suos; verùm etiam foris, in præliis: fortè Petrum imitantes, qui, Christo prohibente, in hoste ad Olivetum arma sumebat. Inveniet itaque, in hac historiâ, Christianus Lector plurimas Antichristi notas: quibus Romani Præsules adeò manifestè se produnt; ut nemo tam impudens atque impius futurus sit, qui non toto pectore cohorrescat. Quid enim indignius dici potest, quam quòd Hadrianus papa Imperatori Friderico indignatur, omnemque favorem denegat: eò quòd sinistram Pontificis strepam attigisset; cùm dextram contrectare debuisset? Imò adhuc multò indignius factum, contra Imperatorem Romanum, Alexander III. perpetravit: ut scilicet toti Orbi nota fieret ea Romani Antichristi proprietas; quòd non modò sit contemtor, sed crudelis quoque conculcator, politici Magistratûs. Nam, cùm Venetias idem Imperator ad superbum Papam accessisset; noluit ille eum priùs in gratiam recipere, & ab excommunicatione liberare; nisi, spectante toto populo, se-se humi ad limen templi S. Marci prostravisset. Quo facto, Alexander, sublato pede, collum uncti Domini propudiosè calcat; insuper istas voces adjiciens: *Super aspidem & basiliscum ambulabis.* Cùm autem Imperator nonnihil mutiret; *Non tibi, sed Petro:* Papa, repetitâ calcatione iracundâ, *Et mihi,* inquit, *& Petro.* Quis verò sinè indignatione tantum non fastum solùm; sed effrenem quoque ac planè Satanicam tyrannidem, legere vel cogitare potest? Sed justâ Dei irâ ista acciderunt omnia: qui, ob contemtum verbi sui, ejusmodi Alastoras in Ecclesia sinit grassari.

Videbit insuper pius Lector, quomodo de investituris, Episcopi cum Magistratu politico, perpetua bella gesserint: & quomodo Papa Romanus omnes Monarchas, non tam voce, quàm armis, potuerit premere atque cogere.

Novi denique ordines, Hospitalariorum, Templariorum, & similium, tot hoc seculo inventi ac confirmati sunt; ut enumerari vix possint.

Sed ista omnia, ex sequenti narratione, pleniùs licebit petere. Nos, uti cœpimus, res amplissimas, Deo benedicente, colligemus, & in medium proponemus.

CAPUT II.

DE LOCO ET PROPAGATIONE ECCLESIÆ.

NON est dubium, aliqua veræ Ecclesiæ membra passim exstitisse hoc seculo: licèt Antichristus, cum suis larvis & superstitionibus, totum ferè Orbem replevisset. Nam Biblica scripta sunt exposita & tradita: licèt opiniones hominum passim fuerint immixtæ. Loca itaque nonnulla, quorum Scriptores meminère, Lectorū oculis subjiciemus: in quorum tamen annotatione, non erimus nimiùm curiosi; cùm hactenus ea sæpiùs strinxerimus.

DE ECCLESIIS PER Asiam.

RECuperatâ Palæstinâ, per sacrum illud bellū, de quo superiori seculo diximus; passim Ecclesiarum domicilia factæ sunt illæ urbes.

Hierosolymis, in ęde domini en dicatâ sepulcro, archiepiscopus fuit Pisanus: *ut ex ejusdem apparet epistola ad Paschalem Pontificem.* Et Gotfridus, Hierosolymorum Rex, in téplo ad Calvariæ montem tumulatus est. *Ibidem.* Christianorum in Palæstinâ, sub Friderico Imperatore, meminit *Sigeberti Continuator.* Ad ejusdem sedis Patriarcham scribens Alexander III. pro autho[r]itate ap[ostoli]câ mandat: ut de fratrum quoque consilio, abbates, abbatissas, aliasque ecclesiasticas personas, constituat, vel rejiciat. *[L]ib. 3. Decretal. tit. 10. cap. 4. & 5.*

Bethaniam incolentibus monialibus, Gerhard[us] a Nazareth, inscripsit Sermonem quendam in octavâ Paschæ. Abbatissæ S. Lazari de Bethaniâ, Terrici Flandriæ Comitis uxor se adjungit; repudiato suo conjuge. *Sigeberti Continuator.*

Bethlehem cathedralem Ecclesiam esse, Paschalis II. jubet, petente Balduino Rege. *Tyrius.** [*li. 11. c. 12]

Ejusdem sedis Episcopus, Romanæ cuidam Synodo intersuit, sub annum salutis 1178. *Tyrius.** [*li. 21. c. 26.]

Thabor montem monachos incoluisse, sub annum 1113. *Sigeberti Continuator*, & *Gerhardus de Nazareth*, referunt.

Hebron episcopalis sedes efficitur, anno 1167. *Tyrius.** [*li. 20 c. 3]

Nazarethæ archiepiscopi meminit *Gerhardus a Nazareth*, qui se in cellulâ ibidem lavisse scribit: *cap. 2 de Conversatione servorum Dei.*

In universâ *Syria* provinciâ, Eremitarum magnam exstitisse copiam, *Frisingensis** refert. [*li. 7. c. 28] In Syria, Innocentius II. pro suâ libidine, Ecclesiæ statum mutando, magnarum ibidem inter Episcopos contentionum autor exstitit. *Tyrius.** [*li. 14. c. 1] Gabulensis episcopus in Syriâ, Raimundi Antiocheni copias à vastatione prohibuit. *Cuspinianus.* Gabulensis Episcopi mentio fit & *apud Frisingensem.** [*li. 7. c.]

Tyri, Wilhelmus Anglicus, primus archiepiscopus cōstitutus, anno 1115. *Tyrius.** [*li. 13. c. 21] Wilhelmus alter, Tyri archiepiscopus, Romanæ Synodo interest sub annum 1178. ut testatur *idem.** [*li. 21 c. 26] Christianorum, Tyri degentium, meminit *Sigeberti* quoque *Continuator*, sub annum Christi 1125.

In Mesopotamiâ. Edessâ à Turcis captâ, Episcopus decollatur; & multa Christianorum millia trucidantur, anno 1145. *Sigeberti Continuator.*

Antiochiæ. Nam Gabulensis episcopi operâ, Antiochiã Romanum Pontificem magnovisse, *Frisingensis** testatur. Fridericum Imperatorem, valido cum exercitu, Christianis Antiochiæ, Tyri, & Tripoli, laborantibus subvenisse, anno 1189. *Sigeberti Continuator* annotat. Cœnobii Montis nigri, ad Antiochiam, incolam se vocat *Gerhardus a Nazareth.*

Nicææ. Nam ejus loci pontifex, ut urbem Andronico tradant, civibus autor est. *Nicetas.*

Edissanus, Coriciensis, & Hierapolitanus, archiepiscopi, Antiochenum Patriarcham suum, tanquam dominum & patrem, venerantur. *Tyrius.**

Acconensis, Sidonensis, Sebasteni, Tiberiadensis, episcoporum. *Tyrius* * meminit. Earundem Ecclesiarum episcopi, & cum his Tripolitanus præsul, Romam ad Synodum abeunt. *Idem.**

Laodiceæ. Clizastlanes, Laodiceam Phrygiæ vastans, Salomonem pontificem inter alios occidit. *Annales Nicetæ.* Geraldus quoque Laodiceæ episcopus fuit. *Tyrius.** Chonas, Laodiceæ oppidum, à templi structurâ artificiosâ, commendat *Nicetas* * de gestis Manuelis.*

Cæsareæ Stratonis, Balduinus ordinatur episcopus, à sacris militibus. *Tyrius.**

Pusgusa palus, instar maris latissimè patens, multis in locis parvas habet insulas, firmis munitas mœnibus; quas hoc tempore Christiani plurimi tenebant. qui cum lembis & naviculis Iconienses Turcas adirent: non modò amicitiam cum eis firmatant, sed & institutis eorum plerisque utebãtur, & cum eis tanquam finitimis conjuncti, Romanos ut hostes aversabantur *ut habent Annales Nicetæ.*

Lyddensis episcopus, Barbarorum impetus fugiens, Joppen se contulit. *Tyrius.**

In Cappadociâ fuit Ecclesia. *Tyrius.**

In Armeniâ. Metropolitanũ enim Armeniæ, plùs quàm mille sub se habere episcopos; *Frisingensis* * memoriæ prodidit. Et *Nicetas* inquit, Armenios & Alemannos, in plerisque religionis dogmatibus cõsentire: eò quòd apud utrosque sacrarum imaginum adoratio interdicta sit; & azymis in sacris utantur. *lib. 2. de gestis Isaacii Angeli.* Hierosolymitanæ Synodo interfuit Maximus, Armeniorum pontifex; imò omnium episcoporum Cappadociæ, Mediæ & Persidis, & utriusque Armeniæ, princeps & doctor eximius. *Tyrius.**

In Indiâ. Narrabat Gabulensis episcopus Eugenio Papę: quòd ante non-multos annos Johannes quidam, ultra Persidem & Armeniam, in extremo Oriente degens, rex & sacerdos, cum gente suâ, Christianam profiteatur religionem, verum Nestorii fermento permixtam. *Frisingensis.** Circiter annum salutis 1119. Johannem, Patriarcham Indorum non-postremum, Romam venisse ad Calistum Pontificem, *Schedelius* testatur.

In Arabiâ. Balduinus enim Rex, ex Arabiâ Christianos evocat, & Hierosolymis eos habitare concedit. *Tyrius.**

Petracensis urbs, quæ ultra Jordanem in finibus Moab sita est, secundæ Arabiæ metropolis, anno salutis 1167. episcopali dignitate insignitur. *Tyrius.**

In Ciliciâ, Paschale festum Emanuelem Constantinopolitanum celebrâsse, *Tyrius* * narrat.

DE ECCLESIIS PER Africam.

Rogerus, Siciliæ Rex, archiepiscopum Africæ, qui sub servitute Romam venerat consecrandus, ad sedem suam remittit liberum, anno 1148. *Sigeberti Continuator.*

In Aegypto. Tunium & Tenebium, Ægypti pagos à Christianis inhabitatos, scribit *Nicetas* * de gestis Manuelis.*

Tamiathi, insignis Mariæ matri Domini dicata ecclesia exstitit: quæ propterea in magno habita est precio; quòd olim ibi Mundi Salvator, infans, cruentas Herodis manus fugiens, substitisset cum parentibus. *Nicetas.**

DE ECCLESIIS IN MARI Mediterraneo.

In *Cypro.* Cyprum enim, Christianorum populis refertam, à Rainaldo Antiocheno Principe vastatam, scribunt *Nauclerus* * & *Tyrius.*†

In Siciliâ. Barum enim civitatem, quòd Græcis faverent cives, solo æquat Wilhelmus Siciliæ Rex, soli Nicolao dicatæ parcens ædi, anno 1157. *Sigeberti Contin.*

Syracusani episcopi meminit *Tyrius.**

DE ECCLESIIS PER Europam.

In *Græciâ.* In Gursol, munitissimo Græciæ castro, monachorum & clericorũ fuisse cœtum, *Frisingensis* * de gestis Friderici,* testatur. Corinthi etiam, Thebis, & Athenis, Christianos sua habuisse domicilia; *ibidem* non obscurè indicatur.

Attici, Patriarchæ Cusmæ, *Annales Nicetæ Choniatæ* meminêre.

In Macedoniâ Eustachii Dyrrachini, Michaëlis Thessalonicensis, & Theopolitani Hypopsephii, mentionem faciunt *Nicetæ annales.*

Constantinopoli. Nam ibi patriarcharum sedes fuit: quos suo loco recensebimus.

Lopadii præsulem Andronicus oculis privat: *ut testatur Nicetas.*

Chonis. Nam Chonarum episcopum Nicetam, *Annales Nicetæ* celebrant.

Berythum, urbem maritimam, regionis Phœnicis, Christianorum sanguine captam, tanquam coloniam, concessit Balduinus: ut ait *Sylvius** *in Blondi Decades.*

Panormitano episcopo Alexandri III. epistolæ quædam inscriptæ habentur.

In Sardiniam, Homo-Dei (viri nomen est) & Albertus mittuntur episcopi, ea conventu Casinensi. *Chronicon Casinense.**

Dalmata quidam nobilis, Savinus nomine, à Casinensibus monachos petit; qui in suâ gente monasticè profiteãtur. cui gratificatus abbas, fratres aliquot eò ablegat. Eos verò benignè exceptos Savinus, prope Ragusiũ, permittente ejus loci archiepiscopo, monasterio donavit. Aliquantò pòst, Petronius & Athenulfus, Casinenses monachi, Dalmatis mittuntur abbates. *Chron. Cas.**

In Italiâ. Romæ est aliqua ecclesia: licèt ea civitas Antichristi sede illustris sit.

Prenestinæ ecclesiæ Wilhelmus quidam præfuisse scribitur, *in appendice Mariani Scoti.*

Mediolani episcopi, hac ætate, Imbertus & Eberhardus fuerunt: *ut Sigeberti & Mariani Scoti Continuatores indicant.* Anshelmum, ejusdem Ecclesiæ præsulem, quòd Cũradum Regem inunxisset, deponit *Honorius II.* papa. *Otto Frisingensis.**

Brixiæ. De Briaiano antistite, *ex epistolâ Alexandri III.* constat.

Florentiæ. Natalibus Salvatoris peractis, Heinricus V. Areriam abiit: ut à clero populoque multâ exciperetur benevolentiâ. *Crantzius in Saxoniâ.**

Alexandriæ, novę urbi, episcopum dedit Alexander III. anno salutis 1175. *Platina in vitâ ejus.*

Aquilejæ. Nam Udalrici, ejus loci patriarchæ, *Otto Frisingensis* * mentionem facit.

Triventinæ & Trivesinensis, sedium episcopalium nomina, *in Chronico Casinensi* * exstant.

Aversæ, & Fundę. Harũ enim appellationes *in eodem* reperiuntur *Chronico.** Girardus, Fundanus Consul, in Alifano solo magnificam exstruxit ecclesiam. *Ibidem.*

Bononiæ. Ad ejus enim loci episcopum Alexander III. epistolam scripsit: ut patet *ex tomo 2. Conciliorum.*

Ad Cusanum episcopum, ejusdem quoddam epistolæ fragmentum, *in tomo 2. Conciliorum* videre licet.

Emolismensi episcopo, Romanæque sedis Legato, ab Hildeberto inscripta est una epistolarum.

Ravennæ. Ad Ravennatensem episcopum, scripsit Alexander III. *libro 1 Decretal. tit. 6. cap. 8.*

Placentiæ. *Chronicon Casinense,* * Aldonem Placentinum, Hein-

num, Hein-

num, Henrico V. familiarem fuisse, innuit. Placentino quoque Episcopo, ab Alexandro III. inscripta est epistola; quæ *in tomo 2. Conciliorum* habetur.

Ad Lucensem episcopum, ejusdem in Decretalibus exstat epistolium.

Paduæ Archiepiscopi sedes fuit: ut ex Alexandri III. quâdam epistolâ patet.

Sutrii, Burdinus pseudopapa commoratus est. *Sigeberti Continuator.*

Narniæ Augustinus episcopus fuit. *Chronicon Casinen.**

Tullensis episcopus est Heinricus. *Frisingensis.**

Welpho II. Bojorum Dux, amplissimum Padalironæ, in agro Mantuano, Benedictinæ turbæ collegium instituit. *Aventinus.**

Papiensis episcopus, ex Alexandri III. epistolâ clarus habetur.

Salernitano episcopo, ab eodem inscriptæ sunt literæ, *in 2. Conciliorum tomo.*

Terracinensis episcopus Benedictus, S. Stephani quoddam sacellum consecrâsse scribitur, anno 1103. *in Chronico Casinensi.**

Cajetæ, Richardus Ecclesiæ gubernator exstitit. *Chron. Cas.** Et ad ejusdem sedis antistitem, Alexandri III. *in Decretalibus* videre licet epistolas.

Patavini episcopi Cunradi meminit *Frisingensis* * *de gestis Friderici.*

Hostiæ fuit Ecclesia. Eugenius Papa, Hostiensi episcopatui Bolitrensem conjunxit. *Sigeb. Continuator.*

Portuæ. Eugenii autoritate, Portuensis & S. Rufinæ episcopatus coierunt. *Sig. Cont.* Portuensem & Sabinensem episcopos, Heinricus V. in vinculis tenet. *Chron. Cas.**

Pisis. *Vincentius*, * & *Chronicon Casinense.* † Ad ejusdem sedis archiepiscopum, Alexandri III. *in tomo 2. Conciliorum* epistola legitur. Pisis Concilium à Galliæ Germaniæque episcopis celebratur, anno 1130. *teste Sigeberti Continuatore.*

Alatrini episcopi Cunradi, mentio fit *apud Platinam, in vitâ Paschalis II.*

Lucensis episcopus, ex Alexandri III. epistolâ notus est.

Celbatensis monachus Sigebertus, *à Platinâ in vitâ Paschalis* celebratur.

Vigilensis & Vellenensis Ecclesiarum, Alexander in epistolis decretalibus meminit.*

Casini, monachorum celeberrimum & locupletissimum fuit contubernium.

Venetensis episcopi Ruandi, mentio fit *apud Sigeberti Continuatorem.* Venetum Patriarcham Honorius deposuit. *Martinus Capellanus.*

Gradi Patriarchæ sedes fuit: ut ex epistolâ Alexandri III. videre est.*

Contentinorum archiepiscopi Rudolphi nomen, exstat *in Chronico Casinensi.**

Albanensis Pontifex Nicolaus, Romanam sedem conscendit. *Sigeberti Continuator.*

Histriæ Præfectus Engelbertus II. Laventi D. Paulo construxit cœnobium: quod Hirsaugiâ accitis replevit monachis. *Aventinus.**

In Apuliâ. Bruno, Coloniensis episcopus, in Apuliâ defunctus, Barræ, in æde Nicolao sacratâ, terræ mandatur. *Frisingensis.** Apulorum relatione didici, vos in Concilio Barensi sermonem habuisse de Spiritu sancto: *inquit Hildebertus in epistolâ quâdam.*

Liguriæ quidam episcopus, Romanæ Synodo, à Calixto celebratæ, interfuit: *ut Chronicon Casinense* * *habet.*

Cœnobitæ B. Mauri, in Granafolio, Ca[illegible]inensium opem contra sui cœnobii prædones, implorant. *Ibidem.*

Ubergenti episcopo, Forianensi procuratori, & Canonicis ibidem degentibus, Barthoniensi, Vincentino, & Hermonensi, episcopis, ab Alexandro III. inscriptæ sunt epistolæ; quæ inter Decretales locum habent.

IN GALLIA.

Ludovicum, Regem Francorum, religiosum & Deitimentem, ac Gallicanas ecclesias, doctorum virorum multitudine illustres fuisse: testatur *Sigeberti Continuator.*

Remis, S. Remigii abbas, Carnoti factus est episcopus. Et Remensium episcoporum, Radulphi & Rainaldi, *idem* meminit, sub annum 1124.

Atrebatensi Ecclesiæ, post Lambertum, Robertus præfuit, anno 1115. *Sigeberti Continuator.* Ad quendam ejusdem Ecclesiæ præsulem, Alexander III. scribit: *ut ex Decretis constat.*

Sagiensem episcopum Hildebertus compellat; ac, ut se vinctum invisere non dedignetur, rogat.

Viennæ totius Franciæ clericorum concilium fuisse, Ludovici Crassi Francorum Regis temporibus, testatur *Ganguinus.**

In Berbeel monasterio, Ludovicus Francorum Rex tumulatur: *teste Sigeberti Continuatore.*

Gratianopoli Hugo episcopus obiit, anno 1132. *Sigeberti Cont.*

In Burgundiâ, Cisterciensium conventus hac ætate cœpit in suo dicenius loco.

Cluniaci. Crispetii Prior Theobaldus, in Cluniacensi abbatiâ, Wilhelmo successit. *Cont. Sigeb.*

In Molismensi conventu, monachum aliquamdiu egit Stephanus Hardingus, Cisterciensis ordinis autor: *teste Balæo.**

In Lotharingiâ. Bituricensis Ecclesiæ archiepiscopum Albericum, ob eruditionem insignem & prudentiam, commendat *Sigeberti Continuator.*

Sagiensis episcopus, regius Cancellarius factus est. *Sigeberti Continuator.*

Tarentesiæ Petrus quidam fuit episcopus. *Vincentius.**

Noviomagi. Simon, regio apud Francos stemmate natus, Noviomensi sede potitus est, anno 1121. *Continuator Sigeb.*

Lingonensem episcopum, Godefridum, vocat *Sigeberti Continuator.*

Aureliæ. Hugo, ejus loci Decanus, appellatur *a Sigeberti Continuatore.*

Sononensis episcopus, post Guilhelmum, Guido fuit. *Idem.* Ad Senonum archiepiscopum, *in 2. Conciliorum tomo*, Alexandri III. exstat epistola.

Cornubiensi Ecclesiæ, Bernhardus Brito præfuit. *Sigeb. Cont.*

Tarvanensem episcopatum, duo Milones successivè administrarunt. *Sigeberti Continuator.*

Lectorensis episcopus, Hardiuini loco in Burdegalensi sede, potitus scribitur, *apud eundem.*

Andeliaci, B. Mariæ templum, Franci equorum stabulum fecerunt, *juxta eundem.*

Andegavensi Ecclesiæ, Gaufridus episcopus præfuit. *Sigeberti Continuator.* Andegavis, in regio sacello, Galterius Linconiensis consecratur episcopus. *Idem.* Andegavorum Ecclesiæ episcopum, Hildebertus, in epistolâ quâdam, hominem Dei, & exemplar Christianæ religionis appellat: nomen tamen silentio premit.

Burdegalensis provinciæ statum ecclesiasticum, propter quosdam Schismaticos, turbulentum fuisse, ejusque mali incentorem exstitisse, Girardum Engolismensem antistitem: *Vincentius* * & *Heinricus de Erfordia* † annotant. Gaufridum, Burdegalensem episcopum, virum religiosum, & verbi Dei seminatorem egregium, vocat *Sigeberti Continuator.*

Pictaviensis episcopus Guilhelmus, per Gerardum sede suâ exturbatus est. *Vincentius.** Gisleberti & Johannis, ejusdem sedis antistitum, *Sigeberti Continuator* meminit. Pictaviensi episcopo Alexander III. literas scripsit.

Rotomagi Hugonem præfuisse Ecclesiæ, *Sigeberti* habet *Continuator.* Ejusdem Ecclesiæ & Petrus Blesensis, in epistolâ, meminit.

Carnotensis episcopus Gaufredus fuit. *Vincentius.** Carnotensium etiam Ecclesias prædatur Hugo Comes, Ludovici Grossi temporibus. *Ganguinus.** Eadem ecclesia, ab Hildeberto, in epistolâ celebratur.

Marginal notes: * lib. 4. c. 89. * lib. 1. c. 44. * lib. 6. * lib. 4. c. 24. * lib. 4. c. 49. * lib. 2. c. 8. * lib. 4. c. 41. * lib. 27. c. 16 † lib. 4. c. 66. * lib. 1. tit. 26 ca. 9. & 11. * lib. 5. Decret. tit. 31. cap. 8 * lib. 4. c. 89. * lib. 6. * lib. 7. c. 20. * lib. 4. c. 80. * lib. 6. * Cent. 2. c. 61. * lib. 27. c. 124. * lib. 27. c. 1 † cap. 87 * lib. 27. c. 19. * lib. 27. c. 13 * lib. 6.

Cenomanensem episcopum Gildebertum, vocat *Epitome Mundi:* aliàs Hildebertus dicitur. Cenomanensi præsuli Alexander III. scribit; Subdiaconum matrimonium contrahere non posse.

Parisiensem Ecclesiam, Petrus Lombardus, qui vulgò Magister sententiarum dicitur, hac ætate illustrat. Hugo S. Victoris, Decanus fuit in eodem cœtu: *teste Sigeberti Continuatore.* Ad Parisiensem episcopum, Alexander III. literas dedit.

Leunæ. Nam Francorum Rex, vastatis circumquaque Rolandi agris, solis Leunensibus pepercit monachis. *Sigeberti Continuator.*

Trecensem quendam Diaconum, moribus & literaturâ conspicuum vocat Hildebertus.

Antisiodorensem Ecclesiam, sub annum salutis 1139. Hugo administravit. *Sigeberti Continuator.*

Redeensis episcopi, in epistolâ quâdam, Hildebertus meminit.

Morinorum episcopi Johannis, ejusque successoris Milonis, sub annum 1130. *Sigeberti Continuator & Chronicon Flandriæ* meminère. Ad Decanum & Capitulum Morinensem, Alexandri III. epistola *in Decretalibus* * annotatur.

* li. 3. tit. 23. cap. 1.

Tornaci S. Stephano, in Tillano Sylvestro, in Stagello S. Ceciliæ, apud Gallos Gelasius II. consecrat ecclesias: *teste Platinâ in vitâ ejus.* Anshelmus, abbas S. Vincentii Laudunensis, Tornacensibus mittitur episcopus, ab Eugenio Pontifice Romano. *Sigeb. Cont.*

Tungrensium episcoporum catalogum, infrà videre licet.

Trajectini fuère antistites, *juxta Mariani Scoti appēdicem,* Godebaldus & Andreas. Heinricus V. in inferiore Trajecto Pentecosten celabraturus, in morbum incidit, anno 1124. *ut habet Cuspinianus.*

Vitriaci. Ludovicus, Francorum Rex, expugnato Vitriaco castro, quod Theobaldo Comiti parebat, ignem templo subjecit: in eoque ultra 1300. homines, nec sexûs nec ætatis habitâ ratione, concremavit. *Sigeb. Continuator.*

Leodii, primaria ædes fulmine feritur, anno 1118. *Sigeberti Continuator.* Leodiensis Ecclesiæ epistola, contra Paschalem II. scripta, *in 2. Conciliorum tomo* exstat.

Legerensis episcopi Juliani, meminit *Ganguinus.* *

* lib. 6.

Metis. Diggeri, *Mariani Scoti appendix;* & Stephani Metensium episcoporum, *Ottho Frisingensis * de gestis Friderici,* mentionem faciunt.

* li. 1. c. 41.

Turonēsis clerus & populus dissident, sub annum 1123. Philippus, Ludovici Francorum Regis frater, Decanus S. Martini ibidem fuit. S. Brioeci episcopus, Jugelbando in Turonensi sede successit. *Sigeberti Continuator.* Exstat & *in tomo 2. Conciliorum,* ad ejusdem Ecclesiæ archiepiscopum, epistolæ fragmentum quoddam.

Beluaci, Philippus quidā, & Heinricus, Ludovici Francorum Regis germanus frater, egerunt episcopos. *Sigeberti Continuator.* Beluacum, cujus ecclesias Lancelinus Comes affligebat, libertati restituit Ludovicus, Francorum Rex: *teste Ganguino.* *

* lib. 6.

Suessionum episcopus Joslenus, vir magni consilii fuit, anno 1127. *Sigeberti Continuator.*

Ambianensi episcopo Alexander III. literas scripsit. *lib. 3. Decretal. tit. 30. c. 15.*

Cameraci Burcardus, Hermannus, Lietbardus, episcopi memorantur, *à Sigeberti Continuatore.* Elegit te sibi Cameracensis ecclesia in pastorem, & episcopum animarum. *Petrus Blesensis.*

Lexoviensis cujusdam Canonici, Hildebertus, Cenomanensis episcopus, meminit.

Castellionis abbas Balduinus est, *apud Sigeberti Continuatorem.*

Nannetensi archidiacono, Hildeberti quædam epistola inscribitur.

Sylvanecti, Petrus egit episcopum: *teste Sigeberti Continuatore.*

Tolosanus episcopus, Alexandri III. literis celebratur.

IN HISPANIA.

Vlisisbonensi archiepiscopatui, Portugalliæ Rex civitates sex donavit: *teste Sigeberti Continuatore.* Portugalensium Christianorum, & Lacebonæ. meminit *Helmoldus in Historiâ Sclavorum.* * Philippus & Philobertus Hispani, fratres, Ecclesiam, quam in patria exstruxerant, Benedicto Casinensi subjecerunt: *ut habet ejus cœnobii Chronicon.* * Alfonsus, Hispanorum Rex, Petro Alfonso Judæo Baptismi testis exstitit. *Vincentius.* *

* cap. 62.
* li. 4. c. 94
* li. 25. c. 112

Toletanum archiepiscopum Alexander III. monet: ut Diaconos duos, si de Simoniâ convicti fuerint, loco moveat. *Exstat epistola Tomo 2. Conciliorum.*

Virdunensis episcopi Heinrici, mentio fit *in appendice Mariani Scoti.*

Clarevallis, ob Bernhardum abbatem, hoc seculo maximè in precio fuit.

Laudunensis presul, tumultuātibus civibus, gladio confossus est, anno 1112. *Sigebertus.* Fusinaci, Bartholomæus Laudunensis episcopus monachum induit. *Idem.* Ejusdem urbis clerum, magna immanitate exercuit Thomas, de Marlâ Comes, *Ganguinus.* *

* lib. 6.

Claremontanæ abbatiæ *Sigeberti Continuator* meminit.

Lingonensis episcopus Godefridus. *Continuator Sigeberti.*

IN GERMANIA.

Colonia, & Moguntia, archiepiscoporum sedes in Germaniâ fuère. *ut Historia testantur.* Mansère & reliqui episcopatus; quos superiori seculo recitavimus.

Treviri, episcopi fuerunt Egilbertus & Bruno. *Appendix Mariani Scoti.*

Basileæ, Ortliebus episcopus, *à Frisingensi * de gestis Friderici,* celebratur.

* li. 1. c. 59

Argentinensis Ecclesiæ episcopi, Otho, Cuno, Bruno, & alii, hoc floruerunt seculo: *ut Mariani Scoti Continuator annotat.*

Curienses, Constantienses, Wormatienses, Spirenses, Augustani, suos præsules habuerunt.

In Alsatiâ, Fridericus Dux senior, in monasterio quodam S. Walpurgis, in Alsatiæ finibus, sepultus est: *teste Frisingensi * de gestis Friderici.*

* li. 1. c. 39.

In Norico, Chiminum monachorum domicilium fuisse, *Aventinus* * testatur.

* lib 6.

In Sueviâ. In Zwifalten monasterio, Fridericus Sueviæ Dux exceptus, divinitùs liberatus est. *Frisingensis * de gestis Friderici.*

* li. 1 c. 19.

Aichstadii, Burchardus episcopum egit. *Ottho Frising.* * *de gestis Friderici.*

* lib. 2. c. 8.

Salisburgi, sive Juvavii, pontifex fuit Thiemo: *ut testatur Ottho Frisingensis.* * Et Cunradi, & Bertboldi meminit. † Eberhardi. *

* li. 7. Hist cap 7.
† cap. 13.
* lib. 2. c. 2. de gestis Frid.

Ratisponæ, Hartuicus & Cuno episcopos egerunt. *Appendix Mariani Scoti.*

Fruxinum Ottho Episcopus, & Hartuicus Canonicus, commendant: quorum ille, Historiam octo librorum scripsit, & duos de rebus gestis Friderici Imperatoris; quibus hic alios duos adjecit.

Austriam plurima hisce temporibus recepisse cœnobia, ex loco de Monachatu patebit.

Viennæ, Scotis monasterium condidit Heinricus II. Austriæ Marchio: *ut ait Cuspinianus.*

In Ungaria. Demesiensis cœnobii meminit *Bonfinius.* * Præsulum Ungaricorum mentio *apud eundem* fit sæpius.

* li 5 Dec. 2

Bohemiæ præsules *Cromerus in suâ Historiâ,* illustres reddit.

Pragensis episcopi nomen, *apud Frisingensem * de gestis Friderici,* exstat.

* lib. 2 c 8.

In Franconiâ. Bambergæ Rupertus & Ottho episcopi fuerunt. *Appendix Mariani Scoti.*

Eboracum, amplissimum Franconiæ cœnobium, sub Lothario Imperatore initium sumsit: *ut Cuspinianus de Imperatoribus refert.*

Francofurti Bernhardus docuit, & multa miracula edidit: *ut in Vitâ ejus annotatur.*

Herbipoli,

Herbipoli. Emerhardus, Embricho, Sigfridus, episcopi fuerunt: *ut testatur Mariani Scoti appendix.* Scotigena quidam multos annos ibidem Ecclesiasticorum institutioni præfuit: *teste Crantzio.**

Fuldæ. Ejus loci abbas Godefridus, in conventu Francofordiano, ab Imperatore suâ privatur dignitate; aliusque substituitur. *Chronicon Fuldense.* Arnulphi, ejusdem cœtus abbatis, meminit *Sigeberti Continuator.*

Spanheimensis abbas primus fuit Bernhelmus: *ut habet Mariani Scoti appendix.*

Misenæ. Albertus, Misnensis episcopus, Cunrado Imperatori familiaris fuit. *ut patet ex Ottone Frisingensi,* * *de gestis Friderici.*

Mersburgi. Nam Eebertus, Mersburgicus antistes, ob exstructa quædam cœnobia, commendatur *in Mersburgensi Chronico.** Quinquagenalia Heinricus V. Mersburgi celebrasse scribitur *ab Hedione.*

Brandeburgici episcopi Vigeri nomen exstat, *in appendice Mariani Scoti.*

In Saxoniâ. Magdeburgum archiepiscopi fuit sedes; eâque Nobertus potitur, anno 1127. *Sigeb. Contin.* Hartuici & Heinrici, *in appendice Mariani Scoti* fit mentio.

Quedlinburgi Heinricus V. paschalia peregisse scribitur, *apud Aventinum.**

Halberstadiensis episcopi infrà crebrâ mentio incidit.

Northusæ Synodum episcoporum habitam, *in Capite de Conciliis* indicabitur.

Brunsuigæ, magister Scholę, ejusdem Ecclesiæ Canonicus fit Geroldus. *Helmoldus.** Heinricus, Brunsuicensis conventûs abbas, Lubecanâ sede potitus est, ope Heintici Leonis: *ut habet Holsatiense Chronicon.*

Ridegeshusen cœnobii, non procul à Brunsuigâ distantis, *Helmoldus** meminit.

Monasterii, sive Mimigardevordæ. Theodoricum *Appendix Mariani Scoti,* & Fridericum *Otho Frisingensis,** ejus sedis vocant episcopos.

Padelbornæ literarum studia floruisse, *Helmoldus** indicat. Bernhardus verò, ejus loci episcopus, *in appendice Mariani Scoti* celebratur.

Osnaburgi Mindæque Ecclesiam aliquam remansisse, Episcoporum successio in iisdem locis testatur.

Verdæ. Ludolphus enim ibidem presbyter fuit. *Chron. Saxoniæ.* Ejusdem Ecclesiæ Hermannus quidam episcopus præfuit, sub annum salutis 1180. *Ibidem.*

Bremæ. Liemarus, ejus loci episcopus, *in appendice Mariani Scoti* celebratur.

Stadii. Sub annum 1141. Dudo, Adero, & Richbertus, Stadii ligneum construxêre sacellum; quod Albero Bremensis dedicavit. Stadensem abbatiam, B. Virgini dicatam, multis Dithmarsorum pagis donavit Heinricus Leo: *ut habet Holsatia Chron.*

Aldenburgi. Vicelinum per Lotharium factum esse episcopum, *in Chronico Saxoniæ* annotatur.

Hamburgi sedes fuit episcopalis: *ut ex Chronico Saxoniæ, aliisque autoribus* patet.

Lubecæ Ludolfum, Hermannum, & Brunonem, rebus ... præfecit Vicelinus sacerdos, Lotharii temporibus. *Helmoldus.** Sub annum salutis 1163. Aldenburgo Episcopatus Lubecam transportatur: *ut Helmoldus habet.*

Cuzelinam, quæ & Hogerestorf dicitur, Sigebergensis ... lesia, Vicelino jubente, translata est. *Helmoldus,** & *Sigebertus.*

Havelbergensem episcopatum incrementa sumsisse hac ... é, *Helmoldus** indicat. Ejusdem ecclesiæ episcopi ... init Eugenius Papa, in epistolâ ad Fridericum Im... em, quæ exstat *apud Frisingensem** *de gestis Fri...*

R... Lotharii, apud Saxones monasterium, initium ... m *teste Aventino & Cuspiniano.*

Sus... onum Christianorum colonia, à Sclavis op... tur. *Helmoldus.**

... Bernh... de, quæ & Zwentiveld, Ecclesia à Viceli... dedicata est. *Helmoldus.**

... B... oe... seu Bazaw ... exstructo tem... V...

... nus cœtum congregatum de verbo salutis erudiit. *Helmoldus.*

Plune. Nam cùm eòdem Sclavorum & Saxonum populi, ob negotiationes, diebus dominicis convenirent: Geroldus, sub anathematis fulmine, id deinceps fieri prohibuit. Eo edicto illi territi, episcopo deinceps obtemperantes, templa adierunt; sacrisque interesse consueverunt. *Idem.**

Stolpæ. Monasterium ibidem fuisse, a Pomeraniæ ducibus exstructum, *Helmoldus** refert.

In Daniâ. Sconenses episcopi, Magnum, Daniæ Regem die dominico ... conflictu prohibent. *Helmoldus.**

Rupensis abbas, cui Heliæ nomen, *ab Helmoldo** celebratur.

Roschildæ & Lundæ fuit Ecclesia. Nam Eskyllus Roschildensis hac potitus est sede, *teste Saxone Grammatico.** Daniæ metropolitanum Eskillum Lundensem, vocat *Crantzius.** Slesvici, ad aram, Nicolaus Daniæ Rex trucidatur. *Chron. Saxoniæ.*

In Sueciâ. Upsalensis Ecclesiæ archiepiscopum, hac ætate, insignem Petrum appellat *Johannes Magnus,** *in Gothicâ historiâ.* Suercherus, Rex Suecorum, eâ nocte, quæ Domini natalibus insignis habetur, dum ad Tolstadanam contendit ecclesiam, trucidatus scribitur. *Idem.**

In Norvegiâ. Nam Bergensis episcopus Sigwardus, ad Fontanum Anglorum cœnobium profectus, monachorum agmen, cum Raynulpho abbate, in Norvegiam traduxit, anno 1145. & eundem Lisâ nos odon... vit monasterio: *ut ex Hugone Kirchostallensi Balæus** *refert.* Et ad Sigwardum, Norvegiæ Regem, Petrus Cluniacensis scribit: * *Omnipotenti & æterno Regi, toto cordis affectu gratias agimus, qui menti vestræ timorem & amorem suum insistere dignatus, in vobis amorem cœlestium terrenis affectibus prævaluisse ostendit. Cùm enim in extremis finibus Orbis ... sque sub gelido axe seculorum dispositor vos constituerit ... meridiano tamen sui spiritûs calore, in tantum vestrum aquilonale pectus temperavit, ut soluta infidelitatis & corporis glacie, de vobis etiam cantari possit:* * *Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius, &c.*

In Poloniâ Gneznensis diœceseos duo episcopi, à Gualtone, legatione pontificiâ ad Polonos fungente, ejecti sunt: *ut Cromerus** *annotat.*

Ploecensis episcopus, à Bolesto trucidatus est: cui ob cædem perpetratam Gneznensis sacris interdixit. *Idem.**

Cracoviensis episcopus, Gedeon, Kelce oppidum in remotis sylvis condidit, in eoque templum ... to lapsum reædificavit: & collegium Sacerdotum primariorum ... Prælatos & Canonicos vocant ... Vicarios ... instituit; cùm eis pagos & decimas attribuisset. ... dem ferè tempora, Cruswiciensis cathedra ... Uladislaviam translata est, ab Honoldo Italo, ejus oræ Episcopo. *Cromerus.**

IN ANGLIA.

CAntuariæ, Willerus archiepiscopatui præfuit. *Vincentius.** Theobaldi, ejusdem se... nit *Sigeberti Continuator.* Et Cant... tates, Præsulum pusillanimitate ... *Blesensis* queritur. Ad Cant... episcopum, Alexandri III. epistola exst... lib. *Decret. tit. 3 cap. 2.*

Vitoniensem episcopum Heinricum ... *Sigeberti Continuator.* Vintoniæ, Elien... & N... episcopos, fratres suos appellat *Petrus Blesensis* ... tonienſem episcopum ... ipsit Alexander III *lib. ... Decret. tit. 3 cap. 2.*

Vigorniæ episcopalem sedem, *juxta Sigeberti Continuatorem,* tenuit Johannes I. Et ad Vigorniensem episcopum, aliquot exstant epistolæ Alexandri III. *in 2. Conciliorum tomo.*

... raci Heinricus Marducus fuit archiepiscopus. *Polydorus.** Rogerii & Alveredi Eboracensium, meminit *Sigeberti Continuator.* Ad Eboracensem archiepi... m,

aliquot Alexandri III. epistolæ, *in 2. Conciliorum tomo*, habentur.

Bridlingtona, Eboracensis territorii cœnobium, *teste Baleo.**

Rippone, Eboracensis diœceseos pagus est, collegii secularis Canonicus, Petrus fuit. *Balæus.**

Bangoriensis antistes, ad Eliensem episcopatum accitus legitur, *apud Polydorum.**

Oxoniæ. Archidiaconus Oxoniensis Gualterus fuit; *teste Baleo.**

Cestriensis & Bermundensis ecclesiarum nomina, *apud eundem** exstant: Spaldingensis,† Leycestriensis, * *& passim apud Sigeberti Continuatorem.* Malmesburiensis, * Fani S. Albani, * Parsbensis & Rievallensis, † Abindonensis,* Swinsetensis, in Lincolniensi agro, abbas fuit Gilbertus. *

Lincolniensis episcopus fuit Galterius. *Sigeberti Continuator.*

Coneiiensis & Licifellensis episcopatus, cum Cestriensi coierunt, anno 1182. *Sigeberti Continuator.*

Salopiæ, oppidum est ad limitem Angliæ & Walliæ positum, in loco eminentiori, cujus radices Sabrina fluvius à Septentrione alluit, Benedictinæ professionis cœnobium Warinus Comes condidit; & aliud in pago Wenelocbo. *Polydorus.**

Dunelmensis episcopus, ab Heinrico, Angliæ Rege, in carcerem conjectus est. *Ibidem.*

Nordovicensis & Licheseldensis episcopi, Heinrico Anglorum Regi I. à consiliis fuère: *ut testatur idem.* Wilhelmum Norwicensem, *Sigeberti Continuator*, vocat episcopum.

Bachoniensis ecclesiæ episcopus Reinoldus fuit: *ut apud eundem autorem habetur.*

Westmonasterii. *Continuator Sigeberti.*

Grestensium monachorum abbas fuit Wilhelmus. *Idem.*

Vordæ. *Continuator Sigeberti, & Balæus.**

Rodonensis archidiaconus, Guihenoc, Vanetensem accepit episcopatum. *Sigeberti Continuator. Idem* & Philippi, Alani, & Stephani, Redonensium episcoporum, meminit.

Heinrici Pratelli, & Guilhelmi S. Michaëlis, abbatum apud Anglos, in agro Beccensi, memoria *apud Sigebertum* conservatur.

S. Georgii abbatia, à quodam Britanniæ Comite, Vulcano tradita est, anno 1181. *juxta Sigeberti Continuatorem.*

Rimifensis episcopi, & Bajocensis arcbidiaconi, *idem autor* mentionem facit.

In Cenomanensi ecclesiâ, B. Juliano dicatâ, Wilhelmi cujusdam Anglorum Comitis cadaver reponitur: *teste Sig. Cont.* Wilhelmus, Decanus Canonicorum S. Petri de Curte, quod regium apud Cenomanenses est sacellum, Abrincensibus consecratur episcopus, anno 1182.

Sarisberiensis episcopus Rogerius, à Stephano Rege in carcerem missus est: *teste Polydoro.**

In Synodo quâdam Londinēsi, apud Anglos, suis dignitatibus exsuti sunt, Perscourensis, Ramesiensis, Tavestocensis, Petroburgensis, Cervelensis, Mideltonensis, Buriensis, Micelnensis, Stokensis, Abbates, & Eligiensis Prior: sub annum Domini 1102. *ut Balæus** annotat. Londinensi episcopo scripsit Alexander III.

Serburnensis cœnobii *idem** meminit.

Rumesianam abbatissam, Stephani Anglorum Regis filiam, Matthæus Flandriæ Comes uxorem duxit. *Sigeberti Continuator.*

Thetfordiæ episcopatum nactus est Herebertus, *teste Baleo.**

Kirckeham cœnobium, in Aquilonari Angliæ parte, ob loci amœnitatem, commendat *Balæus.**

Doverensis monachorum conventûs, meminit *Balæus.** Et Dorensis cœnobii, prope Herefordiam, abbatem Adamum vocat.*

Dorobernæ, Salvatoris fanum exstitit. *Idem.**

Teukesburii ad confluentiam Avonæ & Sabrinæ fluminum, Alanus abbas c aruit. *Idem.**

Salopii monasterii præses designatur Robertus. *Idem.**

Salterienses monachi, Benedicti regulam professi sunt. *Idem.**

In Sempringham, Gilbertus novam monachorum sectam instituit: ut suo dicemus loco.

Mellifontanum abbatem, Malachias sortitur successorem.

Batensis episcopus Robertus fuit.

Exoviam Ecclesiæ domicilium fuisse, episcoporum mentio testatur, *apud Sigeberti Continuatorem.*

Roffensem Galterus, Heliensem Nigellus, Carlinensem Adulphus, administrarunt episcopatum. *Idem.*

Monemunthæ archidiaconus fuit Galfridus: *ut Balæus** *indicat.*

Glocestriæ. Benedictinæ sectæ monachis insignis est, *apud Polydorum.**

Becci. Nam ibi Herbertus & Richardus, Abrincenses episcopi, sepulti sunt: *teste Sigeberti Continuatore.*

Excestriæ. Coriniensis conventus, qui & Excestriensis dicitur, abbatem egit Serlo quidam, anno 1129. *Balæus.**

Ad Panormitanensem arcbiepiscopum, *Petri Blesensis* exstat epistola: quem olim socium; nunc verò dominum & amicum esse, testatur.

Herefordensi episcopo inscriptæ literæ ab Alexandro III. *in tomo 2. Conciliorum* habentur.

Heliensis archidiaconus, ex Alexandri literis, quæ *tomo 2. Conciliorum* insertæ sunt, notus est.

Salesberiensis cujusdam episcopi meminit Alexander III. in epistolâ ad Herefordensem episcopum.*

In Connereth, Malachias episcopus est: *ut testatur Bernhardus, in Vitâ ejus.*

Episcopatuum denique Anglicorum, *apud Sigeberti Continuatorem*, plurimi fit mentio; Lemonicensis, Maclovíensis, Bleiensis, Hilsinensis, Aquicinēsis, Legiensis, In Castri loco, Haunoniensis: & Monasteriorum. Montis acuti, Hildæ, Bertiendefici, Montis sancti Micbaëlis de periculo maris, Montis, cujus abbati Anglorum Rex ecclesias pontis Ursonis subjecit, Gemmeticensis, Salmuriensis, sancti Ebrulfi, Lirensis, sancti Augustini, de Bure, de Campis seu Campellis, in Reverle, sancti Wandregisili, Fontanetensis, sancti Petri super Dinam, sancti Benedicti supra Ligerim fluvium, Cadomi, in Fonte S. Martini, Sustulæ ad Molam fluvium, de Prato, Vivariensis, Mortui maris, Montis Dei, S. Mariæ de frigido monte.

In Wicciorum provinciâ, Eveshami abbatem egit Adamus quidam. *Balæus.**

Ningellæ verbum Dei prædicat Nobertus. *Sigeberti Continuator*, sub annum salutis 1122.

In Nortmanniâ.

Constantiæ, apud Nortmannos, Algaricum quendam fuisse episcopum. *Vincentius** testatur. Richardi, ejusdem sedis antistitis, meminit *Sigeb. Cont.*

Fiscanensis Prioris meminit *Balæus.**

Philippum Bajocensem, Arnulpbum Lexoviensem, & Herebertum Abrincacensem, apud Nortmannos, episcopos, inaugurationi Heinrici Anglorum Regis adfuisse, sub annum 1155. *Sigeberti Continuator* annotat. Ebroicensis Rotrocus *apud eundem* celebratur.

In Scotiâ.

Plures Scotis à Trustino Eboracensi episcopos consecratos; inter quos Gillas quidam, Candidę casæ destinatus, principem obtinuerit locum: ait *Polydorus.** Scociæ episcoporum meminit & Alexander III. in epistolâ ad Herefordensem episcopum, *tomo 2. Conciliorum.*

In Hiberniâ. Celsus Armachanus archiepiscopus, & totius Hiberniæ primas, sub annum Christi 1128. in vivis esse desiit; *teste Balæo.**

Quatuor in Hiberniâ sunt sedes archiepiscopales; sicut sunt quatuor illîc provinciæ, quæ illis correspondeant: Armachana, Dubliensis, Cassellensis, & Tuamensis. Quatum Armachana decem & quinque habuit episcopatus;

* Cent. 2. c. 76.
* cap. 77.
* Cent. 2. c. 86.
* lib. 13.
* Cent. 30. c. 44.
* lib. 3. Decret. tit. 58 c. 7.
* Cent. 2. c. 93.
* li. 26. c. 20
* Cent. 2. c. 62.
* lib. 12.
* Cent 14. cap. 84.

Dublien[illegible] quin[illegible], Cass[illegible] [illegible] [illegible]decim, & Tuam[illegible] decem. Et hanc ordinationem fecit Eugenius III. Pontifex Romanus anno Domini 1152. per Legatum à suo latere, Johannem Papirionem, titul. S. Laurentii in Damaso Presbyterum Cardinalem. *Idem.* * Malachiæ, Hibernorum archiepiscopi, fit mentio *apud Sigeberti Continuatorem.* Duoelmæ Johannes factus est archiepiscopus, anno 1182. *juxta eundem.*

In *Flandriâ*, Brugis, Carolus Flandriæ Comes, in ecclesiâ Donatiani, inter orandum trucidatur. *Sibert. Continuat.*

Antuerpiensibus & Floresfiēsibus monachis, Norbertus Præmonstrato abbates misit: *teste Sigeberti Continuatore,* sub annum 1129.

Verulano episcopo scripsit Alexander III. *Libro 1. Decret. tit. 6. c. 3.*

Et ad Baronensem episcopum, exstat ejusdem Papæ epistola, *lib. 1. tit. 11. cap. 1.*

Spalensis etiam ecclesia ex ejusdem epistolio nota est, quod exstat *in Decretalib. lib 3. tit. 28. cap. 4.*

DE PROPAGATIONE.

Bartholomæi Lundunensis episcopi industriâ, in pluribus suæ provinciæ locis, ubi priùs religionis divinique cultûs studium fuerat nullum, Ecclesiarum jacta fuisse fundamenta; quarum pauló pòst splendore, etiam transmarinæ regiones illustratæ fuerint: *Sigeberti refert Continuator,* sub annum 1113.

Guilhelmus, Siciliæ Rex, captam Sibyllam, quæ est metropolis insulæ Geræ, inter Africam & Babylonem, Christianis habitandam concessit; eisque præfecit archiepiscopum, anno 1158. *ut idem annotat.*

Captâ Ascalone, à Balduino Hierosolymorum Rege: Agareni, qui religionem Christianorum respuebant, ejecti sunt, morigeris aliis conservatis. *Idem,* horum tamen maximam partem ad vomitum rediisse, innuere videtur. Nam sub annum 1161. Soldani matre cum filio rerum summâ potiente, eosdem, Paganorum metu, non ausos fuisse, publicè suæ pietatis qualecunque præbere indicium, narrat. Verùm & hos, quos metuebant, pauló pòst, miraculo quodam divinitùs edito, in Christi castra transiisse, annotat.

Rugiani, qui Arechonem urbem primariam incolebant, expugnationis vehementiâ fracti, ab Erico Danorum Rege, cùm de religione Christianâ recipiendâ fidem dedissent, pacis conditiones æquiores impetrant. Primùm itaque, solenni ritu, sacrato flumine ablui jussi; mox stagnum, non tam initiandæ religionis, quàm pellendæ sitis ardore, petentes, sub specie sacrorum, fessa obsidione corpora refecerunt. Datus est quoque iisdem antistes; qui cultioris vitæ normam præscriberet, & novæ religionis rudimenta traderet. Verùm illi, non multò pòst, ad suam idololatriam redierunt. Tandem Waldemarus Rex, denuò eorum castro expugnato, hac eos lege inter cætera recipit: ut, simulacro cum omni sacrâ pecuniâ tradito, captivos Christianos, ergastulo liberatos, absque redemtionis precio dimitterent; omniaque veræ religionis sacra, Danico ritu celebranda, susciperent; atque agros latifundiaque deorum, in sacerdotiorum usus cōverterent. Quin & Principum Scribæ in urbem immissi, qui sacerdotali ministerio, rudem religionis populum, Christianis assuefacerent sacris; ejusque sacrilegis sensibus, sanctitatis disciplinam ingererent: *ut habet Saxo Grammaticus,* * & *Crantzius.* * Absolon quoque de Roschilde, & Berno Magnopolitanus, episcopi, præstò fuere; ac Regi pia, in novâ religione apud gentem pravam & perversam plantandâ, con[illegible] [illegible]tulerunt. Rugianorum Princeps Jaremarus, de verò [illegible] cultu edoctus, magno desiderio Baptismi sacris initiatus, non solùm reliquæ multitudini pietatis illustri præivit exemplo, verùm etiam docendi munere est perfunctus. ac, quia præ cæteris Sclavis Rugianorum gens durior, pra[illegible]que religionis tenacior esset; nonnunquam minis ad o[illegible]ium eosdem coegit: *ut Helmoldus* * testatur. Anno hæc a[illegible]re, [illegible] 1168.

Eugenium III. per Hadrianum Anglum, Norvegiam Onuphrius & Sueciâ addit) in suam religionem traduxisse testantur *Raynulphus,* * & *Balaus de Actis Romanorum Pontificum.* Legatus autem, Romanorum reversus, ob rem præclarè gestam, post Anastasii obitum, Pontifex creatur. *Martinus Polonus.*

Cruento prælio devictos Finlandos, Ericus Sueonum Rex, pietate maximè insignis, Christianam religionem coegit amplecti: *ut narrat Johannes Magnus.* *

DE CONVERSIONE.

Maximè illustris est, hac ætate, Moysis Judæi conversio: qui cum religione nomen quoque mutavit, dictusque est Petrus Alfonsus; ut suo loco dicemus.

Norbertus, sectæ Præmonstratensis autor, verbi divini prædicatione, plurimos ab errore quodam convertisse scribitur: inter quos fuit Theobaldus quidam, Westphaliæ Comes, cum conjuge; qui tria in suo territorio castella, per Norbertum, divino mancipavit cultui: ut *Sigeberti* annotat *Continuator,* sub annum 1123.

Exstat, inter epistolas *Petri Blesensis,* una quædā, ad Soldanum scriptâ; quâ ei de receptis Moysis scriptis gratulatur; ac de fide porrò eum erudit. cujus fragmentum adscribimus: *Soldano Iconii, veritatem agnoscere, & agnitam custodire. Ex literis tuis, & nuntiorum tuorum fideli relatione, cognovimus; quòd in votis habeatis, ad Christum converti. Cumq; jam receperitis, ut audivimus, Pentateuchum Moysis, Prophetias Esaja & Jeremiæ, Pauli etiam Epistolas, atq; Johannis Evangelium & Matthæi: postulas tibi mitti virum orthodoxum aliquem in lege Christi; à quo quasi vice nostrâ plenius instruaris. Nos autem petitioni tua, plurimùm in Deo commendabili, grato concurrentes assensu, tales Excellentia tua curabimus destinare; qui apud te in doctrinâ sacrâ, & salutaribus monitis, vicem apostolica autoritatis suppleant.*

DE AMPLIATIONE.

Fervens admodum fuit hominum, plùs satis superstitiosorum, in exstruendis monachorum claustris, studium. Nam solius Lotharii Imperatoris temporibus, sedecim; & sub Friderico, vix pauciora, apud Bojos, monachorum contubernia instituta esse, narrat *Aventinus.* *

Præter nova, quibus hac ætate Angliâ crevit, monasteria, alioquin ejusmodi otiosorum hominum domiciliis refertissima, novos etiam episcopatus accepit. Nam Elyiensis, sub annum salutis 1111. initium sumsit. Et Heoricus I. Anglorum Rex, Carlioli (*Sigeberti Continuator* vocat Carlinum) de novo episcopalem constituit sedem, anno 1135. *Autor est Polydorus.* *

Adelbertus, cognomento Ursus, Orientalis Sclaviæ dominus, profligatis oppressisque Sclavorum contumacibus, ad Havelam Albimq; degentibus, Hollandos, Flandros, & Rheni accolas, substituit: quibus urbes & oppida rursus incolenda dedit. Horum igitur concursu, Brandeburgicus & Havelbergensis episcopatus plurimum accepère incrementi. Ecclesiarum præterea, Decimarumque numerus, ubique locorum in immensum ferè accrevit: *ut Helmoldus in Sclavorum Chronico* * *refert.*

Primæ etiam Erico, Sueonum Regi, cura fuit, de Ecclesiis vel fundandis, vel reditibus Sacerdotumque numero augendis. Inter cætera verò pietatis suæ monumenta, Upsalensem sedem, quæ totius regni primaria est ecclesia, à suis Majoribus inchoatam, ipse magnifico labore, multisque impensis, perfecit: *ut testatur Johannes Magnus.* *

Geroldus, Aldenburgi episcopus, cùm aliquid fructûs ex sui officii administratione perciperet; autor fuit Comiti suæ terræ, ut in Susle pago, juxta Grempine fluvium, qui piratarum erat receptaculum, Ecclesiæ fundamentum jaceretur. Voti compos factus, prædicationis partes, Comite consentiente, Deilano, ex Faldrensi conventu accito demandat. Post hæc, in Lucelenburg, & Rhatecoue, Ecclesiæ esse cœperunt; Comite & Episcopo atria seu spatia designantibus. Horum itaque, quam sibi mutuò præstabant operâ, haud parùm Domini opus in Wagirorum terrâ revir.

Quin & in Polaborũ diti[illegible]ne, studio Evermodi Episcopi, & Hei[illegible]ci C[illegible]m[illegible]s de Raceburg, Ecclesiarum numerus adauctus est. Comes enim, Westphaliæ populis in suam traductis regionem, agros distribuit: qui religionis studio ferventes, nihil, quod ad divinum faceret cultum, prætermisêre. Ac fuêre hæc initia satis prospera; quibus Bernhardi temporibus (is enim, post patrem Heinricum, summâ rerum potiebatur) plurimum accessit incrementi: ac *ut Helmoldus ait*) consummatum est opus, quod pater ejus feliciter cœperat.

DE INSTAURA-tione.

IN Norico, Chiminum, ab Ungaris olim vastatum cœnobium, Conradus Juvaviensis restaurat; & Augustinianæ professionis replet monachis. *Aventinus.**

Malachias, consecratus episcopus in Conereth, (quæ urbs [illegible]m multos annos pastore destituta fuisset, vastos Gentili[illegible] mores ferè tota induerat: pietas ac honestas pene omn[illegible] interciderat apud quolvis [illegible] monitis, precibus ac lacry[illegible]mi[illegible] n[illegible]titit sedulò, ut feros barbarosque mores [illegible]critus deponerent, ac, cum ipsi cives templa invisere ne[illegible]erent [illegible]e per vicos plateasque cursitans, concionatur: se[illegible]e non solum conv[illegible]tiis, sed & præsentissimo morti [illegible]ericu[illegible] obiicit. Sed vicit tandem hac suâ parrhesiâ. Nam c[illegible] barbarie nonnihil depositâ, Christianas hone[illegible]que leges amplexati sunt: Ecclesiæ reparatæ: qui rebus sacr[illegible] commodè præessent, requis[illegible]: Sacramentorum usus restitutus: conventus sacri frequentes habiti: confessiones [illegible]actæ: concubinatus, nuptiarum celebritate honestatur. Postremò, sic mutata in melius omnia; ut hodie illi genti conveniat, quod Dominus per Prophetam dicit: Qui antè non-populus meus, nunc populus meus. *ut Bernhardus in vita Malachiæ scribit.*

Interfecto Sclavorum Principe Crucone, (quem & alii Critonem appellant) [illegible]iduam ejus Heinricus, Godeschalci filius, uxorem ducens, omnem simul obtinuit principatũ, in terrâ Sclavorum & Obotritorum. Sub hujus igitur umbrâ, [illegible]ietati enim addictus erat [illegible] in territorio Nordalbingorum, quos hodie Holsatos appellamus, Ecclesiæ, quarum multos jam annos nulla fuerat habita ratio, quæque desolatæ steterant, reparatæ leguntur. Et Sclavi, licèt religionem extremè odissent: tamen continuis bellis, quę ipsis erant minimè felicia, fracti, pacem pietatemque colere coacti fuerunt. Nulla autem, in universâ Lutitiorum Obotritorumque provinciâ, erat ecclesia; nisi Lubecæ solummodò: quæ ob Ducis aulam insignis tùm habebatur. Eâ igitur arreptâ occasione; Vicelinus quidam sacerdos, de consilio Bremensis archiepiscopi, Rudolpho & Ludolpho Canonicis eum comitantibus, Lubecæ Ducem adiens, [illegible]ædicandi facu[illegible]tem, in omni solo ipsi subjecto, dari sibi expetit. Istorum itaque postulatis, non solùm mox annuit Heinricus: sed multâ insuper eos benevolentiâ complexus, Lubecæ primùm templum eis aperit. Verùm immaturâ Ducis morte interveniente [illegible]d Sclavos, quos parùm fidos [illegible]ciebant, excurrere prohibiti fuerunt. Post hæc Bremam reversus Vicelinus [illegible] ab Archiepiscopo ad Falderenses, qui sacerdotem sibi dari petierant [illegible]legatur. Ac licèt Christiano censerent[illegible] nomine[illegible] tamen avitam religionem [illegible] quæ ethnica erat, mordicùs plerique adhuc tuebantu[illegible]. Verùm hæc multorum animis Vicelini prædicat[illegible]one, exempta est. [illegible]oc tam f[illegible]lici muneris ecclesiastici succes[illegible]u. Rudolphus & Ludolphus (quos diximus [illegible]ve[illegible] Epponem Luithmundum, & Folcardum, [illegible]es [illegible] uum adsciscunt consortium: profectique ad Vice[illegible]num fidelem ipsi apud Holsatos, finitimosque [illegible]pulos præstiterunt operam. Verùm ad Sclavos nullus eis tum patebat aditus, propter intestinum ipsorum bellum. [illegible]einrici enim filii [illegible] post patris obitum, d[illegible] ecess[illegible]ne acerrimè [illegible]oncertabant. Horum autem [illegible] ma[illegible] Canuto [illegible] fortè trucidato [illegible] Suenopolch[illegible] [illegible]m, A[illegible]atiorum Comitis djutus copiis solus [illegible]tur summa [illegible] æqui[illegible] erga C[illegible]istianos [illegible] a[illegible] Vicelinus ne ullam occasionem prætermisisse videretur, ipsum adiit, ac ut eam rem, quam à patre ipsius olim impetraverat, in actum producere liceret, obnixè rogavit. Voti igitur sui compos factus, Ludolpho & Volwardo sacerdotibus, sacra in urbe Lubecensi peragenda commisit. Eos verò mercatores, magnâ ibi frequentiâ degentes, benignè foverunt, usque dum oppidum illud à Rugianis vastaretur: *ut Helmoldus** testatur.

Cæterùm, Heinrici stirpe, violentâ morte, è medio sublatâ, ad Canutum, regio sanguine apud Danos natum, principatus devolutus est: quem quidem, Lotharius Imperator, Regem Obotritorum appellavit. Is verò, cùm religioni faveret, odio Diaboli, a patruo occisus est. Huic Pribislaus & Nicolotus, quos truculentas *Helmoldus* bestias vocat, successêre: sub quibus, omnis apud Sclavos idololatria iterum invaluit. At Vicelinus, qui nihil-non religionis ergò tentabat, blandâ hunc, non sine præsenti periculo, emollitum oratione, licèt, ut apparet, eum non converterit; à Christianorum tamen persecutione nonnihil compescuit: prætertim cùm Imperatoris Lotharii accederet authoritas. Exinde libera Hermanno, Ludolpho & Brunoni, quos Lubecæ substitisse diximus, Sclavis prædicandi facultas. *Idem,** & *Chronicon Holsatiense.* Factaque est ex immensâ misericordiâ Dei, & virtute Lotharii Cæsaris, seminatio novellæ ecclesiæ in Sclaviâ. Verùm immaturâ Imperatoris morte, (quæ quidem Heinrico Saxonum Duci & Alberto Marchioni, de Saxoniæ Ducatu dimicandi occasio fuit) magna simul propagandæ religionis difficultas incidit: cum impunè in ecclesias teneras, earumque bona perexigua, sævirent militares Harpyiæ. Tandem autem à sacro exercitu, qui cruce insignitus erat, devicti Sclavi, fidem recipere coguntur: seque baptismate ablui passi sunt. At, dilapso oppugnantium exercitu, ut sus ad volutabrum, reversi sunt quam-plurimi. *Helmoldus.*

Præterea, Hartuicus Bremensis, non religionis gratiâ; sed ambitione magis, ut apparet, accensus, omnem movit lapidem: quò suffraganeos episcopos Daniæ, Norvegiæ, Sueciæ, quos Hamburgensis olim paruisse inspectioni constabat, in suam iterum redigeret potestatem. At, cùm promissis largitionibusque, Romanum Pontificem, ac Imperatorem in suam pertrahere sententiam minimè posset: apud Sclavos, Aldenburgensem, Raceburgensem, & Melchelburgensem episcopatus, qui jam annos ferè octoginta-quatuor jacuerant, restauravit, atque episcopos eò misit: ne ipse scilicet Suffraganeis destitueretur. Idque inconsulto Duce Sclavorum, proprio suo arbitrio, fecit. Ea autem res, magnæ simultatis inter Vicelinum, quem Aldenburgensibus consecrârat episcopum, & ipsum Ducem, materia fuit. At novi illi episcopi, nihilominus concrediti sibi muneris partes fideliter peragentes, Barbaros ab idolorum cultu recedere, & Christi verbum amplecti, monuerunt. Verùm paucos tamen expugnarunt: cùm Comitis Adolphi & Heinrici Ducis favore, quibus insciis episcopale, in suo territorio, susceperant munus, destituerentur. *Helmoldus.**

Boleslaus, Polonorum Dux, icto cum Ruthenorum Rege, quem Petri cujusdam dolo captum in vinculis tenebat, fœdere & amicitiâ; Stetinensem urbem, quæ Pomeranorum caput habebatur, expugnat; Naclam (forte Anclam) diripit; omnemque illum agrum igni ferroque miserè vastat. Ac feruntur, eâ calamitate, Pomeranorum decem & octo millia cæsa, & octo circiter millia in captivitatem abducta esse: paucis admodum cum suo Principe relictis; qui, Christo se nomina daturos sanctè promiserunt. Hi[illegible] Boleslaus con[illegible]ulturus, Bambergâ Othonem (ig[illegible] suâ enim ditione, qui id muneris feliciter obiret, nemo in[illegible]iebatur) per literas accivit: quarum quidem exemplum subjicimus.

Domino suo & patri amantissimo, Othoni, venerabili episcopo, Boleslaus Dux Polonorum, filialis obsequii devotionem. Quia in diebus juventutis tuæ apud patrem meum, decentissimâ,

* Lib. 6. — * c. 25. 47. & seqq. — * c. 50. 52. 54. — * cap. 70.

de vitissimâ te honestate conversatum meminim; & nunc quoq, Dominus tecum est, firmans te, & benedicens tibi in omnibus viis tuis: si tua non displicet dignitati; veteres tecum renovare, animo fidit. amicitias; tuo quoq, consilio, similiter & auxiliis, ad Dei gloriam promovendam, ipsius gratiâ coadjuvante. Nosti enim, ut arbitror, quomodo Pomeranorum cruda barbaries, non meâ quidem, sed Dei virtute, humiliata, societati Ecclesiæ per Baptismi lavacrum, se admitti petivit. Sed ecce, per triennium laboro; quòd nullum episcoporum vel sacerdotum idoneorum, mihiq, coassistentium, ad hoc opus inducere queo. Unde, quia tua sanctitas, ad omne opus bonum, prompta & indefessa prædicatur, rogamus pater amantissime, non te pigeat, nostro comitante servitio, pro Dei gloria, suaq, Beatitudinis incremento, id laboris assumere. Sed & ego, tuæ Paternitatis devotus famulus, impensas omnes, socios itineris, linguæ interpretes & coadjutores presbyteros, & quæcunq, necessaria fuerint, præbebo: tu tantùm venire dignare. Historia Bambergensis.

His acceptis literis, magno perfusus est gaudio Ottho; impetratâque ab Honorio II. abeundi licentiâ, itineri se accinxit: multis clericorum eum comitantibus, anno salutis 1125. Commeatum verò Imperatorem subministrâsse, *Aventinus* scribit. Advenienti, Pomeranorum Dux, magnâ stipatus satellitum cohorte, obviam processit, multâque excepit benevolentiâ. At Pomeranorum gens effera & crudelis, vix ab Otthonis Comitibus cruentas reprimebat manus. Verùm hos Ottho, sanctitate & doctrinæ prædicatione, divinâ simul cooperante gratiâ, subindè magis ac magis, non modò mitiores; sed etiam religioni novæ æquiores, reddidit. In castro Piritsâ, cum sacerdotibus & clericis sibi adjunctis, viris piis & doctis, aliquot diebus Christianæ religionis elementa proposuit; & nihil, quod ad Barbarorum conversionem quoquo modo facere videbatur, prætermisit. Nec fuit ejus labor inanis. Nam diebus, quibus ibi commoratus est, ferè viginti, septem circiter millia hominum ad Baptismum accesserunt. Indè digressus, Caminum venit: ubi inter reliquam plebeculam, quæ Christo catervatim nomina dabat, & Ducis conjunx, cum universo gynæceo, erat. Ipse etiam Dux, cum suo sodalitio, simul imbuitur sacris: & deinceps viginti-quatuor concubinas, quas præter legitimam conjugem alebat, cùm rectiùs ab Otthone edoctus fuisset, dimitit. Ac, ut breviter dicamus, eo loci, non tantùm infimam plebem; sed ipsos principes viros, obsequentes admodum habuit. Conditum est ibidem templum: cui Ottho unum ex suo præfecit sodalitio pastorem. Exactis Camini diebus quinquaginta, conscensaque navicula, Julinum contendit. Eò quidem secundis applicuit ventis: sed magnam incolarum expertus est sævitiam. Ducis enim palatium ingressus, ab iis circumdatur, effractisque foribus prosternitur, multisque tunditur verberibus. Ottho autem, tacitè sibi congratulatus, quòd & in hoc Filii Dei Apostolis fieret conformis, ab incepto minimè destitit; sed spiritu mansuetudinis, corda adamantina emollire non cessavit. Eos tandem adeò mites reddidit: ut dici non possit, quantis lacrymis, quantâque religione, illatam episcopo vim deprecati sint; ipsumque Numinis ferè loco deinceps venerati sint. Hac igitur ratione, universa ferè Pomeranorũ natio, in Christi castra, erectis (quod dicitur) signis, transiit. Estque Julinum, cathedralis Ecclesiæ sedes, authore Otthone, designatum. Ex animi tandem sententiâ istis omnibus (uti diximus) peractis, ad suos pedem retulit Ottho: ut *in historia Bambergensi* memoriæ traditum est. *Helmoldus,* * *Urspergensis.*

* cap. 42.

Livonia etiam, à Meinardo, Segebergensi Canonico, fidei rudimenta percepit. Nam is sæpius, per mercatores Saxones & Vandalos, quos religionis propagandæ studiũ tenebat, eò adductus; cùm gentem illam à veri Dei cultu non penitus abhorrere animadvertisset: Hartuicum, Bremensem archiepiscopum, ut ejus autoritate cœpto operi sibi insistere liceret, solicitat. Qui non modò postulatis annuit; verùm etiam adjunctis ei sociis, ut episcopalis alicubi sedes designetur, jubet: cui ipse Meinardus primus præsideat episcopus. Arrisit hominis consilium: magnoque conatu rem aggressus, reluctantium corda, non tam verbi prædicatione, quàm muneribus, expugnavit: ac Rigæ, quæ soli fertilitate, & navigationum commoditate, maximè insignis habetur, cathedralem totius Livoniæ ecclesiam constituit, anno salutis 1186. Præterea, quò contra externorum incursiones, aliorumque violentiam, oculis quotidie obversantem, se muniret: in insulâ Dunaviæ fluminis, (quæ pòst Kerckholm appellata; & Teutonici ordinis monachorum domicilium facta est) arcem quandam construxit. Verùm Meinardo extincto, pietas simul, quam, magno eum labore & periculo, hominum mentibus ipse insti-llârat simul evanuit. Cùm enim Bertholdus, Cisterciensis sectæ abbas quidam, Meinardi locum capere jussus esset: armis multoque milite instructum, quem quidẽ Celestinus Pontifex, religionis ergò, largâ peccatorum veniæ promissione donârat, eò venire oportuit; quò eos officium facere vi quâdam cogeret. Sed cùm ferociori equo, quo utebatur episcopus, in medium hostium agmen temere prolapsus esset; miserè confossus est: fortè, quia Deus noluit. Episcopos armis episcopatus capere; sed verbo Dei doctrinâ, pietate, orationibus. Anno 1198. *ut refert Crantzius in Saxonia.* *

* l. 7. c. 13

DE DEFECTIONE.

ARchonenses, qui paulò antè, ad religionem amplectendam, vi quâdam coacti erant, post Erici Regis abitum, nullâ obsidium, quos dederant, habitâ ratione, cum religione, Antistitem suum iterum ejecerunt; & ad sui idoli, quod salvum sibi relinqui Regi sedantes, pacti fuerant, rediêre cultum: *ut Saxo* * *testatur.*

* lib. 4.

Sclavos sæpiùs religionem mutâsse, ex iis, quæ paulò antè diximus, patet.

De Prutenorum, seu Pomeranorum, defectione, quos Otthonem Bambergensem convertisse scripsimus, in hũc modum scribit *Cromerus*, historiæ Polonicæ author. * Vix-dum circumacto anno, Prussi in pristinum errorem apertè labuntur; ritus Christianos explodũt, sacerdotes, cæterosque qui constantiùs Christianam religionem retinebant, ejiciunt, templa profanant. Veriti autem, ne extrema quæque pro his, quæ patrarant, paterentur; ad Boleslaum Principem Legatos mittunt, cum donis magni precii: profitentur, se in fide ejus permanere, cæteraque omnia ejus jussa facturos esse; religionis modò Christianæ necessitatem ut sibi remitteret: multitudinem, patrias & avitas religiones, neutiquam velle aut posse abjicere; & omnia malle perpeti priùs, quàm ab inveteratis tempore & consuetudine ritibus ad novos transire. Leviùs, quàm par erat Christiano Principi, violatam & neglectam ab ipsis religionem, Boleslaus ferre visus est: cùm ii de fide erga ipsum suâ nihil mutarent. Itaque tunc si. Legatos eorum dimisit; ut eorum approbâsse videretur: pluris faciens suam, quàm Dei majestatem; sive adeò muneribus delinitus.

* lib. 8.

Ivelinus quidam Armenius, vir bello strenuus, & ad quælibet tentanda pronus, abnegatâ religione Christianâ, Turcis, terram sanctam affligentibus, se adjunxit; nec parum Christianis molestus fuit: sub Balduino IV. Rege Hierosolymorum. *Tyrius.* *

* l. 21. cap. 11.

CAPUT III.

DE TRANQUILLITATE & Persecutione Ecclesiæ.

PAUCA quæ de Persecutione hoc loco verè dicamus, Autores suppeditant. Sincerior enim cœlestis doctrina, caligine multâ, quam quidem humanæ traditiones & figmenta induxerant, obscurata, & quasi sepulta fuit: rarissimi erant Ecclesiæ doctores, quibus doctrina pura curæ fuisset: ac inter mille vix unum reperies Episcopum, animarum salutem, in amplissimo suo munere, seriò, spectantem. Reliquum Episcoporum, vel (ut rectiùs dicimus) Antichristi sociorum vulgus, seculi sectabatur luxum, delicias, gloriam, & dignitates: ac prorsus apud hos jacuit confessio & propagatio doctrinæ veræ.

quam

quam quidem ipsi nunquam didicerant. Multæ quidem Pontificum, tum Romanæ, tum aliarum Ecclesiarum, calamitates à Scriptoribus commemorantur: verùm suę fortunæ plerunque illi-ipsi, suâ πολυπραγμοσύνῃ exstitêre fabri. Dum enim politicos gubernatores, præter sui officii rationem, in suum redigere jus & potestatem, magnis laboribus, quo jure quâve injuriâ, contenderunt: suæ temeritatis dignas sæpiùs dedêre pœnas. Ejus autem rei exemplum unum illustre, (ut de cæteris nihil hic dicamus) nobis suppeditat Paschalis, Romanus Pontifex. Nam cùm Romæ, in Pontificis verba, Heinricus V. jam inaugurandus, jurare nollet, cōtentio inter eos oborta est; quę solennē illā actionē impedivit. Cæsariani igitur milites, tam in cives, quam in clerum, (qui frequēs tùm ex omnibus provinciis, Pontificis jussu, confluxerat) impetum facientes, multos eorum sinè discrimine trucidarunt; sacrisque superstites exuerunt vestibus. Quid multis? Ipse Pontifex Paschalis, cum reliquâ Cardinalium, Cleri, Civiumque multitudine, vinctus abducitur. *Helmoldus in Sclavorum Chronico.** [* cap 40.]

De eâdem autem Pontificis calamitate, *Blondus* in hũc modum scribit:* [* li. 2. Dec 4.] Libet verò Pandulfi, Lateranensis ecclesiæ Ostiarii, qui interfuit, scribendi ordinem verbaque imitari. Pontifice capto, temperatum est à Cardinalium Episcoporumque opprobrio. Sed archipresbyteri presbyterique, & cætera cleri turba, ad unum omnes spoliati: adeò ut nec interior tunica, nec femoralia, sint relicta. Posterâ die, Romanus populus, armis correptis, in civitatem Leoninam furore irrupit: illisq; ex Theutonicis, qui per hospitia sunt inventi, occisis, pugna in scalis sancti Petri, ad quas regii milites convenerant, est relata. Nec diu loco certatum est: quòd, deturbatis illis atrio, Theutonici, intra ecclesiam confugientes, de eâ faciliter sunt defensi. Exercituque regio, qui ad Saxonum, civitatis Leoninæ portam, in atriis consederat, ut oppressis in ecclesiâ suis subveniret, parantes se Romani in urbem, per pontem Trajani rapidum, receperunt. Per biduum verò, quod secutum est, Theutonicis armis retentis, id civitatis Leoninæ, quod à Basilicâ in Saxonum portam, vinariis hospitatoriisque tabernis frequẽtabatur, ad libitum discurrerunt. Sed quarto ab-indè die, quum rescissent, Romanos, structis in urbe aciebus, ut irrumperent, se parare; illicò Rex, Pontifice, Cardinalibus, cæterisque captivis, in castra perductis, aufugit.

Non igitur verè, ista Pontificis castigatio, potest dici persecutio. Sed clerus, aliique sacrificuli, plebem ad arma, contra Imperatorem seu Magistratum sumenda, exstimulantes, reverà persecutores immanes & crudeles fuêre; digni pœnis politicis, tanquam seditiosi. Verùm nos, iis jam omissis, illa, quæ justiori persecutionis titulo censeri possunt, breviter recensebimus.

SUB HEINRICO IV.

Anglicæ quidem ecclesiæ, quæ superiori ætate variis jactatæ fuerant calamitatibus, Heinrici I. Anglorum Regis pietate, pacem recuperarunt. Nam is, sub annum salutis 1101. summâ rerum, post fratris obitum, potitus, Anshelmum ab exsilio, (licet ex Proceribus plurimi reclamarent; inter quos primus erat Comes de Mellento) tandem revocavit: *ut Malmesburiensis * & Raynulphus * testantur.* [* lib. 5. c. 28 / lib. 7. c. 12] Vintoniensem episcopatum, cujus vix vestigia supererant, restituit, eumque Guilhelmo Giffardo administrandum tradidit. Cœnobia etiam, quæ suis orbata fuerāt incolis, monachis iterum replevit.

Attamen pòst de suo erga religionem studio, nonnihil remisit. Nam Vintoniensem, quem diximus, episcopum, cùm ab Eboracẽsi, Regi plùs justo in quibusvis rebus morigero, consecrari detrectaret, omnibus facultatibus exsutum, mulctavit exsilio. Quin & Anshelmum, ecclesiasticæ libertati patrocinantem, multis affecit contumeliis: *ut narrat Polydorus.** [* lib. 11.] Non tamen Anshelmi actiones tam fuerunt justæ, ut celebrantur a nonnullis: id quod suo loco annotatur.

Daibertum Hierosolymorum Patriarcham, Balduinus Rex, Arnulphi cujusdam archidiaconi instinctu, adeò affli[illegible] suam sedem tandem reliquerit, & Antiochiam commigrârit, sub annum salutis 1103. *Tyrius.** [* li. 10. c. 25.]

SUB HEINRICO V.

Patet Heinricus, Regni consortem acceperat Heinricum filium, ejus nominis Quintum, virum bellicosum & audacem. Sed, Episcoporum impulsu, filius parentem, contra jus gentium & Dei legem, regno exsuit, misereque afflixit. At non fuit diuturna horum impia confœderatio. Nam occasione revocationis privilegii, de investiturâ Episcoporum Imperatori concessâ per Paschalem; & ratione excommunicationis, contra Imperatorem parentem in Lateranensi Concilio promulgatæ; Episcopi Imperatorem, in suam potestatem omninò redigere, conati sunt. Indè non modò animorum mutua exacerbatio; sed maximè cruentum enatum est bellum. Hoc mali Imperatori creabat Moguntinus Adelbertus; qui Saxones contra eundem armabat, homo perfidus: ex quo hactenus Imperator totus pependerat & optimè de ipso meritus fuerat. Ideoque is captus, triennio in carcere pœnas luit.

Gelasio etiam Romano Pontifice, quòd inscio Imperatore se in cathedram locari passus fuerat, repudiato, Burdinus constituitur Pontifex.

In Gelasium II. quoque Leo ac Cintius Frangepanes, seditiosissimi potentissimique per eam tempestatem Romæ cives, quòd unum ex suis Pontificem fieri concupiverint, primâ electionis die, manus violentas, inaudito aliâs furore, injicere ausi sunt. *Blondus.** [* Dec. 2. li. 4.] Cæterùm, post multa utrinque data acceptaque damna, tandem Calixti II. qui Gelasio successerat, studio, alma Ecclesiæ pax, quæ multos jam exsulârat annos, restituta, & in magnum quasi accrevit montem: *ut Otto Frisingensis** [* li. 7. c. 16.] loquitur. Unde de ipso Pontifice Romæ scriptum est:

Ecce Calixtus, honor patriæ, decus Imperiale,
Burdinum nequam damnat, pacemq; reformat.

Nam excommunicationis fulmine eò-usque adegit Imperatorem: ut omne jus investiendi episcopos, de quo hactenus multis præliis, multoque sanguine, dimicatum fuerat, restitueret Romanis Papis.

Gallicæ etiam ecclesiæ haud-parum afflictæ leguntur, Ludovici Crassi temporibus. Nam Waldricum, Laudunensem episcopum, cives, quos à pravâ temerè-jurandi consuetudine, ut apparet, revocare annisus fuerat, gladio in sacrâ æde confoderunt; ejusque domum igni tradiderunt. Hinc autem tantum enatum est incendium: ut plures ecclesiæ monasteriaq; in cineres redacta fuerint: anno 1112. *Sigebertus, & Vincentius.** [* lib. 27. c. 21] At *Gaguinus* † [† lib 6.] & *Aemylius*,* [* lib. 5.] Thomam quendam de Marlâ, stupendæ immanitatis latronẽ, Laudunensem clerum, ac ipsam urbem, multis attrivisse calamitatibus, scribunt. Nam S. Johannis monasterium, duobus castellis, Creciaco Noningentoque, privavit; eaq; opere & præsidiis munivit: ex quibus crebras faciens eruptiones, multa in vicinos protervè & insolenter gessit. Ipsũ verò episcopum Galterũ (sic eum appellant) ab ecclesiâ, multo cum dedecore, abrepto, oculos exsculpi; ac tandem variis tormentis enectum, vestibusque exutum, projici jussit: nec sepelire passus est cadaver.

Præterea, Bellovacensem ecclesiam, eique ministrantes, Lancelinus Comes, dominii in eos acquirendi cupiditate æstuans, graviter afflixit.

Hugo etiam Puteacensis, Carnotensem vastans agrum, nec ab ecclesiarum sacris sacerdotibusq; manus abstinuit. Verùm hosce omnes, regiâ autoritate, & bellico nervo, compescuit Ludovicus Rex: *ut Gaguinus indicat.*

Cùm Wilhelmum, Pictaviensem Comitem, qui, legitimâ conjuge objectâ, cuidam Vicecomiti uxorem abalienaverat, Petrus, Pictavorũ episcopus, liberiùs argueret; &, cũ omnia frustra fierent, publicè jam eum excōmunicare inciperet: ille, præcipiti furore percitus, crinẽ antistitis involat, strictũq; mucronẽ vibrans, Jã, inquit, morieris, nisi me absolveris. Tùm verò Præsul, timore simulato, inducias petens loquendi, quod reliquum fuerat excommunicationis, fidenter peroravit: Comitem à Christianitate suspendens, ut nec cum aliquo convivari, nec etiam loqui

auderet;

auderet, nisi maturè resipisceret. Ità officio suo, ut videbatur sibi, peracto, martyrii quoque trophæum sitiens, collū protendit; Feri, inquiens, feri. At Wilhelmus, se-se retrahens, inquit: Tantùm certè te odi; ut nec meo te digner odio: nec cœlum unquam intrabis meæ manûs ministerio. Veruntamen pauló pòst, vipereo mulierculæ infectus sibilo, incesti dissuasorem detrusit in exsilium: ubi vitâ excedit. *Malmesburiensis.**

* Lib. 5. c. 30.

Hildebertus, Cenomanensis episcopus, (quem virum bonum & pium fuisse, plures ejus testantur epistolæ) multas tribulationes Romæ, quin & vincula ac carceres, pro Christo & ejus Ecclesiâ, passus est: *ut Supplementum Historiarum testatur.* Quæ autem fuerint causæ, non adfert ibitur. Atqui causas illas ex Epistolis ipsius simere licet: quòd videlicet præposterum Pontificiæ religionis studium improbârit. Nam reprehendit Comitem quendam, quòd religionis causâ S. Jacobum invisere velit: & dicit, eum rectiùs facturum, si domui ac suæ regioni bene præsit, ubique verum Deum rectè coli posse. In aliâ Epistolâ, reprehendit consuetudinem quandam, ubi intinctus panis dabatur: & ostendit, utramque speciem, juxta institutionē Christi, seorsim dandam esse. In aliâ Epistolâ, graviter admonet Honorium Papam; ne quatvis appellationes ex ultramontanis locis admittat: alioqui eum, & Episcoporum potestatem omnem annihilaturum; & amplissimam fenestram vitiis aperturum. In aliâ, conqueritur de exactionibus Romanæ curiæ, ac dicit; *Omnes calamitates & adversitates orationibus vinci ac repelli, præter Romanas expilationes.* Præterea & hæc de Romanis, in quodam epistolarum Hildeberti volumine invenimus; quæ ad verbum subjicimus. *Romani sunt, quos timent; & qui timentur. Hi sunt, quos hæc peculiariter provincia manet: inferre calumnias, deferre personas afferre minas, auferre substantias. Hi sunt, quorum laudari audiu in motio occupationes, in pace prædas, inter arma fugas, inter vina victorias. Hi sunt, qui causas morantur adhibiti, impediunt prætermissi; fastidiunt admoniti; obliviscuntur locupletati. Hi sunt, qui emunt lites; vendunt intercessiones; deputant arbitros; judicanda dictant, dictata convellunt; attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos: trahunt addictos, retrahunt transfigentes. Hi sunt, qui, si petas, & nullo adulante, beneficium promittunt, pudet negare; pœnitet præstitisse. Hi sunt, qui negant reverentiam Clericis, originem Nobilibus, consessum Prioribus, congressum æqualibus, cunctis jura. Nullum illis genus hominum, ordinum, temporum, cordi est. In foro Scytha, in cubiculo vipera, in convivio scurra, in exactionibus harpyia, in collocutionibus statua, in quæstionibus bestia, in tractatibus cochlea, in contractibus trapezita: ad intelligendum saxei, ad judicandum lignei, ad succensendum flammei, ad ignoscendum ferrei, ad amicitias Pardi, ad facetias Ursi, ad fallendum Vulpes, ad superbiendum Tauri, ad consumendum Minotauri. Spes firmas in rerum motibus habent: dubia tempora certiùs amant, & ignaviâ pariter conscientiaq; trepidantes. Cùm sint in prætorio Leones, in castris Lepores: timent fœdera, ne discutiantur, bella, ne pugnent. Quorum si nares afflaverit rubiginosi aura marsupii: confestim videbis illic, & oculos Argi, & manus Briarei, & ingenium Sphyngis.*

De suis porrò calamitatibus, quas pro ecclesiasticâ libertate sustinuit, in epistolâ queritur. *Sicut frequens*, inquit, *tribulationum concursus factus nos invitat Concilium: sic idem revocat & abducit. Adversa etenim, quæ turbam querimoniarum nobis offerunt, ita nostram contrivêre facultatem: ut unicum superesset solatium, usus ipse patiendi. Ea profectò ante peractum superere triennium: quod totum evolutum, continuus lamentis recens vulnus in vulnera quotidie fatigavit. Deniq; tam modico tempore, sex in urbe sustinuimus Consules: quorum nullus pacificum prætendens ingressum, gladio & igne eam sibi vendicavit potestatem. Plebs coacta in favorem, tyrannum suscepit ex necessitate, non ducem ex lege: in susceptum studia simulavit; non exhibuit. Fidem reperit in eâ, quæ superior. Consul vero tantò graviùs dominatus est, quantò brevius. Et quia non parcit populus regnum breve: finem rapinis inopia posuit; non voluntas. Ea clades, usq; ad sanctuariū Domini devagata est: & primo, quicquid extra muros nostræ fuerat potestatis, vel evanuit in favillas; vel dissipatum est in rapinas. Deinde, similibus cecidêre prædicta, & episcopales domus, & ecclesia non-prima. In reliquis, quibus ignis pepercit, aque periclitata est, & facult[illegible] rum, & reverentia sacrorum. Omnia confracta [illegible] pta, omnia contaminata. Nihil eorum usquam [illegible] satis ad flagitia discurrunt, ad honestum nec pretio. Eisdem clerus injuriis affectus, summam rerum judii ad affinentiam, consolari naturam. Ad necessaria votum restringit omnibus indigens. Illius angustia super dolorem vulnerum nostrorum addiderunt: gravimq; confundimur, quòd eorum relevare non possumus inopiam; quam quòd nemo vult nostram. Præterea, longum est, enarrare, quam constanti tyrannide Rex Anglus in nos sævierit: qui, temperantiâ Regis abjectâ decrevit, non priùs Pontifici parcendum, quam Pontificem compelleret in sacrilegium. Quia etenim turres Ecclesiæ nostræ dejicere noluimus; transmarinum subeundi judicium coacti sumus injurias pelagi sustinere; singularem scilicet molestiam in terris, atq; unicam totius humanæ compaginis dissolutionem. Tantis igitur agitati turbinibus, ad Apostolorum limina decrevimus proficisci: magnum novæ tribulationis arbitrati remedium, si Romanus Pontifex nobis & consilio subvenerit, & auxilio. Suscipiat igitur nostram benevoli excusationem, diligenter attendentes, nostros sumtus itineris expensa pariterq; consilii, sufficere non posse: qui de reliquiis incendiorum, tanquam tabula de naufragio, extracti, defectum nobis in viâ pollicentur.*

Et de vinculis, quæ patiatur, alia epistola testatur; quam hic quoque subjicere visum fuit. *Omnibus episcopis, presbyteris, atq; universis Ecclesiæ filiis, Hildebertus, Cenomanorum sacerdos, vinctus Christi Jesu, salutem. Feliciter sunt miseri, quos constat non-meruisse, quæ perferunt. In adversis siquidem quædam felicitas est, quem reum putas, esse tamen innocentem. Hinc est, quòd gloriamur in vinculis: quorum causa nobis est pro solatio, non conscientia pro flagello. Gloriamur enim cum Paulo dicentes:* * Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. *Qualis autem ea sit, vel quæ fuerit nostrorum causa vinculorum, audiant fratres mei, consacerdotes mei, domini & amici mei. Credo, tanto devotius oraturos eos pro me, quantò noverint in me pati Christum. (Vivit Deus, & Dei Filius, & utriusque Spiritus, quòd non mentiar.) In turre Cenomanensi, Comes Rotrocus in vinculis tenebatur. Ad eum, metu mortis trepidum, vocatus accessi. Deinde mihi confessus est: domui suæ disposuit: testamentum fecit: ecclesiis distribuit. Quod ut illibatum permaneret: submissis a me precibus impetravit: quatenus ego ipse matrem ejus adirem; de testamento testimonium perhiberem; inhiberem, ne quis illud minuere præsumeret, ne quis omninò tentaret annullare. Factum est, ut Comes postulavit. In quo utinam pedem non contulissem! Mater Comitis in osculo me suscepit; applausit testamento: gratias agens, quod gratia Comitis accessissem. Rem taliter factam, nec mater, nec filius diffitetur. Eadem die initum est adversus me consilium. In crastinum, injecta manus in me. Iteratam diceres Christi traditionem. Quintâ enim feriâ, in osculo sum susceptus: sextâ feriâ, tanquam cum Christo iturus ad crucē, contumeliose captus sum, & positus in custodia publicâ. Diviserūt etiam sibi vestimenta mea: equus jam inter eos distributus, qui gratis ad facinus discurrunt, ad honestum nec pretio.* Hæc ille.

* 2. Cor. 1. v. 12.

Cameracensi sede Hermannum, tertio; successorem verò Liethardum, quarto pontificatûs anno, exturbatum, *Sigeberti Continuator*, sub annum 1127, indicat. At causas alto tegit silentio.

Nannetensem quendam archidiaconum, exsulantem, solatur Hildebertus, eique suam promittit operam. Verùm exsilii causa ibidem non exprimitur.

In S. Honorati insulâ, a Barbaris piratis, catholicæ religionis expertibus & infensissimis hostibus, monasterium funditùs eversum, ac Monachorum plurimi interfecti sunt: *ut testatur Hildebertus in epistolâ.*

Monachos, Thabor montem incolentes, Turci opprimunt & trucidant: ipsum verò cœnobium direptum Vulcano tradunt, sub annum salutis 1113. *Sigeberti Continuator, Blondus.**

* Lib. 4. Dec. 2.

Heinricum, Monasteriensem episcopum, indignis modis à suis civibus tractatum, scribit *Urspergensis.*

Theodoricus, Cicensis episcopus, a quodam monasticæ professionis viro, quem ob vitæ morumque turpitudinē sæpiùs objurgârat, ad altare, inter precandū, cultro per-

to[illegible] rex [illegible] vulnere post triduum expiravit; anno 1123. [illegible] fit.

SUB LOTHARIO SAXONE.

Sub Lothario Imperatore, mediocris, tum in Politiâ, tum in Ecclesiâ, rerum fuit status. Erat enim is (*ut Urspergensis ait*) belli strenuus ductor, in armis præcipuus, providus in consilio, terribilis inimicis Dei: & sanctæ Ecclesiæ, veritatis amicus, justitiæ socius, injustitiæ inimicus: quo vivente, Romanum Imperium turbare non potuit. Romanam etiam Ecclesiam, multis procellis quassatam, pacavit: expulso Petro Leonis, & Innocentio invitis hostibus restituto. Rogerium quoque Apuliæ Regem, Romanam Cathedram molestantem, compescuit. Idem Lotharii encomium, *apud Vincentium, Antoninum, & Erfordiensem*, exstat.

Cæterùm, primo Imperatoris ejusdem anno, Carolus Flandriæ Comes, suorum optimatum proditione, quibus ob pietatis & justitiæ zelum exosus erat, Brugis, in S. Donatiani æde, dum preces faceret, à sicariis nefariè occisus est: *ut refert Sigeberti Continuator.*

Meginherus, Trevirensis archiepiscopus, cùm suorum clericorum libidines & luxum, pro suo munere, graviùs reprehendisset, facilè odium ipsorum incurrit. Quod cùm tandem erumperet; ipsique pessima in episcopum molirentur: contra eorum contumaciam, & præfractam petulantiam, Romani Pontificis opem imploratum, Romam [illegible] in itinere, proditione suorum clericorum, à Cunrado Sueviæ Duce, (quem paulò antè, eò quòd Imperii dignitatem contra Lotharium affectaret, Honorii II. jussu sacrâ communione ipse privârat) interceptus, [illegible] armis in carceris squalore, miserè obiit. *Trithemius, in Chronico Hirsaugiensi.* Anno 1130. *juxta Appendicem Mariani Scoti.*

Eadem & Arnulphi cujusdam presbyteri, sacerdotum Baal Romæ carpentis vitia, fortuna fuit: de quo idem *Trithemius* in hunc modum scribit. His temporibus, sub Honorio Papâ secundo, Romam venit quidam presbyter Arnulphus, vir magnæ devotionis, & prædicator egregius. qui cùm, inter annuntiandum verbum Dei, clericorum lasciviam, libidinem, avaritiam, & nimium fastum, reprehenderet; & paupertatem Christi & Apostolorum ejus, integerrimamque vitam, ad imitationẽ omnibus proponeret: a Romanâ quidem Nobilitate, ut verus Christi discipulus, laudatus est; sed Cardinalium & Clericorum odio nimiùm est habitus: à quibus & noctu captus, occultè est interfectus. Hoc suum martyrium antea, cùm adhuc esset in eremo, divinitùs sibi fuit revelatum: cùm per angelum, ad prædicandum, Romam mitteretur. Unde & publicè dixit: *Scio, quòd animam meam quæritis: scio, quòd me brevi jam occidetis. Sed quare? Veritatem vobis dico: fastum, superbiam, avaritiam, luxuriam, nimiumq; studium, quod comparandis divitiis miseri impenditis, reprehendo, propterea vobis non placeo. Ego testem invoco cœlum & terram, quod annuntiaverim vobis ea, quæ mihi Dominus præcepit. Vos autem contemnitis & me, & creatorem vestrum, qui vos per unigenitum suum Filium redemit. Nec mirum, si hominem me peccatorem, vobis veritatem annuntiantem, morti tradituri estis: cùm etiam, si sanctus Petrus hodie resurgeret, & vitia vestra, quæ nimis multiplicata sunt, reprehenderet; ei minimè parceretis.* Cum hæc altâ voce clamâsset, subjunxit: *Ego quidem mortem subire pro veritate non timeo: vobis autem in verbo Domini prædico, quòd omnipotens Deus non parcet impuritatibus vestris. Vos enim omni spurcitiâ pleni, plebem vobis commissam præceditis ad infernum. Deus vindex est.* Cumque odium cleri, propter veritatem, in eum sævire cœpisset: eorum insidiis captus & submersus est. *Martinus Polonus in Chronico, Sabellicus, & Platina*, suspensum affirmant: tulisseque id Honorium Papam iniquo animo; sed tamen quæstione abstinuisse. Sed hæ fabulæ sunt. *Simoneta* inquit: * Cùm licentiùs, quàm par esset, in suggestu strepere consuevisset: clericorum insidiis, quorum lasciviam, libidinem, pompam, divitias improbâsset; inopinatè Arnulphum Romæ necatum, ariolantes quidam ajunt. Ac verè hic locum habet illud *Bernhardi*, quod Hugo Cardinalis, in Postillâ super primum Johannis, citat: *Videtur, bone Jesu, adversus te conjurâsse universitas Christianorum: & illi in tuâ persecutione primi sunt, qui in Ecclesiâ tuâ videntur primatum tenere.*

* lib.5.c.7.

Stupendam in Christianos Sclavorum crudelitatem, *Helmoldus* * prodidit. Nam quosdam ait, cùm viscera carnifices extorserint, palo circumduci; alios crucibus affigi: quod supplicii genus, ob redemtionis ludibrium, frequentissimum est. Præterea, Christianorum sanguine sua numina placare, eosdem consvevisse, narrat: inter quæ quidem primum locum S. Vitus tenuit; cui quotannis hominem Christianum litare soliti sunt. Hos autem Imperator, ut Christo nomina darent, omninò statuerat cogere: nisi mors immatura eum præ venisset.

* cap.53.

Africana quædam classis, per Rogerium Siculum irritata, Syracusam urbem ex improviso capit. cujus incolæ, sine discrimine sexûs & ætatis, occisi, vel in tristem servitutem abacti sunt: episcopus, cum paucis fugam capessens, vix evasit: sub annum salutis 1128. *Tyrius.**

* li. 13 c. 21

Aurelianensem Subdecanum, & quendam Thomam Parisiensem, persecutorum gladiis, nemine id sceleris vindicante, cecidisse; queritur *Petrus Cluniacensis ad Innocentium Papam.** Innocentes quidem eos vocat: sed innocentiæ causas non exprimit. Denique, in quantam ipse, cum aliis multis ex Concilio Romano discedentibus, in episcopatu Lunensi, inciderit calamitatem, multis verbis & lacrymis exponit eidem Pontifici: ejusque subsidium, in tantis rerum angustiis, implorat. *Regressi*, inquit, * *ab uberibus vocantis Ecclesiæ, à consilio pietatis vestræ, ut grex dominicus simpliciter ambulans, luporum morsus incurrimus, & nostris seculis insolitâ rabie dispersi, captivati, vulnerati, & rebus omnibus penè exspoliati sumus. Aderat in comitatu nostro non-ignobilis, neq; ultima pars Ecclesiæ Dei, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum legio; monachorum non-parvus numerus; archidiaconorum, nobilium, clericorum, & religiosarum personarum, populus. Horribile spectaculum, tantas tamq; necessarias Ecclesiæ Dei personas videre distrahi, dissipari, vulnerari, atq; gladiis insequentibus ubi-ubi per diversa fugari. Episcoporum atq; abbatum plurimi, ad proxima castra violenter abducti: & quidam eorum, post verbera & vulnera, barbaricâ immanitate incarcerati sunt. Inter quos Dominus Remensis, cui nec ætas, nec dignitas, adesse potuerunt, post multas injurias & vulnera, turri conclusus tenetur. Dominus Petragoricensis similia expertus est. Sed quid ego de singulis quasi solis loquor: cùm Biturisensis & Senonensis, suis penè omnibus amissis, vix ad Pontem Tremulum tremuli & anheli pervenerint: & ibi tum Ebredunensi, Trecensi, illo basta de equo dejecto, & indè graviter infirmato, cũ Lemovicensi, Atrebatensi, Belicensi, Redonensi atq; aliis episcopis; abbatibus etiam, Lemovicensi, Wizelsacensi, S. Michaelis de Clusa, S. Germani Parisiensis, Corbiensi, Noviomensi, Burgulensi, S. Sulpitii, S. Remigii, Crassensi, S. Johannis de Prato, de Monasterio Hender, Melundensi, Salmurensi, & aliis quamplurimis, secundo carcere inclusi teneantur? Refertus est Burgus ille, & constipatus multitudine sanctorum: quæ, velut Hierusalem obsessa a Babyloniis, pedem ultra protendere non audet. Nulli tutus ingressus, omnibus negatur egressus. Nec multa spes in aliquo: nisi in illo, qui educit vinctum de domo carceris; & in vobis, sanctissime Pater, qui ejus vices in terrâ geritis.* Et paulò pòst: *De meis injuriis plura dicere supersedeo: qui dum cum domino Wizelsacensi abbate, armatis hostibus, pro pace sociorum, obvius occurrissem, primo impetu mula nostra, ictu lanceæ confossa, in partem cedere coacta est: fratres nostri fugati, famuli capti, res penè omnes ablatæ. Ego, ad proximam villam me conferens, tamdiu delitui: donec, conductu hospitis nostri, ad Pontem Tremulum, quò alii præcesserant, vespertinis horis & ipse perveni.*

* li.3. Ep 17

* Epist. 27

SUB CUNRADO III.

Et hujus Imperatoris ætate, Ecclesiarum præsules non modò quietè vixerunt: sed ipse quoque, pro suo munere, Ecclesiæ patrocinium suscepit. Nam, cùm Bernhardi maxima apud omnes, tam summos, quàm infimos viros, autoritas esset, ejus hortatu sacra induit arma. Aliis tamen in locis, Ecclesia omnis mali expers non fuit. Nam, cùm Stephanum Angliæ Regem pœniteret, quòd concessisset,

[illegible], ut ni nique liceret arces condere, & multi diversis [illegible] locis jam ædificassent: omnes apud eum in suspicionem [illegible] ere, [illegible] nos in-primis fuerant. Rogerius Sa[illegible] riensis, [illegible] Alexander ejus nepos ex fratre, Lincolniensis [illegible] e-[illegible] opi, ambo multæ autoritatis & potentiæ Rogerius [illegible] arces munitissimas extruxeras. Alexander unam po-[illegible] terat. Itaque m[illegible] utroque antistite in carcerem, & N[illegible] gello Eliensi episcopo in exsilium acto, ea omnia loca oc-cupavit: ubi th[illegible] auros Rogerii, ad 400[illegible] marcarum, re-perit. *Polydorus*.*

Calo-Johannes, Constantinopolitanæ urbis Imperator, cùm frustra Syriam, Gabulensi episcopo firmiter resi-stente, armis tentasset [illegible] in [illegible] eros eremitas Syriæ, ex ca-vernis suis extractos, omnem effundit [illegible] quos magn[illegible] immanitate [illegible] ad annum 1143. *ut refert Frisingensis*.*

Captâ etiam [illegible] Mesopotamiæ urbe [illegible] ab Alaph (*Otto Frisinge*[illegible] *Sanguinum vocat*) Turcorum Principe, omnes Christiani, quotquot fidem abjurare noluerunt, cum episcopo, miserè mactati sunt. Mulieres etiam & ma-tronæ, præsertim nobiliores, in Christianæ religionis lu-dibrium, sacris impositæ aris, violatæ; post interfectæ sunt: *ut Bonfinius*,* *& Sylvius in Blondi Decades*,* *annotant*. Accidêre hæc anno salutis 1140. *juxta Bergomensem*. *Paulus Constantinus Phrygio annum habet* 1143. *Sigeberti Continuator, & Frisingensis*.* annum 1145. ipsumque diem Christi natalem. At *Tyrius*, Belli sacri scriptor, testatur,* expu-gnatâ urbe, ab hoste irruente, quovis obvios prostratos fuisse: populoque ad arces, quæ in urbe erant, agminatim salutis causâ confluente, non-exiguam multitudinem ex compressione occubuisse; inter quos & Hugo episcopus fuerit, cum quibusdam suis clericis.

Clizasllanes quoque Sultanus, eâdem ferè tempestate, magnam Christianorum multitudinem, Laodiceâ Phry-giæ, pecudum more abegit: multos etiam occidit; inter quos & Salomon pontifex fuit: *ut habent Annales Nicetæ Choniatæ sub imp*[illegible] *Manuele Comneno*.

SUB [illegible] RIDERICO
Barbarossâ.

SUcceſsit Conrado patruo, in Romani Imperii admi-nistratione, Fridericus, Princeps magni ingenii, stre-nuus. Animi & corporis virtutes ipsi necnon plurimæ: æ-qui [illegible] ique observantissimus ipse, pacisque studiosus erat. Exinde magnam plerique spem conciendæ tum in Ger-maniâ, tum Italiâ, pacis concipiebant. Inoleverant enim tunc Pontificiæ cum Imperatoribus contentiones: cum Pontifices Imperatoriam majestatem, quam ex suo suffra-gio pendere volebant, contemtui benè haberent: nec Ro-mani Imperii Principes, ambitionem Sacrificulorum isto-rum præpostêram, æquo animo diutius ferre possent. Hinc perpetui certaminis semina nata sunt: sæpiusq; adversùs rebelles Italos arma sumsit Imperator. Sed cùm non reli-gionis causâ; sed seditionis gratiâ, eosdem oppugnârit: longiori narratione hoc loco supersedendum centemus.

Et quantis calamitatibus, quarum quidem ipsi Præsu-les non postrema fuerant causa, Ecclesia premeretur, queri-tur *Potho*, Prumiensis presbyter, his verbis: * *Ecce, nostris (proh dolor) temporibus, peccatis exigentibus, nec interiora do-mus quieta, nec exteriora sunt pacata. Exteriora domûs, bello-rum tempestate quatiuntur; & interiora, optata quiete sola-tio destituuntur. Nos sumus, qui in interioribus domûs, spirituali-bus studiis vacare debemus qui in abscondito domus Dei abscon-di cupimus, à conturbatione hominum. Cæterùm, quoties foris pugnæ perstrepunt; toties intùs timores & sollicitudines nos in-*[illegible] *tant. In his periculosis temporibus, hujusmodi præcipuè* [illegible] *moda vigent: quando ertà inter Principes discordiâ, surgen-*[illegible] *bello* [illegible] *procellâ, statim quietis sua domus Dei amittit.* [illegible] *litione ut ad discordiam, rem ut ipse perniciosissimam,* [illegible] *esse rere videmus. Hinc est, quod non jam exteriora* [illegible] *n secularibus conturbata & commota sunt: verùm* [illegible] *rioribus domûs, sub silentio & quiete vitam du-centi,* [illegible] *vacant exercitiis, adeò statum mentis im-mutarunt, ut penè omnem sapientiæ eorum deverata sit. Unde anteum sapientiam quæ faciès Ecclesiæ ornatur, obscuratum est: & sacra* [illegible] *color optimus, quo pictura domûs Dei decoraba-*

tur mutatum est. Ipsi etiam lapides sanctuarii, dispersi sunt in ca-pite omnium platearum: quia nimirum ecclesiast[illegible] *quæ mini*[illegible] *domûs Dei funguntur, fusi sunt exte*[illegible] *per latam hujus Mundi viam, terrenis deditis oblectame*[illegible] *guntur. Quid ergo mirum, si exteriora domus hujus* [illegible] *bus personæ, à se invicem discordent: cùm & hi, qui* [illegible] *sunt, per discordiam sedividant, & pacem cum Deo non habeant? Spi-ritualibus namq; secularia sulciuntur; & ab interioribus domus exteriora reguntur.*

Ad talia nunc accedimus.

Eo tempore, quo Romæ Fridericus à Pontifice coronâ redimitus est, quidam in urbe Romani hominis con[illegible] (nusquam exprimitur) asseruit, Regni [illegible] otio, ære-[illegible] rendum. Ob id dictum, à Ponti[illegible] [illegible] prehensus, Papali judicio mox [illegible] ignis adjudicatur, patrum sententia. Cineres, collecti in [illegible] leloca dispersi sunt. *Chronicon Cosmidromii*.

Antiocheni Patriarchæ insignem injuriam, levi[illegible] quâdam de causa [illegible] latam, commemorat *Tyrius*.* Nu-pserat Constantia, Raimundi Antiocheni Principis vidua, gregario cuidam militi, Rainaldo de Castellione; ipserit, qui ipsius ambierant nuptias, viris illustribus non-paucis. Quod factum cùm Patriarchæ, penes quem, viduitatis tempore, gubernatio steterat, minùs probaretur: liberiùs de personâ, actionibusque, publicè ac [illegible] atim, interdum loquebatur. Petulanti Prælatus linguâ commotus Rai-naldus, violentas manus ei injecit; & captum illum car[illegible] eri, [illegible] cùm priùs cal[illegible] [illegible] tempore, per integrum diem, sole fervent[illegible] existen-te, sub dio eum sedere [illegible], nemine vel e[illegible] um, vel muscarum molestiam [illegible] intercedente tamen Hiero[illegible] morum Rege, car[illegible] tus, in pristinum dignitatis [illegible] est: [illegible] tè relicto, Hierosolymam se contulit. A[illegible] annum 1158.

Porrò, idem Princeps, malevolorum consiliis [illegible] bat frequentes, eosq; ipse malev[illegible] mag[illegible] [illegible] primum insulam. Christianis refe[illegible] urbes oppidaque solo æquavit [illegible] monasteria confregit, ingentemq; auri vim ind[illegible] *Naucl*[illegible]

Boamundus, Rainaldi privignus, Antio[illegible] principatum potitus, Sibyllam quandam, repudiatâ [illegible] uxorem ducit. Ob quod delictum, ecclesiastico feritur ana-themate: ac, cùm pertinax esset, omnia, præter parvul[illegible] cum Baptisma, sacra cessarunt toto principatu ministeria. Tantam severitatem indignatus ferens Princeps, furi[illegible] que exstimulatus, in Patriarcham. Episcopos reliquosq; Præ-latos, sævit; violentas etiam manus iisdem injiciens: nec à sacris rebus, templis ac monasteriis, abstinet, bona secu-lariaq; diripit. Ipsum Patriarcham cum clero, in quodam Ecclesiæ municipio, obsidens, summâque hostiliter oppugnat. Jussu autem Balduini Regis Hierosolymorum, Heraclius Patriarcha, ecclesiasticis & politicis viris prudentibus eum comitantibus, inter quos & Tripolitanus erat Comes, ad placandum Principem abit. Horum quidem intercessio-ne, pax aliqua ecclesiasticis viris tum restituitur, verùm Le-gatis digressis, ad ingenium redit Princeps; ac in ipsos po-liticos etiam sævit: quorum plures non modò [illegible] consortio; sed & totâ regione, ex[illegible] anno 1181. v[illegible] citer. *Tyrius*.*

Saladinus, castro de Vado Jac[illegible] [illegible] belliei machinis expugnato, quotcunque ibi reperit templi [illegible] medios dissecuit: interioris ordinis sacerdo[illegible] [illegible] mnavit. Reliquæ verò Christianorum ple[illegible] promisit: si nepotem suum, quem bello c[illegible] lis tenebant, restituerent. *Sigeberti Continuator*. [illegible] num 1180.

Al[illegible] xio Porphyrogenito impubere Constantin[illegible] imperante, Alexius Sebastoc[illegible] tor, matris Imperatoris [illegible] gratiâ, omnem rerum sibi vendicabat. Ejus conatibus cùm Theodosius Patriarcha adversaretur, malum [illegible] creavit. Nam Sebastocrator, primarios sacerdotes pluri-mos, auro & conviviis sibi devincit: deinde ab absente Pa-triarchâ judicium fieri jubet; quòd Cæsarissæ contra [illegible]

Marginalia: *lib. 2.* — *lib. 7. c. 23.* — *l. 6. Dec. 2. lib. 5.* — *li. 7. c. 30.* — *li. 16. c. 5.* — *lib. 1. de Statu domus Dei.* — *lib. 18. c. 1.* — *Gener.* — *lib. 22. c. 6. & 7.*

[illegible] ebastox [illegible] totem Intel [illegible]. id enim nomi is [illegible] surpabat) seditiosæ, faverit; & è tem-[illegible] siarce quâdam, tumultûs occasionem in pudenter [illegible] dedit. E sacro itaq. palati pulsum Patriar-cham [illegible] epopti relegat monasterium plurimis [illegible], & variis rationibus excogitatis, improbissi-[illegible] enatorum & Sacerdotum consiliis usus, ut id fa-[illegible] honestâ aliquâ specie fucaret. sed quicquid contra i-[illegible] in medium proferebatur, firmum non fuit. Præter-ea, Cæsarissa, Alexii Porphyrogeniti Imperatoria soror, sed non uterina, omnesq; ferè ejusdem consanguinei, Pa-triarcham venerabantur, & manibus pedibusque, Se-basto cratoris conatibus adeò repugnabant, ut & ipse tandem restitutionem ejus comprobare cogeretur. Cæterùm, die reditus instante, omnes magistratus, omnes sacerdotes ho-nestatis amantes, & tota multitudo, concurrit ad mo-nasterium facto, progressionem splendidissimam effece-runt: vi[illegible] ungentis delibuti, suffitus ex lignis Indicis & a-romatibus facti; tantâ multitudine comitante: ut vesperi demum in magnum Sophiæ templum perveniret; cùm quidem pri[illegible] d[illegible] uci lo monasterium egressus esset. Sa-cerdotes verò, qui ei dignitatem abrogarant, irâ facti pu-[illegible] non modò publicas vias declinarent, ob admissum facinus; sed mortem etiam optarent. *Nicetas, sub Alexio Comneno Porphyrogenito.*

Lopadii [illegible] pum Andronicus Imperator, eò quòd [illegible] gregis motum quendam contra ipsum non castigâsset, oculis privat. Et [illegible] patrem Georgium magni templi Le-ctorem, eò quòd de Imperatoris [illegible] vitia liberiùs questus esset, in carcerem conjicit, subinde in animo habens ve-rubus transfixum, & pinguem hominem instar porcelli super carbones assatum, uxori ejus mittere. ac sanè fecisset, nisi Leo, socer ejus tyranni furorem autoritate suâ repres-sisset. *Nicetas, de gestis Andronici.**

Thessalonicensi urbe à Wilhelmo Siculo vastatâ, ipsos sacerdotes à calamitate publicâ immunes fuisse, credibile non est, cùm quidem hostes sacra profanis miscerent, tem-pla arasque multo hominum trucidatorum sanguine fœ-darent: cantantes sacerdotes alieno clamore, meretriciis canticis, caninisq; latratibus, turbarent. *Ibidem.*

Johannes Romanæ ecclesiæ Cardinalis, ab Alexandro Papâ Constantinopolim, petente Manuele Imperato-re, missus, ut Græcorum Ecclesiam Romanæ uniret atque subjiceret; a Græcis occisus est: alligatumque cadaver cani, cujus caudæ ori Cardinalis infixa erat, per vicos civi-tatis magnâ immanitate pertractum, tandem igni traditur. *Sigeberti Continuator*, sub annũ 1182. *Cuspinianus de Impera-toribus*, ab Andronico, Manuelis odio, hanc cædem perpe-tratam scribit.

Apud Francos, Ecclesiarum calamitates plerunque ex Bonis, quæ possederunt, enatæ leguntur. Iis enim Politici inhiantes, nihil non in Ecclesiasticorum detrimentum moliti sunt. S[illegible] Claremontensis Princeps, ejusque nepos Podiensis Comes Guilelmus, & alter de P[illegible] Comes, quibus ex rapto vivere volupe erat, passim Ecclesias prædati sunt. Eos verò Lud[illegible] captos [illegible] coë-git; nunquam se Ecclesiis ullis molestos for[illegible]. Non mul-tò pòst, Guilelmus Ca[illegible] Comes, [illegible] truculen-tior & rapacior, C[illegible] agrum [illegible] infestat: col-lectaq; latrunculorum manu, quos Brabantianos vocant, monasterium illud [illegible] d[illegible] ipere contendit. His [illegible] Monachorum [illegible], sacris ornatus vestibus, cum Sa[illegible] [illegible] bus, inermi eos comitante plebeculâ, su[illegible] [illegible] atta, obviam procederet: ipsi la-[illegible] tate dep[illegible] suâ, leonum more, in i-psos [illegible] ad quingentos ibidem ma-[illegible] *de [illegible] Francorum.** & [illegible] *inguinus.** Præ-[illegible] rnen[illegible] C[illegible] totos Vetelai cives, in [illegible] cujus ex [illegible] one, concita-[illegible] one cœnobitas [illegible] retulerunt. Sed Re[illegible] [illegible] up [illegible], ab armis d[illegible] esserunt ppu-[illegible] & n[illegible] [illegible] Solidorum mil[illegible] bus, [illegible] re [illegible] *idem.*

[illegible] etiam, qui [illegible] Ludovicum regnum apud Gallos administravit, cùm ejusmodi prædonibus pluri-mum fuit negotii. Nam Ebem Charetonium, qui inter Bi-turiges prædonum facilè princeps censebatur, in Dei ser-vos grassantem, edomuit. Compescuit præterea Imber-tum de Belloico, & Cabillonensium Comitem, qui, præ-das ex sacris locis agentes, viros religiosos magnis vexa-bant incommodis. *Ibidem.*

Apud Anglos, Thomæ Cantuariensis martyriũ mul-tis decantatur verbis. Nam cùm ille Heinricum II. Anglo-rum Regem, reprehendisset: quia ineptissimos quosque Sacerdotes episcopali dignitate donaret; seu (*ut Johannes Major de gestis Scotorum** *inquit*) quia ecclesiasticos viros judicio seculari subjicere laboraret: in exsilium ejectus est. Voluisse Thomam sacerdotium à civilibus legibus vindicare, illibatasque servare sanctiones pontificias, et-iam *Erfordiensis* indicat. Addit præterea *Vincentius.** quòd omnes, quotquot Thomæ cognatione juncti inveniri po-tuerunt, Rex omnibus bonis exutos regno suo ejici jusse-rit; nullâ vel senum, vel puerorum, denique etiam non gravidarum & lactantium mulierum, habitâ ratione. Dum igitur in exsilio vagatur Thomas: Rex majorem-natu fi-lium Regem post se designat; eique Rogerius Eboracen-sis coronam imponit. id quod Cantuariensis archiepisco-pi munus erat. De eâ autem injuriâ. Thomas ille arrogans & inquietus, apud Alexandrum Romanum conquestus; contra Rogerium Eboracensem. Gilbertum Londinen-sem. & Joscelinum Sarisberiensem, episcopos, pontificium extorquet anathema. Ea autem res supra, quam dici potest, apud Heinricum invidiam, in Thomam jam exulem, au-xit. Cæterùm, Ludovico Francorum Rege, & Alexandro Romano Pontifice, intercedentibus, ab exilio revocatus, Regique conciliatus, pristinum dignitatis locum recipit; promittente simul Rege, se ei de illatis injuriis satisfactu-rum. Post annum itaque septimum, quàm in exsilium a-ctus fuerat Thomas, ex Galliis in patriam reversus; sum-mo quidem bonorum gaudio excipitur: sed à malevolis, quos inter primus erat Rogerius Eboracensis, cui sacris in-terdictum fuerat, probris afficitur. Tandem, pertractis ali-quot in suam sententiam episcopis, Rogerius in Nort-manniam ad Regem abit; ac Thomam denuò defert, ac-cusat, & criminatur: quòd sacerdotii libertatem, quòd jus humanum pariter atque divinum, quòd instituta Majo-rum evertere, corrumpere, delere denique conetur: qui [illegible] tantum sumat, ut velit episcopos, suo arbitratu, Chri-stianorum cœtu excludere; exclusosq; perpetuò extermi-nare; itèm regiæ prærogativæ derogare; ac cunctis jus civium tollere. Hæc, & alia ejusmodi, ita Regem Heinri-cum moverunt; ut, irâ vehementer accensus, aliquando exclamârit: *Me miserum! non possum in meo regno pacem cum uno sacerdote habere? Nec quisquam meorum omnium est, qui me hac molestiâ liberare velit?* Ex hujusmodi vocibus, fuerunt improbi nonnulli, quibus visa est occulta volun-tas Regis esse, ut Thomas è medio tolleretur. Eam igitur ob causam, velut hostis Regis habitus, jam-tùm cœpit sic vulgò contemni, ac in odio esse: ut, cùm venisset aliquan-do Strodum, (qui vicus situs est ad Meduejam flumen) ejus loci accolæ, cupidi bonum patrem jam-despectum igno-miniâ aliquâ afficiendi, caudam equi, cui insidebat, ampu-tarent. Nonnulli præterea satellites, gratum se Regi factu-ros officium, si Thomam quamprimùm trucident, arbi-trantes, statim Cantuariam profi[illegible]cuntur: impetuque in ipsum, vespertinis precibus occupatum, facto, quinque vul-neribus (*ut Gaguinus annotat*) conficiunt; ejusque [illegible] ona [illegible] dimittunt anno [illegible]. *Polydorus Virgilius,** *Johannes Major* annum habet [illegible].

Anno Domini [illegible]9. puerum quendam apud Walde-hoch[illegible] martyrizatum. *Matthæus Parisiensis* annotat.

Infelicia fuisse hæc tempora sacerdotibus, *in Hirsaugien-si Chronico* etiam *Trithemius* queritur: ut qui ablata [illegible] vel magno ære [illegible] Principibus redimere; aut injurias a-patienter tolerare, coacti fuerint. Ea autem calamitas maxi-mè Cunradum. Wormaciensem episcopum, pressit: cu-jus ditionem Cunradus, Comes Palatinus Rheni, armis in-festam reddidit.

Marginal notes: * lib. 1. — * lib. 5. — * lib. 29. c. 2. — * lib. [illegible] — * lib. 59.

Testatur

Testatur & *Helmoldus in Sclavorum Chronico*, * se cum Geroldo, Aldenburgensi episcopo, apud Sclavos gentiles, compedes & diversa tormentorum genera vidisse: quæ Christicolis, de Daniâ advectis, illata sint. Adspeximus præterea, *inquit*, sacerdotes Domini, captivitatis diutinâ detentione maceratos; quibus nec vi, nec prece, subveniri poterat.

Lis fuerat Wernero, Plocensi apud Polonos episcopo, cum Bolestâ quodam, viro præpotenti & feroci, de Carsco pago; quem hic Ecclesiæ ademerat. In jus autem ab episcopo vocatus Bolesta, causâ excidit. Irâ itaq; excandescens, Prutenos quosdam sicarios, cum fratre Benasso, ad villam Biseupice, ubi episcopus cômorabatur, mittit: qui, noctu effractis foribus, ipsum securè dormientem, cum fratre Benedicto, Benedictinæ professionis monacho, trucidant. *Cromerus de rebus Polonorum.**

SUB HEINRICO VI.

Simultas quædam, inter Richardum Anglum & Philippum Franciæ Regem, in Syriâ pro sacrâ terrâ bella gerentes, exorta fuerat. Richardus itaque domum reversus, in Turonensem clerum sævire cœpit, exactis è templo sacerdotibus, eorumque direptis bonis. Ad eam igitur injuriam ulciscendam, Philippus Rex omnium ferè ecclesiarum bona, quæ in Principatu Richardi erant, vicissim diripuit; suisq; sedibus sacrificulos exturbavit. Nec ab his, quæ suæ ditionis erant, manus continuit; sed vectigalibus & crebris exactionibus eosdem pressit: dictitans, grandi sibi opus esse pecuniâ, ob terræ sanctæ liberationem; quæ in milites eroganda sit. Sic peccanti semper in promtu est ratio, quâ suo patrocinetur errori. *Gaguinus.**

Mense Julio, anni 1198. Parisios reduxisse Judæos, ecclesiasq; graviter ibi afflixisse Philippum regem, *Antoninus** testatur.

Cùm Philippo Francorum Regi sacris interdictum esset, quòd, præter legitimam conjugem, Mariam quandam uxorem duxisset: ipse iratus, multos episcopos sedibus suis expulit. *Chronicon Flandriæ*, sub anno 1199.

Basilium Camaterum, Constantinopolitanum patriarcham, Isacius Angelus, cujus tamen operâ in Imperio nanciscendo maximè usus fuerat, loco movet, hoc prætextu: quòd mulieres, ab Andronico in monasteria detrusas, ad pristinam vitæ rationem & habitum redire permisisset. Et Nicetam Mundanum, quem Basilio substituerat, aliquantò pòst idem ejecit; senium, delirium, & levitatem caussatus. Cui quidem Leontium quendam, noctu à Dei-genitrice (ut ipse asseverabat) sibi monstratum, surrogat: quam itidem, antequam annus elaberetur, dejicit. *Nicetas de gestis Isacii Angeli.**

Bertholdus II. Livoniensium episcopus, cùm armis religionem suos edocere, præter vocationem, contenderet; miserè trucidatur ab infidelibus, anno 1198. *Crantzius in Saxoniâ.**

DE POENIS PERSECUTORUM.

Ludovicus, Francorum Rex, expugnatâ arce Noningéto, quam Thomas de Marlâ tenebat, magnâ severitate in Laudunenses cives, qui episcopum suum occiderât, animadvertisse scribitur, *a Sigeberto.* Nam (*ut Gaguinus annotat*) cunctos præsidiarios milites, qui Thomæ, in vastandis ecclesiis, earumque ministris affligendis, auxilium tulerant, furcis appendit. Ipse Thomas (*Aemilio teste**) à Viromanduo, qui Regi militabat, occisus est.

Cùm eidem Regi Ludovici filii tristis casus nuntiaretur; (nam inter crura lascivientis equi cùm domesticus sus incurrisset, equus ferociter cespitans, juvenem humi prosternit: quo lapsu nocte, quæ mox insecuta est, exspiravit) Bernhardi Clarevallensis sermonem in mentem sibi revocat. Is enim, cùm Regem, cleri bonis manus injicientem, frustra reprehendisset; tandem subjecit: Hæc tua, ò Rex, pertinacia, filii interitu mulctabitur. *Ibidem.*

Cluniacensium monachorum cæsores, quoscunque Ludovicus Rex nancisci potuit, furcis suspendit. Ipsum verò Guilhelmum Comitem, malorum facem, omni suâ ditione exutum, perpetuo damnavit exilio. *Annonius.**

Philippus Francorum Rex, cùm, post reductos in patriam Judæos, ecclesias duriter affligere cœpisset, infelicissimum contra Anglum bellum gessit. Nam plura ejus oppida hic expugnat; ac terram circumquaque longè lateque vastat: multâque prædâ tandem onustus, Philippo frustra in armis existente, discedit. *Vincentius.** *Antoninus.**

Interfectorum Thomæ Cantuariensis, quidam digitos dentibus sibi præmordentes, alii famè diffluentes, quidam paralysi dissoluti, miserè vitam tandem finierunt. *Schedelius.** Et *Antoninus** *ex Jacobo de Voragine* refert; quosdam etiam mente captos fuisse.

Et Caroli Flandrensis cæsores, divino judicio, ad pœnas rapti feruntur. Ipsi enim proditores, aut securi percussi, aut in crucem acti, aut ex præcipitio dejecti, aut duello victi; paucissimi exsilio mulctati sunt. *Sigeberti Continuator.*

Omni Bolestæ provinciæ, cujus jussu Wernerus interemtus fuerat, sacris interdixit Petrus, Gnesnensis præsul. Princeps verò Polonorû, Boleslaus Crispus, ipsum comprehendi; & in foro Gnesnensi exstructo rogo, vivum cremari jussit. At Benassus, cujus manu perpetrata fuerat cædes, nusquam postea comparuit: creditumq; est, eum terræ hiatu absorptum, meritum episcopo supplicium expendisse. *Cromerus.**

Alexius quidam, qui Manuelis filium se profitebatur, regnumque affectabat, cùm post largiorem compotationem dormiret; à quodam sacerdote, suo ipsius gladio jugulatur. Ejus caput Sebastocrator contemplatus, & flavis crinibus equestri flagello discussis: Non omninò sinè caussâ, inquit, ut hes hunc hominem secutæ sunt. Ac is quidem suorum scelerum has pœnas dedit: tum, quòd Persas contra Romanos incitavit: & ex his ipsis, quotquot ad eum confluxerant, popularium suorum sanguine contaminavit: tum, quòd homo detestandus, Chonis, celebre templum Michaëlis archiducis cœlestium copiarum violavit, Persis in sanctissimum Dei tabernaculum introductis: nec spectare dubitavit pernicies humani generis, Christi & Sanctorum imagines, calculis varii coloris expressas, aboleri; & sacros postes securibus & celtibus revelli; & sacrosanctam mensam profanari, & in terram abjici. *Annales Nicetæ, de imperio Isacii Angeli.**

Rainaldum, Antiochenum Principem, non multò post Cyprum direptam, a Turcis, cùm infeliciter contra eosdem pugnâsset, in captivitatem maximâ ignominiâ abductum, scribit *Naucierus*,* annum circiter 1160.

CAPUT IV.

DE DOCTRINA.

Confessionem de Deo, Petrus Alphonsus, in Præfatione sui libri, recitat; quam quidem ante Baptismum exposuit. *Credendum*, inquit, *quod unus sit Deus, in personarum trinitate, quæ nec ullo se præcedant tempore, nec aliqua à se segregantur divisione: quas Christiani, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, nominant. & quod B. Maria, de Spiritu sancto concipiens sine virili commixtione, Christum peperit, corpus generans animatum, quod incomprehensibilis deitatis esset habitaculum. Unus itaq; tribus Christus perfectus substantiis, corpore scilicet, anima, & deitate; idem & Deus & Homo est. & quod eum Judæi crucifixerunt, suâ dispositione & voluntate: ut, sicut erat creator, fieret & redemtor totius sanctæ Ecclesiæ, fidelium scilicet præcedentium & sequentium: mortuusq; corpore, & sepultus; & tertiâ die resurrexit a mortuis: ascendit etiam in cælum, & ibi simul est cum Patre, venturus in die judicii, judicare vivos & mortuos: sicut Prophetæ locuti sunt, & futurum prædixerunt.*

Symbolum *Honorii in Speculo Ecclesiæ*, tale exstat: * *Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ, & totius creaturæ. Et credo in ejus unigenitum Filium, dominum nostrum Jesum Christum. Et credo in Spiritum sanctum. Credo, quòd illæ tres personæ, Pater & Filius & Spiritus sanctus una vera deitas est. quæ semper fuit sinè initio, & semper erit sinè fine. Credo, quòd idem Dei Filius, conceptus est de Spiritu sancto, & natus est de S. Mariâ perpetuâ virgine. Credo, quòd propter*

* cap. 84. — * lib. 6. — * lib. 6. — * Tit. 17. cap. 9. — * lib. 2. — * lib. 7. c. 13. — * lib. 5. — * lib. 5. c. 56. — * l. 39 c. n. — * Tit. 17 c. 9 § 30 — * Ætat. 6. — * Tit. 18 — * lib. 6. — * lib. 8. — * Gener. 39 — * Serm. de Nativ.

no[strˆ]am salutem captus est, ligatus est, irrisus est, flagellatus est, mortuus est, in humanitate, non in deitate. Credo, quod sepultus est. Credo, quod ad infernum ivit, & inde [eduxerit] sanctos, qui suam voluntatem fecerant. Credo, quod tertia die resurrexit a mortuis, & post resurrectionem comedit & bibit cum suis discipulis, ad [c]obandam veram suam resurrectionem. & postea, in quadragesimo die, sursum ad cælum ivit, suis discipulis aspicientibus: & ibi sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis, ei coæternus & compotentialis. Credo, quod adhuc inde venturus est, judicare vivos & mortuos, unumquemque secundum opera sua, & secundum ipsius misericordiam. Credo sanctam Ecclesiam catholicam & apostolicam. Credo communionem Sanctorum. Credo remissionem omnium peccatorum, de quibus pœnitentiam egi, & confessionem feci, & ultra non iteravi. Credo quòd isto eodemque corpore, in quo hodie appareo, mori debeo; resurgere debeo, Deo rationem reddere debeo, de omnibus, quæ unquam feci, sive bona, sive mala. & ibi retributionem accipiam, secundùm hoc, quod in ultimis inventus fuero. Et credo etiam vitam æternam. Amen.

Summam doctrinæ Christianæ, PETRUS BLESENSIS, ad Soldanum, scribit: [a] Igitur piè credas, & fideliter teneas, quòd unus est Deus: sic tamen, ut in assignatione deitatis, sit unitas in substantia, & trinitas in personis. Est enim Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Est autem discretio in personis: ut nec Pater sit Filius, nec Filius sit Spiritus sanctus, nec Spiritus sanctus sit Pater, aut Filius. [Hoc] equidem difficile est: intellectum & aciem humanæ rationis transcendit. Sed tanto elegantius habet fides meritum; quantò est difficilior ad credendum. Porrò licet nihil invenire possimus, quod expressam habeat unitatem, quæ in Deo est, & summæ trinitatis imaginem; nec verba inveniantur, quibus possimus de illâ summâ essentiâ dignè loqui: quod possumus, faciamus; & quasi balbutientes per verba rebus accommodata transitoria, rem tibi ineffabilem aperiamus. Paulus Apostolus dicit: [b] Quia invisibilia [D]ei, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque virtus ejus & divinitas. Vide ergo mentem hominis, corpusque solare: considera, & videbis qualitercunque, licet tenuiter; & quasi oculo conniventi, quandam similitudinem Trinitatis agnosce. Est in mente hominis, intelligentia, memoria, & voluntas. Mentem autem vocamus memoriam; mentem dicimus intelligentiam, mentem dicimus voluntatem. Memoria, intelligentia, & voluntas, sunt una mens. Sed nec memoria est intelligentia, vel voluntas. In eodem corpore Solis, radium video, sentio calorem; & agnosco splendorem. Hæc tria unius sunt essentiæ: nullum tamen illorum est alterum. Sic in illâ ineffabili & incircumscriptibili deitatis gloriâ, est Filius à Patre; & Spiritus sanctus ab utroque. Cùm Pater, & Filius & Spiritus sanctus ejusdem substantiæ, ejusdem potentiæ & gloriæ sint; non sunt tamen tres Dii: sed in tribus personis est una substantia, & unius potentia; & in unâ substantia tres personæ. Hæc fidei nostræ pro[f]essio, non tantum [à] Christo, & ejus sequacibus, traxit exordium: sed à Mose, & Patriarchis, atque Prophetis suum habuit fundamentum. In libro Mosis divinæ essentiæ unitas declaratur, ubi dicitur: [c] Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Et iterum: [d] Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: non erunt tibi dii alieni præter me. Pluralitatem verò personarum ibi patenter insinuat, ubi dicit: [e] Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cùm enim Verbum Dei sit Filius Dei: (sicut Johannes, cujus Evangelium recipis, protestatur dicens: [f] In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil.) vides, quod ad Filium & Spiritum sanctum Patris sermo dirigitur, cùm hæc duo pluraliter dicat, Faciamus, & per Verbum, & Spiritum sanctum, Dominus Deus operatus est universa, sicut David Propheta dicit: [g] Verbo Domini cœli firmati sunt; & spiritu oris ejus, omnis exercitus eorum. Idem etiam Propheta, mysterium Trinitatis eleganter insinuat, ubi ter hoc nomen Deus in eodem versiculo repetit, & inculcat dicens: [h] Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ. Prætermittat Johannes, in Epistolâ suâ canonica: [i] Tres sunt qui testimonium dant in cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Esajas etiam Propheta, quem recipis, se audivisse testatur Seraphim clamantes: [k] Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Zebaoth. Quare tertiò replicat Sanctus, nisi ut, in Domino Deo exercituum, trinitatem insinuet personarum? Est itaque in summâ & beatissimâ trinitate, Pater, qui genuit Filium. Filius, qui genitus est à Patre, Spiritus sanctus, qui progreditur ab utroque. Nec in illâ genitura, aut processione, damnum receptionis aut imminutionis passa est, in Patre, vel in Filio, divina substantia. Sicut enim lumen à lumine sumitur sine imminutione luminis, à quo sumitur: sic æqualis à Patre Filius, & utrique coæqualis Spiritus sanctus, ab utroque procedit. Modum autem genituræ, aut processionis illius, humana ratio non attingit. Unde, cum Esaiæ de Filii generatione constaret, modum generationis inenarrabilem esse sciens, Generationem ejus, inquit, [l] quis enarrabit? Propheta David, in persona filii, de hac generatione sic loquitur: [m] Dixit Dominus ad me; Filius meus es tu: ego hodie genui te. Filius etiam David, Salomon, quem Deus scientiâ & intellectu mirabiliter illustravit, in personâ Christi, qui est (sicut Paulus dicit [n]) Dei virtus, & Dei sapientia, in libro Sapientiæ, sicut tamen eum recipis, ita dicit: [o] Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequàm quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, antequam terra fieret. Necdum erant abyssi, & ego jam concepta eram. Quando præparabat cœlos, aderam: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram, cuncta componens. Apostolus etiam Paulus, Spiritui sancto in toto Trinitati, testimonium perhibet, dicens: [p] Misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra. Et alibi: [q] Si Spiritus ejus, qui Jesum suscitavit, habitat in vobis, vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis. Et si Christi testimonium, de unitate essentiæ, & personarum trinitate, desideras, ipse in Evangelio dicit: [r] Ego & Pater unum sumus. Christus etiam Discipulis dicit: [s] Ite, & baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Cùm enim homo perdidisset, propter inobedientiam, paradisum, & infernales miserias perpetuò meruisset: missus est à Patre Filius. Dignumque fuit, ut mitteretur Filius; & non Pater. Cùm enim à nullo esset Pater: Filius erat ab aliquo. Eratque convenientius ut haberet in tempore matrem, qui ab æterno habuerat & patrem. Cùm enim scriptum esset in Psalmo David, [t] Non est qui redimat, neque qui salvum faciat. [u] Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. [x] Non est qui det placationem pro animâ suâ; nedum pro alienâ: missus est à Deo Patre Filius: ut homo pro homine moreretur, & pro homine captivo tributum, tanquam homo, exsolveret & eum, tanquam Deus cælesti potentia redimeret. Hujus adventum desideraverant Patriarchæ; prædixerunt Prophetæ. Atque illius dilationem impatientius sustinentes, querelâ continuâ dicebant: Quando veniet? quando videbimus? [y] Da tamen sustinentibus te mercedem; ut & Prophetæ tui fideles inveniantur. Utinam Domine dirumperes cœlos, dicit Esajas; [z] & venires. Et David: [*] Domine inclina cœlos, & descende. Sed &, teste Esajâ, [a] angeli pacis pro dilatione nostræ salutis, amarè flebant. Idem verò Esajas, de Christi nativitate manifestiùs loquens, [b] Ecce, inquit, virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Immanuel. Cùm autem Maria originem de Jesse traxerit: idem Propheta nativitatem Mariæ, & per Mariam Christi, ac plenitudinem Spiritus sancti in Christo, manifestè declarat, dicens: [c] Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet: & requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectûs, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Natus est itaque Filius Dei, de Virgine incorrupta, Spiritu sancto in ea cooperante nostræque salutis negotium ineffabiliter procurante. Abyssus autem insuperabilis est, incarnationis dominicæ sacramentum. Plurima item antiquis patribus acciderunt, in quibus hujus nativitatis figura præcessit. Quòd enim vellus Gedeonis rore cæli complutum est, in areâ circumquaque aridâ remanente: Ros, Spiritus Domini designatur in Virgine, quæ ad hoc, propter humilitatem suam specialiter & singulariter à Domino est prælecta. Cui Psalmista concordat, dicens: [d] Descendet sicut pluvia in vellus. Quòd Mosi in rubo ignis apparuit, & non est rubus combustus igne: virginitatis integritas in Maria ostenditur. Quod virga aliarum tribuum manentibus

sicut:

[a] Epist. 83.
[b] Rom. 1. v. 20.
[c] Deut. 6. v. 4.
[d] Exo. 20. v. 2.
[e] Gen. 1. v. 26.
[f] Joh. 1. v. 1. 2. 3.
[g] Ps. 33. v. 6.
[h] Ps. 67. v. 7. 8.
[i] 1 Ep. 5. v. 7.
[k] ca. 6. v. 3.
[l] ca. 53. v. 8.
[m] Ps. 2. v. 7.
[n] 1 Cor. 1. v. 24.
[o] Prov. 8. v. 22. &c.
[p] Gal. 4. v. 6.
[q] Rom. 8. v. 11.
[r] Joh. 10. v. 30.
[s] Math. 28. v. 19.
[t] Ps. 7. v. 3.
[u] Ps. 14. v. 1.
[x] Ps. 48. v. 8. 9.
[y] Syrac. 36. v. 18.
[z] c. 64. v. 1.
[*] Ps. 18. v. 10.
[a] ca. 33. v. 7.
[b] ca. 7. v. 14.
[c] Esaj. 11. v. 1. 2. &c.
[d] Ps. 72. v. 6.

fic [illegible] virga Aaron. de cujus stirpe [illegible] *virgo beatissima traxit* [illegible] *nduit & floruit · florem de virga Jesse, quem vaticinatus erat* [illegible] *ejus partum scilicet incorrupta Virginis, indicavit. Cùm inimi*[illegible] *ci essemus, per adventum Christi reconciliati sumus, sicut Propheta prædixerat ·* [illegible] pax, inquit [illegible] in terrâ dum [illegible] *rit. Ideoque Angeli in ipsius nativitate, gloriosa pacis canticum cecinerunt* * [illegible]ria in excelsis Deo.& in terrâ pax h[illegible]minibus bonæ v[illegible]luntatis. *Nova etiam stella Magis apparuit atque, historiarum testimonio, Romæ fons olei de terra fluxit in Tiberim. Templum etiam, quod idola non-ruiturum prædixerant, donec Virgo pareret, in eadem nocte funditùs corruit. Probatica quoque piscina, quæ Hierosolymis erat, adventu Angeli moveri,* [illegible] *sanitates conferre cœpit vehementissimè. Nocuit nobis vetus Adam: sed plus profuit novus. Amplius nobis contulit hujus humilitas, quam superbia illius nobis abstulerit. Nam, Paulo Apostolo teste,* * Non, sicut delictum, ità & donum. *Damni enim æstimationem, beneficii magnitudo transcendit. Quem prius habuimus terribilem Deum & judicem · nunc habemus humilem fratrem & proximum. Christus itaque, cursum nostræ mortalitatis transiens in fame & siti, in lassitudine & dolore, & in universis miseriis hujus vitæ, demum traditus à discipulo, & tanquam vile mancipium venditus, flagellatus, conspu̇tus, spinis coronatus, illusus, affixus stipiti, & morte turpissimâ condemnatus, quæ non rapuit, solvit; & sponte morti se offerens, omnia in humilitate sustinuit: sicut Esaias quandoque prædixit.* * In humilitate, *inquit*, judicium ejus sublatum est: sicut ovis ad occisionem ductus est; & sicut ovis coram tondente se, sic non aperuit os suum. *Qui ergo parvulus à justo Simeone semel fuerat oblatus in templo; in vesperâ legis, & fine ceremoniarum, pro redemtione nostrâ, manus suas in cruce levavit ad Patrem; juxta illud Davidicum:* * Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. *Sic reatus, quem Adam delectatione per superbiam legis contraxerat; morti*[illegible] *amaritudine per humilitatem sublatus est: fusoque sanguine sine culpâ, omnium culparum chirographa sunt deleta. Alium siquidem redemtionis modum poterat Dominus procurâsse: sed nullus suæ benignitati, nostræque saluti, congruentior apparebat. Cum enim homo juxta suæ prævaricationis exigentiam, captus à Diabolo teneretur: postulabat justitia, ut non eriperetur per violentiam: sed, qui per superbiam lapsus est, suâ, si posset; sed, si suâ non poterat, alienâ saltem humilitate, resurgeret. Ità Christus innocens, quem agnus paschalis signaverat in lege, se pro nobis hostiam obtulit salutarem. Cùm lex Mosis capram, vel ovem, constituisset pretium ac redemtionem hominis à peccato: Christus, per quem gratia & veritas facta est, attendens, umbratiles leges & ceremonias non sufficere ad salutem hominis, æstimationem pluris faciens, quàm sanguinem hirci, ovis & vituli, sanguinem & mortem suam pro nostra salute obtulit: & sic semel introivit in sancta summus & verus pontifex, æternâ redemtione inventa. Aperuit itaque librum, & solvit signacula ejus, Leo de tribu Juda: & quod hostiæ legales minimè potuerunt, gladium amoris versatilem, & paradisi, qui omnibus antiquis clausus fuerat, reseravit ingressum. Sic olim in morte Summi pontificis solet his, qui ad civitatem refugii confugerant, securus ad propria reditus indulgeri. Olim consueverat causari, & dicere, Cur exigit à me Dominus ampliùs, quàm à cæteris creaturis? Quid pro me fecit? quid pro me laboravit? Dixit, & factus sum, sicut jumenta, & arbores, & cætera universa. Sic sua potentiæ nutu, soloque ex visione arbitrio, me creavit. Sed jam obstructum est os loquentium iniqua · & jam homini dissimulare non licet, quanta pro eo Dominus fecerit, qui, ut servum redimeret, proprio Filio suo non pepercit. Porrò, in hac nostra salutis dispensatione, dilectio Christi medullitus intimata est: qui, cùm in lege Mosis, nobis dilectionem Dei & Proximi dedisset in mandatis; eandem in scholâ evangelicæ disciplinæ frequentiùs fortibus verbis, & tandem exhibitione operis, inculcavit.* * [illegible]orem enim charitem nemo habet; ut animã suam po[illegible] pro ami[illegible] suis. *Dedit itaque materiam diligendi se, qui in* [illegible] *dilectionibus nos prævenit: nec aliud à nobis exigit, nisi ut* [illegible] *amus ex corde. Sanè inhumanus est & crudelis qui* [illegible] *misericordiam ejus non recolit; qui Dominum tam clementem* [illegible] *non diligit; qui se pro eo, si opus est, mortis pe*[illegible] *non exponit. Christus autem mortuus est* [illegible] *die resurgens à mortuis, sicut discipulis vivendo prædixer*[illegible] *eisdem* [illegible] *quenter apparuit · & cum ipsis loquens, comedens, ostensis vulneribus manuum, & pedum, & lateris. In cordibus quorundam qui adhuc hæsitabant in fide, ostensione vulnerum, vulnus dubitationis amovit. Quadraginta itaque diebus cum eis visibiliter conversatus, eisdem comitantibus venit in montem Oliveti; & videntibus illis elevatus est, & ascendit ad Patrem: ut eum in Patris æqualitate credamus. attamen, in communi resurrectione vivorum & mortuorum, judicem exspectamus.*

* Luc. 2. v.14.
* Rom. 5. v.15.
* cap.53. v.7.
* Psal.140.v.2.
* Joh.15. v.13.

HILDEBERTUS etiam rhythmis complexus est aliquam summam.

Alpha & Ω magne Deus,
Heli, Heli, Deus meus:
Cujus virtus totum posse;
Cujus sensus totum nosse:
Cujus esse summum bonum;
Cujus opus, quicquid bonum.
Super cuncta, subter cuncta,
Extra cuncta, intra cuncta:
Subter cuncta, nec subtractus;
Super cuncta, nec elatus.
Intra cuncta, nec inclusus;
Extra cuncta, nec exclusus:
Super totus præsidendo,
Subter totus sustinendo;
Extra totus complectendo,
Intra totus es complendo.
Intra nusquam coarctaris;
Extra nusquam dilataris:
Subter nullo fatigaris;
Super nullo sustentaris:
Mundum movens non moveris;
Locum tenens non teneris:
Tempus mutans non mutaris;
Vaga firmans non vagaris.
Vis externa, vel necesse,
Non alternat tuum esse.
Heri nostrum, cras & pridem,
Semper tibi nunc & idem.
Tuum Deus hodiernum,
Indivisum, sempiternum.
In hoc totum prævidisti,
Totum simul perfecisti,
Ad exemplar summæ mentis,
Formam præstans elementis.
Nate Patri coæqualis,
Patri consubstantialis,
Patris splendor & figura,
Factor, factus creatura:
Carnem nostram induisti,
Carnem nostram suscepisti:
Sempiternus, temporalis;
Moriturus, immortalis:
Verus homo, verus Deus,
Impermixtus Homo-Deus.
Non conversus hic in carnem,
Nec minutus propter carnem:
Hic assumtus est in Deum,
Nec consumtus propter Deum.
Patri compar deitate;
Minor carnis veritate.
Deus Pater tantùm Dei;
Virgo mater sed & Dei.
In tam novâ ligaturâ,
Sic utraque stat natura:
Ut conservet quicquid erat,
Facta quiddam quod non erat,
Ille noster mediator,
Ille noster legislator,
Circumcisus baptisatus,
Crucifixus, tumulatus,
Obdormivit & descendit,
Resurrexit & ascendit:
Sic ad cœlos elevatus,
Judicabit judicatus.

Paracletum increatum,
Neq; actus,neq; natus:
Patris consors Genitoq;,
Sic procedit ab utroq;:
Ne sit minor potestate,
Vel discretus qualitate.
Quanti illi,tantus iste;
Quales illi, talis iste:
Ex quo illi,ex tunc iste;
Quantum illi,tantum iste.
Pater alter, sed gignendo;
Natus alter, sed nascendo;
Flamen ab his procedendo:
Tres in unum subsistendo.
Quisq; trium plenus Deus:
Non tamen Dii; sed Deus.
In hoc Deo,Deo vero,
Tres & unum assevero:
Dans usia unitatem,
Et personis trinitatem.
In personis nulla prior,
Nulla minor,nulla major:
Unaquæq; semper ipsa.
Sic est constans atq; fixa;
Ut nec in se varietur;
Nec in ullam transmutetur.
Hæc est fides orthodoxa:
Non hoc error sive noxa.
Sicut dico,sic & credo;
Nec in pravam partem cedo.
Inde venit, bone Deus,
Ne desperem,quamvis reus.
Reus mortis non despero;
Sed in morte vitam quæro.
Quo te placem,nil prætendo,
Nisi fidem,quam defendo.
Fidem videns hanc implora:
Lava faecem,quo laboro.
Per hoc cataplasma,
Convalescat ægrum plasma.

Apud Vincentium.*

* Lib. 5. c. 114.

In REMENSI Concilio, a Bernhardo aliisque, hæc Confessio est composita: *Credimus simpliciter, naturam divinitatis esse Deum, nec aliquo sensu catholico posse negari, quin divinitas sit Deus; & Deus divinitas. Si verò dicitur, sapientiâ sapientem, magnitudine magnum, æternitate æternum, unitate unum, divinitate Deum esse, & alia hujusmodi: credamus, non nisi ea sapientia, quæ est ipse Deus, sapientem esse; non nisi eâ magnitudine,quæ est ipse Deus,magnum esse; non nisi eâ æternitate, quæ est ipse Deus, æternum esse, non nisi eâ unitate, quæ ipse est, unum esse: non nisi eâ divinitate Deum, quæ est ipse: id est, se-ipso sapientem, magnum,æternum,unum Deum. Cùm de tribus personis, Patre, Filio, & Spiritu sancto, loquimur: ipsas unum Deum,unam divinam substantiam, fatemur esse. & è converso [illegible] de uno Deo,una divina substantiâ,loquimur: ipsum unum Deum,unam divinam substantiam,esse tres personas profitemur. Credimus, solum Deum Patrem,& Filium,& Spiritum sanctum, æternum esse: nec aliquas omninò res, sive relationes, sive proprietates, sive singularitates vel unitates dicantur, & hujusmodi alia, de Deo esse, quæ sint ab æterno; & non sint Deus. Credimus,ipsam divinitatem sive substantiam divinam,sive naturam dicas,incarnatam [illegible] sed in Filio,esse.* Otto [illegible]ritingensis.*

* lib. 1. c. 56.

De Religione por[illegible] ait PO[illegible]HO:* *Nulla enim alia religio vera est, nisi quæ virtute ac justitiâ constat.*

* lib. 2. de Specie dom. Dei.

DE VERBO DEI, ET
Scriptura Sacrâ.

P[illegible]imùm appel[illegible]nes quædam annotandæ sunt.

RUPE[illegible]u[illegible] Tu[illegible]tiensis ait.* *Sancta Scriptura rectè dicitur ager: quia professio res publica est; res in aperto posita, & cunctis hominibus, imo populis omnibus, legere vel audire cupientibus, pro posita est.* Idem:* *Argentum & aurum Domini, sacra S[illegible]ipturae [illegible] juxta dictum P[illegible]lmi: [illegible]oquia Domini,* [illegible] casta; argentum igne examinatum

* lib. de Glorif. [illegible]

[illegible]6 [illegible] 12. v. 7

¶ [illegible]tum [illegible]ientiâ, inquit BERN[illegible]DUS:* *Non tamen dico contemnendam, aut negligendam scientiam literarum: quæ ornat animam,& erudit eam; & facit,ut etiam possit alios erudire. Sed duo illa oportet & expedit,ut præcedant, in quibus summam salutis constitui, superior ratio declaravit. Et vide, si non intuebatur,& si non docebat hunc ordinem, qui dicebat:* Seminate vobis ad justitiam, metite spem vitæ: *& tunc demum,* Illuminate vobis,*ait,* lumen scientiæ. *Ultimam posuit scientiam, tanquam picturam, quæ statû habere nequeat super inane: & ideo illa duo præmisit, & subjecit illi, tanquam si solidum aliquid pictura substerneret. Securus jam intendam scientiæ; si vitæ prius, per beneficium spei, securitatem accepero.*

* Serm. 37 super Cantic.

¶ De divisione Scripturæ, sic inquit LOMBARDUS:* *Veteris ac novæ Legis continentiam, diligenti indagine, etiam atque etiam considerantibus nobis, prævia Dei gratiâ, innotuit; sacra pagina tractatum, circa res, vel signa, præcipuè versari.* Itèm: *Propriè autem hic Res appellantur, quæ non ad significandum aliquid adhibentur: Signa verò, quorum usus est in significando.*

* lib. 1. Dist. 1.

RICHARDUS ait:* *Duæ sunt partes Scripturæ; historia scilicet,& spiritualis intelligentia: quæ rectè intellecta, pertinent ad bonos. Tertia pars est,perversorum perversa intelligentia; quæ pertinet ad malos.*

* lib. 3. in Apoc.

¶ Unde sit doctrina Verbi Dei, RUPERTUS docet:* *Doctrina Christi nō est sua, sicut doctrina Pharisæorum est: quia vel doctrinam sensumq; suum, in plerisque, doctrina Dei nō com[illegible]icant; docentes servare mandata hominum.* Itèm: *Doctrina Christi non est ex homine; sed ex Deo. Hæreticorum professio ita non est; sicut illa omnium Sanctorum communis est, catholica atq; apostolica fidei doctrina. Christi doctrina non facit hære[illegible] & schismata: quomodo faciunt eorum doctrinæ, qui, novitates vocum amantes, derelinquunt traditiones Dei, per traditiones suas.*

* in Joh. c. 7.

BERNHARDUS ait:* *Semel locutus est Deus.] semel utiq;, quia semper. Una enim,& non interpolata; sed continua & perpetua locutio est.*

* Serm. de Verbis Abacuc.

¶ Unde sit efficacia verbi divini, BERNHARDUS ait:* *Inscribit, inquam, legem suam, non jam in lapide; sed in tabulis cordis carnalibus: propheticam implens promissionem; quâ se pollicitus est ablaturum cor lapideum, & carneum cor esse daturum: id est,non durum,nō obstinatum,non Judaicum; sed pium, sed mansuetum, sed tractabile, sed devotum.* Itèm:* *Vivum & efficax est: moxq; ut intùs venit, expergefecit dormitantem animam meam, movit & mollivit & vulneravit cor meum: quoniam durum lapideumq; erat,& malè-sanum. Cœpit quoq; evellere & destruere, ædificare & plantare, rigare arida, tenebrosa illuminare, clausa reserare, frigida inflammare, nec-non & mittere prava in directa,& aspera in vias planas: ità ut benediceret anima mea Domino; & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus.*

* Serm. de Dedicat. Eccl.

* Serm. 74. in Cantic.

¶ Quibus sit tradita doctrina Verbi Dei, RUPERTUS docet, inquiens:* *Non angelis; sed solis hominibus, Evangelium scribitur.* Et:* *Divinitùs provisum non dubitamus; ut hæc Domini causa crucifixi, super caput ejus scripta, Græcè, Hebraicè, & Latinè poneretur;* JESUS Nazarenus Rex Judæorum: *quia maxime tribus illis linguis testimonia sua personat, per totum Orbem, catholica fides Christianorum Confessorum.* Itèm:* *Mysterium venturi Christi, Filii Dei, non superbis, sed humilibus, ab initio revelatum fuit.*

* in Joh. c. 6.

* cap. 7.

* Prolog. in Michæā.

¶ De Scriptis Propheticis, ait RUPERTUS:* *Sancta scriptura, ex multiplicibus Dei verbis, in linguam & vocem Prophetarum transfusis, scribendo contexta est.*

* lib. 1. in Apoc.

¶ De Simplicitate Scripturæ, PETRUS Cantor ait:* *Loquitur Scriptura divina, viva voce, simplicia & utilia. Unde nos, leporem artis Rhetoricæ contemnentes, & puerilis & plausibilis eloquii venustatem, ad sacrarum Scripturarum gravitatem confugimus. ubi vulnerum vera medicina est; ubi dolorum æterna remedia: in quibus recepit unicum filium mater in feretro: ubi turba dicitur circumstantes;* Non est mortua puella, sed dormit: *ubi quatriduanus mortuus & fœtens, ad vocem inclamantis Domini, ligatus adhuc institis, egreditur & erumpit. Talis debet esse prædicatio: quia talis est sacra Scriptura; ut prædicti mortui in peccatis, ad ipsam, & per ipsam suscitentur; & ut ipsa virtutes operetur, & recreet infirmos potiùs, quàm delectet curiosos.*

* de Verbo abbrev. cap. 2.

¶ Summam

¶ [illegible] Scripturæ [illegible] recitat Rup[ertus] [illegible]: [illegible] sacra Scriptura canonica. novus liber est: quia ad unum tendit, & ab uno Deo profecit, & ab uno eodem [illegible] conscripta est. [illegible] Scripturæ omnes, quæcunque non veniunt ex eodem spiritu veritatis, [illegible] sunt libri. Itèm: * Omnis quidem Scriptura divinitus inspirata, in hoc-ipsum tendit, [illegible] ipso trium librorum ordine, hoc maxime delectat intuentes: quia [illegible] secundum ordinem harum virtutum trium, sunt compositi sive dispositi, [illegible] fidei spei & charitatis.

¶ Verbo Dei tantum credendum esse, [Petr]us Cluniacensis docet: * Credite Legi vestræ, non alienæ: credite Prophetis, non alienis, sed vestris: credite Scripturis, non alienis, sed propriis. Cur saltem hoc non movet? cur non movet hoc, quod totum robur fidei Christianæ, quod tota spes salutis humanæ, ex vestris literis originem habet? Cur non movet, quod Patriarchas, quod Prophetas prænunciatores, quod Apostolos prædicatores, quod [illegible] ac supercælestem Virginem matrem Christi, quod Christum ipsum authorem salutis nostræ, qui & expectatio gentium a Propheta vestro dictus est, non de barbaris gentibus, non de quibuslibet habitationibus; sed de genere vestro, de stirpe magni Abrahæ descendentes, suscepimus? Remitto ergo vos ad vestri generis homines: remitto ad proprias, quas a Deo accepistis, scripturas. & ex his testimonia profero; quibus credere quantalibet in Judaica compellatur.

¶ In revelato Dei verbo esse acquiescendum. Petrus Cantor ait: Si ergo de nomine Divinitatis prohibemus quærere, multò magis de re nominis, curiosè & superbè. Sufficiat ergo, quòd ipse est admirabilis, fortis, potens: quòd sic docet hæc sunt etsa nomina ejus. Itèm Hieronymus. Non minori scelere dicitur Dominus esse, quod non est; quàm negatur esse, quod est. Itèm: Moses posuit terminos circa montem: ne bestia, quæ tangeret, lapidaretur. Sic & Christus, & Patres nostri terminos posuit in montem & circa montem sacræ Scripturæ. quos non debemus transgredi, per inutilem & superfluam & temerariam inquisitionem. Tangentes enim montem bestialiter, lapidabuntur. Itèm: In temporalibus, fili, invenisti mel doctrinæ. Comede, quod sufficit: ne fortè satiatus, ultra vires quærendo, evomas illud, & perdas intellecta. Itèm: Tantùm summitatem virgæ tuæ, cum Jonatha, melle intinge: & exhilarabuntur oculi tui, & bene persequêris hostes tuos. ut illa, quæ declaratio sermonum tuorum dat intellectum: non obtenebrat, nec involvit, ut curiosa inquisitio.

¶ Quomodo legenda sit sacra Scriptura, docet Hugo de S. Victore: * Cùm divinas scripturas legitis, soleriter perpendite, quid ibi dictum sit, ad exercitandum in vobis amorem Dei; quid ad contemtum seculi, quid ad cavendas insidias inimici, quid ad bonos affectus nutriendos, & prava desideria fugienda, valeat, & etiam cor, per punctionis ardorem accendat: quid disciplinam in opere, quid humilitatem in cogitatione, quid obedientiam in præceptis, quid patientiam in adversis, habere doceat: quid denique ad agenda sedulum, & ad mala cavenda doceat esse circumspectum. Hoc modo lecta Scriptura, intelligentiam confert salutarem.

Johannes Salesberiensis ait: * Hoc enim lectione semper quærendum est, ut homo se-ipso melior jugiter fiat. Itèm: Cæterùm libri catholici tutius leguntur & cautius: & gentiles simplicibus periculosiùs patent: sed in utrisque exerceri, fidelibus ingeniis utilissimum est. Et: * Humilibus autem dat gratiam Dominus; & illis veritatis intelligentiam confert: qui timore initiati, et in dilectione, & exsecutione mandatorum suorum, fideliter adhærent. Itèm: Quisquis ergo viam philosophandi ingreditur, ad ostium gratiæ ejus humiliter pulset: in cujus manu [illegible] omnium scientiarum est; quem solus aperit Agnus, qui occisus est, ut ad viam sapientiæ & veræ felicitatis servum reduceret [er]rantem. Et: Quisquis enim ad voluptatem suam, ingenii sui [illegible] Scripturarum integritatem attentat, quasi a sa[cra] [illegible] [phil]osophia exclusus, ab intelligentia veri alienus exstat. [illegible] [inqui]rendum est ergo Scripturis, non dominandum: nisi [illegible] [i]psum dignum credat, ut angelis debeat dominari. [illegible] ergo peregrinationis nostræ, apprehendamus angelos [illegible] & infatigabili certamine luctantes cum eis, non [illegible] donec nos aurora veritatis illustret. Nec solam nosse [illegible] veritatem; nisi, semoto amore temporalium mari ejecen[illegible] virtutis aditum, de benedictione angelica, facilius [illegible] quo magis, æternorum amore excitato, in appetitu

[illegible] tempus [illegible] [inte]rdiscemus. Eo enim lucta ista perducit: ut, triumphantis hominis testimonio, Deus ipse, qui summa veritas est facie ad faciem videatur. Quicquid enim bonis in fide aut operibus apparet, imago quædam divinæ visionis est. Et rectè aurora sine benedictione non expedit angelum. quia notitia veritatis, sine gratia bona operationis, sana conscientia non habet fructum.

¶ De ratione discendi verbum Dei [illegible] Petrus Cantor: * In tribus igitur consistit exercitium sacræ Scripturæ: circa lectionem, disputationem, & prædicationem. Cujuslibet istorum est inimica & noverca prolixitas, mater oblivionis. Lectio autem, est quasi fundamentum & substructorium sequentium: quia per eam cæteræ utilitates comparantur. Disputatio, quasi paries est in hoc exercitio & ædificio: quia nil plene intelligitur, [fi]deliterve prædicatur; nisi prius dente disputationis frangatur. Prædicatio, cui subserviunt priora, quasi tectum est, tegens fideles ab æstu & a turbine vitiorum. Post lectionem igitur sacræ Scripturæ, & dubitabilium per disputationem inquisitionem, & non prius, prædicandum est: ut sic cortina cortinam trahat.

¶ De modis intelligendi sacram Scripturam, inquit Honorius: * Nota, sacra Scriptura intelligitur quinque modis. Aliquando ad solam historiam, cùm præterita narrat: ut ibi,[b] Formavit Deus hominem de limo terræ, & posuit eum in paradisum. Aliquando ad historiam & allegoriam: ut ibi,[c] Jacob duxit uxores, Lyam & Rachel. quod ita in re fuit, sed activam & contemplativam vitam, in Christo jungendam, prænotavit. Aliquando ad solam prophetiam, cùm futura prænunciat: ut ibi,[d] Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Aliquando ad solam literam, cùm aliquid mandat: ut ibi,[e] Non occides, Non mœchaberis. Aliquando ad solam allegoriam, ut in Canticis canticorum. Hi omnes modi in hoc libro inveniuntur. Historia: ut,[f] Initio tu Domine terram fundasti. Historia & allegoria: ut,[g] Percussit petram, & fluxerunt aquæ quod & in Christo, & cromo. contigit. Prophetia: ut,[h] Benedictus, qui venturus est in nomine Domini. Sola litera: ut,[i] Declina à malo, & fac bonum. Sola allegoria. ut,[k] De torrente in via bibet.

De sensibus Scripturæ, ait Bernardus: * Secundum triplicem sensum Scripturarum, historicum, moralem, mysticum.

Non semper literam esse sequendam, monet Petrus Cluniacensis: * Ite in orbem universum, prædicate Evangelium omni creaturæ] Eja, prædicandum est igitur omni creaturæ, juxta sonum literæ: tam rationali, quam irrationali; tam sensibili, quàm insensibili. Prædicandum est cælo & terræ, soli & lunæ, mari & aeri, avibus & pecoribus, herbis & arboribus, lignis & lapidibus. Prædicandum est absque ullâ discretione, omni omninò mundanæ creaturæ: ne Christo non-obediatur, qui præcepit prædicari Evangelium omni creaturæ. Quid hoc insanius? Nonne enim (ut æstimo) ità sensum perdidisti, ut alios, quàm hominibus, Christum Evangelium prædicasse, vel prædicari voluisse, credatis. Quod si ita est: jam sonus literæ sequendus non est; sed sanè atque catholicè suscipiendus & exponendus est.

Theologiæ studiosis quæ sint necessaria, Potho monet: * Quia in scholâ dominicâ studentibus, & ad profectum sapientiæ & scientiæ tendentibus, duo necessaria sunt, lectio scilicet, & meditatio: ut in his se exerceant, in his ingenium excolant, quibus maxime in studio Philosophiæ mens proficit. Principium namque doctrinæ, est in lectione; consummatio, in meditatione. Meditatio, est frequens cogitatio cum consilio, quæ causam & originem, modum & utilitatem uniuscujusque rei, diligenter investigat. Meditatio principium sumit à lectione: nullis tamen stringitur regulis aut præceptis lectionis. Delectatur enim quodam aperto decurrere spatio, ut liberam contemplandæ veritati aciem [illegible] nunc has, nunc illas rerum causas perstringere, nunc autem profunda quæque penetrare, nihil anceps, nihil obscurum [illegible] quere. Quam si quis familiariùs amare didicit, eique sæpius vacare voluerit, jocundam valde reddit vitam, & maximam in tribulatione præstat consolationem. Itèm: Hæc de studio illius scholæ, quam Sapientia in domo sua instituit, breviter præscrivimus: in qua nimirum studentibus tria sunt necessaria, natura, exercitium, disciplina. In naturâ consideratur; ut audita quis facilè intelligat, & firmiter retineat: in exercitio, ut labore & sedulitate naturalem sensum excolat: in disciplina, ut, laudabiliter vivens, mores cum scientia componat.

De Meditatione, idem Potho inquit: * Tria sunt genera meditationis. Unum, consistit [illegible] circumspectione mo[illegible]

Marginal notes: * de Verbo abbrev. c. 1. | [a] Prolog. in Psal. | [b] Genes. 2. vers. 7. 8. | [c] Gen. 29 | [d] Esai. 7. vers. 14. | [e] Exod. 20 v. 13. 14. | [f] Psal. 102. vers. 26 | [g] Psal. 78. vers. 20. | [h] Psal. 118. vers. 26 | [i] Psal. 34. vers. 15. | [k] Psal. 110. vers. 7. | * Serm. 61. parv. | * lib. 1. Epist. | * l. 2. de Statu domus Dei. | * ibid. | [illegible] Judæos. | de Modo [illegible] instit. [illegible] cap. 8. | Poly[crat.] [illegible] c. 10

aliud, in sustentatione mandatorum: tertium, in vestigatione divinorum operum. Mores, sunt in vitiis & virtutibus. Mandatum divinum, aliud præcipiens, aliud promittens, aliud terrens. Opus Dei est, & quod creat potentia, & quod moderatur sapientia; & quod cooperatur gratia. Quæ omnia quantâ sint admiratione digna, tantò magis quisque novit; quantò attentiùs Dei mirabilia meditari consuevit.

* Serm. 57. sup. Cant.

BERNHARDUS: * *Habes (ut ego opinor) tria hæc, id est, prædicationem, orationem, contemplationem, in tribus commendata & designata vocabulis. Etenim meritò amica dicitur; quæ sponsi lucra, studiosè ac fideliter prædicando, consulendo, ministrando, conquirit. Meritò columba; quæ nihilominùs pro suis delictis in oratione gemens & supplicans, divinam sibi non cessat conciliare misericordiam. Meritò quoque formosa, quæ cælesti desiderio fulgens superna contemplationis decorem se induit, horis duntaxat, quibus commodè & opportunè id potest.*

* in Prolog.

PETRUS Cantor: * *Utiliora capitula, sumta tum ex corpore sacræ Scripturæ; tum ex benè dictis aliarum scripturarum. Quicquid enim ubicunque benè dictum est, meum est, inquit Theologus, ad [illegible] vitiorum redargutionem, ad virtutum & morum commendationem, operumq; nostrorum directionem.* Item: *Magna enim dementia est superfluis incedere, in tantâ temporis [illegible] [illegible], sed rebus. Hæc est scientia rerum, quæ [illegible] format animum, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat. Sed ad amplustre, & per anticipitia fluctuantium, dirigit cursum nemo securus sine eâ.*

* cap. 2.

¶ De expositionibus scholasticis, ait PETRUS Cantor: * *Expositoria vera & difficilia, in Scholis audiantur. Ad hoc, inquit, terenda sunt magistrorum limina.* Item: *Sicut in templo, in candelabra erant infusoria, extinctoria, & emunctoria: sic in sacra Scriptura infusorii sunt, qui eam exposuerunt; ut Hieronymus & Gregorius: extinctores, qui hæreses extinxerunt, scilicet [illegible] Hæreticorum, ut Augustinus & Hilarius: emunctores, qui superflua exstirpaverunt; ut Hieronymus & Origenes.* Item: *Sacra Scriptura ratis est nostra, quâ transire debemus hoc mare magnum & spatiosum, quæ non est oneranda saburrâ, & superfluis expositionibus, sed sufficientibus & necessariis tantùm.* Item: *Sæpe utilia & necessaria prætermittenda sunt; ne multitudine utilium prægravemur.* Item: *Multitudine glossarum obscura reddimus.* Item: * *Nihil adeò obest utilitati; sicut nimia subtilitas. Pulverem ne moveas & dispergas: ne eo moto, [illegible] & obscuretur; imò excæcetur oculus mentis tuæ.* Item: *[illegible] est propositum declamantibus, & assensum coronæ [illegible]; aliud his, qui otiosorum aures disputatione varia aut [illegible] detinent. Facere docet cælestis Philosophia, non garrire; [illegible] loqui. In rebus est, non in verbis: non est populare artificium. Licèt nunc, vitio nostro, glariæ & quæstus & litigio data.*

* cap. 3.

* cap. 3.

De Disputationibus, idem PETRUS Cantor ait: * *Non ergo clamandum est in disputationibus Theologiæ: non disputandum de [illegible].* Item: * *Sine lite & contentione fiat.* Item: *Pro disputationis utilitate, & contra ejusdem inutilitatem, movemur antiquorum exemplo. Patriarchæ enim, opere & exemplo, contra idololatriam pugnaverunt. Prophetæ, verbo & exemplo, filios Israel contra inobedientiam corripiunt. Apostoli, verbo & exemplo, etiam morte, contra infidelitatem prædicaverunt. Doctores Ecclesiæ, contra hæreses in defensione fidei Euangelii disputaverunt. Nos verò steriles in Ecclesiâ, nullumq; fructum ferentes in cassum superstitiis & vanis quæstionibus languentes deficimus.* Item: *[illegible] nihil aliud potest, nisi subvertere, dum verbosus [illegible] videtur Catholicè humiliter-loquenti, in quâ nō pote[illegible] [illegible] existet aliquid, quod contra conscientiā dicatur.*

* cap. 5.

* Serm. 1. de S. Andrea.

[illegible] BERNHARDUS monet: * *Nemo repente fit summus: ascendendo, non volando apprehendi[illegible]. Ascendamus igitur, velut duobus quibusdam pedibus, meditatione, & oratione. Meditatio siquidem docet, quid d[illegible] oratio, ne desit, obtinet. [illegible] viam ostendit, ista deducit. Meditatione denique agnoscimus imminentia nobis pericula, [illegible] evadimus, præstante Domino nostro Jesu Christo.* Item: * *Itaque auditus est meritum videndi, visio præmium auditus. [illegible] prius est audire, videre posterius: sicut scriptum est: * Audi filia, & vide. [illegible] qui ergo in futuro Deum videre desiderat, profectò necesse est, ut in præsenti priùs Deum audiat, & in auditu aurem obturat.* Item: * *Ne[illegible] laborandum est, ut ad [illegible] perveniatur auditum. labor potius est aurem obturare,*

* Serm. 40 parv.

* Psal. 45 vers. 11.

* de Con. ad cler. cap. 2.

ne audiat. Nimirum vox ista se offerens, ipsa [illegible] nec pulsare interim cessat ad ostia singulorum. Denique, quadraginta annis, *inquit,* * proximus fui generationi illi, & dixi, Semper hi errant corde. *Adhuc nobis proximus est, adhuc loquitur: & non est forte, qui audiat. Adhuc dicit, Hi errant corde. Adhuc Sapientia clamitat in plateis;* * Redite prævaricatores ad cor. *Hæc nempe initium loquendi Domino: & hoc verbum ad omnes, qui convertuntur ad cor, præcepisse videtur: & non modò revocans eos, sed reducens & statuens contra faciem suam. Est enim non tantum vox virtutis, sed & radius lucis: annuntians pariter hominibus peccata eorum; & illuminans abscondita tenebrarum.* Item: * *Utilius namque & multò salubrius est, hodie audire eum consulentem, consolantem, admonentem, docentem, & ut multùm arguentem, increpantem, corripientem: quàm in die illa tàm amarâ, tam lugubri, tam tenebrosâ, audire illum judicantem, indignantem, ulciscentem, sævientem, condemnantem.* Item: * *Sed nec ullus omninò sermo, qui adspicit ad pietatem, ad virtutes, ad mores optimos, negligenter est audiendus: quoniam est illic iter, quo ostenditur salutare Dei. Quod-si sermo gratus venit & placidus; quatenus pulso fastidio cum desiderio audiatur: jam non modò venire sponsum, sed & accelerare, id est, cum desiderio venire, credendus est. Illius namque desiderium, tuum creat: & quod tu ejus properas sermonem admittere, inde est, quòd ipse festinat intrare.* Item: * *Sermones Dei servabis.] Ubi ergo servandi sunt? Haud dubium, quin in corde, sicut ait propheta:* * In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. *Sed quomodo in corde servandi? An sufficit solâ conservare memoriâ? At verò si servanti diceret Apostolus:* * Quoniam scientia inflat. *Denique & memoriam facile delet oblivio. Sic serva sermonem Dei, quomodo meliùs servare potes cibum corporis tui. Nam & ille panis vivus est, & cibus mentis. Panis terrenus, dū in arca est, potest à fure tolli; potest à mure corrodi; potest vetustate corrumpi. Ubi verò comederis illum; quid horum timeas? Hoc modo custodi verbum Dei. Beati enim, qui custodiunt illud. Ergo trajiciatur in viscera quædā animæ tuæ; transeat in affectiones tuas, & in mores tuos. Comede bonum, & delectabitur in crassitudine anima tua. Ne obliviscaris comedere panē tuum, ne exarescat cor tuum, sed adipe & pinguedine repleatur anima tua. Si sic servabis verbum Dei: haud dubium quin ab eo serveris.*

* Psal. 95 vers. 10.

* Esai. 46 vers. 8.

* Serm. de verb. Abac. sup custod.

* Serm. 57 sup. Cant.

* Serm. 3. de Adv. Dom.

* Psal. 119 vers. 11.

* 1 Cor. 8. vers. 1.

PETRUS Cantor: * *Ad majora igitur natus, rebus studeas, non verbis: ut, quicquid legeris, quicquid prædicaveris, quicquid disputaveris, ad mentem, in te, & in aliis exempla tua informandis, referas. Puta, in te marcentia excita, tumida doma, fluida coërcere, soluta constringe, cupiditates tuas vexa & exstirpa, ignorantiam tuam illumina.*

* cap. 3.

¶ Multa adhuc latere in Scripturâ, RUPERTUS testatus: * *In Scriptura altior divinorum sensuum majestas latet, quam adhuc minùs intelligimus.* Et: * *Talem Scripturam condidit, quæ non facile possit intelligi, quo tenderet, vel quale contineret mysterium regni Dei: sicut ipse facit & dicit,* Nolite sanctum dare, &c.

* in Johan. cap. 20.

* in Matth. cap. 7.

¶ Encomia Scripturæ sacræ varia reperiuntur, RUPERTUS ait: * *Sacra Scriptura, vera repromissionis est terra.* Item: † *Verbum Dei, stola sive amictus animæ.* Et: * *Sancta Scriptura ipsa est columba, cujus litera argentum; sensus mysticus aurum est: de quâ ipsum autorem Spiritum sanctum in Psal. 67. dicit, &c.* Item: * *Cum adspicis vel recipis ista Filii hominis sæpè quatuor sacramenta; incarnationem, passionem, resurrectionem, atq; ascensionem: tunc, vel ex-tunc apparet & elucet tibi, quid velit, quo tendat cuncta veteris Testamenti Scriptura, rotunda, volubilis; perfecta quatuor faciebus, secundùm illas quatuor partes distincta.*

* Prolog. in Apoc.

† in cap. 4 Apoc.

* in Matth. cap. 26.

BERNHARDUS inquit: * *Via Domini, via recta, via pulchra, via plena, via plana. Recta, sine errore: quia ducit ad vitam. Pulchra, sine sorde: quia docet munditiam. Plena multitudine: quia totum jam Mundum est intra Christi sagenam. Plana, sine difficultate: quia donat suavitatem. Jugum enim ejus suave est, & onus ejus leve.* Item: * *Tres sunt lucernæ. Regula disciplinæ. Christus, quâ accenditur, ut drachma perdita inveniatur. Forma veritatis in Evangelio, quæ ponitur super candelabrum. Scientia puritas in corde bono, quæ illuminatur à Domino.*

* Serm. de verb. Esa. Jullorum de ducto.

* lib. Sentent.

De fine & fructu Verbi Dei, inquit RUPERTUS: * *Verba, quæ locutus sum vobis, & loquor vobis, quæcunq; sunt de me, ex quo descendit Filius hominis, usque-quo ascendat, ubi erat prius, verba incarnationis, nativitatis, passionis, resurrectionis, ascen-*

* in Johan. cap. 6.

... spiritus & vita sunt. spiritus vivificans. vita vivens. ... verum vita verbum. Et: Hoc verbo ejusmodi sunt ... verbum ejus vivum est, quod semper manducari ... possit consumi: vel quia verbum Domini manens in æternum, ubi comestum fuerit, de bono terra anima rursum pullulat, & in magnam segetem resurgit. sicut & aqua illa, quæ est Spiritus sanctus, cùm bibita fuerit; statim fons in potoris pectore fit, & in viva aquæ flumina profluit. Et: * Mandatum Dei causa effectiva est vitæ æternæ omnibus credentibus. Itèm: * Propter sermonem, quem locutus sum vobis, mundi estis: ex hoc, ut vos in veritate sancti sitis, dum ego sanctifico. Itèm: * Evangelium virtus Dei est: quicquid loquitur, forte, pulcrum atq; honestum, rationabile & verum, atq; ad salutem hominum omnino necessarium est. Itèm: * Omnis iste liber, omnis sancta Scriptura, cujus caput hoc est; In principio creavit Deus cœlum & terram: cui creaturæ vel propter quam scriptum est creaturam? Nimirum propter creaturam humanam, ad instructionem creaturæ humanæ sancta Scriptura condita est. Et: * Oves Christi pascuntur & impinguantur in sacris nunc epulando Scripturis, & postmodum paradisi deliciis: habentes primùm scientiam veræ & spiritualis circumcisionis; & deinde salubrem facientes confessione de peccatis pristinis, & deinde consequentes perfectionem fidei taliter, ut eandem fidem confirmare & defendere valeant Legis & Prophetarum testimonio. Itèm: * In sacrâ & ex sacrâ Scripturâ, omnium benedictionum ubertas [illegible] & fructus est. Et: * Victoriam verbi Dei, effectum & opus perfectum dicimus propositi Dei, ad laudem ipsius omnipotentis & invicti: quod neq; mors neq; vita, neq; angeli neq; principatus, neq; instantia neq; futura, neq; fortitudo neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia, potuit vel poterit avertere; quin fieret & fiat, quod ipse proposuit & decrevit fieri. Item: * Verbum Dei fortes efficit, ita ut etiam mortem contemnant. Et paulo pòst: Diligenter animadvertendum est, nonnihil differre, cùm legimus vel audimus, in singulari numero, Verbum Dei; & plurali numero, Verba Domini. Verbum namq; hoc singulare, divina substantia est; substantia non facta, neque creata. Et idcirco Verbum dicitur & est Filius Dei. Verba autem, quæ in Scripturis sanctis legimus vel audimus, a Deo per hoc Verbum effecta, & per hominem administrata sunt. & idcirco aliter verba Dei, aliter rectè dicuntur verba cujuslibet hominis. Itèm: * Gladio percussus est Satanas cum legionibus suis: id est, sententia verbi Dei damnatus est, cum angelis sequacibus suis. Damnatus autem, per justissimum verbi Dei judicium statim de cœlo projectus est, per ministerium sanctorum Angelorum, victoria verbi Dei militantium. Sed quæ, vel qualia, fuerunt vel sunt arma, quibus illis spiritibus in illo prælio usi sunt? Non utique arma materialia fuerunt: sed omnis eorum armatura fuit, & est, ipsum Dei verbum. Ipsum (inquam) Dei verbum, rebellibus illis spiritibus vim suam per Angelos sanctos intentans, per semet-ipsum perfecit victoriam. Ignis quippe est Dei verbum: id est, sic intolerabile impiis spiritibus malignis; ut est infirmis corporibus ignis visibilis. Itèm: * Evangelicum illud convivium, quo Dominus de quinq; panibus, & duobus piscibus, satiavit quinq; millia hominum, significat vitale illud sanctorum Scripturarum convivium, quo de panibus Moysis Prophetarumq; libris, crescente copiâ divinæ benedictionis, inter ora comedentium, id est, inter studia tractantium, affatim reficitur Mundus, quondam a scientia Dei jejunus; & affluentia dictorum sensuumq; repletus armatus, lassi atq; victi convivæ abstulimus. Hoc autem convivium divinæ cognitionis hic incipitur, perficietur verò in illius sabbati perenni gloriâ.

Bernardus ait: * Fructus vitæ sunt verba Dei; non folia: & si folia, sed aurea sunt. Proinde non parvipendantur; non pertranseant; non prætervolent. Et: * Sonans in auribus animæ vox divina, conturbat, terret, dijudicatq;: sed continuò, si bene adverteris, vivificat, liquefacit, calefacit, illuminat, mundat. Denique cibus noster est, & gladius, & medicina, & confirmatio, & requies, resurrectio quoq; & consummatio nostra. Nec mirum quod verbum Dei jam nunc invenitur omnia in omnibus ... tum spectat ad justificationem: siquidem & futurum est omnia in omnibus ad glorificationem. Audiat & illud peccator, & conturbabitur venter ejus a voce illa carnalis anima contremiscet. Omnia namq; oculis ejus aperta sunt, atq; dijudicat sermo vivus & efficax, cordium atq; cogitationum perscrutator. Unde ... licet mortuum in peccato, si audieris vocem filii Dei, vives. Sermo enim, quem loquitur, spiritus & vita est. Si cor tuum induratum est, memento Scripturæ, dicentis: * Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. Et itèm: * Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Si tepidus es, & verenis jam fervidus, non discedas ab eloquio Domini: & inflammabit te: quia eloquium ejus ignitum valde. Quod-si tenebras ignorantiæ plangis, diligenter audi, quid loquatur in te Dominus Deus: & erit lucerna pedibus tuis verbum Domini, & lumen semitis tuis. At fortasse tanto amplius doles, quanto clarius etiam peccata minima illuminatus agnoscis. sed sanctificabit te Pater in veritate, quæ est utiq; sermo ejus: ut inter Apostolos audire merearis; * Jam vos mundi estis, propter sermonem, quem locutus sum vobis. Jam verò, cùm laveris manus tuas; ecce paravit in conspectu tuo mensam: ut non de solo pane vivas, sed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei: & in fortitudine cibi illius curras viam mandatorum ejus. Ubi, si consistunt adversùm te castra, & prælium tentationis insurgit; arripe gladium spiritus, quod est verbum Dei; & in eo facile triumphabis. Quod-si fortè (ut est certaminum consuetudo) contigerit aliquando vulnerari: mittet verbum suum, & sanabit te, & eripiet te de interitionibus tuis: ut in te quoque impleatur, quod ait Centurio, cujus fides tam magnificè commendatur, * Domine, inquit, dic tantum verbo, & sanabitur puer meus. Sed & si titubas adhuc, confitere, & clama: * Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. & in verbis suis confirmabit te. ut experimento discas, quoniam verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Et: * Verbum indicatum, Verbum inspiratum, Verbum incarnatum. Primum fecit cognitionem, secundum conversionem, tertium vivificationem. Primum obfuit; secundum non profuit: tertium vivificavit. Primum obfuit: quia, cùm cognovissent Deum; non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Secundum non profuit: quia non data est lex, quæ possit vivificare. Tertium vivificavit: quia per crucem redemit. Primum totum de foris, secundum foris & intus, tertium totum intus.

Petrus Cluniacensis ait: * Ad hoc enim omnium divinarum Scripturarum oculus tendit, & hæc ejus singularis causa est, ut, sive arguendo sive obsecrando sive increpando, sive parcendo, sive corripiendo, sive quocunq; modo agendo, salus animarum provideatur, & homo, ad cujus doctrinam scripta sunt, quæcunq; scripta sunt, Deo, a quo disjunctus fuerat, iterum conjungatur.

Richardus inquit: * Quæramus in sacrâ paginâ, non solum eruditionem; sed etiam ædificationem: quia illa utilis est atq; laudabilis scientia, quam commendat comes justitia. Itèm: Sicut cum apertam domum intramus: ita per verbum libere prædicatum, cor humanum penetramus, & hostem & hospitem antiquum eliminamus, & salvatorem cordis in ipso habitatorem collocamus. Itèm: * Vivus est verbum Dei, & efficax; & quasi gladius penetrans, & cogitationes malignas discernens. Itèm: Lectio Scripturæ atq; meditatio, psalmodiæ devota decantatio, mentem roborant, hostem infirmum reddunt; & vires ejus enervant. Dum itaq; hanc memoriâ tenent, & opere implent, per hanc ad confligendum cum hoste doctissimi fiunt: quia per intelligentiam Scripturæ eruditur, & per operationem illuminantur.

Petrus Blesensis: * Scribitis autem, vos & continuò versus hostis insultus graves molestias sustinere: ideoq; vobis esse sacræ Scripturæ necessaria suffragia: cujus lectio frequens, conatus hostiles evacuat, atq; turbines æstuantium tempestatum, per gratiæ serenitatem, tranquillat. Itèm: Sacra itaq; lectio nobis necessaria est. Ipsa enim est mensa tabernaculi quæ ad Aquilonem, unde omne malum panditur, posita est. Itèm: Sacra lectio, cibus est per hunc cibum speramus & vivimus. Certè solo eloquii sacri Christus testimonio, contra omnes Diaboli tentationes, usus est in deserto. Si ergo consistant adversùm vos castra: scuto bonæ voluntatis armate vos, & gladio Spiritûs, quod est verbum Dei. Itèm: * Scriptura est vomer Samgar aratoris, quo terra nostri cordis excolitur: quo quingenti sternuntur Philistæi, & in fugam alii convertuntur. Hæc est maxilla asini, quâ Samson sitiens reficitur, & mille Philistæi occiduntur. Sacra lectio robur, gladius, medicina, & requies, cibus, quia non in solo pane, &c. nec tantum cibus, sed vita & spiritus. Hæc est mensa tabernaculi, contra Aquilonem posita, ut quisquis omnes tentationes securus in eâ accipiat. Itèm: * Sacram Scripturam tibi posuit Dominus in omni tentatione solatium.

Petrus Cantor: * Verbum sacræ paginæ, quod nobis tribuit,

[Margin notes, left column: * in Epis. cap. 4. — * de Trinit. cap. 6. — * in Mich. cap. 7. — * in Abac. cap. 2. — * de Victoria verbi cap. 1. — * cap. 4. — * cap. 15. — * lib. 4. de Div. Offic. cap. 15. — * Serm. 2. in Petri & Pauli — * Serm. de ... 1500.]

[Margin notes, right column: * Psal. 147. vers. 18. — * Cant. 5. vers. 6. — * Johan. 15. vers. 3. — * Matth. 8. vers. 8. — * Psal. 73. vers. 2. — * Serm. 3. parv. — * in Epist. — * lib. 1. in Apoc. — * in Conc. cap. 12. — * Epist. 60 — * Epist. 116 — * Epist. 16 — * in Prolog.]

nit, & quod nobis in arram & pignus suæ dilectionis reliquit. Item: * *Sacra Scriptura quæ adversatur carni & sensualitati hominis, docens eum viam mandatorum Domini, & in eis ambulare.*

* cap. 66.

HILDEBERTUS inquit: * *Fructus ille verbum Dei; verbum, de quo sola bona, &c. Iste fructus tibi sapiat, iste dulcescat, iste diligatur totâ animâ tuâ; recolatur totâ memoriâ tuâ: ut quandoq; pascat & satiet te in perpetuâ gloriâ suâ.*

* Epist. 32.

¶ De contemtu verbi veritatis, inquit BERNHARDUS: * *Appetitus vanitatis est, contemtus veritatis. Contemtus veritatis, causa nostræ cæcitatis. Et quia nõ probaverunt (inquit *) Deum habere in notitiâ, tradidit illos in reprobum sensum. Ex hac ergo cæcitate descendit, quòd plerumq; pro eo, quod est, amamus vel approbamus, quod non est: quoniam, dum sumus in hoc corpore, peregrinamur ab eo, qui summè est.*

* Epist. 16.
* Roman. 1. vers. 28.

De corruptorum hominum studiis, inquit idem BERNHARDUS: * *Infelices enim filii Adam, omissis veris & salutaribus studiis, caduca potiùs & transitoria quærunt. Quibus assimilabimus homines generationis hujus? aut quibus comparabimus illos, quos videmus à terrenis & corporalibus cõsolationibus avelli separariq; non posse? Profectò similes sunt his, qui submersi periclitantur in aquis. Nimirum videas eos tenentes tenere, nec ullâ ratione deserere, quod primum occurrerit manibus, quicquid sit illud: licèt tale sit aliquid, quod omninò prodesse non possit; ut sunt radices herbarum, cæteraq; similia. Nam etsi qui ad eos fortè veniant, ut subveniant: nonnunquam solent apprehensos involvere secum, adeò ut jam nec sibi, nec illis auxilium ferre prævaleant. Sic pereunt in hoc mari magno & spatioso, sic pereunt miseri; dum, peritura sectantes, omittunt solida: quibus apprehẽsis, emergere & salvare possent animas suas. Neq; enim de vanitate, sed de veritate dicitur:* * Cognoscetis eam, & liberabit vos.

* Serm. 1. de Adv. Dom.
* Johan. 8. vers. 32.

De falsâ doctrinâ, inquit RUPERTUS: * *Prophetia quoq; pseudoprophetarum, prophetia illorum sua est: quia profectò non Spiritus Dei spiritum suum, vel vox Dei vocis suæ commodaverunt organum; sed prophetant de corde suo.*

* in Johan. cap. 7.

¶ De hostibus verbi Dei, RUPERTUS sic scribit: * *Hostes verbi Dei, seu adversarii veritati contradicentes, sunt triplices. Alia divisio est Judæorum, & alia Hæreticorũ, alia Paganorum.*

* in Sophon. cap. 2.

Regulæ.

PETRUS Alphonsus inquit: * *Quicquid autem in tenebrosis dictis Prophetarum multis accipi potest modis; ità ut qui eam exponens, nec à Scripturæ testimonio, nec à rationis exorbitet semita: nihil est inconveniens si quis eam diversè, sed justè exposuerit sensu. Si cujus autẽ talis sit expositio, quæ vel a Scripturâ, vel a ratione, aut sit aut videatur extranea: ea justo judicio carere viribus est æstimanda.* Item: * *ubi in Latino ponitur Dominus, in Hebræo Jehova: ubi verò Deus in Latino scribitur, in Hebræo Elohim, quod pluralitatem significat.* Et: * *Omnia frequentissimè testantur volumina, pro Judâ Israel poni.* Et: * *Scriptura verbum nullum temerè ponit.*

* in Dial. tit. 3.
* Tit. 6.
* Tit. 2.
* Tit. 11.

HONORIUS: * *Gens, cùm in singulari numero ponitur; Judæicus populus accipitur: ut ibi,* * Ne tota gens pereat. *Cùm autem plurali numero Gentes scribuntur; tunc Pagani intelliguntur: ut ibi,* * Ecce convertimur ad gentes. Item: † *Per Manus, sæpe in Scripturis sacris opera designantur: ut,* * Labores manuum tuarum manducabis. In manibus linguæ, † *id est, operibus. Opera enim linguæ, sunt colloquia, vel bona, vel mala: ex quibus mors nascitur, vel vita.*

* in Psal.
* Johan. 11. vers. 5.
* Actor. 13. vers. 46.
† in Prov. Sal.
* Psal. 128. vers. 2.
† Prov. 18. vers. 21.

HUGO de S. Victore inquit: * *Octonarius, in sacrâ Scripturâ, aliquando tempus resurrectionis significat; quod post præsentem vitam sequitur: aliquando tempus gratiæ; in quo, quasi post sabbatum legis, æterna bona Deo-servientibus promittuntur.* Item: * *Domus, vel Templum Dei, in sacris Scripturis, unusquisq; Electorum, & tota Ecclesia, solet appellari: quia in cordibus in se credentium, & sperantium diligentiumq;, habitare consuevit.*

* li. 2. Alleg. in Genes.
* L. 8. Alleg. c. 2.

RUPERTUS: * *Boni auditoris officium est, non animadvertere solùm, quid dicat cœlestis orator; verùmetiam quid maximè intendat.*

* in Matth. cap. 7.

BERNHARDUS: * *Nec nostra est, nec nova vobis, sed notæ omninò sententia: In præcipuis quibusq; partibus nostræ fidei, quid nõ sit, quàm quid sit, & sciri posse faciliùs, & periculosiùs ignorari.*

* Serm. 10 in Psal. Qui habitat.

PETRUS Cluniacensis: * *Vidésne, quam cautè incedendum sit, per tot angustias semitas eloquiorum Dei? Similia quippe huic obscuritati sæpe contingunt: quæ nisi Lector prudenter caverit; offenso ad lapidem pede, sæpè procumbet.* Et: * *Ubi enim deitas creditur, ratio nõ quæritur. Sufficit ipsa sibi, nec rationem de operibus suis seu verbis reddere compellitur: quam nihil injustè agere, nihil absq; ratione posse præcipere, certum tenetur.* Et: * *Discernit, similia nomina, in rebus dissimilibus, dissimiliter intelligenda esse: nec uno tantùm vel eodem modo, licèt idem-sonantia, semper intelligi oportere.*

* li. 5. epist. 1.
* li. 1. Epist.
* L. 2. Epist. 1.

PETRUS Lombardus: * *Non sermoni res, sed rei sermo subjectus est.* Et: * *Ex tropicis locutionibus, non est recta argumentationis processio.* Item: * *Quid ergo propter quid, & quid secundum quid dicatur, prudens & diligens & pius Lector intelligat.* Et: * *Scire quid facias, & nescire ordinem faciendi, non est perfecta cognitionis. Ordinis namq; ignorãtia, conturbat meritorũ formam.* Item: * *Melius est dubitare de occultis, quàm litigare de incertis.*

* li. 1. dist. 5.
* L. 3. dist. 11.
* L. 3. dist. 20.
* L. 3. dist. 29.
* L. 4. dist. 50.

RICHARDUS: * *Homo, in sacrâ paginâ, diversis modis intelligitur. Aliquando namq; dicitur Homo, secundùm etymologiam nominis, ab humo. Aliquando secundùm conditionem dignitatis: ut ubi ad imaginem Dei conditus dicitur. Aliquando pro affectu vel effectu iniquitatis: ut ubi per Apostolum delinquentibus dicitur,* * Cum sit inter vos zelus & contentio, nónne homines estis? *id est, mali & iniqui estis. Aliquando secundùm typum significationis: ut in Evangelio,* * *ubi malus homo dicitur super bonum semen seminâsse zizania. Quem enim rectiùs, secundùm typum significationis, hunc hominẽ esse dicimus; quam Diabolum? Aliquando secundùm defectũ fragilitatis: ut,* * Maledictus homo, qui confidit in homine; *id est, tam fragili, & leviter citoq; deficiente. Aliquando secundum rectitudinem æquitatis: ut Salomon,* * Deum time, & ejus mandata observa: hoc est, omnis homo. *Quisquis enim timet Deum, & ejus mandata observat; quia per æquitatem justitiæ rectus est; homo est.* Idem: * *Rerum notitiam triplici modo apprehendimus. Nam alia experiendo probamus, alia ratiocinando colligimus, aliorum certitudinem credendo tenemus. Et temporalium quidem notitiam, per ipsam experientiam apprehendimus: ad æternorum verò notitiam, modò ratiocinando, modò credendo, assurgimus.* Et: * *In Scripturâ sacrâ, multa quidem, & velut ex industriâ, minùs-propriè dicuntur: ut ab exiguitate nostrâ faciliùs capiantur. Sæpè autem ea, quæ dicit minùs-propriè, solet evidentiori expressione corrigere. Hinc est, quòd, ubi præmittitur;* Æternus pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus: *quasi ad veritatis expressionem, statim annectitur;* Et tamen non tres æterni; sed unus æternus.

* lib. 2. in Apoc.
* 1 Cor. 3. vers. 4.
* Matth. 13. vers. 28.
* Jerem. 17. vers. 5.
* Ecclesi. 12. vers. 13.
* lib. 1. de Trin. c. 1.
* lib. 6. de Trin. c. 20.

POTHO: * *Oportet namque, ut occulta scire cupientibus authoritas januam aperiat.*

* lib. 5. de Domo Dei.

Phrases.

PETRUS Alfonsus: * *Nos sanè, per Bestias illas, quæ rapinâ & carne vivunt, impios homines intelligimus, & raptores: per reliquas verò Pecudes, mansuetos ac simplices.*

* in Dial. tit. 9.

HUGO de S. Victore inquit: * *Sciendum, quia tribus modis in libro vitæ aliqui scribi perhibetur. Secundùm præscientiam, id est, qui prædestinati sunt ad vitam; qui delentur nunquã: quia ex his, qui prævisi sunt ad salutem, nemo perire sinitur; licet ad tempus, quasi periturus, a viâ veritatis errare permittatur. Secundùm causam, scripti sunt in libro vitæ, qui ad tempus in justitiâ ambulant, & tales aliquando sunt, qui digni salvatione existerent; si tales usq; ad finem permanerent. Isti autẽ delentur, cùm justitiam cœptam deserunt, & a viâ veritatis, per quam incedere cœperant, ad errores declinãdo redeunt. Secundùm operationem, aut potiùs secundùm humanam existimationem, scripti dicuntur in libro vitæ, quorum opera, secundùm humanum judicium, talia apparent, propter quæ digni videantur scribi in libro vitæ.*

* Exposit. in Cant. Mariæ.

RUPERTUS: * *Liber vitæ, rectè dicitur liber Agni: quia cuncti electi, quorum nomina in illo libro sunt, non aliter, quam per agnum Jesum Christum; & per sanguinẽ ejusdem agni Jesu Christi, benedictionẽ illam, quâ nasci vel multiplicari jussi sunt, quam & in Adam perdiderunt, recuperare potuerunt, aut possunt.*

* li. 8. in Apoc. cap. 13.

Idem: * *Docet nos implere omnem justitiam: taliter, ut unus ex nobis fiat quasi Adam: id est, ita fiat homo, ut etiam sit mortalis secundùm carnem, sicut Adam; & tali morte moriatur, quasi sceleratus, sicut est Adam; & inter iniquos reputetur, qualium omnium exemplum est Adam.* Et: * *Stare in veritate, est non aliud intelligere, nisi ipsum Dei Filium, qui hæc loquitur. Ideoq; stare in veritate, idem est, quod veritatem amare: stare vel esse in Christo, idem est, quod Christum diligere.* Et: * *Intrare per ostium, est imitari Christum; qui est pastor & ostium.* Et: * *Facere pro-*

* lib. 4. de Glorif. Trin. c. 9.
* in Johan. cap. 8.
* in Johan. cap. 10.
* in Johan. cap. 6.

[illegible] propriam voluntatem, est, propriâ uti potestate injustè aliquid disponere: non rerum merita pensare, sed præjudicia facere, [illegible] malum, vel malum bonum dicere, tenebras pro luce, & lucem pro tenebris ponere. Item: * Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. unitatem personæ in se, uno Christo Deo & Homine, voluit cõmendare

* in Johan cap. 3.

BERNHARDUS: * Et verè offendit in lapidem, qui murmurat & blasphemat, se-ipsum collidens; non eum, quem furibundus impingit. Et: * In præsentiâ enim, vultûs glorificatio, in notitiâ nominis, protectio exhibetur. Itèm: * Mundicordes utique vocat Pater cælestis, qui non quærunt, quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi: nec quod sibi utile, sed quod multis. Itèm: * Est unitas naturalis, est unitas carnalis, unitas virtualis, unitas moralis, unitas spiritualis, unitas socialis, unitas personalis, unitas principalis. Unitas naturalis est inter corpus & animam. Unitas carnalis, inter virum & mulierem de quâ dictum est, * Erunt duo in carne unâ. Unitas virtualis est, quæ hominem sibi-ipsi conjungit, ne non per diversa effluat; sed cum Propheta unam petat à Domino. Unitas moralis est, quæ nos conjungit cum Proximo. Unde Psalmista: * Qui habitare facit unius moris in domo. Unitas spiritualis est, quæ nos conjungit Deo. Unde Apostolus: * Qui adhæret Deo, unus spiritus est. Unitas socialis, inter Angelos; quibus omnimodis idem velle est, idem nolle. Unitas personalis in Christo. Unitas principalis, quæ & substantialis, est in Trinitate. Itèm: * Tria sunt oscula: reconciliatorium, muneratorium, contemplatorium. Primum ad pedes, secundum ad manum, tertium ad os sumitur. In primo, accipitur remissio peccatorum: in secundo, munus virtutum: in tertio, cognitio secretorum. Vel ita; osculum doctrinæ, naturæ, gratiæ. Et: * Quid est, in corde suo dicere, Non requiret: nisi non metuere, quòd requirat? Itèm: * Omne, quod natum est ex Deo non peccat. Sed hoc dictum est de prædestinatis ad vitam. non quòd omninò non peccent; sed quòd peccatum ipsis non imputetur.

* Serm. 18. in Ps. Qui habitat. * Serm. 1 ad [illegible] Serm. 27 de [illegible] Cler. * Serm. 44. parv. * Genes. 2. vers. 24. * Psal. 68. vers. 7. * 1 Cor. 6. vers. 17. * Serm. 54 parv. * Serm. 16. sup. Cant. * de Grat. et Lib. arb.

LOMBARDUS: * Frui, est amore alicui rei inhærere propter se-ipsam. Uti verò, id, quod in usum venerit, referre ad obtinendum illud, quo fruendum est: aliàs abusus est, non usus. nam usus illicitus, abusio vel abusus nominari debet. Itèm: * In Scripturâ, per singularem numerum, pluralis numerus sæpe significatur. ut ibi, * Ora ergo ad Deum, ut auferat à nobis serpentem. non ait, Serpentes, quos patiebatur populus. Et è converso, per pluralem significatur singularis numerus. ut in Evangelio, * Mortui sunt enim, qui quærebant animam pueri. non ait, Mortuus est, cum loqueretur de Herode. Et in Exodo, * Fecerunt Deos aureos: cùm unum fecerint vitulum, de quo dixerunt; Isti sunt dii tui, Israël. Itèm: * Locus Dei abusivè dicitur templum Dei: non quòd eo contineatur, sed quòd ei præsens sit, & inhabitans. Id autem anima munda intelligitur. Itèm: * Secundùm, habet multiplicem rationem. Aliquando enim exprimit conditionem, vel proprietatem divinæ naturæ, vel humanæ: aliquando unitatem personæ: aliquando notat habitũ: aliquando causam. Cujus distinctionis rationem diligenter Lector animadvertat, atque in suæ memoriâ recondat: ne ejus cõfundatur sensus, cùm de Christo sermone occurrerit.

* L. 1. dist. 1. * L. 2. dist. 34. * Num. 21 vers. 7. * Matth. 2 vers. 20. * cap. 32. * L. 2. dist. 36. * L. 3. dist. 10.

RICHARDUS: * Tribus modis accipitur Mundus. Aliter namque, sicut tradunt Doctores, intelligitur Mundus, cum dicitur Creator Mundi: aliter, cùm dicitur Salvator Mundi; aliter cum dicitur Diabolus princeps Mundi. Est itaq; Mundus, cujus creator Deus est: & Mundus, cujus Deus salvator est: & etiam mundus, cujus Diabolus princeps est. Mundus, cujus Deus creator, intelligitur universalis fabrica Mundi. de qua dicitur: * In Mundo erat, & Mundus per ipsum &c. Mundus, cujus Deus salvator est, intelligitur universalis Ecclesia Dei; de qua scriptum est. * Sic Deus dilexit Mundum, &c. Mundus, cujus Diabolus princeps est, intelligitur universalis concupiscentia se[illegible], de qua dicitur: * Nolite diligere Mundum, neque ea quæ in Mundo sunt.

* L. 3. in Apoc. * Johan. 1 vers. 10 * Johan. [illegible] vers. 16 * 1 Johan. 2 vers. 15.

[illegible] * Tribus modis Similitudo dicitur. Alia est namque [illegible] substantialis, alia imaginaria, alia imitatoria. Similitudo substantialis, agnoscitur in Patre & Filio & Spiritu sancto: quibus quidem sunt tria in tribus personis vocabula; sed una ead[illegible] in nullo dissimilis, est [illegible] Patris & Filii & Spiritus sancti. Substantiali quippe similitudine, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, unum sunt: quamvis alius sit in personâ Pater, alius in personâ Filius, alius in personâ Spiritus sanctus. Imaginariâ similitudine se ad invicem habent, verus homo, & pictus homo. Sed aliud est, quod in imagine, quæ similis est hominis, videmus; aliud quod in vivente homine conspicimus. Imitatoriâ similitudine sic bene conveniunt, qui alterna morũ similitudine mutuò se respiciunt; licet specie visibili valde dissimiles sint. Per hanc siquidem imitatoriam similitudinem, habitare facit Deus homines unius moris in domo. quia per imitationem mutuam inest eis amica morum similitudo. Itèm: Senarius numerus perfectus est & perfectionem boni operis insinuat. Hinc est, quòd sex diebus operatus est Deus omne opus suum. Sex ergo alæ unius & sex alæ alteris: quam in utroq; Testamento, veteri scilicet ac novo, perfectio operum Dei prædicatur; & charitas perfecta commendatur. Et: * Alia est Sapientia non creata, sed genita: alia creata quidem; sed non genita. Sapientia à Deo Patre genita, non creata, Dei Filius est.

* Lib. 4. de Stat. domûs Dei. * lib. 5.

DE DUOBUS TESTAMENTIS.

RICHARDUS inquit: * Omnis divina Scriptura, in duobus Testamentis continetur; veteri videlicet & novo utrumq; Testamentum tribus ordinibus distinguitur. Vetus Testamentum continet Legem, & Prophetas, & Hagiographos: Novum autem, Evangelia, Apostolos, Patres.

* lib. 2. Excepi. cap. 9

PETRUS Alphonsus: * Per duos nodos inferiores, duo insinuantur Testamenta, Lex scilicet Mosis, & Evangelium. Itèm: Moyses Legem veterem; Christus verò novam dedit.

* Tit. 6.

RUPERTUS: * Sunt, qui duo animalia duo intelligant Testamenta, novum & vetus. quæ verè animantia sint, atq; vitalia, quæ spirent, & in quorum medio Dominus cognoscatur. Et: * Novum Testamentum longè clariùs quàm vetus, prædicat, tum absoluta, tum relativa nomina Trinitatis.

* in Abac cap. 3. * lib. 7. de Glor. Trin. cap. 15.

PETRUS Cluniacensis ait: * Et quoniam totus textus cælestis oraculi, quo Deus aut per se, aut per alios, hominibus locutus est, in veteri & novo Testamento consistit: veniat primò ad medium novum Testamentum. non quia prius est, sed quia dignius est. Quod ideirco Testamentum dicitur: quia, sicut vetus vituli morte & sanguine dedicatum est, ita novum morte & aspersione sanguinis Jesu Christi consecratum est.

* lib. 1. Epist.

HONORIUS inquit: * Scriptura veteris Testamenti, Spiritu sancto autore, à Prophetis scribitur; & in tria, id est, in historiam, in prophetiam, & in hagiographiam, dividitur. Historia est, quæ præterita narrat: prophetia, quæ futura nunciat: hagiographia, quæ æterna vita gaudia jubilat. Hic liber in hagiographia locum possidet, qui laudibus æternæ patriæ plenus refulget.

* Prolog. in Psal.

¶ De fine veteris Testamenti ait RUPERTUS: * Christus & Spiritus sanctus in veteri Testamento promissus.

* lib. [illegible] c. 2

PETRUS Cluniacẽsis inquit: * Omnia illis in figurâ contigisse, & scripta esse ad correctionẽ nostram: quæ sicut multos à suis erroribus correxerunt, utinam & vos à vestris corrigere possint.

* lib. 1. Epist.

De abrogatione Legis, inquit PETRUS Alphonsus: * Christus adveniens, veteres ritus, quos ante susceptam per manum Moysis legem excolebant, post eandem susceptam prohibuit exercere: duas vel sorores simul ducere uxores, vel amitam uxorem accipere; omnibus animalibus vesci.

* Tit. 4.

¶ De novo Testamento ait PETRUS Cluniacensis: * Dico ego, Testamentum à Christo datum, & novum esse, & æternum. Novum, quia tunc antiquum.

* li. 2 Epist. contra Jud.

PETRUS Alphonsus: * Item de novâ Lege sic loquitur Hieremias: * Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Israël & domui Juda fœdus novum, non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die, quâ apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terrâ Ægypti. ubi enim in Latino habetur, Fœdus novum, in Hebraico invenies, Berith hadasa, quod interpretatur, Lex nova, Moyse attestante, qui multis in locis præcepta legis suæ Berith appellat. Ipse enim Hieremias, quo de novâ lege fœdus novum dixerit, innuit, cùm ait: Non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die, quâ apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terrâ Ægypti. Hic namque apertè loquitur de pacto id est, de lege illâ, quam dedit Dominus Mosi in deserto, post egressum Ægypti.

* Tit. 12. * cap. 31. v. 31 32.

¶ Vetus Testamentum novo confirmari, PETRUS Cluniacensis ait: * Evangelium toti Veteri instrumento testimonium dat: & ejus insuper authoritatibus ea ipsa, quæ prædicat, confirmat. Nónne Christus, in Evangelio, authoritatem veteris Testamenti, suâ authoritate firmavit, quando post resurre-

* li. 1. Epist.

ctionem,

Lucæ 24. vers. 44.

dicturum. Discipulis omnibus apparens, dixit: * Oportebat omnia impleri, quæ scripta sunt in Lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de me? Novi autem indissolubili vinculo confirmavit, quando eis Discipulis aperuit sensum, ut intelligerent Scripturas: Novi candem confirmavit, quando duobus Discipulis in Emaus euntibus, dixit: * O stulti & tardi corde, ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ? Et quid ultra exigere? An non sufficit vobis tanta tamq; præclara authoritas, qua Christus Legi Mosis, quâ Prophetis, quâ Psalmis, non confusè, sed distinctè, testimonium perhibuit: quando primò Legis, deinde Prophetarum, ad ultimum Psalmorum scripta, de se, & in se, impleri oportuisse, docuit. Item: Fert enim Evangelium omnibus, quos supra dixi, testimonium; eisq; authoritatem canonicam dat: cum sermones suos eorum sermonibus confirmat.

ibid. v. 25.

DE DEO.

Tit. 1.

Esse Deum, PETRUS Alphonsus docet, inquiens: * Quoniam igitur firmamentum, cum omnibus quæ possidet, compositum secundùm Philosophos non dubitatur, necesse est, ut principium habere credatur. Omne enim compositum, aliquid habet principium: Hoc igitur modo patet, Mundum esse creatum. Omne autem compositum, necesse est compositorem habere: neq; enim aliquid se-ipsum potest componere. Eodemq; modo omne creatum creatorem habere necesse est: nihil enim se-ipsum potest creare. Creatorem igitur Mundi: qui Deus dicitur, esse necesse est. Item: Qui Scripturis fidem accommodant, Deum esse non ignorant: ideoq; non necesse fuit probare hoc Scripturæ credentibus; sed tantummodo nulli scripto credentibus.

lib. 2. Policrat. c. 27.

JOANNES Salesberiensis inquit: * Omnium temporum [illegible] est, Deum esse eundemq; justum, & bonum, & remuneratorem sperantium in se, omnium plenè meritis respondentem, ante legem, sub lege, sub gratiâ.

Li. 1. dist. 30.

Quòd Deus sit dominus temporis, LOMBARDUS ait: * Licèt non cœperit ex tempore dominum esse temporis, cœpit tamen esse dominum temporis: quia non semper fuit tempus. Et ipsius hominis ex tempore cœpit esse dominus.

Serm. 57. sup. Cant.

Quomodo Ignis dicatur Deus, BERNHARDUS docet: * Ignis, qui Deus est, consumit quidem, sed non affligit: ardet suaviter; desolatur feliciter. Est enim verè carbo desolatorius: sed qui sic in vitia exerceat vim ignis, ut in anima exhibeat vicem unctionis. Ergo in virtute, quâ immutaris, & in amore, quo inflammaris, Dominum præsentem intellige. Nam dextra Domini facit virtutem.

Vision. 1. lib. 2.

HILDEGARDIS inquit: * Ignem quem vides, designat omnipotentem & viventem Deum; qui, in clarissima serenitate sua, nunquam ullâ iniquitate obfuscatur, incomprehensibilis manens: quia nulla divisione dividi potest; aut initio, aut fine, aut ulla scintilla scientiæ creaturæ suæ comprehendi, sicuti est, & inextinguibilis existens: quoniam ipse est plenitudo, quam nunquam ullus finis tetigit. Ac totus vivens: quia nulla omninò res ipsi absconsa est, quam nesciat, totusq; vita existens: quoniam omne, quod vivit, ab ipso vere sumit.

Serm. de [illegible] fest. omn.

¶ De nominibus Dei. BERNHARDUS inquit: * Quòd diversis nominibus Deum, unum quidem patrem, unum magistrum vocemus, aut dominum, non illius simplicissima & omninò invariabilis naturæ diversitas ulla indicata est: sed affectionum nostrarum multiplex variatio, secundùm diversos profectus animæ [illegible] [illegible]ctus.

Li. 1. dist. 22.

LOMBARDUS inquit: * Id ergo præcipuè teneamus, quædam esse nomina distinctè ad singulas personas pertinentia; ut ait Aug. [illegible] de Trin. quæ de singulis tantum dicuntur personis. Quædam verò unitatem essentiæ significantia sunt; quæ & de singulis singulatim, & de omnibus communiter dicuntur. Alia verò sunt, quæ translativè ac per similitudinem de Deo dicuntur. Item: Hic adjiciendum est, quædam esse nomina, (ut Aug. lib. 5. de Trin. ait) quæ ex tempore Deo conveniunt, & relativè ad creaturam dicuntur, quorum quædam de omnibus dicuntur personis, ut Dominus, Creator, Refugium: quædam autem non de omnibus; ut Donatum, Datus, Missus. Item: Sunt etiam quædam nomina, quæ ex tempore Deo conveniunt, nec relativè dicuntur: ut Humanatus, Incarnatus, & hujusmodi. Et: Illa, quæ propriè ad singulas personas pertinent relativè ad invicem dicuntur: sicut Pater & Filius, & utriusq; donum, Spiritus sanctus. Ea verò quæ unitatem essentiæ [illegible] [illegible] d[illegible] dicuntur & ea quæ ad se dicuntur substantialiter [illegible] & de omnibus communiter, & de singulis sigillatim dicuntur personis, & singulariter, non pluraliter, accipiuntur in summa: ut, Deus potens, magnus, & hujusmodi. Quæ autem relativè dicuntur, substantialiter non dicuntur. Item: Nomina, unitatem divinæ majestatis significantia, & ad se dicuntur de Deo, id est, sine relatione, & de omnibus personis communiter, & de singulis divisim dicuntur, nec pluraliter, sed singulariter, in summa accipiuntur. Illa verò nomina, quæ propriè ad singulas pertinent personas, relativè, non substantialiter, dicuntur. Et: * Cum omnia nomina, quæ secundùm substantiam de Deo dicuntur, singulariter, & non pluraliter, de omnibus in summâ dicantur personis, ut supra ostensum est: est tamen unum nomen, scilicet persona, quod secundùm substantiam dicitur de singulis personis, & pluraliter, non singulariter, in summâ accipitur. Dicimus enim, Pater est persona, Filius est persona, Spiritus sanctus est persona: & hoc secundùm substantiam dicitur. Nec tamen dicimus, Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt una persona, sed tres personæ. Hoc ergo nomen excipitur à prædictâ regula nominum, quæ secundùm substantiam de Deo dicuntur: quia, cùm hoc ad se dicatur, & secundùm substantiam pluraliter tamen, non singulariter, in summâ accipitur.

Dist. 33.

Serm. 40. sup. Cant.

Quomodo Deus sit inquirendus BERNHARDUS ait: * Ergo solum inquirere Deum, propter ipsum solum, hoc planè est, utramq; bipertita intentionis faciem habere pulcerrimam.

l. 3. de Philos. Mund. c. 4.

¶ De cognitione Dei HONORIUS inquit: * Quàntum scimus, Deum esse; quid sit perfectè non comprehendimus. Quantitas verò ejusdem, qui omnia implet, angustias nostri pectoris excedit: rationis illum explicanda, humana sapientia deficit. Item: * Quemadmodum diximus, in hac vitâ scire, Deum esse; rationes, quibus etiam incredulis hoc possit probari, aperiamus: scilicet per Mundi creationem, & quotidianam dispositionem, &c. Est ergo in divinitate potentia, sapientia, voluntas, quas Sancti tres personas vocant, vocabula illa à vulgari, propter affinitatem quandam, transferentes: vocantes potentiam divinam Patrem, sapientiam Filium, voluntatem Spiritum sanctum, &c. Has personarum trinitas, est essentiæ unitas: una enim est substantia, potentia divina, & sapientia, & bonitas. Item: * Per faciem homo cognoscitur; & Deus per Filium in Mundo cognoscitur.

cap. 12.

in Ps. 12.

Serm. 8. sup. Cant.

BERNHARDUS: * Audi deniq;, quid en de Deo revelatum noverit. Sempiterna (ait) virtus ejus, & divinitas. Vides, quia quod sublimitatis, quod majestatis est, in præsumtione spiritûs, non Dei, ad sui, rimati sint: quod autem mitis sit, & humilis corde, non intellexerint. Item: * Nemo autem novit Filium, nisi pater; & nemo novit Patrem, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare. At verò cuicunque fit illa revelatio, sive Patris, sive Filii, non fit, nisi per Spiritum sanctum. Hinc est, quòd, cùm Petrus dixisset Domino, * Tu es Christus, Filius Dei vivi: ille respondit; * Beatus es Simon Barjona, (quod interpretatur filius columbæ) quia caro & sanguis non revelavit tibi; sed Pater meus, qui est in cœlis. Et Apostolus, cùm præmisisset, * Quod oculus non vidit, neque auris audivit, & cætera: statim subjunxit, * Nobis autem revelavit Deus per Spiritum sanctum. Videtur ergo sponsa gratiam habere Spiritus sancti, per quam cognoscat Filium æqualem Patri. Item: * Ex quibus liquidò constat, quia nec Pater sine Filio, nec Filius sine Patre, cognoscitur. Meritò proinde, non in alterius tantùm; sed in utriusq; cognitione, constituit summam beatitudinem, qui dicit: * Hæc est vita æterna, ut cognoscant te verum Deum, & quem misisti Jesum Christum. Item: * Si notitia Dei causa est, ut homo aliquid sit: ignorantia facit, ut nihil sit.

Serm. 53. parv.

Matt. 16. vers. 16.

vers. 17.

1 Cor. 2. vers. 9.

vers. 10.

Serm. 8. sup. Cant.

Johan. 17. vers. 3.

Epist. 18.

lib. 2. dist. 3.

LOMBARDUS: * Potuerunt ergo cognoscere, sive cognoverunt, ultra omnem creaturam esse illum; qui ea fecit, quæ nulla creaturarum facere vel destruere valeat. Accedat, quæcunque vis creatura, & faciat tale cœlum & terram: & dicam, quia Deus est. Sed quia nulla creatura talia facere valet: constat, super omnem creaturam esse illum, qui ea fecit: ac per hoc, illum esse Deum humana mens cognoscere potuit. Item: Cùm ergo Deus una sit & simplex essentia, quæ ex nulla diversitate partium vel accidentium consistit, pluraliter tamen dicit Apostolus, Invisibilia Dei: quia pluribus modis cognoscitur veritas Dei, per ea quæ facta sunt. Ex perpetuitate namq; creaturarum, intelligitur conditor æternus: ex magnitudine creaturarum, omnipotens: ex ordine & dispositione, sapiens: ex gubernatione, bonus. Hæc autem omnia, ad unitatem deitatis pertinent monstrandam. Addit tamen correctionem. In creaturis aliquatenus imago Trini-

tatis

tatis indicatur. Non enim, per creaturarum contemplationem, sufficienti notitia Trinitatis potest haberi, vel potuit, sine doctrina vel interioris inspirationis revelatione. Unde illi antiqui Philosophi, quasi per umbram & de longinquo viderunt veritatem, deficientes in contuitu Trinitatis: ut Magi Pharaonis in tertio signo. Adjuvamur tamen in fide invisibilium, per ea quæ facta sunt.

RICHARDUS: * *Illa dicimus & supra rationem, & præter rationem esse, quibus videtur omnis ratio humana contraire. Qualia sunt ea, quæ de Trinitatis unitate credimus, & multa, quæ de corpore Christi indubitata fidei auctoritate tenemus.*

¶ Sobriè de Deo esse cogitandum, BERNHARDUS: * *Ergo accedendum ad eum, non irruendum: ne irruens scrutator majestatis opprimatur à gloria. Nec locis sane accedendum; sed claritatibus: ipsisque non corporeis; sed spiritualibus, tanquam à Domini spiritu. A Domini plane, & non à nostro; quamvis in nostro. Qui itaque clarior, ille propinquior. Esse autem clarissimum, pervenisse est. Porro jam præsentibus non aliud est videre, sicuti est, quam esse, sicuti est, & aliqua dissimilitudine non confundi. Sed id tunc, ut dixi. Interim verò, tanta hæc formarum varietas atque numerositas specierum, in rebus conditis: quid nisi quidam sunt radii deitatis, monstrantes quidem, quia verè sit, à quo sunt; non tamen, quid sit, prorsus diffinientes? Itaque, vides de ipso, sed non ipsum. Cùm autem de eo, quem non vides, cætera vides: scis indubitanter existere, quem oportet inquirere: ut inquirentem non fraudet gratia, negligentem ignorantia non excuset.*

LOMBARDUS ait: * *De hac re ergo summa excellentissima, cum modestia & timore agendum est, & attentissimis auribus atque devotis audiendum, ubi quæritur unitas trinitatis, Patris scilicet, & Filii, & Spiritûs sancti: quia nec periculosiùs alicubi erratur, nec laboriosiùs aliquid quæritur, nec fructuosiùs aliquid invenitur. Proinde omnis qui audit & legit ea, quæ de ineffabili & inaccessibili luce divinitatis dicuntur, studeat imitari atque servare, quod venerabilis doctor Augustinus, in 1. lib. de Trin. de ipso ait:* Non pigebit me, *inquit*, sicubi hæsito, quærere: nec pudebit, sicubi erro, discere. Qui ergo audit hoc, vel legit, ubi pariter certus est, pergat mecum: ubi pariter hæsitat, quærat mecum: ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me: ubi meum, revocet me. Ità ingrediamur simul charitatis viam, tendentes ad eum, de quo dictum est. Quærite faciem ejus semper.

¶ De scrutando Deo, sic inquit BERNHARDUS: * *Non opprimetur: quia nō scrutatrix majestatis est, sed voluntatis. nam quod majestatis attinet, interdū quidem & in ipsam intendere audet: sed quasi admirans; non quasi scrutans. Sed & si quando per excessum rapi in illam contingat: digitus Dei est iste, dignanter levans hominem, nō hominis temeritas, insolenter Dei alta pervadens. Cùm enim Apostolus raptum se commemoret, ut ausum excuset: quisnam alter præsumat mortalium, hunc se divina majestatis horrendo scrutinio propriis intricare conatibus, & importunus contemplator pavenda irrumpere in arcana? Scrutatores proinde majestatis, tanquam irruptores, dixi reor: non qui scilicet rapiuntur in eam, sed qui irruunt. Ipsi itaque opprimuntur à gloria. Ergo formidolosa scrutatio majestatis: at voluntatis, tam tuta, quam pia. Quid ni totâ diligentiâ scrutando insistam sacramento gloriæ voluntatis, cui mihi parendum per omnia scio? Suavis gloria, quæ non aliunde, quam de ipsius suavitatis contemplatione, procedit; quàm de divitiarum bonitatis ac multæ miserationis intuitu! Denique, vidimus gloriam hanc, gloriam quasi unigeniti à patre. Totum nempe benignum & vere paternum, quod apparuit gloriæ in hac parte. Non me opprimet gloria ista; totis licèt viribus intendentem in se: ego potius imprimar illi. Etenim revelatâ facie speculantes in eandē imaginem, transformamur de claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu. Transformamur, cùm conformamur. Absit autem, ut in majestatis gloriâ & non magis in voluntatis modestiâ, Dei ab homine conformitas præsumatur.* Itèm: * *Stupenda planè sublimitas majestatis, pavenda abyssus judiciorum: favorem exigit charitas, æternitas perseverantiam sustinendi. Quis stupet, nisi qui contemplatur gloriam Dei? Quis pavet, nisi qui scrutatur profundum sapientiæ? Quis fervet, nisi qui meditatur charitatem Dei? Quis sustinet & perseverat in amore, nisi qui æmulatur æternitatem charitatis? Nempe æternitatis quandam imaginem perseverantia præ se fert. Denique sola est, cui æternitas redditur, vel potiùs quæ æternitati hominem reddit: dicente Domino,* * Qui perseveraverit usque ad finem, salvus erit.

PETRUS Cantor: * *Horrendum est, de cælestibus, & summo bono omnium auctore, pulverem & quisquilias & sacramenta vilia colligere: multò magis in perscrutandâ majestate illius.*

HILDEGARDIS: * *Sicut homo nec divinitatem in mortali obtutu valet adspicere; sic secreta ejus mortali sensu non potest capere: nisi quantum in permissione Dei possibile illi est.*

De veri & falsi Dei differentiâ, inquit RUPERTUS: * *Hoc præcipuè differt falsus Deus ab eo, qui solus est verus Deus: quòd ille mutabilis est, & multis variatur accidentibus; verus autem Deus incommutabilis est, & nullis subjacet accidentibus.*

Deo adhærendum esse, BERNHARDUS docet: * *Adhærendo ei, qui semper & beatè est, semper & nos esse, & beatè esse, poteramus. Adhærendo autem dixerim, non solùm per cognitionem; sed per amorem.*

¶ Quid sit Deus, BERNHARDUS ait: * *Quid itèm Deus? Sine quo nihil est. Tam nihil esse sine ipso, quam nec ipse sine se, potest. Ipse sibi ipse omnibus est. Ac per hoc quodammodo solus est ipse, qui suum ipsius est, & omnium esse. Quid est Deus? Principium. Et hoc ipse de se responsum dedit. Multa in rebus dicuntur principia, sed respectu posteriorum. Alioquin, si ad aliquid præcedens respicias; ipsum potiùs principium dabis. Quamobrem, si quæras verum simplexque principium, invenias oportet, quod principium non habuerit. Ex quo universum cœpit, ipsum profectò minimè cœpit. Nam, si cœpit, aliunde cœperit necesse est. A se enim cœpit nihil. Et: Quid est Deus? Cui sæcula nec accesserunt, nec decesserunt, nec coæterna tamen. Quid est Deus? Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ex quo omnia, creabiliter; non seminabiliter. Per quem omnia, ne alium auctorem atque alium opificem arbitreris. In quo omnia, non quasi in loco; sed quasi in virtute. Ex quo omnia, tanquam uno principio, auctore omnium. Per quem omnia, ne alterum inducatur principium, artifex. In quo omnia; ne tertium inducatur, locus. Ex quo omnia, non de quo: quia non est materia Deus. Efficiens causa est, non materialis.* Itèm: *Quid est Deus? Quo nihil melius cogitari potest. Si approbas: non oportet assentiaris, esse aliquid, quo Deus sit, & quod Deus non sit. Hoc enim sine dubio melius. Quomodo non melius Deo; si Deus non est, quod dat Deo ut sit? At melius, illam divinitatē, quam dicunt Deum esse, non aliud quam Deum esse, fatemur. Non est ergo in Deo, nisi Deus. Quid? inquiunt, negas Deum habere divinitatem? Non; sed quod habet, hoc est. Negas, divinitatem Deum esse? Non, sed non alia, quam qua ipse est. Aut, si in aliam invenisti; adjuvet me Trinitas Deus, adversus illam tota me contumacia erigo.* Et: *Quid est Deus? tuum quia toties jam quæsitum est: tuum, quia diffido inventum iri. Dico tibi, pater Eugeni, solus est Deus, qui frustra nunquam quæri potest; nec cùm inveniri non potest. Doceat te de hoc experimentū tuum: aut, si non; experto credito: non mihi, sed Sancto, qui ait: Bonus es, Domine, non desperantibus in te; animæ quærenti te. Quid ergo est Deus? Quod ad universum spectat, finis: quod ad electionem, salus: quod ad se, ipse novit. Quid ergo est Deus? Voluntas omnipotens, benevolentissima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, summa beatitudo: creans mentes ad se participandum, vivificans ad sentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, justificans ad promerendum, accendens ad zelum, fœcundans ad fructum, dirigens ad æquitatem, formans ad benevolentiam, moderans ad sapientiam, roborans ad virtutem, visitans ad consolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad immortalitatem, implens ad felicitatem, circumdans ad securitatem. Quid est Deus? Non minùs pœna perversorum, quam humilium gloria. Est enim rationabilis quædam æquitatis directio, inconvertibilis atque indeclinabilis: quippe attingens ubique, cui illisa omnis pravitas confundatur necesse est. Quid ni in hanc omne tumidum vel distortum impingat, & conquassetur? Væ universo, quod obvium fortè offenderit cedere nescia rectitudo, nam & fortitudo est. Quid itaque voluptatibus tam contrarium & adversum; quam semper conari, impingere semper, & frustra? Væ oppositis voluntatibus, solam sua profectò aversionis referentibus pœnam!* Itèm: *Quid est Deus? Longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum. Quid, inquis? tenemus te quaternitatis (quam abominatus es) professorem? Minime. Abominatus sum, & abominor. Visus sum protulisse plura; sed unum est. Unus Deus significatus est pro capite nostro, non pro suo statu. Divisus est hæc; non*

* de Contempl. grad. c. 36
* Serm 10 sup. Cant.
* lib. 1. dist. 2.
* Serm 62 sup. Cant.
* de Consid. lib. 5.
* Matt. 10. vers. 22
* de Verb. abbrev. c. 4
* lib. 3. Visione 10
* in Abac. cap. 1.
* Epist 18
* de Consid lib. 5.

ille. Voces diversæ, semitæ multæ: sed unum per eas significatur, unum quæritur. Non divisiones substantiæ in quaternario isto expressæ sunt, non dimensiones, quales in corporibus intuemur: non distinctio personalis, qualem in Trinitate adoramus: non numerus proprietatum, qualem personis ipsis inesse fatemur; etsi non aliud a personis. Alioquin hoc singulum horum video, quod quatuor simul: hæc quatuor ipsa, quod singulum est. Nobis autem, quia non possumus cum Dei simplicitate contendere, dum contendimus apprehendere unum, occurrit veluti quadruplicatum. Facit hoc speculũ & ænigma, per quod solum interim videre datur. Cùm autem videbimus facie ad faciem; videbimus sicuti est. Itèm: *Quid igitur est Deus? Longitudo, inquam. Quid ipsa? Aeternitas. Hæc tam longa ut non habeat terminum, non magis loci, quàm temporis. Est & latitudo. Et ipsa quid? Charitas. Quibus & ista terminis angustetur in Deo, qui nihil odit horum, quæ fecerit? Denique, solem suum oriri facit super bonos & malos; & pluit super justos & injustos. Ergo & inimicos concludit sinus iste. Nec hoc quoque contentus, evadit in infinitum. Omnem non modo affectionem, sed & cognitionẽ excedit, adjiciente Apostolo & dicente.* * Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi. *Quid plus dicam? Aeterna est. nisi quod hoc plus forsitan est, quia æternitas est. Vides, tantam esse latitudinem, quantam & longitudinem? utinam sic videas, non tantam esse, sed ipsam id esse unam, quod alteram: non minus unam, quam duas; nec plus duas, quam unam. Deus æternitas, Deus charitas est: longitudo sine protensione, latitudo sine distensione. In utroque, parites locales quidem excedit, temporalesque angustias: sed libertate naturæ, non enormitate substantiæ. Tali modo immensus est, qui omnia fecit in mensurâ: & quàmvis immensus, hic tamen modus & ipsius immensitatis. Quid item Deus? Sublimitas & profundum: in altero supra omnia; in altero intra omnia. Liquet, in deitate nusquam claudicare æqualitatem: stare eam undique firmiter, constare immobiliter sibi. Sublime potentiam, profundum sapientiam ejus considera. Ex æquo & ista respondent sibi: dum & sublimitas inattingibilis, & profunditas æquè inscrutabilis cognoscitur; Paulo admirante & exclamante:* * O' altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ illius? *Libet & nos exclamare cum Paulo, horum utrumque intuentes in Deo, & cum Deo simplicissimam unitatem: O' sapientia potens, attingens usque fortiter! O' potentia sapiens, disponens omnia suaviter! Res una, effectus multiplex, operationesque diversæ. Et illa una res est, longitudo propter æternitatẽ; latitudo propter charitatẽ; sublimitas propter majestatẽ; profunditas propter sapientiam.* Ibid.

(Margin: * Ephes. 3. vers. 19. — * Roman. 11 vers. 33.)

¶ Deus est essentia. LOMBARDUS: * *Est itaque Deus, (ut ait Aug. lib. 5. de Trin.) sine dubitatione substantia; vel, si melius hoc appellatur, essentia, quam Græci οὐσίαν vocant. Sicut enim ab eo, quod est sapere, dicta est sapientia; & ab eo, quod est scire, dicta est scientia: ità ab eo, quod est esse, dicta est essentia. Et quis magis est, quam ille, qui dixit famulo suo:* * Ego sum qui sum. & dices filiis Israël: Qui est, misit me ad vos? *Ipse verè ac propriè dicitur essentia, cujus essentia non novit præteritum vel futurum.* Itèm: *Nefas est autem dicere, ut subsistat Deus, & subsit bonitati suæ: atque illa bonitas, non substantia sit, vel potius essentia; neque ipse Deus sit bonitas sua sed in illo sit, tanquam in subjecto. Unde manifestum est, Deum abusivè substantiam vocari, ut nomine usitatiore intelligatur essentia, quod verè ac propriè dicitur; ita ut fortasse solum Deum dici oporteat essentiam. Est enim vere solus, quia incommutabilis est.*

(Margin: * li. 1. dist. 8. — * Exod. 3. v. 14.)

RICHARDUS ait: * *Illud certissimum est, quòd in totâ rerum universitate nihil esse potest; nisi possibilitatem essendi vel de se-ipso habuerit vel aliunde acceperit. Quod enim esse non potest, omninò non est. Ut igitur aliquid exsistat, oportet, ut ab essendi potentiâ posse esse accipiat. Ex essendi itaque potentiâ esse accepit omne, quod in rerũ universitate subsistit. Sed si ex ipsâ sunt omnia: nec ipsa quidem est, nisi a semet-ipsâ, nec aliquid habet, nisi a se-ipsâ. Si ex ipsâ sunt omnia: ergo omnis essentia, omnis potentia, omnis sapientia. Si omne esse ab illâ est: ipsa summa essentia est. Si ab ipsa omne posse, summè potens: si omne sapere, summè sapiens est. Est enim impossibile, majus aliquod dare, quam habere. Sapientia quidem a possidente tota potest dari simul; & a dante tota retineri. Sed majorem sapientiam, quam habet, omnino impartire non valet. Summè sapientem itaque esse oportuit, unde omnis sapientia originem trahit.*

(Margin: * lib. 1. de Trin. c. 12.)

¶ Deus est spiritualis. RUPERTUS: * *Deus ex nullâ constat materiâ: propter quod semper est idem, quod est: non permutatur, nullisque subjacet accidentibus. Quapropter divinitas non formata; sed tantùm forma est.* Et: * *Deus verus corpus non est: quapropter nec animatum corpus, aut animal est.* Itèm: * *Hoc* (Spiritus est Deus) *de tota Trinitate sentiendum est: quia profectò tam Pater & Filius, quam & Spiritus sanctus, spiritus est: nec idcirco tertia divinitatis persona Spiritus sanctus dicitur, quod sola persona hoc sit spiritus: sed quia procedit ab utroque, id est, a Patre & Filio; idcirco nomen hoc ab utroque sortitur, ut dicatur Spiritus sanctus. Nam & Pater spiritus, & Filius spiritus est: Pater sanctus, & Filius sanctus est.* Et: *Solus denique Deus, spiritus increatus, spiritus incircũscriptus: cùm nullius ipse sit capax, omnis rationalis spiritus sive angelico, sive humano, capabilis est.*

(Margin: * lib. 1. in Johan. — * li. 2. in Johan. cap. — * lib. 4. c.)

PETRUS Alphonsus: * *De Deo sentire nõ convenit, ipsum habere corpus, quod contrariorum susceptibile sit.* Itèm: *Indecens est, Deo adscribere corporea accidentia.* Itèm: *Creator ergo primus, non est compositum; sed neque est corporeus. Omne enim corporeum est compositum.* Itèm: *Neque mobilis est. omne enim quod movetur, partibus constat.*

(Margin: * Dial. tit.)

BERNHARDUS ait: * *Filius enim spiritus, Pater spiritus, Spiritus sanctus spiritus est. Denique, spiritus ante faciem nostram Christus Dominus. Sed & Pater quia spiritus est, tales quærit adoratores, qui adorent eum in spiritu & veritate.* Itèm: * *Tenetisne, datum superius solum summum & incircumscriptum spiritum, ad omne quod facere vel fieri vult, corporis instrumento sive obsequio non egere? Demus ergo securi veram soli Deo, sicut est, immortalitatem; ità & incorporeitatem: quòd solus spirituum universam corpoream naturam eò-usque transcendat; ut quocunque corpore, in quocunque opere, non indigeat; solo spirituali nutu, cum vult, ad quæcunque vult agenda, contentus. Sola igitur est, quæ nec propter se, nec propter alium, solatio corporei instrumenti opus habet, illa majestas: cujus omnipotenti arbitrio incunctanter præsto est omne opus, omne altum inclinat, omne adversum cedit, omne creatum favet; etiam nullo interveniente vel subveniente solatio corporali sive spirituali. Docet vel monet sine linguâ: præbet vel tenet sine manibus; sine pedibus currit, & succurrit pereuntibus. Adstabat ista & cum patribus, prioribus seculis: experiebantur homines sedula beneficia; sed latebat eos beneficus. Ille quidem attingebat a fine usque ad finem fortiter: sed disponens omnia suaviter, non sentiebatur ab hominibus, & gaudebant de bonis Domini.*

(Margin: * Serm. 3. Pentecost. — * Serm. sup. Cant.)

¶ Deus est Sapiẽtia. PETRUS Cluniacẽsis: * *Et quæ est hæc sapientia, quæ loquitur per Salomonem? Nónne ipse Deus? Planè ipse Deus. Non enim sicut aliud erat Salomon, & aliud sapientia ejus. Nam etsi absque sapientiâ esset Salomon; esset tamen Salomon. Non autem Deus absque sapientiâ esse potest: quia nõ est aliud ipse, aliud sapientia ejus. sed quod est Deus, hoc est & sapientia ejus. Unde vel si dicatur Deus, vel si nominetur sapientia ejus, idem est: quia & Deus sapientia, & sapientia Deus est. Deus ergo loquitur.*

(Margin: * li. 2. Epist. contra Judæos cap. —)

LOMBARDUS: * *Sciendum est ergo, quòd sapientia vel scientia Dei, cum sit una & simplex; tamen propter varios rerum status, & diversos effectus, plura ac diversa sortitur nomina. Dicitur enim, non tantùm scientia, sed etiam præscientia, vel providentia. Et est scientia sive providentia, non de futuris tantùm, sed de omnibus, de bonis scilicet & de malis. Dispositio verò, de faciendis: Prædestinatio de omnibus salvandis, & de omnibus bonis, quibus & hic liberantur, & in futuro coronabuntur.*

(Margin: * Li. 1. dist. 35.)

¶ Deus est æternus. PETRUS Alphonsus: * *Oportet autem hunc creatorem, qui perfectam habet sapientiam, æternum exsistere; & nec creatum, nec novum esse: quoniam, si hic aut creatus credatur, aut novus, alium utique creatorem necesse est habeat, aut novatorem. Nihil enim se unquam aut creare, aut novare potest. Et sic creatorũ aut novatorum numerus fine carebit: factoribus autem fine carentibus, factura quoque nunquam ad certum terminum perveniet. Credendum ergo est, primum factorem nec creatum esse, nec novatum, sed necessariò æternum*

(Margin: * Tit. 3.)

¶ Immortalis. BERNHARDUS: * *In tantum superexcellit immortalitas deitatis, ut Apostolus dicat de Deo:* * Qui solus habet immortalitatem. *Quod ego reor pro eo dictum, quòd solus sit naturâ incommutabilis Deus; qui ait:* * Ego Dominus; & non mutor. *Vera namque & integra immortalitas, tam non recipit mutationem, quam nec finem: quòd omnis mutatio, quædam mortis imitatio sit.*

(Margin: * Serm. 81 sup. Cant. — * 1 Tim. 6 vers. 16 — * Malach. 3 vers. 6.)

¶ Simplex.

[* Tit.1.] ¶ Simplex. PETRUS Alphonsus: * *Præterea, non compositum, sed simplicem credere convenit eum. Omnis enim compositio motus est, & ad eum simplicia res.* Itèm: *Quod primum est principium habere non potest. Compositio autem omnis aliquod habet principium. Creator ergo primus non est compositus. Sed neq; est corporeus. Omne enim corporeum, ut supra latiùs disseruimus, est compositum.*

[* li.1.dist.8.] PETRUS Lombardus: * *Eademq; sola propriè ac verè simplex est, ubi nec partium, nec accidentium nec quarumlibet formarum ulla est diversitas, sive variatio, vel multitudo.*

[* Tit.2.] ¶ Immobilis. PETRUS Alphonsus: * *Itèm neq; mobilis. Omne enim, quod movetur, partibus constat. Sed quicquid partibus constat, compositum est. Quod autem primum est omnium, non est compositum. Igitur nec mobile est. Rursus, omnis motio in corpore fit, sive sit recta motio; veluti cum quis, unum deserens locum, occupat alium: seu fit motio in gyrum; cum aliquid scilicet, in eodem existens loco, ut firmamentum, versatur in orbem: sive fit motio partium alicujus res ad invicem facta, vel ab extremis ad medium, vel à medio ad extrema; veluti fit in partibus aeris: seu fit motio res in eodem quidem loco existentis, sed per se quadam quasi incrementa hac illacq; spatiantis, quemadmodum in ramis arborum paulatim ad omnes partes crescentibus, fit. Ha autem omnes motiones, non nisi in corpore fieri possunt. Sed quod primum omnium est, corporeum non esse probatum est. Igitur nec variatur, nec corrumpitur.*

[* ibid.] ¶ Deus non augetur. PETRUS Alphonsus: * *Iterum, nec crescit per se, nec augetur aliunde. Omne enim, quod vel incrementum recipit, vel augmentum procul dubio est & compositum. Sed quod primum est omnium, supra ostendimus non esse compositum. Igitur nec crescit, nec augmentatur. Item non decrescit. Quod enim decrescit, corrumpitur. Sed quod omnium primum est non corrumpi, probatum est, igitur nec decrescit.*

[* lib. 1. in Exod. c. 12.] ¶ Deus est invisibilis. RUPERTUS: * *Deus invisibilis, qui nec loco circumscribatur, nec ullis sensibus corporeis percipitur; quoties visibiliter hominibus apparet: certam ipsi congruam assumit speciem, propter quas apparere dignatur.*

[* lib. 1. Domo Dei.] POTHO inquit: * *Sunt etiam invisibilia Dei; hoc est, potentia, sapientia, benignitas: à quibus omnia procedunt, in quibus omnia subsistunt, & per qua cuncta reguntur. Pater est potentia, Filius est sapientia, Spiritus sanctus benignitas. Potentia creat; Sapientia gubernat; Benignitas conservat. Sapientia per benignitatem sapienter creat: Sapientia per potentiam benigniter gubernat: Benignitas per sapientiam potenter conservat.*

[* lib. 2. in Job. c. 2.] ¶ Omnipotens. RUPERTUS: * *Omnibus notum est, Deum esse omnipotentem. Hoc autem noco miraculo probatur, id quod solis fidelibus creditum est; Deum omnipotentem factum esse hominem.*

[* l.1. dist. 42] LOMBARDUS ait: * *Prima consideratio occurrit, quomodo verè Deus dicatur omnipotens: an quia omnia possit, an tantum ea possit quæ vult? Quòd enim Deus omnia possit, pluribus authoritatibus comprobatur. Ait enim August. in lib. quæst. Veteris ac nova legis:* Omnia quidem potest Deus; sed non facit, nisi quod convenit veritati *ejus* & justitiæ. *Idem in eodem:* Potuit Deus cuncta facere simul; sed ratio prohibuit, id est, voluntas. Itèm: *Sed quæritur: Quomodo omnia posse dicatur, cùm nos quædam possimus, quæ ipse non potest? Non potest enim ambulare, loqui, & hujusmodi, quæ à natura divinitatis sunt penitus aliena: cum horum instrumenta nullatenus habere queat, incorporea & simplex substantia. Quibus id respondendum arbitror: quòd hujusmodi actiones, ambulatio scilicet & locutio, & hujusmodi, à Dei potentiâ aliena nō sunt, sed ad ipsam pertinent. Licet enim hujusmodi actiones in se Deus habere non possit: (non enim potest vel ambulare, vel loqui, & hujusmodi) eas tamen in creaturis potest operari. Facit enim, ut homo ambulet, & loquatur, & hujusmodi. Non ergo, per istas actiones, divina potentia [illegible] aliquid: quia & hoc potest facere omnipotens.* Itèm: *Omnipotentia ejus secundùm duo appaeret: scilicet, quòd omnia facit, quæ vult; & nihil omninò patitur. Secundum utrumque, Deus omnipotens verissimè prædicatur: quia nec aliquid est quod ei, ad patiendum, corruptionem inferre valeat; nec aliquid, ad faciendum impedimentum afferre. Manifestum est itaque, Deum omninò nihil posse pati, & omnia facere posse, præter ea sola, quibus ejus dignitas læderetur, ejusq; excellentia derogaretur: in quo tamen non est minùs omnipotens. Hoc enim posse, non esset posse,*

sed non-posse. Nemo ergo Deum impotentem in aliquo dicere præsumat: quia omnia potest, quæ posse potentia est: & inde verè dicitur omnipotens. Itèm: *Sed sunt alia quædam, quæ Deus nullatenus facere potest; ut peccata: non enim potest mentiri, non potest peccare. Sed non ideò omnipotentia Dei in aliquo detrahitur vel derogatur, si peccare non posse dicitur: quia non esset hoc potentia, sed infirmitas. Si enim hoc posset; omnipotens non esset. Non ergo impotentiæ; sed potentiæ imputandum est, quod ista non potest.*

[* l.1. de V. H. verbo Dei. cap. 16.] ¶ Impassibilis. RUPERTUS: * *Cùm legimus vel audimus,* Ex-timè iratus; *vel quodlibet aliud hujusmodi: nō intelligimus, nec intelligere debemus, de Deo impassibili; quòd in eum cadant motus animi, qui signantur vocabulo iræ vel furoris. Ipse namq; suavis semper, in tranquillitate omnia disponit: sed creatura corrupta, suoq; vitio turbata, ipsam creatoris suavitatem atq; tranquillitatem, malè & pœnaliter sentit.*

[* li.1. dist. 8.] ¶ Incommutabilis. LOMBARDUS: * *Deus etiam solus, et essentia incōmutabilis dicitur propriè: quia nec mutatur, nec mutari potest.* Itèm: *Verè ergo ac propriè incōmutabilis est sola divinitatis essentia; quæ sine sui mutatione cunctas cōdidit naturas.*

[* l.1. dist. 35.] ¶ Omniscius. LOMBARDUS: * *Scit quoq; non minùs præterita & futura, quàm præsentia: & suâ æternâ sapientiâ & immutabili scit ipse omnia, quæ sciuntur.* Et: * *Indubitanter ergo teneamus, Deum semper omnia scire, quæ aliquando scit.*

[* dist. 41.]

[* Serm. 25. sup. Cant.] ¶ Deus Cor intuetur. BERNHARDUS: * *Homo siquidem videt in facie; Deus autem intuetur cor.*

[* lib. 1. in Job cap. 1.] ¶ In Deo non esse accidens, testatur RUPERTUS: * *Divinitati non est aliud vivere, aliud scire: nec aliud est in Deo vivens sapientia, quàm sapiens vita. Aliter autē est in animâ. nam vivit quidem substantialiter: sapit autem accidentaliter. Deus verò tam vivit, quàm sapit, substantialiter. Nihil enim accidentium in divinitatem cadere potest.*

[* l.1. dist. 30.] LOMBARDUS: * *Accidens est in creaturâ, non in creatore: & appellatio, quâ creatura dicitur relativè, ad creatorem relativa est; & relationem notat, quæ est in ipsa creaturâ. Appellatio verò illa, quâ creator relativè dicitur ad creaturam, relativa quidem est, sed nullam notat relationem, quæ sit in creatore.*

[* l.1. dist. 35.] ¶ Omnia esse in Deo. LOMBARDUS: * *Omnia dicuntur esse in Deo, & fuisse ab æterno.* Itèm: * *Illa enim esse intelliguntur, quæ ex ipso, & per ipsum sunt: ea verò per ipsum sunt, & ex ipso, quorum autor est: sed non est autor, nisi bonorum. Non ergo ex ipso & per ipsum sunt, nisi bona: ita ergo non in ipso sunt, nisi bona. Non ergo mala in Deo sunt: quia, licèt ea noscat, non tamen ita omninò noscit, ut bona. Mala ergo quasi de longe cognoscit, ut ait Propheta:* * Et alta à longè cognoscit, *id est, superbiam. Et alibi ad Deum loquens de malis, ait:* * De absconditis tuis adimpletus est venter eorum.

[* dist. 36.]

[* Psal. 138. vers. 6.]

[* Psal. 17. vers. 14.]

[* cap. 14.] ¶ Deus odit malos. PETRUS Cantor: * *Cùm omnes malos odio habeat Dominus: de istis tamen dicitur, Domino odibiles: quasi in his eis eorum epitheton attribuens.*

[* Tit. 1.] ¶ Deum non habere similitudinem, PETRUS Alphonsus testatur: * *Quoniam Deum imaginem aut similitudinem nullam habere dicamus, multis Prophetarum authoritatibus confirmamus. Moyses enim dicit filiis Israel:* * Custodite solicitè animas vestras. Non vidistis similitudinem aliquam in die, quâ loquutus est vobis Dominus in Oreb, de medio ignis: ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem viri vel fœminæ; similitudinem omnium jumentorum, quæ sunt super terram; vel avium sub cœlo volantium; aut reptiliū, quæ moventur in terrâ, sive piscium, qui sub terra morantur in aquis. Itèm: *Rursus, nullius creatura in aliquo similitudinem habet. Similitudo enim qualitas est. Sed quod primum omnium est, nulli subjacet qualitati: ergo nec similitudini. Item ponamus, quod alicujus creaturæ similitudinē habeat. Sed evidens est, quòd similitudo aliquorum duorum alterum parificat alii: veluti, si dicantur in albedine similes; albedo alterius par esse debet albedini alterius: similiter de nigredine, & de omni re, quæ inter aliquos similitudinem facit. Quare, si hoc esset, quod primum est omnium, primum simul esset atq; novissimum & quod novissimum, novissimū simul atq; primum. Quod utrumq; quantum inconveniens sit, neminem latet. Iterum, cùm materia, quæ creata est, nullam in se habeat formam vel imaginem: multò minùs Deus, ipsius naturæ creator, qui simplicioris & subtilioris est naturæ, ullam putandus est habere similitudinem.*

[* Deut. 4. v. 15. &c.]

* li. 4. Alleg. cap. 2.

¶ Quòd unus sit Deus, HUGO de sancto Victore ait:* *Unus dicitur Deus, non numero, sed quia non mutatur.*

* in Johan cap. 6.

RUPERTUS ait:* *Non est sicut Deus, quia vel unus vel solus est Deus, neminem habendo in se, unde factus sit Deus. sed est Deus, me habendo in se manentem, unde sit Deus.*

* Serm. 51 parv.

BERNHARDUS inquit:* *Solus Deus est, in quem nec pondus, nec mensura cadit omnino, nec numerus. Unus Deus est: non habet sui generis, cui valeat comparari. Unus est & solus ipse, potentiis inaestimabilis, aeternus quoque & immensus, & indivisus, & omnino invariabilis.* Item:* *Quaeris, quid? Mera simplicitas. Vero judicio, natura simplex multiplici anteferetur. Scio, quod ad id respondere solent. Non multa, inquiunt, sed unam tantùm divinitatem, qua omnia illa sunt, Deo, ut sit, conferre asserimus. Asseritis ergo, etsi non multiplicem, duplicem Deum: & non ad merum simplex pervenistis. neq; ad id, quo melius cogitari nō potest. Tam non est simplex, quod vel uni fuerit obnoxium formae; quam nec virgo vel uni cognita viro. Securus loquor: ne is quidem, qui vel duplex est, erit meus. Habeo enim meliorem. Esto, quòd hunc numerosis & multiplici anteponam, sed plane prae simplici sperno. Meus Deus ipse catholicè est. Tam non habet hoc & illud; quam non hac & illa. Est qui est, non qua est. Purus, simplex, integer, perfectus, constans sibi; nihil de temporibus, nihil de locis, nihil de rebus trahens in se, nihil ex se deponens in eis, non habens quod ad numerum dividat, non quae colligat. Est: Unus quippe est, sed non unitus. Non partibus constat, ut corpus: non affectibus distat, ut anima: non formis subsistat, ut omne quod factum est. Sed neq; formae, ut istis visum est. Magna laus videlicet Deo ut se ab informitate vindicet, formâ una esse contentum. Hoc est dicere, caetera pluribus; Deum non nisi uni debere, quod est.* Item: *Non est formatus Deus. forma est. Non est affectus Deus: affectio est. Non est compositus Deus: merum simplex est. Et, ut liquidò noveris, quid simplex dicam: idem quod unum. Tam simplex Deus, quam unus est. Est autem unus; & quomodo aliud nihil. Si dici posset, unissimus est. Unus est Sol, quòd non sit alter: una Luna, quòd aeque altera non sit. Atq; id quidem Deus, sed plùs. Quid plus? Unus est etiam sibi. Et hoc vis tibi declarari? idem est semper, & uno modo. Non sic unus sol: non sic una luna. Clamat uterq;, non esse se unum sibi: ille motibus; illa & defectibus suis. Deus autem, non modò unus sibi; sed & in se unus est. Nihil in se, nisi se habet. Non ex tempore alterationem habet; non in substantiâ alterationem. Hinc de eo Boethius: Hoc vere unum, in quo nullus est numerus, nullum in eo aliud, praeter id quod est. Neq; enim subjectum fieri potest. forma enim est. Compara huic uni omne, quod unum dici potest; & unum non erit.*

* lib. 1. de Trin. ca. 17.

RICHARDUS ait:* *Divinitas ipsa, aut erit incommunicabilis, aut aliquibus communis. Sed, si est incommunicabilis: quod consequens est, non est Deus, nisi unus. Si autem aliquibus communis fuerit: communis itaq; erit & substantia illa, quae non est aliud, quam divinitas ipsa. Sed substantia una non potest esse communis pluribus substantiis: alioquin una eademq; esset plures, & plures una. quod quam falsum sit, ratio latère non sinit. Si verò dicitur esse communis pluribus personis, juxta id quod dictum est: erit ea itaq; communis & substantia illa, quae non est aliud, quam divinitas ipsa. Juxta hoc utiq; erunt in divinitate unâ plures personae; sed non nisi una substantia. Sive ergo una tantùm, sive plures personae dicantur esse in unâ divinitate: nihilominus non erit Deus, nisi substantialiter unus. Solus itaque & unus Deus est à semet-ipso; & eo ipso ab aeterno.*

* li. 3. de Heres Graecor. cap. 3.

HUGO Heterianus:* *Humanus peregrè proficiscens animus, quanquam aegrè invisibilia, magis autem quae trium divinarum exsistunt personarum, rimari valeat: tamen investigando laborat, ac rationibus ostendere, quibus potest, nititur; quòd unus Deus est, ex quo, & per quem, & in quo sunt omnia. Non possunt certe plura esse prima: cùm necesse sit, unum esse, quod exhibitivum exsistat universorum, tam similium, quàm dissimilium: quorum si aliud quid sistatur, suprema unitas & verè unum jam non erit. Nam, si Deus non est per se unum; sed in semet-ipso aliquid habet, cujus vocabulo ritè queat denominari: nō erit causa tantùm, si ex aliâ ipse causâ proveniet. atq; in infinitum ratio gradietur; nullo reperto, in quo stari possibile sit, ad instar sectionum continuae quantitatis. Cujus quidem quaelibet particula facta divisione, potest rursus dividi: curret in infinitum divisio. Itaq; necesse est, causam absque causâ, & principium esse sine principio; quod, nullius participando, simpliciter unum sit, & prima causa, primumq; omnium, quae sunt, principium. Quod sic manifestius fit. Si omnis multitudo uno posterior est, & unius aliquo modo participat: unum simplexq; principium omni multitudine prius est. Atqui omnis multitudo uno posterior est, & ejus aliquo modo participat: quippe, si multitudo unum praecedat, ex uno esse non contrahet; cùm uno priùs ipsa exstiterit. Etenim non-exsistentis non est aliquid quod participet. Quare, cum nulla supremum principium multitudo praeveniat, nec aliqua divisio: unum est & simplex supremum principium. Amplius: Omne divisibile, aut secundùm multitudinem, aut secundùm magnitudinem, aut secundùm actiones, quae in tempore feruntur, videtur posse dividi. Deus autem, omninò immobiliter exsistens & aeternus, cùm quamlibet praeveniat multitudinem, nullo dictorum modorum dividi potest. Liquet igitur, quòd ante supremum principium, non est aliud principium absq; principio, par vel melius, nec ante Deum est Deus; nec aliud post ipsum, quod sit Deus. Quâ de re neq; generalissimum in divinis personis, neq; subalternum, neq; particulare, neq; speciale perquirere oportet. Quia ubi genus, & prius species, & differentia, proprium, & accidens. Sed, ut monstratum est, Deo nihil prius est: sed neq; differentiis ex aliquibus ipse constituitur, naturam exsistens supra omnem, nihilq; habens secundùm participationem. Simplex enim divinum est, & uniforme, extra omnem duplicitatem & compositionem. Equidem, quod compositum est, ab aliquibus diversis componitur, aut ex praeexsistentibus; ut electrum ex auro argentoq;: aut ex his, quae simul considerantur; ut caput ex ossibus atque carnibus, & aliis hujuscemodi. Haec enim, & his similia, consistentiam pariter sortiuntur, quanquam differant: quia nequaquam horum praevenit singulum, quod ex his constitutum est caput. Itaq; cùm divinum sine principio & absq; causâ sit: neq; disciplina propriè, neq; demonstratio, neq; definitio ejus est.*

* l. 1. dist. 19.

¶ De proprietatibus Dei, inquit LOMBARDUS:* *Unum & idem est, scilicet essentia divina Dei aeternitas, potentia, magnitudo: & tamen consuevit Scriptura haec, & his similia, quasi distinctè ponere.* Item: *Aeternitas quoque Dei, essentia divina est.* Item: *Unum & idem sunt; scilicet essentia divina simplex & incommutabilis.*

DE TRINITATE.

* lib. 4. de Contempl. cap. 18.

ARticulum Trinitatis esse supra rationē, RICHARDUS:* *Circa personarum trinitatem, trinitatisq; speculationem, quam multa firmiter creduntur, veraciter asseruntur; quae tamen non solum supra rationem, sed etiam contra rationem esse videntur! Credimus unum Deum, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Patrem a nullo; Filium à Patre solo: Spiritum sanctum à patre & filio: Filium nascendo; Spiritum sanctum procedendo. Credimus itaq; unum eundemq; in personis trinum; & in substantiâ unum. Unde alius est Pater; alius Filius, alius Spiritus sanctus. Nec tamen aliud est Pater, quam Filius, nec aliud Pater vel Filius, quàm amborum Spiritus. Nam alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritûs sancti: cum sit omnibus una substantia, eadem essentia, & sola natura. Haec omnia credimus, haec omnia profitemur, & constant veraciter esse: & tamen in his omnibus (si juxta humanam aestimationē pensentur) videtur humana ratio fortiter repugnare.*

* lib. 4. de Trin. cap. 1.

De vocabulo Personae inquit RICHARDUS:* *Nunquam dicitur persona, nisi de rationali substantiâ. Et cùm nominamus personam, nunquam intelligimus, nisi unam solam substantiam, & singularem aliquam. Itaque cum intelligentiâ substantiae, sub nomine animalis, subintelligitur proprietas communis omni animali: & sub nomine hominis, quaedam subintelligitur proprietas communis omni homini: & sub nomine personae, similiter subintelligitur quaedam proprietas, quae non convenit nisi uni soli; nulla tamen determinatè, sicut in proprio nomine. Aliàs ergo subintelligitur proprietas generalis, alias proprietas specialis: ad nomen autem Personae, proprietas individualis, singularis, incommunicabilis.* Item:* *Persona divina, est divinae naturae incommunicabilis exsistentia.*

* cap. 22.

* l. 1. dist. 25

LOMBARDUS ait:* *Nomen Personae in Trinitate triplicem tenet rationem. Est enim, ubi facit intelligentiam essentiae; & est, ubi facit intelligentiam hypostasis; & est, ubi facit intelligentiam proprietatis.* Item:* *Sed primùm audiamus, quid de hoc nomine Hypostasis Hieronymus dicit. Ait enim, sub hoc nomine venenum latère. Sed hoc dicit, secundùm quod Haeretici eo utebantur, ut simplices seducerent, scilicet pro personâ, & pro essen-*

* Dist. 26.

tiâ: ut,

ut, sive diceretur una tantum hypostasis, sive tres, minus-peritos ad id inconveniens deducerent: cum non erat hoc nomen adhuc apud Catholicos vulgatum, nec ita ejus significatio determinata, ut modo. Et ideo Hieronymus dicit, hoc nomine non utendum fore sine distinctione vel expositione: tum scilicet, quando cum Haereticis contendebatur. Item: * Dicimus, quia Patris nomen non tantum relationem notat, sed etiam hypostasin, id est, substantiam, significat. & ita Filius & Spiritus sanctus. Relationum vero vocabula, scilicet paternitas, filiatio, processio, vel generare, gigni, procedere, ipsas tantum relationes, non hypostases significant, sive habere filium, & habere patrem. ut verbi gratia, cum dicimus, Deus est Pater; nomine Patris, & relationem notamus, & divinam hypostasin significamus: ut sit intelligentia talis, Deus, vel divina essentia, est Pater, id est, ille qui genuit, id est, hypostasis quae habet filium. Similiter, Deus est Filius, id est, hypostasis genita vel habens patrem. Ita etiam Deus est Spiritus sanctus, id est, hypostasis procedens ab utroque, sive ille qui procedit. Cum vero nomina relationum ponimus in praedicatu, notiones ipsas tantum significamus, non hypostases. ut cum dicimus, Deus genuit, id est, habet filium: &, Deus genitus est, id est, habet patrem. & tunc oportet intelligi in subjectis hypostases tantum, non essentiam, quae illis proprietatibus determinantur.

Personas esse distinctas, RICHARDUS docet: * Illud, quod dicitur, Hic est filius meus, personarum diversitatem ostendit. Unus enim atque idem sibi-ipsi, & pater & filius esse non potest. Sed quis sensus hoc capiat, quomodo unus ad alium sit alius in persona, idem in essentia? Si exemplum quaeris, nusquam creaturarum invenis, quod tibi satisfacere valeat, si rationem consulas. Omnis humana ratio reclamat. Intantum enim est ista assertio supra omnem humanam aestimationem, & praeter omnem humanam rationem, ut nunquam ei ratio acquiesceret; nisi ad hujus rei certitudinem fides eam sublevaret. Merito ergo, in hujus mysterii revelatione, auditor cadit; sensus deficit, humana ratio succumbit.

De trinitate personarum, sic loquitur PETRUS Alphonsus: * Volo tres personas, substantiam, sapientiam, & voluntatem dicere. Ideo autem personam primam Substantiam appello: quia in ipsa, & de ipsa, sunt sapientia & voluntas, & ipsa de nullo: quamvis tres personae omnes sint una substantia. Item: Necesse est ergo ut Sapientia & Voluntas aeternaliter in Deo sint, & ab eo inseparabiles; nec anterior illis sit tempore. Item: In Substantia enim sunt Sapientia & Voluntas; & ideo est prima. Sapientia vero ideo prior est voluntate: quia, priusquam creator aliquid velit, oportet eum sapere, quid velit. Hac itaque nominum ordinata ratione, Substantia sapientia & voluntate anterior est; & sapientia anterior voluntate. Similiter etiam modo in his nominibus, Pater scilicet, Filius, & Spiritus sanctus. Item: De Sapientia enim Salomon in Proverbiis ait: * Dominus fundavit sapientia terram, stabilivit coelos prudentia. De voluntate vero, David in psalmo: * Omnia quaecunque voluit, fecit. Item: Quare est apertius, & ad hoc comprobandum valentior; quam nominum Dei explanatio: ut ELOHIM, & ADONAI? ELOHIM enim pluralitatem demonstrat: cujus singulare est ELOHA. Cum autem dico ELOHAI, tale est, ac si dicerem, Deus mei: pluralitatem deorum, & unam tamen dicentes personam. cum vero ELOHENU dico, quasi dicerem, Dii nostri; pluralitatem utrumque significando, & deorum, & ipsorum dicentium. Quod & si ELOHI dicatur, tale est, ac si diceretur, Deus meus. Sed hoc in nulla Hebraica invenitur scriptura, quod aliquis homo Deum unquam ELOHI appellaret: quamvis secundum ipsius Hebraicae linguae regulas dici posse. Item: Simili modo in nomine, quod est A[illegible]N, id est, Dominus. Nam cum dicimus ADON, singularitatem demonstrat: cum ADONAI, quasi dicam, Domini mei, pluralitatem significando dominorum, & dicentis unitatem. Cum [illegible] dico, ADONENU quasi dicam, Domini nostri, & plures [illegible] & plures significando dicentes. cum vero dico ADONI, [illegible] Dominus meus; & dominum unum, & dicentem [illegible] unum. Hoc vero nomine homo tantum ab homine, sed nunquam [illegible], sic appellari invenitur. Cum itaque in Scripturis sacris reperiatur Deus appellari [illegible]HA & ADON, quod singulariter Deus vel Dominus interpretatur: ergo dicimus. Et [illegible] cum iterum reperiatur appellari ELOHIM & ADONAI, quod pluralitatem significat, plures demonstrantur dii: quod videtur contrarium. Aut enim unus erit Deus, aut plures illi Deo

autem non est hoc contrarium. Quod enim se singulari nomine appellavit, ad unam profecto respicit substantiam: quod vero plurali, ad plures personas. Est enim unus Deus in pluribus personis. Item: Est enim scriptum in Genesi: * Locutus est Dominus ad Jacob: Surge & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas fratrem tuum. Hic quippe & nomen Dei, & actus singulariter profertur. Deinde scriptum est in eodem libro, praeceptum Domini Jacob implesse. Sequitur enim: * Aedificavitque ibi altare, & appellavit nomen loci Domus Dei. Ibi enim apparuit ei Deus, cum fugeret fratrem suum. Hic autem, & Deus, & Apparuit, in Hebraico pluraliter profertur. Habetur quippe ibi, ELOHIM & NIGLU, quod pluraliter Apparuerunt significat. Si enim singulariter, Apparuit, dicere voluisset, NIGLA posuisset. Item etiam in libro Samuelis, David, laudans Deum, ait: * Quae est autem, ut populus tuus Israël, gens in terra, propter quam ivit Deus ut redimeret eam sibi in populum? Hic etiam similiter, & Deus, & Ivit, in Hebraico plurale est. Hic enim similiter habetur ELOHIM & HALCU, quod est Iverunt; cujus singulare est HALACH. Redimeret autem, & Sibi, singulare. Item in Hieremia legitur: * Dominus autem Deus est verus, Deus vivens, & rex sempiternus. Hic iterum, & Deus, & Vivens, in Hebraico pluraliter dicuntur. Cum igitur in Scripturis, Dei nomen & actus quandoque singulariter, quandoque etiam pluraliter proferatur: utrumque patet, quia & Deus unus est; & plures personae. Item: Trinitas quidem subtile quid est & ineffabile, & ad explanandum difficile; de qua Prophetae non nisi occulte locuti sunt & sub velamine: quoad-usque venit Christus, qui de tribus una persona, fidelium illam mentibus, pro eorum revelavit capacitate. Si tamen attendas subtilius; & illud Dei nomen, quod in secretis secretorum explanatum invenitur, inspicias יהוה, nomen, inquam, trium literarum; quamvis quatuor figuris (una namque de illis geminata bis scribitur) si, inquam, illud inspicias, videbis, quia idem nomen & unum sit, & tria. Sed quod unum est, ad unitatem substantiae, quod vero tria, ad trinitatem respicit personarum. Constat autem nomen illud his quatuor figuris, י & ה & ו & ה; quarum si primam tantum conjunxeris & secundam, י scilicet & ה; erit sane nomen unum. Item si secundam & tertiam, ה scilicet & ו: jam habebis alterum. Similiter si tertiam tantum copulaveris atque quartam, scilicet ו & ה; invenies & tertium. Rursus, si omnes simul in ordinem connexeris, non erit nisi nomen unum. Item: Ubi enim in Latino ponitur Dominus; in Hebraeo quidem praedictum nomen invenies: ubi vero Deus in Latino; in Hebraeo scribitur ELOHIM, quod pluralitatem significat. Item: Potest etiam in multis aliis Trinitas denotari; sicut in fimbriis, quas Dominus filios Israel in vestimentis suis per Moysen habere praecepit, dicens: * Loquere filiis Israël, & dices ad eos, ut faciant sibi fimbrias in angulis palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas: quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini. Fimbriae quippe illae erant quatuor filorum; sed duplicatorum: in superiori quidem sui parte, tres nodos habentes; in inferiori vero duos. Sed per fila quatuor, quatuor anni tempora designantur: per filorum vero duplicationem, dies & nox: videlicet, ut quatuor anni temporibus, item toto anno, nocte quoque & die, Dei mandatorum memores essent. Nam per tres nodos superiores, Trinitas personarum, per duos autem inferiores, duo insinuantur Testamenta, Lex scilicet Mosis, & Evangelium. Notatur quoque Trinitas, in tribus benedictionibus, quibus Aaron & filii ejus benedicebant filiis Israel, ex praecepto Domini, dicentis ad Moysen: * Loquere Aaron & filiis ejus: Sic benedicetis filiis Israël, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui: convertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. In quippe benedictionibus, Sacerdos alicui benedicens, protensas ante vultum suum palmas utrasque tenebat. Cum vero dicebat, Dominum, quod Hebraice [illegible] quod supra diximus, trino & uno nomine exprimebat: tres digitos priores, pollicem videlicet, indicem atque medium, manus utriusque versus alterius erigebat: & dicto nomine Domino, digitos, ut prius, remittebat. Et Trinitas personarum in eo, quod dicit Esaias Propheta, * notari potest; trina videlicet Angelorum voce, [illegible] laudantium Deum, & dicentium: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth. Cur enim ter tantum Sanctus dicunt [illegible] quam semel, vel bis, vel decies, vel centies, vel alio numero

Marginal notes: * Dist. 27. — * Lib. 3. de Contempl. cap. 82. — * Tit. 11. — * c.8.v.19. — * Psal. 115. vers. 3. — * c.35.v.1. — * vers. 7. — * 2 Sam. 7 vers. 23. — * c.10.v.10. — * Num. 15. v.38.39. — * Num. 6. v.23.24.25. — * cap.6.v.3.

aliquod? Cur, si breviter laudare voluit semel sanctus non dicerent? Si vere multum, cur non centenam, vel millenam, vel innumeram laudem exhiberent. Item: Testatur sane & David personarum trinitatem, cùm dicit: * Quærite Dominum, & virtutem ejus, & quærite faciem ejus semper. Quid est enim, quod dixit, Quærite Dominum, & virtutem ejus, & quærite faciem ejus: nisi, Quærite Patrem & Filium, & Spiritum sanctum? Quid namque per virtutem Domini, nisi Filius ejus: quid vero per faciem, nisi Spiritus sanctus intelligitur?

HONORIUS inquit: * Triplex est oratio. Auribus percipe, clamorem intellige, voci intende. Trinitas est, Domine, Rex, Deus. In Domine, Pater: in Rex, Filius: in Deus, intelligitur Spiritus sanctus. Pater quippe est Dominus omnis creaturæ. Filius est Rex Ecclesiæ. Spiritus sanctus Deus spirituum. In his vocabulis Trinitas accipitur. In Domine autem, quod sequitur, unitas intelligitur. Item: * Quoniam exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam suscepit. Ter Dominum nominans trinum Deum in unitate insinuat. Nam Dominus Pater vocem fletus exaudit, peccata donando: Dominus Filius deprecationem exaudit, virtutes dando: Dominus Spiritus sanctus orationem suscipit, tristem consolando. Et unus Deus gaudium.

HUGO de S. Victore ait: * Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus sanctus: non tamen tres Dii; sed unus est Deus, & tres personæ. Item: Sicut in Deo sunt tres personæ, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: sic in anima habes tres vires; intellectum, voluntatem & memoriam. Et sicut ex Patre generatur Filius: & ex utroque procedit Spiritus sanctus: ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria. Et sicut Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus sanctus, non tamen tres Dii, sed unus est Deus, & tres personæ: ita & anima intellectus, anima est voluntas, anima est memoria; non tamen tres animæ, sed una est anima, & tres vires: ex quibus animæ viribus, quasi excellentioribus, jubemur Deum diligere.

RUPERTUS inquit: * Ex quo is, qui erat ex Deo genitus, factus est nostra natura filius: ex eo tam hujus Filii, quam ejus de quo conceptus est, Spiritûs sancti, à nobis jure confessio exigitur: sicut & Patris, cujus & hic Filius & iste est Spiritus sanctus, ut non dicamus tantùm, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob: sed etiam, Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, in quo vivimus, movemur, & sumus. Item: * Solus creator spiritus, solus & unus Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus humano spiritus incapabilis est: quia longe subtilior est. Et: * In creatore nostro, qui creatorem se nominat, sunt tres, ipse; & amor ipsius, scilicet Spiritus sanctus; & verbum ipsius, quod non est aliud, quam crementum ejus semen ejus, filius ejus.

BERNHARDUS inquit: * Fontem assigna Patri, ex quo nascitur Filius, & procedit Spiritus sanctus: Lumen Filio, qui est utique candor vitæ æternæ, & lux vera, illuminans omnem hominem, venientem in hunc mundum: Pacem Spiritui sancto, qui utique super humilem & quietum requiescit. Nec hoc dico, tanquam propria ista sint singulorum. nam & Pater lux est, ut sit Filius lumen de lumine: & Filius pax est, pax nostra, qui fecit utraque unum: & Spiritus sanctus, fons est aquæ salientis in vitam æternam. Et: * Quid se æternum Patri, nisi Filius & Spiritus sanctus? Et uterque, non eam misericors, quam ipsa vera misericordia: nihilominùs etiam Pater misericordia est, atque hi tres non nisi una misericordia: sicut una essentia, una sapientia, una divinitas, una majestas. Inde tamen, quòd Pater misericordiarum dicitur Deus quis non videat, velut proprio nomine, Filium designari? Et bene dicitur pater misericordiarum, cui proprium est misereri semper, & parcere. Sed forte quis dicat: Quomodo illi proprium est misereri, cujus judicia abyssus multa? Neque enim dicitur omnes viæ ejus sola misericordia; sed misericordia & veritas. Non minùs justus, quàm misericors, cui misericordia & judicium decantatur. Et: * Totam Trinitatem, non modo æqualis est gloriæ, [illegible] una eademque substantia. Et: * A creatione cœli & terræ usque ad hunc locum, nunquam Trinitas manifeste hominibus [illegible] verborum ac vocum involucris involuta fuit tandem clarescit [illegible] tas. [illegible] minimè hoc tantum est, signa pluralitatis, absque nominum differentia, prædicantur. Abraham tres vidit, & unum adoravit. Se[illegible] Scriptura sacra reverentia, nunc maxime, nunc separatim claudit eloquium ut modo Dominum, modo viros placeat [illegible] Rare Judæi tamen hi texunt magnam reprehensionis parabolam, tres angelos à Domino missos, asserentes: unum, ad nativitatem Isaac prædicandam, duos, ad subvertendum Sodomam delegatos. Illum verè, cùm quo justus loquitur, dicens, * Domine, si inveni gratiam in oculis tuis; prophetali spiritu cognovisse somniant nativitatis Isaac venisse præconem. Illum aderat Abraham sicut Bersabee Davidem Regem: sicutque ejus propter reverentiam, indefessus assistit, unde & non nisi [illegible] in subversionem civitatum impiorum, numerantur [illegible] periere [illegible] reverso, qui nativitatem Isaac fideli devotione complevit. [illegible] enim viri [illegible] vocari præcipiunt: sed unus est, qui promissionis insperatæ manifestat arcanum. Hoc Judæi, & qui magis elegerunt Judaizare, quam credere. Sed ut breviter concludamus, omnis illa Patriarcharum sive Prophetarum vetustas, nullam vel in sermonibus, vel in rebus, de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, apertè legitur fecisse mentionem. Veni ergo, & intuere filium Zachariæ, Deum & Hominem propriis manibus contingentem: & vide, quia cœli aperiuntur ibi, & descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in Christum: & vox Patris audita est, * Hic est filius meus dilectus. Vides, quia ad sacratissimorum nominum novitatem cœlorum palatia reserantur. Pater auditur in voce: Filius baptizatus in flumine: Spiritus sanctus demonstratur in columbæ specie. Adest Johannes, totius medius Trinitatis: gloriosumque Baptistam signant induisse substantia aperta vocabula, nomenque Trinitatis, prioribus seculis obvelatum, absque totius velaminis obumbratione, relucet. Item: * Videtis vos, rectène primum illud Filio, Spiritui sancto sequens, Patri ultimum assignetis: sic tamen, ut nihil horum vel Patri, vel Filio, vel Spiritui sancto, subtrahatis: ne cui forte personarum aut plenitudinem minuat distinctio, aut proprietatem tollat perfectio. Et: * Quaternitas Orbem distermínat; non signat deitatem. Deus trinitas est, Deus trinus singula personarum. Et quartam divinitatem adjicere placet: interim ego hanc, quæ Deus non est, persuasit mihi nunimè adorandam. Puto quòd & tu. Nempe, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. Gloriosa verò divinitas, quæ sibi honorem non audeat arrogare divinum. At meliùs quartum hoc omnino respuimus, quam sine honore recipimus.

PETRUS Lombardus ait: * Hæc ergo tria potissimùm tractemus, memoriam, intelligentiam, voluntatem. Hæc ergo tria, ut Augustinus ait in libro 10. de Trin. non sunt tres vitæ; sed una vita: nec tres mentes, sed una mens, una essentia. Memoria verò dicitur ad aliquid, & intelligentia, & voluntas sive dilectio, similiter ad aliquid dicitur: vita verò dicitur ad se-ipsam, & mens, & essentia. Hæc ergo tria eo unum sunt, quo una vita, una mens, una essentia, & quicquid aliud, ad se-ipsa singula dicuntur: etiam simul, non pluraliter, sed singulariter, dicuntur. Eo vero tria sunt, quo ad se invicem referuntur. Item: Ecce illius summæ unitatis atque trinitatis, ubi una est essentia & tres personæ, imago est humana mens; licèt impar. Sed de hac comparatione addit: Veruntamen caveat, ne hanc imaginem, ab eadem Trinitate factam, ita ei comparet; ut omnino existimet similem: sed potiùs, in qualicunque ista similitudine, magnam quoque dissimilitudinem cernat. Item: Dicamus ergo, in mente nostra imaginem Trinitatis, sed exiguam & qualemcunque esse: quæ summæ Trinitatis ita gerit similitudinem; ut ex maxima parte sit dissimilis.

RICHARDUS inquit: * In divinâ naturâ, alius aliquis est persona una, & alius aliquis persona alia; cum tamen non sit, nisi una eademque substantia: & quidem scimus quòd, in illa divinâ personarum pluralitate sit summa similitudo & summa æqualitas; in humana autem natura substantiarum pluralitate, sit nulla similitudo, aut inæqualis inæqualitas.

PETRUS Blesensis ait: * Res equidem difficilis est intellectu, & captum humanæ mentis transcendit: sed eo [illegible] antius habet fides meritum; quanto est difficilior ad credendum. Porrò, licèt nihil invenire possumus, quod expressam habeat unitatis, quæ in Deo est, & summæ trinitatis imaginem; nec verba inveniantur, quibus possumus de illâ summa essentiâ dignè loqui: quod possumus, facimus, quasi balbutientes per verba, rebus accommodata transitoriis, rem tibi ineffabilem aperimus. Item: Vide ergo mentem hominis, eique solare: considera, & verbis qualitercunque, licet tenuiter, & quasi oculo connivente, quandam similitudinem Trinitatis agnosce. Est in mente ho-

minis

[illegible] intelligentia; memoria, & voluntas. Mentem autem vocamus memoriam, mentem dicimus intelligentiam; mentem [illegible] voluntatem. Memoria, intelligentia, & voluntas sunt unum: sed nec memoria est intelligentia, vel voluntas. In eodem corpore Solis radium video, sentio calorem; & agnosco splendorem. Hæc tria unius sunt essentiæ; nullum tamen ibi- [illegible] est alterum. Sed in illa ineffabili & incircumscriptibili deitate [illegible] Filium a Patre; & Spiritum sanctum ab utroque. Cum Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ejusdem substantiæ, ejusdem potentiæ & gloriæ sunt: non sunt tamen tres Dii, [illegible] in tribus personis est una substantia, & unica potentia, & in una substantia tres personæ.

HILDEGARDIS ait:[a] *Pater, qui summa æquitas, sed non sine Filio nec Spiritu sancto est: & Spiritus sanctus, qui accensor cordium fidelium; sed non sine Patre & Filio: & Filius qui est plenitudo virtutum; sed non sine Patre & Spiritu sancto: in majestate divinitatis inseparabiles sunt. Quoniam Pater non est sine Filio, nec Filius sine Patre; nec Pater & Filius sine Spiritu sancto, nec Spiritus sanctus sine ipsis. Et hæ tres personæ. Deus unus, in una integra divinitatis majestate existunt; & unitas in eisdem personis inseparabilis vigens: quia divinitas scindi non potest; sed ipsa absque ullâ mutabilitate inviolabilis semper manet. Sed & Pater declaratur per Filium, Filius per ortum, & Spiritus sanctus per eundem Filium incarnatum. Pater est, qui ante secula genuit Filium: Filius, per quem omnia a Patre facta sunt in initio creaturarum: & Spiritus sanctus, qui in specie columbæ apparuit, in baptismate Filii Dei, in fine temporum.*

HUGO Heterianus inquit:[b] *Beatam & immortalem Trinitatem, quæ per JESUM CHRISTUM Apostolis perspicuè, ut possibile erat, innotuit, gentium Philosophi, sub ænigmatibus valde caliginosis abscondendo, publicabant. Nam Plato Philosophus Dionysio talia de Trinitate scripsit:*

φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. ὧδε γὰρ ἔχει· περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστί, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ πέρι τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον πέρι τὰ τρίτα.

Quod sic Latinè sonat redditum oratione: Dicendum tibi per ænigmata, ut hic liber seu ponti seu terræ in tabulis patiatur, quod qui legit, non intelligat. Hoc enim modo habet. Circa omnium regem omnia est; omnia propter illum; & ipse utique causa omnium bonorum: secundum, circa secunda; & tertium, circa tertia. *Plotinus quoque similia addidit.* Tria sunt (*inquit*) tempus excedentia, & æterna: Bonum, Mens, & Anima universitatis. *Hoc est apud nos: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus; quem Philosophi animam Mundi nuncupaverunt. Verùm Timæus Locrensis Trinitatem ignorasse videtur, Deum solitarium quasi confitendo:* Unum (*inquit*) principium omnium est ingenitum. Nam si genitum esset, absque initio non foret principium; sed illud ex quo prodiret. *Filii verò & Spiritus nihil hic meminit. Hoc quidem principium, non solum excelsus Deus, invisibilis & incorporeus; verùm à Christianis Pater censetur, solus sine causâ existens, & absque initio.* [illegible] *oc autem proximè atque immediatè Filius juxta fœcundam genitoris virtutem, generatur: quo medio existente, ex eodem Patre Spiritus prodit, ut ex suâ causâ inexhaustâ & infinitâ. Ergo ex causâ est Filius; & ex causâ est Spiritus sanctus.* Item: *Et hic quidem profluentium modus est, qui minus alienus videtur esse à Filio sanctoque Spiritu: Patre, ob fœcundam, quam habet, virtutem, multiplicante se-ipsum ex sua substantia, Filii quidem personam, per generationem; Spiritûs verò personam, per processionem, inde immutabiliter & inalterabiliter producente. Nam neque Pater demutatur in illos, neque minoratur: & meritò, cùm neque Filius, neque Spiritus sanctus ex [illegible] per aliquam derivetur decisionem: qui omnium visibilium atque invisibilium, æqualiter & indivise, una causa, [illegible] unus Deus existunt. Unum sunt tres hæ personæ; non parti- [illegible] unitatis. Nam cum ante omnia secula unum [illegible] non [illegible]: quia existens non fit, quod jam existit. Sed divinum [illegible] aut cum tempore, aut post tempora initium. neco- [illegible] aliquid præ[illegible] habuisset. Si neque incepit, neque præ[illegible] aliquid habuit: manifestum, quòd semper fuit, eritque semper. [illegible] aliqu[illegible] qui vere unum est, ut dicitur, non unitum, non factum, nec ab uno diversum. Infinitus autem cùm sit, & æternus, & simplex: nihil potest ei accedere; nec aliquid deperire, quod ejus essentiæ sit; neque, quod non est, fieri. Atque Pater quidem Filii absque medio genitor est, æqualis genitoris potentiæ, ac æqualem habentis virtutem. Similiter etiam Spiritum ex se, ut Pater, emittit; prout Latini asserunt. Namque aiunt: Quòd, licet Pater, Filius, & Spiritus sanctus unum sint, una unitas, una substantia, unum principium: Pater tamen, paterna auctoritate, id est, quod esse præstat & gignit, Filii causa seu principium dicitur; sancti verò Spiritûs secundum quod esse præstat, & ipsum emittit, causa vel principium nominatur.* Item:[c] *Sic utique in sanctâ Trinitate, Pater filius non fit; neque Filius Pater, sive Spiritus sanctus: aut Spiritus Pater, sive Filius. Hæ itaque personæ, quia nullam permutationem suscipiunt, propriè differunt: atque in ejusmodi impossibile est in invicem permutationem fieri. Sanè, non solum inseparabiles commanent in tribus personis proprietates; verùm & impermutabiles: quemadmodum, imo amplius multò, ipsis privationibus. Hinc est, quod videtur, divinas ab invicem differre personas, differentiâ, quæ dicitur propriè, alteratum faciente eantum, & non aliud. Nam communiter non differunt differentiis quæ separare potest: sed neque magis propriè aliud facit. In sanctâ verò Trinitate, nihil separabilium, nec aliud et aliud; sed alius atque alius existit. Patet igitur, tres personas neque communiter, neque magis propriè, sed propriè tantùm differre ab invicem differentiâ.* Item:[d] *Deus ex Deo, lumen de lumine nascitur; & quod Deus ex Deo procedit; & hic quidem est, ex quo quis nascatur; hic verò, qui nascitur ex aliquo; hic verò, qui ex aliquo procedit. Et Pater quidem Deum, ex quo quis nascitur, indicat: Filius verò Deum, qui nascitur ex aliquo, significat: porrò Spiritum sanctum, quia non absolute pronunciatur, sed Patris & Filii spiritus, ex aliquibus procedens ostenditur. Quare tres sunt ad-invicem distantes. Enimvero Pater neque Filius est, neque Spiritus; neque Filius Pater, sive Spiritus est; neque Spiritus esse potest, quorum spiritus dicitur: cum impossibile sit, ex aliquo existentem esse id, ex quo existit, & ex quo existit, esse quod ex se provenit.*

¶ De Trinitate & unitate in divinis, HONORIUS inquit:[e] *In divinitate tres sunt personæ; sed una & individua est natura sanctæ Trinitatis.*

HUGO de S. Victore:[f] *Quia autem ille, qui genitus est, non potest esse ille, à quo genitus est; neque item ille, qui a gignente & genito procedit, ille esse potest, qui est gignens vel genitus: inexpugnabili ratione veritatis cogimur, in divinitate, & personarum trinitatem, & substantiæ unitatem cognoscere. Tribus ergo in divinitate una communis est & æqualis æternitas, & æterna æqualitas: quia non potest esse singulis dissimile, quod omnibus facit divinitas una commune. Tres ergo unum sunt; quia in tribus personis est una substantia: sed tres unus non sunt.*

RUPERTUS ait:[g] *Tota trinitas unus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, æquè tunc per fidem habitat in cordibus nostris; & in futuro per speciem inhabitatura.* Item:[h] *Patris & Filii & Spiritûs sancti una substantia est, una divinitas, & operatio inseparabilis: tamen, sicut Patris proprium est opus, hominis conditio; & Filii proprium opus, redemtio; [illegible] proprium opus est Spiritûs sancti, ejusdem hominis illuminatio, revelationumque gratia, & omnium gratiarum divisio.* Et:[i] *Pater & Filius & Spiritus sanctus, individua trinitas unum principium, unus Deus, unum caput est.* Et:[k] *Quod processit & procedit ex Deo, Deus est. Procedit ex Deo Filius, procedit Spiritus sanctus. Ergo Deus est Dei Filius: ergo Deus est Spiritus sanctus.* Et:[l] *Vera magnitudo Deus est; & vera sapientia, Verbum Dei, Filius Dei est; & vera pulcritudo, Spiritus sanctus est: quæ beata Trinitas, sanctorum Angelorum & magnitudo, & sapientia, & pulcritudo est.* Et:[m] *Sicut tres operationes; nec tamen tres dilectiones, sed una dilectio est: sicut tria spiramenta in homine anima, cor, & utrorumque fortitudo; nec tres spiritus unius hominis, sed unus est: sic tres personæ deitatis sunt, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus; nec tres dii, sed unus est Deus Pater & Filius individuus; sicut anima & mens ejus in homine.* Et:[n] *Si de divinâ naturâ sermo sit; stultum est, ambigere, utrùm in Filio Spiritus sanctus sit, cùm & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, una [illegible] stantia sit, nullo loco separabilis, nullis accidentibus permutabilis*

[a] Vision. [illegible]
[b] Lib. 1. de Hæres. [illegible]
[c] [illegible]
[d] [illegible] 4.
[e] in Eccl. Sal.
[f] Tract. de trib. dieb.
[g] Lib. 12. in Joh. c. 7.
[h] Lib. 12. in Matt. c. 26
[i] Lib. 4. de Gen. [illegible]
[k] [illegible] c. 3.
[l] ca. 8.
[m] [illegible] c. 18
[n] [illegible] c. 3

Item: [a] *In beata Trinitate (cujus in anima hominis similitudinem per hæc tria formari, fidem, spem, & charitatem, certum novimus) quia nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.* Item: *Sicut individuus & unus Deus, trinus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: sic individua est una & trina virtus, fides, spes & charitas, quæ respectu trinitatis in anima hominum efficitur.* Et: [b] *Unus est Pater, unus est Filius, unus est Spiritus sanctus. Et hi tres unum quidem sunt; sed non unus. Alius est enim Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus.* Et: [c] *Alia quidem persona Pater, alia persona Filius; alia persona Spiritus sanctus: sed non alius Deus Pater, alius Deus Filius, alius Deus Spiritus sanctus est.* Et: [d] *Nos hac fide ante omnia opus habemus, quæ catholica est, ut unitatem in trinitate, & trinitatem in unitate confiteamur: in qua confessione baptizati sumus in Christo JESU: sine qua fide nullus, aut nihil, est Baptismus.* Et: [e] *Sanctus, sanctus, sanctus. Hic ter-Sanctus unus est Dominus, unus est Deus in tribus personis; Pater, Filius & Spiritus sanctus.* Et: [f] *Nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti, perfecta & integra unius Dei veri definitio est; omnium, quicunque dicuntur, vel aliquando dicti fuerunt dii, sive in cælo, sive in terra, cunctam amputans turbam, quorum omnium alii falsò dicti sunt dii; sed accidentali dono à Deo vero deificati, juxta illud:* [g] Ego dixi, dii estis, & filii excelsi omnes. Et: [h] *In tribus personis nulla est diversitas, aut quantitatis, aut qualitatis, aut temporis, aut loci, aut faciendi, aut patiendi, aut situs, aut habendi. Quantitatis, eo quòd substantialiter, tam Pater, quam Filius & Spiritus sanctus, æque sit immensus. Qualitatis; eo quod idem substantialiter æquè sit sanctus, justus, & bonus. Temporis; eò quod æque ab initio sit. Loci, eo quòd æquè incircumscriptus, & in omni loco sit. Faciendi; eò quòd operatio Trinitatis æque impermutabilis sit. Patiendi; eò quòd æquè nulli subjaceat passioni. Situs; eo quòd æquè teneatur positione localis, jacendi aut sedendi. Ejus verò generis, quod dicitur Habere, eo quod nunquam de Deo, nisi figuratè, prædicetur, calceatus, armatus, coronatus, & his similia.* Item: [i] *Tres personas confitentes, tamen tres dicere deos jure prohibemur: & quæcunque substantiæ nomina sunt, numero plurali prædicare non debemus. Solummodò personas triplicamus: quoniam ad hoc manifestâ relatione, id est, relativis nominibus, Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, ritè compellimur. Sed hæc ipsa relatio, licet in multitudine accidentium, secundum hominem rectè computetur: secundum tamen, quia Deo nullatenus accidisse concedimus. Non enim ex tempore accidit Deo, ut Pater esset, aut Filium generaret; quemadmodum homini, qui longe ante in suâ substantia perfectus est, quam pater sit, aut filium generet.* Et paulò pòst: *Pater substantialiter vita est: non vivificatum aliquid; ut homo, sive animal, quod vivificatum corpus est: non ut anima; quæ cùm sit vivens, non est ipsa vita, unde multis perturbationibus est obnoxia, & vita superioris indiga. Sed ipsa vita substantia, substantia subtilis, lucida, mobilis, acuta; nullis accidentibus subjecta, nullius indigens; omnis vita rationalis capabilis, nullius ipsa capax.*

Bernhardus inquit: [k] *Trinitas est; tamen Deus Quid ergo? Destruimus, quod dictum est de unitate, quia inducimus trinitatem? Non, sed statuimus unitatem. Dicimus Patrem, dicimus Filium, dicimus Spiritum sanctum: non tamen tres deos; sed unum. Quid sibi vult isto (ut sic loquar) absque numero numerus? Sed tria, quomodo non numerus? Si unum, ubi numerus? Sed habeo, inquis, quid numerem; & quid non numerem. Substantia una est, personæ tres sunt. Quid mirum, quid vel obscurum in hoc? Nihil, si personæ seorsim à substantia cogitentur. Nunc vero, cum tres illæ personæ illa substantia sint, & illa una substantia tres illæ personæ; quis numerum neget? Nam verò tres sunt. Quis numeret tamen? Nam verò unum sunt. Aut, si tu faciliè explicas: à puto dicendo tres; dicito quid numeraslis? Naturas? Una est. Essentias? Una est. Substantias? Una est. Deitates? Una est. Non hoc; sed personas numero, inquis: quæ non sint illa una natura, illa una essentia, illa una substantia, illa una divinitas. Catholicum est? minimè hoc dabis. Personarum proprietates non aliud, quam personas, ipsasque, non aliud quam unum Deum, unam divinam substantiam, unam divinam naturam, unam divinam & summam majestatem. [illegible] a competere. Numera ergo, si potes, aut sinè substantiâ personas, quæ ipsa sunt, aut sinè personis proprietates, quæ ipsæ sunt. Aut, si dividere quis conatur, vel personas à substantia, vel proprietates à personis: nescio quomodo Trinitatis se profitere cultorem possit; qui in tantam rerum numerositatem excesserit. Dicamus itaque tres, sed non ad præjudicium unitatis. Dicamus unum, sed non ad confusionem trinitatis. Neque enim nomina vacua sunt, neque absque significantiâ cassæ voces. Sabellianum hoc: Quærit quis, quomodo illud, quod catholicum esse dicimus, possit esse? Sufficiat ei tenere, sic esse. Atque hoc rationi non perspicuum: nec tamen opinioni ambiguum, sed fidei persuasum. Sacramentum hoc magnum est, & quidem venerandum; non scrutandum. Quomodo pluralitas in unitate, & hac unitate; aut ipsa in pluralitate? Scrutari hoc, temeritas est: credere, pietas est: nosse, vita, & vita æterna est. Unde, si operæpretium censes, ô Eugenie, perstringat nunc consideratio multa una; quò eminentia hujus singularis unius fiat evidentior. Est unitas, quæ collectiva dici potest: cùm (verbi causa) multi lapides faciunt acervum unum. Est & unitas constitutiva: cùm multa membra unum corpus, vel multæ partes unum quodcunque totum constituunt. Est & conjugativa: quâ fit, ut duo jam non duo sint; sed una caro. Et est nativa, quâ anima & caro unus nascitur homo. Est unitas potestativa, quâ homo virtutis non instabilis, non dissimilis; sed unus sibimet semper nititur inveniri. Est consentanea: cùm per charitatem multorum hominum est cor unum, & anima una. Est & votiva: cùm anima, votis omnibus adhærens Deo, unus spiritus est. Est & dignativa unitas: quâ limus noster à Dei Verbo in unam assumtus est personam. Verùm hæc omnia, quid ad illum summum, atque (ut ità dicam) unicè unum; ubi unitatem consubstantialitas facit? Huic uni quodvis illorum assimiles; erit quoquo modo unum: si compares; nullo. Igitur in omnia, quæ rectè unum dicuntur, arcem tenet unitas Trinitatis, quâ tres personæ una substantia sunt.*

Lombardus ait: [l] *Hoc quoque verâ & piâ fide tenendum est, quòd Trinitas unus sit, & solus verus Deus.* Item: *Teneamus ergo, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum esse naturaliter Deum, ut ait Augustinus de Fide ad Petrum: neque tamen ipsum Patrem esse, qui Filius est; nec Filium ipsum esse, qui Pater est; nec Spiritum sanctum ipsum esse, qui Pater est aut Filius. Una enim est Patris & Filii & Spiritûs sancti essentia, quam Græci* οὐσίαν *vocant: in quâ non est aliud Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, quamvis sit personaliter alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus.* Et: *Proponamus ergo in medium veteris ac novi Testamenti autoritates; quibus divinæ unitatis atque trinitatis veritas demonstretur. Ac primùm ipsa Legis exordia occurrant, ubi Moses ait:* [m] Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est. *Item:* [n] Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terrâ Ægypti: non erunt tibi alii dii, præter me. *Ecce, hic significavit unitatem divinæ naturæ. Deus enim, (ut ait Ambrosius in 1. libro de Fide) nomen est naturæ: Dominus verò, nomen est potestatis. Item alibi Deus, loquens ad Moysen, ait:* [o] Ego sum qui sum [illegible] quæsierint nomen meum, vade & dic eis; Qui est, [illegible] me ad vos. *Dicens enim,* Ego sum; *non,* Nos sumus: *&,* Qui est; *non,* Qui sumus: *apertissimè declaravit, unum solum Deum esse. In cantico etiam Exodi legitur:* [p] Dominus omnipotens nomen ejus. *non ait, Domini; unitatem volens significare. Personarum quoque pluralitatem, & naturæ unitatem, simul ostendit Dominus in Genesi, dicens:* [q] Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. *Dicens enim,* Faciamus, *&* Nostram, *pluralitatem personarum ostendit: dicens verò* Imaginem, *unitatem essentiæ.* Et: *Moses dicit,* [r] In principio creavit Deus cœlum & terram: *per Deum, significans Patrem; per Principium Filium. Et pro eo, quod apud nos Deus dicitur, Hebraica veritas habet* Elohim: *quod est plurale hujus singularis, quod est El. Quòd ergo non est dictum El, quod est Deus; sed Elohim, quod interpretari potest, Dii, sive Judices: ad pluralitatem personarum refertur. Ad quam etiam illud attinere videtur, quod Diabolus per Serpentem dixit:* [s] Eritis sicut dii. *Pro quo in Hebraico habetur, Elohim: ac si diceret, Eritis sicut divinæ personæ. Ille etiam maximus Prophetarum & Regum David, qui suam cæteris præfert intelligentiam.*

[a] lib.9.c.17. [b] lib.3. in Gen.c.28. [c] lib.2. in Deuter. cap.5. [d] lib.3. in libros Reg. cap.12. [e] lib.2. in Esai. c.28. [f] lib.11 de D. v. offic. cap.2. [g] Psal.82.v.6. [h] l.6 [illegible] cap.5. [i] cap.7. [k] de Consid. lib.5. [l] lib.1.dist.2. [m] Deut.6. v.4. [n] Exo.20. v.2.3. [o] Exo.3.v.14. [p] cap.15.v.3. [q] cap.1.v.26. [r] Gen.1.v.1. [s] Gen.3.v.5.

[a] Pſ. 109. v. 100. [b] Pſ. 68. v. 5. [c] Pſ. 81. v. 9. 10. [d] Pſ. 33. v. 6. [e] Pſ. 67. v. 7. 8. [f] cap. 6. v. 3. [g] Pſ. 2. v. 7. [h] Matt. 28. v. 19. [i] Joh. 10. v. 30. [k] 1 ep. 5. v. 7. [l] cap. 1. v. 1. [m] Gal. 4. v. 6. [n] Rom. 8. v. 11. [o] Rom. 11. v. 36. [p] lib. 1. diſt. 4. [q] diſt. 19. [r] diſt. 25. [s] lib. 4. de Trinit. cap. 2. [t] lib. 3. de Trinit. [u] Tract. de Spir. S.

tiam dicens,[a] Super ſenes intellexi: unitatem divinæ naturæ oſtendens, ait:[b] Dominus nomen eſt illi. non dicit, Domini. Alibi etiam, ejuſdem unitatem & æternitatem ſimul oſtendens, ait ex perſona Dei:[c] Iſraël, ſi me audieris; nõ erit in te Deus recens, neq; adorabis deum alienum. Et: Alibi quoq; diſtinctionem perſonarum inſinuans, ait:[d] Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Alibi etiam dicit:[e] Benedicat nos Deus, Deus noſter; benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Trina enim confeſſio Dei, trinitatem exprimit perſonarum: unitatem verò eſſentiæ aperit, cùm ſingulariter ſubjungit, Eum. Eſajas quoque dicit, ſe audiviſſe Seraphin clamantia;[f] Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sebaoth. Per hoc, quod dicit ter, Sanctus, trinitatem ſignificat. per hoc, quod ſubdit, Dominus Deus, unitatem eſſentiæ. David quoque, æternam filii generationem aperte inſinuat, ex perſona Filii dicens:[g] Dominus dixit ad me; Filius meus es tu: ego hodie genui te. Et: Dominus itaque Chriſtus, unitatem divinæ eſſentiæ, ac perſonarum trinitatem, aperte inſinuat, dicens Apoſtolis:[h] Ite, baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. In nomine utiq; ait; (ut Ambroſius ait in libro de Fide) non in nominibus, ut unitas eſſentiæ oſtendatur. Per nomina tria, quæ poſuit, tres eſſe perſonas declaravit. Ipſe etiam ait.[i] Ego & Pater unum ſumus. Unum dixit, (ut ait Ambroſius in eodem) ne fiat diſcretio poteſtatis naturæ: & addit, Sumus; ut Patrem Filiumq; cognoſcas: ſcilicet, ut perfectum Pater Filium perfectum genuiſſe credatur: & quòd Pater & Filius unum ſint, non confuſione perſonæ, ſed unitate naturæ. Johannes quoq; in Epiſtolâ canonicâ ait:[k] Tres ſunt, qui teſtimonium perhibent in cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres unum ſunt. Ipſe etiam in initio Evangelii ait:[l] In principio erat Verbum; & Verbum erat apud Deum; & Deus erat Verbum. ubi apertè oſtendit, Filium ſemper & æternaliter fuiſſe apud Patrem, ut alium apud alium. Apoſtolus quoq; aperte trinitatem diſtinguit, dicens:[m] Miſit Deus Spiritum Filii ſui in corda noſtra. & alibi:[n] Si Spiritus ejus, qui ſuſcitavit Jeſum, habitat in vobis, &c. Item alibi trinitatem atq; unitatem evidentiſſimè commendat, dicens:[o] Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia; ipſi gloria. Et:[p] Fides autem catholica tenet ac prædicat, & tres perſonas eſſe unum Deum, & unam ſubſtantiam, ſive eſſentiam, ſive naturam divinam; & unum Deum, ſive eſſentiam divinam, eſſe tres perſonas. Unde Auguſtinus in 1. libro de Trinitate ita ait: Rectè ipſe Deus trinitas intelligitur, beatus & ſolus potens. Ecce, quàm expreſſe dixit, Ipſe Deus trinitas: ut oſtenderet, & ipſum Deum eſſe trinitatem; & trinitatem ipſum Deum. Item: Dicendum eſſe & credendum, quòd unus Deus eſt trinitas, & una ſubſtantia tres perſonæ: ſicut è converſo trinitas dicitur eſſe unus Deus, & tres perſonæ dicuntur eſſe una ſubſtantia. Item:[q] Tres perſonæ dicuntur divina eſſentia, nec ſecundum materialem cauſam; ut tres ſtatuæ unum aurum: nec ſecundum complexionis ſimilitudinem; ut tres homines unius naturæ: nec ut genus prædicatur de ſpeciebus, vel ut ſpecies de individuis; id eſt, continens de contentis, majus de minoribus. Item:[r] Non autem te moveat, quòd dicimus; Tres res. Non enim dicentes, diverſarum rerum numerum ponimus in trinitate: ſed ità tres res dicimus; ut eandem eſſe unam quandam ſummam rem confiteamur.

RICHARDUS inquit:[s] Deum in unâ ſubſtantiâ perſonaliter trinum, & in tribus perſonis ſubſtantialiter unum, nec ullus ſenſus corporeus docet; nec aliqua humana ratio plenè perſuadet. Sed hoc utique alii per revelationem diſcunt; alii autem ſolâ autoritate convincunt & credunt. Item:[t] Ubi oportet omnes æquè perfectos eſſe, neceſſe eſt omnes in ſummâ æqualitate congruere. Erit itaque omnibus æqualis ſapientia, æqualis potentia, indifferens gloria, uniformis bonitas, æterna felicitas: ut veraciter conſtet, quod quotidiana profeſſio Chriſtianæ inſtitutionis docet; quoniam trium pariter una eſt divinitas, æqualis gloria, coæterna majeſtas. Nullus ibi altero major; nullus ibi antecertor: nullus ibi altero minor, nullus ibi poſterior. Conſtat itaque, in illâ trinitate omnes perſonas coæquales ſimul, & coæternas eſſe. Nam, ſi coæternæ non eſſent; eo ipſo coæquales non eſſent. Item:[u] Spiritus Domini implevit orbem, &c.] Notandum in hoc verbo, quam congrue vel diſtincte commendetur, & perſonarum pluralitas, & ſubſtantiæ unitas. Cum enim præmiſſum eſt, Spiritus Domini replevit orbem terrarum:[x] ſtatim ſubinfertur, Et hoc quod continet omnia: non, Is qui continet omnia. quamvis & ſic quidem rectè dici potuiſſet. Sed mirandâ ratione voluit Scriptura ſacra, ſub tantâ verborum brevitate, & perſonarum pluralitatem, & ſubſtantiæ unitatem, oſtendere. Perſonarum pluralitas oſtenditur in eo; quod Spiritus iſte Spiritus Domini dicitur. Alius eſt enim ipſe; atque alius ille, cujus Spiritus dicitur eſſe. Identitas verò ſubſtantiæ oſtenditur, dum idem Spiritus illud eſſe dicitur, per quod omnia continentur. Eſt itaque hic Spiritus illud idem, quod eſt ille, in quo ſunt omnia: illud idem, quod eſt ille, per quem omnia: illud idem, quod eſt ille, qui in principio creavit cœlum & terram: illud idem, quod eſt ille, per quem omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil. Erit itaque hic Spiritus idem, quod Pater; idem, quod Filius: quia Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, unus eſt Deus, una ſubſtantia, una natura, una divinitas, una majeſtas.

PETRUS Bleſenſis ait:[y] Igitur piè credas, & fideliter teneas, quòd unus eſt Deus: ſic tamen, ut in aſſignatione deitatis, ſit unitas in ſubſtantiâ, & trinitas in perſona. Eſt enim Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus: & hi tres unum ſunt. Eſt autem diſtinctio in perſonis. ut nec Pater ſit Filius; nec Filius ſit Spiritus ſanctus; nec Spiritus ſanctus ſit Pater aut Filius. Item: Hæc fides noſtra profeſſio, non tantum à Chriſto & ejus ſequacibus traxit exordium; ſed à Moyſe, & Patriarchis atque Prophetis, ſuum habuit fundamentum. In libro Moſis, divinæ eſſentiæ unitas declaratur, ubi dicitur:[z] Audi Iſraël, Deus tuus, &c. Item:[a] Ego ſum Dominus Deus tuus, &c. Pluralitatem verò perſonarum ibi patenter inſinuat, ubi dicit:[b] Faciamus hominem. Cum enim Verbum Dei ſit Filius; ſicut Johannes, cujus Evangelium recipis, proteſtatur, dicens:[c] In principio erat Verbum, &c. vides, quod ad Filium & Spiritum ſanctum Patris ſermo dirigitur: cum hæc duo pluraliter dicat, Faciamus & per Verbum & Spiritum ſanctum, Dominus Deus operatus eſt univerſa: ſed, ſicut Propheta David dicit;[d] Verbo Domini cœli. &c. Idem etiam Propheta myſterium Trinitatis eleganter inſinuat, ubi ter hoc nomen, Deus, in eodem verſiculo repetit & inculcat, dicens:[e] Benedicat nos Deus, Deus noſter; benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ. Prænominatus Johannes, in epiſtolâ ſuâ dicit;[f] Tres ſunt qui &c. Eſajas etiam Propheta, quem recipis, ſe audiſſe teſtatur Seraphin clamantia;[g] Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sebaoth. Quare tertiò replicat, Sanctus; niſi ut in Domino Deo exercituum trinitatem inſinuet perſonarum? Eſt itaque, in ſummâ & beatiſſimâ trinitate, Pater, qui genuit filium; Filius, qui genitus eſt à Patre; Spiritus ſanctus, qui progreditur ab utroque. Hæc in illâ genitura, aut proceſſione, damnum receptionis aut imminutionis non paſſa eſt, in Patre vel Filio, divina ſubſtantia. Sicut enim lumen à lumine ſumitur, ſine imminutione luminis, à quo ſumitur: ſic æqualem Patri Filium, & utrique Spiritus ſanctus ab utroque procedit. Modum autem geniture, aut proceſſionis iſtius, humana ratio non attingit.

¶ Quid ſit una Sapientia Trinitatis. LOMBARDUS ait:[h] Una eſt ſapientia Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti: ſicut una eſſentia: quia ſapientia in illius naturæ ſimplicitate, eſt eſſentia. & tamen Filius tantùm eſt ſapientia genita; & Pater tantùm eſt ſapientia ingenita: & ſapientia genita eſt de ſapientiâ ingenitâ, vel à ſapientiâ ingenitâ. Et cùm ibidem ſit eſſe, quod ſapientem eſſe: relinquitur, ut ſapientia genita ſit ſapiens de ſapientiâ ingenitâ. Non ergo Filius dicitur ſapientia Dei, tanquam ipſe ſolus intelligens ſit, vel ſapiens ſibi, & Patri, & Spiritui ſancto. Item: Pater eſt ſapientia, & Filius eſt ſapientia; & uterque una eſt ſapientia: & tamen ſolus Pater eſt ingenita ſapientia, & Filius ſolus genita ſapientia: nec tamen alia ſapientia Pater, alia ſapientia Filius; ſed una eademq; eſt. ſicut Pater eſt ingenitus Deus, & Filius eſt genitus Deus; neq; ie Deus genitus eſt Deus ingenitus: non ideò tamen alius Deus eſt Pater, alius Deus Filius: ſed unus Deus uterque; non autem unus. Alius eſt enim genitus, alius ingenitus, ſed non alius Deus: imò uterque unus, ſive unus Deus. Ità non eſt ſapientia genita ſapientia ingenita: ſed alia eſt ſapientia genita, alia ingenita: non tamen eſt alia ſapientia, ſed una eademq; ſapientia. Item: Una eſt ergo potentia, ſapientia, bonitas, trium; ſicut una eſſentia. Ideoq;

[x] cap. 1. v. 7. [y] Epiſt. 83. [z] Deut. 6. v. 4. [a] Exod. 20. v. 2. [b] Gen. 1. v. 26. [c] cap. 1. v. 1. [d] in Pſ. 33. v. 6. [e] Pſ. 67. v. 7. 8. [f] 1 ep. 5. v. 7. [g] cap. 6. v. 3. [h] lib. 1. diſt. 32.

tia. Ideoq́, ſicut dicitur Filius homouſios, id eſt, conſubſtantialis Patri: ita & coomnipotens.

a lib. 3. de Proceſſ. Sp. S. c. 4.

HUGO Heterianus: [a] *Unitas eſt in trinitate; ac trinitas in unitate. At verò unitas naturæ attribuitur: trinitas verò perſonarum eſt; non naturæ. Sanè non eſt naturalis unitas ex eo, quòd trinitas hypoſtatica: neq́, rurſus hypoſtatica trinitas ex eo, quòd unitas naturalis.*

b l. 1. diſt. 27.

¶ De proprietatibus Perſonarum Trinitatis, inquit LOMBARDUS: [b] *Proprietates ſingulæ ſingulis propriè conveniunt perſonis: & per eas perſonæ determinantur, & à ſe invicem differunt; ſed à ſe non ſecedunt.* Itèm: *Sunt & alia nomina perſonarum, id eſt, quæ ipſas perſonas ſignificant, & earum proprietates denotant, & eaſdem, quas & nomina prædicta; unde & relativè dicuntur: ſcilicet Genitor, Genitus, Verbum, Imago.* Itèm: *Sicut Filius vel Genitus relativè dicitur ad Patrem; ita Verbum & Imago. & quò eo dicitur Verbum, ſive Imago; quo Filius: id eſt, eâdem proprietate ſive notione dicitur Verbum & Imago, quâ Filius. ſed non eo, quo Verbum, dicitur Sapientia vel Eſſentia: quia non notione, quâ dicitur Verbum, dicitur Sapientia. Nam Sapientia dicitur ſecundum eſſentiam; non ſecundùm relationem.* Et: *Licèt Deus, ſecundum ſubſtantiam, dicatur & lumen, & ſapientia, & hujuſmodi; & nunquam relativè accipiuntur: aliquando tamen pro relativis, id eſt, pro perſonis; ſed non relativè accipiuntur. ut, cùm dicitur, Deus genuit Deum; alterum pro Patre, alterum pro Filio, ponimus. Similiter cùm dicitur, Deus de Deo, Lumen de lumine. In aliis quoque locutionibus ſæpè reperiuntur nomina eſſentiæ, ad ſignificationem perſonarum deducta. ut cùm dicitur, Deus natus, Deus mortuus, Deus paſſus: ubi tantum Filius ſignificatur. Ità & de ſolo Filio intelligitur, cùm dicitur, Deus de Deo. & hujuſmodi.* Itèm: *Secundùm nomina ſubſtantiæ tantùm dicitur illud de illo: licèt ibi illa nomina ſubſtantiam non ſignificent. Secundùm verò eadem nomina perſonarum, nunquam dicitur illud de illo; ſicut Verbum de Verbo, vel Filius de Filio: quia hujuſmodi nomina diverſis perſonis convenire non poſſunt.* Et: *Sicut nomina ſubſtantiæ, aliquando intelligentiam perſonarum diſtinctè faciunt: ità etiam interdum totius trinitatis ſimul.*

c Diſt. 28.

Itèm: [c] *Non tantùm tres prædictæ proprietates ſive notiones in perſonis ſunt; verùm etiam aliæ, quæ aliis notantur nominibus. Nam etiam hoc nomen, Ingenitus, relativè dicitur de Patre tantùm; & aliam deſignat notionem, quàm Pater vel Genitor. Non eſt enim idem, eſſe Patrem, & eſſe ingenitum: id eſt, non eâ notione Pater dicitur, quâ ingenitus. Pater enim (ut prædictum eſt) dicitur ſecundùm proprietatem generationis: Ingenitus autem, ſecundum proprietatem innaſcibilitatis. Differt ergo Pater à Filio, authoritate generationis: differt etiam proprietate innaſcibilitatis, id eſt, quia ingenitus.*

d Diſt. 33.

Itèm: [d] *Sicut proprietates eſſe in perſonis; ita & eas perſonas eſſe, confitemur.* Itèm: *Fateamur ergo & proprietates eſſe in tribus perſonis, & ipſas eſſe perſonas, atq́, divinam eſſentiam.*

e lib. 6. de Trinit. c. 11.

RICHARDUS ait: [e] *Notandum, quòd ſunt quædam proprietatum nomina, quæ nullâ ratione poſſunt convenire, niſi uni ſoli perſonæ. Hinc eſt, quòd ſolus unus dictus ſit Pater; ſolus unus dictus ſit Filius. Hinc eſt, quòd ſolus Dei Filius imago patris dicitur: hinc etiam, quòd ſolus ipſe Verbum denominatur. Fides catholica fatetur, & ratio multiplex atteſtatur: quod, qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus ſanctus. Abſque dubio uterque Patri per omnia coæqualis; ſi ſapientiam, ſi potentiam penſes: ſi bonitatem, ſi beatitudinem cogites; nihil majus in uno, nihil minus in altero, omni remotâ ambiguitate, reperies.*

f lib. 3. de Proceſſ. Sp. S.

HUGO Heterianus ait: [f] *De inſignitivis aut proprietatibus, certiſſimum eſt, quod intelligi faciant, tres perſonas paribus diſtare differentiis. Fugit nimirum Trinitatem elementorum aliarúmve creaturarum aſſignatio; quæ quidem ſecundum magis & minus differunt.*

g l. 1. diſt. 19.

¶ Perſonas Trinitatis non eſſe partes Dei, LOMBARDUS ait: [g] *Nec eſt aliqua trium perſonarum pars Dei vel divinæ eſſentiæ: quia ſingula harum verus & plenus Deus eſt, & tota & plena divina eſſentia eſt; & ideo nulla iſtarum in Trinitate pars eſt.* Itèm: *Tres perſonæ illæ, non ſunt partes Dei, vel divinæ eſſentiæ. Nullaq́, illarum Trinitatis pars dicenda eſt; nec una alicui ulla major aliis.*

h ibid.

¶ Perſonas tres eſſe coæquales, LOMBARDUS docet: [h] *Fides enim catholica, ſicut coæternas; ità & coæquales tres perſonas aſſerit. æqualis enim eſt in omnibus Patri Filius; & Patri & Filio Spiritus ſanctus.* Itèm: *Alia aliam non excellit, aut æternitate, aut magnitudine, aut poteſtate.* Itèm: *Pater non eſt major Filio; nec Pater vel Filius major Spiritu Sancto: nec majus aliquid duæ perſonæ ſimul ſunt, quàm una; nec tres ſimul majus aliquid, quam duæ: nec major eſt eſſentia in tribus, quàm in duabus; nec in duabus, quam in unâ: quia tota eſt in ſingulis.* Itèm: *Non enim plenè poteſt tantum ab homine reſerari arcanum: ex quâ intelligentiâ dicatur, ſingula perſonarum tota eſſe in aliis.* Itèm: *Ex eodem etiam ſenſu intelligitur Spiritus ſanctus eſſe in utroque, & ſingula perſonarum in ſingulis: quia ſcilicet in ſingulis eſt eadem plenitudo divinitatis, & unica ſimilitudo naturæ. quia non eſt major divina natura in aliquâ harum perſonarum; ſed unius & indifferentis naturæ ſunt hæ tres perſonæ.* Itèm: *Nulla trium perſonarum aliam ſuperat: quia nulla major aliis; nec majus aliquid ſunt duæ, quam una, nec tres, quam duæ; nec major Deus, quam ſinguli horum. quia ſingulus horum perfectus eſt: nec eſt, quo creſcat illa perfectio.* Itèm: *Tanta eſt æqualitas trium perſonarum, atque indifferens magnitudo: quòd, cùm dicamus, tres perſonas unam eſſentiam vel ſubſtantiam; neque ut genus de ſpeciebus, neque ut ſpeciem de individuis prædicamus. Non enim eſſentia divina genus, & tres perſonæ ſpecies; vel eſſentia divina ſpecies, & tres perſonæ individuæ.*

i Diſt. 20.

Et: [i] *Sicut una & indifferens eſt magnitudo trium; ità una & indifferens monſtretur potentia trium. Sciendum eſt ergo, quia non eſt potentior Pater Filio; nec Filius vel Pater Spiritu ſancto: nec majorem potentiam habent duo vel tres ſimul, quàm ſingulus eorum. Quia nec plus poteſt Pater & Filius ſimul, quam ſolus Spiritus ſanctus: nec hi tres ſimul plus poſſunt, quàm ſingulus eorum. quia omnipotentiã, quam habet Pater, & Filius accepit naſcendo, Spiritus ſanctus procedendo.*

k Diſt. 23.

Itèm: [k] *In Trinitate nulla eſt diverſitas. Si tamen aliquando in Scriptura invenitur dictum, Tres diverſæ perſonæ, & hujuſmodi, diverſas dicit diſtinctas.*

l In 1 diſt. 19.

¶ *Eſſentiam divinam non eſſe materiam trium perſonarum,* LOMBARDUS docet.[l]

m Lib. 3. de Glor. Tr. c. 4.

¶ De differentiis Perſonarum, RUPERTUS inquit: [m] *Dominus ipſe eſt Pater; Verbum Domini ipſe eſt Filius; Spiritus oris ejus, ipſe eſt Spiritus ſanctus: unum & unicum ſanctorum angelorum, & electorum hominum, firmamentum: ut jam in æternum non moveatur per aliquem eorum, & qui jam ordinati ſunt, adhuc illuc ordinandi ſint.*

n Serm. 3. in Pentecoſt.
o Serm. 81 parv.
p Tract. de Gradib. humilit.

BERNHARDUS ait: [n] *Patrem intellige ſpiritum principalem: non quòd major; ſed quòd ſolus à nullo. cùm ab eo ſit Filius, Spiritus ſanctus ab utroque.* Itèm: [o] *Pater creavit; Filius reconciliavit; Spiritus ſanctus confirmavit.* Itèm: [p] *Nam ad hoc Filius legitur deſcendiſſe, ut vocaret & juvaret aſcenſuros ad primum: & Spiritum ſanctum miſſum fuiſſe, qui perduceret ad ſecundum. Pater verò, licèt Filio & Spiritui ſancto ſemper cooperetur; nunquam tamen, aut de cœlo deſcendiſſe, aut ad terras legitur miſſus fuiſſe. Lego certè,* [q] quòd miſericordiâ Domini plena eſt terra: *&,* [r] Pleni ſunt cœli & terra gloriâ tuâ: *& multa hujuſmodi. Lego & de Filio:* [s] Poſtquam venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum. *Et ipſe filius loquitur de ſe:* [t] Spiritus Domini miſit me. *Et per eundem Prophetam:* [u] Et nunc, *inquit,* Dominus miſit me, & ſpiritus ejus. *Lego & de Spiritu ſancto:* [x] Paracletus autem, Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo. *Et* [y] Cùm aſſumtus fuero, mittam vobis eum, *haud dubium, quin Spiritum ſanctum. Patrem autem in ſuâ perſonâ, licèt nuſquam non ſit; nuſquam tamen invenio, niſi in cœlis. ut in Euangelio:* [z] Pater meus, qui in cœlis eſt. *Et in Oratione:* [a] Pater noſter, qui eſt in cœlis.

q Pſ. 33. v. 5.
r Eſaj. 6. v. 3.
s Gal. 4. v. 4.
t Eſaj. 61. v. 1.
u cap. 48 v. 16.
x Joh. 14. v. 26.
y Joh. 16. v. 7.
z Matt. 18 v. 15
a Matt. 6. v. 9.

b l. 1. diſt. 26.

LOMBARDUS ait: [b] *Proprietas, quâ Pater eſt pater, & proprietas, quâ Filius eſt filius, æterna eſt & incommutabilis: quia & Pater ſemper pater, & Filius ſemper filius.*

c lib. 6. de Trin. c. 23.

RICHARDUS ait: [c] *Subſtantia Patris, ſicut & ſapientia, non eſt ei ab alio aliquo. Subſtantia Filii à patre ſolo, ſubſtantia Spiritus ſancti, tam à Patre, quam à Filio. Quæ de ſubſtantiâ dicta ſunt, per omnia & de ſapientiâ dici poſſunt: quoniam ſapientia & ſubſtantia in divinis, non aliud & aliud ponunt.*

d Lib. 1. de Proceſſ. Sp. S. c. 8.

HUGO Heterianus: [d] *In divinis autem perſonis, tres pro-*

prietates immobiles sunt, paternitas, filiatio, processio: secundùm quas solas tres personæ, Pater scilicet, & Filius, & Spiritus S. insinuantur: quæ non modò in his, modò in aliis, nec in pluribus, aliquando in paucioribus, sed in eisdem semper personis inspiciuntur. Hæ personæ neque augmentum suscipiunt, ut sint quatuor, neque diminutionem, ut in dualitatem redigantur: cùm unus Deus pariter exsistant, absque permutatione. Si enim unâ specie plures homines unum: multò convenientius tres personæ unus Deus, purâ fide ac religione inculpatâ pronunciatur. de quibus non est quærendum, quomodo sint tres: cùm prorsus & omninò sint inseparabiles. Languidi enim circa fidem homines læduntur in hujusmodi: ut dicit Apostolus. quoniam animæ ægritudo, malignè ac otiosè quærere de Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, ea, quæ à Sanctis enunciata sunt & manifestata: & non rationibus investigare; quia non sunt.

¶ De locutionibus, ad unitatem & trinitatem pertinentibus, ait LOMBARDUS: * Cùm enim dicitur, Unus Deus. multitudo deorum excluditur; nec numeri quantitas in divinitate ponitur: tanquam diceretur, Deus est, nec multi sunt, vel plures dii. Itèm: Similiter cùm dicitur, Unus est pater, vel unus est filius, & hujusmodi: ratio dicti hæc est, quòd non sunt multi patres, vel multi filii. Ità & de similibus. Item, cùm dicimus, plures esse personas; singularitatem atque solitudinem excludimus; nec diversitatem, nec multiplicitatem ibi ponimus: quasi diceremus, Sine solitudine ac singularitate personas confitemur. Et: Nomine consortii pluralitatem significavit. Professio ergo consortii, est professio pluralitatis: quam professus est, dicens; Faciamus, & Nostram. pluraliter enim utrumque dicitur. Sed hac professione pluralitatis, non diversitatem vel multitudinem posuit; sed solitudinem & singularitatem negavit. Sic ergo, cùm dicimus Plures personas, vel pluralitatem personarum: singularitatis & solitudinis intelligentiam excludimus. Itèm: Cùm dicimus Tres personas: nomine ternarii, non quantitatem numeri in Deo ponimus, vel aliquam diversitatem: sed intelligentiam non ad aliud, nisi ad Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, dirigendam significamus: ut sit hujus dicti intelligentia; Tres personæ sunt: vel tres sunt, Pater & Filius & Spiritus sanctus: id est, nec tantùm Pater, nec tantùm Filius; nec tantùm Pater & Filius in deitate sunt; sed etiam Spiritus sanctus, & non alius ab his. Similiter, non tantùm est ibi hæc persona, vel illa, vel hæc & illa: sed hæc, & illa, & illa; & non alia. Et hoc fortè jam intelligendum Augustinus satis ostendit, ubi dicit: quòd illo nomine, non diversitatem intelligi, sed singularitatem voluit. Et: Cùm dicitur, Duo sunt Pater & Filius; non dualitatis quantitatem ibi ponimus: sed hoc significamus, quod non est tantùm Pater, nec tantùm Filius; sed Pater & Filius: & hic non est ille. Ita & de aliis hujusmodi. Ità etiam, cùm dicimus, Pater & Filius sunt duæ personæ; hoc significamus: quòd non tantùm Pater est persona, nec tantùm Filius est persona; sed Pater est persona, & Filius est persona; & hæc non est illa. Et: Cùm autem dicimus, Distincta persona, vel Distinctio est in personis: confusionem atque permixtionem excludimus; & hanc non esse illam significamus. Cumq; addimus, Distinctæ sunt personæ proprietatibus, sive differentes proprietatibus: aliam esse hanc personam, & aliam illam, suis proprietatibus significamus. Et cùm dicimus, Aliam & aliam: non diversitatem vel alienationem ibi ponimus; sed confusionem Sabellianam excludimus. Et: Cùm dicuntur discretæ personæ, vel cùm dicitur discretio in personis esse; eandem intelligentiam facimus. Eodem enim modo ibi accipitur Distinctio, quo Discretio. Et congruè dicitur ibi esse discretio vel distinctio; non diversitas vel divisio, sive separatio. unde Ambrosius, libro 1. de Trinitate: Non est ipse Pater qui Filius; sed inter Patrem & Filium expressa distinctio est. Et: Cùm verò dicitur Trinitas; id significari videtur, quod significatur, cùm dicitur, Tres personæ: ut, sicut non potest dici, Pater est tres personæ, vel Filius est tres personæ; ità non debeat dici, Pater est trinitas, vel Filius est trinitas. Itèm: * Alia est hujus nominis ratio, cùm dicitur, Pater est persona, vel Filius est persona, & alia, cùm dicitur, Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt tres personæ; & cùm dicitur, Alia est persona Patris, alia Filii: & hujusmodi. Et: Persona enim (ut supra ait Augustinus) ad se dicitur: & idem est Deo, esse personam, quod esse; sicut idem est ei esse, quod Deum esse. Unde

* Lib. 1. dist. 24.

* Dist. 25.

manifestè colligitur, quod essentiam divinam prædicamus, dicentes: Pater est persona, Filius est persona, Spiritus sanctus est persona; id est, essentia divina: & omninò unum & idem significatur nomine personæ, id est, essentia divina; cùm dicitur, Pater est persona, Filius est persona: quod significatur nomine Dei, cùm dicitur, Pater est Deus, Filius est Deus. Ita etiam idem significatur, cùm dicitur, Deus est Deus; & Deus est persona. Utroque enim nomine, essentia divina intelligitur: quia utrumque secundùm substantiam dicitur. Cùm verò dicitur, Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt tres personæ; quid nomine personæ significamus? an essentiam? hoc enim videtur, si supra posita verba Augustini diligenter scrutemur. Et: Videtur ergo eandem tenere significationem, hoc nomen Persona, cùm dicitur, Tres personæ; quam habet, cùm dicitur, Pater est persona, Filius est persona, Spiritus sanctus est persona. Quia (ut ostendit Augustinus) hoc dicitur, id est, tres personæ, propter illud: quia id, quod persona est, commune est eis. id ergo, quod commune est eis, id est, Patri, Filio, & Spiritui sancto, videtur significari nomine Personæ; cùm dicitur, Tres personæ. Et: Hoc nomen, scilicet Persona, propriè secundùm substantiam dicitur, & essentiam significat: (sicut supra ostendit Augustinus) cùm dicitur, Deus est persona, Pater est persona. Quadam tamen necessitate (ut supra dixit Augustinus) translatum est hoc nomen, ut pluraliter diceretur, Tres personæ; cùm quæreretur, quid tres, vel quid tria. ubi non significat essentiam, id est, naturam divinam, quæ communis est tribus personis; sed subsistentias sive hypostases, secundùm Græcos. Græci quippe (ut supra dicit Augustinus) aliter accipiunt Substantiam, id est, hypostasin; aliter nos. Nos enim Substantiam, dicimus essentiam sive naturam: Personas autem dicimus, sicut illi dicunt, substantias, id est, hypostases. Si ergo ità nos accipimus personas, ut illi accipiunt substantias, vel hypostases; at illi aliter accipiunt hypostases, quàm nos substantiam: aliter ergo & nos accipimus personas, quàm substantiam. Cùm ergo dicimus tres personas; non ibi Personæ nomine essentiam significamus. Quid ergo dicimus? Dicimus quia tres personæ sunt, id est, tres substantiæ, scilicet tres entes: pro quo Græci dicunt, Tres hypostases. Et: Cùm quæritur, quid tres, vel quid tria? non de essentiâ quæritur; nec ibi quid ad essentiam refertur. Sed, cùm fides catholica tres esse profiteretur, sicut Johannes in Epistolâ Canonicâ ait, * Tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo: quærebatur, quid illi tres essent, id est, an essent tres res; & quæ tres res; & quo nomine illi tres res significarentur. Et ideò loquendi necessitate inventum est hoc nomen Persona ad respondendum, & dictum est; Tres personæ. Et: Alia est substantia vel hypostasis patris, alia substantia Filii, alia substantia Spiritûs sancti. Et alia substantia Pater, alia Filius, alia Spiritus sanctus. Itèm: * In his locutionibus, Scripturæ usus nobis æmulandus videtur, ubi frequenter reperitur ita dictum: Una est essentia trium personarum; & Tres sunt personæ unius essentiæ: nusquàm tamen occurret legisse, Unum Deum trium personarum, vel Tres personas unius Dei. Quod ideò puto sanctos doctores vitâsse: ne ita fortè acciperetur in divinis personis, ut accipitur, cùm de creaturis simile quid dicitur. Dicitur enim Deus Abraham, Isaac, & Jacob, & Deus omnis creaturæ. Quod utique dicitur, propter principium creationis, vel gratiæ privilegium; & creaturæ subjectionem vel servitutem. Cùm ergo in Trinitate nihil sit creatum, vel serviens, vel subjectum: non admisit fides in Trinitate talem locutionis modum. Itèm: Quæ autem secundùm substantiam de Deo dicuntur, tribus personis pariter conveniunt. Una est ergo potentia, sapientia, bonitas, Patris & Filii & Spiritus sancti: & hi tres eadem potentia, eadem sapientia, eadem bonitas. Unde aperitur in Trinitate summa esse perfectio. Si enim ibi deesset potentia, vel sapientia, vel bonitas: non esset summum bonum. Sed, quia ibi est perfecta potentia, infinita sapientia, incomprehensibilis bonitas: rectè dicitur & creditur summum bonum. Cumq; unum & idem in Deo sit, potentia, sapientia, bonitas: in sacrâ tamen Scripturâ, frequenter solent hæc nomina distinctè ad personas referri; ut Patri potentia, Filio sapientia, Spiritui sancto bonitas attribuatur. quod quare fiat, non est otiosum inquirere.

* 1 ep. 5. v. 7

* Dist. 34.

Deus non est multiplex. LOMBARDUS: * Et, sicut in Trinitate non est diversitas; ita nec multiplicitas. & ideo non dicendus Deus multiplex, sed trinus & simplex.

* Lib. 1. dist. 23.

Cur

Cur non dicatur, Tres Dii; LOMBARDUS ait: [a] *Ostensum est quâ necessitate dicamus tres personas, & quare non similiter tres deos, vel essentias. quia scilicet in altero ebriat Scriptura; in altero diversitatem intelligentia. quia ibi nulla penitùs est diversitas; sicut nec singularitas, vel solitudo; sed unitas & trinitas.*

[a] ibid.

Personam etiam de substantiâ dici, LOMBARDUS docet: [b] *Persona secundùm substantiam dicitur: ut, cùm dicitur, Pater est persona; hic sit sensus, Pater est divina essentia. Similiter cùm dicitur, Filius est persona, Spiritus sanctus est persona, id est, essentia divina.*

[b] ibid.

Deus est Trinus; non triplex. LOMBARDUS: [c] *Præterea, cùm Deus dicatur trinus; non tamen debet dici triplex. Ibi enim non est triplicitas; ubi summa est unitas, & indifferens æqualitas.*

[c] lib. 1. dist. 10.

Non est solitarius Deus. RUPERTUS: [d] *Ab his tamen, qui cordis oculos emundaverunt, videtur nunc Deus per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem videbitur, cùm venerit, quod perfectum est. Qui ergo ejusmodi sunt, intelligunt per hæc pia naturæ vocabula, Patris & Filii, & Spiritûs sancti, veram ac unicam summæ divinitatis gloriam: videlicet, quia & nunc, & antequam quicquam faceret, unus idem & solus erat Deus; sed non desertus, neq; solitarius: solus inquam; sed in substantiâ: solus & unus, sed non in personâ.*

[d] lib. 11. de Div. off. c. 3 & 4.

DE PATRE.

RUPERTUS ait: [e] *Utique Pater Christi, pater noster est: quemadmodum dicit, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum.* Itèm: [f] *Nomen Patris discretè accipiendum est: ut alias intelligitur pater omnium filiorum adoptionis; aliàs pater unici & consubstantialis Filii. Denique, nobis, qui non nati, sed adoptati sumus, pater est unus, idemq; trinus Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus: illi autem, qui solus est naturalis Filius, una persona pater est; & ad illum unicum Filium relativè Pater dicitur.*

[e] in Apoc. cap. 1.
[f] lib. 2. de Glor. Trin. cap. 2.

BERNHARDUS ait: [g] *Patrem loquor, qui principium Trinitatis.*

[g] Serm. 2. pe v.

¶ Pater est Principium. RICHARDUS: [h] *Scimus absque dubio, quia Trinitas Deus principium est omnium creaturarum: scimus nihilominùs, quia persona Patris principium est omnium creaturarum: scimus nihilominùs, quia persona Patris principium est aliarum in Trinitate personarum. Et quámvis, secundum alium & alium modum, dicatur principium hîc & ibi: utrobiq; tamen tam congruenter, quam veraciter, potest principium dici.*

[h] lib 2 de Erud. hom. inter. c. 9

¶ Ingenitus. LOMBARDUS: [i] *Ingenitus relativè dicitur; & de solo Patre accipitur. Alia notio est, quâ dicitur ingenitus: alia, qua pater. Atque tantum valet, cùm dicitur ingenitus; quantum non-genitus, vel non-filius.*

[i] lib. 1. dist. 28.

RICHARDUS inquit: [k] *Ingenitum velle habere de se sibi conformem atq; condignum, idem mihi videtur, quod gignere filium. Tam genitum quam ingenitum, velle habere condilectum, idem videtur, quod producere Spiritum sanctū. In ille, nota communionem honoris: in isto, communionem amoris.*

[k] lib 6. de Trin. c. 17.

¶ Sapientia. LOMBARDUS: [l] *Pater est sapientia, & Filius sapientia; & uterq; una est sapientia: & tamen solus Pater est ingenita sapientia; & Filius solus genita sapientia, nec tamen alia sapientia Pater, alia sapientia Filius; sed una eademq; est. Sicut Pater est Deus ingenitus; & Filius est Deus genitus, neq; Deus genitus, est Deus ingenitus: non ideò tamen alius Deus est Pater, alius Deus Filius: sed unus Deus uterque; nō autem unus. Alius enim est genitus, alius ingenitus: sed non alius Deus; imò uterq; unum, sive unus Deus. Ita non est sapientia genita, sapientia ingenita: sed alia est sapientia genita, alia ingenita: non tamen est alia sapientia; sed una eademq; sapientia.*

[l] lib. 1. dist. 21.

¶ Pater nō est solus Deus. LOMBARDUS: [m] *Post hoc quæritur: utrùm, sicut dicitur, Solus Pater est pater, vel solus Filius est filius; ita possit dici, Solus Pater est Deus, vel solus Filius est Deus? itâ & de Spiritu sancto. Aut, Pater est solus Deus; Filius est solus Deus? Ad quod dicimus: quia Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, dicitur & est unus Deus; & hæc Trinitas simul propriè dicitur esse solus Deus, sicut solus sapiens, solus potens.* Et: *Non solus Pater dicendus est verus Deus.*

[m] ibid.

¶ Pater quomodo diligat Filium. BERNHARDUS: [n] *Pater diligit Filium, & singulari dilectione amplectitur; summus æqualem, æternus coæternum, unus unicum. Sedenim non minori ipse à Filio affectione adstringitur: quippe pro cujus amore & moritur; ipso attestante, cum ait* [o] Ut sciant omnes, quia diligo Patrem; surgite, eamus: *haud dubium, quin ad passionem. Illa ita mutua gignētis genitiq; cognitio pariter & dilectio, quid nisi osculum est suavissimum; sed secretissimum? Ego pro certo, ad tantum & ad tam sanctum divini amoris arcanum, ne ipsam quidem angelicam admitti arbitror creaturam. Etenim, Paulo hoc ipsum sapiente, Pax illa exsuperat omnem, etiam angelicum sensum.*

[n] Serm. 8. super Cant.
[o] Joh 14. v. 31.

DE FILIO.

RUPERTUS: [p] *Hoc nomē, Filius Dei, sive Filius altissimi, ut novum est, ita & de ipso nomine perpendere vel reminisci, non otiosum est: quia non facilè quisquis hoc reperiet in veteribus Scripturis, legalibus, sive Propheticis.*

[p] in Matt cap. 1.

¶ Verbum Dei, est sapientia Dei. PETRUS Alphonsus: [q] *Verbum namq; Dei, perfecta ejus est sapientia. quod & Psalmista ostendit, cum dicit:* [r] Verbo Domini cœli firmati sunt. *Patet igitur, quia sapientia Dei, & Verbum ejus, idem est.*

[q] Tit. 9.
[r] Ps. 33. v. 6.

RUPERTUS ait: [s] *Sapientia est sensus quidam, quo a nobis ipsa sapientia substantia sentitur: quæ est secundùm divinam naturam ipse Christus, Dei Filius, Verbum Dei, Verbum Deus.*

[s] lib. 1 de Sap. c. 1.

¶ Nomen Dei. HONORIUS inquit: [t] *Nomen Dei, est Filius: quia, sicut per nomen homo cognoscitur; sic Pater per Filium in Mundo cognoscitur. Qui Filius est Jacob, id est, luctator: quia sicut Jacob cum Angelo, sic Christus luctatus est cum Diabolo.*

[t] in Ps 19

Verbum quare dicatur. HONORIUS: [u] *Ideò vocat eum Verbum: quia, sicut unusquisq; homo per verbum suum manifestat alteri voluntatem cordis sui; ita Deus Pater manifestavit hominibus voluntatem suam per Filium suum.*

[u] Serm. de Nativ. Dom.

¶ Sapientia quomodo sit. RUPERTUS: [x] *Filius substantialiter sapientia est: id est, non tantummodò sapiens; (quod dici potest & de aliquo, qui accidentali dono sapientiæ participat) sed ipsa sapientia substantia, omnibus mobilibus mobilior, ubique attingens, omnia operans, cuncta disponens, speciosa, lucida, suavis, generosa, locuples, omnium artifex. Hanc sapientiam Dei esse Filium, naturaliter ex illo genitum, didicimus, credimus, & confitemur.*

[x] lib. 11 de Divin. off cap. 7.

¶ Christus. RUPERTUS ait: [y] *Christus, non naturæ; sed officii nomen est.*

[y] in Joh. c. 1.

¶ Vultus Patris. RUPERTUS: [z] *Filius rectè dictus vultus Dei Patris: quia, sicut in vultu alicujus hominis affectio lætitiæ vel mœroris potest perspici; sic & per Filium voluntas Dei Patris mundo innotuit.*

[z] lib. 6. de Glor. Trin. cap. 14.

¶ Principium. RUPERTUS: [a] *Eam ob causam Filium, sive Verbum Dei, principium decuit nuncupari: quia omnia per ipsum & propter ipsum facta sunt.* Itèm: *Sine dubio hæc persona, Filius Dei creaturæ humanæ triplici modo principium est. Duobus modis, tam angelicæ, quam humanæ creaturæ, principium est: quia propter ipsum, & per ipsum, omnia sunt facta. Tertio modo solius creaturæ humanæ: quia per passionem salutis nostræ author consummatus est; salutis nostræ princeps & principium est.* Et: [b] *Hoc nomen, Principium, altiùs sonat; quàm si Christus dixisset, Sum JESUS aut Filius Dei, Judæis. sed, Sum principium, inquit; propter elusionem malignæ Judæorum intentionis, & veritatem essentiæ suæ: quam non abscondit; imò altiùs depromsit. Hoc vocabulum, Principium, est incommunicabile ulli creaturæ. Filius, hoc nomen communicabile est, & ipse pueris suis communicavit sive participavit: quia communicaverunt carni ejus & sanguini. Christus quoque, communicabile nomen est.*

[a] lib. 1. de Glor. Trin. cap. 6.
[b] cap. 11.

LOMBARDUS: [c] *Est præterea aliud nomen, multiplicem notans relationem; scilicet Principium. Dicitur enim principiū semper ad aliquid. Et dicitur Pater principiū, & Filius principiū, & Spiritus S. principium: sed differēter. Nam Pater dicitur principium, ad Filium, & ad Spiritum S.* Itèm: *Non ergo dicitur principium totius deitatis; quòd vel sui, vel divinæ essentiæ principium sit: sed quia principium est Filii & Spiritus sancti; in quibus singulis tota divinitas est. Filius, ad Spiritum S. dicitur principium. Spiritus verò sanctus, non dicitur principium, nisi ad creaturas; ad quas etiā Pater dicitur principiū, & Filius. & Trinitas ipsa simul, & singula personarum, principium dicitur creaturarum.*

[c] lib. 1. dist. 29.

[illegible]tarum. Pater ergo, principium sine principio: Filius, principium de principio: Spiritus sanctus, principium de utroque, id est de Patre & Filio. Et: Ab aeterno autem, Pater principium est Filii generatione, & Pater & Filius unum principium Spiritus sancti. Et: Pater principium Filii dicitur, quia genuit eum. Quâ ergo notione est Pater, eâ principium Filii dicitur, id est generatione: secundùm quam etiam dicitur author Filii.

* in Iohan. cap. 1.

¶ Imago. RUPERTUS: * Imago Dei, splendorque (ut ait Apostolus) & figura substantiae ejus, est hoc Verbum hic Filius de Deo Deus, figura videlicet per similitudinem dictus: quia Pater cum hoc Verbo sic unum est Deus, sicut aurum vel ebur, & imago Regis in eo, sigillum unum esse dinoscitur.

† l. 1. dist. 28.

LOMBARDUS: † Illud etiam sciri oportet; quia, cùm suprà dictum sit, imaginem relativè dici de Filio, sicut Verbum vel Filius: interdum tamen reperitur secundùm substantiam dici. Unde Augustinus lib. de Fide ad Petrum dicit; quòd una est sanctae Trinitatis essentialiter divinitas & imago, ad quam factus est homo. Itèm: Imago aliquando essentiae intelligentiam facit: & tunc ad se dicitur, & non relativè.

* L. 2. in Iohan. cap. 1.

¶ Agnus. RUPERTUS: * Christus vocatur agnus, secundùm naturam hominis.

* lib. 1. dist. 18.

¶ Nata sapientia. LOMBARDUS: * Sciendum quoque est, quod, sicut solus Filius dicitur Verbum vel Imago; ita etiam ipse solus dicitur Sapientia nata vel genita. Itèm: In altero, id est, in eo quòd nata est, eadē notio intelligatur, quae notatur, cùm dicitur Verbū & Imago: in altero verò, scilicet Sapientiâ, demonstratur essentia, id est, demonstratur, quod Filius sit essentia; quia Sapientia secundum essentiam dicitur. Et ideò, cùm dicitur nata sapientia, intelligatur, quòd ipse, qui natus est, essentia est. Ibi tamen Sapientia, non pro essentia, sed pro hypostasi, facit intelligentiam: ut, sicut quando dicitur Verbum vel Filius, intelligitur hypostasis cum sua proprietate.

† l. 1. de Vict. verbi Dei cap. 3.

¶ De modis cognoscendi Verbi. RUPERTUS: * Duobus modis cognoscitur Verbum Dei. 1. Ex operibus, utique ex omnibus, quae facta sunt: quia videlicet omnia per ipsum facta sunt; angeli, archangeli, throni, dominationes, principatus, &c. 2. Ex semet-ipso magnificentiùs Verbum cognoscitur; quando gratiâ praecellenti dilectam cujuslibet animam visitat fortiter, atque suaviter afficit, propria substantiae contactu. Haec talis cognitio, vel experimentum, valde paucorū est. Itèm: † Spiritus praeponitur veritati; quia dicit: In spiritu & veritate adorabunt, &c. videlicet, quia, sicut nemo venit ad Patrem, nisi per Filium; ita Filium nemo agnoscit, nisi per Spiritum sanctum. Nemo enim potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.

* lib. 4. in Ioh. c. 3.

* in Iohan. cap 7.

* lib. 1. in Ioh. c. 2.

¶ Quomodo Filius sit à Patre. RUPERTUS: * Vivens Pater misit me:] quod non est aliud, quàm genuit, & incarnari voluit me. Itèm: * Christus speciosus formâ est prae filiis hominum: quia videlicet non solùm homo, sed & naturâ Deus est. Filii hominum, sunt quidem aliqui per adoptionem dii. Hic autem solus per naturam Deus, solus Patri consubstantialis filius est. Et: * Filius non est alterius naturae, quàm Pater est, qui illum genuit. Et: * Ego vivo propter Patrem:] id est, propter hoc Deus vivens, Deus immortalis sum, Deus impassibilis, Deus incommutabilis sum; quia talem habeo patrem; quia talis pater me misit; quia talis pater me genuit. Et: * Exceptis Christo, unigenito Dei Filio, qui de caelo venit, aliàs omnes homines, sive electi, sive reprobi, omnes secundùm naturam de deorsum sunt. Et: † Cerinthus Christum ex Mariâ initium sumsisse dixit. At ille ante matrem, & ante avos matris, imò & ante originem Mundi, Deus erat: nam omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

* lib. 2. in Ioh. c. 1.

* lib. 6. in Ioh. c. 6.

* lib. 8. in Ioh. c. 8.

† lib. 4. in Exo. c. 42.

* Serm. 4. de verbis Esai. Vidi Dominum &c.

BERNHARDUS: * Commendant nobis sacrae literae Christum Dominum, & ex Patre, & in Patre, & cum Patre, & a Patre, & pro Patre, & etiam sub Patre. Quod dicitur ex Patre, ineffabilis est nativitas: quod in Patre, consubstantialis unitas: quod cum Patre, aequalis majestas. Sane enim erat haec ab aeterno. Caeterùm, si ex Patre nascens, quid in Patre, aut cum Patre? Non incongrue forsitan, in Patre cubans; cum Patre sedens dicatur. Et audite confessus hujus, & hujus accubitus rationem. Sicut enim sessio majestatem, sic confessio aequalitatem exprimit majestatis: praesertim cùm sit ex sedens a dextris Patris; non sane sub pedibus, vel quasi a tergo. Et sedere quidem, jam quiescere est; sed jacère magis. Quid autem delectabilius, & quodammodo dulcius esse, videbitur Filio: quòd in Patre est, an quòd cum Patre omnibus praeest? In quo putas horum summa illa pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, & singularis requies Domini, competentiùs assignetur? Etsi dignè ore id exprimi nequeat; corde tamen forsitan piè concipitur: ut, salva quidem in omnibus illius indivisibili simplicitate essentiae, inter gloriae aequalitatem, & substantiae unitatem, velut similis quaedam ei, quae inter consessum & accubitum est, cogitari posse distinctio videatur.

† l. 1. dist. 6.

LOMBARDUS ait: † Ostenditur quoque ex illis verbis, Filium & Spiritum sanctum non esse de nihilo, sed de aliquo: nec tamen de aliqua materiâ.

lib. 1. de Vita [illegible] c. 7 & 8.

¶ De generatione Filii Dei, inquit HONORIUS: † Sapientia dicitur Filius à Patre ante secula genitus, & tamen illi coaeternus: quia, ut Filius intemporaliter est a patre, ita sapientia aeternaliter & substantialiter est a potentiâ. Et quoniam diximus Filium genitum à Patre; & tamen illi coaeternū esse: de illâ genitura aliquid dicamus: illud ante orantes, ne, si invenimus illud, Generationem ejus quis enarrabit? putetur nobis officere. Illud enim dictum est, non quia impossibile est; sed quia difficile est. Pater ergo genuit Filium, id est, divina potentia genuit sapientiam, quam [illegible] providit, qualiter crearet res, & creatas disponeret: & qui ante secula hoc providit, ante secula sapientiam id est Filium genuit: & hoc ex se, non ex alio. Quia neq; alicujus doctrina, neque usûs experientia, sed propria natura hoc scire habuit, ex quo ante fuit (si fas est dicere) de aeterno ex quo scivit, non fuit quin ista sciret. Si ergo aeternus est, quia sapientia aeterna est: sic igitur Pater genuit filium coaeternum, sibi consubstantialem.

* in Iohan. cap. 5.

* lib. 8. in Apoc. c. 18.

RUPERTUS ait: * Neque hanc faciat injuriam Patri; ut dicat eum aliud genuisse, quàm id-ipsum, quod ipse est, qui genuit. Itèm: * Altissimus de corde suo veritatem, verum & bonum Verbum, genuit, ipsumq; incarnari voluit; atque illi homini propter perfectam humilitatis obedientiam potestatem suam vere magnam in caelo & in terra dedit. Et: * Filius, ore Ecclesia catholica, non procedens, sed genitus, rectè dicitur. Et: † Hujus Verbi generationem geminam liber iste Geneseos continet: alteram, quae divinitatis, alteram quae humanitatis est. Divinitatis namque genituram in eo tetigit, quod ait de singulis: Dixit Deus, Fiat, & factum est. Porrò generationem humanitatis in eo liber iste patenter exprimit, quod ad Abraham loquens Deus, Benedicam, inquit, tibi, & multiplicabo semen tuū; & benedicētur in semine tuo.

lib. 11 in Ioh. c. 15.

† lib. 1 in Genes. c. 8.

† lib. 2. Ep. contra Iudaeos c. 1.

PETRUS CLUNIACENSIS ait: † Si enim Deus genuit: quantum ad illum, quem genuit, necessariò Pater est; & Filius Dei, quantum ad illum qui genuit, necessariò Filius est. Sed nolo vos, non credo vos tam stultè, tam insensatè desipere; ut aeternam deitatis generationem carnali generationi, aliqua vel tenui similitudine, comparare intamini. Absit a vobis, absit ab omni intellectu, tam asininus animus; ut aeterna, ut ineffabilis, ut incogitabilis omnipotentis Patris generatio, omnipotentis Filii nativitas, alicui terrenae vel usitatae generationi, seu nativitati, modo quolibet comparetur. Si quid tamen, praeter corporalium generationum similitudines, de tam ineffabili re ab aliquo similitudine trahi potest: sit Dei filius de caelo dicitur genitus; sicut lumen de lumine, radius de sole, splendor ab igne. Hoc breviter dixerim, ô Judaei, ne vel vos intelligatis, vel nos intelligere putetis, insulsè vel bestialiter, nativitatem Filii Dei. Unde hoc propheticum testimonium cogit vos, non juxta quod homo est; sed juxta quod Deus, intelligere & confiteri, Christum esse Filium Dei. Nulli enim hoc homini, nulli enim hoc angelo, nulli hoc prorsus creaturae congruit: ut vel genitus a Deo, vel Dei Filius, quantum ad deitatis naturam pertinet, sentiatur. Quòd-si hoc nulli creaturae, in quantum creatura est, congruit: soli hoc Christo, in quantum Deus est, & de Deo natus est, convenit. Itèm: Dicitur enim Deus generare homines, diligendo, fovendo, provehendo, salvando: dicitur generare pluviam stillas roris, glaciem, gelu, volendo, creando, producendo, constituendo. Sicut igitur, in hoc uno generationis nomine, tam varia & discreta signari, jam (ut existimo) vides: sic in eodem nomine, abstersâ veteri ab oculis tuis caligine, aliud quiddam longè sublimius intuere. Intuere, inquam, id, quod non nisi Deo demonstrari potest: & in verbis illis, quae legis, Dominus dixit ad me, filius meus es tu; ego hodie genui te: nec hanc, nec illam, quae praemissa est generationem; sed naturalem, de essentiâ Patris, Filii Dei nativitatem intellige. Nam, sicut omnipotens creator, pater dicitur pluviae, genuisse dicitur stillas glaciem & gelu, producendo; sicut pater dicitur Israel, sicut genuisse dicitur filios, confovendo: sic Pater scribitur unigeniti Filii sui, sic eum genuisse praedicatur, non aliunde, non ex nihilo, sed ex propria substantia proferendo.

† l. 1. dist. 2.

LOMBARDUS ait: † De hac generatione ineffabili Esajas

ait; * Generationem ejus quis enarrabit? *In libro quoque Sapientiæ æternitas Filii cum Patre monstratur, ubi Sapientia ita loquitur;* † Dominus possedit me ab initio viarum suarum, antequam quicquam faceret, à principio: ab æterno ordinata sum, antequam terra fieret: necdum erant abyssi; & ego jam concepta eram: necdum fontes, necdum montes aut colles, & ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & cardines orbis terræ: quando præparabat cœlos, aderam: quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram, cuncta componens; & delectabar per singulos dies ludens coram eo. *Ecce apertum de æterna genitura testimonium, quod ipsa Sapientia perhibet, se ante Mundum conceptam esse, & parturiri, id est, genitam, & apud Patrem æternaliter existere. Ipsa etiam alibi ait:* * Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. *Micheas quoque Propheta, æternam Verbi generationem, & temporalem ex Maria, simul insinuavit, dicens* † Et tu Bethleem Ephrata parvus es in millibus Juda; ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël, & egressus ejus ab initio à diebus æternitatis. Item: * *Unus unum genuit; & quidem Deus Deum genuit: quia Deus Pater Deum Filium genuit. In Symbolo quoque scriptum est: Lumen de lumine. Deum verum de Deo vero. Quod vero additur; Ergo genuit se Deũ verũ, vel alium Deum: neutrum concedendum esse dicimus. Quod alium Deum nõ genuit, manifestũ est: quia unus tantum Deus est. Quod autem se-ipsum non genuit, ostendit Augustinus in 1. lib. de Trinit. dicens. Qui putant, ejus potentiæ esse Deum, ut se-ipsum ipse genuerit; eo plus errant: quod non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis, neque corporalis creatura. Nulla enim res est, quæ se-ipsam gignat, ut sit: & ideò non est credendũ vel dicendũ, quod Deus genuit se.* Et: *Respondemus determinantes istã propositionẽ, quã sic proponunt: Si Deus Pater genuit Deũ; aut Deũ qui est Deus Pater, aut Deũ qui non est Deus pater. Hoc enim sane & prave intelligi potest; & ideo respondendum est ita. Deus Pater genuit Deum, qui est ipse pater: hoc dicimus esse falsum: & concedimus alteram; scilicet genuit Deum, qui non est Pater; nec tamen genuit alterum Deum: nec ille, qui genitus est, est alius Deus, quam Pater; sed unus Deus cum Patre. Si verò additur; genuit Deum, qui non est Deus Pater: hic distinguimus; quia dupliciter potest intelligi. Genuit Deum, qui non est Deus Pater; scilicet Deum filium, qui Filius non est Pater, qui Deus est. Hic sensus verus est. Si vero intelligatur sic: genuit Deum, qui non est Deus Pater, id est, qui non est Deus, qui Pater est: hic sensus falsus est. Unus enim & idem Deus est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: & è diverso, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, unus est Deus.* Et: *De se alterum a se genuit: non utique alterum Deum, sed alteram personam. Vel, genuit se alterum; id est, genuit alterum, qui hoc est, quod ipse. Nam, etsi alius sit Pater, quam Filius: non est tamen aliud, quàm Filius; sed unum.* Item: † *Catholicis tractatoribus consentientes, dicimus: quod nec Pater genuit divinam essentiam, nec divina essentia genuit divinam essentiam. Hic autem, nomine Essentiæ, intelligimus divinam naturam, quæ communis est tribus personis & tota in singulis. Ideò non est dicendum, quod Pater genuit divinam essentiam: quia, si Pater diceretur genuisse divinam essentiã, divina essentia relativè diceretur ad Patrem, vel pro relativo poneretur. Si autẽ relativè diceretur, vel pro relativo poneretur; non indicaret essentiã. Ut enim ait August. in lib. 5. de Trinit. Quod relativè dicitur, non indicat substantiam. Secunda ratio: Cùm Deus Pater sit divina essentia: si ejus esset genitor; esset utique genitor ejus rei, quæ ipse est. & ita eadem res se-ipsam genuisset. quod Augustin. negat, ut supra ostendimus. Tertia ratio, & potior: Si Pater est genitor essentiæ divinæ: cùm ipse essentia divina sit, & Deus sit eò quòd generat, & est, & Deus est. Ita ergo non illud, quod generatur, est à Patre Deus: sed Pater eò, quod generat & est, & Deus est. & si ita est, non genito gignens, sed gignens genitus causa est, ut & sit, & Deus sit.* Et: *Sicut ergo non genuit sapientiam, qua sapiens est: ita nec essentiam, qua est. Ut enim sapientiâ sapiens est, & potentiâ potens: ita & essentiâ ipse est. Eadem q; sapientia est & potentia, quæ essentia. Patet itaque ex prædictis, quia Pater essentiam divinam non genuit.* Et: *Sapientia de sapientiâ, & substantia de substantia est; id est, Filius, qui est sapientia, qui est substantia, est de Patre, qui est eadem substantia & sapientia: & Filius, qui est divinitas, natus est de Patre, qui est natura divina. Et, ut expressius dicamus, dicimus, Filium sapientiam esse de Patre sapientia: & dicimus, Filium substantiam esse genitum de Patre, & à Patre substantiã.* Et: *Item videtur, quod divina substantia Filium genuerit, & quod Filius sit genitus de substantia Patris; & quod de Deo est natura coæterna; & quod Pater id, quod ipse est, genuit. Id autem, quod ipse est, divina essentia est: & ita putari potest, divinam essentiam genuisse. Vehementer movent nos hæc verba: quæ quomodo intelligenda sint, mallem ab aliis audire, quàm ipse tradere. Ut tamen sine præjudicio atque temeritate loquar; ex hoc sensu dicta possunt accipi: Natura coæterna de Deo est, id est, Filius coæternus Patri de Patre est: & ita quod est eadem cum eo natura, vel ejusdem naturæ.* Et: *Similiter Filius natus est de substantia Patris, vel Pater genuit Filium de sua natura sive essentia: id est, de se, natura & essentia, genuit Filium ejusdem substantiæ, & qui est eadem essentia ac natura. Similiter expone illud; Filius substantia Patris, & Filius Patris substantia: id est, qui est ejus substantia, cum quo & Filius eadem substantia est: quia consubstantialis est Patri Filius. Et hoc sensu adjuvatur ex verbis Augustini, qui in lib. 5. de Trinitate ait: Tres personas ejusdem essentiæ, vel tres personas unam essentiam dicimus. Tres autem personas ex eadem essentia non dicimus: quasi aliud ibi sit, quod essentia est, aliud, quod persona. His verbis ostenditur, non esse dicendum, personam esse ex essentia; nisi ex sensu prædicto.* Et: * *Dicamus ergo, quia Pater, sicut sapiens, ita volens, genuit Filium: sed non voluntate præcedente, vel accedente.* Et: * *Dicamus ergo, Filium natum de Patre ante tempora; & semper nasci de Patre: sed congruentiùs semper natum, & eundem fateamur ab æterno esse, & Patri coæternum, id est, autore. Pater enim, generatione, auctor Filii est: ut in sequentibus ostendetur. Ut ergo Pater est æternus: ita & Filius æternus est. Sed Pater sine authore; Filius vero non: quia Pater innascibilis; Filius natus.*

RICHARDUS ait: † *Sed notandum, quoniam, quòd dicitur Filius ab Apostolo figura paternæ substantiæ; idem valet, ac si diceretur, figura ingenitæ personæ. Si Patrem dicis; si ingenitam substantiam, si ingenitam personam nominas: eandem procul dubio personam designas. Procul dubio nihil aliud est Patris persona, quam substantia ingenita: nihil aliud Filii persona, quam substantia genita.*

¶ Unigenitus est Filius ille Dei. RUPERTUS: † *Deus alium unigenitum non habet, nec alium mittet: quia iste unigenitus est.* Et: † *Nos autem dicimus & sapimus, docemus & docemus, quòd Filius non est ingenitus, nec ingeniti pars ullo modo, neque ex alio subjecto: sed quoniam voluntate & consilio substitit ante tempora, & ante secula plenus Deus, unigenitus, inconvertibilis. & antequam generaretur aut crearetur, non erat, aut prædefinaretur, aut fundaretur: ingenitus enim non erat.* Et: * *Unus est Filius primogenitus & unigenitus, non, uti nos, gratiæ, sed solus naturæ filius: cui convenit dicere, Pater mi: & nusquam legitur dixisse, Pater noster, sicut nos oportet.*

¶ Persona à Patre distincta. RUPERTUS: † *Nomen Domini est in me: excepto illo, quòd ille Pater; & ego sum Filius: & ego sum genitus, & ille genitor. Quodcunque ejus est nomen, in me est: & æque, ut ille, nuncupor Dominus Deus omnipotens, increatus, immensus, æternus; & quodcunque aliud nomen de Deo vero prædicatur.*

LOMBARDUS: † *Licèt, secundum quod Verbum, non sit hoc, quod Pater est: ea tamen proprietas, qua Verbum est, est id, quod Pater est, id est, divina essentia; sed non est hypostasis Patris.*

¶ Filius est in Patre. BERNHARDUS: * *Ego in Patre, ait Filius; & Pater in me est. Non potuit expressius substantiæ unitas commendari. Ubi enim uterque in altero; nihil quasi exterius liceat, nihil interius cogitari: simplicissimam magis credi necesse est, in ambobus, substantiæ unitatem. Veruntamen aliquatenus huic simile est, quod dicitur:* † Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. *Nisi quod hic quidem spiritualis quædam unio; secundum quod supra memoravimus: qui adhæret Deo, non quidem unum, id est, non una substantia, sed unus spiritus est. Illic vero naturalis potius, & substantialis unitas designatur. Unde & habes in Evangelio:* * Ego & Pater unum sumus.

¶ Filius est ubique. HILDEGARDIS: * *Cùm Filius Dei apud homines in mundo esset, apud Deum etiam in cœlo fuit: & nunc in cœlo manens apud homines etiam manet in terra. Sed hoc spirituale non carnale est.*

¶ Quod sit natura Deus, HONORIUS ait * *Dominus*

noster

Marginal notes: * c. 53. v. 8. † Prov. 8. v. 22. & c. * Syr. 24. v. 5. † c. 5. v. 2. * l. 1. dist. 4. † Dist. 5. * Dist. 6. * Dist. 9. † Lib. 6. de Trin. c. 22. † Lib. 4. in Amos. 8. † Lib. 1. de Sancta Trin. cap. 7. * Lib. 5. in Matth. 6. † in Ioh. c. 4. † L. 1. dist. 33. * Serm. 5. de verbis Esa. Vidi Dominum. † 1 Ioh. 4. v. 16. * Iohan. 10. v. 30. * L. 2. Visio. 6. * in Eccles. Sal.

Jesus Christus, naturaliter solus est Dei Filius, & solus descendit Deus de cœlis, ad redimendum genus humanum. Iste solus proprius & naturalis Filius; cæteri verò omnes sunt adoptivi & idcirco fratres ejus non naturâ, sed gratiâ.

RUPERTUS: Secundum S. Johannis Evangelii tutissimam fidem, Verbum Dei Deum esse credimus; & confitemur, Deo, apud quem erat in principio, consubstantialem. Credentes autem & confitentes, adoramus cum Patre & Spiritu sancto hunc Deum, gratias agentes, quia meruimus nôsse eum: quia videlicet cognitio ejus magnum habet præmium. Scriptum est enim de viro justo, qui per fidem eum cognovit: † Protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

BERNHARDUS inquit: † Dei Filium necesse est Deum esse. Nam & filios hominum, homines: & ipsorum quoque animalium fœtus, ex eodem cum eis genere esse, nemo est qui dubitat. Et: † Nimirum, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis, non umbratice; sed corporaliter: in quo Deus est, Mundum reconcilians sibi, non figurativè, sed substantialiter: qui denique plenus est gratiæ & veritatis, non cooperative; sed personaliter. Item: * Quod is, qui nostrum se profitetur mediatorem ad Deum, Dei Filius est & Deus est. Et: † Candor est vitæ æternæ, splendor & figura substantiæ Dei; postremo super omnia Deus benedictus in secula. Itèm: * Domine, quis similis tibi? Quis nisi splendor & figura substantiæ tuæ? Quis, nisi imago tua? Solus in forma tua, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem tibi, altissimus Altissimi Filius. Quomodo non æqualis? Etiam unum estis ipse & tu. Sedet ille à dextris tuis, non sub pedibus.

PETRUS CLUNIACENSIS ait: * Non erat Dei Filius, ut illi, de quibus scribitur; † Filios genui, & exaltavi. Non ut illi, de quibus Apostolus Johannes, * Charissimi, filii Dei sumus; & nondum apparuit quid erimus. Non erat (inquam) Dei Filius, ut illi, per gratiam; sed erat Dei Filius per naturam: teste ipso Patre, & de cœlis clamante; * Hic est filius meus dilectus. Et quia per naturam erat Dei Filius; utique certa ratione cogente, erat etiam Deus. Non enim poterat ex essentia Patris gigni aut procedere, nisi quod erat ipse. Et ideo ex Deo genitus, erat veritate indubia & cogente & Deus. Huic omnia deitatis opera, quæ faciebat, verax testimonium ferebant. Itèm: Sed tene, Lector, constanti memoriâ, quod sæpe jam præmisi: quia, quotiens Salvator se in Evangeliis Christum vocat, aut confitentium sententias laudat, toties se Dei Filium & [illegible] clamat. Sic & quotiens se Dei filium dixit; toties nos, quòd Christus & Deus sit instituit. Christus enim necessaria ratione Dei Filius est: quia ab illo Dei filio humana caro suscepta est. Et rursum, Dei Filius Deus est: quia, ut dixi, ex Patre, qui Deus est, natus est. Quâ veritatis copulâ te sentire volo, totiens se Christum professum esse Deum, quotiens se professus est aut Christum, aut Filium Dei. Hoc modo, hac de causa eum se sic nominâsse, Deum intellige; quando, ut præmissum est, Judæis dixit: * Est pater meus, qui glorificat me; quem vos dicitis, quia Deus vester est. Vigilo enim contra illos, qui dicunt vel sentiunt, Christum quidem esse Deum, sed nunquam in Evangeliis se clare professum Deum. Itèm: Hoc, ut nosti, quærebas, hoc exigebas, ubi se in Evangeliis Christum diceret, ubi se Dei Filium, & maximè Deum, nominaret? Ecce audis eum, Principi sacerdotum, si ipse esset Christus Dei Filius, interroganti, non per involucra, sed apertè & sine tegmine respondentem; Ego sum. Qui ergo se Christum, & Dei Filium esse, respondit, utique simul & Deum se professus est. Nam (sicut sæpè supra dixi: quod idcirco totiens itero, ne longâ disputatione mentem [illegible]) non potuit se confiteri Christum, aut Dei filium, quin confiteretur & Deum. Qua ratione istud supra dictum est. Jam postquam dixit, Ego sum: quibus statim verbis se Deum esse confirmet, attende. Videbitis, ait * Filium hominis à dextris sedentem virtutis & venientem in nubibus cœli.

RICHARDUS de S. Victore ait: * Gratia & pax, ab eo qui est, qui erat, & qui venturus est. Qui essentialiter coæternus [illegible]: qui erat cum Patre in creatione Mundi: qui venturus est cum gloria Patris in die judicii. Qui est, per incommutabilitatem æternitatis: qui erat per potentiam creationis: qui venturus est, per justitiam retributionis. Qui est, quia super omnia Deus benedictus in secula idem subsistit: qui erat, quia de nihilo cuncta creavit: qui venturus est, quia vivos & mortuos in fine judicabit.

¶ Co[illegible]alis & coæqualis est Filius Patri, RUPERTO teste, qui inquit: † Est autem Patri compar Filius; quia videlicet in Trinitate, omnium creatrice & gubernatrice, nihil omnino dispar est. Itèm: * Ego & Pater unum sumus. Intelligitur procul dubio, Patris & Filii esse unam divinitatem, unam eandemque omnipotentiam, unam substantiam, unam naturam: quod Græcè [illegible] dicitur: quodque, confitentes nos, rectè Homousiani dicimur. Itèm: Per Unum, substantiæ unitas; per Sumus, personarum pluralitas, exprimitur. Itèm: * Dei Filium Jesum Christum, æquè ut Patrem ejus, Deum esse Dominum Deum exercituum, Spiritus sanctus per os Prophetarum testificatur. Et: * Æqualis Patri Filius est, cui Pater dedit vitam habere in semetipso: id est, quem ipsi vivificare mortuos de semet ipso. Et quia multum laboris illi impositum; pluresque in vivificando mortuis persona Filii laboravit. Filius hominis; id est, homo factus est solus in persona sua Filius Dei. Idcirco potestatem quoque dedit ei judicium faciendi. Et: † Non aliud sum ego; & aliud Pater: non aliud, licet alius. quia non dissimilis qualitate, sed æqualis quantitate: non diversus habitu, non remotus loco, non tempore posterior. sed omne quod pater, hoc & filius est: nisi hoc tantùm, quod ille solus Pater, & non Filius est: ego autem solum Filius, & non Pater. Et: † Deus, Dominus omnipotens, invisibilis, increatus, immensus, æternus, & quicquid de Deo substantialiter prædicatur: ut hoc solum de nomine intersit, quod ad illum relativè Pater, ille ad Patrem relative dicitur Filius, cum ejusdem dignitatis significatione. Et: † Nam Filius, etsi genitus vel natus est; nec uno tamen puncto sive atomo junior est Patre suo, antiquo dierum.

* Serm. 2. super Cant. — * 1 Corinth. 11. — * de Consid. lib. 5. — * Tract. de Grad. Humil. — * Lib. 3. Epist. — * Ibid. 2. — * Lib. 5. Ep. 1. — * Gal. 4. v. 4. — * Psal. 109. v. 3. — * Lib. 2. contra Jud. c. 2. — * cap. 3. — * Lib. 3. dist. 2. — * Dist. 5. — * Dist. 12. — * Lib. 1. de Emanuele cap. 10.

P[illegible] C[illegible] ait: * *Dominum etiam, cu[illegible] in una ea[illegible] majestate cum Patre Deus. [illegible] descendit & [illegible] formam servi accepit: pauperem [illegible] putativum elegit. de utero Virginis paupercula. & quæstuariæ in diversorio natus, pannis involutus, [illegible] præsepiolo collocatum, pastoribus & humilibus primò manifestatus.*

¶ De [illegible] ne Christi, inquit LOMBARDUS: * *[illegible] quæritur etiam de Carne Verbi; an, priusquam conciperetur, ab[illegible] fuerit peccato? an & talis assumpta fuerit a Verbo? Sa[illegible] potest. & [illegible] oportet. juxta Sanctorum attestationis convenientiam; ipsam prius peccato fuisse obnoxiam, sicut [illegible] Virginis caro: sed Spiritus sancti operatione ita mundatam, ut ab omni peccati contagione immunis, uniretur Verbo: pœna tantùm, non necessitate; sed voluntate assumentis, remanente.* Et: *Assumpsit enim Verbum carnem peccatrici similem, in pœnâ, & non in culpa. & ideo non peccatricem. Cætera vero hominum omnis caro peccati est. Sola illius non est caro peccati: quia non eum mater concupiscentiâ, sed gratiâ concepit. Habet tamen similitudinem carnis peccati, per passibilitatem & mortalitatem: quia esuriit, sitiit & hujusmodi. Licèt ergo eadem caro sit ejus, quæ & nostra: non tamen ita facta est in utero, sicut nostra. [illegible] enim sanctificata in utero, & nata sine peccato: & nec ipse in illa unquam peccavit. In pœna ergo similis est nostræ, non in qualitate peccati: quia pollutionem, quæ ex concupiscentiæ motu concepta est, omnino non habuit, nec ex carnali [illegible] natæ est.*

¶ De privilegio Mariæ in conceptione, BERNHARDUS ait: * *Virgo peperit, & post partum inviolata permansit: fœcunditatem prolis cum carnis integritate, & gaudium matris habens cum virginitatis honore.* Item: * *Multo magis autem sola sine corruptione suscepit, sine gravamine tulit, sine dolore [illegible] parturivit.*

¶ De duabus voluntatibus Christi, LOMBARDUS ait: † *[illegible] intelligendum non est, diversas in Christo fuisse voluntates, juxta duas naturas: divinam scilicet voluntatem, & humanam.* Item: *Dei etiam voluntas erat, & rationis placitum, ut illud, secundum carnem vellet, quatenus veritas humanitatis in eo probaretur. Nam, qui hominis naturam suscepit quæ ipsi [illegible] sunt subire debuit. Ideo, sicut in nobis duplex est affectus, mentis scilicet & sensualitatis: ita & in eo debuit esse geminus affectus: ut mentis affectu vellet mori; & sensualitatis affectu nollet. sicut & in viris sanctis sit. Petro enim ipsa Veritas dicit:* * Cum tenueris, extendes manus tuas, & alius præcinget te, & ducet te, quò non vis [illegible] cet ad mortem. *Quod exponens Augustinus, dicit: Quod Petrus ad illam molestiam nolens est ductus, volens ad eam venit; sed volens eam vicit, & reliquit affectum infirmitatis quo nemo vult mori [illegible] adeò est naturalis, ut eum Petro nec senectus abstulerit. Unde etiam Dominus a[illegible]* † Transeat à me calix iste. *sed vicit enim [illegible] amoris. Ergo & in Christo, secundum humanitatem, & in membris ejus, geminus est affectus: unus rationis, charitate informatus, quo propter Deum [illegible] mori vult; alter sensualitatis, carnis infirmitati propinqu[illegible] [illegible] connexus quo mors refugitur. Ut enim Augustinus ait [illegible] mentis ratione cupit dissolvi, & esse cum Christo. sensu autem [illegible] refugit & renuit. Hoc [illegible] naturalis affectus, quoniam qui diligit vitam odit mortem. Secundum [illegible] affectum, Christus mori noluit, nec obtinuit. quod [illegible] [illegible] affectum petiit.*

¶ Quomodo Christo data sit omnis potestas. PETRUS CLUNIACENSIS: * *Quod si te forte movet, quod dicit, sibi datam omnem potestatem, quæ sonon moveat quia certa est causa [illegible] istud movere non debet. Si enim hoc, juxta quod Deus est, [illegible] voluerit. potestas hæc [illegible] data est, quando a Patre Deo æter[illegible] [illegible] est. Si vero hoc juxta quod homo est, hic accipere [illegible] quod fortè hic propensius sentiendum est: intellige hanc [illegible] homini datam. causa ineffabilis unitionis illius; quæ [illegible] simul & humanitate in unam Christi personam conveniens [illegible] anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo Christus. De qua potestate homini illi data habes Patrem [illegible] loquentem ad Filium:* * Postula a me, & dabo [illegible] hæreditatem tuam, & possessionem tuam ter[illegible] *Juxta hoc donum, à Deo homini datum, dicere [illegible] Christus [illegible]: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. [illegible] mavis. Nihil enim eligere potest, quod idem non [illegible] [illegible] secundum deitatem æternaliter, aut secundum [illegible] tem temporaliter, data est Christo omnis potestas in cælo & i[illegible]. Quod [illegible] ergo ex hoc modo, sibi potestatem in cælo & in terra [illegible] datam dicat; Deum se fatetur, Deum se prædicat.*

RICH[illegible]DUS ait: * *Potestatem, quam habet secundum divinitatem per naturam; illam habet secundum humanitatem per gratiam.*

¶ Hominem Christum etiam adorandum, docet LOMBARDUS: † *Aliis autem placet, Christi humanitatem unâ adoratione cum Verbo esse adorandam: non propter se, sed propter illum [illegible] [illegible]abellum est, cui est unita. Neque ipsa humanitas sola vel nuda; sed cum Verbo, cui est unita: nec propter se, sed propter illum cui est unita, est adoranda. Nec, qui hoc facit, idololatriæ reus judicari potest: quia nec soli creaturæ, nec propter ipsam, sed creatori cum humanitate, & in humanitate, sua servit.*

PETRUS CLUNIACENSIS: * *Hujusmodi deitatis honorem, nec ipse homo a Deo assumptus habuisset, nisi cum eo una eademque persona fuisset. Sed quia ipse dicit;* * Cœlum mihi [illegible] des, terra autem scabellum pedum meorum. *& Ps[illegible] præcipit,* * Adorate scabellum pedum ejus; quoniam [illegible] ctum est: *terram corporis nostri in Dei Filio adoramus. neque ut aliquid ab ipso cenatum [illegible] ipsi ita unitum ut [illegible] natura propria, idem quod ipse [illegible] hon[illegible] Deo debito venerimur. Adoramus igitur hac adoratione Christum, non tantum Dei, sed hominis filium.*

¶ Christus eadē opera facit, quæ Pater. RUPERTUS: † *Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Hæc ipsa facit, quæ Pater facit; & non alia: & non partem aliquam ex eis, sed omnia: & quod non dissimiliter; sed similiter: id est, quod, Patre faciente per naturalem omnipotentiam, non faciat Filius per accidentalem, vel indultam sibi gratiam: quod, Patre faciente impassibiliter, non faciat Filius passibiliter: quod, Patre faciente inconvertibili imperio, non faciat Filius convertibili artificio.*

De differentia operum Christi & Sanctorum, inquit PETRUS CLUNIACENSIS: † *Nam nō erant ejus opera similia operibus hominum; non erant ejus miracula paria Prophetarum miraculis. Non erāt certe paria: quia longe excellentius erant majora. Miranda quidem opera, & miracula quamplurima fecerant ipsi: sed ut homines, quod datum fuerat, erogabant: nihil ex se faciendo, sed quæ faciebant, a Deo precibus impetrando. At ejus opera, non ex aliena; sed ex propria procedebant virtute: utpote qui nihil precibus vel alterius egens auxilio, operabatur; sed totum, quod aut in spiritualibus, aut in corporalibus impendebat [illegible] in potentia largiebatur. Hoc modo opera sua, vel miracula, ab aliorum hominum operibus vel miraculis secernebat: non solum [illegible] faciens, ut Deus, quæ voluit; sed etiam aliis eadem faciendi potestatem largiens prout voluit. Perhibebant ergo tali modo opera ejus testimonium de ipso, quòd Christus, quòd Dei filius, quod Deus esset. & hoc etiam ipso tacente non [illegible], quàm loquente, Judæis, Gentibus, cælo quoque & terræ clamabant.*

¶ Quomodo ad nos venerit, BERNHARDUS ait: † *Non modò ad nos; sed propter nos venit: qui bonorum nostrorum non eget.* Item: * *In terris denique visus, & cum hominibus conversatus, medius nostrûm, quem nesciebamus, stetit: verus quidem Emanuel, Nobiscum-Deus, nobiscum stans; sed pro patre. Quod enim nobiscum stetit, adjutorium: quòd pro Patre stetit, zelum designat. Paternam namque, quærebat in omnibus gloriam; cujus & venerat facere voluntatem. Cæterum, [illegible] pendentem consideres, si Christum, [illegible] hunc crucifixum, attendas: ubi maxime evidentissime, eum sub Patre reperies. Hoc enim propriè ac specialiter ad humanæ pertinuit naturæ humilitatem. secundùm quam ipse ait:* * Pater major me est. *Diceréne audebimus, quod aliquando etiam fuerit sine Patre? Nemo id præsumeret, si non prior ipse dixisset:* † Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? *Quasi quædam enim ibi derelictio fuit: ubi nulla fuit, [illegible] tanta necessitate, virtutis exhibitio, nulla ostensio majestatis. Habemus itaque Christum ex Patre nascentem, in Patre [illegible]antem, cum Patre sedentem, a Patre ambulantem, pro Patre stantem, sub Patre pendentem, sine Patre quodammodò morientem.*

Item. * *Venit in Angelis, accelerat in Patriarchis, appropinquat in Prophetis, adest in Carne, respicit in Miraculis, absconditur in Apostolis. Vel sic: Venit affectu & studio miserendi, accelerat subveniendi zelo; appropinquat humiliatione semet-ipsum, adest præsentibus: prospicit in futuros; loquitur docens & judicans de re[illegible] [illegible]so Dei. Sic [illegible] ergo est adve[illegible] [illegible]. Benedictiones & diva[illegible]*

salutis cum eo; & universa, quæ de ipso sunt, affluunt deliciis, redundantia certò jucundis ac salutaribus sacramentis.

DE MESSIA.

RUPERTUS inquit: * *Christus nuncupatur Hebraicè Messias; Græcè Christus; Latinè dicitur Unctus. quia ipse plenitudine solus sic unctus est, ut peculiariter ungere alios, & facere possit adoptionis filios: & a se, qui principaliter unctus est, unctos, id est, a Christo vocari faciat Christianos.* Et: * *Messias Hebraicè, Christus Græcè; Unctus dicitur Latinè. Unctus est autem regali pariter & sacerdotali gratiæ plenitudine: unctus præ consortibus suis, id est, præ cunctis filiis hominum.*

LOMBARDUS ait: † *Erit hoc nomen, scilicet Christus, non persona ipsius; sed nomen, secundùm ipsos, compositæ naturæ. Nos autem Christum non unius compositæ naturæ dogmatizamus: & hoc nomen, scilicet Christus, personæ dicimus, non μονοτρόπως, id est, uno modo dictum, sed duarum naturarum esse significativum, scilicet deitatis & humanitatis. Ex deitate autem & humanitate, Deum perfectum & Hominem perfectum, eundem & esse, & dici, ex duabus & in duabus naturis, confitemur. Sic ergo dicitur aliud esse, Filius Dei, aliud, Filius hominis: quia alterius est substantiæ vel naturæ, in quantum est Filius Dei; & alterius, in quantum est Filius hominis: non quod ipse Filius Dei & hominis sit duo illa diversa, id est, duæ diversæ naturæ.*

¶ Cur dicatur *Verbum*. RICHARDUS: † *Absque dubio una eademque veritas corde concipitur; verbo profertur; auditione addiscitur. Verbum esse habet ex solo corde: auditio autem ab utroque. Quoniam ergo verbum de solo corde procedit, & per ipsum cordis sagacitas innotescit: rectè, a simili, Dei Filius Verbum dicitur; per quem paterna claritas manifestatur. In Patre, omnis veritatis conceptio: in ejus Verbo, omnis veritatis prolatio: in Spiritu sancto, omnis veritatis auditio; juxta hoc quod in Evangelio legitur de ipso:* * Non enim loquetur à semet-ipso, sed quæcunque audiet, loquetur. *Non igitur Pater potest dici Verbum, qui non est ab aliquo: sed nec Spiritus sanctus, qui non est ab uno solo: sed solus filius, qui est ab uno solo, à quo emanat omnis veritatis manifestatio.*

¶ *Jesus*. RUPERTUS: * *Jesus Nazarenus, Salvator sanctus. Hoc nomen Verbum Deus extunc habuit, ex quo caro vel homo factus est, sed causa, cur facto homini tale nomen impositum est, non ex naturâ humanâ, sed ex divinâ virtute pendet. Unde enim nos salvat, aut salvator noster est: nisi ex eo, quòd non homo tantùm; sed etiam Deus est? Quid Judas tribuunt Christo, vocantes eum Jesum Nazarenum?*

BERNHARDUS inquit: * *Jesus interpretatur salvator. Quid tam necessarium perdito? quid tam optabile misero? quid tam utile desperato?* Itèm: † *Ipse enim Jesus, qui dulcis est in voce, dulcis in facie, dulcis in nomine, dulcis in opere; dulcior apparebit in deitatis visione. Verè dulcis in voce; de cujus ore lac & mel procedit: diffusa est enim gratia in labiis suis. Verè dulcis in facie: speciosus enim est, non solùm præ filiis hominum, sed etiam præ millibus angelorum. Verè dulcis est in nomine: dulce enim nomen & suave* JESUS, *consecratum ab æterno, nunciatum ab angelo, prophetatum Salomonis oraculo; qui ait:* * Oleum effusum nomen tuum. *Non autem aliud nomen est, in quo salvari oporteat. Ipse enim salus est, qui salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Dulcis in opere: in celebratis miraculis; in peccatoribus conversis; in sacramento preciosæ mortis, quod humana blanditur infirmitati. In hoc enim charitas præfulsit; pietas magis emicuit; gratia plùs radiavit. Cæterùm longè dulcior erit in deitatis visione: quando manifestabit se-ipsum, residens super solium præ omnibus excelsum. Tunc satiabitur desiderium nostrum, quod Propheta desiderans ajebat:* * Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea; faciem tuam, Domine, requiram. † Quid enim mihi est in cœlo, & a te quid volui super terram? *Et alibi.* * Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. *Unde preciosior dicitur faciei visio, quam speculi frequens imaginatio.*

JOHANNES SALISBERIENSIS. † *Jesum, qui præfigurabatur, indubitanter esse Filium Dei vivi, hominem verum, judicem omnium, regem æternum, remuneratorem sperantium in se, autorem vitæ, æternæ beatitudinis ex gratia largitorem.*

¶ *Salvator*. R[illegible]: * *Nomen Salvatoris æquivocum. Dicti sunt Salvatores, quia populum Dei, qui periret, salvarunt.* Et: * *Ex hoc ipso nomine, quod est* JESUS, *ex ipsâ causâ nominis, quia est, Salvare a peccatis, quod facere est solius Dei, Deus esse asseritur, Deus verus esse cognoscitur.*

¶ *Rex*. RUPERTUS: † *Christus Rex, qui non ab hominibus fit; sed homines ad regnum suum colligit: non Reges de soliis suis ejicit, ut sedeat ipse pro illis, sed cupiditatem evertit, & charitatem construit in cordibus nostris.*

¶ *Aurum*. BERNHARDUS: * *Sed melius pallens aurum, quam fulgens aurichalcum. & quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Aurum Verbum, aurum Sapientia est. Hoc aurum semet-ipsum decoloravit, abscondens formam Dei; & formam servi prætendens.*

¶ *Cibus*. RUPERTUS: * *Christus, ut cibus, per quem homo periit, oppositum cibum daret, præcedente merito humanitatis & fidei, præcepto Patris, adversus lignum scientiæ boni & mali, ipse fructus vitæ æternæ, in ligno crucis pendere voluit; & per passionem mortis, mortuorum simul & vivorum cibus fieri, ut suo quisque modo comederent eum tam mortui, quam vivi.*

¶ *Lignum vitæ*. RUPERTUS: † *Christus lignum vitæ est: cujus & in cœlesti paradiso visione, & in præsenti Ecclesiæ corpore sancto reficiuntur animæ.*

¶ *Filius hominis*. RUPERTUS: * *Quòd Christus filius hominis est, hoc naturæ: cum Angelus dicitur, hoc officii est.*

BERNHARDUS: † *Quid est Filius hominis, nisi nomen assumptæ carnis?*

¶ *Pastor*. RUPERTUS: * *Christus pastor bonus, non aliunde, quam quia Deus est: & est pastor bonus, non ex accidenti dono; sed essentialiter bonus.* Et: † *Christus pastor, pascens populum suum gregem hæreditatis suæ, pro quo mori dignatus, & quem acquisivit sanguine suo.*

¶ *Rex, atque Sacerdos*. RUPERTUS: * *Christus interpretatur Unctus: & prædicatur unctus Rex; unctus Sacerdos. Rex & sacerdos, qui patribus suis jure successit; patri regi, patri sacerdoti: Regi David, Abrahæ Sacerdoti.*

¶ *Sacrificium*. RUPERTUS: † *Ipse non solùm sacrificium, & sacrificii pontifex est; verum etiam & templum.* Et: * *Sacerdos & hostia ipse Christus est, ipse vitulus, ipse aries, ipse est hircus, sed diverso respectu.*

¶ De nomine, quod datum est Christo, LOMBARDUS inquit: * *Nec tantùm gloriam impassibilitatis & immortalitatis meruit, sed etiam meruit sibi donari nomen, quod est super omne nomen; scilicet honorificentiam, quòd vocatur Deus. Hoc tamen nomen ante mortem habuit. Habuit enim hoc nomen Dei Filius, in quantum Deus est, ab æterno, per naturam: in quantum verò homo factus est, habuit ex tempore, per gratiam. Veruntamen Augustinus dicit, Homini donatum esse illud nomen; non Deo: quia illud nomen habuit, cùm in formâ Dei tantum erat. Sed cùm dicitur,* * Propter quod illum exaltavit, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen; *satis apparet, propter quid exaltaverit, id est, propter obedientiam; & in quâ formâ exaltatus sit. In qua enim forma crucifixus est; in eâ exaltatus, & in eâ donatum est ei nomen: ut cum ipsâ formâ servi nominaretur Unigenitus Filius Dei. Hoc illi donatum est, ut homini; quod jam habebat idem ipse Deus. Hoc ergo per gratiam accepit, ut ipse ens homo, vel subsistens in forma servi, id est, in anima & carne, nominetur & sit Deus. Sed numquid hoc tunc meruit? Supra enim dictum est, quia hoc tantum bonum homo ille non meruit. Quomodo ergo hic dicitur, Propter obedientiam donatum est ei hoc nomen? Secundum tropum illum, in Scriptura celeberrimum, hoc capiendum est; quo dicitur tunc fieri, quando innotescit. Post resurrectionem verò quod antè erat, in evidenti positum est; ut scirent homines & dæmones. Manifestationem ergo illius nominis, donavit ei Deus, post resurrectionem: sed illam meruit per obedientiam passionis; quia eò quod obedivit patiendo, exaltatus est in [illegible] & per hoc manifestatum est nomen. Hoc eodem tropo usus est etiam Dominus post resurrectionem, dicens:* * Data est mihi omnis potestas in cœlo & terrâ. *non quòd tunc primo acceperit: sed quam ante habebat, tunc manifestata est potestas. Cæterum Ambrosius dicit, nomen illud donatum esse Deo non homini: & videtur, secundum verborum superficiem, oppositus Augustino. Sed intelligentia non obviat, licet contrarium sonat. Nam Ambrosius de naturali donatione id dictum intellexit; quâ æternaliter Pater generando dedit Filio nomen, quod*

est super omne nomen, scilicet esse Deum per naturam: quia genuit ab aeterno Filium plenum, & sibi aequalem Deum. Quod tamen nomen Apostolus, propter passionis obedientiam, Christo donatum dicit. Sed praemisso locutionis modo accipiendum est.

BERNHARDUS: * Et vocabitur nomen ejus admirabilis, consiliarius. Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.] Admirabilis est, in nativitate, Consiliarius, in praedicatione, Deus, in operatione, Fortis, in passione, Pater futuri seculi, in resurrectione, Princeps pacis, in perpetua beatitudine. Haec etiam nomina possunt ei congrue assignari, in opere nostrae salutis. Nam primo dicitur Admirabilis, in conversione nostrae voluntatis; quia mutatio est solius dextrae Excelsi. Postmodum dicitur Consiliarius, in revelatione suae voluntatis, quando revelat, quid sequendum sit jam conversis. Unde Paulus conversus dicebat: * Domine, quid me vis facere? Conversi autem necesse est compungantur, pro praeteritis delictis: in quorum remissione dicitur Deus; cujus tantùm est, peccata remittere. Hinc est, quòd Salvatore nostro in terra remittente peccata, Judaei dicunt eum blasphemare; quasi qui assumeret sibi, quod erat solius Dei. Quarto dicitur Fortis. Juxta sententiam enim Apostoli, * necesse est, ut omnes, qui piè volunt vivere in CHRISTO JESU, persecutionem patiantur. Sed quis sustineret, nisi ille juvaret? Unde David: * Nisi quia Dominus adjuvit me; paulò minùs habitâsset in inferno anima mea. Cùm ergo nos in tribulatione protegit, cùm ipsas aëreas potestates arcet a nobis ac repellit: quid aliud in hoc opere dici potest, nisi fortis? Unde dictum est. * Dominus fortis & potens, Dominus potens in praelio. Et quoniam ipsa conversio & vita nostra in Christo agenda est, non intuitu temporalium rerum; sed spe futurorum bonorum: ideo quinto loco ponitur, Pater futuri seculi. Pater scilicet, in regeneratione corporum nostrorum. Quia vero omnes quidem resurgemus; sed non omnes immutabimur: ut discernas immutationem justorum in iniquorum resurrectione; ponitur sexto loco, Princeps pacis, quâ obtentâ, tota perfectio impletur: nec jam ultra aliud quicquam appetendum relinquitur. Ipsa est enim, in cujus exsultatione concinit Psalmista, dicens: * Lauda Jerusalem Dominum.

¶ Emmanuel. BERNHARDUS: * Emmanuel, quod interpretatur Nobiscum Deus. Noli fugere Adam, quia nobiscum Deus. Nobiscum in carnis similitudine; nobiscum in utilitate. Propter nos venit, tanquam unus ex nobis, similis nobis, passibilis.

¶ Virtus Dei. BERNHARDUS: * Aliter Christus quippe fortitudo, vel virtus Dei dicitur; aliter angelus. Angelus enim tantum nuncupativè; Christus autem etiam substantivè. Christus Dei virtus & dicitur, & est: qui a forti armato, qui suum atrium in pace custodire solebat, fortior superveniens, ipsum suo brachio debellavit, & sic ei vasa captivitatis potenter eripuit. Angelus vero, fortitudo Dei appellatus est, vel quòd hujuscemodi meruerit praerogativam officii, quo ejusdem nuntiaret adventum virtutis: vel quia Virginem naturâ pavidam, simplicem, verecundam, de miraculi novitate ne expavesceret, confortare deberet.

¶ Dominus. BERNHARDUS: † Hoc est, inquit, nomen, quod vocabunt eum; Dominus justus noster. Nomen potentiae est. Itèm: Et vocabitur nomen ejus Emmanuel. Pietatem insinuat. Item ipse de se: Vos vocatis me, ait, Magister, & Domine. Primum gratia est, secundum majestatis. Non enim minùs pium est, docere animum scientiam; quam praebere escam corpori. Itèm: * Qui enim descendit, ipse est, qui & ascendit hodierna die super omnes coelos; ut adimpleret omnia. Jam enim cum se dominum universorum, quae sunt in terris, & in mari, & in infernis, probâsset: non restabat; nisi ut aëris & coelorum se esse dominum, argumentis fidelibus, vel certè potioribus, approbaret. Terra enim cognovit Dominum: quia ad vocem virtutis ejus, cùm clamasset magna voce, Lazare veni foràs; mortuum reddidit. Cognovit mare: quia solidum se praebuit sub pedibus ejus, itaut Apostoli eum putarent phantasma esse. Cognovit infernum: cujus ipse portas aereas & vectes ferreos confregit; ubi & ligavit illum insatiabilem homicidam, qui vocatur Diabolus & Satanas. Profectò, qui mortuos suscitavit, leprosos mundavit, caecos illuminavit, claudos firmavit, & omnes exsufflavit infirmitates, Dominus omnium fuit; & iisdem manibus, quae fecerat, quae defecerant, reficiebat. Sic & qui in ore piscis cum ipso pisce staterem inveniri praedixit, patet procul dubio, quia maris, & omnium quae in mari moventur dominus fuit. Qui verò traduxit aereas potestates & affixit eas cruci suae, claret; quia super infernales officinas potestatem accepit.

¶ Quomodo Messias sit praedictus, BERNHARDUS docet: † Qui verò praesciebant ipsi & praedicebant, Christum in carne venturum; & cum ipso pacem. Unde quidam eorum: Et pax erit, inquit, in terrâ nostrâ, cùm venerit. Imo per ipsum Dei gratiam homines recuperaturos, sicut omni fiducià, sicut divinitùs acceperant, praedicabant. Quod & praecursor Domini Johannes, suo tempore impletum agnovit, & perhibuit: Gratia, inquiens, * & veritas per JESUM CHRISTUM facta est. & ità verum esse, omnis nunc Christianus populus experitur.

¶ Messiam exhibitum esse, PETRUS Alphonsus dicit: † Plura sunt profectò a Moyse, quae eum venisse patenter ostendunt. Nam & tempus, in quo eum praedixerunt venturum esse Prophetae, quod & transactum est, & in eo ipsum novimus advenisse: & praeter id alia multa quae in ipso & verbis ejus agnovimus, atque operibus; ut praedictum est a Prophetis. Itèm: Legimus sane, quia Jacob, filios suos loquens, & singulos ad se vocatos benedicens, ait. * Non auferetur sceptrum de Judà, & dux de femore ejus; donec veniat qui mittendus est: & ad eum congregabuntur gentes. Hanc autem Prophetiam aliter non exponam, quam exposuerunt vestri doctores antiqui. Dixerunt namque & ipsi: Non auferetur sceptrum, id est, virga regni, de Judà: & dux de femore, id est, de filiis filiorum ejus in secula: donec veniat qui mittendus est, id est, Christus cujus est regnum: & ad ipsum congregabuntur gentes. Et nos quidem novimus; quia, postquam venit Christus neque Rex, neque Dux de Juda fuit ulterius. Credere itaque debemus, quod hic tempus Christi adventûs determinatum fuit; & quòd is, qui tempore illo venit, sine dubitationis scrupulo Christus extiterit. Item in libro Danielis, de tempore Christi adventûs sic est Angelus cum Daniele locutus: * Septuaginta hebdomades constitutae sunt super populum tuum, &c. Itèm: Dicit Dominus ad Moysen: † Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui. Quasi diceret: Ille, quem suscitabo, de ipsorum erit progenie Judaeorum; sed & tui similis erit: hoc est, sicut tu legem dedisti; ita & ipse dabit. Quod etiam per hoc notatur, quod Prophetam singulariter & per excellentiam posuit. Nisi enim & ipse legem daturus esset: Prophetas sane, non Prophetam, suscitabo, dixisset. Prophetas quippe plures suscitavit Deus, qui annuntiaverunt verba ejus: sed nullus eorum legem dedit, ad similitudinem Moysis nisi Christus. Et ponam verba mea in ore ejus. Quod est: quia vocis meae impetum nequeunt tolerare, per ipsum loquar eis, sub carnis velamine. Loqueturque ad eos omnia quae praecepero illi. Ac si apertè diceret: Praeter id, quod volam & praecipiam, nihil omnino dicet. Qui autem verba ejus, quae loquetur in nomine meo, audire noluerit; ego ultor existam, id est: qui praecepta ejus parère renuerit; non occidetur, nec alio modo carnaliter punietur: sed ego ipse, juxta placitum meum, misericorditer vindicabo in ipsum. Cùm igitur Christus, & de Judaeorum natus progenie; & tanquam Moyses legislator extiterit; & Verbum Dei sub ejus carnis velamine latuerit; nihilq; aliud, quam praecepit Deus Pater, ipse docuerit, ipso attestante in Evangelio, dicente: * Sermonem quem audistis, non est meus; sed ejus, qui misit me, Patris. cum & ipse nullum occidi, vel corporaliter puniri voluerit; sed misericordiam per omnia praedicaverit: profectò nihil obstat, quin tota de ipso prophetia dicta fuerit. Itèm: Ipse namque & Dei servus, & electus fuit ejus, in quo complacuit sibi Deus. Et hoc quidem de eo dictum est secundùm corpus. Quod autem sequitur; * Dedi spiritum meum super eum: secundum animum est prolatum. Judicium, id est, legem, gentibus profert. Christus quippe legem, quae clausa erat & operta, & inter Judaeos tantùm protulit, id est, enucleavit, patefecit, & medullam elicuit; ad hoc, ut Gentes illam possent accipere. Sequitur: Non clamabit, nec exaltabitur, nec audietur foris vox ejus. Et nos scimus, quia Christus non clamosus, non arrogans, non inanis gloriae appetitor fuit, imò super omnia humilitatem dilexit. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Videmus sane, quòd calamus quassatus leviter potest perfringi: linum autem fumigans, id est, linum combustum, sed tamen adhuc tantum

retinen

retinens fumi, id est, ignis perfacilime potest extingui. Sed quid per calamum quassatum, vel linum pene extinctum, melius, quam peccatorum fragilitas, qui conquassatus, & pene in peccato est extinctus, potest intelligi? Calamum autem quassatum Christus non contrivit, & linum fumigans non extinxit: quia peccatores, penè mortuos in peccatis, occidi non præcepit; sed misericorditer toleravit, & ad pœnitentiam revocavit. Quod & in consequentibus designavit Propheta, cùm addidit: In veritate educet judicium. Veritas quippe & justitia idem est. In Lege verò Moysis judicium erat & præceptum, peccatorem occidi. Christus autem ad veritatem & justitiam judicium adduxit: quando peccatores non occidi; sed, quod justum est, donec pœniterent, sustineri præcepit, cùm dixit: Nolo mortem peccatoris; sed magis ut convertatur & vivat. Non deficiet, aut effugiet; donec ponat in terra judicium. Mortem sanè Christi voluit Propheta notari per defectum; per effugium verò, ascensum ejus in cælum. ac si diceret, Non morietur, aut de terrá recedet, id est, in cælum ascendet; donec mittat legem in terrá. Et Christus quidem, antequam secundum carnem obiret, aut ad Patrem in cælum ascenderet, judicium in terrá posuit, quando Legem, id est, Euangelium nobis dedit. Ideo autem nequaquam, Non morietur; sed, Non deficiet, dixit: quia mors Christi, non reverà mors; sed quasi transitus quidam & defectus fuit. Qui enim moritur homo, ampliùs jam non vivit. Christus autem die tertiá resurrexit, & jam in æternum vivit. Et legem ejus insulæ exspectabunt. Per insulas, gentes accipimus. Legem autem Christi gentes exspectarunt; quia non ab ipso, sed a discipulis ejus, id est, ab Apostolis, eam acceperunt. Neque enim ipse, imò Apostoli, gentibus prædicaverunt.

¶ Quòd Jesus Nazarenus sit Messias, RUPERTUS ait:* Quod Filius Dei vivi verè Christus sit, ex eo maximè claruit; quòd resurrexit a mortuis.

* lib. 4. in Apoc. c. 7.

¶ Christum habere Spiritum sanctū, RUPERTUS ait:† Itaque non sine magno pondere dictum est, Accepisti virtutem tuam: quia, quod fideliter credimus, virtutem, sive spiritum, quem in naturá humanitatis dono accepit; eandem virtutem, eundem spiritum, priùs quam Mundus fieret, unus idémque Dei Filius, in naturá divinitatis substantialem sibi habuit. Et:* Spiritus sanctus Christo non ad mensuram datus est; sed totus in ipso est, totus in ipso manet, cum omnibus donis suis. sicut corporalis species columbæ, tota in eum descendit, cum omnibus membris suis. non quòd tunc Spiritus S. in illo esse vel manere cœperit: sed, quòd in eo esset, quòd in eo maneret, tali specie demonstravit.

† lib. 6. in Apoc. c. 15.
* lib. 6. de Glor. Trin. cap. 3.

¶ De exsilio Christi, RUPERTUS ait:* Oportuit Christum in Aegyptum fugere, & illic peregrinari, peccatum nec originale habentem, propter quod exsul in hoc Mundo esse deberet, ut sumus nos omnes; nec actuale, propter quod in illá Aegypto peregrinaretur: ut peregrinatus est, propter domesticum peccatum, populus ille, de quo ipse secundùm carnem natus est: qui primus eam, quæ ad Abraham facta est, promissionem; primus persecutionem pertulit.

* lib. 2. in Matth. c. 2.

¶ De Hebdomadibus Danielis, PETRUS ALPHONSUS inquit:† Inprimis igitur sciendum est, quia Hebdomades istæ annorum sunt hebdomades. Cùm igitur ait:† Septuaginta hebdomades constitutæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctuarii tui; ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia seculorum, & impleatur visio & prophetiæ, & ungatur Sanctus sanctorum: cùm illud (inquam) ait; annotari voluit, quia septies 70. id est, 490. anni erant constituti, ab ejusdem anno prophetiæ, usque ad destructionem Hierusalem & templi, quæ a Tito Romanorum Imperatore fuit facta: cujus tempore destructionis jam Christus venerat, qui & justitia seculorum, & sanctorum sanctus erat, per quem etiam peccatum omne & iniquitas est deleta, & prophetia omnis impleta. Cætera autem, quæ sequuntur, omnia ad horum 490. annorum divisionem & determinationem sunt posita. Per hoc ergo, quòd fuit ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Hierusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades 7. innuitur; quòd a die prophetiæ, usque ad Cyrum ducem Persarum, qui ab ipso Deo per Esajam Christus est appellatus, fuerunt septem annorum hebdomades, id est, 49. anni. cujus Cyri præcepto cœpit Hierusalem reædificari. In cujus reædificatione, & postquam consummatum est opus usque ad adventum Titi super Hierusalem, 434. anni fuerunt. & hoc est quod dicit Hebdomades 62. id est, 434. anni, erunt, & rursus reædificabitur platea, & muri, in angustiâ temporum: & post hebdomades 7. occidetur Christus: quod est post hebdomades 70. & postquam occidetur Christus, civitatem & sanctuarium dissipabit populus, scilicet Romanus, cum duce venturo, id est, cum Tito: & finis ejus vastitas; & post finem belli statuta desolatio. Quod autem sequitur, Confirmabit pactum multis hebdomadâ unâ: illa profectò hebdomada una, septem sunt anni obsidionis. Septem enim annis obsessa est civitas ab exercitu Romanorum; & infra illos septem annos adeò coacti fuerunt intus & afflicti; quòd non haberent, unde sacrificium facere possent. & hoc est quod ait: In dimidio hebdomadis (id est, infra hebdomadem) deficiet hostia & sacrificium; & in templo erit abominatio desolationis. Quod etiam additur, Usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio: insinuat, quòd captivitas & desolatio illa sine foret termino. Septem ergo hebdomades usque ad Cyrum, & sexagintaduæ hebdomades à Cyro usque ad Titum, & hebdomada obsidionis una, profectò septuaginta sunt hebdomades.

† Tit. 9.
† Dan. 9. v. 24.

¶ De officio Messiæ, inquit PETRUS ALPHONSUS:† Filius meus, quem in Mundum, ut carnem accipiat, sum missurus, ad me vacuus non redibit; quin priùs, quam redeat, quæcunque volam, efficiat: hoc est, sicut dispositum, carnem assumat, flagelletur, moriatur, de inferno suos eripiat, ac resurgat, & legem, quæ clausa, minùs intelligentibus aperiat.

† Tit. 9.

Docet. RUPERTUS:* Christus testis fidelis, quod testificatus est priùs vidit & audivit: & post in hoc natus est, & ad hoc venit in mundum, ut testimonium perhiberet veritati.

* in Apoc. cap. 1.

Illuminat. BERENGOSIUS:† Sciendum est, quia, lucè une modo illuminemur ab alio, & alio ab ipso; utrumque tamen sperare debemus a Christo: quoniam ipse, a quo unum lumen habemus temporaliter, cum Patre & Spiritu aliud habet æternaliter. Sicut enim in tribus personis, secundum naturam divinitatis, unum est numen: ità in illis, non tria lumina; sed unum est lumen.

† de Myst. Berengosium.

HILDEBERTUS:† Christum luminis autorem esse, & corde credimus, & ore confitemur.

† Epist. 18.

BERNHARDUS ait:† Ideò quippe unigenitus Dei, sol justitiæ, tanquam immensi & præclari luminis cereus, in hujus Mundi carcere illuminatus est & accensus: ut omnes, qui illuminari voluerint, ad illum accedant, illique jungantur, ut nihil medium inter illos sit & ipsum.

† Serm. in Vigil. nat. Dom.

Salvat. BERNHARDUS:† Is autem noster JESUS, & à peccatis salvat populum suum, & introducit in terram viventium. Itèm: Non possunt perire, pro quibus Pater tradidit Filium in mortem, ut vivant. Et:† Respirate perditi: venit JESUS, & quærere, & salvum facere, quod perierat. Morbidi convalescite: venit Christus, qui contritos corde sanat unctione misericordiæ suæ. Exsultate, quicunque estis grandia concupiscentes: descendit ad vos filius Dei, ut regni sui faciat cohæredes. Ità obsecro. sana me Domine, & sanabor: salvum me fac, & salvus ero: glorifica, & ero gloriosus. Sic nempe benedicet anima mea Dominum; & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto ejus: cùm propitiatus fueris omnibus iniquitatibus meis; sanaveris omnes infirmitates meas; repleveris in bonis desiderium meum. Et:† A naturá propriá habet, ut sit Salvator: innatum est ei nomen hoc, non inditum ab humaná vel angelicá creaturá.

† Serm. 4. de B. Virg.
† Serm. 1. de Vigil. nat. Dom.
† Serm. 2. in die Circūs. Dom.

PETRUS CLUNIACENSIS ait:† De ipso enim Salvatore, ad quem singulariter pertinebat, ut ejus vita vel mors saluti viventium & mortuorum impenderetur, nullus fidelium dubitare permittitur.

† lib. 1. Ep.

Pellit Diabolum. RUPERTUS:† Filius hominis, Deus verax: cujus præsentiam tremunt, & ferre non possunt, dæmonum legiones; & solius ejus nutu torti, atque extra compulsi sunt maligni spiritus.

† lib. 7. in Matth. c. 8.

Mediator est. BERNHARDUS:† Magnus planè mediator est, etiam in iis omnibus, quæ ad pacem sunt, non perfunctoriè; sed efficaciter quærens. Itèm: Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? Exauditur utique pro reverentiá. Pater enim diligit filium. An vero trepidas & ad ipsum? Frater tuus est, & caro tua: tentatus per omnia, absque peccato; ut misericors fieret.

† Serm. in Nativ. Mariæ.

lib. 3. dist. 19.

LOMBARDUS: * *Christus ergo dicitur Mediator, eò quod, medius inter Deum & homines, ipsos reconciliat Deo. Reconciliat autem, dum offendicula hominum tollit ab oculis Dei: id est, dum peccata delet, quibus Deus offendebatur, & nos inimici ejus eramus. Sed cum peccata deleat non solus Filius, sed & Pater & Spiritus S. quorum deletio est nostra ad Deum reconciliatio: quare solus Filius dicitur mediator? Nam de Patre legitur, quod reconciliaverit sibi Mundum. Ait enim Apostolus.* * Deus enim erat in Christo, Mundum sibi reconcilians. *Cùm ergo reconciliet; quare non dicitur mediator? Quia nec medius est inter Deum & homines, nec in se habuit illa sacramenta, quorum fide & imitatione justificamur, id est, reconciliamur Deo. Reconciliavit ergo nos tota Trinitas, virtutis usu, scilicet dum peccata delet: sed Filius solus, impletione obedientiæ; in quo patrata sunt, secundùm humanam naturam, ea, per quæ credentes & imitantes justificantur.*

2 Cor. 5. v. 19.

Ad Milites templi cap. 11.

Satisfecit pro nobis. BERNHARDUS: * *Mors ergo à morte, vita ab errore, à peccato gratia liberavit. Et quidem mors, per justitiam suam, peregit victoriam: quia justus, exsolvendo quæ nō rapuit, jure omninò, quod amiserat, accepit. Vita verò, quod ad se pertinuit, per sapientiam adimplevit: quæ nobis vitæ & disciplinæ documentum ac speculum exstitit. Porrò gratia ex illâ (ut dictum est) potestate peccata dimisit, quâ omnia, quæcunque voluit, fecit. Mors itaque Christi, mors est mea mortis: quia ille mortuus est, ut ego viverem. Quo pacto enim jam non vivet, pro quo moritur vita? Aut quis jam in vitâ morum, seu rerū notitiâ errare timebit, duce sapientia? Aut unde jam reus tenebitur, quem absolvit justitia?*

Homines redemit RUPERTUS: * *Quare non dicatur, & Vita erat lux pariter angelorum & hominum? Quia non angelis; sed solis hominibus, Euangelium scribitur. Nec enim propter angelos, sed propter homines tantùm, venit Christus.*

lib. 1. in Joh. c. 1.

Exo. 12.

PETRUS Alfonsus: * *Sicut per agnum illum de manu Angeli, qui occidebat corpora, servati sunt fideles Domini: ita & per Christum, credentes in se, de Diabolo, qui animas damnabat, erant redimendi.*

in Psal. 1.

in Psal. 17.

HONORIUS: * *Genus humanū, per Adam in miseriam lapsum, per Christum ad gloriam reparatum est.* Itèm: * *Christus, Patris filius, in formâ servi apparuit: ut nos de servitute liberaret, & in libertatem gloriæ filiorum revocaret.* Itèm: * *Deus Pater non habuit, nisi unū filium: noluit eū habere heredem solū: misit eum pro transfuga servo in exsilium, ut ei reverso, cum Filio, daret regni palatium.*

Serm. de Nat. Dom.

lib. 2. in Joh. cap. 3.

RUPERTUS ait: * *Hoc unum nostræ salutis erat necessarium, ut Deus, qui dilexit Mundum, non legatum mitteret: sed filium suum daret unigenitum, qui divinâ potentiâ faceret, quod neque legatus, neque angelus facere posset: id est, humanam subtilitate divinitatis suæ penetraret animam, totámque sibimet, in unam eandémque personam, conjungeret vel uniret hominis naturam: quam & pro debito Adæ, dignum precium, utpote quovis angelo longe & incomparabiliter preciosiorem, æterno Patri offerret.* Et: * *Filius eodem tempore, quo Mūdo innotuit, salutem nostram cœpit facere simul, & perfecit.* Itèm: *Redemtio hominis, cujus ministerium Pater Filio dedit, proprium opus est ejusdem Filii Dei. Solus quippe Filius, in personâ suâ incarnatus, vel homo factus est, solus, pro redemtione hominis, passus & mortuus est, & resurrexit: cooperante tamen utrâq; personâ, Patris & Spiritus sancti. Nam & Pater illum de secretis suis misit in uterum Virginis: & de Spiritu sancto, id est, de operatione Spiritûs sancti, eadem illum Virgo concepit.* Itèm: *Opus incarnationis, nativitatis, miraculorum, passionis, resurrectionis, ascensionis, effusionis Spiritûs sancti, omnia Christus perfecit: & abscondi non possunt.* Et: * *Per solius agni occisionem facta est hominum redemtio, atque angelicorum ordinum instauratio. Sola enim Filii persona passa est. Natura verò vel substantia creaturarum omnium, dicente Patre per Verbum, id est, per eundem Filium, condita est.* Et: * *Redemit te Dominus de manu inimicorum tuorum: descendit illius & Domini Dei Filius, liberator & redemtor tuus; propter nos homo factus, & passus, crucifixus, mortuus & sepultus, & deinde suscitatus à mortuis, solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Hoc modo redemit nos de manu inimicorum nostrorum, scilicet malignorum spirituum: precium dando pro nobis sang[illegible] suum; ut nihil juris in nos, per originale peccatum, habeant.*

lib. 5. c. 5.

lib. 4. in Apoc. cap.

lib. 2. in Mich. c. 4.

Serm. 4. in Vigil. nat. Dom.

BERNHARDUS inquit: * *Ecce agnus sinè macula, agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Quis enim peccata melius tolleret, quàm is, in quem peccatum non cadit? Iste sinè dubio lavare me potest, quem constat inquinatum non esse. Hæc manus oportuit luto detergat oculum meum, quæ sola sine pulvere est. Iste mihi festucam educat de oculo, qui non habet trabem in suo: imò iste trabem educat de meo, qui nec exiguum pulverem habet in suo.* Et: * *In his tribus, timore pietate, & scientiâ, Mediator noster reconciliavit homines. Nam in consilio & fortitudine, de manu adversarii liberavit. Consilio siquidem, pristino jure privavit hostem, data potestate, ut manus injiceret innocenti. Fortitudine prævaluit, ut violenter posset retineri redemtor: dum victor ab inferis rediit, & vita omnium cum eo surrexit. Exinde cibat nos pane vitæ & intellectûs, & potat aquâ sapientiæ salutaris.* Et: * *Propter nimiam quidem charitatem suam, quâ dilexit nos Deus, ut servum redimeret; nec Pater Filio, nec sibi Filius ipse pepercit.* Et: * *Pater, ut servum redimat, Filio non pepercit: Filius se-ipsum libentissime tradit: Spiritum sanctum uterque mittit: & ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et: * *Ipse enim est per quem reconciliati pacem habemus ad Deum. Ipse, qui pacificavit in sanguine suo, quæ in cœlis sunt, & quæ super terram, mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus.*

Serm. 10. Annunt. Mar.

Serm. 4.

Serm. 2. in Pentecost.

Serm. 1. in festo Omn. sanct.

lib. 3. dist. 19.

LOMBARDUS inquit: * *A quâ pœnâ? Temporali & æternâ. Ab æternâ quidem, relaxando debitum: à temporali verò penitùs nos liberavit in futuro, quando novissima mors inimica destruetur. Adhuc enim exspectamus redemtionem corporis, secundum animas verò, jam redemti sumus ex parte, non ex toto: à culpa, non à pœnâ: nec omninò à culpâ. Non enim ab eâ sic redemti sumus, ut non sit; sed [illegible] non dominetur.* Itèm: * *Christus ergo est sacerdos, idémque hostia & precium nostræ reconciliationis: Qui se in arâ crucis, non Diabolo, sed Deo-Trinitati, obtulit pro omnibus, quantum ad precii sufficientiam, sed pro electis tantùm, quantum ad efficaciam: quia prædestinatis tantùm salutem effecit.* Et: * *Unde & ipse vere dicitur Mundi redemtor & Dei hominumque mediator. Sed Mediator in Scripturis dicitur solus Filius: Redemtor verò, aliquando etiam Pater, vel Spiritus sanctus. Sed hoc propter usum potestatis, non propter exhibitionem humilitatis & obedientiæ. Nam secundùm potestatis simul & obedientiæ usum, Filius propriè dicitur redemtor: quia in se explevit, per quæ justificati sumus, & ipsam justificationem est operatus, potentia deitatis, cum Patre & Spiritu sancto. Est ergo redemtor, in quantum est Deus, potestatis usu: in quantum Homo, humilitatis effectu. Et sæpiùs dicitur redemtor, secundùm humanitatem: quia secundùm eam, & in eâ, suscepit & implevit illa sacramenta, quæ sunt causa nostræ redemtionis. Propriè ergo Filius dicitur redemtor.*

Dist. 20

Dist. 19

de Incarn. Verbi 8.

RICHARDUS inquit: * *Sine satisfactione, homo ad plenum reparari non potuit. Ad plenitudinem autem satisfactionis oportuit, ut tanta esset humiliatio in expiatione: quanta fuerat præsumtio in prævaricatione. Rationalis autem substantiæ, Deus tenet summum, Homo verò imum. Quando ergo Homo præsumsit contra Deum, facta est elatio dè imo ad summum. Oportuit ergo, ut, ad expiationis remedium fieret humiliatio de summo ad imum. Sed hoc omninò non potuit, nisi aliqua in Trinitate persona. Item Si homo per creaturam potiùs, quàm per creatorem, recuperare posset, & recuperaret justitiam, & mediante justitiâ, futuræ beatitudinis gloriam: nonne de cætero, contra excellentiam primæ dignitatis, magis obnoxius esset creaturæ, quam creatori, facturæ, quam factori? Nam plus est profectò, justificari & beari, quàm creari. Ad plenam itaque hominis restaurationem, omnino non sufficeret persona, quæ Deus non esset. Sed nihilominùs constat, quia, quantum ad rationem justitiæ, ad hominem nihil attineret, quid quævis persona faceret, quæ homo non esset. Quis autem non videat, æquum & plenum juris esse, & omninò rationabile, ut satisfaciat filius pro patre, frater pro fratre, si ille non potest: si iste ad hoc idoneus non est? Hominis ergo redemtio, hominem exigebat, qui, pro conditionis debito, proprio naturæ merito subveniret. Item: Homo per inobedientiam debitum mortis incurrit; & ad ejusdem debiti expiationem, obediendo, indebitam mortem pro debitâ solvere oportuit. Sed hoc omnino non potuit, nisi homo mortalis & justus, & qui mortis sententiam nullo esset obnoxius. Ut itaque humanæ redemtionis persona ad debitæ satisfactionem idonea foret: oportuit, ut esset verus Deus, qui ad hoc sufficeret, ut esset verus homo, qui pro[illegible] necessitudinis merito exsolveret. Et quomodo, quæso, verus & perfe-*

…um inter Deum & Hominem mediator esset, qui cum alterutro commune aliquid non haberet? Econtra vero nulla mediatio vel … nulla firmitate esse posset, quam quæ fieret per illum, qui utriusque naturæ particeps esset.

PETRUS Blesensis ait:* *Sic reatus, quem Adam delectatione per superbiam ligni contraxerat, morte amaritudine per humilitatem sublatus est: fusoque sanguine eius culpæ omnium culparum chirographa sunt deleta. Alium siquidem redemtionis modum poterat Dominus procurasse: sed hunc nostræ benignitati saluti que congruentiorem approbat. Cum enim homo iuxta suæ prævaricationis exigentiam captiuus a Diabolo teneretur: postulabat iustitia, ut non eriperetur per violentiam: sed, qui per superbiam lapsus … si posset, se si suâ non poterat, aliena saltem humilitate … urgeret. Ita Christus innocens, quem Agnus paschalis designabat, & in Lege pro nobis hostiam obtulit salutarē Cum lex Mosi capram vel ovem constituisset precium, ac redemtionem hominum à peccato Christus per quem gratia & veritas facta est, attendens umbratiles Legis ceremonias, & non sufficere ad salutem hominum, ovis & vituli sanguinem, mortem suam pro nostrâ salute obtulit: & sic semel intravit sancta sanctorum, summus & verus pontifex æternâ redemtione inventâ. Aperuit itaque librum, & solvit signacula eius Leo de tribu Iuda: & quod hostiæ legales minime potuerant gladium amovit versatilem, & paradisi, qui omnibus antiquis clausus fuerat, reseravit ingressum.*

* Epist. 8

PETRUS Cantor inquit:* *Sufficiens fuit hostia & redemtio humani generis. Sufficit unico sacerdoti, semel passum, semel in die repræsentare immolatum.*

* cap. 24.

¶ Cur Homines, & non Angeli sint redemti, LOMBARDUS ait:* *Angelica natura, quoniā non tota perierat, sed ex parte persliterat, non est redemta. Humana vero tota perierat: & ideo, ne penitus reparari perderetur, ex parte est redemta, ut inde ruina impleretur angelica.*

* li. 2. dist. 21.

¶ De Beneficiis Christi, inquit PETRUS Alphonsus:* *Christus oculos cæcorum aperuit: cum infidelium corda patefecit & depulsâ umbra Legis lumen ostendit. De conclusione vinctū eduxit: quia in se credentes, de captivitate omnis, usque hodie liberat & emittit. Eduxit etiam de domo carceris sedentes in tenebris: quia eos, qui in tenebroso carcere tenebantur inferni descendens ad inferos, ipse extraxit.*

* Tit. 9.

HONORIUS:* *Christus est pax vera, qui morte suâ pacificat cœlestia & terrestria: in quo est tranquillitas & requies æterna.*

* in Psal. 4

RUPERTUS ait:* *Iesus Christus fecit, quod facere Moyses non potuit. Quā de causa solus est electus de tot millibus, qui … veritatem inter Deum & homines restituit, id est, inimicitias solvit, pacem que reformavit.* Et:* *Christus, de servis peccati fecit filios Dei, de filiis iræ filios gratiæ, de ignotis & advenis genus regale & sacerdotale.* Et:* *Dominus noster, non ab hominibus charitatem accipere, sed hominibus charitatem dare volebat, non hominibus placere; sed homines ad placendum Deo erudire, venerat.* Et:* *Ad hoc in Mundum venit Christus, Filius Dei; & ad hoc glorificato illo, datus est Spiritus sanctus: ut Legi quæ infirmabatur, solida substitueretur Evangelii gratia, in quo adimpleretur lex.* Et:* *Christus, sol iustitiæ, sol verus & æternus, qui in ista die, in isto tempore, Mundum universum illuminavit: & cœpit iste dies luminis, quando visitavit nos Oriens ex alto.* Et:* *Homo innocens Christus, qui nullum peccatum omnino fecit, agnus verus absque macula, quem nec originale, nec aliquod actuale peccatum offuscat libertatem … a diabolo mortis præposito & principe tenebrarum, transire fecit in illam, quam in primo parente perdideramus patriam lucis, & veram terram ceptam florum.*

* lib. 1 Ioh. ca. 1.

* lib. 2 in Apoc. cap. 2.

* lib. 7 in Ioh. cap. 7.

* lib. 3 in …ca 20

* lib. 4 in Amos, c 8

* lib. 1 in Ioh. ca. 1.

BERNHARDUS inquit:* *Nam & … ad seducendum & debiles ad operandum; & fragiles ad resistendum. Si discernere volumus inter bonum & malum, decipimur. Si tentamus facere bonum, deficimus: si conamur resistere malo, deiicimur & superamur. Necessarius proinde Salvatoris adventus … necessaria sic … patis hominibus … Christi. Atque utinam sic veniat ut copiosissima dignatione sua … in nobis per fidem habitans illuminet cæcitatem nostram … & nobis manens … firmitatem … & pro nobis stans … tatem nostram protegat & propugnet. Si enim ille in nobis … quis nos decipiet … quid de cætero non possumus in eo, qui confortat nos … quis … Filius consiliarius est, qui … nec fallere … auxiliarium. qui non … fatigari … pe-*

* Serm. 7. de Adv. Dom.

A *dibus nostris velociter conterat, & omnia eius machinamenta confringat. Nimirum ipse est Dei sapientia, cui semper in promtu sit, instruere ignorantes: ipse Dei virtus: cui facile sit, & deficientes reficere, & eripere periclitantes. Ad hunc ergo tantum eruditorem fratres mei in omni deliberatione curramus: hunc tam strenuum adiutorem, in omni operatione, invocemus: huic tam fido propugnatori, in omni colluctatione, committamus animas nostras: qui ad hoc ipsum venit in Mundum, ut habitans in hominibus, cum hominibus, pro hominibus, & tenebras nostras illuminaret, labores levaret, & pericula propulsaret.* Et:* *Bona & desiderabilis umbra sub alis Iesu, ubi tutum est fugientibus refugium: gratum fessis refrigerium. Miserere mei, Domine Iesu, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea: & in umbrā alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.* Item:* *Venit quippe, qui proiiciat in profundum maris omnia peccata nostra; qui sanet omnes infirmitates nostras; qui in propriis humeris ad propria dignitatis reportet originem.* Et:* *Duo sunt, quæ timet humana fragilitas, pudor & dolor. Utrumque Christus tollere venit: unde & utrumque suscepit; quando (ut cætera sileam) morte, & morte turpissima, condemnatus est ab iniquis.* Et:* *Si quæris, quid attulit? primo omnium attulit misericordiam, secundum quam, teste Apostolo salvos nos fecit. Neque enim his tantum profuit, quos tunc præsens invenit: sed fons est, qui nunquam poterit exhauriri. Fons nobis est Christus Dominus, unde lavemur, sicut scriptum est:* * Qui dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris. *Veruntamen non iste solus aquarum est usus, nec tantum sordes abluunt, sed & sitim extinguunt.* Beatus verò, *ait Sapiens* * qui in sapientiâ morabitur, & qui in iustitiâ meditabitur. *Et post pauca:* * Aqua, *inquit*, sapientiæ salutaris potabit illum. Et:* *Suscipiens enim humana natura corpus simul & animam, non modo semel, Consolamini; sed Consolamini consolamini, dicit Dominus Deus vester: ut videlicet certissimus, quod utrumque sit salvaturus, quis neutrum suscipere est dedignatus.* Et:* *Per eum scilicet in immortalitatem resurgemus, qui per præsentis seculi patrem generamur ad mortem.* Et:* *Vix pro iusto quis moritur: tu pro impio passus es, moriens propter delicta nostra; qui venisti iustificare gratis peccatores, servos facere fratres, captivos cohæredes, exsules reges.* Et:* *Illius siquidem exinanitio, facta est repletio nostra: illius miseria, Mundi delicia sunt. Denique cum dives esset, propter nos pauper factus est, ut nos eius inopia ditaremur. Sed & crucis ignominia, credentium facta est gloria.* Item:* *Et primò quidem te, cum cæteris, & inter cætera, creavit, non sine magna prærogativâ dignitatis. Dixit enim de omnibus, & facta sunt. Posthac, vehementissimo sui amore inflammata maiestas illa, redemit te. Nunquid verbi facilitate? Non. Sed triginta annis operatus est salutem tuam, in medio terræ, affixus cruci, addictus morti, ludibrio deputatus. Deus tuus factus est frater tuus; non Angelorum frater: quia nusquam Angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit. Commune quidem habes quòd factus es: quod frater es, speciale. Adiecit adhuc erga nos specialius quoddam: quòd de latâ nos & spatiosâ via, quæ ducit ad mortem, digito suo traxit; & posuit in concilio iustorum & congregatione. Quid ultra debuit facere; & non fecit? Cuius vel saxeum pectus, tanta & talis, à tanto & tali collata beneficiorum multitudo non emolliat? Quicquid igitur es, quicquid potes, debes creanti, redimenti, vocanti.* Item:* *Vis scire, quæ & quibus debemus? Primo, Christo Iesu debes omnem vitam tuam, quia ipse vitam suam posuit pro vitâ tua: & tormenta amara sustinuit, ne tu perpetuos sustineres. Quid tibi durum: et durum esse poterit: cùm recordatus fueris, quia ille in forma Dei qui in die æternitatis suæ, in splendoribus Sanctorum ante Luciferum genitus, splendor & figura substantiæ Dei, venit ad carcerem tuum, ad limum tuum, infixus (ut dicitur) usque ad cervicem in limo profundi? Quis non suave tibi erit, tibi collegeris omnes amaritudines Domini tui, & rememoraberis, primum quidem illarum infantilium necessitatum; deinde laborum, quos pertulit in prædicando, fatigationum in discurrendo, tentationum in ieiunando, vigiliarum in orando, lacrymarum in compatiendo, insidiarum in colloquendo, postremo periculorum in falsis fratribus, conviciorum, sputorum, colaphorum, flagellorum, irrisionum, subsannationum, exprobrationum, clavorum, horumque similium; quæ in salutem nostri generis, triginta & tribus annis operatus & passus est in medio terræ? O quam indebita miseratio! quam gratuita & sic probata dilectio! quam inopinata dignatio! …*

* Hom. … B. Virg

* Serm. … Dom.

* Serm. …

* Serm. 3 Nat. Dom.

* Apoc. 1 v.

* Syr. 14 v. 22.

* cap. 15 v.

* Serm. 3 Nat. Dom.

* Serm. 2 de … Dom.

* Serm. … fer. 4. de P… Dom.

* Serm. 2. … assumt. B. Mar.

* Serm. 2 … verbis Apost. … regnum Dei.

* Serm. de Quadrag. … Abb.

[illegible]cedo' quam invicta mansuetudo! Regem gloriæ, pro despicatissimo vernaculo, imò vermiculo, crucifigi! Quis audivit unquã talë? aut quis vidit huic simile? Vix enim pro justo quis moritur. Ipse pro injustis & inimicis mortuus est: ol[illegible] exsulare à cœlis, ut nos reportaret ad cœlos, amicus dulcis, consiliarius prudẽs, adjutor fortis. Itèm:* Filius Dei apparuit, ut nos adjuvaret & erudiret: quod potest quia est virtus patris & sapientia. Virtus adjuvat: sapientia erudit & informat. Infirmitati auxilium est necessarium: [illegible]citas eruditione indiget & doctrinâ. Erudivit sanè, faciẽs abnegare impietatem & secularia desideria, ut sobriè & justè & piè vivamus. Itèm:* Certus quoque nihilominus es [illegible] ut arbitror, vacuo nequaquam nomine appellari Jesum, cũ, qui in te tali[illegible]a valuit & voluit operari, nec vacuè subsecutum fuisse baculum, quẽ præmiserat. Non venit vacuè quia non venit vacuus. Nam quomodo vacuus, in quo habitavit plenitudo? Neque enim ei datus est ad mensuram Spiritus. Denique & venit in plenitudine temporis: plenum proinde venire se indicans. Bene plenum, quem unxit Pater oleo lætitiæ præ cõsortibus suis. Unxit & misit plenum gratiæ & veritatis. Unxit, ut ungeret. Omnes ab eo uncti sunt, qui de plenitudine ejus meruerunt accipere. Ideò ait:* Spiritus Domini super me, eò quòd unxerit me: ad annuntiandum mansuetis misit me; ut mederer contritis corde; ut prædicarem captivis indulgentiã, & clausis apertionem: ut prędicarem annum placabilẽ Domino. Veniebat (ut audis) ungere contritiones nostras, ac lenire dolores. Ideòq́; venit unctus, venit mansuetus & mitis, & multæ misericordiæ omnibus invocantibus se. Sciebat se ad infirmos descendere, exhibuitq́; qualem oportuit. Et quoniam multæ erãt infirmitates, multa quoque providus Medicus medicamina curavit afferre. Attulit spiritum sapientiæ & intellectûs, spiritum consilii & fortitudinis, spiritum scientiæ & pietatis, & spiritum timoris Domini. Vides, quot phialas, plenas odoramentis, cœlestis Medicus præparavit ad sananda vulnera illius miseri, qui incidit in latrones? Et:* In carnis assumtione, condescẽdit mihi, in culpæ vitatione, consuluit sibi, in mortis susceptione satisfecit Patri: amicus dulcis, consiliarius prudens, adjutor fortis. Huic securus me credo; qui salvare me velit, noverit, possit. Quẽ quæsivit, hunc & vocavit per gratiam suam: nunquid venientem ejiciet foras? Sed nec vim nec fraudem metuo profectò ullã, quòd me videlicet de manu ejus possit eruere: qui & vincentem omnia vicit mortem, & seductorem universitatis Serpentem, arte utiq; sanctiore delusit: illo prudentior, illa potentior. Carnis quidem assumit veritatem, sed peccati similitudinem: dulcem prorsus in illa exhibens cõsolationem infirmis, & in hac prudenter abscõdens laqueum deceptionis Diabolo. Porrò, ut Patri nos reconciliet, mortẽ fortiter subit & subigit, fundens pretium nostræ redẽtionis sanguinem suum. Ergo nisi amasset dulciter, nõ me in carcere requisisset illa majestas. Sed junxit affectioni sapientiam, quâ tyrannum deciperet: junxit & patientiam, quâ placaret offensum Deum Patrem. Itèm:* Verum, quia hæc omnia, ubi abscesserit Verbum, perinde ac si olla bullienti subtraxeris ignem, quodam illicò languore torpentia & frigida jacere incipiunt; atque hoc mihi signum abscessionis ejus: tristis sit necesse est anima mea, donec iterum revertatur, & solitè recalescat cor meum intra me; idque sit reversionis judiciũ. Itèm: Igitur intrans ad me aliquotiens Verbum Sponsus, nullis unquam introitum suum indiciis innotescere fecit: nõ voce, non specie, non incessu, nullis denique suis motibus compertum est mihi, nullis meis sensibus illapsum penetralibus meis. tantũ ex motu cordis intellexi præsentiam ejus, & ex fugâ vitiorum, carnaliumq́; compressione affectuum adverti potentiam virtutis ejus, & ex discussione sive redargutione occultorũ meorum, admiratus sum profunditatem sapientiæ ejus, & ex quantulacunq; emendatione morũ meorum, expertus sum bonitatem mansuetudinis ejus, & ex renovatione ac reformatione spiritûs mentis meæ, id est, interioris hominis mei, percepi utcunq; speciem decoris ejus, & ex contuitu horũ omnium simul expavi multitudinẽ magnitudinis ejus. Et:* Primum quidem, quòd peccato redacti in nihilum, per hoc quodammodò iterato [illegible] sumus, ut simus initium aliquod creaturæ ejus. deinde quòd [illegible] vetustâ servitute in libertatem filiorum Dei translati, in [illegible] spiritûs ambulantes. postremò, quod de potestate tenebrarum vocati ad regnum claritatis æternæ, in quo jam & considere nos fecit in Christo.

PETRUS Cluniacensis:* Sed verè contulit multa, verè dedit multa humanæ naturæ suscepta à Filio suo: quã mediãte, projectus à facie Dei, ejectus de paradiso Dei, factus de servo pessimus hostis Dei, Deo rursum redditus & conjunctus est homo. Unctus est igitur à Deo Patre Deus Christus, in quantum homo est, oleo, non illo quo apud vos olim Reges ungebantur, sed oleo lætitiæ, oleo gratiæ: quâ & Homo ille à Deo assumtus, eadem assumtione [illegible]ficatus est, & Mundus totus Deo reconciliatus est, glorificatus, & salvatus.

¶ De passione Christi, PETRUS Alphonsus ait:* Benè quidem se tueri & servare, si voluisset, potuit: sed hoc sponte sua ob fratrum salutem pertulit: licèt carni, quæ de Mundo erat, non placuit. Verbum enim Dei, carnem ob aliud nequaquam ceperat, nisi ut eos qui in se crediderant, & credituros, de Diaboli captivitate liberaret.

RUPERTUS inquit:* Deum per Michaelem vel Gabrielem, sive per aliquem principatuum ac potestatũ, vel virtutum aut dominationum, Diabolum potuisse debellare: [illegible] responsio. Humanum genus non per aliquam creaturam, quãmvis fortissimam, potuisse à Diabolo liberari, nisi per solũ unigenitum filiũ Dei. Et:* Quam bonus idem unigenitus! qui, cùm in forma Dei esset, propter nos accepit formam servi atq; post gloriam claritatis, quam habuit apud Deum, priusquam Mundus fieret, factum est opprobrium, dãs percutienti maxillam: & factus est obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. & qui misit, & qui missus est, Dominus exercituum. Itèm:* Unus & solus Dominus noster Jesus Christus, maledictus à Deo fuit: quia maledicta, id est peccata omnium nostrûm, super se tulit; & hoc à Deo. Dominus enim posuit in eo iniquitates omnium nostrûm: ideo talium maledictionem. Peccatum nostrum est: peccatum non est à Deo.

¶ Quòd Voluntariè passus sit, BERNHARDUS ait:* In nostra siquidem vita multa (quantum in nobis est) videmus agere casus, multa necessitas: sed Christus, Dei virtus & Dei sapientia, neutri potuit subjacere. Quæ enim Dei virtutem necessitas cogere? aut quid ageret Dei sapientia casus? Omnia proinde, quæcunq; locutus est, quæcunque operatus est, quæcunq; passus est, ne dubites fuisse voluntaria, plena sacramentorũ, plena salutis. Itèm:* Cùm in formâ Dei esset Deo æqualis, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens: quòd dives cùm esset, propter nos egenus factus est, de magno parvus, de celso humilis, infirmus de potente; quòd esurit, quod sitit, quod fatigatus est in itinere, & cætera quæ passus est, voluntate, non necessitate.

HONORIUS ait:* Quare me dereliquisti in manus inimicorum? Hæc verba videntur sonare, quod Christus invitus passus sit. Sed sciendum, quòd Christus secundum naturam impassibilis fuit; mortem autem passionem nostri causâ, libera volũtate subiit, quia aliter homo Deo reconciliari non potuit, nisi ita causa justitiæ dolorem mortis spontè subiret, sicut causâ injustitiæ in mortem incidit. Christus autem Deus & homo fuit, & secũdum hoc, quod homo est, humano more pro hominibus loquitur, secundùm autem hoc, quod Deus est, hominibus miseretur.

¶ De typis passionis, sic scribit PETRUS Alphõsus:* Sicut agnus ille, die mensis decimâ tolli præceptus est, & usque in quartam-decimam conservari: sic & die mẽsis decima, die scilicet Lunæ, de observando Christo, consilium acceperunt doctores vestri. Die siquidem dominica præcedenti, Hierosalem, ut ibi Phase celebraret, Christus venit, quem cum lætitiâ, & pompa magna & honore, plebs tota suscepit. unde Doctorum invidia ac malevolentia major crevit, & de ipso observando atq; occidendo die crastina, alter cum altero consilium cepit. Illud autẽ consilium, usq; in quartam-decimã diem tectũ & celatũ fuit. Et sicut agnus ille masculus esse, ac juvenis esse, præceptus est, ac sine infirmitate omnino: ita Christus, & masculus & juvenis & omni infirmitate, id est peccato, carens fuit. Quòd autem hostia illa de ove vel capra accipi, præcepta est, & non de vacca, [illegible] cet de animalibus illis vacca sit, de quibus fieri sacrificium in Lege præceptum fuit, propter hoc actũ est quòd ovis vel capra, cùm capitur, non repugnat, sicut vacca facit: & signum etiã fuit, quòd Christus cùm captus est, non restitit, nec se, ut potuisset, defendit. Quòd verò ab omni multitudine filiorũ Israel jussus est immolari, cùm singulariter de uno præceptum sit: (licèt non omnes ovũ, sed unusquisq; per domos & familias suas immolarent) designavit quòd omnis Judæorũ multitudo Christum occidit. Licet enim nõ omnes affuit, omnes tamẽ assensum præbuit. Quia verò die quartâ-decima, & inter duo vespera videndum est, quæ sint duo dies vespera. Et unũ quidem est, cùm sol à medio cœli [illegible] descendere incipit: alterum verò, cum ante noctem ex toto [illegible]it. Et Christus, & die quartâ-decimâ & inter duo dies ejusdẽ vespera, id est, hora nonâ, ut vos-ipsi creditis, exspiravit. Possunt

Margin notes (left): * Serm. 11 par. 6. — * Serm. 16 super Cãt. — * Esai. 61. v. 1. 2. — * Serm. 20. super Cãt. — * Serm. 74 super Cant. — * de Cons. lib. 5. — * lib. 11 cont. Iud. c. 4.

Margin notes (right): * Tit. 9. — * lib. 3. in Ioh. c. 2. — * lib. 1. in c. a. b. 2. — * lib. 2. in Ioh. c. a. 1. — * Serm. 4 de [illegible] Dom. — * ad Mon. tes templi cap. 2. — * in Ps. al. 21 — * Tit. 12.

autem & per duo vespera, duæ vestem captivitates intelligi, Babylonis videlicet atque Titi. Et Christus inter duo vesperas obiit: quia & post Babylonicam, & ante captivitatem Titi. Nam & quòd sanguis agni super utrumque postem, & super liminaria domorum, in signum scilicet crucis, poni præceptum est: sanguinem designavit Christi, qui super crucem effusus est. Et sicut sanguis illius agni, de morte corporis, custodivit fideles Domini: ita & fideles suos de interitu animæ, sanguis redemit Jesu Christi. Sicut etiã sanguis ille domum nullam, nisi illas in quibus comedebatur, cõservavit; unde & in illis tantùm præceptum est poni: ita & sanguis Christi, qui super crucem effusus est nullum salvat, nisi in quo agnus Dei comeditur; illum videlicet, qui ejusdem corpus comedit Christi. Præterea, quemadmodum agnus nocte jussus est mãducari, sic & Christus nocturno tempore captus fuit; ne à populo liberari posset, aut defendi. Quemadmodum etiam nec crudus, nec aquâ coctus, sed assus igni: ita & Christus, nec sine judicio, nec tamẽ justo judicio, sed injusto, condemnatus fuit: sicut nec omninò cruda, nec bene cocta, est caro assa igni. Sed & ob eandem causam festinanter, & cum pane azymo, præceptum est manducari. Sicut enim panis azymus nequaquam, donec fermentetur massa, exspectatur fieri, imo festinanter fit: ita & in Christo nullam rectitudinem exspectarũt judices, imò festinanter cõdemnatus fuit. Per amaras verò herbas, cum quibus præceptum est agnus ille comedi, designatur; quòd, ex illa dãnatione injustâ, calamitas & amaritudo venit. Quòd autem & totus, cum capite & pedibus & intestinis, mandatus est coqui, & post comestionẽ os illius non confringi: insinuat, quòd nec in occisione membrorum Christi aliquod cæsum est; imò suspensus cum omnibus membris fuit: nec post occisionem os aliquod ejus computruit, aut quamlibet aliam dissolutionem sustinuit; imò totus & integer resurrexit. Item: Christus omnia opera sua, quæ in Mundo vivens patravit, sexto die, id est, die Veneris, complevit; quando pro nobis mortẽ suscepit. Die autem septimo, id est, die Sabbati, requievit: quia & omnes, qui ante mortem suam in se credẽtes obierant, secum ab inferni doloribus requiescere fecit. Completo autem illo, cujus observatio Sabbati signũ fuit; jam illud ultra observari necesse non fuit.

HUGO de S. Victore inquit:* *Colũna, quæ filios Israël præcedebat, Christum significat. quia, sicut columna præcedebat populum, pergentem ad terram promissionis, sic Christus, factus obediens usque ad mortem, præcedit populum Christianum, exemplo passionis suæ, tendentem ad patriam vitæ cœlestis.*

* li. 3. Alleg. cap. 2.

¶ De Crucifixoribus Christi, inquit PETRUS Alphõsus:* *Cum illum, quem Christum dicitis, pro redemtione humana, volũtate spontaneâ occubuisse asseratis, cur ejus interfectores condemnatis? & , cùm tantum voluntatem ejus complessent, peccati reos adstruitis?* Pet. *Si eã utiq; intentione fecissent, scilicet ut voluntatẽ ejus complerent, & ipsius morte de Diaboli potestate exitu ros fore se crederent: nullum procul dubio peccatũ incurrerent. Quia verò eum negaverunt, & ex invidiâ occiderũt: ideò & tanti hujus sceleris rei sunt; & nec in præsenti seculo, nec in futuro miseriam ac tribulationem exibunt; quãdiu in hac sua nequitia permanebũt.*

* Tit. 10.

¶ Quos hostes Christus passione suâ superarit. BERNHARDUS:* *Duo sunt tibi hostes: peccatum & mors, id est, mors corporis & animæ. Utrumque debellaturus advenit, & ab utroque salvabit te: noli timere. Et jam quidẽ peccatum in propria personâ vicit, quando humanã naturam sine ullâ contagione suscepit. Grãdis enim peccato facta est violentia, & revera expugnatum esse cognoscitur: quãdo natura, quam se totam infecisse & occupasse gloriabatur, ab eo penitùs aliena in Christo inventa est. Dehinc persequitur inimicos tuos, & comprehendit eos, nec convertitur, donec deficiant. Contra peccatũ dimicans in conversatione suâ, verbis pariter & exemplis oppugnat: sed in passione suâ alligat illud; alligat planè fortem, & diripit vasa ejus. Jam verò eodem ordine mortem quoque superat prius in seipso; cum resurgit primitiæ dormientium, & primogenitus mortuorum. postmodum debellaturus eam pariter in omnibus nobis; quando videlicet suscitabit mortalia corpora nostra, & destruetur novissima inimica mors.*

* Serm. 1. in Natali Dñi.

¶ Pro quibus sit passus BERNHARDUS ait:* *Sic ergo Christus, secundum tempus quidem, pro impiis mortuus est; secundum prædestinationem autem, pro fratribus & amicis.*

* Serm. 10. de Psal. Qui habitat.

¶ De sensu passionis, inquit LOMBARDUS:* *Quia nonnulli de sensu in passione humanitatis Christi, male sensisse inveniũtur; asserẽtes, similitudinem atque imaginem passionis & doloris Christum hominem pertulisse; sed nullum omninò dolorẽ vel passionem sensisse. authoritatum testimoniis eos convincentẽs, indubitabile*

* li. 3. dist. 15.

*faciamus, quod supra diximus. Propheta Esaias dicit:** Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit. *Et Veritas ipsa in Evangelio dicit:** Tristis est anima mea usque ad mortem. *ubi etiam legitur:** Cœpit Jesus pavere & tædere. Itèm: *Habuit enim Christus verum timorem & tristitiam, in natura hominis: sed non sicut nos, qui sumus membra ejus. Nos enim causâ peccati nostri, his defectibus necessariò subjacemus; & in nobis sunt isti defectus, secundum propassionem & passionem: sed in Christo, nõ nisi secundum propassionem. Sicut enim in peccatis gradus quidam notantur, propassio & passio: ita & in pœnalibus affectibus. Afficitur enim quis interdum timore vel tristitiâ; ita ut mens intellectus non indè moveatur à rectitudine, vel Dei contemplatione: & tunc propassio est. Aliquãdo verò movetur & turbatur: & tunc passio est. Christus verò non fuit ita turbatus in anima timore vel tristitiâ, ut à rectitudine, vel à Dei contemplatione, aliquatenus declinaret: secundùm quem modum intelligitur, cùm dicitur timuisse, vel tristis fuisse.*

* c. 53. v. 4.
* Matt. 26. v. 38.
* versic. 37.

¶ In passione Christi quæ spectanda, BERNHARDUS ait:* *In hac igitur passione, Fratres, tria specialiter convenit intueri, opus, modum, causam. Nam in opere quidem, patientia; in modo, humilitas; in causâ, charitas commendatur.*

* Serm. in fer. 4. de Pass. Christi.

¶ Christus seipsum patiendo obtulit. RUPERTUS:* *Ille Sanctus sanctorum, qui solus erat idoneus, ferre pœnitentiam pro peccatis omnium electorum, adventum ejus ab origine mundi exspectantium, hac voce publicâ vocatus, accessit palam ad cœleste sanctuarium, in conspectu Dei Patris & sanctorum Angelorum: ubi eodem Spiritu, in columbæ specie super se sedente, designatur Pontifex; quo dudum in Mariam superveniente, idem sanctus & immaculatus homo conceptus est: non aliam habiturus, quam offerret hostiam, nisi carnem propriam.*

* Lib. 2. in Job.

¶ De Morte Christi, Inquit BERNHARDUS:* *Mors Christi opus est sine exemplo, humilitas sine modo, donum sine pretio, & gratia sine merito. Hanc propter nos subire voluit, quia peccata nostra super lignum sustinuit in cruce sua, scilicet pœnam peccatorum; cujus livore sanati sumus.*

* Serm. de Cœnâ Dñi.

LOMBARDUS:* *In morte separata est anima à carne. unde verè dicitur Christus mortuus, sed neutrum separatum est à Verbo Dei.* Itèm: *Recedente verò animâ, mortua est Christi caro, & ipsa caro mortua est, mortuus est Christus. Sicut enim mortuus dicitur Deus, quando mortuus est homo: ita mortuus homo dicitur, quando mortua est caro. Separatio animæ, mors carnis fuit. Propter carnẽ ergo unitam Verbo, quæ mortua est, dicitur Deus mortuus: & propter carnem & animam, quæ utraque dolorem sensit, dicitur Deus passus; cùm divinitas omnis doloris expers existeret.* Itèm:* *Dicimus ergo, in morte Christi, Deum verè fuisse hominem, & tamen mortuum. Et hominem quidem, nec mortalem, nec immortalem: quia ibi non erat anima & caro sejuncta. Aliâ enim ratione dicitur Deus homo, vel Homo Deus, quam Martinus vel Johannes. Homo enim dicitur Deus, & è converso, propter susceptionem hominis, id est, animæ & carnis.*

* li. 3. dist. 21.
* Dist. 22.

¶ De triduo mortis Christi, ait RUPERTUS:* *Mirabilis ille salvatricis gratiæ cursus; ut triduo trium temporum seculi peccata deleret omnes qui ante legem fuerant, omnes qui sub lege erãt, cunctos qui sub gratia ventu ri erant, unâ Christi morte pariter solveret: pro singulis temporibus singulos dies ejusdẽ mortis appendẽs.*

* Lib. 9. de Div. offic. cap. 14.

¶ De Descensu ad inferos, RUPERTUS inquit:* *Christi anima descendit ad inferos, cunctas per potentiam justitiæ sibi devincentis, liberaturus electorum animas: ejus corpus, non-prohibitâ sibi sepulturâ, positum est in terrâ; dat unum corporibus mortuorum, ut de sepulcris exsiliant in resurrectione futurâ.*

* lib. 6. in Apoc. ca. 6.

BERNHARDUS:* *Semel illò descendit, non sanguis, sed anima: & hæc portio eorum, qui in carcere erant, una illa visitatio, quæ tunc facta est per præsentiam animæ, cum corpus penderet exanime super terram. Sãguis aridam rigavit, sanguis infudit terram, & inebriavit eam, sanguis quæ in terrâ & quæ in cœlis sunt, pacificavit: non autem & quæ apud inferos, nisi quod semel illò, ut dixi, anima ejus excurrit, & fecit ex parte redemtionem: ne vel eo momento vacarent opera charitatis. sed ultrà non adjecit.*

* Serm. 75. super Cant.

¶ Quòd passus & mortuus sit Christus tantùm, RUPERTUS docet:* *Christus, unde de tribu Juda est & ex semine David; non inde Deus est, atque indè mortem vicit, aut resurgere potuit: sed indè homo est, & indè tanquam agnus mori vel occidi potuit. Christus sic non est radix David: quomodo non radicem vitis portat, sed vitem radix. Itaque secundùm divinitatem dictum est,*

* Lib. 4. in Apoc. ca. 5.

Eltrad. Davidi: quia videlicet sicut radix vitē ant palmites [illegible], ita Patrem suo carnis Davidem portat Christus, secundum suam divinitatem. Et: * Dei Filius, secundum naturam, qua Deus est, mori non potuit: sed ea immortali atque impassibili permanente, secundum naturam hominis, quam assumpsit, inter vepres, id est, inter scelera Judaeorum, clavis haerens ad cornua crucis, verè passus, verè mortuus, & verè sepultus est.

Petrus Cluniacensis inquit: * Misit itaq; Deus Filium ad filios hominum: ut humanam naturam induens, & humanis rerum modis, in carne assumptâ, non peccatum, sed poenam peccati, mortem scilicet corporalem, susciperet: & ita simplici sua, illorum duplā, horarīâ sua, illam sempiternam excluderet. In quâ dispensatione misericordia misereretur, justitia nihil detraheretur: dū pro aeterno supplicio hominum, pro aeternâ morte hominum, tēporalis mors Dei & Hominis offerretur. Quae tanti ponderis in ipsâ ipsius justitiae lance esse cognoscitur: ut, ad juste ordinanda Mundi peccata, longè magis praeponderet mors transitoria Filii Dei, quam aeterna filiorum hominum. Plus planè redditum est justitiae, quando Christus mortuus est; quam sit recompensatum, quādo homo damnatus est. Et: * Deitatis essentiam nunquam & nusquam inquinari, nunquam & nusquam vulnerari, nūquam & nusquam quippiam tormenti vel doloris posse pati, Christianus & corde credit ad justitiam, & ore confitetur ad salutem.

¶ De fine & fructu Passionis & mortis Christi, inquit Honorius: * Sicut ea, quae facta sunt per Adam in arbore praevaricationis, contulerunt homini in adversitatē: ita cuncta quae facta sunt per Christum in arbore passionis, provenerunt homini in prosperitatem. Item: * Passione suâ nos ab aeterna mortis cruciatu, & potestate Diaboli, Dominus liberavit: & ideò Patri nos reconciliavit, perenni gloriâ ditavit.

Hugo de S. Victore inquit: * Olim, cum non esses, (anima) dilexit te (Sponsus tuus,) ut pulcram faceret: & ut ostenderet tibi, quantùm te diligeret; non nisi moriendo à morte te liberare voluit: ut non tantùm impenderet pietatis beneficium, verùm etiam pietatis monstraret affectum.

Rupertus ait: * In passione Christi, paries ille inimicitiarū solutus est, quia peccati chirographū cruore ejus deletū est. Item: * A nullo homine Baptismum accepit remissionis peccatorum: sed ipse nobis, per passionem suam, fons remissionis factus est. Et: Per passionem Christi, caelū est apertum, facta q; angelorum & hominum concordia; qui prius inter se discordes erant. Et: * Per mortē Regis nostri, Dei & Hominis Christi, per mortē, inquam, & resurrectionem hujus magni Regis, Princeps Mundi hujus judicatus, & forâs missus est. Itē: * Christus haeres dicitur, non mortuis Patris, sed mortua haereditatis: quam quia Deo Patri perierat, Filius resuscitavit, iterum possidet; jure illa ejus haereditas dicitur & est, cujus vita dispendiis reparata est. Item: * Christus in sua passione decorem indutus, indutus fortitudinem, & virtute praecinctus, regnavit per passionem carnis, & passionem mortis: dominium servorum infideliū, id est, omnium filiorum Adae, scilicet peccatum, damnavit; regnum peccati & mortis destruxit; confidēter traduxit, & in semetipso palam triumphabat. Et: * Christus ideò mortuus est, ut filios Dei de cunctis gentibus, qui dispersi erant, & lōgè dejecti, nomen Domini non audierant, congreget in unum populum, in unam Ecclesiam, in unum corpus suum. Et: * Incarnatio nihil Mundo profuisset; nisi per passionem suam, redemtionem ejus acquisivisset. Et: * Christus Dominus, verus Dei agnus est, pro salute totius Mundi immolatus: ejusq; agni in Aegypto immolati jubente Domino per Moysen, figuram praetulerunt. Item: Creator angelorum & hominum semetipsum exinanivit, minoratus paulò minus ab angelis; & in forma servi, cruciatus est labore & angustiâ passionis: ut nos in sanguine suo lavaret a peccatis nostris; & iterum resurgendo a mortuis indutus gloria immortalitatis & honore incorruptionis, recubuit in caelo ad dextram Patris. Et dato Spiritu sancto fecit nos ferre, quidnam [illegible] nobis. Item: * Pontifex summus noster Christus, per suum sanguinem, ad rogandum Patrem, in sancta sanctorum introiens, aeternam redemtionem invenit. Item: Christus Filius Dei, pax nostra [illegible] alis: qui pro eo, quòd solus erat innocēs, solus & poterat rationes perorare nostrae pacis. Et: * Per Spiritum sanctum, ipsum offert Christus hostiam immaculatam Deo Patri: ut sanguis ejus emundet nos ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi. Et: * Per passionem Christi hoc actum est, quòd gratia per Spiritus in nos effusa est. Nam, si Christus non passus in caelum ascendisset, profectò iste Spiritus gratiae, qui per sanguinem ejus peccata [illegible] non [illegible]. Et: * Inimicitias, quae ab initio inter Deum & homines erant in carne sua solvit: & idcirco pertulit mortem, ut genus humanum reconciliaret. Et: * Hac personâ ita acquirenda [illegible] pace & gratiâ, plus egit, & semetipsum impendit: nostram assumendo naturam: & obediendo usque ad mortem; mortem autem crucis, eandémque naturam in se resuscitando à mortuis & consedere faciendo ad dextram Patris [illegible] est [illegible] hereditatem nobis [illegible] retinent hujus gratiae & pacis. Et: * Christo passo, regnum Dei positum sive positum, ut sedeat Deus in illo. Per [illegible]. Et: * Per passionem Christi, Filii Dei, & originale peccatum, & omnia deleta sunt peccata Mundi. Et: * [illegible] novus [illegible] & Homo, Christus Jesus, obtulit pro peccato suo vitulum immaculatum; pro pace [illegible] est si ovium. Nostrum enim peccatum, per suam gratiam suum facit debitum. Et: * Christus, naturam hominis assumens, ad mortis passionem vasit; & electos suos, nomine valente resistere, de vi fortis Diaboli eripuit. Et: * Non ideò co Deus homo factus est, laborávitque ut passus [illegible] in [illegible] templo, sive in illis gloriaretur aut requiesceret carnalis templi ceremoniis: sed ideò, ut salvaret omnes, ut passione sua redimeret Mundum. Et: * Per passionem Christi, Princeps tenebrarum Diabolus victus, & redemtio generis humani facta est: quod per legis antiquae praecepta, veteris sacerdotii sacrificia, perfici non poterat. Et: * Per Spiritum sanctum, se-ipsum offert Christus hostiam immaculatam Deo: ut sanguis suus emundet nos ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi. Et: * Per novum hominem Christum, per sanguinem ejus redemtū, datum est nomen novum. Et: * Per sanguinem Christi in salutem recuperati sumus, & in gratiam recepti. Quòd salvati sumus, Deo nostro; non nobis, tribuitur.

Bernhardus ait: * Mortuâ illâ mors mortua est: & regenerati sumus in spem vitae, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis. Et: * Quid magnum fuerat Domine, si, [illegible] bona, propter quam veneras, intrepidus stares, tanquam qui potestatem habebas ponendi animam tuam; & nemo eam tollebat a te? An non longè gloriosius fuit (quandoquidem totum propter nos agebatur) ut non modo passione corporis, sed etiam cordis affectu, pro nobis [illegible] & quos vivificabat mors tua, [illegible] & [illegible] robustos, & moestitia laetos, & taedium alacres, & turbatio quietos faceret, & desolatio consolatos? Et: * Ad cumulum postremò pietatis, tradidit in mortem animam suam; & de proprio latere protulit pretium satisfactionis, quo placaret Patrem. Et: Passio tua ultimum refugium, singulare remedium. Deficiente sapientia, justitia non sufficiente, sanctitatis incumbentibus meritis, illa succurrit. Et: * Quid aeque tam efficax ad curanda conscientiae vulnera, nec non ad purgandam mentis aciem, quam Christi vulnerum sedula meditatio?

Petrus Cluniacensis ait: * Noverat Salvator, quid fecerat, quid facturus erat propter hominem: noverat singulare opus, quod gesserat induendo hominem: noverat stupendum, quod gesturus erat moriendo propter hominem. Sciebat, se hoc opere salvaturum hominem; sed absque hujus operis delectione, nullatenus salvare posse hominem. Sciebat, quia [illegible] & mortis sua opus, sicut super omnia sua summe celebratum, sic mortalibus, pro quibus [illegible]abat, summè erat commendandum: ut pote cujus caro pro illis torquebatur; cujus anima pro illis tristabatur; cujus novissimo morte, illorum vita ministrabatur. Hoc certe solenniter commendandum erat, ut Christus diligeretur, [illegible] habeatur; habitus nunquam perderetur. Item: Totus orbis terrarum conclamat, vociferans, se bono mortis Domini a morte aeterna ereptum, salutē redditum, vitae perpetuae restitutum.

Petrus Lombardus inquit: * De merito etiam Christi praetermittendum non est: de quo quidam dicere solent quod non sibi, sed membris tantum, meruerit. Meruit quidem membris, redemtionem a Diabolo, a peccato, a poenâ & regni reseratonem ut, amotâ igneâ romphaea, liberè pateret introitus. Sed & sibi meruit impassibilitatis & immortalitatis gloriam: sicut ait Apostolus: * Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem; mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illū, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen. Apertè dicit Apostolus, Christum propterea exaltatum, per impassibilitatis gloriam, quia est humiliatus per passionis obedientiam. Humilitas ergo passionis, meritum fuit exaltationis; & exaltatio praemium humilitatis. Unde Augustinus, exponens praemissum capitulum, ait.

ut Christus resurrectione clarificaretur. prius humiliatus est passione. Humilitas, claritatis est meritum; claritas, humilitatis est præmium. Sed hoc totum factum est in forma servi. In forma enim Dei semper fuit & erit claritas. Item Ambrosius, idem capitulum tractans, ait: Quid & quantum humilitas mereatur, hic ostenditur. Hic testimonium evidens fit, quòd Christus per humilitatem & obedientiam passionis, meruit clarificationem corporis: nec id solum; sed etiam impassibilitatem animæ. Anima enim ipsius ante mortem erat passibilis, sicut caro mortalis: sed post mortem, merito humilitatis, & anima impassibilis facta est, & caro immortalis. Et: Ad quid ergo voluit pati & mori; si ei virtutes ad merendum illa sufficiebant? Pro te, non pro se. Quomodo pro me? ut ipsius passio & mors tibi esset forma & causa. Forma virtutis & humilitatis, causa gloriæ & libertatis: forma, Deo usque ad mortem obediendi; & causa tuæ liberationis ac beatitudinis. Meruit enim nobis, per mortis ac passionis tolerantiam, quod per præcedentia non meruerat: scilicet aditum paradisi, & redemtionem à peccato, à pœna, à Diabolo: & per mortem ejus hæc nos adepti sumus, scilicet redemtionem, & filiorum gloriæ adoptionem. Ipse enim moriendo factus est hostia nostræ liberationis. Sed quomodo per mortem nos à Diabolo & à peccato redemit, & aditum gloriæ aperuit? Decreverat Deus in mysterio, (ut ait Ambrosius) propter primum peccatum, non intromitti hominem in paradisum, id est, ad Dei contemplationem non admitti; nisi in uno homine tanta existeret humilitas, quæ omnibus suis proficere posset: sicut in primo homine tanta fuit superbia, quæ omnibus suis nocuit. Non est autem inventus inter homines aliquis, à quo id posset impleri; nisi Leo de tribu Juda: qui aperuit librum, & solvit signacula ejus, implendo in se omnem justitiam, id est, consummatissimam humilitatem; quâ major esse non potest. Nam alii omnes homines debitores erant, & vix unicuique sua sufficiebat humilitas. Nullus ergo eorum hostiam poterat offerre, sufficientem reconciliationi nostræ. Sed Christus homo sufficiens, & perfecta fuit hostia: qui multò amplius est humiliatus, amaritudinem mortis gustando; quàm ille Adam superbiit, per esum ligni vetiti noxiâ delectatione perfruendo. Si ergo illius superbia omnium extitit ruina, ipsum de paradiso mittens suis aliisque occludens januam: multò magis Christi humilitas, quâ mortem gustavit, ingressum regni cœlestis omnibus suis, impleto Dei decreto, aperire valuit, atque decreti delere chirographum. Item: Magna ergo, in morte Unigeniti, præstita sunt nobis; ut liceat nobis redire in patriam: sicut olim in morte summi Pontificis, his, qui ad civitatem refugii confugerant, securè ad propria remeare. Item:* Nunc ergo quæramus, quomodo per mortem ipsius, à Diabolo, & à peccato, & à pœnâ, redemti sumus? A Diabolo ergo & à peccato, per Christi mortem liberati sumus: quia (ut ait Apostolus) in sanguine ipsius justificati sumus: & in eo quòd sumus justificati, id est, à peccatis soluti, à Diabolo sumus liberati; qui nos vinculis peccatorum tenebat.

[* Dist. 19.]

RICHARDUS ait:* Mors Christi, myrrha prima est, myrrha optima, quia omnia mala nostra mortificat: tam potens, ut nihil ita sit ad mortem æternam, quod non salvet & vivificet.

[* Super Cant. c. 38.]

PETRUS Blesensis inquit:* Nocuit nobis vetus Adam: sed plus profuit novus. amplius nobis contulit hujus humilitas; quàm superbia illius nobis abstulerit. Nam (Paulo Apostolo teste) non sicut delictum, ita & donum. Damni enim extenuationem, beneficii magnitudo transscendit. Cùm priùs habuimus terribilem Deum & judicem, nunc habemus humilem fratrem & proximum. Christus itaque, cursum nostræ mortalitatis transiens, in fame & siti in lassitudine & dolore, & in universis miseriis hujus vitæ, demum traditus à discipulo, & tanquam vile mancipium venditus, flagellatus, consputus, spinis coronatus, illusus, affixus stipiti, & morte turpissimâ condemnatus, quæ non rapuit solvit, & spontè morti se offerens, omnia in humilitate sustinuit.

[* Epist. 83]

HILDEGARDIS inquit:* Prævaricatio Adæ, per sanguinem Filii Dei mirabiliter in salvatione restaurata est. cùm prius illam nullus, nisi unigenitus Dei, à Patre missus in Mundum, dissolvere ad superiorum ingressum potuisset. Nisi enim Filius Dei sanguinem suum pro salute hominum fudisset, illa transgressio Adæ ita comprimeret hominem, ut ad gaudium supernorum civium pertingere non posset. Et:* Quoniam homo, natus in peccatis, hominem peccatorem de perditione mortis liberare non valuit: quapropter Filius Dei sine peccato venit; qui hominem, devicta morte, misericorditer de morte eripuit.

[* li. 2. vis. 3.] [* Vis. 7.]

MECHTILDIS inquit:* Christus iram Patris mitigavit, & hominem Deo reconciliavit, in sanguine suo, & in eum transierunt iræ: & nō pepercit Filio suo unico Christo: sed in manus impiorum Christus traditus est, & in tantum mitigavit Dei iram; quòd si homo voluerit, nunquam de cætero ira Dei adversùs eum acuetur.

[* lib. ...]

¶ Passionem Christi non omnibus prodesse, RUPERTUS ait:* Non omnibus, præsertim Judæ, præsens passionis sanctificatio prodest.

[* lib. 11. in Ioh. cap. ...]

¶ De Resurrectione Christi, ait PETRUS Alphonsus:* Dicit namque David in Psalmo:* Dies super dies Regis adjicies; annos ejus usque in diem generationis & generationis. De quo enim Rege ista, nisi de Christo, dici potuit prophetia? Per dies quippe Regis, definitum tempus, quo ante passionē Christus in Mundo vixit, notari Propheta voluit: per dies autem, quos super dies Regis adjiciendos esse dixit, quos & sine determinatione posuit, tempus post ejus resurrectionem intellexit: quod & sine terminum esse signavit, cùm addidit, Annos ejus usq; in diem generationis & generationis. In Esajâ quoque legitur:* Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc sublevabor. Et hæc tria Dominus intelligi voluit. Quod enim ait, Nunc consurgam, de resurrectione sui corporis de morte dixit. quod autem sequitur, Nunc exaltabor, de ascensu suo in cœlum intulit. tertium verò, quod est, Nunc sublevabor, de exaltatione & gloria in se credentium addidit.

[* Tit. 11] [* Psal. 61. 7.] [* ca. 33. v. ...]

RUPERTUS ait:* Moyses & cæteri Sancti omnes mortui sunt; & nemo illorum resurrexit: hic autem, crucifixus quidem est ex infirmitate nostrâ; sed vivit nunc ex virtute Dei. Item: Quamdiu idem Dominus noster, Deus immortalis, homo inter homines degit, nostram induens mortalitatem. At ubi resurgendo ipse à mortuis regnare cœpit, priùsquo in sui regni gloriam intravit: tunc primum cœperunt renasci, qui viderunt regnum Dei; videlicet per Baptismum commoriendo & consurgendo. Et:* Christus resurgendo omnem nostram excessit mortalitatem. Et:* Quòd noctu resurrexit Dominus, ipso tempore innuit, quòd semper debeamus esse parati. Quia, sicut tunc nocte, cunctis quiescentibus, surrexit, ita quâ hora non putamus se venturum esse prædixit.

[* lib. 9. in Ioh. ca. 1.] [* li. q. a. 30] [* lib. 7. ...]

BERNHARDUS ait:* Christus nō rediit hodie, sed resurrexit: non rediit; sed transiit: transmigravit, non remeavit. Denique & ipsum, quod celebramus Pascha, trāsitus, nō reditus, interpretatur.

[* Serm. ... Resurr. ...]

De corpore Christi post resurrectionem, ait PETRUS Alphonsus:* Cum igitur Christi corpus, post resurrectionē, levissimum & subtilissimū fuerit; quippe cùm in morte omnem ponderositatem & spissitudinē amiserit: cujus rei argumentum est, quòd ulteriùs nec cibo nec potu indiguit: cùm (inquam) tale fuerit, & spiritum, id est, animam secum habuerit; & præterea deitatem, quæ omnibus carnis spiritibus, Moyse attestante, dominatur & præcellit: numquid non in cœlum, cùm placuit, ascendere potuit?

[* Tit. 12.]

¶ De Ascensione Christi, inquit PETRUS Alphonsus:* Fides profectò mea est, quòd in cœlū ascenderit. Credo enim, quia sua virtus omnipotentia tanta fit; quod quocunque modo factum fuerit possibile sua esse, ut placuit.

[* Tit. ...]

SAMUEL Israëlita ait:* Ex his, quæ dicta sunt, sequitur necessariò quòd jam venerit ille Justus: cujus naturæ corporeæ hæc prædicta & similia poterunt convenire. Si autem tibi videtur forte durum, credere, domine mi, quòd homo corporeus ascendit in cœlum: audi authoritates & exempla, quæ mihi occurrunt de Scripturis nostris. Et super hoc dicit David Propheta doctus:* Ascendit Deus in altum, & salvabit captivitatem: dedit dona hominibus. Dicit etiam de ascēsione ejus:* Jubilate Deo, & glorificate nomen ejus, iter facite ei, qui ascendit de partibus Occidentis: Dominus, nomen illi. Adhuc, domine mi, dixit David de illo in Psalmo, quem tu habes in corde:* Jubilate Deo, qui ascendit super cœlum ad Orientē. Et de isto dixit Amos:* Dominus est qui ædificavit in excelso sedem suam. Et de ipso etiam dicit David in Psalmo:* Ascendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tubæ.

[* in Tract. ... Mess. a ... 13.] [* Psal. 68 v. 19.] [* ibid. v. 5.] [* ibid. v. 34] [* ca. 9 v. 6.] [* Psal. 47. v. 6.]

RUPERTUS ait:* Ascendit Deus in jubilatione, & Dominus in voce tubæ. In jubilatione videlicet eorundem Apostolorum, quibus videntibus elevatus est. nam ipsi adorantes, regressi sunt Hierusalem cum gaudio magno, &c. In voce autem tubæ, id est, cum testificatione pronuntiationis angelicæ; quâ venturus est ad judicandum. Item:* Rapto Christo ad Deum, & ad thronum ejus, ipsâ passione & resurrectione, quâ rapiebatur & transibat ex hoc Mundo ad Patrem: tunc facta est salus

[* li. 4. in Apoc. c. 6.] [* li. 9. ...]

virtus,

virtus, id est, remissio peccatorum nostrorum. ex-tunc factum est, imò facti sumus nos, regnum Dei nostri, & facta est potestas Christi ejus in cœlo & in terrâ.

* Serm. 19 parvo.

BERNHARDUS inquit:* *Ascendit quidem semel Christus corporaliter super altitudinem cœlorum. sed & nunc ascendit quotidie spiritualiter in cordibus electorum.* Et:* *Surrexit de corde terræ, sed super terram non remansit. Ascendit autem, ubi erat priùs. Nam qui descendit, ipse est qui & ascendit, panis vivus, qui de cœlo descendit: idem ipse sponsus Ecclesiæ, Jesus Christus Dominus noster, qui est super omnia Deus benedictus in secula.* Et:* *Redemtor noster legitur elevatus, hoc est, ex se-ipso levatus, non aliunde adjutus. Denique, non curribus vehicula, non angeli adminiculo: sed propriâ virtute subnixum suscepit eum nubes ab oculis eorum. Cur hoc? an fessum juvit? an pigrum impulit? an cadentem sustinuit? Absit. Sed suscepit eum ab oculis carnalibus discipulorum: qui, etsi Christum noverant secundùm carnem; sed ultra jam non noscerent.*

* Serm. 75. super Cant.

* de Grad. humilit.

* Epist. 83

PETRUS Blesensis inquit:* *Quadraginta diebus cum discipulis visibiliter conversatus, eisdem comitantibus, venit in montem Oliveti; & videntibus illis elevatus est, & ascendit ad Patrem: ut eum in Patris æqualitate credamus, atque, in communi resurrectione vivorum & mortuorum, judicem expectemus.*

* Serm. in fer. 4 de Pass. Dom.

¶ De Humilitate Christi, ait BERNHARDUS:* *O novissimum, & altissimum! ô humilem, & sublimem! ô opprobrium hominum, & gloriam angelorum! Nemo illo sublimior; nemo humilior.*

* lib. 2 contra Judæos

PETRUS Cluniacensis ait:* *Quòd enim celsus, quòd maximus, quòd omnipotens esset; certum erat: quòd humilis homo fieri dignaretur; nemo, præter magnos illos, credebat. Quis enim hoc cogitare, quis suspicari posset; quòd tantus tantillum, quod maximus parvum, quod æternus mortalem, quòd majestas immensa vermem (ut sic loquar) humanum in se-ipsa susciperet, & in Deum proveheret? Hoc opus ejus; quia est super omnia opera ejus: non ad irritandum, non ad blasphemandum, sed ad ipsum inde sublimiùs admirandum, laudandum, glorificandum, te debuit trahere, præ cunctis operibus ejus.*

* de Statu domus Dei. lib. 4.

POTHO inquit:* *Divinis itaque dispositionibus, per Angelos administratis, non solùm homines subjacent: sed etiam humani generis conditor atque redemtor, Angelorum dominus, paulo minus minoratus ab Angelis, his subesse dignatur. Nam, cùm factus in agonia prolixiùs oraret, apparuit ei Angelus de cœlo, confortans eum. O mira dignatio Salvatoris nostri! Ipse namque, paternæ voluntatis nuntius, magni consilii angelus appellatus, Legi, quæ per angelos ordinata est, subditus erat; qui legi nihil debebat: quia sine peccato in Mundum natus, sine peccato est in Mundo conversatus. Sed, quia semet-ipsum exinanivit, formam servi accipiens; ut servos peccati in adoptionem filiorum Dei transformaret: purgator eius peccatorum faciens, hominem assumtum, supra omnem principatum & potestatem, in cœlestibus ad dextram paternæ majestatis collocavit. Sic profectò miro modo actum est, ut hominem cœlestem, quem Mundus naturâ mirante suscepit, jam propter passionem mortis gloriâ & honore coronatum, cœlum reciperet, incomparabiliter supra omnem angelicam creaturam sublimatum. Ipse omnium purgator purgandorum, omnium illuminandorum illuminator, omnium perficiendorum perfector est: de cujus capite plenaria benedictionis unguentum manans, inferioribus largissimâ copiâ influxit; omnem videlicet rationalem creaturam, hoc est, angelicam & humanam, mirificâ suavitate replens.*

* cap. 15.

PETRUS Cantor ait:* *Cùm Dominus noster Jesus Christus in omnibus virtutibus polleat & commendetur; maximè in humilitate commendatur: adeò quidem, quòd de eâ præcipue, præ cæteris virtutibus, scholas cœlestes rexerit, inquiens:* Discite à me, quia mitis sum.

* Matth. 11. v. 29.

* in Joh. lib. 13.

¶ De glorificatione Christi, RUPERTUS ait:* *Pater, clarifica nomen, junctim ejusdemque, Jesu Christi, Dei & Hominum secundum utramque naturam se habentis, verba sunt hæc.* Et:* *Hanc claritatem Pater Filio, secundùm quod homo est, dedit: ipse autem filius, secundum quod Deus est, dedit fidelibus suis.* Et:* *Propter passionem mortis gloria & honore coronatus sum: & secundum hominem assumtum, data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, judicium facere, ut qui crediderit & baptizatus fuerit, &c.*

* Joh. 12. v. 17.

* l. 4. in Apoc. c. 3.

* Serm. 2. de Ascens. Dom.

BERNHARDUS:* *Hæc secunda glorificatio, priori glorificationi, propter excellentem gloriam, manifestè prælucet. Manipulus primitiarum nostrarum, Christus, oblatus est, ad dextram Patris assumtus; & assistit nunc vultui Dei pro nobis. Sedet autem ad dextram, habens in dextrâ misericordiam, in sinistra judicium: & misericordiam multam nimis, & judicium multum nimis in dextra æquitatis in sinistra ignem immobiliter tenens.* Et:* *Istud ergo gratiæ, quod de virgâ Jesse, virore virgineo pullulavit, in magna floritura fuit, cum resurrexisset à mortuis, mutatus, Domine Deus meus, magnificatus es vehementer, & omni ... nem & decorem induens, amictus lumine sicut vestimento.* Et:* *Tu quoque, si desideras videre ... altum, humilem priùs Jesum videre curato. Intuere priùs exaltatum in deserto Serpentem, si videre desideras Regem in solio residentem. Ista te humiliet visio, ut illa exaltet humiliatum. Reprimat & sanet ista tumorem tuum, ut illa repleat & satiet desiderium tuum. Exinanitum vides? Non sit otiosa visio, quia exaltatum otiosè videre non poteris. Similis eris illi, cùm videris eum, sicuti est; esto & nunc similis, videns eum, sicut propter te factus est. Si enim ne in humilitate quidem similitudinem ejus abnuis, certa tibi sublimitatis quoque similitudo debetur. Nunquam ille socium tribulationis a communione gloriæ patietur arceri. Denique, usque adeo non dedignatur passionis suæ consortem & in regnum mittere secum, ut in cruce confitens Latroni, eâdem die cum eo fuerit in paradiso. Hinc est, quod ait etiam ad Apostolos:* Vos estis, qui permansistis mecum in tribulationibus meis; & ego dispono vobis regnum.* Et:* *Hinc rursus Pater ad filium: Sede, inquit,* a dextris meis; donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: *hoc est, donec omnes, qui te contemnunt, tuæ voluntati subjiciam, sive invitos & miseros, sive voluntarios & beatos.* Et:* *Denique, non jacere, sed sedere ad dextram Patris filium fides indubitata habet: & ipsum cœlum sibi sedem esse, non lectum, perhibet: ut scias, illum in sum, id est, in superis, nequaquam jolita habere infirmitatis, sed potestatis insignia.* Itèm:* *Cui enim Angelorum aliquando dictum est: Sede a dextris meis? Non modo autem de numero Angelorum, sed nec de superioribus quidem vel ... Beatorum ordinibus, omninò quis repertus idoneus est ad capessendam hanc superexcellentem gloriam. Ad neminem prorsus illorum facta est vox illa gloriæ singularis: neminis vo... sine ... sufficientia experiendatum. Sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, profectò desiderant in eum prospicere: non se illi comparare præsumunt. Igitur Domino meo singulariter a Domino, & dictum, & datum est sedere a dextris gloriæ ipsius, ut ... in gloria coæqualis, in essentia consubstantialis, pro generatione consimilis, majestate non-dispari, æternitate non-posteriore.*

* Serm. 2. de Pasch.

* Serm. 1 ... Sanctorum.

* Luc. 22. v. 28. 29.

* Serm. 11 super Cant.

* Serm. 73.

* Serm. 76.

HUGO Heterianus dicit:* *Ideoque, dicit, Clarifica me, humanam scilicet naturam, quæ nunc contumeliis afficitur, crucifigenda post modicum: & induc in gloriam, quam habui apud te Filius ego tuus, priusquam Mundus esset. Quare, cùm dicit, Clarifica me, humanam naturam demonstrat: cùm dicit, Claritate quam habui, divinitatem. utrumque enim ... unum & idem pronuntiavit, propter personalem duarum naturarum proprietatem & concordiam, ... gitur gloriam secundum hominem quærit. Nam secundùm Deum antequam Mundus esset habuit semper eam. Si enim gloriam non habuisset; mentitus fuisset Evangelista qui dixit:* Et vidimus gloriam ejus. *& Apostolus:* Non Deum gloriæ crucifixissent. *David quoque:** Introibit Rex gloriæ. *Quando eam, non secundum quod Deus est, glorificari, sed secundùm humanitatem, quærebat: utrâque, forsitan gloria, intrinseca scilicet & extrinsecâ. Est enim gloria intrinsecus, ut in Sole claritas: alia vere extrinsecus advenens; ut honoris, scientia, laudis, ac similium.*

* l. 3. de Process. Sp. S. c. 24.

* Joh. 1. v. 14

* 1. Cor. 2 v. 8.

* Ps. 24. v. 7

¶ De Differentiâ passionis Christi & nostræ LOMBARDUS ait:* *Dicimus, aliquam esse differentiam inter passionem capitis & membrorum. Christi namque passio causa est nostræ salutis: quod non est passio alicujus Sancti. Nullius enim passione redemti sumus, nisi Christi. Profuerunt quidem, non modo eis, qui passi sunt, verùm etiam aliis fidelibus, ipsorum passiones: veruntamen nostra redemtio non sunt. Hoc enim pastor illius sola potuit, qui Deus est & Homo.*

* lib. 3. dist. 48.

¶ De Operibus Christi summatim, inquit BERNHARDUS:* *Quid ultrà debuit facere, & non fecit? Illuminavit cæcos; reduxit errantes; reconciliavit reos; justificavit impios; triginta & tribus annis super terram visus cum hominibus conversatus, pro hominibus mortuus: qui de Cherubim & Seraphim, & omnibus angelicis virtutibus dixit; & facta sunt: ... subest, cùm voluerit, omnia posse.* Et: *Quod Dominus ac Salvator noster semel, & in uno loco, visibiliter tunc temporis dignatus est operari: hoc etiam nunc ubique terrarum, in cordibus electorum, operatur quotidie invisibiliter.*

* Serm. 5. de ... Mar.

¶ [illegible] in [illegible]: *Volet etiam [illegible] congruenter [illegible] dem hominum, vel Ille homo, descendisse de cœlo, vel ubique esse? sicut dicitur Filius Dei, vel Deus, de [illegible], & ubique esse. Ad quod dicimus: Si ad unitatem personæ referatur dicti intelligentia; sane dici potest: si verò ad distinctionem naturarum, nullatenus concedendum est.

¶ [illegible] modo [illegible] Christus, inquit BERNHARDUS: *Erat tamen Christus in ipso, haud aliter utique, quàm per [illegible].

[illegible] HILDIS: *Primò manet cum homine, quasi pater [illegible], dividendo cum illo cœlestem hæreditatem, quam mercatus est [illegible] pretioso sanguine, cum omni labore, quod operatus est [illegible] triginta annis. Hæc omnia propriè dat homini. Quasi amicus cum amico. & sicut homo, habens fidelem amicum, confugit in necessitate ad eum: ita etiam homo ad Christum habet [illegible]. 3. [illegible] sponsus cum sponsa inter quos [illegible] potest esse divisio, nisi infirmitate disjungantur. Et Christus potest sanare infirmitatem. Igitur nulla erit disjunctio. 4. Velut socius [illegible] socio: qui juvat onus portare socio. Sic etiam Christus hominis onera fideliter portat: ut homines sint omnia [illegible] ευψυμα.

¶ Quomodo Christus Patri subjiciendus dicatur. RUPERTUS: *Christus subjectus Patri non subjectione seculi [illegible] more [illegible] separabili, non speciè diversitatis; sed unitate individua [illegible] inferior quidem secundum naturam Dei: & sic honorificandus semper, sicut & Pater, gloriâ & honore æternus [illegible].

¶ De ignorantia Christi, inquit BERNHARDUS: *Quo [illegible] legitur, quia dicens, se aliquid nescire, non juxta [illegible], sed secundum hominem loquitur. Aliàs quippe, loquens de [illegible] secundum suam divinitatem, non Filius, vel Filium hominis, sed Ego, vel Me [illegible] ponere consuevit, ut ibi: *Amen [illegible] antequàm Abraham fieret, ego sum. Ego sum, ait, non [illegible] hominis est. Nec dubium, quin de illa essentia diceret, quæ ante Abraham, & sine initio est, non quæ post Abraham, & ex Abraham facta est. Alibi quoque hominum de se opinionem a Discipulis inquirens; *Quem dicunt, inquit, homines esse, non Me, sed Filium hominis? Rursus eosdem interrogans, quid de se ipsi quoque sentirent: *Vos autem, non Quem Filium hominis, sed Quem me, ait, esse dicitis? Carnalis videlicet populi sententiam de carne inquirens, nomen carnis, quod propriè est Filius hominis, posuit: spirituales verò discipulos de sua dignitate interrogans, non Filium hominis, sed signanter, Me dixit. Quod denique Petrus intelligens, quid per hoc, quod dixerat, Me, requisitus fuisset, sua responsione aperuit: *Tu es, inquiens, non Jesus Filius virginis, sed, Christus Filius Dei.

¶ Quibus se Christus cõparet, ostendit HONORIUS: *Sed & hoc notandum, quòd se Christus quatuor rebus comparat, scilicet vermi, aqua, cera & testæ. In verme tria considerantur: sine coitu nascitur, humilis repit; sine sono movetur. Sic Christus sine coitu nascitur; humilis graditur; quiete utitur. Unde & de Manna vermis nascitur: quia Christus de Virgine generatur. In aqua etiam tria notantur: sordes abluit, sitim extinguit, imaginem reddit. Sic Christus sordes abluit, sitim justitiam sitientibus extinguit, imaginem Dei in nobis deletam reddit. In cera quoque tria considerantur: lumen ex ea efficitur, in ea scribitur, sigilli imago in ea imprimitur. Sic ex Christo lumen Spiritus sancti resplenduit, nomina nostra in libro vitæ, & suum nomen in frontibus nostris scripsit, & Pater imaginem suam in eo expressit. Ipse quippe imago Dei describitur, quæ sigillum nostris animabus imprimitur, & imago Regis redditur. In testâ ultimo quoque tria notantur: testa enim olla in igne solidatur, cibus in eâ paratur, thesaurus in ea servatur. Sic Christi humanitas in igne passionis ad immortalitatem firmatur, cibus nobis de ejus corpore in altari paratur; omnis thesaurus sapientiæ & scientiæ in eo occultatur.

¶ Quòd Credentes in Veteri Testamento, omnia noscent de Christo [illegible] utaria. BERNHARDUS: *Ita ergo multi [illegible] Salvatoris adventum Deum omnipotentem tenentes, & [illegible] gratuitum [illegible] promissorem, credentes in promissione [illegible] spe [illegible] redemptorem, in hac fide & exspectatione [illegible] sunt: [illegible] quando, & qualiter, & quo ordine salus repromissa fieret, ignorarent.

DE SPIRITU SANCTO.

RUPERTUS dicit,* vocabulum Spiritus esse communicabile tribus personis, sed in sacris Scripturis sæpius uni personæ, scilicet tertiæ, assignari.

BERNHARDUS ait: *Voluntas divina dicitur Spiritus. Est autem propriè Spiritus halitus. Sed quia in spiritu & anhelitu sæpe voluntas hominis perpenditur (aliter enim spirat lætus, aliter iratus) divinitatem translativè vocarunt spiritum; et κατ᾽ ἀντονομασίαν sanctum. Spiritus iste a Patre & Filio procedit: quia voluntas divina & bonitas inde, quod ità potens & sapiens Deus effectu ostenditur. Nihil enim est, Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere, aliud, quàm divinam voluntatem, ex potentia & sapientia, usque ad creationem & gubernationem rerum extendere. Hæc bonitas & voluntas Patri coæterna est & Filio.

Vocatur Paracletus. RUPERTUS: *Spiritus veritatis rectè Paracletus, vel Consolator, dicitur: quia videlicet filios sponsi, de morte vel absentia Patris, consolatur vero [illegible] Scripturarum sensum dicendo, quòd oportuit pati Christum, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum. Quo nomine nusquam antehac appellatus invenitur: quia videlicet quamvis veteribus Sanctis, & ipsis ante passionem Christi Apostolis datus fuerat, non sic ulli datus erat, ut deberet appellari Paracletus. Nec enim in remissionem peccatorum fuerat datus, antequam glorificaretur Jesus. In eo quippe tota est consolatio Paracleti: quia luctum antiquum, per sacramentum passionis Christi, abstergit dum de Deo Patre, per mortem filii sui proprio facto, novâ regeneratione, de filiis iræ, filios reddit gratiæ, de servis peccati, filios justitiæ, de filiis mortis & perditionis filios vitæ & acquisitionis. Et: *Spiritus sanctus ideirco paracletus, id est, consolator dicitur: quia captivos filios Adæ filios efficit Dei, per regenerationem Baptismi, & in hoc seculo peregrinantes consolatur, testimonium reddendo Spiritui nostro, quòd sumus filii Dei: quando non solum in prophetiæ gratiam, sed in remissionem originalis peccati, omniumque actualium peccatorum, datur, per fidem Jesu Christi. Hoc autem non fieret: nisi Christus unus pro omnibus nobis, æterno Patri, Adæ debitum solvisset; & veteris piaculi cautionem pro cruore detersisset.

Spiritus Dei. RUPERTUS: *Prius dicebatur Spiritus Dei, sive Spiritus Domini. Spiritus sanctus altius enuntiari cœpit: & nomen venerabilius est, quam Spiritus Dei.

Lætitia Patris & Filii. RUPERTUS: *Spiritus sanctus, sicut lumen vultus Domini, sic rectè dicitur & est Lætitia Patris & Filii. Ubi Spiritus sanctus inhabitat, illic sempiterna & inenarrabilis est lætitia: nec aliud, quam ipsa est lætitia, quam importat.

Oleum. RUPERTUS: *Spiritus sanctus oleum dicitur. ut: Unxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

Charitas. LOMBARDUS: *Ita Spiritus sanctus proprio vocabulo Charitas nuncupatur cùm sit Pater & Filius universaliter charitas.

Donum. LOMBARDUS: *Spiritus sanctus, & donum dicitur, & datum, sive donatum, sed datum sive donatum ex eo tantum dicitur, quia datur vel donatur, quod habet tantum ex tempore. Itèm: *Ita etiam de Spiritu sancto dicendum est, qui propriè dicitur donum Dei: cùm tamen & alia plura sint dona Dei. Sed Spiritus sanctus ita proprietate immutabili & æterna donum est, sicut Filius proprietate est filius. Eo enim dicitur donum, quo Spiritus sanctus. & utroque utique nomine relativè dicitur, eâdemque relatione dicitur Spiritus sanctus, & donum: licèt ipsa relatio nõ ita appareat in hoc nomine, Spiritus sanctus; sicut in hoc nomine, Donum.

¶ De notitia Spiritus sancti, monet BERNHARDUS: *Sed dicit aliquis, Ergo & Spiritus sancti agnitio non est necessaria, ut cùm dixerit, esse vitam æternam, nosse & Patrem & Filium, de Spiritu sancto tacuerit. Est utique, sed ubi Pater & Filius perfectè agnoscitur, utriusque bonitas, quæ Spiritus sanctus est, quomodo ignoratur? Neque enim integrè homo homini innotescit, quamdiu latet, utrumnam bona an mala [illegible] voluntas. Quanquam &, cùm dictum est, *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te verum Deum, & quem misisti Jesum Christum: profectò, si missio illa beneplacitum, tam Patris benignè mittentis, quam Filii voluntariè obedientis, demonstrat: non omninò tacitum est de Spiritu sancto, ubi

tanta

tant à utrisque, gratia mentis facta est. Utriusque, siquidem amor & benignitas, Spiritus sanctus est.

¶ Quid sit, RUPERTUS ait:* *Spiritus sanctus est tertia in Trinitate persona.*

BERNHARDUS:* *Spiritus tamen sanctus, quasi specialiter Spiritus dicitur: quòd ab utroque procedat, firmissimum & indissolubile vinculum Trinitatis, tanquam propriè sanctus: quòd sit donum Patris & Filii, omnem sanctificans creaturam. Quamvis Pater quoque, & spiritus, & sanctus; itemque, & Filius, & spiritus & sanctus sit.*

¶ Est Coessentialis Patri & Filio, RUPERTUS:* *Spiritus sanctus alterius natura non est, quam Pater & Filius, quibus de personis hic enuntiatur.*

RICHARDUS:* *Spiritum, qui procedit ab homine, constat ipsi homini consubstantialem non esse. Spiritus autem Dei, est, à quo procedit, procerto est consubstantialis, & omninò per omnia aequalis. Quid tamen mirum, si pro similitudinis ratione, dicitur spiramen Patris & Filii; qui in diversis Scripturis dictus est digitus Dei? In eo autem, quod digitus Dei dicitur, nulla inaequalitas notatur; sed ad aliquam proprietatis sua similitudinem refertur. Digitum sanè protendimus, cùm aliquid alicui ad oculum ostendere volumus. Quando igitur Deus alicui interna & occulta sapientia sua Spiritûs sui illustratione, revelat: quid aliud, quam quod videri vult, digito suo demonstrat? Nam Pater quidem & Filius, unus idemque per omnia Deus, Spiritûs sui inspiratione, do. et nos de omnibus.*

¶ Est Deus. RUPERTUS:* *Spiritum sanctum credimus & confitemur verum esse Deum & Dominum, Patri & Filio consubstantialem & coaeternum: id est, per omnia secundum substantiam, quod Patrem & Filium; non eundem in persona quem Patrem & Filium. Nam, sicut alia Patris, & alia Filii, sic nihilominus alia est persona Spiritûs sancti: deitas autem, & gloria atque majestas, qua Patris & Filii, eadem nihilominus est Spiritûs sancti. Et, ut Patris & Filii, & hujus Spiritûs sancti proprietates, aliis quoque discernamus vocabulis: sicut Filium Verbum Patris dicimus, sive rationem, non utique verbum affectivum, neque affectatam rationem, sed substantiale verbum, & rationem sempiterne & substantialiter viventem: sic Spiritum sanctum dicimus Patris & Filii charitatem sive amorem; non utique accidentalem charitatem, neque adventitium amorem, sed substantialem charitatem, & aeterna substantia amorem.* Item:* *Solius Dei est esse ubique; Spiritus sanctus totum replevit orbem terrarum. Ergo Deus est.*

BERNHARDUS:* *Dulcissimum enim quiddam in Deo Spiritus sanctus est, benignitas Dei; & idem ipse Deus.*

LOMBARDUS:* *De Spiritu sancto, expressa documenta in veteri Testamento habemus. In Genesi legitur:* * Spiritus Domini ferebatur super aquas. *Et David dicit:* * Quo ibo à Spiritu tuo? *In libro Sapientia dicitur:* * Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum: benignus est enim Spiritus sapientiae. *Esaias quoque ait:* * Spiritus Domini super me.

¶ Est amor substantialis. RUPERTUS:* *Spiritus sanctus substantialiter amor est: non tantummodò amans, quod dici potest & de aliquo, qui accidentali dono ejusdem Spiritûs participationis amare incipit: sed ipsa divini amoris substantia est, viva natura est, verus Deus.*

BERNHARDUS ait:* *Est enim Spiritus ipse indissolubile vinculum Trinitatis: per quem sicut Pater & Filius unum sunt, sic & nos unum sumus in ipsis; eo miserante, qui pro Discipulis hoc ipsum orare dignatus est, Jesu Christo Domino nostro.* Item:* *Nempe, si rectè Pater osculans, Filius osculatus accipitur: non erit alienum, osculum Spiritum sanctum intelligi, utpote qui Patris Filiique imperturbabilis pax sit, gluten firmum, individuus amor, indivisibilis unitas.*

LOMBARDUS inquit:* *Spiritus sanctus amor est, sive charitas sive dilectio Patris & Filii.* Item:* *Spiritus sanctus amor est Patris & Filii; quo se invicem amant, & nos.* Item:* *Dictum est quod Spiritus sanctus amor est, quo Pater diligit Filium, & Filius Patrem. Rectè ergo Spiritus sanctus dicitur connexio vel concordia Patris & Filii; & per eum omnia connexa.* Et:* *Quod Pater & Filius se diligant, & unitatem servent, non solum essentiâ suâ, sed suo dono proprio.* Et: *sicut in Trinitate dilectio est, qua est Pater & Filius & Spiritus sanctus, qua est ipsa essentia deitatis, & tamen Spiritus sanctus dilectio est, qua non est Pater vel Filius: nec ideò duae dilectiones sunt in Trinitate. Quia dilectio, qua propriè Spiritus sanctus est, est dilectio, qua Trinitas est, non tamen ipse Trinitas est: sicut Spiritus sanctus est essentia, qua Trinitas est; non tamen ipse Trinitas est. Ita in Trinitate sapientia est, qua est Pater & Filius & Spiritus sanctus, qua est essentia divina: & tamen Filius est sapientia, qua non est Pater, vel Spiritus sanctus. Nec ideò duae sapientiae ibi sunt: quia sapientia, qua propriè est Filius, est sapientia, qua est Trinitas, ipse tamen non est Trinitas: sicut Filius est essentia, qua est Trinitas ipse tamen non est Trinitas.*

PETRUS Cantor ait:* *Spiritus sanctus, est amor Patris & Filii, & signum & probatio intimi amoris Patris ad Filium, sicut proles parentum. Spirat enim ab utroque.*

¶ An Spiritus sanctus relativè dicatur, LOMBARDUS disputat:* *Quidam tamen putant, Spiritum, vel Donum, non dici relativè ad Patrem vel ad Filium. Si enim, inquiunt, hoc relativè ad se dicuntur, sua invicem sibi respondent vocabula, ut, sicut dicitur Pater Filii Pater, & Filius Patris filius; ita dicatur Pater Spiritûs sancti vel Doni pater, & Spiritus sanctus, vel Donum, Patris spiritus vel donum. Sed non ita est in omnibus relativis. Non enim omnia, qua relativè dicuntur, sua ad se invicem respondent vocabula.*

¶ De Spiritûs sancti processione, RUPERTUS ait:* *Proprietas vel differentia processionis in eo est: quia Filius quidem processit & venit, videlicet ad condendam sancta Ecclesia domum, quam per ipsum condidit, qui universa creavit Deus: Spiritus autem sanctus cum processit, & usque ad finem seculi procedere non desinet, ad dedicandam & illustrandam domum eandem; ut inhabitet in illa, & inambulet Deus unus, Pater & Filius, & ipse qui illam dedicat & consecrat, Spiritus sanctus.* Et: *Spiritus sanctus ex tunc usque in aeternum, in subjectam rationalem creaturam procedere non desinit: quia videlicet absque processione ejus, inopia creatura subsistere nequit; sicuti absque Solis lumine Luna non lucet.* Item: *Spiritus sanctus, non genitus, sed procedens, rectè dicitur.* Et: *Ipsa missio, processio est, nisi hoc tantum, quod in sua substantiâ semper invisibiliter Spiritus procedit: in alienâ autem specie, ad tempus missus est; scilicet cùm vel super Dominum in specie columba, vel super Apostolos ejus apparuit in igne, alias aliter.* Et: *Venit enim Paracletus, missus est Spiritus veritatis: processit tunc visibiliter, qui semper invisibiliter procedit. Visibiliter tunc processit: non tamen in suâ substantiâ, quâ est invisibilis; sed in linguis apparuit igneis: & in corde accendit, & in ore disertos reddidit, & ut instructos testes Christi ipse invictus Spiritus sanctus ad publicum produxit.* Et:* *Non solum à Patre, sed etiam a Filio, Spiritus sanctus procedit. Sic non semel; sed bis, pro diversis affectibus, dari illum oportuit.* Et:* *Filius de solo Patre generatione processit inenarrabili. hic autem Spiritus sanctus, de Patre & Filio processione procedit nihilominùs ineffabili.*

BERNHARDUS ait:* *Duo sunt, unde procedat, & quò. Processio a Patre & Filio, posuit tenebras latibulum suum: sed processio ad homines, hodie coepit innotescere; & est fidelibus jam manifesta.*

LOMBARDUS ait:* *Dicendum est, Spiritum sanctum à Patre esse & Filio, & procedere à Patre & Filio quod multi Haeretici negaverunt. Quòd autem de utroque procedat; multis divinorum eloquiorum testimoniis comprobatur. Dicit enim Apostolus:* * Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra. *Ecce, hic dicitur Spiritus Filii. Et alibi:* * Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. *Ipse etiam Filius de Spiritu sancto dicit in Evangelio:* * Quem ego mittam vobis à Patre. *Patris autem Spiritus dictus est, ubi legitur:* * Si Spiritus ejus, qui suscitavit Christum a mortuis, habitat in vobis. *Et ipse Christus dicit:* * Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus patris vestri, qui loquitur. *Et in alio loco* * Quem mittet Pater in nomine meo. *Et alibi ipse Filius de Spiritu sancto ait:* * De Patre procedit. *His & aliis autoritatibus pluribus ostenditur, quòd Spiritus sanctus à Patre & Filio procedit.* Item: *Graeci tamen dicunt, Spiritum sanctum procedere tantùm a Patre, & non a Filio. Quod ideo dicunt; quia Veritas in Evangelio, fidem integram continens, de processione Spiritûs loquens, solum Patrem commemorat, dicens:* Spiritus, qui a Patre procedit. *Et etiam ideò, quia in principalibus Conciliis, quae apud eos celebrata sunt, ita Symbola eorum, subjunctis anathematibus, sancita sunt: ut nulli de Trinitate fide*

aliud docere, vel aliter prædicare, quàm ibi continetur, liceat. In quibus quidem Symbolis, cùm Spiritus sanctus commemoretur procedere à Patre, & non à Filio: quicunque, inquiunt, à Filio eum procedere addunt, anathema incurrunt. Unde & nos arguunt anathematis reos. Addunt etiam ad assertionem suæ opinionis, & in testimonium nostræ damnationis, de Symbolo fidei, quod secundùm traditionem prædictorum Conciliorum, Leo III. Romæ, transcriptum in tabula argenteâ, post altare beati Pauli positâ, posteris reliquit, pro amore (ut ipse ait) & cautelâ fidei orthodoxæ. In quo quidem Symbolo, in processione Spiritûs, solus commemoratur Pater, his verbis: Et in Spiritum sanctum, Dominum & vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & glorificandum, &c. Illud est Symbolum, quod in Missâ cantatur, editum in Nicæno Concilio, in fine, cujus subjunctum est: Qui aliud docuerit, vel aliter prædicaverit, anathema sit. Ideoque Græci nos anathematizatos dicunt; quia dicimus, Spiritum sanctum à Filio procedere: quod ibi non continetur. Quòd enim secundum nos ibi dicitur, Qui a Patre filioque procedit: alterum a Latinis est additum, scilicet Filioque. Et: Sciendum est tamen, quòd Græci confitentur, Spiritum sanctum esse Filii; sicut & Patris: quia & Apostolus dicit, Spiritum Filii. Et Veritas in Evangelio, Spiritum veritatis. Sed cum non sit aliud, Spiritum sanctum esse Patris vel Filii; quàm esse a Patre & a Filio: etiam in hoc in eandem nobiscum fidei sententiam convenire videntur; licèt in verbis dissentiant. Itèm: Unde etiam quidam eorum Catholici doctores, intelligentes, unam eandemque fore sententiam prædictorum verborum, quibus dicitur Spiritus sanctus procedere a Filio, & esse Filii; professi sunt, Spiritum sanctum etiam procedere à Filio. Unde Athanasius in Symbolo fidei: Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus; sed procedens. Ecce, Spiritum sanctum apertè dixit procedere a Patre & à Filio. Didymus etiam, eorum maximus doctor, in libro 2. de Spiritu sancto, Spiritum sanctum à Filio procedere dicit. Salvator inquit, qui est veritas: * Non enim loquetur à semet-ipso. hoc est, non sine me, & sine meo & Patris voluntate: quia ex se non est, sed ex patre & me est. Hoc enim ipsum, quod subsistit & loquitur, à Patre & a me illi est. Et: * Hoc habet Pater a se, & nō ab alio, ut de ipso sit & procedat Spiritus sanctus. Filius autem non à se, sed a Patre hoc habet, ut de ipso sit & procedat Spiritus sanctus. Itèm: * Inter generationem verò Filii, & processionem Spiritûs sancti, dum hic vivimus, distinguere non sufficimus. Itèm: * Diligenter annotandum est, quòd gemina est processio Spiritûs sancti: æterna videlicet, quæ ineffabilis est, quâ à Patre & Filio æternaliter & sine tempore processit, & temporalis, quâ à Patre & Filio, ad sanctificandam creaturam, procedit. Et sicut ab æterno communiter ac simul procedit à Patre & Filio: ità & in tempore communiter & simul ab utroque procedit ad creaturam; non divisim à Patre in Filium, & a Filio ad creaturam. Et: Donationem gratiæ Spiritûs sancti, dici processionem vel missionem ejusdem. Sed cùm donatio & datio non sit nisi temporalis: constat, quia & hæc processio sive missio temporalis est. Itè: * Filius nativitate essentia est, & Spiritus sanctus processione est essentia.

* Joh. 16. v. 13.
* lib. 1. dist. 12.
* dist. 13.
* dist 14.
* dist. 18.

Hugo Heterianus: * Apud Latinos omnibus patet per fidem, Patris & Filii esse Spiritum substantialiter, & secundum naturam, & æqualiter: quia non minùs Filii, magis verò esse apparet Patris; sed utriusque, per omnia æquè existit. Ob quam rem, non est secundùm abundantiam, vel defectum alterutrum: quia, quot modis est Patris, totidem Filii existit; secundùm naturam substantialiter, secundum causam & secundùm emissionem, id est, processionem. Et: * Si ex solo Patre procedit Spiritus: non est ipse imago Filii; sed Patris, ut sine medio ex ipso coruscans. Non est autem hoc: cum Spiritus imago sit Filii, & ex ipso proximè refulgeat. Quare, si Filius ideò ex Patre provenit, quia ejus existit imago: & Spiritus ex Filio existentiam habet, quia imago ejus est. Amplius: Propinquior erit Patri, quàm Filio, & magis Patris, quàm Filii. Amplius: Si ex Patre sola procedit: ad mensuram dat Pater Filio Spiritum: cùm solam missionem, & non emissionem ei tribuat. In quo scilicet non videtur remitti paternam excellentiam: nec in integro Spiritum habere, cum omnibus, quæ circa ipsum considerantur; sicut habet Pater. Itèm: * Unus est Filius Dei unigenitus, verusque Deus: qui in suum mittit Spiritum, sic esse tribuendo emittit.

* lib. 2. de Process. Sp. S. c. 13.
* cap. 17.
* lib. 3. c. 13.

¶ De triplici processione, ait Rupertus: * Processio sancti Spiritûs, tribus affectata est modis, secundum Scripturas veritatis. Primò, ut in principio, id est, in Filio, sive per Filium, crearentur omnia. inter quæ, ubi dictum est, * Et Spiritus Dei ferebatur super aquas; maxima atque pulcerrima narratur facta esse creatura, lux intellectualis; scilicet creatura angelica. Secundò, ut spiritualibus donis humana exornaretur creatura: inter quæ maximum est illud, quod locutus est per Prophetas. Tertiò, ut in pœnitentiam & remissionem peccatorum daretur: quod ante Christi adventum non fiebat.

* lib. 2. de Glorif. Trin. c. 18.
* Gen. 1. v. 2.

De missione Spiritus sancti, inquit Lombardus: * Sicut Filius duobus modis dicitur mitti: uno, quo visibiliter apparuit, altero, quo invisibiliter a castis mentibus percipitur: ita & Spiritus sanctus a Patre, & a Filio, ac a seipso, duobus modis procedere, sive mitti, sive dari dicitur: uno visibiliter; altero invisibiliter. Datus est enim, visibilis creaturæ demonstratione, sicut in die Pentecostes, aliisque vicibus: & datur quotidie invisibiliter, illabendo mentibus fidelium. Et: Per illum modum missionis Spiritûs sancti, corporaliter exhibitum, monstrata est spiritualis & interior missio sancti Spiritûs, sive donatio. Itèm: * Spiritus sanctus, qui Deus est, ac tertia in Trinitate persona (ut suprà ostensum est) à Patre & Filio, ac a se-ipso, temporaliter procedit, id est, mittitur ac donatur fidelibus. Itèm: Tunc enim mitti vel dari dicitur, cùm ita in nobis est, ut faciat nos diligere Deum & Proximum: per quod manemus in Deo, & Deus in nobis.

* lib. 1. dist. 16.
* dist 17

Hugo Heterianus ait: * Semper Pater, semper Filius, Spiritum emittit; nequaquam in emittendo diffusum; nequaquam in aera dissolutum; nec indigentiâ compulsum aliquâ. Virtus enim sanctificativa est, per se subsistens; nec virtutis, nec vitii, nec vicissitudinis, nec altercationis susceptibilis: qui dum à Patre & Filio mittitur & procedit; missus & procedens, non ex loco ad locum facit transitum. Itèm: * Emittit ergo Filius Spiritum, sed non absque Patre, sicut neque Pater absque Filio. Quia, quemadmodum Patris est Spiritus, ita & Filii.

* lib. 1. de Process. Sp. S. c. 9.
* lib. 2. c. 11.

¶ Inter Nasci & Procedere quid intersit, Lombardus ait: * Quid autem inter Nasci & Procedere intersit, de illâ excellentissimâ naturâ loquens, explicare quis potest? Non omne, quod procedit, nascitur: quamvis omne procedat, quod nascitur. Sicut non omne, quod bipes est, homo est: quamvis bipes sit omnis, qui homo est. Hæc ille. Distinguere autem inter illam generationem, & hanc processionem, nescio, non valeo, non sufficio. Ac per hoc, quia & illa & ista est ineffabilis: sicut Propheta, de Filio loquens ait, * Generationem ejus, quis enarrabit? ità de Spiritu sancto verissime dicitur; Processionē ejus quis enarrabit? Satis sit ergo nobis, quia non est a se-ipso Filius, sed ab illo, de quo natus est: non est a se-ipso Spiritus sanctus, sed ab illo, de quo procedit: & quia de utroque procedit, sicut jam ostendimus.

* lib. 1. dist 13.
* Esai. 53. v. 8.

¶ Spiritum S. esse invocandum, Bernhardus docet: * Meritò proinde Sponsa, quem diligit anima sua, inquirens, non suis carnis sensibus credit; non curiositatis humanæ inanibus ratiociniis acquiescit: sed petit osculum, id est, Spiritum sanctum invocat: per quem accipiat simul, & scientiæ gustum, & gratiæ condimentum.

* Serm. 8. super Cant.

¶ Spiritum sanctum esse donum Dei, Rupertus ait: * Donum Dei non est aliud, quàm Spiritus sanctus, donum Patris & Filii: quem, ante Redemptoris adventum, miser iste Mundus non cognovit.

* lib. 4. in Job c. 3.

Lombardus: * Diximus, Spiritum sanctum dici datum vel donatum, relativè: & ad dantem, & ad illum cui datur. Dans autem, sive donator, est Pater, cum Filio & Spiritu sancto. Nec tamen dicimus, Spiritum sanctum referri ad se: sed appellatio dati vel donati, refertur & ad dantem, & ad recipientem: quia non potest aliquid dici datum, nisi ab aliquo, & alicui detur. Cùm autem Spiritus sanctus dari a se, vel datus a se dicitur: relativè quidem dicitur ad illum, cui datur; & est appellatio relativa: & in illo, cui datur, mutatio fit, non in dante.

* lib. 1. dist. 30.

¶ Homines non dare Spiritum sanctum, Lombardus inquit: * Hic quæritur, utrùm & viri sancti dent, vel possint dare aliis Spiritum sanctum? Quem si aliis dant: cùm ejus donatio suprà dicta sit processio: videtur ab eis procedere Spiritus sanctus, vel mitti. Sed creator à creaturâ non mittitur vel procedit. Restat ergo, ut Spiritum sanctum ipsi non dent; nec possint dare.

* lib. 1. dist. 14.

¶ Spiritum sanctū dari credentibus, Lombardus ait: *

* ibid.

Sunt

...unt autem aliqui, qui dicunt, Spiritum sanctum ipsum Deum non dari, sed dona ejus, quæ non sunt ipse Spiritus: & ut ajunt, Spiritus sancti dicitur dari, cum gratia ejus, quæ tamen non est ipse, datur hominibus, & hoc dicunt Bedam sensisse, in super ortum verbis, quibus dicit, Spiritum sanctum procedere, cum ipsius gratia datur hominibus, tanquam non ipse detur, sed gratia ejus. Sed, quod ipse Spiritus sanctus, qui Deus est, & tertia in Trinitate persona, detur, aperte dicit Augustinus libro 15. de Trinitate, ita dicens: Eundem Spiritum sanctum datum, cùm insufflasset Jesus, (de quo mox ait; Ite, baptizate omnes gentes, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti) ambigere non debemus. Et: Spiritus sanctus æqualis Patri & Filio, nobis datur: nec ideò tamen minor est Patre & Filio. Itèm: * Quia Spiritus sanctus, & Deus est, & donum sive datum: & ideò dat, & datur. Dat quidem, in quantum Deus: & datur, in quantum donum, sive datum. Cùm autem donatio, sive datio Spiritûs sancti, sit operatio Dei; & communis sit & indivisa operatio trium personarum: donatur itaque Spiritus sanctus, non tantum a Patre & Filio; sed etiam a se ipso. Itèm: * Spiritus sanctus nobis tantùm; non Patri vel Filio, donabilis processit: sicut & nobis tantum datus est. Et Filius verè datus est nobis, & ab æterno processit a Patre: non ut donabilis tantùm; sed ut genitus, qui & donari posset. Processit ergo, ut genitus & donabilis. Sed Spiritus sanctus non procedit ut genitus, sed tantum ut donum.

¶ In quibus habitet Spiritus sanctus, BERNHARDUS monet: * Spiritus ipse odit sordes; nec habitare poterit in corpore subdito peccatis. Cui enim proprium est, peccata repellere; ipsi & proprium est peccata odisse: nec in uno domicilio pariter morabuntur, tanta munditia, & immunditia tanta. Recepta igitur Spiritu sancto, per sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum, audet quasi ante faciem ejus apparere, tanquam lotus & mundus: utpote qui contineat se ab omni malo, & qui actiones, etsi non cogitationes frenaverit. Sed quia perversæ & immundæ cogitationes separant a Deo: orandum est, ut cor mundum creetur in nobis. Quod utique fiet; si Spiritus rectus fuerit in nostris visceribus innovatus.

¶ Quibus non detur Spiritus sanctus, ait RUPERTUS: * Paracletum hunc, spiritum veritatis, non possunt accipere immundi amatores Mundi: quia consolationem suam habent; quia non lugent, quia de peccatis suis, quorum hic paracletus remissor est, non dolent. Et: Amatoribus hujus Mundi, qui lætantur, cùm male fecerint, & exsultant in rebus pessimis, non datur paracletus hic: sed lugentibus peccata. Item: Quod Mundus paracletum non videt, infidelitatis est: quod nescit eum, superbia est. Infidelitatis namque est, non-respicere, vel non-curare, nisi præsentia, quæ videntur, & in illis intentum vel contentum esse, ut non cogitet æterna, quæ non videntur. Item superbia est, non-scire, id est, non approbare talem paracletum, imo & vitam eorum, qui consolationes ejus inquirunt, æstimare insaniam, & finem illorum sine honore.

Quomodo veniat Spiritus sanctus, dicit RUPERTUS: * Duobus modis appropinquabit Paracletus: quia paraclesin suam, scilicet remissionem peccatorum, visibilibus operando sacramentis, apud vos manebit, id est, nunquam ecclesiastico conventui deerit; & privatam vel propriam infundendo gratiam, in vobis erit.

Quomodo suscipiatur Spiritus sanctus, idem RUPERTUS ait: * Non de loco ad locum mittitur, qui ubique est Deus. Spiritus sanctus, neque parietibus comprehenditur: sed sensibus mentis & fide suscipitur.

¶ De donis Spiritûs sancti, inquit BERNHARDUS: * Quid certum demonstrat Spiritus sanctus nobis in nobis, occasione hujus capituli? Profectò (quod interim occurrit) geminam cujusdam suæ operationis experimentum. Unius quidem, quâ nos primùm intus virtutibus solidat ad salutem: alterius verò, qua foris quoque muneribus ornat ad lucrum. Illas nobis; hæc nostris... verbi gratiâ, fides, spes, charitas, nobis propter nos dantur. Absque his quippe salvi esse non possumus. Porro, scientiæ seu sapientiæ sermo, gratia curationum, prophetia, similiaque, quibus tamen cum integritate etiam salutis propriæ possemus proximorum proculdubio in salutem exponenda donantur. Et has Spiritûs operationes, quas vel in nobis, vel in aliis, experimur, (ut ex re nomina accipiant) infusionem, si placet, atque effusionem nominemus.

JOHANNES Salisberiensis ait: * Spiritus sanctus inhabitans, imprimit animæ sanctitatem, ejusdemque rivulos multifariam spargit, diversarum charismata gratiarum. Et: * Sic in alio est prudentia, fortitudo, in alio temperantia; in quibusdam justitia, in nonnullis fides, longanimitas, spes in aliis, in his fervor et charitatis: in patientia laborum, illic dolorum consolatio; alibi perseverantia bonorum operum. Qui tamen singulis in singulis est unus & idem Deus.

¶ Spiritûs sancti dona augeri, LOMBARDUS ait: * Spiritus sanctus, sive Charitas, penitus immutabilis est; nec in se augetur vel minuitur, nec in se recipit magis vel minus: sed in homine, vel potius homini, augetur & minuitur, & magis vel minus datur vel habetur. Sicut Deus dicitur magnificari & exaltari in nobis: qui tamen in se nec magnificatur nec exaltatur. Unde Propheta: * Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Super quem locum ait autoritas: Deus non in se sed in corde hominum, grandescit. Sic ergo Spiritus sanctus homini datur, & datus amplius datur, id est, augetur, & magis & minus habetur: & tamen immutabilis existit.

¶ De duplici donatione, RUPERTUS dicit: * Duobus datis, sive per duo data, diffunditur: altero, quod est datio in remissionem peccatorum, altera, quod est in divisiones gratiarum. Itèm: * Bis datus est Spiritus: primò in remissionem peccatorum, per passionem Domini nostri Jesu Christi: secundò in divisiones gratiarum, per gloriam ejusdem Jesu Christi, resurrectione & ascensione glorificati, & sedentis ad dextram majestatis in excelsis.

¶ Quomodo operetur Spiritus sanctus, BERNHARDUS docet: * Sequestretur proinde prærogativa hæc summo ac incircumscripto Spiritui: qui solus, cùm docet angelum sive hominem scientiam, instrumentum non quærit nostræ corporeæ auris, sicut nec sibi oris. Per se infunditur, per se innotescit, purus capitur a puris. Solus nullius indiget: solus & sibi, & omnibus de sola omnipotenti voluntate sufficiens. Operatur tamen immensa & innumera per subjectam creaturam, corporalem sive spiritualem: sed quasi imperans, non quasi mendicans. En (verbi gratia) quòd linguam meam corporalem assumsit nunc in opus suum, docere videlicet vos; cùm per se absque dubio facilius sua utique id posset: profectò indulgentiæ est, non indigentiæ. In profectu siquidem vestro, meritum quærit mihi, non sibi solatium.

¶ De Officio & operationibus Spiritûs sancti, inquit RUPERTUS: * Postquam, resurgens a mortuis, gloriosam immortalitatis & incorruptionis vestem induit, ex-tunc per interpretem suum, Spiritum sanctum, quem de cælo misit, fecit suos intelligere, quid fecerit eis. Et: * Christus novam plantationem plantavit atque rigavit: Spiritus autem sanctus, qui paracletus, id est, consolator, dicitur, incrementum dabit docendo & suggerendo.

BERNHARDUS inquit: * Ad declinandum à malo, tria operatur in nobis, compunctionem, supplicationem, remissionem. Initium enim revertendi ad Deum pœnitentia est: quam sine dubio spiritus operatur, non noster, sed Dei. Itèm: Sed quid prodest, pœnitere de culpa, & non supplicare pro veniâ? Necesse est, ut etiam hoc Spiritus operetur, dulcedine quadam spei replens animum, per quam fiducialiter postulet, nihil hæsitans. Itèm: Advocatus noster ad Patrem, in cordibus nostris, Dominum noster in corde Patris. Itaque, quod postulamus, idem ipse donat; qui donat ut postulemus: & sicut nos erigit, piâ quâdam fiduciâ, ità Deum inclinat ad nos magis, piâ misericordiâ suâ. Et: Porrò, ad faciendum bonum, quid in nobis Spiritus bonus operatur? Profectò monet, & movet, & docet. Monet memoriam, rationem docet; movet voluntatem. In his enim tribus, tota consistit anima. Memoria suggerit bona, in cogitationibus sanctis: atque ita ignaviam nostram torporemque repellit. Propterea, quoties hujusmodi suggestionum boni senseris in corde tuo: da honorem Deo, & age reverentiam Spiritui sancto, cujus vox sonat in auribus tuis. Ipse namque est, qui loquitur justitiam. Et in Evangelio habes: * Quia ille suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Et adverte, quid præmiserit. Ille docebit vos omnia. Dixeram enim, quia docet rationem. Multi siquidem monentur, ut bene faciant; sed immutinescinunt, quid agendum sit: nisi adsit denuò gratia Spiritûs sancti, & quam inspirat cogitationem, doceat in opus proferre; ne vacua in nobis sit gratia Dei. Sed quid? Scienti bonum, & non-facienti, peccatum est illi gratia. Propterea, non solum

Marginal notes (left): * dist. 15. — * dist. 18. — * Serm. 3. in Pentec. — * Lib. 11. in Joh. c. 14. — * Lib. 11. in Joh. c. 14. — * Lib. 12. in Joh. c. 16. — * Serm. 18 super Cant. — * Lib. 3 de curial. nug. c. 1.

Marginal notes (right): * Lib. 3. c. 3. — * Lib. 4. dist. 17. — * Psal. 63. v. 8. — * Lib. 3. de Oper. Trin. c. 8. — * Lib. 2 in Ezech. c. 3 — * Serm. 5 super Cant. — * Lib. 11. in Joh. c. 13. — * cap. 14. — * Serm. 1. in Pentec. — * Joh. 14. v. 26.

moneri & doceri, verùmetiam moveri & affici ad bonum, necesse est: ab eo utiq; Spiritu, qui adjuvat infirmitatem nostram; & per quem in cordibus nostris diffunditur charitas, quæ est bona voluntas. Et:* *Veniat Spiritus tuus bonus; qui sordes abluat, & infundat virtutes, in spiritu judicii, & spiritu ardoris Dei.* Et:* *De Spiritu sancto testatur Scriptura, quia procedit, spirat, inhabitat, replet, glorificat. Procedendo prædestinat: spirando vocat, quos prædestinavit: inhabitando justificat, quos vocavit: replendo accumulat meritis, quos justificavit: glorificando ditat præmiis, quos accumulavit meritis.*

Hugo Heterianus:* *Quæ autem ab ipso effluunt, operationes ipsius, vel gratiæ nuncupantur: quorum calore vivificamur, & maturescimus per acerbi; vivificati verò & maturati, dulcescimus. Vivificat Deus Pater; ut Apostolus dicit:* * Denuncio tibi in conspectu Dei, vivificantis omnia. *Vitam dat & Filius.* Oves enim, *inquit,* *vocem meam audiunt; & ego vitam æternam do eis. *Vivificat autem & Spiritus, sicut scriptum est:* *Spiritus vivificat, caro autem nihil prodest.

Mecthildis ait:* *Spiritus sanctus tria in Apostolis operatus est. Primò, in adventu suo, divino amore succendens, penitùs eos permutavit: ita ut, qui antea timidi & infirmi & se-ipsos amantes erant, tam fortes sint facti; ut etiam mors non timerent. Secundò, sicut ignis purificat ferrum, & sibi simile efficit: sic etiam Spiritus sanctus Apostolos, ab omni sorde purgatos, in se-ipsos ad plenum sanctificavit. Tertiò, sicut aurum igne liquatum, si cui formæ infunditur, ejus in se imaginem repræsentat: ità etiam Spiritus sanctus, igne sui amoris liquefactos, in Deũ refluere fecit, & eos divinæ imagini conformavit; ut videretur de ipsis impletum illud Psalmistæ:* Ego dixi, Dii estis.

¶ Spiritus S. Ecclesiam propagat. Honorius:* *Christus de cœlo Spiritum sanctum misit, & Ecclesiam instituit. Qui Spiritus S. Ecclesiam, per universam terram, ut vineam, propagavit quam Christus priùs suâ prædicatione plantavit.*

Docet. Rupertus:* *Homines hoc Spiritu sancto inspirati vel inflammati, fortiter atq; suaviter ex-tunc prædicant: principaliter de his tribus disputant, peccato, justitiâ, atq; judicio.* Et: *Spiritus veritatis, quæcunq; audiet, loquetur: id est, ea quæ sunt, quæ vera existunt, & authoritatem in Scripturis habent, loquetur; nihil confingens, nihil pervertens: sed veros prophetas faciens, ut non loquantur a semet-ipsis, sed loquantur, quæcunq; audient in Lege, & Prophetis, & Psalmis, &c.* Et: * *Opus sive officium Spiritûs sancti est, secundum hoc-ipsum nomen, quod est Spiritus veritatis; Sanctos omnes, in hoc sæculo peregrinantes, & persecutiones piè vivendo patientes, consolari: ut non fatigentur adversis, neq; æmulentur in malignantibus; dum faciendo iniquitatem elevantur, & exaltantur in gloriâ hujus Mundi, & cupitis fruuntur divitiis.* Et:* *Spiritus Deus est: cùm vult, de foris per angelum spirat, id est, præceptum vel consilium dat; & cum vult, intùs per semet-ipsum spirat, id est, animæ substantiam substantialiter perambulat.*

Bernhardus ait:* *Doctrina Spiritûs, non curiositatem acuit; sed charitatem accendit.*

Hugo Heterianus inquit:* *In Prophetis & Apostolis, & in Christo, unus Spiritus sanctus loquebatur: sed tamen aliter ab illis, & aliter à Christo idem Spiritus habebatur. Nam Christus per se Spiritum, illi verò per Christum habebant.*

Aperit Scripturam. Rupertus:* *Spiritûs proprium opus est, Scripturarum mysteria prout vult, aperire, & ea, quæ sapientibus & prudentibus absconsita sunt, parvulis revelare; plerumq; sine hominis magisterio: quomodo Prophetas omnes, & sanctos Apostolos, qui homines fuerant sine literis & idiotæ; priusquam datus hic Spiritus, glorificato JESU, illustrasset eos.* Et:* *Spiritus sanctus, qui & quoq; principium vocatus est, inspirator sanctæ Scripturæ.*

Bernhardus ait:* *At verò, dando Spiritum, per quem revelat, etiam ipsum revelat. Dando revelat; & revelando dat. Porrò revelatio, quæ per Spiritum sanctum fit, non solùm illustrat ad agnitionem; sed etiam accendit ad amorem, dicente Paulo:* * Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. *Et ideò forsan de his, qui cognoscentes Deum, non tanquam Deum glorificaverunt, non legitur, quòd Spiritu sancto revelante cognoscerent: quia, cùm cognoscerent, non amaverunt. Sic quippe habes:* * Deus enim illis revelavit. *Nec enim adjunctum est, Per Spiritum suum: ne sibi Sponsæ osculum mentes impiæ usurparent; quæ contenta est, quæ inflat, eam, quæ ædificat, nescierunt.*

Per Prophetas est locutus. Rupertus:* *Spiritus sanctus, qui in Prophetis locutus est, qui utiq; omnipotens Deus est, misit angelum suum, ostendere servis suis, quid oporteat fieri citò.*

Dat Remissionem peccatorum. Rupertus:* *Vinum & oleum, dona Spiritûs sancti. Primum sancti Spiritûs datum, rectè dicitur oleum: quia sic primum datum est, ut esset remissio peccatorum; dicente ipso, qui dedit ipsâ die, quâ resurrexit à mortuis. Secundum datum, rectè dicitur vinum: quia nimirum secundò sic datus est Spiritus sanctus, ut esset fortitudo credentium; ut credentes faceret verbosos & constantes ad prædicandum.* Et:* *Duo hujus Spiritûs data sunt: alterum, quod est remissio peccatorum, alterum, diversarum divisio gratiarum.*

Efficit filios Dei. Rupertus:* *Spiritus sanctus suâ processione hoc operatur, & in illis beatis spiritibus, & in nobis hominibus: ut per hoc-ipsum, quòd Verbum Dei, Filium Dei, manentem in nobis habemus, filii Dei nominemur & simus.*

Illuminat corda. Petrus Alphonsus:* *Spiritus sanctus corda nostra ità illuminat; ne aliquid falsi credere præsumant.*

Rupertus inquit:* *Per propriam operationem Spiritûs sancti fit, quòd illuminantur homines; ut sancti sint, ad similitudinem Dei.* Et: *Quòd Spiritus sanctus advenit, ad illuminandam mentem hominis, ejusdem Filii gratiâ fit, qui eundem Spiritum sanctum dare venit.*

Hildebertus ait:* *Quid securius, quàm gloriari in Spiritu sancto, qui illuminavit te?*

Est Consolator. Rupertus:* *Spiritus sanctus, quem acceperunt Apostoli, est paracletus, in maximam consolationem: id est, in peccatorum remissionem; & Scripturarum revelationem.*

Roborat. Bernhardus:* *Spiritus ille benignus, Spiritus dulcis, Spiritus fortis, infirma roborans, aspera planans, corda purificans: qui cum patre & filio id-ipsum, sed non is-ipse est: ut tres unum, ut unum tres esse, verissimè prorsus & fidelissimè catholica Ecclesia fateatur; a Patre adoptata, a Filio desponsata, a Spiritu sancto confirmata, quibus ut una substantia, sic eadem nihilominùs gloria, in secula seculorum.*

¶ Spiritus sanctus quomodo sit in piis, Lombardus ait:* *Cum ubiq; sit, & in omni creaturâ totus: sunt tamen multi, qui eum non habent. Non enim omnes Spiritum sanctum habent, in quibus est: alioquin & irrationabiles creaturæ haberent Spiritum sanctum; quod fides pietas non admittit.*

Quomodo in creaturâ suâ maneat, Rupertus inquit:* *Manere Spiritum sanctum in creaturâ suâ, duobus modis accipimus. Unus quidem modus est manendi, cùm illa creatrix substantia per se-ipsam creaturæ replens substantiam, semper inhabitat: quod de Angelis Sanctorumq; hominum spiritibus, qui jam cum Deo sunt carne soluti, non est dubitandum. Alius verò manendi modus est, cùm per fidem inhabitare incipiens, Ecclesiam suam nunquam in infidelitate derelinquit; vel cætera charismatum dona semel tribuens, postea nunquam subtrahit. Nec quisquam mortalium extitit, in quo hic Spiritus, qui divini amoris substantia est, æternâ statione requiesceret, præter illum, de quo dictum est:* * Super quem videris Spiritum descendentem & manentem in eo.

Spiritus sanctus quomodo datus sit Christo & aliis, Lombardus dicit:* *Christo autem, qui est Dei Filius, non ad mensuram datus est Spiritus. Neq; enim sine gratiâ Spiritûs sancti est mediator Dei & hominum, Homo Christus. Quòd enim est unigenitus Filius Dei, æqualis Patri: non est gratiæ, sed naturæ. Quod autem in unitatem personæ unigeniti assumtus est homo: gratiæ est, non naturæ. Cæteris autem ad mensuram datur, & datus additur, donec unicuiq; pro modo suæ perfectionis, propria mensura compleatur.*

Rupertus:* *Hic idem apud nos quidem, & in nobis est juxta promissionem ejusdem Salvatoris nostri: sed longe præstantiùs, multoq; præsentiùs, in ipso capite nostro manere dicitur. Apud nos ita quidem manet, & ità in nobis est, ut nunquam desint in Ecclesia, qui gratiam hujus Spiritûs habeant, vel aliquod donũ ejus.*

¶ Fides

¶ Fides & Spiritus sanctus differunt. LOMBARDUS: *Fides autem est a Spiritu sancto, & non est Spiritus sanctus: quia donum vel datum solummodo est, non Deus dans.*

DE OPERIBUS ET ATtributis Dei.

De operationibus Dei inquit RUPERTUS: * *Planè inseparabilis Trinitas, unus Deus, inseparabiliter operatur. Veruntamen singulorum, id est, Patris, & Filii & Spiritus sancti, sicut personæ proprietas, ita & in perfectione Mundi, consideranda est actio propria: videlicet, ut Patris, creatio; Filii, redemtio; sancti Spiritus propriū sit opus, creaturæ innovatio. Denique, cùm Pater per Verbum omnia facit, & Spiritus sanctus superfertur aquis: cooperantur quidem duæ personæ uni operanti; veruntamen ipsa Verbi dictio, vel Spiritus emissio, propria Patris actio est. Item, cum Filius, hoc est, Verbum Patris, ad salvandum Mundum ingreditur: Pater quidem illud de corde suo eructat in uterū Virginis; & Spiritus sanctus illi corpusculum de materna substantia compingit; & sic duæ personæ cooperantur uni operanti: veruntamen sola Filii persona est, quæ carne induitur, pariterque moritur. Nihilominus, cum Spiritus sanctus, per ejusdem Filii passionem, in peccatorum remissionem datur. Pater quidem, ut ille procedat, viscera sua, super nos hactenus justè contenta, misericorditer laxat, & redivivus Filius hominibus insufflat: & sic duæ personæ uni cooperantur: veruntamen propria Spiritûs sancti persona, Patris & Filii donum vel gratia est, tota exornatio creaturæ rationalis.* Et: * *Planè ibi omnis nostra in medio causa posita est. Mors vel perditio nostra, quæ futura erat, illic perspecta est: & inde totum consilium habitum; ut unaquæque persona suam operis partem susciperet: ut scilicet tunc quidem Pater conderet; postea, in plenitudine temporis, Filius perditum redimeret; Spiritus sanctus remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem perficeret: atque ita, communi Trinitatis consilio, reædificarentur in homine deserta seculorum; & fundamenta generationis suscitarentur. Laus sapientiæ Creatoris; honor gratiæ Liberatoris, gratiarum actio pietati Illuminatoris: adoratio uni individuæ creatrici, liberatrici, & gubernatrici omnium Trinitati.* Item: * *Trinitatis mysterium, in forma trium angelorum se homini manifestare dignatur: quia videlicet, ubi Christus nascitur ex semine Abrahæ, ejusdem Christi Filii Dei incarnationem, præsentiâ suæ majestatis, tota Trinitas, in hospitio virginei ventris, operatur: & exinde nomen ejusdem Trinitatis, nomen Patris & Filii & Spiritûs sancti, toti Mundo publicâ prædicatione declaratur. Nam Pater est, qui Virginem imprægnat: Filius, qui naturâ induitur humanâ: Spiritus sanctus, cujus operatione concipit Virgo, quæ virum non noverat.* Et: * *Proprium personæ Patris opus, mortalitatis illatio: proprium personæ Filii, animarum redemtio, pariterque corporum resurrectio: proprium sancti Spiritûs, animarum resuscitatio, pariterque corporum immutatio.*

BERNHARDUS: * *Specialiter tria quædam ejus opera clamant: prima nostra creationis, præsentis redemtionis, futuræ glorificationis.* Et: * *Ita tota Trinitas seminavit: Pater scilicet panem de cœlo; Filius veritatem, Spiritus sanctus charitatem.*

¶ De processione Dei, inquit RUPERTUS: * *Processio divinitatis, localis non est, licèt interdum locus illi adscribatur. Processio divinitatis, est effectus mirandi operis: unde si perpenditur, sic mente conspicitur majestas tantæ dominationis, sicut ex facie cognoscitur dignitas hominis reverendi, de loco ad locum venerabiliter procedentis.*

¶ Deus est ubique. HUGO de S. Victore: * *Deum ubique esse, multa sunt indicia. Primùm ipsa anima nostra: quam & ratio simplicem essentiam esse non dubitat; & sensus, per omne, quod vivificat, corpus diffusam esse, probat. Quæcunque, animati corporis pars læditur; unus est sensus, ad quem hominis dolor retorquetur. quod omninò non fieret, si unus & idem ubique diffusus non esset. Si ergo rationalis spiritus hominis, cùm sit simplex, per omne, quod regit, corpus diffunditur: dignum non est, ut ille creator spiritus, qui omnia regit & possidet, uno aliquo in loco coarctari, & non omnia potiùs implere credatur. &c. Præterea, cùm virtutis divinæ effectus nusquam deesse cernimus: cur eandem Dei virtutē omnibus inesse rebus dubitemus? Si autem Dei virtus ubique est; cum alia non sit Dei virtus, quam Deus: constat, quia nusquam Deus deest.*

BERNHARDUS ait: * *Ubique regnat, ubique imperat, ubique majestas ejus: sed gratia fortè non ita. Non, inquam, ubique, sicut potestas; sic & voluntas ejus bona, & beneplacens, & perfecta. Alioquin quid est, quod dicimus:* Fiat voluntas tua, sicut in cœlo; & in terrâ? *Fit enim voluntas ejus de omnibus, fit per omnes: non in omnibus tamen. In electis spiritibus fit voluntas Dei; quando eis efficitur cum ipso una voluntas.*

LOMBARDUS: * *Fatendum est ergo, ubique esse Deum, per divinitatis præsentiam, sed non ubique per inhabitationis gratiam. Propter hoc enim inhabitationem gratiæ, non dicimus, Pater noster qui es ubique; cùm & hoc verum sit: sed, Qui es in cœlis, id est, in Sanctis; in quibus est quodam excellentiori modo.*

¶ Filium Dei per Spiritum sanctum adesse, testatur RUPERTUS: * *Filius Dei, sive Verbum Dei, nunquam, nisi per Spiritum sanctum, huc ad manendum introire consuevit. Ipse Spiritus sanctus dux est itineris, sive introitionis: & miro atque ineffabili modo, cum ipsi sit donum Patris & Filii; cùm eo modo, de quo nunc agimus, scilicet sensibili gratiâ, quæ magna prærogativa est, introierit; & Patrem dat & Filium, id est, cognitionem efficit Patris & Filii.*

¶ Quomodo Deus insit rebus, LOMBARDUS docet: * *Sciendum ergo est, quòd Deus, incommutabiliter semper in se existens, præsentialiter, potentialiter, essentialiter, est in omni naturâ sive essentia, sine sui definitione; & in omni loco, sine circumscriptione; & in omni tempore, sinè mutabilitate. Et præterea in sanctis spiritibus & animabus est excellentiùs, scilicet per gratiam inhabitans: & in Homine Christo excellentissimè, in quo plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat, ut ait Apostolus. In eo enim Deus habitavit, non per gratiam adoptionis; sed per gratiam unionis.*

¶ De operibus Dei in nobis. BERNHARDUS ait: * *Et nunc quidem per se-ipsum implet splendoribus animas nostras; nunc per Angelos visitat; nunc per homines instruit, nunc etiam consolatur & erudit per Scripturas. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt; ut per patientiam & consolationem Scripturarum, spem habeamus. Bene ad doctrinam, ut per patientiam speremus. Siquidem (ut alibi dictum est) doctrina viri per patientiam noscitur. Sed & patientia probationem operatur, probatio verò spem.* Item: * *Hi verò, qui cum Maria soli Deo vacant, considerantes, quid sit Deus in Mundo, quid in hominibus, quid in angelis, quid in se-ipso, quid in reprobis; contemplantur, quia Deus est Mundi rector & gubernator, hominum liberator & adjutor, angelorum sapor & decor, in se-ipso principium & finis, reproborum terror & horror. In creaturis mirabilis; in hominibus amabilis, in angelis desiderabilis; in se-ipso incomprehensibilis, in reprobis intolerabilis.* Et: * *Sed Deus amat, ut charitas; novit, ut veritas; sedet, ut æquitas; dominatur, ut majestas; regit, ut principium; tuetur, ut salus; operatur, ut virtus; revelat, ut lux; assistit, ut pietas. Quæ omnia faciunt & Angeli; facimus & nos: sed longè inferiori modo: non utique bono, quod sumus, sed participamus.*

POTHO ait: * *Huic similitudini Dei approximat homo; cui potentia Dei dat bonum posse, sapientia tribuit scire, benignitas præstat velle.*

¶ Deum amare fideles suos. BERNHARDUS ait: * *Quomodo me amas, Deus meus, amor meus? quomodo me amas? ubique recordaris mei? ubique zelas salutem egeni & pauperis, non solum adversus homines superbos; sed etiam adversùs sublimes angelos? In cœlo & in terrâ judicas, Domine, nocentes me, expugnas impugnantes me: ubique subvenis; ubique assistis, ubique a dextris es mihi; Domine, ne commovear.*

¶ De habitatione Dei in Sanctis, inquit HONORIUS: * *Deus habitat in cœlis, cum regnat in sanctis. Sancti habitant in cœlo, cùm manent in Deo.* Et paulò pòst: *Deus neminem deridet, nec aliquem subsannat: sed quia Sancti, in quibus Deus habitat, hoc faciunt; dicitur Deus id facere.*

RUPERTUS inquit: * *Magnum dilectionis est præmium, quòd Pater & Filius per Spiritum sanctum, Deus unus, dilectæ animæ intrinsecùs, mirâ & ineffabili charitatis voluptate copulatur.*

BERNHARDUS ait: * *Quanta Dei benignitas, quanta dignatio! quanta dignitas, quanta gloria animarum! quòd Dominus universorum, & qui nullam habet indigentiam, templum sibi fieri jubet in illis?* Item: * *Quòd autem in beatâ Mariâ sancta Trinitas fuerit, (fuerit, dico, per præsentiam majestatis) ubi solus*

* lib. 1. dist. 17.
* Prolog. super libro de Trin.
* lib. 2. in Gen. c. 1.
* lib. 5. in Gen. c. 35.
* lib. 11. de Div. off.
* Serm. 2. de Nativ. Dom.
* Serm. de S. Benedicto.
* l. 1. de Glor. Trin. c. 15.
* Tract. de Prolixo ciob.
* Serm. 5. de verbis E[illegible]
* lib. 1. dist. 37.
* lib. 2. de Glor. Trin. c. 14.
* lib. 1. dist. 37.
* Serm. 11. in Psal. 90.
* Serm. 4. parv.
* De Consid. lib. 5.
* lib. 1. de Statu domus Dei
* Serm. de Lucifero defectione.
* in Psal. 2.
* lib. 11. in Joh. c. 4.
* Serm. 2. de Dedicat. Eccl.
* Serm. 9. parv.

Filius erat per susceptionem humanitatis testatur nuncius cœlestis, qui et arcana mysteria reserans, ait; * Ave gratiâ plena, Dominus tecum. *Et post pauca:* * Spiritus sanctus superveniet in te; & Virtus Altissimi obumbrabit tibi. *Ecce, habes Dominum, habes Virtutem Altissimi; habes Spiritum sanctum; habes Patrem & Filium & Spiritum sanctum. Neq; enim potest esse, aut Pater sine Filio, aut sine Patre Filius; aut sine utroq; procedens ab utroq; Spiritus sanctus: ipso Filio dicente;* * Ego in Patre, & Pater in me est. *Et iterum:* Pater autem in me manens, ipse facit opera. *Manifestum est, fuisse in corde Virginis fidem sanctæ Trinitatis.*

* Luc. 1. v. 28. * vers 35. * Joh. 14. v. 10.

LOMBARDUS ait: * *In sanctis verò etiam habitat, in quibus est per gratiam. Non enim ubicunq; est, ibi habitat: ubi verò habitat, ibi est. In solis Bonis habitat; qui sunt templum ejus, & sedes ejus. Unde per Esajam Dominus ait:* * Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. *Quia in Electis, qui sunt cœlum, habitat Deus & regnat; qui ejus voluntati devotè obtemperant: Malos verò, qui sunt terra, judicii districtione calcat. Unde in libro Sapientiæ dicitur:* * Thronus sapientiæ, anima justi. *quia in justis specialius est, quam in aliis rebus: in quibus tamen omnibus totus est. Quemadmodum anima (ait Augustinus in epistolâ ad Hieronymum, de Origine animæ) per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus, nec major in majoribus: sed tamen in aliis intensius, & in aliis remissius operatur; cum in singulis particulis corporis essentialiter tota sit. Ita & Deus, cùm sit in omnibus essentialiter & totus: in illis tamen plenius esse dicitur, quos inhabitat, id est, in quibus ita est, ut faciat eos templum suum. & hi tales cum eo sunt jam ex parte, sed in beatitudine perfectè. Mali verò, etsi ibi sint, ubi ipse est, qui nusquam deest: non tamen sunt cum eo.*

* lib. 1. dist. 37. * c. 66. v. 1. * cap. 7. v. 27

HUGO Heterianus ait: * *Manet quidem Deus Pater in observantibus Evangelii mandata, sed aliter manet in Filio. Nam in illo, sicut & in Patre naturaliter est: in hominibus verò per gratiæ habitudinem. Quos autem Pater diligit, & Filius sanctúsq; Spiritus. Quo fit, ut sancta Trinitas, per gratiam, in his, qui optimæ sunt conversationis, mansionem faciat & inhabitet; secundum quod capi potest & suscipi à creaturâ.*

* lib. 3. de Hæres. Græc. cap 17.

¶ Quomodo Deus esse in loco dicatur, LOMBARDUS explicat: * *Cumq; divina natura veraciter & essentialiter sit in omni loco, & in omni tempore: non tamen movetur per loca, vel per tempora, nec localis, nec temporalis est. Localis non est; quia penitùs non circumscribitur loco: quia nec ita est in uno loco, quòd non sit in alio. Neq; dimensionem habet, sicut corpus, cui secundum locum assignatur principium, medium & finis, & ante & retrò, dextrum & sinistrum, sursum & deorsum: quod sui interpositione facit distantiam circumstantium. Duobus namq; his modis dicitur in Scripturâ aliquid locale, sive circumscriptibile, & è converso: scilicet, vel quia dimensionem capiens longitudinis, altitudinis, & latitudinis, distantiam facit in loco, ut corpus: vel quia loco definitur ac determinatur; quoniam, cum sit alicubi, non ubiq; invenitur: quod non solùm corpori; sed etiam omni creato spiritui congruit.* Et: *Spiritus autem increatus, qui Deus est, in loco quidem est; & in omni loco: sed omninò illocalis est, & incircumscriptibilis.* Itèm: *Fateamur itaq; divinam naturam, pro immensitate sui, nusquam deesse; eamq; solam omninò illocalem, & omninò incircumscriptibilem, nullo concludi loco: sed à fine usq; ad finem attingere: non tamen spatiosâ magnitudine, nec localis motu, sed immensitate atq; immobilitate suæ essentiæ.*

* lib. 1. dist. 37.

Ubi sit Deus, BERNHARDUS docet: * *Quæris, si in ipso omnia, ipse ubi? Nihil non minus invenio. Quis capiat locum? Quæris, ubi non sit? Ne hoc quidem dixerim. Quis sine Deo locus? Incomprehensibilis est Deus. Sed non parum apprehendisti, si hoc tibi de eo compertum est, quòd nusquam sit, qui non clauditur loco: & nusquam tamen non sit, qui non excluditur loco. Suo autem sublimi atq; incomprehensibili modo, sicut omnia in ipso; sic ipse in omnibus est. Deniq; (sicut ait Evangelista) in Mundo erat. Aliàs verò ubi erat, antequam Mundus fieret, ibi est. Non est, quòd quæras ultra, ubi erat? Præter ipsum nihil erat. Ergo in seipso erat.*

* lib. 5. de Consid.

LOMBARDUS: * *Si autem quæris, ubi habitabat Deus, antequam Sancti essent? Dicimus, quia in se habitabat.*

* lib. 1. dist. 37.

JOHANNES Salisberiensis ait: * *Miro itaq; modo sic intelligentiam suis infundit; ut subtrahat: sic subtrahit; ut infundat. &, secundum mensuram beneplaciti sui, sic operatur in singulis: ut, cum intentionis & remissionis vices ignoret; etsi non per essentiam, quâ omnem replet uniformiter creaturam, plùs vel minùs videatur inesse per gratiam. Nam, per unionem, in solo unigenito Virginis Filio esse, fideliter approbatur. Est itaq; nunc quasi singula in singulis; futurus (ut scriptum est) omnia in omnibus electis.* Itèm: *At in futuro, quando immediatè à facie, per gratiam ejus, videbimus eum, sicuti est, omnia in omnibus erit: quando nulli, ad beatitudinem, alicujus virtutis substantia deerit: cùm ipse in omnibus futurus sit plenitudo virtutis, & cumulus beatitudinis, adeo quidem, ut (juxta traditionem Patrum) tantâ majestatis suæ plenitudine videatur adesse electis: ut nihil eis desit in ullâ gratiâ, & ipse sese solus videatur in illis; & illi ejus nomine censeantur: salvâ veritate substantiæ, & sinè omni versibilitate naturæ.* Et: *In aliis, etsi adsit divinitatis præsentia: plenitudo ejus in præsenti nequaquam adest; sed usquequaque latère non potest.*

* lib. 5. c. 3.

¶ De Potentiâ & facultate Dei, inquit BERNHARDUS: * *Quàm facile possunt homines loqui, quod volunt, etiam quod nullatenus facere possunt: tam facilè, imò incomparabiliter faciliùs, valet Deus opere implere, quicquid illi valent verbo exprimere. Dicam apertiùs. Si hominibus tam facile esset, facere, quam dicere, quod volunt: & ipsis quoq; non esset impossibile omne verbum. Nunc autem, quoniam vulgaris & vetus sermo est, multum interesse inter loqui & facere: sed apud homines; non apud Deum: soli Deo quia idem est facere, quod loqui, idem loqui, quod velle; meritò non erit impossibile apud Deum omne verbum. Verbi gratiâ: potuerunt prævidere & prædicere Prophetæ, Virginem, vel sterilem conceptura̅m & parituram: sed numquid facere, ut conciperet & pareret? Deus autem, qui dedit eis posse prævidere, quam facile potuit tunc, quod voluit per illos prædicere; tam facile potuit nunc, quando voluit, per se-ipsum, quod promisit, implere. Siquidem apud Deum, nec verbum dissidet ab intentione; quia veritas est: nec factum à verbo; quia virtus est: nec modus à facto, quia sapientia est. ac per hoc, non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

* Hom. 4. super Missus est.

¶ De Scientiâ Dei ait HUGO Heterianus: * *Cujus scientia non modò omnium cognitiva; sed bonorum effectiva est universorum.*

* lib. 1. de Hæres. Græc. cap 6.

JOHANNES Salisberiensis inquit: * *Si ergo sapientia Dei immensitas & simplicitas attendatur; una est simplex & individua: si subjacentium multitudo, multiplex est & multiformis. Sic etiam, si substantiam volentis aut potentis, quâ vult aut potest, attendas; una est voluntas & potestas: si, quæ vult, & quæ potest; infinitus omnium numerus est.*

* lib. 2. c. 21

¶ De Invisibilitate Dei, inquit LOMBARDUS: * *Deus in specie essentiæ suæ nunquam mortalibus apparuit; sicut famulo suo Moysi dicit:* * Non videbit me homo; & vivet. *Et in Evangelio Johannis legitur:* * Deum nemo vidit unquam.

* li. 2. dist. 1. * Exo. 33. v. 20. * cap. 1. v. 18.

¶ De Voluntate Dei, LOMBARDUS inquit: * *Sciendum est ergo, quia voluntas, sive volens, de Deo secundùm essentiam dicitur. Non est enim ei aliud velle, & aliud esse; sed omninò idem. Et sicut idem est ei, esse bonum, quod esse Deum: ita idem est ei, esse volentem, quod esse Deum. Nam voluntas, quâ semper volens est, non affectus vel motus est, qui in Deum cadere non valet: sed divina usia, quâ volens est Deus, & hujusmodi.* Itèm: *Voluntas Dei vere ac propriè dicitur, quæ in ipso est, & ipsius essentia est. & hæc una est, nec multiplicitatem recipit, nec mutabilitatem: quæ inexpleta esse non potest. de quâ Propheta ait:* * Omnia, quæcunque voluit Dominus, fecit. *Et Apostolus:* * Voluntati ejus quis resistit? *Et alibi:* * Ut probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. *Et hæc voluntas rectè appellatur beneplacitum Dei, sive dispositio.* Et: *Licet idem penitus sit Deo velle, quod esse: non tamen potest dici omnia, quæ vult, sicut idem est Deo esse, quod scire: nec tamen, sicut dicitur scire omnia; ità quoq; potest dici esse omnia.* Itèm: *Ubicunq; Deus dicitur scire vel sciens, vel velle vel volens; hæc de eo secundùm essentiam dicuntur. Cùm enim dicitur, Deus scit, vel Deus vult, sive, Deus est sciens, vel volens: essentia divina prædicatur, & Deus esse enunciatur. Cùm autem additur, omnia, vel aliquid, vel aliqua; & dicitur, Deus scit omnia, vel vult aliquid vel aliqua: essentia quidē divina prædicatur, nō simpliciter & absolutè, sed ità, ut scientiæ, quæ ipse est, omnia subjecta mōstrentur; & voluntati, quæ ipse eadem est, aliquid vel aliqua subjecta esse dicantur.*

* lib. 1. dist. 45. * Ps. 115. v. 3 * Rom. 9. v. 19. * Rom. 12. v. 2.

ut talis fiat scientia. Deus scit omnia, id est, Deus est, cujus scientiæ, quæ ipsius essentia est, omnia subjecta sunt. Similiter, Deus vult hoc vel illa, id est, Deus est, cujus voluntati, quæ ipse est, hæc sive illa subjecta sunt. Volens ergo sive Velle dicitur Deus, secundùm essentiam, cujus voluntas essentia est sempiterna & immutabilis (licèt ea varientur & transeant, quæ ei subjecta sunt) quæ non potest esse injusta vel mala; quia Deus est. Itèm: *Aliquando verò, secundùm quandam figuram dicendi, voluntas Dei vocatur, quod, secundùm proprietatem, non est voluntas ejus: ut præceptio, prohibitio, consilium, nec-non permissio, & operatio. Ideóque pluraliter aliquando Scriptura voluntates Dei pronuntiat. Unde Propheta:* * [Psal. 111. v. 2.] Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus. *Cum non sit nisi una voluntas Dei, quæ ipse est, pluraliter tamen dicit voluntates: quia voluntas Dei variis modis, ac pro diversis accipitur; ut dictum est. Itá etiam idem Propheta propter multos effectus misericordiæ & justitiæ, pluraliter dicit:* * [Psal. 89. v. 2.] Misericordias Domini in æternum cantabo. *Et alibi:* * [Psal. 19. v. 9.] Justitiæ Domini rectæ, lætificantes corda. *Cùm tamen in Deo una sit misericordia, una justitia: & una eademq́; sit misericordia, quæ justitia; scilicet divina usia.* Et: * [lib. 1. dist. 47.] *Voluntas quippe Dei semper efficax est: ut fiat omne, quod velit; & nihil fiat, quod nolit: quæ de homine semper impletur, quocunq; se vertat.* Itèm: *De nobis impletur: sed tamen non implemus eam, quando peccamus. A nobis impletur, quando bonum facimus: ideò enim facimus, quia scimus placere Deo. Ita & de homine semper Deus implet suam voluntatem: quia nihil facit homo, de quo Deus non operetur, quod vult. Non enim vult Deus, ut peccet homo quilibet. Si autem peccaverit pœnitenti vult parcere, ut vivat, in peccatis verò perseverantem punire, ut justitiæ potentiam contumax non evadat. Sicut alios ab æterno præparavit ad pœnam, ita alios præparavit ad gloriam.* Itèm: *Voluntas Dei, quæ ipse est, semper invicta est, nec in aliquo quassatur: sed per omnia impletur. Consilium verò ejus, & præceptio, sive prohibitio, non ab omnibus implentur, quibus proposita & data sunt. Neq; ideò præcepit omnibus bona, vel prohibuit mala, vel consuluit optima, quòd vellet ab omnibus bona, quæ præcepit, fieri; vel mala, quæ prohibuit, vitari (si enim vellet; utiq; & fierent: quia in nullo potest ab homine superari, vel impediri, ejus voluntas) sed ut justitiam suam hominibus ostenderet; & mali essent inexcusabiles: deniq;, ut boni ex obedientiâ gloriam, mali ex inobedientiâ pœnam sortirentur: sicut utrisq; ab æterno præparavit. Ea ergo, quæ omnibus præcepit vel prohibuit, à quibusdam voluit fieri vel vitari; sed non ab omnibus. Et quædam personaliter præcepit, & in veteri & in novâ lege, quæ ab eis, quibus præcepit, fieri noluit: ut Abrahæ de immolatione filii; & in Euangelio quibusdam curatis, quibus præcepit, ne cui dicerent.*

¶ Quòd Voluntas Dei sit causa omnium rerum, LOMBARDUS ait: * [lib. 1. dist. 45.] *Hæc itaq; summè-bona voluntas, causa est omnium, quæ naturaliter fiunt, vel facta sive futura sunt: quæ nullâ præveniente causâ; quia æterna est. Ideóq; causa ipsius quærenda non est. Qui enim ejus causam quærit, aliquid majus eâ quærit: cùm nihil eâ majus sit.* Itèm: *Permissio quoq; Dei & operatio, Voluntas Dei appellantur. Qualiter accipit Augustinus in Encheridio, dicens: Non fit aliquid, nisi Omnipotens fieri velit: vel sinendo ut fiat, vel ipso faciendo. nec dubitandum est, Deum facere benè, etiam sinendo fieri, quæcunq; fiunt malè. Non enim hæc, nisi justo judicio, Deus sinit: & profectò bonum est omne, quod justum est. Ecce, hic manifestè habemus, Dei voluntatem appellari ipsius operationem vel permissionem: cùm dicit, non fieri aliquid, nisi Omnipotens fieri velit. ubi includit & bona, & mala omnia, quæ fiunt. Ideoq; apertè distinguit, quomodo Deum velle dixerit: ne eadem ratione intelligeretur velle bona & mala: subdens, vel sinendo ut fiat, hoc quantum ad mala dicit; vel ipse faciendo, hoc quantum ad bona. Mala enim sinit fieri; sed non facit: bona verò ipse facit. Ideoq; dixit eum velle, quia & volens mala sinit, & volens bona operatur: & ob hoc, permissio & operatio voluntas Dei dicuntur.* Itèm: * [dist. 46] *Quoties volui congregare filios tuos, & noluisti? id est, quotquot congregavi, meâ voluntate semper efficaci, te nolente, feci.* Et: *Cum legimus, quod velit omnes homines salvos fieri; quámvis certum sit nobis, non omnes homines salvos fieri: non tamen ideò debemus omnipotentissimæ Dei voluntati aliquid derogare; sed ita intelligere quod scriptum est.* * [1 Tim. 2. v. 4.] Vult omnes homines salvos fieri: *tanquam diceretur, nullum hominem fieri salvum, nisi quem salvum fieri ipse voluerit. Non, quod nullus sit hominum, nisi quem salvum fieri velit: sed quòd nullus fiat salvus, nisi quem velit salvari. Et ideò rogandus est, ut velit: quod necesse est fieri, si voluerit. Non est enim credendus Omnipotens aliquid voluisse fieri, quod factum non sit. Sic etiam intelligitur illud:* * [Joh. 1. v. 9] Illuminat omnem hominem, venientem in hunc Mundum. *non, quia nullus hominum est, qui non illuminetur: sed quia, nisi ab ipso, nullus illuminatur. Potest & alio modo illud intelligi: dum tamen credere non cogamur, Omnipotentem aliquid fieri voluisse, factumq́; non esse: qui sine ullis ambiguitatibus sive in cœlo, & in terra, (sicut Veritas cantat* * [Ps. 115. v. 3]*) omnia, quæcunq; voluit, fecit.*

Quomodo contra voluntatem Dei quædam fiant, LOMBARDUS ait: * [lib. 1. dist. 47.] *Multa fiunt contra Dei præceptum vel prohibitionem; quæ tamen non fiunt præter ejus permissionem. Ipsius namq; permissione, omnia fiunt mala: quæ tamen præter ejus voluntatem sempiternam fiunt.* Itèm: * [dist. 48.] *Aliquando Dei voluntas bona, per malam hominis voluntatem impletur, ut in crucifixione Christi factum est: quem Deus bonâ voluntate mori voluit: Judæi verò, impiâ voluntate, eum crucifixerunt. Et volebant Judæi malâ voluntate quiddam, quod Deus bonâ voluntate volebat; scilicet ut Christus pateretur & moreretur: sed volebant & aliquid aliud, quod Deus nolebat; scilicet occidere Christum, quod fuit mala actio & peccatum. Actum quippe Judæorum non voluit Deus; passionem verò Christi voluit. sicut & in Psalmo Christus ad Patrem ait;* * [Ps. 139. vers. 2.] Tu cognovisti sessionem meam: *id est, voluisti & approbasti passionem meam: tibi enim placuit. Voluit itaq; tota Trinitas, ut Christus pateretur; nec tamen voluit, ut Judæi occiderent: quia voluit pœnam Christi; sed non voluit culpam Judæorum. nec tamen noluit: si enim noluisset; nec fuisset.*

¶ De Dilectione Dei, ait LOMBARDUS: * [lib. 1. dist. 32.] *Sicut idem est Deo, sapere, quod esse, ità est idem diligere, quod esse.*

¶ De cognitione Dei, inquit idem LOMBARDUS: * [lib. 1. dist. 36.] *Cognoscit ergo Deus & bona, & mala per scientiam: sed bona cognoscit etiam per approbationem, & per beneplacitum, mala verò non.* Et: *Bona tantùm dicuntur esse in Deo, non mala: & illa propter hæc longè. quia licèt in Deo aliqua dicantur esse, propter cognitionis præsentiam; & Deus bona & mala cognoscat: mala tamen non cognoscit, nisi per notitiam: bona verò, non solum per scientiam, sed etiam per approbationem & beneplacitum. Et ob talem cognitionem, aliqua dicuntur esse in Deo: scilicet quia ita ea scit, ut etiam approbet & placeant; id est, ita scit, ut eorum sit autor.*

¶ De Visione Dei, inquit BERNHARDUS: * [Serm. 31 super Cant.] *Verùm hoc genus videndi commune. In promtu enim est (juxta Apostolum* * [Rom. 1. v. 20.]*) omni utenti ratione, invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspicere. Aliis procul dubio illo modus, quo quondam Patribus crebra illa atq; ambitiosa divinæ præsentiæ familiaritas, dignanter indulta est: quanquam nec ipsis, sicuti est; sed sicut dignata est. Nec uno omnibus modo, sed (ut ait Apostolus* * [Hebr. 1. v. 1.]*) multis variè multisq; modis: cùm ipse in se sit unus; dicente ipso ad Israel:* * [Deut. 6 vers. 4.] Dominus Deus tuus, Deus unus est. *Et hæc demonstratio, non quidem communis; sed tamen foris facta est: nimirum exhibita per imagines extrinsecùs apparentes, seu voces sonantes. Sed est divina inspectio eò differentior ab his, quò interior: cùm per se-ipsum dignatur invisere Deus animam quærentem se; quæ tamen, ad quærendum toto se desiderio & amore devovit. Et hoc signum istiusmodi adventûs ejus: sicut ab eo, qui expertus est, edocemur:* * [Ps. 97. v. 3.] Ignis ante ipsum præcedet; & inflammabit in circuitu inimicos ejus. *Oportet namq;, ut sancti desiderii ardor præveniat faciem ejus, ad omnem animam, ad quam est ipse venturus: qui omnem consumat rubiginem vitiorum; & sic præparet locum Domino. Et tunc scit anima, quoniam juxtà est Dominus; cum se senserit illo igne succensam, & dixerit cum Prophetâ:* * [Thren. 1. vers. 13.] De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudivit me.

¶ De arcanis Dei, inquit PETRUS Alphonsus: * [Tit. 10.] *Arcana Dei adeò profunda sunt & inscrutabilia; quòd ea nullus potest penetrare.*

PHRASES DE DEO.

RUPERTUS: * [lib. 9. de Div. off. c. 6] *Sedere Dei, non membrorum positionem; sed judiciariam significat potestatem.* Sede à dextris meis, *id est, in*

mei æqualitate: quod idem est, ac si dixisset, Conregna mecum. Et hoc secundùm humanam naturam illi dictum est: quia secundùm illam datum est ei regnum & honor; & omnes populi, tribus & linguæ illi servient. Itèm: * Duplex est modus loquendi de Patre. Pater enim, una est persona, quæ de isto Filio, Verbo suo, in Psalmo dicit: * Eructavit cor meum. Nobis autem adoptivis filiis, pater est unus Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Idem: * Nonne Deus Pater quoque, & non Filius tantùm, Principium? R. Ponitur plane principium Pater, principium Filius, principium Spiritus sanctus. Verumtamen non tria principia; sed unum principium: sicut non tres dii; sed unus est Deus. Idem: * Christus potuisset dicere; Pater meus verax est: sed ut ostenderet Patrem eundem, non aliunde veracem, quam ex se, quod genuit, qui est veritas; maluit dicere sic: Sed qui misit me, verax est. Idem: * Quomodo Deus in medio eorū? vel quid sit in medio eorū esse? Profectò hoc est, in veritate humanæ naturæ, carnē de carne illorū assumsisse: hoc scire & videre, quia hic est Dominus Deus ipsorū; & nō est amplius. Neque enim extra illū est Deus, cùm Pater & Filius non duo sint dii; sed Filius in Patre Deus unus est. Hoc scire & videre, Deum Filium Deo Patri æqualem secundum divinitatem, sibi consimilem secundum veram humanitatem, ineffabilis felicitatis & gloria est.

Bernhardus: * Abraham Pater, quonam modo dominicum hunc vidisse diem, nisi credendo, credendus est? Idem: * Erat ergo voluntas Christi, & bona erat, quâ dicebat: Si fieri potest, transeat à me calix iste. Sed ea, de quâ dicebat, Fiat voluntas tua, melior erat: quia communis, non solùm Patris; sed & Christi ipsius, (oblatus est enim, quia ipse voluit) & nostra. Nisi enim granum frumenti, cadens in terram, mortuum esset; ipsum solum maneret: mortuum verò, multum fructum attulit. Atque hoc voluntas Patris erat: ut videlicet haberet, quos adoptaret in filios. Christi erat; ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Nostra erat; quia pro nobis faciebat, ut redimeremur. Idem: * Tu es via, veritas, & vita. Via in exemplo; Veritas in promisso; Vita in præmio. Idem: * Sedere, præsidentis est: sedere, dominantis & regnantis. Maximè verò sedere super solium, dominationem notat. nam sedere simpliciter, aliquando & humiliationem. Idem: * Duo sunt pedes Dei; misericordia, & judicium. His circuit & perambulat jugiter spirituales mentes, exsultans, ut gigas ad currendam viam: si tamen tales sunt, de quibus meritò dicat; * Habitabo in illis, & deambulabo in eis. Idem: * Fumus est ab ira Dei: quia, in consideratione iræ Dei, electi compunguntur. Ignis à facie ejus: quia, per cognitionem & præsentiam ejus, ad amorem accenduntur. Caligo sub pedibus ejus: quia, per districtum illius examen, reprobus desperationis nebulis obscuratur. Idem: * Sapientia in prædicatione; justitia in absolutione peccatorum; sanctificatio in conversatione, quam habuit cum peccatoribus; redemtio in passione, quam sustinuit pro peccatoribus. Ubi ergo hæc à Deo facta est: tunc Ecclesia odorem sensit, tunc cucurrit.

Lombardus: * Diligenter advertendum est, quomodo intelligi debeant illa verba Hieronymi: scilicet, Deus tantùm est, & non novit fuisse, vel futurum esse. tanquam non possit dici de Deo, Fuit, vel Erit, sed tantùm Est. cùm de eo scriptum frequenter reperiamus; Fuit ab æterno, Fuit semper, & Erit in secula, & hujusmodi. Unde videtur, quia non est tantùm dicendum, de Deo, Fuit, vel Est, vel Erit. Si enim diceretur tantùm Fuit; putaretur, quod desierit esse: si diceretur tantùm Est, putaretur, quòd non semper fuerit, sed esse cœperit: si tantùm diceretur Erit; putaretur, non esse modò. Dicatur ergo, quia semper fuit, est, & erit: ut intelligatur, quia nec cœpit, nec desiit, nec desinet esse. Itèm: Licèt enim verba substantiva diversorum temporum de Deo dicantur; ut Fuit, Erit, Est, Erat: non tamen temporales motus esse distinguunt; scilicet præteritum, vel futurum, vel præteritum imperfectum, vel præteritū perfectum, vel præteritum plusquam-perfectum: sed essentiam sive existentiam suæ divinitatis simpliciter insinuant. Deus ergo solus propriè dicitur essentia, vel esse. Idem: * In Trinitate, Charitas aliquando refertur ad substantiam, quæ communis est trium personarum, & tota in singulis: aliquando specialiter ad personam Spiritûs sancti. Sicut Sapientia Dei, aliquando pro substantiâ divinâ; aliquando pro Filio propriè accipitur, & hoc in multis fieri reperitur. Et: Pluribus exemplis doceri potest, multa rerum vocabula, & universaliter poni, & propriè quibusdam rebus adhiberi. Sicut Legis nomine, aliquando simul omnia veteris Testamenti significantur eloquia, aliquando autem propriè vocatur Lex, quæ data est per Mosen. Idem: * Sciendum est, non omne, quod dicitur de Deo, dici secundum substantiam quia quædam dicuntur secundum relationem, quæ non est accidens: quia non est mutabilis.

Hugo Heterianus: * De illa die Christus ac Salvator noster dicit. Diem illam nullus scit, neque Angelus in cœlo, neque Filius; sed solus Pater. Verum in eo, quòd homo est Filius, ignorare dicitur. Nam in eo, quòd Deus, nihil eum latère poterit. Idem: * Nos autem, quanquam dii per ipsum efficiamur; quod ipse est, fieri non possumus.

REGULÆ DE DEO.

Rupertus ait: * Quæcunque sunt honoris, quæcunque gratiæ & veritatis, quæcunque veræ integritatis & perfectæ charitatis vocabula; cum Filio communicamus: his exceptis, quæ personarum necessaria distinctio singulis propria reservare postulat. ut uterque, Deus verus, & Dominus increatus, immensus, æternus, omnipotens, sine initio & sine fine, inconvertibilis atque incommutabilis, a cunctis fidelibus vitam-desiderantibus, corde ad justitiam credatur, & ore ad salutem æternam prædicetur; pari honore, æquali gloriâ, indissimili laude.

Lombardus: * Sunt quædam, quæ ex tempore de Deo dicuntur, eique temporaliter sine sui mutatione conveniunt, & relativè dicuntur secundum accidens: non quod accidit Deo, sed quod accidit creaturis. ut, Creator, Dominus, Refugium, Datum vel donatum, & hujusmodi. Idem: * Nec est aliud Deo, scire & velle, quam esse. Idem: * Si subtiliter intendas ex his atque prædictis aperitur, illa prædicamenta artis Dialecticæ. Dei naturæ minimè convenire: quæ nullis est subjecta accidentibus. Idem: * Qui supplet, quod minus erat, addit; non, quod inerat, tollit. Qui autem prætergreditur fidei regulam, non incedit in viâ; sed recedit à viâ. Idem: * Nos subticere quædam oportet, propter calumniantium insidias; quæ catholicis ac piis Lectoribus securè credi possunt. Sunt etenim quædam, quæ non sunt tantæ religionis & autoritatis, ut eis oporteat semper confitendo ac recipiendo inservire: verùm silentio aliquando præteriri queunt: nec illius tamen sunt perversitatis, quin, cum opportunum fuerit, eis uti, liberum habeamus. Idem: * Nobis nullatenus licet majestatem perscrutari, jus ponere potestati; modum circumscribere infinito. Et: * Melior est fidelis ignorātia; quā temeraria scientia. Idem: * Videre Dei, peccata est ad pœnam imputare. Avertere autem faciem à peccatis, hoc est, ea ad pœnam non reservare.

Hugo Heterianus: * Omne quod facit, secundùm aliquem horum trium modorum perficit: aut condendo, aut præsidendo, aut castigando. Idem: * Attendendum est, quòd causa & principium, genitum & procedens, & similia, non sunt naturæ seu substantiæ, sed personarum piæ ac diligentes explorationes, & sacerrima quædam nomina. Et: * Quæcunque naturæ propria sunt, ea esse communia ejusdem substantiæ personis. Itèm: Infecabilis quidem est divina substantia: sed tamen plenissimè eam personarum unaquæque habet, sine diminutione. Itèm: * Unitas quidem naturæ est; Trinitas verò personarum. Et: Unitas, nomen naturæ significativum est; & non personæ. Itèm: * Aliter apud Grammaticos accipitur Persona; & aliter apud Theologos.

DE CREATIONE.

De universitate Creaturarum, inquit Potho: Cœlum & terra, duo sunt grandia Mundi corpora. Ergo cœlum & terra, & universa quæ cœli ambitu continentur, domum unam constituunt. Magna est hæc domus Dei, & ingens locus possessionis ejus: terra videlicet, & plenitudo ejus; orbis terrarum, & universi qui habitant in eo. Sapientia Dei, quæ ædificavit hanc domum, excidit columnas septem. Sex igitur dies, quibus in primordio Mundi Deus operabatur, & septima dies, in quâ requievisse Deum ab operibus suis sacra Scriptura testatur, septem sunt columnæ, quibus Mundi fabrica, quæ est domus sapientiæ, sustentantur.

Deum esse creatorem omnium, Petrus Alphonsus docet: * Cùm Deus sit, qui in materiâ omnia composita formāverit, concludi indubitanter potest: quod qui animæ rationem dedit, & omnia fecit, & omnium causa exsistit. Itèm: Patuit ex verbis tuis, Deum creatorem omnium rerum radicem & fundamentum principaliter esse. Et: Omne compositum necesse est compositorem habere; neque enim aliquid se-ipsum potest componere.

eademque

eodemq; modo omne creatum creatorem habere necesse est; nihil enim, se ipsum potest creare. Creatorem igitur Mundi, qui Deus dicitur, esse necesse est. Et: In hoc verò Philosophi omnes consentiunt, quod principium rerum est perfecta sapientia, lumen praeclarum, substantia substantiarum, argumentum rerum universarum: post hoc, est Mundus, anima universalis; post illum verò, materia. Hae autem duo, universalis scilicet anima, atq; materia, simplicia sunt, & omnium creaturarum prima, totiusq; rei compositae origo & causa: de quibus gradatim factum est firmamentum, cum omnibus, quas possidet, formis & imaginibus.

RUPERTUS inquit: * *Antequam Creator quicquam faceret; delectabatur in Verbo suo in Sapientiâ suâ.* Itèm: * *Pater, cum omni diligentiâ Sapientiâ suâ ad honorem Filii omnia fecit: & demonstrat ei omnia, & secundum beneplacitum illius universa distribuit.* Et: * *Per Christum factus est Mundus: qui Mundi origine tantò junior dicebatur, ut ante Mariam fuisse negaretur ab Haereticis & Judaeis, nobilitati filiorum invidentibus.* Itèm: * *Quaestio, num Filius ad creandum processerit, absq; cooperatione Spiritûs sancti? aut Spiritus sanctus ad sanctificandum procedat absq; cooperatione Filii? Inseparabilis enim est totius operatio Trinitatis, unius Dei, unius & inseparabilis imperii.* Et: * *Quis omnia fecerit? Respondebitur: Deus. Si per quid? Per ipsum, scilicet Verbum. Quare? Respondetur: Quia bonum est. & haec tota Trinitas est.* Itèm: * *Non sic accipimus Patrem & Filium, quemadmodum duos artifices, magistrum & discipulum; illû facientem, istum in aliâ materiâ magistri opus imitantem: sed Deum Patrem omnia facientem, & cum illo Deum Filium eadem cuncta componentem.* Et: *Patris quippe opus proprium exstitit prima creatio hominis, quam partem operis sibi assumsit: nullatenus tamen absq; cooperatione Filii. cùm hominem, sicut & omnia, in sapientia fecerit, quae est hic Filius Dei. Neq; absq; cooperatione Spiritûs sancti: cùm per illum in faciem cordis ejus spiraculum vitae inspiraverit: ut conderetur homo, non solum ad imaginem Dei, id est, aeternus sive rationalis; sed etiam ad similitudinem Dei, ut haberet unde Deo esset similis, vel imitator bonitatis Dei.* Et: * *Equidem caeli, & terra, & mare, & omnia quae in eis sunt, opera sunt Domini: sed homo quoddam opus speciale est Domini, opus manuum Domini.*

[* lib. 1. in Joh. c. 1. * lib. 3. c. 3. * lib. 6. c. 1. * lib. 1. de Glorif. Trin. c. 16. * lib. 2. in Joh. c. 2. * lib. 3. c. 3. * in Abac. c. 3.]

BERNHARDUS ait: * *Et potenter quidem omnia fecerat: & sapienter omnia gubernabat, & utrarumq; rerum, tam potentiae, quàm sapientiae signa manifestissima tenebantur in creatione & conservatione machinae mundialis.*

[* Serm. 2. in Pentecost.]

LOMBARDUS ait: * *Omne bonum nostrum, vel ipse est, vel ab ipso est.* Itèm: * *Omnium ergo, quae naturaliter sunt, unum principium est, Pater cum Filio & Spiritu sancto. & hoc esse corpit.* Et: * *Creationem rerum insinuans Scriptura, Deum esse creatorem, initiumq; temporis, atq; omnium visibilium vel invisibilium creaturarum, in primordio sui ostendit, dicens:* In principio creavit Deus coelum & terram. *His etenim verbis Moyses, Spiritu Dei afflatus, in uno principio, à Deo creatore Mundum factum refert; elidens errorem quorundam, plura sine principio fuisse principia opinantium. Plato namq; tria initia existimavit; Deum scilicet, exemplar, & materiam: & ipsa increata sine principio; & Deum quasi artificem, non creatorem. Creator enim est, qui de nihilo aliquid facit. Et creare propriè est, de nihilo aliquid facere. Facere verò, non modò de nihilo aliquid operari, sed etiam de materiâ. Unde & homo & angelus dicitur aliqua facere, sed non creare: vocaturq; factor sive artifex, sed non creator. Hoc enim nomen soli Deo propriè congruit: qui & de nihilo quaedam, & de aliquo aliqua facit. Ipse est ergo creator, & opifex, & factor: sed creationis nomen sibi propriè retinuit; alia verò etiam creaturis communicavit. In Scriptura tamen saepe creator accipitur, tanquam factor; & creare, tanquam facere, sine distinctione significationis.* Itèm: * *Non est itaq; intelligendum, ideò Scripturam frequenter commemorare, Patrem operari in Filio, vel per Filium; tanquam Filius non posset facere, si ei non porrexisset Pater dextram, vel tanquam aliquod instrumentum fuerit Patris operantis: sed potiùs, illis verbis, Patrem intelligi voluit cum Filio & Spiritu sancto operari, & sine eis nihil facere.* Et: * *In eo, quod dicit, faciamus, una operatio trium personarum ostenditur: in hoc verò, quod dicit,* Ad imaginem & similitudinem nostram, *una & aequalis substantia trium personarum monstratur. Ex personâ enim Patris hoc dicitur, ad Filium & Spiritum sanctum; non, ut quidam putant, Angelis: quia Dei & Angelorum non est eadem imago vel similitudo.*

[* lib. 1. dist. 1. * dist. 19. * lib. 2. dist. 1. * dist. 15. * dist. 16.]

HILDEBERTUS inquit: * *Attende, inquam, qualem te laboraverit artifex tuus, &c. Haec opera operatus est Dominus Deus, Deus bonus opera bona: quoniam ipse summè bonus fecit omnia valde bona.*

[* Epist. 35.]

¶ Quòd Pater per Filiû operetur, HONORIUS inquit: * *Sicut Deus Pater per Filium suum, qui est lumen suum, vultus suus, claritas sua, ratio sua, sapientia sua, discernit, quae sunt facienda, à non-faciendis, per quem omnia, quae operatur, facit: ità anima nostra, per rationem, discernit facienda à non-faciendis, transitoria ab aeternis.*

[* in Psal. 4.]

¶ De impulsivâ creationis, LOMBARDUS ait: * *Credamus ergo, rerum creatarum, coelestium vel terrestrium, visibilium vel invisibilium, causam non esse, nisi bonitatem creatoris; qui est Deus unus & verus. Cujus tanta est bonitas, ut summè bonus, beatitudinis suae, quâ aeternaliter beatus est, alios velit esse participes: quam videt & communicari posse; & minui omninò non posse. Illud ergo bonum, quod ipse erat, & quo beatus erat, solâ bonitate, non necessitate, aliis communicari voluit: quia summè boni erat, prodesse velle; & omnipotentissimi, nocere non posse.*

[* lib. 2. dist. 1.]

¶ De materiâ rerum, inquit PETRUS Alphonsus: * *Omnia animalia, de quatuor elementis sunt composita: quae etiam se variarunt, pro ipsorum varietate elementorum, in eorum compositione, secundùm qualitates & quantitates suas, impariter adjunctorum. Inde etenim diversarum provenit dissimilitudo specierum.*

[* Tit. 10.]

RUPERTUS ait: * *Ex quatuor elementis homo compositus est. Sanguis utiq; in illo, ex aqua substantiâ est.* Itèm: * *Omnis creatura ex nihilo creata est; & earum nulla de substantia Dei processit.*

[* lib. 6. in Joh. c. 6. * lib. 12. c. 35.]

¶ De modo creationis, quaerit Moyses Judaeus: * *Si omnia mundana non per se sunt creata, sed alius est creator, qui cuncta creaverit: cùm ipse omnipotens sit, cur haec omnia non in uno, sed in sex dierum spatio, paulisper operando, complevit?* Respondet Petrus Alphonsus: *Non patitur ratio, ut, quoniam una creatura tardiùs est creata, quam alia; ideò summus earum creator minùs potens credatur: neq; enim in hoc ejus fuit impotentia, sed quia ipsarum creaturarum altera mollior, altera durior fuit, in suscipienda suâ creatione & formâ.*

[* Tit. 2.]

BERNHARDUS ait: * *Tria in magno hujus Mundi opere cogitare debemus; videlicet quid sit, quomodo sit, ad quid sit constitutus. Et in esse quidem rerum, inaestimabilis potentia commendatur: quòd tam multa, tam magna, tam multipliciter, tam magnificè, sunt creata. Sanè in modo ipsa sapientia singularis elucet: quòd haec quidem sursum, haec verò deorsum, haec in medio, ordinatissimè sunt locata. Si verò, ad quid factus sit, mediteris: occurrit tam utilis benignitas, tam benigna utilitas, quae etiam ingratissimos quosq; multitudine & magnitudine beneficiorum possit obruere. Potentissimè siquidem ex nihilo omnia, sapientissimè pulchra, benignissimè utilia sunt creata.*

[* Serm. 3. in Pentec.]

LOMBARDUS ait: * *Sex diebus, sicut docet scriptura Genesis, distinxit Deus, & in formas redegit proprias, cuncta, quae simul materialiter fecerat. Perfecitq; opus suum die sexto: & sic deinde die septimo requievit ab omni opere suo, id est, cessavit novam creaturam facere. Sex enim diebus sex rerum genera distinxit: nihilq; postea fecit, quod in aliquo illorum non contineatur. Operatus est tamen postea; sicut Veritas in Evangelio ait:* * Pater meus operatus est usque nunc; & ego operor illud. Itèm: *Quatuor enim modis (ut ait Alcuinus super Genesin) operatur Deus. Primò in Verbo, omnia disponendo. Secundò in materia informi quatuor elementorum, de nihilo eam creando. Unde:* * Qui vivit in aeternum, creavit omnia simul. *Omnia, scilicet elementa, vel omnia corpora, materialiter simul creavit. Tertiò per opera sex dierum varias distinxit creaturas. Quartò, ex primordialibus seminibus non incognitae oriuntur naturae; sed notae saepius reformantur, ne pereant.*

[* lib. 2. dist. 12. * Joh. 5. v. 17. * Syr. 18. v. 1]

HUGO Parisiensis inquit: * *Tria sunt invisibilia; Dei potentia, sapientia, & benignitas. Potentiam manifestat creaturarum immensitas; sapientiam decor; benignitatem utilitas. Immensitas creaturarum, constat in multitudine & magnitudine. Multitudo, in similibus, in diversis, in permixtis. Magnitudo.*

[* apud Vincentium, lib. 2. c. 6.]

est in mole & spatio. Moles, est in massa & pondere. Spatium, est in lato, & longo, profundo, & alto. Decor creaturarum, est in situ, & motu, in specie, & qualitate. Situs est in compositione & ordine. Ordo, est in proprietate, & tempore, & loco. Motus est quadripartitus, localis, naturalis, animalis, rationalis. Localis, est antè & retrò, dextrorsum & sinistrorsum, sursum & deorsum, & circum. Naturalis, est in incremento, & decremento. Animalis, est in sensibus & appetitibus. Rationalis, est in factis & consiliis. Species, est forma visibilis, quæ oculo discernitur, sicut colores & figuræ corporum. Qualitas, est proprietas interior, quæ cæteris sensibus percipitur: ut melos auditu, dulcor gustu, fragrantia olfactu, levitas tactu. Utilitas creaturarum, consistit in grato, & apto, commodo, & necessario. Gratum est, quod placet: aptum, quod convenit: commodum, quod prodest: necessarium est, sine quo quid esse non potest. Mundus iste sensibilis, quasi quidam liber est scriptus digito Dei, hoc est, virtute divinâ creatus, & singula creaturæ quasi figuræ. Item: * Compositio duo habere debet, aptitudinem, & firmitatem: hoc est, ut componenda aptè & competenter coëant, & composita firmiter cohæreant. Si universitatis hujus machinam intueris: invenies, quam mirabili ratione & sapientiâ compositio omnium rerum perfecta sit, & quàm apta, quàm congrua, quàm decora, quàm cunctis partibus suis absoluta. In quâ non solùm concordiam servant similia; sed ea etiam, quæ, creante potentiâ, diversa atque repugnantia ad esse prodierunt, dictante sapientiâ, in unam quodammodo amicitiam & fœderationem conveniunt. Quid repugnantius esse potest aquâ & igne? quæ tamen in naturâ rerum ita Dei contemperavit prudentia, ut non solùm ad invicem communis societatis vinculum non dissident; verùm & nascentibus cunctis, ut subsistere possint, vitalia nutrimentum subministrent. Quid de humani corporis compage loquar? cui omnium membrorum junctura, tantam ad invicem servant concordiam: ut nullum omninò invenire possis membrum, cujus officium alteri non videatur præstare adminiculum. Sic omnis natura se diligit, & miro quodam modo, plurium dissimilium & in unum redactorum concordia, unam in omnibus harmoniam facit. Apta est ergo & conveniens omnium rerum compositio. Sed quomodo est firma, quis non videat? quis non miretur? Ecce cæli, qui ambitu suo concludunt omnia, quomodo solidi sunt, & quasi ex ære fusiles, desuper circumquaque expansi. Terra verò in medio, pondere suo librata, semper immobilis perseverat: ut cætera in medio fluctuantia, hinc soliditas cælorum, illinc terræ stabilitas, in unum coërceant & constringant; ne, extra legitimos terminos diffusa, concordiam diversitatis disrumpant. Ecce, quomodo per viscera telluris, intrinsecus ductus aquarum sparsi; & foris per alveos suos ad diversa loca deducti: illam fatiscentem, ne dissolvatur, conglutinant; & foris, ne fatiscat, arentem rigant. Ecce, quomodo in humani corporis fabricâ, juncturas ossium vincula nervorum ligant, & medullis intùs per fistulas tibiarum diffusis, canalia etiam venarum vitalem sanguinem per omne corpus deducunt, ac deinde teneritudinem carnium cutis tegumen involvit: ut & vigor ossium interiùs corpus sustineat, & pellis munimen foris defendendo custodiat. Item: * Post compositionem sequitur, ut dispositionem rerum, qualis sit, consideremus. In cœlo luminaria & stellas collocavit, ut subjecta omnia illustrarent. In aëre ventis & nubibus fecit viam: ut agitationibus suis dispersæ, pluviam deorsum funderent. In gremio telluris, moles aquarum recipi jussit: ut per gurgites suos hinc illincque, quò nutus ferret jubentis, discurrerent. Quasdam regiones ditavit ubertate frugum, quasdam vinearum, alias olearum, alias pecorum, alias potentibus herbis; alias gemmis preciosis, alias animalibus & bestiis monstrosis; alias coloribus variis, alias diversarum artium studiis, alias metallorum; alias thymiamatum generibus diversis: ut nulla prorsus regio sit, quæ non aliquid novum & speciale ab aliis accipere queat. Quæcunque etiam ea, quæ humanis usibus necessaria sunt, in communi hominum frequentia, providentia creatoris consistunt. Ea verò, quæ non natura propter necessitatem, sed cupiditas expetit propter speciem, in abditis terrarum finibus abscondit: ut, quem amor virtutis ab immoderato non castigat appetitu, saltem laboris tædio victus conquiescat. Quid de dispositione temporum? Ecce, post noctem venit dies; ut torpentes motu laboris exerceat: post diem sequitur nox; ut fessos refocillandum quies excipiat. Iterum, quemadmodum vicissitudines dierum & noctium animantia renovant: ita quatuor anni tempora, ordine sibi succedentia, totius Mundi speciem innovant. Primùm, per teporem veris, quâdam innovatione Mundus nascitur. Deinde, per fervorem æstatis, quasi in juventute roboratur. Post hoc, superveniente autumno, ad maturitatem conscendit. Postremò succedente hyeme ad defectum vergit. Idcirco autem semper deficit; ut semper post defectum renovari possit: quia, nisi prius à statu suo deficerent vetera, quasi illis locum occupantibus, non valerent exsurgere nova. Omnes sensus de foris intùs veniunt: solus visus de intus foràs exit, & eminùs positas mirâ præ cæteris agilitate percipit. Bene ergo, quasi speculator quidam, eminentiorem locum cunctis obtinuit: ut, quæ cæteris sensibus superventura sunt, ante periculum prævidere possit. Post hunc auditus, & loco, & nobilitate, secundus est: deinde olfactus. Gustus autem, qui nil sentire potest, nisi id, quod tangit, meritò, velut tardior cæteris sensibus, in imo resedit. Tactus specialem sedem non habet: qui ideo universalis est, quia cunctis cooperatur sensibus. Unde & in digitis pollex, quia tactum significat, coadunatus in unum digitis, solus omnibus respondet: quia sine tactu nullius sensuum esse potest. Videte etiam, quomodo in humano corpore ossa intrinsecus collocata sunt: quatenus robur eorum corpus sustineat. Deinde caro ossa vestit: ut duritia eorum mollita tactum excipiat. Ad ultimum pellis carnem induit: ut suâ quodammodo tenacitate, ab incommodis foris accidentibus, corpus muniat. Sic cortex munit arbores, sic rostra & penna volucres, sic squamæ pisces. Vide, quomodo in motu locali, sapientia conditoris appareat. Cogita nunc, unde, defluentibus aquis, semper indeficiens vena ministratur: unde motus ventorum educitur: quis infatigabilem astrorum cursum moderatur: quis solem per hyberna descendere signa præcipit, & similia. Et: * Species est forma visibilis, quæ continet duo, figuras, & colores. Figuræ autem rerum, multis modis apparent mirabiles. Aliquando ex magnitudine, aliquando ex parvitate, aliquando quia raræ, aliquando quia pulcræ. Secundùm magnitudinem figura attenditur, quando res quælibet sui generis modum in quantitate excedit. Sic miramur gigantem inter volucres, cete inter pisces, gryphem inter volucres, elephantem inter quadrupedes, draconem inter serpentes. Vide, quid magis mireris, dentes apri vel tineæ, alas gryphis vel culicis, caput equi vel locustæ, crura elephantis vel culicis; aquilam vel formicam, leonem vel pulicem, tigridem vel testudinem. Ibi miraris magnitudinem; hic parvitatem, corpus parvum magnâ sapientiâ conditum. Magna sapientia, cui nulla surrepsit negligentia. Illis dedit oculos, quos vix comprehendere potest oculus: & in tam exiguis corporibus, sic omnis variam lineamenta naturæ sua congrua plenissimè distribuit; ut nihil videas deesse in minimis eorum omnium, quæ natura formavit in magnis. Rursus alia idcirco miramur; quia monstrosa quodammodo sunt, vel ridiculosa: quorum quidem plasmatio quantùm ab humanâ ratione aliena est, tantò leviùs humanum animum in admirationem compellere potest. Quare crocodilus manducans inferiorem molam non movet? & quomodo salamandra in igne illæsa permanet? Quis dedit erinaceo spinas? & docuit eum, ut se pomis turbine discussis involvat; quibus onustus incedens stridet, quasi plaustrum? Formica, hyemis superventura præscia, granis horrea sua replet. Aranea quoque, de visceribus suis laqueos nectit, ut prædam capiat. Isti sunt testes sapientiæ Dei. Est autem adhuc verum & evidens divinæ sapientiæ argumentum, quod omne genus simile sibi procreat, & in tam multis similitudo una propagata, primæ originis formam non immutat. Hoc quoque mirabile est, quod in uno corpore tot construuntur membra, tot membrorum formæ; tot loca, tot officia: & cùm sint ita diversa in se singula; invicem tamen cooperantur omnia. Post figuram sequitur color. Quid luce pulcrius? Quæ cùm colorem in se non habeat; omnium tamen colores rerum ipsa quodammodò illuminando colorat. Sol sicut aurum rutilat. Luna pallet quasi electrum. Stellarum quædam sicut flammeo adspectu radiant, quædam luce roseâ micant, quædam verò alternatim, nunc viridem, nunc roseum, nunc candidum fulgorem demonstrant. Quid de gemmis narremus? Ecce, tellus redimita floribus, quam jucundum spectaculum præbet: quomodo visum delectat, quomodo affectum provocat. Videmus rubentes rosas, candida lilia, purpureas violas: in quibus omnibus non solùm pulcritudo, sed origo quoque, mirabilis est. quomodo scilicet Dei sapientia, de terræ pulvere, talem producit speciem. Post speciem, de qualitate rerum disserere debemus. Tam diversas Deus qualitates rebus indidit: ut ibi omnis hominis sensus sua oblectamenta inveniat. Quot enim oblectamenta oculorum in diversi-

tate

Marginal notes: * cap. 64 · * cap. 65 · * cap. 66

tate olorum monstravimus, tot oblectamenta aurium in varietate sonorum invenimus: inter quæ prima sunt dulcia sermonum commercia, quibus homines ad invicem suas voluntates communicant, præterita narrant, præsentia indicant, futura nunciant, occulta revelant: adeo ut, si his careas, vita humana bestiis comparabilis videatur. Quid autem concentum avium, quid humanæ vocis melos jucundum, quid dulces modos sonorum omnium commemorem? Sic est de olfactu, & cæteris sensibus. Item:* Deus hominem propter se fecit: non quod ipso homine indigeret: sed ut homini, quia melius nil dare potuit, seipsum fruendum daret. Aliam verò creaturam sic fecit: ut & subjecta homini esset per conditionem, & deserviret ad utilitatem. Homo ergo, quasi in quodam medio collocatus, habet supra se Deum; subter se Mundum: & corpore quidem deorsum Mundo conjungitur; spiritu autem sursum ad Deum sublevatur. Necesse ergo fuit, ut visibilium conditio ita ordinaretur; quatenus homo in ea foris agnosceret, quale esset invisibile bonum; quod intus quærere deberet: hoc est, ut subtus se videret, quid supra se appeteret. Non ergo decebat, ut rerum visibilium copia aliquâ ex parte defectum sentiret: quæ ob id maximè instituta est; ut investigabilem æternorum bonorum affluentiam nunciaret. Hoc est etiam, cur Deus illa etiam creare voluit, quæ humanis usibus necessaria non esse prævidit. Si enim sola necessaria tribueret, bonus quidem esset, sed dives non esset. Certè, cum homo fatetur desiderat multa; facere non potest: quia tantò minus prævalet in singulis, quantò plura sunt, per quæ intentionem suam conatus dividit. Rursus, cum ad magnitudinem nititur; à multitudine retardatur: quia multis præstare non sufficit vires; quas ad unius rei effectum specialiter effundit. Simili modo, minor diligentia decori corporis impenditur: quoties ad multitudinem solam, sive ad magnitudinem perficiendam, animus occupatur. Sed in opere Dei, nec multitudo magnitudinem, nec magnitudo multitudinem stringit: neque simul vel multitudo, vel magnitudo, pulcritudinem officit: neque pulcritudo utilitatem tollit. Sed sic facta sunt omnia, quasi facta sunt singula: ut, cùm universa adspexeris, singula mireris. Immensitas creaturarum, magis ad essentiam, decor verò, magis pertinet ad formam. Essentia verò absque forma considerata, informitas est. Quod autem informe est, in hoc quidem quod est, Deo simile est: sed in hoc, quòd formâ caret, à Deo dissidet. Quod ergo formatum est, magis Deo simile est: quam illud, quod formam non habet. Unde constat, quòd plus evidens simulacrum est decor creaturarum, qui pertinet ad formam; quam immensitas creaturarum, quæ ad solam spectat essentiam. Item, decor creaturarum, propter formam naturalem, pertinet ad habitum; utilitas verò ad actum: quia creaturæ in hoc utiles sunt; quod subjectæ homini serviunt, & obsequium reddunt. Quod autem ad habitum pertinet, magis proprium est, & magis certum; quam id, quod pertinet ad actum: quia habitum natura indidit; actum verò institutio adjunxit. Simulacrum ergo decoris immensitatem pariter & utilitatem in cognitione præcedit; quia in manifestatione est evidentius. In hoc ergo primum vestigium contemplationis ponere debemus.

* cap. 67

¶ De Benedictione. RUPERTUS ait:* Tria sunt verba benedictionis, Crescite, & Multiplicamini, & Replete aquas maris, sed unus idemq; sensus est: quippe qui uno tantùm verbo rursus exprimitur, cum sibi jungitur, Avesq; multiplicentur super terram. Nec mirum. Etenim tria nomina, sive tres sunt personæ ejus, qui benedixit: sed unus idemque Deus est.

* lib. 2. in Gen. c. 52.

¶ De Verbo creationis, inquit LOMBARDUS:* Dixit ergo Deus, Fiat. &c. non temporaliter, non sono vocis: sed in Verbo sibi coæterno: id est, Verbum genuit intemporaliter, in quo erat; & disposuit ab æterno, ut fieret in tempore; & in eo factum est.

* li. 2. dist. 13.

¶ De Requiete Dei, idem LOMBARDUS ait:* Requievisse dicitur Deus die septimo, non quasi operando lassus: sed ab universo opere requievit; quia novum creaturam facere cessavit. Requiescere enim, cessare dicitur. Unde in Apocalypsi dicitur:* Non habebant requiem, dicentia; Sanctus, sanctus, sanctus: id est, dicere non cessabant. Requievisse ergo Deus dicitur, quia cessavit à faciendo generibus creaturæ: quia ultra nova non condidit. Usq; nunc tamen (ut Veritas in Evangelio* ait) operatur Pater cum Filio: scilicet administrationem eorundem generum, quæ tunc instituta sunt. Creatoris enim virtus, causa subsistendi est omni creaturæ. Quod ergo dicitur; Pater meus usq; modò operatur; & ego operor: illud universæ creaturæ continuam administrationem

* ib. 2. dist. 1

* ca. 4. v. 8.

* Joh. 5. v. 17.

ostendit. Die ergo septimo requievit, ut novam creaturam ulterius non faceret, cujus materia vel similitudo non præcesserit: sed usque nunc operatur, ut, quod condidit, continere & gubernare nō cesset.

JOHANNES Salisberiensis ait:* Nam & his statim post diluvium, & illis ante peccatum, ideo forte dictum est, Crescite & multiplicamini: ut illius duntaxat augmentum & multiplicatio acquiratur; quod Deus homini contulit per naturam, aut reformavit per gratiam. Hic autem & crescere jubetur in se, & quodammodo multiplicari in sobole. In se quidem, ad meritis profectum: in sobole numerosa, quâdam propagatione virtutum. Cùm verò natura sit vitiata per culpam, ut crescere & multiplicari jubeatur, non meminit.

* li. 7. c. 10

¶ De Cœlo ait LOMBARDUS:* Ostēsum est his verbis, quòd cœlum factum sit, scilicet illud, in quo sunt fixa sidera, id est, quod excedit aërem: & de quâ materia, scilicet de aquis, & quales sint aquæ, quæ super illud cœlum sunt, scilicet ut glacies soliditate.

* li. 2. dist. 13

¶ De Luce LOMBARDUS ait:* Congrue Mundi ornatus à luce cœpit, unde cætera, quæ creanda erant, viderentur.

* li. 2. dist. 13

De Die idem LOMBARDUS:* Dicitur enim dies, lux illa, quæ illo triduo tenebras illuminabat: & dicitur dies, illuminatio ipsa aëris. Dicitur etiam dies spatium viginti quatuor horarum, qualiter accipitur, cùm dicitur: Factū est vespere & manè dies unus.

* Ibid.

¶ De Tenebris ait LOMBARDUS:* Sciendum est, tenebras diversis modis accipi, scilicet vel pro lucis absentia, juxta quam acceptionem non sunt aliquid: vel pro aëre obscurato, sive aëris obscurâ qualitate, & secundum hoc ab quæ res creata sunt. Ideò ergo dicit, tenebras tunc fuisse super faciem abyssi; quia nondum erat lux, quæ si esset, & super esset, & superfunderetur. Sed nondum lucis gratiâ opus suum Deus venustaverat; quæ postea in primo die formata est.

* li. 2. dist. 12.

¶ De rationalibus creaturis, inquit BERNHARDUS:* Duas ad intelligendum se condidit universitatis author creaturas, angelum, & hominem. Hominem justificant fides & memoria. Angelum beatificant intellectus & præsentia. Et quia homines quandoq; perducendi sunt ad æqualitatem angelorum: necesse est ut interim justificentur per fidem, & proficiant ad intellectum. Scriptum est enim:* Nisi credideritis, non intelligetis. Itaq; fides via est ad intelligendum: nam mundatur cor fide, ut intellectus videat Deum. Similiter & memoria Dei, via est ad præsentiā Dei. Qui enim hic habet mandatorum ejus, ut ea faciat, memoriā, merebitur quandoq;, ut ejus quoq; videat præsentiam. Habebant igitur intellectum & præsentiam Angeli Dei in cœlo: habeamus & nos ejus fidem & memoriam in Mundo.

* in Sententiis moral.

* Esa. 7. v. 9.

LOMBARDUS:* Et quia non valet ejus beatitudinis particeps existere aliquis, nisi per intelligentiam: quæ quantò magis intelligitur, tanto plenius habetur: fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, & intelligēdo amaret, & amando possideret, ac possidendo frueretur. Eamq; hoc modo distinxit: ut pars in sui puritate permaneret, nec corpori uniretur, scilicet Angeli: pars corpori jungeretur, scilicet Anima. Distincta est utiq; rationalis creatura, in incorpoream & corpoream: & incorporea quidem Angelus, corporea verò Homo vocatur, ex anima rationali & carne subsistens. Item: Ex præmissis apparet, rationalem creaturam in angelicam & humanam fuisse distinctam: quarum altera est tota spiritualis, id est, angelica, altera ex parte spiritualis, & ex parte corporalis, id est humana.

* li. 2. dist. 1.

¶ De Animalibus noxiis, ait BERNHARDUS:* Quid enim, si quæ animantia, quantum ad usum sui, reperiantur incōmoda, nullisq; apta usibus humanarum necessitatum? Possunt profectò visu, etsi non usu, utiliora cordibus intuentium; quam utentium corporibus esse possent. Etsi nociva, etsi etiam perniciosa temporali hominum constet esse saluti: non tamen deest eorum corporibus, unde cooperentur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti: etsi non cedendo in cibum, aut exhibēdo ministerium; certè ingenium exercendo, juxta eum, qui utiq; omni utenti ratione præsto est, communis disciplinæ profectum, quo invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Nam & Diabolus, ejusq; satellites, cum sit semper eorum maligna intentio, nocere quidem semper cupiunt: sed bonis æmulatoribus, (quibus dicitur:* Quis vobis nocere poterit, si boni æmulatores fueritis?) absit ut possint: magis autem prosunt & nolentes, cooperanturque in bonum bonis.

* Serm. 5. super Cant.

* 1 Petr. 3 v. 13.

De bonis, idem ait:* Et quidem naturalia bona magna, spiritualia majora, sed maxima sunt æterna. In primis reparamur, in

* Serm. de triplici genere Bonorum.

secundo exercitamur; extendimur & beatificamur in tertio. Itèm: Porrò quidem æterna bona illa sunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit; & quæ nunquam exeunt ab illâ patriâ, quæ nescit nisi gaudium & jubilationem. Ibi nihil deest: ecce abundantia, quâ impleatur humana cupiditas. Quæ est ista copia, ubi nihil, quod nolis, fit; totum fit, quod velis? Fiat pax (ait Propheta ad Jerusalem*) in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. In illis, inquam, turribus, quæ (juxta alium Prophetam) gemmis ædificabuntur: ubi adipe frumenti, non cortice sacramenti, satiabit nos Deus. Quòd si nihil deerit nobis, aliquid autem nos latuerit: numquid erit gloria consummata? Ideò nihil latebit nos: & ecce sapientia, quâ curiositas hominis satietur. O sapientia, quâ tunc omnia, quæ in cælo & quæ in terrâ sunt, perfectissimè cognoscemus, in ipso fonte sapientiæ rerum omnium cognitionem bibentes. Non metuam suspiciones; non timebo consilia: quia civitas illa (juxta Johannem) purissimo vitro similis erit: ut, sicut per vitrum lucidissimè cernimus, sic alterum conscientiam clarissimè videamus. Quid si & nihil defuerit, & nihil latuerit; maneat autem timor & anxietas amittendi? ideò nihil terret: & ecce potentia, quâ humana infirmitas roboretur. Qui posuit, inquit,* fines tuos pacem, & confortavit seras portarum tuarum: ita ut nullus inimicus intret, nullus exire possit amicus. Ibi ergo summa abundantia, summa sapientia, summa potentia est: puto, quòd nihil desit plenitudini beatitudinis, quantum spectat ad summam felicitatis humanæ.

Psal. 122. v. 8.
Psal. 147. v. 13. 14.

¶ De Turture, ait BERNHARDUS:* Cernere est turturem, tempore suæ viduitatis, sanctæ viduitatis opus strenuè atque infatigabiliter exsequentem. Videas ubique singularem, ubique gementem audias; nec unquam in viridi ramo residentem prospicies: ut tu abscondiscas, voluptatum virentia, velut venulenta, vitare. Adde, quòd in jugis montium, & summitatibus arborum, frequentior illi conversatio est: ut, quod vel maximè propositum prudentiæ decet, doceat nos terrena despicere, & amare cœlestia.

Serm. 59. super Cant.

¶ De Paradiso, inquit LOMBARDUS:* Intelligitur autem Paradisus localis & corporalis, in quo homo locatus est. Tres enim generales de Paradiso sententiæ sunt: Una eorum, qui corporaliter intelligi volunt tantùm: alia eorum, qui spiritualiter tantùm: tertia eorum, qui utroque modo Paradisum accipiunt. Tertiam mihi placere fateor: ut homo in corporali paradiso sit positus; qui ab illo principio plãtatus accipi potest, quo terram omnem, remotis aquis, herbas & ligna producere jussit. Qui etsi præsentis Ecclesiæ vel futuræ typum tenet: ad literam tamen intelligendum est, esse locum amœnissimum, fructuosis arboribus magnum, & magno fonte fœcundum. Quod dicimus à principio, antiqua translatio dicit ad Orientem. Unde volunt in Orientali parte esse paradisum, longo interjacente spatio, vel maris, vel terræ, a regionibus, quas incolunt homines, secretum, & in alto situm, usque ad lunarem circulum pertingentem. Unde nec aquæ diluvii illuc pervenerunt. Itèm: In hoc autem Paradiso erant ligna diversi generis: inter quæ unum erat, quod vocatum est lignum vitæ, alterum verò lignum scientiæ boni & mali. Lignum autem vitæ dictum est, (sicut docet Beda & Strabus) quia divinitùs accepit hanc vim, ut, qui ex ejus fructu comederet, corpus ejus stabili sanitate, & perpetua soliditate, firmaretur; nec ullâ infirmitate, vel ætatis imbecillitate, in deterius vel in occasum laberetur. Lignum autem scientiæ boni & mali, non a natura hoc nomen accepit; sed ab occasione rei postea secutæ.

l. 2. dist. 17.

HUGO Heterianus:* Nullo modo autem ambigẽdum est, quin in Paradiso corporali Adam positus fuerit; quem & quatuor flumina irrigabant, & arbores procerissimis germinibus & fructibus decorabant.

de Regress. in anim. cap. 3.

De Ligno vitæ, ait RUPERTUS:* Illud materiale lignum vitæ, hominem, morte animæ, scilicet peccato jam mortuum, non vivificasset; sed carnem vivere faceret in æternum: non recuperaretur in æternum, & esset æternaliter miser, ut dæmones sunt.

in Apoc. cap. 2.

¶ De tribus locis, ait BERNHARDUS:* Tria sunt loca; cœlum, terra, infernus: & habent singula habitatores suos: cœlum solos bonos, terra mixtos, infernus solos malos.

in Serm. moral.

¶ De fine creationis, BERNHARDUS ait:* Nec latuit eos, quoniam omnia propter semet-ipsum fecit Deus, omnia propter suos. Aliter tamen propter se, aliter propter suos. In eo quippe, quod dicitur, Omnia propter se, præveniens commendatur origo: in eo autem, quod dicitur, Omnia propter suos, magis exprimitur fructus sequens. Omnia fecit propter semet-ipsum, gratuitâ videlicet bonitate: omnia propter electos suos, pro eorum scilicet utilitate: ut illa quidem efficiens causa sit, hæc finis. Itèm: Sed quando in opus bonum & ipsa concurrunt; apparet, quoniam omnia serviunt ei, cui meritò est dicere:* Meus est orbis terræ. Aut certè, quia novit, quæ per quæ convenientius fiant; de servitute corporeæ creaturæ non efficaciam quærit, sed congruentiam. Esto deinde, quòd corporum ministeria opportunè plerunque divinis operibus applicentur, ut (verbi gratiâ) pluviæ vivificandis seminibus, & multiplicandis segetibus, & fructibus maturandis: quid proprie, quæso, de corpore facere habet, cui ad nutum indifferenter universa corpora cœlestia atque terrestria obsequi constat? Planè superfluò haberet suum, qui nullum sibi reperit alienum.

Serm. 5. de Pentec.
Psal. 50 v. 12.

POTHO:* Cuncta namque visibilia, tam ad eruditionem, quàm ad obsequium hominis condita sunt, ut in his formas spiritualium ac sacramenta divina excolas; non ut, postposito conditoris amore, in his delecteris, & adulterinum mentis oculum in rerum transeuntium pulcritudine defigas.

lib. 4. de Statu domûs Dei.

HILDEBERTUS:* Nihil ita creatum est per se, nihil ita simplex, cui non sit aliquid, unde doceamur vel cavere noxia, vel salutaria providere.

Epist. ad Reginam Angl.

JOHANNES Salisberiensis ait:* Placita namq; Deo omnis creatura mitis est, & servit homini; & eo indignante, omnis creatura armatur in ultionem ejus.

l. 6. c. 29.

Omnia bona esse creata, PETRUS Alphonsus ait:* Et quoniam totius Mundi creatura bona est; (teste etiam Scripturâ, quæ ait,* Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona) non est inquirendum, cur hæc non fecerit antea.

Tit. 1
Gen. 1. v. 31.

LOMBARDUS:* Bonum multipliciter accipitur: scilicet pro utili, pro remunerabili, pro signo boni, pro specie boni, pro licito, & aliis forte modis.

lib. 2. dist. 41.

¶ Mundus quomodo inspiciendus, RUPERTUS inquit:* Hoc opus cœli & terræ adeò collaudat, ac in tãtum cõplacet Patri: ut, cuicunq; non complacuerit, quicunq; cum laude & gratiarũ actione non adspexerit, velut ingratum, ut verè superbum & invidum, a salute suâ, & ab ejusdem Christi filii sui regno, repellat.

lib. 2 in Joh. c. 1.

¶ De Mũdi ruinâ, inquit BERENGOSIUS: Verè juxta Dei sententiam, cœlum & terra transibunt, per meliorationẽ, sed non per abolitionem: quia in igne judicii purgata meliorabũtur: quoniam renovabuntur, sed penitus non destruentur. Tantùm quippe ardebit cœlum desursum, & terrâ deorsum, quantùm malitia hominum & dæmonum simul coinquinari potuit. Ergo juxta sententiam Salomonis,* terra in æternum stabit: quoniam nunquam destruetur, sed meliorabitur & renovabitur.

Eccles. 1 v. 4.

PETRUS Cluniacensis:* Nunc verò Mundo senescente, & jam morti proximo, quicquid in Mundo est, elanguit.

lib. 3 epist. 28

¶ Phrasin de creatione RUPERTUS explicat:* Deum dicendo creasse, non de elementari sono, vel voce corporeâ (Deus enim spiritus est) intelligatur. Itèm:* Spiritus Dei ferebatur super aquas. Rectè dictus est Spiritus Dei, quo nomine intelligitur, (sicut ait pater Augustinus) quomodo sit ipse bonitas Dei. Etenim, quia bonus est Deus, idcirco omnia creavit. Itè:* Spiritus ferebatur super aquas. Quid autem putamus esse hunc spiritum, nisi bonitatem amorémque Dei? amorem, non affectualem; sed substantialem: amorem, inquam, & vitam, virtutemq; vivam, in Filio & Patre manentem, vel ab utroque procedentem, Patri Filióque consubstantialem? Hic nempe ferebatur super aquas.

lib. 2. in Joh. c. 2.
lib. 1. de Glor. Trin. cap. 11.
lib. 1. in Gen. c. 8.

¶ Quomodo aliquid facere Deus dicatur, LOMBARDUS ait:* Cùm ergo aliquid dicitur facere, tale est, ac si dicatur, juxta ejus voluntatem, vel per ejus voluntatem, aliquid noviter contingere vel effici: ut in ipso nihil novi contingat; sed novum aliquid, sicut in ejus æterna voluntate prædestinatum fuerit, fiat, sine aliquâ motione, vel sui mutatione. Nos verò operando mutari dicimur: quia movemur. Non enim sine motu aliquid facimus.

lib. 2. dist.

¶ Cujus mali Deus sit autor, RUPERTUS docet:* Etenim malum quidem, quod est iniquitas, Dominus non fecit: sed malum, quod est afflictio propter iniquitatem Dominus induxit. Itèm:* Mali nullius autor Deus, nullam creaturam malam esse faciens, creator bonus, de gente istâ dicit: Ex semet-ipsâ judicium & onus ejus egredietur.

lib. 2. in Amos c. 1.
in eâd. cap. 1.

DE ANGELIS.

POTHO ait:* Angelorum autem nomen idcirco commune est omnibus cœlestium spirituum ordinibus; quia omnium est, manifestare occulta Dei his, quibus præsunt. Qui autem propriè dicuntur angeli, hominibus præsunt, hisque voluntatem

lib. 4. de Statu domûs Dei.

annuntiant. Item: * *Et quidem sanctam Seraphin nominationem Hebræorum sapientes, aut incendentes, aut calefacientes interpretati, dixerunt. Cherubim vero multitudinem scientiæ, aut fusionem sapientiæ: Thronos autem, oculosos aut pennosos ordines nominant.*

RUPERTUS: * *Nomine Lucis, bonos angelos; Tenebrarum autem vocabulo, malos esse angelos significatos.*

Nomina Angelorum recitat LOMBARDUS: * *Et putant illi, Michael, Gabriel, Raphael, de superiore ordine fuisse. Michael interpretatur, Quis ut Deus? Gabriel, Fortitudo Dei: Raphael, Medicina Dei. Nec sunt ista nomina ordinum, sed spirituum. Et dicunt quidam, singulum horum unius propriè ac singulariter spiritûs esse nomen. Alii verò, non unius singulariter & determinatè; sed nunc hujus, nunc illius esse nomen, secundùm qualitatem eorum, ad quæ nuntianda vel gerenda mittuntur. Sicut & dæmonum quædam nomina sunt, quæ quidam putant esse unius propria; alii verò pluribus communia.*

Quid sit Angelus, POTHO ait: * *Angelicus spiritus est substantia incorporea, invisibilis, sensibilis, rationalis, intellectualis, immortalis. Et bonorum quidem angelorum substantia, est lucida & impassibilis: malorum verò, terra & passibilis.*

HILDEGARDIS ait: * *Quod & hæc maxima multitudo viventium lampadum, multam claritatem habentium, ostendit: quæ est plurimus exercitus supernorum spirituum, in beata vita fulgentium, ac in multo decore & ornatu existentium. Quoniam cùm à Deo creati sunt, non superbam elationem arripuerunt, sed in divino amore fortiter perstiterunt. Nam ipsi igneum fulgorem accipientes, ita serenissimum splendorem adepti sunt. Quia, cum Lucifer cum suis superno creatori rebellare conaretur; isti, zelum Dei in casu illius & illi consentientium habentes, vigilantiam divinæ dilectionis induerunt: cùm illi cæcitatem ignorantiæ, qui Deum scire noluerunt, incurrerunt.*

¶ De divisionibus Angelorum ait BERNHARDUS: * *Divisiones autem sunt, non cælorum, sed beatitudinum. Nam alios quidem posuit Angelos, alios autem Archangelos; alios verò Virtutes, alios Dominationes, alios Principatus, alios Potestates, alios Thronos, alios Cherubim, atque alios Seraphim.* Item: * *Angeli, Archangeli, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubim, Seraphim: hæc nomina. Quæ significata eorum? Nullane inter illos spiritus, qui simpliciter angeli, & eos, qui archangeli nuncupantur, distantia? Quid ergo sibi vult gradualis distinctio hæc? Putemus Angelos dici, (nisi in convenientius aliquid consideraris) qui singuli singulis hominibus dati creduntur, missi in ministerium, (secundùm Pauli doctrinam* * *) propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. De quibus Salvator:* * Angeli eorum semper vident faciem Patris. *Putemus his præesse Archangelos: qui consci i mysteriorum divinorum, non nisi ob præcipuas & maximas causas mittuntur. E quibus magnus ille archângelus Gabriel, missus legitur ad Mariam, ob causam utique, quâ major esse non potuit. Putemus super istos Virtutes esse: quorum nutu vel opere, signa & prodigia in elementis, sive ex elementis, facta apparent, ad commonitionem mortalium. Inde est fortassis quod, cùm in Evangelio legas,* * Erunt signa in sole & lunâ & stellis: *paulo post habes,* Nam virtutes cœlorum movebuntur. *Hi nimirum spiritus, per quos signa fiunt. Putemus Potestates superiores istis: quarum virtute potestas tenebrarum comprimitur, & coercetur malignitas aëris hujus, ne, quantum vult, noceat: ne malignari, nisi ut prosit, possit. Putemus Principatus his quoque prælatos: quorum moderamine & sapientiâ omnis in terris principatus constituitur, regitur, limitatur, transfertur, mutilatur, mutatur. Putemus Dominationes adeò cunctis supereminere præfatis ordinibus; ut, respectu horum, cæteri videantur omnes administratorii spiritus: & ad istos, tanquam ad dominos, referri regimina principatuum, tutamina potestatum, operationes virtutum, revelationes archangelorum, curam & providentiam angelorum. Putemus Thronos alto etiam ab his evolasse recessu: qui ex eo, quòd sedent, throni dicuntur; & ex eo sedent, quod sedet in eis Deus. Neque enim [illegible] in eis, qui non sederent, posset. Quæris, quid illam sentiam sessionem? Summam tranquillitatem, placidissimam serenitatem, pacem quæ exsuperat omnem intellectum. Talis est, qui sedet in thronis, Dominus Sabaoth, judicans omnia cum tranquillitate, placidissimus, serenissimus, pacatissimus. Et tales sibi constituit thronos similimes sibi. Putemus Cherubin, ex ipso sapientiæ fonte, ore Altissimi haurientes, & refundentes fluenta scientiæ universis civibus suis. Et vide, ne is sit, quem Propheta loquebatur;* * Fluminis impetus lætificans civitatem Dei. *Putemus Seraphin spiritus, totos divino igne succensos, succendere universa: ut singuli cives sint lucernæ ardentes & lucentes, ardentes charitate, lucentes cognitione.*

LOMBARDUS inquit: * *In pluribus locis, novem esse ordines angelorum, Scriptura promulgat; scilicet Angelos, Archangelos, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Thronos, Cherubim, & Seraphim. Et inveniuntur in istis ordinibus tria terna esse, & in singulis tres ordines: ut Trinitatis similitudo in eis insinuetur impressa. Unde Dionysius, tres ordines angelorum esse tradit; ternos in singulis ponens. Sunt enim tres superiores; tres inferiores; tres medii. Superiores, Seraphim, Cherubim, Throni. Medii, Dominationes, Principatus, & Potestates. Inferiores; Virtutes, Archangeli, & Angeli.* Item: *Ordo autem dicitur multitudo cælestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ similantur, sicut & in naturalium datorum munere conveniunt. Ut verbi gratiâ, Seraphim (ut B. ait Gregorius) dicuntur, qui præ aliis ardent charitate: Seraphim enim interpretatur ardens, vel succendens. Cherubim, qui præ aliis in scientia eminent: Cherubim enim interpretatur plenitudo scientiæ. Thronus dicitur sedes. Throni autem vocantur, qui tantâ divinitatis gratiâ replentur, ut in eis sedeat Deus, & per eos judicia decernat: atque informet. Dominationes vero vocantur, qui principatus & potestates transcendunt. Principatus dicuntur, qui sibi subjectis, quæ sunt agenda, disponunt; eisque ad explenda divina mysteria principantur. Potestates nominantur hi, qui hoc cæteris potentius in suo ordine acceperunt: ut virtutes adversæ eis subjectæ, eorum refrenentur potestate: ne homines tantum tentare valeant, quantum desiderant. Virtutes vocantur illi, per quos signa & miracula frequenter fiunt. Archangeli, qui majora nuntiant. Angeli, qui minora.* Et: *Nominantur singuli ordines à donis gratiarum: quæ non singulariter; sed excellenter, data sunt in participatione. In illa enim cælesti civitate, ubi plenitudo boni est, licet quædam data sint excellenter: nihil tamen possidetur singulariter. Omnia enim in omnibus sunt; non quidem æqualiter: quia alii aliis sublimiùs possident; quæ tamen omnes habent.* Item: *Ante casum quorundam non erant isti ordines: quia nondum habebant dona, in quorum participationibus conveniunt. Sed quibusdam cadentibus, aliis apposita sunt: eisque, qui ceciderunt, collata fuissent eadem dona, si perstitissent. Ideòq; Scriptura dicit, de singulis ordinibus aliquos cecidisse: non quia fuissent in ordinibus, & postea corruerint: sed quia, si perstitissent, eorum aliqui in singulis fuissent ordinibus, qui & in naturæ tenuitate, & in formæ perspicacitate, differentes gradus habebant sicut illi, qui perstiterunt.*

PETRUS Cantor: *In regione spirituum dicuntur esse tres hierarchiæ. In prima hierarchia inferiori, sunt Virtutes, Angeli, Archangeli. In secunda, sunt Potestates, Principatus, Dominationes. In tertiâ, sunt Throni, Cherubim, & Seraphin.*

POTHO inquit: * *Ter ternas autem esse cælestium ordinum dispositiones, nullus est qui ambigat. In quibus nimirum ordinibus imago sanctæ Trinitatis splendide lucet: quia videlicet ab ipsa deifica Trinitatis una & indivisa substantia spiritus creati, in ter ternas ordinum distinctiones dispertiti sunt; quorum simplex & indissolubilis est natura, ab ipso, qui est unus pater spirituum, formata.* Item: *Nam numero Deus impare gaudet: qui parium numerorum sectionem, in sua trinitate, atque indivisa unitate, non recipit. Ipsa itaque cælestium spirituum agmina, in suis ordinibus distincta, secundum propriam donorum Dei distributionem, sic similitudini ejus, à quo creati & dispositi sunt, appropinquant ut alii ex his sint, qui illuminant; alii, qui illuminantur; alii, qui perficiant; alii, qui perficiantur.* Item: *Et primas quidem ter ternas agminum cælestium dispositiones, in summis sedibus juxta se posuit, hoc est, Seraphin, Cherubim, & Thronos. Secundas autem, post hos principales ordinum ter ternas dispositiones, continent in cælestibus sedes, item ter ternis distinctas ordinibus, quæ scilicet Dominationibus, Virtutibus, & Potestatibus complentur. Tertia vero, quæ & extrema est ordinum distributio, in tribus consistit: id est, in Principibus, Archangelis, & Angelis.* Item: *Seraphin itaque, in prima ternaria ordinum cælestium dispositione, altissima sede locata, tantâ Deo vicinitate suprà conjuncta: ut nulla spirituum agmina inter ipsa & Deum media sint. Seraphin autem, Incendentes, sive Calefacientes, dicuntur: eò quòd incendio divini amoris incomparabiliter*

ardeant,

Margin notes: * lib. 5. — * lib. 7. de Glor. Trin. cap. 2. — * li. 2. dist. 10. — * lib. 5. — * lib. 2. Visi. 1. — * serm. 27. super Cant. — * lib. 5. de Consid. — * Hebr. 1. v. 14. — * Matt. 18 v. 10. — * Luc. 21. v. 26. — * Psal. 46 v. 5. — * li. 2. dist. 9 — * lib. 4.

ardeant, eique de proximo inseparabiliter adhæreant. His proximè adjuncta sunt agmina, quæ vocantur Cherubin: quod interpretatur Plenitudo scientiæ. Incendio quippe divini amoris tanguntur, ex adjunctu sibi superiùs agminibus. Unde ex ipso divino amoris calore pariter, & plenæ scientiæ lumen sortiuntur. Prima ergo agmina Seraphin, in media sibique adjuncta agmina, Cherubin, calorem ex incendio sui amoris, quo Deum amant, & splendorem plenæ scientiæ, quâ Deum cognoscunt, transfundunt. Media rursus agmina, in subjecta sibi agmina, de plenitudine scientiæ suæ portionem non-minimam transmittunt. Proinde pulcrè nominantur Throni agmina ipsa; in quibus ex infusione sapientiæ, quam desuper accipiunt, agitur: ut in his Deus scientiarum Dominus sedeat, & per ea judicia sua exerceat. Et: Agmina beatorum spirituum, Deo ministrantium & assistentium, miro ordine disposita sunt. Alii quippe ex his ministrant, alii assistunt. Illi, qui ministrant, ad exteriora explenda ministeria a Deo mittuntur: & tamen contemplationem creatoris sui non deserunt. Illi assistunt, qui forâs non mittuntur. Sed hoc præ cæteris plenius in munere acceperunt, ut contemplationi Dei indesinenter assistant. Et de illis quidem spiritibus, qui mittuntur, Apostolus dicit: * Nónne omnes sunt ministratorii spiritus, missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? De illis verò, qui assistunt, hoc indubitanter asserimus, juxta Scripturæ sanctæ authoritatem: quia superiora illa agmina angelorum, exterioris ministerii usum non recipiunt; quia ab intimis nunquam recedunt. Itèm: Sunt namque media spirituum agmina, itèm in tribus ordinibus disposita; quæ sunt, Dominationes, Virtutes, & Potestates. Sed quæ sint eorum officiorum vocabula, exponendo exsequamur. Dominari est, subjectos quosque possidere. Unde illa angelorum agmina, quæ mirâ potentiâ præeminent, pro eo, quòd eis cætera ad obediendum subjecta sunt, Dominationes dicuntur. Virtutes sunt illa agmina, per quæ signa & miracula frequentiùs fiunt. Potestates sunt, quibus adversæ virtutes subjiciuntur, & eorum potestate refrenantur: ne corda hominū tentando tantum nocere valeant, quantùm cupiunt. Et: His sane digestis, ascendendum est ad ultimum ordinum cœlestium dispositiones, quæ in tribus choris consistunt; scilicet Principum, Archangelorum, & Angelorum. Quorum officiorum vocabula consequenter exponimus. Principes itaque vocantur, qui ipsis quoque bonis angelorum spiritibus præsunt: qui subjectis aliis dum quæque sunt agenda disponunt, eis ad explenda divina ministeria principantur. Archangeli dicuntur, qui summa quæque nuntiant. Angeli vocantur, qui minima nuntiant. Teste autem sacro eloquio, Angeli ex officio dicti sunt; non ex naturâ. Semper enim naturâ spiritus sunt. Tunc autem solummodò angeli dicuntur, quando mittuntur. Summa ergo Archangeli nuntiant: sicut Gabriel, qui Summum omnium in carne venturum, beatæ virgini Mariæ nuntiabat. Quia namque, ad debellandas aëreas potestates, fortis prœliator veniebat: hunc per Gabrielem, qui Fortitudo Dei interpretatur, nuntiare decebat. Michael autem, Quis ut Deus, interpretatur: quia cum dracone magno, Diabolo, bellum committens, illum superbiam, quâ se contra Deum erexit, potenti virtute conculcat; nullum posse, quod Deus potest, evidenter ostendit. Raphael, Medicina Dei dictus, ad effugandum a Sarâ dæmonium, & ad curandos Tobiæ oculos, missus fuisse legitur. Magna sunt hæc opera Dei, archangelicæ virtutis operatione declarata. Mittuntur etiam, ut dictum est, ad minora quæque agenda, minores angeli: quod ex sacræ Scripturæ testimonio facilè probari potest. Nam Zacharias Propheta in visione sua dicit: * Et ecce, Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur; & alius in occursum ejus egrediebatur, & dixit: Curre, & loquere ad puerum istum; Absque muro habitabitur Jerusalem. Patet igitur, quòd Angeli minoris ordinis, à majoribus, ad minora explenda ministeria, mittantur. Et: * Profectò convenere his ordinibus videntur quidam gradus comparationis, quibus Grammaticæ artis periti in nomine utuntur: ut videlicet alii ex ipsis positivo gradu sint perfecti doctrina, alii comparativo gradu perfectiores; alii superlativo perfectissimi: alii per divinam illuminationem lucidi, alii lucidiores, alii lucidissimi: alii ab omni ignorantiâ purgati; alii purgatiores, alii purgatissimi. Sic ergo cœlestium spirituum ordines dispositi sunt: ut prima agmina ab ipsa divinitate immediate doceantur, secunda verò a primis erudiantur, extrema per media illuminationem doctrinæ percipiant. Itèm: In quorum vocabulis diligentiùs consideremus, quæ

* Hebr. 1. v. 14.
* cap. 2. v. 3. 4.
* lib. 5.

sint eorundem ordinum proprietates. Principes sunt, qui subjectis ordinibus ad explenda divina ministeria principantur. Hoc autem inter Principes, qui novissimis spirituum ordinibus prælati sunt, & Dominationes, qui mediis ordinibus præstant, distare videtur: quòd dominari quidem est, subjectos quosque possidere, principari verò est, inter alios priorem esse. Cœlestis ergo militiæ ornatus, omnes angelicos concludens dispositiones, in Principibus, Archangelis, & Angelis, dispositus est.

Hildegardis inquit: * Qui in primâ acie sunt angeli, velut pennas in pectoribus suis habent, & facies ut facies hominum in se prætendunt, in quibus & vultus hominum, quasi in purâ aquâ, apparent. Isti angeli sunt desideria profunditatis, intellectus sui quasi pennas expandentes: non quod pennas, ut aves, habeant; sed quòd voluntatem Dei in desideriis suis velociter perficiant; velut homo in cogitationibus suis celeriter volat: ita quod & per facies suas pulcritudinem rationalitatis in se manifestant, ubi etiam Deus opera hominum perspicuè perscrutatur. Quia ut servus, verba domini sui audiens, ea secundùm voluntatem ejus perficit: ità & ipsi voluntatem Dei in hominibus attendunt, & actus eorum illi in semet-ipso ostendunt. Unde qui & in acie aliâ sunt, etiam in pectoribus suis quasi pennas habent, & facies, ut facies hominum, in se ostendunt: in quibus etiam imago Filii hominis velut in speculo fulget. Archangeli sunt etiam, in desideriis intellectûs sui voluntatem Dei contemplantes, & decorem rationalitatis in se manifestantes, incarnatum Verbum Dei purissimè magnificant: quia ipsi arcana Dei cognoscentes, mysteria incarnationis Filii Dei signis suis frequenter præinsinuabant. Sed nec in his, nec in illis, aliam formam discernere potes: quoniam & in Angelis, & Archangelis, multa secreta mysteriorum sunt; quæ humanus intellectus, mortali corpore gravatus, capere non valet.

De Principatibus ait Bernhardus: * Sunt & super istos Principatus, qui ipsum altiùs speculantes, & liquidò pervidentes, universitatis esse principium, & primogenitum omnis creaturæ; tantâ proinde principatûs dignitate donantur: ut ubique terrarum habeant potestatem, quasi de summo quodam rerum cardine, regna & principatus, & quaslibet pro arbitrio mutare & ordinare dignitates; pro quorumque meritis facere primos novissimos, & novissimos primos; deponere potentes de sede, & exaltare humiles. Itèm: Intuentes ergo Dominum Sabaoth, tantâ cum tranquillitate omnia judicantem, inmentissima suavissimaq; contemplationis stupore nimio, sed sensato, rapti in illud divinæ claritatis tam ingens pelagus, recipiunt se-se in secretiori quodam mira tranquillitatis recessu: ubi tantâ pace ac securitate fruuntur, ut, quiescentibus ipsis, pro reverentiâ prærogativa, tanquam vera dominationis ministrare & militare videatur cætera multitudo.

¶ Unde sint angeli, Petrus Cluniacensis docet: * Sed neq; angelos ex utero Deus genuit sed eos, sicut & alias creaturas, omnipotente voluntate creavit.

Hildegardis ait: * Omnipotens & ineffabilis Deus, qui ante secula fuit, nec initium habuit, nec post finem seculorum esse definet, omnem creaturam, mirabili modo, suâ voluntate, condidit; eamq; mirabili modo, suâ voluntate, disposuit. Quasdam enim creaturas terrenis hærere, quasdam verò in cœlestibus esse deputavit. Ipse quoque beatos angelicos spiritus, tam ad salutem hominum, quam ad honores nominis sui, disposuit. Nam quosdam ità constituit, ut necessitatibus hominum subveniant: quosdam verò, ut judicia secretorum suorum per eos hominibus manifestentur.

¶ Quando sint creati, Lombardus ait: * Simul ergo cum tempore facta est corporalis & spiritualis creatura, & simul cum Mundo: nec fuit ante angelica creatura, quam Mundus. quia (ut ait Augustinus) nulla creatura creata est ante secula, sed a seculis, cum quibus cœpit. Itèm: In empyræo omnes Angeli fuerunt, ante quorundam ruinam; simulque creati sunt angeli cum cœlo empyræo, & cum informi materiâ omnium corporalium.

¶ Quales sint, Rupertus exponit: * Et quidem sancti Angeli firmati sunt; & quia malo angelo quicquam a se-ipso faciente, id est, malum faciente, ipsi Deo principi suo adhærere maluerunt: hoc in remunerationem acceperunt; ut deinceps malum facere non possint: quia, cum possent facere, noluerunt. Verùm hoc non est per naturæ ipsorum potentiam; sed per divinæ voluntatis remunerantem gratiam.

Lombardus ait: * Quatuor quidem Angelis videntur esse

* lib. 1. Vis. 6.
* Serm. 19. super Cant.
* lib. 2. contra Iud.
* lib. 1. Vis. 6.
* lib. 2. dist. 2.
* lib. 9. ad Ioh. c. 5.
* li. 2. dist. 2.

attributa in initio subsistentia sua: scilicet essentia simplex, id est, invisibilis & immaterialis, & discretio personalis; & per rationem naturaliter insitam intelligentia, memoria & voluntas, sive dilectio; liberum quoque arbitrium, id est, libera inclinanda voluntatem, sive ad bonum, sive ad malum, facultas. Poterant enim, per liberum arbitrium, sine violentia & coactione, ad utrumlibet propria voluntate deflecti. Item: Liquet, Angelos, bonos omnes esse creatos: & post creationem quosdam cecidisse a bono quod habuissent, si perstitissent. Et:* Nec in beatitudine, nec in miseria creati sunt. Miseri enim ante peccatum esse non potuerunt: quia ex peccato miseria est. Nam, si non fuisset peccatum, nulla esset miseria. Beati quoque nunquam fuerunt illi, qui ceciderunt: quia sui eventus ignari fuerunt, id est, peccati & supplicii futuri. Item: Quales fuerint Angeli in creatione, ostensum est: boni scilicet: & non mali: justi, id est, innocentes, & perfecti quodam modo; alio verò modo imperfecti. Beati verò non fuerunt, usque ad confirmationem: nisi beatitudo accipiatur ille status innocentiæ & bonitatis, in quo conditi sunt.

* dist. 4.

Potho ait:* Est ergo cunctis simul cœlestium spirituum agminibus illuminatis, principium illuminandi, Deus. Item: Imaginem quippe sapientiæ suæ principaliter, in hac excellentissima rationali creatura expressit, eique de proximo sapientiæ suæ radios infudit.

* Lib. 4.

¶ Angelos habere liberũ arbitrium, Rupertus ait:* Omnes Angeli cũ libero arbitrio cõditi sunt; & sic bene constituti ut in melius proficere haberent. Profecerunt, qui voluerunt, qui bonam voluntatem habuerunt. Defecerunt & apostataverunt, qui sibimet, quam creatori suo, placere maluerunt. Factum est deinde eorum judicium: & qui, cùm peccare possent, peccare noluerũt, firmitérque in amore creatoris pedem fixerunt, hoc in remunerationem acceperũt, ut amplius jam peccare, vel peccando mori, non possint. Verbo enim Domini cæli firmati sunt, &c. E contrario Diabolus, & omnes angeli ejus, qui cum illo iniquitatem operati sunt, ita ceciderunt, & ita moto pede superbia expulsi sunt, ut jam amplius stare non possint: talem omnino retributionẽ acceperunt; ut nunquam restitui possint, recepturi sine dubio adhuc, in illo die, retributionem æterni ignis.

* Lib. 1 de Pietate c.7.

Lombardus:* Habebãt enim omnes liberum arbitrium, quod est libera potestas, & habilitas voluntatis rationalis. Poterãt enim voluntate eligere quodlibet, & ratione judicare, id est, discernere: in quibus constat liberum arbitrium. Nec creati sunt volentes averti, vel converti; sed habiles ad volendum hoc vel illud: & post creationem, spontaneâ voluntate, alii elegerunt malum, alii bonum. Et ita discrevit Deus lucem a tenebris, sicut dicit Scriptura; id est bonos angelos à malis: & lucem appellavit diem; noctem verò tenebras: quia bonos angelos gratia sua illuminavit, malos vero excæcavit. Item:* Boni tanta gratia confirmati sunt, ut nequeant fieri mali: & mali in malitia adeò obdurati sunt, ut non valeant fieri boni: & tamen utrique habent liberum arbitrium. quia & boni, non aliquâ cogente necessitate; sed propriâ ac spontaneâ voluntate, per gratiam quidem adjuti, bonum eligunt, & malum respuunt: & mali similiter spontaneâ voluntate, a gratiâ destituti, bonum vitant, & malum sequuntur: & mali habent liberum arbitrium, sed depressum atque corruptum, quod surgere ad bonum non valet. Et: Boni verò arbitrium habent multo liberius post confirmationem, quàm ante. Item: Non possunt itaque boni Angeli velle malum, vel velle esse miseri: neque hoc habent ex naturâ; sed ex gratiæ beneficio. Ante gratiæ namque confirmationem, potuère peccare angeli: & quidam etiam peccaverunt, & dæmones facti sunt. Et: Angeli, ante confirmationem, peccare potuerunt; sed post confirmationem non possunt. Quòd potuerunt, fuit eis ex libero arbitrio, quod est eis naturale: quod verò modò non possunt peccare, non est eis ex naturâ, id est, libero arbitrio, sed ex gratiâ: ex quâ gratiâ etiam est, ut ipsum liberum arbitrium jam non possit peccato servire. Item: Non ergo post confirmationem, Angeli de natura, sicut antè, peccare potuerunt. non, quòd liberum arbitrium eorum debilitatum sit per gratiam: sed ita potius confirmatum, ut jam per illud non possit bonus angelus peccare. Quod utiq; non est ex libero arbitrio, sed ex gratiâ Dei. Et: Talis enim & homo & angelus creatus est, qui ad utrum; flecti poterat: sed postea boni angeli ità per gratiã sunt confirmati, ut peccare non possint: & mali ità in vitio obdurati, ut bene vivere nequeant.

* li.2.dist.5.

* dist. 7.

¶ Ad imaginem Dei factos Angelos, Richardus ait:* Hæc est nobilis illa, (scilicet incorporeæ & invisibiles essentiæ, utpote spiritus angelici & spiritus humani) imò nobilissima creatura, ad imaginẽ Dei creata, omnibus creaturis prælata, ad summum bonũ facta, ipso & de ipso bonorum omniũ creatore beanda.

* li. 1 de Contemplat. 1.

Potho:* Quamvis verò omni angelicæ creaturæ, quasi signaculo, similitudo Dei impressa sit: unitati tamen essentiæ Dei, dissimili quadam similitudine adhærent: ut participatione summi boni, boni sint; & contemplatione lucis æternæ, lux sint.

* Lib. 4.

¶ De corporibus Angelorum, ait Bernardus:* Cæterum angelica corpora, utrùmnã ipsis spiritibus naturalia sint sicut hominibus sua, & sint animalia, sicut homines, immortalia tamen, quod nondum sunt homines: porrò ipsa corpora mutent & versent, in forma & specie, quâ volunt, quando apparere volunt, densantes & solidantes ea, quantum volunt; cùm tamen in sui veritate, præ subtilitate naturæ atque substantiæ suæ impassibilia sint, & nostris omnino inattingibilia visibus: an verò simplici spirituali substantia subsistentes, corpora, cùm opus est, sumant, ipsúmq; expleto opere ponant, in eandem, ex qua sumpta sunt, materiam dissolvenda: nolo ut a me requiratis. Videntur Patres de hujusmodi diversa sensisse: nec mihi perspicuum est unde alterutrum doceam: & nescire me fateor. Sed & vestris profectibus non multũ conferre arbitror harum rerum notitiam. Illud autem scitote, nullum creatorum spirituum per se nostris mentibus applicari: ut videlicet, nullo mediante nostri sive corporis instrumento, ita nobis immisceatur & infundatur; quò ejus participatione docti sive doctiores, vel boni sive meliores, efficiamur. Nullus angelorum, nulla animarum, hoc modo mihi capabilis est: nullius ego capax. Nec ipsi angeli ita se alterutrum capiunt.

* Serm. 5 super Cant.

¶ De Angelorum redemptione, Bernardus docet:* At angelis anquam, quomodo redemtio fuerit, non video. Nec enim autoritas Scripturarum assentire videtur, eos aliquando aut peccato extitisse captivos, aut morti cõnoxios; ut necessariam haberent redemtionem: exceptis duntaxat illis, qui, superbia lapsu irremediabiliter ruenter redimi deinceps non merentur. Si itaque angeli nunquam redemti sunt; alii utique non-egentes, alii non-promerentes: illi quidem, quia nec lapsi sunt, hi autem, quia irrevocabiles sunt: quo pacto in dicis, Dominum Jesum Christum eis fuisse redemtionem? Audi breviter. Qui erexit hominem lapsum, dedit stanti Angelo, ne laberetur: sic illum de captivitate eruens; sicut hunc à captivitate defendens. Et hac ratione fuit æquè utrique redemtio, solvens illum, & servans istum.

* Serm.22. super Cant.

Lombardus inquit:* Angeli, qui perstiterunt, per gratiam cõfirmati sunt: & qui ceciderunt, a gratia Dei deserti sunt. Et boni quidem in tantum confirmati sunt per gratiam, quòd peccare nequeunt. Mali verò per malitiam adeo sunt obstinati, quòd bonam voluntatem habere, sive bene velle, non valent; etsi bonũ sit quod aliquando volunt. Volunt enim aliquãdo aliquid fieri, quod Deus vult fieri: & utique illud bonum est & justum fieri, nec tamen bona voluntate illud volunt.

* Lib.2.dist 7.

Angelos vivere in æternum, Rupertus ait:* Beati Angeli æternaliter vivunt, & visione Dei perfruuntur. Item:* Beata sanctorum Angelorum societas, semper quasi plena luna est; & nec deficit, nec minuitur: ex quo peccantibus apostatis angelis, ipsi, peccare nolentes, positi sunt in adspectu Solis æterni.

* Lib.6. in Job c.6.

* li 12.c.15.

¶ Angelos non sunt dominos hominum, Petrus Cluniacensis ait:* Nam, licet quidam Patrum piorũ apparentes sibi Angelos dominos vocaverunt: non sunt tamen Angeli hominum domini, nec subjiciuntur, quantum ad naturæ dignitatem, dominatui ipsorum, qui ad æqualitatem creati sunt angelorum.

* li.2 contra Jud.c.1.

¶ Ubi sint Angeli, Lombardus inquit:* Cælum splendidum quod dicitur empyreum, id est, igneum, à splendore, non a calore, quod statim factum Angelis est repletum.

* li.2.dist.2.

¶ De differentiâ Angelorum, idem ait:* Illa ergo essentiæ rationales, quæ personæ erant, & spiritus erant, naturâq; simplices, & vitâ immortales, differentem essentiæ tenuitatem, & differentem sapientiæ perspicacitatem, atq; differentem arbitrii libertatem & habilitatem, rectè habuisse intelliguntur: sicut in corporibus nonnulla differentia est, secundùm essentiam, ac formam, & pondus. Item:* Sicut enim homines, cum plura habeant dona, quædam alii excellentiùs possident: ita fortè & Angeli quibusdam muneribus magis pollent & alii quibusdam minùs. Item:* Quædam communia & æqualia habebant. Quòd spiritus erãt, quod indissolubiles & immortales erant, commune omnibus & æquale erat. In subtilitate verò essentiæ, & intelligentia sapientiæ, &

* li. 2. dist 3.

* dist. 9.

* dist 8

libertate

libertate voluntatis, differentes erant. Has distinctiones intelligibiles invisibilium naturarum, ille solus comprehendere potuit & ponderare, qui cuncta fecit in pondere, numero, & mensurâ.

* li. 2. dist. 11.

¶ Angelos etiam proficere, LOMBARDUS ait: * *Et quod Angeli proficiant in cognitione, ac per hoc in beatitudine, testimonia Sanctorum confirmant. Dicit enim Esajas ex personâ Angelorum, Christi ascendentis magnificentiam admirantium:* * Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Botrâ? *Et in Psalmo:* * Quis est iste rex gloriæ? *Ex quibus apparet, quòd mysterium Verbi incarnati pleniùs cognoverunt Angeli post impletionem, quam antè.*

* Esaj. 63. v. 1.
* Psal. 24. v. 8.
* li. 2. dist. 10.
* ca. 6. v. 6.
Heb. 1. v. 14

¶ De Missione Angelorum, LOMBARDUS inquit: * *Esajas ait;* * Volavit ad me unus de Seraphin: *qui ordo superior est & excellentior. Ideoq; si de illo ordine mittuntur, non est ambigendum, quin etiam de aliis mittantur. Apostolus quoq; ait:* * Omnes sunt administratores spiritus, in ministerium missi. *Hoc testimonio afferunt quidam, omnes angelos mitti. Nec debet indignum videri, si etiam superiores mittantur: cum & ille, qui creator est omnium, ad hæc inferiora descenderit.*

* Epist. ad Gall. abb

¶ Cuique suum angelum esse, HILDEBERTUS ait: * *Quoniam te legisse non dubito, Angeli eorum semper vident faciē patris mei, suum unicuique angelum assignans.*

* Serm. 5. de verbis Esaiæ.
* Serm. 19 super Cant.

¶ Angelos contemplari Deum, BERNHARDUS inquit: * *Ineffabiliter siquidem delectantur in contemplatione illius admiratione, nec minùs gloriantur in ipsius veneratione.* Itèm: * *Angelica creatura, irreperculsâ mentis acie intuetur divinorum judiciorum abyssum multam: quorum summa æquitate ineffabili delectatione beata, gloriatur insuper effectus ea mancipari per suum ministerium, ac palam fieri: & propterea diligit meritò Dominū Christum. Nónne omnes, ait, administratorii spiritus sunt, missi in ministerium propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Porrò archangelos (ut eis aliquid differentius ab his, qui simpliciter angeli sunt, tribuamus) mirabiliter, credo, delectat: quòd ipsi quoque æternæ sapientiæ consiliis familiariùs admittuntur, eademque per ipsos, locis quæque suis atque temporibus, summo moderamine dispensantur. Et hæc causa, quòd diligunt Dominum Christum & ipsi. Illæ quoque beatitudines, quæ virtutes ex eo forsitan appellatæ sunt, quòd virtutum ac prodigiorum occultas perpetuásque causas, felici curiositate rimari ac mirari, divinitùs ordinata, signa, quæ & quando volunt, ex omnibus elementis, terris potenter exhibeant: & ipsæ ergo ex inde non immeritò exardescunt, diligere Dominum virtutum, & Dei virtutē Christum. Plenum quippe est suavitatis & gratiæ, incerta & occulta sapientiæ in ipsa sapientiâ intueri: plenum nihilominùs honoris & gloriæ, causarum, in verbo Dei absconditarum, Mundo spectandas mirandásque in manu ipsorum dirigi efficientias.*

* Serm. 4. de verbis Esaj.

¶ Deo adstare Angelos, BERNHARDUS ait: * *Adstāt nihilominus Domino præsidēti; devotum utiq; ministerium, & plenum reverentiæ obsequium exhibētes. Aliter enim Domini, aliter Angeli, aliter Hominis, intelligi convenit stationem. Stat Christus pro Patre zelans, Patris gloriam quærens, & tanquam fidelis unigenitus, imò & primogenitus Patris, zelo Patris adjuvans adoptivos. Sic illum Stephanus stantem vidit, quem habuit adjutorē. Sic Propheta in adjutorium eum surgere precabatur:* * Exsurge, inquiens, Domine, adjuva nos. *Sane angelica statio ministratio est, dicente Propheta:* * Millia m[illi]um ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. *Nam hominis quidem stare, persistere est in vigore animi, & observatione propositi. Sic Moyses stetit in confractione, & in conspectu Domini; ut averteret iram ejus: sic stetit Phinees, & placavit.*

* Psal. 44. v. 27.
* Dan. 7. v. 10.
* li. 2. Vis. 5.

HILDEGARDIS ait: * *Angeli coram Deo in duplici honore sunt. In cœlestibus Deo sinè intermissione serviunt: & etiam in terris, homines a diabolicis insidiis semper protegunt.*

* Serm. 19. super Cant.
* Serm. 78
* lib. 5. de Consid.

¶ De officio Angelorum, inquit BERNHARDUS: * *Sed & illi spiritus, qui Potestates nominantur, dum Crucifixi nostri divinam omnipotentiam, ubique fortiter attingentem, intueri ac magnificare delectantur, exturbare ac debellare dæmonum hominúmque contrarias potestates, pro his, qui hæreditatem capiūt salutis, accipiunt potestatem.* Itèm: * *Angelorum autem cum ad salutem humani generis ministerio utitur, nónne facit, ut ab hominibus angeli diligantur? Nam, quia ab Angelis homines diliguntur, inde vel maximè adverti potest, quòd antiqua suæ civitatis damna ex hominibus resarciendum iri, Angeli non ignorant.* Et: * *Cernere postremò & mirari est, in Angelis & Archangelis, veritatem atq; experientiam vocis illius:* * Quoniam ipsi cura est de nobis: *qui talium nos & tantorum non desinit jucundare visitationibus, instruere revelationibus, suggestionibus commonere, sedulitate solari. Hæc omnia contulit illis spiritibus ipse, qui condidit illos, unus atque idem summus Spiritus, dividens singulis, prout vult: hæc operatur in illis, hæc dedit operari & illis.*

* 1. Pet. 5. 7.
* lib. 2. dist. 11.
* Matth. 18. v. 10.

LOMBARDUS ait: * *Angeli boni deputati sunt ad custodiam hominum: ita ut quisq; electorum habeat angelum, ad sui profectū atq; custodiam specialiter delegatum. Unde in Evāgelio Veritas, a pusillorum scandalo prohibens, ait:* * Angeli eorum semper vident faciem Patris. *Angelos dicit eorum esse, quibus ad custodiam deputati sunt. Super quem locum Hieronymus tradit, unamquamq; animam, ab exordio nativitatis, habere angelum, ad sui custodiam deputatum, inquiēs ità:* Magna dignitas animarum est; ut unaquæq; habeat ab ortu nativitatis, in custodiā sui, angelum delegatum. *Gregorius quoq; dicit:* Quòd quisq; bonum angelum, sibi ad custodiam deputatum; & unum malum, ad exercitium habet. *Cum enim omnes angeli boni nostrū bonum velint, communiterq; salutem omnium studeant: ille tamen, qui deputatus est alicui ad custodiam, eum specialiter hortatur ad bonum, sicut legitur de angelo Tobiæ, & de angelo Petri in Actibus Apostolorum. Similiter & mali angeli, cùm desiderent malum hominum: magis tamen hominem ad malum incitat, & ad nocendum fortiùs instat ille, qui ad exercitiū ejus deputatus est.* Itèm: *Esse potest, ut singuli hominum, dum in hac vitâ sunt, singulos habeant angelos, bonos vel malos, ad sui custodiam vel exercitium destinatos. Cæterùm sive ita sit, sive non, non est dubitandum, unumquemq; habere angelum sibi deputatum: sive pluribus simul destinatus sit, sive uni singulariter. Nec est mirandum, unum angelum pluribus hominibus ad custodiam deputari: cum uni homini plurium custodia deputetur; ita ut eorum quisque suum dicatur habere dominum, vel episcopum, vel abbatem.*

* lib. 4.

POTHO ait: * *De superioribus namque inferiora illuminantur, quia per angelos hominibus cœlestia secreta revelantur.* Et: *Jussu Dei, illuminatores angeli Prophetarum oculos revelabant. Nam & Lex sancta, per Mosen data, ordinata est per angelos, in manu mediatoris. Sūt etiam ad alia ministeria singuli angeli deputati. Nam alius Israelitico populo præerat: alius princeps alterius gētis fuisse dignoscitur. Ast alius, excubias in circuitu castrorum Domini observans, Josuæ stupenti apparebat; seq; principem exercitûs Domini, & protectorem fore Israel manifestavit. Alii ex his post Josue judicibus populi præsidentes, eisq; in liberatione gentis contra hostes auxilium ferebant. Ast alius virum Mariæ, Joseph, erudiebat; & ne timeret accipere desponsatam sibi conjugem, filium David admonebat: ut, quod promissum fuit David, ratum foret. Alius, nato Domino pastoribus noctu cum lumine apparens novo nuntio exsultantem cœlestis exercitûs evocavit multitudinem, clamantem, & dicentem gloriam in altissimis Deo, & in terris pacem annuntiantem hominibus bonæ voluntatis. Alius in somnis Joseph visus, tyrannidem Herodis declinare, & in Aegyptum fugere illum, cum matre & puero, præmonuit. Alius itèm, defuncto Herode, relationem ex Aegypto fieri pueri Jesu, eidem ministerio Domini mandabat.*

* li. 1. in Apoc. c. 8.
* in 7. c.

¶ Angelos ministrare hominibus, RUPERTUS ait: * *Omnium angelorum pium atq; benignum esse studium, circa genus humanum, multa commendant sanctarum testimonia Scripturarum. Veruntamen præ omnibus, Michael atque Gabriel, coram Domino pro nobis sunt, propter nos satagunt, & in nostrum eunt atque veniunt adjutorium, sicut testatur utrumque Testamētum.* Item: * *Angeli sunt ministratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, commilitonibus suæ partis hominibus Christianis, qui sunt vel erunt de semine illius magnæ mulieris. Signa miraculorum, ab Jesu Christo per Spiritum sanctum data, ministrarunt præsentes illis & cooperantes, ad curandos infirmos, ad suscitandos mortuos, assistentes piis martyribus in tormentis & equuleis, colloquentes illis, & colloquio suo cōsolantes, & resoventes illos in carceribus & vinculis; religantes etiam angelos draconis, & extrahentes de antiquis templorum simulacris. Quæ omnia sic esse facta, non ignorat, quisquis sanctorum Martyrum sive Apostolorum gesta legit.*

* Serm. 12. in Psal. Qui habitat.
* Serm. 18

BERNHARDUS ait: * *Interim ergo mādavit angelis suis Deus, nō quidem ut amoveāt te a viis tuis, sed ut in eis ipsis te custodiāt, & quasi per vias suas, vias tuas dirigāt in vias ipsius.* Itèm: * *Beatos illos spiritus propter nos mitti in ministerium, custodia nostra*

deputat,

reputas, nostros jubes fieri pedagogos. Parum est enim, quod fa-cis angelos tuos spiritus, facis & angelos parvulorum: denique angelorum semper vident faciem Patris. Illos utique tam felices, & tuos, ad nos, & nostros ad te angelos facis. Angelis suis mandavit de te. Mira dignatio, & vere magna dilectio charitatis. Quis enim, quibus, de quo, quid mandavit? Studiose consideremus, fratres: diligenter commendemus memoriae hoc tam grande mandatum. Quis enim mandavit? cujus sunt Angeli? cujus mandatis obtemperant? cujus obediunt voluntati? Nempe angelis suis mandavit de te; ut custodiant te in omnibus viis tuis: nec cunctantur, quin etiam in manibus tollant te. Summa ergo majestas mandavit Angelis; & Angelis suis mandavit. Illis utique sublimibus, tam beatis, tam proximis sibi cohaerentibus, tam familiariter adhaerentibus, & vere domesticis Dei. Mandavit de te. Tu quis es? Domine, quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam reputas eum? Quasi vero non sit homo putredo, & filius hominis vermis! Sed quid putas mandavit de te? Numquid scripsit contra te amaritudines? Numquid, ut contra folium, quod vento rapitur, ostendant potentiam suam; & stipulam siccam persequantur? Numquid ut tollant impium, ne videat gloriam Dei? Mandatum istud est, non mandatum. Non recedas ab adjutorio Altissimi; in protectione Dei coeli commorare: ne de te illud quandoque mandetur. Quem enim protexerit Deus coeli, non de eo illud mandabitur: sed pro eo. Et quod interim non mandatur, pro eo differtur: ut sint omnia propter electos. Denique, parantibus eo servis, & continuo superseminata colligere zizania cupientibus, providus paterfamilias: Sinite, inquit, usque ad messem; ne forte eradiceris simul & triticum. Quomodo igitur tamdiu conservabitur interea? Hoc plane, hoc opus praesens, hoc mandatum temporis hujus. Itaque angelis suis mandavit de te, ut custodiant te. O triticum inter zizania! o granum inter paleas! o lilium inter spinas! Gratias ei, fratres; gratias ei, & pro nobis pariter, & pro vobis. Et: * Superni spiritus illi, qui ab initio coelos inhabitant; numquid, quia incolunt coelos, despiciunt terras, & non magis eas visitant & frequentant? Numquid, quod semper vident faciem Patris, ministerium evacuat pietatis? Omnes nihilominus administratorii spiritus sunt, missi in ministerium propter eos, qui haereditatem capiunt salutis. Quid ergo? Discurrunt angeli, & succurrunt hominibus: & qui ex nobis sunt, nesciunt nos; nec norunt jam compati, in quibus passi sunt & ipsi? Qui dolores nesciunt; sciunt tamen nostros: & qui venerunt de magna tribulatione, non recognoscunt jam, in qua fuerunt?

* Serm. 1 de Vigilia.

¶ Quomodo loquantur hominibus. RUPERTUS ait: * Loquuntur in somnis sancti Angeli servis Domini sui, non dedignantes, sed pro voluntate ejusdem Domini sui Scripturam veritatis honorantes.

* Lib. 2 in Matt. c. 2.

¶ Ab Angelis bonis defendi nos. RUPERTUS inquit: * Contra malos angelos a bonis angelis praelium committitur; ut homines ab impietatis errore liberentur.

* Lib. 7 in Apoc. c. 12.

BERNHARDUS: * Sic nimirum per administratorios spiritus illuditur ejus astutia: quod & fideles sint, qui detegere nolunt, & prudentes, qui norunt tegere divina erga nos providentiae & dispositionis arcana. Item: * Pro certo enim, si se a nobis boni spiritus elongaverint, impetus malignorum quis sustinebit?

* Serm. 5. de verbis Esaiae.
* Serm. 7. super Cant.

¶ Angeli adstant orantibus. BERNHARDUS: * Solent Angeli adstare orantibus; & delectari in his, quos vident levare puras manus in oratione: holocaustum sanctae devotionis gaudent se offerre Deo, in odorem suavitatis.

* Homil. 3. de B. Virg.

¶ De suggestionibus Angelorum, ait BERNHARDUS: * Existimo tamen, ipsos formari in nobis sanctorum suggestionibus Angelorum: sicut e contrario contrarias & malas ingeri immissiones per angelos malos, non dubium est. Et fortassis [illegible] illud est speculum atque aenigma, per quod videbat Apostolus, [illegible] fuerit puris pulchrisque imaginationibus, Angelorum quasi [illegible] fabricatum: quatenus & Dei esse quod purum & absque [illegible] phantasia corporearum imaginum cernitur, sentiamus; & [illegible] quamlibet similitudinem, qua id digne vestitum apparuerit, ministerio deputemus angelico. Quod signasse expressius videtur alia interpretatio, dicens: Similitudines auri fabricabimus tibi, cum distinctionibus argenti. Unum est cum distinctionibus argenti, & vermiculatas argento. In quo mihi significare videtur, non modo similitudines intus per Angelos suggeri, sed [illegible] quoque eloquia per ipsos extrinsecus ministrari:

* Serm. 41 super Cant.

quo congrue atque decenter ornata, & ab auditoribus facilius capiantur, & delectabilius.

¶ De motu Angelorum, ait RUPERTUS: * Angeli supra Filium hominis ascendunt, ad ejus divinitatis contemplationem: descendunt autem, ad humanitatis vel passionis ipsius venerationem.

* Lib. 2 in Joh. c. 1.

¶ Animas morientium ab Angelis excipi, HUGO Heterianus ait: * Nullo certe modo ambiguum esse debet Christiano, quin egredientes de carceribus corporum animas Angeli suscipiant. Etenim, cum molem corporum deserunt; boni pretiosius Angeli & invidia Daemonum acies occurrunt; investigatione subtili qualitates operum discutiunt & cujus partis de jure censeatur, ad invicem contendunt. Hoc tibi Michael demonstrat, de Moysis corpore cum Diabolo rixatus.

* de Regressu animarum.

¶ De apparitione Angelorum, inquit PETRUS ALPHONSUS: * Licet Angelus corporeo sensu non percipi possit: illi tamen, qui secundum mandata Dei incedunt, visibiles fiunt.

* Tit. 6.

RUPERTUS: * Angeli, sive boni, sive mali, cum sint spiritus, corporali sive materiali armatura non induuntur.

* Lib. 7 in Apoc. c. 12.

LOMBARDUS inquit: * Angeli incorporei sunt; nec corpora habent sibi unita: assumunt autem aliquando corpora, Deo praeparante, ad impletionem ministerii sui, sibi a Deo injuncti; eademque, post expletionem, deponunt, in quibus corporibus hominibus apparuerunt atque locuti sunt. Et aliquando quidem locuti sunt ex persona Dei, sine distinctione alicujus personae: aliquando ex persona Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti.

* Lib. 2 d. 8.

POTHO ait: * Non enim aestimare debemus, coelestes substantias, secundum earum visibiles formas, vel multiplices esse, vel multorum vultuum, vel boum pecualem similitudinem, aut leonum bestialem praeferre imaginationem, aut ad aquilarum curvo rostro speciem formatas, aut ad volatilium sex alarum commotionem effiguratas. Sed neque rotas igneas in coelo circumferri putemus: quanquam his ipsi administratorii spiritus imaginarie monstrentur. Hinc est, quod Eliae currus & equi ignei apparuisse leguntur: ut videlicet ministerio Angelorum subvectus esse declareretur. Thronos quoque materiales dentes, quasi ad recubitum necessarios, depingimus; & equos multicolores, & armigerum exercitum, praesidenti Domino Deo Sabaoth, partim per millia millium ministrantem, partim per decies-millies centena millia assistentem, ut sacra tradunt eloquia, divisim denotamus. Summus namque & incircumscriptus Spiritus, pater spirituum, Deus, qui est super omnem essentiam & vitam, incomprobabiliter omnem excellens similitudinem, etsi nulla potest visibili specie imaginari: tamen specialiter in ignis visione manifestatur. Nam & Moysi in igne flammae rubri apparuit; & in vertice Sina montis, species gloriae Dei in igne ostensa est. In patrum quoque hostias descendens ignis, praesentiam divinae majestatis declarabat. Deus enim noster ignis consumens est. Peccati siquidem rubiginem in nobis consumit; & coelestis gratiae lumen in cordibus nostris accendit.

* Lib. 4.

DE DIABOLIS.

RUPERTUS ait: * Diabolus, non naturae; sed pessimi accidentis. Graecum nomen est, & interpretatur Deorsum fluens. Quo nomine recte appellatur angelus ille damnatus & perditus, qui cum bene esset conditus spirituum in altitudine coeli conversantium maximus, vitio suo deorsum fluens, per superbiam ad profundam inferni devolutus, factus opere & dictus est nomine Diabolus. Item: * Diabolus, Deorsum fluens; Satanas, Adversarius interpretatur. Utrorumque vocabulorum causa nota sunt. Diabolus, id est, deorsum-fluens, idcirco dicitur: quia de coelo per superbiam cadendo deorsum fluxit, perituque peccator a facie Dei: sicut fluit cera a facie ignis. Satanas, id est, adversarius, idcirco dicitur: quia sic quoque de coelo lapsus, Deo creatori adversari non desinit. Et: * Diabolus interpretatur deorsum-fluens, idcirco, quia non servavit suum principatum, sed relinquens suum domicilium, id est, coelum, defluxit in istum caliginosum aerem. Item: * Satanas, qui ex eo nomen accepit, quod adversus Deum se extulit, & principium sibi esse, atque in lateribus Aquilonis sibimet sedere, voluit; ex eo mendax est: quod ex proprio loquendo, a patre veritatis discordans, mendaciumque generans, principium se esse jactat. Item: * Satanas in eo adversatur, quod loquitur mendacium, ut decipiat creaturam, ad suam-

* Lib. 7 in Joh. cap. 8.
* Lib. 7 in Apocal.
* Lib. 11. in Apocal.
* Lib. 8. in Johan.
* Lib. 7 in Apocal.

dum secundum adulterinus: ostendens se, tanquam sit Deus, atq; ita Diabolus ipse pro eo, tanquam adulter pro viro legitimo subsupatur. Et: * Satanas interpretatur Adversarius, ideirco, quia voluntati Creatoris in mala semper intentione adversatur.

[* lib. 11.] [Sermo 13. in Psal. 91.]

BERNHARDUS: * Alius siquidem aspis, alius verò basiliscus, alius autem leo, & alius quidem draco: quòd videlicet suo quidem invisibili modo variè quoq; noceant, quasi alius morsu, alius quoque visu, alius verò rugitu vel ictu, alius autem flatu.

[* lib. 2. dist. 10.]

LOMBARDUS inquit: * Diabolus quippe, qui Græcè ita vocatur, & Criminator interpretatur, vel Deorsum-fluens, Hebraicè dicitur Satan, id est, Adversarius. Dicitur & Belial, id est, Apostata, & absq; jugo. Dicitur etiam Leviathan, id est, Additamentum eorum.

[* Tit. 10.]

¶ Diabolus quid sit. PETRUS ALPHONSUS exponit, inquiens: * Diabolus, ô Moyses, subtilis quidem & spiritualis res est; & fuit olim unus de bonorum ordinibus angelorum. Cujus ordinis duo, de principibus Huza & Hazazel in Hebraicâ; Haroth verò & Maroth, in linguâ appellantur Arabicâ. Et hic Diabolus, peccato & iniquitate sua aggravatus, & quasi aliquantulum ponderosior effectus, & sic de summo cœlorum delapsus, paulò descendit inferius: & est hic infra firmamentum habitatio ejus.

[† ibid.] [* Gen. 1. v. 31.]

¶ Unde sint mali spiritus, idem indicat, dicens: † Neq; enim Deus quicquam fecit, nisi bonum, cùm in verissimâ legatur Scripturâ: * Vidit Deus cuncta, quæ fecerat; & erant valde bona. Sed quia malum elegerunt, ideò maligni effecti sunt.

[† in Psal. 18]

De lapsu eorum. HONORIUS inquit: † Superbia est maxima delictorum: hæc est fons omnium vitiorum. Per hanc diabolus cecidit: per hanc hominem de paradiso traxit.

[* in Eulog. de Sponsa.]

HUGO de S. Victore ait: * Quis melius potest dici anathema; quàm apostata angelus, qui se primum, per superbiam, à societate superna illius civitatis separavit; & ex merito prævaricationis suæ, dum veri capitis membrum esse noluit, ab unitate corporis illius præcisus, caput iniquorum omnium factus est.

[† lib. 1. in Joh. cap. 1] [* lib. 6. c. 6.] [† lib. 8. in Apoc. c. 13.]

RUPERTUS: † Diabolus per vitium quidem malus est: sed substantia ejus per naturam mala non est. Item: * Angelus voluit esse deus; & factus est diabolus. Sic deitatem suasit appetere homini; & hominem hominis honore spoliavit. Et: † Diabolus in cœlo, coram Patre & Filio & Spiritu sancto, judicio subactus, coram omni cœlorum curiâ, beatorumq; Angelorum sancto senatu, pro superbiæ crimine, sententiam capitalem accepit; & gladio percussus est æternæ damnationis: atq; ita Deo mortuus, peccato vixit, & adhuc vivit, quia semetipsum nimis pertinaciter defendit: neq; se pro mortuo, sed pro deo vult haberi; imò supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, se extollit. Item: * Diabolus, antequam ingressus habitaculum illius perditi hominis, in cœlo semet-ipsum adversus Deum erexit; & nunc usque invisibiliter superbit. Et: † Cecidit ille angelus; & factus est Diabolus & Satanas. Cadere namq; superbia est, descendere, humilitatis. Item: * Diabolus non dilexit, imò odio habuit creatorem suum: cùm ille gratis, & magnum, & speciosum, & sapientem fecisset; & in monte sancto Dei, id est, in cœlo, posuisset eum. Persuasit hominum, ut neq; fidem, neq; dilectionem haberet ergà creatorem suũ; suoq; exemplo contemneret eum, habendo perversum similitudinis & divinitatis ejus appetitum. Et: † Spiritus malus & malignus, superbus & invidus, qui gloriæ creatoris invidebat, non per ignorantiam errabat, sed per invidiam blasphemabat, cadendo factus est Diabolus: quia superbivit, & sibimet ipse placuit tanquam sibi sufficiens: quod non fuit de virtute in vitium cadere, sed in eo, quod factus erat, remanere, scilicet in vanitate: quod quiddam medium est inter veram & incontaminabilem essentiam Dei; & illud, unde omnia creavit, scilicet nihil. Item: * Ego sum panis vivus &c.] Hic enim victus est, & vita est angelica substantia. nam in eum desiderant Angeli prospicere. Quod quia facere contemsit angelus, cecidit, & factus est Diabolus: qui & hujus panis sempiternam patiens inediam, semper est pallidus, & mors illum sequitur. Et: † Causa lapsus Diaboli sunt, superbia, speciositas scientiæ, & magnitudo propriæ conditionis. &c. Non sufficit ei tanta largitas creatoris: nisi idem diceretur vel existimaretur de ipso, quod de Deo, nisi appellaretur deus; nisi adoraretur ab angelis, ut Deus, nisi prædicaretur & ipse increatus. Negavit quippe Deum esse creatorem suum, & dixit se esse deum.

[* lib. 10. c. 17] [† lib. 12. c. 01] [* lib. 5. in Matth. c. 3.] [† lib. 13. in Matth. c. 26.] [* lib. 9. in Exod. c. 10] [† lib. 1. de Omnip. verbi Dei cap. 8]

[* Sermo 5. de verbis Esai.]

BERNHARDUS ait: * Væ tibi superbe spiritus: sublimitatis & solitariæ præsumtionis amator. Non stetisti in veritate: expulsus est per superbiam, stare non potuit. Solus f[...]ere volens, tanquam fulgur cecidisti de cœlo; non habiturus aliquando sublevantem. Item: Iniquus ille, admirationem quidem, sed non venerationem habens, quia subdi noluit per venerationem: fugi non valuit per admirationem: denique, admirationem ipsam in æmulationem convertit, nec venerari dignum, sed conatus est imitari. Et: † Primum peccatum est factum in cœlo, per superbiam prævaricatoris angeli; qui dixit in corde suo: In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte Testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, & ero similis Altissimo. In se-ipso tumuit; & de sorte beatorum spirituum ejectus, cœlorum regnum amisit. Item: * Ergo in cœlo concepit dolorem, & in paradiso peperit iniquitatem, prolem malitiæ, matrem mortis & ærumnarum omnium, prima parens superbia. Nam etsi invidiâ Diaboli mors intravit in orbem terrarum; initium tamen omnis peccati, superbia.

[† Serm. 27. par. v.] [* Serm. 19. super Cant.]

[* lib. 1.]

PETRUS CLUNIACENSIS ait: * Hinc primus archangelus, quia similis Deo esse conatus est, sicut fulgur de cœlo cecidit.

[† lib. 2. dist. 6.] [* cap. 40. v. 14.] [† cap. 28. v. 12.]

LOMBARDUS inquit: † Præterea sciri oportet, quoniam, sicut de majoribus & minoribus quidam persisterunt; ita de utroque gradu quidam corruerunt: inter quos unus fuit, omnibus aliis cadentibus excellentior, nec inter stantes aliquis eo fuit dignior: sicut testimoniis autoritatum monstratur. Ait enim Job: * Ipse principium viarum Dei. Et in Ezechiele legitur: † Tu signaculum similitudinis, plenus scientiâ & perfectione, decoris in deliciis paradisi Dei fuisti. Item: Et tanta superbiæ merito de cœlo, id est, de empyreo, in quo cum aliis fuerat, dejectus est in istum caliginosum aerem, cum omnibus suæ pravitatis consortibus. Nam (ut Johannes ait in Apocalypsi. *) Draco de cœlo cadens secum traxit tertiam partem stellarum. Quia Lucifer ille, alius major, non solus cecidit; sed cum eo alii multi, qui ei in malitiâ consenserunt: eosq; cadentes hujus caliginosi aeris habitaculum excepit. Et hoc ad nostram probationem factum est; ut sit nobis exercitationis causa. Unde apostolus: * Colluctatio est nobis adversùs principes & potestates Mundi hujus, & adversùs rectores harum tenebrarum; contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Quia dæmones, qui sunt spirituales & nequam, in hoc turbulento aere, nobis propinquo, quod cœlum appellatur, habitant. Unde & Diabolus princeps aeris dicitur.

[* c. 12. v. 4] [* Eph. 6. v. 12.]

[* Epist. 34.]

PETRUS BLESENSIS inquit: * Primus filius superbiæ, ille Lucifer, qui sibi sedem destinabat in lateribus Aquilonis, atque in similitudine Altissimi usurpabat, ubi & in quo laboraverat miser: quia jam sedere & quiescere disponebat. Omnes alii intendebant in ministerium, devoti & humiles ad imperium creatoris: millia millium assistebant ei. Iste autem erigebat sibi sedem, antequam laboraverat. Ponam, inquit, sedem meam ab Aquilone; & ero similis Altissimo. Appetiit æqualitatem Altissimi: meruitq;, quod suum erat, perdere; dum rapuit alienum.

[† de Invid. cap. 13.] [* de Hom. 1 cap. 13.]

PETRUS CANTOR ait: † Per superbiam cecidit primò angelus; & de angelo factus est Satan. Item: * Satanas autem ex archangelico fastigio, non aliam ob causam, nisi ob contrariam humilitati superbiam, ruit. Et: Sed gravius (sicut credo) vindicaret in illum; quam vindicatum sit in Luciferum, appetentem dominationem & exemtionem à jurisdictione Domini. Qui cum primus esset in deliciis paradisi, ob hoc dejectus manet novissimus in suppliciis inferni.

[* Epist. 31.]

HILDEBERTUS ait: * Superbia prius in cœlis, dehinc in terrâ triumphans, sic angelis innata est; ut ab eis non recederet: sic homines infecit, ut à Deo separet.

[* lib. 1. Visi.]

HILDEGARDIS ait: * Lucifer, qui ob superbiam suam de cœlesti gloria ejectus est, in initio creationis suæ talis ac tantus exstitit, quod nullum defectum, nec in decore, nec in fortitudine sua, sen[...]. Unde, cum decorem suum inspiceret, & cum vim fortitudinis suæ in semetipso consideraret, superbiam invenit: quæ ipsi promisit, ut inciperet, quod vellet; quia perficere posset, quod incepisset. Et videns locum, ubi se collocare posse putavit, ibi decorem & fortitudinem suam ostendere volens, in semet-ipso sic dicebat: Volo fulgere illic, quemadmodum & iste hic. Cui omnis acies ejus assensum dedit, dicens: Quod tu vis, hoc & nos volumus. Et cum in superbiam elatus illud perficere vellet, quod cogitaverat: zelus Domini, se extendens in igneâ nigredine, illum cum omni comitatu suo dejecit; ita quod ipsi opaci contra fulgorem, & turbidi contra serenitatem, quam habuerunt, effecti sunt. Quia,

si Deus

Deus præsumptionem illorum non dejecisset, injustus esset quoniam illos foveret, qui integritatem divinitatis dividere volebant. Sed eos dejecit, & impietatem eorum ad nihilum redegit. Item: Diabolus, primum hominem in paradiso decipiens, in se ipso [illegible] bat. Quamvis ego de cælo projectus sim, cum contra exercitum Altissimi, cum angelis meis prælians, resistere non valuerim, quoniam ab eo victus sum: tamen nunc in terra hominem invenio [illegible] quo iram meam exercens, me fortiter vindicabo.

¶ De Diaboli ascensu in cœlum, inquit LOMBARDUS: † Hic quæri solet: Si in cœlo empyreo fuerunt angeli, statim ubi facti sunt; quomodo (ut legitur in Esaja [illegible] Lucifer:) Ascendam in cælum, & exaltabo solium meum, [illegible] ero similis Altissimo? Sed hic Cælum vocat Dei celsitudinem, cui parificari volebat: & est tale, Ascendam in cælum, id est, æqualitatem Dei.

¶ Quando sit lapsus, RUPERTUS ait: Prius sciendum, Diabolum non cecidisse statim, ut conditus est. Sic enim in eum per Prophetam dictum est: * In medio lapidum ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te. Sensum sive opinionem illam non admittit, ut dicat vel putet quis, quòd, ubi conditus est ille, statim ceciderit. Consequeretur etiam illa suspicio, ut posset suspicari; quia, qualis idem nunc est, scilicet malus, talis à Deo conditus esset. Nunc autem & innocentem, & rectum illum fuisse conditum, & non-parva mora permansisse in medio angelorum sanctorum, præsens sermo convincit, &c. Sed & illud datur intelligi, quòd non statim in initio peccati de cælo projectus fuerit; sed ipsum quoque exspectaverit patientia Dei. Ipse autem secundum duritiam suam, & cor impœnitens, iram sibi thesaurizavit.

¶ De malitia Diabolorum, inquit JOHANNES SALISBERIENSIS * Hæc est fraudulentia malignorum spirituum, ut, quod ultrò faciunt & dictant hominibus faciendum, operosè dissimulent: ut hoc facere videantur inviti. Simulant se coactos, & quasi exorcismorum virtute extractos fugiunt: & pro nominis caveantur, exorcismos quasi in nomine Domini, aut in fide Trinitatis, aut Incarnationis & Passionis virtute conceptos, componunt; eosdemque hominibus tradunt; exercentibus eos obtemperant: donec eos [illegible] crimine sacrilegii, & pœnâ damnationis, involvant. Transfigurant etiam se interdum in angelos lucis; honesta sola præcipiunt, illicita prohibent, munditiam consectantur, utilitatibus provident: ut quasi boni & propitii familiarius admittantur, audiantur benignius, amentur arctius, facilius exaudiantur. Habitum quoque induunt venerabilium personarum: ut eis major & proclivior reverentia impendatur.

¶ De pœnâ Diabolorum, ait RUPERTUS: * Dæmones spiritus immundi sunt, damnati angeli. Qui sunt dæmones, sive spiritus maligni, duplici pro causa pœnas dabunt. Altera causa est, quia in cælo contra creatorem superbierunt: altera, quia genus humanum, prima per Serpentem prævaricatione deceptum, cunctis vitiorum sordibus polluerunt.

De ligatione Diaboli, idem ait: * Itaq; ligatus, ut est, tenebitur Diabolus: donec consummentur mille anni; donec impleantur omnia tempora præfinita evangelicæ libertati: quæ nescimus nos; Pater autem Deus illa in sua potestate posuit.

De ejectione Diaboli, inquit idem: * Post resurrectionem & ascensionem ejus, sanctiq; Spiritus effusionem princeps hujus Mundi ejectus foras de cordibus; imo & de templis gentium vel delubris: etiam, florescente fide converterentur in altaria Christi. Item: * Dominus JESUS Diabolum expulit, & misit foras in terram aviam & desertam: ut in illis tantummodo commaneret vel potestatem haberet, qui fidem illius, qui illum expulit foras [illegible] evangelicæ prædicationis non receperunt [illegible] & deserti. Item: [illegible] Domine Jesu etiam [illegible] fit bene ejice iterum foras: quem nos insipienter admi[illegible] vere liberi erimus etiam nunc, si nos liberaveris.

[illegible] cia Diaboli, BERNHARDUS ait: * Quam [illegible] ab illo misera [illegible]. Quando unquam miser iste fuit, qui homicida [illegible] erat? Postremò, qui sibi nequam, cui bonus? Quam [illegible] sibi [illegible] super propria iniquitate [illegible] super propria damnatione compungitur. Ni[illegible] veritatis extrinsecus: crudelis obstinatio [illegible] interclusit. Inde [illegible] in se unquam [illegible] misericordiam consequi potest. Item: * Quod [illegible] valet in bona [illegible] aliena facta violenta oppressio,

sed sua ipsius in malo obstinata voluntas, & voluntaria obstinatio.

RUPERTUS: * ut remissio peccatorum nunquam detur apostatæ angelo, judicium verum fuit & est ejusdem Spiritus sancti [illegible], cum suo principe Diabolo, non per infirmitatem, seu per ignorantiam, sed per superbiam peccarunt.

PETRUS CANTOR inquit: Solus Diabolus exclusus est ab hac pace; quia primus discordiam inter creatorem [illegible] creaturam fecit in quo apparent esse filii & imitatores ejus, qui pacem non habent cum Proximo; [illegible] itaque nec cum Deo nec cum seipsis.

HUGO HETERIANUS: * Peccatum ergo Diaboli veniâ caret: quia non suggestione: sed propria superbia corruit. Homo verò, quia non per se cecidit, sed per alium, resurgere potest per JESUM Christum.

¶ De loco Diabolorum, ait PETRUS ALPHONSUS: * Terra est habitatio Diaboli, & infernus.

RUPERTUS inquit: † Ille projectus in terram, ut possideat solam terram, id est, perditorum hominum vitam omnimodò terrenam.

LOMBARDUS: * Solet autem quæri, utrum omnes in isto aere caliginoso sint, an aliqui jam sint in inferno? Quòd in infernum quotidie descendant aliqui dæmonium, verisimile est; qui animas illuc cruciandas deducunt: & quod illic aliqui semper sint alternatis fortè vicibus, non procul est à vero; qui illic animas detinent atque cruciant.

¶ Diabolos absque Dei permissione nihil posse, RICHARDUS ait: Maligni spiritus, sine Dei permissione, nil in nostra infestatione præsumunt. Sed quid in hominibus præsumerent, sine Dei permissione, qui, attestante Evangelio, nec gregem porcorum sine divina licentia, ausi sunt invadere? Tantum itaque in electorum impugnatione, eis licentia relaxatur: quantum utilitas eorum exigit, vel justitia meretur. Quæ enim humana virtus eorum impetum sustinere posset, si talem tantamque arborem (accepta divinitus licentia) potuerint evertere?

¶ Diaboli noverunt etiam futura quædam, JOHANNES SALISBERIENSIS ait: * Quid ergo mirum, si ea quandoque præsciant; qui & subtilitate naturæ vigent, & experientia temporis longiore, & revelatione superiorum potestatum, de plurimis admonentur. Si ergo spiritus, corporis mole gravati, quos interim carnis retardat indumentum, quorum acumen turbat sensûs corruptio hebetat, ex præcedentibus aut quarumcunque rerum indiciis, quæ sunt ventura, conjiciunt: quid prohibet spiritus ab omni nexu corporis absolutos, quos noxia moles non tardat, rerum imminentium, aut in plurima tempora succedentium, præmittere eventum? Sed, qui ferè prædicti natus est, post dies paucos decessurus, medio tempore ex similibus similia colligit, & de [illegible] sibi interim noto ratiocinatur in posterum. [illegible] potest, non modò antiquus, sed inveteratus dierum, qui [illegible] conditus est plenus sapientia, & perfectione decorus [illegible] hebes est, & tarditatis egregiæ; qui, tanto temporis [illegible] pro parte ad ea conjicienda, quæ futura sunt, non assurgat?

¶ De tyrannide Diaboli, LOMBARDUS ait. * Injustè ergo Diabolus, quantum ad se, tenebat hominem: sed homo justè tenebatur. Quia Diabolus nunquam meruit potestatem habere super hominem: sed homo meruit per culpam pati diaboli tyrannidem.

RUPERTUS: † Diabolus, mons Domini contrarius, mons importuosus, mons naufragosus. Diabolus est, qui in hoc Mundo principatur; sicut despicienter [illegible] * Venit princeps Mundi hujus, ut mihi advertetur.

BERNHARDUS ait: Accepit tamen Satan regnum super omnes filios superbiæ, actus princeps tenebrarum harum, ut regno humilitatis etiam superbia militet: dum in [illegible] suo principatu temporali, & tali, multos humiles excelsos [illegible] constituit. Jucundum judicium, ut superbus ille, humilium militator, eisdem ipsis nesciens fabricet coronas perpetuas, impugnando omnes [illegible] virtutibus succumbenda.

Quo [illegible] dominetur Diabolus, RUPERTUS exponit: * Princeps Mundi hujus scilicet damnati, qui mihi me odit & mihi adversatur, videlicet Diabolus, nunc venit [illegible] Princeps mundi dicitur, quia mundi [illegible] amatoribus principatur. Quomodo venit hic Princeps malignus, princeps vel præpositus mortis, peccator [illegible] quia contentione mortis mecum congredietur

¶ De [illegible] Diaboli PETRUS BLESENSIS ait: * [illegible] nos, aut humani generis inimicus [illegible]

[illegible] circumducit. Multa enim sunt astutia ejus, teste Apostolo. Mentibus itaq; hominum phantasticas [illegible] visiones immittens, nunc [illegible], nunc occursu hominum, nunc [illegible] feratum somniis suis aut aliis modis promittit [illegible], & futuros rerum eventus lætos infaustosve denunciat, aut quietem cordium vana curiositate sollicitat, atq; pro sinceritate fidei aliud paulatim instruit.

HILDEGARDIS inquit: * In efficacia ligatura alligata est perversitas nequitia Diaboli [illegible] a zelo furoris Dei non meretur solvi, quia nunquam illum recta cogitatione vidit. Sic neq; eum adspiciunt, qui Deum fideliter timent. Nam se semper elevat contra Deum, se Deum esse dicens, semper errans contra Deum, & propter ipsum nomini Christiano contradicens. Et ideò malitia ipsius adeo profundata est, ut nulla medicina reparationis peccatum ejus, quod in contemptibilissima superbia impiè commisit, salvatione dignum sit. unde & ipse erit in perduratione doloris, sicut parturiens in afflictione desperationis: quia diffidit, quod in apertione uteri sui vivere non possit. Nam hæc infelicitas super eum manebit, quod a beatitudine ejectus est.

R[illegible]: * Dum homicida filius, scilicet Judas, homicida pater ostenditur [illegible] per ignorantiam patris stultitia filiorum arguatur: recte unum homicidium computatur, quod a patre mala voluntate inchoatum, maligno per filios odio consummatur. Quippe filius semet-ipsum nunc objecerat, passibilis factus, qui patrem illorum de cœlo dejecerat, unus idemq; Dei & Hominis filius. Item: * Draco ille, quod naturâ non habuit, arte malignâ sibi assumsit, scilicet omne genus armorum, quibus bella geruntur inter homines, & homicidia peraguntur: scilicet gladios Regum & Imperatorum, secures Consulum, vincula carceresq; Judicum, & omnia omnino tormentorum genera. Et: * In Herode & Pharaone unus erat Diabolus; in utroque unus idemq; bacchabatur malignitatis spiritus. ille idcirco volens necat omnes masculos, ut non esset semen, unde secundum promissionem, quæ ad Abraham dicta erat, Christus nasceretur: alter idcirco pueros omnes occidere properans in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus, ut, dum omnes occiderentur, non evaderet ille, qui solus timebatur. Item: * Diabolus, ventorum hujus seculi agitator inquietus, (qualis utiq; ventus Nero fuit, aut famosus Decius, vel Diocletianus, sive Maximinus) persecutiones excitavit, & in oppressiones Sanctorum, per ipsorum leges & edicta, commovit.

LOMBARDUS ait: * Illa verba sic accipienda videntur: Homicida erat ab initio, vel mendax, id est, statim post initium, quando sibi æqualitatem Dei promisit, & se-ipsum occidit, qui homo dicitur in Evangelio: nec in veritate stetit, quia in ea non fuit, sed ab initio temporis, id est, statim post initium temporis, apostatavit.

¶ Diabolus est mendax. RUPERTUS: * Generationis diabolicæ proprium hoc est, ut sit mendax, & commutet veritatem Dei in mendacium: dicendo scilicet bonum malum, & malum bonum, ponendo dulce in amarum, & amarū in dulce, vocando lucē tenebras, & tenebras lucem. Item: * Spiritus mendacii omnes prophetas mendaces facit, ut prophetent de corde suo, quod Dominus nō [illegible] locutus, & confingant esse quod non est, vel malum esse, quod bonum est, & bonum esse, quod malum est. Et: † Quàm amari humano generi sunt maligni spiritus, & quàm veloces ad persequendum & consequendum omnem animam, quæcunq; deprehenditur in [illegible] infidelitatis. & tunc primum salutem suæ mentiuntur, quando sicut non est tempus operandi, ita non est licentia fugiendi.

JOHANNES [illegible]RIENSIS ait: * Et sæpè, quod ex necessitate faciunt & coacti, se sponte [illegible] simulant quasi hominibus indignantes, quibus se fingunt [illegible]. Sæpe etiam mentiuntur, aut decipientes, aut decepti. Sed licet vera duntaxat enuntient, nihilominus aut compescendi sunt, aut fugiendi.

BERNHARDUS ait: † Mendax est & pater ejus. Quod audis [illegible] verbo mendacii, intellige & de opere malitiæ.

Est hæresium autor. RUPERTUS: * Vidit Diabolus, non posse ulterius veterem idololatriam, summis Principibus inclinatis a[illegible] eandem Christiani nominis professionem: totaq; conversus sua ma[illegible] abundantiam, ad scripturarum veritatem corrumpe[illegible] hoc [illegible] cœpit persequi mulierem, quæ peperit masculum. Non enim, per os Arrii, cæterorumq; hujusmodi Hæreticorum [illegible] profundēs impiam, hoc aperte [illegible] ut ne[illegible] Christum sive nomen Christianū [illegible] tem, aliam, quam [illegible] veritas [illegible] peperit con-

[illegible] confessionis aut [illegible] regnum hoc [illegible] contendens, persequebatur mulierem illam [illegible] de Christi Ecclesia suam Satanas faceret synagogam.

Diaboli hominibus nocent. PETRUS CLUNIACENSIS: † Nam toto nisu naturæ humanæ inimicantes, cùm animabus nocere nequeunt; ipsis saltem corporibus, prout possunt, molesti existunt.

RUPERTUS: † Spiritus maligni, quorū cordibus præsident, totum pravum amictū, imo & quales efficiunt eos, quibus insidet, tales in præsenti visione apparent, videlicet, cupidos, superbos, libidinosos.

BERNHARDUS inquit: * Verum super tripliciter mihi videntur homines esse sub principe tenebrarum. Primum quidem, nec volentes, nec nolentes, quod convenit his qui nec-dum habent voluntatis usum. sunt tamen vasa ejus propter originale peccatum: donec alligato forti, vasa ejus dissipat fortior, per sacramentum adveniens, verus utiq; Moyses, qui in aqua venit, nec in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. Secundo modo volentes: cum jam voluntariè peccant. Tertio quoq; modo nolentes: cum jam resipiscere vellent, nisi quod peccati consuetudine miserabiliter obligat justo Dei judicio. qui in sordibus sunt, sordescunt adhuc.

LOMBARDUS ait: † Quod in homines introeant, atq; ab eis expulsi exeant, Evangelium apertè declarat, commemorans dæmonium quosdam ingressa, & per Christum ejecta. sed utrum eorundem substantiam fuerint ingressa; an propter mali effectum dicantur ingressa: non adeo perspicuum est. Et: Dæmones non substantialiter intrant corda hominum; sed propter malitiæ effectum: de quibus pelli dicuntur, cùm nocere non sinuntur.

¶ De diabolicis immissionibus, ait BERNHARDUS: † Fiunt immissiones per Angelos malos: quale [illegible] verbi causa [illegible] quod [illegible] tur misisse in cor Diabolus, ut traderet Dominum Judas Simonis Iscariotes. Verum quis ita vigilet diligens observator motionum internarum suarum, sive in se sive & ex se factarum; ut liquido ad [illegible] illata, se in cordis sui discernat, inter morbum mentis, & morsum serpentis? Ego nulli hoc mortalium possibile puto, nisi qui [illegible] a Spiritu sancto speciale accepit donum, quod Apostolus inter cætera charismata, quæ enumerat, nominat discretionem spirituum. Quantumlibet enim quis [illegible] Salomonis omni custodia servet cor suum & omnia quæ intus a se moventur, [illegible] clarissima intentione observet, etiamsi diutius eum fortè in his habuerit exercitium, & frequens experimentum: non poterit tamen ad purum in se dinoscere, discernere ab invicem malum innatum, & malum seminatum. Nam delicta quis intelligit? Nec multum refert nostrâ scire, unde enell nobis malum, dummodo nesciamus: vigilandum potius & orandum, undecunque sit, ne consentiamus.

RUPERTUS: † Ipse Diabolus non solummodo vanus; verum-etiam totius vanitatis est princeps: quia Deo frui contemsit, & in semet-ipso remanere voluit.

¶ Diabolos contra suam voluntatem, mirandâ Dei dispositione, interdum bona agere, PETRUS CLUNIACENSIS ait: † Quod verò aliquando nescientes, ea, quæ hominibus prosunt, operentur, innumera quidem sunt exempla sanctarum Scripturarum: sed tamen hoc specialiter beati Job tentatio, & Domini passio, manifestant. Nam neque Job Satanas tentasset, si eum [illegible] vincendum patientia præscisset: nec Judæos, ut Dominum crucifigerent, instigasset, si morte illius se multo magis damnandum, Mundumq; salvandum prævidisset. Nam & Apostolus divinæ incarnationis & passionis mysterium, absconditum dicit a seculis, quod nemo principum hujus seculi cognovit. Ita ergo, ut dictum est, aliquando scientes, aliquando nescientes; semper tamen nolentes, nequam spiritus, superna sapientia [illegible] dispositionibus, aut loquentes aliquid aut operantes, sive [illegible] humanos oculos sive coram apparentes [illegible] humanis inserviunt. unde, quando Dei ordinatione [illegible] quibus apparentes vel faciunt aliqua, vel loquuntur, [illegible] et quidem in eis [illegible] voluntas: sed eam legibus suis [illegible] quæcunque moderatur potestas. Quicquid enim sit [illegible] cuncta subvertere quærentes aereæ potestates: sapientia tamen vincit malitiam, attingens a fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suaviter.

Quomodo contra Diabolum sit pugnandum. BERNHARDUS: † Nihil proficiet inimicus in eo, quem cinxerit [illegible] carnalem [illegible] delectationem: & filius iniquitatis non apponet nocere ei, si, ad exasperandum animum ejus, [illegible] immittere tentaverit amaritudinem. N[illegible] at delicias, quis

cias, qui jejunio pascitur: multo minus murmurare pro eo potest, in quo etiam delectatur.

Petrus Cluniacensis ait: † Cum, ille peritissimus perdendi artifex, multiformibus in fidem cœlestia castra infestet, me ignaro me infirmo, me timido duce nesciente non valente, non audente resistere: spem sibi victoriæ de Christi militibus gloriaris repromittit. Contra quem nisi citò Michaël missus fuerit, accusator fratrum impius prævalebit.

DE HOMINE.

De discriminibus hominum inquit Rupertus: * Illi sunt, quorum ita incaluit fides, exemplo seniis Abrahæ parentis ipsorum, ut de actibus hominum curam esse Deo non dubitent, & audientes promissionem de Christo venturo, minasq; de judicio futuro, quamvis temporalibus prosperis abundent, nihilominus tamen ventura credant atque formident. Illi verò & istis multùm dissimiles sunt, qui, dummodo præsentibus bonis affluant, de futuris bonis aut malis nullum habent respectum. Illos nimirum temporalibus oportet adversis excitari: ut saltem vexatio sola intellectum det auditui.

Bernhardus: † Multa sunt generationes hominum, (ni fallor) tertia ista generatio, quæ nunc viget & apparet in nobis. Prima siquidem generatio, nec quærens adhuc Dominum, nec quæsita fuit a Domino: cum in oblivione mentis, & reatu inquinatus, unumquemq; genuit mater sua. Secunda proinde facta est. (sicut necesse erat) ex aqua & spiritu, remedium nobis exhibuit festinatum: & fuit illa generatio, nondum quidem generatio quærentium, sed tamen jam quæsitorum: quòd nec scientes adhuc quærere Dominum, nec valentes, ipse quæsierit. Quæsivit igitur nos, & acquisivit in generatione secunda, ut essemus jam populus acquisitionis. Si adhuc fortè senior frater murmuraret, & invidia contabesceret, diceretur ei: Quoniam epulari & gaudere oportebat quia hic frater tuus perierat, & inventus est. Cæterum ad hoc statim quæsivit nos Dominus ut quæreretur tempore opportuno, cùm jam posset quæri, possit & inveniri. Væ nobis, quoniam tamdiu dissimulavimus, & negleximus quærere vitam; quærere eam, qui solio bonus est quærentibus se, animæ sperantis in se. Item: * Quidam sunt, qui Deum non intelligunt, nec requirunt: & hi mortui sunt. Alii intelligunt quidem; sed non requirunt: & hi impii sunt. Alii requirunt, non autem intelligunt: & hi fatui sunt. Alii verò & intelligunt & requirunt: & hi fideles sunt. Et: † Ex hoc genere cognitorum & non-cognitorum, & cognoscentium & non-cognoscentium, sunt quatuor differentiæ. Quidam enim sunt, qui a Deo cognoscuntur, & Deum cognoscunt: alii non cognoscuntur, & non cognoscunt: alii cognoscuntur quidem, sed ipsi non cognoscunt: alii non cognoscuntur, & tamen cognoscunt. Cognoscere Dei, est felicem facere: cognoscere hominis, est gratias agere. Qui ergo cognoscuntur a Deo, & Deum cognoscunt, sancti Angeli sunt, qui ab eo felices effecti, eius laudibus semper vacant, & obsequiis deserviunt. Qui nec cognoscuntur, nec cognoscunt, pauperes sunt necessarii: quos nec rerum temporalium copia ditat, nec beat sua servitus divina. Qui autem cognoscuntur, sed non cognoscunt, divites sunt hujus seculi: qui accepta quidem opibus affluunt, sed carnalibus desideriis hujus seculi pressi, nunquam ad cœlestia cor suspendunt. Qui verò non cognoscuntur, & cognoscunt, pauperes sunt voluntarii: quos nec tribulatio, nec angustia, nec alia quæcunque persecutio, possunt separare a charitate Dei. Et hi nimirum in multis modis probantur, adversis durisq; fatigantur tribulationibus, sicut scriptum est: † Vasa figuli probat fornax; & homine justo tentatio tribulationis. Item: * Si consideramus diligenter fratres, gradus hominum quatuor invenientur: dico summam felicitatem in cœlo, ad quam suspiramus; [illegible] statem in paradiso, unde cecidimus, itemq; mediam [illegible] in hoc mundo, pro qua gemimus, & in inferno extre[illegible]atem, quam merito formidamus.

[illegible]us: † Tres sunt partes hominum: alii justi, alii [illegible] pœnitentes.

L[illegible]du[illegible] ait: * Primus ergo homo, secundum naturam [illegible] & immortalis fuit quodammodo, quia potuit non mori, & mortalis quodammodo, quia potuit mori. In illo namque primo statu, habuit posse mori, & posse non-mori. Et hæc fuit prima corporis humani immortalitas; scilicet non-posse mori. In secundo vero statu, post peccatum, habuit posse mori, & non posse non-mori: quia in hoc statu moriendi est necessitas. In tertio statu, habebit posse non-mori, & non posse mori: quia ad illum statum pertinet moriendi impossibilitas: quod ex gratiâ erit, non ex naturâ. In primo statu, fuit corpus hominis animale, id est egens alimoniis ciborum. Unde & homo factus dicitur in animam viventem; non spiritualem: id est, in animam corpus sensificantem quod adhuc erat animale; non spirituale: quod egebat cibo, ut per animam viveret. Factus est ergo in animam vi[illegible] [illegible]nimale vitam corpori dantem, tamen per sustentamenta ciborum & tunc erat corpus mortale & immortale, quia poterat mori, & poterat non-mori. Post peccatum verò factum est mortuum, sicut dicit Apostolus † Corpus propter peccatum mortuum est; id est, necessitatem moriendi in se habet. In resurrectione verò, erit spirituale, scilicet agile, & cibis non-egens, & immortale: non sicut in statu primo fuit scilicet, quòd possit non-mori; sed etiam quod non poterit mori.

¶ De statibus vitæ, ait Bernhardus: * Homines habent triformem statum vivendi. Non delinquere; quod agit metus timor servilis: Nolle delinquere; quod exhibet filialis: Non posse delinquere, quod sola confert beatitudo perennis.

¶ Unde sit Homo, Rupertus monet: * Cum Deus, inquit, hominem faceret, non ignorans; sed optime sciens, quod peccando moriturus esset: opus ejusdem hominis beata Trinitas ità sibimet distribuit, ut Pater conderet, Filius redimeret, Spiritus sanctus igniret. Non enim absque magno consilio sancta Trinitas hominem facere dignata est, distributa propriâ parte operis cuique personæ: quamvis inseparabilis Trinitas inseparabiliter operetur, tam plasmationem, quam redemptionem, quam & instructionem vel illuminationem humanæ substantiæ. Et: † Homo quoddam opus speciale est Domini opus manuum Domini. Igitur homo aliter est opus Dei quam alia creatura.

Bernhardus inquit: † In primo opere conditionis nostræ, de limo terræ plasmavit hominem Deus; & inspiravit in faciem ejus spiritum vitæ. Qualis artifex, qualis unitor rerum; ad cujus nutum sic conglutinantur sibi limus terræ & spiritus vitæ? Limus quidem jam ante creatus erat, quando in principio creavit Deus cœlum & terram. At spiritus sanè, non communem, sed propriam habet conditionem: nec in massa creatur; sed singularis quadam ex essentiâ inspiratur. Agnosce, homo, dignitatem tuam agnosce conditionis humanæ gloriam. Est enim tibi cum Mundo corpus: sic enim decet illum, qui constitutus est super universam hanc creaturæ corporeæ molem, aliqua ei similiari ex parte. sed est etiam tibi sublimius aliquid, nec omnino comparandum ei cæteris creaturis. Compacta & confœderata sunt in te caro & anima: illa plasmata; hæc inspirata. Sed cujus interest commixtio? Cur hac unione præstatur? Etenim, juxta sapientiam filiorum hujus seculi ubi sociantur summus inferiora, prævalent, qui potestatem habent, & humilioribus utuntur pro libitu suo. Conculcat fortior minus-fortem: videt sapiens insipientem: simplicem fallit astutus. potens despicit imbecillem. Non sic in opere tuo, Deus, non sic in tua commixtione: non ad hoc sociasti spiritum limo, sublimem humili, dignam & excellentem creaturam abjectæ & inferiori ma[illegible]. Quis non videat, fratres, quantùm corpori præstet anima? Numquid non truncus esset insensibilis caro inanimata? Ab animâ enim pulcritudo; ab anima incrementum ab animâ claritas visus, & sonus vocis. Denique, sensus omnis ab animâ est. Item: * Primum, quod nobis præstitit, nos ipsi sumus. Siquidem ipse fecit nos; & non ipsi nos. Parumne tibi videtur istud, quia te fecit? Cogita, qualem te fecit. nempe etiam secundum corpus egregiam creaturam: sed secundum animam magis, utpote imagine creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis sempiternæ. Porrò, secundum ambo simul, præ cæteris creaturis maxime admirandam, cohærentem sibi incomprehensibili artificio, investigabili sapientia conditoris. Itaque tam magnum hoc donum, quam magna res homo. Sed quam gratuitum putas? Planum est, quia nihil ante promeruit, qui penitus nihil fuit. An postea sperabatur gratiam retributurus authori. Dixi Domino: * Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Non igitur necessariam retributionem gratiam es, qui sic per omnia sibi sufficit, sed devotas relaturus gratias eo, qui sic meruit, sperabatur. Quid-ni gratias agat. Si quis oculorum lumen, si quis usum auditus, si quis narium, si quis manuum, si quis pedem tibi præpeditum aliquo modo repara

[illegible] *si [illegible] quâvis occasione excitasse in te rationem: [illegible] vehementissime succenseres; si quando forte [illegible] bonis immemorem, aut beneficiori deprehendisses ingratum? Enimvero Dominus Deus tuus, ipse etiam tibi instrumenta largitus, ex nihilo fecit hæc omnia. Nec modo fecit, sed & compegit etiam & formavit, ac suo quodque illustravit officio. Quomodo non is omni jure sibi gratias exigit ampliores? Nam ne hoc quidem (licet maximo) contentus munere, qui dedit ut esses, qui ante non fueras; adjecit etiam, unde subsisteres, quae jam eras.*

PETRUS LOMBARDUS inquit: * *Homo vero, qui filius Dei est factura non tantum Patris, sed & Filii & Spiritus sancti filius est, id est, totius Trinitatis: & Trinitas ipsa pater ejus dici potest.*

PETRUS CANTOR ait: † *Dominus virum plasmavit de limo terræ, in agro Damasceno. Formatum mulierem de costa ejus in paradiso, ne quis crederet eos fore androgynos, præoccupans formationem mulieris, ait:* Masculum & fœminam creavit eos. *quasi non erit consortium viri ad virum, vel mulieris ad mulierem sed tantum viri ad mulierem, & è converso.*

¶ De Materia hominis. PETRUS ALPHONSUS ait: † *Formavit Deus hominem de limo terræ. Ecce, homo, cum quatuor elementorum [illegible] commixtione perfectus, de terra tantum, quæ est unum elementum, dicitur factus, sed non inconvenienter, quia terra nomine significat corpus.*

RUPERTUS ait: * *Longius quippe est a naturâ nobis usitata, formari hominem de terra; quam concipi de fœmina. Mirabilius plasmari virum de inanimata & insensibili materia, quam generari virum sine viro de animata & sensibili, una rationali substantia.* Et: † *Omnes homines ex carne nati sunt, ex carne peccatrice, Deum nescientes. Multum diligente, post concupiscentias suas euntes.* Et: * *Omnes, excepto Christo, de terra venerunt, & prius nati sunt, quam aliquid scirent & post acceperunt aliunde, ab illo inductos, quod testificando dicerent: & hoc ipsum non perfecte, sed ex parte.*

BERNHARDUS ait: * *In terrâ orimur, & in terrâ morimur, revertentes in eam, unde sumus assumti.*

LOMBARDUS ait: * *Fecit itaque Deus hominem ex duplici substantia: corpus de terra componens, animam vero de nihilo faciens.*

¶ Qualis sit homo conditus, declarat PETRUS ALPHONSUS, dicens: * *Cum verò Adam Deus creavit, placuit sibi creare eum talem, qui & mori & non-mori valeret. Fecit ergo eum de elementis subtilioribus, & omnino æqualiter de omnibus: & hoc, ut & ipsorum qualitates, vim aliquam ad se invicem superandi, aliquatenus non haberent. Taliter autem factus est, ut non-mori ipse potuisset: & ego eum ideò simplicem appellavi & immortalem, quemadmodum & cætera simplicia immortalia sunt omnia. Cujus rei quædam manifestum animalia tribuunt argumentum: quæ quia æqualius cæteris elementis condita sunt, procul dubio diutius vivunt. Quia vero de quatuor factus est Adam elementis, & quicquid ex eis fit, susceptibile est dissolutionis, ideo dixi eum mortalem atque compositum.*

LOMBARDUS inquit: * *Solet etiam quæri, utrum Deus hominem repente in virili ætate fecerit; an perficiendo & ætatem augendo, sicut nunc format in utero matris? Augustinus super Genesin dicit, quod Adam in virili ætate continuò factus est.*

¶ De formâ Hominis, PETRUS ALPHONSUS ait: † *Perfudit itaque hominem & illustravit Deus, sua celsitudinis sapientia, per quam cognosceret & disceret omnia. Facta est igitur species hominis, inter omnes species animalium, melior & elegantior & in omnibus præstantior: unde haud injuste minor Mundus vocatur.* Item: * *Deus Adam ad imaginem suam conditum [illegible] similitudinem, ideòque inter creaturas excellentem, compositum creavit & simplicem. Compositum quidem, ut Mundum [illegible] habitaret, ac super eum potestatem imperiumque haberet, [illegible] solutionisque etiam susceptibilis esse posset: simplicem vero, ut, quando creatori placeret, ad cælestem Angelorum patriam, sine carnis morte, transiret.*

RUPERTUS ait: † *Dei & Verbi ejus hæc erat pia intentio [illegible] que propositum, ut hominem faceret sibi consimilem, id est, suæ [illegible] tatis imitatorem, suæque divinitatis capacem [illegible] invisibilia ipsius, a creatura Mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiceret, & conspiciens sive [illegible] quod natus non erat, gratia Dei fieret. Hoc intendens & proponens dicebat ipse per magnam suæ bonitatis abundantiam:* Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. *videlicet ad imaginem in eo, ut esset creatura rationalis: ad similitudinem in eo, ut esset imitator sui creatoris, & imitando illum proficeret ad gloriam visionis Dei.*

BERNHARDUS inquit: † *Creationem hominis, creator rerum summâ dignitate commendans:* Faciamus, *inquit,* hominem ad imaginem & similitudinem nostram. *Reverendum reverà privilegium, nec ulli traditum creaturæ. Creatur illa sublimior numerositas angelorum; & elementorum omnium ordinatur varia connexio: sed omnipotentis præsentia tantum operatur æternitate alta prospectat. Ut vero venitur ad hominem, & nobilis creatura creari disponitur, accingit se Trinitas ad creandum, & consilium accipit Sapientia, ut creaturæ dignitas, creatoris privilegio clara esse monstretur.*

¶ Quando sit creatus homo, RUPERTUS ait: * *Sexta feria qua die primus homo conditus est, mense Paschali, id est, Luna jam nova, octavo Calendas Aprilis, JESUS Christus Dominus noster, agnus Dei, pro reparatione universæ salutis, conceptus est, evangelizante Angelo beata Virgini.*

¶ Ubi sit creatus, LOMBARDUS inquit: † *Hominem autem ita formatum, tulit Deus, (ut Scriptura docet) & posuit in paradiso voluptatis, quem plantaverat a principio. His verbis apertè Moses insinuat, quod homo extra paradisum creatus postmodum in paradiso sit positus. Quod ideò factum dicitur, quia non erat in eo permansurus vel ut non naturæ, sed gratiæ hoc assignaretur.*

¶ De Imagine Dei, HONORIUS inquit: * *Sicut denarius imagine Regis signatur: sic Homo imagine Dei in animâ signatur.*

RUPERTUS inquit: † *Et illud notandum, quòd non dictum sit, Faciamus hominem ad similitudinem & imaginẽ nostrã: sed, Ad imaginem & similitudinem nostram. Filius quippe, sicut non est Filius Patris & Spiritus sancti, sed solius Patris: sic nõ est imago Patris & Spiritus sancti, sed tantum Patris. & idcircò non rectè præposteratum, Ad similitudinem & imaginem nostram; ad imaginem, inquam, nostram, id est, Patris & Spiritus sancti. Spiritus verò sanctus, sicut est Spiritus Patris & Filii; sic & similitudo est Patris & Filii. & idcirco rectè sic dictum confirmatum, Ad imaginem & similitudinem nostram, similitudinem, inquam, nostram, Patris & Filii.* Item: * *Quod rationales sunt conditi homines ad imaginem Dei, proprium est Filii; qui est imago Dei invisibilis.* Et: *Deus fecit hominem ad imaginem, vel in eo, quòd rationalem, vel æternum: ad similitudinem in eo, quod suæ bonitatis imitatorem fecit eum.* Et: † *Ad imaginem Dei homo factus est in eo, quod rationalis est: ad similitudinem verò in eo, quod divinæ bonitatis imitator conditus est. Imago namque Dei, vel figura substantiæ ejus (sicut Apostolus ait *) Filius est. Bonitas autẽ vel charitas Dei, & imaginis ejus, Spiritus sanctus est. Et idcirco non est dictum, Faciamus hominẽ ad similitudinem & imaginẽ nostram: sed, Ad imaginem & similitudinem nostram. quia similitudo non unius tãtum, sed duarũ personarum, scilicet Patris & Filii, est: Imago autẽ, non duarũ, sed unius scilicet Patris, est. Potuit autẽ creatura rationalis amittere id, quod ad similitudinẽ Dei facta est: nõ potuit vero carere, quod ad imaginem Dei condita est. Quia videlicet divinæ bonitatis imitatio, per quã Dei similitudo retinetur, creaturæ quoque voluntatem exigit: rationalitas autem, qua impressione imaginis Dei humana anima insculpta est, a sola creatoris arte processit.*

BERNHARDUS ait: * *Anima rationalis, ad imaginem Trinitatis facta.* Et: † *Ergo secundum animam, non secundum terrenam & feculentam materiam, Deus hominem rectum fecit. Ad imaginem quippe & similitudinem suam creavit illum.*

LOMBARDUS inquit: * *Imago relative ad aliud dicitur, cujus similitudinem gerit, & ad quod repræsentandum facta est: sicut imago Cæsaris, quæ ipsius similitudinem præferebat, ipsumque quodammodo repræsentabat. Propriè autem imago dicitur id, ad quod aliud fit. sicut exemplum propriè dicitur, quod sumitur ex aliquo: & exemplar, ex quo sumitur aliquid. [illegible] onitur tamen aliquando abusive alterum pro altero. Ita & minus propriè accipitur imago. essentia Trinitatis si tamen ea imaginis nomine in hoc loco intelligitur.* Et: *Factus est ergo homo ad imaginem Dei & similitudinem, secundum mentem, qua irrationabilibus antecellit: sed ad imaginem, scilicet secundum memoriã, intelligentiam & dilectionem: ad similitudinem, secundum innocentiam & justitiam, quæ in mente rationali naturaliter sunt. Vel,*

imago

imago consideratur in cognitione veritatis: similitudo, in amore virtutis. Vel, imago in aliis omnibus, similitudo in essentiâ: quia & immortalis, & indivisibilis est. Unde Augustinus, in libro de Quantitate animæ: Anima facta est similis Deo; quia immortalem & indissolubilem fecit eam Deus. Imago ergo pertinet ad formam; similitudo ad naturam.

RICHARDUS de S. Victore inquit: * Ad imaginem & similitudinem formari, nihil aliud intelligitur, quam liber rationalisque consensus. Hujusmodi namque consensus, cur non rectè dicatur ad imaginem & similitudinem Dei factus: in quantum liber, ad imaginem, in quantum rationalis, ad similitudinem? Hic omnia sibi subjecta ante prævaricationem habuit: & omninò in sibi subjectis nihil contradictionis invenit, quamdiu se superiori sponte subjecit: sed debitam obedientiam, quam suo superiori exhibuit, ab inferioribus accepit. Nihil, quod in homine erat, ejus imperio contradicebat: omnia gubernabat, omnia disponebat, omnibus imperabat. Item: † Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam: ad imaginem suam fecit eum, secundum rationem; ad similitudinem suam, secundum dilectionem: ad imaginem suam, secundum intellectum; ad similitudinem suam, secundum affectum: ad imaginem suam, secundum cognitionem veritatis; ad similitudinem, secundum amorem virtutis.

* de Statu [illegible] hom. cap. 14.
† lib. 1. Excerpt. cap. 2.

¶ Opinionem de homine, RUPERTUS recitat: * Solent plerique arbitrari; quod si omnes angeli perstitissent, nullaque ruina facta fuisset ex eis: non crearetur; neque fuisset causa, cur deberet homo creari. Quod si conceditur: cavendum est, ne ita putemus; ut existimemus, Deum nullum, ante ruinam Angelorum, de homine creando habuisse propositum, sed, postquam casus ille contigit, tunc demum illi venisse in mentem consilium hujusmodi, scilicet facere genus nostrum, ob recuperandam multitudinem domus & familiæ suæ, quæ cecidit.

* lib. 3. de Glor. Trin. cap. 20.

¶ Quod integer Homo sit conditus. HILDEBERTUS ait: * Priusquam creatoris interdictum lethali solveretur edulio; inerat homini gratia, juvans ad bonum arbitrii voluntatem. Unde tunc apud eum agebatur: ut, quod offenderet, nihil esset in animâ; nihil in carne quod puderet. Omnis affectus animæ, anhelans & pronus ad virtutem: illicitus & indecens motus, longe prorsus a corpore. Totum hominem obedientia sibi vendicabat. Anima ei subjecta; quamdiu mulieri subjectus ipse non peccavit.

* Epist. 61.

RUPERTUS: * Homo conditus est, ut, si vellet, non posset peccare, & posset non-mori: peccando autem eò decidit post lapsum; ut non posset carere peccato, & non posset non-mori. Et: † Homo ante lapsum operabatur, qui custodiebat Deum: hoc est, intelligebat, ut creatori suo in laude & gratiarum-actione fidelem animum gereret; plusque Deum, quam ullam Dei creaturam, diligeret; &, credendo consilio ejus, paradisum servaret sibi; nec peccando habitationem ejus amitteret.

* lib. 2. in Job.
† lib. 6. c. 6.

BERNHARDUS ait: * Primus namque parens noster, paradisi accola constitutus est, dominus terræ stabilitus est, civis supernæ Hierusalem designatus est; domesticus Domini factus est: cujus amore & agnitione ditatus est, consors angelorum frater & cohæres cœlestium virtutum: nihil prorsus indigentiæ, nihil sentiens molestiæ: cui erant in promtu, quæ postulabat, non dico necessitas; sed etiam pia voluntas: tùm nihil esset in animâ, quod offenderet; nihil in carne, quod puderet. Hic honor & hæc erat dignitas hominis prosperitatis & florere in primissi: & hæc ex Deo.

* Sermo. de [illegible] Dom.

¶ Liber. BERNHARDUS ait: * Nimirum in libertate posuit eum Deus; ut, inter summa & infima versans, & in illa excederet sine difficultate; & ad hæc sine illecebra aut necessitate descenderet. Illa penetrans naturali vivacitate, & puritate mentis; [illegible] auctoritate dijudicans præsidentis. Denique, adducta sunt animalia ad Adam, ut videret, quid vocaret ea: non ipse aliquâ curiositate ductus est, ut videret ea.

[illegible] ectus. BERNHARDUS: * Nam & propterea rectum [illegible] etiam corpore ipso, & os homini sublime dedit, cum [illegible] spiciunt animantia cætera terram: ut, attollens ad sidera [illegible] illuc suspiret; ubi tam beatam & perennem conspiciat mansionem. Nonne enim, piè & fideliter intuentibus nobis, vehemens [illegible] quoddam incentivum amoris, & provocatio flagrantissimi desiderii, est visio ipsa tam lucidissimæ regionis? Non sunt stellæ cœli similes globis terræ. Inter splendorem solis, & [illegible] ginem solis hujus, non [illegible] distantia est.

* Sermone in [illegible] S. Martini.

De Sapientiâ, [illegible], & [illegible] gentiâ Hominis LOMBARDUS inquit: * Sapientia propriè est de æternis, quæ veritati æternæ contemplandæ intendit. Intelligentia verò non modo de cæteris est; sed etiam de rebus invisibilibus & spiritualibus temporaliter exortis. Item: Sic ergo distingui potest inter illa tria; scilicet intellectum, scientiam, & sapientiam. Scientia valet ad rerum temporalium rectam administrationem, & ad bonam inter malos conversationem. Intelligentia verò, ad creatoris & creaturarum invisibilium speculationem. Sapientia vero ad solius æternæ veritatis contemplationem, & dilectionem, & delectationem. Item: Ista ergo hominis sapientia etiam Dei est: verùm non ita Dei est, ut eâ sapiens sit Deus. Non enim participatione sui sapiens est, sicut participatione Dei.

* l. 3 dist. 3

¶ De unione corporis & animæ, inquit LOMBARDUS: † Solet etiam quæri: cum majoris dignitatis videretur esse anima, si absque corpore permansisset; cur unita sit corpori? Ad quod primò dici potest: Quia Deus voluit; & voluntatis ejus causa quærenda non est. Secundo autem potest dici: quod Deus voluit eam corpori uniri, ut in humanâ ostenderet conditione novum exemplum beatæ unionis quæ est inter Deum & spiritum in quâ diligitur ex toto corde, & videtur facie ad faciem. Putaret enim creatura, se non posse uniri creatori suo tantâ propinquitate, ut eum totâ mente diligeret & cognosceret: nisi videret spiritum, qui est excellentissima creatura, tam infimæ, id est, carni, quæ de terra est, in tantâ dilectione uniri; ut nõ valeat erigi ad hoc, ut velit eam relinquere, sicut ostendit Apostolus, dicens: * Nolumus corpore expoliari, sed supervestiri. Per quod ostenditur, spiritum creatum spiritui increato ineffabili amore uniri. Pro exemplo ergo futuræ societatis, quæ inter Deum & spiritum rationalem in glorificatione ejusdem perficienda erat; animam corporeis indumentis, & terrenis mansionibus copulavit, luteamque materiam fecit ad vitæ sensum vegetare: ut sciret homo, quia, si potuit Deus tam disparem naturam corporis & animæ in fœderationem unam, & in amicitiam tantam conjungere, nequaquam ei impossibile futurum, rationalis creaturæ humilitatem, licet longe inferiorem, ad suæ gloriæ participationem sublimare.

† lib. 2. dist. 1
* 2 Cor. 5 v. 4.

¶ De præstantiâ Hominis, inquit LOMBARDUS: † A duobus enim juvabatur: scilicet a naturâ, quâ rationalis erat; & ab operibus a Deo factis, ut manifestaretur homini veritas. Ideoque Apostolus dixit: * Quia Deus revelavit illis. scilicet dum fecerit opera, in quibus artificis aliquatenus relucet indicium.

† lib. 2. dist. 3
* Rom. 1. v. 19.

¶ De Adæ justitiâ, BERNHARDUS ait: * Habuit quidem Adam justitiã, a justo Deo creatus justus: sed quia non eam ex libero arbitrio direxit, facile ab eâ, per idem liberum arbitrium, defluxit.

* Serm. 27 parv.

¶ De Muliere. LOMBARDUS inquit: * In eodem quoque Paradiso, mulierem formavit Deus de substantiâ viri; sicut post plantatum paradisum hominemque in eo positum, & post universa animalia ad eum ducta, suisque nominibus designata, subnectit Scriptura: † Immisit Deus soporem in Adam. Cumque obdormivisset, tulit unam de costis ejus; & formavit eam in mulierem. Item: Per hoc imago Dei in homine apparuit: quia, sicut Deus omnibus rebus exsistit principium creationis; ita homo omnibus hominibus principium generationis. Ideo etiam ex uno homine omnes esse voluit Deus: ut, dum cognoscerent, se ab uno esse omnes, se quasi unum amarent. Et: Cum autem his de causis facta sit mulier de viro: non de qualibet parte corporis viri, sed de latere ejus formata est: ut ostenderetur, quia in consortium creabatur dilectionis, ne forte, si fuisset de capite facta, viro ad dominationem videretur præferenda: aut, si de pedibus, ad servitutem subjicienda. Quia igitur viro nec domina, nec ancilla parabatur; sed socia: nec de capite, nec de pedibus; sed de latere fuerat producenda: ut juxta se ponendam cognosceret, quam de suo latere sumtam didicisset. Item: Non sine causa dormienti quoque viro potius, quam vigilanti, detracta est costa, de quâ mulier, in adjutorium generationis, viro est formata. scilicet, ut nullam in eo sensisse pœnam monstraretur; & divina simul potentia opus mirabile ostenderetur: quia hominis dormientis latus aperuit; nec eum tamen à quiete soporis excitavit. In quo etiam opere, sacramentum Christi & Ecclesiæ figuratũ est. Quia [illegible] sicut mulier de latere viri dormientis formata est: ita Ecclesia ex sacramentis, quæ de latere Christi in cruce dormientis profluxerunt, scilicet sanguine & aquâ; quibus redimimur a pœnis, atque abluimur a culpis. Opinionem autem addit: Illud etiam scire oportet; quòd, cum angelorum ministerio facta sit mulieris formatio: non est eis tamen tribuenda creationis potentia. Angeli enim nullam possunt creare creaturam. Ergo nec formare costam in mulierem [illegible] supplement [illegible] in

* lib. 2 dist. 18.
† Genes. 2. v. 21.

sæcumcosta. Non, quod nihil agant, ut aliquid creetur: sed non adeo creatores sunt; sicut nec agricolæ segetum vel arborum. Solus Deus id est, Trinitas, est creator. Facta est ergo femina a Deo: etiamsi costa ministrata sit per angelos. Item. * Quemadmodum mulieris corpus de viri corpore traductum fuit: ita putaverunt aliqui, ipsius animam de viri anima propagatam, & omnes animas, præter primam, de traduce esse, sicut corpora. Alii autem putaverunt, simul omnes animas ab initio creatas. Catholica autem Ecclesia, nec simul, nec ex traduce factas esse animas, docet: sed in corporibus, per coitum seminatis atque formatis, infundendo, & infundendo creari. Unde in Ecclesiasticis dogmatibus, animas hominum non esse ab initio inter creaturas intellectuales natas, nec simul creatas sicut Origenes fingit, dicimus: neque in corporibus per coitum seminari; sicut Luciferiani & Cyrillus, & quidam Latinorum præsumtores affirmant. Sed dicimus, tantum corpus per conjugii copulam seminari. Creationem vero animæ solum creatorem nosse; ejusque judicio corpus coagulari in vulva, & compingi atque formari; ac formato jam corpore, animam creari atque infundi: ut vivat in utero homo, ex anima constans & corpore; & egrediatur vivus ex utero plenus humana substantia. Hieronymus etiam anathematis vinculo eos condemnat, qui animas ex traduce dicunt; inducens authoritatem Prophetæ: * Qui finxit sigillatim corda eorum. Hoc fatis, inquit, innuit Prophetæ: quod non ipsam animam de anima faciat Dominus; sed sigillatim animas de nihilo creat.

¶ De generatione liberorum, LOMBARDUS inquit: † Quidam putant, ad gignendos filios, primos homines in paradiso misceri non potuisse, nisi post peccatum: dicentes, concubitum sine corruptione vel macula non posse fieri. Sed ante peccatum, nec corruptio, nec macula in homine esse poterat: quoniam ex peccato hæc consecuta sunt. Ad quod dicendum est, quod si non peccassent primi homines, sine omni peccato & macula, in paradiso, carnali copula convenissent: & esset ibi thorus immaculatus, & commixtio sine concupiscentia; atque genitalibus membris, sicut cæteris, imperarent, ut ibi nullum motum illicitum sentirent. Et sicut alia membra corporis aliis admovemus, ut manum ori, sine ardore libidinis: ita genitalibus uteremur membris, sine aliquo pruritu carnis. Hæc enim lethalis ægritudo, membris humanis ex peccato inhæsit. Genuissent itaque filios in paradiso, per coitum immaculatum, & sine corruptione.

¶ De Somniis, inquit PETRUS BLESENSIS: * Non inficior, quod anima frequenter ex reliquiis cogitationis, aut ex innata sibi perspicacia, quasdam futurorum præfiguret imagines: sed crebro decipitur. Nam, sicut per experientiam didici, ex ea visione, quæ mihi quandoque gaudium nuntiaverat, postea contrarium reportavi. Somnia ergo ne cures: nec te errore illorum involvas, qui occursum leporis timent; qui mulierem sparsis crinibus, qui hominem orbatum oculo, aut mutilatum pede, aut cucullatum, obviam habere, detestantur: qui de jocundo gloriantur hospitio, si eis lupus occursaverit, aut columba, si a sinistra in dextram avis S. Martini; si ingressu suo remotum audiunt tonitruum; si hominem gibbosum obviam advenerint, aut leprosum. Opinio autem mea est, magistrum subversionis illius periculum incurrisse; etiamsi nullus ei monachus occurrisset.

¶ De Hominis viribus ante lapsum, RICHARDUS inquit. * Cum dicimus, hominem ante peccatum aliquid boni potuisse per se-ipsum; nihil aliud dicimus, quam potuisse per naturale bonum. Sic, cum negamus eum aliquid boni posse ex se-ipso; subintelligimus, eum jam nihil boni posse, ex solo naturali bono. Sed numquid dicemus, eum nihil boni potuisse ex natura, (hoc est prima gratia) antequam natura esset corrupta? Sed, si aliquid boni potuisse, ex ipsa conditionis sua natura accepit; hoc est, quod peccando amisit. Amisit itaque potestatem; non autem libertatem. nam bonum posse, est vere posse: sicut cogi non-posse est vere liberum esse. Item: * Sane absque dubio, & sine omni contradictione, sufficientem gratiam habuit ante peccatum: non ad omne bonum faciendum; sed ad omne debitum solvendum, & ad omne malum cavendum. Quanta, quæso, hæc potestas ad bonum, & contra malum fuit, quam ex cooperante gratia habuit? Quis glorietur hanc possibilitatis integritatem recuperasse; vel præsumat se posse in hac vita recuperare?

¶ De Lapsu hominum ait PETRUS ALPHONSUS: Quoniam, inquam, hominem talem Deus creavit, cum hoc vidit Diabolus, qui in hoc aere inferiori prope terram habitabat, invidit, & ejus damnationem prout potuit, perquisivit: quin, ut & Dei præceptum transiret, & de fructu vetito comederet, cordi ejus inspiravit: propter hoc, ut de dignitate sua concideret; quemadmodum & ipse concidit. Item: Cum ergo, creatoris obedientiam transire, cordi ejus immisit, super eo cogitavit: postquam vero cogitavit; elegit. postquam elegit; optavit: postquam optavit; & fecit: cum autem fecit; peccavit: postquam vero peccavit; æqualitatem, quam habebat, & sic immortalitatem, amisit; & omnino, ut compositorum natura est, mortalitatem suscepit. ita quod alterum ab eo separari non potuit. unde & hujusmodi definitionem recepit, quod rationalis & mortalis dictus fuit. Quin & omnis, qui de ejus semine processit, naturam eandem & ipse habuit. Est quippe justum, ut si quid de alio prodeat, naturæ ejus similitudinem recipiat. Anima vero Adam, cum sublimioris esset naturæ, quam corpus, atque fortioris, quia peccato illi assensum præbuit; & cum posset, non restitit: omnis anima, quæ corpori, ex corruptione illa progenito, se miscuit, ob culpam illam, cum de corpore exiret, cœli summitatem, quod sua erat natura, transcendere jam nequivit; imo in inferiori aere hic prope terram remansit. Quem in locum, quia ipsa quasi advena devenit, civis autem erat Diaboli: propter hoc Diabolus super eam potestatem habuit; & desiderium suum, quod ipse desideraverat, completum fuit. Quia vero etiam Adæ peccatum duplex fuit, spirituale scilicet, & corporale: spirituale quidem, quia Diabolo potius, quam Deo credere, quod ad spiritum pertinet, & obedire elegit, corporale autem quia se in vetiti fructus dulcedine, quod scilicet est corporis, delectavit: ideo fane mortem carnis, & mortem animæ, pœnam scilicet duplicem ipse sustinuit.

RUPERTUS dicit: † Primi homines cæcati sunt; suam cæcitatem posteris suis hæreditariam reliquerunt: ut per cæcitatem eum non viderent, qui in Mundo erat, & per quem Mundus factus est: cujus essentiam coæquare prævaricatores affectaverant; & per ingratitudinem, cum nec de tantillo, quantum ex operibus illum cognoscere poterant, sicut Deum glorificarent, aut gratias agerent.

BERNHARDUS ait: * Et quidem magna hæc conjunctio, dilectissimi; sed si stabilis permansisset. Nunc autem, licet divino fuerit munita sigillo, (ad imaginem quippe & suam similitudinem creavit Deus hominem) heu! diruptum est sigillum, & unitas dissipata. Accedens pessimus ille latro, recens adhuc sigillum fregit: & sic mutata similitudine divina, comparatus est miser homo jumentis insipientibus, & similis factus est illis. Rectum quippe fecit Deus hominem; atque hæc similitudo ejus, de quo scriptum est: * Quia rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo. Veracem quoque & justum fecit eum; sicut & ipse veritas & justitia est. nec unitas ipsa posset disjungi, dum sigilli hujus integritas permaneret. Verum supervenit falsarius; qui indolis sigillum promittens melius, (væ, væ) fregit, quod erat manu divinitatis impressum. Eritis, inquit, sicut dii, scientes bonum & malum. O malevole, o maligne, ad quid est hæc similitudo scientia? Sint certe, sicut dii, recti, justi veraces: sint sicut Deus, in quem peccatum non cadit. Hoc quippe sigillo stante stabit unitas illa. Jam experimur miseri, quid nobis persuaserit versutia diabolicæ fraudis.

Item. † Beata illa & sempiterna Trinitas, Pater & Filius & Spiritus sanctus, unus Deus scilicet, summa potentia, summa sapientia, summa benignitas, creavit quandam trinitatem, ad imaginem & similitudinem suam, Animam videlicet rationalem: quæ in eo præfert vestigium quoddam illius summæ Trinitatis, quod ex memoria, ratione, & voluntate consistit. Creavit autem eam hoc modo ut, manens in illo, per illius fruitionem ejus esset beata, aversa ab illo, quocunque se conferret remaneret misera. Sed hæc trinitas creata elegit potius per motum propriæ voluntatis cadere; quam ex gratia conditoris per arbitrium stare. Cecidit ergo, per suggestionem delectationem, consensum, ab illa summa & pulcra Trinitate, scilicet potentia, sapientia, puritate, in quandam contrariam & fœdam trinitatem scilicet infirmitatem, cæcitatem, immunditiam. Memoria enim facta est impotens & infirma; Ratio imprudens & tenebrosa, Voluntas impura. Porro memoria quæ simplicis divinitatis potentiam stans cogitabat; ab illa cadens, & veluti super axa currens, in tres partes conspicta, cœpit sciliect in cogitationes affectuosas, onerosas, otiosas. Affectuosas voco illas, in quibus ipsa afficitur ut in

cura

Margin notes: * Ibidem Lib.2 cap.8 — * Psal 33. v.15. — † Lib.2 dist. 20. — * Epist.49. — * de Statu inter.hom. cap.20. — * lib.1 Expo.cap.1. — Tit.10. — † Lib.1. in Ioh.cap.1. — * Serm.2.de Nativ.Dom. — * Psal 92. v.16. — † Serm.1. para.

[illegible] vero [illegible] necessitatibus edendi bibendi, caeterorumque similium. [illegible] in exterioribus aliorum [illegible] & occupationibus [illegible]. Otiosas, [illegible] nec [illegible], nec [illegible], & tamen ab aeternorum contemplatione per illa distenditur: ut si cogitet, verbi gratia, equum currentem, aut avem volantem. Rationis quoque [illegible] triplex casus est. Siquidem ejus erat, discernere inter bonum & malum, verum & falsum, commodum & incommodum. In quibus discernendis tantâ modò caligine caecatur, ut saepè in contrarium [illegible] recipiens malum pro bono, falsum pro vero, noxium pro commodo, & è converso. Nunquam vero in his falleretur, si nunquam lumine, a quo creata est, privaretur. Sed quia & ipsa inde cecidit, procul dubio nihil aliud, quàm tenebras suae caecitatis, invenit. Unde factum est, ut & instrumentum perderet; scilicet illud trivium sapientiae, Ethicam, Logicam, Physicam: quas nos possumus aliis vocare nominibus, moralem, inspectivam, & naturalem scientiam. Siquidem per Ethicam, eligitur bonum; reprobatur malum: per Logicam, cognoscitur verum & falsum: per Physicam, commodum & incommodum, id est, quid in usum assumendum sit, quid respuendum. Sequitur voluntas, cujus ruina similiter tripartita est. Quae enim summae benignitati & puritati inhaerere, & eam solam diligere debuit; per propriam iniquitatem, a superius in haec infima lapsa, per concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & ambitionem seculi, terrena dilexit. Quid hoc infelicius casu potest aestimari, ubi, pereunte memoriâ, ratione, voluntate, totius animae substantia pervertitur? Verumtamen hunc tam gravem, tam tenebrosum, tam sordidum lapsum nostrum ingenita reparavit illa beata Trinitas, memor misericordiae suae, immemor culpae nostrae. Ex: Est Trinitas creatrix, Pater & Filius & Spiritus sanctus; ex quâ cecidit creata trinitas, memoria, ratio, & voluntas: & est trinitas, per quam cecidit, videlicet per suggestionem, delectationem, consensum: & est trinitas, in quam cecidit; videlicet in potentiam, caecitas, immunditia. Rursus ternitas, quae cecidit, id est memoria, ratio, voluntas; singula cujusque tripertitum excidit casum. Memoria cecidit in tres species cogitationum; affectuosas, onerosas, otiosas. Ratio in triplicem ignorantiam; boni & mali, veri & falsi, commodi & incommodi. Voluntas in concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, ambitionem seculi. Est trinitas, per quam resurgit; fides, spes, charitas: quae trimembres habent subdivisiones. Est enim fides praeceptorum, signorum, promissorum: est & spes veniae, gratiae, gloriae: & est charitas de corde puro, & conscientia bona & fide non-fictâ. Ex: * Secundum peccatum commissum est, per inobedientiam mulieris in paradiso. Ex hoc peccato facta est caro rebellis spiritui: ut quoniam spiritus ejus non fuit subjectus creatori, nec caro sit subjecta spiritui. Itèm: Tertium peccatum fuit, quòd ipsa mulier virum quoque secum traxit in culpam. Debuit quidem illa peccatum suum deflere, nec addere peccatum peccato. Sed [illegible] hoc putavit se habere consolationem; si virum faceret peccati sui participem. Quodammodo enim naturale est, unumquemque velle sive in vitiis sive in virtutibus, adsociare sibi consortem. Item: * Corruit autem, de posse non-peccare, in non posse non-peccare, amissâ ex toto consilii libertate: itemque, de posse non-turbari, in non posse non-turbari; amissâ ex toto complacitis libertate. Sola remansit ad poenam libertas arbitrii: per quam utique caeteras amisit; ipsam tamen amittere non [illegible]. Per propriam quippe voluntatem servus peccati factus, [illegible] perdidit libertatem consilii. Porro per peccatum factus debitor mortis; quomodo jam libertatem valebat retinere complaciti? [illegible] tribus ergo libertatibus, quas acceperat, abutendo illa, [illegible] arbitrii, reliquis sese privavit. In eo autem abusus est, [illegible] cùm accepisset ad gloriam, convertit sibi in contumeliam.

Serm. 27. parv. — *Tract. de [illegible] arbitrio.*

[illegible] ait: † Nam voluntas ejus a Deo aversa, prima peccati [illegible]. Unde actum est, ut de interiore domo suâ per extera [illegible] latione, prius exiret; deinde exteriorem quoque domum [illegible] adisum, amitteret. In primo itaque Parente nostro [illegible] nostra sumus, ac destituti [illegible] interiore domo nostra [illegible] amissa, ducti sumus in captivitatem.

† Libr. [illegible]

[illegible] siverit hominem labi R[illegible]ERTUS ait: * [illegible] portuna plerumque in nonnullis haec nobis impingitur quaestio, cur [illegible] hominem evenire permiserit: cùm utique ut omnipotens [illegible] nem [illegible] in ipsum tentatorem ab ingressu [illegible] [illegible] misericorditerque suam incarnationem humano genere [illegible] stere, quàm compendio Serpentem ab hominum colloquutione abigere. Haec omnia Deus, priusquam hominem conderet, praescivit & praedestinavit: ipsum autem hominem lapsum praescivit quidem, sed non praedestinavit: neque voluit; quinimò sub interminatione mortis vetuit. Nam bona sola Deus praescivit & praedestinavit: mala autem praescivit tantum, non etiam praedestinavit, sed condigna in loca juste deputavit. Addit adhuc quaerens aliquis: Cum praevaricatio nulla sit, si praeceptum aut lex non fuerit; cur Deus homini praeceptum dedit, quod non servandum praescivit? Videat quia creator erat ille, iste creatura: & à creatore creaturam erudiri oportuerat: quippe quae ita creari non poterat, ut suâpte natura perfecta esset; quod solius divinae naturae est: neque scire posset, quia Deus mitis & humilis corde esset, nisi eruditione proficeret.

** Lib. [illegible]*

¶ Hominem potuisse stare si vellet. LOMBARDUS docet: * Sciendum ergo est, quòd homini in creatione (sicut de Angelis diximus) datum est per gratiam auxilium; & collata est potentia, per quam poterat stare, id est, non declinare ab eo quod acceperat: sed non poterat proficere in tantum; ut per gratiam creationis, sine alia, mereri salutem valeret. Poterat quidem, per illud auxilium gratiae creationis, resistere malo; sed non perficere bonum. Poterat tamen per illud bene vivere quodammodo, quia poterat vivere sine peccato: sed non poterat sine alio gratiae adjutorio, spiritualiter vivere, quo vitam mereretur aeternam. Item: Hic considerandum est, quod fuerit illud adjutorium, homini datum in creatione; quo poterat manere si vellet. Illud utique fuit liberum arbitrium, ab omni labe & corruptela immune, atque voluntatis rectitudo & omnium naturalium potentiarum animae sinceritas atque vivacitas.

** Lib. 2 [illegible] 24*

¶ De perditione per lapsum, BERNHAR[illegible]US ait: † Perdidit homo justitiam, cùm Eva serpenti, Adam mulieris voci obedivit potius, quàm divinae. Erat tamen residuum aliquid, quod apprehendere possent; idque Dominus suo illo sermone innuebat: sed abjecerunt etiam illud, conversi in verba malitiae, ad excusandas excusationes in peccatis. Prior enim justitiae portio est, non-peccare: secunda, per poenitentiam damnare peccatum. Perdidit & misericordiam, cum sic exarsit Eva in concupiscentiâ sua, ut nec sibi, nec viro, nec filiis parceret nascituris, simul omnes terribili maledicto, & necessitati mortis addicens. Adam quoque indignationi divinae mulierem pro quâ peccaverat objecit; quasi post tergum ejus volens declinare sagittam. Vidit enim mulier lignum, quod esset pulcrum visu, & ad vescendum suave: & à Serpente audierat, tanquam deos se futuros. Funiculus triplex difficilè rumpitur, curiositatis, voluptatis, & vanitatis. Haec sola Mundus habet; concupiscentiam carnis, concupiscentiam oculorum, & superbiam vitae. His abstracta & illecta, misericordiam omnem crudelis mater abjecit. Sic & Adam, qui mulieri male misertus est, ut cum ea peccaret; bene noluit misereri, ut poenam sustineret pro ea. Privata est etiam mulier veritate: primo quidem male detorquens, quod audierat; Morte mor[illegible]: & dicens, Ne[illegible] forte moriamur: demum Serpenti credens, penitùs abnegans & dicenti; Nequaquam moriemini. Privatus est & Adam veritate, ubi eam confiteri erubuit; folia, hoc est, excusationum operimenta, praetendens. Siquidem ipsa dicit: * Qui erubuerit me coram hominibus, erubescam & ego eum coram Patre meo. Pacem quoque protinus amiserunt, quia non est pax impiis, dicit Dominus. Nonne enim contrariam legem invenerant in membris suis, quos de novo pudere coeperat nuditatis? Timui ego, inquit, * eo quod nudus essem. Non sic miser non sic paulo ante timebat, non quaerebat folia; licet corpore nudus, sicut & modo.

† Serm. 1. de Annunt. Mariae. — ** Luc 19. v 26.* — ** Gene. 3. v 10.*

Itèm: † Sed quod Scriptura loquitur de dissimilitudine facta: non quia ista similitudo deleta sit, loquitur, sed quia alia superducta. Non plane anima nativam se exuit formam, sed superinduit peregrinam. Illa addita, non ista perdita est: & quae supervenit obscurare [illegible] quidem potuit, sed non exterminare. Denique, obscuratum est insipiens cor eorum, ait Apostolus. * Et Propheta: Quomodo obscuratum est aurum; mutatus est color optimus? Obscuratum aurum plangit, sed aurum tamen: mutatum colorem optimum, sed non fundamentum coloris eruit [illegible]. Manet in [illegible] ento prorsus [illegible] ipsa [illegible] plicitas, sed minime apparet, duplicitatis operta humanae dolositatis, simulationis, hypocrisis [illegible]. Non [illegible] in nobis libera ratio: sed undique et [illegible] est. Sic enim & ab infimis vitio quodam captiva tenetur, & [illegible] indigna repellitur: ut nec ab his sine dolore non possit avelli, nec ad illa sine

† Serm. 82. super Cant. — ** Rom. 1. v 21.* — *Thren. 4 v 1.* — ** Serm. 2. [illegible] Septuages.*

magis

[illegible] genit[illegible], vel rarò queat adiut[illegible]. Itêm: * Nam [illegible] ipsum [illegible] per l[illegible] tem qui [illegible] est: unde & oculus legitur animam deprædari. Minimè ergo decet esse securum hominem, qui secum portat laqueum suum: imò verò bonum est, magis habitare in adjutorio Alti[illegible], ut per eum possit laqueum evitare.

* Serm. 3 Psal. 91.

Idem. * Tu nosse, quò devenisti [illegible] In locum utique afflictionis. [illegible] quidem vita tua inferno appropinquavit. Quid enim hic, nisi la[illegible] dolor, & afflictio spiritus.

* Sermon Primord. & Noviss.

P[illegible]rus Blesensis ait: * Audi miser [illegible] audi successor veteris Adæ, testa fragilis, lutum solubile, pellis morticina, vas putredinis, fames tinea[illegible] cibus vermis quod tibi & progenitoribus tuis. Itêm: * Terra [illegible] homo [illegible] ita de terra sumitur, & in terra conversatur, in terram revertitur, terram sapit, terram lingit, terram sitit; conglutinatus est in terrâ venter noster. Descendit in inferiora terræ: cœli[illegible], [illegible] cœlestium oblitus, pro terra litigat, pro terrâ pugnat, nec [illegible] abet [illegible] talibus, donec in terram, qui de terra est, revertetur.

* Epist 8
* Epist 46

¶ De sordibus hominum [illegible] BERNHARDUS: * Et ego quidem tript[illegible] sord[illegible] ine inquinari sentio: concupiscentia carnis, & concup[illegible] entia gloriæ temporalis, & præteritorum conscientia delictorum. [illegible] ut enim in animâ motus quidam utrorumq; desideriorum: quos nec ratione [illegible] viribus extinguere possum; quamdiu sum in hoc seculo nequam, & in corpore mortis teneor alligatus. Atta[illegible] contra sordes istas orationis oppono remedium: & propterea, sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, ita oculi [illegible] ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri, qui solus mundus est, & potest facere mundum de immundo conce[illegible] tum. Sic & contra peccati conscientiam, remedium confessionis est [illegible] omnia in confessione lavantur. Ecce hæc sunt quæ mundant oculum cordis, oratio & confe[illegible]o. Itêm: * Hic nobis an[illegible] incertitus, mora brevis, sola mors certa.

* Serm. 1. in festo omn. Sanct.
* Sermon in fest. 5. Mar

¶ De M[illegible] omnium inquit BE[illegible]NHARDU[illegible]: † Eradicari tamen, aut exstirpari e cordibus nostris, omninò non poterit [illegible]; donec in [illegible] mundo fuerimus, qui totus positus est in maligno. Conterimus quidem [illegible] pentis caput: sed experiri est frequenter calcaneo insid[illegible] tem. Secundo loco ipsa quoque corruptibilis hujus infirmitate corporis præpedimur, ne voluntas nostra [illegible] vitæ v[illegible] cohærere. N[illegible] eum, quod molestum sentimus, non potest non displicere; [illegible] frequenter in his voluntas nostra a divina dissidet voluntate: cui ne penitus adversetur, fortitudo est nobis necessaria, quæ secunda species est virtutis. Nec sola impedit afflictio corporis [illegible] impedit [illegible] concupiscentia, quæ multiplicibus & inexplebilibus distrahimur desideriis.

† Serm. 6. in Quadrag.

H[illegible] DEBER[illegible]US ait: * Nihil est, quod vacet; quod homini sit inutile [illegible] nisi homo ipse [illegible] Cùm enim tam diligenter homine procuret omnia Deus [illegible] spernitur tamen ab homine tam diligens procurator Deus. Null[illegible] mentio de [illegible] nulla cura pro se [illegible] reverentia in se. Injuriis in Proximum debacchatur, in Deum contemtum, in [illegible] abusu. [illegible] congregat judicium, omnium reus. Unde fit, ut tanto distr[illegible] orem mereatur judicem; quanto majorem bene agendi habuit facultatem.

* Epist. 33.

¶ De Aff[illegible] buscordis, inquit B[illegible]NHARDUS: * [illegible] ium enim [illegible] his quatuor a [illegible] est. & de his accipiendum puto quod dicitur; [illegible] in toto corde tuo convertatur ad Do[illegible] C[illegible] tatur pr[illegible] nde [illegible] tuus: ut nihil omninò diligas, nisi ipsum aut certe pro [illegible] ipsum. Convertatur etiam ad ipsum timor tuus, [illegible] timor omnis, quo metuis [illegible] quid præter eum aut non propt[illegible] eum. Sic & gaudium tuum, & tristitia æque [illegible] onvert[illegible]

* Serm. 2. de Quadrag.

Item: * E[illegible] quam [illegible] gignit; & est, quam ratio regit: [illegible] quam condit sapientia [illegible] quam Apostolus di[illegible] Legi Dei non [illegible] am, nec esse [illegible] unda, quam perhib[illegible] e [illegible] ntem Legi [illegible] quoniam bona est. [illegible] dubium [illegible] stare [illegible] contentiosam & consentaneam. [illegible] terrae ab [illegible] stat: qui & gustat, & sapit, quoniam [illegible] primam eliminans; secundam [illegible]

* Serm. 50. super Cant.

[illegible] ait * Multa vos [illegible] ere carnis cogit af[illegible] tum [illegible] prop[illegible] quitates inspicimus, corporis & [illegible]

† cap. 59.

[illegible] BERNHARDUS ait: * Vanum [illegible] supr[illegible] stat, inte[illegible] amtatis inde [illegible] N[illegible] tantum ut [illegible] etut co[illegible] prem [illegible] me [illegible] vi[illegible] ibus.

* Apol. ad Guil. abb.

De corde duro, idem ait: * Cor durum & induratum, nec timet Deum, nec hominem reveretur. Qui sic in omnibus suis viis adhæret Diabolo; manifestè factus est unus spiritus [illegible]. Itêm: * Quid ergo cor durum? Ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus; minis non cedit, flagris duratur: ingratum ad beneficia est, ad consilia infidum, ad judicia sævum, inverecundum ad turpia; impavidum ad pericula, inhumanum ad humana; temerarium ad divina præteritorum obliviscens præsentium negligens, futura non providens. I[illegible] est, cui præteritorum, præter solas injurias, nihil omnino non præterit; præsentium nihil non perit, futurorum nulla, nisi fortè ad ul[illegible] endum prospectio seu præparatio est. Et, ut breviter cuncta horribilis mali mala complectar; ipsum est, quod nec Deum timet nec hominem reveretur.

* Serm. in Psal. 91.
* Lib. 1. Consid.

PETRUS Blesensis inquit: † Et quis confidit se habere cor mundum, qui de immundo conceptus est semine, & qui conversatur in mundo, pleno spurcitiis peccatorum?

† Epist. 54.

¶ De Appetitu reprimendo, BERNHARDUS ait: * Oportet ergo reprimere, quem extinguere non possumus, appetitum: ut, quam citò cubile nostrum ingreditur, crescere eum nullatenus patiamur; sed sub nobis sit, quemadmodum dicit Scriptura: * Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius.

* Sermon tripl. gener. cogitat.
* Gen. 4. v. 7.

¶ De Securitate carnali, ait P[illegible]RUS Blesensis: * Hoc ipsum grave peccatum est, & obstinatiæ signum; quòd nullo peccato reputes te gravatum. Membrum enim, quod ita stupuit, ut sentire non possit, longè à salute totum insensibile factum est. Sane vix unum transibimus diem, in quo non offendimus Deum, aut Proximum, irascendo, detrahendo, murmurando, invidendo, scandalizando cupiendo, garriendo, sequendo gulam, obsequendo carni, contradicendo spiritui, appetendo quæ sunt seculi, contemnendo quæ sunt Dei, obliviscendo, quam enormia fecimus, quam dura meruimus, quam misericorditer Deus nos ad pœnitentiam exspectat, dissimulando, quam terribilis conniveat, quam incerta mors, quàm intolerabilis & interminabilis pœna nobis immineat.

* Epist 54.

De Dolore nimio, ait BERNHARDUS: † Dolor quippe nimius non deliberat non verecundatur, non consulit rationem, non metuit dignit[illegible] damnum, Legi non obtemperat, judicio non acquiescit modum ignorat & ordinem: id omnimodo & solummodo satagente animo, quo vel careat quod se dolet habere; vel habeat, quo se dolet carere.

† Epist. 1.

¶ De casibus humanis inquit BERNH[illegible]RDUS: † Nónne cooperatur nobis ille casus in bonum; unde & humiliores efficimur, & cautiores? Nónne Dominus cadentem illum suscipit, qui ab humilitate suscipitur? Impulsus eversus sum ut caderem: (ait Propheta *) sed nihil profecit, qui impulit me; quoniam Dominus suscepit.

† Serm. 2. in Psal. 91.
* Psal. 118. v. 13.

¶ De Ignaviâ ad bonum, PETRUS Cluniacensis: † Ad vitia, demergentia in interitum, pronam esse humanam naturam; ad virtutes, sublevantes ad cœlum, difficulter se extollere humanam sequitur. Nam fugiens laborem, appetens requiem, postponit brevem parvumq; laborem doloribus perpetuis, præponit voluptatem horariam delectationibus sempiternis.

† Lib. 3. ep. 14.

¶ Quibus homines serviant, inquit BERNHARDUS: * Quatuor sunt, quorum in hac vitâ obsequiis deservimus; Caro, Mundus, Diabolus, Deus. Carni militamus gulæ illecebris serviendo; luxuriæ stimulis obsequendo. Mundo militamus, avaritiæ æstibus anhelando; honoris altitudinem affectando. Diabolo militamus, bonorum provectibus invidendo, & contra Deum superbo spiritu intumescendo. Deo militamus, piis operibus humilitati insistendo; potestates aëreas virtute spiritus oppugnando. Habent & singuli principes isti donativa sua propria. Caro suis tyronibus el[illegible] mme [illegible] ¡ apeam voluptatem Mundus transitoriam sublimitat[illegible] Diabolus perpetuam captivitatem: Deus interminabile [illegible] atem. [illegible] ol[illegible] rependerat.

* in Sentent.

¶ [illegible] m[illegible] om nun BE[illegible]NHA[illegible]DUS inquit: † T[illegible] morbo laborat [illegible] enus humanum, principio, medio, & fine. [illegible] est nativitate, vita, & morte. Nativitas immunda, vita per[illegible], mors peri[illegible]a. Venit Christus, [illegible] contra triplicem hunc morbum attulit triplex remedium. Natus est enim, [illegible] mor[illegible] tuus [illegible] atque ejus nativitas purgavit nostram [illegible] mo[illegible] tius de[illegible] st[illegible] nostram; & vita ejus instruxit nostram. Itêm: † Valde enim diffi[illegible] est, præsertim diebus illis [illegible] a nimirum

† in Sentent.
† Sermon. de tribus ordinibus Eccles.

invaluit, inter undas hujus Mundi, voraginem vitiorum, & criminalium peccatorum foveas declinare. Et:* Nonne vita præsens fragilis est, & incerta? Simile esse necesse est, quicquid fundatur in ipsâ. Quis enim super fragile fundamentum, stabile credat ædificium? Et:* Vera namque scientia est, scire, nos mortales esse & caducos & fragiles; & in hoc exsilio, & in hoc ergastulo, in hac peregrinatione, in hac valle lacrymarum, dolendum & lugendum esse.

[* Serm. 2. in Psal. 91.] [* de Domo Sp. S. cap 3.]

¶ De restitutione & reparatione Hominis, inquit BERNHARDUS: † Nec vero poterat revestiri, vel ablata sibi recipere vestimenta, nisi Christus amitteret sua. Sicut enim vivificari in animâ, nisi interveniente corporali morte Christi, non poterit: ita nec revestiri sine ejus despoliatione. Item: † Venit ergo a Patre missus Dei Filius, & dedit fidem: post Filium missus Spiritus sanctus, & dedit charitatem. Per hæc duo, id est, fidem & charitatem, facta est spes redeundi ad Patrem. Et hæc est trinitas, scilicet fides, spes, charitas: per quam, velut per tridentem, reduxit de limo profundi, ad amissam beatitudinem, illa incommutabilis & beata Trinitas, mutabilem, lapsam & miseram trinitatem. Et fides quidem illuminavit rationem, spes erexit memoriam; charitas verè purgavit voluntatē. Cum ergo venit (ut dictum est) Dei Filius, factus est homo, qui erat Deus: tanquam Medicus bonus dedit præcepta; quibus observatis, reformaretur salus amissa. Ut vero præceptis faceret fidem, exhibuit signa. Ut eorundem præceptorum persuaderet utilitatem, promisit beatitudinem. Et:* In hoc, inquam, nobilis creatura, facta ad imaginē & similitudinem ejus, qui se fecit, antiquis honoris dignitatem recepturam jam jamq́; & recuperare se indicat: cum sibi indignum ducit, huic labenti seculo conformari; reformari magis satagens, (juxta Pauli doctrinam) in novitate sui sensûs, in eam similitudinem, in qua se condidam novit: ac per hoc etiam cogeni, (ut dignū est) seculum istud, quod propter se factum fuit, versa vice, mirum in modum conformari sibi: dum omnia ei cooperari in bonum incipiunt, tanquam in propriâ & naturali formâ, abjecta degeneri specie; recognoscentia Dominum suum, cui ad serviendum creata fuêre.

[† Serm. 1. de annunt. Mariæ.] [† Serm. 1. parv.] [* Serm. 81. in Cant.]

POTHO inquit: * Domum, in quâ principio posuit Deus hominem, ut operaretur & custodiret illam, quæ nobis in hæreditatem delegata erat, non jure, sed fraude, in primo Parente nostro amisimus. Sed divina miseratio, ut divitias bonitatis suæ in nobis ostenderet, & amissam vitæ hæreditatem mortalibus redderet; ad domum æternitatis hominis redeundi aditum hoc ordine paravit. Homo, qui ad hoc conditus erat, ut lumen æternum videret, ubi ad concupiscendum prohibita oculos carnis aperuit; oculos mentis, quibus cœlestia videbat, perdidit. Unde a domo illâ, in quâ visione Dei fruebatur, exclusus est. Verùm medica Dei manus, ut curam suam cæco homini adhiberet, congruam ei domum in umbrâ Legis constituit: ubi infirmi oculos, quos paulatim curari oportuit, obscuritas literæ legalis foveret: ne lux spiritualis intelligentiæ, quæ sub velamine literæ tegebatur, subitò ostensa, non solum non reficeret; imò plurimùm sauciaret. Sed ubi venit plenitudo temporis, proficientibus jam in homine divinæ gratiæ incrementis, Sapientia Dei, in carne apparens, ædificavit sibi domum; quæ imagine cœlestis veritatis resplendens, oculos hominis, cœlesti medicinâ jam sanatos, temperatâ luce respergeret. Ergo de domo illâ, in quâ umbra futurorum, & exemplari cœlestium, sub obscuritate Legis, servivit homo, egressus, in domum sapientiæ, quæ evangelica gratia lucem ministrat, receptus est.

[* lib. 2.]

RUPERTUS: † Tria sunt, per quæ perducitur homo ad Dei similitudinem; fides, spes & charitas. Nam ad imaginem Dei homo creatus est in eo, quod rationalis est. Porrò ad ejusdem creatricis Trinitatis pervenit similitudinem, habendo tria hæc; fidem, spem & charitatem.

[† lib. 6. de Gen. cap. 27]

¶ De novo ac renato homine, inquit RUPERTUS: † Novus homo, qui renatus est, non cessat loqui de regno Dei; invocare Patrem, a quo regeneratus est; annunciare Verbum, a quo refectus est, confiteri in Spiritu sancto, quo renovatus est. Item: * Sancti conditione in terrâ sunt; quia spiritu eorum in terreno corpore sunt: sed vitâ & conversatione super terram sunt; & super terrena atque corruptibilia membra sua tenent principatum: & nunc quidem: quamvis, dum corpora mortalia sunt, cum labore & sollicitudine regunt illa. In futuro autem, in pace & securitate super illa regnabunt. Et:* Renatus jam alius homo est, jam novus homo est: jam à vetusto patre recessit; & ad novum accessit: alienatus homo est, alterius semen est. Item: Renatus ille est, qui spiritu mentis suæ renovatus est; qui veterem hominem cum actibus ejus exuit, & induit novum; qui secundùm Deum creatus est, in justitiâ & sanctitate veritatis.

[† lib. 3. in Gen. cap. 2.] [* lib. 4. c. 5] [* lib. 3. c. 2.]

BERNHARDUS ait: † Si dixerit mihi JESUS, Dimittuntur tibi peccata tua, nisi ego peccare desiero; quid proderit? Exsui tunicam meam. Si reinduero eam, quantum profeci? Si rursùs pedes meos, quos laveram, inquinavero: numquid aliquid lavisse valebit? Sordent omni genere vitiorum, jacui diu in luto fæcis: sed erit sine dubio recidentis, quam jacentis, deterius. Denique, qui me sanum fecit, ipsum mihi dixisse recordor: * Ecce sanus factus es: vade, jam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat. Qui autem dedit voluntatem pœnitendi, opus est ut addat & continendi virtutem: ne iterem pœnitenda, faciamq; novissima mea pejora prioribus. Væ enim mihi etiam pœnitenti, si statim subtraxerit manum suā, sine quo nihil possum facere.

[† Sermon. 1. super Cant.] [* Joh. 5 v. 14.]

¶ Quæ sanctum hominem efficiant. BERNHARDUS ait: * Tria sunt, quæ sanctum faciunt hominem; victus sobrius, actus justus, sensus pius. Victus sobrius erit; si continenter, si socialiter, si obedienter, id est caste, charitative, humiliter vixerimus. Per continentiam enim castitas, per socialitatem charitas; per obedientiam humilitas acquiritur. Et hæc est virtus, quæ animam perfectè Deo subditam, sub umbra alarum ipsius, securè facit vivere. Actus justus erit; si fuerit rectus, discretus, fructuosus. Rectus, per bonam intentionem, discretus, per mensuram possibilitatis, fructuosus, per utilitatem Proximorum. Sensus pius erit; si fides nostra Deum sentit summè-potentem, summè-sapientem, summè-bonum: ut per ejus potentiam, nostram credamus adjuvari infirmitatem, per ejus sapientiam, nostram credamus corrigi ignorantiam; per ejus bonitatem, nostram credamus dilui iniquitatem.

[* Serm. 85. parv.]

¶ De spiritualibus hominibus, inquit BERNHARDUS:* Ergo exemplo illius, quæ sursum est mater nostra, hæc quoque, quæ adhuc peregrinatur, habet cœlos suos, homines spirituales, vita & opinione conspicuos, fide puros, spe firmos, latos charitate, contemplatione suspensos. Et hi pluentes pluviam verbi salutarem, tonant increpationibus, coruscant miraculis: hi enarrant gloriam Dei: hi extenti, sicut pelles, super omnem terram, legem vitæ & disciplinæ, digito quidem Dei scriptam, in semet-ipsis ostendunt, ad dandam scientiam salutis plebi ejus, ostendunt & Evangelium pacis quoniam Salomonis sunt pelles. Item: † Gustato Spiritu, necesse est desipere carnem. Afficianti cœlestia, terrena non sapiūt. Æterna inhianti, fastidio sunt transitoria.

[* Serm. 27. super Cant.] [† Epist. 112.]

¶ De triplici vetustate & novitate hominis, ait BERNHARDUS: * Est autem triplex vetustas; & econtrario triplex novitas. Est enim vetustas in corde, in ore, in corpore: in quibus tribus modis peccavimus, cogitatione, locutione, & opere. In corde, sunt desideria carnalia & secularia; id est, amor carnis, & amor seculi. Similiter in ore est gemina vetustas; arrogantia, & derogatio. Item gemina in corpore, flagitia, & facinora. Hæc omnia sunt imago veteris hominis; & hæc omnia renovanda sunt in nobis. Si non esset vetustas in corde; non diceret Apostolus † Renovamini spiritu mentis vestræ; & induite novum hominem, qui secundùm Deum creatus est, in justitiâ & sanctitate veritatis. Item si non esset vetustas in ore; non diceret Scriptura:* Recedant vetera de ore vestro. Et Apostolus dicit: † Omnis sermo malus non procedat de ore vestro; sed qui bonus est, ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Sed & de vetustate corporis mentionem facit, cum dicit:* Sicut exhibuistis membra vestra, servire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatē. De cujus renovatione etiam subjungit: Ità nunc exhibete membra vestra, servire justitiæ in sanctificationem. Renovetur ergo cor nostrum à carnalibus & secularibus desideriis: ut, exclusis illis, introducatur amor Dei, & amor patriæ cœlestis. Recedant ab ore nostro arrogantia & derogatio; & succedant pro his, vera peccatorum nostrorum confessio, & bona de Proximis æstimatio. Pro flagitiis & facinoribus, quæ vetustas est corporis, assumatur continentia & innocentia: ut scilicet contrariis virtutibus contraria vitia depellantur. Hanc supradictam renovationem facit Christus, habitans in nobis per fidem; sicut ipse ait:* Ecce nova facio omnia. Unde & ad Sponsam loquitur in Canticis: † Pone me, ut signaculum, super cor tuum; ut signaculum super brachium tuum. Habitans igitur

[* Serm. 30. parv.] [† Eph. 4. v. 23 24.] [* 1. Sam. 2. v. 3] [† Eph. 4. v. 29] [* Rom 6. v. 19.] [* Apoc. 21. v. 5.] [† Cap. 8. v. 6]

tur in corde, est [illegible]entia; habitans in ore, veritas; habitans in corpore, justitia.

* Serm. 57 supra Cant.

¶ De homine perfecto, inquit BERNHARDUS: * Perfectus omnino reputabitur; in cujus animâ tria hæc congruenter & opportunè concurrere videbuntur: ut & gemere pro se, & exultare in Deo noverit, simul & Proximorum utilitatibus potens sit subvenire: placens Deo; cautus sibi, utilis suis.

† Lib. 2.

POTHO: † In istâ namque, laus Dei inchoatur; in illâ, perficitur. Beati ergo, qui in illâ domo æternitatis habitant: quia in sæcula sæculorum Deum laudant. In illâ enim domo, veritas est; in istâ, imago veritatis. In veritate, laus Dei perfecta est; in imagine, imperfecta.

† Lib. 2 dist. 23.

¶ De cognitione Hominis, LOMBARDUS ait: † Et quidem secundum animam rationalis homo, habens discretionem boni & mali. Scientiam quoque rerum creatarum, & cognitionem veritatis, quæ primæ perfectioni congruebat, mox conditus non-incongruè accepisse putatur, & ad illam non studio, vel disciplinâ aliquâ, per intervalla temporis profecisse; sed ab exordio suæ conditionis divinitùs illam percepisse. Itèm: Fuit homo primus, ante lapsum, triplici cognitione præditus; rerum scilicet propter se factarum & creatoris, & sui. Rerum quippe cognitionem hominem accepisse, perspicuum est: cum non ipse creator, vel angelus aliquis; sed homo, omnibus animantibus nomina imposuerit: ut ostenderetur, quòd singulorum notitiam homo in se habuerit. Quæ enim propter illum creata erant, & ab illo regenda & disponenda erant, horum omnium Deus illi & scientiam tribuit, & providentiam atq; curam reliquit: quia (ut ait Apostolus *) non est cura Deo de bobus. Quorum, aliorumq; animalium, Deus homini curam reliquit & providentiam: ut dominationi ejus subjicerentur, & ratione illius gubernarentur: ut sciret illis necessaria providere; à quibus emolumentum debebat recipere. Hanc autem scientiam homo peccando non perdidit: sicut nec illam, quâ carnis necessaria providentur. Et idcirco in Scripturâ homo de hujusmodi non eruditur; sed de scientia animæ, quam peccando amisit. Et: Cognitionem quoque creatoris, primus homo habuisse creditur. Cognovit enim, à quo creatus fuerat: non eo modo cognoscendi, quo ex auditu solo percipitur; quo modo à credentibus absens quæritur: sed quâdam interiore adspiratione, quâ Dei præsentiam contemplabatur: non tamen ita excellenter, sicut post hanc vitam sancti visuri sunt; neque ita in ænigmate, qualiter in hac vitâ videmus. Et: Porrò sui cognitionem idem homo talem accepisse videtur: ut & quid deberet superiori, & quid æquali & inferiori, non ignoraret. Conditionem quoq; suam & ordinem, scilicet qualis factus esset, & qualiter incedere deberet, quid agere, quid cavere, intellexit. Si horum notitiam non habuisset: non esset reus prævaricationis; neque se-ipsum cognovisset.

* 1 Cor. 9. vers. 9.

† Lib. 2. dist. 1.

¶ De fine Hominis, LOMBARDUS ait: † Et sicut factus est Homo propter Deum, id est, ut ei serviret: ita Mundus factus est propter hominem, scilicet ut ei serviret. Positus est ergo homo in medio, ut ei serviretur, & ipse serviret: ut acciperet utrumque, & reflueret totum ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impendit. Ita enim voluit Deus sibi ab homine serviri; ut eâ servitute non Deus, sed homo serviens juvaretur: & voluit, ut Mundus serviret homini; & exinde similiter juvaretur homo. Totum ergo bonū hominis erat; & quod factum est propter ipsum, & propter quod ipse factus est. Itèm: Et si quæritur, ad quid creata sit rationalis creatura? Respondetur; ad laudandum Deum, ad serviendum ei, ad fruendum eo: in quibus proficit ipsa; non Deus. Deus enim perfectus, & summâ bonitate plenus, nec augeri potest, nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta est à Deo, referendum est ad creatoris bonitatem; ad creaturæ utilitatem.

† Lib. 2. de Contempl. cap. 11.

RI[C]HARDUS inquit: † Primò spiritualis creatura creatur, ut sit: secundò vivificatur, ut bona sit. Per creationem itaque ad bonum initiatur; per justificationem in bono dilatatur, per glorificationem in bono consummatur. Bona creationis sunt ad inchoationem; bona justificationis sunt ad promotionem; bona glorificationis sunt ad consummationem. Prima bona sunt creatoris dona: secunda bona sunt creatoris dona, & creaturæ merita: tertia bona sunt creatoris dona, & creaturæ præmia; consummatio donorum & retributio meritorum.

* Serm. 14 supra Ps. 91.

BE[RNHA]RDUS: * Nec minùs liberaliter hoc; quam illud mirabiliter est operatus. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quid verò postea? Et præsit piscibus maris, & bestiis terræ, &c. Nam & cœlestia se-se elementa in usus creâsse tuos, ante docuerat. Nempe facta memorantur, ut essent in signa, & tempora, & dies, & annos. Cui putas? Nulli utique, nisi tibi. Cætera siquidem omnis creatura, aut in nullo egent his omnibus; aut non intelligunt ea. Quàm copiosus in secundo hoc beneficio, quàm liberalissimus fuit? Quanta igitur largitus est ad sustentationem; quanta ad eruditionem; quanta ad consolationem? quanta ex hoc jam ad correptionē, quanta etiam ad delectationem? Verùm hæc duo gratis, & dupliciter gratis fecit. Quid dico dupliciter gratis? Sinè merito tuo, sine labore suo. Nempe dixit, & facta sunt. Itèm: Itaque fecit te Deus tuus; fecit tam multa propter te; fecit propter te & semet-ipsum. Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Quid adhuc restat? Factus est ipse tecum caro una: te quoque faciet secum spiritum unum.

* Serm. 6. Pent.

¶ De Sapientiâ carnis, ait BERNHARDUS: * Dicitur enim sapientia carnis, quæ inimica est Deo; & sapientia hujus Mundi, quæ stultitia est apud Deum: utraque ista (secundùm Jacobum Apostolum †) terrena est, animalis, diabolica. Secundùm hanc sapientiam dicuntur sapientes, ut faciant mala; bene autem facere nesciunt: & in ipsâ suâ sapientia arguuntur & perduntur, sicut scriptum est: * Comprehendam sapientes in astutiâ eorum; & perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Et utique talibus sapientibus mihi videtur dignè & competenter dictum Salomonis aptari, quo ait: Est malitia, quam vidi sub sole, virum, qui videtur apud se sapiens esse. Nulla talis sapientia, sive carnis, sive mundi, ædificat, imò destruit quamcunq; domum inhabitat. Est ergo alia sapientia, quæ desursum est: primùm quidem pudica; deinde pacifica. Hic est Christus, Dei virtus, & Dei sapientia, de quo Apostolus; † Qui factus est, inquit, nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemtio. Hæc itaq; sapientia, quæ Dei erat, & Deus erat, de sinu Patris ad nos veniens, ædificavit sibi domum.

† Cap. 3 v. 15.

* Esa. 29. v. 14.

† 1. Cor. 1. v. 30.

* Lib. 3. c. 4.

¶ Quæ homini cogitanda, Mechtildis ait: * Homo quotidie debet tria meditari. Primò debet cogitare in gratiarum-actione, quanta bona ei Deus fecit in creatione & redemtione. Secundò, quanta beneficia Deus homini exhibuit, de horâ nativitatis suæ, usque ad præsens tempus. Tertiò, quanta Deus daturus sit homini in cœlo æternaliter.

† Serm. in festo S. M[artini].

* Serm. 5 [in] festo omn. Sanct.

† Serm. de triplici judicio.

BERNHARDUS: † Vult nos Deus etiam oblivisci posteriora; despicere inferiora; terrenos mores & vitia genuina deserere, cœlestia sapere; superna quærere, anterioribus inhiare. Et: * Quia enim tentatio est vita hominis super terram: meritò in terra homini, non gloria, sed pax est quærenda: pax cum Deo, pax cum Proximo, pax cum se-ipso. Itèm: † Tribus modis providemus bona coram hominibus: id est, habitu, actione, & sermone. Habitu, ne sit notabilis: actione, ne sit reprehensibilis: sermone, ne sit contemtibilis. Tribus etiam modis coram Deo: cogitatione, affectione, & intentione. Nam & cogitatio debet esse sancta. Unde scriptum est: Cogitatio sancta servabit te, & affectio pura, & intentio recta. Sunt autem etsi ista, id est, cogitatio, affectio, intentio, in animâ. Sed in eâ quoque propriis singula locis distincta videntur: nam cogitatio in memoriâ est; affectio in voluntate; intentio in ratione consistit.

* Serm. 1. [de] S. Petro & Paulo.

¶ De bonâ vitâ, inquit BERNHARDUS: * Bonam vitam ego puto; & mala pati, & bona facere, & sic perseverare usque ad mortem. Dicitur vulgò, quia, qui bene se pascit, bene vivit. Sed mentita est iniquitas sibi: quia non bene vivit, nisi qui bonum facit.

DE ANIMA.

† Tit. 8.

PETRUS Alphonsus inquit: † Spiritus corporalis, corpus quidem levissimum est & subtilissimum, quod in hominis corpore ex quatuor elementorum fit conjunctione, & ex eo loco in omnes spargitur venas; ipsiq; corpori tribuit vitam & halitum, & arteriis assiduum pulsum, & naturalem hominis motum. Hic cum corpore, quod vivificat, simul etiam corrumpitur. Est autem rationalis anima, substantia per se subsistens, incorporea, voluntario motu movere faciens corpus, ipsa tamen immobilis permanens: corpore quoque, cui inhæret, corrupto, incorruptibilis existens, generi etiam adjuncta, speciem hominis ipsa perficie[ns].

* Serm. 81. super Cant.

BERNHARDUS: * Vita, anima est vivens quidem, sed non aliunde quàm se-ipsâ: ac per hoc, non tam vivens, quàm vita; ut propriè de ea loquamur. Inde est, quod infusa corpori vivificat illud: ut sit corpus, de vita præsentia, non vita, sed vivens. Unde

liquet,

liquet, ne vivo quidem corpori id vivere esse quod esse: cum esse, & minime vivere possit. Multo minus, quæ vita expertia sunt, ad hunc gradum assurgent. Sed nec omne, quod vita dicitur vel est, continuo valebit pertingere huc. Est pecorum, est & arborum vita: sensu altera vigens; altera carens. At neutri tamen idem esse, quod vivere est: sunt (ut quidem multorum opinio est) ante in elementis, quam vel illa in membris, vel ista in ramis existerint. At secundum hoc, cum desinunt vivificare, simul vivere cessant; sed non & esse. Solvuntur pariter & dissolvuntur, tanquam non alligata tantum, sed & colligata. Neque enim unum simplex est quodque harum, sed ex pluribus constans: & propterea non redigitur in nihilum, sed dissilit in partes: ut & ad suum quodque recurrat principium; verbi causa, aer ad aerem, ignis ad ignem, & reliqua in hunc modum. Nequaquam igitur talis vita idem esse & vivere est: quæ est, & quando non vivit. Porro nihil horum, quibus non hoc esse, quod vivere sit, ad bene beateque vivendum quandoque proficiet vel emerget: quippe quod neque ad hunc inferiorem gradum potuit pervenire. Sola, quæ in ipso stare cognoscitur anima hominis, in eo dignitatis creata est vita a vita, simplex à simplici, immortalis ab immortali; ut non sit longe a summo gradu: ubi scilicet id esse, quod beate vivere est; in quo solus stat beatus, & solus potens Rex regum, & Dominus dominantium. Accepit itaque in sui conditione anima, etsi non esse; posse tamen esse beata: summo proinde gradui, quantum licet, appropians; non pertingens tamen. Neque enim vel ipsi (ut supra diximus) hoc erit aliquando esse, quod beatam esse; nec quando beata erit. Fatemur similitudinem, æqualitatem tenuimus. Verbi causa, vita Deus; vita & anima est: similis quidem; sed dispar. Porro similis, quod vita, quod se-ipsa vivens, quod non tantum vivens; sed & vivificans: sicut & ille hæc omnia est. Dispar vero, quantum a creante creata. dispar, quod ut, nisi creata ab illo non esset; sic nisi ab ipso vivificata non viveret. Non viveret, dico: sed spiritualis vita, non naturalis. Nam naturalis quidem etiam, quæ non spiritualiter vivit, immortalitor vivat necesse est. At qualis vita; in qua satius foret non nasci, quam non ab ea mori? Mors potius est: & ideo gravior, quia peccati; non naturæ. Denique, mors peccatorum pessima. Ita ergo, quæ secundum carnem vivit anima, vivens mortua est: quippe cui bonum erat, omnino non vivere; quam sic vivere, A qua nimirum vitali quadam morte minime unquam resurget: nisi per verbum vitæ; imo per verbum vitam, viventem utique & vivificantem. Alias autem immortalis est anima: & in hoc nihilominus verbo similis quidem; sed non æqualis. Itèm: * Constat, immortalem animam esse; nec aliquando absque sua memoria vivere: ne non animam aliquando esse contingat. Itaque durante anima, durat & memoria.

* lib. 5. de Consid.

LOMBARDUS ait: * Sicut hominis formatio secundum corpus describitur, cum dicitur; Formavit Deus hominem de limo terræ: ita ejusdem secundum animam factura describitur, cum subditur; Et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ. Corpus enim de limo terræ formavit Deus; cui animam inspiravit, vel (secundum aliam literam) flavit, vel sufflavit: non quod faucibus sufflaverit, vel manibus corporeis corpus formaverit. Spiritus enim Deus est; nec lineamentis membrorum compositus. Non ergo carnaliter putemus, Deum corporeis manibus formasse corpus, vel faucibus inspirasse animam. Sed potius hominem de limo terræ secundum corpus formavit jubendo, volendo; id est, voluit, & verbo suo jussit, ut ita fieret: & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ; id est, substantiam animæ, in qua viveret, creavit: non de materia aliqua corporali, vel spirituali; sed de nihilo. Itèm: Putaverunt quidam Hæretici, Deum de sua substantia animam creasse: verbis Scripturæ pertinaciter inhærentes, quibus dicitur, Inspiravit, vel sufflavit, &c. Cum [illegible] inquiunt, vel spirat homo; de se flatum emittit. Sic ergo, [illegible] dicitur Deus flasse vel spirasse spiraculum in faciem hominis; [illegible] spiritum hominis emisisse intelligitur, id est, de sua substantia [illegible] hoc dicunt; non capiunt, tropica locutione dictum esse, [illegible] vel flavit, id est, flatum hominis, scilicet animam, fecit. Flare [illegible] est flatum facere; & flatum facere, est animam facere. unde Dominus per Esajam: † Omnem flatum ego feci. Non sunt ergo audiendi qui dicunt, animam esse partem Dei. Si enim hoc esset, nec a se, nec ab alio decipi posset; nec ad malum faciendum vel patiendum compelli; nec in melius vel deterius mutari. Flatus ergo, quo hominem animavit, factus est à Deo; non de Deo; nec de aliqua materia; sed de nihilo. Itèm: Sed utrum in corpore vel extra corpus; etiam inter Doctos scrupulosa quæstio est. Augustinus enim super Genesin tradit; Animam cum Angelis sine corpore fuisse creatam, postea vero ad corpus accessisse. Neque compulsa est incorporari; sed naturaliter id voluit: id est, sic creata fuit, ut vellet. Sicut naturaliter est nobis velle vivere: male autem velle vivere, non naturæ; sed voluntatis est perversæ. Alii vero dicunt, animam primi hominis in corpore fuisse creatam: ita exponentes verba illa, Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ; id est, animam in corpore creavit, quæ totum corpus animaret. Faciem tamen specialiter expressit: quia hæc pars sensibus ornata est, ad intuenda superiora. Sed, quicquid de anima primi hominis æstimetur: de aliis certissime sentiendum est, quod in corpore creentur. Creando enim infundit Deus eas; & infundendo creat.

* lib. 2. dist. 17.

† c. 57. v. 16.

HUGO HETERIANUS ait: † Nam neque Dei, neque rationalis animæ substantiam, quisquam hominum novit a Mundi origine: quæ cum unica sit; constitutiva & gubernatrix est quadrifidæ naturæ corporis: & hoc ad imaginem Dei; qui gubernat hanc universam quadrifidam & quadriterminam creaturam; & illam similiter, quæ sursum est. Et quemadmodum Dei locum nescimus, ubi habitet; sed tantum credimus, quoniam ubique est: sic & animæ locum ignoramus; sed tantum scimus, quia in toto corpore est & operatur. Amplius autem & in hoc ad Dei similitudinem anima rationalis existit. Nam, sicut Deus non est aliquid eorum, quæ sunt; sed ab hominibus diversus: ita rationalis anima diversa est ab omni creatura. Ad hæc autem, quod mirabilius est, & in hoc alio ad similitudinem Dei existit: quia neque substantiam Dei rationem humana mens valet comprehendere; neque animæ hominis essentiam valet invenire, unde & quomodo ad esse provenerit. Quapropter, qui hanc comprehendere arbitrati sunt, a cæca caliginis voragine absorpti, a veritate recesserunt. Et: Sed utrum corporea substantia sit anima, seu incorporea; breviter discutiendum est. Non defuerunt Philosophi, qui animam esse corpus assererent. Nam Stoici, spiritum calidum & ferventem, animam esse affirmabant. Critias vero, sanguinem; Democritus, ignem; & alii plures similia compsalmabant, dicentes: quia non per corpus tantum similes parentibus existimus; sed & per animam: veluti consuetudine, passionibus, affectionibus; quæ spectant ad naturam corporis. Quorum opiniones Ammonium, Plotinum, Minucius, argumentis & rationibus improbant. Omne, inquiunt, animatum corpus natura convertibile ac dissipabile prorsus, & in infinitum divisibile est. Omne autem tale corpus, quantumcunque tenue, divisionem non effugiens, continente ac gubernante opus habet: ut flatus, quem accepit, hujuscemodi non tabescat. Ex quibus colligunt, individuum esse atque incorporeum, quod animatum corpus continet. Rursus, omne corpus compositum, aut intrinsecus movetur, aut extrinsecus. Sed quod intrinsecus movetur, animatum est: quod vero extrinsecus, inanimatum. Horum autem neutrum de anima potest prædicari. Nam neque animata est anima; neque inanimata. Itèm, omne animatum corpus corporeo alimento indiget: sed anima nutrimenti non indiget corporei: quare anima nullo modo suscipit rationem corporis animati. In quo manifeste ostenditur falsa esse illorum sententia, qui ex traduce animam esse putaverunt: cum à generatione sit aliena. Itèm: Vis scire, quoniam anima hominis spiritus est rationalis & immortalis? audi, quid dicat Moyses ille Dei amicus: Formavit, inquit, * Deus hominem de limo terræ; & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ: & factus est homo in animam viventem. Nullo tamen modo credendum est, hujusmodi flatum aliquod fluentum spiritûs, factum ex ore Dei. Nam divinum incorporeum cum sit; simplex est, & sine omni compositione. Sed ita esse animam ex Deo; ut res quam condidit & creavit. Nihil enim aliud est, Dei sufflare, quam animam facere. Cui sententiæ accedit, quod dicit Esajas: * Spiritus enim à me prodit; & flatum omnem ego feci. Itèm: † Quomodo vero anima corpori inhabitet, quis potest explicare; Deorum spiritum habere credendus est. Quæ aliquid constituunt, ut unum fiant; non permanent, quod prius fuerant: sicut videmus in complexionibus elementorum ad invicem. At anima jungitur corpori, in eo perseverans sine confusione; & absque corruptione in partem migrat animantis. Quid ergo dicendum? Non est certe anima in corpore: ut turba in foro. Neque adjacet corpori; ut calculo adhæret calculus. Neque miscetur corpori; ut aqua temeto. Quippe in istis, tum actu, tum intellectu, præter corruptionem fieri potest separatio: sed illa nequeunt ab invicem separari, sine alterius insecuta corruptione.

† de Regressu anim. cap. 2.

* Gen. 2. v. 7.

* c. 57. v. 16

† cap. 6.

— *a igitur nequaquam unita, neque contigua, neque commixta sit: quæ est ratio, ut animal lumen dicatur?*

HILDEGARDIS ait: † *Anima hominis nunquam deficit: quia in æternum vivet, quoniam rationalis est. Unde etiam homo sentit, in consideratione boni & mali, quod ipse opus sit reprobum vel electum: per gratiam Dei formatum, & inspiratum rationali sensu, in ortu creationis suæ.*

¶ Animam non ex traduce esse, HUGO HERIBRIANUS ait: [† de Regress. anim. cap. 2] † *Alii cælitus missas corporibus infundi affirmaverũt, alii ex traduce, alii ex coitu masculino & fœminino gigni: velut ex ferro & lapide ad invicem concussis favilla excutitur. Et alii quidem Angelis substantialem autumaverunt.* Item: *Omne utique, quod per generationem ad esse pervenit, est corruptibile. Anima verò humana incorruptibilis est & immortalis. Ergo non est ex traduce.* Item: [* cap. 4.] * *Igitur quamplurimi fuerunt, qui animam, sicut corpus, per decisionem ex traduce fieri, multis allegationibus firmarent: & Pauli testimonium in medium producunt, ut suas fulcirent opiniones. Audis, inquiunt, Paulum dicentem:* [* Rom. 5. v. 12.] * Sicut per unum hominem peccatum in hunc Mundum intravit; & per peccatum mors: ita & in omnes homines mors pertransiit; in quo omnes peccaverunt. *Et iterum:* [* vers. 19.] * Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam justi constituuntur multi. *Inquiunt igitur: Si secundum solam carnem potest intelligi peccatum vel peccator, non cogimur hujus verbis ex parentibus animam credere. Si autem, quamvis per illecebras carnis, tamen non peccat, nisi anima: quomodo accipiendum est, quod dictum est, In quo omnes peccaverunt? Quomodo per illius inobedientiam peccatores constituti sunt; si tantum secundum carnem in illo; non etiam secundum animam fuerunt? Cavendum est enim, ne vel Deus videatur esse autor peccati, si dat animam carni, in quâ eam peccare necesse sit: vel possit esse anima, præter ipsius Christi gratiam; cui liberandæ a peccato non sit Christi gratia necessaria, quia non peccavit in Adam. At vero, si secundum carnem tantum; & non secundum animam, peccavimus in Adam: carnis tantùm vinculum, non etiam animæ, in Baptismo solvitur puerorum. Quod si tantum per hoc sacramentum corpori eorum consulitur, non etiam animæ: debent & mortui baptizari. Sed hoc Ecclesia exsecratur, tantum id ministrans viventibus. Restat igitur, unumquemque parvulum, & secundum corpus, & secundum animam, existentiam habere de primo parente Adam: ob'q; id Christi gratiam omnibus esse necessariam. Aetas quippe illa in se ipsâ nihil egit, vel boni, vel mali. proinde ibi anima innocentissima est; si ex Adam propagata non est. Unde, quomodo possit inde ire in condemnationem; si de corpore absque Baptismo exierit? Scriptum est:* [* Gal. 5. v. 17.] * Caro concupiscit adversùs spiritum, spiritus autem adversùs carnem? *Sed caro sine animâ nihil videtur posse concupiscere: ac per hoc, ipsius concupiscentiæ carnalis causa, non est in animâ sola; sed multo minus in carne solâ.* Ex utroque enim fit: *ex animâ scilicet; quia sine illa delectatio nulla sentitur: ex carne autem; quia sine carne carnalis delectatio non perficitur. Caro igitur concupiscens & spiritum, delectatio carnalis est procul dubio, quam de carne & contra carnem spiritus habet, adversùs delectationem, quam solus habet. Solus quippe habere videtur illud desiderium, non carnis voluptate, vel carnalium rerum cupiditate commixtum, quo desiderat & deficit anima in atria Domini. Solus enim habet illud, de quo dicitur:* Concupisti sapientiam? serva mandata; & Dominus præbebit illam tibi. *Hanc quidem objectionem responsio, quæ subjungitur, interimit. Vitium quidem, corruptio & languor, ante animæ conjunctionem, in carne persistunt: ex qua tabe anima maculatur. Quemadmodum, si testa odore malo imbuta sit, quemcunque liquorem susceperit, sua corruptione inficit. Nam etsi ante animæ infusionem, non sit in carne culpa, eò quod ratione caret: locum tamen mortalitatis cum possibilitate obtinet. Ideoq; peccatum in carne habere dicitur.*

[† lib. 3. cap. 1] JOHANNES SALISBURIENSIS inquit: † *Hominem verò constare ex animâ rationali & carne corruptibili antiqui Sapientes diffinierunt. Caro siquidem vivit ab animâ; cùm aliunde corpori vita esse non possit: quod semper inertia sua tempore quiescit; nisi spiritualis naturæ beneficio moveatur. Hæc autem habet & ipsa vitam suam. Deus etenim vita animæ est. Quam sententiam modernorum quidam graviter quidem & vere, licet metrica levitate complexus est:*

Vita animæ Deus est; hæc corporis: hac fugiente,
Solvitur hoc: perit hæc, destituente Deo.

Sicut ergo corpori vivere est, vegetari, moveri ab animâ, & dispositione sui motibus animæ acquiescere, & ei quadam necessitate obediendi concordare: sic & anima ex eo vivit, quod suo modo vegetatur, & vere movetur a Deo, & ei subjectâ devotione obtemperat, & in omnibus acquiescit: si quo minus, & eo minus vivit. Nam & corpus, quâ parte sui non movetur ab animâ, jam in eâ corporeum mortis incurrit.

¶ De Statu animæ, ait BERNHARDUS: [* in Sermon.] * *Tres sunt status animæ: in corpore, posito corpore, recepto corpore. Primus datus est ei, ad agendam pœnitentiam: reliqui duo ad habendam requiem vel pœnam; scilicet prout gessit in corpore, sive bonum sive malum.* Item: [* Serm. 27. super Cant.] * *Nam etsi anima minime, cùm sit spiritus, quantitatem corpoream recipit: tamen confert illi gratia, quod negatum est a naturâ. Crescit quidem & extenditur, sed spiritualiter. Crescit, non in substantia, sed in virtute. Crescit & in gloriâ. Crescit etiam in templum sanctum in Domino. Crescit denique atque proficit in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ergo quantitas cujusque animæ, æstimetur de mensurâ charitatis, quam habet. ut verbi gratia, quæ multum habet charitatis, magna sit; quæ parum, parva; quæ vero nihil, nihil, dicente Paulo;* [* 1 Cor. 13. v. 2.] * Si charitatem non habuero, nihil sum.

DE LIBERO arbitrio.

HONORIUS sic definit: [† de Praedest. & Lib. arb.] † *Est liberum arbitrium, libertas bonum vel malum eligendi.* Item: *Liberum arbitrium est tantummodo libertas, bonum vel malum eligendi: quod ad angelos & homines pertinet. Possibilitas autem bonum faciendi, ad Dei solius donum attinet.*

LOMBARDUS inquit: [* lib. 2. dist. 24.] * *Liberum verò arbitrium, est facultas rationis & voluntatis: quâ bonum eligitur, gratia assistente; vel malum, eâdem desistente. Et dicitur liberum, quantum ad voluntatem; quæ ad utrumlibet flecti potest. Arbitrium vero, quantum ad rationem, cujus est facultas vel potentia illa, cujus etiam est, discernere inter bonum & malum: & aliquando quidem discretionem habens boni & mali, quod malum est, eligit; aliquando vero, quod bonum est. Sed quod bonum est, nisi gratiâ adjuta, non eligit: malum vero per se eligit. Est enim in animâ rationali voluntas naturalis, quâ naturaliter vult bonum, licèt tenuiter & exiliter: nisi gratia juvet: quæ adveniens juvat eam, & erigit, ut efficaciter velit bonum. Per se autem potest velle malum efficaciter. Illa ergo rationalis animæ potentia, quâ bonum vel malum potest velle, utrumque discernens, Liberum arbitrium nuncupatur. quod bruta animalia non habent; quia ratione carent: habent tamen sensum & appetitum sensualitet.*

¶ De distinctione illius, ait BERNHARDUS: [* Tract. de Libero arb.] * *Alterum est ex libertate consilii, id est, verum sapere: alterum ex libertate complaciti, scilicet plenum posse. Sed quis talis est ac tantus in hominibus, qui in hoc glorietur? Aut ubi, aut quando istud obtinetur? Numquid in hoc seculo? Sed si quis esset hujusmodi; minus esset Paulo qui confitetur, dicens:* [* Rom. 7. v. 18.] * Perficere autem non invenio. *Numquid Adam in paradiso? Sed si habuisset; nunquam exsul esset a paradiso.* Item: [* de Lib. arb.] * *Nunc locus est pervidendi, quod supra distulimus, utrum scilicet totas tres libertates illas, quas supra diximus, id est, arbitrii, consilii, complaciti; vel aliis nominibus, a necessitate, a peccato, a miseria, primi homines habuerint in paradiso: aut tantum duas; aut unam solummodò? Et de prima quidem quæstio nulla erit: si meminerimus, quam aperte, & justis eam & peccatoribus inesse æqualiter, ratio superior docuerit. De duabus reliquis quæritur non immeritò; an nunquam Adam eas habuerit aut ambas, vel unam. Nam, si nullam habuit quid amisit? Arbitrii namque libertatem, tam post peccatum, quam ante semper tenuit inconcussam.*

LOMBARDUS: [† lib. 2. dist. 25.] † *Est namque libertas triplex; scilicet a necessitate, a peccato, a miseriâ. A necessitate, & ante peccatum, & post, æque liberum est arbitrium. Sicut enim tunc cogi non poterat; ita nec modò. Ideoq; voluntas merito apud Deum judicatur, quæ semper a necessitate libera est; & nunquam cogi potest. Ubi necessitas, ibi non est libertas: ubi non est libertas, nec voluntas: & ideo nec meritum. Hæc libertas in omnibus est.*

tam

tam in malis, quam in bonis. Est & alia libertas, à peccato scilicet; de quâ dicit Apostolus: * Ubi Spiritus Domini, ibi libertas. Et Veritas in Evangelio: † Si Filius vos liberaverit; verè liberi eritis. Hæc libertas à servitute peccati liberat, & servos justitiæ facit: sicuti e converso servitus peccati, liberos justitiæ facit. Unde Apostolus: * Liberati à peccato, servi facti estis justitiæ. Et item: † Cùm servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ. Hanc libertatem peccando homo amisit. Ideoq; Augustinus dicit; quòd homo malè utens libero arbitrio, & se perdidit, & ipsum: quia perdita est per peccatum libertas, non à necessitate; sed à peccato. Qui enim facit peccatum, servus est peccati. Itèm: Libertas ergo à peccato, & à miseriâ, per gratiam est: libertas verò à necessitate per naturam. Utramque libertatem, naturæ scilicet & gratiæ, notat Apostolus, cùm ait: * Velle adjacet mihi; perficere autem bonum non invenio. ac si diceret: Habeo libertatem naturæ; sed non habeo libertatem gratiæ: ideò non est apud me perfectio boni. Nam voluntas hominis quam naturaliter habet, non valet erigi ad bonum efficaciter volendum, vel opere implendum; nisi per gratiam liberetur & adjuvetur: liberetur quidem, ut velit; & adjuvetur, ut perficiat. Quia, ut ait Apostolus, † Non est volentis velle, neque currentis currere ad est, operari, sed miserentis Dei; qui operatur in nobis velle, & operari bona. cujus gratiam non advocat hominis voluntas vel operatio: sed ipsa gratia voluntatem prævenit, præparando, ut velit bonum; & præparatam adjuvat, ut perficiat.

* 2. Cor. 3. v. 17.
† Ioh. 8. v. 36.
* Rom. 6. v. 18.
† vers. 20.
* Rom. 7. v. 18.
† Rom. 9. v. 16.

¶ De diversis statibus Liberi arbitrii, inquit LOMBARDUS: * Ex prædictis perspicuum fit, quòd major fuit libertas arbitrii prima, quam secunda; & tertia multò major, quam secunda vel prima. Prima enim libertas arbitrii fuit, in quâ poterat peccare, & non-peccare. Ultima verò erit, in quâ poterit non-peccare, & non poterit peccare. Media verò, in qua potest peccare, & non potest non-peccare: ante reparationem, etiam mortaliter; post reparationem verò, saltem venialiter. Et: Possunt in homine notari quatuor status liberi arbitrii. Ante peccatum enim, ad bonum nihil impediebat; ad malum nihil impellebat. Non habuit infirmitatem ad malum; & habuit adjutorium ad bonum. Tunc sine errore ratio judicare; & voluntas sine difficultate bonum appetere poterat. Post peccatum verò, ante reparationem gratiæ, premitur à concupiscentiâ, & vincitur, & habet infirmitatem in malo, sed non habet gratiam in bono: & ideò potest peccare; & non potest non-peccare, etiam damnabiliter. Post reparationem verò, ante confirmationem, premitur à concupiscentiâ; sed non vincitur: & habet quidem infirmitatem in malo; sed gratiam in bono: ut possit peccare propter libertatem & infirmitatem, & possit non-peccare ad mortem, propter libertatem & gratiam adjuvantem: nondùm tamen habet posse omninò non-peccare, vel non-posse peccare, propter infirmitatem nondum perfectè absorptam; & propter gratiam nondum plene consummatam. Post confirmationem verò, infirmitate penitùs consumtâ, & gratiâ consummatâ, nec vinci poterit, nec premi: & tunc habebit non-posse peccare.

* lib. 2. dist. 25.

BERNHARDUS: † Arbitrii libertas hæc, est planè divinum quiddam, præfulgens in animâ tanquam gemma in auro. Ex hac nempe inest illi, inter bonum quidem & malum, nec-non inter vitam & mortem; sed & nihilominùs inter lucem & tenebras, & cognitio judicii, & optio eligendi: & si quæ sunt alia, quæ similiter circa animi habitum se-se è regione respicere videantur; nihilominùs inter ipsa censorius quidam arbiter, in anima oculus dijudicat & discernit: sicut arbiter in discernendo; ita in eligendo liber. Unde & liberum nominatur arbitrium, quòd liceat versari in his, pro arbitrio voluntatis. Inde homo ad promerendum potis. Omne etenim, quod fecerit, bonum malúmve, quod quidem non-facere liberum fit; meritò ad meritum reputatur. Et ut meritò laudatur, non tantum, qui potuit facere mala, & non fecit, sed & qui potuit non facere bona, & fecit; ita à malo non caret meritò, tam is, qui potuit non facere mala, & fecit, quam qui potuit facere bona, & non fecit. Ubi autem non est libertas, nec meritum. Propterea, quæ sunt irrationalia ratione animalia, nihil merentur: quia, sicut deliberatione, ita & libertate carent. Sensu aguntur; feruntur impetu, rapiuntur appetitu. Neque enim judicium habent, quo se dijudicent sive regant: sed ne instrumentum quidem judicii, id est, rationem. Inde est, quod non judicantur; quia non judicant. Quanam quippe ratione ab his exigatur ratio, quam non acceperunt?

† Sermon. 81. super Cant.

Hanc vim à naturâ solus homo non patitur: & ideò solus inter animantia liber. Et: * Is ergo habitus consensus, ob voluntatis inamissibilem libertatem, & rationis, quod semper secum portat & ubique, indeclinabile judicium, non incongruè dicitur, ut arbitror, liberum arbitrium: ipse liber sui, propter voluntatem; ipse judex sui, propter rationem. Et meritò libertatem comitatur judicium: quoniam quidem, quod liberum sui est; profectò, ubi peccat, ibi se judicat. Est autem judicium, quia justè profectò, si peccat, patitur, quod nollet, qui non peccat, nisi volens. Cæterùm, quod sui liberum non esse cognoscitur, quo pacto vel bonum ei, vel malum imputatur? Excusat nempe utrumque necessitas. Porrò, ubi necessitas, ibi libertas non est: ubi libertas non est, nec meritum; ac per hoc nec judicium. Excepto sanè per omnia originali peccato; quod aliam constat habere rationem. De cætero, quicquid hanc non habet voluntatis consensus libertatem, procul dubio & merito caret, & judicio.

* de Libero arb.

RICHARDUS inquit: † Caput toti corpori supereminet: & liberum arbitrium omni actioni præsidet imò & appetitui. Quia etiam: cum male egeris; cùm jam foribus peccatum adfuerit: subter te erit appetitus ejus. & tu dominaberis illius. Quid est? Erit subter te, nisi sub arbitrio tuo: eo quòd pravus appetitus in actum non prodeat, sine nutu spontaneo & consensu voluntario. Itèm: † Non autem arbitrium hominis ideircò liberum esse dicimus; quia promtum habeat, bonum vel malum facere; sed quia liberum habet, bono vel malo non-consentire. Posse quidem facere malum, est informitatis: posse facere bonum, est potestatis: neutrum autem, libertatis. Libertatis verò est, quòd consensus ejus extorqueri vel cohiberi non potest. Potest enim consentire vel non-consentire adspirationi divinæ: similiter & suggestioni diabolicæ. Utrumque quidem ex libertate: neutrum oportet autem ex necessitate.

† de Statu hom. inter. cap. 2. & 3.
† cap. 13.

¶ In Deo quomodo sit liberum arbitrium, LOMBARDUS ait: * Sed aliter accipitur liberum arbitrium in creatore, quam in creaturis. Dei enim liberum arbitrium, dicitur ejus sapientissima & omnipotens voluntas: quæ non necessitate; sed liberâ voluntate, omnia facit, prout vult. Ideoq; Hieronymus, attendens, non ità esse liberum arbitrium in Deo, sicut est in creaturis; ab ipso videtur liberum arbitrium excludere, in Homiliâ quâdam de Filio prodigo aiens: Solus Deus est, in quem peccatum non cadit, nec cadere potest. Cætera, cùm sint liberi arbitrii, in utramque partem flecti possunt. Dum ait, Cætera, indicat, liberum arbitrium, sicut est in creaturis, non ità esse in Deo.

* lib. 2. dist. 25.

¶ De Angelorum libero arbitrio, LOMBARDUS inquit: † Angeli verò & Sancti, qui jam cum Domino feliciter vivunt, atq; ita gratiâ beatitudinis confirmati sunt, ut ad malum flecti nec velint, nec possint; libero arbitrio non carent.

† lib. 2. dist. 25.

¶ De Beatorum hominum libero arbitrio, idem LOMBARDUS inquit: * Post beatitudinis confirmationem, erit in homine liberum arbitrium, quo peccare non poterit; & nunc in Angelis est, & in Sanctis, qui cum Domino sunt: & tantò magis liberum; quantò à peccato immunius, & ad bonum pronius. Quo enim quisque ab illa peccati servitute (de qua scriptum est; † Qui facit peccatum, servus est peccati) longius absistit, tantò in eligendo bonum liberum habet judicium. Unde, si diligenter inspiciatur, liberum videtur dici arbitrium: quia sine coactione & necessitate valet appetere vel eligere, quod ex ratione decreverit.

* ibid.
† Ioh. 8. v. 34.

¶ In quibus consistat humani Arbitrii libertas, docet BERNHARDUS: * Quid igitur agit, ais, liberum arbitrium? Breviter respondeo: Salvatur. Tolle liberum arbitrium: non erit, quod salvetur. Tolle gratiam: non erit unde salvetur. Opus hoc sine duobus effici non potest: uno, à quo fit; altero, cui, vel in quo fit. Deus autor est salutis; liberum arbitrium tantùm capax: nec dare illam nisi Deus; nec capere valet, nisi liberum arbitrium. Quod ergo à solo Deo, & soli datur libero arbitrio; tam absque consensu esse non potest accipientis, quam absque gratiâ dantis. Et ita gratia, operanti salutem, cooperari dicitur liberum arbitrium; dum consentit, hoc est, dum salvatur. Consentire enim, salvari est. Proinde pecoris spiritus salutem hujuscemodi minimè capit: eò quòd illi voluntarius consensus desit, quo salvanti videlicet Deo placide obtemperet; sive jubenti acquiescendo, sive pollicenti credendo; sive reddenti gratias agendo. Enimverò, aliud est voluntarius consensus; aliud naturalis appetitus. Posterior quippe nobis communis est cum irrationabilibus: nec valet consentire spiritui,

* Tract. de Libero arb.

carnis irretitus illecebris. Et fortassis ipse est, qui alio nomine ab Apostolo sapientia carnis appellatur; ubi ait: † Sapientia carnis inimica est Deo; Legi enim Dei non est subjecta; nec enim potest. *Hunc ergo (ut dixi) communem habentes cum bestiis, consensus voluntarius nos discernit. Est enim habitus animi, liber sui. Siquidem non cogitur; non extorquetur. Est quippe voluntatis; non necessitatis. Nec negat se, nec prabet cuiquam, nisi ex voluntate. Alioquin, si compelli valet invitus: violentus est; non voluntarius. Ubi autem voluntas non est; nec consensus. Non enim est consensus, nisi voluntarius. Ubi ergo consensus, ibi voluntas. Porrò ubi voluntas; ibi libertas. Et hoc est, quod dici puto Liberum arbitrium.* Itèm: *Ut liberum refertur ad voluntatem; arbitrium ad rationem. Sed sanè liberum, non illa libertate, de qua dicit Apostolus:* * Ubi spiritus Domini, ibi libertas. *Est enim illa libertas à peccato, sicut alibi dicit.* † Cùm enim servi essetis peccati; liberi fuistis justitiæ. Nunc autem, liberati à peccato; servi autem facti Deo: habetis fructum vestrum, in sanctificationem: finem verò, vitam æternam. *Quis verò in carne peccans, à peccato sibi vendicat libertatem? Hac ergo libertate, meritò nequaquam dictum arbitror Liberum arbitrium. Est itèm libertas à miseria; de qua idem Apostolus:* * Et ipsa, *inquit*, creatura liberabitur à servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. *Sed numquid & istam sibi quispiam in hac mortalitate præsumit? Et hac itaque liberum nominari arbitrium, non immeritò abnuimus. Est verò, quam magis et congruere arbitror libertatem; quam dicere possumus à necessitate: eò quòd necessarium voluntario contrarium esse videatur. Siquidem, quod ex necessitate fit; non jam ex voluntate: & è converso similiter. Cùm igitur, prout interim potuit occurrere nobis, triplex sit nobis proposita libertas, a peccato, à miseria, a necessitate: hanc ultimo loco positam contulit nobis in conditione natura; in primam restauramur à gratia, media nobis reservatur in patria. Dicatur igitur prima libertas natura, secunda gratia; tertia vita vel gloria. Primò nempe, in liberam voluntatem, ac voluntariam libertatem, conditi sumus, nobilis Deo creatura. Secundò, reformamur in innocentiam, nova in Christo creatura. Tertiò, sublimamur in gloriam, perfecta in spiritu creatura. Prima ergo libertas, habet multum honoris; secunda, plurimum etiam virtutis; novissima, cumulum jucunditatis. Ex prima quippe, præstamus cæteris animantibus: in secunda, carnem, per tertiam, mortem subjicimus. Vel certè, sicut in prima subjecit Deus sub pedibus nostris oves, & boves, & pecora campi: ita quoque per secundam, spirituales bestias hujus aeris, (de quibus dicitur;* * Ne tradas bestiis animas confitentes tibi) *prosternit æquè, & conterit sub pedibus nostris. In ultima tandem, nos-ipsos nobis plenius submissurus, per victoriam corruptionis & mortis: quando scilicet novissima destruetur mors; & nos transibimus in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quâ libertate Christus nos liberabit; cùm nos utique tradet regnum Deo & Patri. De hac enim, & itèm de illa, quam diximus a peccato, puto quòd Judæis ajebat:* † Si vos Filius liberaverit, verè liberi eritis. *Liberum arbitrium liberatore indigere significabat: sed planè qui illud liberaret, non a necessitate, quam voluntatis penitùs non esse noverat; sed a peccato, in quod tam liberè, quàm voluntariè corruerat; simulq; a pœnâ peccati, quam incautum incurrerat, invitumq; ferebat. Quo utroque malo liberari omninò non poterat; nisi per illum, qui solus hominum factus est inter mortuos liber; liber videlicet a peccato inter peccatores.*

LOMBARDUS: * *Nec tamen omnia futura sub potestate liberi arbitrii veniunt; sed ea tantùm, quæ per liberum arbitrium possunt fieri, vel non fieri. Si quis enim tale quid velit ac disponat facere, quod in ejus nullatenus sit potestate, vel quod sine ipsius dispositione æquè fieret: in hoc ipse liberum non habet arbitrium.*

¶ De Voluntate humanâ, inquit BERNHARDUS: † *Voluntas illa propriè dicitur, cui assentimus, & cui se liberum inclinat arbitrium.* Et: * *Verùm consensus, nutus est voluntatis spontaneus; vel certè (quod superius dixisse meminimus) habitus animi, liber sui. Porrò, Voluntas est motus rationalis, & sensui præsidens & appetitui.* Itèm: *Non quod ei propria posset sufficere ad salutem voluntas: sed quod eam nullatenus sine sua voluntate consequeretur. Nemo quippe salvatur invitus. Nam quod legitur in Evangelio,* † Nemo venit ad me; nisi Pater meus traxerit eum: *itèm in alio loco,* * Compelle intrare: *nihil impedit. quia profectò, quantoscunque compellere vel trahere videatur ad salutem benignus pater, qui omnes vult salvos fieri: nullum tamen judicat salute dignum, quem antè non probaverit voluntarium. Hoc quippe intendit, cùm terret, aut percutit: ut faciat voluntarios; non salvet invitos: quatenus, dum de malo mutat voluntatem, in bonum transferat; non auferat libertatem.* Itèm: † *Manet ergo libertas voluntatis; ubi etiam fit captivitas mentis: tam plena quidem in malis, quàm & in bonis: sed in bonis ordinatior. Tam integra quoque, pro suo modo, in creatura; quam in creatore: sed in illo potentior. Quod autem homines solent conqueri, & dicere; Volo habere bonam voluntatem, & non possum: nequaquam hinc præjudicat voluntatis libertati; ut quasi vim aut necessitatem in hac parte patiatur voluntas: sed planè illa libertate, quæ dicitur a peccato, se carere testantur. Nam, qui vult habere bonam voluntatem, probat se habere voluntatem. Non enim vult habere bonam; nisi per voluntatem. Quod-si voluntatem; & libertatem: sed libertatem a necessitate; non a peccato. Nempe, ut non valeat, cùm velit habere bonam; sentit quidem sibi deesse libertatem: sed profectò libertatem à peccato. quo utique dolet premi; non perimi, voluntatem. Quanquam jam procul dubio utcunque bonam habet; ubi habere vult. Bonum quippe est, quod vult. Nec posset bonum velle; nisi bonâ voluntate: sicut nec velle malum; nisi malâ voluntate. Cùm bonum volumus; bona est voluntas: cùm malum; mala voluntas. Utrobique voluntas; & ubique libertas. cedit siquidem voluntati necessitas. Cùm autem non valemus, quod volumus: sentimus quidem ipsam quodammodò libertatem peccato esse captivam, vel mulctam; non tamen amissam. Ex hac ergo tantùm libertate, quâ liberum est voluntati, se-ipsam judicare, vel bonam, si bono, vel malam, si malo consenserit: (quippe quæ in neutro, nisi verè volendo, consentire se sentit) liberum arbitrium credimus nominari. Nam ex illa, quæ dicitur à peccato, congruentius forsitan liberum consilium: & itèm ex illa, quæ dicta est a miseria, liberum potiùs complacitum, posset dici; quam liberum arbitrium.* Et: *Potest quidem mutari voluntas, sed non nisi in alteram voluntatem: ut nunquam amittat libertatem. Tam ergo non potest privari illa; quàm nec se-ipsa.*

LOMBARDUS inquit: † *Voluntatem ipsam Augustinus, in lib. de Duabus animabus, ita definit: Voluntas est animi motus, cogente nullo, ad aliquid non-admittendum, vel adipiscendum. Hæc autem, ut non admittat malum, & adipiscatur bonum; prævenitur & præparatur Dei gratiâ.* Itèm: * *Cùm ergo voluntas de naturalibus sit: quare ipsa non semper bonum est; etsi aliquando vitio subjaceat? Ad hoc facile respondent, qui dicunt, Omnia quæ sunt, in quantum sunt, bona esse: quia & ipsam voluntatem, in quantum est, vel in quantum voluntas est, ut supra posuimus, bonam esse, asserunt: sed in quantum inordinata est; mala est & peccatum. Ubi potest ab eis rationabiliter quæri: Si voluntas, in quantum inordinata est, peccatum est; quare ergo intellectus, ratio & ingenium, & hujusmodi, cùm inordinata sunt, peccata non sunt? Inordinata verò sunt, sicut voluntas, cùm ad rectum finem non tendunt: eorumq; actus prævaricationes existunt. Ad quod illi dicunt: Voluntatis nomine, aliquando vim, scilicet naturalem potentiam volendi; aliquando actum ipsius vis significari. Vis autem ipsa, naturaliter animæ insita, nunquam peccatum est, sicut nec vis memorandi, vel intelligendi: sed actus hujus vis, qui & voluntas dicitur, tunc peccatum est; quando inordinatus est.*

¶ De Libertate à necessitate, ait BERNHARDUS: * *Libertas a necessitate, æquè & indifferenter Deo, universæq; tam malæ, quam bonæ, rationali convenit creaturæ. Nec peccato, nec miseriâ, amittitur vel minuitur: nec major in justo est, quam in peccatore: nec plenior in angelo, quam in homine. Quomodo namque ad bonum conversus, per gratiam, humanæ voluntatis consensus: eo liberè bonum, & in bono liberum hominem facit, quo voluntarium efficitur; non invitum pertrahitur. sic sponte devolutus in malum, in malo nihilominus tam liberum, quam spontaneum constituit: suâ utique voluntate ductum; non aliunde coactum, ut malus sit. Et, sicut cælestis Angelus, aut etiam Deus ipse, permanet liberè bonus, propria videlicet voluntate; non aliquâ extrinsecâ necessitate: sic profectò Diabolus, æquè liberè in malum & corruit, & persistit: suâ utique volunta-*

[Margin notes: † Rom. 8. v. 7. — * 2. Cor. 3. v. 17. — † Rom. 6. v. 20. 22. — * Rom. 8. v. 21. — * Psal. 74. v. 19. — † Joh. 8. v. 36. — * lib. 2. dist. 25. — * Serm. 3. de Resurr. Dom. — * de Libero arb. — † Johan. 6. v. 44. — * Luc. 14. v. 23. — † de Libero arb. — † lib. 2. dist. 26. — * dist. 35. — * Tract. de Libero arb.]

vo nutu, non alieno impulsu. Et: *Ubi quippe ne. essitas, jam non voluntas.*

¶ De Libertate a peccato, LOMBARDUS ait:* *Istam libertatem, quae est à peccato, illi soli [illegible], habent quos Filius per gratiam liberat & reparat · non ita, quod penitus sint sine peccato in hac mortali carne; sed ut eis peccatum non dominetur, neq; regnet.* Et haec est vera & bona libertas, *quae bonam parit servitutem, scilicet justitiae.*

¶ De Libertate a miseriâ, LOMBARDUS inquit.* *Est iterum libertas a miseriâ; de quâ Apostolus ait:*† Et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis. in libertatem gloriae filiorum Dei. *Hanc libertatem habuit homo ante peccatum, qui omni carebat miseriâ, & nullâ tangebatur molestiâ: & plenius habebit in futurâ beatitudine, ubi miser esse non poterit. Sed in hac vitâ, quae est inter primum peccatum, & ultimam confirmationem, nemo a miseria liber est quia poenâ peccati non caret.*

¶ De Libertate ad malum, LOMBARDUS ait:* *Est alia libertas non vera, mala servituti adjuncta, quae est ad malum faciendum. ubi ratio desentit a voluntate, judicans non esse faciendum quod voluntas ap[illegible]. Ad bonum verò faciendum, contra dat ratio voluntati [illegible] ideo ibi vera libertas est, & pia. De libertate autem ad malum, & [illegible] vitute mala ait Augustinus in Enchir. Servi addicto [illegible] quae potest esse libertas; nisi quando eum peccare delectat? [illegible] aliter enim [illegible] qui suo domino voluntatem libenter facit. ac per hoc, ad peccandum liber est, qui peccati servus est.*

¶ De corrupto arbitrio, inquit BERNHARDUS:* *Et tamen, interveniente peccato, patitur quandam vim & ipse, sed à voluntate, non à naturâ: ut nec sic quidem ingenitâ libertate privetur. Quod enim voluntarium & liberum. Et quidem peccato factum est ut corpus, quod corrumpitur aggravet animam: sed amore, non mole. Nam, quod surgere anima jam per se non potest, quae per se cadere potuit, voluntatis causâ est: quae corrupti corporis vitiato ac vitioso amore languescens [illegible], amorem pariter justitiae non admittit. Ita nescio quo pravo & miro modo ipsa sibi voluntas, peccato quidem in deterius mutata, necessitatem facit. ut nec ne[illegible] [illegible] cum voluntaria sit, excusare valeat voluntatem, nec voluntas a n[illegible] sit illecta, excludere necessitatem. [illegible] enim [illegible] quodammodo violenta. Est fatus ablis [illegible] quaedam · premendo blandiens, & blandiendo premens unde se se rea voluntas, ubi semel peccato consenserit, nec excutere jam per se, nec ex[illegible] de ratione queat · inde querula illa vox, veluti gementium sub onere necessitatis hujus: Domine, mquit, vim patior, responde pro me. Sed rursus sciens, quod non juste causaretur adversus Dominum. cum voluntas magis ipsius posita in causa foret, attende quid se[illegible] intulerit: Qui dicam, aut quid respondebit mihi; cum ipse fecerim? Premebatur jugo, non alio tamen, quam voluntariae cujusdam servitutis: & erat pro servitute quidem miserabilis, sed pro voluntate, inexcusabilis. Voluntas enim est, quae se, cum esset libera, servam fecit peccati. peccato assentiendo. voluntas nihilominus est, quae se sub peccato[illegible] met, voluntariè serviendo. Vide quid dicas, ait aliquis mihi. Tunc voluntarium dicis, quod jam necessarium constat esse? Verum quidem est, quod voluntas se ipsam addixerit: sed non ipsa se retinet, magis retinetur, & nolens. Bene ho: fatetur du qua retinetur. Sed vigilanter retine, voluntate retinet esse, quam retinere fatetur. Itaque voluntaria vole retinetur? Non utique voluntas retinetur non volens. Voluntas enim volens est; non nolentem. [illegible] si volens retinetur, ipsa se retinet. Quid ergo dicet, aut quid respondebit ei, cum ipsa fecerit? Quid fecit? Servam se secit [illegible] unde dictum est:*† Qui facit peccatum servus est peccati. *Propterea, cum peccavit, (peccavit autem, cum peccato obedire decrevit) servam se fecit. Sed si liberas, si non adhuc facit. Facit autem in eadem servitute se retinens. Neque enim non volens [illegible] tenetur voluntas enim est. Ergo, quia volens, servam [illegible] fecit: non modo fecit; sed facit. Merito proinde (quod [illegible] randum est) quum respondebit illi, cum ipsa fecerit, ipsa [illegible] Sed non me, inquam, decrevere facies necessitatem, [illegible] quam in memet ipso experior; intra quam & ad[illegible] [illegible] bi nam. quaeso, hanc necessitatem sentis? Nonne in voluntate [illegible] ergo parum firmiter vis, quod & necessario vis. Multum vis, quod nolle nequeas, nec multum obluctans. Porro, ubi voluntas; ibi libertas. Quod tamen dico de naturali, non de [illegible] quâ libertate (ut dicit Apostolus †) Christus nos liberavit. Nam de illâ idem ipse dicit:*† Ubi Spiritus Domini: ibi libertas. *Ita anima miro quodam & ne illo modo, sub hac voluntariâ quadam ac male liberâ necessitate & ancilla tenetur & libera: ancilla, propter necessitatem. libera. propter voluntatem: &, quod magis mirum magisque miserum est, tenea, quo libera eo que ancilla, quo rea ac per hoc eo ancilla quo libera. Miser ego homo, quis me liberabit ab calumniâ hujus pudendae servitutis? Miser, sed liber. Liber. quia homo · miser quia servus. Liber, quia similis Deo miser, quia contrarius Deo. O custos hominum, quare posuisti me contrarium tibi? Posuisti enim; cum non prohibuisti. Alioqui ipse me posui; [illegible] factus sum mihimet ipsi gravis. Justissime quidem. ut hostis tuus hostis sit & meus: & qui tibi repugnat. repugnet & mihi. Ego verò. qui tibi, ego, qui mihimet contrarius factus sum: atque in membris meis invenio, quod contradicat & menti meae. & legi tuae. Quis me liberabit de manibus meis? Non enim. quod volo hoc ago: sed me. non alio prohibente. Et quod odi, illud ago: sed me, non alio compellente. Atque utinam prohibitio hac, & [illegible] compulsio, ita esset violenta; ut non esset voluntaria! forsitan enim sic possem excusari. Nunc verò nulla ita ipsis voluntaria, ut tam violenta profectò enim sic possem corrigi. Nunc verò nullaque non exitus miseri patet: quem & voluntas, ut dixi, ut nec [illegible] et, & incarnigibilem necessitas facit. Quis me excipiet de manu peccatoris, & [illegible] manu contra legem agentis & iniqui? Quaerit quis, de quo querar? De me. Ego ille peccator, ille exlex, ille iniquus. Peccator, quia peccavi. exlex, quia voluntate persisto agere contra legem. Nam mea voluntas ipsa est lex in membris meis, legi divinae recalcitrans. Et quoniam [illegible] [illegible] mea [illegible] sic ut scriptum est:* Lex Dei ejus in corde ipsius, pe hoc *& mihi ipsi mea ipsam voluntas contraria invicatur [illegible] quod est iniquitas maxima. Cui enim non inimicus, qui mihi sui? Quis sibi nequam, an. cui bonus? Fateor; non sum bonus: quia non est in me bonum. Consolabor me tamen; quia & Sanctorum vox ista est:* Scio, quia non est in me bonum, inquit.* *Differunt tamen. quod dicit, In se; in carne sua, intepectans propter contradictoriam legem. quae in eâ est. Nam habet legem: & in mente sapie meliori. Aut non lex Dei bona? Quod si malam prober lege in malam; quomodo non propter bonam bonum? [illegible] mala fuisset. [illegible] in carne sua, & ideo de mala malum & [illegible] me bonum de bonâ? Non est ita. Lex Dei ejus in mente ipsius atque ita in mente. ut sit & mentem. Testis est ipse. qui ait:*† Invenio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae. *Nunquid sunt, quod carnis sua est? & [illegible] sum, quod mentis sua est? [illegible] & plus Quid ut di[illegible], quod ea dem ipse magnificat [illegible] [illegible] sensis legi Dei, carne autem legi peccati [illegible] evidenter ostendit; cum malum, quod [illegible] est, [illegible] alienum esse, ut dicat:*† Itaque jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. *Et ideo fortasse significanter aliam dixerit legem inventam in membris suis, quod alie[illegible] [illegible] & quasi adventitiam. reputaret. Unde & adhuc e[illegible] aliquid judeo amplius, haud temere quidem: Paulum vide[illegible] non jam malum. propter malum quod in carne habet, magis autem bonum, propter bonum quod in mente habet. At non bonus qui consensit legi Dei, quoniam bona est? Nam, etsi se [illegible] fatetur servire legi peccati: carne hoc facit, non mente. Cùm autem mente quidem serviat legi Dei, carne autem legi peccati: quid ad utrum potissimum Paulo imputandum putes, tu videris. Nam mihi facere facile persuasum, quod mentis, quam quod carnis est. plura ille: non solum mihi. sed & ipsi Paulo [illegible] dictum est, qui ait:* Si autem quod nolo, illud facio: jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. *Sed [illegible] ista sufficiant.* Item:* *Sed & voluntaria illi non [illegible] tas, & contraria [illegible] infirma in membris, (de quâ proxime [illegible] ratione disseruit) eidem incubat libertati: & liberam natura eruntam, per propriam ipsius voluntatem dum aliud, subjecit servituti, simplexue tem ipse ignominia ita ut vel carne serviat legi peccati. & nonvolens. Quia ergo natura innominatam, morum probitati defensare neglexit, ipso authore [illegible] factum est, non quidem ut libertate propria nudaretur, sed tamen superinduceretur, sicut diploide, confusione sua. Et bene, si ut diploide ubi veste velut duplicata, manente libertate. propter voluntatem, servilis nihilominus conversationis et tatem probat.*

LOMBARDUS inquit:* *Unde manifestum est, quod*

Marginal notes: * li. 2. dist. 25. · * Loc. eod. · * Rom. 8 v. 21. · * ibid. · * Serm. 81. super Cant. · * Gal. 5. v. 1. · * 2 Cor. 3 v. 17. · * Psal. 37. v. 31. · * Rom. 7. v. 18. · * ibid. v. 23. · * ibid. v. 20. · * Ser. 82. · * l. 2. dist. 25.

[illegible] pænaliores pro peccato [illegible], incurrit homo partim in corruptione, & depressione liberi arbitrii. Per illud namque peccatum naturalia bona in ipso homine corrupta sunt, & gratuita [illegible]. Hic est enim ille, qui a latronibus vulneratus est, & spoliatus. Vulneratus quidem in naturalibus bonis, quibus non est privatus: alioquin non posset fieri reparatio: spoliatus vero gratuitis, quæ per gratiam naturalibus addita fuerant. Hæc sunt data optima & dona perfecta: quorum alia sunt corrupta per peccatum, id est, naturalia, ut ingenium, memoria, intellectus: alia subtracta, id est, gratuita. Quanquam & naturalia ex gratia sunt: ad generalem quippe Dei gratiam pertinent. Sæpe tamen hujusmodi fit distinctio: cùm gratiæ vocabulum ad speciem, non ad genus refertur. Corrupta est ergo libertas arbitrii per peccatum; & ex parte perdita. Unde Augustinus in Enchir. Libero arbitrio male utens homo & se perdidit, & ipsum. Cum enim libero arbitrio peccaretur, victore peccato, amissum est & liberum arbitrium. A quo enim quis devictus est, huic servus addictus est. Ecce liberum arbitrium dicit hominem amisisse: non, quia post peccatum non habuerit liberum arbitrium, sed quia libertatem arbitrii perdidit: non quidem omnem; sed libertatem à miseria & a peccato. Item: Ex prædictis jam apparet, in quo per peccatum sit [illegible], vel corruptum liberum arbitrium: quia ante peccatum nulla erat homini difficultas, nullumque impedimentum de lege membrorum, ad bonum; nulla impulsio vel instigatio ad malum. Nunc autem per legem carnis ad bonum impeditur, & ad malum instigatur: ut non possit velle & perficere bonum, nisi per gratiam liberetur & adjuvetur quia (ut ait Apostolus) Peccatum habitat in carne. Liberum ergo arbitrium, cùm semper & in singulis sit liberum: non est tamen pariter liberum in bonis & in malis, & ad bona & ad mala. Liberius est enim in bonis, ubi liberatum est; quàm in malis, ubi liberatum non est. Et liberius est ad malum, quod per se potest; quam ad bonum, quod, nisi gratia liberetur & adjuvetur, non potest.

† de Prædest. & Lib. arb.

¶ De captivo arbitrio, HONORIUS inquit: † Nam ante peccatum est arbitrium in homine liberum. Postquam verò, bono postposito, malum, id est, peccatum, per consensum elegerit: jam non liberum; sed captivum erit. A quo enim quis vincitur, illius & servus efficitur. Verbigratiâ, si quis luxuriæ per liberum arbitrium se subdiderit; illius dæmonis servus protinus asscribitur, qui huic vitio præesse creditur. Sic de cæteris vitiis sentiendum. Itaque non jam per liberum arbitrium, quod vult, ei facere licebit; sed quod ille suggerit, cujus dominio se sponte subjugavit: nec arbitrium habet liberum, ut de se jugum ejus dominationis excutiat; nisi gratia Dei eum præveniat, ut bonum, quod sprevit, cupiat, & subsequatur, ut illud implere prævaleat. Itèm: Per liberum arbitrium, eos servos vitiorum, imò dæmonum probaverit.

* de Libero arb.

BERNHARDUS ait: * Sed & hoc aperte monstratum esse puto: quòd hæc ipsa tamen libertas tamdiu quodammodo captiva tenetur: quamdiu illam duæ aliæ libertates minime, aut minus plene, comitantur. nec aliunde noster ille defectus venit, de quo Apostolus: * Ut non quæcunque vultis, [illegible], illa faciatis.

* Gal. 5. v. 17.
† lib. 1.

PORTHO inquit: † Libertate arbitrii amissâ, ducti sumus in captivitatem.

* in Psal. 17.

¶ Unde sit liberum arbitrium ad bonum, docet HONORIUS: * Nota in-primis; gratia a Deo gratis, non ex meritis, hominem prævenit, ut ad bene volendum cooperetur ipse gratiæ, per pia actionis studium. Per hoc enim, quod dixit, Salvum me fecit, quoniam voluit me; gratiam ostendit. Per hoc autem, quod subjungit, Retribuet mihi Dominus, secundùm justitiam meam, liberum arbitrium per bonam voluntatem gratiæ consentiens, innuit. Per hoc vero, quod addit, Secundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi; cooperans studium exprimit.

† lib. de Confessione.

HUGO de S. Victore ait: † Velle non possum, nisi gratia Dei fuerit mecum. Nulla enim est humana industria sine Dei gratiâ. Ex quo primum homo peccavit: naturalitatem perdidimus pariter & arbitrii; sed non electionem: ne non esset [illegible]rum, in emendaremus peccatum. In nobis namque manet, ad acquirendam salutem, arbitrii nobilitas, & rationalis voluntas: ed admonente prius Deo, & invitante ad salutem; ut vel eligamus, vel sequamur, pote[illegible] nostræ est, divinæ adspirationi acquiescere & quæ ad salutem nostram pertinent eligere & sequi.

* Serm. 2. in Pentec.

BERNHARDUS inquit: * Quicquid boni in te inveneris, illi tribuas, a quo omne bonum est: sine quo, non parum aliquid, sed nihil omnino potes incipere; ne perficere dicam. Itèm: Sola misericordia est, quæ eos & prævenit, & perducit. Multum sibi de hac misericordia undique contraxerat puer Domini, cùm diceret: † Misericordia ejus præveniet me. & * Misericordia tua ante oculos meos est. & : † Misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ. & : * Qui me coronat in misericordiâ & miserationibus. Itèm: † Imò vero, qui mihi per os tuum ministras consilium; ipse mihi necesse est ministret per Spiritum suum adjutorium: quò valeam implere quod consulis. Ecce enim, jam ex ejus munere adjacet mihi velle; perficere autem non invenio. Sed nec aliquando me inventurum confido: nisi, qui dedit velle, det & perficere, pro bona voluntate. Et: A Deo igitur velle; quomodo & timere, quomodo & amare, accepimus in conditione naturæ: ut essemus aliqua creatura. Velle autem bonum; quomodo & timere Deum, quomodo & amare Deum, accepimus in visitatione gratiæ, ut simus Dei creatura. Creati quippe quodammodo nostri, in liberam voluntatem, quasi Dei efficimur, per bonam voluntatem. Porro bonam facit, qui liberam fecit: & ad hoc bonam, ut simus initium aliquod creaturæ ejus. quoniam expedit profectò nobis magis, omnino non fuisse, quam nostros permanere. Nam, qui voluerunt sui esse, utique sicut dii, scientes bonum & malum: facti sunt non tantùm sui, sed & Diaboli. Itaque libera voluntas nos facit nostros, mala, Diaboli, bona, Dei. Itèm: Sane Diabolo nostra non mancipat voluntas. Et: Ut ergo velle nostrum, quod ex libero arbitrio habemus, perfectum habeamus; duplici gratiæ munere indigemus: & vero videlicet sapere, quod est voluntatis ad bonum conversio, & pleno etiam posse, quod est ejusdem in bonum confirmatio. Et: Lapsus tamen [illegible] voluntate, non æque ex voluntate resurgere, jam liberum habet: quia, etsi datum fuit voluntati posse stare, ne caderet; non tamen et surgere si caderet. Non enim tam facile quis valet exire de fovea, quàm facile in eam labi. Cecidit sola voluntate homo in foveam peccati; sed non ex voluntate sufficit & posse resurgere: cum jam, etsi velit, non possit non-peccare. Et: Habet igitur homo necessarium, Dei virtutem & Dei sapientiam, Christum: qui ex eo quod sapientia est, verum ei sapere reinfundat, in restaurationem liberi consilii; & ex eo, quod virtus est, plenum posse restituat, in reparationem liberi complaciti: quatenus ex altero perfectè bonus, peccatum jam nesciat; ex altero plenè beatus nil adversum sentiat. Sed sanè ista perfectio in futura vita exspectetur: quando utique nunc amissa libertas, libero arbitrio plene restaurabitur: non quomodo justo cuivis, in hoc seculo, quantumcunque perfecto, non quomodo vel ipsis primis hominibus datum fuit, eas habere in paradiso: sed sicut jam nunc Angeli possident in cælo. Itèm: Non quidem, quod vel ipse consensus, in quo omne meritum consistit, ab ipso sit: cum nec cogitare (quod minus est, quam consentire) aliquid a nobis, quasi ex nobis, sufficientes simus. Verba sunt, non mea, sed Apostoli; qui omne, quod boni esse potest, id est, cogitare, & velle, & perficere pro bona voluntate, attribuit Deo; non suo arbitrio. Si ergo Deus tria hæc, hoc est, bonum cogitare, velle, perficere, operatur in nobis: primum profectò sine nobis; secundum nobiscum, tertium per nos facit. Siquidem, immittendo bonam cogitationem, nos prævenit: immutando etiam malam voluntatem, sibi per consensum jungit: ministrando & consensui facultatem, foris per apertum opus nostrum internus opifex innotescit. Sane ipsi nos prævenire nequaquam possumus. Qui autem bonum neminem invenit, neminem salvat, quem non prævenit. A Deo ergo, sine dubio, nostra salutis fit exordium; nec per nos utique, nec nobiscum. Verum consensus & opus, etsi non ex nobis, non jam tamen sine nobis. Itèm: Quid enim nostra aliud sonat, quam illud? * Ergo neque volentis, neque currentis; sed miserentis est Dei? Quod sanè non ideò dicit, quasi quis velle aut currere possit in vanum: sed quòd, is qui vult & currit, non in se, sed in eo, a quo accepit & velle, & currere, debeat gloriari. Denique ait: * Quid habes, quod non accepisti? Creatus, sanatus, salvatus, quid horum tibi ex te homo?

† Psal. 58. v. 11.
* Psal. 25. v. 3.
† Psal. 22. v. 6.
* Psal. 102. v. 4.
† de Lib. arb.
* Rom. 9. v. 16.
* 1. Cor. 4. v. 7.
† de Statu hom. inter. cap. 16.
* cap. 12.

RICHARDUS ait: † Liberum hominis arbitrium, quod ex se-ipso nihil boni potest incipere [illegible], quando & quantum voluerit ille, qui omnia potest. Quæ enim impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Incipit ergo posse ex divino adjutorio, quod non potest de [illegible] ipso: & quod jam non potest per naturam, accepit bonum posse per gratiam. Item: * Quam rectè laudandum dicitur (liberum arbitrium) quod per se-ipsum nunquam [illegible] qual[illegible] que [illegible] num moveri [illegible] id enim boni [illegible] ex se [illegible], quando [illegible] pote[illegible]. Dominus JESUS, nisi in [illegible]

vitæ auctor? [illegible] quidem movetur sæpe ad bonum; nunquam tamen nisi per Spiritum sanctum. Et: * Sicut corpus nihil potest sine vita sua, (id est, sine anima,) ita interior homo noster nihil bonum potest sine gratia divina. Gratia Dei, inquit Apostolus, † sum id, quod sum. Et Veritas ipsa dicit: * Sine me nihil potestis facere. Et: † Subtracta gratia & protectione divina, homo ad inimici suggestionem & quodcunque malum dejicitur: & semel dejectus, ad status rectitudinem, propria nunquam virtute revocatur. Et: Nullum boni operis germen potest homo ex se-ipso sine operante gratia, producere. & cum ex gratia operante habere [illegible] cœperit, per semet-ipsum omnino non poterit, sine ejus cooperatione, custodire. Item: † Nos si sine ejus adjutorio nitentes de nostris viribus præsumimus, frustra laboramus. Testatur hoc, qui in Evangelio sic loquitur: * Sine me nihil potestis. Item: Ipse operatur velle. Quid enim sine ipso per memet-ipsum potero; qui nec saltem dicere possum, Domine Jesu, nisi in Spiritu sancto? Ipse utique est qui operatur omnia in omnibus, dividens singulis prout vult. Veruntamen, in justificationis nostræ opus, voluntarium consensum requirit, qui dicit: † Si volueritis, & audieritis me; bona terræ comedetis. Libero arbitrio adscribitur, cum hoc opus propellitur ubi dicit: * Si populus meus audisset me, &c. Si enim homo in hujusmodi opere omnino nihil faceremus; frustra ejus adjutorium imploramus, falsoque eum adjutorem vocamus. Aliud est enim, facere; atque aliud, adjuvare. Quid enim est auxiliari, nisi operanti cooperari? Adjutorem enim habere, & in bono cooperatorem, intellexit, qui dixit: † Adjutor meus, & liberator meus esto, Domine; ne moreris. Quotidie ejus adjutorium quærimus; cum ei in quotidianis orationibus proclamamus: * Adjuva nos Deus salutaris noster. Patet ergo, quia hoc opus a duobus perficitur, in quo creaturæ suæ creator cooperatur. Opus itaque est, in hoc opere propria industria, & divina gratia. Frustra enim quispiam libero arbitrio innititur, nisi divino adjutorio fulciatur. Perficitur autem justificatio nostra, ex deliberatione propria & inspiratione divina. Sola enim justa velle, est jam justum velle. Ex sola siquidem voluntate recte justi vel injusti dicimur. quamvis ex opere in utrunque adjuvemur. Duobus autem modis nobis cooperatur Deus; interius videlicet & exterius.

Petrus Blesensis inquit: * Humana enim persuasio, sine gratia Dei, nihil aliud est, quam æs sonans, aut cymbalum tinniens. Ille solus donat os & sapientiam, qui dicit: † Sine me nihil potestis facere. Item: * Tu vero pariter, si in Deo volueris gloriari; non eris insipiens: & qui gloriatur, in Domino glorietur. Illam vero gloriam, quæ est testimonium conscientiæ tuæ, Deo, non tibi, adscribe. Quid enim habes, quod non accepisti?

Hildebertus ait: * Bonum tuum nihil aliud est, quam donum Dei. Quid enim habes, quod non accepisti? Et nos omnes (ait Evangelista †) de plenitudine ejus accepimus, de ejus scilicet plenitudine de quo & tu habes, ut sis, habes ut bona sis, habes etiam, ut melior esse possis, &c. Temporalia etiam & caduca dona sunt Domini Dei tui.

Lombardus ait: † Gratia Dei voluntatem hominis liberat & adjuvat: quæ voluntatem hominis præparat adjuvandam; & adjuvat præparatam.

¶ De reparato arbitrio, inquit Lombardus: * [illegible] nobis magis placet ut ipsa libertas arbitrii sit, & illa, qua quis liber est ad malum; & illa, qua quis liber est ad bonum faciendum. Ex causis enim variis, sortitur diversa vocabula. Dicitur enim libertas ad malum faciendum, antequam per gratiam sit reparata: sed cum per gratiam fuerit reparata, dicitur libertas ad bonum faciendum. quia ante gratiam, libera est voluntas ad malum: per gratiam vero libera fit ad bonum. Semper ergo voluntas hominis aliquo modo libera est; sed non semper bona est. Non enim est [illegible], nisi a peccato liberata: est tamen a necessitate libera. Unde [Augu]stinus in libro de Grat. & Libero arbitrio. Semper est in nobis [voluntas] libera est, sed non semper bona est. Aut enim libera est justi[tia, qua]ndo servit peccato, & tunc est mala: aut a peccato libera est, [quando] servit justitiæ, & tunc est bona.

¶ [illegible] liberum arbitrium non-renatum, Bernha[rdus] inquit: * Frustra glorietur de libertate arbitrii, [illegible] est. Captivus ducitur in legem peccati, quæ in carne est. Ite[m: †] Est enim anima sub se-ipsa, cum propriam sequitur voluntatem [lib]ertate perniciosa gaudens. Hic est filius ille prodi[gus], qui portionem paternæ substantiæ, quæ se contingebat, accepit [illegible] entium scilicet memoriam, vires corporis, cæteraque similia [illegible] naturæ: quibus non ad divinam, sed ad suam uteretur voluntatem; essetque tanquam sine Deo in hoc seculo. Item: * Caveamus autem a propria voluntate, tanquam a vipera pessima & nequissima; & quæ sola deinceps damnare possit animas nostras.

¶ De synergia Renatorum, inquit Honorius: * Quicquid Electi boni operantur, Deus in eis operatur; sicut scriptum est. † Deus operatur in nobis, & velle, & posse, pro bona voluntate. Si ergo Deus operatur, quæ merces hominibus imputatur? Et Deus operatur, & Electi operantur. Deus operatur, electos sua gratia præveniendo velle & subsequendo posse. Operantur ipsi per liberum arbitrium, consentiendo bona voluntate. Hæc bona voluntas in eis remuneratur; ut scriptum est: † Accepimus gratiam pro gratia. Gratiam accepimus, cum nos Deus prævenit, ut velimus; & subsequitur ut possimus. Pro hac gratia aliam gratiam dabit nobis, cum nos in gloria remunerabit.

¶ Deus permittit malos mala agere. Richardus de S. Victore: * Sed non est injustus Deus, eo quod malos mala agere permittit: quia justum est, ut, quibus dedit liberum arbitrium, illos contineat ad libitum. Injustum namque esset, si illis solum boni imponeret necessitatem, quibus in conditione, dono gratiæ, boni vel mali eligendi confert libertatem. In hoc enim creatura rationalis excellentem habet dignitatem, quod creatori non coactam; sed liberam exhibet servitutem. Placet ergo, quod sub ipso data ab ipso utimur arbitrii libertate: sed displicet, quod ea non ordinata illi repugnamus voluntatis pravitate. Nequaquam enim mala est arbitrii divinitus indita libera potestas; sed sub arbitrio orta perversa voluntas. Libertas a Deo donatur: creatura dono libertatis abutitur.

DE PECCATO.

Richardus ait: † Vitium, est ipsa infirmitas naturalis corruptionis: Peccatum vero, est ipsa prava assentatio tentantis infirmitatis. Vitium, est quasi quædam passio naturæ: Peccatum vero, est spontanea quædam actio industriæ. Vitium, est ipse appetitus mali, qui solet præcedere vel provocare consensum: Peccatum autem ipse est consensus mali, qui solet sæpe subsequi vel comitari appetitum. Profecto aliud est, pravum motum in corde sentire; atque aliud, pravo motui consentire. Quod pravum motum sentimus, vitium est: quod pravo motui consentimus, peccatum est. Vitium itaque est in sensu & in affectu. Peccatum est in solo consensu seu etiam affectu.

Rupertus inquit: * Peccatum est, quippiam, quod Domini lege prohibetur, fecisse. Delictum vero, quidlibet eorum, quæ [jub]entur, neglexisse.

Lombardus inquit: * Peccatum est, ut ait Augustinus omne dictum, vel factum, vel concupitum, quod fit contra legem Dei. Idem in libro de Duabus animabus: Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi, quod justitia vetat. In utraque assignatione, de actuali peccato agitur & mortali; non veniali. Ex prima descriptione ostenditur peccatum esse voluntas mala, sive locutio, sive operatio prava; id est, actus malus, tam interior, quam exterior. ex altera vero tantum ostenditur [e]sse actus interior. Voluntas enim, ut in superioribus dictum est, motus animi est: actus ergo interior est. Ambrosius quoque, in libro de Paradiso, ait: Quid est peccatum, nisi legis divinæ prævaricatio, & cœlestium præceptorum inobedientia? Ergo in prævaricante peccatum est: sed in mandante, culpa non est. Non enim consisteret peccatum, si interdictio non fuisset. Non consistente autem peccato: non solum malitia; sed etiam virtus fortasse non esset: quæ, nisi aliqua malitia fuissent semina, vel subsistere, vel eminere non posset. Ecce, prævaricationem legis & inobedientiam, definit Ambrosius esse peccatum. Item: Sane dici potest, & libere tradi debet; Peccatum esse actum malum, interiorem & exteriorem: scilicet malam cogitationem, locutionem, & operationem. Præcipue tamen in voluntate consistit peccatum: ex qua, tanquam ex arbore mala, procedunt opera mala, tanquam fructus mali. Item: Variam quoque appellationem habet. Dicitur enim Peccatum, etiam Delictum. Et Delictum fortasse est, (ut ait Augustinus, in Quæstionibus Levitici) declinare a bono: Peccatum est facere malum. Aliud enim est, declinare a bono, aliud, facere malum. Peccatum ergo est perpetratio mali, Delictum, desertio boni, quod & ipsum ostendit nomen.

Quid enim aliud sonat Delictum, nisi derelictum? & qui delinquit, quid derelinquit, nisi bonum? Unde delictum est, quo [*] *novanter fit: peccatum, quod scienter committitur. Indifferenter tamen & Peccatum nomine delicti, & Delictum nomine peccati appellatur.*

¶ HONORIUS sic distinguit: [* in Ps. 8.] *Octo sunt principalia vitia: superbia, invidia, inanis gloria, odium, tristitia, avaritia, gastrimargia, luxuria. Hæc sunt fontes omnium vitiorum.* Itèm: [* in Ps. 19.] *Septies justus in die cadit, aut surreptione, aut ignorantiâ, aut oblivione, aut sermone, aut necessitate, aut voluntate.*

BERNHARDUS ait: [* Serm. in fer. 3 de Pass.] *Primum quidem originale, secundum personale dixerim, tertium singulare.* Itèm: [† Serm. 10 in Ps. 91.] *Siquidem est considerare homines, in quibus peccatum non modo habitat, sed & regnat: nec jam proximum magis, aut magis intimum posse esse videtur, nisi forte cum sic dominabitur eis, ut nullo modo deinceps valeat non-dominari. Est autem & alios invenire, in quibus quidem adhuc manet peccatum, sed jam non dominatur aut prævalet in eis: evulsum quodammodo, nec-dum tamen expulsum: dejectum, sed non prorsus ejectum.*

RICHARDUS inquit: [* de Statu inter. hom. cap. 5.] *Peccata alia sunt, quæ incidimus per infirmitatem; alia quæ incurrimus per errorem; alia quæ committimus per solam iniquitatem. &c. Qui peccant ex infirmitate vel ignorantiâ, sicut aliquam excusationem habent in culpâ, sic aliquid remissionis habere debent in pœnâ. Rectè autem eo, qui peccat in Spiritum sanctum, non remittitur, nec in hoc seculo nec in futuro: quia, qui per malitiam peccat si in præsenti pœnitet, rectè ab eo exigitur plena satisfactio, non-pœnitenti verò datur plena damnatio in futuro.*

RUPERTUS: [† lib. 13. in Apoc. c. 22.] *Tribus modis peccatur; ignorantia, infirmitate & superbiâ. Si per ignorantiam peccatur; & Deus hoc prævidet, quia cognita veritate sit corrigendum, quisquis ille est: subvenit ignoranti Deus, ut id, quod verum est, cognoscat homo ignorans & errorans.*

LOMBARDUS ait: [* lib. 2. dist. 42.] *Modi autem peccatorum, variam in Scriptura habent distinctionem: in quâ dicitur peccatum duobus modis committi; scilicet cupiditate, & timore.* Itèm: *Alibi verò dicitur peccatum fieri tribus modis, scilicet cogitatu, verbo, & opere.*

¶ Unde sit peccatum, PETRUS ALPHONSUS: [* Tit. 9.] *Quoniam Deus eum talem creavit: cùm hoc vidisset Diabolus, qui in hoc aere inferiori prope terram habitat; invidit, & ejus dominationem, prout potuit, perquisivit: quem &, ut Dei præceptum transiret, & de fructu vetito comederet, cordi ejus inspiravit, propter hoc, ut de dignitate sua concideret, quemadmodum & ipse concidit.*

BERENGOSIUS: [† lib. 1. de Invent. Crucis c. 1.] *Hominem propria voluntatis arbitrium à Deo devisit.*

HONORIUS: [* in Ps. 1.] *Genus humanum, per Adam in miseriam lapsum, per Christum ad gloriam reparatum est.*

RUPERTUS inquit: [* lib. 5. in Iob c. 5.] *Angelica natura malum potuit facere, & fecit: & humana natura malum potuit facere, & fecit.* Et: [† lib. 3 in Ioh. c. 3.] *Diabolus primum hominem per Serpentem decepit: quibus serpentis morsibus plagatum est genus humanum.* Et: [* Lib. in Ioh.] *Primi parentes nostri, & primi intrinsecus invisibiliter corrupti spiritu Diaboli, contra creatorem suum intumuerunt: & deinde per Serpentem persuasi, visibili quoque cibo perierunt.* Et: [* lib. 8. in Apoc. c. 13.] *De primis hominibus ferè omnes idem sentimus; quia nisi primi intus per superbiam periissent, nisi charitatem veritatis reliquissent; non tam facile foris tentati cecidissent; non tam citò prodigioso Serpentis, bruti animantis, colloquio se-se inclinarent, aut promissionibus crederent.* Et: [* lib. 6. de Glor. Trin. cap. 19.] *Primus homo excidens, amisit gloriam similitudinis Dei, tali ordine: ut amitteret charitatem, non teneret spem, non haberet fidem.* Et: [† lib. 11 de Div. offic. cap. 18.] *Sciendum, quia, priusquam per Serpentem Diabolus, de vetito ligno comedere, mulierem persuaderet, uterque (scilicet vir & mulier) occultâ ejusdem hostis inspiratione appetiverant, esse, sicut dii. Nemo enim, nisi id, quod sentit, appetit, pro fructu repromittit aliquo operis.*

BERNHARDUS ait: [* Serm. 1. de Advent. Dom.] *Unde & protinus invidens homini quam conceperat in semet-ipso in eo peperit iniquitatem; suadens ut lignum vetitum gustans, fieret sicut Deus, sciens bonum & malum.* Et: [* Serm. 2. in octava Pasch.] *In primo homine peccavimus omnes: in ipso etiam cecidimus universi. Cecidimus sane in carcerem, luto pariter & lapidibus plenum. Exinde jacebamus captivi, inquinati, conquassati: donec venit desideratus Gentibus, qui nos redimeret, ablueret, adjuvaret.* Et: [* Serm. 10. in Ps. 91.] *Constat sanè, ab initio non fuisse sic: sed in parentibus primis, ante primam illam mandati prævaricationem, non modo non regnasse peccatum, sed nec fuisse quidem. Attamen quodammodo jam-tunc propè illis fuisse videtur; quod tam facile persuasum est, quod tam festinanter intravit. Quid verò aliud admonebat, quam & ipsam quoque peccati pœnam, etsi necdum inesse corporibus; jam tamen velut pro foribus esse: qui dixit;* [* Gen. 2. v. 17] *In quacunque die comederitis de ligno scientiæ boni & mali, morte moriemini.* Itèm: [† Serm. de Quad.] *Inobedientia est causa mortis: omnes experimur, omnes morimur propter eam.* Et: [* Serm. de Dupl. Bapt.] *Denique primos parentes, non ursus aut leo; sed potius serpens, callidior utique, non fortior cæteris animantibus, supplantavit. Nec mulierem vir; sed mulier virum. Serpens, ô Eva, decepit te: decepit profecto, non impulit aut coëgit. Mulier tibi, ô Adam, de ligno dedit: sed offerendo utique; non violentiam inferendo. Neque enim potestate illius; sed tuâ factum est voluntate, ut ejus voci plùs obedires, quam divinæ.* Et: [* Serm. 27 parv.] *Adam (sicut ait Apostolus* [† 1. Tim. 2. v. 14.]*, non est seductus: mulier autem seducta, in prævaricatione fuit. Illa per ignorantiam, iste peccavit per infirmitatem. Peccavit autem, nimis diligendo uxorem: non quia ejus voluntatem fecit; sed quia eam voluntati prætulit divinæ. Unde & à Domino ei dictum est:* [* Gen. 3. v. 17.] Pro eo, quòd obedivisti voci uxoris tuæ plus, quam meæ, maledicta terra in opere tuo. *Justum quippe erat, ut illius magis voluntatem faceret, cui plus debebat. Quis verò ambigat, plus eum debere conditori quam uxori? Siquidem uxori erat adstrictus tantùm per amorem; Deo autem per timorem simul & amorem. Plus ergo debuerunt valere duo vincula, ad tenendum eum erga Dei præceptum, quam unum tantùm, erga conjugis affectum.* Et: [* in Sentent.] *Motus & titillatio carnis nostræ, tribus ex causis contingit. Ex præcedenti cogitatione: cùm formas & imagines illicitas intus trahentes, in earum retractatione turpiter commovemur. Ex ventris plenitudine: quia, cùm venter ciborum cumulositate distenditur, caro lasciviens ad motum luxuriæ concitatur. Ex maligni spiritus impugnatione: quia, quos justos superare se minime posse considerat; eos per carnis titillationem gravius impugnat.*

PETRUS LOMBARDUS ait: [† lib. 2. dist. 21.] *Videns igitur Diabolus, hominem per obedientiæ humilitatem posse ascendere, unde ipse per superbiam corruerat; invidit ei: & qui priùs per superbiam Diabolus fuerat, id est, deorsum-lapsus, zelo invidiæ factus est Satan, id est, adversarius. Unde & mulierem tentavit, in qua minus quam in viro, rationem vigere novit. Ejus enim malitia, ad tentandum virtutem timida, humanam naturam in ea parte ubi debilior videbatur, aggressa est: ut, si forte illic aliquatenus prævaleret; postmodum fiducialius ad alteram, quæ robustior fuit, pulsandam, vel potius subvertendam accederet. Primum ergo solitariam fœminam exploravit: ut in ea primum omnem suæ tentationis vim experiretur.*

PETRUS CANTOR: [* cap. 14.] *Quo scilicet dolo cecidit primus homo, cujus radix in posteritate ejus manet: eò quod adulanti Diabolo consenserit, cum ait sub palliato fine consilii:* [† Gen. 3. v. 5.] Quocunque die comederitis, eritis sicut dii. *Hoc dolo extollitur diabolica superbia in homine, ut præsumendo de se dicat:* [* Esai. 14. v. 13. 14.] Ascendam in cœlum, ponamque sedem meam ad Aquilonem, & ero similis Altissimo.

JOHANNES SALISBERIENSIS ait: [* Lib. 2. c. 20.] *Neque enim homo non peccare non poterat, quia eum Deus præneverat peccaturum: aut quia ille non-peccare poterat, eum peccaturũ Dominus ignorabat. Neque non-mori posse nesciebat, eo quòd erat peccati merito moriturus: neque enim mori necesse erat; quoniam hoc Dominum præsciebat. Factus est igitur quodammodò immortalis, procul dubio moriturus: & mortem culpa attulit; quam natura conditio non invexit. Essetque ab eâ immortalitate, quâ non-mori poterat, in eam quæ mori non posset transferendus: nisi culpa inobedientiæ, præcisa justitiæ lenitâ, tanta gloria aditum pro tempore præclusisset. Itaque peccare & non-peccare potuit, merâ præditus libertate arbitrii: quia nulla dispositionis violentiâ, nulla aliorum impulsu, nullo conditionis stimulo, nullo adhuc naturæ defectu, urgebatur ad culpam; quæ indubitata parens pœnæ hominem sponte-lapsum impegit in mortem. Verùm, quia in injustitiâ frena laxavit arbitrio, sic in eâ oppressum & obrutum jacet: ut justo Dei judicio, quia tunc noluit abstinere cum potuit, nunc non possit abstinere, cum velit. In eo tamen solo adhuc ei liberum viget arbitrium;*

ut sibi

ut sibi ad opus iniquitatis sufficiat: etsi ad bonū non, nisi gratiâ præventus & adjutus, assurgat. Sic justitiam per se deserens, traductus est in regnum peccati & mortis: ut jugo servitutis pressus, necessitati delinquendi & moriendi subjaceat. quámvis hoc non fatorum sorte; sed prævaricationis meritum, introducat.

¶ De causâ lapsûs, LOMBARDUS inquit: * *Quidam putant, quādam elationem in animo hominis præcessisse, ex qua Diaboli suggestioni consenserit.* Itèm: *Non dejiceretur homo in actum illum peccati, ut scilicet lignum vetitum ederet, & in has miserias, per tentationem Diaboli: nisi elatio comprimenda præcessisset, non utiq; tentationem, sed opus peccati. Talis enim fuit ordo & processus. Diabolus tentando dixit,* † Si comederitis, eritis sicut Dii, scientes bonum & malum. *quo audito, statim menti mulieris surrepsit elatio quædam, & amor propriæ potestatis: ex quo placuit ei facere, quod Diabolus suadebat; & utiq; fecit. Suggestione igitur peccavit; quia tentatio præcessit: ex qua in mente ejus orta est elatio, quam peccatum operis secutum est, & pœna peccati.*

* lib. 2. dist. 22.
† Gen. 3. v. 5.

¶ Cur Deus hominem passus sit labi, LOMBARDUS ait: * *Præterea quæri solet, cur Deus hominem tentari permiserit, quem decipiendum fore præsciebat? Sed non esset laudabile homini, si ideò bene vivere posset, quia nemo male vivere suaderet: cùm in naturâ posse, & in potestate haberet velle, non-consentire suadenti, Deo juvante: & est gloriosius, non-consentire, quam tētari non-posse. Moventur etiam quidam, dicentes: Cur creavit Deus, quos futuros malos præsciebat? Quia prævidit, quid boni de malis eorum esset facturus. Sic enim eos fecit, ut relinqueret eis, unde aliquid facerent: & si culpabiliter aliquid facerent; illum de se laudabiliter operantem invenirent. A se habent voluntatem malam; ab illo naturam bonam, & justam pœnam. Frustra ergo dicitur; Non deberet Deus creare, quos præsciebat malos futuros. sciebat enim bonis profuturos; & justè pro malâ voluntate puniendos. Addunt etiam, talem hominem debere facere, qui nollet omninò peccare. Concedimus quidem, meliorem naturam esse, quæ omninò peccare nollet. Concedant & ipsi, non esse malam, quæ talis facta est, ut posset non-peccare, si vellet: & justè punitam, quia voluntate, non necessitate peccavit. Cùm ergo hæc bona sit, illa melior: cur non utramq; faceret; ut uberius laudaretur de utraq;? Illa enim de sanctis angelis, hæc de hominibus est. Itèm inquiunt: Si Deus vellet, & illi boni essent. Et hoc quidem concedimus: sed melius voluit, ut, quod vellent, essent: & boni quidem non infructuosè, mali verò non impunè essent. Item inquiunt: Posset Deus voluntatem eorum vertere in bonum; quia omnipotens est. Posset reverà. Cur non fecit? Quia noluit. Cur noluit? Ipse novit. Non debemus plus sapere, quam oportet.*

* lib. 2. dist. 23.

¶ Peccatum non esse à Deo, RUPERTUS ait: * *Primò omnium de creatore Deo sentiendum est: videlicet quòd voluntate ejus, nec angelus, nec homo, perierit, & non de utero ejus glaciei egressa sit; vel gelu de cœlo sic genuerit: ut vel malam creaturam creaverit; vel bonam naturam, prior ipse relinquendo, in malam demutarit.*

* lib. 2. in Gen. c. 15.

BERNHARDUS: * *Aliena ab utrisq; prima creatio: quia, sicut nec culpam; ità nec pœnam Deus fecit. Quod de eâ, quæ major est omnium, morte videlicet, apertè Scriptura testatur:* † Invidiâ Diaboli mors introivit in orbem terrarum. *Et in alio loco:* * Deus mortem non fecit.

* Serm. 4. de duobus mensibus.
† Sap. 2. v. 24.
* Sap. 1. v. 13.

LOMBARDUS ait: † *Voluntas, in quantum vitiosa est, non est à Deo: & in quantum vitiosa est, peccatum est: & peccatum est, ut ajunt, in quantum non habet ordinem, nec finem debitum. Ita & actio, in quantum ex malo procedit, & ordinem non habet, & ad malum tendit.* Itèm: † *Rectè opponitur, quia dicunt, Deum non esse authorem eorum, quæ mala sunt, in quantum mala sunt, sed in quantum sunt: & in quantum mala sunt, dicunt ea nihil esse.*

† l. 2. dist. 35.
† dist. 37.

¶ De Peccato Adæ, PETRUS ALPHONSUS ait: † *Peccatum Adæ duplex fuit, spirituale scilicet, & corporale. Spirituale quidem, quia Diabolo potiùs, quam Deo credere (quod ad spiritum pertinet) & obedire elegit. Corporale autem, quia se in vetiti fructûs dulcedine (quod scilicet est corporis) delectavit. Ideo sanè mortem carnis & mortem animæ, pœnam scilicet duplicem, ipse sustinuit.*

† Tit. 10.

LOMBARDUS ait: * *Plus enim videtur peccâsse mulier, [illegible] voluit usurpare divinitatis æqualitatem; & nimiâ præsumptione elata, credidit [illegible] esse futurum. Adam verò nec illud credidit & de pœnitentia & Dei misericordiâ cogitavit: dum uxori morem gerens, ejus persuasioni consensit, nolens eam contristare, & à se alienatam relinquere, ne periret; arbitrans, illud esse veniale, non mortale delictum.*

* lib. 2. dist. 22.

¶ Non ex necessitate peccâsse hominem, HUGO HETERIANUS docet: * *Si homo peccaret ex necessitate; nequaquam dedisset per Moysen Deus leges suppliciorum: neque qui sortiti sunt principatum, si fati aut naturæ necessitate homines compellerentur delinquere, acerbissimis eos cruciatibus destinarent. Sub appetitu hominis igitur, vitam & mortem posuit Medicus animarum. Hinc est, quòd nolentium medelam recipere voluntatem minimè cogit: principem enim & sui juris rationalem naturam condidit. Instructionibus, legibus, à malis prohibet; ad potiora exhortatur: sed invitum neminem cogit; ne legem naturæ conquasset. Unde per Prophetam clamat:* † Si volueritis, & audieritis me; bona terræ comedetis. *Et iterum:* * Discite bene facere. *Et David:* † Venite filii, audite me; timorem Domini docebo vos. *& quamplura his similia inveniuntur.*

* de Regressu anim. cap. 2.
† Esai. 1. v. 19.
* vers. 17.
† Psal. 34. v. 12.

¶ Quomodo primum peccatum fuerit commissum, PETRUS ALPHONSUS ait: † *Cùm ergo creatoris obedientiam transire cordi eius immisit, sub eo cogitavit: postquam verò cogitavit, elegit: postquam elegit, optavit: postquam optavit, & fecit: cum autem fecit, peccavit: postquam verò peccavit, æqualitatem, quam habebat, & sic immortalitatem, amisit; & omninò, ut compositorum natura est, mortalitatem suscepit, ita quod ulteriùs ab ea separari non potuit. unde & hujusmodi definitionem recepit, quod rationalis & mortalis dictus fuit. Quia & omnes, qui de ejus semine processit, naturam eandem & ipsi habuit.*

† Tit. 10.

LOMBARDUS inquit: * *Tribus modis hominem tentavit: scilicet gulâ in persuasione cibi, cùm dixit:* † In quacunque die comederitis. *Inani gloria, in promissione deitatis, cùm dixit:* Eritis sicut dii. *Avaritiâ in promissione scientiæ; cùm dixit:* Scientes bonum & malum. *Gula, est immoderata cibi aviditas. Vana gloria, amor propriæ excellentiæ. Avaritia, immoderata habendi cupiditas: quæ non est tantum pecuniæ; sed etiam altitudinis & scientiæ, cùm supra modum sublimitas ambitur.* Itèm: *Porrò sciendum est, duas esse species tentationis; interiorem scilicet, & exteriorem. Exterior tentatio est, quando nobis extrinsecus malum visibiliter suggeritur, verbo vel signo aliquo; ut ille, cui fit, ad consensum peccati declinet: & talis tentatio tantùm fit ab adversario. Interior verò tentatio est, quando invisibiliter malum nobis intrinsecus suggeritur: & hæc tentatio aliquando fit ab hoste; aliquando à carne. Nam & Diabolus invisibiliter mala suggerit: & ex carnis corruptione, exoriuntur motus illiciti, & titillatio prava. Ideoq; tentatio, quæ ex carne est, non fit sine peccato: quæ autem est ab hoste, nisi ei consentiatur, non habet peccatum; sed est materia exercendæ virtutis. Tentatio autem carnis interior difficiliùs vincitur: quia interiùs oppugnans, de nostro contra nos roboratur. Homo ergo, qui solâ exteriore tentatione pulsatus cecidit, tantò graviùs plectendus erat; quantò leviori impulsu fuerat prostratus. Et tamen, quia aliquam, licet modicam, cadendi occasionem habuit; ideirco per gratiam juvari potuit ad veniam: ut, qui per alium ceciderat, per alium erigeretur. Qui ergo incitatorem habuit ad malum; non injustè reparatorem habuit ad bonum. Diabolus verò, quia sine alicujus tentatione peccavit, per alium, ut surgeret, juvari non debuit; nec per se potuit: & ideò irremediabile ejus peccatum exstitit. Peccatum verò hominis, sicut per alium habuit initium; ità per alium non incongruè habuit remedium.* Et: * *Solet quæri; utrùm illa talis elatio, & amor propriæ potestatis, in viro fuerit, sicut in muliere? Ad quod dicimus: Quia Adam non fuit seductus eo modo, quo mulier. Non enim putavit esse verum, quod Diabolus suggerebat. In eo tamen fuisse seductum, credi potest: quod commissum veniale putaverit, quod peremtorium erat. Sed nec prior seductus fuit; nec in eo, quo mulier: ut crederet, Deum illud lignum ideò tangere prohibuisse; quoniam, si tangerent, fierent sicut Dii. Verumtamen prævaricator fuit Adam: ut testatur Apostolus. Poterat enim aliqua elatio mentis ejus inesse, aliquò post tentationem, ex quâ voluit lignum vetitum experiri: cùm mulierem non videret mortuam, escâ illa perceptâ.*

* l. 2. dist. 21.
† Gen. 3. v. 5.
* dist. 22.

¶ Ubi peccârit homo, RUPERTUS ait: * *Primus Adam in horto, (scilicet in paradiso, qui interpretatur hortus) inobediens inventus; imò à Serpente circumventus est. Secundus Adam autem obediens inventus.*

* lib. 13. in Joh. cap. 18.

BERNHARDUS ait: † *Nusquam est securitas, fratres: neq; in cœlo, neq; in paradiso, multò minus in mundo. In cœlo enim cecidit angelus, sub præsentiâ divinitatis: Adam in paradiso, de loco voluptatis: Judas in mundo, de scholâ Salvatoris.*

† Serm. de l. quo. Jo. [illegible]

¶ De

¶ De pœnis Lapsûs, RUPERTUS inquit: † *Deus peccantem primum hominem juste privavit gloriâ paradisi; nihilq; dabimus cunctus.* Itèm: * *Primus homo spiritum fortitudinis, quo incessit, perdiderat, destitutus omni præsidio: Spiritum scientiæ, quo similiter abundavit, primus homo perdidit; dum plus scire appetivit: Spiritum pietatis quo omninò plenus, amisit: Spiritum timoris Domini, requiescentem super illum, à se repulit primus homo.* Et: * *Omnes homines, per unum hominem, mortui in animâ, mortales, & quotidie morientes in corpore, & utroq; æternâ digna nascuntur condemnatione. Ab istâ duplici morte, per gratiam Dei salvantur.* Et: † *Primi parentes nostri, & prius æternâ morte animæ intrinsecus mortui sunt: & deinde morte quoq; corporis extrinsecùs mortui sunt.* Et: * *Peccante Adam, in quo omnes peccaverunt, omnes nihilominus in eo duplici stola, scilicet corporis & animæ felicitate spoliati sunt.* Et: † *Primus Adam propositam Dei contempsit similitudinem, perdendo fidem, amittendo spem, non-habendo charitatē. Fidem quippe perdidit, qui Serpenti magis, quam Deo credidit.*

HILDEBERTUS: * *Primus Parens in paradiso dives; extra paradisum pauper. Primus Parens, liber ante culpam, servus post culpam. Magna hujus divitia, quia abundavit omnibus, quæ voluit; quamdiu voluit, quæ Deus jussit. Vera hujus libertas, quia sub solo Dei fuit dominio, quamdiu bene usus est libero arbitrio. Ubi autem voluit, quod Deus noluit, dives eguit; liber servivit. Eguit Medico; servivit peccato. Ex-tunc pro gloria sortitus est ignominiam; pro tranquillitate sollicitudinem; pro colloquio Angelorum, murmur & tumultum vitiorum. Ex-tunc fecit illum Princeps hujus Mundi regnum suum, fortis armatus atrium suum, pater tenebrarum obcæcatum suum.*

LOMBARDUS ait: † *Cùm igitur in hoc omnes consentiāt Catholici tractatores; scilicet, quod Deus non est autor malorum: cavendum est tamen, ne Malorum nomine pœnas, sicut peccata generaliter includas. Pœnarum enim Deus autor est; sicut ipse per Prophetam ait:* * Non est malū in civitate, quod Dominus non fecerit. *Item alibi ex persona suâ ait:* † Ego sum Deus, creans malū, & faciens bonū. *Ecce hic dicitur creâsse & fecisse malū, sed Mali nomine, pœna intelligitur; nō peccatū. Sicut è cōverso, cùm dicitur, Deus nō est autor malorū; nomine Mali, peccata intelliguntur.*

BERNHARDUS: * *Si enim peccati cogitatio decolorat; affectio vulnerat; sic consensus omninò animā necat.* Itèm: † *Peccatū quippe præcessit, ut sequeretur mors, quod sane si cavisset homo, mortē non gustasset in æternū. Peccando itaq; vitā amisit, & mortem invenit, quoniā quidem & Deus ita prædixerat: & justum profectò erat, ut, si peccaret homo, moreretur. Quid namq; justius poterat, quam recipere talionem? Vita siquidem Deus animæ est, ipsa corporis. Peccando voluntariè volens perdidit vivere, nolens perdat & vivificare. Sponte repulit vitā, cùm vivere noluit: non valeat eam dare, cui vel quatenus voluerit. Noluit anima regi à Deo: non queat regere corpus. Si non paret superiori; inferiori cur imperet? Invenit cōditor suā sibi rebellem creaturam: inveniat anima suam sibi rebellem pedissequam. Transgressor inventus est homo divinæ legis: inveniat ipse aliam legem in membris suis, repugnātem legi mentis suæ, & captivantem se in legem peccati. Porrò peccatum (ut scriptū est) separat inter nos & Deum: separet proinde etiam mors inter corpus nostrum & nos. Non potuit dividi à Deo anima, nisi peccando: nec corpus ab ipsa, nisi moriendo. Quid itaq; austerius pertulit in ultione, id solum passa à subdito, quod præsumserat in authorem? Nil profectò congruentius, quam ut mors operata sit mortem, spiritualis corporalem, culpabilis pœnalem, voluntaria necessariam.* Itèm: * *Si vidisti hominem scalpere manus, & usq; ad sanguinem confricare; evidētem habes in eo similitudinem animæ peccantis expressam. Cedit siquidem voluptas illa dolori; & succedit pruritui cruciatus. Neq; id ignorabat, sed dissimulabat ille, dū scalperet.* Itèm: † *Peccatum, quod mors animæ est, nec compunctionis mihi sensum, nec confessionis reliquerat vocem; & eram mortuus.*

PETRUS CLUNIACENSIS: † *Quòd plurima & preciosa corporis nostri membra, peccatis nostris hoc promerentibus, judicii divini gladius amputavit.*

¶ De incrementis Peccati, inquit RUPERTUS: * *Tria sunt incrementa peccati, quæ in hominibus tandem justum consequitur judicium Dei. Primum, iniquitatem mente concepisse: deinde ipsam iniquitatem non semel aut uno actu; sed multiplicitet, adimplesse: deinde opera iniquitatis defendendo peccare.*

¶ Quòd peccata non lateant, BERNHARDUS ait: * *Parietes, inquis, sunt undiq;, quis me videt? Esto nemo te videat: non tamē nullus. Videt te angelus malus: videt te angelus bonus: videt & bonis & malis major angelis, Deus. Videt accusator: videt testium multitudo: videt & ipse judex, cujus te oportet assistere tribunali: sub cujus sanè oculis velle delinquere, tam insanum, quàm horrendum incidere in manus Dei viventis. Noli esse securus: latent insidiæ, quas latère non possis. Latent, inquam, insidiæ, quas ut deprehendere ipse non potes, sic non potes ipse non-deprehendi. Audis planè qui plantavit aurem: & qui finxit oculum, ipse considerat. Non illius Solis arcet radios maceria lapidum, quos ipse creavit: non vel ipse corporis hujus paries, veritatis excludit adspectum. Nuda sunt ejus oculis omnia: penetrabilior est ancipiti gladio. Ipsas quoq; non modò cernit; sed & discernit cogitationum vias, & medullas affectionum.*

¶ Peccatum non esse substantiam, LOMBARDUS docet: † *Abstinere à cibo, non est aliqua substantia: tamen substantia corporis, si omninò abstinetur à cibo, languescit & fatigatur. Sic non est substantia peccatum: eo tamen natura animæ corrumpitur.* Itèm: * *Substantia intelligitur illud, quod sumus, quicquid sumus. Homo, pecus, terra, sol; omnia ista substantiæ sunt: & eo-ipso, quo sunt, natura ipsa substantia dicuntur. Nam quod nulla est substantia, nihil omninò est. Substantia ergo est, aliquid esse. Deus fecit hominem substantiam: sed per iniquitatem lapsus est homo à substantia, in quā factus est. Iniquitas ipsa quippe non est substantia. Non enim iniquitas est natura, quam Deus formavit: sed iniquitas est perversio, quam fecit homo. Natura omnes per ipsum facta sunt. Iniquitas per ipsum non facta est: quia iniquitas non est substantia. In Hymno trium Puerorum, universa creatura laudans Deum commemoratur. Laudant enim omnia Deum sed quæ fecit Deus. Laudat ibi Serpens Deum: sed non avaritia. Omnia reptilia ibi nominata sunt: sed non aliqua vitia. Vitia enim ex nobis, & ex nostrâ voluntate habemus: at vitia non sunt substantia.*

¶ Peccata non plenè tolli, nisi morte, BERNHARDUS docet: * *Audistis de quodam, quem Dominus curavit à dæmonio, quoniam collidens & multùm discerpens eum dæmon exivit ab illo. Itaq; dico vobis, genus illud peccati, quod toties conturbat nos (concupiscentias loquor, & desideria mala) reprimi quidem debet, & potest per gratiam Dei: ut non regnet in nobis, nec demus membra nostra arma iniquitatis peccato: & sic nulla damnatio est his qui sunt in Christo JESU. Sed non ejicitur, nisi in morte: quando discerpitur, ut anima separetur à corpore.*

De originali peccato.

LOMBARDUS ait: † *Ex quibus etiam innotescit, quare dicatur originale peccatum: ideò scilicet, quia ex vitiosa lege originis nostræ, in quâ concipimur, scilicet carnis libidinosâ concupiscentia, traducitur.*

Quid sit, BERNHARDUS docet: † *Originale quidem maximum illud delictum vocatur, quod à primo Adam contrahimus; in quo peccavimus omnes: pro quo morimur universi. Maximum planè, quod sic totum, non modò genus humanum, sed & quemlibet ipsius generis, occupat: ut non sit, qui evadat, non sit, usque ad unum. A primo homine usque ad novissimum protenditur: & in singulis quoque, à plantâ pedis usque ad verticem, diffunditur hoc venenum. Sed & aliter nihilominus in universam dilatatur ætatem: ab eâ scilicet die, quâ sua quemque concipit; usq; ad eam, quâ communis eum recipit mater. Alioquin unde grave jugum super omnes & totos filios Adam; idq; à die exitûs de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium? In sordibus generamur; in tenebris confovemur; in doloribus parturimur. Ante exitum, miseras oneramus matres: in exitu, more vipereo laceramus; mirum, quod non ipsi pariter laceramur. Primam vocem plorationis edimus: meritò quidē, ut pote vallem plorationis ingressi, ut nobis illud sancti Job ex omni parte possit aptari:* * Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis.

LOMBARDUS inquit: * *Est & illud peccatum originale (ut aperte Augustinus testatur) quod per Adam transivit in omnes, per ejus carnem unitam concupiscentialiter generatos.* Itèm: *Ex his datur intelligi, quid sit originale peccatum: scilicet vitium concupiscentiæ, quod in omnes concupiscentialiter natos per Adam intravit, eosq; vitiavit.*

¶ Unde sit, RUPERTUS ait: * *Peccatum generandi naturam non abstulit, sed generationis instrumenta corrupit, & generi*

horrorem

honorem eripuit. Item: * Quia uterque, scilicet masculus & femina prævaricator, & uterque Adam (id est, homo) est, recte is, qui nascitur, & moritur, & in Ada mori dicitur: quia videlicet hæreditate vitæ, quam parens uterque juste perdidit, filius juste privatur.

BERNHARDUS inquit: * Neque enim dubium, quin à primis parentibus in nos traducta sit lex ista peccati. Omnes siquidem in peccatrice voluptate generamur. propterea, licet inviti, illecebros quosdam motus concupiscentiarum, & tanquam bestiales, sentimus. Dixi vobis sæpius; nec mente excidere debet: quoniam in casu primi hominis cecidimus omnes. Cecidimus autem super acervum lapidum, & in luto: unde non solum inquinati, sed etiam vulnerati, & graviter quassati sumus. Et: † Quicunque de massa prævaricante Mundum ingredimur, longam restem originalis peccati nobiscum trahimus. Solus ille, qui peccatum nõ fecit, excipitur: quem virginalis uteri thalamus, ignorantis virum, terris effudit.

LOMBARDUS ait: * Quod ergo ait, Per inobedientiam unius multi constituti sunt peccatores; eo sensu dictum esse intelligendum est: quia ex inobedientiâ Adæ, scilicet ex peccato actuali Adæ, processit originale peccatum, quo omnes peccatores nascuntur: ut ex illo esset, & in omnes transiret.

PETRUS Alphonsus: † Natura corporis a peccato sibi cavere non sufficit.

PETRUS BLESENSIS ait: † Si peccavit, & nos peccavimus omnes, & egemus gratia Dei.

¶ Omnes peccatores nasci, docet RUPERTUS: † Ex qualiumcunque parentum sanguinibus pullulando, nascuntur secundum veterem Adam: per quem & prævaricationis principem Diabolum contingunt. Item: Nos singuli non sine peccato procedimus ex utero materno. Item: Non glorietur quis, quod ex sanctis parentibus carnaliter generatus sit: videlicet, quomodo gloriari solent Judæi, quod semen Abrahæ sint. Non enim, quod illis vel illis parentibus carnaliter quis natus sit, idcirco magis aut minus computatur inter filios Dei. Et: Ex sanguinibus Christianorũ parentum, quamlibet fidelium & justorum, qui nascuntur filii, nascendo accipere non possunt, ut sint Christiani, quamlibet nascantur ex parentibus Christianissimis: quia videlicet parentes non ex eo, quod Christiani sunt, sed ex eo carnaliter generant, quod homines sunt: id est, non per Christi gratiam; sed per carnis naturam: atque ideo non in Christo generant, sed in Adam. Item: * Omnes patres, quantumvis fideles, moriuntur videlicet ex causa, qua omnes homines moriuntur in Adam. Et: † Omnes filii hominum, qui nascendo ex sanguinibus, & ex voluntate carnis atque ex voluntate viri, nascuntur secundum veterem Adam, & per illum parentem Diabolum contingunt.

BERNHARDUS ait: † Sine quo generalis velamine confusionis, nemo filiorum hominum intravit hanc vitam, uno sane excepto, qui ingreditur sine macula. Emanuel is est: qui tamen & ipse ex nobis, pro nobis, nostris se induit maledictis nostrique, peccati similitudinem, non veritatem. Sic enim habes: * Quia apparuit in similitudine carnis peccati; ut de peccato damnaret peccatum in carne. De cætero, unum omnibus per omnia introitum est, electis dico & reprobis. Non enim est distinctio. Omnes peccaverunt & omnes capitium sua verecundia portant.

PETRUS CLUNIACENSIS ait: † Qui sunt, qui non peccaverunt? Nónne de ipsis parvulis ait Sermo divinus: * Non est super terram sine peccato, nec infans unius diei? Nónne & ab ore magni illius hominis, in ora omnium Christianorum derivatum est. † Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea? Et quid necesse est, rem patentem multis testimoniis cingere? Utique, nullus absque peccato, sic nec infans unius diei absque peccato. Nam cum dicit, In iniquitatibus conceptus sum: non solum iniquitatem parentum concipientium notat, sed & concepti peccatum, a parentibus tractum, per ostendo commemorat. Nec enim inde sibi misereri Deũ [illegible] ubi peccati misericordiam recognosceret.

¶ Quomodo transierit Adæ peccatum in posteros, LOMBARDUS ait: * Peccatum simul ac pœnam per eum transiisse in posteros, sicut Apostolus ostendit, inquiens: † Sicut per unum hominem peccatum in hunc Mundum intravit, ità in omnes homines mors pertransiit. Hoc autem dicunt intrasse in Mundum, non traductione originis, sed similitudine prævaricationis: omnésque in illo uno peccasse dicunt, quia omnibus ille unum peccandi exemplum exstitit. Hoc male senserunt quidam Hæretici, qui dicti sunt Pelagiani. Et: Non est igitur accipiendum, peccatum Adæ transiisse in omnes, imitationis tantum exemplo, sed propagationis & originis vitio.

PETRUS CANTOR: † Peccatum enim unius sæpe redundat in universitatem, & è converso.

¶ Peccatum originale esse & culpam & pœnam, LOMBARDUS docet: * Peccatum itaque originale culpa est, quam omnes concepti carnaliter concepti trahunt. Item: † Aliud est omnium culpa, aliud pœna. Alterum est Dei, id est, pœna: alterum Diaboli vel Hominis, id est, culpa. Et: † Reatus in Scriptura multipliciter accipitur: scilicet pro culpa, pro pœna, pro obligatione pœnæ temporalis vel æternæ.

¶ Quomodo ex parentibus transeat in filios, LOMBARDUS ait: * Nunc superest investigare, qualiter illud peccatum a parentibus traducatur in filios scilicet, an secundũ solam animam, an secundum carnem, sive secundum utrumque? Putaverunt quidam, secundum animam trahi peccatum originale; non solum secundum carnem: quia non solum carnem, sed & animam, ex traduce esse, arbitrati sunt. Sicut enim, in generatione prolis de carne paternâ substantialiter trahitur caro, ita etiam, de gignentis animâ animam geniti essentialiter deduci, ab his existimabatur. Ideoque, sicut de corrupta carne caro corrupta seminatur: ita etiam de anima peccatrice, anima peccatrix, corruptione originali infecta, ab illis trahi dicitur. Item: † Non est ignorandum, peccatum duobus modis dici esse in aliquo, & transire: scilicet actu, & reatu. Actu est in aliquo, dum ipsum, quod peccatum est, ut actio vel voluntas, in peccante est. Reatu vero, cum pro eo, sive transierit, sive adsit, mens hominis polluta est & corrupta; totúsque homo supplicio obligatur perpetuo. Nec unquam est in aliquo peccatũ actu, præter originale, quin sit etiã reatu: sed est reatu intelligendũ, postquam transiit actu.

¶ Quomodo renati propagẽt peccatum originis, LOMBARDUS inquit: * Ne autem moveamur, & intellectu turbemur, audientes, peccatum originale filios traducere a Parentibus, jam per Baptismum ab illo peccato mundatis: diversarum similitudinum inductione, id posse fieri, insinuat Augustinus, in libro de Baptismo parvulorum, inquiens: Quomodo præputium per circumcisionem aufertur, manet tamen in eo quem genuerunt circumcisi: quomodo etiam palea, quæ opere humano tantâ diligentiâ separatur, manet tamen in fructu, qui de purgato nascitur tritico: ita peccatum, quod in Parentibus per Baptismum mundatur, manet in eis, quos genuerunt. Ex hoc enim gignunt, quòd adhuc vetustatem trahunt: non ex hoc, quòd lex in novitate promovit eos inter filios Dei. Non enim generant Parentes filios, secundum illam generationem, quâ denuo nati sunt: sed potius secundum illam qua carnaliter & ipsi primum sunt generati.

¶ Quomodo peccatum originis maneat post Baptismũ, LOMBARDUS ait: * Hic apertè ostendit, ea ratione dimitti in Baptismo non quia non maneat post Baptismum, sed quia reatus in Baptismo aboletur. Deinde ipse idem ostendit, eo modo etiam dimitti in Baptismo: quia Baptismi gratia concupiscentia ipsa mitigatur & minuitur.

HUGO HETERIANUS inquit: * Hinc est, quòd filii originale peccatum a parentibus (quibus per fidei sacramentũ dimissum est) contrahunt. Nam quamvis ad culpã dimissum sit, ad pœnã tamen retentũ, obsidet genus humanũ. Est enim originale peccatum, fomes actualis peccati, cõcupiscentia, languor naturæ, qui movet mala desideria. Quod quidem peccatũ primi hominis, ex volũtate prodiit: sed posteris non ex voluntate inest; sed (sicut dictum est) ex societate. Nec mirum, si a parentibus, ab illo peccato mundatis per Baptismum, filii traducunt originale peccatum: quia in puro seminis grano remanet palea. Item pater non generat filium eo, quòd baptizatus, sed in eo, quod carnaliter ipse generatus fuit.

¶ Peccatum originis quomodo nostrum sit, BERNHARDUS docet: * Aliena lævitaque, quos culpa inquinaverat aliena. Nec tamen sic alienam dixerim, ut negem nostram: alioquin nec inquinaret. Sed aliena est; quia in Adam omnes nescientes peccavimus: nostra; quia, etsi in alio, nos tamẽ peccavimus: & nobis justo Dei judicio imputabatur, licet occulto. Verũtamen, ut jam non sit, quod causeris, ò homo, contra inobedientiã Adæ datur tibi obediẽtia Christi: ut, si gratis venundatus es, gratis & redimaris: si nescieris in Adã perisse, nescis vivificari in Christo. Nescisti, quãdo ad lignũ vetitũ vetus Adã extendit manum noxiam: nescisti nihilominus, quãdo de ligno salutifero innoxiam manum Christus extendit. A primo homine in te manavit macula, qua inquinatus es: a Christi latere aqua, qua mundatus es. Nunc jam inquinatus propria culpâ, propriâ

in diluvio aquis mundaberis ab illo tamen, & per illum, qui solus est purgationem faciens peccatorum.

¶ De Concupiscentiâ, ait BERNHARDUS:* *Plus enim concupiscentia Mundi, quam substantia, nocet.*

LOMBARDUS inquit:* *Nomine autem Concupiscentiæ non actum concupiscendi, sed vitium primum significavit cum eam dixit legem carnis.*

JOHANNES SALISBERIENSIS ait:* *An nescis, Concupiscentiam lepram esse? Giezi consule. Si erubuerit confiteri, quod sentit: convince eum macula corporis. Sed quid duo Giezi consulendum, ac si solus sit? Orbem convenis: quia totus infectus est. Me-ipsum interroga, qui miserorum unus sum. Certè concupiscentia, misera, & miserabilis lepra est. Nescis forte, quid dicam: concupiscentiæ pestem, nescius infirmitatis, ignoras, homo non concupiscens, & in eo supra hominem consistentem.* Itèm: *Illi, qui non reprimunt concupiscentiam malorum; utique fontem & fomitem, dispendium salutis, incurrent.*

¶ Effectus & damna Peccati originalis, recenset RUPERTUS:* *Ob culpam paternæ prævaricationis, partes inimicitiarum solvi non potuit, ut vidissent gloriam Dei.* Et: † *Propter peccatum hominis universo generi humano iratum est Deus.* Et: *Propter peccatum originale, hominibus clausum est, & partes inimicitiarum subtextus.* Itèm:* *Gratiam amisimus, de cujus utero malè nati, & foràs projecti sumus, quando in primo parente, desertâ paradisi requie, propter peccatum expulsi, in hoc exsilium decidimus.* Et: *Propter peccatum originale, æquè omnes, sive Judæi, sive Gentiles, moriebantur. Etenim de Judæis quoque, fuimus filii iræ, sicut & cæteri. Etsi (inquam) omnes infirmabantur homines: nos maximè infirmi eramus, cùm, spem non-habentes, longè essemus à Deo.* Et:* *Omne genus humanum, à nativitate cæcum, id est, à primis parentibus, per originale peccatum, divinitatis visione defraudatum est; maximè tamen Gentium populus.*

PETRUS CLUNIACENSIS ait:* *Sed nec vos præcedentem particulam negatis: omnes scilicet homines, absque ullâ exceptione, in Adam mori, omnes condemnari.* Itèm: *Eâ de causâ propago humani generis in radice corrupta, sicut vitium, sic & ejus damnationem, ab origine traxit: & tota simul, per longa secula, lege justitiæ, mortis æternæ subjacuit.* Itèm: *Unde peccatum hominis, quod velut aliunde in regnum ejus se non-justè immiserat, justè ordinans, peccatorem damnavit; ac sempiternæ infelicitatis profundum, miseriæ ac mortis æternæ contradidit. In tantum quippe rem factus fuerat: ut omninò culpa ejus, in regno ejus ordinatissimo, inordinata remaneret, si minore, quam æterno supplicio, Dei justitia peccatorem puniret: nec jam justitia dici posset, quæ meritis condigna non redderet.* Itèm: *Impedit quidem à salute, non-baptizatos parvulos, peccatum originale, propellit multo magis ab ea superadditum actuale.*

LOMBARDUS:* *Peccatum verò, id est, culpa, propriè animæ corruptio est. Si autem quæritur, in quo potest corrumpi anima? In parabolâ illius, qui incidit in latrones, qui eum vulneraverunt & spoliaverunt, claresciт. Incidit enim homo in latrones, quando per peccatum in potestatem Diaboli traditur. & tunc per peccatum spoliatur gratuitis bonis, id est, virtutibus: & in naturalibus bonis vulneratur, quæ sunt ratio, intellectus, memoria & ingenium, & hujusmodi; quæ per peccatum obtenebrantur & vitiantur. Per peccatum etiam privatur illo bono, cujus participatione cætera bona sunt: quo tantò magis privatur, quantò magis se ab eo elongat.* Itèm: *Nihil est autem, quod hominem adeò Deo dissimilem faciat; quemadmodum peccatum. Cum autem peccatum sit privatio, vel corruptio boni, quæ est in anima, est etiam privatio vel corruptio boni corporis, sicut corpus hominis privavit beneficio illius immortalitatis & impassibilitatis, quam habuit ante peccatum.*

HILDEBARDUS ait:* *Omnis creatura præceptis Dei subjecta est: homo verò semper ei rebellis exsistit; unde cæcus & surdus est.*

Phrases & Regulæ.

BERNHARDUS:* *Non peccat, inquit;] id est, non permanet in peccato: quia conservat illum utique, ut perire non possit ea, quæ falli non potest generatio cœlestis. Sive, non peccat: id est, tantundem est, ac-si non peccet, pro eo scilicet, quod non imputatur ei peccatum. Generatio enim cœlestis, etiam in hac parte, conservatum.*

Idem: † *Nimirum peccatum faciens, servus est peccati, servus planè Diaboli: ad prava quæque, prout dicitur, sequens, à quo misérum captivus tenetur ad ipsius voluntatem.*

LOMBARDUS: † *Sciendum est tamen, quædam sic esse peccata, ut etiam sint pœna peccatorum.*

De Actuali peccato.

Unde sit, BERNHARDUS ait:* *Cùm ergo mala in corde versamus, nostra cogitatio est: si bona, Dei sermo est.*

¶ De distinctione peccati venialis & mortalis, inquit RUPERTUS:* *Simpliciter errare, veniale est. sed errorem eundem pertinaciter defendere, damnabile, quia hæreticum est.*

¶ De mortali peccato, inquit LOMBARDUS:* *Si autem omne peccatum mortale voluntarium est; cùm voluntas mala peccatum sit mortale: constat, ipsam esse voluntarium peccatum.*

RICHARDUS inquit:* *Omne mortale committitur, agendo contra præcepta, vel contra conscientiam. Quicquid enim conscientia dictaret mortale; etiamsi veniale esset: qui hoc contra talem conscientiam faceret, mortaliter peccaret, dicente Apostolo:** Omne quod non fit ex fide, (*id est, contra conscientiam*) peccatum est. *& quod contra conscientiam fit, ædificat ad gehennam. Cætera quæ sunt mortalia, contra præcepta sunt. Sunt autem quædam peccata, quæ semper sunt mortalia; sicut sunt odium, idololatria, veneficium, maleficium, fornicatio, & hujusmodi. Ita verò, impatientia, tristitia, avaritia, gula, superbia, inanis gloria, detractio, & multa talia, non semper sunt mortalia: nisi videlicet in his aliquis peccet per gravem contemtum, vel faciat contra præceptum, id est, contra dilectionem Dei & proximi.*

RUPERTUS inquit:* *Hic modus peccati est deterrimus, cum quis non per ignorantiam, non per infirmitatem, sed sciènter, per superbiam, peccare cognoscitur.*

¶ De principalibus peccatis, ait LOMBARDUS: † *Præterea sciendum est, septem esse vitia principalia, vel capitalia, ut Gregorius super Exod. ait scilicet, inanem gloriam, iram, invidiam, acediam vel tristitiam, avaritiam, gastrimargiam, luxuriam: quæ (ut ait Johannes Chrysostomus) significata sunt in septem populis, qui terram promissionis, Israeli promissam, tenebant. De his, quasi septem fontibus, cuncta animarum mortifera corruptela emanant. Et dicuntur hæc capitalia, quia ex eis oriuntur omnia mala. Nullum enim malum est, quod etiam non ab aliquo horum originem trahat.*

¶ De peccato per infirmitatem, inquit RUPERTUS:* *Quamdiu per ignorantiam quis peccat; quamdiu per juventutem, sive per infirmitatem quis delinquit, ingemiscens eo, quod videat aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, & captivum se ducentem in lege peccati, quæ est in membris suis: nondum Dominum exacerbavit; nondum Dominus sententiam super illum juramento firmavit.*

¶ De Peccatis Sanctorum, RUPERTUS ait:* *Etiam minima peccata, sine quibus non omninò, quàmvis sancta mortalitas, vel mortalis sanctitas vitæ præsentis, transigi potest, quotidiano remedio palam expurgari: ut non habeant imprudenter, ob quam vitæ nostræ reprehensionem, videantur sibi quasi rationabiliter prædicationem nostram contemnere.*

BERNHARDUS ait: † *Peccatum, licèt simul cum Christo cruci ipsius non dubitetur affixum, adhuc tamen interim, non regnare quidem, sed habitare etiam in ipso, dum viveret, Apostolo permittebatur. Mentior si non ipse ait:** Jam non ego operor illud; sed quod habitat in me peccatum.

¶ De Pauli blasphemiâ, inquit BERNHARDUS:* *Paulus quidem blasphemus fuit, sed non in Spiritum sanctum: quia ignorans fecerit in incredulitate, non in Spiritum sanctum blasphemans, ideo consecutus est misericordiam.*

¶ De Peccato in Spiritum sanctum, inquit RUPERTUS: † *Ille contra Spiritum sanctum verbum dicit, qui non per ignorantiam; sed per invidentiam, sanctæ Scripturæ contradicit, quæ sine dubio voces & verba sunt Spiritûs sancti.* Et: † *Dicere verbum contra Spiritum sanctum, non est per ignorantiam negare; sed per invidiam blasphemare eum, qui venit, JESUM Christum.*

LOMBARDUS ait:* *Quæritur, quid sit illud peccatum in Spiritum sanctum, vel ad mortem? Quidam dicunt, illud peccatum esse desperationis, vel obstinationis. Obstinatio, est induratio*

mento in malitiâ pertinacia, per quam homo fit impœnitens. Desperatio est, qua quis diffidit penitùs de bonitate Dei, æstimans suam malitiam divinæ bonitatis magnitudinem excedere. sicut Cain, qui dixit: Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear. *Utrumq; verò dicitur peccatum sanctum: quia Spiritus sanctus est amor Patris & Filii, & benignitas, quâ se invicem & nos diligunt quæ tanta est, cujus finis non est. Rectè ergo in Spiritum sanctum delinquere dicuntur, qui suâ malitiâ Dei bonitatem superari putant, & ideò pœnitentiam non assumunt: & qui iniquitati tam pertinaci mente inhærent; ut eam nunquam relinquere proponant, & ad bonitatem Spiritûs sancti nũquam redire, patientiâ Dei abutentes, & de misericordia Dei nimis præsumentes. quibus placet malitia propter se, sicut piis bonitas. Isti nimiâ pertinaciâ & præsumtione peccant, autumantes Deum esse non-justum: illi desperatione, Deum non-bonum existimant; tollentes, in hoc turbulentissimo iniquitatum mari, portum divinæ indulgentiæ, quò se recipiant fluctuantes. Atq; ipsâ desperatione addũt peccata peccatis: dicentes, misericordiam nullam esse, & quòd super peccatores necessaria damnatio debetur.* Item: *Est etiam alia hujus peccati assignatio. Hoc enim peccatum Augustinus definiens, in libro de Sermone Domini in monte, ait:* Peccatum ad mortem est, cùm, post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat aliquis fraternitatem, & adversùs ipsam gratiam, quâ reconciliatus est Deo, invidiæ facibus agitatur. Quod fortasse est peccare in Spiritum sanctum; quod peccatum dicitur non remitti: non, quia non sit ignoscendum peccanti, si pœniteat, sed quia tanta est labes peccati illius: ut deprecandi humilitatem subire non possit, etiamsi peccatum suum mala conscientia agnoscere & annuntiare cogatur. ut Judas, cùm dixit, Peccavi; faciliùs desperans cucurrit ad laqueum, quàm humilitate veniam peteret. Quod, propter magnitudinem peccati, jam ex damnatione peccati tales habere, credendum est. *Ecce, quædam assignatio peccati in Spiritum sanctum, vel ad mortem, hic proposita est, quâ illud peccatum esse traditur, oppugnatio fraternitatis post agnitionem, & invidentia gratiæ post reconciliationem quod species quædam obstinationis intelligi potest. Illam tamen definitionem Augustinus, in libro Retract. rememorans, aliquid adjiciendum ibi fore, nec asserendo se dixisse aperit, ita dicens:* Quod quidem nõ confirmavi; quoniam hoc putare me dixi. Sed tamen addendũ fuit, si in hac sceleratâ mentis perversitate finierit hanc vitam. quoniam, de quocunque pessimo, in hac vitâ constituto, non est desperandum: nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur. *His verbis insinuatur, peccatum præmissâ definitione descriptum, tunc solùm debere dici ad mortem, vel in Spiritum S. cùm non habet comitem pœnitentiam: nec de aliquo pessimo desperandum esse in hac vitâ; & ideò pro omni esse orandum. Unde illud Johannis,** Non pro eo dico ut quis oret; *sic accipiendum videtur: ut pro aliquo peccante ad mortem, vel in Spiritum sanctum, postquam finierit hanc vitam, non oremus. Dum autem in hac vitâ est: nec peccatum illius judicare, nec de illo desperare sed pro illo orare, debemus. Unde Augustinus, de Verbis Domini de impœnitentiâ, quæ est blasphemia in Spiritũ S. sic ait:* Ista impœnitentia, vel cor impœnitẽs, quãdiu quisq; in hac carne vivit, non potest judicari. De nullo enim desperandum est, quamdiu ad pœnitentiam patientia Dei eũ adducit. Paganus est hodie; Judæus infidelis est hodie, Hæreticus est hodie; Schismaticus est hodie: quid si cras amplectatur catholicam fidem, & sequatur catholicam veritatem? Quid si isti quos in quocumque genere erroris notas, & tanquam desperatissimos damnas, antequam finiant hanc vitam, agant pœnitentiam; & inveniant veram [illegible] & [illegible] vitam in futuro? Nolite ergo ante tempus judicare quicquam. *Ex his ostenditur, pro singulis peccatoribus in [illegible] orandum, nec de aliquo esse desperandum: quia con[illegible] [illegible] in hac vitâ est. Quia non potest sciri de aliquo, utrùm [illegible] ad mortem, vel in Spiritum sanctum: nisi [illegible] hac [illegible] esse sit: nisi fortè alicui per Spiritum sanctum [illegible] [illegible]. Ex præ[illegible] [illegible] tenus capi potest, quomodo [illegible] peccatum in Spiritum sanctum; scilicet in [illegible] gratia fraternitatem impœnitenter oppugnans, quam [illegible] detur) & omnis impœnitentiæ obstinatio [illegible].* Et: *Qui ergo peccat per infirmitatem, vel per ignorantiam, facilè veniam adipiscitur: sed non ille, qui peccat in Spiritum sanctum.*

¶ Multitudinem peccantium non excusare, Petrus Cantor ait:* *Non minùs peccas, quia cum multis peccas, sed magis. Nec minùs ardet, quia cum pluribus ardet.*

DE LEGE.

HONORIUS inquit:* *Lex à ligando dicitur: eò quòd homo, in mandatis Dei, loris obedientiæ ligetur.* Item: *Lex Domini est, mala devitare, & bona facere: quod est justitia & dilectio. Justitia quippe est, malum devitare: Dilectio, bonum facere.*

¶ De duplici Lege, ait Bernhardus:* *Duplex in Lege veteri præceptorum genus invenio. Sunt enim moralia naturalia, ut est:* Non concupisces: Non adulterabis: Honora patrem tuum: *& his similia. Sunt etiam figurativa & umbratilia quædam, ut est taurorum immolatio, & sanguis hircorum.*

Petrus Cluniacensis:* *Divina mandata partim mobilia, partim sunt immobilia.*

¶ De Decalogo, Lombardus ait.* *Habet enim Decalogus decem præcepta, quæ sunt decachordum psalterium, quæ sic sunt distributa: ut tria, quæ sunt in prima tabula, pertineant ad Deum, scilicet ad cognitionem & dilectionem Trinitatis; septem, quæ sunt in secunda tabulâ, ad dilectionem Proximi.*

Petri Cantoris libello sic erat additum:* *Decem præcepta Decalogi; quia decem chorda sunt decem præcepta:* Audi Israël, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Non accipies nomen Dei in vanum, *& cætera. Tange ergo chordam primam, & cadit bestia superstitionis. Tange secundam, & cadit bestia perversitatis. Tange tertiam; & cadit bestia mundanæ curiositatis. Tange quartam; & cadit bestia impietatis. Tange quintam, & cadit bestia crudelitatis. Tange sextam; & cadit bestia libidinis. Tange septimam: & cadit bestia rapacitatis. Tange octavam; & cadit bestia falsitatis. Tange nonam & cadit bestia mala cogitationis. Tange decimam, & cadit bestia cupiditatis.*

¶ Unde sit Lex Dei, Petrus Alphonsus:* *Spiritus Sanctus Legis fundamentum exstitit; atq; ab ipso data, ac per ipsum prædicata fuit.*

¶ De Præcepto Adæ dato, inquit Hildegardis:* *Creato Adam, Pater, qui lucidissima lux est, dedit per Verbum suum, in Spiritu sancto, ipsi Adæ, dulce præceptum clarissimæ obedientiæ, adhærentis ipsi Verbo, in multo imbre fructuosæ viriditatis: quia per ipsum Verbum, suavissimus humor sanctitatis à Patre in Spiritu sancto stillavit, faciens maximum & plurimum fructum: sicut purus humor super gramen descendens, illud ad multum germen fecundat. Cujus quidem odorem homo naribus sensit, sed gustu oris non libavit, nec manibus attrectavit. Quoniam ipse præceptum legis, cum intelligentia à sapientia quasi naribus attraxit: sed vim illius intimæ perfectionis, in os perfectè non intromisit; nec opere manuum, in plenitudine beatitudinis, adimplevit: hoc modo se avertens, atq; cadens in densissimas tenebras, ex quibus se erigere non valuit. Quia divino præcepto, suggerente Diabolo, terga dedit, in barathrum mortis corruens: quia Deum non in fide, non in opere, exquisivit. Unde ad veram cognitionem ejus, peccatis gravatus surgere non potuit: donec ille venit, qui Patri suo pleniter sine peccato obedivit.*

¶ Totam Legem servandam esse, Petrus Cantor ait:* *Non sufficit, partem legis custodire. Necesse enim habemus, omnia præcepta observare & judicia. Non solum autem Judæis: sed omnibus Gentibus hæc observanda sunt: si Domino militare volunt. Non est igitur ab eis recedendum; in [illegible]ibus maximè spiritualibus earum, cum nec sint de ceremonialibus: sed ad literam observanda.*

¶ Quòd nemo in hac vitâ impleat Legem, Bernhardus ait:* *Etsi Proximo fortè videtur quis reddere plus, quàm debet: Deo tamen nunquam totum reddit, quod debet.*

Lombardus ait:* *Illud autem præceptum non penitus impletur ab homine, in hac mortali vita sed ex parte, non ex toto. quia ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus. In futuro autem implebitur ex toto.*

Marginal notes: * Gen. 4. v. — * Joh. 5. v. — * cap. 60. — * in Psal. — * Serm. 18. parv. — * li. 3 ep. 28 — * li. 3. dist. 37 — * cap. 81 — * Tit. 12. — * li. 2. Visi. — * cap. 41 — * Serm. de verbis Orig. — * li. 3. dist. 27.

¶ Cur Lex nobis impossibilis urgeatur, BERNHARDUS docet: * *Nec latuit Præceptorem, præcepti pondus hominũ excedere vires: sed judicavit utile, ex hoc ipso sua illos insufficientia admoneri, & ut scirent sanè, ad quem justitiæ finem niti pro viribus oporterat. Ergo mandando impossibilia, non prævaricatores homines fecit; sed humiles: ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis Mundus Deo, quia ex operibus Legis non justificabitur omnis caro coram illo. Accipientes quippe mandatum, & sentientes defectum, clamabimus in cælum: & miserebitur nostri Deus, & sciemus in illâ die, quia non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam, salvos nos fecit.*

* Serm. 50 super Cant.

LOMBARDUS inquit: * *Sed cur præcipitur homini ista perfectio, cùm in hac vitâ eam nemo habeat? Quia non rectè curritur, si, quò currendum est, nesciatur. Quomodo autem sciretur, si nullo præcepto ostenderetur? Ecce habes, cur illud præceptum est, quod hic penitus impleri non potest. Impletur tamen ex parte, scilicet secundùm perfectionem vitæ. Alia est enim perfectio currentium, alia pervenientium.*

* Lib. 3. dist. 27.

¶ Christum esse Legis impletorem, BERNHARDUS docet: * *Venit proinde plenus gratiâ & veritate, Christus Dominus noster: ut ex hoc jam moralia quidem impleantur per gratiam: quæ verò umbratilia & mystica fuerant, revelatâ veritate, deinceps non ad literam observentur; sed secundùm spiritum spiritualiter intelligantur. Propterea jam non aries vel taurus, homine peccante, mactatur: sed viva corporis hostia, rationale & acceptabile sacrificium, in jejuniis & laboribus, veniam meretur pariter & gratiam.*

* Serm. 28 arv.

PETRUS Cantor: * *Nolite, inquit, putare, quia veni solvere, id est non implere, Legem vel Prophetas. Non veni solvere legem, sed adimplere: & quoad veritatem prædictorum de me a Lege & a Prophetis, & quoad significationem figurarum & ceremonialium in moralibus; & quoad impletionem mandatorum. nec dico implere tantùm; sed adimplere: perfectè scilicet adimplere, in me, & membris meis.* Item: *Aut unus apex, id est, minimum mandatum, sive minima alicujus præcepti particula, non præteribit a lege; donec omnia fiant: non remanebit, quin impleatur in me capite, vel in corpore meo, in exhibitione veritatis signorum, in spirituali impletione mandatorum, & in perfectione moralium, ut imperfecta perficiantur.*

* cap. 66.

¶ Quomodo solvatur Lex, PETRUS Cantor inquit: * *Qui ergo solverit, id est, non impleverit, unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, scilicet solvere, exemplo, vel verbo & expositione, arcum Domini remittente & in..lentore: minimus vocabitur in regno cælorum, id est, despectissimus & [illegible] … nullus, id est, pro nullo in Ecclesia sanctorum reputabitur, in Ecclesia triumphante vel militante. Et: Quantò magis reus erit, qui majora præcepta enervando docet solvere, id est, non implere.*

* Ibid.

¶ De effectibus Legis, ait RUPERTUS: * *Hoc ante adventum Christi nullatenus efficere poterat: quia videlicet lex, quæ data fuerat peccatum ostendere tantùm; non etiam auferre valebat.* Item: * *Tulit Deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, ut operaretur, & custodiret eum. Quid operaretur? Operaretur utiq; opus Dei: quod non est aliud, nisi opus fidei; nisi o[illegible] … spei, nisi obsequium charitatis. Dicat [illegible] … Cur non absq; ulla conditione, absq; ullo præcepto, po[illegible] … in paradiso? Nonne melius fuisset, nullum dedisse [illegible] … tum, quam positione præcepti facere prævaricationi locum? Ubi enim præceptum non esset; nec prævaricatio. Ad hoc respondeam: Unde ergo homo copularetur Deo, si non illi subjungeretur obedientiæ jugo? si non acciperet commissum, in quo deberet fidelis existere Deo? ubi enim nullum commissum est, ibi & nulla comparet fides. Porrò, sine fide impossibile est placere Deo. Quasi verò nunc aliter agat Deus; aut aliter quempiam acceptum habeat, nisi per fidem.*

* Lib. 2. in Joh. c. 1.
* Lib. 2. in Gen. c. 10.

BERNHARDUS: * *Legem relegere, quæ misericordiam nescit, novit justitiam. Lex dura duris & lapideis promulgata, pavata percutere, nesciens misereri. Lex excludens pœnitentiæ locum, veniam negans; emendationis ignara. Lex vinum durum & acidum, de botris amarissimis eliquatum; consecratum servati, derivatum Israeli, Salvatori propinatum. Vinum, de quo dentes bibentium obstupescunt.* Item: * *Lex grave utiq; & importabile jugum, super omnes filios Adam, heu, inclinans & incurvans cervices nostras: adeò ut vita nostra inferno appropinquaverit. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Quousq; sic premor: ut, nisi quia Dominus adjuvit me, paulò minus habitâsset in inferno anima mea. Sub hoc onere gravatum gemebat, qui dicebat:* * Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimet-ipsi gravis? *Ubi dixit, Factus sum mihimet-ipsi gravis: ostendit, quòd lex ipse sibi esset; nec alius hoc, quam ipse sibi fecisset. Quod autem Deo loquens præmisit, Posuisti me contrarium tibi: Dei se tamen non effugisse legem, indicavit. Hic quippe ad æternam justamq; legem Dei pertinuit: ut, qui a Deo noluit suaviter regi, pœnaliter a se-ipso regeretur: quiq; sponte jugum suave & onus leve charitatis abjecit, propriæ voluntatis onus importabile pateretur invitus. Miro itaq; modo, æterna lex, fugitivum suum, & posuit sibi contrarium, & retinuit subjectum: dum videlicet, nec justitiæ pro meritis legem evasit; nec tamen cum Deo in suâ luce, in suâ requie, in sua gloriâ, remansit: subjectus potestati, & submotus felicitati.*

* Serm. ... de ... gradib.
* Job. 7. v. 20.

HILDEBERTUS: * *Potuit ratio conferre filiis Adæ, ne peccarent ad mortem, sanare autem non potuit, quam ex patre contraxerant mortem. Fuit enim inde illis cautela de futuro, non de præterito medicina. Subsecuta est lex, non quæ sanaret plagam, sed quæ sacerdotes legis præpararet ad gratiam. Lex nec ad perfectum duxit nostrum imperfectum, nec ad paradisum reduxit ejectum nostrum, nec ad vitam deduxit mortuum nostrum.*

* Epist. ...

¶ Quòd Lex Christianos etiam obliget, docet PETRUS Cluniacensis: * *Nam, quantum ad modum agendæ vitæ pertinet, quod Lex vetusta Judæis, hoc & Evangelium Christianis imperat: & unusquisq; nostrùm, pro gratiâ & viribus servare contendit. Nam,* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; & Proximum tuum, sicut tei-psum. *&*, Non habebis deos alienos coram me. *&*, Honora patrem tuum & matrem. *&*, Non occides; Non mœchaberis; Non facies furtum; Non loquêris, contra Proximum tuum, falsum testimonium. *&*, Non concupisces domum Proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt: *& similia, recta fides, honestis moribus, ac sancta vita congruentia, sicut Judæo præcepta sunt, sic & Christiano præcipiuntur.*

* Lib. 2. contra Judæos.

BERNHARDUS ait: * *Justis non est lex posita. Sed sciendum est, quòd alia lex est promulgata a spiritu servitutis in timore, alia a spiritu libertatis data in suavitate. Nec sub illâ coguntur esse filii; nec sine istâ patiuntur. Vis audire, quia justis non est lex posita?* Non accepistis (*inquit* *) spiritum servitutis iterum in timore. *Vis audire, quòd tamen sine lege charitatis non sint?* Sed accepistis (*ait*) spiritum adoptionis filiorum. *Denique, audi justum, utrumq; de se fatentem: & quòd non sit sub lege; nec tamen sit sine lege.* Factus sum (*inquit* *) his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cũ ipse non essem sub lege. his qui sine lege erant, tanquam sine lege essem: cùm sine lege Dei non essem; sed in lege essem Christi. *unde aptè, non dicitur, Justi non habent legem, aut Justi sunt sine lege: sed, Justis non est lex posita: hoc est, non tanquam invitis imposita, sed voluntariis eò liberaliter data, quò suaviter inspirata. unde & pulcrè Dominus,** Tollite, *ait*, jugum meum super vos. *Ac si diceret: Non impono invitis, sed vos tollite, si vultis. Alioquin non requiem; sed laborem, invenietis animabus vestris. Bona itaque lex charitas, & suavis: quæ non solùm leviter suaviterq; portatur, sed etiam servorum & mercenariorum leges portabiles ac leves reddit: quas utiq; non destruit; sed facit ut impleantur, dicente Domino:** Non veni solvere legem, sed adimplere. *Illam temperat, istam ordinat: utramque levigat. Nunquam erit charitas sine timore; sed casto: nunquam sine cupiditate, sed ordinatâ. Implet ergo charitas legem servi, cùm infundit devotionem: implet & mercenarii, cùm ordinat cupiditatem. Porrò timore permixta devotio, ipsum non annullat, sed castificat. Pœna tantùm tollitur, sine quâ esse non potuit, dum fuit servilis: & timor manet in seculum seculi, castus & filialis. Nam quod legitur:** Perfecta charitas forâs mittit timorem: *pœna intelligenda est, quæ servili (ut diximus) nunquam deest timori: illo scilicet genere locutionis, quo sæpe causa ponitur pro effectu. Deinde, cupiditas tùnc rectè a superveniente*

* Epist. ...
* Rom. 8. v. 15.
* 1. Cor. 9. v. 20. 21.
* Matth. 11. v. 29.
* Matth. 5. v. 17.
* 1. Joh. 4. v. 18.

vement

veniente charitas ordinatur: cùm mala quidem penitùs respuuntur, bona verò meliora præferuntur; nec bona, nisi propter meliora, appetuntur. Quod cum plene per Dei gratiam effectum fuerit: diligetur corpus, & universa corporis bona, tantum propter animam; anima propter Deum; Deus autem propter se-ipsum. Veruntamen, quia carnales sumus, & de carnis concupiscentiâ nascimur: necesse est, cupiditas vel amor noster a carne incipiat. quæ si recto ordine dirigitur: quibusdam suis gradibus, duce gratiâ, proficiens, spiritu tandem consummabitur. Quia non priùs, quod spirituale; sed quod animale: deinde quod spirituale. Et priùs necesse est portemus imaginem terrestris, deinde cælestis. In primis ergo diligit se-ipsum homo, propter se. Caro quippe est; & nihil sapere valet, præter se. Cumq; se videt per se non posse subsistere, Deum, sibi quasi necessarium, incipit per fidem inquirere, & diligere. Diligit itaq; in secundo gradu Deū: sed propter se, non propter ipsum. At vero cùm ipsum cœperit occasione propria necessitatis colere, & frequentare cogitando, legendo, orando, obediendo: quadam hujusce modi familiaritate, paulatim sensimq; Deus innotescit, consequenter & dulcescit. & sic gustato, quàm suavis est Dominus, transit ad tertium gradum ut diligat Deum, non jam propter se, sed propter ipsum. Sanè in hoc gradu statur: & nescio, si à quoquam hominum quartus in hac vitâ perfectè apprehenditur, ut se scilicet homo diligat tantùm propter Deum. Asserant hoc, si qui experti sunt. mihi, fateor, impossibile videtur.

¶ De dispensatione Legis, inquit BERNHARDUS: * Ubi necessitas urget, excusabilis est dispensatio. ubi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est: utilitas dico, communis; non propria.

De abrogatione, inquit PETRUS Cluniacensis: * Finitam dico, (ut quidam magnus ex nostris ait) non quantum ad modum agendæ vitæ; sed quantum ad modum significandæ vitæ.

Exempla Virtutum & Vitiorum Primæ Tabulæ Decalogi.

¶ De Pietate, inquit POTHO: * Omnis ædificatio nostra, quæ ex Deo est, in dispositione cordis fundatur. Nam regnum Dei intra nos per fidem initiatur: ut tota structura nostra, vitâ & moribus proficiens, crescat in templum sanctum in Domino.

BERNHARDUS ait: * Pii sunt, qui in Deum credunt, & ipsum colunt. Est enim pietas, cultus Dei. Hic autem cultus in tribus consistit, fide, spe & charitate: quæ sunt invisibilia. His tribus carent impii, qui Deum non colunt; & quorum consilium est, visibilia invisibilibus, terrena cælestibus præponere. Et: * Quid facit oleum in vasis, si non sentias & in membris? Quid tibi prodest, pium Salvatoris nomen lectitare in libris, nec habere pietatem in moribus?

De Zelo pietatis, BERNHARDUS ait: * Zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constantia. Sit fervidus, sit circumspectus, sit invictus. Nec teporem habeat, nec careat discretione, nec timidus sit. Itèm: * Ubi ergo vehemens æmulatio; ibi maximè discretio est necessaria: quæ est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus absq; scientiâ, minus efficax, minimeq; utilis invenitur: plerumq; autem & perniciosus valde sentitur. Quò igitur zelus fervidior, ac vehementior spiritus, profusiorq; charitas: eò vigilantiore opus scientiâ est, quæ zelum supprimat, spiritum temperet, ordinet charitatem.

¶ De Timore Dei, ait BERNHARDUS: * Sic prorsus aliud est, nosse Deum, & aliud, timere: nec cognitio sapientem, sed timor facit, & qui afficit. Et: * Succedant vicissim sibi in animo tres isti timores: secundum quod gratia vel adesse dignatur; vel offensa recedere, seu iterum placata redire sentitur. Cum adest, time ne non-dignè opereris ex eâ. Itèm: Beatus es, si cor tuum [illegible] iste timore repleveris: ut timeas quidem pro acceptâ gratiâ, [illegible] plùs pro amissâ, longè plùs pro recuperatâ. Itèm: * Exigit ergo Deus timeri, ut dominus, honorari, ut pater, ut sponsus, amari.

POTHO inquit: * Timor namq; Dei thesaurus cordis est, scientiæ ac sapientiæ opibus impletus. Timere Deum, est sapientia, & recedere a malo, intelligentia.

De duplici Timore, ait HONORIUS: * Duo sunt timores: unus servilis, quia malo declinat, alter filialis, qui bonum facit. Servilis, peccatum excludit: filialis, charitatem inducit. Servus timet Dominum, ne veniat. Filius timet patrem, ne discedas. Adultera timet maritum ne eam perimat: casta uxor timet, ne maritum offendat. Timorem pœnæ, charitas foras mittit. Timor autem Domini sanctus permanet in seculum seculi, id est, in æternum. Hic timor est reverentia Dei.

RUPERTUS inquit: * Duo sunt timores: alter servilis sive pœnalis, quem perfecta charitas foràs mittit. alter liberalis & dulcis. Servilis ille timor locum non habet hic. Itèm: * Inchoatio bonorum operum timor est qui concipitur per fidem: perfectio verò charitas, quæ servilem excludit timorem. & quantacunq; sint opera timoris, quæ tempore vel ordine priora sunt: sine dubio charitatis opera, tempore novissima, dignitate plura, & meritis majora sunt.

JOHANNES Salisberiensis inquit: * A filiali servilem dividi: in hoc initium, in illo sapientia constitui profectum, & exinde perfectionem.

De Dilectione Dei, seu charitate. BERNHARDUS inquit: * Aliud est desiderium, quo Deus propter se-ipsum. aliud, quo Proximus diligitur in Deo, vel propter Deum. In illo nullus modus; sed ex toto corde, tota anima, tota virtute, diligitur Deus: in hoc autem præscribitur quidam modus, cùm dicitur; Diliges Proximum tuum, sicut te-ipsum. Itèm: * Non est, quo se-se immisceat vanitas: ubi totum occupat charitas. Siquidem plenitudo legis & cordis est charitas, si tamen plena. Deus denique charitas est. & nihil est in rebus quod possit replere creaturam factam ad imaginem Dei, nisi charitas Deus, qui solus major est illa. Et: * Toto corde diligere, est, omne quod blanditur de carne propria vel aliena, sacrosanctæ carnis ejus amori postponere. Et: * Deus autem charitas est: & quanto quis conjunctior Deo, tantò plenior charitate.

LOMBARDUS inquit: * Charitas est dilectio, quâ diligitur Deus propter se; & Proximus propter Deum, & in Deo. Itèm: Dilectionis autem Dei modus insinuatur, cùm dicitur: Ex toto corde, id est, ex toto intellectu, ex tota anima, id est, ex tota voluntate; ex totâ mente, id est, memoriâ: ut omnes cogitationes, & omnem vitam, & omnem intellectum, in illum conferas; a quo habes ea, quæ confers illi. Hæc dicens, nullam partem vitæ nostræ reliquit, quæ vacare debeat: sed, quicquid venerit in animum, illûc rapiatur, quò dilectionis impetus currit. Et diligere Deum propter se, modus est diligendi Deum. Et sunt isti duo modi diligendi Deum, ut quibusdam placet. Itèm: Cùm autem duo sint præcepta charitatis, pro utroq; sæpe unum ponitur. nec immeritò: quia nec Deus sine Proximo, nec Proximus sine Deo, diligi potest. Unde Apostolus * omne mandatum Dei dicit instaurare, id est, contineri & impleri in hoc verbo: Diliges Proximum, sicut te-ipsum.

PETRUS Cantor inquit: * Magna est promissio charitatis: quia qui manet in charitate, in Domino manet: & ideò Dominus per gratiam mansurus in eo; & tandem per gloriam. Et Dominus in Evangelio: * Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

¶ De Idololatriâ, inquit JOHANNES Salisberiensis: * Ad tantam denique quidam pervenêre vesaniam; ut, ex diversis stellarum positionibus, dicant, imaginem ab homine posse formari: quæ si per intervalla temporum, & quâdam proportionum ratione in constellatione servatâ, formetur; stellarum nutu recipit spiritum vitæ. & consulentibus occulta veritatis manifestabit arcana. Et licet quandoq; honesta vel recta sint; ut se in locomundo velle servari, vel solum Deum, quando aliquid quæritur, precibus & muneribus invocandum, præcipiat: malignitatem spiritûs bani esse fallaciam certissimum est; qui ut minùs caveatur, innocentia vel utilia præcepta pleromq; videtur afferre. Hanc quidem idololatriæ speciem esse, fidelium nullus ignorat. Itèm: * Non est, qui dicit se non vertere in [illegible], qui hominem Deo præfert. Nequaquam servabit secundam, qui primam fidem irritam facit.

¶ De Magnanimitate, PETRUS Cantor ait: * Magnanimitas, quæ est in resistendo adversariis Ecclesiæ: Fortitudo in tolerando patienter adversa. Hæc maximè Prælatorum est, qui magnanimi dicuntur. Nō possumus nō eloqui, quæ audivimus & scimus. * De hoc dicitur * Spiritualis homo omnia dijudicat, & à nemine judicatur. Quia ubi spiritus, ibi libertas. Et: Pusillanimitas mercenariorū est, qui sunt canes nō-valentes latrare: qui se non opponunt murum pro domo Dei [illegible] non stant ex ad-

vorso in die prælii, sicut filii Ephraim, intendentes & mittentes arcum; sed conversi sunt in die belli. Quia non quærunt, nisi lac & lanam, quæ nolunt amittere: quorum non sunt oves propriæ; & ideò fugiunt videntes lupum venientem. Pusillanimitas ergo, consistit in non-resistendo, in non-arguendo, cùm necesse est.

[* Lib. 5. in Job c. 3.]

¶ De Sabbati observatione, inquit RUPERTUS: * *Sabbatum nihil aliud, nisi requies: vel quam ob causam datum est, nisi ut operarius sessus cæteris septimanæ diebus, uno die requiesceret; & tamen victum diurnum à suo patrefamilias ex debito perciperet?*

[* Lib. 6. c. 13.]

¶ De Sacrilegis, JOHANNES Salisberiensis inquit: * *Sed præ cæteris omnibus, divino & humano jure, gravius feriuntur Sacrilegi, & hi qui variis perturbationibus impugnant Ecclesiam Dei: quibus Lex non præcisionem dextrarum, sed pœnam irrogat capitalem.*

Exempla Virtutum & Vitiorum Secundæ Tabulæ.

[* Serm. 4. in Vigil. Dom.] [* Serm. 12. parv.] [* Serm. 35]

De Justitiâ secundæ Tabulæ, inquit BERNHARDUS: * *Justitia virtus est, quod suum est, cuique tribuens. & hæc erga Proximos est necessaria.* Et: * *Justitia est in duobus, in innocentiâ, & in beneficentiâ. Innocentia justitiam inchoat: Beneficentia consummat.* Et: * *Justitia est rectitudo voluntatis, quæ nec amat peccare nec peccato consentire. Justitia & Fortitudo, sedem habens voluntatem: quia voluntas justa debet esse & fortis. Est autem justitia ordinata hoc modo: scilicet mala respuens, bonis meliora præponens.* Itèm: * *Duo quippe ei præstabit justitia: unum, ut faciat quod debet; alterum ut patiatur quod debet. scilicet ut, si bonum non fecerit, quod debuit; malum, quod meruit, patiatur. Sic miro modo, ut deserendo quidem justitiam, ab ipsâ deseramur: dum per ipsam quilibet prævaricationis reatus punitur. Neque enim est, qui se abscondat à calore ejus. Hanc autem pœnam, non solum vir justus non horret; verùm etiam libenter excipit: dum, per eam præterita ejus peccata purgari, fideliter credit. Hinc enim scriptum est.* * Non contristabit justum quicquid ei acciderit. Itèm: * *Sic enim necesse est prius mens cogitet; ut ex se normam ducat justitiæ: nec factura utique alteri, quod sibi fieri nolit, nec, quod sibi velit fieri, negatura. In his nempe duobus, liquet integrum esse justitiæ statum.*

[* In Sent.] [* Prov. 12. v. 21.] [* Lib. 2. de Consid.]

[* Serm. 19 arv.]

¶ De Vitiis, inquit BERNHARDUS: * *Est autem gemina species ipsorum vitiorum. Alia enim sunt, quæ nocent nobis, alia, quæ Proximis. Illa, flagitia: ista vocantur facinora. Et hæc omnia dicuntur Vallis lacrymarum: quia omnis fletûs fluvio plangenda est vita peccatorum.*

[* Lib. 11. in Joh. c. 13.]

¶ De Dilectione Proximi, inquit RUPERTUS: * *Dilectionem ipsam, quam præcipit, breviter & copiosè Christus definit, dicendo:* Sicut dilexi vos. *Est enim quædam dilectio, quâ Proximos diligimus injustè, scilicet per affectionem cognationis & carnis.*

[* Epist. 11.]

BERNHARDUS ait: * *Illa siquidem vera & sincera est charitas, & omninò de corde puro, & conscientiâ bonâ, & fide non-fictâ, judicanda procedere, quâ Proximi bonum æquè, ut nostrum, diligimus. Nam qui magis, aut certe solum diligit suum, convincitur non castè diligere bonum: quod utique propter se diligit; non propter ipsum.*

[* Epist. 75.]

PETRUS Blesensis ait: * *Sed nec bene diligimus Deum, nisi diligatur Proximus. Propter istum dilectio quidem bipartito affectu se dividit: quæ à Proximo incipiens, in Deum se porrigit, minuens in eodiversitatē affectuū, quē & in quo principaliter causam dilectionis totius instituit. Cū aūt velit Dominus diligi propter Proximū, non propter se: (bonorū enim nostrorū non eget) ab ipsius tamen voluntate non recedimus, si Proximū dilexerimus propter ipsum. imò divinæ resistimus voluntati, si Proximum non diligimus propter Deum. Dilectio non prodest, nisi combinata sit. omnemque calumniam singularitatis evacuet.*

[* Lib. 3. ep. 28.]

PETRUS Cluniacensis inquit: * *Et hoc certissima charitatis regula est: ut, quod fratri video esse necessarium, non prohibeā; non enim, ad ferendum incongruum & noxiū laborē, violēter impellam: sed, si valeo, omnia, quibus indiget, ei studeam impendere; si non valeo, ejus necessitati compatiendo pietatis studio munere condescendere.*

[* Lib. 3. dist. 28.] [* Matth. 5. v. 44.]

Proximus quis sit, LOMBARDUS inquit: * *Nullū verò exceptum esse cui misericordiæ neganda sit officium. quis non videat? cùm usque, ad inimicos etiā porrectū sit Domino dicēte:* * Diligite inimicos vestros; & benefacite his qui oderunt vos.

Manifestum est ergo, omnem hominem proximū esse reputandum. Proximi verò nomen ad aliquid est: nec quisquam esse proximus, nisi proximo, potest. unde consequens est, & cui præbendum, & à quo præbendum est officium misericordiæ, rectè Proximum dici. Manifestum est ergo, præcepto dilectionis & proximi, etiā sanctos angelos contineri: à quibus tanta nobis misericordiæ impenduntur officia. Et: *Hîc notandum est, Proximum dici diversis modis: scilicet conditione primæ nativitatis, spe conversionis; propinquitate cognationis; ratione beneficii exhibitionis.*

[* Epist. 7]

¶ De Obedientiâ, inquit BERNHARDUS: * *Igitur facere malum, quolibet etiam jubente, constat, non esse obedientiā, sed potius inobedientiā. Sanè hoc advertendum, quòd quædam sunt pura bona, quædam pura mala: & in his nullam deberi hominibus obedientiam. quoniam nec illa omittenda sunt, etiam cum prohibentur: nec ista, vel cùm jubentur, committenda. Porrò inter hæc sunt media quædam, quæ pro modo, loco, tempore, vel personâ, & mala possunt esse, & bona: & in his lex posita est obedientiæ: tanquam in ligno scientiæ boni & mali, quod erat in medio paradisi.*

[* cap. 92]

PETRUS Cantor inquit: * *Est autem obedientia, justa voto obtemperantia. Vel, obedientia est animi deliberantis honesta justa jussionis exsecutio: jussionis Dei, per sacram Scripturam; Hominis, per prælationem & dignitatem impositi super capita nostra.* Itèm: *Est autem triplex obedientia: necessaria, abundans, & perniciosa. Necessaria est in his, quæ ad salutē: ut in præceptione divinorum mandatorum; in imitatione pœnitentiæ salutaris.*

[* cap. 86]

De Prudentiâ, PETRUS Cantor: * *Est autem prudentia, prudens & dispositissima electio, quâ transitoriis æterna, vitiis virtutes, exsilio patriam, servituti libertatem præferimus.* Itèm: *Prudentia autem omni virtuti & bono operi se admiscet; omne circuit, moderatur, modificat, consummat & perficit.*

[* cap. 59.]

¶ De Pietate erga Parentes, inquit PETRUS Cantor: * *Reddamus Parentibus, quæ Parentum sunt; scilicet necessaria vitæ, si cum Domino vivunt.* Itèm: *Sed quicunque eos supra Christum amat, perdit animam suam.*

[* Lib. 3. dist. 37.]

LOMBARDUS: * *Parentes verò sic sunt honorandi: ut eis debita reverentia exhibeatur, & necessaria ministrentur.*

[* cap. 54]

¶ De Honorificentiâ, inquit PETRUS Cantor: * *Est autem honorificentia, reverentia exhibita alicui ex causâ debitâ. Puta ob religionem, & honestatem vitæ, quam solam attendit Dominus: meritum vitæ. unde Ecclesiasticus:* * Honora Medicum. *Ob ætatem exhibetur honor & reverentia. unde:* * Coram cano capite surge. *Ob scientiam, dignitatem, prælationem, principatum, præpotentiam, officium necessarium Ecclesiæ, exhibetur honor & reverentia: ob generis nobilitatem, (ut quia Filius Regis) obligationem honestam. Prima causa debita est & honesta: alia subhonesta, & quasi appendices honestatis. Si quis habens unam istarum, præponendus est alii, habenti earundem: quæstio est. Acceptatio verò personæ, est quædam fatua reverentia, exhibita alicui ex causâ non-debitâ, & illicitâ. Putà propter timorem, cupiditatem, divitias, vel quamcunque turpitudinem; ut quia concubina, & hujusmodi. Quando autem non exhibetur alicui reverentia ex causâ debita, cùm esset exhibenda: & hoc est abjectio personæ. Abjectio inhonorificentia crimen est: sicut & abusus ejus, qui dicitur acceptio personæ.*

[* cap. 38 v.] [* Luc. 19 v. 32.]

[* Serm. 4. de Advent. Dom.]

¶ De Humilitate inquit BERNHARDUS: * *Humilitas duplex est: altera cognitionis; altera affectionis, quæ hîc dicitur cordis. Priore cognoscimus, quòd nihil sumus: & hanc discimus à nobis-ipsis, & ab infirmitate propriâ. Posteriore calcamus gloriam Mundi: & hanc ab illo discimus, qui exinanivit semet-ipsum, formam servi accipiens: qui etiam quæsitus in regnum, fugit, quæsitus ad tanta probra & ignominiosum supplicium crucis, sponte obtulit semet-ipsum.* Et: * *Septem gradus descensionis habet Humilitas. Abdicationem terrum: exemplo Apostolorum. Abdicationem vestium: sicut Helias & Johannes. Corporis exercitium: ut Paulus. Dejectionem in prosperis: instar David pauperis & Regis. Patientiam in adversis: sicut Job & Tobias. Proprium abhorrere consilium, & propriæ voluntatis affectum.* Itèm: *Humilitatis virtus habet hæc tria. Superiori subdi: ut ad ejus æqualitatem nullâ ambitione vel invidia rapiatur. Æquali non præferri: ne illicito appetitu superior velle fieri videatur. Minori subdi potiùs, quam præponi: ut ex hoc humilitatis veritas comprobetur.* Et: *Quatuor sunt, quæ veram conservant humilitatem: vilitas operis, assiduitas subjectionis,*

[* In Sermon]

comparatio

[illegible] operatus melioris judicium conditoris. Item:* Appetere autem de humilitate laudem, humilitatis est non virtus, sed subversio. Verum humile vilis vult reputari, non humilis prædicari. Item:* Esse enim, quod humilitatis materia per alium ministratur; verbi gratia, probra, damna, supplicia: non tamen idcirco solet ab alio, quàm a semet-ipso humilitatus ille dicetur, qui illa omnia, tacitâ & latâ conscientiâ, causâ Dei subeunda decreverit. Item:* Humilitas est contemptus propriæ excellentiæ. Contemptus opponitur appetitui. Duabus quoq; superbiæ speciebus, duæ nihilominus humilitatis opponuntur: contra cæcam; ut quis de se noverit humiliter sentire: contra vanam; nec consentire aliter-sentientibus. Nempe, qui de se-ipso humiliter sentire novit, in neutra ipsius de se judicium falli potest: videlicet, ut aut majus aliquid putet se esse, quàm sit: aut a se esse, quod sit. Et ideo patienter carens, quod sibi novit deesse, humiliter de eo, quod certum est adesse, non in se, sed in Domino, gloriatur. Item:* Humilitas est virtus, quâ homo, verissimâ sui agnitione, sibi-ipsi vilescit.

Johannes Salisberiensis ait:* Humilium est, ut nec personam docentis contemnat quis, aut quamcunq; scientiam: nisi fortè quam religio reprobavit.

Petrus Cantor inquit:* Etsi cæteræ virtutes sint via vitæ: tamen generale nomen omnium Humilitati attribuitur & appropriatur; quæ est fomentum omnium aliarum virtutum. Item:* Sine humilitate, per prudentiam eligere, quod dig[illegible] est, erronea discretio est: adversa per fortitudinem superare, jactans victoria: illecebris per temperantiam resistere, temulenta sobrietas.

¶ De Dilectione Inimicorum, Rupertus ait:* Filii Dei sunt qui etiam inimicos diligunt, optandoque amici fiant, imitantes ipsum Deum: qui, cum inimici essemus, ultrò nobis obtulit reconciliationis gratiam, tantâ dilectionis abundantiâ: ut proprio Filio suo non parceret, sed pro nobis traderet eum.

Lombardus:* Quæri etiam solet: Cur Dominus præcepit diligere inimicos: cùm alibi præcipiat odio habere parentes & filios? Ad quod dicendum est: duo esse diligenda in homine; naturam, & virtutem: vitium verò & peccatum odiendum. Et parentes ergo, in quantum mali sunt, odiendi sunt: & inimici diligendi, in quantum homines. Diligamus ergo inimicos, lucrando regno Dei, & odiamus propinquos, si impediunt nos a regno Dei: & in omnibus communiter naturam diligamus, quam Deus fecit.

¶ De Mansuetudine, ait Petrus Cantor:* Humilitati autem quasi virtutem collateralem, conterminam & vicinam, adjungit Dominus in scalâ Jacob, Mansuetudinem scilicet, dicens:* Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Hæc commendatur ab origine vocabuli. Dicitur enim Mansuetus, quasi manui assuetus, homo socialis, tractabilis & benignus in adversis, & contra injurias etiam proprias. Item ab exemplo, authoritate Christi; qui mitissimus apparuit omnium hominum: quia suavis Dominus & mitis. Item commendatur in Moyse; qui mansuetissimus fuit omnium hominum: intellige, præter Christum. Item in Andreâ Apostolo, qui mitissimus Sanctorum fuisse legitur.

¶ De Discretione, inquit Bernhardus:* Est ergo discretio, non tam virtus, quàm quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrixq; affectuum, & morum doctrix. Tolle hanc: & virtus vitium erit; ipsaq; affectio naturalis, in perturbationem magis convertetur, exterminiumq; naturæ.

¶ De Reconciliatione, inquit Petrus Cantor:* Homini [illegible] ut si corporaliter ei satisfaciat, si damnum ei corporaliter [illegible]lerit. quia non dimittitur peccatum; nisi restituatur ab[illegible].

¶ De Modestiâ, inquit Petrus Cantor:* In communi [illegible] servandus est modus & modestia. Culpa enim est [illegible] culpare: & gloriosum est Principi, non citra meritum punire.

¶ De Concordiâ, ait Hildebertus:* Hæc est inter a[illegible] amicorum concordia: ut nihil ab altero sit alienum, nihil alteri singu[illegible]: omnia fiant ut rem publicam voluntas una.

¶ De Misericordiâ, ait Bernhardus:* Quòd-si fortè [illegible] & multus peccator es, ut magnam quæras misericor[diam], [illegible] multitudinem [illegible] erat omnium: tu quoq; misericordiam [illegible] magnificare [illegible] Reconciliatus esto [illegible]nam & peregrinus, memineris quòd positus esses contrarius Deo. Et hæc sanè in domo propriâ reformata pace, eandem necesse est post erga Proximos dilatari: ut novissimè osculetur te & ipse [illegible] (& quemadmodum scriptum est) reconciliatum, pacem habeat ad Deum. Dimitte his, qui in te peccaverunt: & dimittetur tibi, quod ipse peccasti, dum securâ conscientia oraveris Patrem, & dixeris: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Item:* Vera misericordia non judicat, sed afficit: non utitur discussione, occasione contenta. Non enim exspectatur ratio, ubi affectio trahit. Item:* Misericordia quippe affectio est, quæ nos voluntate coercetur; nec rationi subjicitur: quando non tam in se quisq; pertrahit voluntate nimia, sed ipsa pius memor, ad compassionem dolentium, necessario cogit affectu: ita ut, etiamsi peccatum esset misereri, etsi multùm vellem, non possem tamen non-misereri. Potest quidem ratio vel voluntas affectus effectum [illegible] trahere; sed nunquid ipsum affectum evellere?

Lombardus ait:* Misericordia, est erga miseros Bonitas, erga quoslibet. Interdum tamen misericordia largè accipitur, ut bonitas.

Petrus Cantor:* Si igitur imitator es Christi, necesse est, ut multus sis ad ignoscendum: ut misericordia in omni opere tuo semper exaltetur, & enatet, & præponatur omni severitati & rigori: ut totum te inanias & exhaurias in operibus misericordiæ, primò a te ipso incipiens, secundò eam in proximo perficiens; & omnia tua opera ad Dominum referens. Item: Sunt autem duæ species misericordiæ. Una consistit in ignoscendo; reliqua in subveniendo Proximo. Prima egregia est, & major secunda. Major enim est, quæ vincit iram, quàm quæ rapit avaritiam. Et major est misericordiâ tacendo fugere, quàm resistendo superare. Item: Præter hanc communem speciem misericordiæ, est quædam species clementiæ specialis judicum & potentum; quæ minùs elucet in privata personâ: maximè autem in judice parcente, & relaxante aliquid de pœnâ; qui sibi [illegible] habet parcere. in de pœnâ debita semper aliquid remittet. Crudele enim est, habere commercium cum belluis, pœnis delectari nihilq; de pœnâ relaxare. Item: Sequitur de misericordia, intercedente etiam pro inimicis. cujus, præter Dominum & protomartyrem Stephanum, egregium est exemplum Samuel, intercedens pro Saule, qui eum volebat occidere: ob quod meruit Samuel, quòd omnes a Dan usque Bersabee cognoverint, quòd Samuel esset fidelis propheta Domini. Hujus etiam mirabile exemplum exstitit Moyses; qui orans pro populo exasperante, eumque graviter infestante, retinuit Dominum furentem, dicens:* Aut dimitte eis, aut dele me de libro vitæ.

Hildebertus ait:* Misericordia speciosum est humanæ vitæ ornamentum: cujus expers male degenerat, & hominem diffitetur. unde &, nescire misereri, cum feris est habere commercium.

¶ De Lenitate, Bernhardus ait:* O quam lenis & dulcissimo spiritu imbutus est animus illius; qui novit in spiritu lenitatis peccantem instruere, suspendere vindictam, & affectuosis visceribus invisceraro sibi peccatorem, donec vita reddatur.

¶ De ordine reprehensionis aliorum, Bernhardus ait:* Prius peccata tua confitearis, quàm ad expurganda accedas aliena. Magnum prorsus & mirabile sacramentum, animæ sustentatio. Vide ne ad illud immundus accedas. Quòd-si fortè non potes innocens, imo quia non potes, lava inter innocentes manus tuas antequam circumdes monumentum Domini. Omnia siquidem in confessione lavantur.

¶ De Homicidio inquit Honorius:* Quæritur, utrùm homicidium semper sit malum. Cum in vindictam populi Dei fit, non est peccatum; sed multùm laudabile: ut occisio [illegible] a David, & Holofernis a Judith. vel judæi in Judæa: ut cum latro occiditur.

¶ De Temeritate, inquit Bernhardus:* Vulgò dicitur; Saliens antequam videat, cadit antequam debeat.

¶ De Discordiâ & similibus, Bernhardus ait: Non est bona arbor faciens fructus tales: insolentias, dissensiones, dilapidationes, simultates, scandala, odia, quodq; magis dolendum, inter Ecclesias inimicitias graves, perpetuasque discordias.

[* Epist. 69.] ❡ De Irâ, inquit BERNHARDUS: * *Peccabis autem, non minus irascendo, quam omnino non-irascendo. Siquidem non-irasci, ubi irascendum sit, nolle emendare peccatum est. Irasci verò irasci, quam irascendum, peccatum peccato addere est. Quod si malum est, peccatum non-emendare: quomodo malum non erit argmentare?*

[* de Convers. ad Cler. c. 22.] ❡ De Avaritiâ, inquit BERNHARDUS: * *Non priùs satiabuntur corda hominum auro, quàm auro corpora satientur. Nec indignetur avarus: & de ambitiosis & luxuriosis, etiam de facinorosis, eadem sententia est. Si quis mihi fortè non credit, experientia credat vel propria, vel multorum.* Et: [* Serm. 39. super Cant.] * *Jam verò avaritia rota & ipsa vehitur quatuor vitiorum: quæ sunt, pusillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis oblivio. Porrò, jumenta trahentia, tenacitas & rapacitas & his unus auriga ambobus præsidet, habendi ardor. Sola siquidem avaritia quoniam conducere plures non patitur, uno contenta est servitore. Ipse verò, injuncti operis promtus admodum atque infatigabilis exsecutor, urgendis sanè jumentis trahentibus flagris utitur acerrimis, libidine acquirendi, & metu amittendi.*

[* Epist. 64.] PETRUS Blesensis ait: * *Scitis, quòd omnium malorum radix est cupiditas illa transgressionis mater, magistra nocendi, principalis iniquitatum, auriga malitiæ, sicaria virtutum, seditionum origo & vena scandalorum.*

[* cap. 19.] PETRUS Cantor ait: * *Insatiabilis est avaritia: & quò magis rapit & devorat, eo ampliùs rapere sitit, quæ perdit.*

[* Serm. 13. in Ps. 91.] ❡ De Invidiâ, BERNHARDUS ait: * *Nôsse cupis oculum venenatum, oculum nequam, oculum fascinantem? Invidiam cogitato. Quid verò videre, nisi malum videre est? Si non esset basiliscus, nunquam per ejus invidiam mors intrâsset in orbem terrarum.* Et: [* Serm. 49. in Cantic.] * *Nimirum mentientes nosmet-ipsos nobis, sentimus aliquis nostrûm, pro nostra imperfectione experientiâ, quàm rara virtus sit, alienæ non invidere virtuti; nedum gaudere ad illam: nedum etiam tantò plus, quàm ad propriam, quemque gratulari: quanti se perponderet in virtute superatum.* Et: [* Epist. 7.] * *Si enim, ubi invidia, ibi mors: profectò non potes simul & invidere, & vivere.*

[* Epist. 42.] PETRUS Blesensis ait: * *Solos miseros ignorat invidia: virum fortem excitat ad virtutis exercitium, aliena livoris aculeus; nec mentis oculos torpere permittit invidia detractorum.*

[* cap. 23.] PETRUS Cantor ait: * *Tanta est malitia invidiæ, quòd Spiritum sanctum persequitur. Quid enim in dono Proximi persequor, quàm donum Spiritus sancti? Itaque ipsum datorem eius dono persequor, & extinguere conor.* Et: *Invidia est putredo ossium, id est, omnium virtutum, quas facit putrescere.* Itèm: *Invidia filia, & mater Superbia, in unum conspiravêre, ad ruinam totius Mundi.*

[* lib. 2. de Consid.] ❡ De Temperantiâ, inquit BERNHARDUS: * *Nempe intemperantem ipsa consideratio censet, tam eum, qui necessariis pertinaciter demit; quam qui indulget superfluis. Non ergo est temperantia in solis resecandis superfluis; est & in admittendis necessariis.*

[* cap. 88.] PETRUS Cantor ait: * *Illecebris igitur & illicitis per temperantiam, similiter & licitis, ne in his modum excedamus, inutiliter aliquid agendo, resistimus.*

[* Serm. 1. de Quadrages.] ❡ De Jejunio, BERNHARDUS ait: * *Est ergo jejunium corporis capitis unctio: & carnis inedia, refectio cordis.* Idem: [* Serm. 3.] * *Sed & multò magis ipsa anima jejunet a vitiis, & propria voluntate suâ.*

[* cap. 99.] PETRUS Cantor inquit: * *Est jejunium Christiani, in maceratione carnis siccum & sobrium.*

[* in Matth. cap. 6.] De hypocritico jejunio, inquit RUPERTUS: * *Causam istam non habuerunt, nec habent hypocritæ tristes, & cùm jejunaverunt, & jejunant frequenter; desiderium Christi non habentes: & mira tamen cordis duritiâ nonnunquam plùs jejunando laborant, quàm hi, qui Christum & vitam desiderant.*

[* Epist. 6.] ❡ De Ebrietate, PETRUS Blesensis ait: * *Ubi regnat ebrietas, ratio exsulat, obtunditur intellectus, consilia deciduntur, judicia subvertuntur.* Itèm: [* Epist. 59.] * *Si de salute animæ tuæ, aut saltem de incolumitate corporis cogitares: plus animæ, & divinis corporis; minus ventri, plùs spiritui deservires. In animæ tuæ perniciem conjurasti, atque in ipsum gravamen ventris, imples auxilium: cujus ingluvies dum omnia devorando vorare appetit, suâ voracitate mortificat animam, & interioris hominis lumen obtenebrat.* Itèm: *Nam in tanta mole corporis, anima, quasi tenebris obsessa carceralibus, in spiritualis luminis respirare non potest. Membra verò, suis destituta officiis, ex longâ desidiâ & torpore sentitas passiones exspectant. Multi enim ex nimiâ gulositate morbescunt: suamque crapulam remediantur vomitu, turpiter egerentes, quod turpiter ingesserunt.*

[* cap. 100.] PETRUS Cantor ait: * *Gulam autem & ebrietatem conjungimus: quia sicut gulosus & ebrietas, ventrem distendit, carnem accendit, libidinem fovet & nutrit.* Et: *Ebrietas hominem sui & Dei immemorem facit; infinita monstra parit; consilia detegit. Quia quid ebrietas non designat? Inguinis & capitis quæ sit distantia nescit.*

[* Serm. 39. super Cant.] ❡ De Luxuriâ, ait BERNHARDUS: * *Luxuria verò curru quadrigæ nihilominus volvitur vitiorum: ingluvie videlicet ventris, libidine coitus, mollitie vestium, otii soporisque resolutione. Trahitur equis æquè duobus, prosperitate vitæ, & rerum abundantiâ. & qui his præsident, duo, ignavia torpor, & infida securitas. Quia & copia in ignaviam solvit, & (secundùm Scripturam* [* Prov. 1. 32.] *) prosperitas stultorum perdet illos: non sanè ob aliud, nisi quoniam malè-securos reddat. Cùm autem dixerint, Pax & securitas: tunc subitaneus superveniet eis interitus. Hi calcaria minime habent, neque flagella, vel aliquid hujusmodi: sed pro his utuntur parvulo papilione conopeo, ad faciendam umbram; & flabello, ad ciendum ventum. Porrò conopeum dissimulatio est, umbram faciens, & protegens ab æstu curarum. Proprium namque est mollis & delicatæ animæ, etiam necessarias dissimulare curas, & ne æstuantes sollicitudines sentiat, sub latibulo dissimulationis abscondi. Flabellum verò, effusio est, ventum adulationis apportans. Largi sunt enim luxuriosi, ementes auro ventum de ore adulatorum.*

[* cap. 101.] ❡ De Fornicatione & similibus, inquit PETRUS Cantor: * *Simplex fornicatio, est illicitus coitus soluti cum soluta, vel è converso. Quod crimen maximè detestandum est: quia (ut ait Apostolus* [* Hebr. 13. 4. & 1. Cor. 6. 9.] *) fornicatores & adulteros judicabit Deus. Neque fornicatores, neque adulteri intrabunt in regnum Dei.* Itèm: *Homo dignitatem suam, & imaginem Dei, hoc vitio amittit: adeò ut totus absorbeatur, terraque efficiatur; & de rationali mutetur in pecude & jumentum.* Itèm: *Ob hoc & maximè fugienda est fornicatio, quia vitiosa est: & quòd cum cæteris vitiis possumus luctari, de eâ autem dicitur,* [* 1. Cor. 6. 18.] * *Fuge fornicationem.* Itèm: *Adulterium quoddam est simplex, scilicet soluti cum conjugata; vel è converso: quoddam duplex, vel majus; scilicet conjugati cum conjugata. Ac ultimum homicidio videtur esse par crimen. Unde Dominus in lege adulteram sine remedio præcepit lapidari. Justa enim quantitatem delictorum, lex statuit quantitatem pœnarum.* Itèm: [* cap. 102.] * *Cùm Dominus pœnam pro aliis peccatis infligendam differat; pro hoc patientiam & bonitatem sibi innatam videtur exsuisse: non diu exspectans [illegible], sed magis eos puniens temporaliter, igne cælestis usque; consummaturus tandem pœnam eorum igne gehennæ.*

[* cap. 70.] ❡ De Prodigalitate, inquit PETRUS Cantor: * *Fiunt aliqui prodigi pluribus ex causis. Quidam ob libidinem ædificandi, & ob alias superfluitates & obscœnitates. Alii fiunt prodigi, ob ambitionem dignitatis, vel famæ. Alii fiunt prodigi, ob excusationem miseriæ & peccati sui, histrionibus & indignis dantes, ut dicatur de eis: Nihil negant quod ab eis exigitur. Sed nihil dant, nisi exigatur. Ergo nihil dant viro honesto & bono. Alii fiunt prodigi, ob negligentiam vel insipientiam: qui profusores suorum fiunt; prædatores alienorum. Generaliter enim prodigalitatem comitatur cupiditas, avaritia, & rapina.*

[* lib. 8. c. 8.] JOHANNES Salisberiensis ait: * *Prodigalitas itaque, eroganda & non-eroganda profundit, in eas res, quæ nullam sunt omnino aut brevem habitura memoriam.*

[* Serm. 53. Vigil. Nat. Dom.] ❡ De Otio, inquit BERNHARDUS: * *In desideriis est omnis otiosus.*

[* Epist. 9.] PETRUS Blesensis ait: * *Effœminare quidem otio, torpore & pigritiâ, nihil aliud est, quàm suffocare virtutem, nutrire superbiam, viamque construere in gehennam.*

[* cap. 98.] ❡ De Paupertate, inquit PETRUS Cantor: * *Constat, tutius esse, divitias nec habere, nec amare: quia habere possunt, & non amari.* Itèm: [* cap. 96.] * *Ob hoc amanda est paupertas, quòd non invenit adulationem, quam solent divitiæ.*

PETRUS BLESENSIS: *Sit tibi paupertas ipsa solatrix: quæ & viventem liberrimum facit, & morientem securissimum. Elegans & præclarum donum Dei est paupertas: si tamen hanc inter*

dona

dona Dei computare dignetur impatiens. Item: *Unde & beatior est suâ mi-…ia reputandus est pauper, quam dives in opibus sophisticis & gloria seductrice. Cumulus enim divitiarum, in cumulû molestiarum crevit: quarum cruciatus ille impatientius sustinebat, qui divitiis & delicatius hujus vitæ desiderabilibus consuevit.*

[* cap. 18.] ¶ De Mediocritate, inquit PETRUS Cantor: * *Si paupertatem patienter ferre non potes, eligas mediocritatem, juxta Poetam, qui ait:*

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti; caret invidendâ
Sobrius aulâ.

[* Psal. 37. v. 16.] *Et Dominus auream mediocritatem commendans, ait:* * *Melius est modicum justo, super divitias peccatorum multas.* Item: *Quemadmodum desiderare delicatas res, luxuria est: ita usitatas & non-magno parabiles fugere, dementia est.*

[* cap. 87.] ¶ De Vigiliâ, inquit PETRUS Cantor: * *Quatuor autem distinguuntur vigiliæ, propter quatuor cardinales virtutes: ut vigiles sic, ut prudenter & discretè eligas necessaria; electa fortiter conserves, in adversis; temperanter, in prosperis; justè vigiliam tuam custodias, ne somnum culpæ obrepat.*

[* ibid.] ¶ De Labore, idem inquit: * *Labor naturæ duplex: corporalis scilicet, & spiritualis in cogitatione. Corporalis multiplex. Unde,*
Impiger extremos currit mercator ad Indos.
Nec prohibet Dominus laborem naturæ, qui est scilicet ad necessitatem; cùm ait: * Nolite solliciti esse de crastino. *Sed sollicitudinem vitiosam prohibet, non necessariam providentiam.*

[* Matt. 6. v. 34.] [* l. 8. c. 13.] ¶ De Frugalitate inquit JOHANNES Salisberiensis: * *Tenuis parcus impletur facile: & facillimè exinaniuntur prodigus dives.*

[* cap 97.] ¶ De Hospitalitate, PETRUS Cantor ait: * *Quia peregrini ad hospitium non solum sunt vocandi, sed etiam trahendi.*

[* cap. 81] [* Luc. 6. v. 30.] ¶ De Eleemosynis idem PETRUS Cantor: * *Quid autem sit dandum, & quo ordine, ostenditur ubi ait Dominus:* * Omni petenti te tribue. *Rem, quam petit, si potes, da: si nō potes, da calicem aquæ calidæ: quā si nō habes, da calicē aquæ frigidæ. Quod si non frigidam habes: si malus est, da increpationem: si bonus, da orationem. Nunquam deest justo, quod det; qui in Domino omnium omnia possidet. Quantum verè dandum sit, Johannes ostendit dicens:* * Qui habet duas tunicas, det unam non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Item: *Sequitur, quibus, quot, & qualibus dandum sit: Quibus ergo? Omnibus; si potes, si non: maximè domesticis fidei; & inter hos magis indigentibus, & magis justis. Quia* * Oculi Domini super justos. Et, † Dispersit, & dedit pauperibus; *non ructantibus. Ecce quibus, & quot, & qualibus dandum. Circa verò qualitatem & cautelam dandæ eleemosynæ, hæc attendenda sunt. Distribuatur, ne uni omnia dentur. Necessitas, ut necessaria dentur. Unde Apostolus:* * Unusquisque, prout destinavit in corde suo, non ex tristitiâ, aut ex necessitate. Hilarem enim datorē diligit Deus. *Coacta enim servitia Deo non placent, sed voluntaria. Unde:* * Voluntariè sacrificabo tibi. *Qui dat ob verecundiam, vel improbitatem interpellandis vitandam; & rem perdit, & meritum. Solo enim intuitu Dei, non alicujus rei extrinsecæ, ut pretium & hujusmodi, danda est eleemosyna. Pietas autem dantis condit eleemosynam, non quantitas datorum in Exodo:* * Omnis voluntarius & prompto animo offerat primitias Deo. *Sequitur, de quo sit dandum. De suo scilicet, non alieno. Unde dicitur:* * Honora Deum de tuâ substantiâ; *non de alienâ. Et in Deuteronomio:* * Non adhærebit quicquam de anathemate (*quodcunque scilicet, quod separari debet à te*) in manu tuâ, ut misereatur tui Deus.

[* Psal. 34. v. 16.] [† Psal. 112.] [* 2. Cor. 9. v. 7.] [* Psal. 54 v. 8.] [* cap. 35. v. 5.] [* Prov. 3 v. 9.] [* Deut. 13. v. 17]

JOHANNES Salisberiensis ait: * *Illis, qui promeruerunt, donare, justum est: & iis, qui indigent, subvenire, pium; ita tamen, ut … respiciatur in singulis; quod in facie sapientis sine rubore & … denudari.*

[* Epist. 3.] ¶ De Beneficentiâ, HILDEBERTUS ait: * *Hac celeritate præstanda sunt beneficia: ut ea potius accipiat improvidus; quam importunus extorqueat.*

[* Ep. 18.] ¶ De Divitiis, inquit PETRUS Cantor: * *Quoties occurrit domus splendida, cultaque cohors servorum, lectica formosis imposita calonibus; quid mitaris? quid stupes? Pompa est: ostenduntur istæ res, non possidentur: unde placent, transeunt. Ad veras te potius verte divitias: disce parvo esse contentus. Sed & illam vocem magnus atque animosus exclama: Habeamus aquam, habeamus polentam. Turpe est, beatam vitam in auro & argento reponere: æque turpe, in aqua & polentâ.*

[* l. 7. in Apoc cap. 14.] RUPERTUS: * *Hujus Mundi bona mutabilia (quibus stultus fruitur, sapiens imperat) habere, non est peccatum. Sanctos patres divites fuisse sacra Scriptura tradit: sed ipsas divitias nō passi sunt suis affectibus dominari, sed ipsi dominati sunt divitiis, dispensando, ut poscebat usus privatus aut publicus. Itaque, laudabiliter ejusmodi divites excusantur. Quia non est census in crimine; sed affectus.*

[* cap. 40.] ¶ De usuris, PETRUS Cantor ait: * *Usura est, cùm plus exigitur in pœna, quam commissum est in culpa. Ex usuris autem pœna & culpa, redimit Dominus animas servis, qui redemerunt animas suas, per abstinentiā ab usuris pecuniæ, & pœna supra quantitatem culpæ illata: à quibus qui no abstinuerit, Diabolo assimilatur. Sicut enim Diabolus homini mutuò dat peccatum, ut aliud ab eo recipiat: (quia sanguis sanguinem tetigit: & peccatum, quod statim per pœnitentiam non diluitur, augetur) sic homo fœnerator, talentum pecuniæ dat ad usuram, ut aliud recipiat. Et sicut Diabolus talentum peccati non vult sibi reddi; quia quanto diutius detinetur, tanto ampliùs multiplicatur: sic & fœnerator, talentum pecuniæ (redditum Proximo, non vult reddi; quia multiplicatur, dum non redditur. Et: Etiam dando ad usuram, pejor est exactore Diabolo quia Diabolus, autor omnis malitiæ, talentum suum, non alienum, mutuum dat. Fœnerator verò, dando mutuū, talentum pecuniæ non suum dat, sed Dei.* Item: *Cum itaque summa accrescit ex dilatione temporis, vel cùm pœna adjicitur supra culpam: usura committitur, quæ serpenti cancro comparatur: quia serpit, & paulatim crescit, ut totum corpus occupet.* Item: *Fœnerator plus peccat, quam fur, qui tantùm de nocte, vel clam, hominem bonis suis spoliat, vel latro, qui de die, & manifestè. Hic enim continuat maleficium, & artem rapiendi bona Proximis: illi verò non.*

[* Epist. 15.] PETRUS Blesensis: * *Noli fœnum, quæso, ulteriùs amplecti temporale: quod gravissimè detestatur, qui omnia quæ habes, tibi commodavit, & nunc in pauperibus suis sibi postulat commodare. Beatus homo qui miseretur & commodat! Non enim miseretur, qui lucrum sequitur temporale. Qui miseretur pauperis, Domino fœneratur. Sibi verò pietatis januam claudit, qui viscera misericordiæ Proximo mendicanti non aperit.* Item: * *Fœneratores tristissimos habebit exitus hujus vitæ: cujus finis interitus, mors detestabilis, cujus damnatio sine fine.*

[* Epist. 191.]

[* lib. 5. c. 10.] JOHANNES Salisberiensis ait: * *Nec domi illorum justitiā esse credas aut veritatem, aut pietatem; apud quos omnia videt esse venalia. Christus ipse exclusus est: &, si pulsat ad ostium, non aperitur ei. Fugiunt & fugant gratiam, quia omnia ad pretium, & gratis faciunt nihil.*

[* cap. 67.] ¶ De Pigritiâ, PETRUS Cantor ait: * *Pigritia est maximū peccatum; quod accusans Salomon, ait:* * Usquequò piger dormis? Quando consurges ex somno tuo? *Et:* * Manus in manu non est innocens. *Et:* * Qui operatur terram suam, saturabitur panibus multiplicibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est. Item: *Et cùm in omni ferè genere pigritia redargui possit & inveniri; magis in Clero reperitur: quia magna sunt otia Cleri. Non est, quod agatur apud eos.*

[* Prov. 6. v. 9.] [* Proverb. 11. v. 21.] [* Prov. 12. v. 11.]

[* Serm. 6. de Septem panib.] ¶ De Gratitudine, inquit BERNHARDUS: * *Oportet proinde gratum esse hominem & devotum: qui percepta gratiæ munera, non modo manere sibi desideret; sed & multiplicari.*

[* Epist. 73] ¶ De Laude, BERNHARDUS ait: * *Non omnis laus, adulatio: sicut nec omnis reprehensio, de animi rancore descendit. Beatus qui dicere potest:* * Corripiet me justus in misericordiâ, & increpavit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

[* Psal. 141. v. 5.]

[* cap. 61.] ¶ De Candore, ait PETRUS Cantor: * *Dubia in meliorem partem interpretanda sunt. Iniquissimum & diabolicum est, in deteriorem partem declinare, & magis pronum esse, ad suspicandum mala, quam bona.*

[* l. 3. dist. 39.] ¶ De Juramentis, LOMBARDUS scribit: * *Si autem quæritur, utrùm jurare sit malum? Dicimus, aliquando malum esse, aliquando non. Spontè enim & sine necessitate jurare, vel falsum jurare, peccatum grande est. Ex necessitate autem jurare, scilicet vel ad asserendam innocentiam, vel ad fœdera pacis confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus quod eis est utile, malum nō est, quia necessarium est ei.* Item: *Per Deum jurare, hoc est, testem adhibere Deum.* Item: *Nunc superest videre, utrùm omnis jura-*

mentum implendum sit? Si quis enim alicui juraverit contra fidem & charitatem, quod [illegible] votum, pejorem vergat in exitum potius est mutandum, quam implendum. Et: *Ostenditur, quædam juramenta non esse servanda. Et qui sic jurat, vehementer peccat. Qui autem mutat, bene facit. Qui enim non mutat, dupliciter peccat: & quia injuste juravit, & quia facit, quod non debet.*

De licitis, ait PETRUS Cantor: * *Juramentum autem licitum videtur, quando minor jurat res, se executurum vices majoris pro posse suo: & quod nec celabit jura ejus pro proprio lucro captando in minoribus.* Item: * *Christiano enim non licet omnino jurare, nisi pro his, quæ ad salutem pertinent, ut cum pigri sunt auditores & infirmi, minusque volunt acquiescere his, quæ dicuntur, spectantibus ad salutem. Sic & Paulus juravit; non pro re vili & terrena.*

De illicitis, inquit idem PETRUS Cantor: * *Ex his etiam conclude, debita illicita, licet juramento confirmata, de patrimonio Crucifixi non esse solvenda: sed potius in turpi causa rescindatur juramentum.* Item: * *Juramentum quoddam fit ex obreptione, quoddam ex deliberatione. Primum dicunt esse verbum jocosum: cum tamen videatur esse crimen. Simplex enim verbum, per se prolatum, jocosum est: ergo juramentum ei adjectum, facit illud esse plus quam jocosum.*

¶ De Taciturnitate, PETRUS Cantor inquit: * *Sunt bonæ [illegible] taciturnitatis quatuor causæ, penes auditores. Quia scilicet canes sunt, detractores, obstinati & infideles: vel quia porci sunt, fastidientes verbum Dei & immundi. Unde Ezechiel:* * Fili hominis, linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir objurgans: quia domus exasperans est. *Tertia causa est assiduitas Prædicatio enim frequens [illegible] est, vilescit. Imponit silentium [illegible] rebus honestis. Quarta causa est incapacitas auditorum unde Apostolus:* * Non potui vobis quasi spiritualibus loqui: lac [illegible] dedi, non [illegible].

De Taciturnitate mala, inquit idem PETRUS Cantor: * *Tacetur male 1. ad confitendum peccata, & laudandum Deum. 2. ad increpandum Proximum. 3. ad prædicandum. 4. Proximo ad consulendum. 5. ad invocandum.* Et causas recitat. *1. Timorem mundanum, vel humanum. 2. Cupiditatem. 3. Pigritiam vel negligentiam. 4. Simplicitatem, vel naturalem verecundiam. 5. Ignorantiam.*

¶ De Simplicitate, inquit PETRUS Cantor: * *Est simplicitas virtutis, simplicitas fatuitatis, simplicitas simulationis & hypocrisis. De prima ait Dominus:* * Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ.

¶ De Veritate, inquit BERNHARDUS: * *Non amat veritas angulos, non ei diversorio placent. In medio stat: id est, disciplinæ communis, communis vitæ, communibus studiis delectatur.* Item: * *Amara est veritas sine condimento gratiæ: sicut, absque veritatis freno, levis & nesciens modum plerunque, & insolens, ipsa devotio. Quàm multis non profuit gratiam percepisse, pro eo quod temperamentum de veritate pariter non acceperunt?* Item: * *Inquirimus veritatem in nobis, in proximis, in sui natura. In nobis, nosmetipsos dijudicando. In proximis, eorum malis compatiendo. In sui natura, mundo corde contemplando.* Et: *Cum sint itaque tres gradus seu status veritatis, ad primum ascendimus, per laborem humilitatis: [illegible] affectum compassionis: ad tertium, per excessum contemplationis. In primo, veritas reperitur severa, in secundo [illegible], in tertio, pura. Ad primum ratio ducit, qua nos discutimus: a[illegible] nundum affectus perducit, quo aliis miseremur: ad tertium puritas rapit, qua ad invisibilia sublevamur.*

JOHANNES Salisberiensis ait: * *Veritas aspera est, & plerunque molestiam parit, dum aliquem palpare dedignatur. Verùm amaritudo ejus utilior est, & integris sensibus gratior, quàm meretricis linguæ distillans favus.* Item: * *Innocentia non facilè superatur: & veritas suis viribus consistens, de malitia quantumvis ornata triumphat.*

¶ De Mendacio, HONORIUS inquit: * *Sicut tenebræ luci, sic mendacium contrarium est veritati. Deus autem est veritas. Ergo qui mendacium loquitur, negat Deum & ideo juste ab eo quem negat, perdetur. Si Deus solus verax; omnis autem homo mendax: ergo omnes peribimus, quia omnes mentimur. Sed sciendum est, quod omne mendacium quatuor modis profertur: dum aut nescientes, aut [illegible] aut [illegible] aut fallendo, mentimur. Sed tria [illegible] quartum [illegible] Qui autem scienter & callidè mentitur, [illegible] seipsum: quia os, quod mentitur, occidit animam. Occidit & proximum, quem a veritate seducit in mendacium: cujus diffinitio est, ficta loqui studio decipiendi.*

PETRUS LOMBARDUS: * *Mendacium est (ut ait Augustinus) falsa significatio vocis, cum intentione f[allendi]. Hoc enim malum est proprium mentientis, aliud habere clausum in corde, aliud promtum in lingua.*

¶ De Levitate, ait BERNHARDUS: * *Qui sui negligens, alios curiose circumspicit, dum quosdam suspicit superiores, quosdam despicit inferiores; & in aliis quidem videt quod invideat, in aliis quod irrideat. Inde fit, ut, pro mobilitate oculorum, levigatus animus, nulla utique sui cura aggravatus, modò per superbiam ad alta se erigat; modò per invidiam in ima demergat. Nunc per invidiam nequiter tabescit: nunc per excellentiam pueriliter hilarescit. In altero nequam, in altero vanus, in utroque superbus existis: quia, & quod superari se dolet, & quod superare se gaudet, amor proprie excellentiæ facit. Has autem animi vicissitudines, nunc pauca & mordacia, nunc multa & inania, nunc risu, nunc luctu plena, semper verò irrationabilia indicant verba. Compara, si vis, duos primos superbiæ gradus, supremis duobus humilitatis: & vide, si non in ultimo curiositas, in penultimo levitas cohibetur.*

¶ De Ambitione, BERNHARDUS inquit: * *Videsne, [illegible] ambitionis via adoratio Diaboli est: quâ videlicet, ad honores & gloriam Mundi perveniendum, suis ille adoratoribus pollicetur?* Item: * *Inclytum erat ambitiosum, quamdiu in noctu versabitur & [illegible], donec turpis lucis: negotium perambulabit in tenebris, poterit hypocrita justus sanctusque videri, si ab oculo qui videt in facie. At ubi fortè foras mittit impudenti vel imprudenti, quod latet in conscientia: non ut [illegible] oppositum apparet, ad confusionem procacior; quam promtior ad gloriam?* Item: *Et certè ambitio, cùm prorumpit in impudentiam, efficaciam perdit: & cùm improbus affectus se aperit, perit effectus. Ambitio, mater hypocrisis, latebras amat & tenebras, lucis impatiens est. Ambitio, sicut cum vitium, in imo jacet: videt tamen omne sublime, sed videri ipsa veluti [illegible]. Nec mirum. Optato namque, necesse est careat, nisi caveat arbitros. Quò enim gloria plus affectatur, eò minus apprehenditur: ubi deprehenditur affectata.*

¶ De Superbia, inquit RUPERTUS: * *Nullius peccati mortificatione sic indiget humana infirmitas, quàm superbiæ.* Et: *Diaboli character superbia est, & hunc habere rectè judicatur, quisquis scienter & per contemtum peccat.* Et: * *Superbi omnes sibimet pulcri videntur, dum suas sordes cognoscere dedignantur: quin & irasci solent, dum illis a corripiente quid sordidi sint, aliquo modo suggeritur.* Et: * *Superbia, magna est ebrietas, & mentem ita subvertit; vimque omnem debilitat sensûs atque rationis, ut, quod audit, discernere non possit.* Et: *Superbia est, gloriam ab invicem accipere.* Et: * *Peccatum Hæreticorum est superbire, & non per ignorantiam, sed per superbiam, seu per invidiam, contra veritatem Dei verba proferre.*

BERNHARDUS inquit: * *Fugite superbiam fratres mei, (quæso) multum fugite. Initium omnis peccati, superbia: quæ tam velociter ipsum quoque, sideribus cunctis clarius micantem, æterna caligine obtenebravit Luciferum: quæ non modò Angelum; sed angelorum primum, in Diabolum convertit.* Et: * *Omnis superbus extollitur supra Deum. Vult enim Deus fieri voluntatem suam; & Superbus vult fieri suam.* Item: * *Est Superbia cordis, superbia oris, superbia operis, superbia habitûs. Superbia cordis est, quando homo in oculis suis magnus est. Contra quam Sapiens orat, dicens:* * Excellentiam oculorum meorum ne dederis mihi. *Et alibi:* * Væ qui sapientes estis in oculis vestris. *Superbia oris vel linguæ (quæ & jactantia dicitur) est, quando homo non solùm magna de se sentit, sed etiam loquitur. Unde Psalmista:* * Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam. *Superbia operis est, quando homo exteriori quadam superbiâ, ut magnus appareat, agit de quo idem Psalmista ait.* Non habitabit in medio domus meæ, q[ui f]ac[it s]uper[b]iam. *Superbia habitûs est quando homo ut gloriosus videatur, pretiosis se ornat vestibus unde Paulus:* * Non in veste preciosa. *Et Dominus:* * Qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt; ubi superbia abundat. Et: * *Superbia est appetitus propriæ excellentiæ. Hæc in species duas dividitur; in cæcam & vanam superbiam. [illegible] quidem & aliis nominibus appellari possunt, contumacia & vanitas: quarum prior intelligentiæ, posterior, voluntatis vitium est. Nam ex illa, rationis fallitur oculus; & ex ista voluntatis mala appetitu afficitur. Quod melius ex singularum diffinitionibus demon-*

demonstrabimus. Cæca superbia, seu Contumacia, est vitium, quo se existimans aliquis vel esse bonum, quod non est; vel a se esse, quod est; in se, non in Domino gloriatur. Vana superbia, seu Vanitas, est vitium, quo quis tam de eo, quod est, quam de eo quod non est, suis magis, quam Dei laudibus, delectatur.

LOMBARDUS inquit: * *Ex superbiâ tamen omnia mala oriuntur, & hæc, & alia: quia (ut ait Gregorius) radix cunctis mali est superbia. De quâ dicitur;* * Initium omnis peccati est superbia: *quæ est amor propriæ excellentiæ. Cujus quatuor sunt species, ut Gregorius ait. Prima est cùm bonum, quod habet quis, sibi tribuit. Secunda, cùm credit a Deo esse datum; sed tamen pro suis meritis. Tertia, cùm se jactat habere, quod non habet. Quarta, cùm, cæteris despectis singulariter vult videri. Meritò ergo radix omnis mali dicitur superbia.*

PETRUS Cantor ait: * *Superbiâ totum virtutis corpus inficitur; vitale columen emarcescit; formosa quæque deformantur.*

JOHANNES Salisberiensis ait: * *Constat, ei, qui ad salutem tendit, primam Superbiæ sobolem extinguendam: quæ si paulisper succreverit, omnium vitiorum frutices de se gignit.*

¶ De Ingratitudine, inquit RUPERTUS: * *Ingratitudinis vitium est, beneficium non-agnoscere, & à referendis gratiis et mutum & linguam continere.*

BERNHARDUS ait: * *Numquid non perit, quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus urens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ.*

¶ De Perjurio, inquit LOMBARDUS: * *Perjurium, est mendacium juramento firmatum.* Itèm: *Evidenter traditur, quòd tripliciter pejerat homo: dum vel sciens falsum jurat, vel putans falsum, quod verum est jurat, vel æstimans verum, quod falsum est, jurat. Sed hoc extremum non videtur esse perjurium, etiamsi perjurium nominetur: eò quod falsum juratur. Non videtur reus esse perjurii, qui sic jurat: quia non est mens ejus rea; & decipit lingua.*

¶ De Ignorantiâ, BERNHARDUS ait: * *Pessimæ matris ignorantiæ, pessimæ itidem filiæ duæ sunt; falsitas, & dubietas. Illa miserior; ista miserabilior. Perniciosior illa; ista molestior.* Itèm: * *Quærendum existimo, sit ne ignorantia omnis damnabilis? Et mihi quidem videtur non esse (neque enim omnis ignorantia damnat) sed multa & innumera esse, quæ nescire liceat, absq; diminutione salutis.*

LOMBARDUS inquit: * *Est ignorantia, quæ excusat peccantem, & est ignorantia talis, quæ non excusat. Est autem ignorantia vincibilis, & ignorantia invincibilis. Excusatio omnis tollitur, ubi mandatum non ignoratur.* Itèm: *Est autem ignorantia triplex: Et eorum scilicet, qui scire nolunt, cum possint: quæ non excusat, quia & ipsa peccatum est. Et eorum, qui volunt, sed non possunt: quæ excusat, & est pœna peccati, & non peccatum. Et eorum, qui simpliciter nesciunt, non-renuentes vel proponentes scire: quæ neminem planè excusat; sed fortasse, ut minùs puniatur.*

PETRUS Cantor inquit: * *Ignorantia enim, habita circa peritiam vel scientiam, excusat; non autem circa jus. Jus enim divinum, debet esse in plano & luce scientiæ.*

De Instabilitate, inquit BERNHARDUS: * *Quales utique non-paucos frequenter experimur; qui unâ vix hora in una voluntate durantes, aurâ levitatis impulsi, vagi & instabiles, hàc atque illac velut ebrii nutant, mutantq; pro experimento judiciorum: immò sine judicio fluctuantes & tumultuantes, tot de se consilia præsumunt, quot loca revisunt: semper, quod non habent, cupientes; & quod habent, fastidientes.*

PETRUS Cantor ait: * *Omnis stultitia laborat fastidio sui. Inconstantes sibi-ipsis vertuntur in tædium: quia stultus mutatur, ut luna. Horum opera non habent caudam vel caput.*

¶ De Votis, LOMBARDUS: * *Votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo, & de his quæ Dei sunt, propriè fieri debet. Sunt tamen & vota stultorum: quæ frangenda sunt. Sciendum verò, quod votorum aliud est commune; aliud singulare. Commune; ut illud, quod in Baptismo omnes faciunt, dum spondent renuntiare Diabolo & pompis ejus. Singulare; ut cùm aliquis sponte promittit servare virginitatem, vel continentiam, vel aliquid hujusmodi.* Itèm: *Singulare votum, aliud est privatum, aliud solenne. Privatum est, in abscondito factum. Solenne vero, in conspectu Ecclesiæ factum.*

¶ De Calumniâ, ait BERNHARDUS: * *Ferit ergo charitatem in omnibus, qui se audiunt, lingua maledica; &, quantum in se est, necat funditùs & extinguit. non solùm autem; sed & in absentibus universis, ad quos volans verbum fortè per eos, qui præsentes sunt, pervenire contigerit.*

¶ De Adulatione, inquit PETRUS Cantor: * *Quòd magis noceat mel & lenitas adulationis, quam amaritudo detractionis, constat quia nullus adeò severus est & rigidus, qui hac peste quandoque non capiatur: in quâ delectari videtur, qui eam statim non repellit.* Et: *Inimici enim hominis, domestici ejus adulatores sunt.* Itèm: *Adulatio autem venenum & gladius occultus est. Multùm enim lædit, & non timetur.* Et: *Omnis enim adulator, proditor est in verbo.* Item: *Quam detestabilis sit adulatio, potest ex eo: quod ipsa est fomes & nutrix superbiæ, quæ est maximum peccatum.*

JOHANNES Salisberiensis ait: * *Vilis adulator pectore jacet ebrius esto, deliciis ingurgitatur ad crapulam; vino æstuat, lautioribus cibis distenditur, & pro arbitrio varii artificii culum sibi contemperat. Primos habet cubitus in cœnis, in conventibus primos consessus; salutationes excipit primas; primas sententias in judicium profert: in demonstrationibus honestissimè; in deliberationibus utilissimè sentit. Quicquid loquitur, sal merum est: quicquid agit, justitia & libertas.*

¶ De Reprehensione, JOHANNES Salisberiensis ait: * *Nullus reprehensor formidandus est amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehensor est, aut amicus. Si inimicus insultat, ferendus est. Amicus autem, si errat, docendus; si doceat, audiendus. Laudator verò & errans confirmat errorem; & adulans illicit in errorem.*

¶ De Garrulitate, inquit PETRUS Cantor: * *Malæ autem loquacitatis, sive garrulitatis, quatuor sunt causæ scilicet adulatio, jactantia, cupiditas, incauta loquacitas.*

¶ De Hypocrisi, PETRUS Cantor inquit: * *Hypocrita dicitur simulator, qui aliud loquitur vel operatur; & aliud retinet in corde.* Itèm: *Cujus enim oculus de facili videt vanitatem, os loquitur, manus operatur; quod in se agitur, hoc de alio suspicatur etiam propter quid bona faciat, propter hoc credat & alterum facere; bona aliorum, quæ sunt pura, ex animo suo solo æstimans superficialia, suique similia.*

¶ De Obtrectatione, ait PETRUS Cantor: * *In his ergo duobus temerarium est judicium, quod ex vitio superbiæ vel invidiæ illorum est, qui magis amant vituperare, quam emendare.* Itèm: * *Magis periculosum est præcipitare sententiam, per quam læditur fama alicujus & incrustatur, quàm illa per quam diminuitur vel deperit regula ipsius.* Itè: * *Detrahit Legi & judicat Legē omnis detractor: quia, quod Lex prohibet, operatur; scilicet non-detrahere. Vel Legi detrahit, & eā judicat, qui officio suo eā privat ut qui peccatū occultū publicè arguit, vel cum livore, vel libidine vindictæ, vel sine præmonitione, vel aliquid de cōtingētibus omittit.* Et: *Si autem condolens eis, & cōpatiens in detestatione vitii, non ut ducas in odium, de aliquo verum locutus fueris publicum ejus peccatum, coram ipsis, qui noverint, revelans, secretum inter te & ipsum solum, vel inter alios, qui eum noverint ut tu; ut sic soltèm, illis condolentibus & compatientibus, corripiatur & corrigatur: nō eris detractor.* Et: *Detractor in se charitatem extinguit, si eam priùs habuit: si non prius habuit, se vacuum ab eâ ostendit. In auditore, & quantum in se est, charitatem extinguit detractor: & proximum etiam in odium & contemtum, non tantùm præsentium; sed & absentium, & ad quoscunque volat illud venenosum & irrevocabile verbum, trahit.* Et: *Duo sunt genera Detractorum, manifestum scilicet, & occultum. Primum sine fronte, sine ore verecundo, & irreverenter, quicquid venenosi virus in buccam venerit, dente mordaci, & linguâ maledica, emittit. Secundum verò simulatè, fuco verecundiæ, & quodam rubore, detractionem obumbrat & palliat, proferens eam quibusdam flebilibus & plangentibus verbis, voce remissâ, & vultu demisso, oculis in terram defixis. Et hoc genus crudelius est priori: quia hujusmodi detractio eo-ipso persuasibilior est, quòd procedere videtur ex affectu compassionis. & ità crudelior est manifestâ detractione, quæ totum virus suum sine palliatione effundit.*

¶ De Curiositate, inquit BERNHARDUS: * *Evidenter curiositati pietas adversatur: & quē illa a corde evocat; ista revocat. Nimirū pietas illa est cultus Dei, & in corde colitur, qui in corde cognoscitur habitare. Parit autem curiositas experientiam mali: ut facilè, qui per multa vagatur, offendat, facile cadat in laqueum, facile inveniat, quod perniciosè delectet.*

¶ De cardi-

¶ De cardinalibus Virtutibus inquit LOMBARDUS:* *De quatuor virtutibus, quæ principales vel cardinales vocantur, disserendum est: quæ sunt, justitia, fortitudo, prudentia, temperantia. De quibus ait Augustinus: Justitia est, in subveniendo miseris; prudentia, in præcavendis insidiis; fortitudo, in perferendis molestiis; temperantia, in coercendis delectationibus pravis.*

¶ De medio tenendo, inquit BERNHARDUS:* *Tene medium, si non vis perdere modum. Locus medius tutus est. Medium, sedes modi: & modus, virtus. Omnem extra modum habitationem, Sapiens exilium reputat. Propterea non est illis habitare in longo, quod ultra modum sit: sed nec in lato quidem; quòd extra sit: porro nec in alto vel imo; quòd alterum supra, alterum infra sit. Denique & longitudo exterminium habere solet; & dilatatio scissuram; & altitudo ruinam; & profundum absorptionem.* Et: *Nunc autem longum dico, cùm sibi homo longiorem promittit vitam. Latum, cùm in superfluas animus distenditur curas. Altum, cùm de se plus præsumit. Profundum, cùm se plùs deficit.*

DE EUANGELIO.

De subjecto Euãgelii, inquit SAMUEL Rabbi:* *Euangelium Christianorũ supponit, quòd Christus sive Messias jam venerit. Nihil enim continet contra Prophetas & Legem nostram sed est manifestatio omnium Prophetarum, & impletio promissionis, quæ in Lege continetur, sumendo spiritualiter; prout continet doctrina Christianorum.*

Summã Euangelii recitat PETRUS Cluniacensis:* *Hanc summam Apostolicorum esse verborum: magis scilicet abundásse Christi gratiam, ad salvandum, quàm peccatum Adæ abundaverit, ad damnandum. Illius enim culpa, totam stirpis suæ propaginem, in ipsâ radice corrupit; & universam simul humani generis massam, originali tantummodo vulnere sauciavit. Christi autem justitia, donum & gratia, non solùm ab illâ originali (quæ sic vocatur) peste, quâ ille Mundum infecerat; sed ab omnibus peccatis actualibus, quæ Mundus addiderat, salvavit.*

Legem ab Euangelio illustrari, POTHO docet:* *Litera namque Legis, mysteria Dei ab illo populo carnali abscondebat; quæ nobis Spiritus intelligentia revelat.*

¶ De differentiâ Legis & Euangelii, RUPERTUS:* *Epistola, vox Legis, suam in Johanne imperfectionem profitentis, & ad perfectionem euangelicã suos auditores transmittentis. Quámvis autem sæpe de Apostolicis sumatur literis: tamen in eo gradu est, ac si semper de Lege sit & Prophetis. Semper enim moralitatem vitámque activam magis, quàm contemplativa sublimitatem, quæ in Euangelio redolet, Apostolica quoque lectio instruit & dispensat.* Et pauló pòst: *Differunt* (Epistolæ apostolicæ) *pariter, ut Lex aut Propheta, a majestate sancti Euangelii: quia videlicet pariter de moribus tractant. Et Euangelii sacramenta, illi ventura denuntiant; hi jam præterita commemorant.*

RICHARDUS de sancto Victore:* *Doctrina Legis est simplex, Euangelica triplex. Euangelium siquidem docet, quid debeat fieri, quomodo possit impleri; & quod impletum non fuerit, quomodo possit suppleri. Docet autem solummodò Lex, quid homo debeat facere, nec addit, quomodo possit implere: & ea propter neminem potest justificare.*

POTHO ait:* *Umbra est in Lege, imago in Euangelio, veritas in cælo. Domus Dei, quæ in umbrâ Legis ædificatur, imperfecta est: quia nihil ad perfectum Lex docet. Domus Dei, quæ in imagine construitur, in luce est. Domus Dei, quæ in veritate cõsistit, tota lux est.*

DE PRÆSCIENTIA, PROVIdentia, & Prædestinatione divinâ.

De Præscientiâ, inquit RUPERTUS:* *Quicquid factum est, antequam fieret, in ipsius erat præscientiâ: quæ videlicet præscientia non est aliud, quàm vita.* Et:* *Non sumus incauti laudatores providentiæ vel præscientiæ Dei: ut præscientiam ejus & ordinationem idem esse arbitremur. Non enim hæc, præscientia scilicet & ordinatio Dei, æqualia sunt, aut converti possunt: quia præscivit quidem Deus omnia, quæ ordinavit, sed non præordinavit vel prædestinavit, ut fierent omnia, quæ præscivit. Nam de homine, cum faceret eum, præscivit duo scilicet, & quomodo per fraudem Diaboli decipiendus esset, & quomodo, per omnipotentiam suam, deceptum & perditum, restaurare posset. Hæc, inquam, duo præscivit. Sed eorum alterum, lapsum hominis, fieri permisit, ad cumulum Diabolo debitæ damnationis: alterum autem, id est, restaurationem ejus, præordinavit ut (sicut ait Apostolus*) innotesceret principatibus & potestatibus in cœlestibus, per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.* Item:* *Usque hodie non cessant homines, disputare de præscientiâ vel prædestinatione Dei: nec desunt peccatores, qui, se-ipsos excusare audentes, dicunt; se idcirco bonos esse non posse, quia Deus malos fore præscivit & prædestinavit. Quibus ita se excusantibus, Deúmque accusantibus, ad insipientiæ suæ patrocinium placet, quod in præsenti loco Euangelica auctoritate scriptum est. Nisi præscientia vel prædestinatio Dei (inquiunt) voluntatibus hominum vim faceret: tantus Euangelista sic & sic non dixisset. Sed to libus, tanquam præsumtuosis discussoribus judiciorum Dei & viarum ejus, nihil aliud dignum respondere arbitratur Paulus Apostolus, quam hoc:* O' homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid potest figmentum dicere ei, qui se finxit, Quare me fecisti sic? *Etenim talibus hoc loco hic Euangelista eodem spiritu respondet, cùm præmisisset,* Non credebãt in eum: *mox subjungens,* Ut sermo Prophetæ impleretur. *Itémque,* Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias. *Ipsi enim qui sunt, qui respondeant Deo? vel quibus de divinis judiciis reddatur ulla ratio? Verùm eis, qui mites sunt, & spiritu pietatis bene dispositi ad audiendum, & Apostolus prædicto loco subsecutus, profundam dare rationem incipiens: Volens*, inquit,* *Deus notam facere iram, & ostendere potentiam suam, sustinuit in multâ patientiâ vasa iræ, aptata in interitum, &c.* Et ipse Dominus in alio Euangelistâ:* *Confiteor*, inquit, *tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita, Pater, quia sic placitum fuit ante te. Causam effectivam cæcitatis Israeliticæ reddens Apostolus, appellavit eos vasa iræ. Dominus autem sapientes & prudentes eosdem dixit, quibus Pater absconderat hæc, scilicet mysteria sua; quæ parvulis dignatus est revelare. Utrâque sententiâ, superbiam cæcitatis causam esse, significatum est. Unde enim a Domino sapientes & prudentes dicti sunt; nisi ex eo, quòd superbi sunt? quod maximè liquet ab opposito parvulorum, id est, humilium, qui revelatione Patris digni sunt. Unde verò ab Apostolo dicti sunt vasa iræ; nisi ex eo, quòd sunt filii superbiæ? Psalmista quippe, cùm dixisset,** Terribilis es; & quis resistet tibi? *statim intulit:* Ex-tunc ira tua. *Nam reverá, ex quo Deo resistitur, extunc ira ejus. Etenim, quamdiu per infirmitatem vel ignorantiam peccatur, dissimulat peccata hominum; & parcens illis, pœnitentiam præstolatur. Ergo & Apostolus, quos appellat vasa iræ, dignos auditoribus tali denotatione indicat, Deo restitere. & idcirco retributorem superbiæ justum, Deum, voluisse illos, sicut Pharaonem, indurare; vel corda illorum, ne Christum agnoscerent, excæcare. Et ipse Dominus, dum eosdem vocat sapientes & prudentes, ex opposito parvulorum, id est, humilium; & paulo pòst iisdem parvulis dicit:** Discite à me, quia mitis sum & humilis corde: *causam absconsionis, pro quâ confitetur Patri, demonstrat superbiam esse. Itaque & hoc loco, cùm Euangelista,** Excæcavit oculos eorum, & induravit corda eorum (*subauditur, dicens*) Ne videant oculis, & intelligant corde: *profecto cordatis auditoribus non dubium fore putavit, quam ob causam Deus hoc fecerit: qui neque Diabolum, neque hominem quempiam, absque præcedente peccato superbiæ, excæcavit unquam, aut induravit. Igitur innocens & sancta præscientia Dei, nullam malis hominum necessitatem importat: quomodo nec visus meus ei, quem ambulare video, ullam ambulandi necessitatem irrogat. quomodo apud quosdam Philosophos Christianos disputans, validissime argumentatur sano & vero Philosophia.*

LOMBARDUS ait:* *Cùm sit unum & idem, scientia Dei, vel voluntas: non tamen dicitur de voluntate, quicquid dicitur de scientiâ, & e converso: nec omnia illa suâ voluntate Deus vult, quæ suâ scientiâ scit. cum suâ scientia noverit tam bona, quam mala, voluntate autem non velit, nisi bona. Scientia quippe Dei & præscientia, de bonis est & malis, voluntas vero & prædestinatio, de bonis est tantum: & tamen unum & idem in Deo est, scientia & voluntas, & præscientia & prædestinatio.* Et:* *Hic oritur quæstio non-dissimulanda: utrum scilicet scientia, vel præscientia, sit causa rerum; an res sint causa scientiæ vel præscientiæ Dei? Videtur enim præscientia Dei causa esse eorum, quæ ei subsunt; ac necessitatem eveniendi eis facere: quia nec aliqua futura fuissent, nisi Deus ea præscisset: nec possunt non-evenire, cùm Deus ea præsciverit. Si autem impossibile est ea non-evenire, quia præscita sunt: videtur ergo ipsa præscientia, quâ præscita sunt, eis esse causa inveniendi. Impossibile est autem, ea non evenire, cum præscita sint quia, si non evenirent, cùm præscita sint, [illegible] Dei*

Margin notes: * lib. 3. dist. 33. — * lib. 2. de consid. — * de vero Messiâ, ca. 27. — * lib. 1. Epist. 2. — * lib. 2. — * lib. 1. de Div. offic. ca. 32. — * Parte 2. Explan. aliquot passuum diffic. Apost. — * lib. 2. — * lib. 1. in Joh. c. 1. — * lib. 6. de Div. off. ca. 2. — * Eph. 3. v. 10. — * lib. 10. in Joh. c. 12. — * Rom. 9. v. 20. — * Rom. 9. v. 22. — * Matt. 11. v. 25. 26. — * Psal. 76. v. 8. — * Matt. 11. v. 29. — * Joh. 12. v. 40. — * d. 1. dist. 6. — * dist. 38.

præscientia. At Dei præscientia falli non potest. Impossibile est ergo, ea non evenire, cum præscita sint. Sic ergo præscientia causa eorum esse videtur, quæ præscita sunt. Hoc idem & de scientiâ dicunt: scilicet quod, quia Deus aliqua noverit, ideo sint. Idem: Quod si ita est; est ergo causa omnium malorum; cùm omnia mala sciantur & præsciantur à Deo. quod longè est à veritate. Si enim Dei scientia, vel præscientia, causa esset malorum: esset utiq; Deus autor malorum, quod penitus falsum est. Non ergo scientia, vel præscientia Dei, causa est omnium, quæ ei subsunt. Item: Hu omnium duobus modis, ut superius prætaxatum est, accipitur cognitio vel scientia Dei: scilicet pro notitiâ solâ, vel pro notitiâ simul & beneplacito. Hoc modo fortè accepit Augustinus, dicens: Ideò sunt, quia novit, id est, quia sciens placuit, & quia sciens disposuit. Hic sensus eo adjuvatur, quia de bonis ibi tantùm ait Augustinus, scilicet de creaturis, & de his quæ Deus facit: quæ omnia novit, non solùm scientiâ; sed etiam beneplacito ac dispositione. Sic ergo ibi accipitur Dei cognitio: ut non modo notitiam, sed etiam beneplacitum Dei, significet. Mala verò scit Deus, & præscit, antequam fiant: sed sola notitiâ, non beneplacito. Præscit enim Deus, & prædicit etiam, quæ non est ipse facturus. sicut præscivit & prædixit infidelitatem Judæorum, sed non fecit: nec ideò, quia præscivit, ad peccatum infidelitatis eos coegit: nec præscisset vel prædixisset eorum mala; nisi essent ea habituri. Item: * Dei scientia omninò immutabilis est, nec augeri potest, vel minui. Item: Clarè ostenditur, scientiam Dei omninò invariabilem esse; sicut ipsa essentia Dei omninò invariabilis est: & quod Pater & Filius, cum Spiritu sancto, simul omnia sciunt & vident. Sicut ergo non potest augeri vel minui divina essentia: ita nec divina scientia. & tamen conceditur, posse scire quod non scit; & posse non-scire, quod scit. Quia potest esse aliquod subjectum ejus scientiæ, quod non est, & posset non-esse subjectum aliquod, quod est, sine permutatione scientiæ ipsius. Et: Scientia ejus non est, nisi de his, quæ sunt, vel fuerunt, vel erunt. Præscientia non est, nisi de futuris. Et: Sicut itaque & immutabiliter scit Deus omnia, quæ fuerunt, & sunt, & erunt; tam bona, quam mala: ita præscit quoque omnia futura; tam bona, quam mala.

¶ De Providentiâ, inquit idem LOMBARDUS: * Providentia est gubernandorum, quæ utique eodem modo videtur accipi, quo dispositio. Interdum tamen Providentia accipitur pro Præscientiâ. Sapientia verò vel Scientia, de omnibus est: scilicet bonis & malis, & de præsentibus, præteritis, & futuris: & non tantùm de temporalibus, sed etiam de æternis. Item: * Providentiam ergo & curam universaliter de cunctis quæ condidit, habet: ut habeat unumquodque, quod sibi debetur & convenit. Sed specialem providentiam atque curam habet de rationabilibus: quibus præcepta tradidit, eisque rectè-vivendi legem præscripsit, ac præmia promisit. Hanc providentiam & curam, de irrationabilibus non habet. Ideò dicit Apostolus: * Quia non est cura Deo de bobus. Providet tamen omnibus, & curat id est, gubernat omnia, qui omnibus solem suum facit oriri, & pluviam dat. Sic itaque Deus, quanta sit multitudo pulicum, culicum, muscarum, & piscium; & quot nascantur, quotve moriantur. Sed non scit hoc per momenta singula: imò simul & semel omnia. Neque ita scit, ut eandem habeat providentiam irrationabilium & rationabilium: id est, ut eodem modo penitùs provideat irrationabilibus & rationabilibus. Rationabilibus enim & præcepta dedit; & Angelos ad custodiam delegavit.

JOHANNES Salisberiensis inquit: * Scientia exsistentium; præscientia futurorum, dispositio faciendorum, providentia gubernandorum; prædestinatio salvandorum est. Item: Est & prædestinatio, ab æterno gratiæ præparatio, per quam unusquisque vocatur ad vitam: sicut Apostolus ait; * Quos prædestinavit, hos & vocavit, hos & justificavit, hos & glorificavit. Et alibi: * Apud te est fons vitæ; & in lumine tuo videbimus lumen. Ut ergo, reverenti quâdam audaciâ, scientia Dei, quæ finem nescit, vel sermone finem inveniat: Scientia Dei, est omnium quæ sunt, fuerunt, & futura sunt, vera comprehensio, & plena notitia. Omnia siquidem vera novit, & sola, nullámque dignatur agnoscere falsitatem: eam tamen dijudicat, & condemnat. Est ergo necessariò infinita, quæ universa vera complectitur: quorum utique non est numerus, & adeo infinitus, ut finem non inveniat, nisi in sapientia Dei: quæ sola se-ipsam, quanta sit, novit. Item: * Ejus ergo providentia, in sui dispositione non fallitur: quia semper eam sequela operum comitatur.

¶ De Necessitate, scribit HONORIUS: * Hæc sententia partim veritate solidatur: partim falsitate subruitur. Falsa est enim hac in parte. Quæcunque homines mala fecerint, vel infortunia ob incuriam improvidè incurrerint: ut hæc fierent, Deus non præstituit; sed futura præscivit, & fieri justè permisit. In reliquis stare poterit. Quicquid namque Electis prosperi advenerit; hoc Deus ab initio fieri præscivit: & hoc ut non-fieret, inevitabile fuit. Quicquid vero adversi obvenerit; Deus utique hoc super eos venire, ob tres causas, disposuit. Primò, ut quidam à peccatis per adversa corrigantur: ut David. Secundò, ut quidam tentati magis coronentur: ut Job. Tertiò, ut quidam à delectatione peccati retrahantur: ut Paulus. Et hoc iterum inevitabile est, ut non-eveniat. Econtra, quicquid Reprobis prosperi occurrerit, ut hoc fieret. Deus non-præstituit, sed futurum præscivit & geri permisit. Adversa autem, quæ eos tangunt, Deus, ob duas causas, eis evenire disponit. Primo, ut Electi per eorum plagas corrigantur: ut in exitio Chore legitur. Secundò, ut ipsi à malitiâ, ne tantum, quantum volunt, noceant, reprimantur: ut de Antiocho & Herode fertur. Et hoc iterum inevitabile est, non-evenire. Omnia igitur, quæ à Deo prædestinata sunt, ex necessitate ita contingunt. Quæ autem non præstituit; sed fieri præscivit, inevitabile est ut non-fiant: dum prava mens quæ cœpit, per liberum arbitrium agit. Hinc est, quòd multis dies mortis, vel aliud infortunium, prænuntiatur; & illud evadere, est inevitabile. Propheta namque filiis Heli exitium mortis prædixit: & tamē hoc evadere inevitabile fuit. Scriptum namque est: * Patrem suum non audierunt, quia Dominus voluit occidere eos. Quare patrem suum non audierunt; nisi quòd malum evadere non potuerunt, quod meruerunt? Quid est, Dominus voluit eos occidere: nisi mortem, ad quam eos præscivit per liberum arbitrium venturos, permisit subire? Hinc est, quòd Julius Cæsar prædictam mortis diem nimiâ curâ evadere voluit, sed minimè valuit.

¶ De Prædestinatione, HONORIUS scribit: * Prædestinatio est ea dispensatio, quâ Deus, ante creatum seculum quosdam in suum regnum præordinavit; de quibus nullus perire possit, & omnes salvari necesse sit. & quosdam ad pœnas, quos peccatures & non-conversuros præscivit, de quibus nullus salvari possit. Item: Hujus igitur inevitabilis materiæ tali ventilatur area; quòd providentia Dei creatoris sapientissima, ab initio rempublicam instituit, dispensatione ordinatissimâ: in quâ filiis quidem locum gloriæ; servis autem, imò hostibus, præordinavit locum ignominiæ. Et ad locum gloriæ nullus; nisi ad hunc prædestinatus, pervenire poterit: & hic gratiâ Dei præventus, ut bonum velit, & adjutorio Dei adjutus, ut possit. Ad locum quoque ignominiæ nemo perveniet; nisi ad hunc ante secula præscitus: & hic à gratia Dei justissimè derelictus. A Deo autem deserens, totâ cum festinantia per liberum arbitrium, irrevocabiliter ad hunc properabit. Infantes vero, libero arbitrio carentes, quidam (utputà baptizati) per clementissimam Dei bonitatem, in locum gloriæ, cùm sint prædestinati, assumentur: quidam verò, (ut non-baptizati) incomprehensibili & investigabili, tamen justissimâ Dei censurâ, in locum ignominiæ labuntur. Et quicquid in cœlo vel in terra, vel in quacunque Dei creaturâ fit; totum Deus solus bonus facit, aut fieri permittit. Omnia namque bona, per prædestinatos, cooperante illorum libero arbitrio, Deus operatur: mala autem, per contrarium, à reprobis fieri, per liberum arbitrium, permittit. Et in his omnibus pax laus Dei invenitur. Item: Nullus igitur locum gloriæ intrabit; nisi quem divina providentia ad hunc ab initio prædestinavit: & nullus prædestinationem secundum merita (quæ infantibus nulla sunt) obtinebit; sed eam secundum gratuitam Dei misericordiam possidebit. In multis verò mansionibus eos locabit, hoc est diversa gaudia eis dabit: infantibus quidem, & in extremis pœnitentibus, secundum solam gratiam, aliis verò, & secundum diversa merita & varios labores, ut martyribus, & omnibus in mandatis Domini, pro hac spe, in finem certantibus. Nullus quoque, in loco contumeliæ, suppliciorum particeps erit; nisi quem divina præscientia ad hunc futurum præscivit. Qui autem ibi demerguntur, magis secundum occulta & incomprehensibilia Dei judicia, quàm secundùm merita (quæ infantibus nulla sunt) retrudentur. Tamen quia, per liberum arbitrium, malum eligentes, hoc toto corde usq; in finē operando dilexerūt; pro diversis meritis diversas pœnas hereditabūt.

LOMBARDUS: * Prædestinavit enim Deus ab æterno homines, ad bona eligendo: & prædestinavit, eis bona præparando.

Margin notes: * dist. 9. — * 35. dist. — * dist. 39. — * 1. Cor. 9. v. 9. — * B. 2. c. 21. — * Rom. 8. v. 30. — * Psal. 36. v. 10. — * cap. 22. — * de Prov. & Lib. arbitr. — * 1. Sam. 2. v. 25. — * Dialog. de Præd. & Lib. arbitrio. — * l. 1. dist. 35.

Quòd homines prædestinavit, Apostolus ostendit, dicens: * Prædestinavit, quos præscivit fieri conformes imaginis Filii sui. Et alibi: * Elegit nos ante Mundi constitutionem; ut essemus sancti & immaculati. Quòd autem bona eis præparaverit, Esajas ostendit, dicens: * Oculus non vidit, Deus, abs te, quæ præparasti diligentibus vel expectantibus te. Ergo ab æterno prædestinavit quosdam futuros bonos & beatos, id est, elegit ut essent boni & beati; & bona eis prædestinavit, id est, præparavit. Itèm: * Prædestinatio est gratiæ præparatio, id est, divina electio, quâ elegit, quos voluit ante Mundi constitutionem; ut ait Apostolus. Itèm: Cujus vult, miseretur Deus, &, quem vult, indurat. Misericordiam appellans prædestinationem; & præcipuè prædestinationis effectum, id est, gratiæ appositionem: obdurationem verò gratiæ privationem.

* Rom. 8. v. 29.
* Ephes. 1. v. 4.
* ca. 64. v. 4.
* lib. 1. dist. 40.

¶ De causâ Prædestinationis, BERNHARDUS ait: * Initium meum solius gratiæ est: & non habeo, quid mihi in prædestinatione attribuam sive vocatione.

* Serm. 4. de verbis Esaj.

LOMBARDUS: * Si autem quærimus meritum obdurationis & misericordiæ: obdurationis meritum invenimus; misericordiæ autem meritum non invenimus. Quia nullum est misericordiæ meritum: ne gratia evacuetur, si non gratis donetur, sed meritis reddatur. Miseretur itaque secundum gratiam, quæ gratis datur: obdurat autem secundum judicium, quod meritis redditur. Itèm: Elegit ergo eos, quos voluit, gratuitâ misericordiâ: non quia fideles futuri erant, sed ut fideles essent: eisque gratiam dedit, non quia fideles erant, sed ut fierent. Ait enim Apostolus: * Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem. non ait, Quia fidelis eram. Datur quidem & fideli: sed data est etiam priùs ut esset fidelis. Ita etiam reprobavit, quos voluit, non propter futura merita, quæ præviderat, veritate tamen rectissimâ, & à nostris sensibus remotâ.

* lib. 1. dist. 41.
* 1. Cor. 7. v. 25.

¶ De certitudine Prædestinationis, ait HONORIUS: * Quia verò prædestinati sunt: gratia Dei eos prævenit, ut velint; subsequitur eos, ut etiam possint. Sed quia incommutabilis prædestinatio Dei fixa manet: reprobi, per justitiam derelicti, bonum nec volunt, nec valent; cunctas admonitiones surdis auribus audiunt; cuncta bonorum exempla cæca, vel indurato corde, conspiciunt. Per liberum arbitrium semper in pejus deficiunt: per quod se à Deo elongantes, justè pereunt. Quia nemo potest venire ad Filium qui est vita æterna: nisi Pater per gratiam, id est per Spiritum sanctum, traxerit eum: qui eligit per misericordiam, quem vult; & reprobat per justitiam, quem vult. Cui nemo potest dicere, Cur sic facis? Cujus universa via misericordia & veritas. Sicut enim alicujus civitatis si totus populus Regem offenderet; & ipse quosdam justè damnaret, quosdam clementer relaxaret: sic cùm totus Mundus Deum offendisset, quosdam per justitiam punivit, quibusdam per misericordiam dimisit. Item: Deus itaque ab initio in domo suâ, id est, in loco gloriæ, multas mansiones preparavit: ad quas electos tali modo prædestinavit, ut diversi diversas mansiones pro diversis meritis sortiantur. Ad has diverso modo festinant prædestinati, gratia divina præventi & adjuti. Nullus tamen aliam obtinebit, quàm illam, ad quam ante secula præordinatus fuit: scilicet, qui plus laboraverit, digniorem; qui minùs, inferiorem. Nec quisquam plus laborare, aut altiùs laborando ascendere poterit; quàm ad illam mensuram, quam ei æterna ordinatio ab initio præfixit. Econtra, in loco tenebrarum multa, ab initio Deus diversas pœnas instituit, ad quas peccaturos angelos & homines futuros, pro diversis meritis, præscivit: quas non intrabit ullus, nisi ad has ante secula præscitus: nec quisquam aliam possidebit, nisi illam, quam eum divina præscientia pro suo merito possessurum prævidit. scilicet, qui plus in malitiá se exercuerit, majorem pœnam habebit: qui minùs, minorem hæreditabit. Nullusque plus mali perpetrare valebit; quam eum divina providentia facturum præscivit; & eum suo tempore facere permisit. Hinc scriptum est: * Nondum impleta sunt peccata Amorrhæorum. Et Apostolus: * Ut impleant peccata sua semper. Quid est, peccata implere; nisi ad illam mensuram malitiæ, ad quam eos perventuros Deus præscivit, inevitabiliter festinare? Igitur omnes, quos Deus ad regnum prædestinavit, inevitabile est quin salventur: & omnes, quos ad supplicium præscivit inevitabile est quin damnentur. Itèm: Cuncta, quæ Deus prædestinavit aut præscivit, inevitabile est quin fiant: cùm ipse solus cuncta faciat, aut fieri permittat. Universa namque, quæ sunt bona sive in cœlo sive in terrâ, seu in omni creaturâ Dei,

* de Prædest. & Lib. arb.
* Gen. 15. v. 16.
* 1 Thess. 2 v. 16.

Deus solus bonum, per electos, vel angelos, vel homines, operatur; cooperantibus eis per liberum arbitrium consentiendo. Operatur Deus per electos: per Apostolos Gentes convertit, ipso interius inspirando, & incrementum dando. Cooperantur ipsi, per exterius ministerium plantando & rigando. Si quid autem electi contrariè egerint; ut in uxore David. Deus hoc justè fieri permittit. quod tamen ipse in laudem sui convertit: dum post lapsum existiterunt humiliores, & sibi referunt grates uberiores: quibus etiam ipsa peccata cooperantur in bonum. Ergo omnia ex ipso, & per ipsum. Per reprobos quoque Deus operatur, dum judicium suum per eos exercet: sicut per Chaldæos Hierusalem destruxit. Ecce unum & idem opus, Deus & Chaldæi, diverso modo, operati sunt: & tamen hic inde laudatur; & illi damnantur. quia, quod ipse propter justitiam; hoc illi fecerunt ob sævitiam. Similiter per Judam Deus Filium tradidit, & Mundum à morte redemit. En, Deus & Judas unum opus, diversa mente operati sunt. Sed Deum totus Orbis inde veneratur, Judam verò detestatur: quia, quod Deus ob humani generis amicitiam; hoc Judas egit propter avaritiam. Audenter dico, quia Deus etiam per Diabolum operatur: dum justitiam per eum in reprobis exercere decernit. Sed, quod Deus per justissimam æquitatem, hoc agit Diabolus per nequissimam crudelitatem: qui tamen non plus facere potest in eos, quam permittitur. Unde Deus laudabiliter magnificatur: ille verò, pro eodem opere, damnabiliter reprobatur. Quæcunque autem à reprobis, per liberum arbitrium, contra Dei instituta, committuntur; à Deo quidem fieri sinuntur: sed in laudem ejus vertuntur, dum justè ab eo pœnis subiguntur. Igitur Deus operatur omnia, aut faciendo, aut sinendo. Et quia omnia ex ipso: (ut in libro Sapientiæ legitur; A Deo bona & mala) omnia sunt bona; & nihil est mali: nisi quod amarum est his, qui aliquid asperi patiuntur, malum appellatur. & ideo omnia in laudem & gloriam Dei, qui miseretur cui vult, gloriam dando: & indurat quem vult, in pœnis locando.

¶ De executione Prædestinationis, RUPERTUS ait: * Quos præscivit & prædestinavit:] continuò subjecit, Conformes fieri imaginis filii sui: & per humilitatem mortis ejus vocati, sive ex dispersione in unum congregati, & justificati, & magnificati sunt.

* lib 8 in Apoc. 1.

LOMBARDUS ait: * Prædestinatorum nullus videtur posse damnari; nec reproborum aliquis posse salvari. Itèm: * Nec solum noverat ab initio, quæ vel qualiter omnia concederet, sive quæ in singula disponeret: sed etiam quædam perdita, qualiter ad suam gloriam recuperaret. Inde est quòd suum certum servat omnis natura cursum; nihilque fit sub sole novum: quia videlicet semel de immutabili voluntate posuit præceptum, semel & simul creavit omnia, qui vivit in æternum. Sic omninò insuperabile manet altitudo divini consilii, quod habuit super salutem generis humani. Nec enim electos alios vocavit, justificavit, & magnificavit, quam quos ante secula præscivit & prædestinavit. Neque, tanquam præventus aut circumventus à Diabolo, novum aliquid excogitavit; quando hoc Verbum misit incarnari: sed sic præfinitum est. Sic omninò quia pulcrum & speciosum erat, ante Patrem complacitum est: ut inter inimicitias adversantis Diaboli semper in melius salutis nostræ prospiciens usque ad summum sui dispositionis, beneficentia divina perveniret. Itèm: Invenit Philippum, quem quæsivit. Ipsum cum omnibus Sanctis & præscivit & prædestinavit: atque ideircò exivit, ut vocaret eum, quem ante secula præscivit & prædestinavit. Invenit autem, non eodem modo, quo nos invenisse dicimur; cùm quodlibet videmus, quod antea non-videntes quærebamus. Et: * Omnis collectorum multitudo, quotquot ad vitam æternam præordinati sunt, populus Dei, & hæreditas ejus, & unus ac verus Israël.

* lib. 1. dist. 40.
* lib. 1. in Ioh. c. 1.
* cap. 3.

BERNHARDUS inquit: * Est enim charitas & benignitas, in quâ prædestinati sumus ab æterno: nec dubium, quin prædestinationem suam velit impleri. Et: * Persuadeat autem vocando, & justificando gratis per fidem: in quibus nimirum velut medius quidam transitus est, ab æternâ prædestinatione, ad futuram magnificationem. Et: * Siquidem, quæ à Deo sunt, ordinata sunt: num à prædestinatione ad magnificationem, saltu quodam perveniet repentino? Provide tibi medium pontem; aut magis ingredere jam paratum. Quos prædestinavit, inquit, hos & vocavit: quos autem vocavit, hos & justificavit: & quos justificavit, hos & magnificavit. Hæc via equidem bona videtur neutrallis hominibus.

* Serm. 1. Vigil. Nat. Dom.
* Serm. 5. Dedicat.
* Serm. 7. Psal. 90.

nobis fecit & bona est, nobis super eum sine timendum. Itèm: Certissima sane & præcipua propinquatio portus hujus hæc ipsa conversatio ejus, in qua posites estis, exitûs præparatio est, vocationis videlicet, & justificationis divina. In his nempe duobus, fidelis qualam consistit vita est connexio; velut cujusdam æternitatis ad æternitatem: id est, magnificationis ad prædestinationem. quarum equidem sicut prædestinatio nullo est præcisa principio; sic & magnificatio nihilominùs nullo unquam fine claudenda. Et: * Generatio cœlestis, est æterna prædestinatio, qua Deus prævidit nos conformes fieri imaginis Filii sui. Ex his nullus peccat, id est, in peccato perseverat: quia novit Dominus, qui sunt ejus; & propositum Dei manet immobile. Etsi horrendorum criminum nota David inuritur, etsi Maria Magdalene septem dæmonum cumulatur; etsi princeps Apostolorum in profundum negationis submergitur: non est tamen, qui de manu Dei possit eruere. Quos enim prædestinavit, hos & vocavit. & quos vocavit, hos & justificavit. Et: * Regnum Dei conceditur, promittitur, ostenditur, percipitur. Conceditur in prædestinatione; promittitur in vocatione, ostenditur in justificatione, in glorificatione percipitur. Unde est illud: * Venite benedicti patris mei. Itèm: In prædestinatione est gratia, in vocatione potentia, in justificatione lætitia, in magnificatione est gloria. Et: * Generatio cœlestis, æterna prædestinatio est, quâ electos suos Deus dilexit & gratificavit, in dilecto Filio suo, ante Mundi constitutionem: sic in sancto apparentes sibi; ut viderent virtutem suam & gloriam suam: quo ejus forent consortes hæreditatis, cujus & apparerent conformes imaginis. Hos ergo adverte quasi nunquam peccasse: quoniam & quæ deliquisse videntur in tempore, non apparent in æternitate. quia charitas Patris ipsorum cooperit multitudinem peccatorum. & dixit beatos quorum remissæ sunt iniquitates. & quorum tecta sunt peccata. Itèm: * Propter hoc itaque, etsi in rebus conditis jam creata existens Ecclesia, nec sic tamen à creatoribus inveniri poterat vel agnosci; miro utroque modo interim latens, & intra gremium beatæ prædestinationis, & intra massam miseræ damnationis. Cæterùm, quam celaverat ab æterno prædestinans sapientia & itèm creans potentia minime prodiderat absentio: visitans perfectiò gratia suo in tempore revelavit, secundùm operationem, quam ideò inspirationem supra nominavi, quòd de Sponsi spiritu, humanis insusam spiritibus quippiam fuerit, in præparationem Evangelii pacis. id est, parare viam Domino, atque Evangelio gloriæ ejus ad corda omnium, quotquot erant prædestinati ad vitam. Frustra vigilee laborassent in prædicando: si non hæc gratia præcessisset. Nunc verò videntes, velociter currere verbum, & populos nationum ad Dominum in omni facilitate converti, concurrere in unitatem fidei tribus & linguas. atque in unam colligi matrem catholicam terminos terræ, cognoverunt de divitiis gratiæ, quæ à seculis abscondita tenebantur, in abdito prædestinationis æternæ: & gavisi sunt, eam se invenisse; quam ante secula Dominus elegerat in sponsam sibi. Ex quo (ut opinor) lavum fit, non otiosum esse, quod se inventam ab his sponsa testata est: sed propterea, quòd se ab ipsis collectam agnosceret; non electam: compositam; non conversam. Et nempe adscribenda cujusque conversio est, cui dicere necesse habent universi illud de Psalmo. * Converte nos Deus salutaris noster. Sed non æque illis fortassis inventionis vocem competenter aptarim, sicut conversionis. Imò verò sic est. Non est inventio Domino; sed præventio: & inventionem præventio excludit. Denique, quid inveniat, qui nihil unquam non novit? Novit Dominus qui sunt ejus; ait quidam. * Ipse verò quid? Ego scio, ait, † quos elegerim à principio. Planè quam ab æterno præscivit, quam elegit, quam dilexit, quam condidit; rationis non erat, ab eodem perhiberi inventam; præparatam tamen ab ipso, ut inveniretur, fidenter dixerim. Et: * Ab æterno, propter prædestinationem in æternum, propter beatificationem. Altera carens principio, altera nesciens finem. Siquidem, quos ab æterno prædestinat, in æternum beatificat, intercedente sane media vocatione, unà cum justificatione, duntaxat in adultis. Sic, ad ortum Solis justitiæ, sacramentum absconditum à seculis, de prædestinatis & beatificandis, emergere quodammodo incipit ex abysso æternitatis: dum quisque vocatus per timorem, justificatus per amorem, præsumit se quoque esse de numero beatorum, sciens nimirum, quia quos justificavit, illos & magnificavit. Quid enim? Audit se vocari, cum timore concutitur: sentit & justificari, cum amore perfunditur. & de magnificatione diffidet? Initiatur; provehitur, & de sola consummatione desperabit? Nempe, si initium sapientiæ timor Domini, in quo dicta est esse nostra vocatio: quid, nisi profectus in sapientia, est amor Dei, is duntaxat, qui interim ex fide est, ex quo & nostra fit justificatio? Quid item, nisi consummatio in sapientia est, ipsa, quam in fine spectamus, de divinâ illâ & deificâ visione glorificatio?

¶ Electorum certum esse numerum, qui perire non possint, inquit RUPERTUS: * Omnes electi, quamvis impares meritis, omnes tamen magni sunt; & certus eorum numerus apud Deum: qui ab origine Mundi secundum propositum vocati sunt, quos præscivit, quos prædestinavit; justificavit, atque magnificavit. Itèm: * Hoc fieri non potest, ut eorum quisquam perdat coronam suam, quos Deus præscivit, & ad coronam prædestinavit. Veruntamen & fieri potest, & factum est, ut ille coronam perderet, quem Deus ad coronam vocavit, vocatione visibili, sive qua ab hominibus potuit audiri. Nam Deus Judam ad coronam vocavit apostolicam, non ad coronam prædestinavit.

HONORIUS inquit: * Sicut est impossibile, ut cœlum ruat; sic est impossibile, ut aliquis de electis pereat. Si ille in errore cecidisset, electus non fuisset. Sed quia prædestinatus fuit, ante conversionem mori non potuit. Itèm: Quidnam causæ esse dicimus, quod Deus permittit diu eos errare, quos prædestinavit secum perenniter regnare? Per hoc longanimitatem patientiæ suæ prorogat, quod eos diutiùs in errore (ut Paulum) tolerat. Quòd verò eos repentè ad pœnitentiam (ut item Paulum & Mariam) revocat, divitias misericordiæ suæ insinuat. Pro his in Mundum venit, pro his etiam mortem subiit. Et quamvis pro peccatoribus mortuus sit Annæ & Caiphæ, Herodi & Pilato, mors ejus non profuit, sed multum obfuit. non ideircò solùm, quòd in morte Domini conspiraverant: sed ideò, quia bonum gratis odio habuerunt, & de prædestinatis non fuerant. Itèm: Quicquid prædestinati faciunt perire nequeunt: quia omnia cooperantur illis in bonum, & ipsa peccata. Nam post gravia facinora, humiliores erunt; & de sua salvatione uberiores laudes Deo referunt.

LOMBARDUS ait: * Respondemus, ex ea ratione dictum esse, & verum esse, numerum electorum non posse augeri, vel minui: quia non potest utrumque simul esse: scilicet, ut aliquis salvetur, & non sit prædestinatus, vel ut aliquis prædestinatus sit, & damnetur.

¶ De Notitiâ electionis, BERNHARDUS ait: * Quis potest dicere; Ego de electis sum, ego de prædestinatis ad vitam, ego de numero filiorum? Quis hæc, inquam, dicere potest? reclamante nimirum Scriptura: * Nescit homo, si sit dignus amore, an odio. Certitudinem utique non habemus. sed spei fiducia consolatur nos; ne dubitationis hujus anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt signa quædam, & indicia manifesta salutis, ut indubitabile sit, eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanserint. Propter hoc, inquam, quos præscivit Deus, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui: ut quibus certitudinem negat causa sollicitudinis; vel fiduciam præstet gratia consolationis. Hoc enim est, unde semper solliciti, & in timore & tremore humiliemur, necesse est sub potenti manu Dei: quoniam, quales simus, utcunque possumus vel ex parte; quales autem futuri simus, id nosse, penitus nobis impossibile est. Itaque, qui stat, videat ne cadat: & in eâ formâ, quæ salutis indicium est, & argumentum prædestinationis, perseveret atque proficiat. Porrò, inter ea, quæ fiduciam præstant & majoriam spei, unum illud maximum est, de quo nunc cœpimus loqui: * Qui de Deo est, verba Dei audit. Nonnullos enim sic interdum audientes invenies; ac si nihil omninò ad eos pertineant, quæ dicuntur: non intrare cor suum; non discutere mores suos; non cogitare, ne fortè quod audiunt, dictum sit propter eos. Magis autem, si fortè sermo Dei vivus & efficax (qui suo, & non ejus qui loquitur, arbitrio fertur, quocunque voluerit) fit, inquam, manifestè adversùs vitia illa processerit, quibus sese illi senserunt obligatos: dissimulant, & avertunt oculos cordis, aut qualibet adinventione palliant vitia, & seducunt miseri semet-ipsos. In his ergo si a iste signa non video: magis autem vereor, ne fortè propterea non audiant verbum Dei, quia non sunt ipsi ex Deo. Itèm: * Novit Dominus, qui sunt ejus; & solus ipse scit, quos elegerit à principio. Quis verò scit hominum, si est dignus amore vel odio? Quòd si (ut certum est) certitudo nobis omnino negatur: numquid non tantò delectabiliora erunt; si qua forte electionis hujus signa possimus invenire? Quam enim requiem habere

Marginal notes: * Serm. de Septuages. ... * Serm. de mort. ... Sap. * Matth. 25. v. 34. Serm. 33. * Serm. 78. super Cant. Psal. 85 v. 5. * 2 Tim. 2 v. 19. † Joh. 13 v. 18. Epist. 107. * lib. 14. in Joh. c. 21. * lib. 2. in Apoc. c. 3. * de Prædest. & Lib. arb. * lib. 1. dist. 40. * Serm. 1. in Septuages. * Eccles. 9. v. 1. * Joh. 8. v. 47. * Serm. 2. in octavâ Pasch.

potest spiritus noster; dum prædestinationis suæ nullum adhuc testimonium tenet? Fidelis proinde sermo, & omni acceptione dignus; quo salutis testimonia commendantur. Hoc sanè verbo, & Electis consolatio ministratur; & subtrahitur Reprobis excusatio. Cognitis siquidem signis vitæ: quisquis hæc negligit; manifestè convincitur, in vano accipere animam suam; & pro nihilo habere terram desiderabilem comprobatur. Tres sunt, inquit,* qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis.

* 1. Ioh. 5. v. 8.

¶ De Reprobatione & Reprobis, HONORIUS ait:* Reprobi autem propter electos sunt creati; ut per eos in virtutibus exerceantur, & à vitiis corrigantur, & eorum calliditate gloriosiores appareant; & cùm eos in tormentis viderent, de sua evasione amplius gaudeant. Qui etiam propter se-ipsos justè pereunt: cùm malum suâ sponte eligunt, diligunt, & vellent sinè fine vivere, ut possint sine fine peccare.

* de Prædest. & Lib. arb.

LOMBARDUS:* Reprobatio è converso intelligenda est, præscientia iniquitatis quorundam, & præparatio damnationis eorundem. Sicut enim prædestinationis effectus, illa gratia est, quâ in præsenti justificamur, atque ad rectè vivendum, & in bono perseverandum, adjuvamur; & illa, quâ in futuro beatificamur: ita reprobatio Dei, quâ ab æterno non-eligendo quosdam reprobavit, secundùm duo consideratur: quorum alterum præscit, & non præparat, id est, iniquitatem; alterum præscit & præparat, scilicet æternam pœnam. Item: Sicut ergo prædestinatio Dei, propriè est præscientia & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur, quicunque liberantur: ita reprobatio Dei, est præscientia malitiæ in quibusdam non-desinendæ, & præparatio pœnæ non-terminandæ. Et sicut prædestinationis effectus, est gratiæ appositio: ità reprobationis æternæ quodammodò effectus esse videtur obduratio. Et: Non enim reprobatio ità est causa mali; sicut prædestinatio est causa boni: neque obduratio ità facit hominem malum, quemadmodum misericordia facit bonum.

* lib. 1. dist. 40.

¶ De excæcatione, seu obduratione, RUPERTUS ait:* Deus excæcavit oculos illorum, & induravit cor, in tantum; ut non solùm non crederent dictis ejus & factis; sed insuper inflammarentur.

* Lib. 10. in Ioh. c. 12.

LOMBARDUS inquit:* Obdurationis meritum invenimus; Misericordiæ autem meritum non invenimus. Et: Miseretur itaque secundùm gratiam, quæ gratis datur: obdurat autem secundùm judicium, quod meritis redditur. Unde datur intelligi, ut, sicut reprobatio Dei est, nolle misereri: ita obduratio Dei sit, non-misereri. ut non ab illo irrogetur aliquid, quo sit homo deterior: sed tantùm, quo sit melior, non erogetur. Itèm: Obdurationis verbo, non ipsa Dei æterna reprobatio; (quia ejus nullum est meritum) sed gratiæ privatio sive subtractio, quæ quodammodò est reprobationis effectus. Accipitur tamen aliquando reprobatio pro obduratione, sicut & prædestinatio pro suo effectu, cui est gratiæ apposita,

* lib. 1. dist. 41.

De Pharaone, HONORIUS scribit:* Qui dum, per liberum arbitrium, Diabolo servire per malitiam elegit: Deus eum justè in eâ indurari permisit, dum eum à malitia non eripuit. & ideò doctrinam Moysis audire non potuit; & signis à Deo flagellatus, disciplinam recipere noluit. Et cum populus Dei afflictione esset tentandus, & adversitate probandus: Deus Pharaonem in hoc-ipsum, id est, ad tentandum populum constituit; quem unum de malleis Diaboli, ad tundenda sua vasa, elegit. Sicque Pharao nesciens, justis quasi servus filiis servivit; dum eos a vitiis ita segregans, flagellis erudivit. Diabolus & impii, malum quidem per se volunt; sed absque Dei permissu nihil poterunt: & cùm à Deo electis prævalere permittuntur; in hoc-ipsum constituti dicuntur. Nomen autem Dei per Pharaonem omnibus innotuit: dum ipse in omnibus justè periit; & Deus ab eo oppressos, quasi vasa igne examinata de fornace, signis & prodigiis eripuit.

* de Prædest. & Lib. arb.

De Judâ & Petro idem HONORIUS ait: Quia Petrus prædestinatus fuerat, Dominum velle vendere nunquam mente conceperat, nec poterat. Judas verò, cum hæc facere per liberum arbitrium concepit ut non-fieret, inevitabile fuit: quia prædestinatus non exstitit; præsertim cùm hæc de eo Deus præscivit. quamvis præscientia ejus non ad hæc eum compulerit: sed æterna ejus ordinatio (ut verum dicam. quod sentio) ad hoc ipsum constituerit. Itèm: Præscivit & Judam nasciturum, ipsúmque, per liberum arbitrium, malum electurum; & per eandem malitiam, eum Filium suum traditurum. In hoc-ipsum ergo Dominus eum constituit: dum eum nasci, & hæc per eum fieri permisit, quæ manus ejus facere decrevit.

DE JUSTIFICATIONE, ET Remissione peccatorum.

DE justitiâ Christi, inquit RUPERTUS:* Homo negotiator, bonas margaritas quærens; qui tunc demum unam se invenisse pretiosam margaritam non-vanè arbitratur: cùm fidem vel justitiam, quæ Christus est, invenit in Lege & Prophetis; per quos sine dubio locutus est Spiritus sanctus.

* Prolog. in Abacuc.

BERNHARDUS:* At verò justitia tua tanta ubique fragrantia spargitur, ut non solùm justus, sed etiam ipsa dicaris justitia, & justitia justificans. Tam validus denique es ad justificandum; quam multus ad ignoscendum.

* Serm. 22. super Cant.

De justitiâ fidei, ait idem RUPERTUS:* Justitia fidei & spei, reposita in promissione adventûs Christi: in qua credidit Abraham; & reputatum est illi ad justitiam.

* lib. 1. in Abac. c. 1.

¶ Neminem posse pro peccatis satisfacere, inquit BERNHARDUS:* Peccata tua maxima sunt, & nimiùm multa. Nequaquam pro tot & tantis, nec si te excories, sufficies satisfacere. Complexio tenera est; vita exstitit delicata: consuetudinem difficilè vinces.

* Serm. 38. super Cant.

¶ De autore nostræ salutis, & justificationis, PETRUS Alphonsus ait:* Sicut per agnum illum, de manu Angeli, qui occidebat corpora, servati sunt fideles Domini: ità & per Christum, credentes in se, de Diabolo, qui animas damnabat, erant redemendi.

* Tit. 12.

BERENGOSIUS ait:* Voluntati & bonitati divinæ (id est, Spiritui sancto) remissio peccatorum attribuitur: quia ex voluntate & sapientiâ, quam citò factum est, punire posset.

* lib. 3. de Ĭnvent. Mundi.

HONORIUS inquit:* Christus est via ad vitam, pax, summa beatitudo. Ergo per Christum itur ad beatitudinem. Hanc viam Judæi non cognoverunt, dum per eum solum se salvari non crediderunt.

* in Psal.

RUPERTUS inquit:* Christus, qui est veritas, solus remissionem peccatorum dat, aquâ signatam, sanguine emptam, Spiritu sancto effusam. Et:* Christus potestatem dimittendi peccata habet. Peccata namque dimittendo, mortem in credentibus claudit; infernum obstruit. Et:* Christus, doctor justitiæ, nobis natus est ex Mariâ virgine, qui justificet, & justificari nos doceat, non ex operibus legis, sed ex fide. Et:* Spiritus sanctus, omnium, quæ circa salutem nostram acta vel agenda sunt, dominus & arbiter; imò & efficiens causa est.

* lib. 1. in Ioh. c. 1.
* lib. in Apoc.
* lib. in Ioh. c.
* lib. in Ioh. c. 1.

BERNHARDUS ait:* Ego, quod in me delinquitur, valeo, si volo, donare: & Deus non queat in se commissa remittere? Si ergo peccata remittere & possit omnipotens, & solus possit, cui soli peccatur: beatus profectò, cui non imputabit ipse peccatum. Itaque cognovimus, quòd peccata Christus divinitatis suæ potentiâ valuit relaxare. Porrò jam de voluntate quis dubitet? Qui enim nostram & induit carnem, & subiit mortem; putas suam nobis negabit justitiam? Voluntariè incarnatus, voluntariè passus, voluntariè crucifixus; solam à nobis retinebit justitiam? Quod ergo ex deitate constat illum potuisse; ex humanitate innotuit & voluisse. Et: Christus igitur & peccata dimittere potuit; cùm sit Deus: & mori; cùm sit homo. & mortis moriendo solvere debitum, quia justus: & omnibus unus ad justitiam vitámque sufficere, quandoquidem & peccatum, & mors, ex uno in omnes processerit. Et:* Dimittuntur tibi peccata tua. Murmuret Pharisæus, & dicat: Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Mihi enim qui id loquitur, Deus est. Itèm:* Unus est enim autor, unus mediator Dei & hominum, Homo Christus Jesus; qui dicit Sponsæ suæ: Salus tua ego sum.

* ad Milit. templi c. 11.
* de Grat. ad Cler. c. 23.
* Serm. super Cant.

¶ De causâ meritoriâ justificationis, PETRUS Cluniacēsis ait:* Quòd-si, & secundùm vos, & secundùm Apostolum, omnes in Adam condemnātur, omnes moriuntur: secundùm eundem Apostolum, omnes in Christo justificantur, omnes vivificantur. Nam verum est, quod dixit:* Sicut per unius delictum, in omnes homines, in condemnationem, sic & per unius justitiam, in omnes homines, in justificationem vitæ. Et verum est quod dixit:* Sicut in Adam omnes moriuntur; ità & in Christo omnes vivificabuntur. Et: Sic morte ipsius totius

* Lib. 1.
* Rom. 5 v. 18.
* 1. Cor. 15 v. 22.

Mundi

Mundi peccata tolluntur. Et: *Misertus tandem Deus, essentiali bonitate suâ, perditi hominis, & eum salvare volens, sed nisi justè, nec volens, nec valens, dum in æterno consilio suo quæreret, qualiter misero salvâ justitiâ, misereri valeret: hoc potissimùm occurrit, quo & justitia servaretur, & homo liberaretur, & gratia augeretur, & Deus glorificaretur. Misit itaque Deus Filium suum ad filios hominum: ut humanam naturam induens, & humanis vitiis medens, in carne assumtâ, non peccatum, sed pœnam peccati, mortem scilicet corporalem, susciperet: & ita simplici suâ, illorum duplam; horariâ suâ, illorum sempiternam excluderet. In qua dispensatione, misericordia misereretur; justitia nihil detraheretur: dum, pro æterno supplicio hominis, temporale supplicium Dei & Hominis; pro æterna morte hominis, temporalis mors Dei & Hominis, ei offerretur. quæ tanti ponderis in ipsâ ipsius justitiæ lance esse cognoscitur ut ad justè ordinanda Mundi peccata, longè tamen præponderet mors transitoria Filii Dei; quam æterna filiorum hominum. Plus planè redditum est justitiæ quando Christus mortuus est; quàm sit recompensatum, quando homo damnatus est.*

RICHARDUS inquit:* *Divisit inter se summa illa personarum Trinitas, unus Deus, negotium salutis humanæ: ut unam eandémque hominis culpam, Pater puniret; Filius expiaret, Spiritus sanctus ignosceret. Ad majorem igitur lapsi hominis gloriam, ut posset resurgere per justitiam: Pater satisfactionem exigit; Filius exsolvit; Spiritus sanctus se medium interponit. Hæc via, hæc porta salutis: hoc summum, hoc singulare humanæ restaurationis medium.*

PETRUS Blesensis inquit:* *Cùm enim homo perdidisset, propter inobedientiam Paradisum; & infernales miserias perpetuas meruisset: missus est a Patre filius. Dignúmque fuit, ut mitteretur Filius, & non Pater. Cùm enim a nullo esset Pater; Filius erat ab aliquo: eratque conveniententem, ut haberet in tempore matrem, qui ab æterno habuerat & patrem. Cùm enim scriptum esset in Psalmo David;* Non est qui redimat, & non est qui det placationem pro suâ animâ; *nedum pro alienâ: missus est a Deo Patre Filius, ut homo pro homine moreretur; & pro homine captivo tributum tanquam homo persolveret; cumque, tanquam Deus, cœlesti portione redimeret.*

PETRUS Alphonsus:* *Sicut sanguis illius agni, de morte corporis, custodivit fideles Domino: ita & fideles suos, de interitu animæ, sanguis Jesu Christi redemit.*

HUGO de S. Victore ait:* *Sancta Ecclesia, ut salvaretur, passionem Christi ore confitetur, quam corde credit.*

RUPERTUS ait:* *Filius unigenitus Patris, plenus gratiâ & veritatis per suum sanguinem aditum aperiẽdo, Deum hominibus manifestavit.* Et:* *Incarnatione, nativitate, passione, resurrectione, & ascensione ejusdem Domini nostri Jesu Christi, salvamur.* Et:* *Verè enim, nisi Christus dilectos suos lavisset a peccatis eorum, in sanguine suo: nec Petrus, nec quisquam cæterorum hominum, partem habuisset cum illo.* Itèm:* *Illo sanguine, manante ex latere Christi, redemit nos: illâ aquâ nos a peccatis nostris lavit.* Et:* *Optimè & cum hoc Apostoli testimonio, (Rom. 5. v. 15.) & cum Evangelica veritatis doctrinâ, certum tenet fides catholica: quia non solùm originale, sed & cuncta simul actualia, nobis per passionem Christi, Filii Dei, remittuntur peccata.* Et:* *Per Christi passionem nos salvari credimus.* Et:* *Passio & resurrectio Christi, salutis nostræ summa est; in quâ fidei fundamentum consistit.*

HONORIUS inquit:* *Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo: multum est enim. Nomen Domini est Jesus, Salvator. Non est enim aliud nomen datum hominibus sub cælo, in quo oporteat salvari; nisi hoc nomen: id est propter sacrificium Jesu propitiaberis peccato meo, originali & actuali. Multum est enim in omnibus membris meis: sed major est propitiatio illius sacrificii.*

HILDEBERTUS ait:* *Semel Christi sanguine redemtus sum: iterum redimi non quæro. Sanguis ille, redemtio mea; sanguis ille, precium meum. Indignum est, ut sub precio redimar, cujus precium sine precio est. Præterea infamis est redemtio, quâ libertas perit Ecclesiæ; quâ servitus comparatur.* Et:* *Pro reo Christus Deus cruci traditus est & morti.*

BERNHARDUS inquit:* *De remissione peccatorum validissimum teneo argumentum, dominicam passionem. Vox siquidem sanguinis ejus intercludit multò plùs, quam vox sanguinis Abel; clamans in cordibus electorum, remissionem omnium peccatorum. Traditus est enim propter peccata nostra: nec dubium, quin potentior & efficacior sit mors illius in bonum; quàm peccata nostra in malum.* Item:* *Hæ divitiæ salutis, & gloria; sanguis preciosus, quo redemti sumus; & crux dominica, in quâ cum Apostolo gloriamur.* Mihi, *inquit*,* absit gloriari; nisi in cruce Domini mei Jesu Christi. *Et dicebat.** Nihil arbitratus sum me scire inter vos; nisi Christum Jesum, & hunc crucifixum. *Ipsa est læva Christus Jesus; & hic crucifixus. nam dextra quidem Christus Jesus; & hic gloriosus.* Itèm:* *In modo quoque, quem si recolitis) Dei esse exinanitionem diffinivimus, tria itemque præcipuè vobis intuenda commendo. Non enim simplex aut modica illa exinanitio fuit: sed semetipsum exinanivit usque ad carnem, ad mortem, ad crucem. Quis dignè penset, quanta fuerit humilitatis, mansuetudinis, dignationis; Dominum majestatis carne indui, mulctari morte, turpari cruce? sed dicit aliquis: Non valuit opus suum reparare creator, absque istâ difficultate? Valuit, sed maluit cum injuria sui: ne pessimum atque odiosissimum vitium ingratitudinis, occasionem ultra reperiret in homine. Sanè multum fatigationis assumsit; quo multa dilectionis hominem debitorem teneret: commoneréque gratiarum-actionis difficultas redemtionis, quem minùs esse devotum fecerat conditionis facilitas.* Itèm: *Memento jam te, etsi de nihilo factum; non tamen de nihilo redemtum. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia. At verò per totos triginta annos, operatus est salutem tuam, in medio terræ. O quantum laboravit, sustinens carnis necessitates; hostis tentationes. Nónne sibi crucis aggravavit ignominia; mortis cumulavit horrore?*

¶ Christi justitiam nobis imputari, BERNHARDUS docet:* *Sed unde rursum confidimus, quòd mortem abstulit? Hinc planè, quòd eam ipse, qui non meruit, pertulit. Qua enim ratione iterum exigeretur à nobis, quod pro nobis ille jam solvit? Qui peccati meritum tulit, suam nobis donando justitiam, ipse mortis debitum solvit, & reddidit vitam. Sic namque, mortuâ morte, revertitur vita: quemadmodum ablato peccato, redit justitia. Porrò, mors in Christi morte fugatur: & Christi nobis justitia imputatur. Verùm quomodo mori potuit, qui Deus erat? Quoniam nimirum & homo erat. Sed quo pacto mors hominis illius pro altero valuit? Quia & justus erat. Profectò namque, cùm homo esset, potuit mori: cùm justus, non debuit gratis. Non quidem peccator, mortis sufficit solvere debitum pro altero peccatore: cùm quisque moriatur pro se. Qui autem mori pro se non habet; numquid pro alio frustra debet? Quantò sanè indignius moritur qui mortem non meruerit: tantò is justiùs, pro quo moritur, vivit. Sed quæ, inquis, justitia est, ut innocens moriatur pro impio? Non est justitia, sed misericordia. Si justitia esset: jam non gratis, sed ex debito, moreretur. Si ex debito ipse quidem moreretur: sed is, pro quo moreretur, non viveret. At verò si justitia non est: non tamen contra justitiam est. Alioquin & justus, & misericors, simul esse non posset. Sed, etsi justus non-injustè pro peccatore satisfacere valeat: quo tamen pacto etiam unus pro pluribus? Etenim satis esse videretur ad justitiam, si unus uni moriens vitam restituat. Hinc respondeat Apostolus:** Sicut enim, *inquit*, per unius delictum, in omnes homines, in condemnationem; sic & per unius justitiam, in omnes homines, in justificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ità & per unius hominis obedientiam, justi constituuntur multi. *Sed fortè unus pluribus justitiam quidem restituere potuit; vitam non potuit.* Per unum, *ait*,* hominem mors; & per unum hominem vita. Sicut enim in Adam omnes moriuntur; ità & in Christo omnes vivificabuntur. *Quid enim? Unus peccavit, & omnes tenentur rei: & unius innocentia soli reputabitur uni? Unius peccatum omnibus operatũ est mortem: & unius justitia uni vitam restituet?* Itèm:* *Finis Legis Christus, ad justitiam omni credenti. Denique, qui factus est nobis, inquit,* justitia à Deo Patre. Quæ ergo mihi justitia facta est, mea non est? Si mea traducta culpa: cur non & mea indulta justitia? Et sanè mihi tutior donata, quàm innata. Nam ista quidem gloriam habet; sed non apud Deum: illa autem, cùm sit salutis efficax, materiam non habet gloriandi, nisi in Domino.* Nam &, si justus fuero, *inquit*,* non levabo caput. *ne videlicet responsum accipiat;** Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti: quid gloriaris, quasi non acceperis? Itèm:* *Domine, memorabor justitiæ tuæ solius: ipsa est enim & mea. Nempe factus*

Marginal notes: * de Emanuele. * Epist. 83. * Psal. 49. * Thr. 12. * lib. 4. Allegor. 3. * lib. 1. in Joh. c. 8. * lib. 6. c. 6. * lib. 11. c. 13. * in Apoc. 2. * lib. 2. in Lev. c. 27. * lib. 4. in libro Reg. cap. 5. * in Psal. 17. * in Psal. 24. * Epist. 9. * Epist. 30. * Serm. 1. de Annunt. Mar. * Serm. 4. in Vigil. Nativ. Dom. * Gal. 6. v. 14. * 1. Cor. 2. v. 2. * Serm. 11. super Cãt. * ad Milites templi. ca. 11. * Rom. 5. v. 18. 19. * 1. Cor. 15. v. 21. 22. * Epist. 190. * 1. Cor. 1. v. 30. * Job 10. v. 15. * 1. Cor. 4. v. 7. * Serm. 61. super Cãt.

es mihi tu justitia à Deo. Numquid mihi coarctandum, ne nō una ambobus sufficiat? Non est pallium breve, quod (secundum Prophetam*) non possit operire duos. Justitia tua, justitia in æternum. Quid longius æternitate? Et te pariter & me operiet largiter, larga & æterna justitia. Et in me quidem operit multitudinem peccatorum: in te autem, Domine, quid nisi pietatis thesauros, divitias bonitatis?

[* Esa. 28. v. 20.]

Petrus Cluniacensis ait:* *Habet ergo justitia, quicquid suum est: quia Dei filius pro peccatis hominum mortuus est. Ità justitia, quæ diu saluti humanæ obstiterat, tandem misericordiæ cessit: & quæ per aliquot millia annorum diverso itinere incesserant, misericordia & veritas, in viâ, quæ Christus est, obviaverunt sibi. & quæ velut sibi adversa fuerant, homine condemnato, eo jam salvato, justitia & pax se osculatæ sunt. Sic (juxta Johannem Baptistam*) agnus Dei tulit peccata Mundi. Sic (juxta Petrum Apostolum*) peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū: ut, peccatis mortui, justitiæ vivamus; cujus (juxta Prophetam Esajam*) livore sanati sumus. Hoc est nostrum sacrificium: hoc Legis evangelicæ, hoc novi Testamenti, hoc novi Populi holocaustum; quod tunc semel in cruce, à Dei & Hominis filio, Deo oblatum est.* Et: *Non habent ergo justitiam parvuli, nisi in Christo justificentur: neque vitam, nisi in Christo vivificentur.* Itèm: *Nec ipsi etiam omnes puniuntur: quia, mutatis quidem affectibus, ad Christum conversi, justitiâ ejus à culpâ mundati, & morte ejus, quam ipsi intulerant, sunt à morte erepti.*

[* lib. 2. * Joh. 1. v. 29. * 1. Petr. 2. v. 24. * cap. 53. v. 5.]

¶ Misericordiâ Dei homines salvari, Hugo de S. Victore:* *Recordemur misericordiarum Dei: qui nunquam peccatis nostris, quò minus misereatur, vinci potuit; oblitos sui de se admonuit.*

[* lib. 1. de Conjugat.]

Rupertus ait: *Justitiâ sempiternâ peccatorem ejectum, è vestigio subsecuta est inexhausta misericordia: nec antè revocare destitit; donec in filio hominum fidem inveniret, & humiliatam voces sibimet respondentes audiret.*

Honorius:* *Salvum me fac, propter misericordiam tuam, non propter meritum meum.*

[* in Psal. 6.]

Bernhardus inquit:* *Opus itaque habent & Sancti, pro peccatis exorare: ut de misericordiâ salvi fiant, propriâ justitiâ non fidentes. Omnes enim peccaverūt, & egent misericordiâ Dei. Ut ergo, cùm iratus fuerit, misericordiæ recordetur, rogatur ab istâ apparere in misericordiæ habitu illo, de quo Apostolus;** Et habitu, inquit, inventus est homo.

[* Serm. 73 super Cant. * Phil. 2. v. 8.]

Petrus Blesensis:* *Ideòque Sanctorum testimonio sancitum est, ut pro exuberanti misericordiâ, quàm pro exacto rigore justitiæ, judicemur.*

[* Epist. 44.]

Hildebertus ait:* *Sed dicis mihi; Idem (Deus) offensus clementem se promittit; punire prætermittit: pœnitentem admittit; minas remittit: debita remittit; ampliora committit. Ita est, inquit, confiteor: misericordiâ Domini plena est terra.*

[* Epist. 15.]

¶ De septem misericordiis Dei, inquit Bernhardus:* *Septem ergo in me video misericordias Domini: quas & vos-ipsi (credo) facilè invenietis in vobis. Prima est quòd à multis peccatis adhuc in seculo positum custodivit. prima inquam, non inter omnes, quas mihi impendit; sed prima inter has septem. Quis enim non videat, quòd, sicut in multis cecidi, sic & in alia poteram cecidisse peccata: nisi Omnipotentis pietas conservâsset? Fateor, & fatebor: nisi quia Dominus adjuvit me, paulominùs cecidisset in omne peccatum anima mea. Et hæc quanta dignatio pietatis, quòd ingratum & parvipendentem sic gratia conservabat: quòd in multis contrarium & contemnentem, nihilominùs ab aliis benignissimè protegebat? At secunda miseratio tua super me, Domine, quonam poterit explicari sermone; quam benigna, quàm liberalis, quàmque gratuita fuerit? Ego peccabam, & tu dissimulabas. Non continebam à sceleribus, & tu à verberibus abstinebas. Prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam; & tu Domine pietatem. Sed quid prodesset exspectatio, nisi sequeretur plenitudo? Cumulus esset damnationis, dicēte Domino.** Hæc fecisti; & tacui. *Tertia proinde miseratio fuit; quòd visitavit cor meum, & immutavit. ut amara fierent, quæ malè-dulcia priùs erant. quæ lætabar, cùm malefacerem, & exsultabam in rebus pessimis: incipere m demum recogitare et annos meos, in amaritudine animæ meæ. Et nunc, Domine, commovisti terram cordis mei, & conturbasti eam. sana contritiones ejus quia commota est. Multi enim pœnitentiâ ducti sunt; sed infructuosâ: quoniam pœnitentia eorum reprobata est; sicut & prior culpa. Itaque & hæc miseratio quarta fuit, quòd pœnitentem misericorditer suscepisti, ut in eorum numero invenirer, de quibus Psalmistâ;** Beati, inquit, quorum remissæ sunt iniquitates. *Sequitur misericordia quinta, per quam mihi continendi deinceps, & emendatiùs vivendi, præstitisti virtutem: ne recidivam paterer, & esset novissimus error pejor priore. Omninò enim manifestè tua est, (Domine Deus) & non humana virtutis, susceptum semel peccati jugum à cervicibus excutere. Quoniam omnis, qui facit peccatum, servus est peccati; nec est liberari, nisi in manu forti. Jam verò, postquam in his quinque miserationibus à malo liberaveris: ut fiat, quod scriptum est;** Declina à malo, & fac bonum: *in duabus aliis bona largiris. Hæ duæ sunt: gratia promerendi; quâ videlicet munus bonæ conversationis indulges: & spes obtinendi; quâ donas homini indigno & peccatori, de tuâ toties experta bonitate, usque ad cœlestia speranda præsumere.*

[* Serm. 2 de Septem panib. * Psal. 50. v. 21. * Psal. 31. v. 1. * Psal. 36. v. 27.]

¶ Gratiâ, & Gratìs, homines salvari, docet Honorius:* *Fideles sunt misericordiâ tuâ, id est, non eorum merito, sed tuâ gratiâ salvati.* Itèm:* *Regnum cœlorum, non secundùm merita; sed secundùm gratiam datur. Quid enim meretur homo nisi malum? vel pro merito exspectat quis à Deo præmium?*

[* in Psal. * Dial. de Prædest. & Lib. arb.]

Rupertus ait:* *Accepimus gratiam pro gratia, scilicet gratiam æternæ salutis, pro gratiâ fidei præsentis. ad quam nos gratìs, id est, nullis nostris præcedentibus meritis, per prædicatores suos, ipse vocavit, & gratuitâ peccatorum remissione justificavit.* Itèm: *Per solam gratiam ad regnum cœlorum ducimur, quod nullis operum nostrorum meritis comparare possumus.* Et: *Gratia gratìs data est beatis angelis, gratìs nihilominùs data fuit primis Parentibus humani generis gratìs omninò, id est per solam Christi gratiam, redditur nobis, quicunque per ipsum nunc reconciliationem accipimus.* Et:* *Nullo justior sum, nisi per gratiam Dei, ipsius per gratuitam misericordiam. vocantis & justificantis quos vult.*

[* lib. 1. in Johan. * lib. 1. in Hierem. 60.]

Bernhardus ait:* *Justificabit nos gratìs, ut gratia commendatur.* Itèm:* *Porrò hoc testimonium in tribus consistere credo. Necesse est enim primò omnium credere, quòd remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam Dei: deinde, quòd nihil prorsus habere queas operis boni, nisi & hoc dederit ipse: postremò, quòd æternam vitam nullis potes operibus promereri, nisi gratìs detur & illa. Quis enim potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus? Itaque, quod factum est, non potest non-fieri: ipso tamen non-imputante, erit quasi non fuerit. Quod Propheta quoque considerans, ait:** Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum. Et:* *Gratìs hoc quoque præstitum est: sed gratìs quod ad te pertinet. Nam quod ad illum, planè non gratìs. Salvus factus es pro nihilo, non de nihilo tamen.* Et:* *Sufficit mihi ad omnem justitiam, solum habere propitium, cui soli peccavi. Omne, quod mihi ipse non imputare decreverit, sic est, quasi nō fuerit. Non-peccare, Dei justitia est. hominis justitia, indulgentia Dei.* Et:* *Gratia reddit me mihi justificatum gratìs, & sic liberatum à servitute peccati.*

[* Serm. 3 de Advent. * Serm. 1 de Annunt. B. Virg. * Psal. 31. v. 2. * Serm. super Psal. 91. * Serm. super Cant. * Serm. 67.]

De triplici gratiâ inquit Bernhardus:* *Triplicem gratiam divinitùs accepimus: unam, quâ convertimur; aliam, quâ in tentationibus adjuvamur; tertiam, quâ probati remuneramur. Prima nos initiat, per quam vocamur: secunda provehit, quâ justificamur: tertia consummat, quâ glorificamur. Et prima quidem beneplacitum est, secunda meritum, tertia præmium. De primâ dictum est:** Et de plenitudine ejus omnes accepimus. *De duabus reliquis dictum est,* Et gratiam pro gratiâ: *id est, mercea gloria æterna, pro merito temporalis militiæ.*

[* Serm. 5. de Assumt. B. Mariæ. * Joh. 1. v. 16.]

¶ De Dilectione Christi, Petrus Blesensis ait:* *Porrò in hac nostra salutis dispensatione, dilectio Christi nobis medullitùs intimata est: qui cùm in Lege Mosis nobis dilectionem Dei & Proximi dederit in mandatis; eandem in scholâ Evangelicæ disciplinæ frequentiùs, fortiùs verbis, & tandem exhibitione operis, inculcavit. Majorem enim charitatem nemo habet; quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Dedit itaq; materiam diligendi se, qui in suis dilectionibus nos prævenit: nec aliud à nobis exigit, nisi ut ipsum diligamus ex corde. Sanè inhumanus est & crudelis, qui misericordiam ejus non recolit; qui Dominum tam clementem ex affectu non diligit; qui se pro eo, si opus est, mortis periculo desiderabiliter non exponit.*

[* Epist. 11.]

¶ Per fidem nos justificari & salvari, Honorius inquit:* *Sicut piscis sinè aquâ non potest vivere: ita nullus poterit salvari sinè fide.*

Rupertus inquit:* *Scire Christū expedit, quærere oportet, quem invenisse prodest, in quē credere salus est.* Et:* *In quem enim*

[* Serm. de Nativ. * lib. 1. in Esa. c. 1. * lib. 2. c.]

aliam, quam in Deum, credere oportet? imò in quem, nisi in solum Deum credere, perniciosum non est? Et:* In Jesu Christo, nec circumcisio, nec præputium, nec Gentilis, nec Judæus, sed sola fides requiritur. Et: * Magniloqui veraciter dicuntur & sunt, qui in semet-ipsis tanquam justis confidunt, & de operibus Legis præsumunt. Ita pauperes & egeni rectè dicuntur & sunt, qui se peccatores esse cognoscunt, & non nisi per fidem Jesu Christi justificari se sentiunt. Itèm: Sperare in nomine Domini, est deponere pertinaciam quâ se justificari arbitrantur ex operibus, & omnem justificationem credere in solo nomine Domini, in fide Jesu Christi. Itèm:* Sine fide impossibile est placere Deo. Quasi verò nunc aliter ogat Deus, aut aliter quempiam acceptum habeat, nisi per fidem. Et:* Dicimus itaq; quod pactum multoties quidem promissum, sed unũ & semel initum pactum, inquam, unum, quo solo inimicitiæ solvuntur, quæ erant inter Deum & homines, incarnatio, vel passio Christi Filii Dei est. Hæc absq; ulla contradictione, certa est constitutio pacis, cum ratione dati & accepti, dãti accepta Deus fide hominum, dat hominibus eundem Christum Filium suum, ut salventur per ipsum. Itèm:* Non aliũde, quam ex fide justificati sunt Abraham, Isaac & Jacob. Et:* Justitia (inquit) ex fide in fidẽ. Cujus ex fide, nisi ejus, qui promisit, qui juravit? Cujus in fidem, nisi ejus, qui promittenti credidit, qui juranti fidem adhibuit scilicet Abrahæ, sive David? Justitia hoc alio est; & alia illorum Israelitorũ, qui non sunt Israelita veri: quia suã quærentes statuere justitiam, huic justitiæ non sunt subjecti. Quæ nam est illorum justitia? Nimirum justitia, non ex fide in fidem, sed quasi ex operibus in opera. quasi Abraham ex operibus justificatus sit! cùm Scriptura dicat * Credidit Abraham Deo; & reputatum est illi ad justitiam. Et quasi ipsi ex operibus justificari possint! cùm ità Scriptura dicat:* Quia non justificabitur in conspectu tuo omnia vivens. Bene ergo justitia Dei, quæ in Evangelio revelatur, definita est, dicẽdo: Justitia ex fide in fidem. quia videlicet, quòd Dei Filius incarnatus est & quòd in isto semine benedicuntur omnes gentes, ex fide est Dei: de quo scriptum est; * Fidelis Deus in omnibus verbis suis. Quia neq; David, neque cæterorum peccatis offensus est, sive transversus, quin magnâ fide impleret, quod magnâ gratiâ promisit. Et justitia hæc in fidem tendit: quia non propter opera, sed propter fidem possibile est, quempiam coram illo justificari, dicente Scriptura:* Si iniquitates observaveris, &c.

*lib. 7. c. 7. — *lib. 2. in Psalm. c. 3. — *lib. 2. in Genes. ca. 3. — *lib. 4. c. 34. — *lib. 6. in c. 8. — *lib. 4. de Victoriâ verbi Dei cap. 21. — *Genes. 15 v. 6. — *Psal. 143 v. 2. — *Psal. 145. v. 13. — *Psal. 130 v. 3.

Bernhardus ait:* Ideoq; si credideris, peccata tua nõ posse deleri, nisi ab eo, cui soli peccasti, & in quem peccatum nõ cadit; bene facis: sed adde adhuc, ut & hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium, quod perhibet in corde nostro Spiritus sanctus, dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus gratis justificari hominẽ per fidem. Itèm:* Corde creditur ad justitiam. & justus ex fide vivit; & fide mundatur cor; & mundo corde Deus videtur, id est, agnoscitur. & hæc est vita æterna, ut cognoscant te unum Deum, & quem misisti Jesum Christum. Itèm:* Duo sunt, in quibus consistit nostra salus, justificatio, & glorificatio. Altera initium, altera perfectio est. In illa, labor; in hac autem fructus laboris est. Et nunc quidem justificatio fit per fidem; tunc glorificatio erit per speciẽ. Itèm:* Per justitiam deinde, quæ ex fide est, solvis funes peccatorum, gratis justificans peccatorem. Et: Quamobrem, quisquis pro peccatis compunctus esurit & sitit justitiam, credat in te, qui justificas impium: & solus justificatus per fidem, pacem habebit ad Deum.

*Serm. 1. de Annunc. B. Mariæ. — *Serm. 46. Parv. — *in Sentẽt. — *Serm. 22. super Cãt.

Lombardus dicit:* Dicimur quoque & aliter per mortem Christi justificari: quia per fidem mortis ejus à peccatis mundamur. Unde Apostolus:* Justitia Dei est per fidem Jesu Christi. Et itèm:* Quem Deus proposuit propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius: id est, per fidem passionis; ut olim aspicientes in serpentem aneum, in ligno erectum, à morsibus serpentum sanabantur. Si ergo rectà fidei intuitu in illum aspicimus, qui pro nobis pependit in ligno, a vinculis Diaboli solvimur, id est, à peccatis, & ita a Diabolo liberamur: ut nec post hanc vitam in nobis inveniat, quod puniat, (morte quippe sua, uno verissimo sacrificio, quidquid culparum erat, unde nos Diabolus ad luenda supplicia detinebat, Christus extinxit) nec in vita tentando nobis prævaleat. Licèt enim nos tentet post Christi mortem, quibus modis antè tentabat, non tamen vincere potest sicut antè vincebat. Nam Petrus, qui ante Christi mortem, voce ancillæ territus, negavit; post mortem, ante Reges & Præsides ductus, non cessit. Quare? quia fortior, id est Christus, veniens in domum, id est, in corda nostra, ubi Diabolus habitabat, alligavit fortem, id est, a seductione compescuit fidelium: ut tentationem, quæ ei adhuc permittitur, non sequatur seductio. Itaque in Christi sanguine, qui solvit quæ non rapuit, redempti sumus a peccato, & per hoc a Diabolo. Itèm:* Sine fide Mediatoris nullum hominem, vel antè, vel post, fuisse salvum; Sanctorum autoritates cõtestantur. Unde Augustinus ad Optatum: Illa fides sana est, quâ credimus, nullum hominem, sive majoris sive minoris ætatis, liberari à contagione mortis, & obligatione peccati, quod primâ nativitate contraxit; nisi per unum mediatorem Dei & hominum, Jesum Christum: cujus hominis, ejusdemque Dei, saluberrimâ fide etiam illi justi salvi facti sunt; qui, priusquàm veniret in carnem, crediderunt in carnem venturum. Eadem enim fides est, & illorum, & nostra. Proinde cùm omnes justi, sive ante incarnationẽ, sive post, nec vixerint, nec vivant; nisi ex fide incarnationis Christi; profectò, quod scriptum est, Non esse aliud nomẽ sub cœlo, in quo oporteat salvari nos, ex illo tẽpore valet ad salvandum genus humanum, ex quo in Adam vitiatum est. Idem: Nemo liberatur à damnatione, quæ per Adam facta est, nisi per fidem Jesu Christi. Idem: Eadem fides Mediatoris, quæ nos salvat, salvos justos faciebat antiquos, pusillos cum magnis. Quia, sicut credimus Christũ in carne venisse; ità illi venturum: & sicut nos mortuum; ita illi moriturum: & sicut nos resurrexisse; ità illi resurrecturum: & nos, & illi, ad judicium vivorum & mortuorum venturum. Gregorius super Ezechielem: Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, dicẽtes: Osanna filio David. quia omnes electi, qui in Judæâ esse potuerunt, sive qui nunc in Ecclesiâ sunt, in Mediatorem Dei & hominum crediderunt, & credunt. His aliisque pluribus testimoniis perspicuè docetur, nulli unquam salutem esse factam, nisi per fidem Mediatoris.

*lib. 3. dist. 19. — *Rom. 3. v. 22. — *vers. 25. — *lib. 3. dist. 25.

¶ Solâ fide nos justificari, Rupertus ait:* Sola justificare potest fides Jesu Christi.

Bernhardus:* Librum certè Ambrosii de morte Valentini, legat si nõ legit; recolat, si jam legit, non dissimulet, si recolit: & advertet sinè dubio, sanctum, homini non-baptizato & mortuo, fidenter de sola fide salutem præsumere, & tribuere indubitanter bonæ voluntati, quod defuit facultati. Itèm: Cum his, inquam, me aut errare, aut sapere fateor: credens & ipse, solâ fide hominem posse salvari, cum desiderio percipiendi Sacramentum: si tamen pio adimplendo desiderio mors anticipans, seu alia quæcunque vis invincibilis, obstiterit. Vide etiam, ne forte ob hoc Salvator, cum diceret,* Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: cautè & vigilanter non repetierit, Qui verò baptizatus non fuerit: sed tantùm, Qui verò, inquit, non crediderit, condemnabitur. Nimirum innuens, solam interdum fidem sufficere ad salutem, & sine ipsâ sufficere nihil. Itèm: Quem do n. qui alieno debito se teneri, forte in extremis positus, recolit; si desit, unde persolvat; sola nihilominus pœnitentia, & cordis contritione obtinere veniam creditur; ne jam pro eo damnetur: sic sola fides, & mẽtis ad Deum conversio, sinè effusione sanguinis, & sine perfusione aquæ, salutem sine dubio operatur volentis, sed non-valentis, prohibente articulo, baptizari. Et, sicut nulla illi pœnitentia remittitur peccatum; si, cùm possit, non restituit ablatum: sic & huic nulla proderit fides, si, cùm possit non percipit Sacramentum. Quanquam & fidem convincitur non habere perfectam, si negligit. Vera enim & plena fides, universa præcepta complectitur. Est autem hoc unum, ipsumq; præcipuum ex præceptis. Meritò ergo non fidelis, sed plane rebellis atq; contemtor reputabitur, quisquis obedire renuerit. Quomodo deniq; fidelis, qui Dei contẽnit Sacramentum?

*lib. 2. in libros Regum. c. 39 — *Epist. 77 — *Matt. 16 v. 16.

¶ Qui justificentur, Honorius ait:* Pauperes sunt, qui mandata Domini facere contemserunt, & omnibus criminibus totâ vitâ suâ inexplicabiliter inhæserunt. Hi, quia se miseros & a justitiâ nudos ingemiscunt; & a miseria peccatorum & pœnarum ab eo liberari, toto corde concupiscunt; pauperes Domini sunt: quia se non posse salvari, nisi solâ Dei gratiâ, norunt.

*Serm. de Nativ. Dõ.

Rupertus ait:* Christus per suum sanguinem benedictionem, id est peccatorum remissionẽ, acquisivit illi, (Abrahamo,) simul & omnibus electis, qui exspectaverunt eum ab origine Mundi.

*lib. 5. in Gen. c. 12.

Hildebertus:* Christus sponsus non aspernatur deformem, pauperi libens copulatur, distortas amplectitur & gibbosas, generosa non ostendit nomina, in decrepitis ardet aniculas; nullam sterilitatis arguit. Sola mentis corruptela sponsam ei ablaterat.

*Epist. 76. — *Serm. 6 super Cã.

BERNHARDUS inquit: * *Mutatio dextræ Excelsi, quæ mirabiliter, sed invisibiliter, justificat impium.* Itèm: * *Omnino propter mansuetudinem, quæ in te prædicatur, currimus post te, Domine Jesu: audientes, quòd non spernas pauperem; peccatorem non horreas. Non horruisti confitentem Latronem, non lacrymantem Peccatricem, non Chananæam supplicantem, non deprehensam in adulterio; non sedentem in telonio; non supplicantem Publicanum; non negantem Discipulum; non persecutorem discipulorum, non ipsos crucifixores tuos. In odore horum currimus.* Itèm: * *Fremit Mundus: premit corpus: Diabolus insidiatur. Non cado: fundatus enim sum super firmam petram. Peccavi peccatum grande: turbatur conscientia; sed non perturbabitur: quoniam vulnerum Domini recordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non Christi morte salvetur? Si ergo in mentem venerit tam potens, támque efficax medicamentum: nullâ jam possum morbi malignitate terreri. Et ideò liquet, errâsse illum, qui ait:* * Major est iniquitas mea, quàm ut veniam merear. *Nisi quòd non erat de membris Christi, nec pertinebat ad eum, de Christi merito ut suum præsumeret, suum diceret, quod illius esset, tanquam vere capitis membrum. Ego verò fidenter, quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex visceribus Domini: quoniam misericordia affluunt; nec desunt foramina, per quæ effluant.* Itèm: * *Quid dicimus, fratres? Cuinam potissimùm vasi gratia infunderetur? capax quidem est misericordiæ fiducia, patientia verò justitia: quale jam poterimus idoneum gratiæ receptaculum exhibere? Balsamum est purissimum; & solidissimum vas requirit. Et quid tam purum, quid verè tam solidum, quàm humilitas cordis? Meritò proinde humilibus dat gratiam.*

Marg.: * Serm. 6. super Cant. * Serm. 22. super Cant. * Serm. de ... * Gen. 4. v. 13. * Serm. 3. de Annunc. B. Mariæ.

¶ Omnes fideles æqualiter justificari, testatur RUPERTUS: * *In remissione quidem peccatorum nulla est divisio: sed æqualiter atque uniformiter, una eadémque omnibus gratia remissionis adest. In donis autem gratiarum, non eadem omnibus quantitas impenditur.* Itèm: * *Sine ullâ exceptione Gentiles aut Judæos, quos vult, vivificat: nulli quicquam debens; sed solâ voluntate gratuitâ, vel voluntariâ gratiâ, justè morti addictos, misericorditer ad vitam revocans.* Itèm: * *Omne, quod dat mihi Pater; omne, sive bonum, sive malum; sive mundum, sive immundum, sive circumcisio, sive præputium; omnis sexus, omnis conditio, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, undecunque veniat, qualiscunque veniat, dummodo veniat, id est, credat; non ejiciam foras.* Itèm: * *Ad fidem Christianam omnes admitti jubentur indifferenter: sive Reges, sive Tribuni; sive fortes, sive infirmi, sive servi, sive liberi, sive magni, sive pusilli; ad summum, sive Judæi, sive Græci.*

Marg.: * lib. 2. in Joh. c. 2. * lib. 5. c. 5. * lib. 6. c. 6. * lib. 11. in Apoc.

De ordine justificationis, ait RUPERTUS: * *Est hæc regula divinæ æquitatis: ut homo, si justificari velit, id est, si se-ipsum accuset, (justus enim in principio est accusator sui) tunc mitius ac mansuetius agat cum illo misericordia Dei. Si autem, homine tardante, priorem Deum oporteat loqui, & narrare quid homo fecerit; tunc districtius arguat atque corripiat: non in mansuetudine atque misericordia, sed in furore & ira suâ.*

Marg.: * lib. 3 in Gen. c. 13.

BERNHARDUS ait: * *Ibi enim compungetur quis, jam tunc eum misericordia præveniet: sed nequaquam ingredietur, donec et veritas confessionis occurrat. Peccavi Domino: ait ipse David ad Nathan prophetam, cùm de adulterio & homicidio argueretur. Et transtulit Dominus peccatum à te: ait Propheta. Nimirum misericordia & veritas obviaverunt sibi. Et hoc quidem, ut declinet à malo.* Itèm: * *Ipsa est enim via, per quam fit transitus ad glorificationem, dicente Apostolo:* * Quos prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, hos & magnificavit. *Neque enim poterit obtineri magnificatio, nisi justificatio præcesserit: cum ista meritum; illa præmium sit.*

Marg.: * Serm. 1 de Annunc. B. Mariæ. * in Sermone. * Rom. 8 v. 30.

¶ De Lætitiâ justorum, BERNHARDUS ait: * *Denique exspectatio justorum, lætitia. Nam peccator nihil exspectat. Et inde peccator, quòd bonis præsentibus non modò detentus, sed & contentus, nihil in futurum exspectat, surdus ad vocem illam:* * Exspectate me (dicit Dominus) in die resurrectionis meæ in futurum. *Et ideò justus erat Simeon; quia exspectabat & adorabat jam Christum in spiritu, quem nec-dum in carne adorabat: & beatus in exspectatione sua, quia, per odorem exspectationis, ... venit ad gustum contemplationis.*

Marg.: * Serm. 67. super Cant. * Sophon. 3. v. 8.

¶ De Gloriatione in Deo, BERNHARDUS: * *Verè gloriari in solo Deo, non nisi à solo Deo est. Nec mediocris ista gloria; quippe tam vera, quàm de veritate. & in veritate tam rara, ut vix vel paucissimi perfectorum perfectè glorientur in eâ.*

Marg.: * Serm. 13. super Cant.

¶ De conservatione gratiæ Dei, BERNHARDUS ait: * *Primum itaque panis, si bene memini, conservatio gratiæ fuit: quâ me, licèt indignum, à multis peccatis, adhuc in seculo positum, custodivit. Hujus ergo tria teneo fragmenta; habentia prorsus magnũ delectamẽtum saporis, & alimoniam vitæ. Tribus siquidem modis à peccato me memini conservatum: occasionis subtractatione, resistendi datâ virtute, affectionis sanitate. Multa enim in peccata facile cecidissem; si data esset occasio: sed Dei miseratione non me talis opportunitas apprehendit. In multa quoq; paulò minùs cecidissem, graviter impulsus violentiâ tentationis: sed virtutem dedit Dominus rex virtutum, ut sub me esset appetitus meus; & ei, quam sentiebam, concupiscentiæ minimè consentirem. Sed & à quibusdam tam longè me fecit miseratio tua Domine: ut penitùs abominarer ea; & ne ulla quidem eorum me tentatio molestaret.* Itèm: * *Jam verò, si quis ex robis diligenter considerare non negligat, non modo unde ortus, sed ubi sit constitutus: non solum quid contulerit; sed & quid acceperit: non tantùm unde revocatus sit, sed etiam quò vocatus: inveniet sine dubio, cumulum hujus misericordiæ omninò mensuram priorum excedere quantitatem. Neq; enim fecit taliter omni nationi: ut non solùm judicia; sed & consilia sua, manifestaret eis: sed omninò magnificavit facere nobiscum, non solùm in servos assumens, sed eligens in amicos. Neque enim nos elegimus eum, sed ipse elegit nos, & posuit nos, ut eamus & fructum afferamus. fructum, inquam, non solùm non peremtorium, quod ad judicium pertinens, notum fit etiam servis; sed nec porecorum quidem, quod de consilio est, & revelatur amicis.*

Marg.: * Serm. 3. de septem panib. * Serm. contra ingratitud.

DE FIDE.

QUid sit, RUPERTUS inquit: * *Credere est, semen, Dei verbum, cum amore susceptum, impregnatâ mente portare.* Et: * *Quid est in Deum credere, nisi Deum, non propter sua, sed propter se-ipsum, diligere? Nam qui Deum propter aliud, quam propter se-ipsum quærunt; nec Deum diligere, nec in Deum credere, dicendi sunt. Aliud est enim, credere Deo, credere Deum, & credere in Deum. Possunt quidem credere Deo, vel credere esse Deum, sed credere in Deum nullatenus dicendi. At illi, qui Deum non propter temporale emolumentum, sed propter se-ipsum diligunt, verè in Deum credere dicendi sunt. Credere in Dei Filiũ, est opus sine labore, jugũ sine asperitate, onus sine gravitate.*

Marg.: * lib. 1. in Joh. c. 1. * lib. 6. c. 6.

BERNHARDUS inquit: * *Fides est voluntaria quædam & certa prælibatio necdum propalatæ veritatis. Intellectus, est rei cujuscunque invisibilis certa & manifesta notitia. Opinio, est quasi pro vero habere aliquid, quod falsum esse nescias. Ergo, ut dixi, fides ambiguum non habet: aut, si habet, fides non est; sed opinio.*

Marg.: * lib. 5. de Consid.

LOMBARDUS: * *Fides est virtus, quâ creduntur, quæ non videntur. Quod tamen non de omnibus, quæ non videntur, accipiendum est. sed de his tantùm, quæ credere, (ut ait Augustinus) ad religionem pertinent. Multa enim sunt, quæ si Christianus ignoret, nihil metuendum est: quia non ideò à religione deviat.* Itèm: *Aliud est, credere in Deum; aliud, credere Deo; aliud, credere Deum. Credere Deo, est credere vera esse, quæ loquitur. quod & mali faciunt: & nos credimus homini, sed non in hominem. Credere Deũ, est credere, quòd ipse sit Deus. quod etiam mali faciunt. Credere in Deum, est credendo amare, credendo in eum ire, credendo ei adhærere, & ejus membris incorporari. Per hanc fidem justificatur impius: ut deinde ipsa fides incipiat per dilectionem operari. Ea enim sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. Ipsa enim dilectio, opus fidei dicitur.* Et: *Ait enim Apostolus:* * Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum vel convictio non-apparentium. *quia per fidem subsistunt in nobis etiam modò speranda, & subsistent in futuro per experientiam. Et ipsa est probatio & convictio non-apparentium: quia si quis de his dubitet, per fidem probãtur. ut adhuc probatur futura resurrectio: quia ita crediderunt Patriarchæ & alii sancti. Vel probatio est & certitudo, quòd sint aliqua non-apparentia; ut supra dictum est. Propriè tamen fides dicitur substantia rerum sperandarum: quia sperandis substat, & quia fundamentum est bonorum, quod nemo mutare potest.*

Marg.: * li. 3. dist. 23. * Hebr. 11. v. 1.

PETRUS Cantor inquit: * *Fides est hypostasis & basis omnium virtutum, omniumque bonorum. Vel, Fides est voluntaria certitudo, intra scientiam, & supra opinionem constituta.*

Marg.: * cap. 74.

ta. Itèm: *Fides est, quia fit quod dicitur. Ergo ubi non fit, quod dicitur, fides non est. Sed quare? Quia non proposuerunt Dominum ante conspectum suum: non est timor Domini ante oculos eorum.*

(* Lib. 1.) POTHO inquit: * *Fides est voluntaria certitudo absentium, supra opinionem & infra scientiam constituta. Voluntaria, quia non cogitur: absentium, sensibus corporeis non-subjacentium: supra opinionem, quia plus est credere, quam opinari: infra scientiam; quia minus est credere, quàm scire. Ideò enim credimus, ut aliquando sciamus.*

(* Serm. de Nat. Dom.) ¶ De fide justificante & operante, inquit HONORIUS: * *Hoc scitote, quòd ille verè beatus est, qui rectè credit, & rectè credendo bene vivit. Fides debet esse fundamentum: & postquam eam posueritis, debetis postea ponere dilectiones Dei & proximi.*

(* Lib. 1. de Glor. Fil. Trin. c. 13.) ¶ De gradibus Fidei, RUPERTUS ait: * *Nos quidem ferè omnes fidem habemus; etenim sine fide impossibile est placere Deo. Sed magnam fidem non omnes habemus: unde & ejusmodi gratiam non omnes accepimus. Denique, est & magna fides; est & modica fides; est & minima fides.*

(* Serm. 1. parv.) BERNHARDUS istam distinctionem recitat: * *Est igitur fides alia præceptorum; alia signorum; alia promissorum: id est, quâ credimus in Deum; quâ credimus Deum; quâ credimus Deo. Per fidem præceptorum, credimus in Deum. Credere autem in Deum, est in eum sperare, & eum diligere. Per fidem signorum, credimus Deum; qui talia potest, & omnia potest. Per fidem promissorum, credimus Deo, qui, quicquid promittit, veraciter complet. Similiter quoque spes triplex est, & procedit de prædicta triplici fide. Nam de fide Præceptorum, oritur spes veniæ: de fide signorum, spes gratiæ: de fide promissorum, spes gloriæ. Charitas itidem ternario numero colligitur; de corde puro, & de conscientiâ bonâ, & fide non-fictâ. Puritatem debemus Proximo, conscientiam nobis, fidem Deo. Puritas autem est, ut, quicquid agitur, aut ad utilitatem Proximi, aut ad honorem fiat Dei. Maximè autem exhibenda est Proximo: quia Deo manifesti sumus. Proximo autem non possumus, nisi in quantum illi cor nostrum aperimus. Conscientiam bonam faciunt in nobis duo; pœnitentia, & continentia: quando scilicet per pœnitentiam peccata commissa punimus; & per continentiam deinceps punienda non committimus. & hanc debemus nobis. Post hæc superest fides non-ficta, quæ Deo vigilanter exhibenda est, ut nec propter Proximum, cui nos impendimus, offendamus Deum; nec propter conscientiam, quam per pœnitentiam & continentiam in humilitate custodire volumus, minùs exsequamur mandatorum Dei obedientiam. & hæc est fides non-ficta. Non-ficta autem ponitur, ad differentiam mortuæ fidei & fictæ. Mortua fides est, quæ sine operibus est. Fides ficta, quæ ad tempus credit; & in tempore tentationis recedit. Unde etiam ficta, id est, fragilis dicitur.* Itèm: * *Jam verò quod restat de fide non-fictâ, & itèm quod ex alio loco in mentem venit, Fides sinè operibus mortua est: duo ista mittunt nos ad quandam fidei trivariam divisionem; ut dicatur fides mortua, ficta, probata. Et mortuam quidem Apostolus definit eam esse, quæ sinè operibus est, id est, quæ non operatur ex dilectione: quasi non habens animam ipsam dilectionem, quâ vegetetur & moveatur ad opera. Fictam autem ego arbitror illam vocari fidem, quæ suscepta quidem ex charitate vita moveri inchoat, ad bene operandum; sed non perseverans deficit & moritur, tanquam abortiva. Eo utique sensu fictam dixerim nominatam, quo vasa figuli vocamus fictilia: non quia videlicet utilia non sint, quamdiu durant; sed quia, fragilia cum sint, diu minimè durant. De hac fidei fictione puto illos notari in Evangelio; qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Interrogo eos, qui dicunt, charitatem, à quo semel accipitur, nequaquam ultra recedere. Ait Veritas de quibusdam:* * Et hi radices non habent; quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. *Unde, & quò recedunt? utique à fide in infidelitatem. Itèm quæro: Poteránne in illâ fide salvari, an non poterant? Si non poterant; quæ injuria Salvatoris, quæ've tentatori lætitia; quòd hinc recedant, ubi salus non fit? Siquidem nec Salvator zelatur, nisi salutem: nec malignus invidet, nisi saluti. Si autem poterant quomodo aut sine charitate sunt, quamdiu in illâ fide sunt: cum sine charitate salus esse non possit? aut deserentes fidem, non etiam deserunt charitatem: cum charitas & infidelitas simul esse non possint? Recedunt ergo quidam a fide; quia Veritas asserit: consequenter & à salute; quia Salvator redarguit. Inde nos colligimus, quod & a charitate, sine quâ salus esse non potuit. Et hi, inquit, radicem non habent. Nec negat eos habere bonum: sed in bono potiùs radicatos non esse, causatur. Denique, sequitur & ait: Quia ad tempus credunt. Bonum est, sed utinam duraturum. Non enim, qui cœperit; sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Non autem durant; quoniam in tempore tentationis recedunt. Beati, si interim rapti fuissent, antequam malitia mutaret corda eorum. Nunc verò væ prægnantibus & lactantibus in illis diebus: teneros utique fœtus gestantibus, & de vitâ recenti facilè in periculis exturbandos. Tales sunt animæ, parvam adhuc & teneram habentes charitatem: & ob hoc earum fidem vivam; sed fictam, necesse est in tentatione deficere. Vasa figuli, ait, probat fornax; & homines justos tentatio, illos videlicet qui ex fide vivunt.*

(* Epist. 42.) (* Matth. 13. v. 21.)

(* Lib. 5. in Job c. 5.) De verâ & falsâ fide, inquit RUPERTUS: * *Habent etenim infideles fidem, sed non in Deum: quam utique, si haberent, infideles non essent. Cum itaque sit & fides, quam infideles quoque habere possunt; & fides, quam qui habent, infideles non sunt: rectè Judæi, & sperare in Moyse, & Moysi redarguuntur non credere.*

(* Serm. 1. in octava Pasch.) ¶ De vivâ fide, BERNHARDUS inquit: * *Quæris, quænam sit vivida & victoriosa fides? illa sine dubio, per quam Christus habitat in cordibus nostris. Christus enim & virtus est, & vita nostra. Cum Christus apparuerit, vita vestra, (ait Apostolus* *) tunc & vos apparebitis cum ipso in gloriâ.* (* Col. 3. v. 4.)

(* Serm. 8 super Psal. 91.) ¶ Unde sit fides, BERNHARDUS docet: * *Sanè fides ex auditu, non ex visu: denique substantia est sperandarum rerum, argumentum non-apparentium. Et in fide ergo, sicut & in spe, deficit oculus; auris proficit sola.* Itèm: * *Fides ex auditu: quâ corda mundantur, ut possit videri Deus.* (* Serm. 52 super Cant.)

(* Lib. 2. dist. 27.) LOMBARDUS: * *Nam de gratiâ fidei Ephesiis scribens Apostolus, similiter fidem non ex homine; sed ex Deo tantùm esse, asserit, inquiens:* * Gratiâ estis salvati, per fidem: & hoc non ex vobis, Dei donum est. *Quod Sanctus ita exponitur: Hæc, scilicet fides, non ex vi naturæ nostræ; quia donum Dei purè est. Ecce & hic aperte traditur, quòd fides non ex libertate arbitrii, sive ex arbitrio voluntatis.* (* cap. 2. v. 8.)

(* Lib. 4. in Apoc. c. 6.) ¶ De Subjecto fidei, RUPERTUS ait: * *Qui fideliter credit, ipse intelligit incarnationis Christi mysterium: non hominem tantum; sed Deum simul habitantem in homine, conjunctum in unitate personæ.* Et: * *Unum eundémque Christum, cujus in morte baptizati sumus, Deum & hominem credentes, & naturam utramque certa discretione dinoscentes, impassibilem quidem ex divinitate, passum autem semel ex humanitate confiteamur, firmiterque credamus.* (* Lib. 1. in Matth. 2.)

(Lib. 10 in Joh. c. 12.) ¶ De Proprietate fidei, RUPERTUS inquit: * *Fides fidei vel confessionis non in eo consistit, quod in Christo carnalibus oculis vident: sed magis in eo, quod Pater miserit; quòd est Verbum Patris; quodque est principium.*

(* Serm. 5. Vigil. Nat. Dom.) (* Abac. 2. v. 4.) BERNHARDUS: * *Non ergo in hujusmodi corde nascitur Christus; cui deest fidei fortitudo, utique panis vitæ: Scriptura teste,* * *quoniam justus ex fide vivit. Quod videlicet anima vera vita, (quæ ipse est) non nisi per fidem interim habitet in cordibus nostris.*

(* Lib. 5. de Consid.) BERNHARDUS inquit: * *Opinio, si habet assertionem, temeraria est: fides, si habet hæsitationem, infirma est.*

(* cap. 75.) PETRUS Cantor ait: * *Sed nihil est certius fide: nec majus commodum gloriâ æternâ, vel majus incommodum supplicio æterno.*

(* Lib. 9. in Joh. c. 7.) ¶ Quòd fides præcedat cognitionem, RUPERTUS ait: * *Non cognitio fidem, sed fides præcedit cognitionem. Fides namque, meritum; cognitio autem Filii Dei, præmium est fidei.*

(* Epist. 42.) ¶ De probatione fidei, inquit BERNHARDUS: * *Qualiscunque, fides, tribulatio probat. Si eorum deficit; (erit enim,*

cum in charitate non perseverat ... ita esse dinoscitur. Si cujus perseverat, probata & perfecta censetur.

¶ De effectu fidei, inquit RUPERTUS: * *Resurrectio animarum a morte, fit per fidem, & per lavacrum regenerationis, & invocationem Spiritus sancti.* Et: * *Per fidem unum sumus, & idem sapimus.*

BERNHARDUS ait: * *Cùm hæc firmiter credimus, jam meritum habemus. & in fide sanitas est: quia, qui crediderit, salvus erit.* Et: * *Nunquid fides quoque magnanimum facit? Et sola. Quicquid enim sine fide præsumitur, non est ulla animi solida magnitudo; sed ventosa quædam inflatio, & tumor inanis.* Et: * *Sicut fides ducit ad plenam cognitionem, sic desiderium ad perfectam dilectionem.*

PETRUS Cantor: * *Sic & fides prima incipit expugnare castra vitiorum. Ipsa enim per tria præcipuè primatum & ducatum habet, inter cæteras virtutes.* Et: *Quia enim credo; spero, diligo, compatior Proximo, & hujusmodi. Charitas enim dicitur mater virtutum, sed nutritura & informationis. Prima igitur mater earum & origo est fides: secunda mater, & velut nutrix, est charitas.* Et: *Fides non habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. In quibusdam tamen credit; & eatenus intelligit: in omnibus articulis requirens potiùs fidelia & sana verba, quàm curialia & palatii, vel philosophica.* Item: *Unde & capiti serpentis comparatur fides: qui caput suum abscondit & protegit; reliquo corpore exposito vulneribus. Capite enim non læso, non mortificatur. Sic & aliquis fidem servans, etsi in aliud ceciderit, fide tamen servata reviviscet.*

POTHO: * *Atque hanc primam ædificii partem, per fidem, quæ est fundamentum structuræ spiritualis, in cordis dispositione componimus.*

BERNHARDUS: * *Tamdiu Christus in nobis vivit, quamdiu vivit fides. At postquam fides nostra mortua est, quodammodò Christus mortuus est in nobis.*

¶ De Fidelibus, ait BERNHARDUS: * *Fidelis est, qui nec sibi credit, nec in se sperat, factus sibi tanquam vas perditum: sed sic perdens animam suam, ut in vitam æternam custodiat eam. Porro id quidem sola facit humilitas cordis, ut non sibi fidelis anima innitatur: sed deserens semet-ipsam, ascendat jam de deserto, innixa super dilectum, atque ideo deliciis affluens.*

¶ De Incredulitate, ait RUPERTUS: * *Omne vitium, & omnis iniquitas generis humani, ab incredulitate sumsit initium. quia videlicet primi homines plus Serpenti, quàm Deo, crediderunt vel obaudierunt: & exinde corrupti posteri eorum, & Gentes, magis Diabolo, vel idolis ejus, quàm Deo, credentes; & Judæi magis Antichristum, quàm Christum, exspectantes, communiter peccarunt: & omnia in incredulitate conclusa sunt.*

¶ Quòd vera fides habeat comitem charitatem, RUPERTUS ait: * *Fides vera nunquam sine charitate, & charitas vera nunquam sine fide est. Sicut indivisus, & unus, & trinus Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus: sic indivisa est una & trina virtus, fides spes & charitas, quæ respectu Trinitatis in animâ hominum efficitur.*

¶ Quòd fides etiam bene operetur, RUPERTUS docet: * *Nec verò illud prætermittendum, quod opportunè satis de fide & operibus disputat, dicens:* * Quoniam fides sine operibus mortua est, sive otiosa est. *Nam, quemadmodum Paulus Apostolus, prædicans, justificari hominem per fidem sine operibus, non benè intellectus est ab eis, qui sic dictum acceperunt, ut putarent, si semel in Christum credidissent, etiamsi malè operarentur, & facinorosè flagitioséque viverent, salvos esse per fidem: eundem sensum illius, quomodo sit intelligendus, exposuit. Ideoque Abrahæ magis usus est exemplo; vacuam esse fidem, si non bene operaretur. Quo Abrahæ exemplo etiam Paulus Apostolus usus est; ut probaret, justificari hominem sine operibus. Cùm enim bona opera commemorat Abrahæ, quæ ejus fidem comitata sunt: satis ostendit, Apostolum Paulum non ita per Abraham docere, justificari hominem per fidem sine operibus; ut, si quis crediderit, non ad eum pertineat benè-operari: sed ad hoc potiùs, ut nemo arbitretur, meritis priorum bonorum operum se pervenisse ad donum justificationis quæ est in fide.*

BERNHARDUS: * *Quid dividis actum a fide? Iniquè dividis, fidem perimens tuam. Nam fides sine operibus mortua est. Munus mortuum offers Deo? Si enim quædam anima fidei ipsa devotio est: quid fides, quæ non operatur ex dilectione, nisi cadaver exanime?* Item: * *Denique, justus ex fide vivit; illâ procul dubio quæ operatur ex dilectione.*

POTHO ait: * *Fides enim auget in nobis operandi vires. quia, si magna est fides; magna operari possumus: & quantùm credimus; tantùm scimus: & quantùm crescit in nobis fides; tantùm per dilectionem operari volumus. Virtus enim dilectionis, proficit ad augmentum bonæ voluntatis: & quantùm subest nobis posse, per fidei constantiam; tantùm conformamur per gratiam, & provehimur ad veri cultûs scientiam.*

¶ De Fide, Spe, & Charitate, inquit BERNHARDUS: * *Dicit ergo fides, Parata sunt magna & inexcogitabilia bona, a Deo fidelibus suis. Dicit spes, Mihi illa servantur. At tertia quidem charitas; Curro, inquit, ad illa.* Item: *Spes in nomine; res in facie est. Quod enim videt quis, quid speret? Fides utique ex auditu: & ea quidem (juxta eundem Apostolum) est rerum substantia sperandarum.* Item: * *Tria considera, in quibus tota spes mea consistit; charitatem adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis. Murmuret jam, quantum voluerit, insipiens cogitatio mea, dicens: Quis enim es tu? aut quanta est gloria illa? quibusve meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo: Scio, cui credidi; & certus sum, quia in charitate nimiâ adoptavit me; quia verax in promissione; quia potens in exhibitione. licet enim ei facere, quod voluerit. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur: quem nobis a patriâ nostrâ in hunc carcerem usque demissum, firmiter, obsecro, teneamus: ut ipse nos sublevet; ipse nos trahat, & pertrahat, usque ad conspectum gloriæ magni Dei.*

LOMBARDUS inquit: * *Est autem spes virtus, quâ spiritualia & æterna bona sperantur, id est, cum fiduciâ exspectantur. Est enim spes, certa exspectatio futuræ beatitudinis, veniens ex Dei gratia, & meritis præcedentibus, vel ipsam spem, quam naturâ præit charitas; vel rem speratam, id est, beatitudinem æternam. Sine meritis enim aliquid sperare, non spes; sed præsumtio dici potest.*

PETRUS Cantor ait: * *Est autem spes, certitudo quædam, proveniens ex gratiâ & meritis cujuscunque. In malis igitur, non est spes virtus: qui tamen non sunt filii diffidentiæ, vel desperationis; quia de nullo desperandum est in vitâ. sed nec multum de talibus est sperandum: nec sunt filii spei; sed medium quendam statum retinent: dum à piis lacrymis non recedunt, euntes in proposito non-peccandi. Unde dicitur: Sacrificate sacrificium justitiæ: triplex scilicet, sobriè, justè, & piè vivendo, exspectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei, &c. & ita sperate in Domino: alioquin præsumtio.* Item: *Ex spe autem & fide oriuntur, vel idem sunt cum spe, quædam sancta exspectatio & fiducia in agendis: quæ sunt consolationes non-modicæ in omni tribulatione.* Et: *Defectus autem spei, simul est defectus fidei. Qui enim non credit, non sperat: & è converso.*

POTHO: * *Spes est fiducia futurorum bonorum, ex gratiâ & bonâ conscientiâ.*

DE BONIS OPERIBUS.

QUòd sint facienda, BERNHARDUS docet: * *In hoc quidem positi sumus, ut non peccato serviamus: (ipse enim est peremtorius labor) nec seculo quoque, quemadmodum hi, quos videmus subditos curis terrenis; etsi non culpis: corporalibus officiis; etsi non flagitiis, implicatos: & in ea, quæ præterit, hujus Mundi figurâ, pro suâ suorumque præsenti sustentatione, laborantes. quorum utique labor, etsi non ad damnationem; minimè tamen pertinet ad salutem: ita ut, etsi conservaverint fundamentum; detrimentum tamen patiantur, pereuntibus quæ superædificaverant: ipsi verò salvi fient; sic tamen, quasi per ignem.* Item: * *Sicut enim munditiam intra nos; erga Proximum innocentiam, convenit observari: sic & in nobis, & erga Proximum exercenda virtutis opera, opera pietatis. Non ergo simus nobis inutiles; ne in vano receperimus animas nostras: non simus inutiles Proximo nostro; ne in vano eas justificasse probemur.* Et: * *Debet tamen quisque, quantum potest, irreprehensibilem se exhibere, primum quidem coram Deo; sed deinde coram hominibus. Hoc nempe est, quod alibi idem Apostolus loquitur, dicens:* * Providentes bona, non tantum coram Deo; sed coram hominibus. Item: * *Non sufficit, a malo abstinere, si non & bonum faciamus. Inde Psalmista:* * Declina à

* In Sentent.

malo, & fac bonum. *Fugiamus ergo vitia; amplectamur virtutes.* Itèm: * *Et quidem tria sunt, a quibus abstinere debent, quicunq; justificari desiderant: primò utiq; ab operibus pravis; secundo à carnalibus desideriis; tertiò à curis seculi. Itèm tria sunt, quibus debent insistere; quæ etiam continet sermo Domini in monte: eleemosyna, jejunium, oratio. Sic enim adimpletur justificatio: dum ab interdictis vitiis abstinent; & bona, quæ præcepta sunt, fideliter exercent. Opponantur ergo pravis operibus opera misericordiæ: contra carnalia desideria adhibeantur jejunia: & pro curis seculi succedat amor Dei, & frequentia orationis.* Et: *Ligna, sunt omnes justi, qui plantati in medio Ecclesiæ temporalis, facere debent fructus vitæ, qui maneant. Videat autem quisq;, ut eligat sibi locum irriguum; in quo fructificans, proferat in tempore suo fructum vitæ. Sunt autem tres decursus aquarum: documenta Scripturarum; quæ per minas, & promissa, honestam in homine suscitant voluntatem: charismata gratiarum, quæ hominem spiritualem ex animali efficiunt, ad sui provisionem & curam informando; & docendo omnem veritatem, monstrans operum fecunditatem: stillicidia lacrymarum; quæ, dum venas intentionis atq; propositi suo rore irrigant & infundunt, ne lignum moriatur, perseverantiam largiuntur. Qui juxta hæc fluenta radicatus fuerit, per menses singulos faciet fructum; & folia ligni illius ad suavitatem gentium.* Itè: *

* Serm. 22. super Cant.

Qui ergo justificati a peccatis, sectari desiderãt deliberãtq; sanctimoniam, sinè quâ nemo videbit Deum; audiant te clamantem: * Sancti estote, quomodo ego sanctus sum. *Considerent vias tuas, & discant à te: quia justus sis in omnibus viis tuis, & sanctus in omnibus operibus tuis.*

* Levit. 11. v. 44.

* Epist. 54.

PETRUS Blesensis inquit: * *Vide, ne solvas JESUM. JESUM ille solvit, qui verbis eum confitetur; operibus autem negat.*

* Edib. 2.

POTHO ait: * *Disciplina morum est, quâ regitur domus Dei; sinè quâ non habitant unanimes in domo. Disciplinam morum, venustatem domûs Dei non-incongruè appellamus.*

* Serm. 1. in fest. omnium Sanctorum.
* Esai. 64. v. 6.

¶ De justitiâ operum, inquit BERNHARDUS: * *Quid potest esse omnis justitia nostra coram Deo? Nónne (juxta Prophetam *) velut pannus menstruatæ reputabitur? &, si districtè judicetur, injusta invenietur omnis justitia nostra, & minus habens? Quid ergo de peccatis erit: quando ne ipsa quidem pro se poterit respondere justitia? Propterea obnixè cum Prophetâ clamantes,* * Non intres in judicium cum servo tuo, Domine; *totâ humilitate ad misericordiam recurramus, quæ sola potest salvare animas nostras.* Itèm: * *Recta proinde interim videri potest justitia hominum: si tamen peccato non consentiant; ut non regnet in eorum mortali corpore. Nam primi hominis, in initio quidem, non modò recta; sed etiam pura fuit: quamdiu ei datum est, nec sentire peccatum. Cæterùm & hæc ipsa, quoniam firma non fuit, & puritatem facilè perdidit; & ne ipsam quoq; retinuit rectitudinem suam. Sanè apud Angelos justitia recta, pura & firma est: sublimis quidem; sed adhuc longe inferior, quam divina. Non enim innata est eis; sed à Deo collata: ut natura ipsa, quod ex se est, non modò justitiæ, sed etiam injustitiæ, capax inveniatur. Numquid non ista est pravitas quædam; quam in Angelis suis veraillæ justitia legitur invenisse? Non enim justificabitur in conspectu tuo omnis vivens; ait is, qui Dei justitiam minimè ignorabat. Nec ait, Omnis homo; sed, Omnis vivens: fortè ut ne ipsos angelicos eum noveris spiritus excepisse. Vivunt enim & ipsi tantò veriùs, quantò propius assistunt ei, apud quem est fons vitæ. Nihilominùs etiam justi sunt; sed ex eo, non coram eo: munere ejus; non in ejus comparatione. Ipsa ergo sibi justitia est: cujus voluntas non tam æqua; quàm ipsa æquitas. Et utraq; non aliud, quam ipsa substantia est. Illa ergo justitia verissimè, sicut nosti est; quæ recta est, quæ pura est, quæ firma est, & (ut ità dixerim) etiam substantia est. Quanta enim in hoc capite latet altitudo? Quanta gloria est, quantaq; sublimitas in hoc umbroso & condenso monte reposita?* Itèm: * *Et est judicium, ut, qui contemnunt Dei misericordem justitiam, & suam volunt constituere, quæ profectò non justificat, sed accusat) eadem suæ justitiâ relinquantur, opprimendi magis, quam justificandi. Est quippe ex lege (quæ neminem unquam duxit ad perfectum) est jugum, quod neq; ipsi, neq; patres eorum, unquam portare potuerunt. Sed synagoga fortis est: non curat onus leve, nec jugum suave. Sana est: non est ei opus Medicus, nec unctio Spiritûs. Confidit in lege: liberet eam, si potest. Non autem data est*

* Serm. 5. de Verbis Esaiæ.

* Psal. 143. v. 2.

* Serm. 14 super Cant.

lex, quæ possit vivificare: insuper & occidit. Litera enim occidit.

* Serm. 1. de Dominica Mariæ.

Unde sint bona opera, BERNHARDUS docet: * *De operibus verò bonis certum omnino est, quòd nemo habeat hæc de se-ipso. Nam, si stare non potuit humana natura adhuc integra: quantò minus poterit per se-ipsam resurgere jam corrupta?* Itèm: *De meritis quoq; si credis non posse haberi, nisi per ipsum, non sufficit: donec tibi perhibeat testimonium Spiritus veritatis, quia habes ea per illum. Sic & de vita æterna habeas necesse est testimonium Spiritus; quòd ad eam divino sis munere perventurus.* Itèm: * *Quid ergo à te quærit, qui tantâ sollicitudine te quæsivit; nisi te sollicitum ambulare cum Deo tuo? Hanc sollicitudinem non facit, nisi Spiritus sanctus, qui scrutatur profunda peccatorum nostrorum, discretus cogitationum & intentionum cordis: qui nec minimam paleam intra cordis, quod possidet, habitaculum patiatur residere; sed statim igne subtilissimæ circumspectionis, exurit Spiritus dulcis & suavis: qui nostram voluntatem flectat, imò erigat & dirigat magis ad suam, ut eam & veraciter intelligere, & fervent[illegible] diligere, & efficaciter implere possimus.* Et: * *Ipse ergo a[illegible] ipse remunerator operis, ipse remuneratio totam summum illud bonum, cujus eminentium tam perfecta est simplicitas in se-ipso, duplex quodammodo videatur in nobis causa bonorum, efficiens scilicet, & finalis.* Et: * *Origo fontium & fluminum omnium mare est, virtutum & scientiarum, Dominus Jesus Christus. Quis enim Dominus virtutum, nisi ipse est rex gloriæ? Sed & juxta Annæ canticum, idem ipse Deus scientiarum Dominus est. Continentia carnis, cordis industria, voluntatis rectitudo, ex illo fonte manant. Non solùm autem; sed &, si quis callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, indè est. Inde scientia inde sapientia sermo Thesauri siquidem sapientiæ & scientiæ ibi omnes absconditi sunt. Quid? Casta consilia, justa judicia, sancta desideria nónne i[illegible] lis fonte illius sunt? Quòd-si copia aquarum, secretis subterraneis; recursibus incessanter æquora repetunt, ut indè rursum ad visus usus; nostros jugi & infatigabili erumpant obsequio: cur non etiam spirituales rivi, ut arva mentium rigare non desinant, proprio fonte, sine fraude & sinè intermissione reddantur? Ad locum, unde exeunt, revertantur flumina gratiarum, ut iterum fluant. Remittatur ad suum principium cœleste profluvium, quò uberius terræ refundatur. Qualiter, inquis? Qualiter dicit Apostolus:* * In omnibus gratias agẽtes. *Qui quid sapientiæ, quicquid te virtutis habere confidis, Dei virtuti & Dei sapientiæ deputa Christo. Et quis tàm insanus, (ais) ut aliunde præsumat? Nemo planè: adeò ut & Pharisæus gratias agat; cujus tamen justitia non est laus à Deo. Nec enim illa gratiarum-actio (si bene recolis Evangelium) gratiorem eum facit.* Et: * *Sciant intimici gratiæ, absq; gratiâ nec ad cogitandũ bonũ sufficere cor humanũ, sed sufficientiã ipsius ex Deo esse.*

* Serm. 3.

* Serm. 9 per Ps. 91.

* Serm. 13 super Cant.

* 1. Thess. 5. v. 18.

* Serm. 32

* Lib. 2. dist. 26.

LOMBARDUS inquit: * *Hæc est gratia operans, & cooperans. Operans enim gratia præparat hominis voluntatem, ut velit bonum: gratia cooperans adjuvat, ne frustra velit. Unde Augustinus, in libro de Gratiâ & Libero arbitrio:* Cooperãdo Deus in nobis perficit, quod operando incipit: quia ipse, ut velimus, operatur incipiens; qui volentibus cooperatur perficiens. Ut ergo velimus, operatur. Cùm autem volumus, & sic volumus, ut perficiamus; nobis cooperatur: & tamẽ sinè illo, vel operante ut velimus, vel cooperante cùm volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. *Ecce, his verbis satis aperitur, quæ sit operans gratia, & quæ cooperans. Operans enim gratia est, quæ prævenit voluntatem bonam. ea enim liberatur & præparatur hominis voluntas; ut sit bona, bonumq; efficaciter velit. Cooperans verò gratia voluntatem jam bonam sequitur adjuvando.* Itèm: *Operans enim dicitur, in quantum liberat & præparat voluntatem hominis, ut bonum velit: cooperans, in quantum eandem adjuvat, ne frustra velit; sed ut opus faciat bonũ. Ipsa enim gratia non est otiosa; sed meretur augeri, ut aucta mereatur perfici.* Itèm: * *Justitia in homine, non est opus hominis, sed Dei: quod & de aliis virtutibus itidem intelligendum est.*

* dist. 27.

PETRUS Blesensis inquit: * *Currite, & clamate post eum qui bene-currentes dirigit, qui devotè-clamantes audit: sine cujus gratia propositum religionis, quantumcunq; gravis & aspera vita, meritum non habebit.*

* Epist. 6.

HILDEBERTUS ait: * *Utrumq; autem operatus est unus atque idem Spiritus, volens tibi virtutum exuberare gratiam.*

* Epist.

JOHANNES Salisberiensis ait: * *Constat enim, quod omnis*

* Lib. 7.

ædificatio morum à Domino est: & cùm quis ad virtutem, aut ab opere, aut à verbo, aut quocunq; modo instruitur, concessu sibi à Domino utiliter cibatur.

¶ Quòd Fides præcedat opera, BERNHARDUS docet:* *Nec incongruè (ut opinor) id tibi videbitur, si advertas, quomodo instar floris, necessariò præcedentis fructum, bonum quoq; opus fide oporteat præveniri. Alioquin sinè fide impossibile est placere Deo; Paulo attestante:* * *magis autem atque ipso docente.** Omne, quod non est ex fide, etiam peccatum est. *Itaq; nec sinè flore fructus; nec sinè fide opus bonum. Sed & fides sine operibus mortua est: sicut inutiliter quoq; flos apparet; ubi non sequitur fructus.*

* Serm. 51. super Cant.
* Hebr. 11. v. 6.
* Rom. 14 v. 23.

JOHANNES SALISBURIENSIS ait:* *Ex quo patet, nisi in vera Dei notitia & cultu, veram virtutem esse non posse.*

* lib 3. c. 9.

LOMBARDUS ait:* *Cumq; intentio (ut suprà dictum est) bonum opus faciat, & fides intentionem dirigat: non immeritò quæri potest, utrum omnis intentio, omneq; illorum opus malum sit, qui fidem non habent? Si enim fides intentionem dirigit; & intentio bonum opus facit: ubi non est fides; nec intentio bona, nec opus bonū esse videtur. Quod à quibusdam non-irrationabiliter adstruitur, qui dicunt: omnes actiones & voluntates hominis sine fide malas esse; quæ, fide habitâ, bona existunt. Unde Apostolus ait:** Omne, quod non est ex fide, peccatum est. Itèm: *Qui ergo fidem & charitatem non habet, omnis ejus actio peccatum est: quia ad charitatem non refertur. Quod enim ad charitatem non refertur, (ut suprà meminit Augustinus) non fit, quemadmodum fieri oportet; ideoq; malum est. Non ergo mandata custodit, qui charitate caret: quia sinè charitate nullum mandatorum custoditur.*

* lib. 2. dist. 41.
* Rom. 14 v. 23.

¶ Quæ ad bona opera requirantur, POTHO declarat, inquiens:* *Ergo ad opera domûs necessaria sunt, amor & labor: amor, qui pigrā mentem ad opus excitet; labor, qui instantiam operis non deserat.* Itèm: *Cæterùm, ad custodiam domûs, alia duo nobis famulantur; id est, cura & vigilia. Consilium ista pariunt: ut scilicet in omni opere consilium sequaris; nec sinè consilio aliquid facias. Sicut enim in labore, ut agas, in amore, ut perficias: sic in curâ est, ut provideas, in vigilia, ut attendas. Dicunt Sapientes Mundi, quod isti sint quatuor pedissequi, id est, amor & labor, cura & vigilia, qui portant lecticam Philosophiæ: quia mentem exercent, cui præsidet sapientia. Cathedra quippe Philosophiæ, sedes est sapientiæ, quæ his suppositis gestari dicitur: quoniam in his se exercendo promovetur. Unde pulcrè juvenes, propter robur, à fronte lecticam tenere dicuntur, videlicet Philos & Ponos; quia foris opus peragunt. A posteriori puellæ, Epimelia & Agrypnia, quod interpretatur cura & vigilia; quia intùs in secreto consilium pariunt.*

* lib. 1.

¶ De ordine actionum, inquit BERNHARDUS:* *Primò enim, pœnitendo convertuntur: secundò, bene-vivendo justitiam exercent: tertiò, si bene profecerint, ipsam justitiam, quam vitâ tenent, verbo docent. Sed quoniam virtutibus insidiantur vitia, & ità juxtà sunt posita; ut, qui ab his deviaverit, istorum laqueos incurrat: oportet, ut sit pœnitentia sinè pudore, ne scilicet erubescat confiteri commissa peccata; caveat justitia simulationem; eliminet prælatio elationem.* Itèm:* *Attamen in benè-ordinatâ actione sæpè, aut etiam semper, ordo oppositus invenitur. Nam & circa Proximi curam, & plus urgemur; & plurics occupamur; & infirmioribus fratribus diligentiori sedulitate assistimus, & paci terræ magis, quam cœli gloriæ, jure humanitatis, & ipsâ necessitate intendimus; & temporalium inquietudine curarum, vix aliquid sentire de æternis permittimur; & languoribus nostri corporis, postpositâ animæ curâ, pœnè continua inservimus; & ipsis denique infirmioribus membris nostris abundantiorem honorem (juxta sententiam Apostoli) circumdamus: per hoc quodammodò facientes verbum Domini, de quo habes,** Erunt novissimi primi, & primi novissimi. Et:* *Spiritualis homo ille, qui omnia dijudicat, ut ipse à nemine dijudicetur, omne opus suum trinâ quadam consideratione prævenit. Primùm quidem, an liceat; deinde, an deceat; postremò, an expediat.*

* Serm. 60. parv.
* Serm. 50. super Cant.
* Matth. 20. v. 16.
* lib. 3. de Consid.

¶ Discrimen bonarum & malarum actionum LOMBARDUS tradit:* *Nam simpliciter ac verè sunt boni illi actus, qui bonam habent causam & intentionem, id est, qui voluntatem bonam comitantur, & ad bonum finem tendunt. Mali verò simpliciter dici debent, qui perversam habent causam & intentionem.* Itèm:* *Quæritur, utrum omnia opera hominis, ex affectu & fine, sint bona, vel mala? Quibusdam ita videtur esse; qui dicunt, omnes actus esse indifferentes, ut nec bonos, nec malos, per se sint: sed ex intentione bonâ bonus, & ex malâ malus, fit omnis actus. Secundùm quos quilibet actus potest esse bonus; si bonâ intentione geratur. Aliis autem videtur, quod quidam actus in se mali sint; ità ut non possint esse, nisi peccata, etiamsi bonam habeant causam: & quidam in se boni, ità ut, etsi malam habeant causam; non tamen boni esse desinant. Quod testimonio Augustini confirmant; qui dicit, bonum aliquando non-bene fieri. Quod enim quis invitus vel necessitate facit, non bene facit: quia non bonâ facit intentione, ut ait Augustinus.* Servilis, inquit, timor non est in charitate: in quo quàmvis credatur Deo; non tamen in Deum: etsi bonum fiat; non tamen bene. Nemo enim invitus bene facit; etiamsi bonum est, quod facit. *Ecce habes, quòd aliquis non-bene facit illud, quod bonum est. Facit ergo, quod bonum est, intentione non-bonâ. Ideò asserunt illi, quædam opera esse talia, quæ sic bona sunt, quòd mala esse non possunt, quocunq; modo fiant: sicut è converso quædam sic sunt mala, ut non possint esse bona, quacunque ex causâ fiant: alia autem esse opera, quæ ex fine, vel causâ; bona sint vel mala. Et ad illa referunt Sanctorum testimonia, quibus ex affectu, vel intentione, judicium operum pensari dicunt. Tripartitam edunt isti differentiam actuū.*

* lib. 2. dist. 39.
* dist. 40.

¶ De fine Bonorum operum, inquit LOMBARDUS:* *Finis ergo rectus atq; supremus. Deus Pater est, & Filius, & Spiritus sanctus: nec hi tres sunt tres fines; sed unus finis: quia non tres Dii, sed unus Deus.*

* lib. 2. dist. 38.

PETRUS Bleiensis:* *Sic ergo in Psalmis, in Canticis, in Sacramento altaris, in Eleemosynis, vestra exerceatur devotio: ut videant homines bona opera vestra, & glorificetur pater vester in cœlis.*

* Epist. 97

BERNHARDUS ait:* *Luceat lux vestra, inquit, coram hominibus: quod non est dubium de operibus fuisse dictum.*

* Serm. 51 super Cant.

¶ Bona opera esse fidei testimonia, BERNHARDUS ait:* *Fidei vitam opera attestantur, sicut scriptum est.** Opera, quæ dedit mihi Pater, ipsa testimonium perhibent de me. *Nec discrepare videtur ab hac sententiâ,** *qui fidem sinè operibus mortuam asserit in semet-ipsâ. Sicut enim corporis hujus vitam ex motu suo dignoscimus: ità & fidei vitam ex operibus bonis. Itaq; vita quidē corporis est anima, per quā movetur & sentit: vita verò fidei charitas est; quia per illam operatur, sicut in Apostolo legis:** Fides, quæ per dilectionem operatur. *Unde & refrigescente charitate, fides moritur, sicut corpus, animâ recedente.*

* Serm. de Resurr.
* Joh. 5 v. 36
* Jac. 2. v. 17
* Gal. 5. v. 6.

¶ De præmiis bonorum operum, ait HUGO de S. Victore:* *Æterna requies post hanc vitā Sanctis est parata: ut, quisquis hîc bene laborat, remuneratus perenni quiete perfruatur.* Et:* *Conscientiæ est inseparabilis gloria vel confusio unicuique, pro qualitate dispositi.*

* lib. 7 Allег. c. 3.
* lib. de Conscient.

BERNHARDUS inquit:* *Ipse enim peccata condonat; ipse donat merita; & præmia nihilominus ipse redonat.* Et: *De bonis autem operibus, argumentum nihilominus efficax nobis est resurrectio ejus: quia resurrexit propter justificationem nostram. Porrò de spe præmiorum, testimonium ejus est ascensio: quia ascendit propter glorificationem nostram. Hæc tria in Psalmis habes, dicente Prophetâ:** Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum. *Et alibi:** Beatus vir, cujus est auxilium abs te. *Item alibi:** Beatus quē elegisti & assūsisti, habitabit in atriis tuis. Et: *Neq; talia sunt hominū merita, ut propterea vita æterna debeatur ex jure; aut Deus injuriam aliquā faceret, nisi eam donaret. Nā ut taceam, quòd merita omnia dona Dei sunt; & ita homo magis propter ipsa Deo debitor est, quàm Deus homini: quid sunt merita omnia ad tantam gloriā? Denique, quis melior est Prophetâ, cui Dominus ipse tam insigne testimonium perhibet, dicens:** Virum inveni secundùm cor meū. *Verùmtamen & ipse necesse habuit dicere Deo:** Non intres in judicium cū servo tuo, Domine. *Nemo itaq; se seducat: quia, si bene cogitare voluerit; inveniet procul dubio, quod nec cum decem millibus possit occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se.* Itèm:* *Duo autem sunt quæ remunerantur: justitia operis, & puritas cordis.*

* Serm. 1. de Annunc. Mariæ.
* Psal. 32. v. 2
* Ps. 84 v. 6
* Ps. 65. v. 5
* Act. 13 v. 22.
* Psal. 143 vers 2.
* in Sermon

PETRUS Bleiensis ait:* *Transibit enim spes in rem; labor*

* Epist. 129

in præmium; continentia in gloriam; abstinentia in coronam; quod breve est, in perpetuum, quod mutabile, in æternum.

¶ De pœnis malorum operum, inquit HUGO de S. Victore: * *Et cum dives ille nondum propriis rebus abrenuntiaverat, sed quia in his, quæ possidebat, temperantiam servare noluit: post illicitum usum rerum temporalium, ad pœnam sempiternam venit. Si ergo ille, qui propriis abusus est, tantam damnationem meruit: quid putamus, isti facient, qui, propriam non habentes, alienam eleemosynam cultus sui elationis impendere non pertimescunt?*

* de Nuptiis in instit. c. 11.

¶ Adhortationem ad bona opera talem habet HILDEBERTUS: * *Attende, quid habeas ex tam bono factore tuo; & attende, quid ei debeas ex tam magno beneficio suo. Attende, inquam, qualem te laboraverit artifex tuus: & labora, ne degeneret labor suus. &c. Hi autem bona non sunt homines boni: sed ea bene utendo faciunt ut & ipsi fiant boni. Ut igitur & tu sis bonus coram creatore tuo, utere bene bono munere suo. Si bene uteris: & ejus munus est bonum tuum. si vero male: ejus quidem munus est & bonum, sed bono munere male-utendo, facis tuum malum. Nihil enim est homini bonum, sine se bono. Bonis autem, & diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Porro, munera Dei damno sunt possessoribus otiosis: quibus talentes negotiare ad lucrum probe, negotiantur ad supplicium.*

* Epist. 13.

¶ De Virtute, LOMBARDUS inquit: * *Virtus est (ut ait Augustinus) bona qualitas mentis, qua recte vivitur, & qua nullus male utitur: quam Deus solus in homine operatur.*

* lib. 2. dist. 27.

De Vitâ Deo-placente, ait JOHANNES Salisberiensis: * *Cæterum ego vitam Deo-placentem arbitror, cupiditatis ignaram, insistentem innocentiæ, & pervigilem, in opere charitatis.*

* lib. 7. c. 22

¶ De Fide, ut initio boni operis, RICHARDUS inquit: * *Fides prima est bonorum omnium, quæ per justitiam comprehenduntur: & ex fide nascitur charitas, & ex charitate bona opera.* Item: * *Fides sine bona operatione, bonum opus cum infidelitate, castitas cum superbiâ, humilitas cum luxuria, totum hoc monstrosum facit, & nihil horum ad Christianam perfectionem attingit.*

* lib. 1. in Apoc.

* super Psal. 118.

¶ De fictâ pietate, inquit POTHO: * *Est enim in omni ordine, in omni professione, latens disciplina fictum, Sancto spiritui inimicum, innocentiæ ac simplicitati Christianæ valde contrarium. Hoc nimirum est illud negotium, quod perambulat in tenebris: quod latet intùs in secreto conscientiæ, apparet foris in fictâ bona conversationis disciplina.*

* lib 3.

De spirituali exercitio, inquit BERNHARDUS: * *Quantò enim spiritus corpore melior est, tantò spiritualis, quam corporalis, exercitatio fructuosior.*

* Apol. ad Guilh. abb.

De eventu Deo permittendo, BERNHARDUS ait: * *Ita quæso, fac tu, quod tuum est: nam Deus quod suum est, satis absque tua solicitudine & anxietate curabit. Planta, riga, fer curam: & tuas explicuisti partes. Sane incrementum, ubi voluerit, dabit Deus; non tu. tibi forte noluerit; tibi deperit nihil: dicente Scriptura;* * Reddet Deus mercedem laborum suorum sanctorum. *Securus labor, quem nullus valet evacuare defectus.*

* lib. 5. de Consid.

* Sap. 10. v. 17.

De Devotione, inquit BERNHARDUS: * *Quatuor esse dicuntur, quæ nostra gratiam devotionis adaugent: Memoria peccatorum, quæ hominem reddit humilem apud se: Recordatio pœnarum; quæ illum solicitat ad bene agendum: Consideratio peregrinationis; quæ illam hortatur, visibilia debere contemnere: Desiderium vitæ perennis; quæ hominem incitans ad perfectum, cogit eum à terrenis affectibus voluntatis mutatione suspendi.*

* in Sentent.

De servitio Dei, BERNHARDUS ait: * *Totum ergo, quod es, illi debes, à quo totum habes: illi præcipue Domino, qui te fecit, & benefecit tibi; qui tibi ministrat, siderum cursum, aeris temperiem, fœcunditatem terræ, fructuum ubertatem. Huic recerta totis medullis, totis viribus serviendum: ne forte indignationis oculo te respiciat, & despiciat, & conterat in æternum, & in seculum seculi.*

* Serm. de Quadrupl. debito.

De Contemplatione, inquit BERNHARDUS: * *Sciendum est autem, esse duo genera contemplationis. Quidam enim sunt, qui ascendunt & cadunt; alii verò, qui capiuntur, & descendunt.* Et: * *Quæ cùm ita sint, duo liquet contemplationis genera esse: unum, de statu & felicitate & gloria civitatis supernæ, quo vel actu, vel otio, ingens illa cœlestium civium occupata sit multitudo: alterum de Regis ipsius majestate, æternitate, divinitate.* Item: * *Et primùm quidem ipsum fontem suum, id est, mentem, de quâ oritur, purificat consideratio: deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat: postremo divinarum pariter & humanarum rerum scientiam confert. Hæc est, quæ confusa disterminat, hiantia cogit, sparsa colligit, secreta rimatur, vera vestigat, verisimilia examinat, ficta & fucata explorat. Hæc est, quæ agenda præordinat, acta recogitat: ut nihil in mente resideat aut incorrectum, aut correctione egens. Hæc est, quæ in prosperis adversa præsentit; in adversis quasi non sentit: quorum alterum fortitudinis; alterum prudentiæ est. Ibi etiam advertere tibi est, suavissimum quendam concentum complexumque virtutum, atque alteram pendere ex altera. sicut hoc loco vides, fortitudinis matrem esse prudentiam: nec fortitudinem, sed temeritatem esse, quemlibet ausum, quem non parturivit prudentia. Hæc item est, quæ inter voluptates, & necessitates, media quasi quadam arbitra sedens, utrinque certis limitibus disterminat fines: istis assignans & præbens, quod sat est; illis, quod nimis est, demens: & sic ex alterutro tertiam formans virtutem, quam dicunt temperantiam.* Item: * *Vis tibi has considerationis species propriis distingui nominibus? Dicamus, si placet, primam dispensativam; secundam æstimativam; tertiam speculativam. Horum nominum rationes, definitiones declarabunt. Dispensativa est consideratio, sensibus sensibilibusque rebus ordinate & socialiter utens, ad promerendum Deum. Aestimativa est consideratio, prudenter ac diligenter quæque scrutans & ponderans, ad vestigandum Deum. Speculativa est consideratio, se in se colligens, & quantum divinitus adjuvatur, rebus humanis eximens, ad contemplandum Deum.*

* Serm. 52 super Cant.

* Serm. 62 super Cant.

* lib. 1. de Consid.

* lib. 5.

¶ De dubiis casibus, BERNHARDUS inquit: * *In his vero rebus, de quibus nihil certi possumus invenire, nihil certum voluntas nostra definiat: pendeat inter utrumque; aut saltem neutri parti nimis inhæreat; cogitans semper, ne forte altera pars Deo magis placeat: & paratissimus, ejus voluntatem sequi, in quamcunque partem eam cognoverimus inclinari. Nemo super his, quæ certa sunt, hæsitet: nemo dubia pro certis admittat: nemo sibi in dubiis judicium vendicet, præcipitetve sententiam. & experiemur, quod scriptum est:* * Pax multa diligentibus legem tuam, Domine; & non est illis scandalum. *Unde enim sunt scandala, unde turbatio? nisi quòd propriam sequimur voluntatem; & temerè, quod volumus, in corde nostro definientes, si quo modo id promoveri contingat, aut impediri, continuò etiam in impatientiam, in murmurationem, in scandalum pronissimi: non attendentes, quoniam omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. & quis nobis casus videtur, sermo quidem Dei est, suam nobis indicans voluntatem? At quicunque nihil certum de hujusmodi in corde posuerit; in quamcunque partem postea convertatur, scandalizari non poterit.* Item: *Consensum nostrum necesse est divinæ subjicere voluntati, si pacem æternam, & pacem desideramus habere præsentem.*

* Serm. de [illegible] nostra subjectione.

* Ps. 119. v. 165.

De cursu bono, BERNHARDUS ait: * *Curremus, curremus: sed in odore unguentorum tuorum; non in nostrorum fiducia meritorum. Nec in magnitudine virium nostrarum currere nos confidimus, sed in multitudine miserationum tuarum. Nam & si quando cucurrimus ac voluntarii fuimus: non fuit volentis, neque currentis; sed miserentis Dei. Revertatur misericordia: & curremus. Tu quidem in virtute tuâ, tanquam gigas & potens, curris: nos, nisi unguenta tua spiraverint, non curremus. Tu, quem Pater unxit oleo lætitiæ præ consortibus tuis, curris in ipsa unctione: nos in illius odore curremus. Tu in plenitudine: nos in odore.*

* Serm. 51. super Cant.

¶ De virtutibus Ethnicorum, inquit BERNHARDUS: * *Dicendum & hoc, quia frustra hujus seculi Sapientes, de quatuor virtutibus tam multa disputaverunt; quas tamen apprehendere omnino nequiverunt: cum illum nescierint, qui factus est nobis à Deo sapientia, docens prudentiam; & justitia, delicta donans; & sanctificatio, in exemplum temperantiæ continenter vivens; & redemtio, in exemplum patientiæ fortiter moriens.* Item: *Quid vobis cum virtutibus; qui Dei virtutem Christum ignoratis? ubinam, quæso, vera prudentia; nisi in Christi doctrina? Unde vera justitia; nisi de Christi miseri-*

* Serm 22 super Cant.

cordiâ?

cordia? ubi vera temperantia, nisi in Christi vita? ubi vera fortitudo, nisi in Christi passione? Soli ergo, qui ejus doctrinâ imbuti fuerint, prudentes dicendi sunt: soli justi, qui de ejus misericordiâ veniam peccatorum consecuti sunt: soli temperantes, qui ejus vitam imitari student: soli fortes, qui ejus patientiæ documenta fortiter in adversis tenent. Incassum proinde quis laborat, in acquisitione virtutum, si aliunde eas sperandas putat, quàm à Domino virtutum: cujus doctrina seminarium prudentiæ; cujus misericordia opus justitiæ; cujus vita speculum temperantiæ; cujus mors insigne est fortitudinis.

DE INVOCATIONE, & Oratione.

QUòd orandum sit, docet BERNHARDUS:* *Quærat ergo devotionis aquas, quisquis seminaverit bonorum operum semina: ut, irrigatus fonte gratiæ, bona conversationis hortus non arescat, sed in perpetua viriditate proficiat. Orat enim pro hujusmodi Propheta:** Et holocaustum tuum, *inquiens*, pingue fiat. *Sic & in laudibus Aaron legis, quoniam sacrificium ejus quotidianum ignis absumsit. In quibus omnibus nihil intelligendum videtur; nisi ut bona opera fervore devotionis, & dulcedine spiritualis gratiæ, condiantur.* Itèm:* *Et tu igitur orare disce, disce quærere, petere, pulsare: donec invenias; donec accipias; donec aperiatur tibi.* Et: *De cætero relinquitur sic, quod ignoramus, secretum consilii, ipsum supplici devotione, & devota supplicatione precamur ut in vobis, & de vobis, operetur, quod & se deceat, & vobis expediat.*

¶ De divisione Orationis, inquit BERNHARDUS:* *Quatuor mihi videntur orandi modos exprimere Apostoli verba, dicentis:** Volo primùm fieri obsecrationes, deinde orationes, postulationes, gratiarum actiones. *Prima igitur, id est, obsecratio, verecundo fiat affectu. Secunda, quam propriè dicimus orationem, affectu puro: ut videlicet non dissimulemus peccata, nec nos palpemus: scientes, quòd sic quisque invenit gratiam apud Deum, si inventus fuerit durus judex in semet-ipsum. Tertia, id est, postulatio, amplum quærit affectum, & fiduciæ latitudinem. sicut scriptum est:** Postulet autem in fide, nihil hæsitans. *Credo enim propterea dictum; Quemcunque locum calcaverit pes vester, vester erit: quòd tantum impetrabimus quantum porrexerimus pedem fidei. Quarta, quæ est gratiarum actio, ipsa debet esse devotione plenissima, & delicüs affluens.*

PETRUS Cantor ait:* *Nota, quod est oratio cordis, oratio oris, oratio operis.*

HUGO de S. Victore:* *Tres sunt species orationis; supplicatio, postulatio, insinuatio. Supplicatio est, sinè determinatione petitionis, humilis & devota precatio. Postulatio est, determinata petitionis certa narratio. Insinuatio est, sine petitione, per solam narrationem, voluntatis facta significatio.*

¶ Unde sit vera oratio, RUPERTUS ait:* *Ipsa vera adoratio propriè sancti Spiritûs est operatio.*

Quid ad invocationem veram requiratur, PETRUS Alphonsus ait:* *Ad orationem pertinet mundari, non extrinsecùs, sed intrinsecùs.*

BERNHARDUS:* *Considerare namque debet is, qui orat: & quid petit; & ipsum, quem petit, & se ipsum, qui petit. In eo autem, quod petit, duo debet attendere: ut secundum Deum sit, quod postulat; & ut hoc-ipsum in summo affectûs desiderio habeat. Verbi gratiâ, si mortem inimici, si læsionem, seu dejectionem Proximi, orando petierit; non est secundum Deum talis oratio: cùm ipse præcipiat, & dicat;** Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. *Si verò peccatorum remissionem; si Spiritûs sancti gratiam; si virtutem atque sapientiam, si fidem, veritatem, justitiam, humilitatem, patientiam, mansuetudinem, & cætera spiritualia charismata, quæsierit; & ea cogitando vehementer affectaverit: hæc secundùm Deum est oratio, & hæc verè meretur audiri. De hujusmodi enim orationibus loquitur per Esajam Deus:** Antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. *Sunt & alia, quæ, cùm desunt, a Deo dantur: & possunt esse vel non esse secundum Deum, quantum duntaxat interest finis, ad quem referuntur. ut est corporis sanitas, pecunia, cæterarumque rerum affluentia: quæ etsi a Deo sint; non tamen sunt magni pendenda, nec ex desiderio possidenda. Similiter & in ipso, quem petit, debet duo considerare: bonitatem, & majestatem. Bonitatem, quâ gratis velit; & majestatem, quâ planè possit dare, quicquid petitur. Sed & in se-ipso, qui petit, debet nihilominùs duo attendere: id est, ut pro suis meritis nihil accepturum putet; sed de Dei misericordiâ tantùm, quicquid rogaverit, impetraturum speret. Tunc ergo dicitur cor purum, quando ista hæc, quæ dicta sunt, & eo modo quo dicta sunt, cogitat. Et quisquis hac puritate & intentione cordis oraverit, exaudiri se sciat. quia, sicut testatur Petrus Apostolus,** non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur justitiam, acceptus est illi.* Et: † *Orantem denique, hominem cum Deo loqui, quis dubitet?* Itèm:* *Duas igitur alas habeat oratio nostra: contemtum Mundi, & afflictionem carnis. Nec dubium, quin cœlos penetret, & dirigatur sicut incensum in conspectu Dei.*

¶ Quis sit invocandus, ait RUPERTUS:* *Ubicunque hoc nomen invocatur recto ordine, & evangelicâ traditione: primò continuatur Pater & Filius; & deinde tertia persona, Spiritus sanctus: eo videlicet respectu, quia ab utroque, id est, a Patre, & Filio, procedit Spiritus sanctus.* Et:* *Spiritus sanctus invocatus statim adest, & familiare sibi elementum sanctificat.* Et:* *Omnes Sancti, novi pariter & veteres, in cœlo & in terrâ, quicunque adorant Patrem; adorant & Filium, adorant Deum & hominem Jesum Christum: habentes singuli citharas vel instrumenta laudum incessabilium: instrumenta non manu-facta; sed pectora fidelia, & corpora cum plectro linguæ, Dei personantia laudem.*

BERNHARDUS inquit:* *Nempe, ut clamandum sibi nôrit homo; inter primordia suæ orationis, ipsum, quem oraturus est, Patrem in cœlis esse, protinus admonetur: quòd videlicet, impetu quodam spiritûs, illo sibi jaculandam esse meminerit orationem. Spiritus est Deus: & in Spiritu clamet necesse est, quisquis clamorem suum ad eum desiderat pervenire. Sicut enim non faciem hominis respicit, tanquam homo; sed magis intuetur cor: sic ad cordis potiùs quam vocem corporis, aures ejus; cui meritò dicitur, Deus cordis mei. Hinc est, quòd Moyses foris tacens, intus auditur; dicente Domino:** Quid clamas ad me?

PETRUS Cluniacensis inquit:* *Adoremus & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino, qui fecit nos: effundamus coram illo corda nostra.*

¶ Quæ sint petenda, HONORIUS inquit:* *Qui honores, divitias, vindictam inimicorum orat, insipienter orat. Qui à periculis liberari, à tentationibus separari, vitâ æternâ coronari postulat; sapienter orat.*

BERNHARDUS inquit:* *Porrò petitiones cordis in tribus credo constare; nec video, quid præter illa Electus quisque sibi debeat postulare. Duo quidem hujus temporis sunt, id est, bona corporis & animæ; tertium verò, beatitudo æternæ vitæ. Nec mireris, quòd bona corporis à Deo dixerim esse quærenda: quoniam ejus sunt corporalia omnia; sicut & spiritualia omnia bona. Ab eo ergo petendum & sperandum nobis est; unde possimus in ejus servitio sustentari. Veruntamen pro necessitatibus animæ orandum nobis est, & frequentiùs, & ferventiùs: id est, pro obtinendâ gratiâ Dei, animæque virtutibus. Sic & pro vitâ æternâ, totâ pietate, & toto nobis orandum est desiderio: ubi utrumque corporis & animæ plena & perfecta sit beatitudo.*

PETRUS Cantor:* *Spiritus est Deus; & eos, qui adorant eum, spiritu & veritate, & pro spiritualibus & veris bonis, oportet adorare: ut adoratio spiritualium omnium exsecutionem complectatur.*

¶ Temporalia quomodo sint petenda, BERNHARDUS monet:* *At verò temporalia, si defuerint, petenda quidem sunt, quantùm necessitas humana requirit: sed (juxta beati Gregorii sententiam) non sunt hæc nimium requirenda. In quo genere etiam illa spiritualia sunt, sinè quibus nihilominus salus constare potest: ut sermo scientiæ, gratia curationum, omniaque, de quibus certum non habemus, quid expediat nobis. utpote si te fatiget tentatio: supplicandum quidem pro eâ, ut auferatur a te; sed non nimis obnixè: quoniam in talibus meminisse semper oportet Apostolicæ illius sententiæ:** Nos enim, quid oremus sicut oportet, nescimus. *Et Deo magis committere; quam temerè aliquid apud nos diffinire.*

De spiritualium petitione, idem inquit BERNHARDUS:* *Hæc autem sunt toto affectu, & omni tempore, postulanda: hæc sunt, pro quibus incessanter, & quam obnixè potestis.*

Marginal notes: * Serm. 1. in Nat. Dom. — * Psal. 19. v. 4. — * Epist. 8. — * Serm. de Quatuor modis orandi. — * 1 Tim. 2. v. 1. — * Jac. 1. v. 6. — * cap. 94. — * in Speculo Ecclesiæ lib. 2. c. 49. — * lib. 4. in Job c. 3. — * Dial. 3. — * in Sentent. — * Matth. 5. v. 44. — * c. 65. v. 24. — * Act 10. v. 34. 35. — † Serm. 3. de Conv. S. Pauli. — * Serm. 5. in Epiph. Dom. — * lib. 4. in Job. c. 3. — * lib. 3. c. 2. — * lib. 4. in Apoc. c. 3. — * Serm. 16. super Ps. 90. — * Exo. 14. v. 15. — * in 4. ep. 22. — * super Ps. 11. — * Serm. 5. in Quadrages. — * de Verbo abbrev. c. 22. — * Serm. de Quatuor modis orandi. — * Rom. 8. v. 26. — * ibid.

poterunt, ad Deum clament desideria sua: ut habeat gratiam ejus bonam, & placere possit in oculis pietatis ipsius; & in eo vivat, & moriatur in ipso, ut gloriam ejus videre, & ipso frui in perpetuum mereatur. De his enim dictum est: * Sine intermissione orate. *Unde & Propheta:* * Exquisivit, *inquit*, te facies mea: faciem tuam, Domine, requiram. *Et alibi:* * Unam petii a Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.

¶ Quomodo sit orandum, docet Hugo de S. Victore:* *Inter omnia, quæ humana fragilitas facere potest, unde placere Deo valeat oratio: si cum pura conscientiâ, & cordis humilitate fiat. Quia si conscientia fuerit fortè, pravæ voluntatis, vel operis scelere, polluta: si cor nostrum inanis fuerit elatione repletum: oratio nostra apud Deum non accipitur; nec noster animus exauditur.* Item: * *Nullo modo Deus citiùs ad amicitiam flectetur, quàm si animus deprecantis ad ipsum, toto devotionis affectu, convertatur. Idcirco, cùm orare volueris, solus solicitudinem cordis tui ingredere: & collecto spiritu tuo, integrâ mente & vacuâ actibus, orationis domum intra: & stans coram Domino Deo tuo, ante unum aliquod de altaribus, orationis instantia cælos penetra.*

Bernhardus inquit: * *Veruntamen, sicut periculum est, si fuerit oratio nimis timida: sic in contraria parte non minùs imò & magis periculosum est; si fortè fuerit temeraria.* Et: *Orent pro indulgentiâ peccatorum suorum, in animo contrito & spiritu humilitatis: quemadmodum Publicanus ille,* * Deus, *inquit*, propitius esto mihi peccatori. *Temeritatem enim dico, quando is, in cujus conscientia peccatum adhuc aut vitium aliquod regnat, ambulat in magnis & mirabilibus super se; minus solicitus pro periculo animæ suæ. Tertium periculum est, si sit oratio tepida, & non ex vivâ affectione procedens. Timida quidem oratio cælum non penetrat: quia restringit animum timor immoderatus; ut oratio, non dicam non ascendere, sed nec procedere queat. Tepida verò in ascensu languescit & deficit: eò quod non habeat vigorem. Nam temeraria ascendit; sed resilit, resistitur enim ei: nec tantùm non obtinet gratiam; sed & meretur offensam. Quæ verò fidelis & humilis & fervens oratio fuerit, cælum sine dubio penetrabit: unde certum est, quòd vacua redire non poterit.* Item: * *Has, quæ dictæ sunt, quatuor orationum species, id est, verecundam, puram, amplam, devotam; nuncupat Apostolus aliis nominibus, & ad eas nos hortatur, dicens:* * Obsecro primò omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum-actiones. *Nam obsecrationes verecundo; orationes puro; postulationes amplo; gratiarum-actiones sunt affectu devoto.*

Cum fide esse orandum, Rupertus monet: * *Antequam nasceretur de matre, & in assumto homine laboraret; & vociferabatur in Sanctis, fidem-habentibus promissionis & adventus sui: sine cuius fide non decebat quenquam exaudiri. Equidem multi exauditi sunt propter eum: sed non ita, ut consummaretur prævaricatio, & finem acciperet peccatum, & deleretur iniquitas, & adduceretur justitia sempiterna.*

Bernhardus ait: * *Oratio, ne moram faciat in eundo, ascendat super equum fidei. Quæsita diu oratio, & in tanto tumultu vix tandem inventa adest: ascendat super equum fidei, proficiscatur per viam cæli: nec cessat, donec intret portas Domini in confessione; atria ejus in hymnis: & sicut familiare mancipium, cum fiduciâ accedens ad thronum gratiæ ejus, exponit necessitatis suæ negotium.* Item: * *Quantum quippe crescis in gratiâ; tantum & in fiduciâ dilataris. Indè fit, ut & ames ardentiùs; & pulses fidentius pro eo, quod tibi deesse sentis.*

Petrus Blesensis ait: * *Oratio suas circumstantias habet, justitiam, humilitatem, jejunium, & cætera munimenta virtutum.* Item: * *Ego, vir videns paupertatem meam, clamo ad te: trahe me post te. Infixus sum in limo profundi: formido, ne me absorbeat profundum; ne me demergat tempestas valida; neq; urgeat super me puteus os suum. O dulcedo cordium, Deus animarum, spes mea à juventute meâ; aufer à me cor lapideum: da mihi carneum, cor novum, cor humile & contritum. Inspira mihi amorem tuum, contemtum Mundi, peccati odium, & perseverantiam pœnitentiæ: quam non præcumpat mors, nec morbus anticipet: donec eam miseratio tua continuet ad perfectum.*

Hugo de S. Victore ait: * *Quo studio & quo affectu à nobis orandus sit Deus; ex nostrâ miseriâ simul, & ejus misericordiâ, considerare possumus. In consideratione miseriæ nostræ discamus, quid nobis necesse sit petere: in consideratione misericordiæ Dei nostri, quo desiderio debeamus postulare. Cogitemus, quàm sit brevis vita nostra; quam etiam lubrica; quam mors incerta. Cogitemus, quòd lugentes in hanc vitam intravimus; cum dolore pertransimus, cum luctu exituri sumus.*

¶ In nomine Christi orandum esse, Rupertus docet: * *Salutaris mos, & catholica hæc more sanctæ Ecclesiæ orandi regula est: ut in omni oratione, quam ad Patrem dirigit, subjungat;* Per Dominum nostrum Jesum Christum. *Quia præter hanc nulla est via; nullumq; aliud est ostium.* Item: *In nomine Jesu petere, est, propter quod ille, qui hoc nomen sibi elegit, descendit de cælo, & incarnatus est, & homo factus est, crucifixus, mortuus & sepultus est, & resurrexit tertiâ die, & ascendit in cælum, & sedet ad dexteram Patris.* Item: *Solum hujus unigeniti Filii Dei nomen, quod est Jesus Christus, necessarium universæ orationis est vehiculum: quo in cælum directo cursu perlata, consistat ante Patris conspectum; salutemq; de sinu ejus, & gratiam sugere valeat remissionis peccatorum.* Item: * *Quod in fine orationis subjungitur,* Per Dominum nostrum Jesum Christum; *eo respectu fit: quòd Dominus noster Jesus Christus, est mediator Dei & hominum; & impossibile est, Dei beneficia æterna per aliam viam decurrere ad nos, quam per ipsum. Per ipsum ergo petimus & impetramus: sicut sæpe, per medium tenentem crystalli lapidem, subjectâ escâ, à longinquo sole cælestem mutuamus ignem.*

Richardus inquit: * *Illa sola oratio in cælestibus est accepta, quam Filius offert Patri.*

¶ Deum dare petentibus necessaria, Bernhardus ait: * *Quid est, quòd incessanter orantes & supplicantes, non possumus ad eam, quam desideramus, gratiæ abundantiam pervenire? Putatis, quia avarus aut inops factus est Deus? impotens, aut inexorabilis? Absit hoc, prorsus absit! sed ipse cognovit figmentum nostrum; & scapulis suis obumbrat nobis. Non tamen a petitione propterea cessandum est: quia, etsi non dat ad satietatem; dat tamen ad sustentationem: etsi cavet nobis a fervore nimio; tamen fovet nos, tanquam mater, calore suo.*

Rupertus: * *Quædam heresis Ethnicorum & Philosophorum dogma perversum docentium, consurgit: Si Deus novit, quod oramus; &, antequam petamus, scit, quibus indigeamus: frustra scienti loquimur. Quibus breviter respondendum est: nos non narratores; sed rogatores. Aliud est enim, narrare ignoranti; aliud, scientem petere.*

¶ De exauditione Dei, Honorius inquit: * *Deus non exaudit secundùm carnis voluntatem; sed secundùm animæ utilitatem.*

Bernhardus: * *Veruntamen, quoties de oratione loquor, verba quædam humanæ cogitationis audire mihi videor in corde vestro: quæ & ab aliis frequenter audivi; & nonnunquam expertus sum in corde meo. Quid enim est, quòd, licet nunquam ab oratione cessemus; vix unquam experiri videatur aliquis nostrûm, quis sit orationis suæ fructus? Sicut ad orationem accedimus; sic redire videmur. nemo nobis respondet verbum; nemo quicquam donat: sed laborasse videmur incassùm. Sed quid in Evangelio dicit Dominus?* * Nolite, *ait*, judicare secundùm faciem; sed justum judicium judicate. *Quod est autem judicium, nisi judicium fidei? quoniam justus ex fide vivit. Ergo judicium fidei sequere; & non experimentum tuum: quoniam fides quidem verax; sed experimentum fallax. Quæ est ergo veritas fidei, nisi quod promittit ipse Filius Dei?* * Quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis: & fiet vobis. *Nemo vestrûm, fratres, parvi pendat orationem suam. Dico enim vobis, quia ipse, ad quem oramus, non parvi pendit eam. Priusquam egressa sit ab ore nostro; ipse scribi jubet eam in suo libro. Et unum indubitanter è duobus sperare possumus: quoniam aut dabit, quod petimus; aut quod nobis noverit esse utilius. Nos enim, quid oremus sicut oportet, nescimus: sed miseretur ille super ignorantiam nostram; & orationem benignè suscipiens, quod nobis aut omnino non est utile, aut non tam citò dari necesse est, minimè tribuit: oratio tamen infructuosa non erit.* Item: * *Hoc est planè testamentum pacis; hoc pietatis fœdus; hoc pactum misericordiæ & miserationis:* Speravit in me, liberabo eum: nomen meum cognovit, protegam eum: invocavit me; & ego exaudiam eum. *Nisi enim hæc aut similia diceret; quis non diffideret?*

Richardus: * *Tenetur Deus orationis devotione, desiderio, importunitate, memoriâ, prece, fide, & exspectatione*

exauditionis: nec dimittitur, si ab intentione non cessetur, nec vultus amplius in diversa mutetur.

HILDEBERTUS inquit:* *Miserebitur autem nostri Deus. Adhuc ille respicit in orationem humilium, & non sprevit preces eorum.*

¶ De formâ orationis, scribit BERNHARDUS:* *Licèt horâ omni, & omni loco, oculi Domini super nos speculentur; maxime tamen in oratione. Licet enim semper videamur: sed nunc etiam præsentamus & ostendimus nos, quasi facie ad faciem cum Deo loquentes. Porrò, quamvis ubique sit Deus; in cœlo tamen orandus est, ibique orationis tempore cogitandus: ut mens nostra, non oratorii tecto, non aeris spatio, non ipsa retardetur nubium densitate; juxta eam formam, quæ nobis à Christo tradita est, ubi ait:** Sic orabitis, Pater noster, qui es in cœlis. *Cœlum enim, quâdam prærogativâ, etiam sedes sive thronus Dei vocatur: quia ad eam comparationem, quâ Deum in cœlis Angeli sancti, & Electorum animæ, vident; nos miseri & peregrini super terram, vix solum nomen habere videmur. Sic igitur oret, qui orat, tanquam assistens & præsentatus ei, qui sedet super excelsum thronum in Angelis, qui minime ceciderunt; & elevatum in hominibus, quos suscitavit de pulvere inopes, & erexit de stercore pauperes: sic, inquam, semet-ipsum consideret, & sic attendat; tanquam præsentatum Dominicæ majestati, ut dicat cum Abraham:** Loquor ad Dominum meum, cùm sim pulvis & cinis. *Et quia tuo præcepto commonitus, tuâ institutione formatus, id præsumo, Domine, sum pietatis.*

¶ De Orationis usu, ait BERNHARDUS:* *Unicum quippe in hujusmodi remedium seu refugium, oratio est, & frequens gemitus ad Deum: ut quid, quando, & quatenus nos facere velit, assidue nobis demonstrare dignetur.*

PETRUS Cantor:* *Quâ armatus quis, potens est resistere omni tentationi & adversitati.* Et: *Quantus autem sit orationis effectus, vide & perpende in secretioribus Dei: quæ solâ oratione nobis manifestantur & aperiuntur.*

¶ Quomodo impediantur preces, ne exaudiantur, docet HONORIUS, inquiens:* *Tribus modis orationes nostræ impediuntur, quòd à Deo non exaudiuntur. Qui orat, ut de inimicis suis ulciscatur; hic non exauditur: sed oratio ejus in peccatum convertitur. Qui odium in corde retinet, & ipsi peccanti non dimittit; hunc orantem Deus non exaudit. Qui criminalia peccata perpetrat, & in iis delectabiliter perseverat; hic incassum preces fundit: quia Deus peccatores non exaudit.*

PETRUS Cantor:* *Item nota, quòd sæpe id, quod petitur, quia non est ad salutem, impedit orationis effectum. Sæpè iis, pro quibus petimus, quia indigni sunt.*

¶ De Gratiarum-actione, ait RUPERTUS:* *Sicut Christus gratias egit Deo Patri: sic & nos de percepto vel percipiendo cœlestium gratia donis, exemplo suo gratias agere perdocet.*

BERNHARDUS inquit:* *Oblatio nostra laudis quam Deo immolamus, triformis esse debet. Affectuosa, ut mens concordet voci. Fructuosa; ut ædificationem pariat intuitis. Gratiosa, ut placeat conditori, qui gratis dedit.* Et:* *Gratias agendo, probas te tibi nihil tribuere; sed Dei esse dona tua merita, prudenter agnoscere.* Itèm: *Sic usu quodam magis, quam sensu vel affectu, personare in ore multorum gratiarum-actionem, advertere est. in tantum, ut homines quoque sceleratissimi, ad quæque flagitia & facinora sua, soleant gratias Deo agere, quòd bene prosperèque (ut ipsi quidem sapiunt) cesserit sibi in adimpletione perversarum voluntatum suarum.* Et: *Non ergo omnis gratiarum-actio accepta est Deo, nisi quæ de cordis pudicâ & merâ simplicitate procedit. Pudicam sane dixerim, propter eos, qui & de malis actibus suis gloriantes, Deo gratias agere solent: quasi Deus more ipsorum lætetur, cùm male fecerint, & exsultet in rebus pessimis.*

ECKBERTUS ait:* *Quid retribuemus Deo pro omnibus, quæ retribuit nobis? Magna quippe est misericordia ejus super nos. Primùm quidem, quòd, nullis nostris meritis præcedentibus, vocârit nos de tenebris infidelitatis, in admirabile lumen suum; regenerans nos per aquam, proprii Filii sui cruore sanctificatam: ut essemus, non filii iræ; sed redemtionis. Adjecit insuper, ex gratuitâ bonitate suâ, segregare sibi nos in suum famulatus ministerium: ut essemus, non filii hujus seculi; sed sobrietatis & pacis. &c. Veruntamen id confidenter in conspectu ipsius profiteor: quoniam tantâ nos beneficiorum multitudine onerare dignatus est, ut, si universa corporis nostri membra in linguas verterentur, laudes ei condignas nullatenus promere sufficerent.*

BERNHARDUS:* *Multos quoque videmus usque hodie satis importune petentes, quod sibi deesse cognoverint. sed paucos admodum novimus, qui dignas super acceptis beneficiis gratias agere videantur.*

¶ De Phrasi, ait RUPERTUS:* *Patrem in spiritu adorare, quid est; nisi spiritum adoptionis filiorum accepisse, in quo clamamus, Abba pater? Quid est adorare Patrem in veritate, nisi in Filio ejus manendo, qui dicit, Ego sum veritas, patrem invocare? Idem est, ac si dixisset: Veri adoratores, manifestâ & necessariâ distinctione personarum, adorabunt unum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum.* Et: *Veri adoratores adorabunt patrem in veritate & spiritu. Sed dixit in spiritu & veritate. Præposuit spiritum veritati: videlicet, quia sicut nemo venit ad Patrem, nisi per Filium; ità Filium nemo agnoscit, nisi per Spiritum sanctum.*

DE POENITENTIA, SEU Conversione.

QUòd sit agenda pœnitentia, RUPERTUS docet:* *Magnus lapsus est, charitatem primam reliquisse, & ab ea excidisse. Voluntas autem Dei est, ut, qui sic excidit, vel lapsus, pœnitentiam agat.* Itèm:* *Si quis, qui per fidem Jesu Christi per lavacrum regenerationis Spiritûs sancti, salvus factus sit, peccaverit; ad salutem revocari poterit, si dignos pœnitentiæ fructus fecerit.* Itèm:* *Est enim benignus & misericors, malens pœnitentiam peccatorum, quàm mortem; patiens & multum misericors: qui non humanam impatientiam, sed longo tempore nostram pœnitentiam præstolatur; & placabilis, sive pœnitens super malitiis: ut, si nos egerimus super peccatis pœnitentiam, & ipsum pœniteat comminationis suæ, & mala, quæ comminatus est nobis, non inferat; nostraque mutatione sententia & ipse mutetur.*

BERNHARDUS:* *Attamen dicis: Convertimini ad me in toto corde vestro. Liquet, quia sumus aversi; quos, ut revertamur, hortaris. Liquet, quia contrarii; quos revocas, ut convertamur.* Itèm:* *Ipsum audiet. Numquid voluntatis meæ est mors impii, ait Dominus; & non magis ut convertatur, & vivat? Ex quibus verbis evidenter agnoscimus, quoniam vera nobis vita, non nisi in conversione est, nec aliter ad eam patet ingressus. dicente Domino:** Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli; non intrabitis in regnum cœlorum.

PETRUS Blesensis inquit:* *Vos ergo Dei timor in viâ Domini non lentescere permittat; sed corda vestra excitet ad meliora incessanter, vita brevis, finis dubius, judex terribilis, flamma inextinguibilis, vermisque non-moriens, & pœna, cujus non erit intermissio neque finis.* Et:* *Humanum est, delinquere: sed inhumanum atque diabolicum est, nec à peccato recedere, nec pœnitenti misericorditer indulgere. Culpa est, totam prosequi culpam.*

De discrimine pœnitentium & impœnitentium, inquit RUPERTUS:* *Quidam per pœnitentiam conversi, remissionem peccatorum accipiunt in sanguine Christi: alii impœnitentes in suis moriuntur peccatis; & non prodest illis sanguis Christi: imò judicium venit super eos.* Itèm:* *Eis, qui peccatis suis favent, qui diligunt iniquitatem, eamque libenter adspiciunt; & redarguti, peccata sua superbâ defensione tuentur; nullus propitiationis locus est.*

¶ De distinctione Pœnitentiæ, ait BERNHARDUS:* *Tres sunt species pœnitentiæ. Simulatoria & infructuosa; cujus exemplum est in Esau & in Saul. Crudelis & desperata: sicut in Cain & Judâ. Utilis & consummata: sicut in Mariâ & Zachæo. Cujus partes sunt quinque: Contritio in corde, confessio in ore, maceratio in carne, correctio in opere, perseverantia in virtute.*

¶ Quid sit Pœnitentia, LOMBARDUS ait:* *Est autem pœnitentia (ut ait Ambrosius) mala præterita plangere; & plangenda iterum non committere. Itèm Gregorius: Pœnitere, est anteacta peccata deflere; & flenda non-committere. Nam qui sic alia deplorat, ut alia tamen committat: adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat.* Et: *Pœnitentia est virtus vel gratia, quâ commissa mala, cum emendationis proposito, plangimus & odimus; & plangenda ulteriùs committere nolumus. Quia pœnitentia vera, est in animo dolere, & odire vitia. Unde illa verba præmissa, Pœnitere est anteacta deflere, & flenda non-committere: rectè sic accipi possunt, ut non ad diversa tempora, sed ad idem referantur: ut scilicet tempore, quo deflet commissa mala, non committat voluntate vel opere flenda.* Itèm: *Pœni-*

Marginal notes (left): * Epist. 40. — * Serm. de Quatuor mod. orand. — * Matth. 6. vers. 9. — * Genes. 18 vers. 27. — * Serm. 58 sup. Cant. — * cap. 94. — * in Speculo eccles. — * cap. 94. — * lib. 6 in Joh. cap. 6 — * in Sent. — * Serm. 13 sup. Cant. — * Epistol. ad sororem Elisabethã

Marginal notes (right): * Serm. … longa… — * lib. 4. in Joh. cap. — * lib. 2. in Ap. — * lib. 9. in Matth. — * lib. 1. in Johan. cap. — * Serm. 5 … omn… — * de Convers. ad Cler. cap. 1 — * Matth. 18 vers. 3. — * Epist. 60. — * Epist. 44. — * lib. 11. in Matth. c. 2 — * lib. 1. in Levit. c. 19 — * in Sent. — * l. 4. dist. 14

tentia ergo est vindicta, semper puniens in se, quod dolet commisisse. Quid restat nobis, nisi dolere in vita? Ubi enim dolor finitur, deficit & pœnitentia. Si verò pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tamdiu gaudeat & speret de gratia, quamdiu sustentatur à pœnitentia.

¶ Unde hic, RUPERTUS ait: * *Nemo potest hominem trahere, nisi solus Deus. Hæc attractio non minus Filii, quàm Patris, gratia & opus est. Et: Quis enim hominum quemquam attrahere potest, ad manducandum sicut manducari oportet hunc panem vivum & verum, nisi solus Deus? Attrahi ad Christum, panem vivum & verum, est esurire ac sitire justitiam: tantumque habere fastidium vel odium omnis injustitiæ: ut talem vacet illi esuriem sitimque tolerare. Quis ad hoc idoneum? In cujus manu est cujusque est, ut hoc in illo possit efficere? In manu est cujusque ministrum verbo Dei ministrantium, ut, dum prædicando Dei verbum quasi frangit panem vivum, det mortuum manducandi & vivendi desiderium. Nempe sicut Paulus plantavit, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit: & sicut, nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam: sic in vanum prædicatores frangunt panem vivum, nisi Deus, in mentibus Auditorum, gustum ejusdem panis excitet desiderium.*

[* Lib. ... in Joh. cap. 6.]

BERNHARDUS: * *Revocat autem peccatores ad cor, de cordis errore redarguit, pro eo, quòd ibi habitet ipse, ibique loquatur: faciens nimirum, quod docuit per Prophetam, dicentem:* * Loquimini ad cor Hierusalem. *Nam Babylon, quoniam terra est, non potest sustinere universos sermones ejus, elongatur à corde, & in carne magis ambulat, tanquam mortua à corde; imò tanquam columba seducta, non habens cor.* Idem: * *Triplex nobis necessaria est benedictio: præveniens, adjuvans, & consummans. Prima misericordiæ, secunda gratiæ, tertia gloriæ. Prævenit misericordia conversionem, adjuvat gratia conversationem: perficit gloria consummationem. Nisi etenim hanc benedictionem dederit Deus, non potest dare terra nostra fructum salutis. Neque enim aut inchoare bonum, donec à misericordia præveniamur, aut agere bonum, donec adjuvemur à gratia; aut consummari in bonis possumus, donec gloria repleamur. Verum in his tribus non immeritò dulcius sapit ea, quæ non modò immeritos, sed & malemeritos prævenit: ut, dum adhuc filii sumus iræ, & operamur opera mortis, ipse cogitet super nos cogitationes pacis: & ne petentibus quidem, imo & impetentibus; non invocantibus, sed provocantibus: non interpellantibus, sed etiam repellentibus, spiritum bonum, spiritum vitæ, adoptionis spiritum largitur. Quid illi animæ dulce sapiat, cui misericordia tanta non sapit? Meritò proinde benedictio dulcedinis nominatur ea, quæ prævenit: quia, quæ adjuvat, fortitudinis; quæ consummat, plenitudinis est.* Idem: * *Et nempe adscribenda cujusque conversio est; cui dicere necesse habent universi illud de Psalmo:* * Convertere nos, Deus salutaris noster.

[* Serm. de convers. ad Cler.] [* Esaj. 40. vers. 2.] [* Serm. 39. parv.] [* Serm. 95. sup. Cant.] [* Psal. 85. vers. 5.]

PETRUS Cluniacensis inquit: * *Felix ergo tu, si tamen fueris: quem Pater trahit; quem Filius suscipit; cui hanc, de qua gaudeo, voluntatem Spiritus Dei inspirat. Festina igitur charissime: veni ad invitantem Salvatorem tuum: audi salvatricem vocem ejus, quâ tibi cunctaque loquitur.*

[* Lib. 6. Epist. ...]

PETRUS Blesensis inquit: * *Si cecidit; Domino dante, adjiciet ut resurgat.*

[* Epist. 4.]

¶ De triplici actione Dei in nobis, BERNHARDUS inquit: * *Igitur, qui rectè sapiunt, triplicem confitentur operationem, non quidem liberi arbitrii; sed divinæ gratiæ, in ipso, sive de ipso. Prima, creatio, secunda, reformatio, tertia, consummatio. Primò namque in Christo creati sumus, in libertatem voluntatis: secundò reformamur per Christum, in spiritum libertatis: cum Christo deinde consummandi, in statum æternitatis. Siquidem, quod non erat, in illo creari oportuit, quod erat per formam, reformari deformem; membra non perfici, nisi cum capite. Quod utique tunc complebitur; cùm omnes occurremus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi: quando, apparente Christo vitâ nostrâ, apparebimus & nos cum ipso in gloriâ.*

[* Tract. de Labore ...]

¶ De impulsivis pœnitentiæ, RUPERTUS ait: * *Unus est pœnitentiæ modus, de quo justus & misericors Deus curare dignetur, ubi causa pœnitentiam agendi est, fides futuri seculi, metus gehennæ, desideriumque regni Dei. Alius est pœnitentiæ modus; ubi causa pœnitentiam agendi est, amor præsentis seculi.*

[* Lib. 12. in Matt. c. 20.]

BERNHARDUS inquit: * *Cùm primò convertimur; pedes Domini osculamur. Duo autem sunt pedes Domini; misericordia & veritas. Hunc utrumque pedem Deus convertentium cordibus imprimit: & utrumque pedem peccator quisque, si verè convertitur, amplectitur. Si enim solam misericordiam sine veritate reciperet, per præsumtionem caderet. Rursus, si veritatem sine misericordia reciperet, nihilominus per desperationem periret. Sed ut fiat salvus, ad utrumque pedem humiliter provolvitur: ut per veritatem peccata damnet, & per misericordiam veniam speret. & hoc primum osculum. Secundum osculum fit, cùm primùm ad bona opera resurgimus. Tunc manus Domini osculamur, cùm et nostra bona opera offerimus, vel nos ab eo virtutum dona recipimus.*

[* Serm. 32. parv.]

¶ Ad pœnitentiam quæ sint necessaria, BERNHARDUS ait: * *Necessaria sunt pœnitentiæ tria hæc. Abstinentia, per quam carnis superbia edomatur. Lectio, cujus fructu reformandus in vigorem animus saginatur. Oratio, cujus munimine & tutela virtutum examina proteguntur.* Idem: *Fontes, quibus anima lavantur, tres sunt. Anxietas contritionis, quæ irrigat superficiem terræ: humilitas confessionis, quæ posita est extra urbem: devotio compunctionis super quam Jesus moratus & sedet.*

[* in Sent.]

¶ De medio conversionis, inquit BERNHARDUS: * *Ita plane conversio animarum, opus divinæ vocis est; non humanæ. Simon Johannis, piscator hominum, in hoc ipsum vocatus & constitutus à Domino, incassum tamen & ipse laborans, totâ nocte nihil capit, donec in verbo Domini rete jactans, concludere possit multitudinem copiosam. Utinam jactemus & nos hodie in hoc verbo rete verbi; & expertamur quod scriptum est.* * Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. Item: * *Nunc autem, unde irrepsit morbus, inde remedium intret; & per eadem sequatur vestigia, vita mortem, tenebras lux, venenum serpentis antidotum veritatis: & sanet oculum, qui turbatus est, ut serenus videat quem turbatus non potest. Auris, prima morti janua, prima aperiatur & vitæ. Auditus, qui tulit, reparet visum: quoniam, nisi crediderimus, non intelligemus. Ergo auditus ad meritum, visus ad præmium. Unde Propheta:* * Auditui meo, *inquit*, dabis gaudium & lætitiam. *Quòd fidelis retributio auditionis, beata visio sit, & beatæ visionis meritum, fidelis auditio.* Beati, *ait*, * mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. *Porrò fide oportet mundari oculum, qui videat Deum, quemadmodum habes:* * Fide mundans corda eorum. *Interim ergo, dum necdum paratus est visus; auditus exercitetur, auditus accipiat veritatem. Felix, cui Veritas attestatur, dicens:* * In auditu auris obedivit mihi. *Dignus, qui videam; si, priusquam videam, obedisse inveniar. Securus videbo, ad quem mea obedientia munus præcesserit. Quam beatus, qui ait:* * Dominus Deus aperuit mihi aurem: & ego non contradico; retrorsum non abii. *Ibi & voluntariæ habes obedientiæ formam, & longanimitatis exemplum. Qui enim non contradicit, spontaneus est: & qui retrò non abiit, perseverat. Utrumque necessarium: quoniam hilarem datorem diligit Deus: &, qui perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit. Utinam & mihi aperiat aurem Dominus! intret ad cor meum sermo veritatis! mundet oculum, & lætæ præparet visioni! ut dicam Deo etiam ipse:* * Præparationem cordis mei audivit auris tua. *Ut audiam à Deo etiam ipse, cum cæteris obedientibus:* * Et vos mundi estis, propter sermonem, quem locutus sum vobis. *Nec omnes mundantur, qui audiunt; sed qui obediunt. Beati, qui audiunt, & custodiunt illud. Talem requirit auditum, qui mandat, dicens:* * Audi Israël. *Talem offert, qui ait:* * Loquere Domine; quia audit servus tuus. *Talem spondet, qui dicit:* * Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus. *Et ut scias, etiam Spiritum sanctum hunc, in animæ spiritualis profectu, ordinem observare; ut videlicet prius formet auditum, quàm lætificet visum.* Audi, *inquit*, * filia, & vide. *Quid intendis oculum? Aurem para. Videre desideras Christum? Oportet te priùs audire eum; audire de eo, ut dicas, cum videris:* * Sicut audivimus, sic vidimus. *Immensa claritas: visus angustus; & non potes ad eam. Potes auditu, sed non adspectu. Clamantem denique Deum,* * Adam ubi es? *non videbam jam peccator; audiebam tamen. Sed auditum adspectum restituet, si pius, si vigil, si fidelis præcesserit. Fides purgabit, quem turbavit impietas: & quem inobedientia clausit; aperiet obedientia.* Item: *Quid mirum, si auris percipit veritatem: cùm fides ex auditu, auditus per verbum Dei, verbum Dei veritas sit?*

[* de Divers. Cons. cap. 1.] [* Psal. 68. vers. 34.] [* Serm. 28. sup. Cant.] [* Psal. 51. vers. 10.] [* Matth. 5. vers. 8.] [* Actor. 15. vers. 9.] [* Psal. 18. vers. 45.] [* Esaj. 50. vers. 5.] [* Psal. 10. vers. 17.] [* Johan. 15. vers. 3.] [* Deut. 6. vers. 4.] [* 1 Sam. 3. vers. ...] [* Psal. 85. vers. 9.] [* Psal. 45. vers. 11.] [* Psal. 48. vers. 9.] [* Genes. 3. vers. 9.]

¶ Cur Deus spatium pœnitentiæ concedat, HUGO Heterianus ait: * *Differt enim Deus pœnam, ut inveniat pœnitentiam: & moratur in mora spatio, protrahit patientiam; ne in-*

[* de Regress. ... cap. 9.]

censura, quod clementia p debat. Non præterita mala spectat Deus, nec errata computat: sed correcta laudat. Habes promissum ad pœnitentiam suadentis tibi, si non pœnitueris, imputabit. Et dedi, inquit, tempus, ut pœnitentiam ageret, & noluit pœnitere.

¶ Pœnitentiam nō differendam, Petrus Cluniacensis monet: * *Fili, ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Time & quod subditur:* * Nescis, quid superventura pariat dies. *Furare Diabolo thesaurum sancti desiderii tui: ne forte (quod absit) tibi contingat, quod ait Veritas de quibusdam:* Deinde venit Diabolus & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. *Nihil enim tantum Deo placet, nihil tantum Diabolo displicet; quàm bona voluntas: ut verius loquar, nihil Deo placet, nihil Diabolo displicet; nisi bona voluntas.* Item: *Eâ de causâ non est inta d toto tibi necesse, si nim dum pro r istinaverim. invidus Satanas, sancto ad Deum it eri tuo, impedimenti alicujus obicem ponat; & gressus tuos, ne impleere possis bonum, quod inchoasti, retardet.*

Petrus Cantor ait: * *Accelaranda est igitur pœnitentia, & toto tempore vita agenda: præsertim exemplo Noa, qui centum annos fabricavit arcam, qua se à morte temporali, & ad bonam, salvaret. Quantò magis arcam, id est, animam tuam, pro qua mo tuus est Christus, toto tempore vita tua debes præparare: & cum majori solicitudine intus in corde, ad te & Dominum, & extra in omni opere, & ad te & ad Proximū, bitumine charitatis indissolubilis linire debes, propter æternam mortē vitandam.*

Idem septem causas recenset, cur nō sit differenda. *1. est Consuetudo peccandi. 2. De peccato in peccatū ruina. 3. Mors subitanea. 4. Aegritudo corporis. 5. Periculū de pœnitentiā serâ. 6. Difficultas pœnitendi. Amaritudo & erubescētia pœnitendi.* Itē: * *In quâ horâ te esse credis; cur exspectas? Jam tibi forsan præsens est hora novissima; ut jam venias Dominus & pulset ad ostium tuum, dicens: Aperi, aperi. Pro brevitate igitur humanæ vita, pœnitens jugiter timendo cum Ezechiâ dicat:* * Ego dixi, in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferni.

¶ De Pœnitentiâ iterandâ, Petrus Cluniacensis ait: * *Conversionem verò morum tuorum pollicere, quid oberit? cum non tantùm hîc in professione; sed etiam millies in confessione, tam Deo, quàm hominibus, quotidie morum conversionem, & vita emendationem, cum præteritorum malorum pœnitentiâ, promittere debeat.*

Lombardus: * *Evidenter ostenditur, per pœnitentiam non semel tantùm; sed sæpiùs, nos à peccatis surgere: & veram pœnitentiam sæpius agi. Voluntariè enim peccantibus nobis, (ut ait Apostolus *) pro peccatis non relinquitur hostia secunda, scilicet quia semel tantùm Christum oportuit pati: nec relinquitur secundum baptismum. Relinquitur verò secunda pœnitentia, & tertia, & deinceps: ut Joh. Chrysostomus super hunc locum ait. Sciendum, inquit, quòd hîc quidam exsurgunt, horum verborum occasione pœnitentiam auferentes; quasi per pœnitentiam nō valeat peccator post lapsum resurgere secundo, & tertiò, & deinceps. Verùm etiam in hoc pœnitentiam nō excludit, nec propitiationem, quæ sæpe fit per pœnitentiam, sed secundum baptismū & hostiam.* Itèm: * *Tribus modis pœnitentia agitur: ante Baptismum, si de prioribus peccatis, post Baptismum, de gravioribus, quæ post committuntur. Est etiam pœnitentia venialium quotidiana; quæ etiam humilium est & perfectorum.*

¶ De serâ pœnitentiâ, scribit Honorius: * *Hinc habes, quod multi à pueritia usq; ad decrepitam ætatem in malitiá infatigabiliter grassantur; & in vitæ exitu, per pœnitentiam, ab ipsis jam Diaboli faucibus rapiuntur & ad paradisi amœnitatem consortendi deducuntur. Econtra, pleriq; in monasteriis sub magna districtione vitam transigunt, quam-plurimi in eremo degentes, summâ abstinentiâ vitam solitariam ducunt: ad extremum verò ad tenebras æternas descendunt.*

Hildebertus ait: * *Nemini nemo serò pœnitet, quem mors invenit pœnitentem. In extremis hora Latro, dum paradisum meruit, exemplum reliquit.*

Petrus Blesensis ait: * *Satis est pœnitentia quæ anticipat diem mortis.*

¶ De Contritione, inquit Hugo de S. Victore: * *Numquam præsumas ... tentem ... de peccato ... securitatem. ... securitas ... negligentiam parit: negligentia autem sæpe in... tra...*

Rupertus inquit: * *Lamentationes pœnitentium sunt: qui in præsenti peccata sua lamentantur, ne perveniant ad illud Væ sempiternum.* Itèm: * *Duplex est contritio: alia temporalis, alia æterna: sive alia corporalis, alia spiritualis.*

Bernhardus ait: * *Scientia autem ista, in primo gradu operatur pœnitudinem & dolorem: ut risum in luctum, cantum in planctum, gaudium in mœrorem convertat: & incipiant sibi displicere, quæ vehementer ante placuerant: & illa specialiter horreat, quæ specialiter appetebat.* Et: * *Nemo (fratres) vitia palpet; peccata dissimulet nemo. Nemo dicat, Numquid custos fratris mei sum?* Et: * *Peccata igitur nostra plantatam cōsciention, quorum numerositas præ multitudine numerari non potest, species ejus sunt. Ipsa igitur in mortariolo pœnitentia, macerationis pistillo contusa, & respersa discretionis oleo doloris igne supposito, & in aheno disciplinæ cocta, unguentum exhibent preciosum, & acceptum pedibus Salvatoris.* Et: * *Optimum est, tunc sentire vermem; cum possit etiā suffocari. Itaq; mordeat nunc, ut moriatur; & paulatim desinat mordere mordendo. Rodat interim putredinem, ut rodendo cōsumat. & ipse quoq; pariter consumatur: ne foveri incipiat in immortalitatem. Vermis,* inquit, * eorum non morietur; & ignis eorū non extinguetur. *A facie illorum morsuum quis sustinebit? Multiplex enim nunc consolatio. argumenta conscientiæ relevat cruciatum. Benignus est Deus qui non patitur nos tentari ultra, quàm possumus, nec vermem hunc supra modum patitur malignari. Maximeq; inter initia conversionis, oleo misericordia lenit ulcera: ut nec morbi quantitas, nec difficultas curationis ultra, quàm expedit, innotescat. Magis autē arridere videtur facilitas quædā; quæ postmodū evanescit: quando jam exercitatos habentes sensus certamen forte datur; ut vincat, & discat, quoniam omniū potentior est sapientia.* Et: * *Lugeat; sed non sine pietatis affectu, & obtentu consolationis. Consideret, nullam sibi inveniri requiem in se-ipso, sed omnia plena miseria & desolationis. Consideret, non esse bonum in carne suâ; sed in seculo nequam nihil, nisi vanitatem, & afflictionem spiritûs, continere. Consideret, inquam, nec intùs, nec subtus, nec circa se, sibi occurrere consolationem: ut vel tandem aliquando discat, quæ rendam sursum, & desursum esse sperandā. Lugeat interim plangens dolorem suum: exitus aquarum deducat oculus ejus, & palpebra non quiescat. Nimirum purgatur lacrymis oculus antè caligans, & acuitur visus; ut intendere possit in serenissimus luminis claritatem.* Itèm: * *Ecce hoc est unum unguentum, quo anima peccatrix suæ conversionis primordia condire debet, plagasq; suis recentibus adhibere. Primum namq; sacrificium Deo, spiritus contribulatus. Quamdiu ergo non habet, tanquam pauper & inops, unde sibi melius ac preciosius componat unguentum; non negligat parare interim istud, licèt de vilibus speciebus: quia cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Tantò autem minus vile divinis apparebit conspectibus: quantò plus sibi illa vilescit in recordatione peccatorum suorum.*

Petrus Blesensis ait: * *Non tamen facile sine fletu & gemitu cordis, acerboq; dolore, sanantur, quæ convaluerant in medullis præcordiorum: nec leviter culpa remittitur; nisi cum qualitate peccati humilitas pœnitentia compensetur.*

Petrus Cantor ait: * *Duas habet manus pœnitentia: laborem scilicet pœnitentialem, ad delenda præterita peccata, macerationem carnis, ad vitanda futura. Pro his laboribus, dicitur nobis, quia Dominus bonorum nostrorum non eget. Heenim enim debitores sumus; ut solutē amissam recuperemus.* Itèm: * *Quanta debeat esse contritio cordis pro peccato, attende in quatuor, quæ egit Dominus in suscitatione Lazari. Turbavit semet-ipsum, infremuit spiritu, lacrymatus est, clamavit; Lazare veni forás.*

Bernhardus ait: * *Paveo gehennā, paveo Judicis vultum, ipsis quoq; tremendum angelicis potestatibus. Contremisco ab irâ potentis, à facie furoris ejus, à fragore ruentis Mundi, à conflagratione elementorum, à tempestate validâ, à voce Archangeli, & à verbo aspero. Contremisco à dentibus bestiæ infernalis, à ventre inferni, à rugientibus præparatis ad escam. Horreo vermem rodentem; & ignem torrentem, fumum & vaporem & sulfur, & spiritum procellarum. Horreo tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum: ut præveniam fletibus fletum, & stridorē dentium, & manuum pedumq; dura vincula; & pondus catenarum prementium, ... angentium, urentium, nec consumentium? Heu me, mater mea ... quid me genuisti filium doloris, filium amaritudinis, ... æternis plo-*

...rationis æternæ. Cur exceptus gremibus, cur lactatus uberibus, ... in combustionem, & cibus ignis?

* Serm. 10 sup. Cant.

¶ De Cognitione sui, & Dei, inquit BERNHARDUS: * Hoc modo erit gradus ad notitiam Dei, cognitio tui. & ex imagine sua, quæ in te renovatur, ipse videbitur: dum tu quidem, revelata facie gloriam Domini cum fiducia speculando, in eandem imaginem transformaris, de claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu. Sed jam demum adverte, quomodo utraque cognitio sit tibi necessaria ad salutem, ut aut neutra carere valeas cum salute. Nam, si ignoras te, non habebis timorem Dei in te, non humilitatem. An verò sine timore Dei, & sine humilitate, de salute præsumas, tu videris. Item: Quomodo non verè humiliabitur, in hac vera cognitione sui? cum se perceperit oneratam peccatis, mole hujus mortalis corporis aggravatam, terrenis intricatam curis, carnalium desideriorum fæce infectam, cæcam, curvam, infirmam, implicitam multis erroribus, expositam mille periculis, mille timoribus trepidam, mille difficultatibus anxiam, mille suspicionibus obnoxiam, mille necessitatibus ærumnosam, proclivem ad vitia, invalidam ad virtutes. Item: * Teneris memoriâ, quod teneam assensum vestrum, neminem absque sui cognitione salvari: ne quâ nimirum mater salutis, humilitas, oritur, & timor Domini, qui & ipse, sicut initium sapientiæ, ita est & salutis. Nemo, dico, absque illa cognitione salvatur, qui tamen ætatem habeat ac facultatem cognoscendi. Quod propter parvulos loquor, & propter fatuos: quorum alia ratio est. Quid si ignoras Deum? Putasne spes esse salutis cum Dei ignorantia? Ne hoc quidem. Nec enim potes aut amare, quem nescias, aut habere, quem non amaveris. Noveris proinde te, ut Deum timeas: noveris ipsum, ut æque ipsum diligas. In altero initiaris ad sapientiam, in altero & consummaris: quia initium sapientiæ, timor Domini est, & plenitudo Legis, est charitas. Tam ergo utraque ignorantia cavenda est tibi, quam sine timore & amore Dei salus esse non potest.

* Serm. 3?.

* Serm. 1 de adventu.

¶ De Pertinaciâ in malo, inquit BERNHARDUS: * Perseverare in malo, diabolicum est: & digni sunt perire cum illo, quicunque in similitudinem ejus permanent in peccato.

* Serm. 23. sup. Cant.

De Induratione, inquit idem BERNHARDUS: * Cernitur, inquam, attonito contemplatore, hoc loco Deus, justo, sed occulto judicio suo, reprobos suos nec diluens mala, nec acceptans bona: insuper & corda indurans, ne forte doleant, & resipiscant, & convertantur, & sanet eos. Et hoc non absque certa & æterna ratione. quod tanto formidolosius constat esse: quanto immobilius fixum extat in æternitate. Pavendum valde, quod in Propheta de hujusmodi legimus, ubi loquens ad Angelos suos Deus sic ait: * Misereamur impio. Quibus paventibus, atque quærentibus: Non ergo discet facere justitiam? Non, inquit. subdens causam: In terrâ, ait, Sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriâ Domini.

* Esai. 26. vers. 10.

¶ Misericordiâ Dei recipi peccatores pœnitentes, RUPERTUS docet: * Quisquis jam fidelis, jam Christianus, peccatis actualibus iterum oppressus, gratiâ miserentis Dei liberatur.

* Lib. 7. in Num. cap. 8.

BERNHARDUS ait: * Duo Sponsi ubera, duo in ipso sunt ingenitæ mansuetudinis argumenta: quod patienter exspectat delinquentem, & clementer recipit pœnitentem. Gemina, inquam, dulcedo suavitatis exuberat in pectore Domini Jesu: longanimitas videlicet in expectando, & in donando facilitas. Et audi, quia non sit hoc inventum meum. Legis profectò de longanimitate: * An divitias bonitatis ejus, & patientiæ & longanimitatis, contemnis? Item: An ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Ad hoc siquidem diu suspendit sententiam ultionis à contemnente: ut quandoque exhibeat gratiam remissionis in pœnitente. Non enim vult mortem peccatoris; sed ut convertatur & vivat. Ponamus exempla & de altero ubere, quod dictum est remittendi facilitas. Legis & de ipsa: Quacunque horâ ingemuerit peccator, peccatum suum remittetur ei. Legis: * Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus: & ad Deum nostrum; quoniam multus est ad ignoscendum. Pulcre David paucis comprehendit utrumque, dicens: * Longanimis, & multùm misericors. Hujus ergo gemina bonitatis experimento, in eam se fiduciam excrevisse fatetur sponsa, ut auderet petere osculum. Quid mirum, (dicens) si sic præsumo de te, ô sponse; quæ de tuis uberibus tantam sum experta abundantiam suavitatis? Ergo ad audendum me provocat dulcedo uberum tuorum, non meorum confidentia meritorum.

* Serm. 9. sup. Cant.

* Roman. 2. vers. 4.

* Esai. 55. vers. 7.

* Psal. 103. vers. 8.

PETRUS Blesensis inquit: * Recipito, quæso, hominem humiliatum & compunctum ad pœnitentiam: ne, si forte claudatur ei sinus misericordiæ, incidat in desperationis abyssum. Gratius quidem acceptat Deus pœnitentiam peccatoris humilis & contriti, quam innocentiam justi tepidi & remissi.

* Epist. 7?.

RUPERTUS: * Apostoli Domini, post passionem ejus, ipso jubente, prædicaverunt: ex-tunc cunctis peccatoribus, quacunque ex gente vel natione, confugientibus, quantumlibet criminosis sive facinorosis, patet pœnitentiæ asylum, patet eorum violentiæ regnum cælorum.

* Li. 2. in Zachar. cap. ?

LOMBARDUS ait: * Sciendum etiam, quòd tempore necessitatis, non est neganda misericordia vel reconciliatio pœnitentibus.

* L. 4. d.

¶ De partibus Pœnitentiæ, inquit BERNHARDUS: * Sane opus est, ut Deum quoque probemus, in remissione videlicet priorum delictorum. quia nec sine hac salus nobis constare potest: & nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus. Verùm ne id quidem sufficit ad salutem: nisi fortem quoque experiamur in expugnando, expugnantes nos, ne ab iisdem rursus concupiscentiis superemur, & fiant novissima nostra pejora prioribus.

* Serm. de Circumcis. Domini.

PETRUS Cluniacensis: * Si (secundum Scripturam) justus ex fide vivit; peccatos ad vitam per fidem redibit.

* Li. 1. ep. 2.

Contra desperationem, ait BERNHARDUS: * Quis desperat ultra, pro magnitudine cujuslibet criminis: quandoquidem Saulum audiat, adhuc spirantem minarum & cædis in discipulos Domini, subitò factum vas electionis? Quis dicat iniquitatis pondere pressus: Assurgere jam ad studia meliora non valeo: quando in ipso itinere, quo sanguinem sitiens Christianum, dirum toto pectore virus efflabat, persecutor crudelissimus, in fidelissimum repente est mutatus prædicatorem? Item: * Tribus modis exaltat Dominus caput nostrum: mentem scilicet à terrenis affectibus suspendendo, ut spe cælestium transitoria contemnamus. divinam scientiam conferendo, ut eorum, quæ temporaliter non videntur, scientiam teneamus: ad amorem cælestium sublevando, ut in carne positi, ipsam quoque carnem, divinæ dilectionis altitudine, transcendamus.

* Serm. 1. de Conv. Paul.

* in Sent.

¶ De fructu Pœnitentiæ, inquit RUPERTUS: * Totus conversionis ad Christum, & Christianæ fidei fructus est, scilicet vera resurrectio, quâ resurgimus per Christum: prima animarum, secunda corporum.

* Li. 2. in Ose cap. 6.

BERNHARDUS: * Itaque duo sunt præcipuè, quæ bonam reddunt conscientiam: pœnitere de malis, & abstinere à malis; hoc est (ut verbis loquar beati Gregorii) & commissa flere, & flenda non-committere. Horum neutrum solum sufficit.

* Epist. 42.

PETRUS Cantor inquit: * Quæ destructiva est vitiorum, est constructiva & inchoativa virtutum: puta, ut quæ est secunda tabula post naufragium, contra omnia peccata & venena Diaboli remedium & antidotum.

* cap. 105.

LOMBARDUS: * Pœnitentia longè-positis à Deo necessaria est, ut appropinquent. (Est enim, ut ait Hieronymus, secunda tabula post naufragium) Quia, si quis vestem innocentiæ, in Baptismo perceptam, peccando corruperit; pœnitentiæ remedio reparare potest. Prima tabula est Baptismus; ubi deponitur vetus homo, & induitur novus. Secunda pœnitentia; quâ post lapsum resurgimus, dum vetustas reversa repellitur, & novitas perdita resumitur.

* L. 4. dist. 14.

¶ De solenni pœnitentiâ, LOMBARDUS ait: * Solennis ergo pœnitentia (ut Ambrosius in eodem ait) est, quæ fit extra ecclesiam in manifesto, in cinere & cilicio. quæ pro gravioribus, horrendisque ac manifestis delictis, tantùm imponitur. Item: De gravioribus criminibus, semel tantùm agitur pœnitentia, scilicet solennis. Nam & de illis, si iterentur, iteratur pœnitentia; sed non solennis. quod tamen in quibusdam Ecclesiis non servatur.

* ibid.

¶ De Confessione coram Deo, inquit HUGO de S. Victore: * Homo per veritatem stimulatus, peccata sua confitetur; Deus per misericordiam flexus confitenti miseretur. Omnis namque spes veniæ & misericordiæ, est in confessione: nec potest quis justificari à peccato; nisi confessus fuerit ante peccatum. Ex eo unusquisque justus esse incipit; ex quo sui accusator extiterit. Item: Omnis spes veniæ & misericordiæ est in confessione: excludit etiam miseratorem misera simulatio.

* li. de Confession.

BERNHARDUS ait: * Vera confessio est, si omnia opera nostra, fratres, opera ejus sint, & confiteantur ei. Confiteantur autem gemina quadam confessione, ut duplicibus vestiamini: id est, confessione peccatorum vestrorum, & confessione laudis divinæ.

* Serm. 2. in Vigil. Nat. Domini.

PETRUS Cantor ait: * *Est enim triplex confessio: cordis,* (Dixi, * Confitebor; & tu remisisti iniquitatem) *oris, & operis. Confessio autem oris, alia est ad fidem; alia ad pœnitentiam. Item confessio ad fidem triplex est: cordis, oris, operis. Cordis est credentis, oris confitentis.* * Corde creditur ad justitiam; ore autem confessio fit ad salutem. * Qui me cōfessus fuerit coram hominibus, & cætera. *Hæc sunt cymbala bene-sonantia; quorum neutrum sine reliquo resonat in casu & necessitate. Unde & hujusmodi confessio dicitur, quasi simul fessio; & magis propriè professio. Professio autem, est singulare sibi ad usum & officium; in quo quis merito suo & aliorum judicio excellit. Est autem confessio operis ad fidem: quia probatio dilectionis, exhibitio est operis.* * Majorem charitatem, &c. *Est ut autem vera sit confessio; necesse est ut sit humilis, simplex, pura, fidelis.* Itèm: *Sit ergo confessor prudens & discretus, mitis, suavis, dulcis, benignus, misericors, & affabilis.*

* cap. 306. * Psal. 32. vers. 5. * Roman. 10. vers. 10. * Matt. 10. vers. 32. * Johan. 15. vers. 13.

DE SACRAMENTIS.

VOcabulum Sacramenti interdum generaliter, pro mysterio Christianæ religionis, usurpatur. Sic RUPERTUS: * *Quatuor sunt principalia Christi sacramenta, quæ Christiano ignorare non liceat: quorum primum est incarnatio, secundum passio, tertium resurrectio; quartum ascensio.* Itèm: * *Secundum quatuor ista naturæ vel officii sui nomina, quatuor sacramenta pietatis necessaria credenda proposuit: scilicet incarnationis sive nativitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis: quorum nullum Christiano ignorare licuit unquam, aut licebit.*

* lib. 5. in Apoc. c. 3. * lib. 1. in Matth.

Quid propriè Sacramentum sit, LOMBARDUS ait: * *Sacramentum propriè dicitur, quod ita signum est gratiæ Dei, & invisibilis gratiæ forma, ut ipsius imaginem gerat, & causa existat. Non ergo significandi gratiâ tantùm Sacramenta instituta sunt; sed etiam sanctificandi.* Itèm: *Dicitur tamen Sacramentum etiam sacrum secretum, sicut sacramentum divinitatis, ut Sacramentum sit sacrum signans, & sacrum signatum. Sed nunc agitur de Sacramento, secundùm quod est signum.* Itèm: *Duo autem sunt, in quibus Sacramentū consistit: scilicet verba, & res. Verba; ut invocatio Trinitatis: Res; ut aqua.*

* li. 4. dist. 1.

BERNHARDUS: * *Sacramentum dicitur sacrum signum, sive sacrum secretum. Multa siquidem fiunt propter se tantùm: alia verò, propter alia designanda; & ipsa dicuntur signa, & sunt. Ut enim de usualibus sumamus exemplum: datur Annulus absolutè, propter annulum; & nulla est significatio: datur ad investiendum de hæreditate aliquâ; & signum est, ita ut jam dicere possit, qui accipit: Annulus non valet quicquam; sed hæreditas est, quam quærebam. In hunc itaq; modum appropinquans passioni Dominus, de gratiâ suâ investire curavit suos: ut invisibilis gratia signo aliquo visibili præstaretur.*

* Serm. de Cœnâ Dom.

¶ De fine Sacramentorum, LOMBARDUS ait: * *Triplici autem de causâ Sacramenta instituta sunt; propter humiliationem, eruditionem, exercitationem. Propter humiliationem quidem: ut, dum homo insensibilibus rebus, quæ naturâ infra ipsum sunt, ex præcepto creatoris se reverendo subjicit; ex hac humilitate & obedientiâ Deo magis placeat, & apud eum mereatur, cujus imperio salutem quærit in inferioribus se: etsi non ab illis, sed per illa à Deo. Propter eruditionem etiam instituta sunt: ut per id, quod foris in specie visibili cernitur, ad invisibilem virtutem, quæ intus est, cognoscendam, mens erudiatur. Homo enim, qui ante peccatum sine medio Deum videbat; per peccatum adeò hebuit: ut nequaquam divina queat capere, nisi humanis exercitatus. Propter exercitationem similiter instituta sunt: quia, cum homo otiosus esse non possit; proponitur ei utilis & salubris exercitatio in Sacramentis, quæ vanam & noxiam declinat occupationem. Non enim facilè capitur à tentatore, qui bono vacat exercitio.*

* li. 4. dist. 1.

¶ Sacramenta pro ratione temporū esse mutata, BERNHARDUS inquit: * *Nihil ergo mirum, si, pro diversitate temporum, mutata sint Sacramenta: ut daretur utrisque, quod congruum erat eis. Ipse verò Christus utrumq; suscepit: ut, tanquam lapis angularis, utriq; parieti cohæreret; ac si duarum capita cortigiarum consuendo connecteret. Sicut & Pascha figuratum ipse complevit; & verum protinus inchoavit. Sed & propterea voluit circumcidi: ut ostenderet, authorem se esse veteris Legis; sicut & Evangelii. Quoniam, qui per se-ipsum ait;* * Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu sancto, &c. *ipse idem per servum suum pridis dixerat;* * Omnis anima, cujus præputii caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo. *Quòd-si solùm Baptisma suscepisset: videri poterat refugisse Circumcisionem, tanquam nihil ad se pertinentem. Si verò circumcideretur, & non baptizaretur: quomodo mihi persuaderi posset baptizari, circumcisione derelictâ? Nunc itaq; post circumcisionem baptisma suscipiens, illud mihi tenendum tradidit, quod ultimò suscepit.*

* Serm. 4. de Epiph. Dom. * Johan. 3. vers. 5. * Genes. 17. vers. 14.

¶ Sacramenta prodesse agentibus pœnitentiam, PETRUS Cluniacensis ait: * *Tabem autem voco lethale peccatum: quod quamdiu in interioribus cujuslibet latuerit, nullius exterius Sacramenti perceptio ei prodesse poterit. Quod in præcipuis Ecclesiæ Sacramentis, videlicet Baptismate & Corpore Domini, apertè ostenditur. Si enim, malitiâ interiore manente, salvare ista possent: nec Judas, post acceptum cum aliis discipulis corporis Christi sacramentum, laqueo se suspenderet; nec Simoni mago jam-baptisato Petrus diceret:* Non est tibi pars neq; sors in sermone isto, in felle enim amaritudinis & obligatione peccati video te esse. *Sicut enim sacramenta fidei, ità & opera fidei servari, Christus præcepit.*

* li. 1. de Mirac. cap. 6.

De duobus Sacramentis novis, sic scribit RUPERTUS: * *Sunt duo Sacramenta maxima; Baptisma scilicet, & vivifica Corporis & sanguinis ejus mensa: quæ sine dubio nostræ saluti tam necessaria sunt, ut absq; his nulli hominum ad vitam vel regnum Dei aditus pateat. Ait enim:* * Amen dico vobis, nisi quis renatus &c. Itèm: † Nisi manducaveritis carnem &c. Itèm: * *Quæ ergo & quot sunt præcipua nostræ salutis Sacramenta? Sacrum Baptisma, & sancta corporis ejus & sanguinis Eucharistia, geminum Spiritûs sancti datum: videlicet alterum in remissionem peccatorum, alterum in diversarum sive multiplicium divisiones gratiarum.* Itèm: * *Ubi sanctum celebratur Baptisterium, & Corporis & sanguinis Domini conficitur sacramentum: unde animæ fideles cælo renascuntur, & Angelorum descendentium & ascendentium manibus feruntur in cælum: quid nisi porta cæli, & infernalibus portis terribilis locus est?*

* li. 3. de Spir. cap. 1. * Johan. 3. vers. 5. † Johan. 6. vers. 53. * de Victor. verbi Dei cap. 12. * li. 7. in Genes. cap. 24.

DE BAPTISMO.

RUPERTUS ait: * *Baptisma adeò Latinè Tinctio dicitur: quia ibi homo Spiritûs gratiâ in melius immutatur; & longè aliud, quam erat, efficitur. Filius mortis & perditionis erat; filius vitæ & acquisitionis efficitur: filius gehennæ erat; filius regni Dei efficitur: inimicus Dei erat; reconciliatur, & filius Dei efficitur.*

* li. 9. de Spir. cap. 2.

De necessitate Baptismi, PETRUS Blesensis inquit: * *Si ergo desideras de tenebris prodire in lucem, & amplecti saluberrimam legem Christi: tuæ conversionis primitias lavacro necesse est consecrari Baptismatis; quo, depositâ generationis vetustate peccati, in novam animæ innocentiam & vitæ infantiam renascaris.*

* Epist. 83.

BERNHARDUS: * *Porrò in majori ætate, quisquis, post vulgatum ubiq; Baptismi remedium, renuit jam baptizari, genitali originaliq; maculæ addit & ex proprio crimen superbiæ; duplicem secum portans justissimæ damnationis causam, si sic de corpore exire contigerit. Tamen, si ante exitum resipuerit, & voluerit & petierit baptizari; sed mortis præoccupatus articulo, fortè obtinere nequiverit: dum non desit fides recta, spes pia, charitas sincera: propitius sit mihi Deus; quia huic ego ob solam aquam, si defuerit, nequaquam omninò possum desperare salutem, nec vacuam credere fidem, nec confundere spem, nec excidere charitatem tantùm, si aquam non contemtus, sed sola (ut dixi) prohibeat impossibilitas.*

* Epist. 77.

LOMBARDUS ait: * *Tunc implet invisibiliter: cùm mysterium Baptismi, non contemtus religionis; sed articulus necessitatis excludit.*

* li. 4. dist. 4.

¶ Quid sit Baptismus, BERNHARDUS inquit: * *Baptismus initium Sacramentorum omnium, in quo complantamur similitudini mortis ejus. unde & trina mersio, tridui, quod nunc celebrandum est, formam gerit.*

* Serm. de Cœn. Dom.

LOMBARDUS inquit: * *Baptismus dicitur intinctio, id est, ablutio corporis exterior, facta sub formâ verborum præscriptâ. Si enim ablutio fiat sine verbo; non est ibi sacramentum: sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum. Non utiq; ipsum elementum fit sacramentum; sed ablutio facta in elemento.*

* li. 4. dist. 3.

De Baptismo spirituali, inquit BERNHARDUS: * *Est & Baptismus aliquis in compunctione cordis, & lacrymarum assiduitate.*

* Serm. in octava Paschæ.

¶ Unde

¶ Unde sit Baptismi virtus, RUPERTUS docet:[a] *Hic est, qui baptizat: hoc est, qui solus peccatorum remissionem dat: hic est, qui probrosam atque ignobilem, ex peccato accidentem, naturæ nostræ inopiam, copiosis per Spiritum sanctum donis divinitatis suæ, solatur & munerat.* Item: *Unus est, qui baptizat: unus & solus hic est qui sanctificat: unus est fons, unus est rivus Baptismi salutaris, qui per qualescunque canales influit. Hic est, qui baptizat, de cujus ore profluit ipsa vis Sacramenti purificans, emundans, vivificans.* Et:[b] *Spiritus sanctus gratis & ultrò dignatur, & potest adspirare. Qui ut virtute suâ, quâ ubi vult spirat, immiserit se super aquas, mirificum agit opus sua potentia: ut elementum inanimatum vivificetur, non quidem vitâ animali; sed virtute spirituali: fiatque janua regni Dei: fit thronus cœlestis gratiæ; fitque venter superna matris Ecclesiæ.* Et:[c] *Totius operis ductor erat Spiritus sanctus; & nunc, quamdiu ad sanctificandum procedit, ferturque super aquas Baptismi, idem ipse, qui ferebatur super aquas in initio.* Et:[d] *Christus baptizavit semel quidem, in aquâ simul & sanguine de latere suo profluente: baptizavit nihilominus, imò & nunc baptizat, in Spiritu sancto cum aquâ, & ejusdem sui sanguinis sacramento: perfectam tribuens peccatorum remissionem, quæ extra Baptismum ejus, postquam regulam ejus depromsit, nulli deinceps tribuitur.* Et:[e] *Baptismi Christi virtus vel autoritas, ab ipsius Domini nostri JESU Christi morte & resurrectione initium sumsit: quando jam mortuus, sanguinem & aquam de latere suo lanceatus effudit.* Et:[f] *Sacramentum Baptismi, in Christi passione vel morte conditum est.* Et:[g] *Primò de Baptismi sacramento credimus & scimus, quia de morte ejus manavit; cùm putaretur esse devoratus: id est, cùm jam esset mortuus.* Ad JESUM enim (*inquit Evangelista*[h]) cùm venissent, & viderent eum jam mortuum; non fregerunt ejus crura: sed unus &c. *Sanguine illo redemti; aquâ illâ sumus abluti, tam Judæi, quàm Gentes.*

[a] lib. 4. in Joh. c. 3. [b] lib. 3. c. 2. [c] lib. 1. de div. off. cap. 29. [d] lib. 2. in Joh. c. 2. [e] lib. 4. c. 2. [f] lib. 11. in Joh. c. 19. lib. 10 de div. off. [g] lib. 1 de Verb. Dom. c. 21. [h] Joh. 19. v. 33. 34.

HILDEGARDIS ait:[i] *Beata Trinitas, in sancto Baptismo, baptizatis aperto cœlo apparet: ut fidelis homo fidem suscipiat, quomodo unum Deum in verâ trinitate colat: quæ etiam in primo sacramento Baptismatis veraciter apparuit. & singulis eorum integerrimam cutem abstrahens, ac extra viam cutes projiciens, singulos illorum candidissimâ veste induit; ac eis splendidissimam lucem aperit, singulis eorum verba beatæ admonitionis proferens. Quia divina potestas, corda hominum adspiciens, in lavacro Baptismi, infidelitatem scelerum suorum misericorditer aufert; atque scelera illa extra viam, quæ Christus est, abjicit. Quoniam non mors in Christo; sed vita, per puram confessionem, & per ablutionem peccatorum in ipso: cùm per ipsum quisque fidelis candore salutis induitur; & cum illis per eum claritas beatæ hæreditatis, de quâ primus homo expulsus est, aperitur: ipse scilicet admonetur per verba veritatis, ut deponat veterem consuetudinem iniquitatis; & assumat novum donum gratiæ ad salvationem.*

[i] lib. 2. vis. 3.

¶ De partibus Baptismi, inquit LOMBARDUS:[k] *In duobus ergo consistit sacramentum Baptismi; scilicet in verbo, & elemento. Ergo etsi alia desint, quæ ad decorem Sacramenti instituta sunt: non ideò minùs est verum Sacramentum & sanctum, si verbum ibi sit & elementum. Nam & in hoc Sacramento, & in aliis, quædam solent fieri ad decorem & honestatem Sacramenti; quædam ad substantiam & causam Sacramenti pertinentia. De substantiâ hujus Sacramenti sunt, verbum & elementum: cætera ad solennitatem ejus pertinent.*

[k] lib. 4. dist. 3.

De materiâ illius, idem LOMBARDUS ait:[l] *Celebratur autem hoc Sacramentum tantùm in aquâ; non alio liquore. ut ait Christus:*[m] Nisi quis renatus &c. Item: *Vel ideo, ut nullum inopia excusaret: quod posset fieri, si in vino vel oleo fieret. & ut communis materia baptizandi inveniretur apud omnes. quod aqua signavit, quæ de latere Christi manavit: sicut sanguis alterius Sacramenti signum fuit. Non ergo in alio liquore potest consecrari Baptismus; nisi in aquâ.*

[l] ibid. [m] Joh. 3. v. 5.

¶ De Ministris Baptismi, LOMBARDUS inquit:[n] *Post hæc sciendum est, sacramentum Baptismi à bonis & malis ministris dari; sicut à bonis & à malis sumitur. Nec melior est Baptismus, qui per meliorem datur; nec minùs bonus, qui per minùs bonum datur; nec malus, qui per malum datur: nec majus munus datur, in Baptismo dato à bono; nec minus, in Baptismo dato à malo; sed æquale. quia nō est munus hominis; sed Dei.* Item: *Habent ergo non modo boni, sed etiā mali, ministeriū baptizandi: sed neuter potestatem Baptismi. Ministerium enim dedit Christus servis; sed potestatem sibi retinuit quam, si vellet, poterat servis dare: ut servus daret Baptismum suum, tanquam vice suâ.*

[n] lib. 4. dist. 5.

RUPERTUS ait:[o] *Baptismum aquæ visibiliter conferre possunt: sed eum, in quo tota consistit virtus Baptismi, Spiritum S. conferre nequeunt.*

[o] lib. 12. in Joh. cap. 13.

RUPERTUS:[p] *Multi illorum, qui baptizantur aquâ, spiritu mentis suæ non renovantur; non deponentes veteris hominis actus: quamvis in aqua demersi, novum se hominem induere profitentur.*

[p] lib. 3. in Joh. c. 2.

¶ De accipientibus externum Baptismum inquit LOMBARDUS:[q] *Hic dicendum est, aliquos suscipere sacramentum & rem sacramenti; aliquos sacramentum, & non rem; aliquos rem, & non sacramentum. Sacramentum & rem simul suscipiunt omnes parvuli; qui in Baptismo ab originali mundantur peccato. Quamvis quidam diffiteantur, illis, qui perituri sunt, parvulis in Baptismo dimitti peccata; innitentes illi verbo Augustini:* Sacramenta in solis electis efficiunt, quod figurant. *non intelligentes, illud ita esse accipiendum: quia, cum in aliis efficiant sacramenta remissionem, non hoc eis faciunt ad salutem; sed solis electis. Adulti quoque, qui cum fide baptizantur, sacramentum & rem suscipiunt.* Item: *Qui verò sine fide vel ficte accedunt, sacramentum, non rem, suscipiunt.*

[q] L. 4. dist. 4.

¶ De formâ Baptismi, inquit RUPERTUS:[r] *Baptizare in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, sola & unica regula est baptizandi: quam suo sanguine conscriptam Salvator post resurrectionem suam, & non ante, Discipulis suis contradidit. Quæ tantæ virtutis atque autoritatis est: ut, quantascunque dicas quis inter mersionem; si cuncta ex ordine quatuor Evangelia percurrat, totamque fidei catholicæ decantet expositionem orthodoxam; hanc autem solam omittat regulam, verbum abbreviatum quidem, sed consummans;* Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti: *Si, inquam, illud omittit; non facit opus Baptismi. atque ideò frustratus, qui sic intinctus est, nihilominus baptizari indiget.*

[r] lib. 10 de Div. off. cap. 5.

LOMBARDUS ait:[s] *Ite docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Invocatio igitur Trinitatis, verbum dicitur, quo Baptisma consecratur. & hæc est forma verborum sub quâ traditur Baptismus.* Item: *Legitur tamen in Actibus Apostolorum, Apostolos baptizasse in nomine Christi. Sed in hoc nomine, (ut exponit Ambrosius) tota Trinitas intelligitur. Intelligitur enim cum Christum dicis; & Pater, à quo unctus est; & ipse qui unctus; & Spiritus sanctus, per quem unctus est.* Et: *De immersione verò si quæritur, quomodo fieri debeat: præcisè respondemus; vel semel, vel ter: pro vario more Ecclesiæ.* Item:[t] *Porrò cuncti ad Baptismum venientes, fidem suam profiteri debent, & exponere, quid petendum venerint ad Ecclesiam. Unde etiam baptizando quæritur: Quid venisti ad Ecclesiam petere? Qui si adultus est, pro se respondet, Fidem, id est, sacramentum fidei, & doctrinam. Ita enim per se singula interrogatus respondet; se credere in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Si autem parvulus est, non valens credere vel loqui: alius pro eo respondet.*

[s] L. 4. dist. 3. [t] Dist. 6.

PETRUS Cantor:[u] *In portâ religionis Christianæ, sub attestatione profitetur catechizandus; quod abrenuntiabit Diabolo, & omnibus operibus ejus, & præcipuè pompis ejus: quæ difficilius caventur, & nisi cum maximâ cautelâ.*

[u] cap. 10.

¶ Quòd fidem requirat Baptismus, RUPERTUS ait:[x] *Baptizandum quemque, priùs oportet credere & confiteri: & tunc demum baptizari in morte Christi Jesu, eique, per Baptismum consepeliri & consurgere.*

[x] lib. 13. in Joh. c. 18.

¶ De fine & effectu Baptismi, ait PETRUS Alphonsus:[y] *Gratia Baptismi confert donum Spiritûs sancti; qui corda hominum ita illuminat; ne falsi aliquid credere præsumant.*

[y] Tit. 12.

RUPERTUS ait:[z] *Baptismus non unius potentiæ aut virtutis tantum; sed duplicis operationis est. Christus enim baptizat in Spiritu sancto, primùm remissionem peccatorum tribuendo: secundò baptizat nihilominus, diversarum ornamenta gratiarum conferendo.* Item:[a] *Quicunque, renascendo ex aquâ & Spiritu sancto, Christum induunt & Christo incorporantur; vehiculo divinitatis ejus in cœlum sublevantur, & cibo visionis ejus æterno pascuntur.* Et:[b] *Originale peccatum in nobis deletur; & omnia, quæ contra nos erant, actualia peccata, nosque persequebantur, in aquis Baptismi absorbentur.*

[z] lib. 2. in Joh. c. 2. [a] lib. 3. c. 2. [b] lib. 4. in Apoc. c. 5.

Et:[a] Cum baptiſantur omnes, ſive puſilli ſive magni, accipiunt in frontibus ſuis characterem nominis Chriſti, id eſt, ſignaculum crucis, & numerum nominis divini, numerum trium perſonarum, Patris & Filii & Spiritus ſancti. Item & hunc numerum accipiunt, ut profiteantur duas naturas unius Chriſti. Quia Chriſtus non Homo tantùm, aut Deus tantum, ſed & Deus & Homo: ex anima rationali & humana carne, & verbi divinitate in unâ perſonâ conſiſtens. Et:[b] Primum donum, & ſumma Baptiſmi utilitas, quæ eſt remiſſio peccatorum, ſciendum quia non particulariter diſtribuitur; neque aliis plus, aliis minùs donatur: ſed omnibus æqualiter, par gratiâ, indiſſimili donationis abundantiâ, omnium, utquam, peccata abſorbentur; & Baptiſmi fluctibus omnes Ægyptii, cuncti reatus, tam originalis culpæ, quam actualium criminum, confeſtim obruuntur. Et:[c] Juſtitia hoc non admittit, ut, qui cunque in morte JESU Chriſti baptizati ſumus, ſtatim quoque à morte corporis liberi ſimus. Nam in Baptiſmo unius ſimplæ mortis Chriſti, quam ſuſcepit, ſimilitudo eſt. Nos autem duplam, ſcilicet corporis & animæ mortem, debentes, Baptiſmi ſubimus remedium. Igitur per unam Chriſti mortem, cujus ſimilitudini complantati facti ſumus, unam à nobis mortem, quæ erat animæ, ſalvatrix gratia depulit: alteram verò, quæ corporis eſt, juſtitiæ cenſura reſervavit. Corpus quidem (inquit Apoſtolus[d]) mortuum, id eſt, certiſſimè moriturum eſt, propter peccatum: ſpiritus verò vivit, per juſtificationem. Item:[e] Baptizari Spiritu ſancto, nihil aliud eſt, quam, per Spiritum ſanctum, originalis peccati & omnium actualium remiſſionem accipere peccatorum; totumque hominem veterem in vitæ transferri novitatem.

[a] l. 8. c. 13.
[b] lib. 2. in Exo. c. 34.
[c] lib. 6. de Div. off. cap. 23.
[d] Rom. 8. v. 10.
[e] l. 9. c. 3.

Bernhardus ait:[f] Lavamur igitur in Baptiſmo; quia deletur chirographum damnationis noſtræ: & gratia hæc nobis confertur, ut jam nobis concupiſcentia noceat; ſi tamen à conſenſu abſtinuerimus: atque ita tanquam ſanies inveterati ulceris removetur, dum tollitur damnatio & reſponſum mortis, quod prius inde manabat. Item: Duo enim illud Sacramentum operatur in nobis: ut videlicet & ſenſum minuat in minimis, & in gravioribus peccatis tollat omninò conſenſum.

[f] Serm. de Cœnâ Dom.

Petrus Cluniacenſis ait:[g] Qui Chriſti baptiſmate baptizatus non fuit, Chriſtianus non fuit. Et: Salvabantur parvuli Judæorum ſacramento circumciſionis; & non ſalvabuntur parvuli Chriſtianorum ſacramento Baptiſmatis?

[g] l. 1. ep. 2.

Lombardus inquit:[h] Cauſa verò inſtitutionis Baptiſmi, eſt innovatio mentis: ut homo, qui per peccatum vetus fuerat, per gratiam Baptiſmi renovetur: quod fit depoſitione vitiorum, & collatione virtutum. Sic enim fit quiſque novus homo; cùm, abolitis peccatis, ornatur virtutibus. Abolitio peccatorum pellit fœditatem; appoſitio virtutum affert decorem: & hæc eſt res hujus Sacramenti, ſcilicet interior munditia. Item: Res ergo hujus Sacramenti, juſtificatio eſt. Item:[i] Solet etiam quæri de illis, qui jam ſanctificati ſpiritu, cum fide & charitate ad Baptiſmum accedunt, quid eis conferat Baptiſmus? Nihil enim eis videtur præſtare; cum per fidem & contritionem, jam remiſſis peccatis, juſtificati ſunt. Ad quod ſanè dici poteſt: eos quidem per fidem & contritionem juſtificatos, id eſt, à maculâ peccati purgatos, & à debito æternæ pœnæ abſolutos; tamen adhuc teneri ſatisfactione temporali, quâ pœnitentes ligantur in Eccleſiâ. Cùm autem Baptiſma percipiunt: & à peccatis, ſi quæ interim poſt converſionem contraxerunt, mundantur; & ab exteriori ſatisfactione abſolvuntur, & adjutrix gratia omnisque virtus in eo augetur: ut verè novus homo tunc dici poſſit. Fomes quoque peccati in eo ampliùs debilitatur.

[h] l. 4. diſt. 3.
[i] Diſt. 4.

Mechtildis ait:[k] Baptiſmus eſt, cùm Deus Chriſtianitati ſuam innocentiam confert, per quam filii cœleſtis patriæ efficiuntur. Unde Pater cœleſtis de quolibet baptizato dicit: Hic eſt filius meus; in quo complacet mihi anima mea, ut in filio chariſſimo. Quia, ſi homo hanc innocentiam peccatis amiſerit; per veram pœnitentiam eam recuperat.

[k] l. 1. viſ. 8.

¶ De Regeneratione, inquit Rupertus:[m] Sacerdotis genitura, quæ nos Chriſtus regenerat, tota adoptiva eſt: & non ex carne, ſed ex ſpiritu ac pietate deſcendit. Item:[n] Non minùs hi, qui ex circumciſione, quam qui ex præputio; non minùs qui ex juſtis, quam qui ex injuſtis ſunt parentibus nati, opus habent, ad catholicam proficiſci Eccleſiam: ut per miniſterium renaſcantur ſecundum novum Adam, per quem & verum patrem Deum contingant.

[m] lib. 3. in Apoc. c. 4.
[n] lib. 1. in Joh. c. 1.

Bernhardus inquit:[o] Non ignoramus, jam oportere hominem naſci denuò: nam propter hoc ſecundò natus eſt Dei Filius. In peccatis ſiquidem naſcimur omnes; & neceſſe habemus renaſci in gratiâ: quam in Baptiſmate percepimus. Item:[p] Sed tamen nihilominus ſpiritualis illa generatio, non quidem in carne ſentitur, ſed in corde, ab his duntaxat, qui cum Paulo dicere poſſunt:[q] Nos autem ſenſum Chriſti habemus. In quo & eatenus profeciſſe ſe ſentiunt; ut & ipſi cum omni fiducia dicant:[r] Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filii Dei. Item:[s] Tribus modis renovamur: carne, per Baptiſmi myſterium, ab originali peccato; opere, per pœnitentiæ remedium, ab actuali delicto; carne & ſpiritu, per reſurrectionis donum. Et:[t] Juſta profectò & ſancta, & non jam peccatrix: quemadmodum Phariſæus exprobrat; neſciens, juſtitiam aut ſanctitatem Dei eſſe munus, non opus hominis.

[o] Serm. 3. de Circumciſ.
[p] ad Milit. templ. c. 11.
[q] 1 Cor. 2. v. 16.
[r] Rom. 8. v. 16.
[s] in Sent.
[t] Serm. 23. parv.

Lombardus ait:[u] Modo & Dominus dicitur ſanctificare; & ſervus: ſed Dominus inviſibili gratiâ, ſervus, viſibili gratiâ.

[u] l. 4. diſt. 6.

¶ De Sanctificatione quorundam in utero, inquit Bernhardus:[x] Hieremiæ quidem admiranda ſanctificatio: quia, etſi in peccato conceptus eſt; naſcitur tamen ſine peccato. Ante enim, quàm exiret de ventre, ſanctificatus eſt: nec poterat naſci non-ſanctus, qui in utero matris erat ſanctificatus. Miraris, & à tranſactis ſeculis non-audita; hominem, conceptum in peccatis, naſci ſinè peccato. Johannem verò longè glorioſior virtus implevit: qui & ſanctificatus eſt à peccato; & ita dominante ſpiritu ſuperfuſus, ut & purgatus exeat, & repletus. Verè magnus coram Domino, quem Angelus nunciat; ſanctificat Deus, Spiritus replet; vita commendat. Item:[y] Cæterum, quatenus adversùs originale peccatum hæc ipſa ſanctificatio valuerit, ſive pro illo, ſive pro illo Prophetâ, vel ſi quis alius ſimili preventus gratiâ fuerit; non temere dixerim. Sanctificatos tamen non dubitaverim dicere, quos Deus ſanctificavit; & cum eâdem ſanctificatione prodiiſſe ex utero, quam acceperunt in utero: nec reatum, quem in conceptione traxerunt, valuiſſe ullatenus, horum natali jam donatam præpedire ſeu præripere benedictionem. Attamen, quis dicat, Spiritu ſancto repletum, manere adhuc filium nihilominùs iræ? &, ſi mors in utero contigiſſet cum hac plenitudine Spiritus, pœnas luiturum damnationis? Durum eſt. Minimè tamen auſim hinc quippiam meâ ſententiâ definire.

[x] Serm. de Joh. Bapt.
[y] Epiſt. 174.

Lombardus ait:[z] Sed melius eſt, ut dicamus, illos præter communem legem in utero juſtificatos, & gratiâ præventos, dimiſſis omnibus peccatis, quod etiam multis Sanctorum teſtimoniis edocetur.

[z] l. 4. diſt. 6.

¶ De peccatis post Baptiſmum, Rupertus inquit:[a] Qui ſemel in morte, quæ nunc adeſt, baptizatus eſt; non eſt opus ampliùs, ut præterita ante Baptiſmum peccata, ſive originalia, ſive actualia, lavet: ſed eſt totus mundus. Tantummodò pedes lavet: id eſt, quotidiana, vel omnia, ſinè quibus humana vita transigi non poteſt, commiſſa, quotidianis remediis expurget.

[a] lib. 11 in Joh. c. 13.

¶ De Baptiſmo Chriſti, inquit Bernhardus:[b] Nos abluti ſumus; non ille: quia nobis lavandis aquæ cognoſcuntur ablutæ. Item:[c] In iſto baptiſmate terminatur lex; finem accipit prophetia; & omnis illa ſacrificiorum multitudo propulſatur & pellitur? Hic incipit & ſtabilitur nova regenerationis purgatio perduranda: & in unam Baptiſmatis formam, legalium tranſeunt diſpendia figurarum. Ad ablutionem enim aquæ, & innovationem Spiritus, ſepelitur hircorum & vitulorum ſanguinolenta congeries.

[b] Serm. 1. Epiph. Dom.
[c] Serm. de Joh. Bapt.

De Phraſibus.

Quid ſit, in Spiritu baptizari, Rupertus docet:[d] In Spiritu ſancto baptizari, eſt gratiam accipere Spiritus ſancti: quæ non modò, quid ſit peccatum, oſtendat, ſed & auxilium adverſus peccata præbeat, delendo præterita, repellendo inſtantia: atque ita de ſervis peccati, faciat filios Dei, de filiis iræ, filios gratiæ, de ignotis & advenis, genus regale & ſacerdotale. Item: Baptizat nos & igni; cùm ejuſdem ſancti Spiritus fervore accenſos, fortes in amore, & in fide conſtantes, vel ſcientiâ lucentes, & zelo bono calentes, efficit. Item: Baptizat nos Spiritu ſancto; cùm, in lavacrum Baptiſmi deſcendente inviſibili gratiâ ejuſdem Spiritus ſancti, omnia peccata eorum, qui baptizantur, dimittit.

[d] l. 2. c. 1. in Joh.

¶ Quid ſit, Chriſtum induere, Lombardus inquit:[e] Quæritur igitur, quomodo illud accipiatur; Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis? Poteſt dici, quod, qui in Chriſto, in

[e] l. 4. diſt. 4.

Chriſti

[illegible] conformitate baptizantur [illegible] et ut moriantur vetustati peccati, [illegible] ut Christus vetustati pœnæ. induunt Christum, quem per gratiam inhabitantem habent. Potest & aliter solvi. Duobus enim modis Christum induere dicimur: vel [illegible] sacramenti, vel rei perceptione. Item: Omnes ergo qui in Christi nomine baptizantur, Christum induunt: vel secundum vitæ sanctificationem.

DE CLAVIBUS.

Quid sint Claves, exponit L[illegible]BA[illegible]DUS:[a] *Claves istæ non sunt corporales; sed spirituales, scilicet discernendi scientia, & potentia judicandi, id est, ligandi & solvendi: qua dignos recipere & indignos debet excludere e regno Ecclesiasticus judex; qui sicut habet jus ligandi, ita solvendi.* Item: *Non autem hoc Sacerdotibus concessit; quibus tamen tribuit potestatem solvendi & ligandi, id est, ostendendi homines ligatos vel solutos. Unde Dominus leprosum sanitati prius per se restituit, deinde ad sacerdotes misit; quorum judicio ostenderetur mundatus. Ita etiam Lazarum, jam vivificatum, obtulit discipulis solvendum. Quia etsi aliquis apud Deum sit solutus: non tamen in facie Ecclesiæ solutus habetur; nisi per judicium Sacerdotis.*

¶ De usu Clavium, LOMBARDUS ait:[b] *Usus verò harum clavium multiplex est: discernere scilicet ligandos & solvendos, & deinde ligare vel solvere.*

¶ De Absolutione, PETRUS Cantor ait:[c] *Absolutio enim spiritualis est, pertinens ad potestatem clavium.*

Absolutionis formam idem recitat:[d] *Quia mihi confiteris, tibi obligor in paternitate spirituali: ut peccata tua, sicut filii, supportem, pro illis doleam, & tecum pro his satisfaciam. Confide ergo, & age pœnitentiam: quam si secundum consilium meum egeris, promitto, meque super his fidejussorem dabo, quod ex toto liberaberis.*

De coacta absolutione, ait SALISBERIENSIS:[e] *Unde immoderato stupore confundor, cum frequentissime videam (nescio, fideles an infideles dicam,) in sacrilegio hujusmodi deprehensos, ad hoc totis viribus anhelare: ut minis & terroribus urgeant Sacerdotes, ad absolutionem præstandam: quam nec illi fideliter dare; nec illi in contumacia utiliter accipere possunt. Sanè faciunt illi, utrumque involvi; quam alterum illorum expediri. Utrius tamen sit culpa gravior, non facile dixerim.*

¶ De Excommunicatione, LOMBARDUS scribit:[f] *Est & alius modus ligandi & solvendi, qui per excommunicationem geritur: dum aliquis, secundum canonicam disciplinam, tertio vocatus ad emendationem manifesti delicti, & satisfacere vilipendens, sententia Ecclesiæ, a loco orationis, & Sacramentorum communione, & fidelium consortio, præscinditur. ut erubescat & pudore sceleris conversus pœniteat, ut sic spiritus ejus salvus fit. Qui si pœnitentiam profitens resipuerit, negatæ communioni admittitur, & Ecclesiæ reconciliatur. Hæc est autem Ecclesiæ anathematizatio.*

HILDEGARDIS ait:[g] *Et debent sacerdotes, qui per Filium Dei potestatem hanc perceperunt, neminem absque culpabili causa, propter rabiem cordis sui in verbis Dei ligare. sed acutissimè considerandum est illis, quem ita constringere debeant. Nam qui nec propter pudorem hominum, nec propter Dei, nec precibus nec præceptis perterritus, quin in iniquitate sua perseverare velit; hunc ecclesiastica censura, in verbo Dei, ab Ecclesia submovere debent.*

Excommunicationis formulam recitat PETRUS Cluniacensis;[h] *Quem gehenna dignissimum, quia laqueo, gladio, ignibus, vel extremis nefandorum suppliciis, ecclesiastica pietate prohibente, punire non poteram; exilio perpetuo, quod penè solum licuit, infernalem proditorem damnavi. Nam sacrosanctis Evangeliis adhibitis, compulsus est in publico Cluniacensi capitulo, me præsente, jurare: quod transacto sibi à me præfixo mensibus, nunquam deinceps intra terminos, universam Galliam concludentes maneret; sed extra illos locum saluti suæ aptum requireret; & in invento loco, Deo pro peccatis suis dignè satisfaceret.*

DE COENA DOMINI.

BERNHARDUS[i] vocat *Sacramentum corporis & sanguinis* Eucharistiam. L[illegible] [illegible] *Eucharistia dicitur [illegible] bona gratia: quia in hoc Sacramento non modo est augmentum virtutis [illegible] gratiæ, sed ille totus sumitur, qui est fons & origo totius gratiæ.*

V[illegible]m, idem L[illegible]DU[illegible] *Unde rectè Viaticum appellatur: quia in via nos reficiens, usque in patriam deducit. Sicut ergo in mari rubro figura Baptismi præcessit, ita in Manna figura [illegible] [illegible] corporis.*

¶ De [illegible]ter[illegible] C[illegible]n[illegible], inquit RU[illegible]:[m] *De hoc ci[illegible] hoc corpore, & hoc sanguine Domini, hæc a sanctis Doctoribus data est sententia quæ & velut pro maxima vel prima [illegible] positione, adversus idem corpus & sanguinem Domini nimium infestos lectores, & immaturitate præripuere doctores. Hunc, inquiunt, cibum & potum, societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum; quod est sancta Ecclesia in prædestinatis, & vocatis & justificatis, & glorificatis, sanctis [illegible] fidelibus ejus. Quid enim? Nunquid ab eisdem Patribus ibi [illegible] tacitum est, hujus rei, unitatis corporis Christi, quod est Ecclesia, sacramentum esse panem & vinum, quod in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur.* Et: *Non corpus quodlibet non corpus Christi, quod est Ecclesia: sed illud corpus Domini, quod pro nobis traditum est, nos manducare, & illum sanguinem, qui nobis fusus est in remissionem peccatorum, nos bibere, indubitanter credimus.* Et: *Licet sancta Ecclesia corpus Christi sit; & sic ex multis hominibus consistat: quemadmodum panis ille, quem verè dicimus corpus Christi, multis constat ex granis, & vinum illud, quod verè dicimus sanguinem Christi, ex multis confluxit acinis: non tamen id ipsum corpus Christi est Ecclesia, quod pro nobis traditum est. Quam propriam differentiam sæpè-dictum corpus quod est panis vitæ æternæ, semper (authore Christo) retinet.* Item:[n] *Qui si, ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine ejus, illic adest: quomodo in tali congregatione causa non adest? Imò totus adest, totus sanctum accumbit altari: non ut iterum patiatur, sed ut fidei, cui præsentia sunt omnia præterita, ejus passio memoriter repræsentetur. Ita & Christus iterum immolatur, & tamen impassibilis permanet & vivus: quemadmodum illic Isaac immolatus, & tamen gladio non attactus est. Frangitur pro illo panis, & comeditur: sed licèt ille panis jam sit Christus ipse; Christus tamen integer permanet & vivus.* Et:[o] *Credatur huic Sacramento inesse, quod non videtur: videlicet veritas carnis & sanguinis, valens efficere nos concorporales unigenito Filio Dei. Hoc enim ratio vel ordo justitiæ exposcit. Accipite ergo, inquit, & comedite. Prius accipite; deinde comedite. Accipere enim est fideliter credere; cum gratiarum-actione diligere, compatientis affectu, corporis hujus traditionem, & sanguinis hujus effusionem, respicere.* Et:[p] *Non solùm panem & vinum, quæ corporaliter videntur; sed &, quod non nisi fidei oculis adspicitur, Verbum Dei, Filium Dei, offert sancta Ecclesia. novum & verum immolant sacrificium: quia jam concipit, corde credendo ad justitiam; jamque parit, ore confitendo ad salutem.*

PETRUS Cluniacensis:[q] *Sed quod corpus? Sunt rerum corpora cœlestia, & corpora terrestria: & quicquid visus, auditus, olfactus, gustus, tactus, hic subjacet, corpus est. Unde, ne quis putaret, animalis cujuslibet, aut hominis cujuslibet, hoc esse corpus: ad excludendum omne aliud sensibile vel insensibile corpus, postquam dixit: Accipite, hoc est corpus: adjunxit, Meum. Suum ergo, & non alterum corpus, Discipulis dedit. Rursus, ne fortè alicui cogitatio occulta subreperet, potuisse creare in manibus suis corpus, quod suum quidem esset; sed tamen, quod ipse erat, non esset: addit, Quod pro vobis tradetur ac fidei veritas. Nolite dubitare, nolite hoc vel illud vobis fingere, nolite aliud & aliud cogitare: quia hoc est corpus, non alterum aut alterius, sed meum non permutatum, vel noviter creatum; sed quod pro vobis tradetur, pro vobis crucifigetur, pro vobis morietur. Sic & de calice: Hic est, ait, sanguis, non bovis aut arietis, non agni, aut cujuslibet hominis: sed meus; non alius, vel nova creatione productus: sed qui pro vobis fundetur, flagellis provocatus, clavis extortus, lancea excussus. Quid, ad demonstrandam veritatem corporis & sanguinis Domini, dici potuit clarius, lucidius, manifestius?*

LOMBARDUS ait:[r] *Dominus igitur JESUS, ad invisibilia paternæ majestatis migraturus, celebrata cum Discipulis*

[a] l. 4. dist. 18.
[b] ibid.
[c] cap. 22.
[d] cap. 23.
[e] lib. 5. c. 9.
[f] l. 4. dist. 18.
[g] lib. 2. ... 6.
[h] lib. ... de ... cap. ...
[i] Serm. ...
[m] lib. 8. ... 3. ...
[n] lib. 6. in Genes. c. 31.
[o] lib. 2. de Sap. c. 24.
[p] lib. 3. de Div. offic. 2.
[q] lib. ... epist.
[r] lib. 4. dist. 8.

typice Paschæ, quoddam memoriale eis commendare volens, sub specie panis & vini, corpus & sanguinem suum ita eis tradidit: ut ostenderet, Legis veteris Sacramenta, inter quæ præcipuum erat Agni paschalis sacrificium, in morte suâ terminari, ac Legis novæ sacramenta substitui: in quibus excellit mysterium Eucharistiæ. Item: [a] *Porrò, illa species visibilis, sacramentum est geminæ rei: quia utramque rem significat; & utriusque rei similitudinem gerit expressam. Nam, sicut panis, præ cæteris cibis, corpus reficit & sustentat, vinum, hominem lætificat atque inebriat: sic caro Christi interiorem hominem, plus cæteris gratiis, spiritualiter reficit atque saginat. Unde:* [b] Calix meus inebrians quàm præclarus est? *Habet etiam similitudinem carnis mysticæ, quæ est unitas fidelium. Quia, sicut ex multis granis conficitur unus panis; & ex pluribus acinis vinum confluit: sic ex multis fidelium personis, unitas ecclesiastica constat. Unde Apostolus:* [c] Unus panis & unum corpus multi sumus.

HILDEGARDIS ait: [d] *Ut caro unigeniti Filii Dei, in incontaminato utero Mariæ virginis orta est; & postea pro salute hominum tradita: ità etiam nunc caro ejus frequenter, in incorruptâ integritate Ecclesiæ augmentata, ad sanctificationem fidelium datur. Quia, sicut faber aurum suum, per ignem, modò liquefaciens unit; & modò unitum dividit: ita etiam Pater, carnem & sanguinem Filii sui, per sanctificationem Spiritûs sancti, in oblatione glorificat, & nunc glorificatum fidelibus hominibus ad salutem ipsorum distribuit. & cùm Ecclesia dotem suam, quod corpus & effusio sanguinis Filii Dei est, ut ipsa in salvatione animarum beato partu sit apta; quia in effusione preciosi sanguinis hujus, in magnâ multitudine, augmentum accipit: tunc & Deus, indeficiens lumen, locum sanctificationis, in honorem Filii corporis & sanguinis, in sanctitate irradiat.*

BERNHARDUS: [e] *Cùm autem unum sit Sacramentum; tria ibi discreta proponuntur: scilicet species visibilis, veritas corporis, & virtus gratiæ spiritualis. Aliud est species visibilis, quæ visibiliter cernitur: aliud veritas corporis, quæ sub visibili specie invisibiliter creditur: atque aliud gratia spiritualis, quæ cum corpore & sanguine visibiliter & spiritualiter percipitur, à solis digne-communicantibus. Tria quippe in Sacramento altaris attendere debes: speciem panis, veritatem carnis, virtutem gratiæ spiritualis. Usque ad speciem panis, sensus pertingit exterior: ad veritatem carnis, fides interior: ad virtutem gratiæ, spiritualis charitas superior. Speciem panis rodit aliquando sorex parvissimus; Christianus etiam recipit pessimus: virtutem gratiæ spiritualis, non nisi prædestinatus recipit. Quod itaq; videmus, species est panis & vini: quod autem sub specie illa credimus, verum corpus est, & verus Christi sanguis, quod pependit in cruce, & qui fluxit de latere.*

¶ Quibus debeatur sacra Cœna, LOMBARDUS ait: [f] *Ita hoc cœleste manna, non nisi renatis præstari debet. Panis ille corporalis, populum antiquum ad terram promissionis, per desertum, eduxit: hæc esca cœlestis, fideles hujus seculi, per desertum transeuntes, in cœlum subvehit.*

¶ Quomodo accipi debeat, PETRUS Blesensis monet: [g] *Tua sententia est, ut tibi Christum singulis diebus incorpores; non dijudicans corpus Domini. Propter hoc multi sunt imbecilles, & dormiunt in peccatis. Verbum Salomonis est:* [h] Cùm sederis ad mensam divitis, appone cultum gutturi tuo. *ut inter cœlestes cibos, & laicos sive communes, devotâ veneratione discernas. Vide, ne Dominus dicat de te:* [i] Ecce manus tradentis me mecum in mensâ. *& illud:* [k] Dederunt in escam meam fel. *Prohibet siquidem Dominus, ne de Agno paschali comedat advena vel immundus: nec ponendus est Christus, nisi in sindone mundâ, & in monumento novo. Quia panis vitæ non est recipiendus, nisi conscientiâ mundâ & corde sincero. Hostia quidem indignè accepta, suscipientem damnat, non emundat.*

LOMBARDUS: [l] *Sed non exinde disciplinam sanxit in posterum, ut post alios cibos sumatur: sed potiùs à jejunis sumi oportet; sicut Apostolus docet: ut singulari reverentiâ dijudicetur, id est, discernatur ab aliis cibis, quod Dominus Apostolis disponendum reliquit.*

¶ Omnes fideles debere accedere, RUPERTUS docet: [m] *Cùm tantus Pontifex Deo Patri assistit, tenens panem & vinum; & invitat omnes ad corporis & sanguinis sui convivium; nullum justum, nullum excipiens peccatorem, dicensq; per ora Pontificum:* [n] Venite filii, audite me: *cujus peccatoris vel saxeum pectus, ad lamentum pœnitentiæ non emolliatur? Magna vox invitantis est, magnus & capax suscipiens sinus est; omnes ecclesiæ patent januæ: ut advertas, neque ab Austro, neque ab Aquilone venientes, id est, neque justos, neque peccatores, debere prohiberi, quin accedant ad apertos divinæ misericordiæ fontes.*

PETRUS Cantor ait: [o] *Sumere Eucharistiam, est omnium Christianorum.*

De non-accedentibus, ait RUPERTUS: [p] *Quantumvis fidelis & catholicæ professionis homo sit, si mãducare & bibere recusit de hoc cibo potuq; visibili: eo-ipso, quod illi non-necessarium esse præsumit, à societate membrorum Christi, quod est Ecclesia, se præcidit; neque rectè credit in eum, cujus in hoc cibo potúque, ab ipso tam diligenter commendato, derogat authoritati.*

De formâ Cœnæ, inquit BERNHARDUS: [q] *Christus omnium pridie, quàm pateretur, Discipulis suis hujus Sacramenti formam præscripsit, efficaciam exhibuit, id est fieri præcepit. Forma præscripta in pane & in vino. Notate ordinem. Cùm adhuc cœnaretur, à cœnâ surrexit: Discipulorum pedes Dominus universorum lavit: dehinc ad mensam regressus, ordinat sacrificium corporis & sanguinis sui, seorsum panem, seorsum tradens & vinum. De pane ita dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. De vino etiam sic: Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus, qui pro multis effunderetur in remissionem peccatorum. Effunditur, dictum est: quia passim & viliter, quem utique punctura veprium, fossio manuum & pedum cum clavis, lateris apertio cum lanceâ militaris, fortiùs exprimentes, ad modum torrentis fuderunt extrinsecus. At erat ille sanguis preciosior, carior q; balsamo: per quem sordium nostrarum facta est mundatio. Nota autem, quòd Christus in Cœnâ illâ, est munerans & munus; cibans & cibus, conviva & convivium; offerens & oblatio.*

LOMBARDUS inquit: [r] *Forma verò est, quam ipse ibidem edidit, dicens: Hoc est corpus meum. & post: Hic est sanguis meus.*

¶ De duplici manducatione, LOMBARDUS ait: [s] *Duo modi manducandi: unus sacramentalis, scilicet quo boni & mali edunt; alter spiritualis, quo soli boni manducant.*

Cum fide sumendum esse sacramentum, RUPERTUS docet: [t] *In sumtione sacramenti, requiritur fides, ad evacuandam perfidiam Diaboli: quam tentatio Diaboli in primis hominibus invenit; quibus vetitum comedere persuasit.* Item: *Totum illud sacrilegium per illud emendatur sacramentum, in illis, qui credunt, & credentes percipiunt: in fide humiles; in humilitate fideles.*

¶ De non-credentibus, inquit RUPERTUS: [u] *In illis, qui non credunt, & non-credentes ore tamen Sacramentum percipiunt, cibus & potus ille operatur judicium: quia tentati reprobi inventi sunt, eo-ipso, quod sine fide sunt; & malè tentant Deum*

PETRUS Blesensis ait: [x] *Terribile est; Qui manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit. Domine JESU Christe; Sacramentum corporis & sanguinis tui, quod pignus & obsidem cœlestis gratiæ demisisti, & in constituisti nobis, non mortem; sed vitam: non judicium, sed salutem. Quam perditus ergo est, qui redemtionem in perditionem, sacrificium in sacrilegium, vitam convertit in mortem?* Item: *Et filius plorationis æternæ, manu sacrilegâ & ore polluto, Sacramentum, in quo consistit vita nostra, recipit; ipsumq; damnabiliter sibi incorporare, aut potius incarcerare præsumit. Priùs per pœnitentiam & longum usum erat expianda omnis iniquitas; ut dignè admitteretur ad cornua altaris, id est, gratiam tanti sacramenti.*

PETRUS CANTOR ait: *Qui enim manducat & bibit indignè, sine devotione; vel aliter, quam à Domino, vel ab Ecclesiâ, mysterium hoc traditum est, celebrando; vel in voluntate peccandi manendo: judicium sibi manducat, non dijudicans corpus Domini; hoc est, debitâ veneratione à cibis aliis non-discernens, extra consuetudinem conficiendi vel sumendi.*

¶ Esse cibũ mẽtis, BERNHARDUS docet: [y] *Hic pereat physicale nutrimentum. Cibus iste non est ventris, sed mentis. Non est*

enim

[a] Ibid.
[b] Psal. 23. v. 5.
[c] 1 Cor. 10. v. 17.
[d] lib. 2. visi. 6.
[e] Serm. de Cœna Dom.
[f] lib. 4. dist. 7.
[g] Epist. 140.
[h] Prov. 23. v. 1. 2.
[i] Luc. 22. v. 21.
[k] Psal. 69. v. 22.
[l] lib. 4. dist. 8.
[m] lib. 5. de divi. off. cap. 19.
[n] Psal. 34. v. 12.
[o] cap. 24.
[p] lib. 6. in Joh. c. 6.
[q] Serm. de Cœna Dom.
[r] lib. 4. dist. 8.
[s] lib. 4. dist. 9.
[t] lib. 10. in Matt. c. 26.
[u] lib. 10. in Matt. c. 26.
[x] Epist. 124.
[y] Serm. de Cœna Dom.

enim datus ad ruinas hujus vitæ, quæ vapor est ad modicum parens, sed ad æternam vitam animæ conferendam. Ipse est panis Angelorum, qui nescit putrescere: non vadit in secessum, sed tendit in excelsum. Illùc reducit hominem, unde traxit imaginem. Caro enim mea verè est cibus.

¶ De dignè & indignè percipientibus sacramenta, inquit RUPERTUS:[a] *Qui vincit, ille sacramentum corporis & sanguinis Domini dignè percipit: sicut è contrario ille, qui vincere negligit, accedens ad hoc sacramentum, judicium sibi manducat & bibit. Rectè ergo, Vincenti dabo manna absconditum: id est, munditiam cordis & corporis custodienti, dabo panem verum, panem vivum; cujus signum vel figura fuit manna quod filii Israel manducaverunt. Dicitur hoc manna absconditum: quia videlicet in hoc sacramento aliud oculis cernitur; aliud fide intelligitur.*

[a] Lib. 2. in Apoc. c. 2.

BERNHARDUS ait:[b] *Sanè in mensâ unâ, in cœnâ Domini, de uno pane consecrato, Petrus & Judas accepit: bonum in vitam, pessimus in pœnam: bonum in beneficium; pessimus in testimonium: bonum in salutem; pessimus in mortem. Quod totum usque adhuc in Ecclesiâ completur, in sacramento altaris: bonis quidem in bonum sumentibus, canibus verò & immundis non sic. Cavete sunt, qui irreverenter accedunt: & ideò judicati abscedunt. Qui enim secundùm carnem vivunt, & post carnalia evagantur; catenâ vitiorum compediti, cum Judâ proditore venenum accipiunt; spiritualis suspendii laqueum incurrunt: gravissimè damnandi, tum pro multiplici reatu; tum pro Sacramenti contemptu: quod reverâ accipiunt; sed essentiâ, non salubri efficaciâ.*

[b] Serm. de cœnâ Dom.

¶ Sæpiùs utendum sacrâ Cœnâ, PETRUS Cluniacensis monet:[c] *Dicitis vos, semel tantùm: dicit Christus & Apostolus ejus, non semel, non bis, non ter, aut quater, non centies, aut millies tantùm; sed Quotiescunque. Multa diversitas inter Semel & Quotiescunque. Hic numeri principium, ibi numerus omnem superans numerum; hic singularitas, ibi multiplex infinitas.*

[c] Lib. 1. c. 2.

¶ De fructu & fine Cœnæ dominicæ, inquit, RUPERTUS:[d] *Hoc lignum vitæ, quod est Christus, dum nos corpore & sanguine suo reficit, jam nunc resuscitat animam à morte peccati; & carnem nostram in novissimo die resuscitabit.* Et:[e] *Corpus Domini, quod in altari sumimus, & sanguis ejus, prædictæ unitatis rectè sacramentum dicitur: eò quòd illo cibo potuque visibili, in unam Christi Ecclesiam, quæ sit corpus ejus, plenitudo ejus, invisibiliter consecremur.* Et:[f] *Hujus Sacramenti virtus, non utcunque testimonium; sed ipsum est vita & salutis nostræ testamentum. Ait enim:* Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hic calix novum testamentum in meo sanguine, qui pro vobis fundetur. *Hoc testimonium testimonio, quod adversus nos habebat Diabolus, quâdam oppositione propriâ oppositum est: quia videlicet contra cibi vetiti culpam, cibi & potûs gratia est: contra Serpentis venenum, sancti Spiritûs antidotum est. Et hoc utique Sacramentum, ab eâdem Domini nostri JESU Christi passione, habet venæ suæ principium.* Et:[g] *De Sacramento corporis & sanguinis Domini certum est, nec assertione nostrâ indiget: quin passionis vel mortis ejus propria quidem, & singularis commemoratio sit; & quòd à passione vel morte ejus initium sumserit, vel sumere debuerit. Conditum autem est hoc Sacramentum, quantum potuit, morti vicinius: scilicet, cùm jam esset ad mortem venditus, & quâ nocte tradebatur. Nobis, qui vivimus & residui sumus, reservatum est, & missum est Sacramentum illud: in quo, sub specie panis & vini, latet utilitas mortis & resurrectionis ejus. Nam illis, qui mortui fuerant, fidelibus, miro modo in illâ specie, quâ pependit in cruce, factus vel datus est cibus: ita ut anima ejus ad animas illorum in infernum, & corpus ejus ad corpora illorum descenderet; essetque tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ, in eodem ventre terræ, quo recepta vel assumta fuerant corpora illorum.* Et:[h] *Utilitas hoc est in virtute hujus Sacramenti: quod ejus ope fit possibile his, qui terrâ sunt, in cœlum ascendere. Aliter namque illud possibile non est. Ait enim Salvator:*[i] Nemo ascendit in cœlum; nisi Filius hominis, qui est in cœlo. *Unus & solus, qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui una persona est cum Filio Dei, cum Verbo Patris, quod de cœlo descendit, & de corde Patris in uterum venit Virginis: unus (inquam) & solus Filius Dei Filiusque hominis, tanquam suo capiti, cuncta membra corporis annectuntur; omnes, qui in fide hujus sacramenti, in plenitudine hujus charitatis, sunt recepti. & sic unum corpus, una persona, & unus Christus, caput cum suis membris in cœlum ascendit, dicitque gratulabundus gloriosam Deo assignans Ecclesiam: Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Et ostendens se atque illam in personæ convenisse unitatem; Et erunt (inquit) duo in carne una. Magnum hoc sacramentum est. Caro Christi, quæ ante passionem solùm erat caro Verbi Dei, per passionem ita crevit, adeòque dilatata est; ita Mundum universum implevit: ut omnes electos, qui fuerunt ab initio Mundi, vel futuri sunt usque ad ultimum electum, in fine seculi, novâ conspersione hujus sacramenti, in unam Ecclesiam, faciat Deum & hominem æternaliter copulari.*

[d] Lib. 2. in Apoc. c. 2.
[e] Lib. 6. in Johan. 6.
[f] Lib. 2. de Sap. c. 26.
[g] Lib. 12. de div. off.
[h] Lib. 7. de Div. off. cap. 20.
[i] Joh. 3. v. 13.

BERNHARDUS inquit:[k] *Audistis formam Sacramenti: audite efficaciam & communionem corporis & sanguinis Domini. Et nos Jesu Christo, & Jesus Christus nobis, in unitate foederatur inenarrabili; sicut ipse dixit:*[l] Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum; in me manet, & ego in eo.

[k] Serm. de Cœna Dom.
[l] Joh. 6. v. 56.

PETRUS Cluniacensis ait:[m] *Iste autem panis vivus, in æternum victuras animas reficit Christianorum.* Item: *Nam postquam dixit, Hoc facite: statim addit, In meam commemorationem. Hæc est ergo causa Sacramenti, commemoratio Christi.* Item: *Ne igitur à corde fugeret, quod maximè cordi inesse oportebat: signo rei congruente, veluti fune insolubili, colligata est cordi memoria; quo fortiter vinciente, semper redemtus redemtionis precium cogitaret: indeque redemtori agens gratias, fide, quæ per dilectionem operatur, nequaquam se ingratum tantæ gratiæ demonstraret.* Item: *Et tantæ erat, ut ad eam cogitandam, amandam, amplectendam, non segniter, sed insigniter humanam animi movendi essent: dignum & justum fuit, ut humanitatis & mortis Christi memoria, non tantum auditu per aures, sed etiam visu per oculos juvaretur. Ea de causâ signum hoc à Christo propositum est: quod ita signum est, ut sit tamen idem quod signat.* Item: *Quod cùm sit, ad hoc usque fit: ut mens, longè vehementiùs excitata corporis Domini susceptione, quàm possit excitari verbi Domini admonitione, in amorem ejus, quem non tantùm audit, sed etiam videt & suscipit, inardescat: & videns Verbum carnem factum, ut habitaret in nobis, habitans etiam corporaliter & in se, oblivisci jam nullatenus possit; quem fide credit, amore amplectitur, ore suscipit.* Et: *Dat planè carnem suam, dat sanguinem suum, non solùm ad adorandum; sed etiam ad manducandum & bibendum. Christus hominibus: ut, sicut absque carnali cibo & potu, nullum mortalium mortalem miseram vitam posse transigere, cernitur, sic absque istâ spirituali escâ & potu, neminem immortalem & beatam vitam assequi posse credatur.* Item: *Ut ergo non tantùm verbis discerent; sed etiam familiariùs factis sentirent homines, se mori perpetuò, sejunctos à Christo, se non-posse semper vivere, nisi conjunctos & unitos Christo: ad similitudinem escæ & vitæ carnalis, accipiunt corpus Christi, bibunt sanguinem Christi: non ab alio data, non ab alio suscepta; quàm ab ipso Christo, qui eorum post hanc vitam futurus est esca, hoc est, vita & beatitudo æterna.*

[m] Lib. 1. ep. 6.

LOMBARDUS:[n] *Institutum est enim hoc Sacramentum, duabus de causis: in augmentum virtutis, scilicet charitatis; & in medicinam quotidianæ infirmitatis.*

[n] Lib. 4. dist. 10.

PETRUS Blesensis:[o] *Magna est supereminens cœlestis dignitas Sacramenti; & quis poterit ad eam? Scio, quia hostia hæc singulariter animas ab interitu salvat: dum Unigeniti Dei mortis salubre mysterium repræsentat.*

[o] Epist. 14.

¶ JUDAM non interfuisse S. Cœnæ, sentit RUPERTUS:[p] *Judam sacramento aut communioni sacris nequaquam interfuisse, deprehenditur ex Evangelistarum & Doctorum narratione.* Item: *Nam, cùm accepisset buccellam, quâ traditor designatus est, exivit continuò. Quam neque buccellam, nec Evangelistarum nec Doctorum quisquam consentit, panem fuisse dominici corporis.* Et:[q] *Postquam Judas continuò exierit post buccellam: nequaquam igitur tum Discipulis interfuit, quando Dominus noster sacramentum illud corporis & sanguinis sui distribuit.*

[p] Lib. 7. in Joh. c. 13.
[q] Lib. 11. in Joh. c. 13.

¶ De differentiâ Baptismi & Cœnæ sacræ. LOMBARDUS inquit:[r] *Per Baptismum mundamur: per Eucharistiam in bono consummamur. Baptismus æstus vitiorum extinguit: Eucharistia spiritualiter reficit.*

[r] Lib. 4. dist. 8.

DE SACRIFICIIS.

De Sacrificiis in genere, ait PETRUS Alphonsus:[a] *Omnia sacrificia, quæ in lege Moysis fieri præcepta & ordinata sunt, nihil nisi figura & significatio sacrificii præcipui, quod venturum erat, fuerunt. & ut Gentes sacrificiis se assuefacerent, & per illa agnoscerent: quòd, sicut ipsa consuetudinaria ista abluunt peccata; ita & per maximum sacrificium, maximum posset deleri peccatum. Ut autem Christus, Sanctus scilicet sanctorum, & præcipuum sacrificium, venit, ac pro nostrâ redemtione immolatus fuit: jam illa antiqua fieri sacrificia, necessarium non fuit. Postquam itaque ipse Christus venit; jam illo utimur sacrificio, pane scilicet & vino: quod nobis ordinaverunt Apostoli, imo Christus ipse dedit. Et hoc sacrificium, simula est sacrificio illi. quod in lege Moses præcipiens, sacrificium thoda, id est, laudis, appellavit: & quod de pane tantum & vino, in hujus nostri figuram, fieri præcepit. Quod & David venturum esse prænoscens, & præ illo cætera omnia contemnens, inquit in Psalmo:*[b] Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis. *Per hoc enim insinuavit, cætera sacrificia omnia esse postponenda, & illud sacrificium, quod laudis vocabatur fore faciendum. Et hoc quidem sacrificium nostrum laudis est. Illud enim faciendo, Deum laudamus de beneficio, quod nobis fecit per Filium suum Jesum nos salvando.*

POTHO ait:[c] *Unde Israel carnalis, multitudinem hostiarum in parabolam acceperat. In Agno enim, qui offerebatur, illius innocentia; qui sicut ovis ad victimam ductus est, significabatur. In Hirco, similitudo carnis peccati in ipso; qui est sine peccato, declaratur. In Ariete principatus ejus monstratur; qui est princeps pacis. In Tauro, fortitudo illius insinuatur, qui est fortis & potens in prælio. In Vitulo, virtus ejus significatur, qui est dominus virtutum & rex gloriæ. In Columba simplicitas illius indicatur, qui suos discipulos ut sint simplices sicut columbæ docet. In Turture, castitas ejus manifestatur; qui lumbos nostros præcingi jubet. In Passeribus corpus & anima ipsius significatur; qui posuit animam suam pro ovibus suis. In Decima, consummatio operum ejus [illegible]; qui in cruce dixit, Consummatum est.*

JOHANNES Salisberiensis ait:[d] *Patres fidei nostræ, veteris Legis sacrificia asserunt instituta: ne in dæmoniorum cultu populus occupatus, veræ religionis dedisceret cultum, ritu Gentium sacrificia sua dæmonibus immolans; & non Deo.*

¶ De spiritualibus hostiis, ait POTHO:[e] *Plures sunt hostiæ spirituales: plura sunt dona & sacrificia, quæ ad unum illud sacrificium conducunt: quæ omnem animam præparant, ut participatione cœlestis sacrificii digna esse possit. Verum namque, cultum, quo Deo Patri spiritum in spiritu & veritate servitur, Sapientia Dei in sua domo, novo sacrificandi ritu, instituit.* Item: *Absconditus enim homo cordis nostri, in incorruptione quieti & modesti spiritûs, omne donum & sacrificium Deo consecrat: tùm, in voce exsultationis & confessionis, omnia interiora nostra Deum benedicunt. Intra nos quippe est, quod Deo offerimus; omne videlicet acceptabile munus. Ibi est timor Dei, in quo sacrificium Deo spiritus contribulatus dicatur: ibi confessio; per quam vitulos labiorum nostrorum, confitentium nomini Domini, offerimus. ibi castitas, qua plus quàm holocaustis delectatur Deus: ibi largitas; quæ Deo abundanter tribuit, quod habet: ibi sobrietas, quæ elevatio manuum nostrarum fit, sacrificium Deo acceptum: ibi paupertas spiritûs, in qua singuli dicimus:*[f] Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? *Ibi acceptabile sacrificium justitiæ Deo offerto habemus. Ibi compassio, quæ nos Proximo per amorem jungit; vota sua Deo reddit: ibi abstinentia voluntarie Deo sacrificat: ibi obedientia, quæ melior est quàm victima, Deo immolatur. Omnia ergo hæc, & hujusmodi, quæ Deo à nobis offeruntur, in duo dividuntur: aut enim dona sunt, aut sacrificia. Donum est perpetuum; sacrificium ad tempus: donum est integritas animi, sacrificium, laus & hymnus. Deus enim, qui non videtur, his rebus colendus est, quæ non videntur.*

¶ De Sacrificiis novi Testamenti, POTHO ait:[g] *Sed apud nos est unum verbum; Verbum scilicet incarnatum: & una hostia, quæ semel in consummatione seculorum, per mediatorem novi Testamenti Christum, oblata, consummavit in sempiternum sanctificatos.*

[a] Tit. 12.
[b] Psal. 50. v. 13. 14.
[c] Lib. 2.
[d] lib. 5. c. 4.
[e] lib. 2.
[f] Psal. 116. v. 12.
[g] lib. 2.

HILDEBERTUS ait:[h] *Egressa es in libertatem gloriæ filiorum Dei; cui hostiam laudis, & spiritum sacrificas tribulatum. &c. Transitoriis æterna, vitiis virtutis, exsilio patriam prætulisti.*

¶ De victimis piorum, BERNHARDUS ait:[i] *Vituli, quos Domino immolare debemus, tres sunt: Novæ conversionis effectus; quasi vitulus novellus, cornua producens & ungulas: Sacræ religionis profectus; qui est vitulus tenerrimus de armento. Consummata virtutis affectus, qui est vitulus saginatus.*

¶ De fine Sacrificiorum. PETRUS Alphonsus inquit:[k] *Cùm Deus per Moysen sacrificia fieri præcepit, ideo utique fecit: ut in eum rectè-credentes, & totâ eum mente diligentes, Legis suæ præcepta, cum quantâ sollicitudine & munditia decebat, custodirent: non quod furta, homicidia, rapinas, & cætera exercendo vitia, nec non adulteria sacrificando, legem Dei indigni tractarent; & multis polluti contagiis, Deo vero sacrificaturi, sanctum ejus templum indigni ingrederentur.*

DE ECCLESIA.

De nomine, PETRUS Cluniacensis ait:[l] *Nomen Ecclesiæ, non structuram parietum; sed congregationem fidelium, signat.*

Corpus & Plenitudo. RUPERTUS:[m] *Sicut in singulis hominibus spiritualiter, id est, nihilo immutato de extrinsecus corporis accidentibus, hoc agunt; ut membra mea sint renovati, scilicet spiritu meritis: & a multis, de corpore Diaboli separatis, una fiat Ecclesia; quæ alio respectu corpus meum, plenitudo mea, dicatur & sit.*

Columba. RUPERTUS:[n] *Una columba unum est corpus Christi in Ecclesiâ.*

Vinea. BERNHARDUS:[o] *Vinea Domini, quæ est Ecclesia prædestinatorum.*

Christiani. BERNHARDUS:[p] *Christiani à Christo nomen acceperunt: & operæ pretium est, ut, sicut sunt heredes nominis; ita sint imitatores sanctitatis. Tria ergo sunt, quæ in Christo nobis expressa, plenis viribus exercere debemus: videlicet improbare vivaciter seculi vanitatem; quia & Jesus, ne rex constitueretur à turbis, aufugit: exercere viriliter pœnitentiam; quia & Jesus agnus occisus est: & habere veraciter geminam charitatem; quia Jesus pro inimicis oravit.* Et:[q] *Particeps nominis sum; sum & hæreditatis. Christianus sum, frater Christi sum. Si sum, quod dico: hæres sum Dei; cohæres autem Christi. Et quid mirum, si sponsi effusum est nomen, cùm ipse quoque effusus sit?* Item:[r] *Opera ergo, & non verba, discernunt inter filios Dei & filios diffidentiæ.*

Domus Dei. POTHO:[s] *Hæc itaque unum domus, Ecclesia est, columna & firmamentum veritatis: quæ in unitate indivisa firmatur; quæ una columba, una perfecta, Deo unice dilecta, Scripturâ teste, declaratur.*

¶ Quot modis membrum Christi dicatur, docet RICHARDUS:[t] *Triplici modo membrum Christi dici solemus, prædestinatione, præparatione, & incorporatione. Prædestinatione, qua ad vitam divinitus præordinatur. Præparatione, quando Paganus & falsus Christianus veraciter compungitur, & ad veritatem & charitatem imbuitur. Incorporatione, quando ille per corporis absolutionem, Ecclesiæ Christi consociatur. Primum igitur, proposito divinæ voluntatis; secundum, proposito propriæ deliberationis; tertium vero officio sacerdotis.*

¶ Ecclesiam à Christo authore esse, RUPERTUS docet:[u] *Universa Ecclesia sanguine Christi mundata est ab omni delicto, multo magis illi mundati atque purgati sunt, qui adeò communicaverunt sanguine Christi; ut suum quoque sanguinem pro Christo effunderent.* Item:[x] *Christus, Filius unicus sive unigenitus, in fine seculorum, filios Dei secum, non quidem naturales, sed adoptatos, habebit innumerabiles: illis beatitudinibus, per diversas mansiones, differenter remuneratos; remunerando dispertitos.*

BERNHARDUS ait:[y] *Ipse fecundat; ipse propagat; ipse putat & purgat eam, ut fructum plus afferat. Quando nempe suâ destitueret curâ vel opera, quam plantavit dextra ejus?*

¶ Quòd Apostolorum doctrinâ sit exædificata, docet HILDEGARDIS:[z] *Ecclesiam, incorruptam Filii Dei sponsam, circundat Apostolica doctrina: quæ candidissimam incarnationem illius annunciavit, qui de cœlo in uterum Virginis descendit; & qui purissimum ac lucidissimum speculum omnium*

credentium

[h] Epist. 32.
[i] in Sent.
[k] Tit. 4.
[l] Lib. 1. ep. 2.
[m] lib. 7 in Joh. c. 7
[n] lib. 14. in cap. 20.
[o] Serm. 82. super Cant.
[p] in Sent.
[q] Serm. 15. super Cant.
[r] Epist. 107.
[s] lib. 1.
[t] de Potest. ligandi. cap. 20.
[u] lib. 4. in Apoc. cap. 1.
[x] lib. 1. c. 3.
[y] Serm. 30. super Cant.
[z] lib. 2. vis. 5.

credens ... quia eamdem Ecclesiam, ipsa doctrina ... tertio, nempe ... ad ... capita sit, ad temporalem cibum vitæ, ... deglutire valuit ..., imo eam circumcingens, fideliter circumdedit ... et Apostoli cœperunt eam ad fidem suæ prædicationis ... cum per diversa loca discurrentes, colligerent operarios, qui eam in catholica fide roborarent, & presbyteros, episcopos, ac omnem ecclesiasticum ordinem providerent, atque jura virorum ac mulierum, qui sub conjugio sunt, & reliqua talia, fideliter constituerent.

De Ecclesia, sic inquit PETRUS Alphonsus:[b] *Sic igitur intelligenda est prophetia. Sancta quidem Ecclesia, procul dubio domus est Domini, montibus vero Reges, & collibus Prophetæ solent comparari. Mons autem, id est, rex sanctæ Ecclesiæ, Christus videlicet, super quem fundata est Ecclesia ipsa, & in vertice montium præparatus, & super colles est elevatus: quia & super omnes Reges, & super omnes Prophetas, sublimatus est & honoratus. Et merito de sancta Ecclesia & Christo dicit Propheta:* Fluent ad eum, *id est, ad Christum,* omnes gentes: *quia de omnibus gentibus crediderunt in eum complures, dicentes:* Venite, ascendamus ad montem domini, *id est, ad Christum, quem Dominus omnium regem constituit:* & ad domum Dei Jacob *id est, ad sanctam Ecclesiam:* & docebit nos vias suas, *id est, doctrinam legis suæ:* & ambulabimus in semitis ejus, *id est, in observationibus legis ejus quæ nova est: sicut novas vias semitas appellamus. Quod autem sequitur,* quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem; *insinuat, quod lex Christi de Sion & verbum ejus de Jerusalem, egressurum fuit. Nam in Sion super Apostolos Spiritus sanctus venit: cujus adventu Legis fundamentum exstitit; atque, ab ipso data, ac per ipsum prædicata sunt; & in Jerusalem, primumque alibi, & Apostoli & Christus ipse prædicavit: & inde per totum Mundum prædicatio exivit.*

BERNHARDUS ait:[c] *Ipsa est enim Ecclesia electorum, de ... bus Apostolus,* Omnia, inquit, sustineo propter Electos. *Et non dubium, quod gratia & misericordia Dei sit in Sanctos ejus, & respectus in electos ejus? Ergo protendentium ceteris creaturis non negemus, ... sponsa vendicat sibi. Et: Quod sponsa nisi congregatio justorum. Quid ipsa nisi generatio quærentium Dominum, quæ ... faciem ... ?*

PETRUS Cluniacensis inquit:[d] *Ecclesiam Dei, unitate fidelium congregatorum constare, & vos (ut audio) dicitis & omnibus clarum est.*

¶ Facit duplicem Ecclesiam HONORIUS:[e] *Unam hic peregrinantem; alteram in cœlo regnantem.* Item:[f] *Per Sion, (quod speculatio dicitur) Ecclesia hic peregrina designatur, quæ supernam patriam hic per speculum & in ænigmate ... platur. Per Jerusalem vero, (quod visio pacis interpretatur) Ecclesia in cœlo regnans demonstratur: quæ facie ad faciem ... intuetur in unitate ... contemplatur. Dominum igitur in ... psallit, qui ... ista Ecclesia bene vivit.*

PETRUS Cantor etiam distinguit Ecclesiam ... militantem, & triumphantem.

¶ Quod Christus Ecclesiæ rex sit, PETRUS ... ipsius ait:[h] *Christus est sancta Ecclesia rex, super quem fundata est Ecclesia ipsa: qui super omnes Reges, & super omnes Prophetas sublimatus est & honoratus.*

¶ Quod Ecclesia corpus Christi, BERNHARDUS inquit:[i] *Duo enim corpora Christus habet: unum, quod suscepit ex Virgine; alterum Ecclesia, quod charitas habet benignitas redimentis.*

RUPERTUS ait: *Sancta Ecclesia, Corpus Christi: Christus autem caput.* Et:[k] *Christus in Ecclesia sua, Deus & homo, divina simul & regia majestate præpollet.*

¶ Est Christi sedes. RUPERTUS:[m] *Sedes Christi, est Ecclesia, ex tunc parata, in qua Deus sedet & regnet.*

¶ Habet Spiritum sanctum. PETRUS Cluniacensis:[n] *Cui, utpote Filii Dei, a Patre Deo, datus est Spiritus Dei; ut maneat cum ea in æternum: in hac vita consolando, in futura glorificando.*

Spiritum sanctum in Ecclesia dari, RUPERTUS ait: *In illa sola Spiritus sanctus datur: quæ videlicet in confessione ... Deus non est, sed in unitate & pace quæ perfectionis vinculum est.* Et:[q] *Extra catholicam Ecclesiam non est habere vel accipere Spiritus sancti incendium.*

¶ De Nota quadam Ecclesiæ, ait RUPERTUS:[r] *Flumen verum, flumen aquæ vivæ, sancta Scriptura, vera, catholica doctrina est: quam Ecclesia, quæ est mulier illa, mittere convenit doctrinæ ... ; quam habet in semet-ipsa, hortus est Domini. ... Sancta Scriptura, quæ est opus fidei, opus bonum, quod catholica fides vero suo Deo reddidit: ipsa est doctrina domus, doctrina Ecclesiæ quæ domus Dei est. Ipsa est plenitudo tabularum, plenitudo legis, id est, decem præceptorum, quæ in tabulis lapideis digito Dei scripta sunt. Illa plenitudo, & hæc doctrina, quid sunt, nisi vita? Sermo Dei enim est, in quo vivit homo.*

PETRUS Cluniacensis ait: *Nam, si Evangelium non habetis; nec Christum habetis. Si Christum non habetis; Christiani non estis.*

¶ Vera Ecclesia non fallit. PETRUS Cluniacensis:[u] *Ecclesia, cum qua verax Pater, cum qua veritas Filius, cum qua veritatis Spiritus perpetuo mansit.*

Est libera. PETRUS Blesensis:[w] *Ecclesia quidem a diebus antiquis libera est, & filii ejus, qua libertate Christus nos liberavit.*

Una est. RUPERTUS:[x] *In hujusmodi Asia septem Ecclesiæ sunt, id est, una & unica Ecclesia Catholica, sancto septiformi Spiritu ordinata & ornata.*

PETRUS Cluniacensis:[y] *Omnibus Christi Ecclesiis, quæ numerositate sua unum & catholicæ Ecclesiæ corpus perficiunt, sub unitatis compagine honorem simul & amorem debemus.*

PETRUS Blesensis:[z] *Si ad memoriam revocaveris Ecclesiæ nascentis exordia: sicut inter credentes erat unitas in Fide, in spiritu, & Baptismo, sic in unum facultatibus contributis unum erat omnibus votum, pauperum revelare indigentias, & omnium necessitates, tanquam proprias reputare. Una siquidem & individua est Domini tunica; nec unquam passa est divortium sponsa Christi, nec contumelias pellicis alienæ sustinuit. Cujus unitatem sponsus in Cantico attestatur dicens:*[a] *Una est columba mea, perfecta mea. Noluit eam numerosa pluralitate censeri, licet pluralis Ecclesia, sic tamen in unitate compagine corporis unitur, ut si ut unum membri læsione, membra corporis omnia, quodam compassionis participio, molestantur, sic unum Ecclesiæ desolatio, in communem gemitum universitatis ...* Item:[b] *Revolvimus Ecclesiæ nascentis infantiam; & videmus, quod ab unitate ortum habuit & progressum. Unus Spiritus, una fides, & unum baptisma, hæc tria Ecclesiam fundaverunt.*

PETRUS Cantor ait:[c] *Sicut una Ecclesia constat ex multis personis multarum factarum, multiplex in pluralitate est. Donum & operum virtutum; una in eadem earum.* Et: *Per unitatem ... cæmentorum & marmor: quæ caret distractione per hæreses & ... mata. Una enim fides, unus baptisma, unus Dominus. Secunda unitas est ... .*

POTHO ait: *Si vero tanta fuerit beatitudo, ut universus populus concors & unanimus maneat; ut eadem dicant omnes, & idem sentiant in eadem sententia permanentes: tale talis populus ... jubilationis suavissimum, Deo offert.*

De duplici unitate, inquit BERNHARDUS:[f] *Sciendum, quod alia est unitas Sanctorum; quam ex Scripturis jam commendavimus: alia est facinorosorum, quæ nihilominus ex iisdem Scripturis ostenditur & improbatur. De hac enim scriptum est:*[g] Astiterunt Reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversus dominum, & adversus Christum ejus. *De hac iterum Evangelista:*[h] Abeuntes Pharisæi, consilium inierunt, ut caperent Jesum in sermone. *Et iterum:*[i] Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium. *Ut quid hoc? Sicut Johannes testatur;*[k] ut interficerent Jesum. *Quam vero pertinax, sit ista reproborum unitas, docet ipse Dominus, qui de corpore Diaboli ad beatum Job loquitur dicens:*[l] Corpus illius quasi scuta fusilia, & compactum squamis se prementibus. Una uni conjungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas. Una alteri adhærebit, & tenentes se nequaquam separabuntur.

¶ De Ecclesia catholica, RUPERTUS ait:[m] *Una sancta catholica Ecclesia, per totum Orbem, baptizando in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, peccata remisit.* Item:[n] *Non in angulo uno toto ea, vel in parte cujusquam hæreseos, conclusa, vel coangustata; sed in omnes gentes diffusa credi debet Ecclesia; juxta quod Filio promissum, loquens in Propheta:*[o] Postula a me, & dabo tibi gentes.

PETRUS Cluniacensis ait:[p] *Fides vero Christiana, non more erroris particulas, vel partes Mundi sibi subdidit: sed ut veritas a summa veritate, quæ Christus est, derivata, totum sibi Orbem subjecit. Totum vero Orbem dixi: quia licet Gentiles, vel*

Saraceni, super aliquas ejus partes dominatum exerceant, licet Judæi inter Christianos & Ethnicos lateant: non est tamen aliqua vel modica pars terræ, non Tyrrheni maris, nec ipsius Oceani remotissima insula; quæ vel dominatoribus, vel subjectis Christianis, non incolantur. ut verum esse appareat, quod Scriptura de Christo ait: [a] Dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos terræ. *Vel illud Apostoli nostri:* [b] *ut in nomine Jesu omne genu flectatur.*

[a Psal. 72. v. 8.] [b Phil. 2. v. 10.]

BERNHARDUS: [c] *Illam loquor, quæ implevit terram, cujus & nos portio sumus: vineam grandem nimis, Domini plantatam manu, redemtam sanguine, rigatam verbo, propagatam gratiâ, fœcundatam Spiritu.*

[c Serm. 65.]

¶ De Bonis Ecclesiæ, BERNHARDUS ait: [d] *Verba consolationis Dei sunt. ablutio culpæ, restitutio gratiæ, evasio exsilii, consecutio regni, consortium divinitatis, adeptio æternitatis.*

[d in Sent.]

¶ De vario statu Ecclesiæ Dei, inquit RUPERTUS: [e] *Illa, quæ in hoc seculo peregrinatur, electorum hominum Ecclesia, non semper in eodem statu permanet: sed nunc sublevata per contemplationem, donis ejusdem Spiritus plus fulget, nunc obscura pressuris vel seculi turbinibus minus lucet: donec finiatur iste Mundi circuitus; & ipsa, quasi plena Luna, conspectu Solis sui, quieta resideat.*

[e lib. 12. c. 25.]

PETRUS Cantor: [f] *Inde est, quòd Dominus mansuetos & pauperes elegit, in quibus fundaret Ecclesiam. Inde est, quòd, turbis volentibus eum rapere in Regem, aufugit.*

[f cap. 18.]

HONORIUS: [g] *Sunt in torculari et acinum & vinum; sic in Ecclesiâ sunt boni & mali. Sed sicut vina in cellaria reconduntur; vinacia porrò projiciuntur: sic adhuc boni in gaudia colliguntur; mali dæmonibus foris excluduntur.* Item: *Luna, quæ aliquando lumine augetur, aliquando minuitur, Ecclesia est: quæ aliquando fidelium sumit augmentū; aliquando per hæresin suorum patitur detrimētum. Stellæ autem sunt Sancti: qui cum Lunâ lucent, dum in Ecclesiâ signis & virtute fulgent. Notandum, quòd Solem hic nominat: quia nimirum æternum Solem justitiæ Christum alloquebatur; per quem hi celi, & hæc luna & stella, illustrantur.* Item: [h] *Ecclesia habet tres partes: scilicet perfectos, imperfectos, hypocritas. Perfecti sunt, qui per charitatem voluntariè Deo serviunt. Imperfecti sunt, qui per timorem, quasi coacti, subjecti sunt. Hypocritæ sunt, qui bona publicè simulant; mala occultè perpetrant.*

[g in Psal. 8.] [h in Speculo Ecclesiæ.]

BERNHARDUS: [i] *Nondum pervenit Ecclesia ad perfectam purificationem, quando eam sibi Christus exhibebit gloriosam, non habentē maculam, neque rugam, aut aliquid hujusmodi. Multis interim purificationibus opus habet: quatenus, sicut abundant peccata; abundet indulgentia: sicut multiplicatur miseria; sic & misericordia: nisi quòd non, sicut delictum, ita & donū. Gratia enim, non solùm peccata lavat; sed & merita donat.*

[i Serm. in Dom. 1. Epiph.]

¶ De tolerātiâ malorū in Ecclesiâ, inquit RUPERTUS: [n] *Boni debent quidem malos in Ecclesiâ tolerare, exemplo Domini; donec ventilabro judicii, granum à paleâ, vel à tritico separentur zizania.*

[n lib. 12. c. 13.]

¶ De Ecclesiâ turbatâ, scribit PETRUS Cantor: [k] *Quantò magis in Ecclesiâ, ubi est veritas, hæc permutatio & distinctio officiorum, personarum, dignitatum, esset prohibēda, & ab Ecclesiâ eliminanda? quam adeò deturbavit & confudit: ut ignoretur, quomodo, vel sub quo titulo, hujusmodi bellum scribendū sit.* Item: *Quantò magis in Ecclesiâ, & bello spirituali, ubi pugnandum est, non contra hostes visibiles; sed invisibiles, scilicet dæmones & vitia, non deberent permisceri officia.*

[k cap. 27.]

¶ Quòd Ecclesia vera damnet Hæreticos. RUPERTUS: [l] *Sancta Ecclesia Macedonium, & cæteros Hæreticos, respuit; & eorum fraudulenta detestatur oscula: communionem patitur nullam habere cum illis: pacem amat, pacem amplectitur.*

[l lib. 2. in Joh. c. 2.]

¶ De Quiete Ecclesiæ, POTHO inquit: [m] *Magna in hac domo quies est: ubi sabbatismus mentis agitur; ubi digito Dei lex in tabulis cordis nostri scribitur; ubi interior homo spiritu Dei erudiuntur.*

[m lib. 2.]

¶ De Duratione Ecclesiæ, BERNHARDUS ait: [n] *Ex tunc & deinceps non deficit genus Christianum; nec fides de terrâ; nec charitas de Ecclesiâ.*

[n Serm. 79.]

PETRUS Cluniacensis: [o] *De Ecclesiâ ergo intelligendum est; quæ usque ad consummationem seculi in seculo futura est.*

[o lib. 1. ep. 2.]

POTHO ait: [p] *Verùm sacrosancta Ecclesia super petram ædificata, & in Christo fundata, in cunctis adversitatibus inconcussâ firmitate perdurat, sicut ei vox Spiritus sancti in Psalmo promittit, dicens:* [q] Non timebis à timore nocturno, à sagittâ volante in die, à negotio perambulante in tenebris, & incursu & dæmonio meridiano.

[p lib. 3.] [q Psal. 91. v. 5. 6.]

De loco Matthæi 16. v. 18. RUPERTUS scribit: [r] *Super petram (quæ est Christus) Ecclesia ædificatur. Pulchrè mutato nomine, Petrus ab ipsâ petrâ denominatur. per quod significatum est, quia cuncti, qui super illud fundamētum (quod est Christus) ædificantur, vocandum sit nomen novum, quod os Domini nominavit.*

[r lib. 2. in Joh. c. 2.]

¶ De Decore Ecclesiæ, ait HONORIUS: [s] *Domus Dei est Ecclesia catholica. Hujus domus fundamenta in Patriarchis ponebantur; in Prophetis lapides quadrabantur, in Apostolis parietes componebantur, in Martyribus laquearia suspendebantur; in Confessoribus & Virginibus ut aulæ quotidie ornatur, in Doctorum expositionibus quasi variâ picturâ decoratur; diversis fidelium virtutibus miro decore illustratur. Hunc decorem Ecclesia diligit; cum se-ipsam domum Deo, per studia virtutum, facit. Locus habitationis Dei, sunt mundæ animæ, quas inhabitat Deus. Hunc locum Ecclesia diligit: cùm se mundam in habitaculum Deo exhibuerit.*

[s in Ps. 25.]

¶ De conventibus ecclesiasticis, inquit BERNHARDUS: [t] *Convenitis siquidem ad audiendum Deum; convenitis ad laudandum, ad orandum, ad adorandum. Sacer est conventus uterque, placens Deo; Angelis familiaris.*

[t Serm. de Nativ. Joh. Bapt.]

De Cantu ecclesiastico, inquit idem BERNHARDUS: [u] *Cantus si fuerit; plenus sit gravitate, nec lasciviam resonet, nec rusticitatē. Sic suavis; ut non sit levis: sic mulceat aures; ut moveat corda: tristitiam levet; iram mitiget: sensum literæ non evacuet; sed fœcundet. Non est levis jactura gratiæ spiritualis, levitate cantûs abduci à sensuū utilitate: & plus sinuandis intendere vocibus, quàm insinuandis rebus.*

[u Epist. 312.]

¶ De Vocatione Gentium, inquit SAMUEL Rabbi: [x] *Dixit adhuc idem Propheta de illis:* [y] Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis; & nationes quæ te non cognoverunt, ad te venient. *Et sicut de facto videmus, hodie sunt mille anni & ultrà, quia Christus, missus secundùm legem nobis datam, venit, & gentes, quæ legem non noverunt, venerunt ad eum: & ipse dedit eis legem novam puram & sanctam.*

[x cap. 16.] [y Esai. 55. v. 5.]

¶ De Piorū desideriis, & doloribus, inquit BERNHARDUS: [z] *Triforme est desiderium electorum. Unanimiter habitare in domo: unde est,* [a] Unum petii à Domino. *Victoriam obtinere de Mundo: unde est,* [b] Quis me liberabit de corpore mortis hujus? *Præsentialiter frui Deo: unde est & illud.* [c] Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Item: *Triformis est Sanctorum dolor: quia ceciderunt de paradiso; quia tentantur in exsilio; quia differuntur à regno.*

[z in Sent.] [a Ps. 27. v. 4.] [b Rom. 7. v. 24.] [c Phil. 1. v. 23.]

¶ De typo Ecclesiæ, inquit RUPERTUS: [d] *Sancta Ecclesia, mulier magna est & inclyta: ejusque vir sive maritus, pater omniū Deus: puer autem ejus, quem ex eodem viro, per magnā veri amoris concepit gratiam, ipse est Dominus noster Jesus Christus.*

[d lib. 12. in Joh. c. 16.]

¶ De potestate Ecclesiæ inquit PETRUS Cluniacensis: [e] *Quamvis Ecclesia non habeat Imperatoris gladium: habet tamen super quoslibet minores, sed & super ipsos Imperatores, imperiū. Unde ei sub figurâ prophetico nomine dicitur:* [f] Constitui te super gentes & regna; ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. *Quare, si non potest occidere, potest evellere: si nō potest occidere, potest destruere.* Item: [g] *Non habet Ecclesia gladium Regis; sed habet virgam Pastoris. De quâ Apostolus:* [h] Quid vultis, in virgâ veniam ad vos; an in spiritu mansuetudinis? *Et quid dico, habet virgam? imò habet & gladium; secundùm eundem:* [i] Et galeam salutis assumite; & gladium spiritus, quod est verbū Dei. *Hic gladius si quievit, si semper latuerit, si nunquam exsertus nulli unquam terrori fuerit; quid erit?*

[e l. 6. ep. 29.] [f Jerem. 1. v. 10.] [g Epist. 46.] [h 1 Cor. 4. v. 21.] [i Eph. 6. v. 17.]

PETRUS Blesensis inquit: [k] *Duo sunt gladii, qui mutuum à se vendicant auxilium, atque invicem sibi vires impertiunt alternas: sacerdotium regibus, & sacerdotibus regnum. Unde, si ab altero suppleatur alterius insufficientia; non videtur duplex contritio, aut punitio combinata. Nam & ibi, qui ad mortem patibulum sunt damnati, antequam ad tormenta ducantur, per cordis contritionem & pœnitentiam spiritualiter puniuntur. Nec duplicitatem contritionis inducit; sed quædam præparatio est ad mortem, pœnitentia & satisfactio, quæ præcedit.*

[k Epist. 95.]

¶ De septiformi Ecclesiâ, dicit RUPERTUS: [l] *Quid spiritus*

[l lib. 2. in Apoc. c. 2.]

ducat Ecclesiæ. | *Sciendum est, quia, quæ singulis scribit, universis dicit Ecclesiis. In omnibus quippe Ecclesiis sunt, & qui digni audiant, vel quibus dici debeant ea, quæ sunt timoris, & quibus ea, quæ sunt pietatis, & quibus ea, quæ sunt scientiæ; & quibus ea, quæ sunt fortitudinis, & quibus ea, quæ sunt consilii; & quibus ea, quæ sunt intellectus; & quibus ea, quæ sunt sapientiæ. Nam & ideirco septem Ecclesiæ scribuntur, vel septiformis Ecclesia dicitur: quia, quicunque in Ecclesia sunt, in quolibet gratiarum istarum consistunt gradu.*

¶ Omnes fideles esse sacerdotes, BERNHARDUS docet:* *Reges sunt & sacerdotes omnes electi; & eos oportet oleo unctionis inungi. Est autem oleum triforme. Aliud siquidem est oleum effusionis: videlicet verbum Dei, quo invitantur veterem hominem exsuentes, ut quasi adolescentulæ in amorem Sponsi surgant. Aliud est oleum puritatis: quo lagenæ operum nostrorum impleri debent: quod, in lampade divini fervoris, ignem debet incessanter nutrire. Aliud verò oleum exsultationis: charitas videlicet principalis quæ mentem, quam repleverit, dilatat; ut, gustans quàm suavis est Dominus, in vertice justitiæ sedens, in solo Deo glorietur & gaudeat.*

[* in Serm.]

De falsa Ecclesia, RUPERTUS inquit:* *Possunt & Christum sequi fidei professione, & aliud, quam Christum, quærere: imò possunt & in vestimentis ovium incedere; & esse intrinsecus lupi rapaces, sicuti Judas.*

[* Lib. 2 in Joh. c. 4.]

JOHANNES Salisberiensis ait:* *Romana ecclesia, quæ mater omnium ecclesiarum est, se non tam matrem exhibet aliis, quàm novercam. Sedent in eâ Scribæ & Pharisæi, ponentes onera importabilia in humeris hominum; quæ digito non contingunt. Dominantur in clero: nec forma fiunt gregi; quæ recto calle pergit ad vitam. Pretiosam supellectilem congerunt: auro & argento onerant mensas, sibi etiam ab avaritia nimis parci. Nam pauper aut nullus, aut rarus admittitur: quem interdum non tam Christus, quàm vana gloria, introducit. Concutiunt ecclesias, lites excitant, collidunt clerum & populum; laboribus & miseriis afflictorum nequaquam compatiuntur: Ecclesiarum lætantur spoliis, & quæstum omnem reputant pietatem: Justitiā non tam veritati, quàm pretio, reddunt. Omnia namque, cum pretio hodie; sed nec cras aliquid sine pretio obtinebis. Nocent sæpius; & in eo dæmones imitantur: quòd tunc prodesse putantur; cùm nocere desistunt. exceptis paucis, qui nomen & officium pastoris implent. Sed & ipse Romanus Pontifex, omnibus gravis, & ferè intolerabilis est. Præterea omnes arguunt, quòd, ruentibus & collabentibus ecclesiis, quas patrum construxit devotio, altaribus quoque incultis, palatia exstruit: & ipse non modò purpuratus, sed deauratus incedit. Palatia splendent Sacerdotum; & in manibus eorum Christi sordidatur Ecclesia. Provinciarum diripiunt spolia; ac si thesauros Crœsi studeant reparare. Sed rectè cum eis agit Altissimus: quoniam & ipsi aliis, & sæpè vilissimis hominibus, dati sunt in direptionem. Et (ut opinor) dum sic in invio erraverint, nunquam deerit eis flagellum Domini. Os siquidem Domini locutum est: quia, quo judicio judicaverint, judicabuntur; & qua mensura remetietur eis. Antiquus dierum mentiri non novit.*

[* l. 6. c. 24.]

¶ De dissensione veræ & falsæ Ecclesiæ, ait BERNHARDUS:* *Inter Babylonem & Hierusalem nulla pax est, sed guerra continua. Habet unaquæque civitas regem suum. Rex Hierusalem, Christus Dominus est. rex Babylonis, Diabolus.*

[* in Serm.]

DE ANTICHRISTO.

RUPERTUS scribit:* *Ille draco, ille diabolus, nunc alio quidem nomine, sed vetino. Bestia dicitur: non abs re; sed pro nova rei magnitudine: quia videlicet, qui prius erat Diabolus, & Draco dicebatur, in homine erit, & homine armabitur; qui & Homo peccati, homo erit filius perditionis. Idcirco pulcrè quoque mutata est ut Bestia dicatur. Erit enim homo ille, secundùm operationem ejusdem Satanæ, Deo & omni creaturæ infestus, secundum proprietatem sive etymologiam appellationis: quia Bestia quasi Festia dicitur, per antiphrasin; eò quòd infesta sit.* Itèm: *Unum tamen homo peccati, Antichristus, & paulò antè Bestia capitum septem; & hic unum de capitibus Bestiæ dicitur: Videlicet Bestia tot capitum, pro corpore suo; quod est omnis generatio impiorum. Unum autem caput, pro suæ personâ, & pro illius temporis sui, quo revelandus est, principatu, Rex omnium superbiæ filiorum.* Et: *Duæ Bestiæ simul ascendentes de mari, propter geminam vim: scilicet bellicam sive regiam; atque magicam, quâ homines decipit.* Et: *Bestia, cujus curata est plaga mortis*] *Septimum Bestiæ caput erit Antichristus: de cujus plagâ, ubi illam acceperit, quomodo curata sit sive curatam videri velit, jā supra pro posse dictum est. Ergo fecit, id est, faciet, terram & omnes habitantes in ea, scilicet terrenos homines, thesaurizantes non in cælo, sed in terrâ cupiditate sacrilegâ, adorare Bestiam primam, videlicet principalem Antichristi potestatem; bestialemque ejus suscipere extollentiam, quâ extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Itèm: *Hæc omnia faciet secundùm nomen suum; imò secundùm hoc jam nomen illi impositum est, quod est Antichristus, id est, Christo contrarius: quia omnia, quæ de eo dicuntur, contraria sunt eis, quæ de Christo legimus.* Itèm: *Antichristus sanguinem fudit alienum; Christus sanguinem suum fudit.* Itèm:* *Antichristus id est, Christo contrarius, proprius Christi adversarius: falsò pastor, quia relinquens gregem, & verè idolius, & filius Diaboli, mendacium rectè dicitur.*

[* Lib. 4 in Zach. c. 11.]

HONORIUS:* *Antichristus emphaticè dicitur mendacium ipsum: quia in omnibus factis & dictis est mendax.* Itèm: *Illo tempore Antichristus regnabit; qui totum orbem diversis modis conturbavit. Nam cunctos Principes per pecuniam sibi attrahet; cùm divitibus in occultis, ut leo in insidiis, ad decipiendum se tradet. Clerum per mundanam sapientiam decipiet: cum verba contra Altissimū proferet. Religiosos signis & prodigiis seducet: quando etiam ignem descendere de cœlo faciet. Vulgus errore cōcutiet: cùm maximâ persecutione in Christianos faviet. Enoch enim & Eliam interficiet, & omnes sibi resistentes crudeli examinatione perdet. Quem Dominus Jesus spiritu oris sui, jussu seu ministerio Michaëlis archangeli, interficiet, ipseque tunc ad judiciū veniet.*

[* in Ps. 4.]

RICHARDUS inquit:* *Tam acerbam merebuntur reprobi ultionem divinam in diebus Antichristi; ut prorumpant in blasphemiam nominis divini: & quod est gravius, non tantum prorumpent in blasphemiam, sed nec agent pœnitentiam.*

[* lib. 4. in Apoc.]

¶ Unde sit Antichristus. RUPERTUS* vocat Diabolum patrem Antichristi, ipsum venturum, mendaciumque de corde suo geniturum totum in ipso congregaturum atque fundaturum. Et: *Antequam ingrediatur Diabolus in Antichristum, proprium vas, filium perditionis: quàmvis in cœlo percussus fuerit, templa sibi atque aras, atque sacerdotes, & sacrificia, quasi Deo vivo, conquisivit: & postquam hominem illum ingressus fuerit, regna Mundi obtinebit & in templo Dei sedebit, ostendens se, tanquā sit Deus.* Itèm: *Homo ille quidem naturā; sed Diabolus in illo totus erit, cum omni sua virtute, totâ plenitudine: & ejusdem scilicet hominis adventus erit, secundùm operationem Satanæ.*

[* lib. 8 in Apoc. c. 13.]

¶ Ubi sit futurus, RUPERTUS docet:* *Diabolus illi homini perdito, qui Antichristus dicitur, locum novit aptum; in quo radix omnium malorum oriri debuit: scilicet civitatem Babylonia, nudosam populositatem malignantium.*

[* ibid.]

RICHARDUS ait:* *Sedes Bestiæ sunt Principes gentium, in quibus Antichristus principaliter regnando sedebit.*

[* lib. 4. in Apoc.]

¶ Babyloniam & Bestiam, ad Pontificium statum refert HONORIUS dicens:* *Intuere Principes & Judices; ecce posita est in eis Bestiæ sedes. Omni tempore ad malum sunt intenti; semper neque in iniquitatis inexplebiliter occupati: flagitia non solum faciunt; sed & alios facere instruunt. Sancta vendunt; scelera emunt. Totis viribus laborant, ne soli ad tartara veniant. Verte te ad Clerum; & videbis in eis Bestiæ tentorium. Dei servitium negligunt; terrenis lucris inserviunt; sacerdotium per immunditiam polluunt, populum per simulationem seducunt; Deum per mala opera abnegant; omnes Scripturas ad salutem pertinentes abdicant: omnibus modis se laqueos & ruinam populo substernunt; quem cæcum ipsi cæci ad interitum præeunt. Contemplare & Monachorum conciliabula; & videbis in eis Bestiæ tabernacula: per fictam professionem Deum irridentes, iram ejus provocant; normam regularem moribus & vitâ calcant; per habitum seculum fallunt; multos deceptos ipsi decepti decipiunt; secularibus negotiis implicati sunt; in Dei servitio desides consistūt: plerique illorum gulæ & illecebris dediti sunt, quidam in immunditiæ sordibus computrescunt. Adspice etiam habitacula Monialium: & cernes in eis Bestiæ præparatum thalamum. Hæ à tenerâ ætate impudicitiam discunt; complices sibi plurimas ad cumulum suæ damnationis adsciscunt: velo se operire festinant, quò magis frena luxuriæ laxare queant: omnibus fornicariis pejùs prosternuntur; & ut insatiabilis charybdis, nunquam stercore immunditiæ replebuntur. Hæ animas juvenum illaqueant; & gaudent, si plures illaqueant: & hoc vult palmam victoriæ, quæ*

[* Dial. de Prædest. & Lib. arb.]

alia pravalet suffcere. Verte te ad Plebem reliquam, & invenies in eâ Bestiæ effigiem. Sacerdotes despiciunt; de Deo quicquam audire contemnunt; totum tempus vitæ in vanitate & jactantiâ ducunt; & ad omne opus bonum reprobi sunt. Vulgus quoq; indoctum, Bestia habet idolum. Deum verum non norunt; deo ventri totâ intentione deserviunt, per varia carnis desideria diffluunt, & per omnia vitam bestialem ducunt. Veni huc ad hujus vallis prostibula, & vide monstrosa mulierum conventicula. In his Bestia omnes suas pompas & monstra ponit: & has sua arma ferre disposuit. Vides, qualiter illa juvenes per luxuriam illaqueat, illa multos veneno enecat: hæc viri vitam pro auro prodit, hæc partus suos occidit: hæc lites provocat; altera bella instigat: illa maleficiis mentes hominum alienat, hanc verò nullus pecuniâ vel luxuriâ satiat: hæc ridendo multos decipit, illa flendo plerosq; seducit. Hæc sunt hujus civitatis propugnacula, & hæc sunt Bestiæ jacula. Et: *Mænia mœchæ civitatis vidisti, destructionem quoq; ejus libet intueri. Nunc cives Babyloniæ cum sint plures in numero, civibus Hierusalem semper bellum inferunt: quia apud eos in exsilio positi sunt. Postmodum verò Rex cœlestis, cum exercitu Angelorum veniens, hanc perditam civitatem funditus evertet: & Electos suos inde liberans, in cœleste palatium secum adducet; quibus tale spectaculum tunc præbebit. Hanc, quam vides, Babyloniam, id est hujus Mundi gloriam, cum suo principe Diabolo, & omnibus hujus civitatis civibus, scilicet hujus amatoribus Mundi, repentè in stagnum ignis & sulphuris præcipitabit; & tunc omnia in meliorem statum Electis commutabit.*

PETRUS Blesensis: [* Epist. 61] *Res magni discriminis est, ignominiam seculi sub religionis habitu circumferre; impietatem sub pietatis umbraculo, & Antichristum sub Christi vestibus occultare.*

¶ De signis Antichristi, RUPERTUS ait: [* lib. 8. in Apoc. c. 13] *Qui per hujusmodi signa seducti, Bestiam illam adorabunt, ac Antichristo credent, de ignorantiâ excusari nequeunt. Si ignorarent, si non legissent; quod primis hominibus talis imago Bestiæ, Serpens scilicet, locutus fuisset.*

¶ De Antichristi ingressu, inquit POTHO: [* lib. 3.] *Quocirca nobis apertè declaratur; quia illi negotio, quod perambulat in tenebris, cui nimirum servitur à multis, jam jamq; succedit ultima & periculosissima tentatio: quando Ecclesia Christi ab incursu & dæmonio meridiano, quasi tempestate sævissimâ, quassabitur: quando ille homo peccati, filius perditionis, qui adversatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, tanquam meridiana lux apparens in omnibus signis & prodigiis mendacibus, seducet inhabitantes super terram.*

¶ De operibus Antichristi, RUPERTUS ait: [* lib. 8. in Apoc. c. 11.] *Bestia, scilicet Antichristus, qui jam-dudum operatus est & operatur mysterium iniquitatis, faciet bellum adversùs illos, quale solet esse inter veritatem & mendacium.* Itèm: [* li. 8. c. 13.] *Septimum & maximum caput, Antichristus erit: nam ille per universum Orbem nuntios mittet, & prædicatores suos. Prædicatio autem ejus & potestas, pertinget à Mari usq; ad Mare, ab Oriente usque ad Occidentem, ab Aquilone usq; ad Septentrionem. Reges & Principes primò ad se convertet: ac deinde per illos persecutionem sub omni cœlo excitabit, super omnes populos Christum-confitentes.* Et: *De regno Antichristi, quod caput septimum erit, Scriptura ista dicit:* Datum est ei os loquens magna & blasphemiam: & aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen ejus, & tabernaculum ejus. *Igitur super capita Bestiæ nomina blasphemiæ, quæ singula regna Regibus suis nomen, quod est Deus, adscripserunt; vel ipsi Reges ultro præceperunt: quod utrumq; est blasphemare.* Itèm: *Ipse est rex super omnes filios superbiæ: quòd non tantùm acquiescet immoderato favori dicentium,* Quis similis bestiæ? *verùm etiam os magnum, os magna loquens, habebit; arrogando sibi magnificentiam, & exigendo ab omnibus voces Dei, & non hominis: ut dicant omnes;* Quis similis tui? *Hoc exiget, non tantùm ore; verùm etiam bellicâ potestate.* Itèm: *Bellum faciet cum Sanctis, & vincet illos: videlicet, qui blasphemante ore non poterit, bellando se vindicabit, atq; occidendo.* Et: [* lib. 11.] *Tunc enim, in illo perditionis filio, veraciter solutus veniet Diabolus: cujus tanta taliśq; in Christi servos erit persecutio ut, non qualecunq; justitiæ verbum; sed ipsum nomen Christianum ne confiteri audeant, illis interdicat.* Et: *Permutetur, & publicam ubique terrarum persecutionem in Christianos excitabit. & seducet omnes gentes, electis utique exceptis. quia fieri non poterit, ut in errorem inducantur electi.* Et: *Antichristus mortuos Deo, & seculo viventes, vivificabit: vivos autem id est justos, Deo viventes, mortificabit.*

¶ De pœnâ, ait RUPERTUS: [* lib. 8. in Apoc. c. 11.] *Antichristus, caput impiorum Regum, devorabitur à judicio damnationis: & omnes adulantes, non nocentes aut lædentes illum, devorabuntur.*

DE MINISTERIO VERBI.

RUPERTUS ait: [* lib. 9. in Joh. c. 10.] *Pastor & Magister, voce quidem diversa, sed sensu idem sunt. Pastor ovium dicitur, pro similitudine; Magister hominum est, in voce veritate.*

¶ Duplices esse testes Christi, RUPERTUS docet: [* lib. 6. Apoc. c. 11.] *Usq; hodie, & usq; in finem seculi, testes Christi distincti sunt: ita videlicet, ut alii sint testes, qui in pace sanctæ Ecclesiæ fideliter viventes, loquendo pariter & scribendo, testimonium veritati perhibuerunt, & perhibere non desinunt. Alii, qui in persecutione, pro statu fidei pugnando supradictas templi Dei, & altaris, & adorationum in eo, mensuras defenderunt; & in defensione sanguinem suum fuderunt, vel fusuri sunt.*

¶ De Vocatione Ministrorum, PETRUS Cantor inquit: [* cap. 58.] *Sed estne medium, inter vocari à Domino, & sibi sumere honores? Absit! Nisi enim à Domino vocatus; nisi per eum ascendas, nisi gratis accipias, scilicet ut nihil tuum interponas: tibi sumis honorem, aliunde intrans, quàm per ostium; aliunde ascendis, ab alio, quàm à Domino, vocatus.* Itèm: [* cap. 44.] *Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, virum spiritualem; scilicet hominem virilem, qui præsit omni carni huic: qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos. Exire, ut pastor pro ipsis, contra hostes invisibiles & visibiles.*

¶ De efficaciâ Dei per ministerium, testatur RUPERTUS: [* lib. 9. in Joh. c. 10] *Christus claviculariis, prædicatori, cupienti saluti Proximorum proficere, ostium magnum aperit, sciens opera ejus: quando perpendens intentionem cordis ejus, intelligentiam sacri verbi pandere illi dignatur; & labori ejus, ut fructum faciat, præveniente pariter ac subsequente gratiâ suâ, cooperatur.* Itèm: [* li. 11. c. 13.] *Christus in eis loquitur: & quicquid ab eis fit, à Deo factum, & spiritu ejus confirmatum esse, rectè creditur. At verò, ubi dissentientes, seq; per hæreses & schismata ab unitate fidei dividentes, à Christo præcidunt: mortuum est omne verbum eorum & sacramentum: & quicquid agere videntur, infectum; quicquid sacrificare putant, pollutum est.*

PETRUS Cluniacensis: [* li. 3. ep. 28] *Idem enim divinus Spiritus, qui priorum Patrum cordibus se infundens, humanæ saluti congruentia per eos dedit præcepta; per hos quoque, qui recentiores videntur, hominum salutem operari, salubria jubendo, non desistit. Per diversos igitur præcones Domini verba edita veneramur: in diversis organis, ejusdem Spiritûs flatum agnoscimus.*

¶ De Prophetis, inquit RUPERTUS: [* lib. 1. in Joh. c. 1.] *Prophetarum officium fuit, Verbum Domini, antequam caro fieret, carnem assumturum esse, dictis præsignare, factis præfigurare.* Itèm: [* lib. 1. in Matth. c. 1.] *Deus per os Prophetarum suorum pro semet-ipso loquitur, & de semet-ipso testificatur.*

¶ De Apostolis, inquit PETRUS Alphonsus: [* Tit. 12.] *Apostoli sanè, veri discipuli Christi fuerunt, & quicquid prædicaverunt, per Christum utique fecerunt: & legem Moysis non solverunt, sed adimpleverunt. titulo duodecimo.* Itèm: *Quomodo autem inde possemus dubitare; cùm sciamus, Apostolos nihil aliud, quàm Christum & præcepta ejus, prædicasse?*

RUPERTUS ait: [* lib. 10. in Matt. 26.] *Apostoli duplici de causâ rectè Arietes dicti sunt: vel quia duces sunt totius Ecclesiæ; sicut arietes duces sunt totius gregis: vel quia, sicut arietes duobus cornibus, sic ipsi duobus testamentis, repugnantia sibi impugnant.* Itèm: [* lib. 2. in Matt. c. 2.] *Apostoli publicè prædicare cœperunt, natum esse de Virgine Deum & Hominem, Jesum Christum.*

BERNHARDUS ait: [* Serm. 3. de Petro & Paulo] *Per Euangelium ipsi nos genuerunt: non tamen sibi; sed Christo: quia per Euangelium Christi.*

¶ Quales Ministri eligendi, LOMBARDUS docet: [* l. 4. dist. 24] *Tales autem ad ministerium spirituale eligendi sunt Clerici, qui dignè possint dominica sacramenta tractare.*

BERNHARDUS: [* Epist. 170] *Honores & dignitates ecclesiasticas non ignoro debeti his; qui eas dignè ac secundùm Deum administrare, & volunt, & possint.*

PETRUS Cantor ait: [* cap. 43] *Attende ergo, quantam maturitatem, quantamq; prudentiam oportet esse in rectore. Si ergo Joseph non, nisi probatâ ejus sapientiâ, præficitur regiminis Ægy-*

tempo-

temporali: quantò magis non, nisi probatâ sapientiâ & vitâ, debet qui præficitur dominio & spirituali regimini Ecclesiæ? Et: Ob hoc etiam Apostolus, describens pastorem Ecclesiæ, in fine descriptionis ejus, quasi vitalem & substantialem differentiam ponit: Doctorem scilicet, qui sciat contradicentibus sacræ fidei resistere, & paratus sit omni poscenti reddere rationem, de fide, & spe, & bonis moribus Ecclesiæ. Item: * [cap. 49.] Probentur primùm antequam ordinentur. Probentur in vitâ, scientiâ, & facundiâ: & sic probati & ordinati ministrent nullum crimen habentes.

JOHANNES Salisberiensis ait: * [li. 4. c. 6] Illi utique quos sine avaritiæ stimulis, sive ambitionis impulsu, sine affectione carnis & sanguinis, lex in Ecclesiam introduxit.

¶ De Officio Ministrorum, ait RUPERTUS: * [lib. 2. in Joh. c. 1.] Ministri sunt in hoc sacramento Christi: ministri illi sunt; non autores: servi; non domini: canales; non fontes. Unus hic est fons, unus Deus, unus autor: qui baptizat quidem in aquâ, per ministros; baptizat autem tantùm per semetipsum, in Spiritu sancto. Item: * [li. 11 c. 13.] Ministri arbitrentur apostolatum suum, non dominationem, sed summæ humilitatis ministerium: cujus in hoc perfectio est, ut ponant animas pro fratribus suis. Item: * [lib. 8 in Matth.] Virga discipulorum Christi, virga dilectionis, virga pastoralis officii, super curam animarum, sollicitè vigilantis. Illa virga, quæ est dominationis, non est concessa ministris Evangelii pacis: & illa interdicitur hic, dicendo, Neque virgam.

BERNHARDUS: * [de Conversi. ad Cler. c. 12.] Quamobrem ministros verbi, Sacerdotes, cautè necesse est ad utrumque vigilare solicitos: quo videlicet delinquentium cordibus, tanto moderamine, verbum timoris & contritionis instigent, quatenus eos nequaquam a verbo confessionis exterreant: sic corda aperiant, ut ora non obstruant: sed nec absolvant etiam compunctum, nisi viderint etiam confessum. Quandoquidem corde creditur ad justitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Alioquin a mortuo (tanquam qui non est) perit confessio. Quisquis igitur verbum in ore habet, & in corde non habet, aut dolosus est, aut vanus. Quisquis vero in corde, & non in ore; aut superbus est, aut timidus. Item: * [in Serm.] Pastorum est vigilare super gregem, propter tria necessaria: videlicet ad disciplinam, ad custodiam, ad preces. Ad disciplinam, propter morum correctionem: ne grex commissus propriâ molestia deficiat. Ad custodiam propter diabolicam suggestionem: ne hostili seducatur calliditate. Ad preces, propter tentationum instantiam: ne vincatur a pusillanimitate. In disciplinâ, rigor justitiæ: in custodiâ, spiritum consilii: in prece, affectus compassionis. Et: Tria Prælatis necessaria sunt. Vivæ fidei & doctrinæ sinceritas, ut inhabitent in eadem regione. Sanctitas bonæ operandi sedulitas, ut vigilias cum pastoribus celebrent. De salute subditorum diligens curiositas, ut custodiant gregem suum. Et: Quadripartitum est officium sacerdotale. Vivam carnis hostiam immolare; quod Levitarum est. Virtutum charismata Deo offerre; quod est incendere aromata, & filiorum Aaron est: Cum fervore martyris cœlum intrare; quod est introire cum sanguine Sancta sanctorum. Gratiæ & precum vota cœlo transfundere, quod est panem & vinum Deo offerre. Et: * [Epist. 182] Nulli dubium, quin ad nos specialiter spectet; tollere scandala de regno Dei, surgentes succidere spinas, sedare querelas. Item: * [lib. 2. de Consid.] Domabis lupos, sed ovibus non dominaberis. Pascendas utique, non premendas suscepisti. Item: Præsis, ut prosis. præsit ut fidelis servus & prudens, quem constituit Deus super familiam suam. Ad quid? ut det illis escam in tempore: hoc est, ut dispenses, non imperes. Hoc fac: & dominari ne affectes hominum homo; ut non dominetur tui omnis injustitia. Item: Interest proinde tuâ, dare operam, quam possis: ut increduli convertantur ad fidem; conversi non avertantur, aversi revertantur: porro perversi ordinentur ad rectitudinem, subversi ad veritatem revocentur. Subversores invictis rationibus convincantur: ne vel emendentur ipsi, si fieri potest: vel, si non, perdant autoritatem facultatemque, alios subvertendi. Non omnino & ab hoc insipientium genere pessimum tibi dissimulandum. Dico autem Hæreticos Schismaticosque, nam hi sunt subversi & subversores: canes ad scissionem, vulpes ad fraudem. Erunt, inquam, hujusmodi maximè tuo studio, aut corrigendi, ne pereant; aut, ne perimant, coercendi.

POTHO inquit: * [lib. 1.] Gloriam & magnum decorem domûs suæ posuit Dominus, in Sacerdotibus Ecclesiæ: qui, divinorum mysteriorum celebratione, ornant domum Dei intrinsecùs; & vitam plebium ædificant, per vocem prædicationis, extrinsecùs.

¶ De Mercenariis, inquit JOHANNES Salisberiensis: * [li. 8. c. 17.] Nihil in eis libertatis est, ut Mundi potestatibus obloquantur: nihil virtutis, ut veritatem in periculis tueantur. In omnibus lucrum, in nullis aut paucis, quærunt salutem animarum: dum in suis obtineant, dum ad ambitionis aut avaritiæ succedunt votum, eorum, quæ Christi sunt, jacturâ contemnitur. Item: Pastori itaque debetur amor; quia diligit. Mercenario patientia, quia videtur amantem imitari. Furi non debet Ecclesia, nisi pœnam.

¶ Ministrorum est: Docere verbum Dei. RUPERTUS: * [lib. 2. in Amos c. 4.] Angelus sanctus, & Homo sanctus, eloquium sæpe annuntiavit: nunquam autem eloquium suum, sed cantùm eloquium Dei annuntiavit, aut annuntiare debuit. Et: * [lib. 6. in Joh. c. 6.] In manu est cujusque omnium verbo Dei ministrantium: ut, dum prædicando verbum Dei, quasi frangit panem vivum, det morem manducandi & vivendi desiderium. Item: * [li. 10. c. 11.] Religiosi ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, fideliter confitentur & prædicant, quia in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: & Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Divinitatem ejus fideliter annuntiant: veram humanitatem, veramque passionem ejusdem Dei & Hominis, humiliter credunt, & constanter prædicant. Item: * [li. 14. c. 20.] Omnes sacerdotes, vel prædicatores veritatis, quorum labia custodiunt scientiam, & quorum ex ore legem requirunt, per duos Angelos ita sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, signantur, quia videlicet unum eundemque, Christum, & Deum esse ante secula, & Hominem factum prædicant in fine seculorum & utriusque Testamenti vocibus incarnatum, passum, mortuum, sepultum, resuscitatum a mortuis, comprobant verum Dei Filium. Et: * [li. 12. c. 15.] Veri propheta, Spiritu veritatis donati, nihil confingunt, nihil depravant, sed vero sensu veridicam Scripturam exponunt.

BERNHARDUS ait: * [Serm. 16. super Cant.] Sed nec studium tam est mihi, ut exponam verba, quam ut imbuam corda. Et haurire & propinare me oportet, quod non fit celeriter percurrendo; sed tractando diligenter, & exhortando frequenter.

PETRUS Blesensis inquit: * [Epist. 12.] Episcopus illiteratus, præco est mutus. Prælati est, erudire subjectos; & reddere populum acceptabilem Deo, aperiendo mysteria Scripturarum.

PETRUS Cluniacensis: * [li. 1. ep. 2.] Decet enim apostolicos viros, apostolicam præ cæteris doctrinam tueri: ut, qui, cœlesti gratiâ dispensante, apostolico officio functi sunt; fidem apostolicam præcipuo studio defendant. Nam ille idem Christus, qui per Apostolos, dum viverent, peregrinanti suæ Ecclesiæ providit, vos, ipsorum loco, ad ei providendum, vestro tempore præparavit. Unde, quoniam non solùm communi charitate, quod admonet; sed etiam singulari officio, quod ad solos episcopos pertinet, Ecclesia Dei vobis commissa si languet; curanda: si errat, revocanda: si tepet, accendenda: si nutat, confirmanda: si cadit; relevanda: si dubitat, instruenda: si aliquid necessarium ignorat, a vobis edocenda est.

¶ Peccatores arguere. PETRUS Blesensis ait: * [Epist. 8.] Unum noveris, si non annuntiaveris impio impietatem suam: ipse in impietate sua morietur; sed sanguinem ejus de manu tua requiret Dominus. Ovis tua est, & eis periculum tuum ipsius custodiam suscepisti. Periculosissimum est tibi; si in tonsuris officium convertas officium pastorale.

PETRUS Cantor ait: * [cap. 44.] Ecce, constitui te hodie super gentes & regna: ut evellas & destruas, arguendo vitia, authoritatibus improbando: & disperdas, vitiis & Mundo abrenuntiari faciendo: ædifices, prædicando, consolando, fovendo: & plantes, confessionem audiendo, & satisfactionem injungendo.

BERNHARDUS: * [Epist. 9.] Sic mihi contingat semper beare amicos: id est, terrendo salubriter; non adulando fallaciter. Item: * [Apol. ad Guilh. abb.] Quæ in vestris laudabilia sunt, laudo & prædico: si qua reprehendenda sunt; ut emendentur, vobis & meis aliis amicis suadere soleo. Hoc non est detractio; sed attractio. Quod ut nobis a vobis semper fiat, omninò precor & supplico.

¶ Recipere pœnitentes. PETRUS Blesensis: * [Epist. 44.] Memor ergo misericordiæ, quam filio prodigo revertenti pater evangelicus legitur impendisse; regressum filii gradanter admittas, in visceribus pietatis. Nam, si in hac parte durum & inexorabilem te exhibueris: justitiam, & judicium, & misericordiam, in necessitatem, non sine tuo fortasse dispendio, convertemus.

¶ Verbo Dei pugnare. RUPERTUS: * [li. 6. in Apoc. c. 11.] Isti testes, contra quos

Antichristus facit vel faciet bellum, non ferri materialis, sed tantùm verbo veritatis pugnare consueverunt.

PETRUS Cantor: [a] *Non utitur Dominus potestate, sed Scripturarum authoritate: docens nos, magis doctrinis à pugnare, quam miraculis.*

¶ Circũspectè agere. PETRUS Cãtor: [b] *Cũ enim in quæstione motâ super terrulâ, vel aliâ re parvâ, tanta adhibeatur solennitas judicii; tum in Testium productione, tum in Advocatorum probatione, in induciarum protelatione & exspectatione, in accusatorum pravitate, deinde in sententiæ latione: multò magis in his, ubi agitur de cœlestibus, de sacramentis Ecclesiæ, de consiliis, scilicet dandis vel non-dandis, de his etiam, in quibus vertitur periculum animarum?*

¶ Bonæ vitæ studere. BERNHARDUS: [c] *Oportet irreprehensibilem esse eum, qui præest; ita ut securâ conscientiâ cum Domino respondeat, exprobrantibus sibi verbum: Quis ex vobis arguet me de peccato? Non quòd sine peccato penitùs esse possit in hac vitâ: sed quòd ea, quæ arguit in discipulis, oportet summopere vitare magistrum.*

PETRUS Cantor ait: [d] *Quasi primò habeas fundamentũ, vitæ innocentiam; ambulans in lege Domini, bene operando. Et: Idem in regulâ apostolicâ præmittit ea, quæ ad vitam bonam sunt: ut, Oportet ipsum esse sobriũ, castum, & hujusmodi, ultimò id, quod ad doctrinam, inquiens, Doctorem. Quasi vita bona præcedat doctrinam & prædicationem.* Itèm: [e] *Simplicitas autem maximè decet Theologum; quia sacra Scriptura amica est simplicitati. Aperta & simplicia decent bonitatem.*

¶ Assiduum esse in officio. RUPERTUS: [f] *Prædicatores Evangelii requiem non habebunt die ac nocte: non cessabunt in prosperitate; non silebunt in adversitate, prædicabunt sanctæ & individuæ Trinitatis fidem.*

Constantem in persecutionibus. RUPERTUS: [g] *Ubi totam Christi familiam persecutor petit, & tanquam in totum ovile lupus aut leo desævit: ibi pastor non fugere, abjectis armis, sed usque ad mortem stare socius periculi, animamq́ue suam pro ovibus dare, debebit. Ubi verò solum pastorem latro vel carnifex petit: illic utiliter fugæ præsidium quæret, secundùm authoritatem evangelicam:* [h] Cùm persecuti vos fuerint in unâ civitate, &c.

¶ De dignitate Ministerii, BERNHARDUS ait: [i] *Magnum prorsus & mirabile est, ministrum esse Christi, & mysteriorum Dei esse dispensatorem.*

PETRUS Cantor ait: [k] *Prælatus autem civitatis, est munita virtutibus columna, sustentans Ecclesiam: murus est eam tuendo. Ad quẽ, sicut ad civitatẽ refugii, confugiendũ est subditis.*

¶ De non-relinquendo ministerio, inquit BERNHARDUS: [l] *Tene itaque meo consilio, quod tenes: mane, in quo es: & stude prodesse, quibus praees; nec præesse refuge, dum prodesse potes. Quia væ tibi quidem, si præes, & non prodes: sed væ gravius, si, quia præesse metuis, prodesse refugis.* Itèm: [m] *Aut ergo oportuit te gregem dominicum minimè servandum suscipere, aut susceptum nequaquam relinquere.*

¶ De Pontifice verò, ait BERNHARDUS: [n] *Hoc enim agens, non implebis solum Pontificis officium, sed & etymologiam nominis: pontem utique se-ipsum faciens inter Deum & Proximum. Pertingit pons iste usque ad Deum, ea fiduciâ, quâ non suam, sed illius gloriam quærit. Pertingit usque ad Proximum, illâ pietate, quâ & ipsi, non sibi, prodesse desiderat. Offert Deo bonus mediator preces & vota populorum; reportans illis à Deo benedictionem & gratiam. Supplicat Majestati pro excessibus delinquentium; vindicat in peccantes injuriam Dei. Ingratis improperat beneficia pietatis; contemnentibus potentiæ severitatem insinuat. Utriusque tamen nihilominùs placare studet indignantis furorem: nunc quidem hominum obtendens infirmitatem; nunc divinæ magnitudinem pietatis. Denique, sive excedat Deo; sive sobrius sit nobis: aut Deo semper, quantum in ipso est, placere gestit; aut præstare nobis: non, quod sibi omninò utile est, quærens; sed quod multis. Fidelis pontifex, quæ bona qualibet per manus suas transeuntia, sive divina beneficia ad homines, sive hominum vota ad Deum, columbino intuens oculo, nihil sibi retentat ex omnibus: nec populi requirit datum; sed lucrum: nec Dei gloriam usurpat sibi. Acceptum talentum non ligatum sudario, sed partitur nummulariis: à quibus & usuras recipit, non sibi; sed Domino.*

¶ De Episcopo, ait BERNHARDUS: [o] *Blanditur cathedra? Specula est. Inde denique superintendis: sonans tibi, episcopi nomine, non dominium, sed officium. Quidni loceris in eminenti, unde prospectes omnia, qui speculator super omnia constitueris? Enimverò prospectus iste procinctum parit; non otium. Quando libet gloriari, ubi otiari non licet? Nec locus est otio, ubi sedula urget sollicitudo omnium Ecclesiarum.*

PETRUS Cluniacensis inquit: [p] *Magna, inquam, & verè præcelsa, totaq́ue cœlestis est dignitas episcopalis officii: nec minus magna & verè-timenda, totaq́ue terribilis formido, episcopalis periculi. Tibi enim, ut benè recolit pastoralis solicitudo tua, per Ezechielem à Domino dicitur:* [q] Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. *Et item:* [r] Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem ejus de manu tuâ requiram. *Et rursum:* [s] Si speculator viderit gladium venientem, & non clamaverit: & venerit gladius, & tulerit aliquem: sanguinem ejus de manu speculatoris requiram.

BERNHARDUS: [t] *Fratres, revereamur episcopos; sed vereamur labores eorum. Si labores pensamus; non affectamus honores. Agnoscamus impares vires nostras: nec delectet molles & fœmineos humeros virorum supponere sarcinis: nec observemus eos, sed honoremus.* Itèm: [u] *Domum Episcopi decet sanctitudo, decet modestia, decet honestas, harum disciplina custos. Sacerdotes domestici, aut cæteris honestiores; aut fabula omnibus sunt. In vultu, in habitu, in incessu illorum, qui circa te sunt, nihil residere impudicum, nihil indecens patiaris. Discant à te coepiscopi tui, comatulos pueros & comtos adolescentes secum non habere.*

¶ De Obediẽtiâ erga Ministros, inquit PETRUS Blesensis: [x] *Quicquid igitur Prælatus tibi injunxerit, quod animæ saluti non obveniet; sic illud amplecti debet, ut si Deus ipse præciperet.*

¶ De Stipendiis Ministrorum, inquit PETRUS Cantor: [y] *Si non operatur, nec laborat, nec manducet. Si autem operatur, dignus est cibo suo sibi debito & necessario; nõ superfluo, non lautitiis, vel multitudine ferculorum: suo etiam, id est, suæ personæ, & familiæ sibi necessariæ, pro modulo personæ, & administrationis suæ debito.* Itèm: [z] *Quare autem hoc eis præcipiat, subdit: quia omnia necessaria eis debentur ab his quibus prædicant.* Itèm: [a] *Non alligabis vel infrenabis os bovis triturantis: prædicatoris scilicet, terram Ecclesiæ vomere prædicationis excolentis, legem Dei ruminantis, in areâ Ecclesiæ, separatione palearum à granis, triturantis. Quia tali debetur pabulum.*

¶ De fragilitate Ministrorum, inquit RUPERTUS: [b] *Prælatus quisq́ue meminisse debet & scire, se quoque aut peccasse, aut, si non peccavit, ejusdem tamen fragilitatis esse, ut potuerit, vel adhuc possit peccare. Atq́ue de se-ipso commonitus, recogitet, infirmarum se suscepisse curam animarum; non super sanos tyrannidem.*

¶ De malis Ministris, inquit RUPERTUS: [c] *Planè diffiteri nequeunt; quin plurimi & mali esse, & tanto munere fungi, Deo permittente, prævaleant: qui & Judæ in nullo dissimiles, pecunias, quarum cupiditate Christo adhærent, sibimet aggregant, & sacros loculos in potestate habentes, Ecclesiæ reditus sacrilego rapiu exportant. Quid ergo? Nunquid ignorans, aut injustè-disponens, tales admittit Christus, & sacramenta sua per eos operatur?* Itèm: *Quod si quis, officio prædicandi, & signa faciendi, bonum illum fuisse dicat: concedimus ei, nam & Episcopi mali, quantumvis moribus mali sint: quamdiu fidem catholicam tenent; officio, quod agunt, bonæ arbores sunt.* Itèm: [d] *Quilibet Ecclesiæ & sacramentorum Christi minister, quamdiu in communione universitatis manet; quicquid administrat, ratum est. Ubi autem à legitimo judice denũtiatum fuerit, præcisum illum esse vel damnatum: quicquid deinceps operari videtur, speciem quidem pietatis habere potest; sed virtutem ejus habere non potest.*

BERNHARDUS: [e] *Pauci admodum sunt, qui non, quæ sua sunt, quærant, ex omnibus charis ejus. Diligunt munera: nec possunt pariter diligere Christum, quia manus dederunt Mammonæ. Intuere, quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietatibus, tanquam Sponsa procedens de thalamo suo. Nonne, si quempiam talium repentè eminus procedentem adspexeris, sponsam potius putabis, quam Sponsæ custodem? Unde verò hanc illis exuberare existimas rerum affluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriem, congeriem vasorum argenteorum*

& au-

---

[a] cap 64.
[b] cap.5.
[c] Serm. de Trib. ordin. Eccl.
[d] cap.6.
[e] cap 96.
[f] lib.3. in Apoc. c.4.
[g] lib.1 in Joh. c.11.
[h] Matt.10 v.23.
[i] de Convers. ad Cler. c.30.
[k] cap 44.
[l] Epist. 86.
[m] Epist. 87.
[n] Epist. 42.
[o] lib 2. de Consid.
[p] li.4. ep.2.
[q] cap.3. v.17.
[r] vers.18.
[s] cap 33. v.6.
[t] Serm.12. super Cant.
[u] lib 4 de Consid.
[x] Epist. 61.
[y] cap.21.
[z] cap.47.
[a] cap.22.
[b] lib.12. de Divin. off. cap.9.
[c] lib 7. in Joh. c.7.
[d] lib.13. in Matt. c.20.
[e] Serm.77 super Cant.

& aureorum; nisi de bonis Sponsæ? Inde est quod illa pauper, & inops, & nuda, relinquitur, facie miseranda, inculta, hispida, exsanguis. Propter hoc non est hoc tempore ornare Sponsam, sed spoliare: non est custodire, sed perdere: non est defendere, sed exponere: non est instituere, sed prostituere: non est pascere gregem; sed mactare & devorare. dicente de illis Domino: * Qui devorant plebem meam, ut cibum panis. *&:* * Quia comederunt Jacob, & locum ejus desolaverunt. *Et in alio Propheta:* * Peccata populi mei comedent. *quasi dicat: Peccatorum pretia exigunt, & peccantibus debitam solicitudinem non impendunt. Quem dabis mihi de numero Præpositorum, qui non plus invigilet subditorum vacuandis marsupiis, quàm vitiis exstirpandis? Ubi, qui orando flectat iram? qui prædicet annum placabilem Domino? Leviora loquimur: graviora gravius manet judicium.* Itèm: * *Monstrosa res gradus summus, & animus infimus: sedes prima, & vita ima: lingua magniloqua, & manus otiosa: sermo multus, & fructus nullus: vultus gravis, & actus levis: ingens authoritas, & nutans stabilitas.*

* Psal. 14. vers. 4
* Psal. 79 vers. 7
* Osee 4. v. 8
* Lib. 2. de Cons.

POTHO ait: * *Propter hæc esse cupiunt Episcopi & ecclesiarum Prælati: ut his bonis fruantur, ut deliciis affluant; ut Ecclesiæ Dei magis præsint, quàm prosint; ut familiam ecclesiæ subjectam habeant, ut domini rerum sint, ut, quantò ecclesiæ sunt ditiores, tantò ipsi fiant clariores. Cùm ergo in his regnet ambitio, quomodo doctrinam Christi, verbo & exemplo, in omnibus ornare possunt? Quæ nam illis inest virtus veræ religionis; quorum corda deserit splendor divinæ illuminationis? Ministri Christi appellantur; dispensatores mysteriorum Dei existimantur: & tamen sacramentorum lumen in semet-ipsis extinguere, indignè vivendo, non verentur. Nam in sacramentis quidem offerendis, exterius Deo servire videntur: sed interius luce charitatis, quæ est effectiva sacramentorum virtus, privantur. Hinc proculdubio liquidò monstratur, quomodo isti, qui ad altiorem ecclesiasticæ dignitatis gradum promoti sunt & qui sanctæ religionis propositum tenent; negotio illi, quod perambulat in tenebris, serviant.*

* Lib. 3.

JOHANNES Salisberiensis inquit: * *Nam ferè sic ab aulâ, contra omnium vota fidelium, ad Ecclesiæ publica officia accesserunt. Apud hos judicium nihil est, nisi publica merces.* Itèm: * *Jam palam omnium omnia; nisi modestia venditoris impediat. adeo enim sacris altaribus avaritiæ profanum imminet ardor: ut hæc omnia, quasi parodica quadam, præmaniur.* Et: *Nam de moribus ultima fiet mentio. & istis lex Canonum nequaquam posita est. Justitia siquidem liberi sunt: & eo ducuntur spiritu, ut necesse non habeant esse sub lege. Statuat ergo lex, quod placuit latori. Nam isti, privilegii Principalis gaudentes beneficio, quicquid ambiunt, sibi competere opinantur. Episcopos ad prima beneficia obligant; & de futura successione pacisci non verentur. Restat ergo, ut tristi pactio repleatur eventu: & illius quisque, ametur & animetur in necem; cujus ambit successionem.*

* Lib. 5. c. 16.
* Lib. 7. c. 17.

PETRUS Cantor: * *Latro autem est, qui pro spiritualibus in Ecclesiâ sectatur lucra temporalia.*

* cap. 23.

¶ De Hæreticis, inquit LOMBARDUS: * *De intelligentiâ, hæresis; non de scripturâ est: & sensus, non sermo, fit crimen.* Itèm: *Augustinum definiens, quid sit Hæreticum, ait: Hæreticus est, qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ principatûsque, sui gratia, falsas ac novas opiniones gignit vel sequitur.*

* L. 4. dist. 13.

¶ De fine & effectu Ministerii, RUPERTUS docet: * *Per ministerium Christus, qui est incarnatum Verbum Patris, præsens agnoscitur.* Item: *Per ministerium homines renascuntur secundum novum Adam, per quem & verum Patrem Deum contingunt.* Et: * *Homines, renascentes ex aquâ & Spiritu per vestrum ministerium, nascentur per Christum novum Adam; per quem Deum patrem contingent, a quo missus est.* Et: * *Ad quid suos in universum Mundum mittit Filius prædicatores; nisi ad hoc, ut inimicos Deo reconcilient homines? sicut Apostolus ait Corinthiis:* * Dedit nobis ministerium reconciliationis.

* Lib. 1. in Joh. ca. 1.
* Lib. 11. c. 13
* Lib. 14. c. 20.
* 2 Cor. 5. vers. 18

BERNHARDUS: * *Potest namque prædicator, monita salutis auribus circumstantium insonare. sed nemo, nisi solus Deus, valet saporem charitatis palato cordis infundere. Unde Gregorius: Nisi sit intus Spiritus, qui doceat; doctoris lingua exterius in vacuum laborat.*

* Serm. 65 par. v.

¶ De discrimine Potestatis ecclesiasticæ & politicæ, ait RUPERTUS: * *Non aliis viris spiritualis propositi concedit, evaginare gladium, aut publicam exercere potestatem.*

* Lib. 9. in Matth. c. 26

¶ Phrases quasdam explicat RUPERTUS: * *Ex Deo loqui, est sic loqui, quomodo Spiritus veritatis suggerit: non de corde proprio quicquam confingere, sed, sicut corde sentitur, ita & ore veritatem proferre.* Itèm: * *Aliud est, simpliciter & absolute venisse; aliud, in nomine Domini venisse. Unde Prophetæ & Sacerdotes sancti, non tantum venisse, sed in nomine Domini venisse, vel in nomine Domini locuti esse, dicendi sunt.*

* Lib. 7. in Joh. cap. 7.
* Lib. 9 c. 10

DE REGNO DEI.

RUPERTUS inquit: * *Quid est regnum Dei, nisi Verbum Dei? Per quod facta sunt omnia, per ipsum verbum regnantur omnia. Atque in hoc servire, utique, regnare est.*

* Lib. 6 in Matth. c. 6

PETRUS Cluniacensis inquit: * *Sed quia regnum Dei, ad quod te invito, non est in sermone, sed in virtute: virtus tibi divina est invocanda; virtus animi exserenda: ut quælibet, tibi ad salutem obstantia, fortis animi fortitudine exsuperes: & non per latam & spatiosam viam, quæ ducit ad mortem, sed per angustam, quæ ducit ad vitam, tibi esse gradiendum, agnoscas. Quæ arcta incipientibus, paulatim proficientibus dilatabitur: ut, timori amore succedente, quod modo fortè desperas fieri posse, te magis animo, quam voce cantantem audiam:* * Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. *Viriliter ergo age, & confortetur cor tuum: nec mollescas oblectatione rerum citò-periturarum, cui promittitur omnimoda jucunditas æternorum.*

* Lib. 3 ep. 10
* Psal. 119 vers. 32.

PETRUS Blesensis ait: * *Regnum Dei tantum est, quantum ex affectu compassionis pauperibus eum exhibes. Enim pauper, Christi vicarius est: & sicut se in eo Deus contemnit erubescit; ita se in eo recipi delectatur, quando inquit:* * Quod uni eorum fecistis, mihi fecistis.

* Epist. 35.
* Matt. 25 vers. 40.

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

BERNHARDUS inquit: * *Nimirum hæc est libertas, quâ Christus nos liberavit, ut nulla penitus creatura avellere nos, aut vim facere possit. Solus id deserere possumus, propriâ voluntate abstracti & illecti à propria concupiscentia. præter hanc enim nihil est quod timeamus. Denique, donec voluntatis usum, & facultatem deliberandi, renatus quisque recipiat; à charitate Dei separari omninò non potest. Securus interim degit, sub protectione & advocatione Domini Dei sui: non est quod vereatur ex omnibus. At ubi, sanæ discretionis annos ingrediens, redditur sibi: cæterorum usque violentiam, nec tunc quidem formidare necesse est, sed ab eâ, quæ dormit in sinu, caveat, propriâ scilicet voluntate. Erit fortè peccatum in foribus: sed appetitus ejus sub eo est. tantum ipse aperire renuat, consentire recuset.*

* Serm. 1. de dupl. Bapt.

¶ De esu carnium, inquit PETRUS Alphonsus: * *Ut autem Christus venit, & per Baptisma credentium corpora mundificavit, & Spiritus sancti plenitudinem infudit: jam caro aliquâ nec sordidare corpus hominis, nec hebetare potuit. Et hoc tenentur doctores vestri, qui dixerunt:* Post adventum Christi, de incomestibili in comestibilem debebat converti. *Hæc autem ratio de omnibus immunditiis potest dari. Sed & carnium absolutionem, protestatur Moyses esse futuram, post adventum Christi, loquens ad populum Israel verba hujuscemodi:* * Quando dilataverit Dominus Deus terminos tuos, sicut locutus est tibi; & volueris vesci carnibus, quas desiderat anima tua: locus autem, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut sit nomen ejus ibi, procul fuerit: occides de armentis & pecoribus, quæ habueris, sicut præcepit tibi; & comedes in oppidis tuis, ut tibi placet. Sicut comeditur caprea & cervus, ita vesceris eis: & mundus & immundus in commune vescentur. *Ante adventum quippe Christi termini Israel fuerunt angusti: quia nec totam etiam terram habuerunt, quam eis per Moysen Dominus promisit. Dilatavit autem Dominus terminos Israel, post adventum Christi, quando Legem per totum Mundum prædicaverunt Apostoli. Sed & locus, quem Dominus elegerat, ut esset nomen ejus ibi, jam procul est: quia destructum est antiquum illud templum Domini. Carne igitur omni, munda sit, vel immunda, jam quilibet, prout sibi placet, sine ulla transgressione potest vesci.*

* Tit. 12.
* Deuter. 12. v. 20 21 22

DE CRUCE.

QUòd Ecclesia subjecta sit cruci, docet RUPERTUS: * *Christus pressuras prænuntiat electis & dilectis suis; quas in Mundo reprobo & odibili sint habituri. Præposita namque, velut*

* Lib. 2. in Johan. c. 15

in fundamento dilectionis firmitas, pondus pressurarum portat: ità ut euntes a conspectu Concilii gaudere possint, quòd digni habeantur pro nomine Jesu contumeliam pati.

[* Serm. 48 sup. Cant.] BERNHARDUS ait: * *Plenus est Mundus spinis: in terrâ sunt; in aere sunt, in carne tuâ sunt. Versari in his, & minimè lædi, divinæ potentiæ est, non virtutis tuæ.* Sed confidite, inquit, [* Johan. 16 vers. 33.] * quia ego vici Mundum. *Etsi igitur undique tibi intendi prospicias tribulationum, tanquam tribulorum aculeos: non turbetur cor tuum, neque formidet: sciens, quia tribulatio operatur patientiam, patientia probationem; probatio spem; spes autem non confundit.* Et: [* Serm. 3 in Dom. Palm.] * *Persecutio quoque, & temporalis omnis adversitas, pro loco & tempore, prudenter aliquando fugienda erit: cùm tamen necesse fuerit, viriliter toleranda.* Et: [* serm. 27 parv.] * *Septimum peccatum factum est extra paradisum: quando Cain consurrexit adversus Abel fratrem suum, & interfecit eum. Ex eo jam tempore inveteratum est, ut mali insurgant in bonos, & opprimant eos. Hujus peccati remedium est illud:* [* Matth. 5 vers. 9.] * Beati pacifici; quoniam filii Dei vocabuntur. *Quòd-si ab infestatione cessare noluerint iniqui: patienter tolerent eos justi, audientes consolationem, quæ sequitur, & dicit:* [* ibid. v. 10.] * Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorũ est regnum cœlorum.

[* lib. 1.] POTHO ait: * *Hæc domus, dum adhuc consistit in corpore, quod corrumpitur, & terrena habitatione deprimitur, ab inimicis pacis & concordiæ, foris & intus impugnatur. Sicut enim in habitaculo corporis nostri duo sunt, caro videlicet & spiritus, quæ sibi invicem adversantur: sic & in exteriore domo, quæ interiorem domum mentis imaginatur, filius ancillæ cum filio liberæ contendit. Persequitur namque is, qui secundùm carnem natus est, eum qui secundùm spiritum.* Itèm: *Pax enim Mundi, cum domo Dei perpetuum gerit bellũ. Ergo pax Mundi, nostrũ bellum.*

[* in Psal. 16.] HONORIUS: * *Dæmones affligunt Ecclesiam malis suggestionibus: Pagani persecutionibus: Hæretici pravis dogmatibus: falsi fratres perversis moribus.*

[* lib. 2 in Apoc. cap. 2.] ¶ De causis afflictionum, RUPERTUS monet: * *Verissime hi, qui persecutionem patiuntur propter Justitiam, maximè opus est spiritu pietatis: ut sint in passionibus pii; in opprobriis vel exprobrationibus mansueti: non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto; sed e contrario benedicentes. imò & interea sint reficiantur lacrymis, vitam suspirantes æternam. cujus spe patiuntur; ob cujus dilationem lacrymantur.* Itèm: [* lib. 3. in Joan. cap. 1] * *Potest esse, ut in persecutione Christiani nominis, non tam ipse Christus, quam aliud quid, in intentione, vel conscientiâ, repositum sit. Sciat unusquisque, cujus causâ malum illud sit, vel quæ sibi causa sit patiendi: propter quod patiatur homo, qui Christianus cernitur, & immundantibus similiter adversis.* Et: *Beata illa conscientia, in qua testimoniũ habet quis, quòd patiatur ut Christianus; quod patiendi vel passionis causa sit ei Christus.*

[* Serm. 1 in Convers. Pauli] BERNHARDUS inquit: * *Heu heu, Domine Deus! quia ipsi sunt in persecutione tuâ primi; qui videntur in Ecclesiâ tuâ primatum obtinere, gerere principatum.* Itèm: [* Serm. de sex tribulat.] * *Unde enim tribulatio; nisi dum resistitur contaminationi, concupiscentia repugnatur? Quid verò in homine purum ab hac maculâ; immune ab hoc contagio, poterit inveniri? Ab intùs manet; de corde exit pestiferum virus: ac deinceps corpus occupat universum, mentem desideriis afficit; membra illecebris inficit. Inde pruritus aurium; oculorum petulantia: inde olfaciendi voluptas: inde in faucibus tam inordinata delectatio: inde in universo corpore mollities sensus, & libido perniciosa tangendi: inde intùs in animâ ebrietas illa desideriorum; & fornax quædam, ambitionis, avaritiæ, invidiæ, contumaciæ, nequitiæ, & omnium denique vitiorum affectibus, vehementer accensa. Quot enim corpus illecebras; quot oblectamenta mundus habere videtur. tot patitur tribulationes; tot sustinet tentationes vir justus. Et, quemadmodum ambulans quis in carne, sensuum voluptate delectatur; & delicias computat esse sub sentibus: sic & omnis, qui in spiritu seminare desiderat, spinas & tribulos, quos propria terra ex maledicto usq; germinat, potiùs eradicare, quàm propagare contendit: quippe qui convertitur in ærumnâ suâ, quoties cõfigitur spinâ. Huic ergo tam multivariæ pesti, per singula quæq; resistere, quam multiplex tribulatio? A planta pedis usq; ad verticem, non est sanitas in me: totum infecit concupiscentia: lex peccati in membris omnibus invenitur: undiq; per fenestras mors intrare contendit: & intus fomes totius nequitiæ periculosiùs sævit; crudeliùs malignatur. Minimè tamen in hac multiplici luctâ deficiendum; aut desperatione cedendum est. Licet enim abundent tribulationes pro Christo: sed abundant & consolationes per ipsum. Deniq; audi consolationem. Peccatum in foribus est: nisi ipse aperias, non intrabit. Appetitus in corde prurit. sed sub te est: nisi sponte cesseris; nihil nocebit. Audi consolationem. Consensum cohibe, ne prævaleant hæc: & immaculatus eris; in finè maculâ ingredieris & ipse, ad habitandum in tabernaculo, & requiescendum in monte sancto Domini Dei tui. Si tui non fuerint dominati: tunc immaculatus eris, & emundaberis à delicto maximo. Maximum plane delictum, quod interiorem & exteriorem hominem occupat universum.* Et: [* in Sent.] * *Quadriformis est pressura nostra. Corruptibilis carnis angustia, quæ sunt dolores mortis: Temporalium pressurarum molestia; quæ sunt torrentes iniquitatis: Occulti hostis latentes insidiæ; quæ sunt dolores inferni: Deceptoria facies mundanæ gloriæ; quæ sunt laquei mortis.*

[* L. 4. dist. 15] LOMBARDUS: * *Quinque enim modis flagella contingunt. Vel ut justis per patientiam merita augeantur; ut Job: vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, ut Paulo: vel ad corrigenda peccata, ut Mariæ lepra: vel ad gloriam Dei, ut de Cæco nato: vel ad initium pœnæ, ut Herodi.*

[* in Sent.] ¶ Quot modis Deus nos visitet, BERNHARDUS docet: * *Modis quatuor visitat nos Deus. Exhibitione præcepti: præceptum autem aliud carnale, aliud spirituale. Asperitate flagelli; cujus modi sunt quinq; causa: ut ab iniquitate corrigat; ne quis de collatâ virtute superbiat; ut virtus hominibus innotescat; ut alior ejus exemplo cõpescat; ut corona cumuletur & crescat. Novitate miraculi: quod visibile est, & invisibile. Inspiratione subtili.*

[* Serm. 2. in Vigil. Nat. Domini.] ¶ De Hostibus, inquit BERNHARDUS: * *Multos quidem habetis hostes. Carnem, quâ nullus potest esse vicinior hostis: præsens seculum nequam, quod undiq; circumfusum est vobis: principes tenebrarum, qui viam vestram obsident, in aere collocati. Attamen nolite timere: cras egrediemini, id est, in proximo. Cras enim in proximo est.* Itèm: [* Serm. 3.] * *Nuns verò tribus malignissimis & validissimis ventis expositi sumus, Carni, Diabolo, & Mundo: qui conscientiam illuminatam moliuntur extinguere, insufflantes in cordibus nostris desideria mala, motus illicitos: & ita te repentè turbantes; ut vix prænoscere valeas, unde venias, aut quò vadas. Ex quibus etsi duo sæpius intermittunt: a tertio tamen nemo unquam sufflandi inducias extorsit. Ideo utrisque manibus, & cordis & corporis, anima est tegenda; ne forte, quæ jam illuminata fuerat, extinguatur. nec cedendum vel recedendum, etiamsi gravis tentationum sæviet, utrinque hominis statum vehementer affixerit: sed dicendum cum Sancto,* [* Psal. 119. vers. 109.] * Anima mea in manibus meis semper. *Eligamus potiùs ardere, quàm cedere. Et sicut, quod in manibus nostris tenemus, non facile obliviscimur: sic nunquam obliviscamur negotium animarum nostrarum; & illa cura principaliter vigeat in cordibus nostris.* Et: [* in Sent.] * *Puellæ, quæ evertunt sensum nostrum, tres sunt. Teneritudo carnis nostræ; quæ est Dalila, quæ Samsoni eruit oculos: Amœnitas mundialis gloriæ; quæ est Hiezabel, & Naboth occidit: Diffidentia futuræ vitæ, quæ est filia Herodiadis, & aufert caput Prophetæ.*

[* Epist. 9.] ¶ De domestico hoste, inquit PETRUS Blesensis: * *Nulla pestis est ad nocendum efficacior; quam familiaris & domesticus inimicus. Hic est ignis in gremio; serpens in sinu: hæc est uxor hominis litigiosa, pessima nostra caro: quæ licèt sit vexata doloribus, repleta illusionibus, infecta sordibus, afflicta infirmitatibus, obvoluta passionibus, flagellis icta, plagis cæsa, morti denique deputata; cum aculeis contradictionum adhuc bispida, rebellis, superba, querula, contumax, inquieta, in suum & animæ conjurat exitium: nec posse sibi satisfieri putat; donec se ac animam præcipitet in æternæ damnationis abyssum.*

[* Serm. 2 in festo Pa...] Prosperitate etiam multos everti, BERNHARDUS ait: * *Licèt enim multos frangat adversitas; tamen multò plures extollit prosperitas. sicut scriptum est,* [* Psal. 91 vers. 7.] * Cadent à latere tuo mille, *sinistro scilicet, per quod significatur adversitas:* & decem millia, *id est, multò plures,* à dextris tuis; *in quibus prosperitas designatur. Denique, quia utrobique periculum est; orat Sapiens, & dicit:* [* Prov. 30. vers. 8.] * Divitias & paupertatem ne dederis mihi. *ne fortè aut divitiæ extollerent in superbiam; aut paupertas dejiceret in impatientiam.*

[* Serm. 6. sup. Psal.] ¶ De Timore in cruce, ait BERNHARDUS: * *Quia ergo timor ipse tentatio est: congruè dictum est ei, quis circumdatur scuto Domini; quòd à tentatione hac non timebit.*

¶ De Superbiâ, in ferendâ cruce, Lib. ibi BERNHARDUS: * *Væ, inquam, semel, & væ iterum, portantibus crucem Christi; & non sequentibus Christum! qui nimirum, cujus passionibus participantur, humilitatem sectari negligunt. Duplici quippe contritione conteruntur, qui hujuscemodi sunt: quando & hic pro temporali gloriâ, temporaliter se affligunt; & in futuro, pro interna superbia, ad æterna supplicia pertrahuntur. Laborant cum Christo; sed cum Christo non regnant. Sequuntur Christum in paupertate suâ; sed in gloriâ non sequuntur. De torrente in viâ bibunt; sed non exaltabunt caput in patriâ. Lugent nunc; sed tunc non consolabuntur. Et meritò. Quid enim facit superbia, sub pannis humilitatis Jesu? Numquid non habet, quo se palliet humana malitia; nisi unde involuta est infantia Salvatoris? Et quomodo intra præsepium Domini simulatrix arrogantia se coarctat; & pro vagitibus innocentiæ, malum inibi detractionis immurmurat?*

* Apolog. ad Guilh. abb.

¶ Quò confugiendum sit in cruce, RUPERTUS monet: * *Saucius animus, dolorem suum acerrimum non ferens, suspirium de profundo suscitat; vocemque altiùs in cœlum sublevat, ad eum, qui solus laborem & dolorem considerat. Acerbiùs namque sentitur vulnus, quod à fratre (unde consolatio contra cæteros sperari debuerat) infligitur. Sic Jacob, quando illum in personâ suâ persequebatur germanus suus Edom. Sic Joseph, quando à fratribus suis venditus est. Sic sancti Prophetæ & Apostoli, quando à contribulibus suis Judæis persecutionem passi & occisi sunt. Sic Christiani catholici, quando ab Hæreticis, falsis utique fratribus, tribulantur amariùs, atque acerbiùs patiuntur, quàm cum ab externis gentibus, cum quibus nullam generis aut professionis habent communionem, infestantur.*

* Obst. in Abd. cap. 1.

BERNHARDUS ait: * *Quoties ergo gravissima cernitur urgere tentatio, & tribulatio vehemens imminere: invoca custodem tuum, doctorem tuum, adjutorem tuum in opportunitatibus, in tribulatione. Inclama eum, & dic: Domine salva nos, perimus. Non dormit, neque dormitat, etsi ad tempus quandoque dissimulet: ne fortè periculosius ab illis te manibus ipse præcipites, si te ignoraveris sustentatum. Spirituales enim sunt manus istæ, & auxilia utique spiritualia: quæ singulis Electorum, pro cujusque discriminis modo, & objectæ difficultatis, tanquam lapideæ molis, quantitate, ab his, qui sibi deputati sunt, Angelis, spiritualiter & multipliciter exhibentur.* Itèm: * *Cùm ergo tentationis impetum sentimus in cogitatione: statim fugiamus ad ipsum; & humiliter postulemus auxilium. Quòd-si fortè præoccupaverit nos (ut aliquando, cùm tardiùs, quàm oporteat, ad eum confugimus) solliciti simus, ut suscipiat nos manus Domini.*

* Serm. 11. sup. Ps. 91.
* Serm. 2. fug. annid.

PETRUS Blesensis ait: * *Sacram scripturam tibi posuit Dominus, in omni tentatione solatium.*

* Epist. 112

¶ Quibus nô noceat afflictio, BERNHARDUS inquit: * *Fidelis exstat sententia, irrefragabili veritate subnixa: quia nulla nocebit adversitas, si nulla dominetur iniquitas. Sed parum est, non-nocere: etiam proderit; & copiosiùs proderit: dummodò sit justitia in intentione; Christus in causâ, apud quem patientia pauperum non peribit in finem.*

* de Convers. cap. 31.

¶ De Armis fidelium, ait BERNHARDUS: * *Arma fidelium tria sunt. Sapientiæ plenitudo; quæ est funda David, de quâ sententiarum lapides emittuntur: Patientiæ firmitudo; quæ est baculus, quo luporum rabies propulsatur: Charitatis amplitudo, quæ est pera David, de quâ orationes proferuntur.*

* In Sent.

¶ De Patientiâ crucis, inquit BERNHARDUS: * *Id eo, quod à te pateris, debes voluntariè sacrificare: quod à Proximo, patienter ferre: quod à Deo, sine murmure & cum gratiarum-actione sustinere.* Et: * *Hilaris patientia utramque simul, & corporalem scilicet, & mundialem, viriliter sustineat adversitatem.* Itèm: * *Tria sunt, quæ patientiam subruunt: anxietas nimia doloris, causa justa innocentis, indignitas inferentis.* Itèm: * *Vera patientia est, pati vel agere contra quod libeat, sed non præter quod liceat.* Et: * *Prorsus absque perseverantiâ, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. Vigor virium, virtutum consummatio est; nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium: soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, unanimitatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseverantiam: nec obsequium mercedem habet; nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique, non qui cœperit; sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

* Serm. 1 de Petro & Paulo.
* Serm. de diff. Baccr. quæ invenit.
* In Sent.
* Epist. 7
* Epist. 129.

PETRUS Cantor ait: * *Sicut enim aurum fornace, ita & humiliationis virtus probatur. Ut autem ad hanc recurramus quotiens eâ opus est: memores esse debemus Dei patientiæ, quam commendans Propheta, ut in eâ illum imitaremur, ait:* * Miserator & misericors Dominus, patiens, longanimis, & multùm misericors. Itèm: *Hoc est examen virtutum, & boni viri. Qui enim ad injuriam illatam, vel contumeliam, modicam vel magnam, incandet, intumescit & crepat; hujus patientiæ virtutis expers est: similis scorpio, qui calcatus aculeos suos evomit, atque vulnere pungit; non calcatus minime venenosus est, vel etiam transeuntibus: eos enim liberè abire permittit.* Itèm: *Sciat se non esse patientem: nisi qui se sentit patientem, triplici funiculo patientiæ: ut scilicet habeat patientiam contra contumeliam oris, contra damnum rei familiaris, contra etiam injuriam proprii corporis.* Et: *Sic igitur diximus, contra triplicem persecutionem triplex objicienda est patientia. Qui enim verba contumeliæ non sustinet; quomodo damna rei familiaris sustinebit? Qui nec damna; quomodo mortem & tormenta?* Itèm: *Non est patientia; nisi ubi æquanimitas animi servatur. Ex impatientiâ enim quidam cachinnat; alii tacent, quidam mente tempestâ & subdolâ subridet: quod pejus est; quia cachinnat dolos.* Itèm: *Est patientia naturæ, & est patientia gratiæ, & est patientia culpæ, quæ potius remissio dicitur. Hæc est asinina patientia; ferre scilicet non-sustinenda: cui opponitur sancta & bona patientia.*

* cap. 83.
* Psal. 145. vers. 8.

¶ De morâ crucis, RUPERTUS ait: * *Sanctis Dei testibus, in agone permolesto pro veritate certantibus, dum instat, dum præsens est angustia temporis; dum, quò nolunt, ducuntur: sensus fragilissimæ carnis longum videtur. Postquam autem abierit tempus illud; ut jam ultra non sit mors, neque luctus, neque clamor, neque dolor, quæ prima abierunt: tunc demum, positis in æternitate beatâ respicientibus post tergum, breve videbitur fuisse, quod pertulerunt.* Et: * *Dormire Jesum in naviculâ, est ubertatem auxilium gratiæ adjuvantis ab Ecclesiâ. Hoc fit, ut & qui probati sunt, manifesti fiant; & qui per prosperitatem falli poterant, per adversitatem instruantur, & qui in peccatis erant, purgentur; & multi martyres coronentur.* Et: * *Nimirum grave fuit Apostolis, grave est & nobis; illum, qui custos Israel est, dormire in adversis: dum eam blasphemias illatas nomini suo, etiam pressuras, quas in hoc mundo habent ejus membra, non citius compescit.*

* lib. 6. in Apoc.
* lib. 7. in Matt. cap. 8.
* lib. 2. in Jon. cap. 2.

¶ De Spe sub cruce, inquit BERNHARDUS: * *Reposita est hæc spes mea in sinu meo; & in hac perseverabo. Sperabo in eum. Nec desperabo, nec frustra sperabo. quia maledictus, qui peccat in spe: & nihilominus, qui peccat in desperatione. Sed nec esse volo de his, qui non sperant in Domino. Sperabo, inquit, in eum.*

* Serm. 1. sup. Ps. 91.

¶ De Confessione sub persecutione, inquit RUPERTUS: * *Veri Confessores tunc insignius confitentur, quando adversis fatigantur, ut Daniel & socii ejus: qui tunc ad confitendum Domino se-se ampliùs extenderunt; quando captivitatis adversitatem subierunt.*

* lib. 7. de Vict. verbi Dei cap. 33.

¶ Crux piorum est gloriosa. PETRUS Blesensis: * *Gloriosum est cuilibet Christiano, se affligi: dummodò non est turpis, sed in Christo commendabilis, afflictionis occasio.*

* Epist. 8

PETRUS Cantor: * *Est tamen quædam sancta prodigalitas, quâ quis animam dat pro Christo.*

* cap. 70.

RUPERTUS: * *Dilectorem Christi, angunt quidem hominum odia, fatigant opprobria, molestant maledicta, affligunt rerum damna, vel etiam corporis tormenta. Sed hæc omnia temperat & levia reddit, festiva præmiorum securitas. Gloriosa nominis Christi dignitas, propter quod hæc patiuntur, opprobria condecorat; maledicta sanctificat; damna in lucra, tormenta in magna spei vertit delicias.*

* lib 12. in Joh. cap. 15.

Est momentanea. BERNHARDUS: * *Id enim, inquit, quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis. Erit ergo quandoque nobis ingens cumulus gloriæ, qui modò est fasciculus myrrhæ.*

* Serm. 43. sup. Cant.

RUPERTUS: * *Demonstratur, citò auferendam esse malignorum vim, qui Sanctos persequuntur: deinde successuram fore gloriam regni Dei; in quo Deus à Sanctis suis, frequens Alleluja dicentibus, æternâ cum exsultatione laudabitur.* Et: * *Deus Dominus noster Jesus Christus, non permittit diu durare persecutionem.* Itèm: *Persecutione gravissimâ factâ, tunc Dominus Jesus surgit, ventis marique imperat, potentiam suam exercet sive excitat; scilicet ad adjuvandum electos, & ad vindicandum*

* Lib. 10. in Apoc. c. 19.
* lib. 7. in Matt. c. 8.

in reprobos: ut sæpè particulariter factum est, fiet autem & universaliter.

¶ De Auxilio divino, BERNHARDUS inquit: * [Serm. 1 de Dedic. eccl.] *Unde necesse est, ut nullo spiritualis gratiæ adjuvet infirmitatem nostram; observantiarum & multimodæ pœnitentiæ cruces, devotionis suæ gratiâ leniens. Quia nec sine cruce sequi Christum, nec sine unctione, crucis asperitatem ferre quis possit.* Et: * [Serm. 21. sup. Cant.] *Disce per verbum à me, in spirituali exercitio, duplex auxilium desuper sperare; correptionem, & consolationem. Altera foris exercet: altera visitat intùs. Illa reprimit insolentiam: ista in fiduciam erigit. Illa operatur humilitatem: ista pusillanimitatem consolatur. Illa cautos; ista devotos facit. Timorem Domini docet illa: ista ipsum timorem infuso temperat gaudio salutari; sicut scriptum est:* * [Psal. 86. vers. 11.] Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Itèm: * [Psalm. 2. vers. 11.] Servite Domino in timore, & exsultate ei cum tremore. *Trahimur, cùm tentationibus & tribulationibus exercemur. Currimus, cum internis consolationibus & inspirationibus visitati, tanquam in suaveolentibus unguentis respiramus.* Itèm: * [Epist. 136.] *Si tristia semper acciderent; quis sustineret? Si semper prospera; quis non contemneret? Sed rerum tanta gubernatrix Sapientia, horum pernecessariâ vicissitudine, eo moderamine electis suis cursum vitæ temporalis alternat: ut nec adversa frangant; nec læta dissolvant. cùm potiùs & ista ex illis gratiora; & illa ex his tolerabiliora, reddantur.* Itèm: * [Serm. 16. sup. Cant.] *Patris enim est, misereri semper & parcere. Et, si percutit; virgâ, non baculo, percutit. & cùm percusserit, sanat. Paterna vox est:* * [Deut. 32. vers. 39.] Percutiam, & ego sanabo. *Non est proinde, quòd à patre formides: qui, etsi quandoque feriat, ut emendet; nunquam tamen, ut vindicet.* Et: * [Serm. 56. parv.] *Itaque sanatâ conscientiâ, consequenter sanatur corpus.*

¶ De Victoriâ crucis, BERNHARDUS ait: * [Serm. 1 in octava Paschæ] *Bene ergo, quod natus est ex Deo, vincit Mundum: ut sit testimonium cœlestis generationis, victoria tentationis. & sicut is, qui Filius est per naturam de Mundo cum suo Principe triumphavit: sic & nos victores inveniamur, quotquot sumus filii adoptionis. Victores sumus, sed in ipso, qui confortat nos, in quo & possumus omnia. quia hæc est victoria, quæ vincit Mundum, fides nostra. Fide siquidem in Dei filios adoptamur: fidem in nobis Mundus, in maligno positus, odit atque persequitur: fide quoque & vincitur, sicut scriptum est:* * [Hebr. 11. vers. 33.] Sancti per fidem vicerunt regna. *Quidni attribuatur fidei victoria, cujus est et ipsa vita?* Justus, *inquit,* * [Hebr. 10. vers. 38.] ex fide vivit. *Quoties ergo tentationi resistis; quoties vincis malignum: noli propriis attribuere viribus: noli in te, sed magis in Domino, gloriari. Quando enim fortis ille armatus tuæ cederet infirmitati? Audi denique, quid dominica constitutus pastor ovilis admoneat:* * [1 Petr. 5. vers. 8. 9.] Adversarius, *inquit,* vester Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit, quærens quem devoret: cui resistite fortes in fide.

¶ De Liberatione, inquit PETRUS Cantor: * [cap. 64.] *Attendendum est, quot sunt liberationes. Una occulta, quæ fit propter ipsos Sanctos. qualiter liberati sunt Maccabæi septem, igne consumti, cum matre ipsâ eosdem hortante, ut eligerent potius mori pro legibus Domini, quàm vivere contra eas. Est & alia aperta liberatio, quæ fit propter inimicos, puniendos, vel convertendos. qualiter tres pueri de igne etiam corpore liberati sunt; propter quod ipse Nabuchodonosor conversus, Dominum ipsorum, quem contemserat, prædicavit. Si igitur petis apertam alicujus liberationem, vel propter conversionem fratrum, vel fidei assertionem, Dominumque tentando provocas ad eam, & miracula faciendum: tempora & statum gratiæ, conaris reducere ad tempora & statum veteris Instrumenti. cùm Dominus, tempore gratiæ, suis Sanctis occulta tantùm promiserit; daturus illis manifesta tempore suo: non sicut antiquis; qui tanquam hamo tecto esca alliciendi erant miraculis, & temporalibus, ad amorem cœlestium. Dominus etiam justis sub novo Testamento, per Esajam ait:* * [cap. 43. vers. 18.] Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce, ego facio nova; & nunc orientur: utique cognoscetis ea.

¶ Cruce erudiuntur pii, RUPERTUS: * [lib. 12. in Apoc.] *Homines voluptatum amatores, & ad omnem vanitatem proni; nisi aliqua vexatio præsentialiter adsit, non intelligunt: imò intelligere nolunt, quòd Deus bonus, misericors & clemens, irasci noverit: vel quod judicium cum severitate, aut creatura sua damnationem, visu suo sustinere possit.*

BERNHARDUS ait: * [Serm. de Cantic. Ezech.] *Crebris itaque hujusmodi vicissitudinibus inter gratiæ visitationem, & tentationis probationem, in schola virtutum proficiens: faciente utique visitatione, ne deficiat; tentatione, ne superbiat: & tali tandem exercitio, mundato oculo interiori, statim adest lex: cui fideliter inhærere cupiens, sed corpore pressus non prævalens, ad se-ipsum nolens dolensque, resilit. Gustato tamen aliquatenus, quam dulcis est Dominus; ejus etiam, cum ad sua redierit, in cordis palato saporem retinet: quo fit, ut jam ipsum; non ipsius quæcunque bona, desideret.* Itèm: * [Epist. 190.] *Virtus in pace acquiritur; in pressurâ probatur; approbatur in victoriâ.*

RICHARDUS inquit: * [lib. 1. de Erud. inter. hom. c. 17.] *Sæpè pro præcedenti, sæpè pro præsenti (sed latenti) culpâ, percutimur: & pro tali quidem, quam omninò nullam; vel fortè satisfactione deletam, credebamus. Et quidem (quod omninò fatendum est) non semper ad correptionem, seu ad purgationem, percutimur: sed modò ad eruditionem; modò ad probationem; seu alio quolibet modo flagellamur. Sed vera & perfecta devotionis est, pœnam, quam patitur, suis semper meritis adscribere; & culpam, quam in se minimè deprehendit, ex occulto timere.*

PETRUS Cantor inquit: * [cap. 107.] *Sicut enim ferrum igne & malleo purgatur: sic induratum & inolitum peccatum tribulatione & flagellis.*

¶ Cruce Ecclesia crescit. PETRUS Cluniacensis: * [lib. 3. ep. …] *Recordamini, Ecclesiam semper laboribus crevisse, passionibus multiplicatam esse, tolerantiâ cuncta resistentia vicisse.* Itèm: * [lib. 4. ep. 15.] *Dum sancta Ecclesia, quantò amplius sub malleo tribulationis tundi conspicitur; tantò altiùs crux sublevatur: & more aromatum, quò magis verberibus teritur; eò latiùs odoramenta suavitatis effundit.*

PETRUS Blesensis ait: * [Epist. 57.] *Proficit autem lilium inter spinas: & dum supra dorsum justi fabricant peccatores, dilatatur Ecclesia. Contra vos omnem malitiam armat iniquitas superborum: vos autem erga eos qui pacem vestram turbant, cor habeatis pacificum.*

¶ Crux ad conversionem prodest. BERNHARDUS: * [Serm. 42 sup. Cant.] *Denique unus eorum,* Conversus sum, *ait,* * [Psal. 32. vers. 4.] in ærumnâ meâ; dum configitur spina. *Bene confixus, qui conversus exinde est. Bene pungeris, si compungeris. Multi, cùm sentiunt pœnam, corrigunt culpam. & talis dicere potest: Conversus sum in ærumnâ meâ; dum configitur spina. Spina culpa est; spina pœna est: spina falsus frater, spina vicinus est malus.*

¶ De Martyribus, inquit RUPERTUS: * [lib. 1. in Apoc. cap. 1] *Multi quidem testes veritatis, mortem perpessi sunt, propter verbum testimonii ejus: ut & Græco nomine Martyres eos sancta Ecclesia nominare consuevit.* Et: * [lib. 7. de Div. off. c. 5.] *Martyres tantò majorem gratiam præ illis, qui in pace Ecclesiæ moriuntur, assecuti sunt: quantò graviori dispendio mortis & sanguinis Christi communicaverunt.*

BERNHARDUS ait: * [Epist. 98] *Duæ proinde res mihi videntur facere mortem preciosam; vita, & causa: sed ampliùs causa, quàm vita. Porrò illa erit preciosissima, quam & causa commendat, & vita.*

DE TENTATIONIBUS.

HONORIUS inquit: * [in Psal. 25.] *Diabolus, quos tentat, seducit: quos Deus tentat, probat & coronat.*

RUPERTUS ait: * [lib. 5. in Matt. c. 6.] *Alia est tentatio, scilicet tribulatio, quæ ab hoc seculo multis infertur modis: & ejusmodi tentatione Deus Sanctos suos tentare consuevit.* Itèm: * [lib. 10. c. 28] *Tentatio Dei, quando Deus tentat, quærit & probat fidem. Diabolus, quando tentat, quærit perfidiam.*

BERNHARDUS inquit: * [Serm. 5 super Psal. 91] *Vigilate proinde & orate, ut non intretis in tentationem: quoniam undique circumdati estis tentationibus. unde & legistis:* * [Job. 7. v. 1.] Quia tentatio est vita hominis super terram. *Itaque si tot tentationibus plena est vita nostra, ut non immeritò tota ipsa tentatio debeat appellari: pervigili circumspectione opus est & oratione, ne inducamur in eam. unde est & illud in Oratione dominicâ:* * [Matth. 6. vers. 13.] Et ne nos inducas in tentationem. *Quia ergo undique sic circumdatus es tentationibus; scuto circumdabit te veritas ejus: ut, quemadmodum undique bella; ita undique sint & præsidia. In quo & omnino illud manifestum est; spirituale scutum esse oportere, quod circumdare potest. Veritas autem circumdat: quia verax, qui promittit; & sic exhibet ut promittit.* Fidelis Deus, *ait Apostolus,* * [1 Cor. 10. vers. 13.] qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis. *Non incongruè scuto comparatur gratia divinæ protectionis: quod in superiori parte amplum & latum est, ut caput*

humeros

humilitatisque custodiat; in inferiori verò strictum, ut mundi oneret: maxime quod graciliores sint tibiæ, nec tam facile valuerentur; sed nec adeò periculosum sit, illas in partibus vulnerari. Sic omnino, sic militibus suis Christus, ad inferiora tuenda, id est, carnem, magnam (ut ita dixerim) strictitatem atque penuriam rerum temporalium donat; nec vult eos illarum multitudine prægravari: sed ut, victum & vestitum habentes, (quemadmodum ait Apostolus *) his contenti simus. in superioribus verò, ampliorem latitudinem, & abundantiam gratiæ spiritualis. Sic enim habet: * Primùm quærite regnum Dei & justitiam ejus; & omnia adjicientur vobis. Et: Hoc enim præmonitos vos esse volo, neminem super terram absque tentatione victurum: ut, cum fortè tollitur aliqua, alteram securus expectet: aut fortè non securus, sed pavidus magis: & sic petat ab eâ liberari, ut nunquam sibi in corpore mortis hujus libertatem perfectam, seu requiem, audeat polliceri. Quæ in re consideranda est nobis, tam benigna erga nos divinæ pietatis dispensatio: ut quibusdam nos tentationibus patiatur diutiùs occupari, ne fortè periculosiores occurrant: ab aliquibus verò citiùs liberet, ut possimus in aliis, quas nobis utiliores fore prævidet, exerceri. Itèm: * Cum igitur tres sint stanti imminentes strator es: horum Diabolus livore malitiæ, Mundus vento vanitatis, Homo semet-ipsum pondere suæ corruptionis impellit. Impellit Diabolus, sed non evertit: siquidem tuum illi negaveris assensum. Denique habes: * Resistite Diabolo; & fugiet à vobis. Iste est, qui stantes in paradiso impulit invidus, & evertit: sed consentientes, non resistentes. Iste est, qui se-ipsum de cælo superbus, nullo impellente, præcipitavit: ut scias multo magis hominem suo ipsius casui imminere, quem propria substantia pondus gravat. Est & Mundus impulsor, quia in maligno positus est: impellit omnes; sed solos evertit amicos suos, id est, consentaneos sibi. Nolo esse amicus Mundi, ne cadam. Nam qui vult esse hujus Mundi amicus, inimicus Dei constituitur: quo utique nullus gravior casus. Ex quibus satis claret, quam sit homo præcipuus impulsor sui: qui suo, sine alieno impulsu, cadere potest; alieno, absque suo, cadere non potest. Itèm: * Quotiens ergo importunè (ut assolet) carnalis cogitatio mentem pulsat: verbi gratiâ, cùm de potu, de cibo, de somno, cæterisq; similibus ad carnis curam pertinentibus, cogitantes, humano quodam inardescimus desiderio: certum sit nobis, spiritum carnis esse, qui loquitur; & tanquam adversarium repellamus eum, dicentes: Vade retrò Satana, quoniam non sapis ea, quæ Dei sunt; sed magis sapientia tua inimica est Deo. Cùm autem non de illecebris carnis, sed de ambitione sæculi, de jactantiâ & arrogantiâ, cæterisq; similibus, cogitatio vana versatur in cordibus nostris: spiritus Mundi est, qui loquitur; longè perniciosior hostis, & majori solicitudine repellendus. Interdum verò, satellitibus istis terga vertentibus, Princeps ipse, habens iram magnam, tanquam leo rugiens, insurgit adversus nos: cùm videlicet non ad voluptatem carnis, aut sæculi vanitatem, sed ad iram, ad impatientiam, ad invidiam, ad amaritudinem animi, provocamur: importunè ingerendo, si quid minùs amicabiliter, minùsve discretè factum videtur, aut dictum; si qua denique, aut in signo, aut in opere quolibet, data videtur indignationis occasio, materia suspicionis. Huic ergo cogitationi non aliter, quam ipsi Diabolo, resistendum est: nec aliter ab eâ, quam ab ipsâ perditione, cavendum. Scriptum est enim: * In patientiâ vestrâ possidebitis animas vestras. Fit tamen aliquando, ut spiritus noster, à quolibet horum trium crebrò superatus, & servus addictus illis in suam ipsius perniciem, (heu) vices illius agat: ut jam, sine omni alterius spiritûs suggestione, ipsa ex se anima, aut voluptuosas, aut vanas, aut amaras pariat cogitationes. Jam verò non facile arbitror posse discerni, quando noster ipse loquatur spiritus, quandove loquentem alterum audiat quemlibet è tribus illis. Sed quid refert, quicumque loquatur, dum unum & idem sit, quod loquantur? Quid refert, loquentis nosse personam, dum constat perniciosum esse, quod loquitur? Si inimicus est: resiste viriliter inimico. Si tuus ipse spiritus est: argue eum, & miserabiliter plange, quod in tantam miseriam, & tam miserabilem devenerit servitutem. Quoties verò super castigando corpore, humiliando corde, servanda unitate, & charitate fratribus exhibendâ, seu cæteris virtutibus acquirendis, conservandis, amplificandis, salubris cogitatio in mente versatur: divinus sine dubio spiritus est, qui loquitur, aut per se-ipsum sanè, aut per angelum suum. Et quemadmodum de humano aut maligno spiritu dictum, sic & de angelico & de divino. Nec facile est, quis loquatur, discernere, nec ignorare, periculosum, præsertim cùm certum sit, angelum bonum nunquam loqui ex semet-ipso; sed Deum esse, qui loquitur in ipso. Studiosius igitur deinceps consideremus, quònam modò malignorum illorum spirituum suggestiones audire; imò quantâ indignatione abjicere debeamus: avertentes aures nostras, ne audiamus sanguinem; & sapientiam, quam revelat caro & sanguis: parvulos quoque Babylonis, cogitatus scilicet mundanos, ab ipso initio tenentes, & allidentes ad petram: ipsum etiam malignum, cum tentationibus suis, à conspectu cordis nostri abjicientes, & deducentes ad nihilum. Eas verò cogitationes, quæ justitiæ & veritatis nos admonent, totâ devotione suscipientes divinæ dignationi gratiam habeamus: nec aliquando tantæ benignitati inveniamur ingrati, scientes quoniam ipse est, qui loquitur justitiam: ipse enim, cujus sermo veritas est.

PETRUS Blesensis ait: * Quis fortitudinem mentis emolliunt & subvertunt tentationes occultæ. Anima verò, à fundamento virtutis avulsa, corruit in peccatum. Apponens iniquitatem iniquitati, multiplicat oppressiones per angelos malos: & sic de arce deposita, tanquam de loco eminentiore confligendo insurgens, de misero & decepto triumphum reportat ignominiæ. Sic per illecebras hujus vitæ miseri elongantur à Deo, dicentes anathema Jesum: & tandem conversos in arcum pravum, ac in reprobum sensum datos, mala concipiunt in interitu.

De tentatione Dei, inquit RUPERTUS: * Seducit Deus; sed in bonam partem quà non solum reprobis, verum etiam probis aliquis, nesciens divinis consiliis obsequium præstat; in tantum, ut Hieremias dicat: * Seduxisti me, &c. Et: * Tentatio Dei est duplex: una in ruinam; altera in gloriam.

¶ Contra tentationes pugnandum esse, monet BERNHARDUS: * Nec spiritum carnis, loquentem mollia; nec spiritum Mundi, vana suggerentem; nec spiritum nequitiæ audias, immittentem amaritudines, & scandala seminantem. Sed hujus spiritus astutias nosse necesse est: hujus cogitationes non expedit ignorare. Interdum enim transfigurat se malignus ille & nequam spiritus in angelum lucis, ut virtutis simulatione plus noceat. Sed & tunc quoque si diligenter advertimus, nonnunquam, nisi amaritudinis & discordiæ seminaria spargit. Itèm: * Ita animus, si non præsumat de se; sed si confortetur à Verbo, poterit utique dominari sui, ut non dominetur ei omnis injustitia. Ita, inquam, Verbo innixum, & indutum virtute ex alto, nulla vis, nulla fraus, nulla jam illecebra poterit, vel stantem dejicere, vel subjicere dominantem. Vis non timere impulsorem? Non veniat tibi pes superbiæ; & manus impellentis non moveat te. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem. Ibi Diabolus & angeli ejus corruerunt: qui licèt non pulsi exterinsecùs; expulsi sunt tamen, nec potuerunt stare. Denique in veritate non stetit, qui non innixus est Verbo, qui in sua virtute confisus est. Et ideo fortassis sedere voluit; quia stare non valuit. Dicebat enim: * Sedebo in monte testamenti. Cæterum Deo aliter judicante, nec stetit, nec sedit, sed cecidit, dicente Domino: * Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ergo qui stat, si non vult cadere: non fidat sibi; sed innitatur Verbo. Verbum loquitur: * Sinè me nihil potestis facere. Ita est: nec surgere ad bonum, nec stare in bono possumus, sine Verbo. Tu ergo, qui stas, da gloriam Deo, & dic: * Statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Cujus manu erigeris; ipsum necesse est virtute teneari.

HILDEGARDIS ait: * Homo, qui opus Dei est, non potest præ fragilitate suâ, incedere firmiter sinè peccato; & ad aliter, sinè timore fragilis carnis, Diabolum superare: sed eum oportet illum humilitate devitare, & insidias ejus sapienter fugere, ne peccet, atq; fideliter se conjungere bonis operibus: & sic [illegible] Filius Dei, qui, quasi in angulo sedens, lapis angularis est, hoc pacto opus electum in homine conjungens.

DE TRADITIONIBUS humanis.

PRæcepta sic dividit BERNHARDUS: * Prælatis verò, partem voluntaria, ut quæ inventa ab homine: partem necessaria, ut quæ fuerit divinitus instituta.

Statuta humana posse mutari, BERNHARDUS docet: * ubi necessitas fuerit ad utilitatem Ecclesiæ: qui potestatem habet, ea dispenset. Ex necessitate enim fit mutatio legis.

Divina non posse mutari, idem dicit: * Necessarium incommutabile quid accipi velim? Equidem nil congruentius,

* 1. Tim. 6. vers. 8
* Matth. 6. vers. 33
* Serm. 25. sup. Cant.
* Jac. 4. v. 7
* Serm. de Septem Spirit.
* Lucæ 21. vers. 19
* Epist. 00
* lib. 4. in Amos. c. 8
* c. 20. v. 7
* lib. 10 in Matth. c. 26.
* Serm. de templ. ... Ded.
* Serm. 85. sup. Cant.
* Esai. 14. vers. 13
* Lucæ 10. vers. 18
* Johan. 15 vers. 5.
* Psal. 40 vers. 3
* lib. 3 [illegible]
* Tractat. de Præcept. & Dispens.
* ibid.
* ibid.

quàm quod divinâ ita constat & æterna ratione firmatum, ut nullâ ex causâ possit, vel ab ipso Deo, aliquatenus immutari. Sub hoc genere est omnis illa sermonis dominici, in monte habiti, spiritualis traditio; & quicquid de dilectione, humilitate, mansuetudine, cæterisque virtutibus, tam in novo, quam in veteri Testamento spiritualiter observandum contraditur. Hæc quippe talia sunt, quæ nec liceat, nec expediat, aliquando non haberi. Item: Necessarium deinde, quod inviolabile nominavi, illud intelligo: quod non ab homine traditum, sed divinitus promulgatum, nisi à Deo, qui tradidit, mutari omninò non patitur. Ut exempli causâ, Non occides; Non mœchaberis, Non furtum facies, & reliqua illius tabulæ legis scita: quæ etsi nullam prorsus humanam dispensationem admittunt; nec cuiquam hominum ex his aliquo modo solvere aut licuit, aut licebit: Dominus tamen horum, quod voluit, & quando voluit, solvit: sive cùm ab Hebræis Ægyptios spoliari, sive quando Prophetam cum muliere fornicaria misceri præcepit. Quorum utique alterum, quid nisi grave furtis facinus, alterum quid, nisi flagitii turpitudo reputaretur, si nõ excusasset utrumque factum auctoritas imperantis? Sane ubi simile aliquid aliquando à sanctis hominibus fuisse legitur usurpatum, Scripturâ non indicante, quod Deus ita præceperit: aut eos peccasse fatendum est, sicut homines; aut certe, sicut Prophetas, familiare Dei consilium accepisse. Unde & unum exemplum pono, quod occurrit de Samsone: qui se-ipsum una cum hostibus opprimens interfecit. Quod utique factum, si defenditur non fuisse peccatum: privatum habuisse consilium, indubitanter credendum est, etsi de Scripturâ hoc non habemus.

Divina præcepta humanis anteferẽda esse, idem BERNHARDUS docet:* *Quis sanè dicat, plus tribuendum humanis, quàm divinis traditionibus? plurisque, quod per suos Deus, quam quod per se-ipsum imperat, æstimandum?*

* ibid.

¶ De Paupertate, inquit BERNHARDUS:* *Non enim paupertas virtus reputatur, sed paupertatis amor. Denique, beati pauperes, non rebus, sed spiritu.*

* Epist. 101.

¶ De Solitudine, idem inquit BERNHARDUS:* *Solus es, si non communia cogitas: si non affectas præsentia: si despicias, quod multi suspiciunt: si fastidias, quod omnes desiderant, si jurgia devites: si damna non sentias: si non recorderis injuriarum. Alioquin, nec si solus corpore es, solus es. Videtne, posse esse te & solum, cum inter multos; & inter multos, cùm solus es? Solus es, in quantacunque hominum verseris frequentiâ: tantum cave, alienæ conversationis esse, aut curiosus explorator, aut temerarius judex. Etiamsi perperam actum quid deprehendas: nec sic judices Proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem; si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum. Quod-si omnem omninò dissimulationem rei certitudo recusat, suade nihilominus ipse tibi, & dicito apud temet-ipsum: Vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa fecisset, si accepisset in me similiter potestatem?*

* Serm. 40 sup. Cant.

¶ De Jejunio, scribit PETRUS Alphonsus:* *Quid igitur valet jejunium? Totum est sane bonis initium: quod & ad corpus humanum præcipitur debilitandum, & a vitiis compescendum.*

* Tit. 12

¶ De Cibi libertate, inquit PETRUS Cantor:* *Veruntamen omnis cibo, pro tempore & loco, omni Religioso concessum est vesci, si necessitas exegerit.*

* cap. 68

¶ De Monasteriis, inquit PETRUS Cantor:* *Monastica etiam vel Ecclesiastica, erecta ex fœnoribus & usuris avarorum, ex mendaciis deceptionum, & deceptionibus mendaciorum, prædicatorum, mercenariorum; quæ ex male-partis constructa sæpè dilabuntur: quia non habet eventus sordida præda bonos.*

* cap. 69

Contra hypocrisin monasticam, inquit BERNHARDUS:* *Vigilat in lecto, dormit in choro: cumque, aliis psallentibus ad vigilias, totâ nocte dormierit, post vigilias, aliis quiescentibus, solus in oratorio remanet, exscreat & tussit; gemitibus ac suspiriis aures foris-sedentium de angulo implet.* Et:* *Miror etenim, unde inter Monachos tanta intemperantia, in comessationibus & potationibus, in vestimentis, & lectisterniis, & equitaturis, & construendis ædificiis, inolescere potuit: quatenus, ubi hæc studiosius, voluptuosius, atque effusius fiunt; ibi ordo meliùs teneri dicatur, ibi major putetur religio. Ecce enim, parcitas putatur avaritia, sobrietas austeritas creditur: silentium tristitia reputatur. E contra remissio discretio dicitur, effusio liberalitas, loquacitas affabilitas, cachinnatio jucunditas, mollities vestimentorum & equorum fastus, honestas, lectorum superfluus cultus,*

* de Gradib. humil. 9.

* Apol. ad Guil. abb.

munditia. Cumque hæc alterutrum impendimus, charitas appellatur. Et: *Nihil de Scripturis, nihil de salute agitur animarum: sed nugæ & risus, & verba proferuntur in ventum. Inter prandendum, quantum fauces dapibus, tantum aures pascuntur rumoribus. quibus totus intentus, modum nescias in edendo. Interim autem fercula ferculis apponuntur: & pro solis carnibus, à quibus abstinetur, grandia piscium corpora duplicantur. Cumque prioribus fueris satiatus, si secundas attigeris, videberis tibi nec-dum gustasse pisces. Tanta quippe accuratione & arte coquorum cuncta apparantur, quatenus quatuor aut quinque ferculis devoratis, prima nõ impediant novissima, nec satietas minuat appetitum. Palatum quippe, dum novellis seducitur condimentis, paulatim dissuescit cognita; & ad succos extraneos, veluti adhuc jejunum, avide renovatur in desideria. Venter quidem, dum nescis, oneratur: sed varietas tollit fastidium. Quia enim puras (ut eas natura creavit) epulas fastidimus: dum aliæ aliis multifariis permiscentur; & spretis naturalibus, quos Deus indidit rebus, quibusdam adulterinis gula provocatur saporibus: transitur nimirum meta necessitatis; sed necdum delectatio superatur. Quis enim dicere sufficit, quot modis (ut cætera taceam) sola ova versantur & vexantur? quanto studio evertuntur, subvertuntur, liquantur, durantur, diminuuntur? & nunc quidem frixa, nunc assa, nunc farsa, nunc mixtim, nunc singillatim apponuntur? Ut quid autem hæc omnia, nisi ut soli fastidio cõsulatur? Ipsa deinde qualitas rerum talis deforis apparere curatur; ut non minùs adspectus, quàm gustus delectetur. Et cum jam stomachus crebris ructibus repletum se indicet; necdum tamen curiositas satiatur. Sed, dum oculi coloribus, palatum saporibus illiciuntur; infelix stomachus, cui nec colores lucent, nec sapores demulcent, dum omnia suscipere cogitur, oppressus magis obruitur; quam reficitur. Jam vero de aqua potu quid dicam? quando ne ullo quidem pacto vinum aquatum admittitur.* Item: *Videas uno in prandio, ter vel quater semiplenum calicem reportari: quatenus diversis vinis, magis [illegible] quàm potatis, nec tam haustis, quam attactis, sagaci probatione, & celeri cognitione, unum tandem e pluribus, quod fortius sit, eligatur. Quid, [illegible] quod nonnulla monasteria [illegible] in magnis festis [illegible] in conventu [illegible] Nunquid [illegible] hos firmitatem [illegible] Ego [illegible] ad aliud nihil valere [illegible] ut vel amplius bibatur [illegible] Sed cum venæ [illegible] vino ingurgitata, toto in capite [illegible] quid aliud libet, nisi dormire? Si autem ad vigilias [illegible] cogis: non cantum, sed planctum [illegible] vero ad lectum devenero: requisitus [illegible] plango [illegible] peccatum; sed quod manducare non-queo.* Item: *Mentior, si non vidi Abbatem, sexaginta equos, & eo amplius, in suo ducere comitatu. Dicas, si videas eos transeuntes, non patres esse monasteriorum; sed dominos castellorum: non rectores animarum, sed principes provinciarum. Tum deinde gestari videntur mappulæ, scyphi, bacini, candelabra, & mantica suffarcinata, non stramentis, sed ornamentis lectulorum. Vix denique quatuor quis leucis à sua domo recedit; nisi cum tota supellectili suâ: tanquam sit vel iturus ad exercitum, vel transiturus per desertum; ubi non valeant inveniri necessaria.*

PETRUS Cluniacensis inquit:* *Cùm sis igitur sub uno pastore Jesu Christo, cùm habites in uno ovili Ecclesiarum; cùm ex una, vivas atterutrum fide & spe, tam tu albe, quam tu niger monache: quid de variis velleribus (ut paulum asperiùs loquar) stultè intervos causamini? Quid tam nullâ, imo tam stultâ de causâ, contra vos ad invicem movemini? Cur tam puerili occasione, primam illam stolam charitatis scinditis? Cur ipsa habitacula separatis: Cur vos-ipsos, non jam ovino, sed lupino dente mordetis? [illegible] detrahitis? Cur laceratis? Videte, cavete, ne hoc nomen innocentiæ, quo vos nuncupamini, non de illis vos faciat, quas positurus est summus pastor a dextris.*

* [illegible]

PETRUS Cantor inquit:* *A simplici etiam & naturali colore, ventum est ad colorem pullum; sed religiosis congruum; [illegible] rubeum, subrubeum, croceum, violaceum, mixtum, & confusum; ut solo colore vestium perstringamus oculos nos-intuentium, eosque in admirationem rapiamus, cùm tamen natura singulis rebus, & [illegible] ipsis floribus, innatum adeoque pulcrum colorem dederit, qualem nec poterat operire Salomon in omni gloriâ suâ.*

* cap. 68

POTHO inquit:* *Omnis gloria eorum ab intùs: nos verò in-*

* lib. 3.

terius

terius vacui virtutibus, exteriùs imaginem quandam sanctitatis nobis depingimus: cum in exterioribus observantiis instituendis, commentandis, renovandis, inquietis semper dissentionibus animos, ab intima theoria dulcedine alienatos, occupamus. Ecce, gloriam nostram in ore hominum ponimus; & gloriam veram, quæ testimonio conscientiæ commendatur, minimè habemus. Hinc est, quod in his temporibus periculosis, inopia nos eo angustat spiritualium, cùm exuberat copia rerum temporalium. Ecclesia enim hoc tempore divitiis major, virtutibus minor facta est. Unde, refrigescente jam in multis charitate, cœleste in nobis evanescit desiderium, atque omne virtutum studium, ad appetitum convertitur rerum transeuntium. Quocirca de statu temporis nostri, in quos fines seculorum devenerunt, Ecclesia in verbis cantici lamentando conqueritur: * Ecce, inquit, in pace amaritudo mea amarissima. In prioribus seculis, quando persecutionum sævitia catholicam fidem oppugnabat, amara erat amaritudo Ecclesiæ. Deinde amarior, cùm heretica pravitas doctrinam veritatis, perversis dogmatibus, corrumpere conabatur. Nunc verò quando pax esse videtur, quando nec persecutor manifestus sævit, neque hereticus in verba malitiæ prorumpit, amaritudo amarissima sentitur. Est enim molestissimum Hypocritarum genus, inter domesticos pariter inclusum, cum amicis & domesticis Dei habitans; solo habitu exteriore Mundi contemtum præferens, monasticæ conversationi se ingerens: quod eò acrius membris Christi nocet, quo minùs vitari potest. Et revera hoc est amaritudo amarissima: quando pax quidem est à persecutoribus & hereticis, qui aperte sæviunt, sed non est pax à domesticis, qui intùs sunt, qui religiosorum quidem numero admixti sunt; sed veram religionem exsecrantes, dolose agunt in conspectu Domini: ut inveniatur iniquitas eorum ad odium. Cùm enim omni virtute interiùs sint destituti, sola imagine sanctitatis exteriùs nitidi, intuentium oculos fallunt: quia nimirum gloriam, quæ ab hominibus est, quærunt. Jam mysterium iniquitatis in his operatur: donec caput illorum Antichristus adveniat; cujus adventus est secundùm operationem Satanæ: qui, quasi meridianus fulgor, apparebit in omnibus signis & prodigiis mendacibus; seducens corda illorum, qui charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Item: Denique Prælati nostri, non contenti terminis, quos posuerunt patres nostri; quibusdam diverticulis, quæ ad regiam charitatis viam minimè conducunt, subjectos suos aberrare faciunt. Sed nihil in his magis est inordinatum, quam res bene-ordinatas, nova quadam ordinatione, imò præsumtione, nulla cogente necessitate, destruere. Illi quidem, qui nunc domui Dei præsunt, in labores patrum præcedentium introierunt: sed, dum labores illorum, pro sui officii debito, custodire negligunt: neglecta spiritus quiete, quæ sola necessaria est ad vacandum & fruendum Deo; in plantando & evellendo, in ædificando & destruendo, superfluo labore desudant. Sed (ut asserunt) hanc idcircò sibi occupationem sumunt: ne vel otio torpeant; vel à bono opere cessate videantur. Frustra hæc ad excusandas excusationes prætendere solent. Nunquam enim minùs otiosi essent; quam si illi otio dediti essent, in quo sapientia scribitur: quam nemo, nisi qui minoratur actu, percipere meretur. Vita namque, monastica, non practicæ curis, sed theoricæ studiis dedicatur. Attamen corporalis exercitatio ad modicum utilis: quæ ex regulari authoritate in monasteriis observatur, in usum contemplationis sumitur. Ad hoc namque, quotidiani operis exercitium prodesse videtur: ut labore ac fatigatione corporis excitata mens, ardentius adspiceret ad amorem intimæ quietis. Et: Revera respicimus ad amplius, cùm intentionis nostræ oculum in eo defigimus, ut, in observantiis exterioribus, ampliorem nobis laborem indicamus. Sed factum est minus: quia in spiritualibus animæ profectibus valde imminuti sumus. Seminamus quoque multum, qui corporalis exercitationis labores, quasi semina terræ mandamus: sed inferimus parum; quia videlicet fructum spiritus permodicum, de semine laboris nostri colligimus; ac minimam exinde animæ nostræ refectionem præparamus. Cum ergo continuæ psalmodiæ vocibus, cum quodam tædio, quo dormitat anima, perstrepimus, cùm exercitiis corporalibus immoderatiùs incumbimus: quid aliud facimus, quam, sicut turba in Evangelio, Dominum comprimimus; nec tamen curam salutis indè consequimur? Plus enim aliquid mulier fecisse videtur, quæ solam fimbriam vestimenti ejus tetigit, & continuò remedium, quod quæsivit, se invenisse gavisa est. Quocirca, cantandi usus, apud nos cùm sit continuus, & vix aliquando ad momentum intermitti soleat: cætera vitæ spiritalis exercitia, hoc est, legendi, meditandi, & operandi studia, quibus & corpus exerceri, & mens maximum proficere posset, nobis quasi interdicta esse videntur. Cùm enim in uno assiduè moramur; reliqua exsequi præpediemur. Item: Ecce autem, vita monastica, quæ erat columna & firmamentum religionis, in quâ videlicet viguit disciplina censura, morum gravitas, maturitas consiliorum, authoritatis pondus, antiquitatis insigne, in ecclesiasticis officiis repentinis, visa est novitatibus acquiescere, & quasi juvenili passa est decolorari levitate.

> * Epist. 30. c. 17.

Eckbertus ait: * Vidi claustra Virginum; quarum aliqua rectiùs viscarium Satanæ appellârim. Ignis alienus inulta vastaverat illic castitatis aruerans: & deplorandum universo Orbi animarum interitum apparuit. Omnia ergo considerans, & præfatæ ruinæ causas intellexi; & Domini patientiam vehementer admiratus sum. Circumspexi autem & sustinui, qui simul mecum contristaretur, super omnibus malis his, & vix unum de mille reperi, qui dignus haberetur inscriptione.

> * Epist. ad Archiep. Colon.

DE MIRACULIS.

De curatione Leprosorum, sic in Petro Alphonso scriptum est: * Primùm omnium mihi de Leprosis, qualiter mundati sunt; & de Cæcis, qualiter illuminati, responderi volo. Pet. Scias, quia lepra nullatenus aliter, quam vel per medicinam, vel per Dei virtutem, curari non potest. Quod-si per medicinam: vel per potiones interiùs, vel per unctiones purgatur exteriùs. Cùm autem medicinam aliquam operari ab eo homine non viderit; sed eos verbo tantùm, & in momento, curaverit: patet profectò, quòd per virtutem Dei factum sit. Mo. Nónne de Firmino mago legimus, quòd Leprosum unum mundaverit? Pet. Falsum sanè est, quod eum curaverit. Ipse verò per magicam artem suam oculos hominum decepit; & quod in re non erat, videri effecit. Cujus rei argumentum est, quod æger, post aliquod tempus, eandem ægritudinem recepit. Et licet exteriùs cutem suam, ut alii, mundam adspiceret: nunquam tamen (ut ipse dixit) infirmitatem interius non-sensit. Præterea autem nusquam in tota Necromantia legitur, quod per eam veraciter leprosus unquam curetur. De Cæcis autem de eis qui cæci nascuntur, contradicit Physica, quod eos illuminare valeat medicina. Assitha verò magus testatur, quòd per artem necromanticam eis veraciter lumen non reddatur.

> * Tit. 10.

¶ De Mortuorum resuscitatione, sic reliquit scriptum Petrus Alphonsus: † Sed de Mortuis quid dices? cum idem Assitha perhibeat, quod eos suscitare, & cum eis loqui homo possit; & in libro suo, quo fieri valeat, modum ostendat: & ex illa parte in libro Regum legatur, (ut diximus) qualiter per mulierem pythonissam Samuel suscitatus sit? Pet. Verum profectò est, quia (sicut dicis) Assitha testatur. Sed inter Dei opus, & illud quod per artem magicam fit, in resuscitatione mortuorum, distantia ingens habetur. Mortui enim, per magum aliquem suscitati, ultra quam longa est umbra sua, ambulare non possunt: sed cùm ad ejus finem venerint, in terram mortui recidunt. Qui autem per Dei suscitantur virtutem, bibunt ac comedunt; quò libet, & quantùm libet, incedunt, & quamdiu Dei placitum est, ut cæteri homines, vivunt: sicut illi, quos & Helisæus & Helias suscitavit, & Christus. Mo. Cùm hucusque satis ostensum sit, quod nihil per artem magicam, imò per Dei virtutem, ut Prophetæ alii, homo ille cuncta patraverit: dicas volo, cur se non Prophetam: sed Dei filium, vocare præsumserit? Pet. Ideò sanè fecit, quia veraciter filius Dei fuit.

> † Ibid.

Petrus Cluniacensis inquit: * Magica prodigia semper falsa sunt ac fallentia: nihil verum exhibent, nihil solidum præstant: fallunt sensus humanos, & dæmonico ministerio fingunt esse, quod non est; videri, quod non-videtur; audiri, quod non-auditur. Imitantur autorem suum: ut, sicut ipse mendax est, & pater ejus, sic ab eo progenita magica proles, nihil verum, sed falsa cuncta prætendat. Hinc non homines, sed falsas imagines hominum: hinc non quadrupedes, vel volucres, sed falsas imagines quadrupedum, vel volucrum: hinc non repentia, sed falsas imagines repentium, humanos sensus occultis præstigiis fallens, exhibet: hinc fontium, hinc fluminum, hinc arborum, hinc rerum omnium phantasmata, magica potentia humanis visibus repræsentat. Æmulatur in his Satanas, more suo, superbâ invidiâ, autorem naturæ: ut, sicut ille & nova, quæ vult, creat; & [illegible] cata in alias, quas vult, substantias vel species commutat: sic ille fallendi artifex, quia veraciter creare non potest: saltem creata falsa simulacra, ad stultos homines decipiendos, confingat. Prodit vanitatem talium præstigiarum, inconstantia phantasmatum confictorum: quæ statim ut apparent, more nebulæ vel fumi, recessu fugaci protinus evanescunt; & quàm nihil, etiam dum viderentur, essent, oculis subitò subtracta demonstrant. At è converso Christi

> * Lib. 2. contra Iud.

miracula hujus diabolicæ falsitatis prorsus ignara divina se esse non inania & falsa confingendo, sed solida & vera exhibendo ostendit. Non enim phantasticum, sed verum mare, Christus pedibus absque cujuslibet navis medio instrumento, calcavit: non in phantasticum, sed in verum & bonum vinum, aquas mutavit: non phantasticos, sed veros oculos cæcis aut restituit, aut donavit: non auditum simulatorium, sed naturalem surdis: non simulatoriam, sed veram, mutis loquelam concessit non fallaciter; sed veraciter, dæmonia de humanis corporibus expulit: non fallaciter, sed veraciter, universos hominum languores curavit, mortuos quoslibet suscitavit: & tandem, non ut propheta quilibet, non ut magnus aliquis; sed ut Deus & Dominus totius creaturæ, cuncta, quæ voluit, fecit in cælo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Nec solum ea fecit; sed insuper eandem miraculorum potentiam, cunctis in se credentibus, (quod non nisi Deus potest) concessit. Nam quicunque vel ante ipsum, vel post, miranda qualibet fecisse leguntur, creduntur, asseruntur non propria, sed aliena virtute, ad ea facienda, usi sunt: non humana, sed divina potentia, operati sunt. Inde est, quod ea facturi, preces semper ad Deum præmittebant; & iisdem precibus impetrata illa, quibus famosi facti sunt, miracula faciebant. Unde legis de Moyse, quamvis tacente, antequam rubrum mare divideret; antequam Pharaonem submergeret, dictum a Deo: Quid clamas ad me? Legis & Heliam, antequam vel mortuum suscitaret, vel igne cælesti sacrificia Deo oblata consumeret, vel triennem siccitatem pluviis irrigaret, orasse, genu flexisse, nihilque horum, nisi præmissa oratione, fecisse. Sed & de cæteris. Nullus enim eorum, aliquid talium operum ex se facere potuit: sed quando fecit, ea a Deo, ut fierent, impetravit.* Item: *Sola enim vere utilitas miraculorum Christi, etsi cuncta supra-dicta deessent, ad idem probandum sufficeret. Nam clara, certa, indubia, mirandorum operum probatio, est ipsa eorum utilitas: & utrum ex Deo sint, an non, non-negligenter attendentibus manifestant. Quicquid enim a Deo in terris de talibus fit, saluti hominum militat: quicquid a Satana de similibus fit, curiosis vanitati inservit. Discernit & dividit prorsus a diabolicis figmentis, divina miracula, utilitas humana: qua semper vacua sunt prodigia Diaboli, cui soli semper inserviunt miracula Christi. Quid enim prodest mortalium, non dico æternis; sed saltem præsentibus commodis, aereus Magorum volatus? phantasticus fluminum cursus? visus imaginum? figmenta statuæ? umbrarum palatia? momento temporis constructa mœnia? altissimæ turres erectæ? urbes maximæ, velut in somniorum phantasiis constructæ? & prorsus his similia universa Satanæ fallacia fallentiaque figmenta? Quod vero dixi, magica figmenta nec præsentibus hominum commodis prodesse, sicut intelligo, sic a Lectoribus intelligi volo. Novi enim, Magos, vel dæmoniacorum prodigiorum quoslibet vanissimos sectatores, dum vel occulta, quæ dæmonibus vel ex naturæ subtilitate, aut longissimo usu nota sunt, curiosis vel cupidis hominibus referant; vel visus eorum inanibus & fumeis simulacris pascunt, multa quandoque lucrari: & vel sibi ab his, a quibus ad hæc agenda instigantur, plurima sæpe commoda comparare. Non de his ego commodis ago, nec lucra hujusmodi inter humanæ salutis præsentia saltem commoda, numero. Sunt quippe ista magis nocentia, quam proficientia: magis perdentia, quam salvantia. Non ago, inquam, de turpibus ac nefandis Magorum, aut Mimorum, vel eis assentantium, vanis artibus, comparatis commodis: sed de illis miraculis, quæ æternæ animarum saluti famulantur; aut quorum saltem remediis corpora humana curantur. Quis enim æger, istis Satanæ fallaciis, fallentibusque figmentis, unquam curatus est? Cui misero talibus remediis subventum est? Cui, nisi popularis risui, talia apta sunt? Quid nisi stultorum oculos pascunt?*

*[margin: * Exod. 14. v. 15.]*

De diabolicis præstigiis, ait Petrus Cantor:† *Sed & peregrina judicia, & incantationes vel exsecrationes aquæ, vel ferri candentis, sæpe fallunt; nec effectum consequuntur: sicut ecclesiastica beneficia faciunt. Illis enim sæpe damnatur innocens. Ergo si non evenerit, quod pollicetur miraculator iste, nec tale judicium locutus est Dominus. Si autem evenit, procuratione Diaboli, & permissione Dei: & Dominus hujusmodi judicium non præcepit in lege loquens, vel Evangelio. Ergo interfici debet, contra Dominum sic loquens & incantans.*

[margin: † cap. 64.]

¶ Etiam Malis concessum esse, miracula facere, Petrus Cantor ait:* *Sed miracula facere concessum est & malis a Domino, & pro malis. Unde:*† Nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus? &c. *Ego tamen, etsi per me, vel pro me miracula non fiunt: non ideo credam, me esse minus-fidelem, vel innocentem. Modo enim Ecclesia magis innititur bonis operibus, quam miraculis.*

*[margin: * ibid. † Matt. 7. v. 22.]*

¶ Verbo Dei magis quam Miraculis, credendum esse, idem Petrus Cantor docet:† *Non utitur Dominus potestate; sed Scripturarum autoritate: docens nos magis doctrina pugnare, quam miraculis.*

[margin: † ibid.]

¶ Cur jam non fiant miracula, Petrus Cantor inquit:* *Nunc autem, fide prædicata & suscepta, (sicut nonnulla proclamat autoritas) non est tempus faciendi miracula, sed fidei & mandatorum potius implendi & imitandi opera. Vel, si vis ut fiant miracula trade mihi similem alicui prædictorum Prædicatorum, ut & per eum fiant, & provenimus nisi Ecclesia.*

*[margin: * ibid.]*

¶ Miracula interdum fallere, itidem Petrus Cantor ait:* *Si miracula, promissa a Domino in Evangelio justis, quandoque fallunt: non sunt in necessitate, ut semper effectum suum consequantur; ut scilicet curentur ægri per manuum impositionem, & hujusmodi, ut testantur Sancti: quomodo hæc miracula peregrini judicii semper in necessitate sunt, ut fiant vel effectum suum consequantur. Si fallunt: ergo spernenda sunt. Quod autem furtiva sint hujusmodi miracula peregrini judicii, ex eo probatur: quod elementis natura sua per incantationem aufertur.* Item: *Non enim in necessitate fidei est, ut semper adipiscatur sequentia in miraculorum superficie.*

*[margin: * ibid.]*

DE SCANDALO.

Bernhardus inquit:* *Constat igitur, ubi veritas, & veritas necessaria, in causa non est, nec licere scandalum quodlibet committere, nec juste præcipi, nec innoxie consentiri.* Et:* *Ubi enim scandalum; ibi procul dubio charitatis est detrimentum. Ubi autem diminutio charitatis, miror, quod vel quale possit spiritualis exercitii sperari lucrum.* Et:† *Ipsis itaque illud Gregorianum respondeo: Melius est, ut scandalum oriatur, quam veritas relinquatur.*

*[margin: * Epist. 7. * Epist. 80. † Apol. ad Guilh. abb.]*

Petrus Cantor ait:† *Summopere ergo cavenda est simultas in congregatione. Ibi enim peccatur magis, quam in privato loco, maxime illa, qua scandalum patiuntur infirmi.*

[margin: † cap. 56.]

DE CONIUGIO.

Quod in conjugio honeste vivere liceat, Bernhardus docet:† *Job quoque, substantiam hujus Mundi bene dispensans in conjugio, fidelem designat populum, terrena licite possidentem.*

[margin: † Serm. de trib. ordin. Eccl.]

¶ Quid sit, docet Hugo de S. Victore:* *Conjugium est legitima societas inter virum & fœminam; in qua videlicet societate ex pari consensu, uterque semet-ipsum debet alteri. Debitum autem hoc duobus modis consideratur: ut scilicet & se illi conservet, & se illi non-neget. Conservet videlicet, ne post talem consensum ad alienam societatem transeat. Non-neget, ut ab ea, qua ad invicem, communi societate se non disjungat. Spontaneus ergo consensus, inter virum & fœminam legitime factus; quo uterque debitorem alteri se spondet.*

*[margin: * de Virgin. Mariæ.]*

Lombardus ait:† *Sunt ergo nuptiæ vel matrimonium, viri mulierisque conjunctio maritalis, inter legitimas personas individuam vitæ consuetudinem retinens.*

[margin: † lib. 4. dist. 27.]

¶ De institutione conjugii, Lombardus inquit:* *Conjugii autem institutio duplex est. Una ante peccatum, ad officium facta est, in paradiso: ubi esset thorus immaculatus, & nuptiæ honorabiles: ex quibus sine ardore conciperent, sine dolore parerent. Altera post peccatum ad remedium facta, extra paradisum, propter illicitum motum devitandum. Prima, ut natura multiplicaretur: secunda, ut natura exciperetur, & vitium cohiberetur. Nam & ante peccatum dixit Deus,* Crescite & multiplicamini: *& post peccatum, omnibus pene hominibus per diluvium consumtis.*

*[margin: * lib. 4. dist. 26.]*

¶ Quid faciat conjugium, Lombardus docet:† *Efficiens autem causa matrimonii, est consensus.* Item: *Consensus, id est pactio conjugalis, matrimonium facit: & ex-tunc conjugium est, etiamsi non præcessit vel secuta est copula carnalis.* Et: *Non est ergo ambigendum, quin solus de præsenti consensus conjugium efficiat; & exinde veri conjuges appellentur. Ideo post talem consensum si quis alii se copulaverit, etiamsi carnis commixtio illic sequatur, ad priorem copulam revocandus est.* Item:* *Consensus cohabitationis, vel carnalis copula, non facit conjugium; sed consensus conjugalis societatis, verbis secundum præsens tempus expressus, ut cum vir dicit: Ego te accipio in meam, non dominam, non ancillam, sed conjugem. Quia enim non ancilla vel domina datur, ideo nec de summo, nec de imo, a principio formata est; sed de latere viri, ob con-*

*[margin: † lib. 4. dist. 27. * dist. 28.]*

jugalem

jugalem societatem. Si de summo fieret, ut de capite, videretur ad dominationem creata: si verò de imo, ut de pedibus, videretur ad servitutem subjicienda. Sed quia nec in dominam, nec in ancillam assumitur; facta est de medio, id est, de latere: quia ad conjugalem societatem assumitur. Cùm ergo sic conveniunt ut dicat vir: Accipio te in meam conjugem: & dicat mulier: Accipio te in meum virum: his verbis, vel aliis idem significantibus, exprimitur consensus, non copulæ carnalis, vel cohabitationis corporalis; sed conjugalis societatis, ex quâ oportet eos cohabitare. Item: * *Oportet consensum conjugalem liberum esse à coactione. Coactus enim consensus, qui nec consensus appellari debet, conjugium non facit.* [illegible]: *Conjugium fieri inter consentientes & spontaneos, non inter renitentes & invitos. Veruntamen, qui inviti & coacti conjuncti sunt, si postea ab aliquo temporis spatio, sine contradictione & querimonia cohabitaverint, facultate discedendi vel reclamandi habitâ; consentire videntur: & consensus ille consequens supplet, quod præcedens coactio inderat.* Item: *Consentire autem probatur, qui evidenter non contradicit: secundùm illud, In sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Intelligitur tamen patri filia consentire; nisi evidenter dissentiat.* Item: *Sponsalia, sicut nuptiæ, consensu fiunt contrahentium. Et ideo, sicut in nuptiis; ita & in sponsalibus, patrisfamilias filiam consentire oportet: quæ si patris voluntati non repugnat, consentire intelligitur.*

* lib. 4. dist. 29.

Hildebertus: * *Conjugium fit consensu voluntatum, non commercio permixtionis.*

* Epist. 27.

¶ Quando conjuges reputentur, explicat Lombardus: * *Quod enim ab ipsa desponsatione, in quâ pactio conjugalis exprimitur, conjuges sint, Sanctorum testimonia probant* [illegible]. *Ex tempore quo intercessit consensus voluntatum ac in* [illegible]*, qui solus conjugium facit, veri conjuges sunt sponsus & sponsa.* Item: *Ab* [illegible] *etiam sponsi vocantur, quæ talem habuerunt desponsationem, ubi fuit pactio conjugalis de præsenti. Et illa verè conjuges sunt.*

* lib. 4. dist. 27.

¶ De materiâ, inquit Rupertus: * *Quid autem hoc sibi vult, quod, cùm posset mulierem aque, ut virum, formare de limo terræ, maluit eam subducere viro, eamque in mulierem ædificare? Quid, inquam, hoc voluit? nisi ut firmam & insolubilem debere esse ostendat, unicè conjugii charitatem?*

* lib. 2. in Genes. 34.

¶ De Gradibus canonicis, sic loquitur Petrus Cantor: † *Quòd autem nihil solidi habeat positiva institutio, liquet ex eo, quod Dominus certas leges de matrimonio dederit, & inviolabiles, duodecim tantùm personas excludens à matrimonio. Quibus addimus in exceptionem, quintum, sextum, & septimum gradum: in eis tantum ad libitum nostrum quosdam conjungentes, & conjunctos separantes.* Item: *Ii addimus secundum & tertium genus affinitatis: quibus plures laquei & doli dantur pluribus, ad conjungendum & separandum aptiosè, quos voluerunt.*

† cap. 41.

¶ De conditione personarum, Lombardus ait: * *Nunc autem de conditione videamus; an valeat conjugium dividere? Ad quod dicimus, quia non negatur ingenua posse nubere servo. sed, si nescitur esse servilis conditionis; libere potest dimittere, cùm servitus ejus fuerit deprehensa.* Item: *Si enim conditionis dolum patitur, non cogitur adhærere ei, cujus fraude decepta est. Si autem scierit vir conditionem mulieris, vel è converso, non valet eam dimittere.*

* lib. 4. dist. 36.

De ætate, Lombardus ait: * *Hoc etiam sciendum est, quòd pueri ante quatuordecim annos, & puella ante duodecim annos, secundùm leges, matrimonium inire nequeunt. Quod si ante prædicta tempora copulam inierint, separari possunt: quamvis voluntate & assensu Parentum juncti fuerint. Qui verò in pueritia copulati, post annos pubertatis nolunt se relinquere* [illegible] *in conjunctione permanere: jam ex hoc efficiuntur conjuges* [illegible] *nequeunt separari.* Item: *Sponsalia ante septennium contrahi non possunt. Solo enim consensu contrahuntur: qui intervenire non potest, nisi ab alterutra parte intelligatur, quod inter eos agitur.*

* ibid.

De [illegible] religionis [illegible], Lombardus inquit: * *Non enim* [illegible] *et Christiano, cum Gentili vel Judæâ inire conjugium. quia* [illegible] *in veteri Testamento prohibitum est* [illegible] *infideles ducere uxores; Domino dicente:* * *Non accipies* [illegible] *filiabus alienigenarum filiis tuis, ne traducant eos post deos suos. Juxta hoc Domini præceptum*

* lib. 4. dist. 39.
* Deut. 7. v. 3.

Judæorum conjugia, cum alienigenis inita, Esdras separavit. Hoc idem in novo Testamento servatur.

Deinde [illegible], Lombardus ait: * *Potest tamen licitè dimittere; quia in infideli est fornicatio, si non corporis, tamen mentis. Causam enim fornicationis Dominus excepit. Fornicationem vero generalem & universalem intelligere cogimur non modo scilicet corporalem, sed & spiritualem.*

* ibid.

De occulto consensu, Lombardus ait: * *Nam & consensus occultus de præsenti per verba expressus, conjugium facit, licet non sit ibi honestus contractus, sed matrimonium non sancxit consensus, qui in occulto fuit.* [illegible] *enim alter alterum dimiserit: non cogitur judicio Ecclesiæ red*[illegible] *& commanere, quasi cum conjuge: quia non potest probari* [illegible] *contractus qui in occulto est factus. Quod si ipsi, qui in occulto* [illegible] *consenserunt, eundem consensum voluntariè in manifesto profitea*[illegible] *quæ propria voluntas suffragatur; & legitimo voto succurrit* [illegible] *sanciendum conjugium, quod prius occultè fuerat contractum.* [illegible] *luntas ergo verbo expressa in occulto, ad hoc suffragatur ut fiat conjugium: manifestè verò expressa, suffragatur ut sanciat & roboret, ac liberum sit Ecclesiæ de hoc judicare, si expedierit.*

* lib. 4. dist. 28.

De errore, inquit Lombardus: * *Nec solum coactio impedit vel excludit consensum, sed etiam error. Non autem omnis error consensum impedit. Est enim error alius personæ; alius fortunæ; alius conditionis; alius qualitatis. Error personæ, quando hic putatur esse homo ille; & est alius. Error fortunæ, quando putatur esse dives, qui pauper est, vel è converso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui servus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ & qualitatis conjugii consensum non excludit. Error verò conditionis, conjugalem consensum evacuat: de qua conditione postmodum tractabimus. Error quoque personæ consensum conjugalem non admittit.* Et: *Nec error qualitatis: ut si quis ducat uxorem meretricem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem; non potest eam dimittere.*

* lib. 4. dist. 30.

¶ De Divortio, Lombardus ait: † *Hoc etiam notandum est, quod, cum Dominus concedat uxorem dimitti, causa fornicationis, viro* [illegible] *licentia non tollitur feminæ.*

† lib. 4. dist. 34.

¶ De Polygamiâ, Lombardus inquit: * *Quæritur hic de antiquis Patribus, qui* [illegible] *leguntur habuisse uxores vel concubinas,* [illegible] *ad quod dicimus. Pro varietate temporum, varia invenitur* [illegible] *fatio conditoris.* Item: *Sed nunquid sub Lege licebat hab*[illegible] *uxores? Audi quod scriptum est in* [illegible] *Non* [illegible] *ebit Rex uxores plurimas, quæ al*[illegible] *animum ejus.* Et: *Veniens autem plenitudinis tempore, quo Christi gratia* [illegible] *est* [illegible] *lex nuptiarum ad pristinam honestatem* [illegible] *nisi unus unam, in figura Christi & Ecclesiæ, conjungatur.*

* l. 4. dist. 33.
† cap. 17. v. 17.

¶ De furiosis, ait Lombardus: * *Furiosi quoque, dum in amentia sunt, matrimonium contrahere non valent.* [illegible] *de Fabiano: Neque furiosus, neque furiosa, matrimonium contrahere possunt. sed si contractum fuerit, non separentur.* Item Nicolaus Papa: *Hi, qui matrimonium sani contraxerunt, & unus ex duobus vel ambobus amentiam, vel furorem, vel aliqua infirmitas accesserit ob hanc infirmitatem talium* [illegible] *separari non possunt. Similiter est etiam sciendum de his, qui ob Adversariorum exc*[illegible] *antur, vel membris truncantur, vel à Barbaris excæ*[illegible]*ant.*

* lib. 4. dist. 34.

¶ De procuratoribus abortus, Lombardus scribit: † *Hic quæri solet de his, qui abortum procurant, quando judicentur homicidæ, vel non? Tunc puerperium ad* [illegible] *pertinet, quando formatum est, & animam habet ut* [illegible] *super Exodum asserit. Informe autem puerperium ubi* [illegible] *anima viva, lex ad homicidium pertinere noluit.* [illegible] *Augustinus, quod informe puerperium non habet animam* [illegible] *mulctatur pecuniâ, non redditur anima pro animâ.* [illegible] *corpori anima datur, non in conceptu corporis nascitur* [illegible] *derivata.* Item: *Hic apparet* [illegible] *qui abortum procurant, cum formatum e*[illegible] *puerper*[illegible]

† lib. 4. dist. 31.

¶ De veneni pr[illegible], ait Lombardus: † *Qui verò venena sterilitatis* [illegible] *non conjuges, sed fornicarii sunt.*

† ibid.

¶ De corpo[illegible] de [illegible] Lombardus dicit: * [illegible] *matula corpor*[illegible] *debet*

* lib. 4. dist. 34.

[illegible] *ab omni corpore* [illegible] *membra* [illegible] *vel* [illegible] *dolor* [illegible] *confolatio* [illegible] *qui* [illegible] *funt* [illegible] *vigeat* [illegible] *vehementer* [illegible] *ate fideque* [illegible]

¶ [illegible] Bona Conjugii [illegible] LOMBARDUS [illegible] *tria funt* [illegible] *conjugii, unde Augustinus: Nuptiæ* [illegible] *facramentum. In fide attenditur* [illegible] *cum alia vel alia* [illegible] *In prole ut* [illegible] *In facramento ut conju-* [illegible] *dimissum vel dimissa* [illegible] *prole alter* [illegible]

¶ [illegible], inquit BERNARDUS: [illegible] *quod natura arctius vinxit vinculum* [illegible] *propter hoc,* [illegible] *relinquet homo patrem* [illegible] *suam* [illegible] *sponsa. Vides* [illegible] *sponsis, non cæteris tantum* [illegible] *se ipso* [illegible]

¶ De copula conjugii LOMBARDUS ait: Cum [illegible] *& mulier legitime conjuncti sunt, constat, alterum alteri* [illegible] *aliam non posse* [illegible] *alioquin adulterium committitur.*

PETRUS B[illegible]NSIS inquit: † *In* [illegible] *Christiano est* [illegible], *quam firma & indissolubilis sit copula conjugalis.* [illegible] *separari non* [illegible] *mente non potest.* Quos Deus, inquit, conjunxit, homo non separet. *Sicut enim* [illegible] *transgressorem constituit, qui separat* [illegible] *culpabilis est con*[illegible] *quæ a viro se* [illegible] *non servat* [illegible] *conjugii* [illegible] *spiritum* [illegible] *Apostoli mandatum & Evangelium Legemque, mulier illa evacuat, quæ viro non* [illegible]. *Caput enim mulieris vir est, de viro est sumta, viro est uxor* [illegible] *subdita potestati.*

¶ De solennitatibus conjugii, scribit LOMBARDUS: *In hujus sacramenti celebratione, sicut in aliis, quædam sunt pertinentia ad substantiam sacramenti, ut consensus de præsenti, qui solus sufficit ad contrahendum matrimonium. quædam vero pertinentia ad decorem & solennitatem sacramenti, ut Parentum traditio* [illegible] *benedictio, & hujusmodi. sine quibus legitime fit conjugium, quantum ad virtutem, non quantum ad honestatem sacramenti.* [illegible], *non quasi legitimi conjuges, sed quasi adulteri* [illegible] *conveniunt* [illegible] *si non suffragatur voluntas, verbis expressa de præsenti, quæ legitimum inter eos facit matrimonium.*

¶ De [illegible], inquit BERNARDUS: *Si solos* [illegible] *collocat Continentes* [illegible] *ex maxima parte* [illegible] *Si omnem spiritualium pariter cum continentibus collocat* [illegible]

¶ [illegible] etiam nuptias licitas esse. LOMBARDUS ait: † [illegible] *est etiam, quod non solum primæ vel secundæ nuptiæ sunt* [illegible] *tertiæ & quartæ non sunt damnandæ.*

¶ [illegible] Contrariis [illegible] LOMBARDUS scribit: † [illegible] *autem nonnulli Hæretici, nuptias detestantes,* [illegible] *Hi nuptias omnino damnant, ac pari fornicationi* [illegible] *corruptionibus faciunt* [illegible] *in suorum numero* [illegible] *mentem* [illegible] *vel fœminam. Quod autem res bona sit conjugium, non modo ex eo probatur, quod* [illegible] *legitur* [illegible] *inter primos parentes: sed etiam quod in Cana Galilææ* [illegible] *interfuit Christus, eaque* [illegible] *mandavit* [illegible] *postea* [illegible] *uxorem* [illegible] Apostolus etiam [illegible] Virgo non [illegible]

¶ [illegible] P[illegible] ALP[illegible]US ait: *Neque* [illegible] *nisi* [illegible] *procreandi* [illegible] *est uxorem* [illegible]

[illegible] de [illegible] *causa* [illegible] *ut* [illegible] *& pater suus &* [illegible] *H* [illegible] *ad commodius* [illegible] *gene*[illegible]

meritis [illegible] *& fructumque* [illegible]

BERNARDUS [illegible] *Ecclesia honorabile conjugium &* [illegible] *immaculatum:* [illegible] *carnis* [illegible] *fœminis* [illegible] *masculorum concubitoribus &* [illegible] *nere communi* [illegible]

LOMBARDUS [illegible] *Igitur finalis causa matrimonii contrahendi est principalis procreatio prolis. Propter hoc enim instituit Deus conjugium inter primos parentes, quibus dixit:* Crescite & multiplicamini [illegible] *da est post peccatum Adæ vitatio fornicationis. unde Apostolus:* Propter autem fornicationem unusquisque [illegible] *suam* [illegible] *unaquæque habeat virum* [illegible] *Sunt* [illegible] *alia causa honesta: ut inimicorum reconciliatio,* [illegible] *pacis redintegratio. Sunt etiam & aliæ causæ minus honestæ, propter quas aliquando contrahitur, ut viri mulieris pulchritudo, quæ animos amore inflammatos sæpe impellit inire conjugium, ut valeant suum explere desiderium. Quæstus quoque & divitiarum possessio frequenter est conjugii causa. & alia multa, quæ cuique diligentiam adhibenti facile est discernere. Nec est assentiendum illis, qui dicunt, non esse conjugium quod propter has causas minus honestas contrahitur. Constat enim ex præmissis conjugium fieri ex* [illegible] *consensu, verbis de præsenti expresso: quamvis* [illegible] *hoc attraxerit. Cujus rei documentum præstat Jacob, qui Rachel decoram facie & venusto aspectu amavit, eamque, multum* [illegible] Serviam tibi pro Rachel septem annis. *In Deuteronomio etiam legitur:* † Si videris in medio captivorum mulierem pulcram, & adamaveris eam, volueris que uxorem habere, introduces eam in domum tuam.

¶ De Virginitate BERNARDUS ait: *Laudabilis virtus virginitas, sed magis necessaria humilitas. Illa consulitur, ista præcipitur: ad illam invitaris, ad istam cogeris. De illa dicitur,* † Qui potest capere capiat. *de ista dicitur:* Nisi quis efficiatur sicut parvulus iste, non intrabit in regnum cœlorum. *Illa ergo remuneratur, ista exigitur. Potes denique sine virginitate salvari: sine humilitate non potes.*

LOMBARDUS ait: *Castitas virginalis, non præ*[illegible] *merito conjugali castitati Abrahæ.* Item: *Melior est autem virginitas mentis, quam carnis.*

¶ De Fornicatione, LOMBARDUS inquit. † *Fornicatio, licet genus sit omnis illiciti coitus, qui fit extra uxorem, tamen specialiter intelligitur in usu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum.*

De Stupro: *Stuprum proprie est virginum illicita defloratio.*

De Adulterio: † *Adulterium est alieni thori violatio. unde Adulterium dicitur quasi alterius thori accessio.*

De Incestu: *Incestus est consanguinearum vel affinium abusus. unde incestuosi dicuntur, qui consanguineis vel affinibus suis abutuntur.*

De Raptu: † *Raptus admittitur, cum puella violenter a domo patris educitur; ut corrupta in uxorem habeatur. Sive puellæ, sive parentibus, vis illata constiterit: hic morte mulctatur.*

DE MAGISTRATU.

CUr Magistratus Dii vocentur, PETRUS CLUNIACENSIS docet: *Vocantur illi dii, non quod aliqua* [illegible] *quia principatu aliquo, dignitate aliqua, vel auctoritate, quibusdam aliis* [illegible] *prælati fuerint.*

¶ Quid sit [illegible], J[illegible] S[illegible]RIENSIS ait: † *Est ergo* [illegible] *Princeps potestas publica, & in terris quædam divinæ potestatis imago.* Item: *Est ergo Tyranni & Principis hæc differentia* [illegible] *quod hic Legi obtemperat, & ejus arbitrio populum* [illegible] *se credit ministrum, & in Republica munerum* [illegible] *& oneribus* [illegible] *Legis beneficio sibi primum* [illegible] *locum.*

¶ De Legibus [illegible] statuum, inquit JOANNES SAR[illegible]: *Recte quidem omnium legum inanis est censura, si non divinæ legis imaginem gerat: & inutilis est constitutio Principis, si non est ecclesiasticæ disciplinæ conformis* [illegible] *dispensationem Legis subtrahit* [illegible] *sed perpetuam præceptionem aut prohibitionem habentis* [illegible] *eorum nequaquam arbitrer* [illegible] *In his* [illegible] *dispensatio* [illegible] *honestatem aut utilitatem* [illegible]

Bx

[* Epist. 255.] BERNHARDUS: * *Regna terræ, & jura regnorum, tunc sanè sana sunt dominis atque illæsa persistunt: si divinis ordinationibus ac dispositionibus non resistunt.*

¶ De Tyranno, JOHANNES SALISBERIENSIS scribit: † *Tyrannus est, qui populum violentâ dominatione premit.* Itèm: * *Tyrannum occidere, non modo licitum est; sed æquum & justum. Qui enim gladium accipit, gladio dignus est interire. Sed accipere intelligitur, qui eum propriâ temeritate usurpavit: non, qui utendi eo à Domino accipit potestatem. Utique, qui à Deo accipit potestatem, legibus servit; & justitiæ & juris est famulus. Qui verò eam usurpat; jura deprimit, & voluntati suæ leges submittit. In eum ergo meritò armantur jura, qui leges exarmat: & publica potestas sævit in eum, qui evacuare nititur publicam manum.* [† l. 8 Policrat. 17.] [* l. 3. c. 15.]

¶ De officio Magistratûs, idem SALISBERIENSIS ait: † *Publicæ ergo utilitatis minister, & æquitatis servus, est Princeps; & in eo personam publicam gerit: quòd omnium injurias & damna, sed & crimina omnia, æquitate mediâ punit. Virga quoque ejus & baculus, adhibitâ moderatione sapientiæ, contractus omnium & errores ad viam reducit æquitatis.* Itèm: *Officium quoque ejus, illis, qui minimum possunt, plurimùm prodest: & illis, qui nocere desiderant, plurimùm adversatur.* Itèm: * *Totum ergo se Deo debet, plurimum suæ Patriæ: multum Parentibus & Propinquis: Extraneis minimum, nonnihil tamen: sapientibus ergo & insipientibus debitorem, pusillis & majoribus.* Itèm: *Subjectis itaque pater sit, & maritus: aut si teneriorem noverit affectionem, utatur eâ. Amari magis studeat, quàm timeri: & se talem illis exhibeat; ut vitam ejus ex devotione præferant sua; & incolumitatem illius, quandam publicam reputent vitam.* Itèm: *Licebitne ergo canes multiplicare, volucrésque rapaces, aut truces bestias, aut qualibet portenta naturæ: cùm equorum, qui ad militiam necessarii, & usum totius vitæ, ex quantitate legitima præfinitus est numerus? Nam de histrionibus, & mimis, scurris & meretricibus, lenonibus, & hujusmodi prodigiis hominum, (quæ Principem oportet potius exterminare, quam fovere) non fuit in Lege mentio facta: quæ quidem omnes abominationes istas, non modo à Principis aula excludit; sed eliminat à populo Dei.* Itèm: *Magnâ siquidem diligentiâ præcavendum est omnis, qui in sublimitate constituuntur, ne inferiores corrumpat exemplis, & abusione rerum; & per superbiam aut luxuriam viam, ad confessionis tenebras reducat populum. Frequens est enim, ut subditi superiorum vitam imitentur: quia magistratus populus studet esse conformis; & unusquisque libenter appetit, in quo alium cernit illustrem.* Itèm: † *Ecce, quia Princeps non debet esse ignarus juris: & licèt multis privilegiis gaudeat; nec militiæ prætextu Legem Domini permittitur ignorare.* Et: *Ex quibus liquidò constat, quam necessaria sit Principibus peritia literarum; qui legem Domini quotidie revolvere lectione jubentur.* Et: † *Timeat ergo Princeps Dominum; & se promeâ humilitate mentis, & piâ exhibitione operis, servum profiteatur. Dominus etenim, servi dominus est. Servit itaque Domino Princeps; dum conservis suis, subditis scilicet, fideliter servit. Sed & dominum Deum esse agnoscat: cui non plus timoris ex majestate, quam amoris ex pietate, exhibendum est.* Itèm: *Non itaque superbiat super fratres: sed, cùm fratrum meminerit; fraternum subjectis omnibus impendat affectum, & quidem prudenter. Dominus enim humilitatem, cum discretione & charitate, indicit Principibus: quia sine istis omninò sustineri non potest principatus.* Et: *Nec tamen eatenus superbiam vitet, ut incidat in contemtum. quia, sicut elatio; ita & abjectio declinanda est.* Itèm: † *Præterea, sit in verbo affabilis; munificus in beneficiis; & integræ autoritatis: servet in moribus dignitatem.* Itèm: *Potestas, cùm inferiorum vitia mansuetâ manu curare non sufficit; pœnarum acrimoniam dolens rectè vulneribus infundit: & piâ crudelitate sævit in malos, dum bonorum incolumitas procuratur.* [† l. 4. c. 2.] [* cap. 3.] [† cap. 6.] [† cap. 7.] [† cap. 8.]

¶ Unde sit Magistratus, docet JOHANNES SALISBERIENSIS: * *Hunc itaque, ut jam dictum est, dispositio divina in arce Reipublicæ collocavit: & eum nunc arcano providentiæ suæ mysterio cæteris præfert; nunc quasi suorum judicio Sacerdotum; nunc ad eum præficiendum totius populi vota concurrunt.* Itèm: *Gubernatio verò populi, illi tradenda est, quem Deus elegerit: homini scilicet tali, qui habet Spiritum Dei in se, & præcepta Dei in conspectu ejus sunt: qui Moysi valde notus fit & familiaris; id est, in quo sit claritas Legis & scientia, ut possint eum audire filii Israel.* [* l. 5. c. 6.]

¶ De Obedientiâ erga Magistratum, BERNHARDUS ait: * *Si totus Orbis adversum me conjuraret; ut quippiam molirer adversum Regiam majestatem: ego tamen Deum timerem; & ordinatum ab eo Regem offendere temere non auderem. Nec enim ignoro, ubi legerim:* † Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Itèm: * *Pura mala, ut nunquam justè juberi; sic nec licitè possunt fieri. Inanis excusatio de humanâ obedientiâ ubi in Deum convincitur facta transgressio.* [* Epist. 170.] [† Rom 13. v. 2.] [* Epist 7.]

HILDEBERTUS: * *Deus est, in cujus manu corda regum cerea sunt: quócunque sibi placet, eò solus inclinat; alterat, in quam vult formam. Si invenero gratiam in oculis ejus: gratiam Regis vel facilè consequar, vel utiliter amittam. Siquidem, hominem offendere propter Deum, lucrari est gratiam Dei.* [* Epist. 71.]

PETRUS BLESENSIS ait: * *Mihi non videtur absurdum, si Domino Regi, (juxta Apostolum) tanquam præcellenti, honorem & obsequium exhibeto. Regibus enim, non solùm bonis & modestis; sed etiam dyscolis, in omni humilitate & reverentiâ censeo serviendum.* [* Epist. 20.]

JOHANNES SALISBERIENSIS ait: † *Nos autem, quibus de cælo verior illuxit, non deorum, qui nulli sunt; sed veri Dei ministris & amicis, reverentiam magnam credimus exhibendam: sed & inimicis ejus interdum. quoniam hoc ipse præcepit, qui sæpè, in maximam eruditionem suorum, pessimis hominibus contulit potestatem.* Itèm: *Nam cùm quis legitimum accipit principatum: tanquam præsenti & corporali deo, fidelis est ei præstanda devotio, impendendus pervigil famulatus. Deo enim vel privatus, vel militans servit: cùm fideliter eum diligit, qui Deo regnat autore.* [† l. 7. c. 7.]

¶ De negligentiâ Magistratuum, queritur HILDEBERTUS: * *Cæterùm vides, quia jam potestas sinè causa gladium portat: in vaginâ reconditum est, pellibus mortuorum animalium tectus est. In Christum Malchus, in vasa templi Balthasar impune extendit. Nemo est, quem zelus domus Domini comedat. Nemo est, qui cum Moyse minetur & dicat:* † Inebriabo sagittas meas sanguine. *Bonum ergo est, sperare in Domino, quam sperare in Principibus.* [* Epist. 40.] [† Deut. 32. v. 42.]

Erroribus magistratuum plures involvi, BERNHARDUS docet: * *Principis error multos involvit: & tantis obest, quantis præest ipse. Nec præsumus, sicut scitis, ut perdamus; sed ut regamus subjectos. Per quem Reges regnant, ipse nos præfecit populis suis, à nobis tuendis, non subvertendis: planè sanctæ suæ Ecclesiæ ministros, non dominos.* [* Epist. 127.]

JOHANNES SALISBERIENSIS ait: † *Princeps enim tenetur de omnibus, & omnium autor esse videtur. quia, cùm omnia possit corrigere; eorum meritò particeps est, quæ noluit emendare.* [† li. 4. c. 12.]

¶ De fine Magistratûs, inquit PETRUS Blesensis: * *Omnis justitia ideò exercetur: ut debitâ quiete gaudeat innocentia; & malignantium temeritas reservetur.* [* Epist 55]

POTHO: † *Nam cùm sensualis rationi servit; cùm terrenum regnum cælesti regno militat; cum legibus divinis jura humana in nullo contradicunt: disciplina domûs bene regitur.* [† lib. 1.]

¶ De discrimine ecclesiasticæ & politicæ potestatis, RUPERTUS inquit: * *Duæ virgæ sunt: altera Regum gentium, alia Discipulorum Christi. Virga Regum gentium, virga est dominationis. Virga Discipulorum Christi, virga dilectionis, virga pastoralis officii, super curam animarum solicitè vigilantis. Illa virga, quæ dominationis est, non est concessa ministris evangelii pacis; & illa interdicitur hic, dicendo:* Neque virgam. *Amplius autem illic:* † Reges gentium dominantur eorum; & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: vos autem non sic. *Porrò virgam disciplinæ, virgam pastoralis solicitudinis ac vigilantiæ, non solum nunquam interdixit: verùmetiam ab initio jussit; ab initio, (inquam) id est, ex quo primùm pastores animarum mittere cœpit.* [* lib. 8 in Matt. c. 10.] [† Luc 22. v. 25. 26.]

¶ De Militiâ, inquit JOHANNES SALISBERIENSIS: * *Sed quis est usus militiæ ordinatæ? Tueri Ecclesiam; perfidiam impugnare; sacerdotium venerari; pauperum propulsare injurias; pacare provinciam pro fratribus, ut sacramenti docet conceptio; fundere sanguinem, & (si opus est) animam ponere.* Itèm: *Nam & hæc agentes milites sancti sunt: & in eo fideliores Principi, quo servant studiosiùs fidem Dei: & virtutis suæ utiliùs gloriam* [* l. 6. c. 8.]

promoverent; quo fideliùs Dei sui in omnibus gloriam quærunt. Itèm: * [* cap. 9.] *Nec refert fideli quis militet, an infideli: dum tantùm militet fide incolumi.* Et: *Hæc autem omni militia formula præscribenda est & implenda: ut Deo primum fides debita; deinde Principi & Reipublicæ servetur incolumis. Et semper majora præjudicabunt minoribus: quia nec Reipublicæ, nec Principi, fides servanda est contra Deum, sed secundum Deum, sicut habet ipsa conceptio sacramenti militaris.* Item: † [† cap. 10.] *Nam sicut eo pro Ecclesia plurimum, ita contra Ecclesiam licet nihil.* Itèm: * [* cap. 11.] *Veruntamen, cum in omni professione disciplina necessaria sit, nunquam magis, quam in clero & re militari. At res militaris spaa minus exercetur in spiritu, acerbius est punienda.* Et: † [† cap. 12.] *Nam, sicut in religione degentibus, Prælatorum mandata, dum præceptionem perpetuam non impugnant, a subditis non oportet discuti, sed impleri: sic in re militari, circa mandata Ducis, nulla est examinatio militaris, nisi fortè, quod præcipitur, expressim saluti Reipublicæ inveniatur adversum. Nam in eo non obtemperat, nisi perfidus & impius miles.*

De Militum vitiis, PETRUS BLESENSIS ait: † [† Epist. 37.] *Porrò ordo militum nunc est, ordinem non-tenere. Nam cujus os majore verborum spurcitia polluitur; qui detestabilius jurat, qui minus Deum timet, qui ministros Dei vilificat; qui Ecclesiam non veretur: iste hodie in cœtu militum fortior nominatur, & deputatur.* Itèm: *Qui contra inimicos Christi vires suas exercere debuerant, in potibus & ebrietatibus pugnant, vacant otio, marcent crapula; vitamque degenerem in immunditiis transigentes, nomen & officium militiæ dehonestant. Nihil damnabilius est in milite, quam otium: per quod usus armorum dediscitur; nutritur pusillanimitas, vires fatiscunt, obrepit inertia, & ad immunditia actus animus occupatur.*

DE MORTE.

OMnibus moriendum esse, BERNHARDUS monet: * [* De Conversi. c. 14.] *Quid vero, rebus humanis, certius morte; quid horâ mortis incertius invenitur? Non miseratur inopiam, non divitias reveretur; non generi cujuslibet, non moribus, non ipsi denique parcit ætati: nisi quod senibus in januis, adolescentibus in insidiis est. Infelix proinde, qui in hujus vitæ tenebris & lubrico fidens, perituram insumit operam, nec advertit, quoniam vapor est ad modicum parens, & vanitas vanitatum.*

PETRUS BLESENSIS: † [† Epist. 45.] *Mortis enim tributarii omnes sumus, mortisque responsum habemus & fœdus cum ea percussimus.* Itèm: * [* Epist. 63.] *Dies tua mortis incertus est: senesque pariter & juvenes mors amara involvit.*

HUGO HETERIANUS inquit: * [* de Regressu animarum p. 20.] *Non est sub hominis potestate non-mori: quia nasci humani non exstabit arbitrii.*

¶ Quid sit, exponit BERNHARDUS: † [† Serm. 10. in Psal. 91.] *Unde enim, nisi ex separatione animæ & corporis, mors procedit? Inde est, quòd mortuum corpus exanime nominatur. Unde autem separatio hæc; nisi ex flagellis præsentibus, ex qualibet doloris vehementia, ex ipsius corporis corruptione, ex pœna peccati? Meritò timet proinde, & odit flagellum, caro nostra: quo intuitum, ab ipsius animæ tam delectabili honorabilique consortio, amarum nimis divortium patiatur. Cæterum, interim quidem donec renovetur, velit-nolit, sustineat illud, necesse est.* Itèm: * [* Serm. 74. super Cant.] *Quid mors, nisi privatio vitæ? Ita nihil perditio, nisi alienatio a Deo est.*

¶ De duplici morte, PETRUS ALPHONSUS inquit: † [† Tit. 10.] *Quia vero etiam Adæ peccatum duplex fuit; spirituale scilicet & corporale: spirituale quidem, quia Diabolo potius quam Deo credere (quod ad spiritum pertinet) & obedire elegit: corporale autem, quia se in vetiti fructûs dulcedine, quod scilicet est corporis, delectavit: ideò sane mortem carnis, & mortem animæ pœnam scilicet duplicem, ipse sustinuit.*

RUPERTUS ait: * [* Lib. 6. in Ose. c. 13.] *Duplex mors, quâ omnes mortui sumus in Adam: alia corporis, alia vero animæ.*

Unde sit mors, BERNHARDUS ait: * [* Serm. de S. Clemente.] *Invidiâ siquidem Diaboli mors intravit in orbem terrarum: sed ecce pretiosa facta est mors Sanctorum. Audi igitur hostis vitæ, mortis auctor attende: Quid valet jam fraus tua? versutia tua quid nocet? Imò vero, ut plus doleas, etiam omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt Sancti.*

PETRUS CANTOR ait: † [† cap. 13.] *Hujus invidiâ mors intravit in Mundum. Quia enim Diabolus invidit in homine, quod perdiderat: nisus est, ut suggestione sua a bono illo caderet homo, inquiens in Serpente,* † [† Gen. 3. v. 5.] Quacunque die comederitis, eritis sicut dii. Itèm: *Sicut invidia primùm aggressa est Adam, per quem mors intravit in Mundum.* Et: † [† cap. 15.] *Sicut per superbiam primo intravit mors in Mundum, ita per humilitatem Christi, vita primo intravit in Mundum.*

PETRUS ALPHONSUS: † [† Tit. 11.] *Adam non nisi propter peccatum obiit.*

¶ Mortem piis non extimescendam, BERNHARDUS docet: * [* Epist. 105.] *Volo te mortem, etsi non effugere; certè vel non-timere. Justus quippe mortem, etsi non cavet, tamen non pavet. Denique, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Moritur quidem & justus; sed securè: quippe cujus mors, ut præsentis est exitus vitæ, ita introitus melioris. Bona mors: si peccato moriaris, ut justitiæ vivas. Hæc mori necesse est ut præcurrat, ut sequatur illa secura. In hac vitâ, quamdiu duras, compara tibi illam, quæ semper durat. Dum vivis in carne, morere Mundo: ut post mortem carnis Deo vivere incipias. Quid enim, si conciderit mors saccum corporis tui; dum te subinde circumdet lætitia? O quam beati mortui, qui in Domino moriuntur! audientes a spiritu, ut requiescant jam a laboribus suis. Non solùm autem, sed & succedit jucunditas de novitate, ac de æternitate securitas. Bona proinde mors justi, propter requiem; melior, propter novitatem; optima, propter securitatem.* Item: † [† Serm. 52. super Cant.] *Bona mors, quæ vitam non aufert, sed transfert in melius. Bona, qua non corpus cadit, sed anima sublevatur. Verum hæc hominum est. Sed moriatur anima mea mortem etiam (si dici potest) Angelorum: ut præsentium memoria excedens rerum se inferiorum corporearumque, non modo cupiditatibus, sed & similitudinibus exuat, sitque ei pura cum illis conversatio, cum quibus est puritatis similitudo.*

PETRUS BLESENSIS ait: † [† Epist. 16.] *Mors enim, per quam mirificavit Deus sanctum suum, non est mors, sed dormitio, porta vitæ, introitus in delicias cœlestis patriæ, in potentias Domini, abyssum charitatis æternæ.*

De morte Peccatorum, ait BERNHARDUS: * [* Serm. 42. parv.] *Mors peccatorum pessima. Mala in amissione Mundi: quia non possunt sine dolore separari ab eo, quem diligunt. Pejor in dissolutione carnis, qua evelluntur eorum animæ a spiritibus malignis. Pessima in tormentis inferni quando corpus & anima perpetuis simul addicuntur ignibus.*

¶ Cur mors victa adhuc sæviat, BERNHARDUS docet: * [* Serm. de obitu Malach.] *At fortasse quis dicat: Quomodo mors a capite superata videtur, quæ tanta adhuc libertate sævit in membra? Si mors mortua: quomodo Malachiam occidit? Si victa: quomodo adhuc prævalet universis, & non est homo qui vivat, & non videat mortem? Victa plane mors, opus Diaboli, & peccati pœna: victum peccatum, causa mortis: victus & malignus ipse, & peccati author & mortis. Nec modo victa sunt hæc; sed & judicata jam & damnata. Diffinita quidem, sed nondum promulgata sententia est. Denique jam Diabolo ignis paratus: etsi nondum ille præcipitatus in ignem, modico adhuc tempore sinitur malignari. Tanquam malleus cœlestis opificis factus est, malleus universæ terræ. Terit electos ad eorum utilitatem: reprobos conterit in eorum damnationem.*

¶ De spirituali morte, inquit BERNHARDUS: † [† Serm. 2. de Resurr.] *Quis magis mortuus eo, qui foveat igneum in sinu, peccatum in conscientia, nec sentit nec expavescit, nec excutit?*

¶ Cur justificati etiam moriantur, ait BERNHARDUS: * [* ad Milites templi cap. 11.] *Si ergo lex spiritus vitæ, in Christo JESU, liberavit nos a lege peccati & mortis, ut quid adhuc morimur, & non statim immortalitate vestimur? Sane, ut Dei veritas impleatur. Quia enim misericordiam & veritatem diligit Deus: necesse est mori quidem hominem; quippe quod prædixerat Deus: sed a morte tamen resurgere, ne obliviscatur misereri Deus. Ita ergo mors, etsi non perpetuo dominatur; manet tamen, propter veritatem Dei, vel ad tempus in nobis: quemadmodum peccatum, etiamsi non regnet in mortali nostro corpore; non tamen deest penitus nobis. Proinde Paulus, ex parte quidem liberatum se a lege peccati & mortis gloriatur, sed rursum, se utrâque nihilominus lege aliqua gravari ex parte, conqueritur: sive cum adversus peccatum miserabiliter clamat,* Invenio aliam legem in membris meis, &c. *sive cum ingemiscit gravatus (haud dubium, quia lege mortis) redemptionem exspectans corporis sui.*

¶ Quis nos à morte liberet, RUPERTUS ait: † [† Lib. 5. in Matt. c. 6.] *Mors ipsa mala est, Infernus & Diabolus malus est: a quo gratia per JESUM Christum Dominum nostrum nos liberat.*

BERN-

BERNHARDUS inquit: * *Cùm ergo hac geminâ morte, secundùm utramque naturam, homo damnatus fuisset, alterâ quidem spirituali & voluntariâ, alterâ corporali & necessariâ: utrique Deus-homo, unâ suâ corporali ac voluntariâ, benignè & potenter occurrit; illâq; unâ suâ nostram utramq; damnavit. Meritò quidem. Nam ex duabus mortibus nostris, cùm altera nobis in culpa meritum, altera in pœna debitum reputaretur: suscipiens pœnam, & nesciens culpam, dum sponte & tantum in corpore moritur; & vitam nobis, & justitiam promeretur. Alioquin si corporaliter non pateretur, debitum non solvisset: si non voluntariè moreretur; meritum mors illa non habuisset. Nunc autem, si (ut dictum est) mortis meritum est peccatum; & peccati debitum mors: Christo remittente peccatum, & moriente pro peccatoribus, profectò jam nullum est meritum, & solutum est debitum. Cæterùm, unde scimus, quòd Christus possit peccata dimittere? Hinc procul dubio, quia Deus est; &, quicquid vult, potest. Unde autem, & quod Deus sit? Miracula probant.*

* ad Mil. templ. c. 11.

¶ Mortuos se invicem cognoscere, HUGO HETERIANUS ait: * *Omnes quidem mortui se vicissim cognoscunt, & cognoscuntur. Hoc te docet Abraham; hoc suggerit Lazarus; hoc Dives ille affirmat.*

* de Regress. anim. c. 10.

¶ De statu piorum post mortem, inquit BERNHARDUS: † *Stola enim prima, ipsa est, quam diximus, felicitas & requies animarum: secunda verò, immortalitas & gloria corporum. Unde & dicunt; Vindica Domine sanguinem Sanctorum tuorum, qui effusus est: non tanquam vindictæ cupidi, nec de proprio ultionis zelo, sed ex desiderio resurrectionis & glorificationis corporum suorum, quam nimirum usque in diem judicii differendam esse non dubitant.*

† Serm. 3. de festo Omnium Sanct.

¶ De luctu pro mortuis. BERNHARDUS ait: † *Non est ergo lugendus nobis, cui nec luctus, nec dolor est.*

† Serm. de obitu Humberti.

PETRUS CLUNIACENSIS ait: * *Nam, si res bene perpenditur, non est, quod vobis dolorem importet: sed est planè, quod ingentem lætitiam subministret. Quis enim dolor illis debetur, qui dolores evaserunt? quæ lacryma, qui lacrymarum omnem maceriam exsuerunt? qui ad vitam illam pervenerunt, de qua in Apocalypsi Johannis vox de cœlo ait:* Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum; & mors non erit ultra, neque luctus, neque dolor. *Quid, inquam, illis dolendum est; qui, quod diu desideraverunt, nunc tandem consequi meruerunt?*

* lib. 4. epist. 11.

HUGO HETERIANUS: * *Non prohiberis contristari: nam Christus te docuit; nam super Lazarum lacrymatus est. Lacrymare tu quoq;: sed cum modestiâ; sed cum honestate; sed cum timore Dei.*

* de Regress. anim. c. 20.

DE LOCO ANIMARUM.

DE sinu Abrahæ, inquit BERNHARDUS: † *Hunc ergo locum obscurum quidem, sed quietum, Sinum Abrahæ Dominus vocat: pro eo, ut arbitror, quod in fide & exspectatione quiesceret Salvatoris. Abrahæ enim fides, tam manifestè probata est & approbata: ut primus ipse, futuræ incarnationis Christi, meruisset accipere promissionem. In hunc ergo locum Salvator descendens, contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit, eductosq; vinctos de domo carceris; sedentes quidem, hoc est, quiescentes, sed in tenebris & umbrâ mortis, jam-tunc quidem sub altari Dei collocavit, abscondens eos in tabernaculo suo, in die malorum; & protegens eos in abscondito tabernaculi sui, donec veniat tempus, in quo procedant, completo jam numero fratrum, & percipiant regnum, quod eis est paratum ab origine Mundi. Jam verò, sicubi fortè præsens quoque Sanctorum requies, Abrahæ sinus vocatur, certum est, de Evangelio hanc inolevisse consuetudinem. licet neminem oporteat dubitare, longe alium hunc esse sinum, quam illum: quippe cùm ille in tenebris, hic in luce multa: in inferno ille fuerit, iste in cœlo. Non incongruè tamen etiam nunc dictum videtur, Patriarcharum filios paternum in sinum recipi; cum ad eorum consortium ab hoc seculo transire meruerint.*

† Serm. 4. in festo Omnium Sanct.

¶ De diversis animarum receptaculis, ait LOMBARDUS: * *Præterea sciendum est, quod omnes animæ, (ut ait Augustinus) cum de hoc seculo exierint, diversas habent receptiones: bonæ habent gaudium; malæ verò tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio: & bonorum gaudium amplius erit; & malorum tormenta graviora, quando cum corpore torquebuntur. Ex his ostenditur, quod majus erit gaudium Sanctorum in resurrectione, & post, quam fuerit antè; & quòd diversa receptacula habebunt animæ Sanctorum.*

* lib. 4. dist. 45.

DE RESURRECTIONE mortuorum.

QUòd sit futura, testatur PETRUS ALPHONSUS, inquiens: * *Omnipotentem mortuos suscitare posse, non nego. quin omnes homines in die judicii ab eo resuscitandos, & confiteor, & credo.*

* Tit. 3.

BERNHARDUS ait: * *Requiesce in hac spe, caro misera, qui propter animam venit; pro te quoque venturus est: qui reformavit illam, tui quoque non obliviscetur in finem.*

* Serm. de Bonis deserendis.

¶ De duplici resurrectione, RUPERTUS scribit: † *Duplex resurrectio: prima animarum resurrectione resurgendo, & secunda corporum, quæ in novissimo futura est.* Item: * *Vita regnantium cum Christo animarum sanctorum Martyrum, resurrectio prima est. Sunt enim duæ resurrectiones, sicut duæ mortes: altera animarum, altera corporum. Resurrectione animarum, credendo in Christum resurgimus per Baptismum. Resurrectione corporum, in novissimo die, resurgemus.*

† lib. 14. in Joh. c. 20
* lib. 11 in Apoc. c. 20

¶ Unde sit resurrectio, RUPERTUS ait: * *Christo primogenito mortuorum resurgente, multisq; Sanctorum corporibus illi conresurgentibus, resurrectionis nostræ fides perfecta & dedicata est.* Item: *Ipsum tempus futuri seculi erit; cujus diluculo apparente Domino, jussu ejus omnes resurgent mortui.*

* lib. 10. in Joh. c. 11.

LOMBARDUS ait: † *Causa enim resurrectionis mortuorum erit vox tubæ: quæ in adventu Judicis ab omnibus audietur, & cujus virtute excitabuntur mortui, & de monumentis resurgēt. Unde Propheta:* * Dabit voci suæ vocem virtutis, *id est, effectum resuscitandi mortuos. Et Joannes Evangelista ait:* † Veniet hora, in quâ omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: & procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ.

† l. 4. dist. 43.
* Psal 68. v. 34.
† cap. 5. v. 28. 29.

HUGO HETERIANUS ait: † *Christi resurrectio, chirographum est universalis omnium resurrectionis.*

† de Regress. anim. c. 20

¶ Carnem eandem esse resurrecturam, PETRUS CLUNIACENSIS ait: * *Caro mea requiescet in spe. Quod si in spe; certè aut aliâ, aut resurrectionis. Sed in qua aliâ spe caro requiescere potest; nisi resurrectionis? Quid enim aliud caro mortua sperare potest; quam vivificationem? Quid exanimis; nisi animationem? Quid ea, quæ jam cecidit, nisi resurrectionē? Requiescet igitur humana caro in spe resurrectionis.*

* lib. 2. contra Jud.

LOMBARDUS: * *Resurrecturam tamen carnem omnium, quicunque nati sunt atque nascentur, & mortui sunt & morientur, nullatenus ambigere debet Christianus.* Item: * *Nec de substantiâ, de qua hominis caro creatur, aliquid peribit: sed omnium particularum ante-dispersarum collectione, redintegrabitur naturalis substantia corporis. Sanctorum quoque corpora, sine omni vitio, fulgida sicut sol, resurgent, præcisis cunctis deformitatibus, quas hic habuerunt.*

* lib. 4. dist. 43.
* dist. 44.

BERNHARDUS: * *Manebit quidem substantia; sed in aliâ formâ, aliâ gloriâ, aliâq; potentiâ.*

* Tract. de dil. g. Deo.

¶ Omnes resurrecturos esse, RUPERTUS ait: * *Omnes tam inviti, quam & volentes, horamq; illam desiderantes, & in illo die judicii fidem tam habentes, resurgent, & procedent.*

* lib. 5. in Joh. cap. 5.

¶ Quales sint resurrecturi, LOMBARDUS inquit: * *Cumq; ex prædictis sanè credi valeat omnes resurrecturos: credendum est etiam, quod omnes resurgent incorrupti; non utique impassibiles. Quia reprobi mortem patientur æternam, sed sine diminutione membrorum, omnia humani corporis habituri membra: nec tamen gloria ac spe impassibilitatis induentur.* Item: † *Resurgent ergo Sanctorum corpora sine ullo vitio, sine ullâ deformitate; sicut sine ullâ corruptione, onere, difficultate: in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit. Propter quod & spiritualia dicta sunt: dum procul dubio corpora sint futura, non spiritus.*

* lib. 4. dist. 43.
† dist. 44.

PETRUS BLESENSIS: * *Cum anima, dives meritis, recedens a corpore, in resurrectione generali & plenâ, ad antiquum hospitium revertetur: cum multas virtutes, quasi merces varias, in unum fasciculum comportaverit; ad cœlestes nundinas profectura.*

* Epist. 16

RUPERTUS: * *Homo, cujus universalis resurrectio dies octavus est, non in aliâ; sed in ipsa, quâ conditus fuit, specie, resurrecturus est.*

* Prolog. de S. Trinit.

¶ Quando sit futura resurrectio, LOMBARDUS inquit: † *Mediâ autem nocte dicitur venturus, ut Augustinus ait:*

† l. 4. dist. 43.

non pro horâ temporis; sed quia tunc veniet, cùm non speratur. Mediâ ergo nocte, scilicet cùm valdè obscurum erit, id est, occultum, veniet. Dies enim Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Potest tamen non-incongruè intelligi, mediæ noctis tempore venturus: quia (ut ait Cassiodorus) hoc tempore primogenita Aegypti percussa sunt; quando etiam Sponsus venturus est.

¶ De gloriâ Electorum, inquit RUPERTUS: * *In resurrectione universali, Electi universi, acquisiti studiis sive laboribus Christi & Apostolorum, cum Christo sedebunt, ad dextram ejus in cœlestibus.* Itèm: † *Ad ejusdem Christi similitudinem resurrecturos, id est, impassibiles nos fore, speramus.*

* lib. 1. in Apoc. c. 1. † lib. 4. c. 3.

BERNHARDUS ait: † *Ipsum enim merito, te quoque noveris aliquando regenerandum, & conformandum corpori ejus, in gloriâ & claritate.* In regeneratione, *inquit,* * cùm sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos. Et: *Sedebit igitur corpus, immortalitatis & impassibilitatis geminâ quâdam felicitate dotatum; liberum ab omni necessitate, ab omni corruptione securum, alienum & immune ab omni concupiscentiâ, plenum gloriâ, configuratum denique claritati corporis Christi. Sedebit & anima, sicut nil metuens; sic nec cupiens ultra: nimirum plenâ beatitudine, & securâ plenitudine fruens: nullos jam cogitationum fluctus, nullos tentationum conflictus, nullos affectionum sentiens motus; sed æternæ illi incommutabilitati prorsus immersa: & sic adhærens Deo; ut unus jam spiritus sit facta cum eo.*

† Serm. de Bono deser. * Matth. 19. v. 28.

¶ De effectu resurrectionis, inquit RUPERTUS * *Resurrectio nobis regeneratio erit: quia videlicet nascendo generati ad corruptionem; tunc resurgendo regenerabimur ad incorruptionem.*

* lib. 1. in Apoc. c. 1.

¶ De differentiâ resurrectionis Christi & aliorum, inquit BERNHARDUS: † *Legimus nonnullorum præcessisse resurrectiones, aut magis certè suscitationes; sed istius præambulas: quibus & duplici privilegio noscitur præeminere. Nam cæteri quidem resurrexerant mortui, iterum morituri: Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur; mors illi ultrà non dominabitur. Illi mortui denuò, opus habent iterum resuscitari: Christus, quòd mortuus est peccato, mortuus est semel, quòd autem vivit, vivit Deo, vivit in æternitate. Meritò proinde resurgentium primitiæ Christus: qui ita resurrexit, ut cadere non adjiciat; qui solus attigit immortalitatem. Est & aliud, in quo resurrectionis hujus innotescat gloria singularis. Quis enim in omnibus cæteris suscitavit aliquando semetipsum? Ineffabile istud est, ut a morte se excitet ipse, qui dormit: singulare est; non est qui faciat, non est usque ad unum. Helisæus Propheta mortuum suscitavit: sed alterum; non se-ipsum. Ecce enim, quot annis jacet in monumento, quod à se non potest, sperans ab alio suscitari: ab eo utique, qui triumphavit ob mortis imperium in se-ipso. Inde est, quod cæteros quidem dicimus suscitatos; Christum resurrexisse: qui solus virtute propriâ victor prodiit de sepulcro. Siquidem & in hoc vicit Leo de tribu Juda.*

† Serm. 1 in festo Pasch.

¶ De his, qui vivi reperientur, LOMBARDUS ait: † *Ad hunc autem sensum, quo existimentur, illos in parvo spatio, & passuros mortem, & accepturos immortalitatem, Apostolus non integrè videtur; ubi dicit:* * Omnes in Christo vivificabimur. *Et alibi:* † Quod seminas, non vivificatur; nisi priùs moriatur.

† lib. 4. dist. 43. * 1. Cor. 15. v. 22. † ibid. v. 36.

¶ De memoriâ Malorum, inquit LOMBARDUS: * *Hæc & his similia possunt accipi sic, ut non excludant memoriam præcedentium malorum; sed ex eâ molestiam & læsionem amoveant. Non enim eorum memoria Sanctos contristabit, vel eorum beatitudinem obfuscabit; sed gratiores Deo reddet.*

* lib. 4. dist. 41.

DE EXTREMO Judicio.

QUòd sit futurum judicium, BERNHARDUS docet: † *Cùm nec vestro, nec meo; sed Dei sim judicio præsentandus: quanta insipientia, imò & insania est, aut in vestro me, aut in meo ipsius testimonio gloriari? præsertim cùm ipse sit, cujus oculis omnia nuda sunt & aperta; & cui nequaquam opus sit, ut quis ei testimonium perhibeat de homine.* Itèm: * *Velim-nolim, ipsi me adstare necesse est; ipsi horum, quæ gesserim in corpore, reddere rationem: ubi nec verbum prætervolat, nec subterfugiet cogitatio.*

† Serm. de verb. Apost. Qui gloriatur. * Epist. 42.

¶ Divisionem Judiciorum recitat BERNHARDUS: * *Sunt tria judicia; humanum, suum cujusque proprium, & divinum. Et humanum quidem, potest judicare de rebus exterioribus, quæ sensibus corporis percipiuntur; de interioribus verò non potest. Hinc enim scriptum est:* † Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis; nisi spiritus hominis qui est in eo? *Quapropter de his, quæ sunt in homine, potest judicare spiritus hominis, qui in ipso est. Longè verò præstantius judicat de his-ipsis Deus: cujus nec-dum fatetur Apostolus evasisse judicium; qui tamen jam humanum transcendisset & proprium. Porrò humanum contemnebat, qui dicebat:* * Mihi autem pro minimo est, ut à vobis judicer, aut ab humano die. *Sed neq; proprium timebat, qui dicebat:* Sed neque me-ipsum judico; nihil enim mihi conscius sum. *Solum ergo restabat divinum, de quo ait:* † Qui autem judicat me, Dominus est.

* Serm. de triplici judicio. † 1. Cor. 2. v. 11. * 1 Cor. 4. v. 3. † vers. 4.

¶ Quis Judex futurus, PETRUS ALPHONSUS: * *Christus, vivos & mortuos judicandi, venturus in die judicii.* Itèm: *Sicut credimus Christum Deum & hominem esse; sic etiam eum judicem Mundi esse concedamus.*

* Tit. 11.

SAMUEL RABBI: * *Christus justus judex, qui judicaturus est cum potentiâ in adventu secundo; & qui fuit salvator in adventu primo, omnium, qui crediderunt in eum.*

* cap. 11.

RUPERTUS ait: † *Deus, cùm sit clemens & misericors pater; nihilominùs tamen zelum fortissimum habet, & cum severitate judicaturus est: iramq; repositam habet, quâ peccatores universos puniet: quandoq; universaliter experimento opus erat, ira ejus ut ostenderetur, expediebat his, quos bonitas ejus salvos esse cupiebat.* Et: * *Judicum primus, ipse est Dominus* JESUS CHRISTUS, *venturus judex vivorum & mortuorum. Cæteri judices, Apostoli sunt.* Et: † *Venturus est in Mundum, scilicet ad judicandum omne seculum; ad regnandum in secula seculorum.* Itèm: * *Ego sum scrutans renes & corda.] Pertinuit ad judicem, qui se redditurum profitetur unicuique secundum opera ejus, ostendere, unde scire possit, quale vel cujus meriti sit cujuslibet pœnitentis vel impœnitentis opus.*

† lib. 11. in Apoc. * lib. 3. in Ose. cap. 7. † lib. 6. in Ioh. c. 6. * lib. 2. in Apoc. c. 2.

BERNHARDUS ait: † *Non Diabolus; sed Dominus, judicabit orbem terræ: ipse Deus noster in seculum & in seculum seculi, ipse reget nos in secula.* Itèm: * *Denique, ipse Pater Deus dedit Filio judicii potestatem: & non quia sum; sed quia Filius hominis est. O verè patrem misericordiarum! Vult per hominem homines judicari: quò, in tantâ trepidatione & perturbatione malorum, Electis fiduciam præstet naturæ similitudo.* Itèm: *Solus meritò constitutus est judex vivorum & mortuorum; qui finxit singillatim corda universorum, & intelligit omnia opera eorum. Solum attendo judicem; quem & solum justificatorem agnosco. Pater ei dedit judicium facere; quia Filius hominis est.*

† Sermon. 9 super Cant. * Serm. 73. super Cant.

PETRUS CLUNIACENSIS ait: * *Quid erit tanti precii, tanta gloriæ, tantæ sublimitatis signum; ut tunc appareat in cœlo: quando ipse Filius hominis, cum virtute multâ & majestate, descendet de cœlo?*

* li. 1. Ep. 2.

LOMBARDUS ait: * *Non autem solus Christus judicabit; sed & Sancti cum eo judicabunt nationes. Ipse enim Apostolis ait:* † Sedebitis & vos super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israël. *Nec est putandum, quòd duodecim Apostolis tantùm hoc promiserit Christus. Ubi enim sedebit Paulus, qui plus omnibus laboravit; si non ibi sedebunt, nisi duodecim? Per duodecim ergo sedes, perfectio tribunalis, id est, universitas judicantium, intelligitur; scilicet omnes perfecti, qui relictis omnibus secuti sunt Christum.* Itèm: *Si verò quæritur; quæ erit eorum potestas vel authoritas in judicando? Puto, non antè posse sciri, quam videatur; nisi divinâ revelatione quis didicerit.*

* lib. 4. dist. 47. † Matth. 19. v. 28.

¶ De formâ judicii inquit HONORIUS: * *In die tremendi judicii, quisque vel justo examine damnabitur; vel gratiâ salvabitur.* Itèm: * *Sicut Pictor, cùm singulos colores posuerit, unumquemque in suo loco, prout visum fuerit; ad ultimum nigro colore cuncta discriminat, ut totius picturæ ornatus meliùs clarescat: ita Deus, dum omnem varietatem sui operis, prout vult, disposuerit; ad extremum reprobos ab electis, ut nigrum a pretioso colore, segregat: ut, de nigredine illorum supplicii, splendidior fiat claritudo istorum gaudii.*

* in Psal. 8. * Dial. de Prædest. & Lib. arbitr.

RUPERTUS ait: * *Deus ultimum judicium, per ignem futurum,*

* lib. 5 in Apoc. c. 8

futurum. non ità repente aut ex improviso voluit evenire; sicut illud anternum judicium. per aquam factum. sed multa præmisit ad idem judicium pertinentia; per quæ non dubitaretur esse futurum; faci[illegible] ubiq; misericordia pro illis. quos pœnitentiam agere vel acturos esse prævidit. ante ipsum judicium. Item: * Recte sic sermo contextus vel ordinatus est, Reddere mercedem servis suis: ac deinde, Ad exterminandi eos, qui corruperunt terram. Nam & secundum veridicum ordinem, sive ordinatam veritatem Evangelii, prius merces reddetur dextris Dei; deinde exterminabuntur sinistri.

Petrus Cluniacensis ait: † Et in ultimo Christi judicio, ad eandem æternam salutem & gloriam. à quatuor ventis, hoc est, de toto Mundo, electos in cœlo apparens convocat.

Lombardus: * Ità, cùm dicitur misericordia hic; judicium in futuro: non negatur. quin in futuro sit misericordiæ effectus; & in electis qui per misericordiam ab omni miseria liberabuntur; & in reprobis, qui minus, quam meruerint, cruciabuntur. Sed hic non sine causa dicitur fieri Dei misericordia, & judicium in futuro: quia & hic multis modis miseretur Deus, quibus non miserebitur tunc. Vocat enim Deus nunc peccatores, & justificat; quod tunc non faciet: & tunc reddens singulis secundum merita sua, manifeste judicabit; qui nunc occulte judicat. Item * Solet etiam quæri; Qualiter dabitur judicii sententia? Sed non est perspicuum id explicare. Non enim Scriptura aperte definit, an voce illa proferantur, Venite benedicti: &, Ite maledicti. An virtute Judicis ita fiet. conscientiis singulorum attestantibus, ut modo dicitur futurum: ut Judicis potentiæ effectus, ipsius dictione significetur. Illa enim, Esurivi, & non dedisti mihi manducare, & hujusmodi, magis conscientiis exprimenda, plurimi putant, quam verbis. quia Apostolus, in momento, & in ictu oculi, mysterium consummandum tradit. Sed illud ad resurrectionis statum tantùm referunt; non ad judicium. qui alii judicii sententiam, & malorum increpationis, & bonorum præmia, verbis exprimenda, asserunt.

Petrus Blesensis inquit: * Scio, quòd in die tremendi judicii reddituri rationem sumus, etiam de sermonibus otiosis. Nullus ibi excessus. præceptio regia, vel hominum temporalis utilitas, poterit excusare.

Petrus Cantor ait: † Quòd si de verbo otioso reddituri sumus rationem: quanto magis de otioso & superfluo vestitu? de otiosa doctrina, & hujusmodi?

¶ De sententia judicii, inquit Rupertus: * Sententia æterni judicii, æterna peccatorum vindicta, est Dei viventis in secula seculorum iracundia.

¶ Peccata piorum tectum iri. Lombardus dicit: * Non irrationabiliter putari potest, peccata hic per pœnitentiam tecta & deleta, illic etiam tegi aliis; alia vero cunctis propalari.

¶ De effectu judicii, inquit Rupertus: * Utrinq; sic erit efficax ille gladius judicii: ut eant hi in supplicium æternum justi autem in vitam æternam. & sic divisi ab alterutro. non possunt ultra conjungi aut permisceri: sicut in præsenti Ecclesiâ permixti nūc sunt boni & mali. Extunc in claritate suâ videbitur ab illis beatis, quos in dextrâ suâ deinceps habebit. Videbitur facie ad faciem Deus deorum, illâ visione, quam pollicebatur diligentibus se, dilectionis suæ præmium fore. Item: † Ultimum judicium erit, quando principes eorum cum ipsis, & ipsi cum principe suo. videntibus cunctis. præcipitabuntur in ignem æternum. Ideò clamitant dæmones: * Ante tempus venisti torquere nos.

¶ De duplici adventu Christi, Rupertus ait. † Duplex adventus Christi. Primum passibilis, atq; mortalis, atq; judicandus [illegible] impassibilis atq; immortalis, Deus judicii dominum.

Bernhardus inquit: * Sicut, ad operandam salutem in medio terræ, venit semel in carne visibilis, ita quotidie, ad salvandas [illegible] singulorum, in spiritu venit, & invisibilis, sicut scriptum est: † [illegible] e faciem nostram Christus Dominus. Et ut noveris occultum esse spiritualem hunc adventum: In umbrâ ejus, [illegible] emus inter gentes.

Sam[illegible] Rabbi: * Zacharias autem Propheta, describit eum pauperem [illegible] super asinum. Et quid aliud est hoc, nisi quòd Propheta d[illegible] primum adventum in hum[illegible] secundum in [illegible] Ma[illegible] in se[illegible] adventu sed [illegible] Christus ante antiquus [illegible] Deus. a judicium, sicut edit [illegible] primo. dventu ante pa[illegible] ros [illegible] dæos ut judicaretur. Et sic duos adventus Messiæ, id est, Christi [illegible] nunc Propheta David [illegible]; [illegible] dicit * Quia venit; quoniam venit j[illegible] [illegible] am. Item: * Nam in primo adventu salvavit per aquam, [illegible] in secundo judicabit per ignem.

¶ De triplici adventu, Bernhardus scribit. † Triplicem enim ejus adventum novimus: ad homines, in homines, contra homines. Ad homines quidem in [illegible] [illegible] non autem [illegible] homines, aut contra homines. Sed [illegible] primus [illegible] notus fuit. utpote manifestus: de [illegible] qui spiritualis & [illegible] audi dicentem: † Si quis diligit me, sermonem [illegible] servabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et: * In primo ergo, venit in carne, & in infirmitate: in hoc medio, in spiritu & virtute: in ultimo, in gloria & majestate.

DE INFERNO.

Honorius inquit: * Infernus ideò dicitur, quia inferius est positus. Sicut enim terra est in medio aere, ita est Infernus in medio terræ. Item: † Infernus per se bonus comprobatur: sed ideo malus dicitur, quia in eo pœna exercentur. In omni autem rerum natura nihil malum; nisi pœna appellatur.

Hugo Heteriani[illegible] inquit: [illegible] Infernum autem [illegible] quidem putant, regionem sub terrâ caliginis & tenebrarum unde per Psalmistam dicitur: † Eruisti animam meam ex inferno inferiori. ut Infernum quidem inferior sub terrâ esse; Infernum vero supra ipsum vere intelligatur. & uterque multis locorum varietatibus dispertitur.

¶ Ubi sit, Bernhardus ait: * Est enim deorsum nos locus quem sibi totum vendicat ignis adeò ut ne minimam quidam aquæ guttam de Lazari digito, miser ille Dives ibi habere potuerit.

Qualis sit Infernus Bernhardus tradit: † Imago siquidem in gehenna ipsa uri poterit; non exuri: ardere, sed non deleri. Item: † Unde vero impii tanto animi furore tabescerent; nisi in regnum summæ beatitudinis, coram se-se vidissent alios introduci; & tunc demum in illos se-se furores, in illos horrores, in illos incendia æterni cruciatus, in illas denique, immortalis mortis miserias, generent esse damnatos? Ibi enim. inquit, † erit fletus. & stridor dentium. Fletus quidem, ob ignem, qui non extinguitur: Stridor verò ob vermem, qui non moritur. Plane fletus ex dolore, stridor dentium ex furore. Fletum nempe tormentorum immanitas; stridorem dentium [illegible] vehemens ita ipsa tabescentis invidia, & obstinata malignitas extorquebit. Item: † Aut quis illos mansure credendus est cruciatus. qui in hac vita non solum mala, sed forte pessima perpetrant ji[illegible] sunt cruciandi, qui hic bona receperunt; ut in medio flammæ, aslus [illegible] ne [illegible] quidem stillæ obtinere refrigerium queant? Et [illegible] * [illegible] vermis eorum non morietur [illegible] ignis [illegible] extinguetur. Duo mala sunt, vermis & ignis. alt[illegible] orod[illegible] conscientia, alterum concremantur corpora. Tertium additur, desperatio [illegible] intelligitur, quod dicitur Non m[illegible], & n[illegible] stinguetur. Ita, qui in cœlo sunt. datur testimonium beatitudinis his. qui in terra, justificationis his qui in inferno sunt damnationis.

Lombardus ait: * Sicut boni differenter glorificabuntur, alii magis, alii minùs: ità & mali differenter in inferno punientur. Sicut enim in domo patris id est in regno cœlorum, mansiones multa sunt, id est, præmiorum differentia: ita & in gehenna diversæ sunt mansiones, id est suppliciorum differentia.

Petrus Blesensis: † Quid facies, unde a laterum consortio, resolutus homana conditio separabit. quando tibi ingemiscere & horrescere cœperit nox æterna? cùm ex[illegible] tem te traxerit importunus & crudelis exactor. per irremeabile semitas tenebrarum, ut te in id immane & horrendum chaos in regionem mortis æternæ, præcipitet? Qualiter tibi erit [illegible] Ecclesia Sanctorum, perpetua excommunicatione præcisus videbis [illegible] Dei militibus sua donativa gloriæ [illegible] tibi cedere ad miseriæ cumulum, alienam plenitudinem voluptatum? O quam lugubre erit videre & perdere Deum [illegible] per recusationem! ubi tunc erunt animositates & de[illegible] de quibus [illegible] remansit recordatio, in tui accusationem [illegible] Tot hominum miseri substant[illegible] in [illegible] flammis. nec erit suppliciorum modus [illegible] [illegible] ibi [illegible] mors [illegible] ne [illegible] in doloris immanitatem, & mortis [illegible] dives.

PETRUS CANTOR ait: * *Si, pro qualitate meritorum, boni inferantur ordinibus Angelorum: ergo pro qualitate meritorum, mali inferentur ordinibus dæmonum.* Itèm: † *Sicq; in triplici inferno punientur. Primo audito verbo aspero, Surgite mortui, cum exibunt abinuti, & evigilabunt a somno mortis: flatrent torquente & damnante eos conscientia. Secundò, audito verbo asperiore, in exprobratione peccatorum. & talenti non erogati, sed absconditi. Tertiò, audito verbo asperrimo quando ruent & descendent in abyssum inferni. Ite maledicti in ignem æternum.*

HILDEBERTUS ait: * *Præterea, ad miserabiles tormentorum officinas, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, in gemitu recurrebas & luctu.*

HUGO HETERIANUS ait: † *Unus igitur gehennæ ignis est in inferno, sed non uno modo omnes cruciat peccatores. Uniuscujusque enim quantùm exigit culpa, tantùm illic sentitur & pœna. Nam sicut hic unus sol non omnia corpora æqualiter calefacit: ita illic unus ignis animas pro qualitate criminum dissimiliter exurit. Nec est in dubitationis parte locandum, ignem illiusmodi esse corporeum, in quo certum est spiritus cruciari: adeo pertinax incendio; ut, si mare influerer, caloris nullam remissionem sentiret.* Itèm: * *Vindicta carnis impii, ignis & vermis: uterque enim, ignis & vermis erit pœna carnis. Ardent animæ in infernis & ipsæ, quo se in igne esse conspiciunt, penitùs ab nostro igne alienus existit. Nam neque visu, neque auditu, neque intellectu, nisi solo tactu, iste ignis contingentia se adurit.*

¶ De damnatione æternâ, BERNHARDUS inquit: * *Erit enim jam-tunc non misericordiæ; sed judicii tempus: nec ulla omnino credenda est erga impios futura illic miseratio, ubi nec ulla speranda est correctio.*

PETRUS BLESENSIS: * *Nam in inferno nulla est redemtio. Cumq; locus ille viam præcludat ad meritum: compensationis etiam beneficium non admittit.*

DE VITA ÆTERNA.

VNde sit, docet RUPERTUS: † *Vita æterna fructum, est opus Dei.*

BERNHARDUS ait: * *Aderit Dominus quærenti se; animæ sperantis in se: aderit votis supplicibus & verbis ejus efficaciam administrabit. Excitabit desiderium voluntatis: ut non modo videre locum; sed & introire paulatim, & mansionem inibi facere, concupiscat.*

¶ Qualis ea sit, BERNHARDUS inquit: * *Credimus sanè, & indubitata fide tenemus, divinâ eos præsentiâ & visione beatos, sine fine lætari in bonis Domini: quæ oculus non vidit nec auris audivit, nec in cor hominum ascenderunt.* Itèm: * *Ostendet enim nobis Filius (ut pollicitus est) semet-ipsum, non in forma servi, sed in forma Dei: ostendet etiam nobis Patrem & Spiritum sanctum: sine quâ utriusque visione, nihil sufficeret nobis. Quoniam hæc est vita æterna, ut cognoscant Patrem verum Deum, & quem misit Jesum Christum; & in eis (quod non est dubium) etiam Spiritum utriusque. Transiens quippe ministrabit nobis, novas utique, & usque ad tempus illud nobis penitùs inexpertas delicias, manifestæ suæ contemplationis. Unde & beatus Johannes, in Epistolâ [illegible]: Nunc, inquit, filii Dei sumus: sed nondum apparuit, quid erimus. Et addit: Scimus autem, quoniam, cùm apparuerit, similes ei erimus: quia videbimus eum, sicuti est.* Itèm: *Tripliciter enim, si ita est, in æterna illâ & perfectâ beatitudine, fruemur Deo, [illegible] videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in nobis-ipsis [illegible], quod hoc omnibus ineffabiliter jucundius sit atq; beatius, ipsam quoque cognoscentes in semet-ipsa Trinitatem, & gloriam illam, sine ullo ænigmate, mundo cordis oculo contemplantes. In hoc enim erit [illegible] vita æterna & perfe[illegible], ut cognoscamus Patrem, & Filium cum [illegible] Spiritu [illegible] videamus Deum, sicuti est id [illegible] modo sicut est, nobis videlicet aut ca[illegible] turis; sed sicut est in semet-ipso.* Itèm: *Implebit ergo Deus rationale nostrum luce sapientiæ: ita ut penitùs nobis nihil [illegible] esse, in ullâ [illegible] Implebit concupiscibile nostrum fonte justitiæ: ut omnino desideremus eam, & ea penitus repleamur. sicut scriptum est:* * *Beati [illegible] & sitiunt ju[illegible] iam ipsi saturabuntur. Nulla enim [illegible] rei implere pot[illegible] desiderium animæ nulla al[illegible] justitia [illegible] nam potest. Cum ergo repleverit Deus co[illegible] nostrum justi[illegible] quicquid respuere debet anima, respuet [illegible] debet concupiscere, concupiscet & ex omnibus id [illegible] appetet [illegible] magis [illegible] dum. M[illegible]*

[illegible] *denique co[illegible] ibili [illegible] pro justitiam attribuimus: ex quo nimirum aut [illegible] aut tristes repetimur. Jam verò, quod dicitur in nobis [illegible] re, cum repleverit illud Deus: perfecta erit in nobis tranquillitas, & in summam jucunditatem atque lætitiam replebitur [illegible]. Et vide, si non etiam in his tribus perfecta, quantum sane ad animam spectat, beatitudo consistat: quando scientia jam non inflat, propter justitiam; jam non contristat, propter lætitiam. ut cesset proverbium illud:* * Qui apponit scientiam, apponit & dolorem. *quoniam justitia nec indiscreta erit, propter scientiam; nec onerosa, propter lætitiam: quando lætitia nec inepta erit, propter scientiam, nec impura, propter justitiam.*

PETRUS CLUNIACENSIS ait: * *Ad domum, non transeuntem; sed æternam, in cœlis pertingamus. ubi non tantùm de inchoatâ, sed jam de consummatâ dilectione & perpetuâ cohabitatione, lætantes in Christo, et vobiscum sempiterne cohabitemus.*

PETRUS CANTOR ait: * *In futuro autem, exsiccatis nostræ immortalitatis illecebris, totus homo erectus divino amori incumbet & adhærebit.*

POTHO ait: † *Divina Scripturæ authoritas vero-beatam vitam quæ est vita æterna, in cognitione divinitatis, & fructu bonæ operationis constituit.*

¶ De corporis gloriâ, ait BERNHARDUS: * *Quid ultra deest ad perfectam corporis beatitudinem? Sola utique pulcritudo. Hanc perfectissimam habituri, non immerito possumus attribuere ei parti, quam habemus ab igne. Salvatorem enim exspectamus (ut ait Apostolus*) *qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ: exhibens quod pollicitus est,* * *quoniam fulgebunt justi sicut sol in regno Patris eorum. Sic ergo replebit animas nostras Deus, cum perfecta in eis scientia fuerit, perfecta justitia, perfecta lætitia. Sic replebitur majestate omnis terra: cum fuerit corpus incorruptibile, impassibile, agile, configuratum denique corpori claritatis suæ.*

¶ De piis cernêtibus damnatos in inferno, inquit HONORIUS: * *In cœlo nulla est miseria. Ideò nullus dolor in inferno positorum tangit electorum præcordia. sed, ut noster visus pascitur, si diversa animalia a nobis in gurgite ludere cernantur, ita ipsi in universâ Dei dispositione lætantur.*

¶ De differentiâ glorificatorum, inquit BERNHARDUS: * *Sit ergo licet electis pariter omnibus, unus idemq; denarius vitæ reddendus æternæ, & in ipsa tamen sicut stella a stellâ differt in claritate, & alia claritas Solis alia claritas Lunæ, alia stellarum: sic erit & resurrectio mortuorum. Et quamvis domus una, diversæ tamen in ea sunt mansiones: ut videlicet, quantum quidem ad æternitatem & sufficientiam, & qui parum, non minoretur, & qui multum non abundet: quantum verò ad eminentiam & discretionem meritorum, unusquisq; accipiat secundum suum laborem; ne quid omnino pereat quod in Christo sit seminatum.*

LOMBARDUS ait: * *Omnes ergo cuncta illa videbunt, quorum cognitio servit beatitudini: sed in modo videndi different. Alius enim alio magis, alius alio minus fulgebit.* Itèm: *Sine omni scrupulo credendum est, eos habituros majorem gloriam post judicium, quam ante: quia & major erit gaudium eorum.*

DE PHILOSOPHIA ET SCIENTIA.

BERNHARDUS inquit: * *Videar forsan nimius in suggillatione scientiæ, & quasi reprehendere doctos, ac prohibere studia literarum. Absit! Non ignoro, quantum Ecclesiæ profuerint & prosint literati sui sive ad refellendos eos, qui ex adverso sunt, sive ad simplices instruendos. Denique legi:* † Quia tu [illegible] scientiam, repellam [illegible] te, ut non fungaris mihi sacerdotio. *Lego:* * Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam erudiunt multos, [illegible] stellæ in perpetuas æternitates. *Sed & scio, ubi legerim.* † Scientia inflat. *& rursum,* * Qui apponit scientiam, apponit [illegible] rem. *Vides, quia [illegible] est scientiarum, quando alia [illegible], alia contristant est? Tibi vero velim scire, quæ nam harum [illegible] utilior, seu [illegible] ad salutem: illáne quæ tumet, an quæ dolet? [illegible] non [illegible] dolentem tumenti præferas quia [illegible] postulat. [illegible] pro[illegible] Deus [illegible]*

superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *Et Apostolus ajebat:* * Dico autem per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quam oportet; sed sapere ad sobrietatem. *Non prohibet sapere, sed plus sapere quam oportet. Quid est autem sapere ad sobrietatem? Vigilantissimè observare, quid scire magis priusve oporteat. Tempus enim breve est. Est autem, quod in se est omnis scientia bona, quæ tamen veritate subnixa sit: sed tu, qui cum timore & tremore tuam ipsius operari salutem, pro temporis brevitate, festinas; ea scire prius ampliusque curato, quæ senseris viciniora saluti. Nonne Medici corporum medicinæ portionem definiunt, eligere in sumendis cibis, quid prius quid posterius, & quemadmodum quidque sumi oporteat? Nam, etsi bonos constat esse cibos, quos Deus creavit: tu tamen ipsos tibi, si in sumendo modum & ordinem non observes, reddis plane non-bonos. Ergo, quod dico de cibis, hoc sentite & de scientiis. Sed melius mitto vos ad magistrum. Non est enim nostra ista sententia, sed illius. imò & nostra; quoniam veritatis.* Qui se, inquit, † putat aliquid scire, nondum scit, quomodo oporteat eum scire. *Vides, quoniam non probat multa-scientem, si sciendi modum nescierit? Vides, inquam, quomodo fructum & utilitatem scientiæ, in modo sciendi constituit? Quid ergo dicit modum sciendi? Quid; nisi ut scias, quo ordine, quo studio, quo fine, quæque nôsse oporteat? Quo ordine? ut id prius, quod maturius ad salutem. Quo studio? ut id ardentiùs, quod vehementiùs ad amorem. Quo fine? ut non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile; sed tantùm ad ædificationem tuam vel Proximi. Sunt namque, qui scire volunt eo fine, tantum ut sciant: & turpis curiositas est. Et sunt, qui scire volunt, ut sciantur ipsi: & turpis vanitas est. Qui profectò non evadent subsannantem Satyricum, & eis, qui ejusmodi est, decantantem:* Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. *Et sunt item, qui scire volunt, ut scientiam suam vendant; verbi causa, pro pecunia, pro honoribus & turpis quæstus est. Sed sunt quoque, qui scire volunt, ut ædificent: & charitas est. Et item, qui scire volunt ut ædificentur: & prudentia est. Horum omnium soli ultimi duo, non inveniuntur in abusione scientiæ. quippe qui ad hoc volunt intelligere, ut bene faciant. Denique, intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Reliqui omnes audiant:* † Scienti bonum, & non facienti, peccatum est ei. *At si per similitudinem dicat: Sumenti cibum, & non digerenti, perniciosum est ei. Cibus siquidem indigestus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, & non nutrit. Ita & multa scientia ingesta stomacho animæ, quæ est memoria, si decocta igne charitatis non fuerit, & sic per quosdam artus animæ, mores scilicet atque actus, transfusa atque digesta, quatenus ipsa de bonis, quæ noverit, vitâ attestante & moribus, bona efficiatur; nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tanquam cibus conversus in pravos noxiosque humores? An non malus humor peccatum? An non mali humores, pravi mores? An non inflationes & torsiones in conscientia sustinebit, qui hujusmodi est; sciens videlicet bonum, & non-faciens? An non responsum mortis & damnationis toties in semet-ipso habebit; quoties in mentem venerit sermo, quem dixit Deus:* * Quia servus, sciens voluntatem Domini sui, & non-faciens digna, plagis vapulabit multis?

Petrus Cantor ait: * *Hoc præmium Philosophia promittit, sensum, communionem, humanitatem, socialitatem, & congregationem: a quâ professione dissimilitudo nos separabit.*

DE MAGIA.

Lombardus: † *Quorum scientia atque virtute etiam magicæ artes exercentur: quibus non tam scientia quam potestas a Deo data est, vel ad fallendum fallaces; vel ad monendum fideles; vel ad exercendam probandámque justorum patientiam.* Et: *Nos sane creatores illi mali angeli dicendi sunt, quia per illos Magi ranas & serpentes fecerunt: non enim ipsi eas creaverunt. Omnium quippe rerum, quæ corporaliter visibiliterque nascuntur, occulta quædam semina in corporeis Mundi hujus elementis latent, quæ Deus originaliter eis indidit. Ipse ergo creator est omnium rerum, qui creator est invisibilium seminum: quia, quæcunque nascendo ad oculos nostros exeunt, ex occultis seminibus accipiunt progrediendi primordia, & incrementa debitæ magnitudinis, distinctionesque formarum ab originalibus (ut ita dicam) regulis sumunt.* Item: *Sicut ergo nec Parentes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum, quámvis eorum extrinsecùs adhibitis motibus, ad ista creanda, Dei virtus interius operetur: ita non solum malos; sed nec bonos angelos, fas est putare creatores. Sed pro subtilitate sui sensûs & corporis semina istarum rerum nobis occultiora noverunt, & ea per congruas temperationes elementorum latenter spargunt: atque ita gignendarum rerum & accelerandorum incrementorum præbent occasiones. Sed nec boni hæc, nisi quantum Deus jubet, nec mali hæc injuste faciunt, nisi quantum juste ipse permittit. Nam iniqui malitia voluntatem suam habent injustam, potestatem autem non nisi juste accipiunt, sive ad suam pœnam, sive ad aliorum, vel pœnam malorum, vel laudem bonorum.*

Petrus Blesensis ait: † *Quædam mulieres cereas sive luteas formant imagines; ut sic hostes vel amasios torqueant. Quidam habent oculos fascinantes: quidam in volatu avium futura concinunt: quidam genethliacos, vel genelliacos: quidam mathematicos, quidam ariolos & pythonissas consulunt. Et quia divinationi eorum quandoque respondent eventus, eis fides à temerariis exhibetur. Nam mendacii pater veritatem exhibet frequenter innubilem, donec infidelitatis filios secum præcipitet in gehennam. Sic ergo scientia Christiani nil debet de futuris inquirere: sed illius dispositioni humiliter obedire, qui disponit omnia suaviter, cujus consiliarius nemo fuit.* Et: *Non laborés noscere tempora vel momenta, quæ posuit Pater in sua potestate. Futurorum enim explorare notitiam augurio, aut alio illicito modo, diabolica tentatio est, & æternæ damnationis occasio.* Et: *Frequenter evenit, veterum prodigia certos exitus obtinere: eis tamen nulla fides adhibeatur. Licet enim vera sæpe pronuntient; sæpius tamen & periculosius mentiuntur.*

Johannes Salisberiensis ait: * *Et quidem Magi sunt; & ob magnitudinem maleficiorum sic appellantur: qui, Domino permittente, elementa concutiunt, rebus adimunt species suas; ventura plerumque prænuntiant, turbant mentes hominum; immittunt somnia, hominesque violentia carminis duntaxat occidunt.*

¶ De Necromantiâ inquit Petrus Alphonsus: * *In-primis igitur debes scire, artis illius, quæ Necromantica appellatur, novem particulas esse: quarum quatuor primæ de quatuor tractant elementis, qualiter in eis operari possimus physice, quinque verò reliquæ, quemadmodum non nisi per invocationem malignorum operari quis possit spirituum. Illi autem maligni spiritus Diaboli ab hominibus appellantur.*

¶ De Astrologiâ inquit Rupertus: † *Astronomiæ notitiam sanctæ Scripturæ non deesse, constat; præsertim cum jam a principio dicat:* Dixit quoque Deus, Fiant luminaria, &c. *Astrologia vero, partim naturalis, quæ exsequitur Solis & Lunæ cursum, vel stellarum certas temporum stationes. Superstitiosa vero illa est, quam Mathematici sequuntur, qui in stellis augurantur; quique etiam duodecim cœli signa per singula animæ vel corporis membra disponunt, siderumque cursu nativitates hominum & mores prædicere conantur.*

DE LIBRIS SACRIS.

De libris Canonicis, inquit Petrus Cluniacensis: † *Hac ratione libros ex libris, præcedentes ex sequentibus, sequentes ex præcedentibus, divinos, canonicos, authenticos esse probamus: & autoritate eorum, juxta Apostolum,* * *omnem scientiam, extollentem se adversùs altitudinem Dei, abjicimus, destruimus, conculcamus.* Item: † *Si miracula, quæ a Christo, vel per Christianos, facta dicuntur, quia non vidisti, nulla vel ficta esse asseris: & nos quoque ea, quæ per Moysen, Josue, Judæos facta leguntur, quia non vidisti, nulla vel ficta esse asserimus. Nullam enim tu majorem afferre potes certitudinem de Judaicis miraculis, quam nos de Christianis. Nam, sicut tu libros habes Judaicos, in quibus illa inscripta sunt: sic & nos libros habemus Christianos, in quibus ista relata sunt. Hac ergo ratione aut nega Christiana miracula; & nos negabimus Judaica: aut confitere Christiana miracula; & nos fatemur Judaica. Sed quia tu signis illis, licet non-visis, sola librorum a parentibus traditorum lectione fidem accommodare cogeris, ut & nobis, libris a majoribus nostris nobis traditis fidem præbere, concedas: & insuper, quia tuis nos assentimus, tu quoque nostris assentias. Credimus nos Prophetis tuis: crede & tu Apostolis nostris. Crede autem hac ratione: quod, quicquid illi de Christo, & ad Christum pertinentibus rebus, futurum esse dixerunt; hoc totum isti Mundo impletum, absque diminutione aliqua ostenderunt.*

De Genesi.

RUPERTUS: * *Scripturarum omnium vertex sublimis liber Geneseos.*

* lib. 1. in Genes. c. 1.

De Psalterio.

HONORIUS: * *Psalmi non ordinatim, sed sparsim à David sunt conscripti. Post incensam autem a Chaldæis legem, Esdras Propheta novas literas reperit; Legem renovavit; Psalmos in unum volumen redegit; ordinem ob certas causas dedit; titulos, quasi claves, ad reseranda occulta mysteria affixit. Traditur namque, quòd David in primis,* Benedictus Dominus Deus meus, *ediderit: sed Esdras propter mysterium,* Beatus vir, *primùm; deinde cæteros in ordine sequentes posuerit.* Itèm: *Hic liber est clavis cœli, & janua paradisi. Per hunc enim cœlum reseratur: per hunc ad vitam intratur.* Itèm: *Titulus est libri hujus, Liber hymnorum. Hymnus, est laus Dei, metricè composita. Omnes quippe Psalmi, in Hebræâ linguâ, certo metro decurrit. Sed hic translatores per simplices minime servare curarunt.*

* Prol. in Psalter.

DE SALOMONE.

RUPERTUS ait: * *Salomon scripsit, secundùm has tres virtutes theologicas, tres libros: scilicet librum Parabolarum sive Proverbiorum, Ecclesiasten, & Cantica canticorum. Librum Proverbiorum scripsit, ad instruendam fidē, Ecclesiasten, ad corroborandam spem; Cantica canticorum, ad dilatandam charitatem.*

* lib. 6. de Glor. Trin. cap. 19.

De Cantico canticorum.

BERNHARDUS: * *Unde constat, hoc opus non humano ingenio, sed Spiritûs arte ita compositum esse ut, quamvis sit difficile intellectu, sit tamen inquisitu delectabile.* Itèm: *Hoc appellatum Cantica canticorum, quia cæterorum omnium ipsum est fructus.*

* Serm. 1. super Cant.

De Prophetis.

RUPERTUS inquit: † *In Ezechiele sermo difficilior est. Daniel autem, quantò planior, tanto ad legendum delectabilior, & & ad intelligendum dulcior.*

† lib. 6. de Vict. verbi Dei.

BERNHARDUS ait: † *Unus utrorum fuit spiritus Prophetarum: & licet diversis modis, signis & temporibus, eandem rem diversi, non diverso spiritu, & præviderunt, & prædixerunt.* Et: † *Sed tu frater, qui (ut audivi) Prophetas legis, putas, intelligis, quæ legis? Nam, si intelligis; sentis utique, sensum propheticæ lectionis esse Christum. Quem videlicet si apprehendere cupis: citiùs illum sequendo, quàm legendo, consequi potes. Quid quæris Verbū in verbo, quod jam caro factum præsto est oculis? Jam enim de latibulo Prophetarum egressus est ad oculos piscatorum: jam de monte umbroso & condenso, tanquam sponsus de thalamo suo, prosilivit in campum Evangelii. Jam, qui habet aures audiendi, audiat illum clamantem in templo:* † Qui sitit, veniat ad me, & bibat. *Et:* * Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis; & ego reficiam vos.

† Hom. 2. de B. Virg.
† Epist. 106.
† Johan. 7. v. 37.
* Matt. 11. v. 28.

PETRUS CLUNIACENSIS ait: * *Solet hoc idem spiritus Dei hoc aliquando facere, & linguâ gentili prophetica vel divina proferre. Fecit hoc per Job justum, non Judæum, sed Idumæū. Fecit & per impium Balaam; qui inter alia, quæ prædixit futura, etiam solennem & notam de Christo protulit prophetiam.* Videbo, *inquit,* † eum; sed non modo: intuebor illum; sed non propè. Orietur stella ex Jacob; & exsurget virga de Israël. *Et post quædam:* † Heu quis victurus est, quando ista faciet Deus?

* l. 2. contra Iud.
† Num. 24. v. 17.
† vers. 23.

De Evangelistis.

RUPERTUS ait: † *Quatuor animalia, id est, Evangelia, confirmant, Agno æquè, ut sedenti in throno, filio Jesu Christo æquè, ut Patri Deo, benedictionem, & honorem, & gloriam, & potestatem debere, & testari, omnem creaturam.*

† lib. 4. in Apoc. c. 5.

De Paulo.

BERNHARDUS: * *Ne adhuc quidem cessat ab hominum conversione: dico autem, exemplo, oratione, & doctrinâ.*

* Serm. 1. de Convers. Pauli.

De Apocalypsi.

RUPERTUS ait: † *Nulla pars sanctæ Scripturæ uberior est, quàm hic liber Apocalypsis Johannis Apostoli.* Itèm: *Nulla est sacræ Scripturæ series, huic Apocalypsi, aut in superficie pulchrior, aut in sensu locupletior: etenim tot habet sacramenta, quot verba. Parum dictum est; & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.* Itèm: † *Hæc pars exordii hujus, magnam totius libri continet autoritatem ut non debeat contemni, vel minoris haberi celsitudinis, quam cætera Scriptura; quas in canonico apice recipit ac veneratur Ecclesia Christi. Si enim hanc Apocalypsin non recipit quis: consequens est, ut nec illud recipiat testimonium Verbi Dei, testimonium Jesu Christi, id est, Evangelium ejusdem Johannis.* Idem dicit, *in Apocalypsi contineri prophetiam trium temporum, præteriti, præsentis, & futuri: ac reperiri in prophetiis aliorum.*

† Prolog. in Apoc.
† lib. 1. in Apoc. c. 1.

¶ De Translationibus, HONORIUS inquit: * *Sex sunt translationes ab Ecclesia receptæ: videlicet Septuaginta, Theodotionis, Symmachi, Aquilæ, & quinta editio, cujus autor ignoratur; & Hieronymi.*

* Prol. in Psal.

De Septuaginta interpretibus, PETRUS CLUNIACENSIS: † *Septuaginta interpretes, quos vester Josephus refert, à Pontifice Eleazaro, ad transferendas de linguâ Hebraicâ in Græcam Scripturas sacras, Ptolemæo Regi Aegyptiorum directos: sex ista tam sublimia nati parvuli nomina reticuisse, & pro illis, Magni consilii angelum transtulisse. Sed fecerunt illi hoc; (ut autores tam vestri, quam nostri, referunt) ne Regi jam unum Deum colenti scandalum facerent: neve illum qui noviter cultum idolorum abjecerat, rursum, objecta hominis Christi deitate, dum tanti mysterii altitudinem penetrare non posset, non tam erudirent, quam perturbarent. Sed hoc, sive alio animo, hoc illi fecerint; quid ad vos? Si non habent nomina illa Græci libri, habent Hebraici: si non habet ea Græcus habet Hebræus. Relegite Esajam, scrutamini verba ista: & non verbis meis, sed literis vestris credite: non libris alienis; sed propriis acquiescite.*

† l. 2. contra Iud.

De Commentariis, RUPERTUS ait: * *Sicut mulieribus illis (volentibus ungere corpus Domini) non satis fuit, quod Joseph justus & Nicodemus condierant illum, cum linteis & aromatibus ipsis præsentibus & adspicientibus; nisi & ipsæ aliquid de suo tantæ pietatis operi addidissent: sic sanctis & fidelibus semper mentibus optabile est, ad ea, quæ Apostoli vel Apostolici viri scripserunt de fide resurrectionis, aliquid proprii superadjicere laboris: faciuntque, hoc pene cuncti, dictis aut factis; pauci etiam scriptis.*

* lib. 7. de Div. offic. cap. 18.

INCLINATIO DOCTRINÆ; complectens peculiares & incommodas opiniones, stipulas, & errores doctorum.

DE VETERI ET NOVO TESTAMENTO.

PETRUS CANTOR malam differentiam recenset. *Inde est,* inquit, * *etiam, quòd differentia constituitur inter vetus & novum Testamentum: quòd hic æterna; illud temporalia promisit. Hujus etiam lectio in fine, in signum hujus rei, acuitur; illius vero lectio deprimitur.*

* cap. 12.

De Christo.

Opinionem à verbo Dei alienam RUPERTUS habet. Ut, quòd Filius Dei factus esset homo; etiamsi Adam non peccâsset; sic dicit: † *Absurdum fit, putare, quòd propter eos, ut nascerentur, peccatum necessarium fuerit, quod de isto capite & rege omnium electorum angelorum & hominum sciret oriundum: nisi quod & ipse maximè causam necessariam non habuerit ipsum peccatum, ut homo fieret ex hominibus, delicias suas charitatis habiturus cum filiis hominum.*

† lib. 13. in Matt. c. 26.

Quòd mediator tantùm secūdùm humanitatem, LOMBARDUS ait: † *Unde & mediator dicitur secundùm humanitatem; non secundùm divinitatem. Non enim est mediator inter Deum & Deum; quia tantum unus est Deus: sed inter Deū & hominem, quasi inter duo extrema: quia medius esse non potest, nisi inter aliqua. Mediator est ergo, in quantum homo. Nam in quantum Deus, non mediator; sed æqualis Patri est, hoc idem quod pater, cum patre unus Deus. Mediat ergo inter homines & Deum-Trinitatem, secundùm hominis naturam, in qua sufficit illa per qua reconciliamur Deo-Trinitati: & secundum candē habet aliquid simile Deo & aliquid simile hominibus: quod mediatori congruebat, ne, per omnia similis hominibus, longe esset a Deo: aut per omnia Deo similis, longè esset ab hominibus; & ita mediator non esset. Verus ergo mediator Christus, inter mortales peccatores & immortalem justum apparuit, mortalis cum hominibus, justus cum Deo: per infirmitatem propinquans nobis, per justitiam Deo. Rectè ergo mediator*

† lib. 3. dist. 19.

dictus

divinum est, quia inter Deum immortalem, & hominem mortalem, est Deus & homo, reconcilians hominem Deo. In tantum mediator, in quantum est homo. In quantum autem Verbum, non est medium: quia unum cum Patre Deus. Si ergo Christus (secundùm vos, ô Haeretici) unam tantum habet naturam, unde medius erit? & nisi ita sit medius, ut Deus sit propter divinitatis naturã, & homo propter humanitatis naturam: quomodo humana in eo reconciliãtur divinis? Nam ipse veniens, prius in se humana sociavit divinis, per utriusq; naturæ conjunctionem in unâ personâ. Deinde omnes fideles per mortem reconciliavit Deo: dû sanati sunt ab impietate, quicunq; humilitatem Christi credendo dilexerunt, & diligendo imitati sunt. Ecce hic aliquatenus insinuatur, quare Christus solus mediator Dei dicitur & hominum; & secundum quam naturam mediet, scilicet humanam; & cui mediet, scilicet Deo-Trinitati. Trinitati enim nos reconciliavit per mortem, per quam & nos etiam redemit à servitute Diaboli. Nam (ut Petrus ait*) non corruptibilibus, auro & argento, redempti sumus; sed pretioso sanguine Agni immaculati.

* 1. ep. 1. v. 18.

DE SPIRITU SANCTO.

Opinio est RUPERTI:* *Spiritus sanctus non datus erat ante passionem, eâ cognitione, quâ peccata remittuntur: eâ tamen, quæ divisiones gratiarum distribuũtur, datus quidem fuerat Prophetis vel Patribus, sed non eodem modo, ut recte flumen vocaretur.* Itèm:* *Antequam Filius in hunc Mundum venisset, diversarum distributione gratiarum antiquis Sanctis datus est; sed nondum ulli in remissionem peccatorum. quod nunquam fieret, nisi prius idem Pontifex noster sacrificium se pro nobis obtulisset.*

* lib. 7. in Joh. c. 7. * lib. 14. c. 20.

¶ Quòd charitas, quâ nos diligimus Deum & Proximum, non sit donum aliquod creatum, sed ipsemet Spiritus S. falsò docet LOMBARDUS, scribens:* *Ipse idem Spiritus S. est amor sive charitas, quâ nos diligimus Deũ & Proximum: quæ charitas cùm ita est in nobis, ut nos faciat diligere Deum & Proximum; tunc Spiritus S. dicitur mitti vel dari nobis. Et qui diligit ipsam dilectionem, quâ diligit Proximum, in eo ipsum Deum diligit: quia ipsa dilectio Deus est, id est Spiritus Sanctus.*

* li. 1. dist. 17.

DE ANGELIS.

RUPERTUS ait:* *Angeli, etsi, ad comparationem nostri, spiritus dicuntur & sunt; in comparatione tamen Dei, corporei sunt. Habent enim (ut docti & magni viri perhibent) corpora ex ipso aere crasso atque humido, qui vento flante sentitur impulsus: præsertim qualis erat, cùm adhuc tenebræ essent super faciem abyssi, de quibus (ut Apostolus ait*) Deus lucem splendescere jussit. Cujus eorum conditionis experimentum, capere licet ex iis, qui occiderunt.*

* lib. 1. in Gen. c. 11. * 2. Cor. 4. v. 6.

BERNHARDUS inquit:* *Ministrant enim Angeli; sed de alieno: offerentes Deo bona opera, non sua; sed nostra: ac nobis ejus gratiam referentes.*

* Serm. 1. in omn. [Sanct.]

JOHANNES Salisberiensis inquit:* *Angeli, jam futuræ beatitudinis nostræ participes, nisi ab hominibus adorantur: eo quòd in eis visa est quædam potentia deitatis: cùm tamen creaturam à creaturâ adorari omninò non liceat.*

* lib. 5. c. 2.

DE DIABOLIS.

HONORIUS ait:* *Diabolum ignoràsse divinitatem Filii Dei. quia, si scîsset Dei filium esse; nequaquam omnino crucifixisset.*

* in Prov.

DE HOMINIBUS.

RUPERTUS:* *Nisi peccatum admissum fuisset: illi tantummodò nascerentur, qui nunc per Christi gratiam liberantur.*

* lib. 9. in Joh. c. 2.

POTHO ait:* *Meritas dignitates cœlestium spirituum fortiuntur electi, qui cœlestem in terris ducunt vitam. Homo quippe, ad ruinam apostatæ angeli supplendam, conditus est. De ipsis autem apostatis angelis, ex singulis novem ordinibus angelorum, aliquos lapsos esse, Scripturæ sanctæ testimonio affirmatur. Unde, ad instaurandum in singulis ordinibus numerum angelorum, qui lapsi sunt, sancti & electi homines, sicut divina providentia disposuit, assumuntur. Sunt ergo in hominibus aliqui, qui angelis; sunt qui archangelis, sunt qui principibus, sunt qui potestatibus, sunt qui virtutibus, sunt qui dominationibus, sunt qui thronis, sunt qui Cherubim, sunt qui Seraphim, vitæ suæ merito annumerantur. Et: Quia enim tanta ad cœlum ascensura esse creditur multitudo hominum, quanta multitudo remansit angelorum: superest, ut ii quoque homines, qui ad cœlestem patriam redeunt, ex eis agminibus aliquid illuc revertentes inveniant.*

* lib. 4.

DE PECCATO.

Quòd peccatum originis tantùm secundùm carnem trahatur, affirmat LOMBARDUS:* *Hoc autem fides catholica respuit, & tanquam veritati adversum damnat: quæ non animas, sed carnem solam, (sicut superius diximus) ex traduce esse, admittit. Non ergo secundùm animam; sed secundum carnem solam, peccatum originale trahitur à parentibus. Est enim peccatum originale, (ut supra diximus) concupiscentia: non quidem actus; sed vitium. Unde Augustinus: Ipsa concupiscentia est lex membrorum vel carnis; quæ est morbidus quidam affectus vel languor, qui commovet illicitum desiderium, id est carnalem concupiscentiam, quæ lex peccati dicitur. Quæ dicitur manere in carne: non quia in animâ sit; sed quia per corruptionem carnis in animâ fit. Itèm: Ex cujus contactu anima, cùm infunditur, maculam trahit, quâ polluitur, & fit rea, id est, vitium concupiscentiæ, quod est originale peccatum.*

* li. 2. dist. 30.

DE LEGE.

PETRUS Cantor putat, quòd in Euangelio perfectiora opera mandentur, quam in Lege, sic inquiens:* *Est autem hæc differentia, inter opera pietatis sub Lege facta, & opera pietatis facta sub Euangelio. Lex namque ait:** Frange esurienti panem tuum. *& reliqua quæ sequũtur. Unde apud quosdam hic mos laudabiliter inolevit: ut de singulis panibus aliquid frangatur pauperibus. Tobias etiam ait:** Modicum habes, modicum dabis. *Dominus verò in Euãgelio ait,** *pietatem perfectiorem ostendens,* Vade, & vende omnia, quæ habes; & da pauperibus. *Nec tantùm indigenti; sed etiam rapienti. unde.** Si abstulerit tibi tunicam; da ei & pallium.

* cap. 82. * Esai. 58. v. 7. * cap. 4. v. 9. * Matt. 19. v. 21. * Matth. 5. v. 40.

De differentia Legis & Euangelii, inquit LOMBARDUS:* *Distat autem Euangelii litera à legis literâ, quia diversa sunt promissa: ibi terrena; hic cœlestia promittuntur.*

* lib. 3. dist. 40.

DE PRÆDESTINATIONE.

PETRUS Cluniacensis prædestinationem attribuit non soli gratiæ Dei, sed & meritis hominis sequentibus; inquiens:* *Nam si ad vitam æternam gratiâ Dei, & subsequentibus meritis, prædestinatus est; utique in libro vitæ adscriptus est.*

* lib. 1. ep. 2.

DE LIBERO ARBITRIO.

Nimium tribuit viribus humanis HUGO de S. Victore, inquiens:* *Voluntas hominis est potestas Dei. Voluntas hominis est: quia velle bonum in voluntate est. In quantum vis, tantum mereris: quantum crescit voluntas tua, tantum crescit meritum tuum. Fac, magnam voluntatem; si vis habere magnum meritum. Ità Deus et pessimus mundissimusque, in eo redemtionem nostram posuit: in quo nullus, nisi vellet, egere potest amara: nam possunt æqualiter divites & pauperes.*

* Lib. de Compunc.

BERNHARDUS inquit:* *Potest Inimicus excitare tentationis motum: sed in te est, si volueris, dare seu negare consensum. In tua facultate est, si volueris, inimicum tuum facere servum tuum: ut omnia tibi cooperentur in bonum. Ecce enim, inflammat Inimicus desiderium tibi vanitatis aut impatientiæ cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum: tu solummodo ne consenseris. & quoties restiteris; toties coronaberis.* Itèm:* *Cæterùm libertas arbitrii cunctis pariter rationis utentibus convenit; non minor, quantum in se est, in malis quam in bonis: tam plena in hoc seculo, quam in futuro.*

* Serm. 5. de Quadrag. * de Grat. & Lib. arb.

RICHARDUS ait:* *Sed, si diligenter attendimus; puto, quia inveniemus hominẽ non modò libertate non carere: sed magnam, imò summam, libertatem possidere. Primus siquidem libertatis gradus est, nulli coactioni subjacere. Secundus autem, nulli subjici debere. Tertius verò, & ipse summus, nulli penitùs subjici posse. Quomodo ergo arbitrium hominis verè (imò summe) liberum non est: quod sua libertate nullâ vi, nullâ potestate privari potest?* Itèm:* *Nemo ad omnia bona accipit potestatem: sed omnis homo, ad omnia bona vel mala, accipit libertatem. Nam ad nullum bonum vel malum invitus cogi potest. Si cum sit liber omnium: non tamen omnium potestatem habet, alioquin omnipotens esset. Multum est autem per omnem modum, cùm ad illa accipit potestatem, quæ sibi sufficiunt ad salutem.*

* de Statu inter. hom. cap. 13. * lib. de Erud. hom. inter. c. 30.

JOHANNES Salisberiensis inquit:* *Ecce, quia liberum hic servatur arbitrium: dum, Si volueritis, & Si nolueritis, dicens, in utramque partem, non ex judicio irretractabili fatorum Dei, sed ex merito singulorum, omnibus pœnam vel præmium repromittit. Esse utique in voluntatem collata conditio promerendi in-*

* lib. 2. c. 20.

ut si faciendi vel non-faciendi necessitas, esset providentia vel fatorum nexibus illigata.

DE REMISSIONE PECCATORUM & Justificatione.

De hoc articulo fidei plerique incommodas habuerunt sententias. Ut HONORIUS: * *Hic Psalmus est primus de septem pœnitentialibus. Qui ideo septem scribuntur; quia septem modis peccata dimittuntur. Primò per Baptismum, secundò, per martyrium, tertio, per Mundi abrenunciationem, vel eleemosynam; quartò, per veniam in nos peccantibus, quintò, per pœnitentiæ confessionem, sextò, per Lacrymarum fontem, septimò per charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum.*

PETRUS Cluniacensis inquit: * *Non attendunt sanè quòd non alienis bonis; sed propriis operibus, præcedente & comitante gratiâ, vita principaliter acquiritur æterna.*

RICHARDUS ait: * *Tribus modis (ut mihi videtur) peccatorum purgatio agitur. Agitur aliquando secundum solam severitatem; aliquando secundum solam miserationem, aliquando secundum moderationem utriusque: ut miseratio ipsa non sit sine nonnulla severitate, nec severitas sine miseratione. Siquidem in igne purgatorio est intolerabilis afflictio, sine ullius consolationis fomento. In voluntaria satisfactione, est afflictio cum multiplici consolatione. In lavacro regenerationis, plena emundatio; nihil habens afflictionis. Prima purgatio agitur per incendium. secunda per flagellum, tertia per lavacrum. Per incendium purgatorii ignis, scoria peccati excoquitur: per flagellum satisfactionis, palea peccati excutitur: per lavacrum regenerationis, peccati macula absque pœna diluitur.*

PETRUS Cantor inquit: * *Procul dubio vitam æternam percipiet, qui hic opera misericordiæ habuerit.* Itèm: * *Habenti charitatem, nihil deest ad salutem.*

POTHO ait: * *Vigilanti cura mens conservet naturæ beneficium: ut ad id, quod a conditore naturaliter inditum est, per liberum arbitrium, adjuvante gratiâ virtutis, adipiscatur meritum, & per meritum acquirat beatitudinis æternæ præmium.*

MECHTILDIS: * *Omnia charitatis opera, hominem à veniali peccato purificant, sed mortale peccatum, quia anima imbuit fortiter, more pici, confessione & majori contritione abolere oportet. Omnia etiam charitatis opera in corde meo, velut thesaurum mihi specialiter dilectum, reservo: donec ille, qui operatus est ad me veniat. & tunc, ad cumulum præmiationis & gloriæ ejus, ea illi reddo.*

JOHANNES Salisberiensis: *Amici quidem Dei fiunt, aut gratiâ, cessantibus meritis, ut Hieremias & Johannes, sanctificati antequam nati: aut merito ex gratiâ: ut, qui facili via bonorum operum, sicut pœnitens latro; vel difficili & solici cursu merentur regna cælorum, velut Apostolorum chorus & Martyrum.*

DE FIDE ALIENA.

BERNHARDUS: * *Adultos quidem fide & sacrificium credentium expiatos. Parvulis autem etiam solam profuisse, imo & sufficisse parentum fidem.* Et: *Non quod vel ipsi, quando baptizantur, fide omnino careant, sine qua impossibile est vel ipsi placere Deo; sed salvantur & ipsi per fidem, non tamen suam, sed alienam. Dignum nempe est, & ad Dei spectat benignitatem ut, quibus suam ætas denegat propriam gratia prodesse concedat alienam. Nec enim Omnipotentis justitia propriam putat ab his exigendam fidem, quos novit propriam nullam habere culpam. Porro alienâ opus est fide, cùm sine sorde non nascantur alienâ. quatenus nec a parvulis alienum sit, quod de omnibus generaliter dicitur:* * Fide mundans corda eorum. *Ne dubium, quod maculam contractam ab alio, alterum quoque fides valeat emundare. Hæc sunt quippe judicia divinæ æquitatis & justitiæ in quibus exsultans sanctus David,* Memor fui, inquit judiciorum tuorum a seculo, Domine & consolatus sum.

PETRUS Cluniacensis ait: * *Sacramento igitur Circumcisionis, & alienâ fide salvabatur Judæus: sacramento Baptismi, & aliena ... post Christi gloriam Christianus.*

DE BONIS OPERIBUS.

Meritum salutis attribuit bonis operibus HONORIUS: * *Nullo meliùs, quam in pauperibus potestis peccata vestra redimere, & æternas divitias acquirere.* Itèm: *Qui se hic vigiliis, jejuniis, & aliis piis laboribus pro peccatis affligunt, beati sunt: quia non cum impiis æterna ... ...*

BERNHARDUS ait: * *Quid enim humilitate ditius, quid preciosius invenitur? qua nimirum regnum cælorum emitur, & divina gratia acquiritur.* Et: * *Paupertate quidem emitur, sed in passione pro Christo, absque omni dilatione perficitur.* Et: * *Tales dicuntur mercatores, qui dant in præsenti pauperibus temporalia, quæ possident, ut in futuro recipiant ab eis æterna: quæ non nisi per eos habere merentur.* Item: * *Vides, quia humilitas justificat nos?*

PETRUS Cluniacensis inquit: * *Ut ipsi optime nostis, non sancta loca, sed sancta opera salvant.*

RICHARDUS inquit: * *Laboremus totis viribus, ad illam claritatem lucis, meritis pervenire: quæ in omnibus tenebris lucet, & quam nulla unquam tenebræ valeant comprehendere.*

HILDEGARDIS ait: * *Quoniam difficile est homini, ut asperè & secundum quod justum est pœniteat: ideo eleemosynam in adjutorium sibi assumat, ut cum ea perficiat id quod corpori ejus laboriosum est. Nam quemadmodum mater necessitati filii sui subvenire non cessat, quamvis ille jam adultus esse videatur: ita etiam eleemosyna teneritudini corporis in pœnitentia hominis succurrit, quamvis idem homo in maceratione corporis sui pœnitendo fortis appareat.*

¶ De Jejunio, BERNHARDUS ait: * *Qualis ille est, non dicam monachus, sed Christianus: qui minus devotè jejunium suum ... ..., quod ipse Christus ei tradit?* Itèm: * *Bonum ergo & salutare jejunium quo redimuntur æterna supplicia, dum remittuntur hoc modo peccata. Non solum autem abolitio est peccatorum; sed exstirpatio vitiorum: non solùm obtinet veniam; sed & promeretur gratiam: non solum delet peccata præterita, quæ commisimus; sed & repellit futura, quæ committere poteramus.*

¶ De Spe, ait POTHO: * *Spes autem, vera est certitudo, veniens ex præcedentibus meritis: & ideò sine meritis aliquid sperare non spes, sed præsumtio debet dici & sine charitate nullum meritum.*

DE POENITENTIA.

RUPERTUS ait: * *Post passionis Christi sacramentum, quod in Baptismo percipitur, peccantibus, non jam idem remedium, vel eadem gratia largitas proponitur. Nam hostia pro peccato nobis exstitit Christus: quam semel pro peccatis nostris certa redemtione tunc dedimus, quando singuli in morte ipsius baptizati sumus. Etenim comparatione securitatis, quam de præteritis peccatis in Baptismo, sive infantes, sive veterani, accepimus, valde scrupulosa est redemtio; si iterum peccaverimus: quamlibet dignos pœnitentiæ fructus faciamus. Quamvis dictum sit, Quacunque die quis conversus ingemuerit, salvus erit non tamen & hoc dictum est, Quacunque die ingemuerit, peccata sua remittuntur ei. Nec certum est, utrum in hoc seculo remittantur, an in futuro.*

LOMBARDUS ait: * *Triplici morti, triplici remedio occurritur: contritione, confessione, satisfactione.* Itèm: * *Auctoritatibus probatur, ante confessionem vel satisfactionem: solâ compunctione peccata dimitti.*

RICHARDUS: * *Generalis contritio delet omnia mortalia, occulta atque manifesta peccata: & charitatem restituit, si fuerit amissa.*

¶ De Confessione. Non solùm Deo; sed etiam Sanctis, confitetur HONORIUS: * *Confiteor Deo omnipotenti & sanctæ Mariæ, & sancto Michaeli & omnibus Angelis Dei, & sancto Johanne Baptista, & Prophetis Dei & sancto Petro, & omnibus Apostolis Dei, & sancto Stephano, & omnibus Martyribus, & sancto Martino, & omnibus Confessoribus Dei, & sanctæ Margarethæ, & omnibus Virginibus Dei.*

BERNHARDUS ait: * *Si peccata sunt; in confessione lavantur: si bona opera, confessione commendantur. Cùm mala tua confiteris, sacrificium est Deo spiritus contribulatus. cùm Dei beneficia, immolas Deo sacrificium laudis. Bonum animæ ornamentum, confessio: quæ & peccatorem purgat, & justum reddit purgatiorem. Absque confessione, justus judicatur ingratus; & peccator mortuus reputatur. A mortuo quippe, tanquam qui non sit, perit confessio. Confessio igitur peccatoris est vita, justi gloria. Et necessaria est peccatori; & justum nihilominùs decet.*

De Peccatorum enumeratione, inquit PETRUS Cluniacensis: * *Unde ... scias te nullatenus posse solvi, nisi, quod perniciosè celaveras salubriter studeas confitendo manifestare.* Itèm: *Pro peccatis meis dira tormenta patior, & maximè pro duobus, quæ dum cætera confiterer, oblitus sum.*

* li. 4 dist. 21.

LOMBARDUS ait: * *Post hæc considerandum est, quid prosit confessio illa, ubi singula peccata, quæ quisq; fecit, non exprimuntur. Sanè dici potest, quòd omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi; nisi aliqua à mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit omnia, generaliter saltèm ea confitere, quorum memoriam non habes: & sic nihil celasti de sceleribus tuis. Venalia verò, quia innumerabilia sunt, sufficit generaliter confiteri, nisi aliqua sint frequenter iterata: perfectum est tamen, etiam illa exprimere, si vales. Ideòque quotidie generaliter fit confessio in Ecclesiâ, pro venialibus scilicet peccatis quæ quotidie admittimus; & pro illis mortiferis, quorum notitiam non habemus.*

* Lib. 1. de Mirac. ca. 23.

¶ De Satisfactione pro defunctis, scribit PETRUS Cluniacensis: * *Rogo vos, ut fratrem meum Anselmum adeas, eumq; ex me depreceris, quatenus ablata voce meâ restituat, eiq; quibus injurias intuli, pro me satisfaciat. Quod si fecerit: à pœnis, quas patior, absque dubio liberabor.*

* Lib. 1. de Mir. c. 21

Romam etiam, expiandorum peccatorum causâ, cucurrerunt. PETRUS Cluniacensis: * *Qui tandem, mutato spiritu, malis suis finem imponere deliberans, ad supradictum venerabilem patrem Hugonem venit; atque pro peccatis suis, orationis causâ, Romam se velle pergere indicavit.* Itèm: *Exacto verò taliter in urbe quadragenario dierum numero, qui propriè ad agendam pœnitentiam indici peccatoribus solet.*

DE INVOCATIONE Sanctorum.

* Lib. 2. de Invent. Crucis ca. 18.

BERENGOSIUS ait: * *Cùm in præsenti Ecclesiæ domicilio, festiva solennitatis officium matri (Helenæ) potiùs debeatur, quàm filio Constantino: ideò in Agendis mortuorum providendum est cunctis, ut memoriam filii studeant habere cum defunctis. Proinde, ad reconciliandum nobis Deum Patrem, non jam eundem filium debemus orare, sed matrem: quatenus ipsa, sua sacratissimæ intercessionis auxilio, erga Deo nobis suffragetur & filio.* Itèm: * *Quoties festivos Sanctorum natalitios debito honore vitè celebrantes, in Domino gloriamur: toties ipsorum precibus & meritis adjuti, largâ benedictionis gratiâ creatori nostri profundimur. Quicquid enim laudis & honoris militibus Regis impenditur, totum ad gloriam Regis, cujus sceptro militer insigniti sunt, titulatur. Nec dubium, quin eos semper habeamus patrocinantes in cœlis, quorum celebritates piâ devotionis studio gerimus in terris. Si enim nostri spiritus, nec-dum carnis materia exuti, & tamen dilectionis geminæ fervore interdum ad astra librati preces Domino pro suis dilectoribus nituntur effundere: utiq; p̄ astantius credendum est, Sanctorum animas, summa dilectionis plenitudine servidas suis in solennitatibus, ad sui corporis pignora foventes desiderare, suorumque pro salute fidelium intercedere; ac debita retributionis donativum suis veneratoribus impendere.*

* Serm. de Dedic. eccles.

* In Spec. eccles.

HONORIUS: * *Omnibus Sanctis vos commendate: ut per illorum merita, post hanc miseram vitam, exsultetis cum eis in æternâ solennitate.* Itèm: *Et precor S. Mariam, & omnes Sanctos Dei, ut dignentur pro me intercedere, & adjuvare apud Dei misericordiam: ut de omnibus peccatis meis mihi det indulgentiam, & à modò à peccatis custodiat; & post hanc vitam in consortium illorum perducat.*

* li. 7. super Cant.

RUPERTUS: * *O beata Maria, mons montium, virgo virginum, sancta sanctorum: ad omnes quidem convertimur montes aromatum, & vocamus, ut respondeant nobis, & hoc est quod unusquisq; nostrûm dicit:* * Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. *Sed ad te præcipuè convertimur: ad te præ cæteris oculos nostros revelamus: tuum præ omnibus auxilium aspiramus.* Et: * *O' Domina Dei-genitrix Maria, & incorrupta mater Verbi æterni, Dei & hominis Jesu Christi, non meis, sed tuis armatus meritis, cum isto viro scilicet Verbo Dei, luctari cupio, ut de Canticis canticorum opus exsequar.*

* Psal. 121 v. 1.

* Prol. in super Cant.

* Serm. 2. de adventu.

BERNHARDUS: * *Studeamus & nos, dilectissimi, ad ipsum per eam ascendere, qui per ipsam ad nos descendit: per eam venire in gratiam ipsius, qui per eam in nostram miseriam venit. Per te accessum habemus ad Filium, ô benedicta inventrix gratiæ, genitrix vitæ, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostræ corruptionis; & humilitas Deo-grata, nostræ veniam impetret vanitati. Copiosa charitas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum; & fœcunditas gloriosa, fœcunditatem nobis conferat meritorum. Domina nostra, mediatrix nostra, advocata nostra, tuo Filio nos reconcilia; tuo Filio nos commenda; tuo Filio repræsenta. Fac ô benedicta, per gratiam, quam invenisti, per prærogativam, quam meruisti, per misericordiam, quam peperisti: ut, qui, te mediante, fieri dignatus est particeps infirmitatis & miseriæ nostræ; te quoque intercedente, participes faciat nos gloriæ & beatitudinis suæ, Jesus Christus, Filius tuus, Dominus noster.* Itèm: * *Si insurgant venti tentationum; si incurras scopulos tribulationum: respice stellam, voca Mariam.* Et: *Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, judicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso: cogita Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum. Ipsam sequens non devias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitans non erras: ipsâ tenente non corruis: ipsâ protegente non metuis: ipsâ duce non fatigaris: ipsâ propitiâ pervenis.* Et: * *Hoc totus Mundus, tuis genibus provolutus, exspectat: nec immeritò, quando ex ore tuo pendet consolatio miserorum, redemtio captivorum, liberatio damnatorum, salus videlicet universorum filiorum Adam, totius generis tui.* Itèm: * *Ipsa nempe mediatrix nostra; ipsa est, per quam suscepimus misericordiam tuam, Deus: ipsa, per quam & nos Dominum Jesum in domos nostras excepimus.* Itèm: * *Age gratias ei, qui talem tibi mediatricem benignissimâ miseratione providit; in qua nihil possit esse suspectum. Denique omnibus omnia facta est: sapientibus & insipientibus copiosissimâ charitate debitricem sese fecit: omnibus misericordiæ sinum aperit: ut de plenitudine ejus accipiant universi; captivus redemtionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus lætitiam, denique tota Trinitas gloriam, Filii persona carnis humanæ substantiam: ut non sit qui se abscondat à calore ejus.* Et: *Ipsa est quondam à Deo promissa mulier, Serpentis antiqui caput virtutis pede contritura: cujus planè calcaneo in multis versutiis insidiatus est; sed sine causâ: sola enim contrivit universam hæreticam pravitatem.* Itèm: * *Advocatum habere vis & ad ipsum? Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Mariâ, non modò pura ab omni contaminatione; sed & pura singularitate naturæ. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reverentiâ suâ. Exaudiet utique matrem Filius; & exaudiet Pater Filium. Filioli, hæc peccatorum scala; hæc mea maxima fiducia est; hæc tota ratio spei meæ. Quid enim? Potéstne Filius aut repellere, aut sustinere repulsam? non audire, aut non audiri Filius potest? Neutrum planè.*

* Hom. 2. de B. Virg.

* Hom. 4

* Serm. 0. de Assump. Mariæ.

* Serm. de Virg. Maria.

* Serm. de Nat. Mariæ.

* super Cā.

RICHARDUS ait: * *Ave Maria, mater gratiæ, Mundi regina, mater misericordiæ: salva nos à ruinâ, fons vitæ, vena veniæ: venire tunc festina, cùm morti appropinquamus, ut tecum valeamus perpetuò gaudere.*

* l. 3. epist. 16.

PETRUS Cluniacensis: * *Adesto & tu, beatissima Virgo, mater ejusdem Salvatoris & Redemtoris nostri; & præ omnibus post ipsum in te specialiùs confidentes, ab exspectatione suâ nullatenus confundi permittas. Sed & vos summi Apostoli Dei, orbis terræ præcipui Principes, omnium quidem Christianorum universales; sed nostri speciales patres: quibus penè continua semper obsequia impenderunt; quibus specialiter à Deo commissi sunt; nónne desipientibus succurretis? Nónne morientibus aderitis? Nónne ab incursu nequam hostium defenderis? Recordamini principatûs vestri: nec de numero commissorum vobis aliquem, à principe tenebrarum, rapi patiamini. Sentiant, quia jam tempus est, quod semper de vobis speraverunt. & cùm claves regni cœlorum in manibus vestris sint: humili & devoto corde cum eis supplicamus, ut, admissis aliis, ipsi nullo modo ab eodem regno excludi sinantur.*

* l. 4. d. 45.

LOMBARDUS ait: * *Sed fortè quæris; Numquid preces supplicantium Sancti audiunt; & vota postulantium in eorum notitiam perveniant? Non est incredibile animas Sanctorum, quæ in abscondito faciei Dei, veri luminis illustratione lætantur, in ipsa contemplatione, ea, quæ foris aguntur, intelligere: quantum vel illis ad gaudium, vel nobis ad auxilium, pertinet. Sicut enim Angelis; ita & Sanctis, qui Deo assistunt, petitiones nostræ innotescunt, in verbo Dei, quod contemplantur. Unde & dicuntur Angeli orationes & vota nostra offerre Deo: non quia eum doceant, sed quia ejus voluntatem super eis consulunt.* Itèm: *Oramus ergo, ut intercedant pro nobis: id est, ut merita eorum nobis suffra-*

gentur, & ut ipsi velint bonum nostrum: quia eis volentibus, Deus vult, & ita fiet.

¶ De Peregrinationibus ad Sanctorum loca, ait PETRUS Cluniacensis:* *Adspice populos orbis terrarum, ad cujuslibet olim contemtibilis Christiani concurrentes sepulcrum: & ab illis sæpè, qui quondam atrocibus tormentis perempti fuerant, periculorum auxilia, omniumque incommodorum remedia postulantes. Adverte, eos citiùs, quam quilibet posset a vivente audiri, frequenter a mortuis exaudiri; & a templis Christi, ipsorumque receptaculis, optata beneficia reportare.*

* li. 2 contra Jud. cap. 4.

¶ De orationibus pro Defunctis, idem PETRUS Cluniacensis ait:* *Sciat ergo mortuus, tunc sibi viventium bona posse prodesse: si ex vita præterita meruit particeps esse vitæ æternæ. Tunc eum, quæcunque illum ad eam adipiscendam adhuc impediunt, & orationibus, & piis operibus vivorum, removeri per largam Dei misericordiam poterunt.* Itèm: *Quia hoc clarum, quòd bonum resurrectionis reservatur carni humanæ: & hoc perspicuum est, quòd bonum orationis, quo a viventibus Deo pro mortuis supplicatur, animæ nihilominùs reservatur humanæ. Quia hoc constat, quòd corporalis substantia, aut de cadavere, aut de pulvere, aut de nihilo reparabitur. & illud certum est, quòd interim spiritualis substantia, bonis vivorum operibus adjuvabitur.* Ait tamen, etiam Catholicos eâ de re dubitâsse, an pro Defunctis orandum esset: *Propter Catholicos autem dixi: quia in quibusdam regionibus, etsi non multi; aliqui tamen esse dicuntur: qui, etsi huic præmissæ veritati apertè, ut Hæretici, non contradicunt; ex his tamen, quæ cum aliis conferunt, de ea dubitare se probant.*

* li. 2. Epist.

HUGO Heterianus ait:* *Magnus Athanasius ille, in Sermone, quem scripsit de dormientibus, sic loquitur: Oratio pro fidelibus defunctis non est omittenda, ubicunque morte præoccupati fuerint. Offerenda est salutaris hostia, offerendum est oleum, offerendi sunt quasi pro sepeliendo cerei, Christum Dominum vocandum in adjutorium.* Itèm:* *Atqui & ad illud, quod ante omnia maximum præstat remedium, obnixiùs enitamini: ut Agnus scilicet, qui tollit peccata Mundi, in memoriam defunctorum frequentius immoletur.*

* de Regressu anim. c. 11.

* cap. 17.

¶ De Martyribus, BERNHARDUS ait:* *Ponentes pro Christo animas hoc sibi compendio vitam merentur æternam.*

* Serm. 9 super Psal. 91.

DE SACRAMENTIS.

De numero sacramentorum, LOMBARDUS scribit:* *Jam ad Sacramenta novæ legis accedamus, quæ sunt: Baptismus, Confirmatio, Panis benedictio, id est Eucharistia, Pœnitentia, Unctio extrema, Ordo, Conjugium. Quorum alia remedium contra peccatum præbent, & gratiam adjutricem conferunt; ut Baptismus: alia in remedium tantùm sunt; ut Conjugium: alia gratia & virtute nos fulciunt, ut Eucharistia & Ordo.*

* li. 4. dist. 2.

De differentiâ Sacramentorum veteris & novi Testamenti, inquit idem LOMBARDUS:* *Jam videre restat differentiam Sacramentorum veterum & novorum: ut Sacramenta vocemus, quæ antiquitus res sacras signabant, ut sacrificia, & oblationes, & hujusmodi. Eorum autem differentiam breviter Augustinus assignat, dicens: Quia illa promittebant tantum & significabant; hæc autem dant salutem.*

* li. 4. dist. 1.

DE BAPTISMO.

RUPERTUS:* *Remissionem peccatorum, quæ est ipse Spiritus sanctus, neque mortuorum, neque vivorum aliquis, ante Christi passionem, aliquo baptismate accepisse credatur.*

* lib. 1 in Joh. c. 1.

De non-baptizatis Parvulis, inquit LOMBARDUS:* *Sicut Parvuli, qui sine Baptismo moriuntur, infidelium adscribuntur numero, ita qui baptizantur, fideles dicuntur: quia a fidelium consortio non separantur; cum orat Ecclesia pro fidelibus defunctis. Fideles ergo sunt, non propter virtutem, sed fidei sacramentum.*

* li. 4. dist. 4.

De Baptismo Johannis, LOMBARDUS:* *Ipse ait, Ego baptizo vos in aqua, id est, in pœnitentiâ. Solo enim corpora abluebat, a peccatis verò non mundabat. Baptismus Johannis erat in pœnitentiam, non in remissionem: Baptismus verò Christi, in remissionem. Quia Johannes, baptizans homines, ad pœnitentiam vocabat, & quos baptizabat, pœnitere docebat secundum illud,** Veniebant ad Jordanem, confitentes peccata sua. *Sed in Baptismo Johannis non dabatur peccatorum remissio; quæ data est in Christi Baptismo.* Itèm: *Ad quid ergo utilis erat Baptismus Johannis? Quia homines usu baptizandi præparabat ad Baptismum Christi.*

* li. 4. dist. 2.

* Marc. 1. Ps.

DE CLAVIBUS.

RICHARDUS:* *Sciendum, quòd sacerdotalis illa potestas ligandi atque solvendi, maxime versatur circa geminum modum expiandi. Expiandi siquidem modus consistit in duobus. Nam, quia nullum peccatum impunitum esse oportet ut expietur, aut in hac vitâ, juxta arbitrium sacerdotis, per dignum pœnitentiæ fructum; aut in vita futura, juxta divinum arbitrium, per ignem purgatorium. Habet itaque peccatrix anima, a solo damnationis debito relaxata, & adhuc debito expiationis obnoxia, habet inquam, & quomodo per sacerdotale officium possit utiliter ligari, & unde egeat misericorditer absolvi. Verè namque pœnitens libenter subit judicium humanum: ut meritò evadere possit judicium divinum. Ligatur ergo per sacerdotem, debito dignæ satisfactionis; & absolvitur ab illo, quod ignem meretur debito futuræ purgationis. Eo ipso namque, quo devotè suscipit sententiam humanam, meretur evadere sententiam divinam. Ecce quomodo habes, quod sub uno eodémque tempore homo solvitur atque ligatur.* Itèm:* *Quod possint sacerdotes peccata remittere, & futura incendia pœnitentiali satisfactione extinguere, omnes in commune credimus & tenemus. Quia autem possint qualibet peccata, quantumlibet criminalia, ex toto dimittere, & sine aliquâ omnino satisfactione, plenè & sine periculo indulgere; nec credimus, nec tenemus.* Itèm:* *Audacter dico, si, ante Sacerdotis absolutionem, ad communionem corporis & sanguinis Christi accesserit, judicium sibi pro certo manducat & bibit: etsi eum peccasse jam multum pœniteat, vel vehementer doleat & ingemiscat.*

* de Pot. lig. & sol. cap. 6.

* cap. 20.

* cap. 21.

De excommunicatis LOMBARDUS ait:* *Orationes quoque Ecclesiæ, & benedictionum ac meritorum suffragia, eis nequaquam suffragari putantur.*

* lib. 4. dist. 18.

DE CONFIRMATIONE.

RUPERTUS:* *Presbyteris chrismate baptizatos ungere licet; sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem, (quod solis debetur episcopis), sed verticem. Fortè aliquis dicat: Quid mihi prodest, pro Baptismatis mysterium, mysterium confirmationis? Nam, si post fontem adjectione novi generis indigemus, quantum video, non totum de fonte suscepimus. Non ita intelligendum est. Nam quid prodest, si quisquam parentum magnam Parvulo conferat hæreditatem, nisi provideat illi tutorem? Paracletus qui ipse regeneratis in Christo, custos & consolator & tutor est, qui possent, suadente Diabolo, sicut parvuli facultatem perdere Baptismi nobilitatem; si hunc non haberent tutorem. Igitur chrisma ipsius Spiritûs sancti signum est, ipsius & virtutem continet. Et pulchrè Spiritus sanctus, per hanc speciem, suam nobis complacuit dare gratiam.*

* lib. 5 de Div. offic. cap. 16.

LOMBARDUS inquit:* *Virtus autem hujus Sacramenti est, donatio Spiritûs sancti, ad robur; qui in Baptismo datus est ad remissionem.* Itèm: *Hoc Sacramentum tantùm a jejunis accipi, & jejunis tradi debet; sicut & Baptismum: nisi aliter cogat necessitas. Nec debet iterari, sicut nec Baptismus, vel Ordo. Nulli enim Sacramento facienda est injuria, quod fieri putatur, quando non iterandum iteratur.*

* li. 4. dist.

DE COENA.

Panem semel consecratum semper retinere sanctificandi virtutem, RUPERTUS ait:* *Panis semel consecratus, nunquam postea virtutem sanctificationis amittit; aut Christi caro esse desinit, sed non prodest quicquam indigno; cujus fides sine operibus mortua est: & idcirco spiritum, qui vivificat, non habet, quo eum percipiat.*

* lib. 6 Joh. c. 6.

¶ Transsubstantiationis, & ex eo consequens corporalis præsentiæ dogma, superiore seculo invalescens; isto jam communiter obtinere cœpit. Sic enim BERNHARDUS:* *Hostia, quam vides, jam non est panis; sed caro mea, quæ pependit in cruce pro Mundi vitâ.* Item: *Similiter liquor iste, quem vides, jam non est vinum, sed sanguis meus, quem pro te fudi in patibulum.* Itèm: *Odor, species, sapor, pondus, remanent ad mysterii cultum, & ad gustus suffragium: ut horror penitùs tollatur; & meritum fortiatur. Etenim, ne humana infirmitas esum carnis, & potum sanguinis, in sumtione horreret: Christus velari & palliari illa duo voluit, speciebus panis & vini; quæ inter humani generis victualia quodammodo tenent principatum. Nam ad literam quidem, pascibus omnibus, cor hominis confirmat panis, & vinum lætificat. Sic itaque corpus & sanguinem suum sumenda proposuit: ut sensus in uno foveretur, in altero fides ædificaretur. Fovetur enim sensus in uno, dum solita tantùm & consueta prospicit: ædificatur fides*

* Serm. de cœna.

in altero, dum oculo carnis videntur aliud exterius, oculus cordis aliud sentit & reveretur interius. Aliud enim latet; aliud patet. Posuit enim tenebras latibulum suum. Quemadmodum enim species illic videntur; quorum res vel substantia ibi esse non creduntur: sic res veraciter & substantialiter creditur, cujus species non cernuntur. Videtur enim species panis & vini; & substantia panis & vini non creditur. Creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi; & tamen species non cernitur.

* lib. 1. ep. 2.

PETRUS Cluniacensis inquit: * *Vide igitur, quisquis in sacramento Ecclesiæ, panem in Christi carnem, vinum in ejus mutari sanguinem, aut non credis, aut dubitas: quia vel de voluntate ejus, vel de potentia, vel de utroque, diffidis.* Itèm: *Sic quotidiè facit, ut per consecrationem, & virtutem divinam, panis & vinum commutentur in carnem & sanguinem suum, hoc est, unius Filii Dei & hominis; non multorum filiorum hominum. Qui etiam dixit, & facta sunt, mandavit, & creata sunt. quâ potentiâ facit hoc universaliter in aliis; eâdem potentiâ facit hoc singulariter in se-ipso.* Itèm: *Quid mirum, si omnipotentis misericordia Dei, misereri miseri hominis & hoc modo disponens, in altaris Sacramento, panis & vini speciem humanis sensibus reservat: ut appareat in ipso Sacramento panis & vinum, quod non est, & lateat oculos carnis caro & sanguis, quod est.*

* lib. 4. dist. 10.

LOMBARDUS ait: * *Et fit, quod erat panis ante consecrationem, jam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat & sic ex pane fit corpus Christi; & vinum, cum aquâ in calicem missum fit sanguis, consecratione verbi cælestis.* Et: *Post consecrationem ergo, non est ibi substantia panis vel vini; licèt species remaneant. Est enim ibi species panis & vini; sicut & sapor. unde aliud videtur, aliud intelligitur.*

¶ De conficiendo corpore Christi, LOMBARDUS tradit: * *Sacerdotes dicuntur conficere corpus Christi & sanguinem: quia, eorum ministerio, substantia panis fit caro, & substantia vini fit sanguis Christi: nec tamen aliquid additur corpori vel sanguini, nec augetur corpus Christi vel sanguis.*

* lib. 4. dist. 11.

¶ Ex errore Transubstantiationis & corporalis præsentiæ, crevit simul & error de Missæ sacrificio. Hinc subindè facit mentionem Missarum BERNHARDUS, ut: * *Sed jam sermo claudendus est vocant enim nos Missarum adhuc celebranda solennia.*

* Serm. 2. in festo Omn. Sanct.

LOMBARDUS ait: * *Missa enim dicitur, eò quòd cælestis nuntius, ad consecrandum vivificum corpus, adveniat, juxta dictum Sacerdotis dicentis: Omnipotens Deus, jube hoc perferri per manus sancti Angeli tui, in sublime altare tuum.* Itèm: * *Missa autem dicitur, vel quia missa est hostia, cujus commemoratio fit in illo officio. unde dicitur: Ite, Missa est, sequimini hostiam quæ missa est ad cælestia, tendentes post eam. Vel quia missus cælestis nuntius venit, ad consecrandum dominicum corpus, per quem ad altare cæleste defertur hostia. Unde & dicitur: Missa est.*

* li. 4. dist. 13.

* dist. 24.

RICHARDUS: * *Semel oblatus in cruce, multoties in altari pro nobis offertur. Et qui jam non moritur, & mors illi ulterà non dominabitur, mortis ejus mysterium & effectus, ad salutem nostram quotidie iteratur. Ibi enim mors Domini annuntiatur.*

* super Cant. cap. 30.

PETRUS Cantor ait: * *Turpius Christum vendimus, quàm Judas: eò quod deteriores sumus. Ille enim, quem purum hominem credebat, cùm familia ejus indigeret, vendidit: Nos, quem scimus verum Hominem & Deum, vendimus. Ille pro triginta argenteis vendidit: nos pro denario & precio vilissimo. Itèm, ille pœnitens, licèt non verè, retulit & rejecit triginta argenteos in Ecclesia autem non est, qui turpiter acquisitos rejiciat.* Itèm: *Cùm triginta argentei precium sanguinis essent, non sunt missi in corbonam: nunc ex turpiter oblatis & acquisitis eriguntur altaria, construuntur ecclesiæ, & hujusmodi. Cùm omnia cætera vitia trepident & exsulent à loco sacrato: Simonia ipsa altaria invasit; ut ædificetur Sion in sanguine.* Itèm: * *Celebrantes Missas super imagines cereas, ad imprecandum alicui, etiam alicui imprecantes, Missam fidelium decies vel pluries decantant; ut ante decimum diem, vel post, in brevi moriatur, cùm mortuus sepeliatur.* Itèm: *Jam quidem Missam pro strage interfectorum, quasi novorum martyrum, in circuitu Hierusalem prostratorum, invenerunt; putantes eam efficax esse allectivum ad oblationes propter favorem occisorum.*

* cap. 23.

* cap. 25.

POTHO ait: * *Denique, præter unum verum summumque sacrificium, quod secundum ordinem Melchisedech in consecratione Eucharistiæ offerimus, nullum aliud munus præstantius altari sancto superponimus.*

* lib. 2.

HUGO Heterianus ait: * *Venite Sacerdotes, qui quidem immaculate corpus meum & meum sanguinem assiduè immolastis.*

* de Regressu anim. c. 27.

¶ De speciebus panis & vini, LOMBARDUS ait: * *Si autem quæritur de accidentibus, quæ remanent, id est, de speciebus, & sapore, & pondere, in quo subjecto fundentur? potius mihi videtur fatendum, existere sine subjecto; quàm esse in subjecto. quia ibi non est substantia, nisi corporis & sanguinis dominici; quæ non afficitur illis accidentibus. Non enim corpus Christi talem habet in se formam, sed qualis in judicio apparebit. Remanent ergo illa accidentia per se subsistentia, ad mysterii ritum, ad gustûs fideique suffragium: quibus corpus Christi, habens formam & naturam suam, tegitur.*

* li. 4. dist. 12.

¶ De sacrificio pro defunctis, LOMBARDUS ait: * *Neque negandum est, (ut ait Augustinus) defunctorum animas pietate suorum viventium relevari: cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur; vel eleemosynæ fiunt in ecclesiâ. Sed hæc eis tantùm prosunt; qui, cùm viverent, hæc sibi, ut postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem, nec tam malus, ut ei non prosint quæ quam. Est verò talis in bono, ut ista nō requirat: & est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cùm hac vita transierit, adjuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur; quo possit post hanc vitam quispiam gravari, vel relevari. Nemo autem speret quod hic neglexit, cùm obierit, apud Deum promereri.* Itèm: *Mediocriter malis suffragantur ad pœnæ mitigationem: mediocriter bonis, ad plenam absolutionem: qui non habent tanta perfectionis merita; ut non indigeant juvari per pauperes. quorum est regnum cælorum: quos sibi fecerunt amicos de Mammonâ iniquitatis. Quorum tanta est perfectio, ut his adjutoriis non indigeant: quales sunt Apostoli & Martyres.*

* li. 4. dist. 45.

HUGO Heterianus ait: * *Ideò acceptissimum est istiusmodi tempus, ad culpa mortuorum veniam impetrandam. Hæc scientes, præstemus, quod possumus, remedia iis, qui vita functi sunt pro lacrymis orationes, pro luctibus eleemosynas, & pro sepulcri decore, hostiam vivam exhibeamus.*

* de Regressu anim. c. 29.

DE ORDINE.

LOMBARDUS ait: * *In sacramento ergo, septiformis spiritus, septè sunt gradus ecclesiastici; scilicet Ostiarii, Lectores, Exorcistæ, Acolythi, Diaconi, Subdiaconi, Sacerdotes. omnes tamen Clerici vocantur, id est, Sortiti.* Itèm: * *Ordo fanè dici potest signaculum esse, id est, sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officium. Character ergo spiritualis, ubi fit promotio spiritualis, ordo vel gradus vocatur.*

* li. 4. dist. 24.

* dist. 24.

¶ De tonsurâ, LOMBARDUS inquit: * *Corona enim signaculum est, quo signatur in partem sortis ministerii divini. Corona, regale decus significat: quia servire Deo, regnare est. Unde ministri Ecclesiæ, Reges esse debent, ut se & alios regant: quibus Petrus ait,* * Vos estis genus electum, regale sacerdotium, &c. *Summitas capitis desuper nudatur: ut eorum mens ad Dominum libera monstretur; quæ revelatâ facie gloriam Dei contempletur. Summitas enim capitis, est eminentia mentis: denudatio capitis, est revelatio mentis. Clericus enim, secretorum Dei non-ignarus esse debet. Tondentur enim capilli usque, ad revelationem sensuum; scilicet oculorum & aurium: ut vitia, in corde & opere pullulantia, doceantur præcidenda; ne ad audiendum & intelligendum verbum Dei præpediatur mens: pro quo servato, reddetur in excelsis corona. Tonsura autem ecclesiastica usus, à Nazaræis exortus videtur: qui, prius crine servato, deinde ob vitæ continentiam caput radebant; & capillos in igne sacrificii ponebant. Hinc usus inolevit, ut qui divinis cultibus mancipantur, quasi Nazaræi, id est, sancti, crine posito inveniantur. Sicut ad Ezechielem dicitur:* * Fili hominis, sume gladium acutum, & duc super caput tuum & barbam. *In Actibus etiam Apostolorum, Priscillam & Aquilam hoc fecisse legimus. Paulus quoque, & alii quidam Christi discipuli, hoc fecerunt.*

* ibid.

* 1. ep. 2. v. 9.

* ez. 5. v. 1.

¶ De Clericis, ait LOMBARDUS: * *Rectè ergo, in quibuslibet gradibus constituti, Clerici vocantur: quorum nomina, & rationes nominū, Isidorus exponens, ait: Cleros, & Clericos, hinc appellatos esse credimus; quia Matthias electus est sorte, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. Cleros enim Græcè, Latinè Sors vel Hæreditas dicitur. Ideò ergo dicti sunt Clerici: quia sunt de sorte Domini; vel quia Deum partem habent. Generaliter verò*

* li. 4. dist. 24.

Clerici nuncupati sunt omnes, qui in Ecclesia Dei deserviunt: quorum gradus & nomina sunt hæc; Ostiarius, Lector, &c.

[b ibid.] ¶ De Ostiariis, LOMBARDUS: *Ostiarii idem & Janitores sunt: qui in veteri Testamento electi sunt ad custodiam templi; ut non ingrederetur in illud immundus. Dicti autem Ostiarii, eò quòd præsint ostiis templi. Ipsi enim tenentes clavem, omnia intùs & extra custodiunt: atque, inter bonos & malos habentes judicium, dignos recipiunt; indignos respuunt. Unde & eis, cùm ordinantur, claves Ecclesiæ ab episcopo dantur, & dicitur eis: Sic agite, tanquam rationem Deo reddituri pro rebus, quæ clavibus istis recluduntur. Hoc officium Dominus in suâ personâ suscepit: quando, flagello de funiculis facto, vendentes & ementes ejecit de templo. Ipse enim se ostiarium significans, dicit:* * Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inveniet. [* Joh. 10. v. 7.]

[* li. 4. dist. 24.] ¶ De Lectoribus, LOMBARDUS: * *Secundus est gradus Lectorum. Lectores a legendo, sicut Psalmistæ à psalmis canendis, vocati sunt. Illi enim prædicant populis, quid sequantur: isti cantant, ut excitent ad compunctionem animos audientium. Licet quidam Lectores ità miserabiliter pronuntient; ut quosdam ad luctum & lamentationem compellant. Iidem etiam Pronuntiatores vocantur, qui porrò antè nuntiant: quia tam erit clara eorum vox; ut etiam longè-positorum aures adimpleant. Ad Lectorem autem pertinet, lectiones pronuntiare, & ea, quæ Prophetæ vaticinaverunt, populis prædicare: ut jam ex officio in Ecclesiâ legat prophetias & lectiones. Unde & ei, vidente populo, traditur ab Episcopo codex divinarum lectionum; & dicitur: Accipe, & esto verbi Dei relator; habiturus, si fideliter impleveris officium, partem cum his, qui benè verbum Dei ministraverunt. Qui ad gradum provehitur, literarum scientiâ debet esse instructus: ut sensum verborum intelligat; vim accentuum sciat; distinctè legat: ne, confusione prolationis, intellectum auditoribus auferat. Attendat, quid indicativè, quid interrogativè sit legendum: ubi sit in oratione facienda distinctio. Hæc enim male servata, intellectum turbant; & alios ad risum provocant. Auribus & corde consulere debet vox Lectoris. Hoc officium implevit Christus; cum in medio Seniorum, librum Esaiæ aperiens, distinctè ad intelligendum legit:* * Spiritus Domini super me, &c. *Ex quo Lectoribus datur intelligi; quia gratiâ spirituali clarere debent, qui aliis verbum Dei annuntiant. Hic ordo formam & initium a Prophetis accepisse videtur; quibus dicitur:* * Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. [* Luc 4. v. 17. 18.] [* Esai 58. v. 1.]

[* li. 4 dist. 24.] ¶ De Exorcistis, LOMBARDUS: * *Tertius est ordo Exorcistarum. Exorcistæ autem, ex Græco in Latinum, Adjurantes, vel Increpantes vocantur. Invocant enim super Catechumenos, & super eos qui habent spiritum immundum, nomen Domini, adjurantes per eum, ut egrediatur ab eis. Ad Exorcistam pertinet, exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos & catechumenos in exorcizando imponere. Debet autem habere spiritum mundum; qui spiritibus immundis imperat: & malignum expellere de corde suo, quem expellit de corpore alieno: ne medicina, quam aliis facit, sibi non prosit; & dicatur ei:* Medice cura te-ipsum. *Hi cùm ordinantur, accipiunt de manu Episcopi librum exorcismorum, & dicitur eis: Accipite, & habetote potestatem imponendi manus super energumenos vel catechumenos. Hoc officio usus est Dominus, quando salivâ suâ tetigit aures & linguam surdi & muti, dicens:* * Effeta; quod est, Adaperire: *per hoc docens, nos spiritualiter debere aperire aures præcordiorum hominum ad intelligendum, & ora ad confitendum: ut, pulso dæmone, Spiritus sanctus vas suum recipiat. Hoc etiam officio usus est Christus, cùm dæmoniacos multos sanavit. Hic ordo a Salomone videtur descendisse: qui quendam modum exorcizandi invenit, quo dæmones adjurati, ex obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati, Exorcistæ vocati sunt. De quibus Christus in Evangelio:* * Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia: filii vestri (*scilicet exorcistæ*) in quo ejiciunt? [* Marc. 7 v 34.] [* Luc. 11. v. 19.]

[* li. 4. c. 24] ¶ De Acolytis. LOMBARDUS: * *Quarto loco succedunt Acolythi. Acolythi verò Græcè, Latinè Ceroferarii dicuntur, a deportando cereos; quando legendum est Evangelium, vel sacrificium offerendum. Tunc enim accenduntur luminaria, & deportantur ab eis: non ad effugandas aëris tenebras; cùm sol eo tempore rutilet: sed ad signum lætitiæ demonstrandum; ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de quâ legitur:* * Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc Mundum. *Ad Acolythum pertinet præparatio luminarium in sacrario. Ipse cereum portat: ipse urceolum, cum vino & aquâ suggestâ pro Eucharistiâ Subdiacono præparat. Hi cùm ordinantur, cum edocti fuerint ab Episcopo, qualiter in officio suo agere debeant; ab Archidiacono accipiunt candelabrum cum cereo, & urceolum vacuum. Hoc officium Dominus se habere testatur, cùm dicit:* * Ego sum lux Mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris. *Hujus officii formam illi gerebant in veteri Testamento, qui lucernas candelabri componebant, & accendebant igne cœlesti, ad illuminandas tenebras Aquilonares.* [* Joh. 1. v. 9] [* Joh. 8. v. 12.]

[* li. 4 dist. 24.] ¶ De Subdiaconis, LOMBARDUS: * *Quintus est ordo Subdiaconorum. Græcè Hypodiacones vocantur, quos nos Subdiacones dicimus. Qui ideò sic appellantur, quia subjacent præceptis & officiis Levitarum. oblationes enim in templo a fidelibus suscipiunt, & Levitis superponendas altaribus deferunt. Hi apud Hebræos Nathinnæi vocabantur, id est, in humilitate Domino servientes. Ad Subdiaconum pertinet, calicem & patenam ad altare Christi deferre, & Levitis tradere, eisque ministrare: urceolum quoque, & aquamanile, & manutergium tenere; Episcopo, & Presbyteris, & Levitis, pro lavandis ante altare manibus, aquam præbere. His lex continentiæ imponitur: quia altari propinquantes, vasa corporis & sanguinis Christi portant. Unde illud implere debent:* * Mundamini, qui fertis vasa Domini. *Ad hos etiam pertinet, tantum de oblationibus proponere in altari; quantum sufficere possit populo: nec-non corporales, & pallas, & substratoria lavare. Hi cùm ordinantur, accipiunt de manu Episcopi patenam, & calicem vacuum: ab Archidiacono verò urceolum cum aquamanili, & manutergium. Hoc officio usus est Dominus: quando linteo se præcinxit, & mittens aquam in pelvim, pedes discipulorum lavit; & linteo tersit.* [* Esai. 52. v. 11.]

[* li. 4. dist 24.] ¶ De Diaconis, LOMBARDUS: * *Diaconorum ordo sextum tenet locum, propter senarii perfectionem. Hic ordo in veteri Testamento a tribu Levi nomen accepit vel traxit. Dicuntur enim & Levitæ. Præcepit quippe Dominus Moysi, ut, post ordinationem Aaron & filiorum ejus, rursùs tribus Levi, ad divini cultûs ministeria, ordinaretur & consecraretur Domino; & servirent pro Israel, coram Aaron & filiis ejus in tabernaculo; ipsique gestarent arcam & tabernaculum, & omnia vasa ejus, & in circuitu tabernaculi excubarent; & in transportando tabernaculo ipsi deponerent, rursumque componerent. A viginti-quinque annis, & supra jussi, sunt servire in tabernaculo. quam regulam in novo Testamento sancti Patres constituerunt: quia hæc ætas, ad ferenda onera, est robusta. Levitæ ergo, ex nomine autoris vocati sunt. De Levi enim Levitæ orti sunt: à quibus in templo mystici sacramenti mysteria explebantur. Hi Græcè Diacones, Latinè Ministri dicuntur: quia, sicut in Sacerdote consecratio, ita & in Diacono ministerii dispensatio, habetur. Ad Diaconum pertinet, assistere Sacerdotibus; & ministrare in omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi: scilicet in Baptismo, in Chrismate, in patenâ & calice. Oblationes quoque inferre, & disponere in altari. Componere etiam mensam Domini, & vestire; crucem ferre; & prædicare Evangelium & Epistolam ad populum. Nam, sicut Lectoribus vetus Testamentum; ità Diaconibus novum prædicare, præceptum est. Ad ipsum etiam pertinet officium precum, & recitatio Catechumenorum nominum. Ipse præmonet aures habere ad Dominum: ipse donat pacem, & ipse annuntiat. Quod autem huic ordini a Moyse statutum est; hoc etiam in novo Testamento repræsentatur: cum Diacono super lævum humerum stola ponitur, & casula in diebus jejunii complicatur. quia, quicquid laboris & sustinentiæ in hac vita toleratur, quasi in læva portatur: donec in dextrâ, id est, æternitate requiem habeatur. Hic ordo ab Apostolis celebratus est: quando (ut legitur in Actis Apostolorum) septem viros, plenos Spiritu sancto, ad hoc officium elegerunt; & oratione præmissâ, manum eis imposuerunt. Unde & consuetudo inolevit; ut in omni matrice Ecclesia septem Diacones, circa Christi aram, quasi septem columnæ, assistant. Hi sunt septem Angeli tubâ canentes, in Apocalypsi. qui quales esse debeant, Apostolus docet, Timotheo scribens. Hi cùm ordinantur, solus Episcopus eis manum imponit: quia ad ministerium applicantur. Ponit eis orarium, id est, stolam, super lævum humerum: ut per hoc intelligant, se accepisse jugum Domini suave, quo ad sinistram pertinentia divino timori subjiciant. Accipiant & textum Evangelii: ut intelligant se esse præcones Evangelii Christi. Hi autem, antequam ordinentur, probentur, ut docet Apostolus: & sic ministrent, nullum crimen habentes. Hoc officio usus est Christus, quandò post cœnam sacramentum carnis &*

sanguinis

sanguinis di- ipse dispensavit; & quando Apostolos dormientes ad orationem excitavit, dicens: *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem.

¶ De Presbyteris, LOMBARDUS: * *Septimus est ordo Presbyterorum. Presbyter Græcè, Senior interpretatur Latinè. Non modò pro ætate vel decrepitâ senectute; sed propter honorem & dignitatem, quam acceperunt, Presbyteri nominantur: qui morum prudentia, & maturitate conversationis, præcellere debent in populo. Unde scriptum est:* * Senectus venerabilis est, non diuturna; nec annorum numero computata. Cani enim, sunt sensus hominis; & ætas senectutis, vita immaculata. *Ideò autem etiam Presbyteri Sacerdotes vocantur; quia sacrum dant. qui licèt sint sacerdotes; tamen pontificatûs apicem non habent, sicut Episcopi: quia ipsi nec chrismate frontem signant, nec paracletum dant, quod solis deberi Episcopis, lectio Actuum Apostolorum demonstrat. Unde apud Veteres iidem Episcopi & Presbyteri fuerunt: quia illud est nomen dignitatis; non ætatis. Sacerdos, nomen habet compositum ex Græco & Latino, quod est Sacrum dans, sive Sacer dux. Sicut enim Rex à regendo, ità Sacerdos à sacrando dictus est. Consecrat enim & sanctificat. Antistes verò sacerdos dictus est ab eo, quòd ante stat. Primus est enim in ordine Ecclesiæ. Ad Presbyterum autem pertinet, Sacramentum corporis & sanguinis Domini in altari Dei conficere, orationes dicere, & dona Dei benedicere. Qui cùm ordinantur, inunguntur eis manus: ut intelligant, se accepisse gratiam consecrandi; & charitatis opera debere extēdere ad omnes. Accipit & stolā quæ utrumq; tegit latus: quia debet esse munitus armis justitiæ, contra adversa & prospera. Accipit etiam calicem cum vino & patenam cum hostia: ut per hoc sciat, se accepisse potestatem placabiles Deo hostias offerendi. Hic ordo à filiis Aaron sumpsit initium. Summos enim pontifices & minores sacerdotes, instituit Deus per Mosen: qui, ex precepto Dei, Aaron in summum pontificem, filios verò ejus, unxit in minores sacerdotes. Christus quoq; duodecim elegit discipulos priùs, quos & Apostolos vocavit; quorum vicem gerunt in Ecclesiâ majores pontifices. Deinde alios septuaginta & duos discipulos designavit; quorum vicem in Ecclesia tenent Presbyteri. Unus autem inter Apostolos princeps extitit Petrus; cujus vicarius & successor est Pontifex summus: unde dicitur Apostolicus, qui & Papa vocatur, scilicet Pater patrum. Qualis autem eligi debeat Presbyter; Apostolus, scribens Timotheo, ostendit: ubi nomine Episcopi presbyterum significat. Hoc autem officio usus est Christus, cùm se-ipsum in arâ crucis obtulit idem sacerdos & hostia, & quando, post cœnam, panem & vinum in corpus suum & sanguinem commutavit. Ecce de septem Ecclesiæ gradibus breviter elocuti, quid ad quemq; pertineat, insinuavimus. Cumq; omnes spirituales sint & sacri: excellenter tamen Canones, duos tantùm sacros ordines appellari censent; Diaconatus scilicet & Presbyteratus: quia hos solos primitiva Ecclesia legitur habuisse; & de his solis præceptum Apostoli habemus. Apostoli enim, in singulis civitatibus, episcopos & presbyteros ordinaverunt. Levitas etiam ab Apostolis ordinatos legimus: quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos verò & Acolythos, procedente tempore, Ecclesia sibi constituit.*

¶ Libet huc etiam scribere expositiones dignitatum Pontificalium; quarum facit mentionem LOMBARDUS:*

Episcopus Speculator est, præpositus in Ecclesiâ dictus; eò quòd speculatur atq; prospiciat populorum infra se positorum mores & vitam.

Pontifex est princeps sacerdotum. quasi via sequentium. Ipse & Summus sacerdos nuncupatur. ipse enim Levitas & sacerdotes efficit: ipse omnes ecclesiasticos ordines disponit.

Ordo autem episcoporum quadripartitus est: scilicet in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, & Episcopis. Patriarcha Græcè, Summus patrum interpretatur: quia primum, id est, Apostolicum, tenet locum: ut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, sed omnium summus est Romanus.

Archiepiscopus princeps episcoporum. Archos enim Græcè, Latinè Princeps dicitur.

Metropolitæ autem, à mensurâ civitatum dicuntur: singulis enim provinciis & civitatibus præeminent; quorum auctoritate & doctrinæ cæteri sacerdotes subjecti sunt. Solicitudo enim totius provinciæ, ipsis episcopis commissa est.

Omnes autem superius designati ordines, episcopi nuncupantur. Nota, quod Archiepiscoporum nomine, Primates superius significâsse videtur; & Metropolitanorum, quos nunc Archiepiscopos dicimus. Horum autem discretio à Gentilibus introducta videtur: qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines, appellabant. Sacerdotes enim Gentilium, flamines dicebantur: qui habebāt in capite pileum, in quo erat brevis virga, desuper habens aliquid lanæ. quod cùm per æstum ferre non possent, filum tantum in capite ligare cœperunt. Nudis enim capitibus eis incedere, nefas erat. Unde à filo, quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Sed festis diebus, filo deposito, pileum imponebant, pro sacerdotii eminentiâ.

Vates, à vi mētis appellati sunt: cujus significatio multiplex est. Modò enim sacerdotem, modò prophetam, modò poëtam significat.

Cantor verò vocatus, qui vocem modulatur in cantu. Hujus sunt duo genera: præcentor, & succentor. Præcentor, qui vocem præmittit in cantu: Succentor, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur; quia consonat. Qui autem non consonat, nec concinit, concentor non erit.

¶ De tempore ordinandi, LOMBARDUS: * *Sacri, inquit, canones sanxerunt. ut Subdiaconus non ordinetur, ante quatuordecim annos; nec Diaconus ante viginti-quinq; nec Presbyter ante triginta. Deinde, si dignus fuerit ad episcopatum eligi potest. quod nos etiam pari modo servari jubemus. Itèm Fabianus: Si quis triginta ætatis non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etsi valde sit dignus. quia & ipse Dominus triginta annorum baptizatus est, & sic cœpit docere.*

DE UNCTIONE EXTREMA.

LOMBARDUS: * *Præter præmissa, est etiam illud sacramentum, scilicet unctio infirmorum quæ fit in extremis, oleo per episcopum consecrato.* Itèm: *Hoc sacramentum unctionis infirmorū, ab Apostolis institutum legitur. Ait enim Jacobus:* * Infirmatur quis in vobis. Itèm: *Ostenditur, duplici ex causa sacramentum hoc institutum. scilicet ad peccatorum remissionem. & ad corporalis infirmitatis alleviationem. Unde constat, eum, qui hanc unctionem fideliter devotéq; percipit, & in corpore & in anima allevari: si tamē expédit, ut in utroq; alleviatur. Quòd si fortè corporis valetudinē illi habere non expedit: illā, quæ est animæ, sanitatem, in hoc sacramento acquirit. Et, sicut in aliis sacramentis; ità & in isto, aliud est sacramentum, aliud res sacramenti. Sacramentum, est ipsa unctio exterior: res sacramenti, unctio interior; quæ peccatorum remissione, & virtutum ampliatione, perficitur. Et, si ex contemptu, vel negligentia, sacramentum hoc prætermittitur, periculosum est & damnabile.*

DE ECCLESIA.

De Româ, inquit BERNHARDUS: * *Mater & magistra omnium ecclesiarum, Ecclesia Romana; cui dictum est:* * Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua.

JOHANNES Salisberiensis ait: * *Ecclesiam Romanam, quæ parens, auctore Deo, & nutricula fidei & morum est; & non potest ab homine judicari neq; arguis, cœlesti privilegio munita; relinquo intactam.*

¶ De Petro, ait POTHO: * *In totâ hac domo, beatus Petrus, cum suis successoribus, plenitudinem potestatis accepit. Unde, quicunq; in partem solicitudinis vocati sunt, ut ea, quæ in partem regenda susceperunt, provida dispensatione gubernent; ejus auctoritate roborandi, ejus exemplis informandi sunt, qui in plenitudine potestatis Ecclesiæ præesse dinoscitur.*

¶ De primatu pastoris Romani, BERNHARDUS scribit: * *Plenitudo siquidem potestatis super universas orbis Ecclesias, singulari prærogativâ, Apostolicæ sedi donata est. Qui igitur huic potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Potest, si utile judicaverit, novos ordinare episcopatus: ubi hactenus non fuerunt. Potest eos, qui sunt, alios deprimere, alios sublimare; prout ratio sibi dictaverit: ità ut de episcopis creare archiepiscopos liceat, & è converso; si necesse visum fuerit. Potest, à finibus terræ, sublimes quascunq; personas ecclesiasticas evocare, & cogere ad suam præsentiam: non semel aut bis; sed quoties expedire videbit. Porrò in promptu est, ei omnem ulcisci inobedientiam, si quis fortè reluctari conatus fuerit.* Itèm: * *Terribilis prorsus, terribilis est locus iste. Locus, inquam, in quo stas, terra sancta est: locus Petri, est locus principis Apostolorum, ubi steterunt pedes ejus. Locus illius est, quem constituit Dominus dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.*

* Sap. 4. v. 8.
* lib. 4. dist. 24.
* lib. 4. dist. 25.
* lib. 4. dist. 23.
* c. 5. v. 14.
* Serm. de Joh. Baptist.
* lib. 8. c. 17.
* lib. 2.
* Epist. 131.
* Epist. 237

[* li. 6. ep. 44.] PETRUS Cluniacensis inquit: * *Videas hæc omnia & discutias pater universalis, & qui curam paternam universis Ecclesiæ filiis debes: anima, nec de inferioribus, nec de vilioribus, fibi commissa, provideas: ut aut coram se, ut jam dixi, si fieri potest, rem ipsam diffiniat; aut probis partium nostrarum viris, si placet, diffiniendam committat.*

[* lib. 9.] POTHO ait: * *Nónne Romani Pontifices, qui in plenitudine potestatis Ecclesiæ præfuerũt, quorũ videlicet authoritate universalia Canonũ decreta conscripta sunt & corroborata?* Itèm: *Hoc unũq; privilegium, beato Petro, Apostolorum principi, cælestis decreto principaliter traditum atq; firmatum, sancti Patres cum magna veneratione suscipientes, atq; sanctam Romanã ecclesiam servantes, tã in generalibus Cõciliis, quam & in cæteris scriptis & gestis suis, universalem matrem appellaverunt: & sicut ejus documenta, in confirmatione fidei, & eruditione sacræ religionis; ita etiam judicia susceperunt: in hoc consentientes, & quasi uno spiritu & unâ voce concordantes; omnes majores res, & præcipua negotia, nec-non omnium ecclesiarum judicia, ad eam, quasi ad matrem & caput, debere referre; ab eâ nusquam appellari, judicia ejus a nemine retractari aut refelli debere, vel posse.* Et: *unde, juxta attestationem sanctorum Patrum, omnibus ecclesiis præeminet, & de omnibus judicare potest.*

[* lib. 1. c. 31.] ¶ De Ordine S. Bernhardi, MECHTILDIS ait: * *Medium sanctæ Ecclesiæ, est ordo sancti Bernhardi; sustentant Ecclesiam, velut columna, cui tota domus innititur. quia ad universalem Ecclesiam, & ad omnes Ordines, se quo-ad aliquid tenet. Ad superiores scilicet, ad Papam & Prælatos tenet se, exhibendo eis reverentiam & obedientiam: ad Religiosos, per bonæ conversationis instructionem & informationem. Nam alii ordines hunc ordinem in aliquo imitantur. Ad bonos & justos se habet, per auxilium & consilium. Ad peccatores, per compassionem, correctionem, & confessionis auditionem. Denique, invenit peregrini hospitalitatem, pauperes sustentationem; tristes consolationem, infirmi recreationem, esurientes & sitientes refectionem, animæ fidelium liberationem, per orationis sanctæ ad animas purgandas subventionem.*

DE CONJUGIO.

[* lib. 4. dist. 26.] LOMBARDUS ait: * *Post diluvium, quo universum penè genus humanum deletum est, secundum præceptum dictum est filiis Noæ:* [* Gen. 9. v. 1.] * Crescite & multiplicamini. *Multiplicato verò homine, secundùm indulgentiam contractum est; non secundum imperium.*

[* Lib. 4. dist. 42.] ¶ De Bigamiâ, LOMBARDUS ait: * *Apostolus tamen bigamos à sacerdotali honore excludit. Sed hoc non facit pro vitio bigamiæ, imò pro sacramenti virtute: ut sit una unius; sicut una unius.*

[* lib. 4. dist. 32.] ¶ De Tempore nuptiis interdicto, scribit LOMBARDUS: * *Nec solùm in opere carnali observanda sunt tempora, sed etiam in celebrandis nuptiis. secundum illud: Non oportet a Septuagesimâ usq; ad octavam Paschæ, & tribus hebdomadis ante festum sancti Johannis, & ab Adventu Domini usq; ad Epiphaniam, celebrare nuptias. Quod si factum fuerit, separentur.* Itèm *Nicolaus Papa: Nec uxorem ducere, nec convivia facere, Quadragesimali tempore, convenire posse ullo modo arbitror.*

[* lib. 4. dist. 42.] ¶ De cognatione spirituali, LOMBARDUS ait: * *Quòd autem compater & commater sibi jungi nequeant; nec pater spiritualis, nec mater, filiæ vel filio spirituali: ex Concilio Maguntinensi docetur.* Itèm: *Ex his apparet, quòd aliquis filiolam suam, vel commatrem, non potest sibi copulare nuptialiter. & si præsumptum fuerit; separandi sunt.*

[* li. 4. dist. 35.] ¶ De Adulteriis, LOMBARDUS inquit: * *Si verò quæritur, an adulter adulteram possit dimittere causâ fornicationis? Dicimus, quia nequit adultera uxor dimitti a viro, nisi & ipse expers fornicationis existat, & e converso.* Itèm: *Si quis autem fornicationis expers fornicatricem dimiserit; alii copulari non potest: sed continere oportet, vel ad dimissam redire. Sic & fœmina.* Item: *Ex his ostenditur, quòd si causâ fornicationis sit separatio non potest vir vel mulier in aliam transire copulam. Possunt autem reconciliari, & cohabitare sicut prius, si dimissum alter revocare voluerit.*

[* lib. 4. dist. 26.] ¶ Conjugiũ esse sacramentum, LOMBARDUS ait: * *Cum ergo Conjugium sacramentum sit, & sacrum signum est, & sacræ rei, scilicet conjunctionis Christi & Ecclesiæ. sicut ait Apostolus:* [* Eph. 5. v. 31. 32.] * Scriptum est, *inquit*, Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ; & erunt duo in carne unâ. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesiâ. *ut enim inter conjuges conjunctio est, secundùm consensum animorum, & secundùm permixtionem corporum: sic Ecclesia Christo copulatur voluntate & naturâ. quia idem vult cum eo; & ipse formam sumpsit de naturâ hominis. Copulata est ergo sponsa sponso spiritualiter & corporaliter, id est, charitate & cõformitate naturæ. Hujus utriusq; copulæ figura est in conjugio. Consensus enim conjugum, copulam spiritualem Christi & Ecclesiæ, quæ fit per charitatem, significat. Commixtio verò sexuum, illam significat, quæ fit per naturæ conformitatem.*

[* lib. 4. dist. 27.] ¶ De ruptione conjugiorũ per vota, LOMBARDUS ait: * *Licet sponsæ, ante carnalem copulam, inconsulto vel nolente spõso, monasterium eligere: quo facto sponso etiam licet aliam ducere. Conjugatus verò, vel conjugata, nec continentiam, nisi ex cõmuni consensu, servare valet, nec monasterium petere: nisi uterq; continentiam pariter profiteatur.* Itèm: *Conjugati, sine cõmuni consensu, monasterium eligere, continentiam profiteri, vel habitum religionis sumere, non valent. & si fecerint, revocari debent. Sponsi verò possunt, sine communi consensu, monasterium eligere.*

DE COELIBATU SACERDOTUM.

[* Serm. 65. in Cant.] BERNHARDUS: * *Cogendi sunt, vel abjicere fœminas, vel exire de Ecclesiâ; utpote scandalizantes Ecclesiam in convictu & contubernio fœminarum.*

[* li. 6. ep. 40.] PETRUS Cluniacensis inquit: * *Non poterunt tamen adæquari vobis in hac parte, nec illud privilegium, quod sola felix virginitas promeretur, licet inæstimabiliter cælum Sanctorum innumerabilium legio possidebit.*

DE MONACHIS.

[* in Specul. eccl.] Monachatum immodicis evexerunt laudibus. HONORIUS: * *Recordemur, quòd seculum pro supernâ patriâ reliquimus; & quòd claustralem servitutem, pro æternâ libertate, subivimus. Claustralis namq; disciplinæ observatio, est quasi cujusdã camini examinatio, in quâ rubigo peccatorum nostrorũ debet purgari, & imago Dei in animabus nostris reformari. Postquam verò in igne tribulationis, ut aurum, probabimur: tunc de fornace sumti, in palatio cælestis Regis, angelis coæquabimur. Qui enim Monachi nuncupamur, inter martyres computamur; si pro confessione sactis exæquamur. Martyres nempe, quamvis gravia, tamen brevia perpessi sunt supplicia: nos verò diuturna patimur supplicia. Claustralis enim inclusio, regularis districtio, vestium abjectio, pastorum invectio, juge silentium, alienum imperiũ crebra jejunia, assidua flagella, juges vigiliæ, quotidianarum horarũ excubiæ, insuper confessionis confusio, pœnitentiæ amaritudo, publica coram fratribus objurgatio, vel corporis castigatio, orationũ instantia, lectionum vigilantia: hæc omnia sunt magna carnis cruciamenta. Et ideò, quantum ab argento auri precium; tantum differt, ab aliis justis, nostræ remunerationis præmium.*

[* lib. 1. in Levit. c. 32.] RUPERTUS ait: * *Monachos vocat filios Aaron, id est, quorum officium vel propositum sit, orare pro peccato secularium, & habere omnia communia.* Itèm: [* lib. 1. de Piet. c. 8.] * *Ordines habitumq; monasticum, secundum Baptismum sancti Patres dicere non dubitaverunt.*

[* Apol. ad Guilh. abb.] BERNHARDUS ait: * *Modus quidem vitæ est sanctus, honestus, castitate decorus, discretione præcipuus, a Patribus institutus, à Spiritu S. præordinatus, animabus salvandis non mediocriter idoneus.* Itèm: *Audire & hoc vultis a me, unde, inter cætera pœnitentiæ instituta monasterialis disciplina meruerit hanc prærogativam, ut secundùm baptisma nuncupetur? Arbitror, ob perfectam Mundi abrenuntiationem, ac singularẽ excellentiam vitæ spiritualis: quâ præeminens universis vitæ humanæ generibus hujuscemodi conversatio, professores & amatores suos Angelis similes, dissimiles hominibus facit: imò divinam in homine reformat imaginẽ, configurans nos Christo, instar Baptismi. Et quasi denuo; secundò baptizamur: dum per id, quòd mortificamus membra nostra quæ sunt super terram, rursum Christum induimus, complãtati denuò similitudini mortis ejus. Sed & quomodo in Baptismo eruimur de potestate tenebrarum, & in regnum transferimur claritatis æternæ: ita & in sancti hujus secundâ quâdam regeneratione propositi, de tenebris æquè, non unius originalis; sed multorũ actualium delictorũ, in lumen virtutũ evadimus, reaptantes nobis illud Apostoli:* Nox præcessit; dies aũt appropinquavit.

[* li. 1. de Mirac. c. 26.] PETRUS Cluniacensis ait: * *Pro omnibus peccatis suis, monachus factus est, & absq; dubio in partem salutis vocandus est.*

PETRUS Blesensis: * *Sanè disciplina monastica, unica est clavis innocentiæ, religionis anchora, custos ordinis: & per quam spiritualiter motus animi revocantur à malo, & stabiliuntur in bono.*

DE TRADITIONIBUS.

HUGO Heterianus: * *Benedictio aquæ Baptismatis, ter aquis immergere illum qui baptizatur, & benedictio chrismatis, in Ecclesia, sinè Christo & Apostolorum scriptura, observantur. Noluit Christus Ecclesiam suam scripto tantum traditionibus adstringi. Nam, quæ non licet profanos scire, illorum doctrinam non expediebat literis publicare.*

DE VOTIS.

LOMBARDUS ait: * *Plenè legitimæ sunt (nuptiæ) quibus nō obviat votum continentiæ, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel naturæ frigiditas, & si quid est aliud. Penitùs verò illegitimæ sunt, per votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. Mediæ verò sunt, nec plenè legitimæ, nec omnino illegitimæ, per frigiditatem, per conditionem. Si enim tales junguntur ignoranter, commanere possunt, quibusdam accedentibus causis, & eisdem deficientibus, dividi.* Item: * *Qui privatum faciunt votum continentiæ, matrimonium contrahere non debent: quia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur: quia probari non potest, quod occultè factum est. Qui verò solenniter vovent, nullatenus conjugium inire queunt: quibus non solùm nubere, sed & velle, damnabile est.* Item: * *Sunt igitur quidam ordines, in quibus nullatenus potest contrahi conjugium, &, si intercesserit copula, fit divortium: ut sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus. In aliis verò permittitur fieri conjugium: nisi religionis habitum sumserint, vel continentiæ votum fecerint. Unde Leo Papa: Clericos, Lectores, Ostiarios, Exorcistas, Acolythos, si extra votum & habitum inveniuntur, & continentiam profiteri nolunt, uxorem ducere virginem, ecclesia Romana permittit; non viduam vel repudiatam: quia deinceps nec ad subdiaconatum provehi poterunt, nec laicus uxorem sortitus, nisi virginem; vel bigamus ad clericatum.* Item: * *Ex his apparet, virgines vel viduas, voto continentiæ adstrictas, sive fuerint velatæ, sive non, nullatenus conjugium sortiri posse.*

DE INFERNO.

De Limbo Patrum, ait PETRUS Alphonsus: * *In Genesi namque, de Jacob legitur, quòd & filii & filiabus sui, ad consolandum eum super filio suo Joseph congregati, noluit consolari, dicens.* * Quia descendam ad filium meum lugens ad infernos. MOSES. *Hoc sanè Jacob secundum corpus dixit. Per inferos enim, terram, in quâ sepeliuntur omnes, intelligi voluit. Ac si diceret: Quamquam moriar, & in terrâ cum filio meo sepeliar, quin & in interitu ipso, semper lugebo.* PETRUS. *Non est verum, quod dicis. Sciebat enim, quod filius suus in terra non erat sepultus: imò putabat, quòd ab aliquâ bestiâ esset devoratus. Hoc ergo dixit secundum animam: Quia ad filium meum lugens ad inferos descendam. Ac si diceret: Quia mortuus est filius meus, moriar, & ad inferos, ubi anima ejus est, & omnes animæ mortuorum, lugens deveniam. Quin & hoc testatur David in Psalmo, cum dicit:* * Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem; & eruet animam suam de manu inferi? *Per hoc namque, quod ait: Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem? innuit, nullum esse, qui non moriatur, hominem. Per hoc autem, quod est, Et eruet animam suam de manu inferi, insinuat, nullum tempore suo animam de inferni manu potuisse servare. Ezechias quoque, ut in Esajâ legimus, licet bonus homo & sanctus fuerit, sicut in oratione sua testatur ipse, cùm dicit:* * Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, &, quod bonum in oculis tuis fecerim; *licet, inquam, tam sanctus fuerit, ad infernum tamen se descensurum esse, ostendit, cùm in sequentibus dicit:* * Ego dixi: in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. MO. *Ita est, ut asseris: tunc & Patriarcharum animæ, & Prophetarum, cæterorumque Sanctorum omnium, ante mortem illius, quem Christum dicitis, defunctorum, una cum animabus impiorum, in loco uno demoratæ sunt.* PETR. *Verum profectò est, quod in obscuritate omnes ac tenebris: sed non erant omnes in locis pœnalibus, sive suppliciis. Nam juxta merita sua retribuebantur singulis. Verumtamen omnes in inferno, & sub jure erant* *Diaboli. Nullum enim mortuum, ab Adam usque ad mortem Christi, claustra devoravit inferni. Et hoc percipimus ex verbis Mosis, qui cùm filios Israel admoneret facere præcepta Domini, & eis prædiceret, quæ inde præmia essent habituri, nihil unquam de beatitudine pollicitus est paradisi. Notum enim jam ex tunc fuerat omnibus, neminem illum esse intraturum ante mortem Christi.* Item: * *Quicunque, ante mortem Christi, in ipsum credentes obiere, utique, ipso moriente salvati sunt; sed inferni tenebras prius subière. Qui verò post resurrectionem crediderunt; & per mortem ejus salvantur, & tamen tartara nesciebunt.*

HONORIUS: * *Ante Christi, inquit, adventum omnes descenderunt ad infernum. Et, si Abraham cum Lazaro apud inferos fuit, quæritur, quomodo Dives elevatis oculis eos à longe viderit? Duo inferni leguntur, inferior, & superior. Inferior, in quo reproborum animæ torquebantur: superior, in quo electi Christum præstolabantur. De inferiori scribitur:* * Eruisti animam meam de inferno inferiori. *De superiori autem:* * Educ de inferno animam meam, ad confitendum nomini tuo. *In inferiori autem, novem speciales pœnæ feruntur; scilicet ignis inextinguibilis, horror frigoris incomparabilis, vermes immortales, fœtor intolerabilis, mallei percutientis, tenebræ palpabiles, confusio peccatorum, visio dæmonum & auditio insultantium, ignea vincula singulorum membrorum. Superior autem infernus, erat ultima pars terreæ, loco inferno junctus, sed à pœnis disjunctus: in quo justi positi poterunt à malis conspici, qui erant in inferiori.*

RUPERTUS ait: * *Priusquam per aquam & sanguinem, de latere suo profluentem, ipsum conderet sacramentum Baptismi; universam Ecclesiam, quæ illum apud inferos expectarat, eodem sanguine redimens, eâdemque aqua abluens in peccatorum remissionem.* Et: * *universam populi Judaici electionem, omnes qui jam à seculo migraverant, à tempore promissionis, quæ facta est ad Abraham, usque ad tempus passionis ejus: quia tunc salvati, & ab inferis seducti sunt per ipsum, cujus venturi fidem habuerant.* Item: * *Erant subter terram, scilicet apud inferos, in quâdam tamen requie, Patriarchæ & Prophetæ, Reges quoque & Justi plurimi mortui, & nemo illorum poterat aperire librum.*

DE PURGATORIO.

Ignem purgatorium, contra verbum Dei, asserit RUPERTUS. *

PETRUS Cluniacensis ait: * *Quæ purgatio, ab æternâ damnatione secernens, aut per occultum Dei judicium reis illis, pro qualitate reatuum, exhibetur, aut per inexhaustam ejus bonitatem, Ecclesiæ sacrificiis, orationibus, eleemosynis, & his similibus, recompensatur: quia manet verax veritatis sententia, remittens peccata, hoc est, pœnam peccatorum, aliquando in seculo, aliquando in futuro.*

LOMBARDUS inquit: * *Qui verè non adeò contereuntur corde, & ingemiscunt pro peccatis, si ante expletionem pœnitentiæ discesserint, ignem purgatorium sentient: & gravius puniuntur, quàm si hic implessent pœnitentiam.* Item: * *In igne autem illo purgatorio, alii tardius, alii citius purgantur; secundum quod ista peritura magis vel minus amaverunt.*

HILDEGARDIS ait: * *Quædam animæ sunt, quæ cumulum damnationis habentes, à scientia Dei projectæ sunt, & ideò infernales pœnas, sine consolatione ereptionis, habebunt. Quædam autem in oblivione Dei non existentes, sed in superioribus examinationibus purgationem peccatorum suorum, in quibus prolapsæ sunt, sustinentes, tandem absolutionem vinculorum suorum sentiunt, ad requiem erepta pervenientes.* Item: * *Dominus ostendit Mechtildi purgatorium; in quo diversa vidit tormenta. Quasdam etiam animas vidit de igne combustas & deformes, pro quibus dum illa oraret, continuò liberata, qualibet formam & habitum suum, qualis fuerat in terris, recipiebat, & in hortum, de quo priores animæ erepta, transmigraverunt.*

DE RESURRECTIONE.

De pueris, LOMBARDUS eam opinionem habet: * *Puer, qui statim post ortum moritur, in illa statura resurget, quam habiturus erat, si viveret usque ad ætatem triginta annorum, nullo vitio corporis impeditus. Unde ergo illa substantia quæ adeò parva fuit mortua, in resurrectione tam magna erit, nisi sui in se multiplicatione?*

DE EXTREMO JUDICIO.

Opinionem eam recitat HONORIUS: * *Hujus (Filii Dei ad extremum judicium) adventum Enoch & Elias prævenientes, eum Mundo venturum prænuntiabunt, sicut olim Prophetæ nasciturum prædixerunt. Per quorum prædicationem Judæi, ad vesperam Mundi, ad fidem convertentur, famem verbi Dei patientur, atque, ut canes civitatem, scilicet Ecclesiam, circuibunt; & micas sermonum Dei demensâ Christianorum colligere cupient.*

[* in Speculo eccl.]

HUGO Heterianus: * *Veniente autem Domino ad judicium, præcedet ante eum igneus fluvius, cum multo impetu, quasi mare planum ventis æstuans: quo facies Mundi ardebit: & cælum & terra, non secundum substantiam; sed secundum formam, peribit. tum & mare. Aether dissolvetur. stellæ cadent: sol convertetur in tenebras, & luna: cælum, sicut liber, involvetur. Veruntamen, ut quidam Sanctorum asserunt, tantùm ascendet ignis in judicio; quantùm ascenderunt in diluvio aquæ. At verò ille ignis, malorum, qui reperti fuerint, erit consumtio; bonis nullam inferens læsionem.*

[* de Regressu animæ. 17.]

CAPUT V.

DE HÆRESIBUS.

QUID faciat Hæreticum, PETRUS Cluniacensis docet, inquiens: * *Sola pertinacia, Ecclesiæ doctrinæ resistens, Hæreticum facit.*

[* lib. 1. ep. 3.]

RUPERTUS: * *Hæretici*, inquit, *quasi de suo cælo fulminantur, dum sequaces Apostolorum se esse simulant, (aliter enim non audirentur; nisi Apostolici esse putarentur) simulantes ergo, Apostolicam se tenere vel proferre doctrinam; tanta Apostoli testimonia desuper, ut adversarii, feriuntur.*

[* lib. 1 in Job c. 1.]

¶ De utilitate hæresium, inquit PETRUS Cluniacensis: * *Dilatabitur ergo; non angustabitur: purgabitur; non inficietur, auxilio divini spiritus, Ecclesia: cùm illud, quod ab adversâ parte opponitur, studiosius discutietur, subtilius investigabitur, perfectiùs invenietur, robustiùs defensabitur.*

[* li. 1. ep. 2.]

Quomodo sint habendi, indicat RUPERTUS: * *Hæretici*, inquit, *qui se scederunt ab Ecclesiâ catholicâ, rectè dicuntur familia Aegypti, & reputantur inter gentes: nec super eos erit imber; sed ruina, quâ percutiet Dominus omnes gentes.*

[* lib. 5. in Zach. c. 14.]

DE PETROBRUSIANIS.

PEtrus de Bruis, & Heinricus ipsi succedens, quasdam sententias protulerunt in medium: unde refutatores ipsis hæresin impegerunt, eamque ex ipsorum nominibus insigniverunt. Fuerunt autem uterque, ut videtur, homines non-indocti, neque ab omni pietate alieni. Nam viderunt non-pauca absurda palàm in Ecclesiis passim proponi. Deinde superstitionem, in templis, præter omnem necessitatem, maximis sumtibus ædificandis. Missam, invocationes mortuarum creaturarum, & fœdam idololatriam, in immensum excrescere, sagaci judicio perspexerunt. Falsas igitur quasdam opiniones, & abusus quosdam taxantes, incurrerunt in odium & reprehensionem eorum, qui vel corripi noluerunt; vel metuerunt, ne amplissimi ipsorum quæstus corruerent & extenuarentur. Indè postea fortè istis monitoribus plura, quàm par erat, (ut solet plerunque in hoc pravo mundo accidere) *affticta* sunt. Professione autem sacerdos alter; alter verò monachus fuit. *Cluniacensis.**

[* lib. 2. ep. 1.]

Docuerunt autem hi viri in Galliis, In Septimaniâ, in Arelatensi, Ebredunensi, Diensi, & Vapincensi, episcopatibus. Indè autem pulsi, Novempulanam seu Gasconiam, & Narbonensem provinciam, suâ doctrinâ repleverunt: in-primis verò Tolosæ publicum docendi locum habuerunt: *ut Petrus Cluniacensis* testatur; ex quo pleraque nobis sunt petenda.

Annos porrò circiter viginti, Petrus de Bruis publicâ voce in ejusmodi res invectus est: *ut Cluniacensis annotat.* Utinam verò ipsius Petri scripta exstarent: ex quibus multò rectiùs facere judicium liceret; quàm ex illis, qui in defensionem Pontificiarum abominationum conspirarunt.

Post Petrum de Bruis damnatum & concrematum, Heinricus animo præsenti eadem profitetur. Fuit enim is συνεργὸς Petri; & habuit alios suæ doctrinæ ὁμοψήφους non-paucos. Scribit autem Cluniacensis, eum plura dogmata addidisse cum suis sociis, ut fieri solet: quâ de re postea.

HYPOTESES.

1.

Infantes non baptisari aut salvari alienâ fide; sed oportere suâ, id est, propriâ fide, baptisari & salvari. Seu: *Baptismum sinè propriâ fide non salvare.*

2.

Fidem propriam sine Baptismo nihil posse.

3.

Parvulos, infra ætatem intelligibilem constitutos, Baptismo Christi non posse salvari.

4.

Baptisatos in infantiâ, postea adultos iterum baptisandos: neque verò id rebaptisari eos; sed rectè potiùs baptisari.

5.

Corpus & sanguinem Christi in theatricâ Missâ non offerri; neque eam oblationem fieri pro animarum salute. Itèm, *altaria destruenda.*

6.

Doctrinam de speciebus sacramenti, ipsis nimirum substantiis mutatis, esse falsam.

7.

Cœnam sacram non dandam nunc hominibus: quia semel tantum Apostolis sit data a Christo.

8.

Sacrificia, id est Missas, orationes, eleemosynas, & reliqua vivorum opera pro defunctis, esse stultitiam & impietatem; nihilque eis prodesse.

9.

Sacerdotes & Monachos debere uxores potiùs ducere; quàm impudicitia servata comburi, aut scortari.

10.

Cruces non adorandas aut venerandas. Et tot cruces, superstitioni servientes, potius amovendas, quam retinendas.

11.

Templa tot tantisque sumtibus non exstruenda; & exstructa (fortè quæ non sunt necessaria ad conventus sacros, in quibus audiatur verbum Dei) diruenda.

12.

Canticis illis in templis, quæ Monachi aut Sacerdotes personant, Deum irrideri. Et: *Musicis modulis Deũ non posse mulceri.*

13.

Die dominicâ, & aliis, licitum esse vesci carnibus.

14.

Famam esse de ipsis, ait Cluniacẽsis, quasi non integrum Canonem, hoc est, non omnia scripta veteris & novi Testamenti, recipiant. Itèm *ait, eos Evangelium tantùm recipere.*

15.

Soli Canoni crèdunt. Patrum verò scripta non habent pari autoritate cum sacrâ Scripturâ.

¶ Has sententias Cluniacensis quidem ipsis adscribit. Quòd-si autem scripta istorum concionatorum exstarent: fortè semet-ipsos à notâ hæreseos, vel in totum, vel in quibusdam certè, vindicarent. An enim sint illa omnia pro hæresibus condemnanda, quæ ipsis tribuuntur, postea erit nonnihil aspergendum.

Suscepit autem refutationem istarum sententiarũ Petrus Cluniacensis, ingentem zelum præ se ferens. Judicat enim, non tantùm stylo contra istos doctores procedendum; sed (ut verba ipsius sonãt, *) vi etiam armatâ per Laicos exturbandos ipsos esse. Nam duas contra istos concionatores effudit invectivas vehementissimas, quæ etiámnum exstant. Videamus autem singulas hypotheses, & quid Abbas ille responderit, paucis expendamus.

[* Epist. 1.]

De 1. Hypothesi.

Procul dubio isti viri protulerũt illud Abac. 2. & Rom. 3. *Justus fide suâ vivet.* in quo dicto emphasis est singularis

in Pro-

Pron[illegible]ine. Deinde, quòd Christus [illegible]it, *Quicunq; crediderint & baptisati fuerint.* Tertiò, quia [illegible]des est [illegible] non, q[illegible]o [illegible] en[illegible]itur [illegible] vita æterna, [illegible] ut inquit C[illegible]us: *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Quartò & hoc m[illegible]nuerunt [illegible] videndum, ne in syrtes quasi dubitationum conjiciatur homo eâ ratione, quòd debeat alienæ fidei i[illegible]niti. Nusquam enim Scriptura sacra dicit, Ecclesiæ fide, hoc est, alienâ, salvari; seu remissionem peccatorum & justitiam coram Deo accipere quenquam.

Quid ad hæc Cluniacensis? Ait, Regulum fide impetrâsse [illegible]io sanitatem, Archisynagogum [illegible], Martham fratri, portatores Paralytico. *Deinde* inquit, nefas esse, credere, quòd, relictis animabus, corpora Salvator salvârit. *Tertiò.* enumerat testimonia S. Scripturæ: *Omnia possibilia credenti.* *Quicquid petieritis credentes, accipietis.* †*Si habueritis fidem, sicut granum sinapis.* *Quartò,* Petrus fide Tabitham resuscitat. Itèm: *Salvatur vir infidelis per mulierem fidelem.*

Atqui non sequitur: Fides impetrat aliis beneficia; Ergo & alienâ fide alius salvatur. Nam aliena fides orat quidem pro alio, & impetrat, ut alius quoque dona spiritualia vel corporalia consequatur; & in-primis ut & alii propriam fidem concipiat, quâ salvetur. Nam textus clarior sole est. *Justus fide sua,* hoc est, propriâ, *vivet.* Deinde, non tantùm fides gestatorum; sed eorum omnium exponitur, quibuscum habebat rem Christus: cujus quidem cœtus & ægrotus aliqua erat pars. Ideò sic eum compellat: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Quomodo autem potuisset habere bonum animum; si fide propriâ destitutus fuisset? Præterea, licèt impetrata sint corporalia beneficia nondum-conversis: tamen postea instituti sunt, ut & fide suâ remissionem peccatorum per Christum acciperent, quemquot quidem salutem adepti sunt. Cætera impertinentia esse, quæ Abbas adfert, quis non videt?

Porrò, Infantes & Pueros, qui baptizantur, non absq; omni fide esse, ista testimonia ostendût. Matt. 18. *Qui scandalisaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt.* Itèm: *Talium est regnum cœlorum.* Sed regnum cœlorum, seu remissionem peccatorum, & vitam æternam, non posse absque fide accipi, Christus certissimus testis est, inquiens: *Qui credit in me, habet vitam æternam. Qui verò non credit,* (ait Baptista) *non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.*

De 2. Hypothesi.

Vix videtur verisimile, tam fuisse crassos istos doctores, ut negarint apertè, fidem sine Baptismo nihil posse, ubi Baptismus haberi nequit. Itaque per iniquam collectionem, ut mos est, videtur tale quippiam ipsis affictum esse. Si verò aliqui inter ipsos hæc asseruerunt, justè reprehenduntur exemplis Martyrum.

De 3. & 4. Hypothesi.

Ao sic docuerint isti, Pueros, baptisatos in infantiâ, iterum baptisandos esse, postquam adoleverint; non est certum. Nam malevoli per vitiosas consequentias quædam commenti sunt. Sed, si qui fuerunt ità sentientes aut docentes, rectè eos refutat Abbas: inquiens, *omnes parvulos in Adam mori, sed nullos, nisi in Christo, vivificari.* Itèm: *Non habent,* inquit, *ergo justitiam parvuli, nisi in Christo vivificentur. Sed si sacramentis à Christo institutis eis subventum fuerit; injusti non remanent quia secundum præmissas autoritates, per unum Christum omnes homines justificantur, neq; mortui perseverant quia in Christo omnes vivificantur.* Itèm: *Hoc Mundus discat, hoc Hæreticus sapiat, hoc Catholicus recognoscat, à Salvatore populi, qui salvat populum suum à peccatis eorum, ipsâ ratione co[illegible] parvulos peccatores non posse excludi, cùm intra [illegible] [illegible] misericordiam ejus suum meruerint etiam magni peccatores admitti.*

De 5. Hypothesi.

Ratio Petrobrusianorû contra sacrificium Missæ fuit: [illegible]ia (juxta Paulum) Christus unicâ oblatione consummaverit Sanctos, nec opus sit, Christum sæpiùs, ratione sacrificii, offerri Patri cœlesti, neque hoc uspiam sit mandatum. Viderunt enim isti doctores, & detestati sunt abominandam idololatriam Pontificiæ Ecclesiæ, hac in parte.

[illegible] *Cluniacensis* verò nervos sui omnes intendit, eò in hac etiam in parte eos faciat hæreticos: dum ipse sacrificium Missæ, hæresin omn[illegible] [illegible]m. partim [illegible] probe[illegible] artium solide, detene[illegible]r. quod ut videat Lector, attendat parumper.

1. *Omnibus,* inquit, *ætatibus sacri[illegible] fuerunt in usu. Abel, Noah, Abraham, Job, Moyse[illegible] [illegible] Salomon, [illegible] lias, sacrificarunt. Ergo & jam [illegible] sacrificare. Ut quid,* inquit, *prohibentur fideles qui po[illegible] [illegible]:* Mirum, *si Christiani à sac[illegible] uni Deo offerendo ar[illegible]ceantur: cum Patriarchæ, Prophetæ, Judæi, Gentiles fideles, ab [illegible] Deo [illegible] Deo [illegible] cogantur. Mirum, nunc primum de Mu[illegible] divina auferri [illegible] fitia, cùm nunquam Mundus [illegible] retroacti[illegible] generationibus [illegible] absq; sacrifi[illegible] fuerit.*

2. *Quatuor sunt secta in Mundo, C[illegible] anorum, Judæorum, Saracenorum & Paganorum. Sed Judæi, Saraceni [illegible] non habent vera sacrificia. Ergo necesse est Christianos ea observare.* Ratio cohærentia est. *quia in locum Judæorum recepti sunt Christiani.* Valet autem argumentatio à baculo ad [illegible]gulum.

3. David ait: *Afferte Domino, patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: tollite hostias, & introite atria ejus.* Et Esajas: *Veniet omnis caro, ut adoret coram facie meâ, dicit Dominus.* Et Malachias: *Ab ortu Solis usq; ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum, &c.* R. Verùm loquitur David pro more sui temporis: Esajas verò de adoratione. Malachias, propagationem & confessionem evangelicæ doctrinæ, appellat oblationem. Nihil hic audis de oblatione Christi [illegible] Sacrificios faciendâ.

4. *Sicut lex, ita & sacra, sacrificia, cultus, à Judæis ad Gentes translata sunt. Ergo Christus est sacrificandus in altari.* R. Christus inquit: *Lex & Prophetæ usq; ad Johannem.*

5. *Hoc facite in mei commemorationem, inquit Christus. Ergo Christus est sacrificandus in altari.* R. Idem sunt Abbas, commemoratio & sacrificium. eûm tamen Chr[illegible] in Cœnæ distributione, non se-se sacrificaret Patri cœlesti; sed distribueret discipulis edendum atque bibendum sacramentum corporis & sanguinis sui.

Iterationem sacrificii sic probat: *Postquam dixit, Hoc facite: statim addit, In meam commemorationem. Hæc est ergo causa sacramenti, commemoratio Christi.* R. Quid verò hæc verba ad iterationem sacrific[illegible]? Nam ea manifestè spectant ad distribuentes, & ad edentes atque bibentes; non ad offerentes.

Postea Transsubstantiationem, hoc est, conversionem panis in corpus suum, & vini [illegible] sanguinem suum, [illegible] [illegible]neverat quidem; ac Deo possib[illegible] esse, contendit Abbas. verùm quòd ea fiat, non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]pturæ. Non enim est disceptatio de omnipotentia Dei, sed an Deus eam fieri velit.

Rationes, quibus Transsubstantiationem munire conatur, sunt istæ.

1. *Quia Christus voluit. Nam inquit, in memoriam sui hoc fieri debere.* R. Nota Grammaticam monasticam. Memoria Christi, & Sacrificium, idem huic sunt.

2. *A miraculo. Aquam enim in vinum potuit mutare.*

3. *Ab exemplis aereis. Quia ex nu[illegible] [illegible] [illegible]s, & pluviæ gignuntur, hoc est aliud in ali[illegible] mutatur.*

4. *Ab exemplis aquaticis. Quia coralium lapis de lign[illegible] lapis.*

5. *Ab exemplis terrestribus. Quia de fumo & silice vitrum conficitur, ex aquis crystallus.*

6. *Ab homine. Quia panis in homine fit caro.* Hic in Physicæ penetralia & anatomen h[illegible] e[illegible] [illegible]ens Cluniacensis, triumphum canit, omnibus inflat tubis.

Ergo, inquit, *panis & vinum in Cœnâ quoq; mutantur in suâ substantiâ, seu transsubstantiantur.* Quis verò [illegible] arguta ista tonitrare, seu per[illegible] [illegible] [illegible] iste monachus declamator [illegible] effi[illegible]? Non e[illegible] bat, quòd Christus velit transsu[illegible]tiationem [illegible] Et reliqua exempla omnia non con[illegible] [illegible], in C[illegible]

[illegible] transmutatq[illegible]em fieri. Paulus plane inquit, elementorum substantias manere in ipso usu, quando inquit: * *Probet se-ipsum homo, & sic de pane isto edat, & de calice bibat.* Dum igitur Abbas [illegible]borat hæreses inscitè debellare; ipse hæreses crassas gignit, & bo[illegible] verborũ perridiculũ edit.

De 6. Hypothesi.

Species, inquit Cluniacensis, *ac formam manere; licèt substantia panis & vini mutentur.* Id quoque operosè probat Deo possibile esse, per exempla similia: ut ex aquâ fit crystallus, lapis nimirum manente specie aquæ. Sic talis gemma est lapis; cum tamen fuerit aqua: cujus forma reliqua sit. Sic de aceto idem est judicium. Atqui non de possibilitate Dei; verùm an Deus hoc velit in suâ Cœnâ fieri, quæstio est. Nec probatur ullâ syllabâ, Christum velle, ut mutentur substantiæ elementorum; specie tantùm ipsorum residuâ. Sic tepta transsilit Monachus.

De 7. Hypothesi.

Valde metuendum est, ne vel ex rumore incerto, vel in[illegible] affictione, hoc istis doctoribus attributum sit. Nam [illegible]ssæ sacrificium seu oblationem impugnarunt: & Christi sacrificium semel tantùm per Christum peractum esse, nec licere repeti, tradiderunt. Indè, ut verendum est, alii criminati sunt, eos usum Cœnę sacrę legitimum simul, eâdemque operâ, Ecclesiæ Christi subtraxisse. Si verò ità senserunt ac docuerunt, sacram Cœnã nulli Christiano porrigendam; quia Christus unicâ actione, quâ Apostolis eam distribuit, rem omnem complèrit: justè reprehensi sunt; ac rectè Abbas opponit ista Christi verba, *Hoc facite in meam commemorationem.* Et rationem addit: *Baptismo & Evangelio concesso, necesse esse, altaris quoq́; sacramentum* (sic enim nominat) *concedi.* Item: *Quid enim? Numquid Apostolus Paulus Cœnæ illi dominicæ, de quâ loquimur, interfuit? Numquid, quando Discipulis dictum est, Accipite & comedite, hoc est corpus meum, &, Accipite, bibite, hic est sanguis meus; &, Hoc facite in meam commemorationem; præsens adfuit? Quid tamen in epistolâ 1. ad Corinthios dicit? Audite. Calix* (inquit) *benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est? Numquid & ipsi Corinthii Cœnæ illi jam-dictæ interfuerunt? His tamen ait ipse Apostolus: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. Videtis, Apostolum, post ascensionem Domini ad fidem conversum, calicem benedictionis benedicere; eundemq́; calicem communicationem sanguinis Christi vocare? Cernitis, eundem panem frangere, & ipsum panem participationem corporis Christi dicere? Auditis, Corinthios posse quidem calicem Domini bibere, sed non cum calice dæmoniorum? posse mensæ Domini participes esse sed non mensæ dæmoniorum? Nec Apostolus tamen Paulus, consecrans corpus & sanguinem Domini, Cœnæ Domini interfuit: neq́; Corinthii idem corpus, & eundem sanguinem, de mensâ Domini accipientes, eidem Cœnæ interfuerunt.* Item: *Quicunq́;* (ait) *manducaverit panem, & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Et consequenter: Probet autem* (inquit) *se-ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quid vos ad ista? Quicunq́;* (inquit) *manducaverit, quicunq́; biberit. Non hic vel ille, sed quicunq́;. Et, probet se-ipsum homo: non tantùm Corinthius homo, non Romanus homo, non Græcus homo, non Latinus homo, sed homo. Et quid aliud, quam omnis homo? Nam, quod indefinitè posuit; quid aliud quam infinitum hominem ostendit?*

Docet præterea, magnas esse causas, cur ad esum corporis, atque potionem sanguinis sui, instituerit hanc Cœnam: qua de re alibi.

De 8. Hypothesi.

Unicam duntaxat r[illegible]nem, quâ usi sunt isti doctores, contra rece[illegible] errore[illegible] de [illegible] pro Defunctis, Abbas, [illegible] pote[illegible] mo[illegible]ientes omne meritum secum auferre, nec [illegible] imminui vel augeri. Verùm plures si[illegible] [illegible]unt; quas vel transiliit sciens, vel i[illegible] [illegible] observatione, quòd sponte [illegible] epist[illegible] fatetur, Catholicos quosdam de [illegible] [illegible]nibus [illegible] defunctis dubitare.

Jam audi c[illegible]nfutationem veritatis, quibus rationibus [illegible]itatem ita[illegible]iliat.

1. *Quia Evangelium dicit, remitti peccata, non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. Matth.12.** Sed crimen falsi hoc in loco committitur. Nequaquam enim hoc affirmat Christus; sed inquit, non remitti, neque in hoc, neque in futuro seculo: id est, ut Marcus * interpretatur, nunquam in æternum.

2. *Ab exemplo: Quia Christus vivum mortuus, & mortuum vivis profuit. Ergo sacrificandum & orandum pro defunctis.* Nempe Sacrifici missatici sunt Christus, scilicet!

3. *Quicquid ab eâ Ecclesiâ, quæ Evangelium tradit, cum Evangelio traditum est, invicta ratione cogente,* (sic enim loquitur) *suscipiendum est.*

Sed ea Ecclesia tradit, divinis sacrificiis, sacris orationibus, aliisq́; pietatis operibus, per fideles in carne viventes, alios, cum signo fidei & spei Christiana carne exutos, juvandos esse.

Ergo pro defunctis sacrificandum, orandum, & operandum est.

Major autem valet, non nisi juxta illud: * Si quis aliud evangelium docuerit. Jam porrò Minoris fulcra observentur.

4. *A testimoniis Scripturæ sanctæ. 2. Machab. 2.* Judas fecit collationem duodecim mille drachmarum; ut Hierosolymis pro mortuis fieret oblatio.* R. Sed suntne omnia facta Sanctorum probanda? Das factum; da potiùs regulam. Præterea nutat suâ autoritate liber.

Esa. 8. Numquid non populus à Deo suo requirit pro vivis ac mortuis?* Est autem falsa allegatio textûs. Non est enim copula *Ac* in textu: sed. *El, Ad mortuos;* seu, ut habet vetus translatio, *Pro vivis à mortuis.* Carpit enim Propheta stoliditatem; quod fascinati homines, potiùs per incantatores consulant mortuos de rebus suis, quàm vivos.

1. Corinth. 15. Quid facient, qui baptisantur pro mortuis?* Textus habet, ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, *Super mortuis.* Nam ritum attingit Paulus, quòd super monumenta defunctorum Baptismus sit administratus, in testimonium resurrectionis mortuorum.

Actor. 9. Petrus Tabitham precibus resuscitat. Et cap. 20.* Paulus Eutychum. Ergo pro defunctis sacrificandum & orandum est.* Fac tu, mi Abba, similiter; & eris Petrus & Paulus: nec tamen missificare debebis.

Johan. 14. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet; & majora his faciet. Ergo vivorum precibus succurrendum est mortuis.* Quis verò ista concordabit? Num Christus pro mortuis sacrificavit?

5. *Ab exemplis Ecclesiæ post Apostolos Fronto Petrogorensis, à Petro Apostolo missus in Aquitaniam, socium Georgium, ultra decem dies mortuum pedo Apostoli resuscitat. Maurilius Andegavensis Renatum puerum, qui septennium in monumento jacuerat, vivificat.* Ubi verò authentica harum rerum testimonia? in fumibulis Monachorum scilicet! *Ergo pro defunctis sacrificandum & orandum.* Hæc scilicet est consequentia monastica.

Ambrosius, Augustinus Paulinus, Gregorius, sacrificia, orationes, & eleemosynas pro defunctis, docent. Ergo sic est. Sed ex quibus fundamentis? Hic mutus est venerabilis Pater.

6 *Est consuetudo Ecclesiæ.* Sed si quis contra inferret; est nævus seu error illorum, qui nominetenus volunt esse Ecclesia.

Adstruit quoque Abbas invocationem mortuorum hominum.

Hæc in conspectum proferuntur, ut fundamenta juxta verbum Dei æstimentur: nec patiatur se quisquam fascinari, aut dementari consuetudine vel [b]revi, vel [l]ongâ; persona humili, vel altâ. Habeat locum potius vox cœlestis, *Hunc audite.*

De 1. Hypothesi.

Reprehẽdisse videntur Petrobrusiani fœdum abusum, seu superstitionem, in adoratione & cultu crucium, in immensum crescentem, justis ac piis rationibus. Sed vulgus, non-rectè percepti fundamentis rerum, fortè immoderatè se alicubi gessit hac in parte. Ea verò accidentia potiùs, quàm res-ipsas, Idololatræ Pontificii, more suo arripientes, pro suis superstitionibus conservandis atque ornandis, cœlum terræ miscendum duxerunt. Sic etiam Cluniacensis

Marginal notes: * 1. Cor. 11. v. 28. — * vers. 32. — * c. 3. v. 29. — * Gal. 1. v. 8 — * vers. 43. — * vers. 19. — * vers. 29. — * vers. 40. — * vers. 10. — * vers. 12.

e , vehementem as ae essu m orsus] ftituit inve-ctivam, & probare conatur, cruce & venerandam & adorandam esse. i qua tam frig gumentis ut le potiùs idololatram prodat; quàm adorationem & cultum ligneæ crucis jure-taxantes convincat. Sed audiamus Abbatem.

Mosel, inquit, signarit ostia Hebræorum signo crucis: misit lignum in aquam: bis percussit silicem. Sarepta duo ligna colligit. In Ezechiele frontes litera Thau signantur. Hæc ex veteri Testamento. *Ergo crux est adoranda & veneranda.* O' consequentiam stolidam, & putridis ovis dignam! Quid enim ista exempla ad rem præsentem?

Ex novo Testamento hæc afferuntur. *Inimici crucis Christi, quorum finis interitus:* Philipp. 3. * *Absit mihi gloriari, nisi in cruce Christi.* Galat. 6.* *Reconciliavit ambos in uno suo corpore, Deo per crucem:* Ephes. 2.* *Quæ sit crucis ejus latitudo:* Eph. 3.* *Apparebit signum hominis in cœlo:* Matt. 24.† *Ergo crux est adoranda & colenda.* Quis autem non videt, hanc illationem esse insulsissimam? Nam Paulus metonimicè crucem pro passione & merito Christi accipit. Ille verò Abbas pro lignis transversum sibi aptatis, qualia ad erectionem patibuli, ex quo agnus Dei suspensus fuit, architectus paravit, interpretatur. Etsi autem adorationem crucis ligneæ mitigare omnibil conatur: quod non tam lignum, quàm ille, qui ab eo pependit, salutis totius Mundi gratiâ, adoretur: tamen eam idololatriam confirmat, lignum esse colendum & adorandum: & quidem non modò *δουλείᾳ*, sed etiam *λατρείᾳ*, quæ alioqui soli Deo competat. Nam sic inquit: * *Idemque autem hoc privilegium cruci dominica datum est, ut in creatura sola, post filium hominis, qui & Filius Dei est, adoranda esse credatur: quatenus in morte Domini, quam in cruce passus est, finem summamque salutis humanæ constitutam esse sciamus, & nequaquam more infidelium de cruce ac morte ejus nos erubescere, certa & præcipua humilitatis indicia doceamus.*

¶ Refutat porrò Abbas hanc rationem Petrobrusianorum: quòd ideò cruces non sint adorandæ aut colendæ; quia crux fuerit tortio Christi, perinde ut gladius, quo necatus esset parens, non esset in honore habendus. *Hic tragœdiam*, inquimus, *occupat, prolixè docens, non instrumenta; sed autores potiùs malefactorum odio atque pœnis dignos esse.* Sed hæc fortè fuit una ratio illorum Doctorum inter alias, quæ longè graviores hac fuerunt, quas sicco pede transilit refutator.

Equidem satis apparet ex hisce Epistolis, Cluniacensem non tam scripta omnia istorum hominum excussisse, aut coram cum ipsis contulisse; quam rumores aut Adversariorum delationes, quæ quales esse soleant, omnium temporum historiæ ostendunt; aut mutilata tantum scripta excepisse, & mox bilem omnem in eos exspuisse.

De 11. Hypothesi.

Et multitudinem, & sumtus inutiles, justè reprehenderunt isti Doctores, & quædam inutilia ædificia diruerunt: necessarias verò domos, ad conventus publicos observandos, retinuerunt; ut apparet. Rationes autem protulerunt: quia Ecclesia Dei non constat multitudine cohærentium lapidum; sed unitate congregatorum fidelium. Similiter Altaria tot, tamque sumtuosa & superstitiosa, duxerunt non-necessaria.

Sed Abbas Pontificius, simpliciter pro templis & aris bellum suscipit grande. Conquirit altaria veteris Testamenti. *Noha, Abraham, Isaac, Jacob, altaria ædificasse*, inquit; *Mosen quoque complura. Ergo altaria esse ædificanda Christianis quoque.* Verùm non est eadem ratio. Nam abolita sunt sacrificia per Christum: ergo & altaria illa. De Templo inquit Abbas: *Davidem templum voluisse exstruere; Salomonem verò exstruxisse [illegible] Apostolos in templum ascendisse. Christianos omnibus ætatibus templa condidisse: imò Petrum Romæ templum constituisse & ædificasse, sic alios successores.* Ergo scilicet [illegible] tus numerus templorum est exstruendus; idque immensis sumtibus, qui rectiùs in pauperes collocarentur. Hæc partim malè accommodantur; partim stulta, [illegible] im falsa sunt. id quod quilibet Christianus facilimè judicare poterit.

De 12 Hypothesi.

Apparet, hosce doctores non tam ipsa cantica, quæ notâ linguâ piè in templis canuntur; quàm [illegible] ium hujus temporis, quòd in templis juxta certas leges boarentur cantica, solinguâ peregrinâ, non-intellectâ, tantùm cubûs gratiâ, reprehendisse. Hoc enim abusu nominis d ini, rectè asseverarunt Deum irrideri: quia sine intellectu, sine mente, sine fide, inanes mugitus boum, aut ruditus asinorum, fuerunt. Rationem eorum sic Abbas ponit. *Irrideri Deum cantica ecclesiastica quia, qui solis piis affectibus delectatur, nec ALTIS vocibus advocari, nec musicis modulis potest mulceri.* Hæc ille.

Quid verò ille contra objecta? Pulcrè dissimulat statum rei: at simpliciter contendit, esse cantandum; idque ex Psalmis: * *Cantate Domino canticum novum; cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini ejus.* & iterum: * *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.* Et rursus: * *Omnes gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exsultationis.* Et in eodem: * *Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro: psallite, quoniam Rex omnis terræ Deus: psallite sapienter.* Et: * *Bene psallite ei in vociferatione.* & mille talia. Hoc quidem de cantu vocis humanæ piæ & liberalis. Sed ad ventricolas boatores hæc nihil.

In Musica quoque liberum esse ludere, iisdem ex Psalmis docet: ut, * *Psallite Domino in cithara, & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.* Et iterum: * *Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & citharâ. Laudate eum in tympano & choro; laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis benè sonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis.* & mille similia. Itèm Mosen tubantem, Davidem citharizantem, Helisæum psallentem producit. Sed, si non interponatur cantio in linguâ notâ, id verè in vitio posuêre illi concionatores.

Tandem, quomodo Petrum converterint sancti ac mites isti patres, audi. Cum enim ad ipsorum tibias choream applicare non posset, apud sanctum Ægidium flammis crematus est. Hæc insolenter ita recitat Abbas.*

Ps. 98. v. 1. / Ps. 47. v. 1. / Psal. 33. v. 3. / Ps. 98. v. 5, 6. / Psal. 150. v. 3, 4, 5. / * Epist. 2.

APOSTOLICI, sive HEINRICIANI.

INvehitur Bernhardus * in eos, quos nominat Apostolicos: qui dictitabant, se juxta Apostolorum doctrinam vitam instituere. Verùm usque adeò obscurè stylum in eos stringit; ut eos certò satis clarè perspici non possit, an Petrobrusianos putet, quos Cluniacensis insectatur; [illegible] In epistolis tamen Henricum percellit. Nos peculiarem locum hîc Apostolicis Bernhardi tribuamus. Fortè enim sectatores Petri Bruis alia atque alia docuerunt.

Rusticanos autem homines esse dicit, Idiotas, prorsus contemtibiles: quos tamen aliqui de Clero & Episcopis, imò etiam de laicis Principibus, fovere dignentur. Verùm hinc apparet, non fuisse tam viles, quàm ipse proclamat.

Dogmata eorum vix delibat curtim: ut propemodum divinandum sit, qualia fuerint.

HYPOTESES.

1.

Infantes non esse baptisandos.

2.

Potestatem se habere, quotidie in mensâ sua corpus Christi & sanguinem consecrandi, ad nutriendum se in corpus Christi & membra.

3.

Virgines tantùm matrimonio copulandas: quia Deus virgines creârit marem & fœminam.

4.

In conjugio continentiam præstandam.

5.

Ignem purgatorium nihil esse. Ratio: quia anima, soluta corpore, vel ad requiem transeat, vel ad damnationem.

6.

Pro mortuis non esse orandum.

7.

Sanctorum mortuorum suffragia non postulanda.

8.

Episcopum esse non posse, qui peccator sit.

9.

Lac, & quicquid ex eo conficitur; item omne, quod ex coitu procreatur, non comedendum

10.

Ecclesiam non agnoscunt, scilicet pontificiam: seq; Ecclesiam esse, asseverant.

11.

Juramenta esse illicita.

¶ Multa verò coniungit Bernhardus, cùm dicit, eos ordinibus Ecclesiæ detrahere, instituta non recipere, sacramenta contemnere, mandatis non obedire. Id verò non explicatur, quomodo fecerint. *Sermone 65.* inquit, hæc dogmata excepta esse, partim per investigationem partim ab altercantibus audita, partim prodita ab iis, qui ad pontificiam Ecclesiam redierunt.

Ac satis quidem superciliosè & perfunctoriè hos refutare conatur Bernhardus: excerpenda tamen sunt nonnulla, Lectoris gratiâ.

De 1. Hypothesi.

Asseverat, Infantes in Ecclesiæ fide baptisari. Idque nititur exemplis ostêdere, fidê alienâ profuisse aliis. ut *Matt. 15.* * Cananææ fides prodest filiæ. *Matth 9.* † portantium fides juvat paralyticum. *1. Timoth. 2.* * Mulier salvatur, &c. Ergo, inquit, *fides Ecclesiæ prodest baptisatis parvulis ad salutem.* Verùm illa exêpla non quadrant, ne jam monuimus supra.

De 3. Hypothesi.

Maritalis, *inquit*, copula non corporis requirit integritatem; sed sexuum aptitudinem. Deinde Paulum citat: * *Mulier, quanto tempore, &c.* Et viduæ concedit, ut nubat.

De 4. Hypothesi.

Ait eos cogendos esse, ut fœminas abjiciant; & sic continentiam colant: alioqui eos scandalo esse Ecclesiæ. Nihil de Sacerdotibus aut Monachis dicit. Ideò verisimile videtur, eum alios, quàm Petrobrusianos, impetere. Huc accedunt & aliæ conjecturæ, ex aliis dogmatibus & ritibus, quæ variant.

De 5. Hypothesi.

Opponit dictum *Matth. 12.* * peccatum esse, quod neque in hoc seculo, neque in futuro remittatur. Atqui Marcus hanc phrasin interpretatur, per *In æternum non.*

De 8. Hypothesi.

Regerit, Calpham, licèt peccatorem, dici pontificem, Judam proditorem, apostolum. Item *Matth. 23.* * *Super cathedram Mosis &c.*

De 9. Hypothesi.

Tit. 1. * Omnia munda mundis: & nihil immundum, nisi ei, qui putat quid immundum.

De 10. Hypothesi.

Respondet, lumen, hoc est, vitam ipsorum, hoc non probare.

De 11. Hypothesi.

Est superstitiosa observatio, inquit.

De constantia ipsorum, inquit BERNHARDUS: *Nec rationibus convincuntur, quia non intelligunt; nec authoritatibus corriguntur, quia non recipiunt: nec flectuntur suasionibus, quia subversi sunt. Probatum est, mori magis eligunt, quàm converti.* Hæc ille. Ait porrò, in examine eos objecta negâsse: quia fortè alia eis objecta fuerunt, quàm docuerût. id quod hodie quoq; Pôtificiis familiare est. Eos verò, inquit, qui præstò exanimi fuerût, impetu in hoîes facto, trucidâsse. quod quidem facinus improbat. Sed indicat, magistratûs gladio id perficiendum fuisse. Commemorat insuper, condemnatos ad mortê læto vultu perductos esse: id quod non Deo; sed Diabolo obduranti, adscribit.

Heinricum hæreticum nominat, *in epistolâ ad Ildefonsum, Comitê S. Aegidii*; & sic de eo scribit: *Homo apostata est, qui, relicto religionis habitu, (nã Monachus exstitit) ad spurcitias carnis & seculi, tanquam canis ad suum vomitum, est reversus. Præ confusione autem, habitare inter cognatos & notos non sustinens, vel potiùs non permissus, ob magnitudinem criminum, succinxit lumbos suos, & iter, quà nesciebat, arripuit, factus gyrovagus & profugus super terram. Cumq; mendicare cœpisset, posuit in pretio Evangelium (nam literatus erat.) Et venale distrahens verbum Dei, evangelizabat ut manducaret. Si quid supra victum eliceret poterat a simplicioribus populi, vel ab aliquâ matronarum, id ludendo aleis, aut certè in usus turpiores, turpiter effundebat. Frequenter siquidem, post diurnum populi plausum nocte insecuta cum meretricibus inventus est prædicator insignis; & interdum etiam cum conjugatis. Inquire, si placet, Vir nobilis, quomodo de Lausana civitate exierit; quomodo de Cenomanis; quomodo de Pictavis; quomodo de Burdegali. nec patet ei uspiam reversionis aditus, utpote qui fœda post se reliquerit vestigia.* Commemorat postea, Hostiensem episcopum a Papâ, hujus negotii causâ, in ea loca venisse. Ad Tolosanos quoque scribit, rectè eos hæreticos illos fugere prædicans.

ANTICHRISTUS.

CUm Romana sedes super omnes Reges orbis terrarum imperiosissimè se-se efferret, nec tantùm Ecclesiæ antistites, verùm omnes quoque politici magistratus, idoli Romani fastum adorarent, & in opprimendo Cæsare, quicquid ille Arctolycus sinè omni judicio atque discrimine juberet, facerent: non defuêre, qui hanc immanem tyrannidem, Antichristi propriissimas esse notas, testarêtur: quâ de re sic AVENTINUS scribit: * *Falsi tùm prophetæ, falsi apostoli, falsi sacerdotes emersêre: qui simulatâ religione populum decerpserunt; magna signa atq; prodigia ediderunt; & in templo Dei sedere, atq; extolli super omne id, quod colitur, cœperunt. Dumq; suam potentiam dominationemq; stabilire conantur: charitatem, simplicitatem Christianam, extinxerunt. Sigebertus, horum temporum scriptor, vir alioquin etiam, ut quisquam illâ tempestate esse poterat, omnis divini humaniq; juris consultissimus, Perniciosissima, inquit seditio, &, ut pace bonorum dixerim, hæresis omnium pestilentissima, populum Christianum percellit. Sacrificuli illius, qui se dixit pueros effœminatos, filios prophetas, tyrannos, (qualis Imperator noster, Princeps optimus, non est) populo ob scelera imponere, hi à Deo datis, non solum non parendum esse, verùm etiam fraude, vi, quovis modo tollendos, populum Christianum docere audent: perjuria, homicidia, civilia bella, cædes, perfidiam, pietatem vocant; hujusmodi Deo placere prædicant: sacramento rogatos, religione jurisjurandi Cæsari adstrictos, exauthorant: fidem frangentes, fœdera dissolventes, pactum prævaricantes, juramentum violantes, perfidos atq; perjuros non esse, sibi credi postulant. Quin eos, qui fideles sunt, qui rebellionem, incendia facere, stupra, incestus committere, prædas agitare, proximos opprimere, occidere, compilare, sanguinem Christianum effundere, summopere cavent; in numero sceleratorum atq; impiorum computant: ceu verò non extet perpetuum immortalis Prætoris edictum: Qui pactum solvit, non effugiet; & Perjuri regnum Dei non possidebunt. Plerîq; omnes boni aperti, justi, ingenui, simplices, tùm imperium Antichristi cœpisse; quod ea, quæ Christus Servator noster tot annos ante nobis cantavit, evenisse eo tempore cernebant; memoriæ literarum prodidêre.*

Florentinus etiam episcopus asseveravit, Antichristum jam natum esse. Sed in Concilio potentiâ Romani præsulis oppressus est: ut in Capite de Synodis exponitur.

Plures autem hujus Antichristi notæ, nativique colores, in Capite de Politia Lectori ob oculos ponentur.

SADDUCAEI.

SUb Heinrico Imperatore, nonnulli articulum de Resurrectione mortuorum in dubium vocarunt. *Erfordiensis.* *

TANDEMI, SEU ADAMITAE.

ANtuerpianam ecclesiâ turbavit Tandemus. (*Trithemius* Tanchelinum vocat; *Meyer* Tanchelinum) circiter annum Domini 1124. Laicum fuisse tradunt: sed miræ subtilitatis: ut etiâ disertissimis clericis faceret negotiû.

HYPOTHESES.

1.

Ordines ecclesiasticos, ac sacerdotalem gradum, nullius esse momenti. *Sigebertus, Trithemius.*

2.

Corporis & sanguinis dominici perceptionem, non prodesse sumentibus ad salutem. Quod an de missificantibus sacerdotibus, an verò de omnibus in genere asseruerit, non patet: nec rationes ipsius referuntur. *Idem.*

Docebat evomere sacratissimum corpus Domini, in die Paschæ acceptum. *Annales Flandriæ Meyeri.*

Vel[illegible]us

Marginal notes: * vers. 28. † vers. 2. * vers. 15. * 1 Cor. 7. v. 39. * vers. 32. * vers. 2. * vers. 15. * lib. 5 Annal. * cap.

Vestibus deauratis, atque crinibus tri-plici fune intortis incedebat: convivîorum apparatus amabat: cynicam turpitudinem exercebat: Sponsas in conspectu maritorum, & filias in matrum præsentiâ constuprans, jactitabat id esse opus spirituale.

Sectatores habebat viros armatos circiter 3000. quorum operâ ad sui defensionem, & vindictam sibi resistentium, utebatur. Multis igitur cædibus se contaminabat.

Quos fascinârat, tantâ eum reverentiâ colebant: ut aquam, ex quâ ipse lavisset, biberent, vel veluti sacram asportarent.

Occisus autem est à quodam presbytero, dum unà navigarent; capite sauciato usque ad cerebrum. *Sigebertus, Trithemius. Jacobus Meyer* inquit, anathemate eum ann. 1113. damnatum, atque a sacerdotio populoque Brugensi urbe expulsum; anno verò 1115. occisum.

Cùm autem, post ejus obitum, multi ex ipsius doctrinâ penderent: ab Episcopo & Clericis, Norberto locus cum reditibus conceditur: ubi, exstructo cœnobio, erudivit populum, atque ab hæresi in suam viam reduxit. *Continuator Sigeberti, & Chronicon Hirsaugiense.*

Hæc hæresis postea late propagata est, ac diu duravit: sicut de Catharis suo loco exponetur.

¶ Apud Trevirenses & Ultrajectenses Lotharium combussisse hæreticos, *Chronicon Saxonica* obscurè annotat, anno Domini 1135. Incertum autem, quales fuerint.

THOMAS MARLENSIS.

Ecclesiasticis viris Thomam Marlensem se-se opposuisse, eamque ob causam excommunicatum esse, anno Dom. 1130. *Joannes Tilius* refert: sed causam nô exponit.

BERENGARIANI.

Francus Abbas de Cœnâ Domini sentiebat, non ibi verum corpus Christi adesse, anno Domini 1135. *Sebastianus Francus.*

Circa idem tempus, Clericus Lesmoriensis in Angliâ disputabat, Eucharistiam tantùm esse sacramentum; non rem sacramenti: quem Malachias, Hiberniæ episcopus, refutavit. *Balæus.**

Verùm, ob impugnatam Transsubstantiationem, ab hæreticis Transsubstantiatoribus, malè fortasse impacta istis hæresis fuit.

ABELARDUS.

In Galliis, anno Domini 1140. fuit Magister Petrus Abelardus; (quem *Platina* Baliardum vocat, *Bernhardus* Abailardum, ut & *Frisingensis*) insignis Philosophus, ingenio subtilis. Is profanâ novitate verborum & sensuum. (*ut loquitur Trithemius*) Ecclesiam scandalisabat. Apparet autè, eum dogmata Ecclesiæ ad Philosophiam accommodâsse, & terminis Philosophicis exposuisse. Parastatem habuit & *auctorem* Arnoldum de Brixia, (*teste Bernhardo*) & Gilbertum Pictaviensium episcopum.

De præceptore istius Abelardi, ex cujus institutione nimirum plura hausit, sic scribit AVENTINUS: *Hisce quoq; temporibus fuisse reperio Rucelinum Brittannum, magistrum Petri Abelardi, novi Lycei conditorem: qui primus scientiam vocum sive dictionum instituit; novam philosophandi viam invenit. Eo namq; autore, duo Aristotelicorum Peripateticorum genera esse cœperunt: unum illud vetus, locuples in rebus procreandis; quod scientiam rerum sibi vendicat: quamobrem Reales vocantur: alterum novum, quod eam distrahit, Nominales ideo nuncupati, quod avari rerum, prodigi nominum atq; notionum, verborum videntur esse adsertores.*

HYPOTHESES.

De mixtione Philosophiæ & Theologiæ.

Sententiam vocum seu nominum in naturali tenens facultate, non-cautè Theologiæ admiscuit.

Totum, quod Deus est, humanâ ratione comprehendi posse dixit. *Otho Frisingensis.**

Eandem essentiam esse. Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, sicut eadem oratio sit, propositio, assumtio, & conclusio. *Frisingensis.** Sabellianam itaque hæresin non obscurè resuscitavit.

Patrem esse plenam potentiam, Filium quandam potentiam, Spiritum sanctum nullam potentiam. *Idem.*

De Christo.

Christum non assumsisse carnem, ut nos à jugo Diaboli liberaret. *Ibidem.*

Non peccâsse, qui Christum ex ignorantiâ crucifixissent. *Ibidem.*

De Spiritu sancto.

Spiritum sanctum non esse de substantiâ Patris. *Ibidem.*

Spiritum sanctum esse animam Mundi. *Ibidem.*

De Redemtione.

Precium redemtionis evacuavit. *Fasciculus temporum.*

Passionem Christi ad nihil aliud prodesse, quam ad exemplum virtutum. *Gaufridus, & Erfordiensis.*

De Fide.

Fidem dixit esse existimationem. quo quidem vocabulo certitudinem Theologicæ fidei infringere videbatur. *Paulus Aemylius.**

¶ In genere, de ejus hæresibus, BERNHARDUS, in epistola ad Episcopos & Cardinales curiæ, inquit: *Legite, si placet, librum Petri Abelardi, quem dicit Theologiæ: (ad manum est enim: cùm, sicut gloriatur, a pluribus lectitetur in curiâ) & videte, qualia ibi de sanctâ Trinitate dicantur, de geniturâ Filii, de processione Spiritus sancti, & alia innumera, Catholicis auribus & mentibus dissueta. Legite & alium, quem dicunt Sententiarum ejus; nec-non & illũ, qui inscribitur Scito te-ipsum: & animadvertite, quanta & ibi sylvescat segetes sacrilegiorũ atq; errorum, quid sentiat de anima Christi, de persona Christi, de descensu Christi ad inferos, de Sacramento altaris, de potestate ligandi atq; solvendi, de originali peccato, de concupiscentia, de peccato delectationis, de peccato infirmitatis, de peccato ignorantiæ, de opere peccati, de voluntate peccandi.* Item, epistolâ ad Innocentium: *De virtutibus & vitiis non moraliter, de sacramentis Ecclesiæ non fideliter, de arcano sanctæ Trinitatis non simpliciter nec sobriè disputatur: sed cuncta nobis in perversum, cuncta præter solitum, & præterquam accepimus, ministrantur.*

Vocatus ad concilium in urbe Senonensi, a Lucio II. ad ipsum Romanum Pontificem appellavit: quâ arte, ne veniret, se liberavit. id quod tamen alii paulò aliter narrant, ut suo loco dicetur. Bernhardus sanè de hoc ad Innocentium III. scribit. Non multò pòst Cabiloni, ad S. Marcellum, obiit. Factus autem est, ex Philosopho, Monachus Cluniacensis: suam quoque conjugem fecit monialem proprio exstructo cœnobio de suo patrimonio. *Chronicon Hirsaug.*

¶ Abelardi discipulus, Arnoldus Brixianus, acerrimè in avaritiam & fastum Sacerdotum, pro concionibus, crebrò invectus est. quibus usque-adeò sacerdotes degeneres offendit, ut ipsi eum captum in crucem egerint, eaque ratione suis sceleribus suavem securitatem pepererint. *Aventinus.**

Barus ait eum Romanis persuasisse, ut libertatem eligendi Magistratus, & administrandæ Urbis, repeterent: quam Pontifices, præter suum officium, nefariè rapuerant. Doctrina igitur ipsius fuit; non competere ecclesiasticis personis civilem administrationem. Sed Hadrianus IV. eum furiosè pro Hæretico damnavit.

Gilbertus Porreta, Pictavorum episcopus, sententiæ Abelardi quoque adstipulatus est: cumque doctrinâ & acumine ingenii excelleret, ad eum confutandum, Bernhardus, in concilio Remensi, anno 1148. accitus est: à quo refutatus, palinodiam cecinit. *Vincentius.**

¶ Opposuerũt se-se Abelardo multi docti viri, ut Bernhardus, & vicini episcopi: qui in Synodis sinè fructu cum eo disceptabant. Interdùm etiam ille non comparebat. Cum igitur peritiâ disceptationum eos excelleret: ad Romanum præsulem Innocentium III. res delata est; qui ei silentium imposuit.

Gaufridus Antisiodorensis, discipulus ejus, post suam conversionem, opinionem de Redemtione sic refutat. *Tria namq; specialia Christus in suâ passione nobis exhibuit; exemplum virtutis, incentivum amoris, redemtionis sacramentum. Quod tertium evacuanti Hæretico, nihil prodisse cætera potuerunt. Sinè causâ enim pro virtute certavit usq; ad mortem no-*

bis patientiæ præbent exemplum. & sine causa exhibuit & commendavit hujus immensæ dilectionis affectum: si non recipit abolim jam addicta captivitas copiosæ redemtionis effectum. Vincentius.*

* li.27.c.17

PSEUDOZELOTAE.

PRæpostero quodam zelo, nonnulli doctores, Judæos conati sunt de medio tollere, nisi quæ populo fictitiis miraculis imposuêre. Verùm Bernhardus restitit; dictitans, non esse Deum mendacii arguendum: qui pollicitus sit, eorum se reliquias ad extremum usque diem servaturum. *Aventinus.**

* lib.6.

PSEUDOCHRISTUS.

ANno Domini 1148, è Britanniâ quidam in Gallias venit, Eon dictus, agnomen de stellâ habens: qui asseverabat, se eum esse, qui venturus esset judicare vivos & mortuos; ad nomen suum alludens. Nec aliud fundamentum suæ insaniæ habuit, quàm quod in ecclesiasticis exorcismis dicitur: *Per EUM, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem.* Cùm igitur ipse linguâ Gallicâ EUM diceretur: deliravit, de se pronomen illud, EUM, esse pronunciatum.

Sectatores suos, quosdam Apostolorum, quosdam verò Angelorum, nominibus stolidè insignivit.

Concilium autem Remis coactum est, in quo Pseudochristum illum Eugenius III. condemnavit. Isque carceri traditus, paulò pòst extinctus est. *Continuator Sigeberti. Gulielmus Neubrigensis** mira de ejus hominis præstigiis narrat: quòd ita hominum oculos fascinârit, ut magnam videretur hominum multitudinem penes se habere, & regiis deliciis abundare; utpote omni ciborum genere, & apparatu splendidissimo. Sic dementati homines, eum magno numero comitabantur & venerabantur. Provincias magnâ celeritate interdum pervagabatur: interdum verò in desertis latitabat; ac nonnunquam erumpens, in ecclesias & monasteria impetum faciebat. Tandem verò in concilio Remensi damnatus, cùm ad supplicium duceretur; sæpiùs ad terram dixit, Terra finde. Sed vana vani Dei fuit jussio.

* lib.1.c.19

PUBLICANI.

TRiginta viros è Germaniâ in Angliam profectos esse, *Polydorus** meminit; quos quidem maleficos & dæmonum cultores nominat, eosque Baptismum, Eucharistiam, & Conjugium, detestatos esse, affirmat. Verùm non recitat diserte dogmatum capita. Comprehensos ait, & convictos, supplicio affectos esse. Verùm *Balæus* asserit, eos fuisse Christianos; verumque Sacramentorum usum docuisse. *Gulielmus Neubrigensis** ait, hosce homines ex Gasconiâ venisse in Angliam; atque asseclas habuisse in Galliâ, Hispaniâ, Italiâ, & Germaniâ. Dux ipsorum fuit Gerardus. Unam tantùm mulierem in Angliâ seductam fuisse, narrat, id quod vix vero simile videtur.

* li.15. Hist. Angl.

* lib.2.c.13

Damnati autem sunt in Oxoniensi concilio, tanquam hæretici, ac magistratui traditi: qui, charactere frontibus ipsorum inusto, perpetuo eos exilio mulctavit, ac flagris insuper cæcidit. Ipsi verò ista animosè ferentes, istas voces emiserunt: *Beati, cum vos oderint homines. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam.*

CATHARI.

EX Tanchelini seu Tandemi reliquiis, nonnulli se passim conglomerabant, clandestinos agentes conventus. Anno 1163, quidam, è Flandriæ partibus, ad urbem Coloniam usque progressi in quodam horreo forìs, cùm palam civitatem ingredi vererentur, se aliquamdiu occultè continuerunt. Re patefactâ, cum observatum esset, ipsos diebus dominicis nullum ingredi templum; ad judicium trahuntur: factoque examine, deprehenduntur fanaticas opiniones sectari.

Ejus quidem cœtûs primarii quasi duces erant, Arnoldus, Marsilius & Theodoricus: quibuscum Egbertus disputando postea est congressus.

HYPOTHESES.

1.

Solos se mundos & Christianos esse, contendebant: reliquos verò omnes immundos & [illegible] eticos.

2.

Prælatos, sacerdotes, clerum, esse deceptores animarum, & laqueos Diaboli.

3.

Sacramenta irridebant & sacrosanctum corpus & sanguinem negabant.

4.

Lascivism. cum quibuscunq. perpetratam, non esse peccatum.

¶ Clerus & Majores civitatis Coloniensis, Egbertum, abbatem S. Florini in Schonaugiâ, diœcesis Trevirensis, notæ eruditionis virum, & sibi ex eo, quo Bonnæ Canonicus fuerat, familiarem, accersunt. quia apud se multos quidem clericos; sed nullos habebant doctos viros, qui istos præstigiatores refutare possent. Egbertus igitur, amicis morem gerens, Coloniam venit: publicumque disputationis certamen, cum tribus ejus factionis præcipuis ducibus, ut Arnoldo, Marsilio & Theodorico, suscipit: eosque, licèt acutissimos, convincit. Cùm autem summâ pertinaciâ in suo errore perseverarent; nullisque rationibus, nullis authoritatibus, ut palinodiam cantaret, adduci possent: ab Ecclesia amputati, Laicisque contradicti sunt; qui eos ante portam simul junctos flammis deleverunt. Fuerunt autem octo viri, & duæ fœminæ: quarum una, utpote juvencula, liberari à supplicio potuisset; si, aliorum suppliciis territa, errori spontè renuntiare voluisset. Verùm è manibus lictorum subitò exsiliens, in medium ignem semet-ipsam conjecit.

Nec tamen hoc pacto hæresis exstirpata est. imò *Trithemius* non veretur asseverare, eam postea quoque in Bohemiam, Alsatiam, & Thuringiam usque pervasisse, neque in inferiori Germaniâ etiamnum defuisse: licèt, ob ignis metum, se-se, quâ possit arte, studiosè occultet. *Chronicon Hirsaugiense.*

CARDONENSIS.

QUidam de Cardonâ, de corpore & sanguine Domini malè sensit; ut scribit *Trithemius*: licèt rem ipsam non explicet planiùs. Dogma suum Confluentiæ, ac vicinis locis, sparsit. Vocatus autem Egbertus, fortè superato Tanchelino Coloniæ, Confluentiam, ibi quoque cum Hæretico subtilissimo, adeò ut omnibus doctis formidolosus esset, disputans, eum tantis argumentorum ponderibus constrinxit, ut statim ad veritatis professionem hominem revocârit. *Chron. Hirsaug.*

AGENENSES.

NArrat *Sigebertus*, Tolosæ fuisse Hæreticos, anno 1178, qui Agenenses vocati sunt: qui de Cœnâ Domini, de Conjugio, aliisque Sacramentis, malè senserint. Verùm non declarat, quid, aut quomodo docuerint. Ad eos verò refutandos, Petrus, Legatus Romanus, aliique convenerunt: verùm sine omni fructu. Fortè autem Heinricianorum reliquiæ fuerunt; quæ tunc rursum adauctæ sunt.

CATHARI ALII.

CAthari, qui in Gasconiâ, Allegesio, & partibus Tolosanis, fuerunt, damnantur in Concilio Lateranensi, sub Alexandro III. *Vincentius.** Vocati etiam sunt Patrini, & Publicani.

* li.29

HAERETICI IN Flandriâ.

ANno Domini 1183. *Vincentius** scribit, multos Hæreticos in Flandriâ combustos esse, ab Archiepiscopo Remensi Guilermo, & Comite Flandrensium Philippo.

NESTORIANI.

DUrâsse hac etiam ætate Nestorianos, in terrâ sanctâ sparsim, & inter Saracenos, & in Indiâ quoque, *Jacobus de Vitriaco* testatur *in historiâ Hierosol.**

* cap.39

HYPOTHESES.

1.

Negant Mariam esse Deiparam.

2.

Secundùm duas naturas, duas distinguunt personas: alterum filium Dei, alterum filium hominis. Ibidem.

Meminit & *Frisingensis** Nestorianorum in Indiâ.

* lib.7.c.33

TRIA-

SYRIANI, vel SURANI.

IN Syriâ plurimi hujus sectæ fuerunt; unde nominati fuerunt: vel à Sur, quæ (ut *Jacobus de Vitriaco* ait) celebris Syriæ fuit civitas.

Sequuntur autem religionem & ritus Græcorum potissimùm.

HYPOTHESES.

1.

Negant, Spiritum sanctum à Filio, sicut à Patre, procedere.

2.

Quartas nuptias non admittunt.

3.

Romanam ecclesiam non agnoscunt supremam super omnes. Fulmina Romanorum præsulum, eorumque excõmunicationes & sententias, nihil pendũt. Sẽtiunt enim, Latinos, hoc est, Põtificios, omnes esse de jure excõmunicatos; eamque ob causam (*ut Vitriacus loquitur*) non posse quemquam ipsorum sententiâ innodari. Altaria, quibus Latini sua sacra peregerunt, abluunt. Sacramentis Latinorum nullam exhibent reverentiam: nec hostiam consecratam ad ægrotos portanti assurgunt. Ea fermentato conficiunt Sacramentum. Sacerdotes retinent uxores, cum quibus ante ordines contraxerunt. Subdiaconatum in ordines non reputant. Parvuli ipsorum, statim à Baptismo, à simplici sacerdote, chrismate consignantur; non exspectato episcopo. Diem Sabbati ità solennem judicant; ut liceat in eo jejunare: excepto Paschatis sabbato. Eodem die divina celebrant; carnibus vescuntur, contra Romanorum præsulum voluntatem. Linguâ delectantur Saracenicâ. Cõjuges suas simili more recludunt, ut Saraceni; aliosque ipsorum mores æmulantur. Barbas non radunt, more Orientalium.

Fuit præterea vetus ista secta, hinc-indè sparsa.

Valdè autem invehitur in hosce miseros homines *Vitriacus*. Malè enim hoc virum habet, quòd primatum Romanæ ecclesiæ repudiarunt; & insuper eã pro excõmunicatâ habuerunt. Sic enim inquit: *A Romana ecclesiâ propriâ autoritate recesserunt isti Schismatici, contra Dei dispositionem; qui Romanam civitatem, totius Mundi metropolin & capitaneam, sicut in temporalibus præerat; ità in spiritualibus, omnibus fidelibus voluit præesse.* Quacunque igitur potest ratione, eos deformare nititur. Ait, servile genus hominum fuisse: quia plurimis dominis fuerint tributarii. Quod autem necessitatis fuit, ille naturæ tribuit. Deinde, ex quorundam in eo ceteri ineptitate ad res bellicas, & moribus perfidis, invidiosâ illatione, totam eam gentem, infami levitatis & infidelitatis notâ, traducere conatur. Stent igitur ista istius autoris fide.

¶ Hypothesin primã rectè confutat hisce dictis: *Accipite Spiritum sanctum* † *Novi virtutem de me exiisse.* * *Omnia mea tua sunt; & tua mea.* † *Mittam eum ad vos.* * *Misit Deus Spiritũ Filii sui.* † Et, Græcos sapientiores, ait, processionẽ Spiritûs sancti à Patre & Filio non negare. *Jacobus de Vitriaco in Hierosol. historiâ.* *

[Margin: Joh. 20. v. — Luc. 8. v. — Joh. 17. v. — Joh. 16. v. — 4. v. 6 — cap. 37 — cap. 38.]

JACOBITAE.

JAcobitas tum in sanctâ terrâ, tum apud alias nationes, fuisse hoc tempore, *Jacobus de Vitriaco*, * unde ista describimus, narrat. Sic autem dicti sunt à Jacobo quodam, ejus sectæ autore. Ait porrò, eos à Latinâ & Græcâ Ecclesiâ discrepare.

Nonnulli ipsorum inter Saracenos sparsi sunt. Verùm plurimi sunt in Aegypto: ut Nubiani; quæ regio Ægypto est contermina. Item in magnâ Æthiopiæ parte, usque ad Indiam, plùs quàm in quadraginta regnis. Et Matthæum quidem apostolum, in eâ Æthiopiæ parte, Euangelium suum plantasse affirmat.

HYPOTHESES.

De Christo.

Quosdam inquit asserere, post assumtam humanam naturam, unam solam in unicâ personâ existere naturam. Verùm quosdam à se interrogatos, *inquit Vitriacus*, id-ipsum pernegasse. Non igitur toti sectæ iste error tribui potest.

De Baptismo.

Baptismo utuntur & circumcisione simul: utrumq; insuper sexum circumcidentes; idque more Saracenorum.

De Confessione.

Peccata sua non Sacerdotibus, sed Deo confitentur: & clàm in ignem thus mittentes propriis manibus, suas orationes significant simili modo in cœlum ascendere.

Solent autem, Infantes, ante Baptismum, calido ferro adurere; quia dictum est: * *Baptizabit Spiritu sancto & igni.* Cruces porrò sibi inurunt, alii in brachiis, alii in genis, alii in fronte: ob reverentiam crucis; utque à Paganis se-se discernant. Uno digito se consignant; unam essentiam & trinitatem personarum significantes. Sacerdotes linguâ utuntur propriâ; quam Laici non intelligunt.

[Margin: * Matth. 3. v. 11.]

¶ A Dioscoro, Constantinopolitano Patriarchâ, & aliis Græcis, ait *Vitriacus* hanc hæresin olim refutatam.

De Naturis in Christo inquit: *Secundùm naturam humanitatis, Christus esurivit, & mortem in cruce pertulit: secundùm naturam divinitatis, mortuos suscitavit, & alias virtutes operatus est.*

Quòd autem Sacerdotibus confessio subtrahatur; omnium indignissimè fert Vitriacus. Nam ait eos esse positos, ut inter lepram & lepram discernant; & claves eis traditas. Christum etiam dixisse; * *Ite, ostendite vos sacerdotibus:* ac juxta ipsorum cognitionem imponendam esse pœnitentiam. Sed, veteri sacerdotio abrogato, debebat ostendere, ubi novum Testamentum pari ratione homines sacerdotibus, hac quidem in parte, subjiceret.

[Margin: * Luc. 17 v. 14.]

¶ Huc pertinent, quæ de Presbyteri Johannis religione alibi referuntur. Nam ejus religionem *Vitriacus* hoc in loco attingere voluit.

Narrat quidem *Otho Frisingensis*, * Gabulensem episcopum è Syriâ famam de Johanne Presbytero attulisse, quòd is in Oriente, ultra Persiden & Armeniam, in extremo Oriente habitet: sitque Christianus rex & sacerdos; verùm Nestorianæ sententiæ addictus, ex Magorum familiâ originem trahens. Verùm certiora de eo nostra etiam ætas prodidit; ut suo loco referemus.

[Margin: * li. 7. c. 33.]

MARONITAE.

A Marone, hujus sectæ autore, cognominati sunt homines, circa Libani juga & Phœniciam habitantes; seseque diffundentes per Bibliensem, Botriensem, & Tripolitanum, episcopatus.

HYPOTHESES.

Unam duntaxat voluntatem, & unicam operationem, esse in Christo.

¶ In sextâ Constantinopolitanâ Synodo, *ait Vitriacus*, eum errorem esse confutatum. Deinde subjicit: *Sicut in homine puro, alia est voluntas rationalis; alia spiritualis: ità in Christo, alia fuit voluntas humanitatis, secundùm quam volebat manducare & bibere, & calicem passionis à se transferri; alia deitatis, quæ eadem fuit cum voluntate Patris. Has autem duas voluntates manifestè ostendit, cùm dixit:* * Pater, non quod ego volo; sed quod tu. *Quis autem dubitat, manducare & bibere, & alias hujusmodi necessitates, quæ fuerunt in Christo homine operationes humanitatis, sic & ad immutabilem divinitatem non pertinere? Mortuos autem suscitare, & animam post mortem resumere, ad humanitatem non pertinent; sed tantùm ad divinitatis potentiam. Ex quibus manifestum est, aliam esse operationem divinitatis, aliam humanitatis.*

[Margin: * Matt. 26 v. 39.]

Abjecto autem errore, adjunxerunt se iterum Ecclesiæ Antiochenæ, sub Aymezito Patriarchâ, ut *Vitriacus* habet. *Tyrus* Haimericum vocat; & quidem rectiùs.

Non usi sunt amicis, mitris pontificalibus, baculis pastoralibus, campanis: sed malleolo & baculo percussis tabulis, populum ad sacra convocarunt. *Jacobus de Vitriaco*, * *Tyrus in belli sacri historiâ.* *

[Margin: * cap. 40. — * li. 22. c. 8.]

ARMENI.

MEminit *Vitriacus* * Armenorum quoque, tanquam Hæreticorum. Sed nullum dogma ipsorum annotat. Tantùm, fascinatus reverentiâ erga Romanum suum præsulem, ipsis criminis loco impingit, quòd non agnoscant lupum Romanum; sed proprium habeant prima-

[Margin: * cap. 41.]

tem, cui obtemperent. Solo vino, absque aquâ, sacram Cœnam peragunt: cùm Orientales aliâs in mensâ communi, non nisi aquâ diluto ac temperato vino utantur; & ex latere Christi aqua & sanguis profluxerit. Variant in ritibus & festis. Nativitatem Domini secundùm carnem, non celebrant. A'Græcis autem dissident. Vulgari linguâ in sacris utuntur Sacerdotes; sicut & Græci.

GEORGIANI.

GEorgiani, in Oriente, Assyriis, Persis ac Medis formidabiles, nomen acceperunt: quia in bellum ituri, in-primis S. Georgiū invocant & colunt. In reliquis, Græcorum rationem imitantur. Absque tributo conceditur ipsis visitare sepulcrum Domini: Saraceni enim ipsos metuunt. *Jacobus de Vitriaco.**

* cap. 41.

CAPUT VI.

DE CEREMONIIS ET Ritibus.

ECclesia Christi, hoc seculo, ceremoniarum multitudine & superstitione rituum oppressa fuit: adeò ut, istarum externarum rerum observatione, putaretur Deus potissimùm coli. Itaque tantum chaos rerum ecclesiasticarum, & quidem vanissimarum, hoc loco nobis describendum occurrit, ut ferè animus abhorreat: nec dubitamus, quin Lectoribus non mediocrem nauseam allaturum sit. Sed nos historico instituto, quantum quidem licet, satisfacere necesse est, ne quid deditâ operâ reliquisse videamur.

DE CONGRESSIBUS publicis.

HOc etiam seculo, & diurnos & nocturnos cõgressus, in quibus sacris rebus homines occupabantur, in usu fuisse, ex historiis constat. Thomas enim, Cantuariensis episcopus, cùm vespertinis interest precibus, à quatuor sicariis confoditur: *teste Roberto Gaguino.** Et Bernhardus, Claravallensis abbas, in epistolâ ad Fulconem, Lingonensem archidiaconum: *Surgis*, inquit, *ad vigilias; vadis ad Missas, chorum chorum nocturnis diurnisq; frequentas &c.* Sed hæc ex sequentibus magis patebunt.

* lib. 6.

Istius autem rei gratiâ, templa, oratoria, basilicæ, ecclesiæ, capellæ, exstructa fuerunt: quorum passim apud autores fit mentio. Verùm nos hîc brevitati studẽtes, ea solummodò, quæ hoc seculo condita sunt, annotabimus. Ea autem leguntur exstructa.

Aut in honorem Christi. Vicelinus enim sacerdos, Bozoanse templum, in Christi, & beati Petri, Apostolorum principis, honorem, condidit. *Helmoldus in Sclavorum Chronico.**

* cap. 72.

Aut Trinitatis. Sconæ. Alexander Scotorum rex, sacrosanctæ Trinitati, ac Michaëli archangelo, sacrum exstruxit templum. *Hector Boëthius.** In suburbio Stadensi, in Trinitatis, multorumque præterea papisticorum deorum, honorem, sacellum quoddam erectum esse, in *Metropoli Crantzius* * scribit.

* lib. 12. Hist. Scot.

* lib. 6. c. 30.

Aut Mariæ. Calixtus enim, in Trans-tiberinâ regione, beatæ Virgini sacram condidit ædem. *Polydorus.** Anastasius IV. Mariæ rotundæ templum exstruxit. *Platina* Lubecæ, in Mariæ honorem, à Geroldo templum condi cœptum est, ann. 1163. *ut in Holsat. Chronico scribitur.* In Spirensi urbe Heinricus IV. magnificum D. Virgini ædificavit templum; *teste Helmoldo.* Templum majus, quod Misericordiæ dicitur, ob pestem grassantem, in urbe Bergomo, in honorẽ beatissimę Virginis Mariæ, in medio urbis ferè, juxta cathedralem basilicã, indicibili propè tũ impensâ, tũ artis elegantiâ, ex lapidibus quadratis, & sectis, à cõcivibus nostris, ob misericordiam Dei genitricis Mariæ, hoc æstuanti tempore implorandam, exstrui cœptum est, anno 1135. *Bergomensis.**

* lib. 5. Invent. rer. cap 6.

* lib. 2.

Baptistæ sacrum, Aldenburgi magnificum templum hoc seculo exstructum est; *teste Helmoldo in Sclavorum Chronico.**

* cap 84.

Apostolorum. B. Petro & Paulo Hainoniense quoddam templum dicatur, anno 1149. *Chron. Flandr.*

Aut Martyrum masculorum. Sic Clemens III. S. Laurentii ædem, extra muros Romanæ urbis, condidit. *Platina in vitâ ejus.* Petrus & Aio, in Blachorum urbe, Demetrio martyri sacram construxère ædem. *Nicetas in Annalibus.*

Aut Episcoporum. Heinricus enim Dux, in honorem Martini & Nicolai, ligneum apud Lubecenses fecit templum. *Chron. Saxon. Germ.* Calixtus II. multas, vetustate ruinam minantes, refecit Ecclesias; ac B. Nicolao novum templum in palatio condidit: *teste Platinâ in vitâ ejus.* Capuæ sacellum quoddam, eidem dicatum sanctulo, exstructum scribitur, *in Chronico Casinensi.** In ejusdem honorem, Heinricus quidam Marchio, Stendaliæ templum condidit, anno 1187. *Chron. Saxonia.* Rodolphus, Mersburgensis episcopus, ante urbis mœnia, in honorem Thomæ Cantuariensis, templum construxit. *Chron. Mersburgens.* Ottho, Bambergensis episcopus, decem & quatuor basilicas, & cœnacula elegantis structuræ quatuor, in suo exstruxit territorio. Idem & cathedralem ecclesiam Bambergæ, quę igne conflagrârat, magnis impensis & solenni structurâ, brevi temporis spatio, restituit; æneisque laminis texit: at cruces, sphærasque turrium, auro obduxit; *ut in Bambergensi Chronico annotatur.*

* lib. 4. c. 30.

In honorem S. Crucis, Hasnæ apud Flandros, templum dicatur, anno 1142. *Chronicon Flandriæ.*

In honorem Domini nostri Jesu Christi, & sanctę Dei genetricis Mariæ, & S. Thomæ Apostoli, ac beatorũ Martyrum, Vincentii, Lamberti, Nicolai, & B. Mariæ Magdalenæ, atque omnium Sanctorum Dei, dedicata est Dicasmuensis Ecclesia, 11. Cal. Aug. à domino Milone, Morinorum episcopo, anno 1144. *Ibidem.*

Herbipoli, à quibusdam superstitiosis civibus, novum exstructum fuisse templum, anno 1124. *Sigeberti Continuator* indicat.

Othonis Magni, Bojorum Ducis, frater, Conradus, Bojorum archimysta, Cardinalis presbyter S. Marcelli Sabonensis, templi Juvaviensis, quod irato Vulcano conflagrârat, fundamenta hoc elogio jecit: *Quarto-decimo Calendas Martii, imperante Friderico primo & Augusto, & Heinrico ejus filio Cæsare, Othone de VVittelsbach inclyto Bojorum duce.* Eodem ferè tempore Albertus, Fruxinensium episcopus, sacram ædem incendio vastatam reficit: *ut Aventinus* * *indicat.*

* lib. 7.

Apud Pomeranos conversos, Ottho, Bambergensis episcopus, plurima condidit templa; & sacris ea initiavit, anno 1124. *teste Hedone.* Eodem autore Caminensem Ecclesiam conditam esse, *in Bambergensi* scribitur *historiâ.*

Rogerius, Salesberiensis episcopus, in suâ civitate novam, & ornamentis excultissimam, condidit ædem; quâ vix tota Anglia superiorem habet. *ut Malmesburiensis* * *testatur.*

* lib. 5 c. 13.

Eboraci, Thomas Bajocensis, cognomento Junior, sacerdos olim Normannus, cathedralem basilicam magnis construxit impensis, anno 1169. *ut ex Botoneri antiquitatibus Balæus* * *refert.*

* Cent. 15 25.

Sueci, devictis Danis, in quibus cædem Erici Regis sui ulti fuerant, insignem ecclesiam Denemarchiam, non longè ab Upsaliâ, in loco conflictûs, ex Danicis spoliis admodum opimis, construxerunt: *ut Johannes Magnus* * *testatur.*

* li. 19 Hist. Goth.

¶ Fuisse autem alia lignea, alia lapidea, historiæ testantur. Nam lignei templi apud Lubecanos jam meminimus. Aldenburgi, in Baptistæ honorem, lapideum conditum est templum, à Brunone monacho. *Holsatense Chronicon.*

¶ De donariis oblatis Ecclesiis hæc referuntur. Anglorum rex, in dotem novæ Beccensis ecclesiæ, centum libras Andegavensem annuatim ex molendinis de Robec numerari sanxit. *Sigeberti Continuator.* Donaria auri argentique plurima, Calixtus II. basilicis distribuit. *Platina in vitâ ejus.* Bremensis archiepiscopus, & Heinricus Sa-

xoniæ Dux, fratribus Falderæ degentibus, de multis prospexerunt reditibus. *Helmoldus in Sclavorum Chronico.** Uratislaus Pomeranorum Dux, Caminensi Ecclesiæ prædia, unde sacerdotes viverent, donavit. *Historia Bamberg.* Heinricus Leo, Bojorum & Saxonum Dux, largâ manu thesauros pauperibus & ecclesiis terræ sanctæ distribuit. *Sigeberti Continuator.* Magnâ etiam pecuniæ vi sepulcrum Domini donavit: portas ejus templi, in quo lignum dominicæ crucis servabatur, argento obduxit: & annuos reditus, quibus cerei ad sepulcrum Domini arsuri compararentur, constituit: *ut Sclavorum Chronici continuator** refert.

* cap. 94.

* li. 2. c. 7.

RITUS CONSECRATIO-num & Dedicationis.

Solebant nova templa sacris quasi initiari & dedicari: idque pluribus præsentibus fiebat, ab Archiepiscopo aliquo: iisque tùm simul nomina imponebantur vel Christi, vel Angelorum, vel Martyrum, &c. Hæc utiq; in Ecclesiæ dedicatione fiunt; adspersio, inscriptio, inunctio, illuminatio, benedictio. *Bernhardus.**

* Serm. i. de Dedic. ecclesiæ.

¶ Captâ Ulixishonâ à Christiania, cum hymnis ibidem ecclesia dedicata est. *Sigeberti Continuator.*

Decimoquarto Calend. Aprilis, Becci, Ecclesia à Rotrodo Rothomagensi, Heinrico Bajorensi, & Richardo Abricensi, & Egidio Ebroicensi, episcopis, Regibus Anglorum patre & filio, & Johanne juniore Regis filio, præsentibus, dedicatur, anno 1178. *Ibidem.*

Apud Capuanos, D. Benedicti ecclesiam solenniter Paschalis Romanus consecrat. *Chronicon Cassinense.** Idem Papa Romæ Ecclesias decem & quinque consecravit: inter quas Ecclesia sancti Hadriani, factiosorum quorundam scelere profanata, & ecclesia sanctæ Mariæ Monticelli, in regione Ariolæ, primariæ fuêre. postremò verò restituit & consecravit basilicam Sanctorum coronatorum. *Platina in vitâ ejus.*

* li. 4. c. 35.

Gelasius II. dum in Galliam iret, basilicam S. Ceciliæ in Stagello, & Ecclesiam S. Stephani in Tornaco, inter eundum dedicavit: *teste eodem in vitâ ejus.*

S. Alexandri quoddam sacellum, Volchero abbate Fuldensi petente, Mindensis episcopus consecrat: *ut Munzerus in Chronographiâ annotat.*

Senonis, Alexander Papa D. Columbæ templum dedicat: *teste Vincentio.**

* li. 29. c. 14.

Buggo, Wormaciensis episcopus, suam ecclesiam, quam lapideo tabulato exornârat, præsentibus, Brunone Trevirensi, Albuino Mersburgensi, & Hartwicho Misnensi, episcopis, sacris initiavit, anno 1118. *ut refert Trithemius in Hirsaugensi Chronico.*

Temporibus Vicelini, Aldenburgensis episcopi, oratorium Cuzelinæ, quæ & Hogereidorf dicitur, & ecclesia in Bernhouede, dedicata sunt. *Helmoldus in Sclavorum Chronico.**

* cap. 70.

Aldenburgensis ecclesia, per Geroldum episcopum, adstantibus Adolpho Comite & conjuge ejus Machtilde, consecratur. *Ibidem.**

* cap. 84.

Archiepiscopus Bremensis, cum Heinrico Saxoniæ Duce Lubecam contendens, in itinere Falderensem ecclesiam sacris initiavit: qui locus olim Wippendorf dictus fuerat; verùm Archiepiscopus deinceps Novum-monasterium appellari sanxit. Indè digressi, Lubecam veniunt: ubi dedicationis opus in templo aggressi sunt. *Ibidem.**

* cap. 94.

Sacellum in suburbio Stadensi, in nomine S. Trinitatis, Beatæ Virginis, Petri & Pauli Apostolorum, Johannis Apostoli & Euangelistæ, Viti, Cosmæ & Damiani martyrum, dedicatum est ab Adelberone Bremensi, anno pontificatûs sui 19. præsentibus, Eluero, Godschalco, & aliis monachis, à Conrado Hersfeldensi abbate missis: *ut Crantzius in Metropoli** *indicat.*

* li. 6. c. 30.

Ecclesia S. Jacobi extra Bambergenses muros, 8. Calend. Augusti; anno 1109. dedicatur: *ut ex Bambergensi historia constat.*

Heinricus Anglorum Rex, circa octavas Paschæ, ecclesiam B. Mariæ Radingis dedicari fecit; ac monachos hospitesq; quotquot advenerant, regali munificentiâ per triduum tractavit: *ut Sigeberti narrat Continuator.*

Hermannus episcopus, in honorem Blasii, summam ædem Brunsuicensem dedicavit. *Chronicon Saxoniæ.*

Anno 1142. V. Calend. Junii, capella in hospitali, in honorem Domini nostri Jesu Christi & sancti Nicolai, sequenti mox die, capella in infirmariâ, in honorem Mariæ Magdalenæ, à Vigero Brandenburgensi episcopo dedicatæ sunt: *ut in appendice Mariani Scoti annotatur.*

¶ Mitræ, annuli, & sandaliorum usum, in ecclesiis dedicandis, consecrandis Virginibus, & ordinibus celebrandis, receptum fuisse, *Petrus Blesensis** testatur.

* Epist. 34.

Altaria etiam consecrabantur. Nam decretum ejusmodi condidit Alexãder III.* *Adhæc*, inquiens *si altare motum fuerit, aut lapis ille solummodò superpositus, qui sigillum continet, confractus aut etiam diminutus: debet denuò consecrari. Propter hoc verò nequaquam reiterare suam consecrationem Ecclesia consuevit: licet id quidam Canones innuere videantur.* Et Senonis idem Papa, Petro & Paulo Apostolis altare dedicat: *teste Vincentio.**

* li. 3. Decretal. tit. 40. cap.

* li. 29. c. 14.

Sinardus, Blasensis episcopus, in sanctuario Novi monasterii, in honorẽ Domini nostri Jesu Christi, & omnium Confessorum, sed nominatim S. Clementis martyris, Gregorii Papæ, Martini & Nicolai episcoporum, altare consecravit. Qui postea sede suâ ejectus, Moguntum venit; ibique plurimas ecclesias & altaria, jussu Moguntinensium, qui tunc Archiepiscopo destituebantur, sacris initiavit: nimirum altare retro tumbam S. Dysibodi, in honorem Benedicti & omnium Confessorum: aliud in sanctuario, in honorem Johannis Euangelistæ, Margarethæ, Agathæ, Luciæ, & omniũ sanctarum Virginum, anno 1138. *ut in appendice Mariani Scoti scribitur.* In Bambergensi ecclesiâ, altare S. Kunegundi dicatum fuit. *Historia Bamberg.* Lubecæ, novum altare Vicelinus, Aldenburgensis episcopus, sacris initiavit: *ut in Sclavorum Chronico Helmoldus** *indicat.*

* cap. 70.

Templum, per adulterium, in ipso commissum per sacerdotem, pollutum, aquæ benedictæ adspersione expiari seu reconciliari debet: ut monet Alexander III. *libro 5. Decretal. tit. 16. cap. 5.*

Quæ contenta in Templis

Loca illa sacris deputata, ornabantur imaginibus. Plebem enim Constantinopolitanam, postquam Isaacius per tumultum designatus esset Imperator, templa palatii spoliâsse, ac sacris imaginibus ornatus detraxisse, *Nicetas, sub Imperio Andronici*, refert. Oratoria sumtuosis depolitionibus, & curiosis picturis, quibus orantium mentes impediantur, ornari, *Bernhardus, in Apologiâ ad Guilhelmum abbatem*, queritur. Et ibidem ait: *Fulget ecclesia in parietibus, lapides suos auro induit, neglectis pauperibus. ut quid saltem Sanctorum imagines non reveremur: quibus utique ipsum, quod pedibus conculcatur, scatet pavimentum? Sæpe spuitur in ore Angeli; sæpe alicujus Sanctorum facies calcibus tunditur transeuntium: &c. si non sacris his imaginibus, cur vel non parcitur pulcris coloribus?*

Tum Christi. Clericus enim quidam, in Leodiensi templo, ad imaginem Christi preces faciens, fulmine ictus, justo Dei in idololatram judicio, interiit: *teste Sigeberti Continuatore.* Christi Servatoris imaginem in templo XL. Martyrum, Constantinopoli, magnis impensis ornavit Andronicus Imperator. *Nicetas de gestis ejus.** Et Isaacius Angelus summum adhibuit studium, ut Monembasiâ transferret Christum, qui in cruce trahitur, opus admirabili arte & elegantiâ: quod cruciatus Domini Salvatoris nostri evidentissimè repræsentabat. Quam imaginem, dolo ablatam, sancti archangeli Michaëlis templo donavit. *Idem.**

* lib. 2.

* lib. 3.

Tum Mariæ. Nam Isaacius Angelus Dei-genitricem tãtâ veneratione coluit; ut ad ejus imaginem animo penè linqueretur. ideoq; plurimas auro & gemmis ornatas in iis fanis, adorandi causâ dedicavit; ubi frequentissimus plorum hominum erat concursus. *Nicetas.**

* lib. 3.

Tum Martyrum. Nam ostenditur in ecclesiis pler'ma forma Sancti vel Sanctæ alicujus, & eò creditur sanctior,

quò coloratior. Currunt homines ad osculandum: invitantur ad donandum: & magis mirantur pulcra, quàm venerantur sacra. *Bernhardus, in Apologiâ ad Guilhelmum abbatem.*

Tum Angelorum. Sic Constantinopoli, maximus Dei apparitor & princeps, archangelus Michaël, stricto gladio, pro templi custode, statuam habet, tenuibus calculis interpunctam. *Nicetas, sub Imperio Alexii Comneni.* Isaacius Angelus, divi Michaëlis, cœlestium copiarum archiducis, ædem reparaturus, archangeli pictas & factas imagines, in urbe, vel aliis locis, præsidii causâ dedicatas, vetustæ & admirandæ manûs opera, in idem templum congessit. *Idem, de Imperio Isaaci Angeli.** [* lib. 3.]

Tum aliarum rerum. Nam Clemens III. Lateranense templum vermiculato opere & musivo exornavit: *ut Platina in vitâ ejus indicat.* Isaacius Angelus templa, vetustate deformata, picturis illustravit: *teste Niceta de Gestis ejus.** [* lib. 3.] Cæterùm in claustris, coram legentibus fratribus, quid facit illa ridicula monstrositas? mira quædam deformis formositas, ac formosa deformitas? Quid ibi immundæ simiæ? quid feri leones? quid monstrosi centauri? quid semihomines? quid maculosæ tigrides? quid milites pugnantes? quid venatores tubicinantes? Videas sub uno corpore multa capita; & rursus sub uno capite corpora multa. Cernitur hinc in quadrupede cauda serpentis; illinc in pisce caput quadrupedis. Ibi bestia præfert equum; capram trahens retrò dimidiam: hic cornutum animal, equum gestat posterius. Tam multa denique, tamque mira diversarum formarum ubique varietas apparet: ut magis legere libeat in marmoribus, quàm in codicibus; totumque diem occupare singula ista mirando, quàm in lege Dei meditando. *Bernhardus, in Apologia ad Guilhelmum abbatem.*

Depictas in pariete cruces, in ecclesiarum dedicatione, Pontifex oleo sancto perungit. *Idem, in declamatione de Bonis deserendis.*

Templorum parietibus preciosa pallia & holoserica dorsalia affigi. *Rupertus** testis est. [* lib. 2. de Div. off. cap. 23.]

Anathemata quoque, seu arma & insignia virorum illustrium, eò reponebantur. Sic Bela, devicto adulterio Stephani, antecessoris sui in regno Ungariæ, filio, hostium exuvias passim templorum postibus affixit: *teste Bonfinio.** [* li. 6. Dec. 2.] Anathemata instar calicum, quæ ad Imperatorum monumenta pendebant, Isaacius in comessationibus manibus versabat: *ut Nicetas de gestis ejus** *indicat.* [* lib. 3.]

Vexilla, quæ, devictis Cremonensibus, Brixiani deportarant, in cathedrali ipsorum ecclesiâ, in perpetuam rei memoriam suspensa leguntur, *apud Bergomensem.** [* lib. 12.]

Privilegia. Heinricus, Reginoburgensis episcopus, præter Bojorum Ducis voluntatem, designatus, jussu Innocentii II. vi templum occupat; calices aureos comminuit, bullas, diplomata, privilegia comburit: *ut Aventinus** *scribit.* [* lib. 6.]

¶ Neque tantùm in templo; sed & in aliis locis, imagines & statuæ conspiciebantur. Johannes, Constantinopolitanus Imperator, triumphum acturus ob devictos Persas, passim vicos civitatis, per quos ipsi incedendum erat, tapetibus, in quibus Christi & Sanctorum imagines ad vivum expressæ erant, exornavit: *ut Annales Nicetæ referunt.*

Ad fores templi XL. Martyrum, Constantinopoli, extrinsecùs Andronicus, in maximâ tabulâ, statuam suam collocavit; eo, quo Saturnus pingi solet, habitu. *Idem.** [* lib. 2.]

Codices sacri. Nam Patriarcha Constantinopolitanus, divina oracula manibus gestans, in templi vestibulum descendit. *Nicetas.* Isaacius Angelus, Constantinopolitanus Imperator, de sacris codicibus maximi precii ornatum abstulit; eosque vilioribus obduxit stolis: *ut idem de gestis ejus scribit.** [* lib. 3.] De libris, aliisque divino cultui servientibus rebus, novæ Aldenburgensi ecclesiæ prospectum est: *ut Helmoldus in Sclavorum Chronico** *indicat.* [* cap. 84.] Caminensem Ecclesiam Otho, Bambergensis episcopus, libris, calice, vestibus, aliisque rebus, quæ ad sacrum ministerium usui esse poterant, donavit: *ut ex Bambergensi historiâ videre est.* Euangelii codices, non immeritò auro & argento, lapidibusque decorantur preciosis; in quibus aurum cœlestis rutilat sapientiæ. *Rupertus.** [* Li. 2. de Div. off. cap. 23.]

Pulpita. Nam clericus quidam, in pulpito legens ad altare, fulmine ictus interiit. *Sigeberti Continuator.* Lectricii, ex quo Diaconus Euangelium populo prælegat, meminit *Rupertus.** [* li. 1. c. 36.]

Erant in iis etiam altaria. Sic Magni altaris, in æde divæ Margaritæ sacrâ, in Demesiensi cœnobio, meminit *Bonfinius.** [* li. 5. Dec. 2.] Quàm multa hodie gemmis & auro fulgent altaria? quanti ubique palliis parietes adornantur? *Bernhardus.** [* Serm. 4. de Nat. Dom.]

Eaque altaria picturis ornata erant, aut velaminibus. Sic, in die Parasceves, altaria suis velaminibus spoliari, Honorius indicat. Auro & lapidibus, ac sericis vestibus, honoratur Christus in altaris apparatu. *Rupertus.** [* li. 2. c. 23.]

Ac erant isthic reorum asyla. Hi, quos nunquam offendimus, contra quos arma non cepimus, contra nos veluti capitis damnatos impudenter accurrunt, nullo respectu honestatis: nosque Deo-supplices, contra omnem æquitatem, ex æde avellere contendunt, nullâ à nobis injuriâ lacessiti. Est enim extremæ insaniæ, eos vel objurgare, vel ut injurios lacessere, qui ad Deum confugiunt; eoque intercessore & defensore, persecutionum remedium quærunt. *Nicetas, sub imperio Alexii Comneni Porphyrogeniti, Manuelis filii.*

Sancitum est lege canonicâ: ut, si quilibet Judæorum aut Paganorum servus, ad venerabilia loca fidei confugerit; nullatenus eum patiamur præjudicium sustinere. *Rupertus.** [* lib. 1. in Deuteron. cap. 25.]

Cruces. Particulas enim de venerandis crucibus, quæ ex auro constabant, Isaacius Angelus templis abstulit: *ut Nicetas de imperio ejus annotat.** [* lib. 3.] Otho, Bambergensis episcopus, S. Michaëlis cœnobio auream crucem, cui gemmæ & martyrum reliquiæ adhærebant plurimæ, donavit: *ut in Bambergensi historiâ scribitur.*

Calices. Anastasius III. calicem magni ponderis Lateranensi ecclesiæ dedit, *teste Platinâ*: viginti marcarum pondo, *juxta Martini Chronicon.*

Pelves. Miræ elegantię pelves, quibus Sacerdotes & Levitæ, sacra tractaturi, se abluebant, rapuit Isaacius Angelus. *Nicetas de Gestis ejus.** [* lib. 3.]

Candelæ, lucernæ, candelabra ad imagines collocata, & suffimenta. Heinricus Leo, Saxonum Dux, Hierosolymis annuos reditus, quibus cerei ad sepulcrum Domini arsuri compararentur, instituit: *ut Sclavorum Chronici Continuator** *indicat.* [* lib. 2. c. 7.] Lumina, tribus noctibus ante Paschæ festivitatem, in Ecclesiâ extingui, *Honorius & Rupertus* testantur. *Hildebertus,* Cenomanensis episcopus, Anglorum reginæ, pro candelabris, quorum in altari Domini usus futurus esset, gratias agit.* [* Epist. 10.] Ponuntur dehinc in ecclesiâ gemmatæ, non coronæ; sed rotæ, circumseptæ lampadibus: sed non minùs fulgentes insertis lapidibus. Cernimus & pro candelabris arbores quasdam erectas, multo æris pondere, miro artificis opere fabricatas; nec magis coruscantes superpositis lucernis, quàm suis gemmis. *Bernhardus, in apologiâ ad Guilhelmum abbatem.*

Thuribuli sæpiùs meminit *Rupertus Tuitiensis.** [* lib. 1. de Div. off. cap. 20.]

Reliquiæ sanctorum. Sacrosanctum vasculū, quo Christi literæ, ad Abgarum olim scriptæ, asservabantur, furto ex æde Constantinopolitanâ, plebe in ecclesias sæviente, ablatum esse, *Nicetas sub Andronici Imperio* refert. Sed de his infrà proliniùs dicendi locus erit.

Tabulæ. Isaacius Angelus ædem divi Michaëlis, cœlestium copiarum archiducis, in portu sitam, instauraturus; si qua in palatio marmorea tabula, splendore & guttarum varietate illustris, vel pavimentum tegebat, vel parietes ornabat: eò transferendam curavit. *Nicetas de Imperio Isaaci Angeli.** [* lib. 3.]

Horologium. Antequàm signum ecclesiæ crastinâ die primam sonuerit; se et virgine discessurum, Vicelino episcopo promittit Diabolus: *apud Helmoldum.** [* cap. 56.]

Bibliothecæ: *ut ex Sigeberti Continuatore, aliisque autoribus, constat.*

Vestes sacerdotales. Ottho, Bambergensis epi[illegible], P[illegible]meraniam studio præd[illegible] verbum [illegible] est, immisit secum [illegible] eâ rem idoneis, ac [illegible]licibus, aeris [illegible] lis, missalibus, aliisque libris, & utensilibus altaris. *Histor. Bambergensis.* Sacros ornatus & vasa, ex templo pale[illegible] Isaacius Angelus in ædem sancti Michaëlis archangeli transtulit: *ut Nicetas annotat.*

Suggestus. Ambonis *Ottho Frisingensis de gestis Friderici Enobarbæ* * meminit. & *Tyrius.* †

Ex loco eminentiori, a Diacono, diebus dominicis & festis, Euangelii lectionem coram populo in ecclesiâ recitari, *Rupertus Tuitiensis* * testatur.

¶ Porrò, res sacras ad profanos usus convertere, fas non erat. ut ad Ariminensem episcopum scribit Urbanus III. * *Locum ad hospitalitatem usum. & pauperum provisionem, autoritate Pontificum destinatum cum sit religiosus, non debet mundanis usibus deputari: sicuti de vestibus & ligneis vasis, & aliis utensilibus. ad cultum religionis per Pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter observat, & venerabilium Patrum edocent sanctiones.*

Distincta erant loca laicorum & clericorum. In superioribus locis Maeronis, apud Constantinopolitanos, Catechumeni & Thomaitæ instituebantur: *ut Chonsates in suis Annalibus indicat.*

Æreas portas latas & amplissimas, quæ olim magnum laudebant palatium, ad templum sancti Michaëlis archangeli Isaacius Angelus transtulit: *ut Nicetas* * *scribit.* Portas templi Hierosolymitani Heinricus Leo argento obduxit: *ut in Sclavorum scribitur Chronico.*

Pulsu campanarum convocatio fiebat, *ut ex Urspergensi videre est*: qui concrepantium signorum in templo, super montem Moriâ Hierosolymis exstructo, meminit.

Eundum nobis est; jam enim campanam audivimus; jam vespertinæ tempus orationis advenit. *Bernhardus in Sermone de duplici Malo, cooperante in bonum.* Saladinus, Urbani III. temporibus, urbe Hierosolymitanâ potitus, campanas basilicasque omnes, præter Salomonis templum, everti jussit. *Simonetta.* * Nunc ad confitendum Domino, & ad annunciandum manè misericordiam ejus, & veritatem ejus per noctem, & æneæ signa personant: & ad omnem horam divini officii, tanquam in exordio præclaræ orationis, has partes tenent: ut attentos dociles que ac benevolos divinæ laudis auditores efficiant. *Rupertus.* *

QUAE IN CONGRESSIBUS facta sint.

IN cœtu fiebant cantiones, precationes, lectiones sacræ, gratiarum-actiones, conciones, administratio Cœnæ sacræ, oblationes seu eleemosynarum collectiones.

De Cantionibus. Inter Missarum solennia, in Friderici Ducis tentorio, Gaudeamus cantatum esse, *Frisingensis* indicat. Eâ Dominicâ, quâ Lætare Jerusalem canitur, Fridericus Aquisgrani Rex inungitur: *apud eundem.* Cantus in ecclesiâ mentes hominum lætificat; fastidiosos oblectat; pigros sollicitat; peccatores ad lamenta invitat. *Bernhardus, de Modo bene-vivendi, ad Sororem.* * Cantus plenus sit gravitate, nec lasciviam resonet, nec lascivitatem. *Idem ad Guidonem abbatem.* * Responsoria post lectiones cani, *Rupertus* † *indicat.* Gallicum, non Romanum Psalterium, in nostris ecclesiis psallamus: *ait Honorius in Prologo enarrationis Psalterii.* In Benedicti honorem, duos hymnos, in Ecclesiâ cantandos, composuit Petrus Cluniacensis: qui *lib. 5. Epistolarum ipsius* extant.

¶ De Precationibus. Ut ad ecclesiam divinum audituri officium veniant, ibique orationibus studiosè insistant, Ottho Bambergensis Pomeranos monuit: *teste Urspergensi.* Ut pro [illegible] omnium statuum hominibus preces in ecclesiâ faciant, aud[illegible]res suos monet *Honorius, in Sermone de Nativitate Domini.* Septem horas canonicas diei, non licet à quoquam temere negligi. Hæ siquidem Creatori nostro deferunt laudes; ac pro certis ac magnis ejus beneficiis, quasi vect[illegible]es sunt gratiarum-actiones. *Rupertus.* *

¶ [illegible] Lectio[illegible]. Lectionis Euangelii meminit *Sigeberti Continuator.* Duo enim in Leodiensi templo clerici, alter legens, alter ad imaginem Christi orans, fulmine interi[illegible].

¶ De Concionibus. Patriarchæ Hierosolymitani c[illegible]ones, ad populum habitas, fratres Hospitales sæpiùs campanarum pulsu turbâsse, [illegible] Item, [illegible] vens concionis lon[illegible] nem non admittere, *Bernhardus inquit.* Vicelinus, in Buza[illegible] congregatæ salutis verbum [illegible] *Helmoldus.* * Adolphus Comes omni S[illegible]avor[illegible] popu[illegible] [illegible] nirent Aldenburgi in ecc[illegible] audi[illegible] verbum Dei. Quibus & sacerdos Dei B[illegible] nam [illegible] operam [illegible] habens sermones S[illegible]lavorum lingua conscripto quo facilior esset pronuntiat[illegible] *Idem.* * [illegible] conventu quodam Bojoariæ, Adam, Eboracensis abbas, Missarum solennia celebrans, in[illegible] Sp[illegible] [illegible] nem ascendit, ac brev[illegible] omnes [illegible] cipes, qui frequentes [illegible] ditionem suscipere persuasit. *Otto Frising. de gestis Friderici Enobarbæ* * Evermodus Racesburgensis, inter M[illegible] solennia super ambone populum de Euangelio docuit, ac inter alia, de charitate invicem præstandâ suos auditores monuit: cùm in Oratione dominicâ à Deo, proponentes ei nostrum exemplum, petamus nobis quoque remitti peccata. *Crantzius.* * Et Honorius, Presbyter Augustodunensis, sacerdotes monet, ut eorum, quæ ore populum docent, speculum factis se exhibeant: *in Sermone sexagesimæ.* Et, ut dicturi pro concione ad populum ori & pectori crucis signum imprimant; & Spiritûs S. gratiam invocent per antiphonam, Veni sancte Spiritus, &c. & per Euangelium, In principio erat Verbum: *Idem in Prologo Speculi Ecclesiæ monet.* Extant præterea Autorum hujus seculi sermones penè innumeri. Ottho. Bir[illegible] ad populum conciones habens, pontificalibus indutus fuit vestibus: *ut in vita ejus recitatur.* *

¶ De Benedictionibus. Manuel Comnenus, recèns diademate redimitus, & Chonis Archangeli ædem ingressus, faustam comprecationem à Nicetâ, Chonarum episcopo accepit. *Nicetas.* *

¶ De Synaxi seu Communione. infra dicendum nobis erit. Vespertinalis Synaxis, In vigiliâ Ascensionis celebratæ, meminit *Urspergensis. sub annum* [illegible].

¶ De Oblationibus. Per Stephanum, Comitem de Sancerre, Hierosolymam contendentem, quandam pecuniæ summam, Ludovicus Francorum Rex, in subsidium Hierosolymitanæ ecclesiæ collectam, misit, anno 11[illegible]. *ut Sigeberti habet Continuator.*

Singulis festivitatibus episcopos, in suis ecclesiis, eleemosynarum donatione, consolatione pupillorum & viduarum, subjectorum correctione, aliisque pietatis [illegible]is, dies, quos seculi rebus tribuerunt, redimere, testatur *Petrus Blesensis.* *

Captivos etiam, catenis ligatos, ad publicos congressus admissos, *ex Crantzio* * apparet: qui in die Paschæ aliquot catenis vinctos, per Evermodum, Racesburgensem episcopum, miraculosè liberatos scribit, cum nimirum catena, aquâ benedictâ conspersa, dissolveretur.

¶ Synodi etiam in templis celeb[illegible]ri [illegible]ant. Temporibus enim Paschalis II. in æde [illegible]ris, quæ & Constantiniana dicitur, Romæ Syno[illegible] *teste Hedwxe.* * In eâdem ecclesiâ Alexander III [illegible]oporum conventum habuit ann[illegible] *Tomus* [illegible] *rum.* In templo D. Johanni sacro, [illegible] Pat[illegible] S[illegible]dus [illegible]idem [illegible] anno 1122. *ut Sebastianus* [illegible] *ann* [illegible] ini, in divi Pauli ecclesiâ. A[illegible]imus Synodum coegit, anno 11[illegible]2. *Catalogus testium veritatis.*

Ex conventus, & judic[illegible] politica. P[illegible] maximus Imperatore Constantinopolitano Calojohanne per l[illegible]tos, ut Romani ad se, tanquam verum, aut [illegible] & [illegible]num Imperatorem, redeant, petente Sacerdotes, Senatum, Populum, actitos de communi omnium salute, atq. ut libertate, in templo Constantini coire jubet: *ut Aventinus* * *refert.* Ottho Major, Bojorum Dux, sæpiùs in asylo, [illegible]cibusque templorum, in frequenti populi coronâ, [illegible]ibus, agricolis, sacerdotibus, & nobilitati, jus dixit. *Idem.* *

Marginal notes: * lib. 1. c. 4. | * lib. 1. c. 3. | * lib. 1. de Div. off. c. 16 | * tit. 5. Decret. d. 50. cap. 4. | * lib. 3. | * lib. 5. c. 82 | * lib. 1. de Div. off. c. 16. | * Serm. 52. | * 312 | * 100 | * lib. 1. c. | * lib. 18 c. 3 | * cap. 90 | cap. 84. | * lib. 1. c. 40 | * lib. 5. Pand. c. 42. | * lib. 2. c. 14 | * lib. 7 rerum à Manuel. gest. | * Epist. 43 | * lib. 5. Vand. c. 42. | * Parte Chronic. | Parte Chron. | * lib. 6. | * Ibid.

Et juramenta seu homagia præstari. Manuel Comnenus, Constantinopolitanus Imperator, aureâ bullâ, pluribus gemmis radiante, Stippiotæ datâ, ei mandat, ut in magnâ Blachernâ ecclesiâ jure-jurando præesset. quò Imperii successio Alexio Hungaro & filiæ confirmaretur. *Nicetas, lib. 5. rerum sub Manuele Comneno gestarum.* In maximo templo apud Constantinopolitanos, Circumforanei & Palatini Proceres jure-jurãdo sunt adacti, pro Imperatore spondere, ipsum pacta inviolata conservaturum; & Alemannis in terram sanctam, duce Friderico Barbarossâ, tendentibus, viæ ductores & viaticum suppeditaturum. *Annales Nicetæ de Gestis Isaacii Angeli.**

* lib. 2.

¶ Fuerunt etiam templa munitiones, & propugnacula quædam. Constantinopoli enim, ex Johannis Theologi & Alexii templis, acriter pugnatus contra hostes: *ut Choniates, sub imperio Alexii Comneni, scribit.*

In templis & cœmeteriis, causas sanguinem concernentes tractari, vetat Lucius III.* *Cùm, inquit, Ecclesia Dei secundum evangelicam veritatem, domus orationis esse debeat, non spelunca latronum, aut sanguinis forum: seculares judices causas, ubi de sanguinis effusione & corporali pœnâ agitur, in ecclesiis vel cœmeteriis agitare, sub interminatione anathematis, prohibemus. Absurdum enim est & crudele, ibi judicium sanguinis exercere, ubi est tutela refugii constituta.*

* lib. 5. Decret. tit. 49. cap. 5.

Casus circa dedicationem.

Capuanus archiepiscopus, ægrè ferens, per Brunonem Signientem episcopum, à Cassinensi abbate rogatum, sacellum quoddam ad Formas dedicatum; se, penes quem, ut archiepiscopum, ea res stetisset, posthabito: armatos milites in idem sacellum immisit; qui, altari diruto, Sanctorum reliquias abstulerunt. *Chronicon Casinense.**

* li. 4. c. 30.

RITUS CIRCA BAPTISMUM.

Baptisandi munus Episcopi & Sacerdotes obibant. Alienoræ enim, Angliæ Reginæ, filiam, apud Domum-Frontem, Heinricus Presbyter Cardinalis, & Ecclesiæ Romanæ Legatus, baptizavit: *ut Sigeberti habet Continuator.* Philippum, Ludovici Francorũ Regis filiũ, Mauricius Parisiensis episcopus, sacerdotalibus indutus vestimẽtis, in ecclesiâ S. Michaëlis, baptismate tinxit: *Aventinus.** Petrum Alfonsum, ex Judaismo conversum, Oscensis ecclesiæ episcopus baptizavit: *ut idem de se-ipso testatur.*

* li. 5. c. 59.

Baptismum vel administrare, vel testimonii ratione ei assistere, Monachis vetuit Eugenius III. *teste Roberto Barne.*

¶ Tempus autem quodlibet commune & liberum fuit. Alienoræ enim filia, mense Octobri partu edita, eodem & baptizata est: *ut ex Sigeberti appares Continuatore.* Postquam Christianitas crevit, & sagena illa verbi Dei piscibus impleta est, quia periculosum erat, tantam multitudinem differre, propter occasiones mortis, quæ in multitudine hominũ multæ sunt: maximè propter turbam infantium, ex Christianis parentibus succrescentium, quorum tenera vita persæpè levi occasione succinditur: vitum est sanctæ Ecclesiæ, passim indulgentiâ baptizandi concessâ, imò oblatâ, cuncta antevenire pericula; Baptismi tamen solennitatem vel in paucis, cum dominica Resurrectione, cui similis est, celebrare. *Rupertus.**

* lib. 4. de Div. off. 18.

Sed tamen Pascha & Pentecosten sæpissimè observata legimus. Lotharius enim Imperator, Pascha Mersburgi celebraturus, in Sabbato sancto, Bohemiæ Ducis filio, qui eâ de causâ eò advenerat, Baptismi testis exstitit, anno 1128, *ut in appendice Mariani Scoti scribitur.* Et, ut in Sabbato sancto Paschæ & Pẽtecostes ad Baptismum infantes deferant, Pomeranos Otho Bambergensis docuit: *teste Urspergensi.* Canutus, Waldemari Danorum Regis filius, statuto lavacri tempore, regenerationis sacramentum suscepit: *ut Saxo* narrat.* Heinrici Bajorum & Saxonum Ducis, filius ejusdem nominis, in die Pentecostes baptizatur, anno 1136, *Aventinus in Chronologia.* In Sabbato Paschæ Baptismum ideò administrari, Honorius asserit; quia Christi mortem imitetur: *in Sermone, die Cœna dominica habito.* Romana ecclesiam rectius in Paschali solennitate, quam die [illegible] B[illegible] mum administrare; *Rupertus** censetur.

* li. 14. Hist. Dan.

* lib. 4. in J[illegible]

¶ Tam infantes autem, quàm adultos, baptizabant. Alienora enim & Johanna, Alienoræ Anglorum Reginæ filiolæ, statim post partum baptizatæ leguntur, *apud Sigeberti Continuatorem.* Et Philippum Ludovicus Francorum Rex mox baptizari fecit: *ut Aventinus** indicat. Parvulorum baptismatis *Tyrius* etiam meminit.*

* li. 5. c. 59.

* li. 22. c. 9.

Adultos autem oportebat priùs in fide institui: ac ante Baptismum examini subjiciebantur. Pirissæ civitatis Pomeraniæ incolas, qui de verâ se doceri expetebant religione, Ottho Bambergensis episcopus, cum sacerdotibus & clericis ad eam rem idoneis, septem diebus catechizabat, omnes in fide Christi instituendo: tandem, indicto trium dierum jejunio, jussit, ut corpora sua balneis mundarent, sicque loti, albisque vestibus induti, mundo corpore, & casto corde, ad sanctum se Baptismi sacramentum præpararint. Interim verò tribus exstructis baptisteriis, honestissimum baptizandi modum, decorum & pudicum, excogitavit, sexum à sexu honestè separando: nihilque ibi indecorum, nihil pudendum, nihil quod ulli Gentilium displiceret, agebatur. Idem & Caminæ fecit: *ut Historia Bambergensis testatur.* Petrus Alfonsus, antequàm baptizaretur, fidei suæ rationem reddidit: ut patet ex Præfatione Dialogi ipsius; ubi in hunc modum scribit: *Unde perpendimus, & quod in Scripturis Prophetarum intelligendum, & quod inde est credendum; videlicet quòd unus sit Deus, in personarum trinitate: quæ nec ullo se praecedunt tempore; nec aliqua a se segregantur divisione: quas Christiani, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, nominant. Et quòd beata Maria, de Spiritu sancto concipiens sine virili commixtione, Christum peperit: corpus generans animatum, quod incomprehensibilis deitatis esset habitaculum. Unus itaque Christus, tribus perfectis substantiis, corpore scilicet, & anima, & deitate, idem & Deus & Homo est. Et quod eum Judæi crucifixerunt, sua dispositione & voluntate: ut, sicut erat creator; fieret & redemptor totius sanctæ Ecclesiæ fidelium, scilicet praecedentium & sequentium: mortuusque corpore, & sepultus, & tertiâ die resurrexit à mortuis: ascendit etiam in cœlum, & ibi simul est cum Patre, venturus in die judicii, judicare vivos & mortuos: sicut Prophetæ locuti sunt, & futurum prædixerunt. Cum itaque, divina miseratione instinctus, ad tam excelsum hujus fidei gradum pervenissem: exui pallium falsitatis, & nudatus sum tunicâ iniquitatis; & baptizatus in sede Oscensis civitatis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; purificatus manibus Stephani gloriosi & legitimi ejusdem civitatis episcopi. Horâ etiam Baptismatis, præter ea quæ præmissa sunt, credidi beatos Apostolos, & sanctam Ecclesiam catholicam. Hoc autem factum est, anno à nativitate Domini 1106. ætatis meæ anno 44. mense Julio, die Natalis Apostolorum Petri & Pauli. Unde mihi, ob venerationem & memoriam ejusdem Apostoli, nomen, quod est Petrus, imposui. Fuit autem pater meus spiritualis, Alfonsus, gloriosus Hispaniæ Imperator, qui me de sacro fonte suscepit, quare nomen ejus præfato nomini meo apponens, Petrus Alfonsi mihi nomen imposui.* Honorius super 1. Psalmum inquit: *Ecclesia primùm baptizandos docet, Diabolo & operibus ejus ac pompis renunciare; deinde in Patrem & Filium & Spiritum sanctum credere; posthæc de corpore Christi edere.*

Et certis ceremoniis quasi exorcisabantur & consecrabantur. Sic omnes baptizandos, tam infantes, quam adultos, crucis signo in fronte notari; *Rupertus** testatur.

* E. S. [illegible] poc.

Edebant etiam confessionem peccatorum suorum adulti: iisque injungebatur pœnitentia. Quibuslibet infidelibus, ad Baptismum confluentibus, sufficit pœnitentia sola, sinè aliquâ satisfactione. *Richardus de S. Victore.**

* li. de Verbo incarn. cap. 14.

¶ Patrini etiam adhibiti sunt: quos in doctrinâ mediocriter instructos, & à pietate non-alienos esse, oportebat. Alienoræ enim Reginæ filiam, apud Domum-Frontem, Achardus episcopus Abrincensis, & Robertus abbas de monte S. Michaëlis, ex Baptismo levaverunt, anno 1162. ut Robertus ipse, *Chronicorum Sigeberti Continuator*, qui eâ de causâ, virginem illam, suam appellat filiam, indicat. Hugo, abbas S. Germani Parisiensis, patrinus, Philippum, Francorum Regis filium, super fontem Baptismatis, in ulnis suis tenuit. Herveus quoque abbas S. Victoris, & Odo

quondam [illegible] S. [illegible] eta pa[illegible] ni, [illegible] oft [illegible] Regis Ludovi[illegible] & dux [illegible] [illegible] tienies, matri [illegible] ex stiterint anno [illegible]. *Aun um.* Nicetas, Chonarum e[illegible]pus. Nicetam, qui Constantinopolitanorum Imperato[illegible]um historiam contexuit, ex B[illegible] [illegible] *ut ipse testatur li.* [illegible] *de gestis Manuelis.* Patrinos, qui fidejussores coram Deo pro baptizatis infantibus sint, monet Honorius Augustodunensis presbyter, ut eos Symbolum & Orationem dominicam doceant: *in Speculo Ecclesiæ.* Idem, Infantes, inquit, in baptismate fidem suam per patrinos pronuntiant: *in Prolegomenis enarrationis Psalmorum.* Pomeranis Ottho Bambergensis injunxit, ut infantes suos, in sabbato sancto Paschæ & Pentecostes, cum candelis & cappâ, quæ dicitur vestis candida, & patrinis comitantibus, ad Baptismum deferant: eosque veste innocentiæ indutos, per singulos dies, usq; in octavum diem ejusdem sabbati, celebrationi divini officii interesse sinant. Ac ne ipsi parentes suorum liberorum testes sint, sed patrinos adhibeant, quibus eandem fidem amicitiamque, quam carnalibus parentibus debent, servare studeant. *Urspergensis.*

¶ Iis tum nomina imponebantur: ut ex superioribus patet.

¶ De more Romanorum, aqua consecrari seu benedici solebat. Die enim sacratissimi Sabbati, secundum antiquæ misericordiæ Domini [illegible], Baptisma consecrabatur. *Urspergensis* Consecratio fontis, in nomine sanctæ Trinitatis, & maximè invocatione Spiritûs sancti, perficitur. *Rupertus.**

Ter Immergebantur aquæ, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Triduo Domino cō[n]sepelimur: cùm ter undis immersi, quasi terrâ operimur. Eamque immersionem In formam crucis fieri, *Honorius in Sermone de Paschate* indicat. *Si quis puerum*, inquit Alexander III.* *ter in aquam immerserit, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, amen: & non dixerit, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti: non est puer baptizatus.*

¶ Baptizatos episcopus in capitis vertice chrismate signabat. Quotquot baptizandi sunt, etiam corporaliter Ecclesia oleo materiali ungere consuevit. *Bernhardus.** Ut quid enim jam baptizatus ungitur: nisi ut jam collata, non conferenda, baptizato, per Spiritum Dei, peccatorum remissio demonstretur? Hoc, quia semel factum sufficit, quia semel remissa peccata simplex sacri chrismatis unctio ostendit: iterandum esse, nulla ratio persuadet. Sed cur & illa, quæ ab episcopis fit, confirmationis unctio non iteratur? Non iteratur planè hac ratione: quia semel Christianus, post Baptismum, armis spiritûs Dei, per illam unctionem advocati, contra Satanæ Mundique bella munitus, alio rursum spiritu, vel aliis armis, illâ simplici unctione muniri non posse, monstratur. Et potest quidem, segnitie propriâ, ab hoste, his armis depositis, vinci; potest &, iisdem resumtis, iterum hostem vincere: nec tamen eâ de causâ unica unctio iteranda est. quia, quotiescunque hostem superat, non per alium & alium spiritum, sed per eundem Spiritum sanctum hoc fieri, simplicitate sua unctio sacra designat. *Petrus Cluniacensis.**

Albis Induebantur vestibus: *ut ex Urspergensi videre est.* Ecclesia, Baptismatis lavacro mundatos, mox albis induere solet. *Gerardus à Nazareth.** Chrismate signati, albis vestiuntur. *Bernhardus.*

¶ Ii verò, de quibus dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur; his verbis præmissis: Si baptizatus es; non te rebaptizo: sed, si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c. *Alexander III.**

¶ Ut mulieres, post puerperii tempus, ad Ecclesiam veniant; & benedictionem à Sacerdote, sicut in Ecclesiâ mos est, [illegible]piant: Pomeranis præcepit Ottho, Bambergensis episcopus. *Urspergensis.*

Casus circa Baptismum.

1. Armenius quidam Legatus, episcopus, coram Eugenio III. Viterbii, ubi tùm agebat, retulit: quòd in confinio Armeniæ essent quædam gentes, quæ fœtus suos fœtentes generarent, eosque statim ad aquas Armeniorum lavandos transmitterent. Quos cùm illi, Baptismatis undâ tingere [illegible] atum eis fœt[illegible] em propellerent, mox tamen redibant [illegible] ad [illegible] issimi [illegible] gratiam redibant. *Ottho Frising.**

Quidam morbi[illegible] confectus, sortilegis mu[illegible] ri [illegible] remedium sanitatis exquisivit: quæ, ut rebaptizaretur, consuluerunt. Ille, [illegible] nti[illegible] assensus, Baptismum iteravit. *Alexander III. in Epistola q[illegible]am.**

DE CONFIRMATIONE, & Chrismate.

Episcopi de Ecclesia [illegible] [illegible] itatibus balsamum emebant, [illegible] [illegible] nsecratum [illegible] presbyteri [illegible] abant, ad usum in Ecclesiâ. Die autem Cœnæ Dominicæ fiebat consecratio: *ut Honorius & Rupertus* indicant.*

Chrismate inungere, penes [illegible] os [illegible] esse episcopos, *Rupertus** testatur: idque Ecclesiasticâ consuetudine, & Apostolorum exemplo, probare nititur. *Leo* [illegible] *A* [illegible] *postolicorum asserit, quibusdam in nomine Domini Jesu baptizatis, per impositionem manuum Pauli apostoli, datum esse spiritum sanctum. Item in alio loco scribitur, quòd Apostoli Hierosolymis Petrum & Johannem miserunt in Samariam, ut jam baptizatis traderent Spiritum sanctum. Ubi apertè datur intelligi, solis Pontificibus, Apostolorum vicariis, deberi, ut consignent, & paracletum tradant.*

Inungebantur autem, tum adulti, tum infantes, post Baptismum: *ut ex Bernhardo constat.*

Chrisma gratis conferendum, ex quâdam Alexandri III. patet epistolâ; ubi nummos extorqueri vetat.* *Audivimus, quod nummos pro Chrismate ab ecclesiis extorquent: quos tunc cathedraticum, aliquando paschalem, interdum episcopalem consuetudinem appellatis. Quia verò cum hoc simonia esse [illegible] gnoscitur, mandamus, prætextu alicujus consuetudinis vel præ[illegible]tionis pro corpore denarios nullatenus exigatis, pro certo scituri, quòd, si hoc præsumseritis, periculum ordinis & dignitatis non immeritò [illegible] timidare.*

Ceremoniæ erant publicæ: fiebat impositio manuum, & consignatio frontis per oleum chrismatis: adhibebantur etiam patrini, ut ad Baptismum. Qui testis in Baptismo factus est Spiritus, idem fit & tutor pupilli: ubi per impositionem manuum, sacrique chrismatis unctionem iei[illegible]dam, qui recreatus est, gratiam accipit. *Rupertus.** Constat, ideò frontibus nostris, ex ipso chrismate, imprimi signum crucis Christi: ut exterminator Diabolus, in domibus animarum corporumque nostrorum, jus nocendi nullum habeat. *Idem.**

RITUS CIRCA CLAVES.

DE CLAVE LIGANTE.

Utebantur clave ligante, contra obstinatos & notoriè-impios: ut contra hæreticos & blasphemos. Qui Judæis cohabitare præsumserint, excommunicentur. *Concilium Lateranense.** Hæreticos in Gasconia, Albegesio, & partibus Tolosanis, & aliis locis, quos alii Catharos, alii Patrinos, alii Publicanos, alii aliis appellant nominibus, eorumque defensores & receptores, anathemati subjacere decernimus: & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terrâ suâ, tenere, vel fovere, vel negotiationem cum eis exercere, præsumat. *Idem.** Henricum Imperatorem, Hæreticorum caput, ejusq; fautores qui Ecclesiæ regnum auferre conati fuerunt, & in loco sancto Simonis idolum statuerunt, à principibus Dei sanct[illegible] A[illegible] st[illegible] rumque vicariis, de Ecclesiæ domo Spiritû sancti [illegible] io expulsos esse, *Paschalis II. in epistolâ ad Flandrensium Comitem*,* asserit.

Et contra manifestè-facinorosos. A[illegible] q[illegible] m, discordię inter Romanum Pontificem & P[illegible] [illegible] um [illegible] excommunicatur: *ut in vulgari quodam Ger*[illegible] *Chronico.* Lothario Imperatori, Friderı[illegible] u & [illegible] unra[illegible] Sueviæ Duces, rebellantes, ab Honorio a[illegible] them[illegible] riuntur fulmine. *Cuspinianus in vita Lotharii.* Fe[illegible] in. [illegible] atmas [illegible] ad infideles & a Chri[illegible] religione alienos fer[illegible] anathematis pœnâ Alexander III. in Concilio Laterane[illegible] xecuit: *ut Platina in vitâ hujus scribit.* Gilhelmum [illegible] x Regem, ob capta Ecclesi[illegible] bona, Hadrianus IV. ex[illegible] n[illegible] unicavit. *Idem.* Landonem & Atenulphum, A[illegible] u es Comites, in Cassinensis cœnobii agros prædam [illegible] & oppida eorum suo subjicientes jugo: ab eod[illegible]

ch

* lib. 1. cap. 37.
* lib. 9. de D[illegible] offic. 10.
* lib. 3. Decret. tit. 42. cap. 1.
* Serm. 44. super Cant.
* [illegible] epist. [illegible]
* de com[illegible] [illegible] cap. 13.
* lib. 3. Decret. tit. [illegible] cap. 8.
* lib. 7 [illegible]
* Tom. 2. Concil.
* [illegible] 11 & 16. [illegible] cap. 10
* lib. 5. Decret. tit. 3. cap. 10.
* lib. 2. de [illegible] cap. 10.
* lib. [illegible] cap. [illegible] 17.
* cap. 26.
* cap. 27.
* Tom. 2. Concil.

[illegible] anathematis fulmine constringuntur. *Chronicon Casinense.* * Hector, Pandulfus, Gilulfus, similem ob causam, a Paschali Pontifice apud Casinenses excommunicantur. *Ibid.* * Et Calixtus Papa Casinensi abbati concedit, ut quosque bonorum monasterii raptores, secundò & tertiò commonitos, autoritate Sedis apostolicæ, canonicâ excommunicatione compescat. *Ibidem.* * Thomas de Marlâ, insignis latro, Laudunensem clerum, ipsam urbem & ecclesiam, vastans, indicto Viennæ Francorum sacerdotum Concilio, cui & Romanæ sedis legatus interfuit, omni militiæ dignitate exuitur; atque hominum communione indignus judicatur: *ut Robertus* * *annotat.* Adolfus, Holsatiæ Comes, ob rapta Ecclesiæ bona, ab Hartuico Bremensi anathematizatur: *teste Crantzio in Saxonia.* * Boleslæ, cujus fraude Wernerus, Plocensis ecclesiæ episcopus, interfectus fuerat, Petrus Gnesnensis archiepiscopus sacris interdixit: Boleslaus verò, Polonorum Dux facti atrocitate & archiepiscopi interdicto motus, eundem in Gnesnensi foro, exstructo rogo, cremari jussit: *ut Cromerus* * *indicat.* Illi, qui propter consanguinitatem conjungi prohibentur, & postea contra Ecclesiæ interdictum copulantur, excommunicationi debent subjacere. *Alexander III. in epistolâ ad Eberhardum Paduanum episcopum.* Boamundus Antiochenus Princeps, quòd dimissâ conjuge pellicem aleret, anathemati subjicitur. *Tyrius.* *

* li. 4. c. 54. * cap. 59. * cap. 79. * lib. 6. * li. 7. c. 7. * lib. 6. * li. 22. c. 67

Ac tales, tùm ab ecclesiæ liminibus, tum communione, licèt nondum solenni ritu essent indicati, arcebant. Calixtus enim Papa, Godfridum quendam Comitem, qui sancti Petri monasterium Casinensibus abalienaverat, à liminibus Ecclesiæ separavit. *Chronicon Casinense.* * Alexander III. statuit, * manifestis usurariis interdicendum Cœnâ, & ecclesiasticâ sepulturâ.

* li. 4. c. 8. * tit. 5. Decretal. lib. 19 cap. 3.

¶ Abusi tamen sunt interdum eâ potestate, vel in caussis levioribus. Innocentius, in Synodo apud Lateranum, manus injicientes homini ecclesiastici ordinis, sic anathematis maledicto adstrinxit: ut, præter Pontificem Romanum, nemo habeat potestatem absolvendi eum in vitâ. Cùm verò animam agere cœperit, eadem potestas & suæ diœcesis episcopo est concessa. * Simile decretum & Alexander III. sanxit.

* Caus. 17 qu. 4. ca. Si quis suadente.

Oderisius, Casinensium abbas, cùm gratiâ apud Romanum Pontificem excidisset, Romam, licèt bis terve vocatus esset, venire detrectavit. Iratus ob id Pontifex, depositionis in eum tulit sententiam, ob hoc unicum crimen; quòd vocatus ad curiam comparere noluisset. Etsi enim, dicebat Pontifex, in nullo alio culpandus est: ejus tamen superbia damnari meretur, quia omnia peccata remittuntur humilibus (Pontificem Romanum scilicet idoli loco venerantibus) superbis autem Deus resistit. Sacro verò Palmarum die, idem Abbas in suâ consedit cathedrâ, gestans manu pastoralem virgam; ac suo, ut antè, munere per omnia fungens. Eâ de caussâ indignatus Pontifex, in die Resurrectionis Domini, ipsi Oderisio, ejusque fautoribus, Ecclesiæ liminibus interdixit: ac omnes, qui dicto non-audientes fuerant, communione ecclesiasticâ privavit. Summi etiam Archimandritæ Casinensis cœnobii convenientes fratres, per archipresbyterum suum, in eundem depositionis & excommunicationis promulgant sententiam. *Chronicon Casinense.* *

* li. 4. c. 90

Alexander III. cum Fridericum Imperatorem, Octavianum quendam, Romanum designâsse pontificem, comperisset, utrumque anathematis fulmine [illegible]: missis ad Christianæ Reipublicæ Principes Populosque literis; quibus jure à se hoc factum probare nitebatur: *ut Platina in vitâ ejus scribit.*

Paschalis II. noluit Leodienses, Heinrici IV. amicos, ad [illegible] Ecclesiæ priùs recipere, quàm Heinrici corpus, in [illegible], effoderent, &, absque omni sepultura [illegible] quendam locum deponerent: *ut Robertus* [illegible] *testatur.*

Vel [illegible] innocentes. Danorum enim gentem conjugia [illegible] bus dec[illegible] Romanus Pontifex excommunicat: *ut Saxo Grammaticus* * *indicat.* Presbyteros D[illegible] habentes; nisi correxerint has immunditias, excommunicandos censet Remense Concilium: *ut Balæus annotat.*

* lib. 13.

Et ad jusjurandum & fidem Magistratui debitam dissolvendam. Romanæ enim sedis Legati, in Moguntina Synodo, quæ circa annum Domini 1106. celebrata est, anathematis fulmen, à tot sibi-succedentibus Romanis Pontificibus in Imperatorem promulgatum, denuò repetunt, ejusque consuetudine cunctis Catholicis interdicunt viris, ac omni regno Romano: *ut Crantzius in Saxonia* * *indicat.* Apud Trecas, in generali Concilio, plurimi episcopi, eò quòd vel investituram a manu laicâ acceperant, vel contra Canonum decreta electos instituerant, anathematizantur; vel ab officio suspenduntur: *ut Crantzius in Metropoli indicat.* * Hadrianus IV. Guilhelmo, Siciliæ Rege, ob rapta Ecclesiæ bona, excommunicato; subditos omni sacramento liberat: quo faciliùs à Rege, nullo jure-jurando adstricti, deficerent: *teste Platina in vita ejus.*

* li. 5. c. 20 * li. 5. c. [illegible]

In populum & locum simul ferri debere excommunicationis sententiam, vel propter Domini vel Populi delictum, statuit Alexander III. *ut Gigas annotat.*

Ad exigendum debita. Ob pecuniæ enim exactionem personas suspendere, vetat *Alexander III. in epistola ad Crotonensem episcopum.* Verùm in aliâ quâdam epistolâ contrarium tueri videtur; cùm inquit: * *Ad aures nostras pervenisse noveris, quòd cum N. de Senovillâ, propter pecuniam, quam debebat, vinculo fuisset excommunicationis adstrictus, creditoribus satisfecit: sed excommunicatoribus decem libras pro absolutione exigentibus, non valuit absolutionis beneficium obtinere. Quoniam igitur indignum est, & ecclesiasticæ rationi contrarium, ut absolutionis beneficium redimatur: Dignitati vestræ mandamus, quatenus, si præfatus N. debitum solvit, ipsum gratis faciatis absolvi, si excommunicatores id non fecerint requisiti.* A parochianis de fœno, equitio, pomis, piris, apibus, & omni fructu decimas ecclesiasticâ districtione exigendas. *Idem ad Wintoniensem episcopum* scribit.

* Lib. 5. Decret. tit. cap. 24.

¶ Præcedebant autem, præsertim in peccatis non-omnibus notis, admonitiones de pœnitentiâ: quibus frustra factis, sequebatur excommunicatio. Nam in Lateranensi Concilio, * Alexander vetuit: ne Prælati nisi Canonicâ commonitione præmissâ, suspensionis vel excommunicationis sententiam in aliquem proferant. Et ad Bononienses idem in hunc modum scribit: *Noverit Discretio vestra, quòd nos supra-nominatum Octavianum, apostaticum & schismaticum, in octavo die a consecratione nostrâ (hunc enim terminum ei resipiscendi, & ad unitatem matris Ecclesiæ redeundi, præfiximus) tanquam inobedientem & contumacem, & illos, qui ei manum præsumerent non dicimus consecrationis, sed exsecrationis, imponere, & de communi fratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium voluntate atque consilio, accensis candelis, & cœtu clericorum in ecclesiâ congregato, vinculo anathematis & excommunicationis adstrinximus, & eos cum suo autore Diabolo condemnavimus. Radevicus.* * Bis terve monasterii bonorum raptores moneri, antequàm excommunicentur, vult Calixtus papa. *Chronicon Casinense.* * Item: Hactenus in sanctâ Ecclesiâ est justa patientia, ut quisque pro quolibet vitio, usque ad tertiam vicem, verbis corripiatur: & tunc denium, si non emendaverit, puniatur. *Rupertus.* * Cùm homines in lege Deo se pertinaciter opponunt, timorem judicii Dei eis incutere debent Ministri: &, si culpam suam non correxerint, ligaturam suam super eos extendere. *Hildegardis.* *

* cap. 6. * li. 4. c. 51 * li. 4. c. 74 * lib. 7. [illegible] * li. 2. Visi 6

Carnotensis episcopus, Hubertum Principem, qui Hildebertum Cenomanensem in vinculis tenebat, conveniens, primò blanditus est [illegible] bestiæ: sed bestia rationem non admisit. Dehinc illum sacrilegii liberè arguit; obsecravit opportunè; importunè increpavit. Postremò tradidit eum Satanæ, in interitum carnis, anathematis vinculo, quo debuit, alligatum. *Hildebertus. in epistola ad universos Episcopos.* Et ad Reginam quandam Angliæ, quæ temerario ausu conjugem suum deseruerat, Rothomagensis scribit episcopus, ut [illegible] ipse indicat, admonens: * *Hæc tibi, pessima Regina, zelo Dei dicimus, & sincero charitatis affectu. Parochiana enim nostra es: sicut* [illegible] *vir tuus. Non possumus d*[illegible] *justitiæ*

* Epist. 20

vel

vel redibis ad virum tuum; vel jure canonico adstringimur & tenemur, in te censuram ecclesiasticam exercere. Quod quidem inviti dicimus: nisi resipueris, cum dolore faciemus.

¶ In actu [illegible] enni, intererant Episcopi, Sacerdotes, Clerici, & tota Ecclesia. Legatus Romani Pontificis, habito [illegible] leri conventu apud Francos, Philippo Regi eorum, ob repudiatam Ifenbergam uxorem, totique regno, sacris & hominum communione interdixit. Sævit ob id Philippus in suos cujuscunque dignitatis sacerdotes, qui Romano consenserant Legato; nec a civibus abstinuit: *ut Robertus* scribit.* Alexander III. Fridericum Imperatorem, & Octavianum antipapam, in conventu Claremontensi excommunicat: *ut Platina in vitâ ejus indicat.*

¶ Cum excommunicatis familiariter conversari non licebat, neque Ave dicere, neque cibum capere; multò minùs in rebus sacris participare: ut ex superioribus colligere licet. Heinricum IV. excommunicatum, Paschalis ab omnibus vitari jussit: *teste Crantzio in Metropoli.** Excommunicatos ab omnibus evitandos statuimus. *Cap. 9. Concilii Lateranensis.* Cum Andreâ quodam, qui, repudiatâ priore conjuge, aliam duxerat, excommunicato, familiariter conversari, omnibus ut interdicatur, Alexander III. ad Abbatem S. Edmundi de Ramesiâ, scribit.

Cantuariensi archiepiscopo idem mandat Pontifex;* ut Hospitalariis præcipiat: si quos, in excommunicatione defunctos, in cœmeteriis ecclesiarum sepelierint, ut eos extra cœmeteria ejiciant. Quod si facere noluerint, ipse archiepiscopus exsequatur.

DE CLAVE SOLVENTE.

Excommunicati, aut notoriè scelerati, si pœnitentiam agebant, recipiebantur: eâ tamen conditione; ut priùs ecclesiasticæ disciplinæ satisfecissent. Heinricus Leo, ab Halberstadensi episcopo excommunicatus, & ad eundem reversus, ad episcopi se provolvit pedes; qui eum solenniter absolvit: *ut Crantzius in Saxoniâ* scribit.*

Recipiendi, cogebantur sua Sacerdoti recensere & confiteri peccata: ut *ex Honorii Sermone de Nativitate Domini* constat; ubi inter cætera ait: *Peccata publicè facta, publicâ pœnitentiâ expianda. occulta verò, Presbytero, antequam ad corpus Domini accedatur, aperienda. Qui enim indignè accipit, cum Judâ mortis Domini reus erit. Et, si nos hujusmodi hominis corpus Domini damus; quasi furenti gladium, quo se transfigat, præbemus.*

Solebant & accessuri ad sacram Cœnam priùs confiteri. Pomeranos Ottho Bambergensis episcopus instruit: ut, dum sani sint, ad ecclesiæ sacerdotes veniant; iis sua confiteantur peccata; corpusque Domini accipiant. *Urspergensis.* Romanus Pontifex, Petrum, Clarevallensem abbatem, cujus nomen toto penè orbe celebre tum erat, ad se vocat; eique confessus est peccata sua; ac de manu ejus Eucharistiam accepit. *Vincentius.** Sinè confessione, & sacerdotis absolutione, accedentes, judicium sibi manducare & bibere; licèt plurimùm de peccatis suis doleant: *Richardus de S. Victore* asserit. Et *Honorius, in Sermone in die Cœnæ Domini*, monet suos auditores: ut ii, qui in Quadragesimâ pœnitentiam de suis flagitiis agere neglexerunt, vel obscœna sua facta confiteri erubuerunt, hodie ad confessionem & pœnitentiæ lacrymas confugiant. Bavaros Sigebertus quidam, mortem ipsi intentantes, oravit, ut Christiano ritu priùs peccatorum confessionem edere, & viaticum sumere permittant. Quo facto, hominem opprimunt: *ut Crantzius in Saxoniâ* indicat.*

¶ Confessis & pœnitentibus Sacerdotes, pro suo arbitrio, satisfactiones injungebant. Sic Alexander III. Mediolanensi archiepiscopo contulit;* ut, secundùm quod ipsi visum fuerit, satisfactiones cuidam pœnitenti imponat.

Pro [illegible] Thomæ Cantuariensis archiepiscopi necem, loco pœnitentiæ injungitur a Romano Pontifice, Heinrico Anglorum Regi: ut liberè [illegible] ejus [illegible] ad Romanam [illegible] appellare [illegible] & [illegible]; ob hac Angliæ Regem [illegible] a Romano Pontifice [illegible] Rex [illegible] fuerit. *Blondus* [illegible] d[illegible] os milites Hierosolymam mitteret; eosque suis sumtibus per integrum annum alere, denique exercitum à [illegible] intra triennium, quàm posset maximum, conscriptum iri, ad reprimendas barbarorum incursiones, eidem promittere coactus fuerit: *ut Bergomensis & Aeneas Sylvius* testantur.* Guidoni abbati, qui, Monachorum altari [illegible] ientium neutrâ, calicem vino vacuum consecrârat, pœnitentiæ loco Bernhardus Clarevallensis injungit: ut ab eo die septem pœnitentes Psalmos quotidie, in terram septies prostratus, decantet; & septem disciplinas accipiat. In hunc modum, inquit, satisfaciat & ille qui tibi ad hanc Missam ministravit. *In epistolâ ad eundem.* Pomeranos Ottho Bambergensis episcopus docuit; ut de perjuriis, adulteriis, homicidiis, & cæteris criminibus notoriis, secundum Canonum instituta pœnitentiam agant. *Urspergensis.* Mulieri cuidam, quæ sponte filium parvulum occiderat, ut in monasterium aliquod secedat, consulit Alexander III.* in quo peccata sua perpetuâ pœnitentiâ deploret. Si tamen, repugnante carnis fragilitate, ad hoc induci noluerit, in Domino nubat. Tutius est enim, inquit, in Domino nubere uni soli; quàm inhonestè multos admittere.

¶ Circumstantias in pœnitentiâ imponendâ considerandas, idem Papa monet, in epistolâ ad Exoniensem episcopum: * *Sanè, cum vir discretus existas, plenius nosti; quòd in excessibus singulorum, non solum quantitas delicti, sed ætas, scientia, sexus, atque conditio delinquentis, sunt attendenda: & non solum hæc; sed secundùm locum & tempus, quo delictum committitur, unicuique pœnitentia debet indici. cum idem excessus magis sit in uno, quam in alieno puniendus.*

¶ Singulis festivitatibus episcopos, eleemosynarum distributione, pupillorum ac viduarum consolatione, subjectorum correctione, atque aliis sanctitatis operibus redimere dies, quos in curiâ inutiliter inferunt; *Petrus Blesensis** testatur.

Boleslaus, Polonorum Dux, licèt magnis in ornatum templorum, & in alimenta sacerdotum atque egenorum, impendiis atque donationibus, jugique precatione, lacrymis, & aspero tenuique victu, ac cultu corporis, ægrotorumque mendicorum pedes propriis manibus abluendo, admissum in Sbigneum fratrem facinus, quem occiderat, sedulò expiaret, cùm aliis satisfaceret; tamen ipse sibi satisfactum nunquam putabat: nisi & longinquæ alicujus peregrinationis molestias subiret. Peracto itaque, in pane tantùm & aquâ, solenni Christianorum jejunio Quadragesimali, exiguo sacerdotum & piorum comitatu stipatus, in Narbonensi provinciâ, nudis pedibus magnâ ex parte confecto itinere, sancti Ægidii invisit sepulcrum, & Stephani in Ungariâ ac Gesnæ Adelberti reliquias adiit: *ut Cromerus* annotat.*

Michaël Patriarcha Atticus, suâ sede ultrò cessit; & in Oxiam insulam, in quâ monachatum à puero amplexus fuerat, redit: ibique in templi vestibulo humi prostratus, cuivis monacho collum calcandum præbuit: quòd, contrà quàm sibi expedisset, adamatam à primis annis quietem repudiâsset; ac subliniorem conscendisset thronum: *ut Nicetas in Annalibus indicat.*

Heinricus senior, Anglorum rex, Christi scilicet imitatus exemplum, dorsum suum Cantuariensium monachorum flagellis subdidit. *Continuator Sigeberti.*

RITUS RECEPTIONIS
& Absolutionis.

IN die Nativitatis, Wormaciæ, præsente Friderico Imperatore, Hermannus Palatinus, & multi alii plurium partium Comites, canes portare coguntur. sicque a Arnoldo excommunicationis vinculo eximuntur anno 115[illegible]. *ut in appendice Mariani Scoti scribitur.*

In Constantinopolitanâ æde certum locum fuisse in quem homicidæ, antequàm ab Ecclesiâ reciperentur, conscendere, & ab ingredientibus & exeuntibus, suo facinore exposito, veniam petere coacti sunt; *ex Annalibus* [illegible] ret: qui Isacium Angelum, post interfectum a se Stephanum, eundem conscendisse locum, narrat, [illegible] eio Andronici Comneni.

Thomas Cantuariensis episcopus, cùm a [illegible]

leges regias, & eas observare juramento firmâsset, ad te reversus, facti pœnituit, ab altaris officio te subtrahens; donec à Romano pontifice absolutus fuisset, anno 1162. *Catalogus testium veritatis.* Romana Ecclesia, absolutionem sententiæ delegatorum judicum, nequaquam consuevit aliis delegare: nisi in literis commissionis contineatur expressè, de sufficienti cautione præstandâ ab his, qui solvi debent, quòd judicio Ecclesiæ debeant obedire. *Urbanus III. ad Senonum episcopum.*[a]

[a] lib. 5. Decret. tit. 39. c. 18.

RITUS CIRCA COENAM.

Ab episcopis, sacerdotibus & presbyteris Cœna Domini administrabatur. Sacerdotes Christi, ob tentatione[m], Sacramentis altaris nō abstinerent; *Bernhardus* ait.

In templis, super altaribus, aut mensis ad eam rem paratis. Sacramentorum altaris meminit *Hildebertus.*[b] Post hæc illibatum dominici corporis Sacramentum, in altaris mensâ sacrosanctâ percepturi sumus. *Bernhardus.*[c] In templis dominicam tantum Cœnam manducare liceat. *Petrus Cluniacensis.*[d]

¶ In vasis metallicis & consecratis. Divina administrandi sacra ratio, licèt assidui splendoris sit: cultus tamen exterior, in vasis sacris, in apparatu altaris & ministrorum ejus, semper quidem sancta; sed pro dierum vel temporum diversâ ratione, interdum splendidior est. Auro & argento, lapidibus preciosis, pro posse fidelium, singulis in locis splendet festiva devotio: quæ cum in secularibus ambitionis insignia sint; in ecclesiasticis & divinis rebus pietatis officia sunt. *Rupertus.*[e]

¶ Quotidie fuit distributa Cœna sacra. De die in diem, ex collatæ potestatis officio, consecratum Domini corpus & sanguinem à sacerdotibus exhiberi aliis, *Bernhardus.*[f]

Utebantur pane azymo, & vino aquâ misto: *ut Cassinense Chronicon*[g] *& Rupertus*[h] *testantur.* Sacramentum in triplici materiâ Deo offerendum, in pane, vino & aquâ, idque propter Trinitatis honorem. In vino enim intelligitur Pater; in pane Filius; in aquâ Spiritus sanctus. *Hildegardis.*[i] Azymos panes, & vinum lymphatum, in Missâ adhiberi, statuit Clemens III. *Balaus.* Testes sumus & nos temporis nostri, qui Romanam ecclesiam, & totam Latinam linguam, offerre Deo salutare sacrificium azymi panis videmus: cùm Græca ecclesia, ac maxima Orientis pars, ac barbaræ, sed Christianæ gentes, sacrificare de fermentato dicantur. Cùm hoc ita sit, nec antiqui, nec moderni, propter tam celebres & famosas usuum dissonantias, à charitate mutuâ desciverunt. quia nihil, quod fidem vel charitatem læderet, in his omnibus invenerunt. *Petrus Cluniacensis.*[k]

In consecratione, non tantùm verbis institutionis; sed etiam aliis precationibus & cantionibus, usi sunt. Orationis dominicæ meminerunt *Vincentius*[l] *& Antoninus.* Sacerdos, adstante populo, panem & vinum in altari positum, ejusdem, quâ Christus passus est, crucis & passionis verbo transverberat. *Rupertus Tuitiensis abbas.*[m]

Administratores erant induti vestibus, ad eum usum factis. Ad altaris officium nemo accedit in veste communi: sed quisquis accessurus est, albis induitur. *Bernhardus.*[n]

Neq; mutilam; sed integram Cœnam, tam laicis, quàm clericis, distribuebant. Paschalis II. cùm, in celebratione Missæ, traderet Heinrico V. Imperatori corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi: Domine Imperator, inquit, hoc corpus Domini, natum ex Mariâ virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta & apostolica tenet Ecclesia, damus tibi, in confirmationem pacis inter me & te. [...]ue factum anno 1111. Idibus Aprilis, *teste Sigeberto.* Tundalus quidam, homo impius, jam-jam animam ex vulnere [...] sibi inflicto efflaturus, cōmunicare expetiit. Sumpto itaque corpore Domini, & hausto vino, dixit: O Deus, [ma]jor est misericordia tua, quam iniquitas mea, licèt ma[gna n]imis. *Vincentius.*[o] Andronicus, Imperator Con[stan]tinopolitanus, & panem accepit, & ad calicem preciosi [...]ci [san]gu[inis] [...]bendum accedit: *ut Annales Nicetæ habent.* Alexius Angelus argentea vasa, corpori & sanguini [Chri]sti suscipiendo servientia sibi tradi postulat. *Idem de Gestis ejus.*[*] Hildebertus, episcopus Cenomanensis, in quâdam epistolâ reprehendit consuetudinem; ubi intinctus panis distribuebatur: & docet, utramque partem seorsim dandam esse, juxta Christi institutionem.

Jejuni utebantur [C]œnâ. RUPERTUS inquit:[p] *Officium Sacramenti a Sacerdotibus, in jejuno ventris; & non in repletione ejus, celebrandum est: ne coagulatia escarum spirituale desiderium evacuet. Quoniam etiam priùs sumi debet spiritualis epulatio; & postea carnalis refectio: quia etiam spiritus honorandus; & caro reficillanda est. Nam hoc Sacramentum spirituali; & non carnali cupiditate, accipiendum est: & ideo in jejunio, non super epulis, percipi debet: nisi in hac necessitate, cùm homo de Mundo transiturus sit.* HILDEGARDIS:[q] *Nec cuiquam hæc divina traduntur mysteria post cibum corporis, nisi urgeat ea, quæ retardari non possit, instantis necessitas mortis.*

Capitis judicio damnatis Cœna quoque dabatur. Sigehardo enim Comiti, securi percutiendo, post factam confessionem Cœna datur, circa annum Domini 1101. *ut in Chronico quodam vulgari annotatur.*

DE MISSA.

Mansit quoque theatricum Missæ spectaculum in frequentissimo usu; ac novis subindè adauctum est ritibus. *Vide,* inquit Petrus Cluniacensis abbas,[r] *quomodo in omni loco affertur Deo oblatio munda: vide extructas per universum Orbem Christi ecclesias, altaria in omni loco sacrata, agnum Dei, quem in cruce peremistis, Judæi, in iisdem ecclesiis, super eadem altaria, omnipotenti Patri incessanter, pro Mundi salute, offerri.*

Exstat *apud Rupertum, Tuitiensem abbatem,*[s] integra ejus ratio; quam breviter hic constringemus. Sacerdoti, inquit, ad sanctum altare accessuro, Antiphona præcinitur ante introitum. Præcedunt autem Sacerdotem, ornatu sancto indutum, flammantes cereoli. Hos subsequuntur duo ministri: quorum alter vetus, alter novum designat Testamentum. Post hos, Subdiaconus quidam Euangeliorum librum clausum deportat. Sacerdos, ad altare jam assistens, thus accendit. Interim chorus concinit *Kyrie eleison,* cum adjuncto Angelorum hymno. His subjungit Sacerdos aliquot preculas, seu collectas, (ut vocant) ac legitur Epistola. Post hæc, vel Graduale, vel Alleluja, pro temporis ratione, cantatur. Quo expedito, Sacerdos missificans, ex Diaconis aliquem, Euangelii lectionem recitare jubet: quem ad pulpitum euntem, ceroferarii cum thuribulo præcedunt. Lecto Euangelio, Symbolum canitur. Interim, Subdiaconus apertum Euangelii librum, omnibus religioso osculo salutandum circumfert. Post Symbolum, Offerenda cantatur: quæ Ecclesiæ cantus est, ab offerendo dictus; eò quòd sub ipso, omnipotenti creatori incorruptum laudis offertur vel præparatur sacrificium. Tunc omnium panis & vinum in altari disponuntur. Post Offerendam cunctis silentium imponitur; & Sacerdos, submissâ voce suas preculas murmurando, cōficit sacrificium. Quo peracto, chorus hymnum, *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sebaoth,* accinit; ac Canon recitatur. Concionum verò, ut vides, ratio nulla habetur.

In Canone tribus crucibus edicit Sacerdos: *Per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, & vivificas, & benedicis.* Ac remoto calicis operculo, vinum super calice crucis signaculum notat. Tandem, fracto in tres particulas pane consecrato; unam, quæ Filii personam notare dicitur, in vinum immergit. Quibus peractis, mutuo pacis osculo se-se Sacerdotes salutant, gaudentes, & hoc commemorantes, quia reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus: nosque colligari debere osculo pacis. Cantus, qui Communio dicitur, post cibum salutarem gratiarum actio est. Ac in festivitatibus quidem, solenne est cantoribus, & omni psallentium choro, preciosum de sacrario capere vestitum, & magnis vocibus, & amplificatis cantibus, jucundum sacri sacrificii celebrare convivium.

Hoc autem sacrosanctum altaris ministerium, ideo Missa dicitur: quia ad placationem & solutionem inimicitiarum, quæ erant inter Deum & homines [...]la a[...]ens

[b] Epist. 8.
[c] Serm. 1. de fest. omn. sanct.
[d] lib. 1. ep. 2.
[e] lib. 2. de Div. off. cap. 23.
[f] Serm. de Coena Dom.
[g] lib. 4. c. 40.
[h] lib. 2. de Div. off. cap. 22.
[i] lib. 2. Vis. 6.
[k] lib. 5. ep. 16.
[l] lib. 29. c. 24.
[m] lib. 7. in Job c. 7.
[n] Serm. de Resurr. Dom.
[o] lib. 27. c. 88.
[p] lib. 2. de Div. off. cap. 10.
[q] lib. 2. Vis.
[r] contra Judæ.
[s] lib. 2. de Div. off. c. 28. et

& idonea missio seu legatio est. *Rupertus.* [a] Et de Missâ, à Romano Pontifice die Palmarum peragendâ, idem ait: [b] *Papa Romanus, ut celebrem cum Mariâ Domino Cœnam exhibeat, sabbato ante Palmas eleemosynam dat.* Canonis Missæ *Vincentius* quoq; meminit. [c]

Clemens III. azymos panes, & vinum aquâ mixtum, in Missis adhiberi, mandavit, *teste Balao.*

Christianus, Moguntinus archiepiscopus, cùm in conflictu quodam contra Bononienses, quos obsidione cinxerat, superior exstitisset; postero die, extra urbis mœnia, in quodam templo, Missarum solennia celebravit: cantantium choro trecentis satellitibus, monachis apostatis, totidemque ferè monialibus, ejusdem Cisterciensis professionis, adstantibus. Qui de sanctis Thebæis martyribus sacrum cecinère officium Missæ: *Gaudeamus omnes in Domino, Euangelium cùm audientis, seditio,* ut *Crantzius in Metropoli* [d] & *in Saxoniâ* [e] narrat.

Quòd in Nativitatis Domini festo tres celebrantur Missæ, significat, quòd homines per tria tempora, scilicet Patriarchæ ante legem, & Prophetæ sub lege, Fideles sub gratiâ, per Christi nativitatē salvantur. *Honorius, Presbyter Augustod.* [f]

In Missarum sacris peragendis, amitâ, albâ, stolâ, & casulâ, sacerdotes erant induti: *ut Rupertus* [g] indicat.

Bernhardus, Paderbornensis episcopus, Romam cum Lothario Imperatore profectus, sibi & suis successoribus, ab Innocentio II. impetravit usum Rationalis in Missâ, Ecclesiarum dedicationibus, & Ecclesiasticis gradibus cōferendis. *Chronicon Cosmodromii.*

Missas vivis & mortuis prodesse, docuerunt. Sepulcrum Melesendis, Reginæ Hierosolymorum, vicinum habuit altare: ubi tam pro remedio animæ ejus, quàm pro spiritibus omnium fidelium defunctorum, acceptabiles creatori quotidie offeruntur hostiæ. *Tyrius.* [h] Malachias, archiepiscopus Armachanus, pro mortuis Missas introduxit: & cùm pro sorore defunctâ quotidie celebraret; ejus animam, per Missas purgatam, puram, candidam, ac sole clariorem reddidit, & ad cœlos evolare fecit: quamvis ejus carnalem vitam priùs esset aspernatus: *ut Baleus* [i] *ex Petro Equilino refert.* Lotharius Imperator, in expeditione constitutus, singulis diebus ternas audiit Missas: quarum ea, quæ summo diluculo fiebat, pro defunctis cantabatur. *Chronicon Casinense.* [k] Ludolpho sacerdote de Feule mortuo, oblata est hostia salutaris pro animâ ejus: *teste Helmoldo in Sclavorum Chronico.* [l] Petro, abbati Clarevallensi, dum Missam pro Gerhardo è vivis exēto celebrat, sanctus Bernhardus & Malachias olim defuncti apparent; eumque de beatâ cum Angelis Gerhardi conversatione docent: *ut Vincentius nugatur.* Berno, Suerinensis episcopus, pro interfectis in expugnatione Mechelburgæ urbis, salutarem Deo, post quintum à cæde diem, in medio cadaverum, cum luctu & tremore obtulit hostiam. *Helmoldus.* [m] Preciosum Christi corpus & sanguinem, pro peccatis Christianorum mortuorum offerendum censet *Petrus Cluniacensis.* [n] Et de matris suæ obitu, ad Cluniacenses monachos scribens, ait: [o] *Quæ quoniam, dimissis omnibus, ad vos specialiter de seculi naufragio confugit, & in vobis totam spem salutis suæ reposuit: non solùm meis precibus; sed & ipsius devotioni debetis: ut anima illius, ad æternum translata judicium, succurratis. Orat ergo & per filium mater, & pro matre filius: ut tricenarium Missarum ei per loca, ubi possibile fuerit, persolvatur; & duodecim pauperes reficiantur. Reliqui sacerdotes duas, pro ejus requie, Missas decantent, absque officio & Missâ generali, quæ juxta morem agitur.* Et ad Heinricum Vintoniensem episcopum: [p] *Sanctum beatæ matris meæ funus vobis commendo; & ut in abbatiis & aliis diœcesis vestræ congregationibus, ei per vos tricenarius Missarum persolvatur, & aliqui pauperes reficiantur, humiliter postulo.*

Ad Missarum solennia, pallia, aliosque ornatus, Romani pontifices suis miserunt mancipiis. Malachiæ enim, Armachano archiepiscopo, Romanus Pontifex, cum manipulo stolam, quibus in Missâ uteretur, concessit: *ut Baleus annotat.*

Missarum solenniis, ac sacrificii secretis, Romanus Pontifex Armeniorum legatos adhibuit; ac ut diligenter, quæ ibi fierent, observarent, monuit: *ut Ottho Frisingensis* [q] *refert.*

Et nullibi, quàm in loco sacro, Missas celebrare licebat; at tempore antemeridiano. unde RUPERTUS inquit: [r] *Spiritus sanctus, qui hujus & omnium Sacramentorum autor & virtus est, congruè horâ tertiâ dari dignatus est: ut tempus ostenderet, quo sua quoque Sacramenta dari vel celebrari magis conveniret. Unde rectè universalis Ecclesia conventus magis hac horâ (nisi fortè dies jejunii sit) congregari consuevit, & dictâ horâ tertiâ, quæ cæteris illustrior est, ob honorem ejusdem Spiritûs sancti, solennia Missarum celebrare, adstantibus choris, cum psallentio communi.*

Ac oportebat Presbyteros, Missas celebrantes, simul communicare. Bene & legitimè canonica censuit autoritas; ut nunquam sacerdos, qui Missas celebrat, omittere audeat, quin ipse communicet. *Rupertus.* [s]

Lumina in Missarum celebratione accensa, *ex Hildeberti epistolâ 16. ad Reginam Angliæ*, apparet: cui pro candelabris missis, gratias agit; eaque sibi, ad altare Domini adstanti, incitamenta futura, ut pro eâ preces faciat, pollicetur.

Nondum ordinato Diacono Missam celebrare non licebat: ut patet ex Urbani decreto; [t] qui tale quid tentantem ad sacerdotis officium nunquam promoveri posse, ait, & à diaconatu, vel biennio, vel triennio, removendum.

In Missarum celebratione, Reges inungebantur. Nam post Missarum solennia, cùm Paschalis Pontifex Heinricum Regem inungere detrectaret, ab armatis militibus captus abducitur. *Chronicon Casinense.* [u]

Pro bellatoribus quoque Missas celebrarunt. Lotharium Imperatorem, expeditione bellicâ occupatum, quotidie alteram Missam, pro exercitûs salute, audire consuevisse; *in Chronico Casinensi* [x] scribitur. Heinricus, Brunluicensis abbas, Saxonum Ducem, Heinricum Leonem, in terram sanctam contendentem, comitans, quotidie primo diluculo, antequàm castra moverentur, cum pleno officio Missarum solennia celebrabat; & salutarem hostiam, tam pro se, quàm pro omni exercitu, offerebat: *ut in Sclavorum Chronico* [y] *annotatur.*

¶ Non ubique eadem missificandi erat ratio. Armeniorum enim episcopi, Romam venientes, itinere anni unius & sex mensium, ad Romanum Pontificem referunt, inter Græcos & ipsos, de ritu sacrificii, quandam esse diversitatem. Illos quidem pane, suo more, uti fermentato; sed vino aquam non admiscere. *Ottho Frisingensis.* [z]

Missam ab eo celebrari, qui genitalia exscidit, vel per alios exscindi curavit, vetuit Clemens III. *Gigas.*

Casus circa Cœnam.

1.

Perceptione corporis & sanguinis Domini, confirmatur pax inter Heinricum Imperatorem, & Paschalem Romanorum Pontificem. *Sigebertus.*

2.

Andronicus, accepto pane, cùm jam ad calicem bibendum accederet, manibus extentis, & vultu ad tristitiam composito, per veneranda mysteria, in frequentissimo adstantium cœtu, jurat, se non aliâ de causâ Imperium accepisse: nisi ut Alexium Imperatorem & consobrinum juvaret, ejusque stabiliret potentiam. *Annales Nicetæ Choniatæ.*

3.

Mulier quædam infamis, in solennitate Paschæ, apud castrum, quod Mons aureus dicitur, cùm ore corpus Domini perciperet, non comedit illud: sed integrum, domi suæ, arculæ inclusit. Quam cùm fortè aliquantò pòst quidam ejus amatorum aperuisset; hostiam (ut vocant) dominici corporis, in carnis & sanguinis effigiem transmutatam, invenit: anno Domini 1181. *ut Sigeberti Continuator nugatur.* Et apud Roseum in Briâ, in sacrificio altaris, vinum in sanguinem, & panem in carnem conversa, *Antoninus narrat*; circa annum Domini 1198.

4.

Aldenburgenses, dum mutuis se intra sua mœnia coo-

[q] li. 7. c. 32.
[r] lib. 10. de Div. off. c. 18.
[s] lib. 3. in Levit. c. 32.
[t] Lib. 5. Decret. tit. 28. c. 2.
[u] li. 4. c. 40.
[x] li. 4. c. 25.
[y] li. 2. c. 9.
[z] li. 4. c. 32.

ficiunt vulneribus Fratri inter missificandum effundunt calicem, & abripiunt. *Crantzius* [a] *in Metropoli.*

[a] lib. 6. c. 48.

5.

Quâdam vice in die Circumcisionis Domini, dum ad Missam solennem presbyter, in Frilingensi ecclesiâ, altari majori adstaret; & jam sacri secreti ultimum resolvisset silentium: calix cum sanguine, sine ullius adminiculo manus, prorsus eversus & effusus est, ut ne una superesset guttula: *ut Radevicus* [b] *testatur.*

[b] li. 4. c. 13.

6.

Dum presbyter quidã, apud Aurelianos, die dominicâ, Missam celebrat: rubeo colore panis, quem manu tenebat, suffunditur, & sanguis ex eo destillat: anno 1181. *ut Vincentius* [c] *& Erfordiensis indicant.*

[c] l. 29. c. 24.

7.

Anno Domini 1192. Cyrillus eremita, post decem papisticæ prædicationis annos, ex Armeniâ ad Carmelum est reversus; ubi statim oraculum valdè-prodigiosum inter missandum habuit: de quo *Mantuanus*, [d] ejus seculi mysteriis excæcatus, sic scribit. ut *Balam* [e] testatur:

Cyrillus divinus homo, cùm sacra litaret
Manè sub auroram, sacra vestitus abollâ,
(Res miranda) puer fulgenti splendidus ore
Adstitit ante virum, desuper suspensus in auras:
Argentumq́; docens annorum fata sequentum,
Protulit; & manibus pronus dimisit in aram,
Adjiciens: Deus ista tibi secreta revelat.
Sancte pater, tu fac populis ea nota Latinis.
Continuò mutans Romanis Attica verba
Nomina, ad abbatem Siculum transmisit: & ille
Confestim in Latium, scholiis ad singula junctis;
Quæ superant, & habentur adhuc, passimq́; leguntur.

[d] lib. 5. Fastor.
[e] Cent. 2. cap. 94. in Append.

8.

Coloniæ quidam, patre natus Judæo, sed converso, cùm in Paschali festivitate corpus Domini percepisset; interum illud ore, nescio ad quos usus, secum deferebat domum. At divinitùs ille territus, in cœmeterio ipsum terræ mandat. Supervenit fortè Sacerdos, ac, quid agatur, explorat: fossâque apertâ, infantis formam reperit. Quem cùm ad ecclesiam deportare festinaret Sacerdos, in tenues abiit auras tenellus puer: *ut Trithemius in Hirsaugiensi Chronico fabulatur.*

9.

Guido, abbas de Tribus fontibus, monachorum altari ministrantium negligentiâ, qui vinum calici non infuderant, vacuum illum consecravit: verùm cognito errore, mox vinum super consecratam panis particulam in calice infundit. Quod factum BERNHARDUS laudat: [f] *Quod vinum,* inquiens, *fudisti in calicem, super hostiæ sanctæ particulam, laudamus; nec, sub tanto articulo, melius fieri potuisse, putamus: arbitrantes, liquorem, etsi non ex consecratione propriá atque solenni in sanguinem Christi mutatum, Sacramentum fuisse ex contactu corporis sacri. Si idem nobis contigisset, quod tibi: ad remedium mali, unum ex duobus egissem: aut ipsum, quod tu fecisti; aut certè ab illo loco, ubi dicitur,* Simili modo postquam cœnatum est, *verba sancta iterâssem; & sic, quod de sacrificio restabat, complevissem.*

[f] Epist. ad Guid. abb.

10.

Nobertum, cùm post sumta mysteria, inter missificandum, in oculos cujusdam fœminæ cæcæ sufflâsset; visum ei restituisse, *Sigeberti Continuator* nugatur.

RITUS CIRCA
Orationes.

CErtis horis, tum publicas, tum privatas preces, fecerunt. Primo enim diluculo, Fridericus Imperator, pro more, ante Sanctorum reliquias, suas ad Deum faciebat preces. *Radevicus.* [g] Septies in die Christianos orare, *Petrus Alfonsus in Dialogo* [h] scribit. Manè & vesperi, & omni quidem tempore, Christianis orandum esse, *Honorius Presbyter* [i] monet. Septem diei horas, quas vocant Canonicas, quibus Deo gratiæ agantur, observari, censet *Rupertus.* [k]

Et in locis ad eam rem destinatis. Ad magnam aram,

[g] li. 4. c. 40.
[h] Tit. 5.
[i] Serm. de Nativ. Dom.
[k] lib. 1. de Div. off. cap. 1.

in æde divæ Margaritæ sacrâ, in Demesiensi cœnobio, Almus, à fratre Colomanno, Ungarorum Rege, oculis privatus, orare consuevit: *teste Bonfinio.* [l] Ante altare Domini Vicelinus orat; *apud Helmoldum in Sclavorum Chronica.* [m] Suessoniei agri incolæ, sacro igne accensi, ad divæ Mariæ ædem, intra Suessorum mœnia, ejus petitum opem, catervatim confluunt; anno 1128. *ut Sigeberti Continuator habet.* Ludovicus Crassus, cùm ex morbo convaluisset; sancti Dionysii cœnobium, precum gratiâ, invisit: *ut Rupertus* [n] *annotat.* Carolus, Flandriæ Comes, inter preces ad altare, à suis confoditur; anno 1127. *ut in Mariani Scoti appendice habetur.*

[l] 5. Dec. 1.
[m] cap. 76.
[n] lib. 6.

Interdum etiam ad statuas, aut ad sepulcra, orâsse leguntur. Nam PETRUS Cluniacensis inquit: [o] *Laudo in te amorem preciosorum martyrum Christi, ad quorum adoranda sepulcra fugisti: quæ ego, etsi corpore absens; tamen spiritu præsens, toto mentis affectu colo, suspicio, adoro.* Johannes Comnenus, Constantinopoleos Imperator, cùm suas phalanges, contra Scythas pugnantes, laborare videret; imaginem Dei-genitricis invocat: *ut Choniates de Gestis ejus* [p] *indicat.* Philippus, Francorum Rex, expeditionem Hierosolymitanam suscepturus, ad divi Dionysii sepulcrum preces facit. Indè, post res feliciter gestas, pedem referens, Romam religionis & voti gratiâ abiit: *ut Robertus* [q] *testatur.* Idem & Ludovicum Crassum fecisse, apud eundem autorem videre est. In Cantuariensi templo, largas inter preces lacrymas, ad beati Thomæ sepulcrum, Heinricus Senior, Anglorum Rex, effudit. *Sigeberti Continuator.* Isaacius Angelus, Dei-genitricis imagines, auro & gemmis ornatas, in iis fanis, ubi frequentissimus erat hominum concursus, adorandi causâ, dedicavit: *teste Nicetâ in Annalibus.*

[o] li. 2. ep. 16.
[p] lib. 2.
[q] lib. 6.

Et ad crucem Christi. In Leodiensi ecclesiâ, Presbyter quidam, ad imaginem Christi de cruce pendentis orans, fulmine ictus expiravit; anno 1118. *ut Sigeberti habet Continuator.* Gerardus, miles nobilissimus, & castri Charisiaci dominus, dum ad sacram Christi imaginem preces facit, à sicariis occiditur; anno 1112. *Sigebertus.* Ante crucem Domini, Christiani, Ascalonem oppugnantes, se prostraverunt; divinum implorantes auxilium. *Idem.* Fridericus Imperator, se suosque in periculo versari intelligens, nudis pedibus tabernaculum ingressus, coram ligno crucis Domini precatur: *teste Helmoldo in Sclavorum Chronico.* [r] Oraturi ad crucem curramus; & intueamur in faciem ejus, pro nobis ad similitudinem serpentis ænei, in cruce suspensi. *Bernhardus in tractatu de Passione Domini.* [s] Ligneam [illegible] crucem, *Rupertus* [t] testatur.

[r] cap. 82.
[s] cap. 45.
[t] lib. 12. in Matt. c. 26.

Ad loca remotiora, precum faciendarum gratiâ, ex superstitione nonnunquam profecti sunt. Plurimi enim diversarum nationum homines, circa Domini annum 1100. Hierosolymam orationis causâ contendentes, aëris corrupti contagio interierunt. *Frisingensis.* [u] Wilhelmus, Pictaviensis Comes, precandi gratiâ ad sanctum Jacobum in Galliciam proficiscitur; anno 1137. *ut Sigeberti habet Continuator.* Claudus quidam, ex Turonensi agro, orationis gratiâ Garganum montem aditurus, in somnis noctu monetur à D. Benedicto, ut Casinum monasterium invisat. *Chronicon Casinense.* [x] Robertus quidam Comes, Quadragesimæ tempore, orandi causâ, Casinum venit. *Idem.* [y] Expugnato Vitriaco castro, à Ludovico Francorum Rege, in ecclesiâ, mille-trecenti, diversi sexûs & ætatis homines, cremati sunt. Quo facto motus Rex, terram sanctam, pœnitentiæ & precum causâ, adiit; ubi integrum substitit annum: *ut Sigeberti Continuator refert.* Idem Rex, anno 1155. sanctum Jacobum in Galliciâ; exinde post annos quatuor, montem sancti Michaëlis de periculo maris, religionis ergò, adiit. *Ibidem.* Heinricus, Anglorum Rex, orationis causâ ad Rocam Amatoris, qui locus in Cadulcensi pago solitarius erat, proficiscitur, anno 1171. *juxta Sigeberti Continuatorem.* Eodem anno Stephanus, Comes de Sancerre, eâdem de causâ Hierosolymam abiit. Anno 1173. Heinricus, Saxonum & Bojorum Dux, magno stipatus comitatu, terram sanctam ingressus est. Et Terricius, Flandriæ Comes, cum conjuge suâ Mabiriâ, quæ Heinrici

[u] li. 7. c. 7.
[x] li. 4. c. 76.
[y] cap. 90.

Anglorum Regi amita fuit, in terram sanctam periexit, anno 1158. Philippus quoque, ejusdem terræ Comes, magnâ militum cohorte sibi adjunctâ, Hierosolymam abiit, anno 1177. Ludovicus, Francorum Rex, pro se & filio Philippo rogaturus, in Angliam ad beatum Thomam contendit, anno 1179. ut *idem indicat*. Secundus cruce-signatorum exercitus, terræ sanctæ suppetias laturus, secundis ventis in Hispaniam applicuit, ob divinum cultum D. Jacobo prius exhibendum: *ut Helmoldus in Sclavorum Chronico* [a] *testatur*. Heinricus Leo, Saxonum Dux, emensis tot civilium in Saxoniâ bellorum periculis, assumtisque itineris sociis, Cunrado Lubecensi episcopo, Heinrico Brunsuicensi, Bertholdo Luniburgico abbatibus, & Pribizlao Obotritorum regulo, Guncelino Suerinensi, & Sifrido de Blanckenburg, Comitibus, qui infinitâ satellitum multitudine stipati erant, pro suorum expiatione peccatorum, terram sanctam invisit: *ut Arnoldus, Chronici Sclavorum Continuator*,[b] refert. Luitpoldus, Austriæ Dux, Clementis III. temporibus, religionis ergò, cum multis Principibus, terram sanctam, Christi plantis calcatam, ingreditur: *ut Cuspinianus in Austriâ narrat*. Cunradus, Heinrici Bojorum reguli filius Hierosolymam supplicandi gratiâ abiit: *teste Aventino*.[c] Welpho, Fridericus de Wittelsbach, Ottho Præfectus Reginoburgensis, Odagrius Suevus, voti exsolvendi causâ, Hierosolymam perivère. Verùm Odagrius in Ungariâ mortuus est. *ibidem*. Honorius, in Sermone, die Christo natali habito, monet auditores: ut pro iis, qui Hierosolymam, Romam, vel sanctum Jacobum, aut alia loca sancta, voti causâ adière, preces facere velint; quò salvi ad suos redire possint.

Fit etiam gestuum & geniculationis mentio. Johannes enim Comnenus, laborante suâ contra Scythas phalange, imaginem Dei-genitricis, cum gemitu & mirabilibus gestibus, intuês, amaras fundebat lacrymas. *Chonsates de Gestis ejus*.[d] Christiani, cum Babyloniis ad Ascalonem conflicturi, flexis genibus divinum priùs implorant auxilium: ut Pisanus in epistolâ ad Romanum Pontificem, *in appendice Mariani Scoti*, indicat.

Itèm elevationis manuum. Fridericus Imperator, manibus & oculis in cœlum sublatis; genibus verò humi flexis, oravit. *Nicetas*. Disce orare Deum; disce levare cor cum manibus; disce oculos supplices in cœlum erigere, & patri misericordiarum miserabilem faciem repræsentare, in omni necessitate tuâ. *Bernhardus ad Hugonem*.[e]

Corporis in terram prostrati, meminit *Helmoldus in Sclavorum Chronico*:[f] ubi Vicelinum, ad altare, pronum in terrâ adorâsse, indicat. Ad mœnia Ascalonis, civitatis Palæstinæ, Christiani orantes in terram se prostraverunt. *Sigeberti Continuator*.

Signa tristitiæ erant, saccus & cinis, vigiliæ, jejunia. Inter has tribulationum angustias, Sclavis nimirum miserè Holsatiam vastantibus, Vicelinus sacerdos populum, ut in Deum spem suam constituant, litanias in jejunio & cordis contritione agant, hortabatur. *Helmoldus*.[g]

Litaniarum quoque sæpiùs fit mentio: *ut apud Helmoldum*.[h] Sacerdotes in monte, cum litaniis, à sepulcro Domini nudis procedentes pedibus, templum ingressi sunt: *ut ex Hermanni, ejus loci presbyteri, relatione Ursbergensis annotat*. Moguntini, durâ obsidione ab Heinrico V. pressi, litanias agunt: *teste Hedione*,[i] *& Chronico quodam vulgari Germanico*.

Et Processionum. Cœmeterium enim cum processionibus circumivit Isfridus, Racesburgensis episcopus; ibique cæcum adspersâ aquâ benedictâ curavit. *Crantzius in Metropoli*.[k] Forma processionis, die Paschatis peractæ, exstat *apud Robertum*.[l] Sterilitate & fame in diœcesi Leodinâ ingravescente, Albertus, ejus nominis secundus episcopus, indicto jejunio, tres sacras pompas ordinavit, post natalem Johannis Baptistæ observandas. *Catalogus Leodiensium episcoporum*.

[a] cap. 82.
[b] li. 2. c. 2.
[c] lib. 6.
[d] lib. 1.
[e] Epist 3, 1
[f] cap. 76.
[g] cap 57.
[h] cap 57.
[i] Parte 3. Chron.
[k] li. 6. c. 40.
[l] Lib. 7. de Div. off. cap. 24.

RITUS CIRCA VOCATIONEM & ordinationem Ministrorum Ecclesiæ.

Jus eligendi & vocandi episcopos, sacerdotes, aliosque ministros, erat penes totam ecclesiam, hoc est, clerum & populum. Clerus Luxoviensis, populus, & tota simul ecclesia, Arnulphum Sagiensem sibi in pontificem & pastorem elegit: *ut scribit Petrus Cluniacensis*.[m] Daibertus, Hierosolymitanus Patriarcha, in eâdem epistolâ scribit; se à Boëmuodo, Antiocheno Principe, communi, tam cleri ac plebis, quàm Principum, assensu, in eam locatum sedem. *Tyrius*.[n] Paschalis II. Lugduni Galliæ egit concilium; ubi inter cæteros & hunc canonem ad incudem revocavit: Quòd nimirum episcopus non debeat à solis eligi sacerdotibus, sed etiam à plebe ejus loci: *ut testis est Aventinus*.[o] Ad eundem modum & *Crantzius* scribit *in suâ Metropoli* etiam Calixtum Papam, post Paschalem, in quodam concilio decrevisse; ut electio conjunctim permittatur libera, clericis atque laicis. Et Eugenius III. in Bullâ quâdam, de archiepiscopo Magdeburgensi scriptâ, (quæ apud *Otthonem Frisingensem, de Gestis Friderici*,[p] exstat) clarè testatur: cùm in electione, tum translatione alicujus episcopi ex unâ diœcesi in aliam, necessariò requiri consensum cleri & plebis. Mandat etiam in fine, ut Ecclesiæ Magdeburgensi, id est, clero & populo, liberrima concedatur electio. Cives de Falderâ, Holsatiæ pago, qui & Wippendorf dicitur, Adelberonem, Hamburgensem archiepiscopum, de sacerdote solicitantes, Vicelinum impetrant: *ut Helmoldus in Sclavorum Chronico*[q] *indicat*. Ascero, Roskildensium episcopo, decedente, super surrogando successore, plebis à clero suffragia dissidebãt. Waldemarus, Rex Daniæ, urbem ingressus, Trinitatis ædem, incolentiũ sacerdotũ collegiũ intravit; eorũ de creãdo põtifice suffragia, suo est prosecutus assensu. Quanquam aũt ei in ecclesiâ, à majoribus conditâ ac dotatâ, juris aliquid competere videretur: nihil se tamen adversùs eam, aut illicitâ affectione, aut insolitâ consuetudine præsumturum, dicebat: sacris siquidem legibus cautum nôsse; ne clerus peculiare eligendi jus, regali imperio obnoxium, habeat. Itaque præsentiam suam haudquaquam impedimento futuram; quò minùs electoribus libera suffragiorum arbitria maneant. Tunc clerus, religiosam ejus justitiam summis gratiarum actionibus prosecutus, concilio excessit, delectum curiosiùs habiturus. Cumque tres spectatæ opinionis viros, quibus quartus ob virtutem Absolon adjiciebatur, circumspexissent; ut ex eorum numero potissimus assumeretur: Waldemarus tacita singulorum suffragia, in unius tabulæ segregata volumina referri jussit; sincerioris electionis habitum ratus, si uniuscujusque voluntas antè manu, quàm linguâ, proderetur: evenitque, ut, omnium scripto in unam coëunte sententiam, honoris culmen Absoloni decerneretur. *Saxo Grammaticus*.[r] Ad episcopi cujusdam consecrationem, à solo vulgo, repudiatis cleri suffragiis, electi, *Hildebertus*[s] venire recusat. Et ad eundem scribit electum:[t] *Si vera sunt, quæ dicuntur; promotionem tuam canonica rejiciunt & despiciunt instituta. Quippe non elegit te clerus; sed mina popularis intremère. In electione enim, populo minimè licet clerum præcedere; sed assensu prosequi eligentem.* Itèm PETRUS Blesensis ad quendam Prælatum: *Vocavit te Dominus, & nobilis ecclesia Carnotensis, de subdito in Prælatum. Ejusmodi pontificalibus vocibus dominati sunt.*

In episcoporum tamen metropolitanorum, & archiepiscoporum, electione & vocatione, vicinorum episcoporum & magistratûs requirebatur consensus. In reconciliatione enim, quæ inter Heinricum V. tum & Paschalem II. facta est, ipso die Paschatis, Heinrico in Imperatorem jam coronato, post lectum Euangelium, tradidit ei Papa, ante altare apostolorum Petri & Pauli, in oculis omnium Principum, privilegium de investiturâ episcopatuum vel abbatiarum, tam per annulum, quàm per virgam: scilicet, ut regni ejus episcopis vel abbatibus, liberè præter violentiam & Simoniam electis, investituram virgæ & annuli conferat: post investituram verò, canonicè consecratio-

[m] li. 5. ep 6.
[n] lib. 10. c. 4.
[o] lib. 6.
[p] li. 2. c. 8.
[q] cap. 48.
[r] lib. 14.
[s] Epist 9
[t] Epist. 18.

nem accipiat ab episcopo, ad quem pervenerit: anno 1111. *juxta Sigebertum.* Et *Tyrius* [a] de suâ vocatione testatur: *Cùm Tyrensis ecclesia septem vacasset mensibus continuis; consonante cleri & populi voto, Regis quoque (ut mos est) conveniente assensu, ad regimen illius ecclesiæ vocati sumus.* Parthenopolitanæ civitatis archiepiscopo defuncto, cùm clerici & cives ejusdem urbis, coram Imperatore Lothario, ad eligendum archiepiscopum, Spiræ convenissent: nutu Gerardi, Romanæ sedis Legati, & Alberonis Metensis primicerii, Norbertum, Præmonstratensis sectæ autorem, qui quorundam negotiorum causâ eò fortè venerat, in pastorem eligunt; & Regia accedente consensu, ad sacerdotium prędictæ urbis evehunt: anno 1127. *Sigeberti Continuator.* Mortuo Cunrado, Reginoburgensi episcopo; cives, sacerdotes, autore Friderico procuratore mystarum, non-exspectato adventu Ducis, nec ullâ ejus habitâ ratione; sed citra ejus consensum, Heinricum Comitem quendam designant episcopum. Ob sui igitur contemtum, Dux bellum Reginoburgensibus infert: *ut Aventinus* [b] *scribit.* Ecclesiâ Bambergensi episcopo destitutâ, cunctus clerus populusque montem sancti Michaëlis conscendit, factisque ad Deum, ut salutarem largiatur pastorem, precibus, ad Heinricum Imperatorem ablegant nuntios, petitum sibi dari episcopum. Quibus Otthonem, suæ aulæ Diaconum concedit: dato, ipsis præsentibus, ei annulo & pastorali baculo. Is verò mox, de mandato Imperatoris Heinrici IV. in festo Purificationis Mariæ, Augustano & Herbipolensi episcopis, aliisque de curiâ Imperatoris illustribus viris, eum comitantibus, in civitatem Bambergensem deducitur, magno cleri & totius populi applausu: *ut habet historia Bambergensis.* Meingothus, à Canonicorum Mersburgensium capitulo unanimiter electus episcopus, à Lothario Imperatore confirmationem impetrat; anno 1127. Cujus successor Eckelinus, per eosdem vocatus, à Cunrado confirmatur: quorum uterque à Magdeburgensium episcopis, hic à Cunrado; ille verò à Norberto, ordinationem accepit. Eadem ratio, & cum sequentium electione, servata legitur *in Mersburgensi Chronico.* Idem Imperator Arnoldum, Cancellarium suum, Coloniensem investit episcopum: *ut Cuspinianus annotat.* Rupertum, Herbipolensem episcopum, paribus sacerdotum & populi suffragiis electum, à Ruthardo Moguntino consecrari jubet Heinricus Imperator: *teste Aventino.* [c] Heinricus V. Moguntiæ, in Procerum conventu, Adelbertum, suum Cancellarium, per baculi & annuli traditionem, Moguntinum designavit archiepiscopum. In electione Guidonis episcopi, concorditer & voluntariè universa Ravennas convenit Ecclesia, præsentibus viris honestissimis, Hermanno Verdensi Episcopo, & Hyacintho Cardinali: quorum ille Imperatoris; hic verò Romani Papæ agebat partes: ut Fridericus Imperator in epistolâ ad Romanũ scribit Pontificem; quæ exstat *apud Radevicum.* [d] Ordinatio Vicelini, Aldenburgensis episcopi, quæ inscio Heinrico Leone, Saxonum Duce, à se investituram peti jubente, facta erat ab Hartwigo, Hamburgensi archiepiscopo, multarum exstitit causa turbarum inter Ducem & Archiepiscopum: *ut Helmoldus in Chronico Sclavorum* [e] *ostendit.* Vicelino mortuo, Geroldus, concordi Principis, cleri plebisque, electione substituitur: *ut idem* [e] testatur. Post cujus obitum, ecclesia Lubecensis (eò enim, Geroldi precibus, Aldenburgo translata fuerat episcopi sedes) aliquamdiu vocavit. Nam Ducis exspectabatur sententia; qui sub Imperatore apud Italos militabat. Reversus ad suos Dux, convocato Lubecensi clero, dedit eis Cunradum episcopum. *Idem.* [f]

Bernhardus, Clarevallensis abbas, Senonensem Clerum, pastore destitutum, per epistolam monet; [g] ne quid in surrogando præsule præcipitanter agatur: sed indicto jejunio, episcopi suffraganei convocentur, religiosorum, qui in episcopatu sunt, sententiæ rogentur; sicq; commune negotium communi consilio tractetur.

Leone Stippiotâ, Constantinopoleos patriarchâ, mortuo; Manuel Comnenus, de alio surrogando, sententiam suam cum cognatis, senatoribus, & sacerdotibus, communicat. Cum autem multi in maximi pontificatûs suffragiis nominarentur; eorum sententia vicit, cæteris ferè omnibus assentientibus, qui Michaëlem monachum designabant. *Nicetas.*

Dositheum, à sede Hierosolymitanâ Constantinopolim, ab Isaacio Angelo Imperatore, tam frequenti & splendido apparatu translatum esse; ut regio triumpho haud-absimilis videretur: *Nicetas de Imperio Isaacii* [g] scribit.

Obiter & hoc loco monendus est Lector, quod *Crantzius* [h] annotat: Imperatores hoc seculo sibi solis jus, archiepiscopos ecclesiis præficiendi, vendicâsse. Et in eandem ferè sententiam *in Bambergensi* scribitur *Chronico:* Inoleverat tùm hic mos; ut investituræ episcopatuum, ab ipsis Imperatoribus, præter consensum Romani Pontificis, requirerentur. Quoties itaque episcopatus vacabat: illius loci clerus populusque, baculum pastoralem, unà cum annulo ac mitrâ episcopali, Imperatori mittebat; simul dari sibi episcopum expetens. Id juris & Heinricus Leo, Saxonum Dux, in sui territorii episcopatibus, Imperatoris autoritate, usurpare præsumsit: *ut Helmoldus in Sclavorum Chronico* [i] *indicat.* Verùm ea res, inter Imperatores & Pontifices Romanos, multarum calamitatum & cædium, ut & superiori seculo, causa exstitit.

Pro Philippo, in Coloniensi cathedrâ, post Rainoldum surrogendo, ad Bernhardum Advocatum, aliosque, in hũc modum scribit Imperator: *Quia non invenimus ei similem in toto Imperio nostro, hunc solum Philippum, Cancellarium nostrum, quem in administratione Imperii & Reipub. fidum cooperatorem cognovimus, hunc solum, & non alium, vestrâ pervigili industriâ, in Coloniensis episcopi dignitatem, & Archicancellarii supereminentem gloriam, sine morâ sublimari, intimis visceribus praeoptamus. &c.*

¶ Romani tamen Pontifices, nihilo minùs in electione & ordinatione quorundam confirmandâ, supremam potestatem penes se manere, oblatâ qualicunque occasione, manibus pedibusque laborarunt. Cùm enim solus ferè Ottho, Bambergensis episcopus, inter tot Germaniæ episcopos, hoc seculo, per literas Romanum Pontificem de confirmatione solicitaret: obviis eas amplexus est ulnis, eumque splendidâ promissione Romam venire allexit. Quem etiam comparentem Pontifex benignissimè excepit; & ipso Pentecostes die, inter Missarum solennia, præmissâ Spiritûs sancti invocatione, consecravit episcopum, sinè ullâ juramenti obligatione: *ut in Bambergensi scribitur Chronico.* Ac ut Romanorum in eâ re ambitionem & studium videas, ex eâdem historiâ, tum Otthonis, tum Romani præsulis literas, huc adscribere libuit.

Epistola Otthonis ad Romanum Pontificem; quâ Apostolicam petit benedictionem.

Domino ac Patri suo Paschali, sanctæ Apostolicæ sedis universali episcopo, Ottho, Bambergensis ecclesia, id quod est tam devota, quam debito subjectionis, orationes & servitium. Quia totius ecclesiasticæ dignitatis & religionis firmamentum in Christo petra est, & in Petro ejus discipulo, & ejus successoribus: idcirco ab hac lineâ directionis, virgâ regnorũ, pontificatuum, & omnium potestatum in Ecclesiâ, insanum duxi aberrare. Vobis igitur, Pater sanctissime, & sanctæ matri meæ, Romanæ ecclesiæ, collum submitto; & devotæ sublimitatis auxilium, & consilium de rebus meis, flagito. In obsequio enim Domini mei Imperatoris, per annos aliquot degens, & gratiam in oculis inveniens; suspectam habens de manu Principis investituram, semel & iterum, cùm dare vellet, renui episcopatum. Nunc verò jam tertio in Bambergensem episcopatum me ordinavit: in quo tamen minime permanebo; nisi vestra complaceat Sanctitati, per vos me investire & consecrare. Quicquid ergo placeat Discretioni vestræ de me, per nuntios meos significate mihi servo vestro: ne fortè in vacuum curram; si ad vos currere incipiam. Omnipotens Deus mihi propitiam incolumitatem vestram custodiat.

Responsio Pontificis.

Paschalis, servus servorum Dei, Otthoni, dilecto fratri, Bambergensis ecclesiæ digno electo, salutem & apostolicam benedictionem. Filius sapiens lætificat matrem suam. Opera tua & consilia tua virum præferunt sensatum. Nos igitur honorare te, &

profess-

Marginal notes: [a] Lib.21.c.9. — [b] Lib.6. — [c] Lib.5. — [d] Li.4.c.26. — [e] cap.70. — [e] cap.80. — [f] Li.1 c.95. & Li.2.c.1 — [g] Epist 202. — [g] Lib.2. — [h] Lib.5.in Metrop. cap.31. — [i] cap.70.

profectus tuis favere, congruum duximus. Nihil ergo de nostra benevolentia dubitans, tuam nobis, quanto tempore voles, præsentiam exhibete.

Acceptâ autem Romæ consecratione à summo Pontifice, has ad suam ecclesiam Ottho præmisit literas. *Ottho, Dei gratiâ Bambergensis episcopus, Eberhardo Præposito, Adalberto Decano, cæterisq; fratribus, omne bonum. Quantum ego novi & expertus sum charitatem vestram, scio, vos jam diu exspectare eventum nostri laboris: ut de nostro successu (si quid bene) per misericordiam Dei gaudeatis. Ne autem diutius suspensi aut dubitantes sitis de nobis, aut, si visum est, sincerissimè gaudeatis literis istis vobis insinuare decrevimus, quam misericorditer Deus, more suo, post labores immensos, & sudores plurimos, nobiscum operatus sit, in die sancta Pentecostes: qui ut adventu sancti Spiritus sacratus; ita cunctis fidelibus jure solennis est. Illo, inquam, die, Deo sic adjuvante, in Anagnia, Campaniæ civitate, quæ Romaniam dividit & Apuliam, episcopalis benedictionis munus, quamvis indignus, Domino largiente, suscepi: venerabili Papâ, domino Paschali, manum imponente: cæteris etiam pluribus cooperantibus: clero quoque Romanæ ecclesiæ, cujus magna pars eo die in eadem civitate convenerat, adstante & consentiente. &, quod nulli à Romano Pontifice consecrato nostris temporibus contigit, sine obligatione alicujus juramenti consecratus sum. Hujus loci, hujus diei, hujus gratuitæ misericordiæ Dei, semper memores esse debemus: &, ut vos memores esse velitis cum gratiarum-actione obnixè precamur; præcipuè cùm aliæ quam-plures venerandæ personæ, de magnis rebus apud Apostolicam sedem agentes, infecto negotio cesserint.*

Hic & ipse Pontifex, ad eandem Ecclesiam, suum adjunxit epistolium. *Paschalis episcopus, servus servorum Dei, clero & populo Bambergensi salutem, & apostolicam benedictionem. Quanta affectionis debito Bambergensis ecclesia, ab ipso suæ constitutionis primordio, Sedi apostolicæ constringatur, nisi nos latèret; literarum vestrarum significatio manifestat. Quod affectionis debitum, venerabilis vester Ottho, vestræ ecclesiæ electus, non-inconstanter tenuisse ac tenere cognoscitur: cùm per tot & tanta pericula, ad Apostolicæ sedis visitationem, tendere properavit. Nos igitur eum debitâ benignitatis affectione suscepimus; & juxta vestræ dilectionis desiderium, nostris, tanquam beati Petri, manibus, salvo metropolitani jure, vobis per Dei gratiam præsulem ordinavimus. Hunc igitur, sub præsentium literarum pro[illegible]tione, ad ecclesiæ vestræ regimen remittentes, plenâ hortamur affectione diligi, plenâ humilitate venerari. Confidimus enim, eum disciplinæ ecclesiasticæ futurum esse custodem, & salutis vestræ sollicitum provisorem. Huic ergo sedulùs officiis obedite, & gratiam vobis conciliate cœlestem; integritatem catholicæ fidei firmam semper in omnibus servate; Sedi apostolicæ semper devotè adhærete: ut per ejus consortium, à contagiis omnibus liberi, ad æternæ salutis portam feliciter pervenire, Domino largiente, mereamini. Pax vobis.*

¶ Subdiaconos nulli alii ordinare licere, præterquàm Romano Pontifici, Alexander III. ad Bathoniensem scribit archiepiscopum.

Et Heinricus, Anglorum Rex, post multas demum cum Anselmo, Antichristi Romani jus defendente, contentiones, ecclesiarum investituras Deo & sancto Petro, hoc est, Romanæ ecclesiæ, tradidit: *ut Malmesburiensis* * *indicat.* Et Heinricus Imperator, victus tandem pontificio fulmine, investituras episcoporum & aliorum prælatorum, quæ fiebant per baculum & annulum, Calixto Papæ resignavit; & concessit, per omne Imperium, in omnibus ecclesiis, canonicam fieri electionem: *ut Martinus Capellanus in Chronicis annotat.*

** li. 5. c. 24.*

Per ordinem graduum ecclesiasticorum promoveri solebant. Sic HILDEBERTUS inquit: * *Quisquis in sacris non fuerit ordinibus inventus, ad summum sacerdotium canonica prohibetur accedere institutio.*

** Epist. 12.*

Et ætatis habebatur ratio: ut apparet ex *Hildeberti*, Cenomanensis episcopi, literis ad quendam vicinum episcopum: * cujus consecrationem, ait, sacris Canonibus, qui integram summorum Sacerdotum ætatem flagitent, & Ezechielis Prophetæ ac Christi exemplis, qui circa trigesimum ætatis annum ad ministerium accesserunt, adversari.

** Epist. 12.*

Et, ut nullus episcopus eligatur ante trigesimum ætatis annum; cæteris verò ordinibus annum vigesimum-quintum sufficere; Patres in Lateranensi Concilio, * sub Alexandro III. statuerunt.

** cap. 3.*

Idem Pontifex, Coventrensis episcopi factum, quòd decem annorum pueros archidiaconos creet, in epistolâ ad Cantuariensem, valde improbat, ac pœnas, ni desierit, ei denunciari vult. Et in aliâ quâdam epistolâ ad eundem, ejusque suffraganeos, in hunc modum scribit: * *Inde ortum est, ut hi debeant ecclesias regere, qui non noverunt gubernare seipsos: cùm ad ecclesiarum regimen tales personæ sint admittendæ, quæ discretione præemineant, & morum fulgeant honestate. Nolentes itaq; sustinere, ut parvulis ecclesiæ regimen committatur, mandamus: quatenus nemini, infra annum decimum-quartum constituto, personatum cujuslibet ecclesiæ concedere præsumatis: scituri pro certo, quod si contrarium præsumseritis, quid inde feceritis, irritabimus; & inobedientiam vestram graviter puniemus.*

** l. 1. Decret. tit. 14. cap. 3*

Infames non admissi sunt. Fratrem, qui precio diaconatûs dignitate potitus fuerat, Hildebertus submovendum censet. * Et Alexander III. Episcopo Herfordensi scribit: * *Ex tenore tuarum literarum accepimus, quod clericus quidam adeò deliquit: quòd, si peccatum ejus esset publicum, degradaretur ab ordine, quem suscepit, & amplius non posset ad superiores ordines promoveri. Verùm quoniam peccatum fore occultum dixisti, mandamus, quatenus pœnitentiam ei condignam imponas: & suadeas, ut, parte pœnitentiæ peracta, ordine suscepto utatur: sed contentus existens, ad superiores ampliùs non ascendat. Veruntamen, quia peccatum occultum est, si promoveri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.* Item: * *Arctius inhibemus, ne personas, quæ in ecclesiis tui episcopatûs ad curam animarum fuerint ordinandæ, in ipsis instituas, nec aliqua occasione, vel etiam literarum nostrarum obtentu, si fortè fuerint impetratæ, quæ scientiâ, moribus, & ætate, Concilii non congruant institutis.*

** Epist. 14.*
** li. 1. Decret. tit. 11. cap. 4.*
** li. eod. t. 14. cap. 4.*

Canonicum quendam Coloniensem, qui infeliciter ægritudini medicinam adhibuerat, ad altiores dignitatum gradus promoveri, vetat Clemens III. *

** lib. & tit. eod. cap. 7*

Sacerdotum filios nothos, modò probat, modò improbat Alexander III. * ad sacros admitti ordines, in iis ecclesiis, quibus patres eorum serviebant. Et in epistolâ ad Turonensem, * Spurios & servos à sacris ordinibus prorsus excludit. At Pontificum filios, ex legitimo conjugio natos, ad sacros ordines ascendere; & in iisdem ecclesiis, quibus vel præsunt, vel præfuère parentes, eorum beneficium obtinere, permittit Clemens III. in epistolâ ad Casselensem episcopum. * Quod tamen decretum intelligendum videtur de iis filiis; qui nati sunt, antequàm pater ad sacros ordines accitus fuit: ut *ex subsequenti capite 14.* colligitur; ubi filios in sacerdotio, etiam ex legitimâ conjuge, genitos, propter paternam incontinentiam, à sacris officiis rejici posse, asserit.

** li. 1. ti. 17 c. 2. & sequ.*
** li. eod. t. 18 cap. 5.*
** li. eod. t. 17. cap. 12*

¶ Electi autem examinabantur. In sacris ordinibus & ministeriis ecclesiasticis, ætatis maturitas, & morum gravitas, & scientia literarum, inquirenda est. *Lateranense Concilium sub Alexandro III.* *

** cap. 3.*

Chirographo promittebant ordinatori obedientiam & reverentiam. Johannes Optatus, cum Orchadum insularum ab Heinrico Madurco consecraretur episcopus; obedientiæ promissum, secundùm solitam verborum formulam, fecit: *ut Polydorus Virgilius* * *testatur.*

** li. 17. Hist. Angl.*

Ad sacerdotium ordinandis, castitatis servandæ jugum Alexander imposuit. *Balæus.*

Deinde ordinabantur, vel ab aliquo archiepiscopo. Luxoviensis ecclesia Arnulphum, in pontificem electum, à Rotomagensi episcopo, ad quem jure canonico consecratio spectabat, consecrari more ecclesiastico fecit. *Petrus Cluniacensis.* * Vicelinũ Aldenburgensium, & Emmehardum Mechelburgensiũ. episcopus ordinat Hartuigus Hamburgensis: *teste Helmoldo.* Et Hildebertus, Cenomanensis archipræsul, ad consecrationem vicini cujusdam episcopi, qui justam nondum habebat ætatem, venire detrectat: * *Paternitas vestra,* inquiens, *quâ vocamur ad electi vestri confirmationem, facilem apud nos inveniret assensum, si eam ratio tueretur.*

** li. 3 ep. 4*
** Epist. 9*

Vel Romano Pontifice. Otthoni Bambergensi Paschalis manus imponit. *Historia Bambergensis.* Hadrianus, ro-

gante Heinrico Leone, Geroldum Aldenburgensibus consecrat episcopum. *Helmoldus.**

* cap 81.

Præsentibus etiam vicinorum locorũ Episcopis. Consecrationi Alberti Moguntini, plures intersunt ecclesiarum præsules Coloniæ: *Urspergensi teste.* Heinricus Brunovicanus abbas, in Lubecensi ecclesiâ, à Walone Halberstadensi, Bernone Megapolitano, & Evermodo Racesburgensi, præsulibus, ordinatur episcopus: *ut Crantzius in Vandalia* * *indicat.* Vicinos aliquot episcopos, ad consecrationem alicujus præsulis, convocari solitos; *ex nonâ Hildeberti colligere licet epistola.* Et epistolâ 13. inquit: *Fama est, episcopos ad tui consecrationem convenire.*

* li. 5. c. 41

De ordinatione Metropolitani, extat Lucii III. decretum: * *Si archiepiscopus obierit; & alter fuerit ordinandus: omnes episcopi ejusdem provinciæ, ad sedem metropolitanam conveniant: ut ab omnibus ordinetur. Reliqui verò comprovinciales episcopi, cæteris consentientibus, à tribus, jussu archiepiscopi, poterunt ordinari. Sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit; & cuncti pariter pontificem consecraverint.*

* li. 1. Decretal. tit. 11. cap. 6.

Vel Regibus. Aquisgrani Fridericus, Monasteriensis episcopus, & Fridericus Imperator, uno & eodem die, ab iisdem consecrantur episcopis. *Ottho Frisingensis.**

* li. 2. de Friderico vitâ. cap. 3.

¶ Tempus ordinationis. Decẽbri præsertim mense Paschalis II. suas fecit ordinationes: *ut Panvinius testatur.* Ab eodem Ottho, Bambergensis episcopus, in die Pentecostes ordinatur. *Historia Bambergensis.* Solius Romani Pontificis esse, Subdiaconos in diebus dominicis ordinare: nec cuiquam in sabbato Pentecostes sacros ordines conferendos; eò quòd subsequentibus diebus, acceptæ Spiritûs sancti gratiæ memoria recolatur: Alexander III. in epistolâ ad Bathoniensem episcopum, censet. * Idem ad Herfordiensem episcopum: * *Sanè super eo, quod moris esse dixisti, in ecclesiis quibusdam Scotiæ & Valliæ, in dedicationibus ecclesiarum & altarium, extra jejunia quatuor temporum, clericos ad sacros ordines promovere: significamus, quòd consuetudo illa (utpote institutioni ecclesiasticæ inimica) est penitùs improbanda: &, nisi multitudo & antiqua consuetudo terta esset; taliter ordinati non deberent admitti in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur; & ordinantes privarentur autoritate ordinandi.* Itèm ad eundem: * *De eo autem, quod quæsivisti, an liceat, extra jejunia quatuor temporum, aliquos in ostiarios, lectores, exorcistas, vel acoluthos, aut etiam subdiacones, promovere: tibi respondemus, quòd licitum est episcopis, dominicis diebus, unum aut duos ad majores ordines promovere. Sed ad subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, aut sabbato sancto, vel sabbato ante Dominicam de passione, nulli episcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.* Et Urbanus III. ad Pisanum archiepiscopum: * *Episcopum, qui die, quo non debuit, ordines celebravit, canonicâ disciplinâ corrigere, & ordinates à susceptis ordinibus tamdiu reddere debes expertes; donec apud nos restitutionis gratiam consequantur.*

* li. 1 Decretal. tit. 11 cap. 1.
* ibid. c. 2.
* cap. 3.
* ibid. c. 8

¶ Ordinati jusjurandum præstitère. Ottho Bambergensium à Romano Pontifice consecratur episcopus, sinè ullâ juramenti obligatione; quod hactenus nulli Germanorum episcopo accidisse constat: *ut Bambergensis historia testatur.*

Impositæ sunt eis manus: ut ex epistolâ Otthonis, Bambergensis episcopi, quam suprà adscripsimus, patet.

Traditus baculus, & annulus. Ottho enim, acceptis ab Imperatore annulo & baculo, Bambergensibus datur episcopus. *Historia Bambergensis.* Canonicus per librum, Abbas per baculum, Episcopus verò per baculũ & annulum, investitur. *Bernhardus, in Sermone de Cœnâ Domini.*

Manuum & capitis inunctio fiebat; ut ex Petri Cluniacensis epistolâ colligitur, ubi ait: * *Cur non iteratur & illa unctio, quâ sacerdotis, cœlestia sacrificia tractaturo & sacraturo, manus inunguntur: illaq́, quâ Pontificis caput, dum ordinatur, largiore chrismatis inundatione perfunditur. &c.*

* lib 6 ep 1.

De electione novi in Romanâ sede Pontificis, primum Caput Lateranensis Concilii, sub Alexandro III. celebrati, agit: *Statuimus, ut, si fortè inimico homine superseminante zizania inter Cardinales, de constituendo Pontifice non potuerit concordia plena esse; &, duabus partibus concordantibus, tertia pars noluerit concordare, aut sibi alium præsumserit ordinare: ille Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus fuerit electus & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus, quia rem non potest, sibi nomen episcopi usurpârit: tam ipse, quam qui eum receperint, excommunicationi subjaceant; & totius sacri ordinis mulctentur privatione: ità ut viatici eis etiam, nisi tantùm in ultimis, communio denegetur: &, nisi resipuerint, cum Dathan & Abiron, quos terra vivos absorbuit, accipiant portionem. Præterea, si à paucioribus aliquis, quàm à duabus partibus, fuerit electus ad apostolatûs officium: nisi major concordia intercesserit; nullatenus assumatur: & prædictæ pœnæ subjaceat, si humiliter noluerit abstinere.*

Isque magno apparatu ordinatus fuit; & proprium nomen, quod in Baptismo acceperat, majorũ suorum exemplo, mutavit. Paschalis enim, postquam diu reluctatus fuisset, tandem expetente populo, eligente clero, collaudante Cardinalium senatu, pontificium munus suscepit; maximè verò cùm ter acclamatum esset: *Sanctus Petrus Rainerium, virum optimum, Pontificem elegit.* Cui postea primiscrinii, & scribæ regionarii, Paschalis nomen indidère. Indutus deinde coccineam chlamydem, tiarâque capiti ejus impositâ, comitante populo & clero, equo albo ad Lateranum perducitur; maximè verò ad eam porticum, quæ ad Austrum versa, in basilicam Salvatoris ducit, quã Constantinopolitanam vocant. ubi cùm in sede, ad eam rem de more paratâ, aliquamdiu quievisset: atrium Lateranense conscendens, baltheo succingitur; ubi septem claves, septem sigilla pendebant: ut intelligeret, se secundùm septivariam sancti Spiritûs gratiam, sanctarum Ecclesiarum, quibus Deo autore præerat, claudendi, sigillandi, aperiendi, recludendique, rationem habere. Invisit quoque, sceptrum Pontificium manibus gerens, ea loca, quæ solis Pontificibus sunt adjudicata. Sequentibus verò diebus, consecrationem accepturus, ad basilicam beati Petri proficiscitur: in quâ eum chrismate inunxère, Oddo Hostiensis episcopus, Mauricius Portuensis, Gualterus Albanus, Bono Lavicanus, Nilo Prenestinus, Offo Nepesinus. Oddoni Hostiensi primæ partes, quas adhuc retinet, obtigère. Post unctionem verò in urbem rediens, coronam de more accepit. *Platina in vitâ ejus.* Et de suâ ad Romanam cathedram surrogatione, in hunc modum ipsemet Calixtus, ad Albertum Moguntinum, scribit: *Dominus noster, felicis memoriæ, Gelasius, à Viennâ descedens, injunxit mihi, ut ad ejus præsentiam festinarem; postquam ipse Cluniacum pervenisset. Quod cùm post dies aliquot implere satagerem, in itinere de ejus obitu mihi nuntiatum est. Ego, ut fratribus, qui cum domino eodem venerant, prout ratio exigebat, solatium exhiberem, Cluniacum cum gravi dolore perrexi. Dum autem super eorum consolatione attentiùs cogitarem; ipsi gravissimum mihi onus, & vires meas omninò transcendens, imposuerunt. Congregati namq́, in unum, die altero post adventum meum, Episcopi, Cardinales, & centum clerici & laici Romanorum, invitum me, penitùs renitentem, in Romana ecclesia Pontificem Calixtum, unanimiter assumserunt.* Urspergensis.

EXORCIZATIO.

Vicelinus sacerdos, ab Imme quâdam virgine, in templo, magnis laboribus ejecit dæmonium: quod egressum, in Daniam se iturum, sacerdoti quærenti respondebat. *Helmoldus.**

* cap 56.

Norbertus, apud Nigellam, puellam quandam, à Diabolo obsessam, exorcizans, à dæmone irridetur: qui Cantica canticorum, per os puellæ, ab initio usq; ad finem recitavit; eaque postea Latinè & Germanicè interpretatus est, Sed tandẽ acriter episcopo instante, expellitur; anno 1122. *ut Sigeberti habet Continuator.*

Mulierem quandam, ab immundo spiritu exagitatam, Bruno, Casinensis abbas, aquâ, unde manus ipse laverat, mulieri in potum datâ, præmissis priùs precibus, curat. *Chronicon Casinense.**

* li. 4. c. 43

Mulier quædam in Nannetensi agro, incredibili à quodam petulante Diabolo exercebatur libidine. Ed fortè Bernhardus, Clarevallensis abbas, in Aquitaniam iturus, venit. Qui, re cognitâ, episcopo ejus loci, ut die dominicâ publico edicto cœtum cogat frequentem, mandat. Cumq;

præfixâ

præfixâ die magnus populi ad ecclesiam convenisset numerus; inter Missarum solennia, comitantibus, Gaufredo Carnotensi, & Briccio Nannetensi, episcopis, ipse Bernhardus ambonem ascendit; & ut omnes, qui in ecclesiâ erant, ardentes manibus faces teneant, edicit. Quas cùm & ipse, cæterique episcopi ac clerici tenerent: inauditam diaboli petulantiam cunctis aperit; fornicationis spiritum, omnium, qui aderant, fidelium comprobatione, anathematizat; & autoritate Christi, tam ad illam, quàm aliam quamcunque mulierem, accessu ipsi interdicit. Extinctis itaque luminibus, omnis Diaboli illius immundi virtus simul interiit, nec deinceps mulieri molestus fuit. *In vitâ Bernhardi.**

In agro Furnensi, Diabolus, qui se Gerardum, Bethaniæ Ducem, mentiebatur, multisque hominibus suis præstigiis molestus erat, à Radulpho Diacono adjuratur; ut, dæmonem se esse, fateri cogeretur. *Chronicon Flandriæ.*

Ad monachum quendam novitium, à Diabolo obsessum, aqua benedicta, crux, & corpus dominicum, afferuntur, verùm Diabolo recedere detrectante, frater ille scuticâ cæditur, sicque tandem liberatur. *Gerhardus à Nazareth.**

RITUS CIRCA JEJUNIA.

CErtis & statutis temporibus jejunia observabantur: ut in Quadragesimâ. Nam ob jejunium Quadragesimæ, Imperator a Wulfrathusii monasterii vastatione abstinet. *Aventinus.** In Quadragesimâ jejunium solenne est Christianis, quod dies quadraginta ante Paschalia servant. *Ibidem.*

Otho, Bambergensis episcopus, Pomeranos, ut sextâ feriâ à carne & lacte, more cæterorum Christianorum, abstineant, & sacrosanctam Quadragesimam jejuniis, vigiliis, eleemosynis, & orationibus, diligentissimè observent, docuit: *teste Urspergensi.* Calixtus Papa quatuor temporum instituit jejunium; in Quadragesimâ; in Pentecoste, Septembri & Decembri mensibus: *teste Antonino.* In Quadragesimâ, ab maiorum consortio & carnium esu abstinendum esse, *Honorius* docet. Tribus in hebdomade diebus jejunandum, censet *Rupertus*, * quarto nimirum, sexto & septimo.

Et in publicis calamitatibus, propter orationes, jejunatum est. Apud Moguntinos enim, urbem Heinrico V. oppugnante, jejunia indicuntur: *teste Hedione.** Christiani in terrâ sanctâ, à Saracenis pressi, Ninivitarû exemplo, utriq; sexui jejunium indicunt: etiam lactentibus ac universo pecori pabula negantur; anno 1124. *Sigeberti Continuator.*

RITUS CIRCA CIBOS.

Pomeranos Otho Bambergensis episcopus docuit, ne quid immundum comedant; non morticinum, non suffocatum, neque idolothytum, neque sanguinem animalium: *ut scribit Urspergensis.*

DE FESTIS.

DIe dominicâ feriabantur. Dies dominica, dies scilicet Resurrectionis, quæ suæ salvationis causa exstitit, Christianorum sabbatum est. *Petrus Alfonsus in Dialogo.** Sclavorum populi diebus dominicis ad ecclesiam convenire, & sacris mysteriis interesse solebant. *Helmoldus.** Otho, Bambergensis episcopus, Pomeranos secundùm sanctorum Patrum instituta servare docuit, ut dominicâ die vacent ob omni opere malo; & ad ecclesiam, divinum audituri officium veniant, ibique orationibus studiosè insistant, solennitates Sanctorum cum vigiliis, vel secundùm quod eis indicatum fuerit, cum omni diligentiâ observent. *Urspergensis.*

Adventum Domini ab universâ Ecclesiâ semel in anno celebrari, *Bernhardus* testatur.

Et diebus solennibus ferias agebant. Diem Christo natalem Heinricus V. Moguntiæ festum agit, anno 1105. *Urspergensis.* Eâdem festivitate, post annos novem, nuptias Moguntiæ idem Imperator celebrat: *ut Sigeberti habet Continuator.* Cunradus Rex apud Magdeburgenses feriatur, anno 1146. *ut ex Mariani Scoti appendice patet.* Heinricus. Anglorum Rex, Christi natalia, cum conjuge Reginâ Elionorâ, apud Cæsarisburgum peragit, anno 1160. *Sigeberti Continuator.* Sueonum historia habet, quòd Suercherus, Gothorum Rex, nocte, quâ Christi nativitas celebratur, à servo stabulario trucidatus fuerit: dum ad villam & ecclesiam Tolstada, nocturnam festivitatem visurus adiret: *Johannes Magnus.** Geroldus episcopus Brunsuigæ, cum Heinrico Leone, eandem festivitatem peragit: quâ expletâ, episcopus ad suam ecclesiam Aldenburgum contendit, solennem Epiphaniæ diem in loco episcopali acturus. *Helmoldus in Sclavorum Chronico.**

Circumcisionis Domini meminit *Radevicus.**

Epiphaniis. Heinricus V. in dominicæ apparitionis festo, quod Epiphania Græci vocant, Principum conventum egit Ratisbonæ; *teste Nauclero:* anno 1110. *juxta Hedionem.* Canutus, Obotritorum regulus, à Magno, Nicolai Danorum Regis filio, die Magorum, occiditur: *ut ex Holsatiensi patet Chronico.*

Græci, Nativitatem Domini Epiphaniæ continuantes, duas illas festivitates unam faciunt. *Otho Frisingensis.**

In mediâ Quadragesimâ, Beccensis ecclesia dedicata est: *ut Sigeberti Continuator indicat.* Quadragesimam *Otho Frisingensis** vocat tempus pœnitentiale. Instabant Quadragesimæ religiosi dies. *Cranzius in Vandaliâ.** Quadragesimam jejuniis, vigiliis, eleemosynis, & orationibus observare, Pomeranos Otho Bambergensis docuit. *Urspergensis.* In Quadragesimâ Alleluja non canitur, & secreta sanctuarii in templis, velis teguntur: *teste Honorio in Speculo Ecclesiæ.*

Palmarum. Fridericus Imperator, Mediolanensi urbe direptâ & solo æquatâ, in Olivarum festo, in basilicâ sancti Ambrosii, cum olivâ triumphalem gestabat victoriæ palmam: in Paschate verò, apud Ticinenses commoratur. *Nauclerus.** Dominicæ Palmarum *Radevicus** meminit.

Magnâ hebdomade, quâ supplicii, quod Deus & Homo pro nobis subiit, memoria colitur, Isaacius Imperator viduas eleemosynis, pauperculas virgines dote & nuptiarum sumtu, juvabat: *ut Nicetas de Imperio ejus** *indicat.*

Dominicæ Cœnæ. Raan, Rachelis Thenensis Comitis filius, in ipsâ Cœnæ dominicæ solennitate. Casinum, Pascha ibidem celebraturus, venit. *Chronicon Casinense.**

In Parasceve, Heinricus Leo anno fuit venit prope Constantinopolim: ibiq; celebrantes dominicam passionem & sabbatum sanctum, manè in die sanctæ resurrectionis, peractis solenniter mysteriis, & prandio facto, ascenderunt curiam Regis. *Continuator Chronici Sclavorum.** Eâdem die altaria suis ornamentis spoliantur, & crux salutatur: *teste Honorio, in Sermone die Cœnæ Domini habito.*

In Paschatos festo, Paschalis II. Heinricum Imperii donat diademate: *ut Sigebertus autor est.* Idem Pontifex, cum Imperatore, Pascha Coloniæ Agrippinæ celebravit, angelicâ Cluniacensium servorum stipatus catervâ: *ut Vincentius** *narrat.* Ejusdem festivitatis sæpius *Urspergensis* & *Sigeberti* meminère *Continuator.* Ob magnitudinem diei resurrectionis Christi, tota hebdomada pro unâ die reputatur: ideoque quotidie, *Hæc est dies*, cantatur; & horâ vespertina non solito more; sed Missæ officio, inchoatur. quia est figura illius magni diei, qui nullo terminatur vespere. *Honorius in Sermone de Paschate.*

Quidam Hiberniæ populi arbitrantur, obsequium se præstare Deo: dum per anni circulum furto & rapinâ congererent; quod in Paschali solennitate profusis missis, tanquam ad honorem resurgentis Domini, absumeretur conviviis. Eratq; te inter eos urgens concertatio; ne fortè quis ab alio, immoderatissimis ferculorum præparationibus, vinceretur.

Ascensionis, *Historia Bambergensis*, & *Sigeberti Continuator*, mentionem faciunt. Ad celebre festum ejusdem, quo memoria reditûs in cœlum, unà cum assumto corpore Domini & Dei & Servatoris nostri, celebratur, omnes Aulici ad Imperatorem Constantinopolitanû convenire jussi sunt: *ut Annales Nicetæ habent.* Eâdem festivitate, Ericus Sueciæ Rex, ab Heinrico Dano, in Upsalensi obruitur metropoli. *Johannes Magnus.**

Pentecostes. In octavis Pentecostes, Hugo, Rothomagensis

gensis archiepiscopus, cum aliis quibusdam ejusdem farinæ hominibus, beati Firmati ossa è terrâ levavit. *Sigeberti Continuator.* Heinricus IV. in ipsis Pentecostes feriis mortem obiit, anno 1107. Hæc festivitas per dies septem celebratur, quia in septem donis Spiritus sanctus colitur. *Honorius, in Sermone de Pentecoste.* Quinquagenalia Heinricum V. Mersburgi celebrâsse, *Aventinus* * indicat. Post Lotharii obitum ad Quinquagenales ferias, à Germaniæ Principibus comitia Moguntiacum indicuntur. *Idem.*

* lib. 5.

Antichristi feces resipit, quod Alexander de festis quibusdam sancit, inquiens: * *De vesperâ in vesperam celebrabitis sabbata vestra: festorum tamen principium & finis, juxta eorum qualitatem, & diversarum regionum consuetudinem, debet attendi; &, sicut magnitudo dierum exigit, prius incipere & terminari. Diebus autem dominicis, & aliis præcipuis festivitatibus, sive inter Pascha & Pentecosten, genuum flexio nequaquam debet fieri: nisi aliquis ex devotione id velit facere in secreto. In consecrationibus autem episcoporum, & clericorum ordinationibus, consecrans & consecratus tantùm genua flectere possunt; secundùm quod consecrationis modus requirit. Præterea festivitas sanctæ Trinitatis, secundùm consuetudines diversarum regionum, à quibusdam consuevit in octavis Pentecostes, ab aliis in Dominicâ primâ ante Adventum Domini, celebrari. Ecclesia siquidem Romana in usu non habet, quòd in aliquo tempore hujusmodi celebret specialiter festivitatem; cùm singulis diebus* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, *& similia dicantur, ad laudem pertinentia Trinitatis.*

* lib. 2. Decret. l. 9. c. 2.

Exaltationis crucis. Ob solennem sanctæ Crucis exaltationis festivitatem, Lotharius Imperator in sancti Germani oppido commoratus: *ut in Chronico Cassinensi* * *scribitur.* Festivitatis sanctæ Crucis, post Pascha celebratæ, fit mentio *in Saxonia Chronico*, circa annum Christi 1181.

* li. 4. c. 120

Michaëlis. Londini Anshelmus, ad festum Michaëlis, concilium agit. *Catalogus testium veritatis.* Anno 1156. Heinricus Anglorum Rex, circa Michaëlis festivitatem, apud Wincestrum, regni sui Procerum agit conventum: *ut Sigeberti annotat Continuator.*

Nativitatis Mariæ, meminit *Vincentius*, * & *Sigeberti Continuator.* Johannes, Cremensis Cardinalis, solenne Concilium Londoniis, ad nativitatem B. Mariæ, celebravit. *Catalogus testium veritatis.* Bruno, Hildesheimensis episcopus, primus nativitatem Virginis gloriosæ cœpit cum octavâ celebrem habere; cùm sit ejus ecclesiæ defensatrix. *Crantzius in Metropoli.* *

* li. 26. c. 14

* li. 6. c. 41

Purificationis B. Mariæ. *Historia Bambergensis* de Otthone episcopo meminit. Anno 1157. Heinricus Anglorum Rex, in Purificationis festo, Rothomagi commoratur. *Sigeberti Continuator.* Diem Purificationis Heinricus Leo, Ratisbonæ, cum optimatibus solenniter egit: *ut ex Continuatore Chronici Sclavorum* * *apparet.* Die Purificationis, Christiani lumina manibus ideò ferunt; quia Simeon verum gentium lumen ulnis suis complexus est: *ut Honorius, in sermone de iisdem feriis refert.*

* cap. 3

Assumtionis. Mos est Romanorum, festum illud assumtionis matris Domini, inter universas anni festivitates, præcipuo honore colere, speciali devotione venerari. Unde est, quòd inter plura devoti animi sui erga præcelsam Virginem signa, cereos maximos faciunt; quos in Vigiliâ festivitatis accendunt, &c. *Petrus Cluniacensis.* * Theodorus Castamonita, cum fastu & frequentissimo comitatu, per forum in Patanassæ templum, 15. die Augusti, ad festum Assumtionis Dei-genitricis celebrandum, incedit. *Annales Nicetæ de Imperio Isaacii Angeli.* * Paschalis Pontifex, 18. Calend. Septembris, quem diem celebrem Deiparæ virgini, quando superos petivit, habemus, in D. Petro sacrâ æde, Beatricem, Friderici Imperatoris conjugem, consecrat, Augustamque appellat. *Aventinus.* * Dies Assumtionis Mariæ, inaugurationi Philippi, Francorum Regis, tribuitur, *apud Sigeberti Continuatorem.* Octavam ejusdem festivitatis sacram haberi, instituit *Reinoldus*, superstitiosus [illegible]oniensium præsul.

* lib. 2. Miracul. c. 30

* lib. 3.

* lib. 6.

Baptistæ. Anno 1158. circa festivitatem Johannis Baptistæ, Heinricus, Anglorum Rex, magno apparatu bellico occupatus fuit. *Sigeberti Continuator.*

Divisionis Apostolorum. Idibus Julii, quæ Apostolorum divisione celebres sunt, Fridericus Mediolanenses gravi conflictu concidit: *ut Radevicus* * *scribit.*

Petri & Pauli Apostolorum festivitate, regalia Heinricus, Saxoniæ Dux, Ratisbonæ, coram regni Proceribus, invitus deponit: *ut Cuspinianus de Imperatoribus annotat.*

Conversionis Pauli. Proximâ, quæ celebritatem conversionis Paulinæ secuta est, die, Fridericus de Cremensibus felicem reportavit victoriam: *ut ipsius Imperatoris testatur epistola apud Radevicum.* *

* li. 4. c. 49

Vinculorum Petri. Adelgotus, Magdeburgensium episcopus, cœnobium S. Petro sacrum, ad urbis Mersburgensis mœnia conditum, Calendis Augusti, festivitate vinculorum Petri illustribus, consecravit: *ut in Mersburgensi Chronico scribitur.*

Illucescente die, quâ Sanctorum Johannis & Pauli passio veneranda celebratur, navalis Sclavorum exercitus, per Travenæ ostium, Lubecam venit, eamque vino sepultam oppugnavit: *Helmoldo in Sclavorum Chronico* * *testante.*

* cap. 64.

Simonis & Judæ. Heinricus Leo, ipsâ Simonis & Judæ festivitate, Bardevicum, amplissimam civitatem, solo æquavit, anno 1188. *ut in Holsatiensi Chronico annotatur.*

Jacobi. *Vincentius.* *

* li. 26. c. 41.

Thomæ. In profesto S. Thomæ, Otho ex Pomeraniâ ad Bambergenses rediit. *Historia Bambergensis.*

In Bartholomæi feriis, Lotharius rex eligitur. *Chronicon vulgare.* *

* lib. 5.

Marci. *Vincentius.* *

* li. 26. c. 16.

Lucæ. In vigiliâ S. Lucæ Evangelistæ, Anglorum Rex in Hiberniam transiit. *Sigeberti Continuator.*

Barnabæ. Tertio Idus Junii, apud castrum Marcel in festivitate beati Barnabæ apostoli, obiit Heinric[illegible] junior Rex Anglorum, anno 1182. *Continuator Sigeberti.*

Et Martyrum, aliorumque Sanctorum. Ut Stephani: cujus festivitas Natali Christi ideò subjicitur; quia sacrum ejus corpus eo die inventum creditur. *Honorius, in Sermone de Stephano.*

Theodori. Alexius Comnenus Imperator, in fundum Ryaceni egressus est, ad celebrandam Theodori martyris memoriam, septimo primi jejuniorum. *Annales Nicetæ.*

Laurentii. Castellionem, castrũ naturâ & arte munitissimum, in Laurentii festivitate, Heinricus, Anglorũ Rex, expugnavit, anno 1162. *ut Sigeberti annotat Continuator.*

Thomæ Cantuariensis. Alexander Papa, canonizato Thomâ Cantuariorum episcopo, Anglis præsertim, ut natalis ejus dies ab omnibus ageretur festus, præcepit. *Idem.*

D. Georgii festivitatis, fit mentio *in Bambergensi Chron.*

Lamberto, sacro die, Cunradus Imperator conventum Herbipoli egit: *ut in vulgari quodam Chronico Germanico* * indicatur.

* lib. 7.

Alexii festivitate, Ulrico sacrum apud Augustanos cœnobium incendio conflagravit, anno 1183. *Chron. German.*

Ulrici. Saladinus, Ulrici festo, terram sanctam in suum jus armatâ manu redegit. *Chronicon Germanicum.* *

* lib. 8.

Martini. Fridericus Imperator, omnibus primariis Italiæ viris & civitatibus, apud Roncalias, die Martino sacro, conventum indixit. *Radevicus.* *

* li. 3. c. 46

Mauritii. Lotharius Imperator & Innocentius Romanus, sancti Mauritii diem, in B. Petri ecclesiâ festum peragunt: *ut in Cassinensi Chronico* * *scribitur.*

* l. 4. c. 126.

Siati. Die Siato sacro, Heinricus Leo, Saxonum Dux, è rebus humanis excessit, anno 1196. *teste Funccio in Chronologiâ.*

Sacro Eleutherio die, magna Romæ inundatio fuit, anno 1126. *teste Hedione.*

Clementis. In festivitate B. Clementis, Anglorum & Francorũ Reges, orationis gratiâ, ad montem B. Archangeli venerunt, anno 1159. *ut Sigeberti habet Continuator.*

Nicolai. Apud Padebornenses, in festivitate Nicolai, Angelos Responsorium cantantes auditos fuisse, *Beatus Nicolaus jam triumpho potitus*, *Helmoldus in Chronico Sclavorum* * *narratur.* Sacra D. Nicolai festivitas à *Crantzio* * annotatur.

* cap. 43.
* li. 5 Vandal. cap. 34

Hieronymi. In sancto Hieronymi festo, Alexander Se-

monas vetus, *Vincentius.* * Anno Domini 1189. 1. Calend. Octobris, in die sancti Hieronymi, secundus Ottho, Bambergensis episcopus, in deorum numerum relatus est: *ut in Bambergensi scribitur Chronico.*

In appendice Mariani Scoti, plurimarum festivitatum fit mentio: nimirum Rogationum, Vigiliarum ascensionis, Petri & Pauli, Assumtionis B. Mariæ, ejusdemq; Nativitatis, S. Galli, Undecies-mille virginum, sancti Gereonis, &c.

Walpurgis. Fridericus Imperator, ad diem Walpurgi sacrum, Principes regni Halberstadiam convenire jubet. *Chronicon German.**

Luminum festivitatem, in villâ Antumiaco, Fridericus Imperator celebravit: *teste Radevico.**

Trinitatis, Transfigurationis Domini, & Conceptionis Mariæ, festa hoc seculo excogitata, *ex Pothone* * colligi potest, reprehendente novorum accessionem festorum. *Ecce, inquit, vita monastica, quæ erat columna & firmamentum religionis, in qua videlicet viguit disciplina censura, morum gravitas, maturitas consiliorum, autoritatis pondus, antiquitatis insigne, in ecclesiasticis officiis, repentinâ visa est novitatibus acquiescere; & quasi juvenili passa est decolorari levitate. Miramur ergo satis, quid visum fuerit hoc tempore quibusdam monasteriis, mutare colorem optimum; novas quasdam inducendo celebritates. Numquid Patribus doctiores aut devotiores sumus? Superbâ mente præsumimus, quicquid ipsorum in talibus prudentia præteriit. Neque verò nos in hujusmodi aliquid invenire possumus, quod illorum quiverit diligentiam præteriisse. Quæ igitur ratio hæc festa celebranda nobis induxit? festum videlicet sanctæ Trinitatis; festum Transfigurationis Domini. Additur his à quibusdam, quod magis absurdum videtur festum quoque Conceptionis S. Mariæ. Nos in his omnibus devotioni fidelium minime derogamus: dum rationem quærimus, quâ rationabile obsequium nostrum offerre Domino debemus: ne fortè, à viâ rectâ deviantes, præsumtionis spiritu seducamur.*

Mariæ Magdalenæ festivitatis, 6. Calend. Augusti peragendæ, Albetonem, Leodiensem episcopum, inventorem narrat *Catalogus ejusdem sedis antistitum.*

Devictis ad Lubecam urbem Ranis, seu Rugianis gentilibus, ab Heinrico Sclavorum Duce, statutum est: ut singulis annis, in rei gestæ memoriam, Calendæ Augusti sacræ haberentur: *ut Helmoldus in Sclavorũ narrat Chronico.**

Benedicti. Monachi, Episcopi, Cardinales Gallici, festum translationis S. Benedicti celebrant, in Floriacensi monasterio. *Chronicon Casinense.* * De S. Benedicto hymnum, qui in magno ejus festo cantatur, mendaciis pluribus refertum, queritur *Petrus Cluniacensis.**

Partâ de Scythis victoriâ, & insigni editâ inter eos strage, Johannes Constantinopolitanus Imperator vota Deo persolvit: quod festum Pazinacarum nostro tempore dicitur, in rei gestæ monumentum, & grati animi testimonium. *Annales Niceta Choniata.*

RITUS CIRCA NUPTIAS.

SPonsalia nuptias præcedebant. Fridericus Imperator, filio suo ejusdem nominis, Ungariæ Regis filiam desponsavit. Verùm is morte præventus, uxorem eam non duxit: *ut Urspergensis annotat.* Manuel, Imperator Constantinopolitanus, per Legatos, suo filio Francorum Regis filiæ nuptias petit; quibus & potitur: *ut Sigeberti habet Continuator.* Gauterii de Elincampo filius, puellam sibi desponsavit; quæ, convenientibus parentibus, solenniter ipsi tradita est: celebrata sunt cætera matrimonii sacramenta; pactumq; est conjugium, consensu voluntatis. *Hildebertus.**

Novi conjuges, in ecclesiâ, ritu solenni à sacerdote conjungebantur. Petrus enim Diaconus, Cardinalis Capuanus, sedis pontificiæ Legatus, in Poloniâ constituit: ut profani homines publicè in templis matrimonio jungerentur: *ut Crymerus* * *indicat.* A novis nuptis, pro benedictione, nihil vult exigi Alexander III. *in Lateranensi Synodo.** Ex partibus Emmæ mulieris, nostris est auribus intimatum; quòd Andreas sibi eam coram Sacerdote quodam & Diacono & aliis, pluribusque tam clericis, quàm laicis, ad hoc convocatis, juramentum præstiterit: quòd ipsam ab eo tempore pro conjuge teneret, & ei, sicut uxori suæ, fidem [illegible]aret: ipsa quoq; Andreæ præstito juramento promisit, se [illegible]lum pro marito [illegible]ituram, & fidem ei tanquam proprio viro servaturam. *Lateranensis Concilii parte 6 de Sponsalibus & matrimonio,* * *Alexander III. ad S. Eadmundi abbatem in Ramesid.** Vir autem & mulier, ad bigamiam transiens, non debet à presbytero benedici: quia, cùm aliâ vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet. *Urbanus III. in epistolâ ad Vigorniensem episcopum.**

Sequebantur convi[illegible] Heinricus V. Imperator, magnificas nuptias Moguntiæ apparavit, cum Mech[illegible], Heinrici Anglorum Regis fili[illegible]: *ut Aventinus* * *testatur.*

Et ut unusquisq; unâ conjuge contentu[illegible] Pomeranos Ottho Bambergensis episcopus docuit: *teste Urspergensi.*

Tempus etiam observabatur. Nam à Septuagesimâ usque ad Pascha, à Rogationibus usque ad octavam Pentecostes, ab Adventu usque ad octavam Epiphaniæ solenni pompâ, consecrationis gratiâ templum invisere, novi conjuges Clementis edicto prohibebantur. *Gigas.*

Dos numerabatur sponsæ. Ludovicus junior, Francorum Rex, cum Elionorâ, Wilhelmi Pictaviensis Comitis filiâ, Aquitaniæ comitatum dotis loco accepit. *Sigeberti Continuator.* Ferens sententiam divortii, etiam dotem restituere jubeat: *Clemens III.** Mulier, ob adulterium à viro repudiata, dote excidit. *Idem.**

CAUSA CIRCA NUPTIAS.

1.

Petrus Diaconus Cardinalis, Romanæ sedis Legatus, in Poloniâ Sacerdotibus imperavit; ut concubinas & uxores, quibus tum liberè utebantur, repudiarent: quod Poloni non-gravatè amplexi sunt. Verùm, cùm idem apud Bohemos moliretur Legatus ille, vix vitæ periculum evasit. *Cromerus.**

2.

Ludovici Francorum Regis conjunx repudiata, Heinrico Anglorum Regi nupsit: *ut ex Radevico* * *videre licet.* Quæ res multarum dissensionum inter utrosque Reges occasio fuit. Heinricus enim Aquitaniæ ducatu, quem Ludovicus etiam sibi arrogabat, dotis ratione potitus est: *Sigeberti Continuator indicat.*

RITUS VISITANDI AEGROTOS.

COmmune erat officium Episcopis, Presbyteris & Diaconis, ægrotos invisere. Diaconus quidam Ludolpho, sacerdoti de Fenle, animam agenti, historiam passionis Domini prælegit: *teste Helmoldo in Sclavorum Chronico.** Complures episcopos morienti Francorum Regi, Ludovico Crasso, admisse, *Robertus* indicat.

Edebant autem ægroti suas confessiones, & communicabant: ut patet ex epistolâ Petri Cluniacensis, * qui Guilelmum quendam decumbentem, peccata sua confessum, semel atque iterum sacri corporis viaticum sumsisse, testatur. Et de quodam Monacho idem scribit; * quod post peccatorum confessionem absolutionem acceperit, confessionemque fidei ediderit, cum Orationis dominicæ recitatione. Ottho, Frisingensis episcopus, jam-jam moriturus, se Catholicæ fidei assertorem, juxta sanctæ Romanæ, imò & universalis Ecclesiæ regulam, professus est. Deinde multâ prius cordis contritione, & humili confessione, reatum suum recognoscens, sumtis sacrosanctis mysteriis, in medio multitudinis sanctorum, tam episcoporum, quàm abbatum, Domino spiritum reddidit. *Radevicus.** Pomeranis injunxit Ottho, Bambergensis episcopus; ut in infirmitate constituti presbyteros ad se vocent: quibus peccata sua confiteantur, corpusque Domini accipiant. *Urspergensis.* Gerardus, Clarevallensis abbas, tribus vulneribus à monacho quodam inflictis, post confessionem, pœnitentiam & acceptum corpus Domini post triduum occubuit. *Sigeberti Continuator.* Ludovicus C[illegible]sus, cùm mortem sibi imminere videret, compluribus accersitis episcopis postquam confessionis sacramento conscientiam emundâsset, sacram sibi Eucharistiam conferri postulavit. Posthæc pavimentum tapete sterni jussit, ac super eum crucis ex cinere signum fieri; ubi & jaceret, & moreretur. Decumbens igitur in tapete Rex, defunctus est: *ut Robertus* * indicat.

conci[illegible]

De unctione ægrotantium per oleum, à Pontifice consecratum, *Radevicus* scribit,* quòd Ottho Frisingensis episcopus, lecto decumbens, pro more, sacro olei liquore perunctus fuerit. Idem officium & Guillermo cuidam, à Viceliacensi abbate præstitum, narrat *Petrus Cluniacensis. Iterari, prout mihi videtur, necesse est infirmorum unctionem. quia iterari necessarium est peccatorum, propter quam illa fit unctio, remissionem. Istud indicant & ipsa verba hoc præcipientis Apostoli:* * Infirmatur quis in vobis, &c. *Cùm igitur certum sit, causam unctionis hanc esse: ut oratio fidei salvet infirmum, ut alleviet eum Dominus, ut, si in peccatis sit, dimittantur ei: cur non iterabitur unctio, præcedente unctionis causà? Nam, si æger post semel redditam sanitatē, nunquam deinceps in morbum incideret. si nunquam post primam unctionem in peccata corrueret fateor, quòd nunquam deinceps unctionem jam dictam iterari fas esset. Quòd si rursum infirmatus fuerit, si rursum peccaverit: quæ ratio ut rursum allevietur, ut rursum ei peccata dimittantur, denuo eum inungi prohibebit? &c.* Ad cujusdam nobilis viri conjugem ungendam, Malachiam accersitum, *Antoninus* * indicat: Fratres Domûs hospitalis Hierosolymæ, ægrotis viaticum & extremam unctionem non negabant: *ut Nauclerus annotat.* Ludolfum, sacerdotem de Feule, in extremo agone constitutum, à sacrificulis unctum esse, *Helmoldus in Sclavorum Chronico* * indicat. Idem & de Tethmaro, † & de Geroldo Lubecensi,* scribit. Sacerdos, uno præsente clerico, & etiam solus, potest infirmum inungere. *Alexander III. in epistolà ad Carnotensem episcopum.**

In torneamentis occisum, si corpus dominicum susceperit, & sacri olei fuerit unctione perunctus, ecclesiasticâ sepulturâ non privandum, *idem ad Anatenensem episcopum* statuit.

RITUS SEPULTURAE.

Defunctos plangebant. Statii enim, nobilissimi Mediolanensium Principis, eædem tota civitas luxit; & regiis eum exsequiis terræ mandari curavit. *Radevicus, de rebus gestis Friderici.** Tethmarus, Bremensis ecclesiæ Præpositus, multis civium lacrymis terræ mandatur: *ut Helmoldus* * *testatur.* Populum Hiberniæ magnis clamoribus suos mortuos luxisse; ac, si summi fuerint viri, mulieres aliquot, quæ circa funus plangerent, conduxisse; *Polydorus* * testatur.

De Hispanorum lugendi ratione in hunc modum *Petrus Cluniacensis* scribit:* *Vidi nuper ipse, in Hispaniis constitutus, & admiratus sum, antiquum hunc morem ab Hispanis adhuc omnibus observari. Mortuâ quippe uxore, maritus; mortuo marito, conjunx; mortuis filiis, patres; mortuis patribus, filii; defunctis quibuslibet cognatis, cognati; extinctis qualibet casu amicis, amici, statim arma deponunt: sericas vestes, peregrinarum pellium tegmina, abjiciunt: totumq; penitùs multicolorem ac pretiosum habitum abdicantes, nigris tantùm vilibusq; indumentis se contegunt. Sic crinibus propriis, sic jumentorum suorum caudas decurtant, seq; & ipsa atro prorsus colore denigrant. Talibus luctûs dolorisve insignibus, subtractos charissimos deflent: & integri ad minus spatium anni, in tali mœrore, publicâ lege consummant.*

Exequias celebrabant. Senioretti enim, Casinensis abbatis cadaver, post peractas exsequias terræ mandatum fuisse, *in Chronico Casinensi* * scribitur. Ad Gerardi monachi jam sepeliendi tumulum, sinè lacrymis, quousque cuncta exsequiarum solennia peracta essent, *Bernhardus,* * se sacerdotalibus indutum adstitisse: solitasq; in eum preces complevisse; ac denique propriis, pro more, manibus [illegible]ram super d[illegible]ecti corpus projecisse, testatur. Matthæi Albanensis corpus exan[illegible]me, toto die Natalis Domini servatum est, & psa[illegible]mis ac Deo fusis precibus frequentatum. Sequ[illegible] die o[illegible] pro ejus æternâ requie, Innocentius [illegible]pa solenne Deo sac[illegible]ium & devote supernam pietatem pro P[illegible]ntificis [illegible]m suorum comparticipis requie [illegible] orav[illegible]. Fecerun[illegible] idem & epi[illegible]co[illegible] qui tunc ad[illegible] [illegible]ndem circa hora[illegible] [illegible] ei se tam, pr[illegible] missâ ab o[illegible] [illegible] æ agendâ adstante clero & po[illegible] [illegible]en[illegible]um e[illegible]so, ad sepulcrum delatus est. *Petrus [illegible]uniacensis.*

Nihil pro exsequiis & defunctorum sepulturis expendi, vult Alexander III. *in Lateranensi Concilio.**

Cadavera lavabant, & aromatibus condiebant. Heinrici V. cadaver, exsectis intestinis, sale conspersum, & Ultrajecto Spiram delatum est, anno 1 26. *ut Sigeberti abbatis Continuator.* Inferiarum, & extremæ lotionis, meminit *Nicetas de gestis Isaacii Angeli.** Matthæi Albanensis episcopi corpus, ut habet communis mos, ablutum, monachali cucullâ vestitur; & psalmodia cantatur. Osculantur plurimi manus vel pedes jacentis: & se sanctificari tali contactu vel osculis, non irritâ fide, confidunt. *Petrus Cluniacensis.**

Feretris ad sepulcra ferebant. In sarcophago enim lapideo, Heinrici Imperatoris corpus, integrum quinquennium, antequam terræ mandaretur, reservatum, *Cuspinianus* indicat. Lectica, quâ Philippi Francorum Regis cadaver inclusum erat, palliis & quocunq; funebri ornatu tecta, servorum humeris, ad Benedicti cœnobium super Ligerim, defertur; ubi erat terræ mandandum. *Annonius.**

Fiebant cantilenæ lugubres. Vigiliarum enim, in funere Ludolphi sacerdotis decantatarum, *Helmoldus* * meminit. In funere Philippi Regis, hymnis & precibus Deo commendatam defuncti animam, *Annonius* * indicat.

Locus sepulturæ, erant cœmeteria. Nam eorum *Crantzius*, aliique autores, sæpiùs meminerunt. Adolphus Comes præcepit Sclavis sibi subjectis, ut mortuorum cadavera deinceps, in atrium ecclesiæ Aldenburgensis tumulanda, perferant: *teste Helmoldo.** Sala presbyter jamdudum dedicare cœmeteria præsumsit; quod episcopalis est dignitatis: *ut Gerhardus de Nazarath, in defensione contra Salam presbyterum, scribit.* Ulmenses, cœmeterium ad omnes Sanctos, alto cinxerunt muro: *ut in Historiâ eorum annotatur.* Ottho, Bambergensis episcopus, apud Pomeranos constituit: ut ipsi mortuos Christianos, non inter Paganos in sylvis aut campis; sed in cœmeteriis, recondant, sicut mos est omnium Christianorum; nec fustes ad sepulcra eorum ponant: *ut Urspergensis refert.* Philippus, Francorum Rex, Parisiis locum quendam, Innocentis sacello vicinum, quadratis lapidibus muniri fecit: eosque humana tantùm sepeliri jussit corpora. *Gaguinus.**

Eaque tum extra, tum intra urbes. Calixtus enim, Romanorum Pontifex, de suo nomine cœmeterium in viâ Appiâ condidit: *teste Polydoro.**

Aut templa. Egilbertus, & Eberhardus, & Ottho, quem Largum vocant, episcopi, in Bambergensi ecclesiâ terræ mandantur. *Historia Bambergensium.* Adrianus Papa in basilicâ D. Petri sepelitur: *teste Radevico.** Welphonum, patris & filii, sepulcrum, apud Steingaden, Lycatiorum templum, ostenditur. *Aventinus.** Ottho de Rietenburg, Reginoburgi, in vestibulo ædis D. Haimeranni, sepultus est. *Idem.** Wilhelmus, Pictaviensis Comes, qui in Galliciam ad S. Jacobum, precum faciendarum gratiâ, profectus fuerat, ibidem moritur; & ante altare, eidem Apostolo sacrum, terræ mandatur: *ut Sigeberti Continuator indicat.* Geroldi episcopi cadaver, è Butzow Lubecam delatum, in medio ecclesiæ sepelitur. *Helmoldus.** Adrianus Papa, in ecclesiâ D. Petri, præsentibus, Clero, Senatu Populoque Romano, honorificè tumulatus est. *Radevicus.** Et Alexius Imperator, funebrem Nicolai patriarchæ pompam magnificè honoravit. *Cuspinianus de Imperatoribus.* Heinrici V. corpus Spiræ, frequentissimo nobilium, cleri ac populi, cœtu concomitante, reconditur in templo, juxta majorum suorum cadavera: *ut in Bambergensi Chronico scribitur.*

Aut monasteria. Macolmus enim, Scotorum Rex, Dunelmensi cœnobio, quod ipse suis restituerat sumtibus, solennem suæ nationis Regum sepulturam perpetuò esse, sanxit: *teste Baleo.** Lotharii Imperatoris corpus, intestinis exemtis, Tridento in Saxoniam delatum, in monasterio, quod vulgò Regia Lotharii nuncupatur, reponitur; ejusq; res gestæ æri incisæ ibidem conduntur: *ut testantur Aventinus* * *& Cuspinianus.* In eodem cœnobio, & Heinrici Bojorum Ducis, generi Imperatoris, ossa reponuntur: *teste Frisingensi & Cuspiniano.* Othonis, Bojorum Duci, cadaver ad Scheuten delatum est: justisque interfuêre plurimi proceres. *Aventinus.** Mortuo Bambergæ Cun-

[illegible] juxta Heinri[illegible] [illegible]perat[illegible] [illegible] [illegible]lerum, [illegible] corpus in [illegible]ni cœno[illegible] delatum. [illegible] & [illegible]erradi conjugi Friderico fi[illegible] [illegible] *bius*, & *Cuspi*[illegible]*m.* L[illegible] B[illegible]rum Dux in æde [illegible] [illegible]ereien[illegible] [illegible]nti-millia passuum a Viennâ Noric[illegible]rum [illegible]stante, sepe[illegible]r. *Aventinus.** Otho[illegible] II. & Heinr[illegible] IX. fratrum, [illegible] Bojorum, cadavera in Altorfiensi cœnobio re[illegible]ntu[illegible]. *Ibidem.* At Leopoldum, eorundem Ducem, in [illegible] cœnobio sepultum scribit *Ottho Frisingensis.** Hu[illegible]o, Cel[illegible]lensis episcopus, in monachorum cœnobio [illegible]atur. *Balæus.* Ottho Bambergensis episcopus, in cœ[illegible]i Montis-monachorum, ad altare sancti Michaëlis; Hermannus, ejusdem sedis antistes, in monasterio Theo[illegible]dori, ad altare majus, [illegible]. *Ibidem Historia Bamberg.* Norbertus, ar[illegible]episcopus Parthenopolitanus, in cœnobio beatæ V[illegible] [illegible]. terræ mandatur. *Continuator Sigeberti.* Manuelis Comneni Imperatoris tumulum, in monasterio [illegible]antocratoris, lap[illegible] tegit nigricans, & mœstum quid præ se ferens, qui in septem assurgit vertices. *Annales Nicetæ.* Suercheri, Gotthorum Regis, sepulcrum, in mo[illegible]sterio Alvastrâ ostenditur, non procul a summo altari [illegible]b lapide magno, testimonium regii funeris referente: *ut Magnus** *scribit.* Corpus Friderici I. Antiochiam delatum, ibidem sepulturæ monasterii [illegible] mandatum esse, *ex Chronico ordinis Teutonici, Funccius refert.* Heinricus II. Austriæ Dux, Viennæ ad Scotos sepultus jacet: *teste Cuspiniano.* Ludovicus, Ludovici Junioris, Francorum Regis, frater, Pa[illegible]sis in cœnobio Dionysii terræ mandatur: *ut Sigebertus annotat Continuator.* Fel[illegible] [illegible]erbipoleos episkopi ossa; propter [illegible] in [illegible] R[illegible]mani Pontificem & Imperatorem durant, non [illegible] [illegible]lesiæ [illegible]; sed Suarzachiensis cœnobii atrio, rec[illegible] *ut Helis scribit.*

Ad sep[illegible] [illegible]n-padea & [illegible] [illegible] adhibebantur. Calixtus II. Romanorum Pontifex, in privilegio, quod Bambergensi ecclesiæ con[illegible], mandat, ut de singulis mensis unus dena[illegible], pro animâ Imperatoris Heinrici fundatoris, ad continuanda luminaria, conferatur. *Historia Bambergensis.*

T[illegible] [illegible]s epitaphia inscripserunt. Cunradi Imperatoris conjunx Gertrudis, eum hoc epitaphio sepulta est: *Hic jacet Regina Gertrudis, uxor quondam Cunradi Regis Romanorum, hujus cœnobii fundatoris, translata in hanc tumbam, a venerabili abbate Nic[illegible], anno [illegible] V. Calendas Maii. Cuspinianus.* Et Ludovici Crassi tale exstat *apud Robertum Gaguinum* epita[illegible]m:

Illustri genitor Lud[illegible] [illegible], Rex Ludovicus,
Vir clemens, [illegible] servorum semper amicus,
Instituit se [illegible] [illegible]astorem Canonicorum
In cella veteri trans flumen Parisiorum.
Hanc vir magnanimus, almi Victoris amore,
Auro reliquiis ornavit, rebus honore.
Sancte Dionysi qui servas corpus humatum,
Martyr & antistes, Ludovici solve reatum.

Tumulo Heinrici de Lechsmund, subsequentes versiculi, *teste Bruschio de Monasteriis*, in C[illegible]ensi cœnobio, inscripti sunt:

Hoc latet in tumulo almæ religionis amator,
Cui de Lechsgmund stirps generosa [illegible]
Illustris Comes Heinricus, fundator & author
Ipse monasterii Cæsariensis erat.
Quas tibi, clare Comes, grates persolvere dignas
Posset pro meritis muneribusque tuis?
Te Pater altitonans cœlesti munere donet,
Ipse tuis meritis præmia digna dedat.
Anno milleno, cente[illegible] quadra[illegible]geno,
Ac bono, ab vitam mors tibi dira rapit.
Te [illegible] extinctum [illegible] dat requiescere sanctum
M[illegible]ster, & [illegible] dere det [illegible].
Ipse suam faciem faciet te videre beatam,
Cl[illegible]e Comes [illegible] perpetuoque, vale.

Et Frider[illegible], Suev[illegible]rum Duci[illegible] [illegible] Imperatoris [illegible], tumu[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ta est epigraphe:

Hic dux Suevorum [illegible]derich fator Monachorum,
Et [illegible] Regis natus jacet, horum
Author fundorum. Deus huic det regna bonorum.

Heinrici V. suorumque majorum monumenta, apud Spirenses in summâ æde [illegible] [illegible]o versi[illegible] [illegible] inscripta videntur:

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet isthic.

Memorias mortuorum [illegible] [illegible] ie, cantionibus & orationibus repetebant. A[illegible]versarius Eberhar[illegible] Bambergensis ep[illegible] [illegible] [illegible] peragitur: & post [illegible] festivitatis [illegible] & Jacobi Apostolorum Othonis Largi, ejusdem dis præsulis me[illegible]oratur. *Historia Bamberg.* Harduicus, Verdensis episcopus, solenne test[illegible] die anniversa[illegible] [illegible] ob[illegible] agendum [illegible]. Idem & Titmarus, ejusdem sedis ep[illegible]pus fecit: *ut [illegible] Metrop[illegible]* * *testatur.* Ann[illegible] [illegible] O[illegible] [illegible]nensis abbatis [illegible] G[illegible]ardus, ejusdem conven[illegible] [illegible]co, in sacell[illegible] Sebastiani, de[illegible] [illegible]rum [illegible] primam vigiliam, canit, facto [illegible] antiphon[illegible]. *A[illegible] mea [illegible] &c. Chronicon Cassinense.* In anni[illegible] [illegible]cujdam, cùm ad vigilias responsorium, *C[illegible]ede quòd Redemtor meus vivit, &c.* cantaretur; vidit Mechildis animam defuncti ([illegible] credere fas est) Christum amplexantem. *Mechildis.** Sextum Psalmum ideò pro defunctis cantari, *Honorius** asserit: ut anima pœnitentis ab inferno, ubi nemo Deum confitebitur, recipiatur. Septimum verò ideò, ne leo Diabolus animam de membris Christi rapiat. [Sed ista sunt contra verbum Dei.]

Magni nominis viri, de Republicâ & Ecclesiâ benemerit[illegible], inter Divos numerabantur: ut de Otthone II. & Heinrico, Bambergensibus episcopis, aliisque, suo loco dicetur. Et Bernhardus, Hildesheimensis episcopus, Godehardum suum antecessorem, miraculis præclarum, è tumbâ levatum, divorum numero adscribi fecit. *Crantzius.*

Eorumque sepulcra auro & argento colebantur. Thomæ enim Cantuariensis sepulcrum, ob miracula quæ ibi edebantur, præter divinum honorem, qui ipsi cadaveri exhibebatur a superstitiosis hominibus, autoritate Alexandri III. qui Divorum catalogo eum inscripserat, (*ut Platina narrat*) posteritas [illegible] [illegible] non [illegible] auxit. & Mausoleum, quod hodie [illegible]incepi Angliæ spectaculum est, ub[illegible] omnis generis d[illegible] [illegible] [illegible] in singulos crescit dies, exstruxit: *ut Polydorus** *scribit.* Vicelini sacerdotis sepulcrum, mulier quæd[illegible] [illegible]cæca, per ipsum curata, vel quo operatur, donavit: *ut in S[illegible] [illegible] Chron. Helmoldus** *annotat.* Ludovici junioris, Francorum Regis, sepulcrum, Azila conjunx, multo auro, argento, gemmisque, ornavit. *Gaguinus.**

Offerri etiam aliquid solebat, ab amicis & hæredibus, ecclesiis ubi se[illegible] [illegible] erant sui. Pro remedio enim animæ Vicelini sacerdotis quotidie eleemosynam dari solebat: *ut Helmoldus** *indicat.* Sed contra verbum Dei.

Pro mortuorum animabus preces [illegible]bant. Calixtus enim Papa, in Concilio Romæ habito, omnium episcoporum & archiepiscoporum precibus, Gerardi Casinensis abbatis animam commendavit. *Chronicon Cassinense.** Ut pro defunctis, quos singulari aliquo amore prosecuti fuissent, preces faciant, suis auditoribus injungit *Honorius in Sermone die Christi natali.*

Septem annis exacti post Matthæi Albanensis episcopi obitum, Petrus Cluniacensis, ad sepulcrum ejus, [illegible] [illegible] pro eo hostiam obtulit; & omnipotenti creatori, & benignissimo redemtori precibus & fletibus commendav[illegible] *ut de se ipso Petrus testatur.** Item: † *Non rogabunt fideles Christiani, pro defunctis in spe bona [illegible], Deum [illegible] ut eis nondum plenè laxata peccata remittantur?* Et ad Theobaldum, P[illegible]tientem episcopum: * *[illegible] hoc, non solùm ut monachus, sed quod multo majus est, ut episcopus [illegible] ut non solùm eos [illegible]functos Cluniaci monach[illegible] [illegible] precibus adjuvetis; [illegible] insuper subditorum vestrorum orati[illegible] [illegible] Omnipotenti [illegible] commendetis.* Item: *Cui [illegible] [illegible] [illegible] dere nō possumus [illegible] vel consolando, [illegible] orando, sacrificando, ac [illegible] pro anima [illegible] Deo collacrymando, &c.*

¶ Apud Leodienses lex er[illegible]t, quæ *Manus mortua* di[illegible]cebatur: quâ [illegible] [illegible] e v[illegible] defunctus pignore reddi jubebatur aut equo aut bove magis præstanti aut supellectil[illegible]

preciosiori. Eam legem Al[illegible]ero abrogavit, qui ei inter annum 1122. huic ecclesiæ præsedit. *Catalogus episcoporum Leodiensium.*

CASUS CIRCA DEFUNCTORUM sepulturam.

1.

Heinricus, Reginoburgensis episcopus, plumbea monumenta, in sepulcro Bertholdi præsulis inventa, liquefecit. *Aventinus.**

2.

Paschalis II. insigne crudelitatis exemplum posteris editurus, Leodienses, Heinrici IV. amicos, ad unionem Ecclesiæ recipere noluit nisi priùs Heinrici corpus, in cœnobio sepultum, effoderent; & absque omni sepulturæ honore, in profanum locum deponerent. Ipsum corpus Heinrici Spiram delatum: ubi, mandante Pon[illegible]e, in lapideo busto, extra ecclesiam, ad quinquennium, stetit inhumatum: *teste Ursp[er]gensi.*

3.

Heinricus Leo, corpus Adolphi Comitis, in prælio contra Sclavos occisi, in frusta concidi, & assum pigmentarii opere condiri præcepit: quò faciliùs in patris monumentum deportari posset. *Sclavorum Chronicon.**

4.

Heinrici V. temporibus, Schismaticorum corpora, e sepulcris eruta, dispersa sunt. inter quos & Wigbertus fuit, qui post sextum ferè sepulturæ annum denuò effossus est: *ut Crantzius in Saxonia* annotat.*

5.

Richardus, Angliæ Rex, mortem sibi vicinam persentiscens, jussit corpus suum, ad D. Ebrulphi cœnobium; sed cor excisum, Rotomagi; reliqua verò intestina viliora, in Pictonum terrâ, recondi. Mortuo itaque ipso, corpus trivariàm divisum, prout ipse præceperat, sepulturæ traditum est: *ut Polydorus* testatur.*

6.

Duorum Richardorum, patris & filii, Normannorum Ducum, ossa, è sepulcris eruta, honestiori ad altare sanctæ Trinitatis traduntur sepulturæ; præsentibus Heinrico Rege Anglorum, & Normanniæ episcopis, anno 1163. *ut Sigeberti habet Continuator.*

7.

Manuel Comnenus, Constantinopolitanus Imperator, moriturus, monastico se indui habitu postulavit; quod & impetravit: *ut Annales Nicetæ habent.*

8.

Hugoni de S. Victore, animam jam agenti, cùm monachi Eucharistiam, quam ipse anxiè expetebat, ob continuum vomitum, dare diu detrectassent; tandem non-consecratum panem ipsi inscio porrigunt. Quem cùm æger intueretur: Misereatur, inquit, vestri Deus: cur mihi illudere voluistis? Non est iste Dominus meus. Mox illi rubore perfusi, panem consecratum in medium protulerunt: sed eo tantùm viso, mox exspiravit Hugo. *Reynulphus in Polychronico.**

DE RELIQUIIS SANCTORUM, earumq́; translatione.

Ethnica superstitio, Sanctorum reliquias & ossa colligendi, effodiendi, transferendi, & religiosè colendi, in Ecclesiis, Antichristi imperio subditis, in usu admodum frequenti, hoc quoque seculo, mansit. Nam de collectione & elevatione, testimonia in historiis passim occurrunt. Anno 1157. in octavis Pentecostes, Hugo Rothomagensis archiepiscopus, & Rotrocus Eboracensis, Richardus Constantiensis, & Herbertus Abrincensis, episcopi, apud Moretonium, B. [illegible]irmati [illegible]vaverunt corpus: *ut est apud Sigeberti Continuatorem.* Circa idem ferè tempus, tunica Chri[sti] [illegible]inconsutilis, & subrufi coloris, in monasterio quodam [illegible] Argentiolo, ex divinâ revelatione, inventa est; quam ipsi mater (ut literæ insertæ loquebantur) paraverat. *Ibidem.* Gothardi ossa, apud Hildesianos, (*teste Crantzio in Metropoli**) per Bernhardum, ejusdem sedis præ-

sulem; & Car[oli] Aquisgrani, per [Fr]idericum; & Canuti apud Danos, hoc seculo levata: *in Chronico quodam vulgari Germanico* leguntur. S. D[i]sibodi ossa, Moguntiæ in veteri monasterio reperta, præsentibus tribus abbatibus, & omni ejusdem ecclesiæ cœtu, effossa sunt per monachum quendam, anno 1138. *ut Mariani Scoti appendix habet.* Guiberti, Gemblacensis cœnobii fundatoris, ossa, generalis Synodi decreto, per Obertum, Legiensem episcopum, in frequenti hominum cœtu levantur, anno 1110. *ut Sigebertus annotat.* Parisiis, in quodam S. Stephani monasterio, capill[i] [B.] Mariæ, brachium Andreæ Apostoli, & caput Dionysii martyris, inventa sunt, anno 1118. *Sigeberti Continuator.*

Et de translatione. In nativitate enim Mariæ, [illegible] Carnotum deportatum est: cui episcopus, cum universi cleri cœtu, obviam processit. *Vincentius.** Uladislaus Bohemus, plurimas Româ in suam reportavit terram Sanctorum reliquias: inter quas Salomonis fuit candelabrum; quo Pragensi Vito sacrum donavit templum: *ut ex Bohemorum Historia Æneas Sylvius* refert.* Leupoldus, Austriæ Dux, ex terrâ sanctâ, quam religionis causâ ingressus fuerat, sospes reversus, particulam quandam de cruce Domini secum attulit, quam S. Crucis cœnobitis dedit: *ut Cuspinianus in Austriâ sua annotat.* Manuel, Græcorum Imperator, fugato Solimanno, magnam Iconio crucis sanctæ particulam victor deportat: *ut idem de Imperatoribus scribit.* Trium Magorum ossa, Mediolano Coloniam, (*juxta Aventinum*) à Rainaldo, Coloniensium archiepiscopo, transferuntur, anno 1162. *ut in Bambergensi scribitur Historiâ, & appendice Mariani Scoti.*

Otho, Bambergensis episcopus, contulit monasterio S. Michaëlis crucem, auro gemmisque distinctam; recondito in eo salutari sanctæ crucis ligno, aliisque Sanctorum martyrum reliquiis: eamque Salvatoris crucem appellari voluit; additis exsecrationibus, ne deinceps ullâ unquam necessitate a monasterio alienetur. *Ibidem.*

Anno Domini 1103. Nonis Novembris, cùm S. Stephani dedicaretur ecclesia, hæ in eam repositæ sunt reliquiæ: De fasciis, quibus Infans in hanc lucem virgineo partu editus involutus fuerat; Particula lapidis de ost[i]o sepulcri dominici; Palma, quam Christus asino insidens manu tenuit, cùm Hierosolymam ingressus est; & de corporibus Matthæi, Matthiæ, Bartholomæi, Stephani protomartyris, Laurentii, Vincentii, Sebastiani, Cyriaci. Duodecim fratrum, Cosmæ & Damiani, Luciæ & Geminiani, Marii & Marthæ, Tiburtii & Valeriani, Georgii, Hippolyti, Martini Turonensis; Stephani, Calixti, Cornelii, Paparum; Cypriani, Priscæ & Alberti. In eâdem ecclesiâ, cùm fortè Paulini & Augustini monachorum, qui D. Benedicti fuerant discipuli, corpora effoderentur, magnâ reverentiâ in ædem Andreæ sacram, ab Oderisio abbate, translata sunt. *Chronicon Casinense.**

Anno 1150. Theodoricus, Flandriæ Princeps, à sacro bello domum rediens, portionem sacri cruoris Christi, secum, per Leonium abbatem Bertinicum, in phialâ crystallinâ deportavit, eamq; Brugis collocavit in æde D. Basilii. Hoc sac[ros]anctum passi Domini monumentū, pars est (ut tradunt) illius preciosissimi sanguinis, qui de Christi exanimi corpore, priusquàm sepeliretur, fuit extersus. *Chronicon Flandriæ.*

Felicis Papæ caput, quod multos jam annos latuerat, ex nocturnâ ejusdem revelatione, Heinricus Breitenaugiensis abbas è terrâ eruit, anno 1144. ejusque particulam Hirsaugiensi cœnobio communicavit: *ut Trithemius in Hirsaugiensi Chronico nugatur.*

Crafto, Spanheimensis Comes, suo cœnobio S. Irminæ caput acquisivit: quod suo adhuc tempore in Spanheimensi extitisse cœnobio, *idem autor* testatur.

Veneti, ex insulâ Chio, corpus B. Theodori martyris, & lapidem, in quo Christus apud Tyrum sederat, Venetias transferunt: *ut Platina in vita Calixti II. scribit.*

Mathildis, Francorum regina, ad patrem suum in Angliam reversa, S. Jacob[i] brachium secum eò detulit, anno 1125. *ut in appendice Mariani Scoti indicatur.*

Gertrud[is], Lotharii Saxonum Ducis [sor]or, Trevirim

rever[sa]

... S. Amoris quondam ejusdem episcopi, corpus, Brunsvicam secum advexit: teste Crantzio in Saxoniâ.* Robertus, Flandriæ Comes, Hierosolymis ad patrios lares, S.Georgii brachio onustus, rediit, quod Aquiciuensi donavit ecclesiæ, anno 1100. ut Sigebertus annotat.

*lib.5.c.33.

Nobertus Præmonstratensis abbas, unam de undecim millibus Virginum, & particulam corporis S.Gereonis, à Coloniensibus impetravit, anno 1123. ut idem testatur.

De eâdem Virginum multitudine, Heinricus, in Breitenaw abbas, quatuor integra corpora à Coloniensium episcopo accepit: ut Trithemius in Hirsaugiensi Chronico narrat. Translatio S.Adelarii in Erfordiâ facta est, anno 1154. ut in Mariani Scoti appendice scribitur.

De veneratione. Ante Sanctorum reliquias, Fridericus Imperator, primo diluculo, orationum suarum munia Deo persolvebat. Radevicus.* Casinensis abbas, acceptum à Beneventanis B.Matthæi brachium exosculatus est; ac fratribus Casinum deferendum tradidit. His monasterio appropinquantibus, cuncti reginnis incolæ, ac monachi, sacris induti vestibus, cum lampadibus & thymiamatibus, læti obviàm ivêre; idq; prostrati simul omnes humili devotione adorarunt; & oscula ei fixerunt, ac tandem cum hymnis ad monasterium id comitati sunt: quod in argenteam capsam repositum, ad altare, in argenteâ suspensum est trabe. Chronicon Casinense.*

*lib.4.c.40. *lib.4.c.75.

Frequentem populum ad Thomæ Cantuariensis sepulcrum, venerationis causâ, concurrisse, ob miracula, quæ ibi fiebant; & ob id Alexandrum Pontificem Divorum catalogo eum adjudicâsse, Polydorus Vergilius* testatur.

*li 13.Hist.

Cazimirus, Polonorum Dux, cùm sibi per Egidium, Mutinensem episcopũ, à Lucio III.Romano præsule, offerrentur Floriani reliquiæ; ad septem ferè milliaria à Cracoviâ, cum ingenti omnis generis hominum multitudine, obviam processit: ut Cromerus* testatur.

*lib.6.

De solenni earum ostensione. Ludovicus, Francorum Rex, contra Heinricum Imperatorem pugnam initurus, Sanctorum corpora, quæ locis munitissimis recondita erant, in publicum, suis Proceribus & universæ multitudini visenda & colenda, proferri jussit. Robertus Gaguinus.*

*lib 6.

Præferebantur & exercitui, in hostium (ut credebatur) terrorem. Christianis enim, in terrâ sanctâ cum Saracenis pugnaturis, Patriarcha crucem Domini; Pontius quidam abbas lanceam, quâ Christi latus transfossum dicebatur; episcopus Bethlehemitanus, in pixide, lac B.Virginis, prætulerunt anno 1124. ut Sigeberti refert Continuator. Capsâ & ligni traditâ Halberstadiâ, ab Heinrici Leonis militibus; Ulricus episcopus, S.Stephani reliquias, in sui præsidium, manu tenens, in quâdam domo repertus est: teste Crantzio in Saxoniâ.* Et Ludovico Crasso, Francorum Regi, extremam Carnotensibus minitanti cladem, clerus cum interiore D.Mariæ tunicâ occurrit; sicque Rex placatur: ut Robertus Gaguinus* scribit.

*li 6.c.40. *lib.6.

DE PEREGRINATIONE AD loca sancta.

Altissimas egerat radices, in hominum superstitiosorum mentibus, falsa illa persuasio; locum alium alio ad faciendas preces accommodatiorem, & numinum præsentiâ feliciorem. Hujus itaque seculi homines, detestando Majorum exemplo, hinc-indè precum gratiâ vagati sunt; & ad idola, hominum industriâ facta, procidērunt: nescientes, Dei veri hanc esse proprietatem, ubivis locorum præstò esse, & spiritu & fide rectè invocari posse, velle, & debere. Sic Heinricum Leonem, Hierosolymam, montem Oliveti, Bethlehem, Nazareth, Jordanem, quæ loca Christus suis calcâsset plantis, stultâ superstitione, Abbatum, Episcoporum, Comitum, & infinitâ populi multitudine stipatum, perlustrâsse; in Chronico Sclavorum* scribitur.

*lib 2.c.7.

Boleslaus, Polonorum Dux, expiandæ fraternæ cædis causâ, in Narbonensem provinciam profectus, D.Ægidii; apud Ungaros, D.Stephani, sepulcra; & Gnesnæ Adelberti reliquias, invisit: teste Cromero.* Fr[illegible]us, Danorum Rex, ex voto Hiero[illegible]mam profectus est: ut Helmoldus* testatur. Et Ludovicus Francorum Rex, st[illegible]tus cum satu

*lib.5. *cap.50.

regio, Hierosolymam, ut voto satisfaceret, abiit, anno 1146. Aventinus.* Luipoldus Virtuosus, Austriæ Dux, temporibus Clementis III. loca sacra invisit. Cuspinianus Austria.

*lib.5.c.58

¶ Obsessi porrò ad sacra loca, & Sanctorum reliquias, ducebantur, spe liberationis. Dæmoniacus enim quidam, in ædem S. Stephani, in Casinensi agro, fortè superveniens, dum quatuor monachorum corpora, quorum nomina ignota adstantibus erant, effodiuntur, in has erupit voces: Paulinus & Augustinus, cum duobus sociis suis, hinc me ejicerunt. Hæc cùm sæpiùs, per miseri illius os, Diabolus iterâsset; cum sanguine tandem egressus est. [O' ingentem hominum cæcitatem! qui Diaboli nugas pro veritate cœlesti amplectuntur.] Chronicon Casinense.*

*li.4.c.24

Et ægrotos ab iisdem sanari, credebatur. Cùm enim Alexii Comneni Imperatoris morbus invalesceret; adeò ut deficere videretur: Salvatoris imagine velatus est. Divinum enim peplum in calce, quod ad faciem Christi appositum accepimus, ad lectum, in quo decumbebat, extentum, ipsiusque corpus eo involutum est. Unde morbi vehementia statim remissior facta est: ut Cuspinianus de Imperatoribus scribit.

DE MONACHATU, ejusq; ritibus.

Ordines Monachorum hoc seculo vehementer adaucti sunt: omnia enim loca superstitionibus fuerunt refertissima. Recensebimus autem factiones, sive sectas illas, ex historiis, quantâ fieri poterit brevitate.

ORDO CISTERCIENSIS.

Præclarum in episcopatu Lingonensi, quod Molismus appellatur, cœnobium est, doctorum monachorum multitudine, & rerum gulæ & ventri servientium copiâ, olim insigne. At cùm pietatis studium, & præpostera ventris cura, in unâ sede non facilè moreantur; lasciviores facti sunt Monachi. Viginti igitur & unus ex illo conventu fraterer, unà cum Roberto abbate, (qui à Stephano Hardingo quodam Anglo, peregrinationis duce, ut Volaterranus indicat, persuasus fuerat) dissolutæ inter monachos vitæ pertæsi, pari consilio egressi, in locum quendam solitarium, & ab hominum consuetudine remotum, religionis ergò commigrarunt. Post multas tandem difficultates & molestias, quæ ipsos à pio (ut judicabant) proposito retrahere videbantur, exsuperatas, Cistercium, locum quendam horridum, & hominibus ob veprium densitatẽ vix pervium, perveniunt; ibique, cùm suo vitæ generi, quod durissimum expetebant, eum maximè convenire arbitrarentur, suas figunt sedes. Horum votis mox adstipulantur, Hugo Lugdunensis Archiepiscopus, Waltherius Cabilonensis Episcopus, & Odo Burgundiæ Dux: qui & potestatem, & facultatem, extruendi cœnobium, concedunt; in quo Robertus abbatis munere aliquamdiu functus est. Sigebertus, anno Christi circiter 1098. hæc facta esse, scribit: cui & [illegible]anus* adstipulatur. Post Robertum, successit Stephanus Hardingus, qui suam regulam scripto complexus est, quam Charitatis chartam fratres illi appellarunt; ejusq; Romanorum Pontificem, aliosque Abbates viginti, habuerunt approbatores & confirmatores, circa Salutis annum 11-7. Sigebertus.

*Tit.15.c.17

Summa autem Chartæ charitatis hæc erat. Abbas Cistercii, & fratres ejus, non-immemores sponsionis suæ, Regulam beati Benedicti, in loco illo ordinatam, unanimiter statuerunt tenere; rejicientes à se, quicquid regulæ refragabatur: froccos videlicet, & pelliceas, & stamina, caputia quoque & femoralia, pectinia, & coopertoria stramina lectorum, ac diversa ciborum in refectorio fercula, sagimen etiam, & cætera omnia, quæ puritati regulæ adversabantur. Sicque rectitudinem regulæ supra cunctum vitæ suæ tenorem ducentes, tam in ecclesiasticis, quam cæteris observationibus, regulæ vestigiis sunt adæquati seu conformati. Exuti ergo veterem hominem, novum se induisse gaudebant. Et quia nec in regulâ, nec in vitâ S.Benedicti, eundem doctorem legebant possedisse ecclesias, vel altaria, vel oblationes & sepulturas, vel decimas aliorum hominum, seu furnos, molendina, aut villas, vel ru-

sticos, nec etiam fœminas monasterium ejus intrasse, nec mortuos ibidem, exceptâ suâ sorore, sepelisse: ideò hæc omnia abdicaverant, dicentes: Ubi beatus pater Benedictus docet, ut mon[illegible] à secularibus actibus se faciat alienum, [illegible] liquidè [illegible] statur, hoc non debere versari in actibus vel [illegible] monachorum, qui nominis sui etymologiam, hæc fugiendo [illegible] lari debent. Decimas quoque ajebant à sanctis [illegible] tribus [illegible] organa erant Spiritûs sancti; quorum [illegible] statuta [illegible] nsgredi, sacrilegium est committere [illegible] in quatuor partes [illegible] distributas: unam scilicet episcopo, alteram presbytero; tertiam hospitibus, ad illam ecclesiam venientibus, [illegible] viduis & orphanis, sive pauperibus [illegible] aliunde victum non habentibus, quartam restaurationi ecclesiæ. Et quia in hoc computo personam monachi, [illegible] der, unde & per se & per pecora [illegible] iebant: idcirco hæc, veluti a[illegible] sibi usurpare detrectabant. Ecce, hujus seculi divitiis spretis, cœperunt novi milites Christi, cum [illegible] nere Christo, pauperes inter se tractare, quo ingenio, quo artificio, seu quo exercitio, in hac vitâ, se, hospites & pauperes supervenientes, quos ut Christum suscipere præcipit regula, [illegible] entarent. Tuncque definierunt, se conversos la[illegible] barbatos, licentiâ episcopi sui, suscepturos; eosque, in vitâ & morte, excepto monachatu, ut semet-ipsos, tractaturos: & homines etiam mercenarios (quia, sine adminiculo istorum, nô intelligebant, se plenariè die noctuque præcepta regulæ posse servare) suscepturos. Quumque terras, ab habitatione hominum remotas, & vineas, & prata, & sylvas, aquasque ad facienda molendina, (ad proprios tamen usus [illegible] & ad piscationem, & equos, pecoraque diversa, necessitati hominum utilia, ad exercendas agriculturas, instituissent: decreverant, ut prædicti conversi domos illas regerent; non monachi: quia habitatio monachorum, secundùm regulam, debet esse in claustro ipsorum. Quia etiam B. Benedictum, non in civitatibus, nec in castellis, aut in [illegible] frequentiâ populi remotis cœnobia [illegible] sse sancti [illegible] ebat, eidem se æmulari promittebant. Et [illegible] per [illegible] monachos, monasteria co[illegible] structa, adj[illegible] o patre disponebat: sic se [illegible] confirmab[illegible] *Autorum*.

Commendat & *Petrus Blesensis* [illegible] disciplinæ rigorem, hæc [illegible] vitæ ge[illegible] in epistolâ quâdam, in hunc [illegible] dum: *Fervem patientius; si ad Cisterciensis ordinis observantiam te transferres. Si enim religionem in proposito habes, ibi probari [illegible] religionis [illegible] est, summus ibi modestia ejus, morum [illegible] fraternitatis affectio, pax animi, omnium communitatis, mutuum obsequium, disciplinæ rigor; amor obedientiæ, vinculum charitatis; carnis servitus, hospitalitatis exhibitio, [illegible] vigiliarum excubiæ, quies meditationis; devotio psalmodiæ.* Item in aliâ epistolâ, ad Cistercienses monachos: *Ut [illegible] toxell: quia Cisterciensis ordinis professores tantò differentiùs præ cæteris triumphales sanctitatis titulos referunt, quantò expressiùs religionis apostolicæ inhæserunt vestigiis, in tenuitate ciborum, in asperitate vestium, in vigiliis, in confessionibus, in disciplinis, in psalmis, in humilitate & hospitalitate, obedientiâ & charitate, & cæteris, quibus fructus vitæ seminatur.*

Et pleroique sanctitatem in iis Monachis admiratos quidem esse; at propter vitæ austeritatem resiluisse plurimos; & ob id difficilia fuisse ejus ordinis initia: *in Bernhardi vitâ* scribitur. Sub Innocentio II. verò, Cisterciensem & Præmonstratensem ordines magna accepisse incrementa, alii testantur.

Hac sanctitate, seu (ut veriùs dicamus) hypocrisi, hominum animos plurimùm sibi devinciebant, qui largissimè eorum fovebant conventus. Verùm illi, temporis progressu, eleemosynarum collatione non-contenti, contra regulam suam, prædiis, villis, molendinis, aliisque bonis inhiabant, & in suum jus redigebant: ut ex *Alexandri III. epistolâ*,* quam subjicimus, ubi eâ de causâ illos reprehendit, patet.

Alexander III. Abbatibus Cisterciensis, in capitulo Cisterciensi congregatis. Recolentes, qualiter hæc plantatio sancta, hæc vitis fructifera, hæc denique vinea Domini Sabaoth, sub primis ordinis patribus pullulavit, &c. Nunc autem aliqui ex vobis, pristinæ institutionis obliti penitùs, vel ignari, contra ordinis vestri gloriam & decorem, villas, molendina, ecclesias & altaria, possident, fidelitates & hominia suscipiunt; rusticos & tributarios tenent; & omne studium adhibent, ut termini eorum dilatentur, quorum conversatio esse debet in cœlis. Læditur hinc ordo penitùs, & mutatur. Ideoque sanctum & venerabile collegium vestrum, precibus & monitis, quibus possumus, exhortamur: quatenus domus illæ, quæ in primâ sui origine, in ordine vestro sunt fundatæ, constitutis & ordinatis terminis sint contentæ, nec velint ad ea manus extendere, quæ sine laboribus & periculis multis, & demum sine ordinis magnâ confusione, minimè potuerunt retinere. Si enim, relictis originalibus Ordinis statutis, ad communem voluerit aliorum monasteriorum viam divertere, oportebit & vos communi jure censeri. Quia dignum est, ut, qui similem cum aliis suscipiunt vitam, similem sentiant in legibus disciplinam. Quoniam domus illæ, quæ de aliis institutionibus ad vestrum se ordinem transtulerunt, vestris omninò satagunt usibus conformari: ut, relictis videlicet possessionibus vel mutatis, quas nostra institutio non recipit, sic se in omnibus vestræ religioni coaptent: ut, quemadmodum se gaudent in societatem Ordinis, mutatione habitûs & observatione regulari assumtos, sic etiam in paritate temporalium rerum, se lætentur institutionibus confirmatos. Sanè, si super possessionibus ipsis in aliquo de monasteriis vestris, Apostolicæ sedis autoritas dispensavit: a nullo vestrûm sumendum est exemplum. Quia temerarium est penitùs, & absurdum, & indignum, aliquem suâ sibi authoritate præsumere, quod Romana ecclesia alicui monasterio, certâ ratione suspectâ, singularibus voluit beneficiis indulgere.

HOSPITALARIORUM ORDO.

Triplicem hoc seculo Hierosolymis monachorum cœpisse ordinem, *Aemylius de gestis Francorum** indicat: quorum primus fuit Hospitalariorû D. Johannis. Antequam enim sacri milites, terram sanctam, ex Barbarorum faucibus, armatâ iterum eruerent manu: mercatores Itali, qui Orientem negotiationum causâ petebant, ad Salvatoris sepulcrum, potestatem ædificandi templum, quod D. Virgini sacrum est, a Gentilium Imperatoribus impetrarunt: ubi Latinorum ritu sacra fierent. Templo mox cœnobium virorum, quo Latini hospites exciperentur, adjunctum fuit. Brevi pòst tempore, alterum Virginum cœnobium, D. Mariæ Magdalenæ juxtà dedicatum, quod fœminas peregrinantes exciperet: cui Agnes quædam primò præfuit. Victitabat autèm uterque conventus, ex Latinorum eleemosynis & pietate. Additum utrisque & xenodochium, valetudinariumque, ac ædicula D. Johanni sacra: ubi ex eorum numero, castitatem obedientiamque monasticam profitentium, reliquis tamen muneribus exemti, peregrinorum & ægrotantium curam egerint. *Tyrius*.*

Et quoniam (*inquit Jacobus de Vitriaco**) Dominus erat cum eis, ab omnibus amabantur. Unde factum est, quòd largitione Principum, & eleemosynis fidelium, modico tempore adeò ditati sunt: ut ab universis Occidentalium provinciis reditus copiosos colligentes, casalia sibi & oppida, tanquam terræ Principes, comparantes, ditioni suæ subjecerint.

Hi à Patriarchâ, tam viri, quàm mulieres, cruce albâ, ad dextram nigri, quo utebantur, pallii, insigniti erant: Hospitalarii seu Johannitæ vocati. *Polydorus, Jacobus de Vitriaco.*

TEMPLARIORUM ORDO.

Alter Templariorum, haud-longo interjecto spatio, post priorem, circiter salutis annum 1123. (*ut Antoninus ait*) hac occasione ibidem cœpit. Receptâ licèt de Barbaris Hierosolymorum urbe, nusquam tamen tutum erat Christianis, religionis gratiâ eam petentibus, ob Saracenorum latrocinia, iter. Hugone de Paganis itaque, & Ganfredo de S. Aldemaro, (*ut Tyrius ait*) aliisque septem Latinorum viris primariis, autoribus, cœtus quidam in porticu templi Salomonis (unde postea Ordo iste nomen traxit) coiit; & ibi suas habuit sedes: qui armis cincti, vias publicas ab hostium latrociniis vindicare, (*ut Johannes de Oppido narrat*) ac Christiani nominis viros, illùc peregrè profectos, per templa ac cætera loca sacra, quò omnem terram sanctam tutò inviserent, comitari solebant: *ut Tyrus** & *Polydorus** *testantur.* Amplectebantur quidem Canonico-

rum re-

* Tomo 2 Conc. l.

* lib. 5.

* lib. 8. c. [illegible]

* li. 1 [illegible] Hierosol.

* li. 12. c. 7

* lib. 7. [illegible] Inven.

ium regularium [illegible], *ut idem Johannes scribit*. ut nihil tenebant proprii; sed hospitum fovebantur liberalitate. *Raynulphus in Polychronico.**

Certum ipsis vitæ normam Bernhardum Clarevallensem præscripsisse; uno ore ab autoribus traditur. Ac exstat inter ejus opera, ad Milites templi, exhortatio quædam, Hugoni, ejus sectæ autori, ab eodem inscripta: ubi inter cætera piam eorū conversationem stringit. attamen Regulæ a se scriptæ nusquam facit mentionem. Et quia totius penè Ordinis rationem, ex Bernhardi relatione, cognoscere licet: non-ingratum fore Lectoribus speramus, si ipsis verba, ex quarto & quinto exhortationis capitibus, huc adscripserimus.

Primò quidem (inquit Bernhardus) *utrobique disciplina non deest: obedientia nequaquam contemnitur: itur & redditur ad nutum ejus, qui præest: induitur, quod ille donaverit; nec aliunde vestimentum seu alimentum præsumitur. Et in victu & vestitu cavetur omne superfluum: soli necessitati consulitur. Vivitur planè in communi jucundâ & sobriâ conversatione, absq; uxoribus & absq; liberis. Et ne quid desit ex evangelica perfectione, absque omni proprio habitant, unius moris in domo una, solliciti servare unitatem spiritûs, in vinculo pacis. Dicas, universæ multitudinis esse cor unum & animam unam. ità quisq;, non omninò propriam sequi voluntatem, sed magis obsequi satagit imperanti. Nullo tempore aut otiosi sedent, aut curiosi vagantur: sed semper, dum procedunt, (quod quidem rarò contingit) ne gratis comedant panem; armorum seu vestimentorum vel scissa resarciunt, vel vetusta reficiunt, vel inordinata componunt: & quæque postremò facienda, magistri voluntas, & communis indicit necessitas. Persona inter eos minimè accipitur: defertur meliori, non nobiliori. Honore se invicem præveniunt: alterutrū onera portant; ut sic adimpleant legem Christi. Verbum insolens, opus inutile, risus immoderatus, murmur vel tenue, sive susurrium, nequaquam ibi deprehenditur inemendatum. Scacos & aleas detestantur: abhorrent venationem, nec ludicrâ illâ avium rapina (ut assolet) delectantur. Mimos, & magos & fabulatores, scurrilesq; cantilenas, aut ludorum spectacula, tanquam vanitates & insanias falsas, respuunt & abominantur. Capillos tondent; scientes, (juxta Apostolum) ignominiam esse viro, si comam nutrierit. Nunquam compti; rarò loti: magis autem neglecto crine hispidi, pulvere sudi, lorica chaumate fusci. Porrò imminente bello, intus fide, foris ferro, non auro, se muniunt: quatenus armati, & non ornati, hostibus metum incutiant; non provocent avaritiam. Equos habere cupiunt fortes & veloces, non tamen coloratos aut phaleratos. Pugnam quippe, non pompam: victoriam, sed non gloriam, cogitantes: & studentes esse magis formidini; quam admirationi. Deinde, non turbulenti aut impetuosi, & quasi ex levitate præcipites; sed consultò, atq; cum omni cautelâ, & omni providentiâ, se-ipsos ordinantes & disponentes in aciem; juxta quod de Patribus scriptum est: Veri profecto Israëlitæ procedunt ad bella pacifici. At verò, ubi ventum fuerit ad certamen: tùm demum, pristinâ lenitate postpositâ, tanquam si dicerent,* Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? *irruunt in adversarios: hostes velut oves reputant: nequaquam etsi paucissimi, vel sævam barbariem, vel numerosam multitudinem, formidantes. Noverunt siquidem, non de suis præsumere viribus; sed de virtute Domini Sabaoth, sperare victoriam. cui nimirum facile esse confidunt, juxta sententiam Machabæi, concludi multos in manus paucorum; & non esse differentiam in conspectu Dei cœli, liberare in multis, & in paucis: quia non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Quod frequentissimè experti sunt: ità ut plerumq; quasi persecutus sit unus mille; & duo fugarint decem-millia. Ita denique miro quodam & singulari modo cernuntur, & agnis mitiores, & leonibus ferociores: ut pene dubitem, quid potiùs censeam appellandos; monachos videlicet, an milites. nisi quòd utrumq; forsan congruentius nominarim; quibus neutrū deesse cognoscitur: nec monachi mansuetudo, nec militis fortitudo. De quo re quid dicendum: nisi, quòd a Domino factum est istud; & est mirabile in oculis nostris? Tales sibi elegit Deus, & collegit a finibus terræ, ministros ex fortissimis Israel: qui verè lectulum Salomonis, sacrum scil. sepulcrū, vigilanter & fideliter custodiant; omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.*

Est verò templum Hierosolymis, in quo pariter habitant, antiquo & famosissimo illi Salomonis, impar quidem structurâ, sed non inferius gloriâ. Siquidem universa illius magnificentia, in corruptibilibus auro & argento, in quadraturâ lapidum, & varietate lignorum, continebatur: hujus autem omnis decor, & grata venustatis ornatus, pia est habitantium religiositas, & ordinatissima conversatio. Illud variis exstitit spectaculum coloribus. hoc diversis virtutibus, & sanctis actibus venerandum. Domum quippe Dei decet sanctitudo. qui non tam politis marmoribus; quam ornatis moribus, delectatur: & puras magis diligit mentes, quam superauratos parietes. Ornatur tamen hujus quoq; facies templi: sed armis, non gemmis: & pro antiquis coronis aureis, circumpendentibus clypeis paries operitur: pro candelabris, thuribulis atq; urceolis, domus undiq; frenis, sellis ac lanceis, communitur. Planè his omnibus liquidò demonstrantibus, eodem pro domo Dei fervere milites zelo: quo ipse quondam militum dux, vehementissime inflammatus, armata illâ sanctissima manu, non tamen ferro; sed flagello, quod fecerat de resticulis, introivit in templum, negotiantes expulit; nummulariorum effudit æs, & cathedras vendentium columbas evertit: indignissimum judicans, orationis domum hujuscemodi forensibus infestari. Tali proinde sui Regis permotus exemplo devotus exercitus, multò sanè indignius, longeq; intolerabilius arbitrans, sancta pollui ab infidelibus, quàm a mercatoribus infestari, in domo sanctâ cum equis & armis commoratur: tam ab ipsa, quàm a cæteris sacris, omni infidelitatis spurcâ & tyrannicâ rabie propulsatâ, ipsi in eâ die noctuq;, tam honestis, quàm utilibus officiis, occupantur. Honorant certatim Dei templum, sedulis & sinceris obsequiis, jugi in eo devotione immolantes: non quidem, veterum ritu, pecudum carnes; sed verè hostias pacificas, fraternam dilectionem, devotam subjectionem, voluntariam paupertatem. Hæc Hierosolymis actitantur, & Orbis excitatur.

In alio tamen loco, *idem Bernhardus* in pompas ac cupiditates eorundem graviter invehitur, dicens: *Quis hic, ô milites, tam stupendus error & furor: tantis sumtibus & laboribus militare, stipendiis verò nullis, nisi aut mortis, aut criminis? Operitis equos sericis; & pendulos nescio quos panniculos loricis superinduitis. Depingitis hastas, clypeos & sellas, frena & calcaria auro & argento circumornatis: & cum tantâ pompâ, pudendo furore, & impudenti stupore, ad mortem properatis. Militaria sunt hæc insignia; an potius muliebria ornamenta? Numquid forte hostilis mucro reverebitur aurum? gemmis parcet? serica penetrare non poterit? Denique ipsi sæpius certissimè experimini, tria esse præcipuè necessaria prælianti. ut scilicet strenuus industriusq; & circumspectus sit miles. ad se servandum; expeditus, ad discurrendum; & promtus, ad feriendum. Vos per contrarium, in oculorum gravamen, ritu fœmineo, comam nutritis; longis ac profusis camisiis propria vobis vestimenta obvolvitis; delicatas ac teneras manus amplis ac circumfluentibus manicis sepelitis. Nec aliud inter vos bella movet, litesq; suscitat: nisi aut irrationalis iracundiæ motus; aut inanis gloriæ appetitus, aut terrenæ qualiscunque possessionis cupiditas. Talibus certe ex causis, neq; occidere, neq; occumbere, tutum est. At verò milites Christi, securi præliantur prælia Domini sui; nequaquā metuentes de hostium cæde peccatum, aut de suâ nece periculum: quandoquidem mors pro Christo ferenda sit, vel inferenda.* Antoninus.*

Cæterùm, de mandato Honorii Romani, in quodam Galliæ Concilio, Templi militibus vivendi regulam præscriptam, & album vestitum assignatum esse, autor Tyrius est.* Concilii locum Trecas fuisse, *Jacobus de Vitriaco** testatur. Porrò, candido pallio Eugenius postea rubeam crucem affigi præcepit; quâ de suo officio monerentur: ut scilicet pro Christo mori parati essent; & ut ipsi contra Gentiles primi arma caperent. Nec fas erat eis terga dare; aut sinè belli ducis jussu ad suos reverti. *Johannes de Oppido, Jacobus de Vitriaco.* Et de iisdem *Alexander III Romanus Pontifex* scribit: * quòd relictis suis Christum sequantur; & à Paganorum injusto imperio Orientis Ecclesiam liberent; & Christiani nominis hostes expugnent: ac quod piis Hierosolymam euntibus, vel indè pedem ad suos referentibus, tutum parent iter. Omnes itaq; monet Pontifex, ut suâ liberalitate quisque spontaneæ eorū subveniat inopiæ.

In bellis forte capti à Barbaris, solo cingulo & cultello redimebantur. Nam cùm Saladinus, pro redemtione sui nepotis, Magistrum templi Christianis offerret: graviter

Magister ille contradixit [illegible] inquiens, esse consuetudinis militum templi, ut aliqua redemtio datur pro eis, præter cingulum & cu[illegible]um. Et ita in vinculis mortuus est. *Sigeberti Continuator.*

Fuerunt hujus Ordinis initia quidem parva; sed maxima in-dies accessere incrementa. Fide enim & pietate erga peregrinos, in longè-dissitis provinciis sibi conciliarunt hominum favorem; qui de iis vicissim bene-mereri cupientes, amplissima in eos contulêre beneficia; ut in immensum penè eorum excreverint opes: *ut Bergomensis & Schedelius scribunt.* Regibus ipsis ditiores effectos, ait *Matthæus Parisiensis.*

TEUTONICORUM ORDO.

His accessit Ordo tertius, Teutonicorum, ex utroque priorum mixtus. Nam & ipsi hospitio excipiebant peregrinos, ut præcipuè nationis homines: ac necessitate exigente etiam armis pro religione pugnabant. Initium autem fecere Teutones. Cum enim Ptolemaidis obsidio longius protraheretur: multi militum ex dysenteriâ laborare cœperunt; & non-pauci eo morbo quotidie absumti: multi quoq; hostium telis icti, sine aliorum curâ & commiseratione, in castris vagati sunt. Lubecani itaq; & Bremenses, qui instructâ classe Christianis contra Saracenos, Ptolemaidem oppugnantibus auxilio venerant, miserorũ clade moti, extensis in terrâ navium velis, tuguriola construebant: ægros colligebant milites, iisq; ad sanitatem corporis recuperandã facientia largè suggerebant. Cæteri Christianorum Principes, inter quos Fridericus Sueviæ Dux, & Heinricus Brabantiæ, primas tenebant, horum pietatem considerantes; communi consilio, de novo aliquo ordine Germanorum militum, nobili stemmate prognatorum, instituendo, cogitant. Ex Templariorum itaq; & Johannitarum nuper-confirmatis ordinibus, medius quidam tertius conflatur. *Chronicon Coloniense.*

His Hierosolymorum Rex Domum hospitalem Hierosolymis concedit, quæ Mariæ sacra erat: à quâ & Ordini nomen fieri debebat, ut videlicet *Milites domûs hospitalis S. Mariæ in Hierusalem* appellarentur. Ac, ne quid huic Ordini deesset, statim mittuntur indè ad Imperatorem Heinricum VI. in Germaniam Legati, ejus cõfirmationem petitum. Imperator piis (ut ipse arbitrabatur) votis non solùm lubens annuit: sed simul ad Romanæ sedis Pontificem, suos Hierosolymitanis adjungit Legatos, pro novi instituti approbatione intercessuros. Pontifex Celestinus III. qui pauld antè ad eum dignitatis gradum conscenderat, ut tantorũ Principum gratiam aucuparetur: eorum petitioni mox locum dat, Ordinem confirmat; quædam in vivendi regulâ addit; quædam mitigat, prout suus ipsi superstitionum spiritus suggerebat.

Ejusdem Pontificis autoritate, alba vestis cũ nigrâ cruce, quâ ab aliis differrent, & clypeus albus, nigrâ cruce tinctus, ipsis conceditur: sanctiq; Augustini regulã sectari jubentur. Multas deniq; pontificias peccatorũ remissiones, & alias (ut vocant) gratias, idem cõcessit iis: qui aut hujus Ordinis sacris initiarentur; aut suis eum facultatibus juvarent. *ut Polydorus, & alii ex Borussiaco Chronico annotant.*

Nemo autem, nisi Teutonicus, & quidem illustribus ortus parentibus, in horum adsciscebatur consortium: ea propositâ conditione; ut quovis tempore, pro religione, vitam in discrimen adducere, ac fortiter pugnare, paratus sit: *ut Aemylius* * & *Polydorus* * testantur.

* lib. 5.
* li. 7. de Invent. cap. 5.

Cæterùm erant horũ duo genera. Alii sacris præerant; quibus soli barbam alere fas non erat. His summus imperabat Magister, penes quẽ solum in delinquentes, pro suo arbitrio, animadvertendi jus erat. Pœna autem etiam, cum [illegible] orantibus, [illegible]gebatur. Cæteri, qui rei militari o[illegible] dabant, a[illegible] sacri[illegible] ne ministeriis immunes erant, *teste Polydoro* [illegible] singulis diebus no[illegible]busq; ducenties Orati[illegible]nem [illegible]inic[illegible] Symbolum Apostolicũ, & Angelicam salutation[illegible] re[illegible]ete[illegible], ac [illegible]ibus in somnis uti stragulis cogebantur. His per summũ Magistrum alius quidam præficiebant[illegible] quem [illegible]ontumaces pro delicti ratione puniendi [illegible]: *ut [illegible] Borussiaco annotatur Chron.*

Aliquanto [illegible] nis mi[illegible]ues, occupatâ denuò à Saracenis terrâ sanctâ, in Borussiam [illegible]: quam, bello jure subactam, (*teste Polydoro*) sua[illegible] sedem statuerunt: ut suo loco nobis dicendum erit.

PRAEMONSTRATENSES, SEU *Norbertini.*

Norbertus Lotharingius, illustri familiâ natus, relictis seculi pompis, monasticen professus est: ubi diaconi & presbyteri gradibus ornatur. Monachorum autem contubernalium vitâ dissolutâ motus, ipse in eremum quandam Leodiensis diœcesis egressus, arctius, & cunctis prioribus seculis inauditum, monasticæ vitæ genus, sub Augustini regulâ, cum sociis tredecim undequaque collectis, a[illegible]pit. Nudis ipse Norbertus pedibus, in hyemis asperitate, prædicationis gratiâ, passim, autoritate Calixti Pontificis, oberrabat; circa salutis annum 1119. *ut Sigeberti annotat Continuator. Antoninus* annũ habet 1120. Exstant in *Chronico Martini*, de hujus sectæ primordiis, hi duo versus:

Anno milleno, centeno bis quoq; deno,
Sub patre Norberto, Præmonstrati viget ordo.

Fingebant autem impostores illi, quò facilius auram captarent popularem; è cœlo suam sibi religionem traditam, ac locum visionis piæ monstratum: seque Præmonstratenses appellabant. Horum institutum Calixtus II. autoritate pontificia statim confirmavit; eosq; (*ut Bruschius indicat*) Canonicos regulares exemtos appellavit. Vestiuntur autem illius sectæ professores albâ tunicâ, cum lineâ togâ sub candido pallio; quo potissimùm à Canonicis discernuntur: *ut Polydorus* * *indicat.*

* li. 7. de Invent. cap. 5.

Fœcundus autem fuit hic error. Nam sub ipsum statim initium, Syriam, Normanniam, Flandriam, Angliã, Vasconiam, Gotthiam, Hispaniam, Burgundiam, ejus propagines recepisse, *Sigeberti Continuator* annotat.

¶ Cæterùm habuit ordo iste hoc peculiare: ut, ubi esset monachorũ collegium; ibi puellarũ etiam (scilicet haud-stultè sapuerunt illi boni socii) non tantùm nõ procul abesset; sed contigua etiã esset habitatio: *ut Bruschius indicat.*

WILHELMITARUM ORDO.

Wilhelmus, Aquitaniæ Galliarum provinciæ Dux, & Pictaviensis Comes, B. Bernhardi discipulus, abjectis secularibus armis, eremum ex vanâ superstitione ingressus est: ac loricâ ferreâ super carne nudâ indutus, crebris orationibus, vigiliis, jejuniis, aliisq; superstitionibus, suum affligebat corpus. Tanti viri hypocrisi, multi secularium & religiosorum fascinati, suâ posthabitâ vocatione, ipsi se conjunxerunt; ac eremiticum vitæ genus, quod jam penè ob Monachorum luxum esse desierat, cum eo amplexi sunt, & quasi restituerunt. Tantâ autem fide hoc vitæ genus ad pristinum apud Gallos reduxit statum: ut deinceps ejus Ordinis fratres, nõ Augustiniani; sed Wilhelmitæ, dicerentur. Anastasii verò, & Hadriani ejus successoris, qui circa salutis annum 1155. ad Romanæ ecclesiæ clavum sedête, jussu, relictâ iterum eremo, urbes incolere cœpit Wilhelmus ille, eremiticæ vitæ restaurator, ac Parisiis, sub mendicitatis prætextu, prima jecit cœnobii cujusdam fundamenta. Verùm hoc nomen iis Innocentius IV. eis sequenti seculo ademit; ac solùm Eremitarum S. Augustini nomine appellari voluit. *Bergomensis,* * & *Chronicon Coloniense.*

* lib. 12.

MILITES D. JACOBI.

Milites divi Jacobi in Hispaniâ, sub ritu D. Augustini, Alexandro III. Pontifice, qui rem probavit, esse cœperunt: quorũ primus fuit magister Petrus Ferdinãdus. *Polydorus.* *

* li. 1. de Invent. cap. 5.

CALATRANENSES.

Sunt & Calatranenses a loco denominati: quorum militiæ autor fuit Sanctius Rex, circiter annũ Domini 1160. Nigrum vestitum cum rubrâ gestant cruce; ac Cistercienfium æmulantur regulam. *Ibidem.*

CARMELITARUM ORDO.

De Carmelitarum origine *Polydorus,* * & *Sabellicus,* † iisdem verbis, in hunc scribunt modum. *In hæc tempora, salutis humanæ annũ circiter 1160. conferunt quidã Carmelitanæ sectæ ortum. Res haud-dubie à Carmelo monte Syriæ est: quod & nomen ipsum arguit. Est Carmelus, cum aliorũ quorundam Prophetarum, tũ Heliæ & Helisæi incolatu, in Syria nobilis. Id credo secuti Anachoretarum non-pauci numero, loc ũ tenuêre: qui demum*

* li. 7. de Invent. cap. [illegible] Ennead. 9. lib. 5.

ad veteres Antiochenum antistitem. ... in annum circiter ... cùm annos sparsim circa montem agitarent. Tum primum igitur ... honesta præcipiendo & parendo humiliter, sub uno aliquo agere cœperunt. Fuit ... te juxta fontem, qui Heliæ dictum, vetusti ... Deiparæ sanctum, in eo monte. hæc prima cœnobitatio illis initia: sumtq; fortassis inde Carmelitana virginis fratres nuncupati. Incidit prima hæc institutio in Alexandri III tempora. Verum quia neq; vita instituto, neq; cultu neq; ceremonia ulla, nitebatur novus ille cœtus: abortiu quidam; non res legitima instituta visa est à principio. Veram itaq; originem arbitrati sunt quidam quæ anno post circiter quinquagesimo secuta est, Innocentii III. pontificatu. Albertus, Hierosolymitanus antistes, Apostolicæ sedis Legatus, his in eremo agentibus certam observationis dedit formam, ex Basilii instituto quædam mutuatam. Attributum est pallium versicolor, ex albo & cannabino circulatum, quali dicitur Helias propheta olim usus. Creavit familia hæc brevi; latéq; in multas diffusa est regiones: eratq; ubiq; gratum propheticum pallium habitus. Cæterùm quò magis luxuriosa erant incrementa; eo plus invidia apud multos nova religionis conflabatur: estq; ob id multis variam oppugnata. Honorius III. pallii formam ademit, velut religionis parùm convenientem, proq; circulato & versicolori, album est illis datum: ita ut sub eo cannabinati essent. Sic utercolor retentus.

¶ Hujus Ordinis initia *Balæus*,* qui præ cæteris eum sibi notum esse profitetur, paulò aliter commemorat. cujus quoque verba Lectori subjicienda censuimus. *Anno Domini* (inquit) 1121. *ex quibusdam superstitiosis eremi cultoribus, monasterialis Carmelitarum ordo creatus primùm fuit, hoc modo. Johannes, Hierosolymorum episcopus, B. Hieronymo coætaneus, in opere suo, de Institutione primorum Monachorum, ad Caprasium; & Josephus Antiochenus in Speculo militiæ primitivæ Ecclesiæ, cap. 12. solitarios quosdam viros Carmelum Syriæ Palæstinæ montem, ob loci amœnitatem & famã, incoluisse memorant: quorum hic, ab Elia illo propheta magno; alter, ab Apostolorũ in Palæstina prædicatione, eorum deducit originem. Sed utcunq; sedes habuerit, suo tamen semper arbitratu vivebant liberè, nullis aut votis, aut ceremoniis adstricti: ut ad Eusebium Cyrillus Presbyter scribit. At circa annum Domini 1090 Hierosolymitano episcopo in Patriarcham elevato, cœperunt sacra loca, religionis ergò, ab externis invisi & coli. Ad hos postea solitarios, extra sexennium, venit famigeratus ille Petrus Eremita: qui preculas illas, earum primus inventor, dedit, & Mariæ psalterium docuit. Quum vero cum hoc essent, ex adventantium donariis, aliquantò pinguiores effecti, ac Heliæ sanctitatem, cum Deiparæ patronatu ex cujusdam filiis visionibus fortiter jactitassent: anno Domini, ut priùs dictum est, 1121. illuc accessit Almericus, Patriarcha Antiochenus, Romanæ sedis in illas partes Legatus: qui undiq; per montem illum dispersos collegit, in ordinemq; disposuit, cœnobium ingens condidit, ordinationes fecit; præfati Johannis librum, quem Græcè scriptum illuc usq; servaverant, in Latinum sermonem transtulit: ut deinceps esset ex Hebræis, Latinis, & Græcis, Latina religio. Generalem præsidem primum, Bertholdum Aquitanum, suum nepotem, eis dedit; & illos sub ejus obedientiã colligavit. Super candelabrum Romana ecclesia* (inquit Johannes Palæonydorus, *eorum Chronographus*) *eos hic posuit, ut per universam Europam lucerent.* Idem testatur,* quòd Brocardus Hierosolymitanus, secundus eorum præses, circa Domini annum 1171. regulam eis composuerit; & ex Basilii dogmate quædam mutuatus sit: quam Hierosolymorum Patriarcha, anno 1199. correxit, confirmavit; iisq; observandam tradidit.

Silentio, jejunio, & horarum canonicarum observatione, erant constricti. Fratres verò laici, Petri Eremitæ precibus, & Mariæ psalterio recitando, occupabantur. Nullis tamen hucusq; votis adstricti fuerunt; excepto unico obedientiæ voto, ad universalem eorum præsidem. Et hanc clausulam in regulã relictam habebant: ut de solo Salvatore salutem sperarent; & ambularent juxta Dei verbum, in cæteris eorum factis.

GLADIATORUM ORDO.

Eodem ferè tempore, quo Teutonicum Hierosolymis Ordinem exortum scripsimus, Gladiatorum apud Livonienses secta initium habuit.

Fuerunt autem illius farinæ Monachi bellorum peritissimi. Vestibus ipsorum crux & duo gladii affixi erant, qui... um ..., mo... tur. Ac perpetuum ipsis cum L... Livoniam crebri incursionibus molestantibus, bellum fuit. Cognitâ aût Teutonicorum ... in Hierosolymis, fortitudine contra Gentiles, de ... o Romanorum Pont..., Livonienses illis se adjunxerunt; factumq; est utriusq; sectæ unum ... venientes ovile: *ut Munsterus in Cosmographiâ indicat.*

HUMILIATORUM ORDO.

Origo horum talis fuit, apud Germanos primùm. Multi mortales utriusque sexûs aut bello capti, aut quibus fides eorum suspecta fuerat, ex Cisalpinâ Gallia, ab ... per ... Friderico Barbarossâ, sæpius eam terram bello petente, in Germaniam fuerant traducti. Hi longiore exilio moti, fracti, albis omnes viri fœminæq; ne induti vestibus, & in conspectum Imperatoris prodeuntes, ad genua se abjecerunt, ac veniam deprecati sunt. Imperator, & lacrymis & vestitu supplicium motus, libertatem, in suam sedem redeundi tertam, ipsis concessit. In patriam reversi, ex voto, (ut credere par est) in eo vestitu perseverarunt, lanificio & precationibus dediti. Amplectebantur autem in-primis D. Benedicti regulam: ac fuere virorum mulierumq; distincti inter ipsos cœtus.

Hoc vitæ genus, à modico principio ortum, adeò crevit: ut plerique Romanorum Pontificum suo id suffragio comprobarint. inter quos Innocentius III. non postremum tenebit locum: qui vivendi normam (*teste Bergomensi*) ex suo ipsis excogitavit cerebro.

Nomen autem eis indè putatur esse inditum: quòd ad Friderici pedes aliquando humiliter prostrati, libertatem impetraverint. *Sabellicus,* Polydorus,* Antoninus.*

GILBERTINUS ORDO.

Gilbertus de Semphringam, illustri apud Anglos loco natus; sed corpore deformis, studiorum gratia in Gallias profectus est. Indè aliquãtò post incolumis, in cœtum tum virorum, tum mulierum, quosdam coëgit cœtus: quibus monasteria exstruxit; vivendi normam ex Augustini & Benedicti consarcinavit decretis, anno 1140. iisque ab autore Gilbertini nominabantur: *ut ex Scropo & Capgravo Balæus refert.* Post hæc, ad Romanum Pontificem, novi Ordinis confirmandi gratiâ, abiit: quod beneficiū facilimè impetravit. De Gilbertinorum Ordine, sic scribit *Nigellus*, ejus temporis Poëta, in suo Brunello vel Stultorum speculo; ut idem *Balæus* * annotat:

Quid de Sempringham, quantum vel qualia sumam,
Nescio: nam nova res me dubitare facit.
Hoc tamen ad præsens nulla ratione remittam:
Namq; necesse nimis fratribus esse reor.
Quòd nunquam, nisi clam, nulla sciente sororum,
Cum quacunq; sua fratre manere licet. Item
Canonici Missam tantùm, reliquumq; sorores,
Explent officii debita jura sui.
Corpora, non voces, murus disjungit: in unum
Psallunt, directo psalmate absq; metro.
Et sequitur:
Harum sunt quædam steriles, quædam parientes
Virgineóq; tamen nomine cuncta tegunt.
Quæ pastoralis baculi dotatur honore,
Illa quidem melius fertiliusq; parit.
Vix etiam quævis sterilis reperitur in illis;
Donec ejus ætas talia posse negat.

ROBERTINUS ORDO.

Robertum quendam eremitam, Gnaresburgi ... Eboracensi, novum monacho... ... anno 1113. cujus testatores Roberti ... *Capgravo refert Balæus.**

FRATRUM MENDI-
cantium Ordo.

Sub Friderico Imperatore, Mendicantium fratrum ordo in lucem prodiit: qui perpetuum ... iam extremam, ac inopiam perpetuam, ... ando in ... esse promittere cogebantur. *Austria Cuspiniani.*

¶ Porro hæc virorum cœnobia, hac ætate, apud Autores condita leguntur.

* Cent. 2. cap. 66. in Append.
* Cent. 3. cap. 41. in App.
* Enn. 9 l. 5.
* Lib. 7 de Invent. cap. 2.
* Cent. 3. cap. 25. in App.
* Cent. 3. cap. 6. in App.

In Germaniâ. Anno 1106. Mombelgardense cœnobium initium sumsit, in agro Argentinensi. *Tritheмius in Chron. Hirsaug.*

Neoburgum Austriæ, anno 114. & aliud S. Cruci dicatum, per Leopoldum Austriacum; & per Comitem quendam de Magland, Baumgartenbergius conventus institutus. *Cuspinianus.*

Neumburgicum monachorum contubernium, in agro [illegible]tzenburgensi, Heinricus quidam Comes condit, anno [illegible]18. *Irenicus.*

Circa Othonis Bambergensis episcopi tempora, Heinricus, & filius ejus Ernestus, Comites à Kirchberg, arcem suam Mallerstorf, in inferiori Vindeliciâ, juxta Lavarum amnem sitam, in monachorum vertêre collegium.

Eâdem tempore, Berchtoldus ab Andechs & Diessen, in vertice Matronæ montis, ædem Benedictinæ professionis condit.

Otto & Berchtoldus Duces, ambo ex Schirâ oriundi, in ripâ Geloni fluminis, Eisenhoviæ, in monte D. Petro dicato, monachorum exstruunt collegium. Verùm monachi pauló pòst indè Schiram commigrarût. Nam id etiam castellum iisdem ferè diebus, circa annum Domini 1106. (*ut Trithemius scribit*) in monachorum contubernium mutatum fuerat.

Dietpoldus, Vogburgensis Præfectus, Richopagum apud Nariscos, in ripâ Rhegi, D. Benedicto sacrum condidit cœnobium.

Idem quinto-decimo deinceps anno, Waldosassoniam, amplissimam Nariscorum ædem, monachis Cisterciensibus exstruxit.

Et Reginoburgi, eodem tempore, grande, D. Jacobo & Gertrudi sacrum, conditum est monachorum collegium.

Tùm quoq; Cunradus, Salisburgensis episcopus, apud Richenhall, in Norico, collegium Augustinianis instituit monachis: Zenonis vocant.

Circa Lotharii Imperatoris tempora, sedecim contubernia monachorum, collegia mystarum, in Bojoariâ instituta sunt: Schaumheubten, Ror, Paring, Monachomonasterium olim ab Ungaris excisum, Piburgium, Cæsarea, Walderbach, Windêberg, Osterhofen, Asbach, Ensdor apud Nariscos, Undersdorf in meridionali Bojoariâ, Beiharting. Vinaria superioris Bojoariæ præfectura, Chiminum, &c. *Aventinus.**

* lib. 6.

Heinricus, Dux Bojus, & Otho frater ejus, episcopus Fruxinensis, in superiori Bojoariâ, de integro ædificant, extra mœnia Fruxinensis oppidi, Præmonstratis, Neostephotam, Silurnum, Schlechdorff: Scapulariam, olim ante annos trecentos conditâ, sed ab Ungaris eversâ conticiût.

Diebus his quoq; Welpho, apud Lycatios, Staingaden construit.

Et Allerspach in Valle Villisinâ, Cisterciensiû; & haud indè procul, propter Danubium, Osterhofen, Nordoberti sacris initiatur.

In agro quoq; Burgusiano, Rotenhaslach, quod Juvavus alluit, D. Bernhardi conterraneis conditur.

Waldobrumus de Rauchshoven, Aichstadii suburbanum templum, Gerardo, cum sociis Reginoburgo accito, condit.

Emericus quoque, Herbipoleos episcopus, Macarium quendam è Bojoariâ evocatum, novo in suâ urbe donat cœnobio.

Ab Ilienbach, Vindelicorum vico, D. Benedicti conterranei ad templû D. Viti, proximè Neumarckt, cômigrât.

Cunradus I. Aichstettêsis pôtifex, Rebdorff, juxta Aichstadium, in ripâ Alemanni, in pago Bojoariæ, Augustinianis exstruit. *Ibidem.*

Paring mona[illegible]eriolum, & D. Magnum Reginoburgi, Heinricus Gebhardus & Cunradus, Raning[illegible]tes monachi, condidère.

Sub idem ferè tempus, Heinricus & Otto fratres Rietenburgenses, regu[illegible] Alemanni, mon[illegible]terium equitibus sacris, quos a templo Palæstino cognominant, dedicavère. *Aventinus.**

* lib. 7.

Beren[illegible]rius castellum [illegible] Sultzbach, in monachorum Benedictinæ professionis collegium convertit: & Berchtoldsgaden, apud Noricos, Augustal[illegible] instituit côventum.

Et Otho quidam Comes, monasterium Allersbarch Cisterciensium monachorum condit. *Ibidem.*

Wipertus, Lusatiæ Marchio, Pergaviense monasteriû, in honorem Jacobi Apostoli fundavit; & amplissimis reditibus ditavit.

Eckhardus, Mersburgæ episcopus, Cellense & Portense, amplissima monasteria condidit. *Chron. Mersburg.*

D. Gothardo sacrum Hildeshemiæ cœnobium, anno 1126. exstruitur: *ut in Chron. Saxon. Germanico scribitur.*

Ballenstetense Halberstadianæ diœceseos cœnobium, anno 1124. sub Heinrico V. initiû sumsisse, *Chron. Saxonica, & Trithemius de Hirsaugiensium rebus,* testantur.

Anno 1148. in Schimâ, per Comites de Halremôt, in honorê S. Viti martyris, fundatû est monachorû côtuberniû.

Et sub finem imperii Cunradi, monachorum côventus in Luckâ, sub Cisterciêsium regulâ, per eosdem & Aldenburgêses Comites, initium sumsit. *Crantzius in Metropoli.**

Et Werneri Monasteriensis episcopi ætate, Præmonstratensis ordinis cœnobium, in Cappenberge, exstrui cœpit. *Ibidem.**

Iisdem ferè temporibus, cœnobium illud Calbæ, Saxoniæ oppido, ad Salam fluvium vicinum, & à Dei favore denominatum (Gottsgnad) exstructum est: *ut in Saxon. Chron. scribitur.*

Circa annum 1145. Riddabeshusense monachorum collegium exortum est, fundatore Ludolpho quodam Principe viro, qui inter eosdem flamines monasticen tandem professus est.

Comites Hennenbergenses, Frawenroth, Gotzaw, & Weserum, cœnobia condidère.

Hugonis monasteriû in Vogeso, (Hughofen) exstructum est anno 1120.

Mariæ Viridariû, (Marienwerdt) Præmonstratensiû collegium, in honorem B. Virginis conditû est, anno 1128. ab Hermanno de Kinck, propter occisum Florentium, Gelriæ Ducem. *Irenicus.**

Anno Lotharii Imperatoris secundo, qui fuit salutis nostræ 1127. ingens illud Franconiæ cœnobium Cisterciensis ordinis, Eboracum, condi cœptum est, à duobus fratribus nobilibus, Bernone & Richwino: *ut Cuspinianus de Imperatoribus, & Bruschius, annotant.*

Eodê anno, abbatia in Walkenried initiû sumsit. *Erford.*

Ottho, Bambergensis episcopus, unum & viginti exstruxisse cœnobia & oratoria monachorum, *in Bambergensi historiâ* scribitur; cujus hæc sunt verba. *In episcopatu Herbipolensi, duo cœnobia, eleganti quidem & magnificâ structurâ, fundavit: quorum unius nomen est Urangia, sub patrocinio Laurentii martyris; alteri Ura, in honorem Petri apostoli constructa, quibus agros & prædia, unde Monachi otiosè viverent, addidit. In Bambergensi episcopatu, tertiû Michelsfeld. Et hæc quidem tria, sub professione Cluniacensi. Quartum, Lantheim appellatum, sub ordine Cistercionsi. Horum autem monasteriorum duo, videlicet Urangia & Michelsfeld, in patrimoniali fundo sita sunt: Lantheim verò & Ura, in adventitio. Porrò, in Ratubonensi episcopatu, sex monasteriorum fuit egregius fundator. Quinq; de ordine & professione Cluniacensi. Quorum unum, Eindorff nuncupatum, in honorem Jacobi Apostoli. Secundum Prunlingen, sub patrocinio Georgii martyris. Ambo hæc in adventitio. Tertiû est cœnobium, cognomento Monasterium: quod cum adjacenti parochiâ ejusdem nominis, ab Heinrico Bavarorum Duce, & Dipoldo Mantuano, emit; deinde cum plenâ proprietate ecclesiæ Bambergensi contulit: eamq; rem regali privilegio Lotharii Imperatoris communiri procuravit. Quartum Biburg, sub patrocinio beatæ Mariæ virginis. Quintum Madelhardesdorf, in honorem Johannis [illegible]angelistæ. Et hæc quoq; duo in adventitio collocavit. Sextum, in eodem episcopatu Ratubonensi, sub professione Clericorum regularium, instituit, quos Norbertinos vocant: ipsumq; in fundo adventitio collocavit, Windenburg nuncupatum. In Halberstadensi autem episcopatu, sub professione Cluniacensi, undecimam instituit monachorum congregationem, sub patrocinio Johannis Baptistæ; ubi abbatia erat, Vitenburg appellata: nunc autem, loco & nomine mutato, Regensdorf nuncupatur. Hunc autem*

locum,

bium, munificentia liberalitate Heinrici Imperatoris conse- ... consecutum, ac regio prius privilegio firmatum, ecclesiæ suæ Babenbergensi subjecit. Auxit hoc monasterium reditu duplicato. ... cum illi tum essent subjecti sexaginta mansi, totidem ipse adjecit. ... In ipso episcopatu ... sub ordine Cisterciensi, ... patrocinio B. Mariæ, monachorum congregatio est, Halesprun ... quam ipse in abbatiam opulentissimam redegit; additis ... & agris, ingenti pecuniâ comparatis. In episcopatu Batavino, tertiamdecimam instituit congregationem, in Altersbach ac quartamdecimam, sub ordine Cluniacensi, & patrocinio Andreæ Apostoli, juxta fluvium Anisum. Ultimam hanc a Lintboldo Marchione condonatam, consequutus est: de suo autem quinquaginta marcas impendit, & viginti mansos addidit. In patriarchatu Aquileiensi, arx erat Arnoldestein vocata: quæ annuis quinque & quadraginta mansis, ad se spectantibus, ab ecclesia Babenbergensi fuerat abalienata quam cùm ipse locum multo labore ac magnis expensis recuperâsset: demolitâ prius molitione, in abbatiam solem redegit, addiditq; mansos sexaginta. Insuper quinq; monachorum oratoria condidit: primum in Asbach, Ratisbonensis diœces. in honorem Matthæi Apostoli & Evangelistæ. Secundum Bamb... sub patrocinio Fidei virginis: quod primùm monialibus inhab...ndum concessit; sed paulò post, mutato consilio, septem eò collocat monachos. Tertium Rotha, Herbipolensis diœceseos, in S. Georgii ...orem. Quartum Vetzara sub professione Norbertinorum, in eadem diœcesi. Quæ duo oratoria, progressu temporis, ob vicinitatem, ... unum coiêre; Vetzera prævalente. Quintum verò, in pago Tu...feld, instituit in eodem episcopatu. Denique aliud quoddam in T...albusen, ab aliis quidem cœptum; sed ob sumtuum inopiam im...rfectum relictum, Ottho episcopus, monasticæ superstitioni deditis...mus, absolvit.

Elchingensem arcem apud Suevos, Cun...tus, Saxonũ Dux, divino cultui attribuit; eamq; in monast...ium commutavit. *Hist. Ulmensis.*

Embricho, Herbipolensis episcopus, in suo su...rbio, Scotis ædificandi monasterium dat potestatem: *teste Tritbemio in Hirsaug. Chron.*

Gedebaldus, Trajectensis episcopus, haud-procul à civitate, in palustri quodam loco, in honorem D. Laurentii, monachorum fundavit collegium, anno 1120. quod Osborch dicitur.

Anno 1124. Meginhardus & Rudolphus, Spanheimenses Comites, suam ecclesiam monachis inhabitandam concesserunt.

Per Brunonem, Trevirensem episcopum, ejusque fratrem Popponem, Comitem de Bretheim, monachorum cœnobium in Odenheim, Spirensis diœceseos, conditum est, anno 1123. *Ibidem.*

Buggo, Wormaciensis episcopus, haud procul à suâ civitate, cœnobiũ Franckenthal, Augustinianæ professionis monachis condidit, anno 1135. Franckenthal (*inquit Irenicus* *) uno nomine duo monasteria complectuntur, juxta Wormaciam, utriusque sexûs: quæ Erckenbertus, Camerarius Dalburgensis, condidit, anno 1109. ductu Buggonis episcopi.

Idem Buggo, quem diximus, aliud quoque in suo territorio, sub Cistertiensium regulâ, fundavit; Schonaugiam, propter nemorum circumjacentium amœnitatem, vocavit; ac ex Clarevallensi cœnobio accitis monachis replevit. *Tritbemius.*

Eodem quoque anno, Theodoricus, Sicensis episcopus, magnis sumtibus monasterium in colle, qui Bosouua dicitur, exstruxit: *teste Urspergensi.*

Lotharii Imperatoris jussu, ad radices montis, quo ara Segeberg exstructa est, conditur cœnobium, anno 1133. *ut Holsatiense habet Chronicon.*

Idem Imperator Luteram, Halberstadiensis diœceseos monasterium, condidit monialibus, sed iis ob dissolutos mores ... indè ejectis, monachis Benedictinæ professionis, Bergâ juxta Magdeburgum accitis, replevit, anno 1135. quod deinceps ab Imperatoris nomine, Regia Lotharii, dictum fuit: *ut Tritbemius in Hirsaugiensi Chronico annotat.*

Eodem anno, qui fuit salutis 1135. Almesbornense cœnobium e...r.

Et Gertrudis Marchionissa, monachorum conventum, D. Egidio sacrum, Brunsuigæ instituit, anno 1112.

Sedebeke monasterium cœpit anno 1141. *ut in eodem Chronico scribitur.*

Lubecæ, in honorem Johannis, cœnobium exstrui cœptum est, anno 1177.

Reinfeldense verò monachorum collegium, ab Adolpho III. Holsatorum Comite, anno 1186, fundatur. *Chronicon Saxoniæ.*

Nono ejusdem Imperii anno, abbatia Fossæ novæ apud Campanos, & Amelungesbornensis in Westphaliâ, & monasterium de Prato, sumsere initium: *ut idem testatur.*

Lorchense cœnobium, Augustanæ diœceseos, circa annum Domini 1108. cœpisse, *Tritbemius* indicat.

Ruthardus Moguntinus Præposituram in Rinkaugia, in monte qui ab Episcopo nomen habet, condidit; quam successor ejus in abbatiam mutavit, anno 1130. *Ibid.*

Hatsiæ monasterium in Breitenau, à Wernero Comite fundatum anno 1117. ex Hirsaugiensi cœtu monachis repletum fuit.

Lacense Benedictinæ professionis cœnobium, in Trevirensi diœcesi sub annum Christi 1093. ab Heinrico Comite Palatino Rheni exstrui cœptum, a Sifrido privigno ejus, anno 1112. perficitur. *Idem.*

Sorethum, Constantiensis diœcesis præclarum monachorum Præmonstratensium collegium, ex arce suâ, Berengarius & Cunradus, Barones de Schussenriedt, in honorem Dei, & S. Mariæ, & Magni Confessoris, condidère, anno 1118.

Spainshartum, Ratisbonensis diœcesis, Præmonstratensis ordinis cœnobium, anno Domini 1145. ab Adeltolco de Reiffenberg, ejusque conjuge exordium sumsit.

Ursinensis monachorum Benedictini instituti conventus, anno salutis 1182. autor fuit Heinricus, Marchio de Runsperg, ejusque filii Godefridus & Bartholdus, & Irmengardis filia.

Urspergense magnificum Præmonstratensium monachorum cœnobium, in Augustanâ diœcesi, conditum est à Wernhero, Comite de Schwabeck & Baltzhausen, anno 1125.

Et extra Frisingenses muros, ejusdem professionis contubernium, quod Novacella dicitur, in honorem Petri & Pauli Apostolorum, ab Otthone ejusdem sedis antistite, anno salutis 1141. conditum est. *Bruschius.*

Manegoldus quidam Palatinus Comes, in pago Langenauo, qui duobus ab Ulmensi urbe abest lapidibus, cœnobium condidit: quod a filiis ejus in Brentinam vallem Sueviæ, quatuor ferè ab Ulmâ milliaribus, quòd major ibi esset lignorum aquarumq; copia & ubertas, de consensu Eugenii III. Romani Pontificis, translatum, & Anhusium dici cœptum est, circa annum 1125.

Albæ Augiæ monasterium apud Suevos, circa annũ salutis 1145. vel exstructum, vel a desolatione vindicatum est.

Cæsariense, in sylvis Sueviæ, cœnobium sub Cisterciensium regulâ, Heinricus Comes de Lechsmund condidit, anno Domini 1133.

Cellam Dei superiorem, Præmonstratensis instituti, infra Herbipolim, ad Mœnum amnem, anno Domini 1128. exstructam, *idem narrat.*

Eichenbrunnum, Benedictinæ professionis collegium, in Sueviâ, extra Gundelfingiacensis oppidi mœnia, a Gunberto patre, & Chunone filio, Dominis de Fachberg, circa annum salutis 1122. conditum est.

Eichlingense cœnobiũ, à vicino querceto dictum, fundatum est anno Domini 1128. à Cunrado ...oniæ Duce, & Luciâ ejus conjuge.

Sancto Egidio sacrum, apud Norinbergenses, Benedictinæ professionis cœnobium, Cunradus III. Imperator, anno Christi 1140. exstruxit.

Cisterciensium ordinis monasterium magnificentissimum, in Heilsbrun, Ottho Bambergẽsis, Rabatho & Cunradus Comites ab Abenberch, condidère, anno 1132.

Eremitarum in Narikis cœnobium, sub ejusdem sectæ regulâ anno Christi 1133. ipsis Calendis Octobris cœpit.

Clarissimi

Clarissimi Benedictinorum cœnobii in Michelsfeld, circa Pegnesum amnem, fundator exstitit Otho Bambergensis episcopus, Pomeranorum apostolus, anno 1119. *ut idem refert.*

Lanckenheimium, Bambergensis diœceseos, in Sudetis montibus, haud-procul à Mœno, anno Domini 1132. sub Lothario Imperatore, castrui cœptum est; sed post viginti demum annos absolutum.

Martalense, quod Danubius alluit, ex Canonicorum collegio in Monachorum cœnobium conversum, & quasi de novo fundatum est, in honorem Petri & Pauli Apostolorum, anno 1171. ab Hugone III. Comite Palatino.

Maulbrunnensis cœnobii in Ducatu Wirtenbergico, autor exstitit Guntherus Comes de Lyning, & Spirensium episcopus, anno 1138.

Rockenburgum, sub Præmonstratensium regulâ, in Sueviâ cœnobium præclarum, anno Christi 1126. à Bertholdo, Sigfrido, & Cunrado, fratribus germanis, Comitibus à Bibergk exstructum est.

Rotum quoq. eodem anno conditum legitur, ab Hemmâ, Heinrici Baronis à Wildenwergk conjuge.

Salemitanû cœnobium Cistercienfis sectæ, haud-procul ab Acronio lacu, Innocentii II. temporibus, à Guntherano Nobili Barone de Adelteute exstruitur. *Bruschius.*

Circa annum Domini 1170. insigne Cisterciensium monachorum cœnobium, in Dobranhaud, intra Rostochium & Wismariam, in Mechelburgensi Ducatu, (quod hodie eorundem Ducû sepulcris illustre habetur) à Pribilao Vandalorum Principe, Bernonis Megapolitani episcopi instinctu, exstruitur: *ut Crantzius in Vandaliâ* [a] *indicat.*

Norbertus, Præmonstratensis sectæ inventor & magister, Antuerpiæ suæ professionis cœnobium exstrui curavit, sub annum salutis 12.. *Balæus.*[b]

Bernhardus, triginta-sex annis, quibus abbatiam suam administravit, centum & sexaginta autor fuit cœnobiorum: *ut Raynulphus in Polychronico.*[c] *& Fuldensis historia,* annotant.

In Italiâ. Padalironæ, in agro Mantuano, Benedictinis cœnobium condidit Welpho II. Bojorum Dux. *Aventinus.*[d]

Ad aquas Salvias, Innocentius Romanus monasterium condi curavit, in honorem Anastasii martyris: *testibus Vincentio & Ersfordiensi.*

In Galliâ. Clarevallis, anno 1115. *Sigeberti Continuator.*

Ad Bellum montem, anno 1130. à Roberto Condensi, cœnobium conditur. *Vincentius*[e] *& Ersfordiensis*[f]

Simon, Noviomensis præsul, Ursicampi monachorum cœtum congregavit, anno 1129. Ejus vero cœtûs primus abbas Voleramus, cœnobium S. Mariæ à Frigido monte fundavit, anno 1140. *Sigeberti Continuator.*

Ludovici Grossi, sub quo Cluniacensium secta magna accepit incrementa, opus fuit D. Victoris cœnobium, in suburbio Parisiano. Idem & Caroli locum, pro Cisterciensibus, in Sylvanectensi agro; & cœnobium Puteolanum, in agro Vastiniensi condidit. *Gaguinus.*[g]

In Lotharingiâ. Anno 11.5. Simon, Lotharingiæ Dux, Bellum pratum fundavit. *Irenicus.*

In Angliâ. Ibracense Malachias Armachanus condidit monasterium: *teste Balæo.*

Heinricus Anglorum Rex, in oppido Redungio, Benedictinis cellas exstruxit.

Warinus, Salapiæ Comes, duo Benedictinorum posuit [illegible] alterum in suburbio Salapiæ, alterum ad pagum Wenelochum: hoc D. Milburgæ, illud vero Petri & Pauli dem [illegible] tutelæ. *Polydorus Virgilius.*[h]

[illegible] est [illegible] cœnobitis, domicilium condidit [illegible] Aldredus *Idem.*[i]

Ma[illegible] lorum Regis mater, in Cala[illegible] *Sigeberti Continuator.*

[illegible] monaster[illegible] quo [illegible] Richardo, in[illegible]

In Flandriâ. [illegible] oniense [illegible] 9. Clari Mare[illegible] Laudis juxta Insulam. *Chron. Flandriæ.*

In Poloniâ. Casimirus, Polonorum Dux, Suleoviense, in diœcesi Gnesnensi, in Ruslai Comitis villâ, qui ex hac vitâ discedens, Christum suorum bonorum fecerat hæredem; & Copriunicense, pro Cisterciensibus, exstruxit cœnobia.

Ac sub ejusdem Ducis principatu, Gedeon, Cracoviæ episcopus, Vancholcense; Samborius vero Satrapa, Olivæ, Dantisco vicinum ejusdem professionis monachis, condidere cœnobia.

His Vitus, Plocensis episcopus, Buscense, in Cracoviana diœcesi, Vitoviense & Plocense, partim pro viris, partim pro puellis Præmonstratensis sectæ, adjecit: *ut Cromerus*[k] *autor est.*

In Sueciâ. Superstitiosâ Caroli Sueciæ Regis sollicitudine, in villâ Sabâ, sub Bernhardi regulâ viventium monachorum exstrui cœptum est cœnobium: *ut Johannes Magnus*[l] indicat.

Suercherus, Gotthorum Rex, senio confectus, duo cœnobia, Alnastra apud Ostrogotthos, & Vr[illegible] apud Westgotthos, condidit: quorum utrumq. monachis ea C[illegible] valle accitis replevit: *ut idem*[m] *scribit.*

¶ Et Virginum, seu Mulierum, in Bethaniâ enim monialium contubernium condidit, Melisendis, Fulionis Hierosolymitorum Regis conjux. *Tyrius.*[n]

Gedebaldus, Trajectensis episcopus, cœnobium Deo-servientium virginum, in Osboteh, instituit. *Trithemius in Hirsaugiensi Chronico.*

Septimo Lotharii Imperatoris anno, de Stetterlingeborg, Saxoniæ cœnobio, jussu Petronillæ Comitissæ, Renesburgum in Hollandiam translatæ, leguntur moniales, *apud Erfordensem.*[o]

Iaaa Gry[illegible]nius Polonus, monialium cœtum, sub Præmonstratensium regulâ viventium, in suburbio Cracoviensi, egit: *ut Cromerus*[p] *annotat.*

Ulmbergensis, monialium conventus, à tribus generis nobilitate insignibus viris, & fratribus germanis Ruggero, Adelberto, & Waltero, Dominis in Schelkingen, institutus esse, testatur: anno 1127. *ut in Ulmensi scribitur historiâ.*

Isenaci, D. Nicolao sacrum, pro monialibus, Adelheidis, Ludovici Landgravii cujusdam filia, exstruxit cœnobium; quibus ipsa prima præfuit abbatissa, circa Domini annum 1154. *ut in Chronico Isenacensi annotatur.*

Franckemhal, monialium collegium in Wormaciensi agro, Buggo episcopus fundavit, anno 1135.

Ejusdem episcopi operâ & impensis, virginum conventus in Kriechau initium accepit: *ut Trithemius in Hirsaugiensi Chron. scribit.*

Rothbertus de Arbreisel, egregium illud sanctimonialium cœnobium, apud fontem Ebrardi, construxit. *Malmesburiensis.*[q]

Preclarum ac magnificum S. Crucis-vallis domicilium, pro sexaginta monialibus Cisterciensis professionis, anno salutis 114.. conditum est.

Et magnificum quoddam monialium cœnobium, in monte S. Nicolai, Michelsfeldii, circa annum Christi 1135. inchoatum est: post annos vero decem & quinque aut circiter, Bambergam translatum, & quasi de novo, in S. Theodori honorem, fundatum est, à Gertrude Palatinissâ quadam: *ut Bruschius indicat.*

Kubacense, monialium Benedictinæ professionis conventiculum, cœpit anno 1108. fundatoribus Comitibus de Witelsbach. *Idem.*

Monialium in Haymersleven, Saxoniæ pago, institutum à Reinhardo, Halberstadiano præsule. *Chronicon Saxoniæ.*

Hac etiam ætate, Walckenredense in Goslariensi agro, & aliud intra urbis mœnia, quod à novis structuris nomen habet, exorta sunt cœnobia.

Carolus Sueciæ Rex, in villâ Uretâ, non-longè à Lincopiâ, sub Bernhardi regulâ, virginibus condidit cœnobium: *ut Johannes Magnus*[r] *indicat.*

Est Monialium, nobili genere natarum, celebre & magnificum sancti Spiritûs cœnobiû, intra muros Lutzelburgenses, in sublimi & extremo penè montanæ [illegible] angulo

Marginal notes: [a] lib. 5. c. 8. [b] Cent. 2. cap. 65. [c] lib. 7. c. 20. [d] lib. 6. [e] lib. 27. c. 6. [f] cap. 88. [g] lib. 6. [h] lib. 11. [i] lib. 11. [k] lib. 6. [l] lib. 19. c. [m] lib. 18. c. [n] lib. 19. c. [o] cap. 88. [p] lib. 6. [q] lib. 5. [r] lib. 19. c. 7.

[illegible] m P [illegible] a nom [illegible] Du[illegible] m [illegible] genti; [illegible] o postea ordo S. [illegible] arx [illegible] [illegible] rt.

¶ Q[illegible] m. vetustate c[illegible] psa, reparata sunt. Ma[illegible] ea ex im[illegible] Turgoti, Dunelmensis præsidi[illegible] bium [illegible] ficit. *Balæus.*[a]

Ma[illegible], Armachanus episcopus, Branchorense repa[illegible] *Idem.*

[illegible] widæ, à Rogerio Sarisberiensi episcopo, repara[illegible] nobium, sub annum salutis [illegible] *Idem.*[c]

A[illegible] hus [illegible] Holsatiæ Comes, Segebergense monaste[illegible] m [illegible] igne vastatum, restituit, anno 1139. *Chron. Ho[illegible] atiense.*

Bruno, T[illegible] rorū archiepiscopus, [illegible] xta suæ urbis mœnia, E[illegible] cœnobium collapsum refecit; idque Mat[illegible] consecravit Apostolo, repudiato Euchari[illegible] patrucinio.

Ruthardus, Moguntinus archiepiscopus, Disiboldi cœnobium, in Spanheimensi comitatu, restauravit. *Trithemius in Hirsaug. Chron.*

Anno 1180. S. Jacobo sacrum apud Moguntinos contubernium monasticum reparatum esse, *in Mariani Scoti appendice* scribitur.

Leopoldus IV. Austriæ Marchio, cœnobium, quod Cellas Mariæ appellant, in ruinam & egestatem versum, resarcit; & Melicense, crebris Ungarorum incursionibus deso[l]atum, reparat; ac censibus idem Dux auget: *ut Cuspinianus autor est.*

Chiemiense in Norico, ab Ungaris ad egestatem redactū, Cunradus Juvaviensis pontifex restituit. *Aventinus.*[d]

Isacius Angelus, liberalitate in templa & monasteria, superiores omnes superavit Imperatores. Ruinam enim minantia fulsit[illegible]; vetustate verò deformata, incrustationibus & picturis illustravit: *ut Nicetas de gestis ejus*[e] *scribit.*

¶ Erant & [illegible] cœnobia seu collegia Canonicorū. Leopoldus enim, Austriæ Dux, Neoburgense cœnobium Canonicis secularibus inhabitandum concessit, viris doctis & honestis non ut liberioris essent vitæ, ut nunc; sed ut, velut in collegio, honestam & tranquillam, nō sicut ilem agerent vitam. Unde & eorum congregationes, & templa, Collegiatæ sunt dictæ ecclesiæ. *Cuspinianus in Austriâ.*

Cunradus, Juvaviensis pontifex, sibi subjectis sacerdotibus, ut D. Augustini amplecterentur regulam, persuasit: *teste Aventino.*[e]

Comes quidam de Linigen, cui Eunuchus nomen erat, fratrum canonicorum, regulæ D. Augustini, collegium in Heinâ seu Heginâ, Wormaciensis diœceseos, fundavit, anno Domini [illegible]41. quibus Hartungus primus fuit datus Præpositus. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

Mathildis, Henrici Regis Anglorum mater, duo Canonicorum condidit monasteria: alterum justa Cæsarisburgum; alterum verò in sylvâ de Gonfer: *ut Sigeberti annotat Continuator.*

Ad Brentianum amnem Sueviæ, Heerbertingum, regularium canonicorum S. Augustini cœnobium potentissimum, Suevorū Princeps, Fridericus Barbarossa, qui postea ad Imperii culmen conscendit, ædificavit, anno 1144. *ut Brusc[h]ius de monasteriis Germaniæ indocat.*

Rebdorfum, canonicorum regularium S. Augustini, præclarum super Eichstadium contubernium, anno Domini [illegible]56. sub Conrado Eichstetensi episcopo, à Beatrice, secund[a] Barbarossæ cōjuge, extrui curatur: *ut idem refert.*

Sanctæ Crucis cœnobium, canonicorum regularium S. Augusti[ni], Hamelbergo Augustam Vindelicorum, per Udalri[c]hum, ejus loci episcopum, translatum est, anno 119[illegible]

Ej[u]sdem professionis monachorū collegium, D. Georgi[i] [illegible] intra Augustæ mœnia, fundatum legitur, anno Ch[illegible]

W[illegible]ense, Mi[c]haeli archangelo sacrum regularium cœnob[i]um, sub Augustini regulâ viventium, cœnobium [illegible] monte U[illegible] vicino, anno Chri[sti] [illegible]83. [illegible] m [illegible] mō, a [illegible] Comite de Albegke, con[illegible]

[illegible] monachorum ad altis[illegible] liacia, temporibus Lucii [illegible] Pontificis & Barbarossæ, ab Herrade [illegible] & [illegible] bero german[o] ejus fratre, Domino de [illegible] inheim & Landsber[g] [fu]nd[a]tum est.

W[illegible] hen[illegible] turæ, [qu]od [r]egularium S. Augustinæ canonicorum [illegible] fundator fuit Fridericus Imperator, [illegible] *Bruschius.*

¶ Fu[illegible] m mulierum [illegible] quibus in publicū prodire, & nubere [illegible] run[illegible] erat. Edel[illegible] liberarum, & ab omni p[illegible] ione ac regulâ minimum, in Sueviâ pulcerrimum collegi[um] [illegible] in [illegible] nibus liberum [illegible] egredi [illegible], & nubere [illegible] Abbatissæ, propter bened[ic]tionem ut [illegible] fundatum, & [lib]eralissimè dotatum est [illegible] à Gisalâ, germanâ sorore Wernh[eri] U[illegible] pergensis [illegible] tori[illegible] omitis de Schwabegk & Baltzhusen *Bruschius autor est.*

¶ Monasteria recèns extructa consecrari solebant. Cœnobium enim Neoburgense, ab archiepiscopo Cunrado Salisburgensi, Reginario Bataviensi, & Romano Gurcensi, episcopis, consecratur anno 1134. *ut Cuspinianus in Austriâ annotat.* Harduvicus, Reginoburgensis episcopus, cœnobium Mallersdorfense sacri D. Benedicti initiavit: *teste Aventino.*[g] Idem aliud cœnobium [ex]tra urbis mœnia Reginoburgi condītū in D. Jacobi & Gertrudis honorem consecrat, anno 1120. *Ibidem.* Pegaviense monasterium, in honorem Jacobi Apostoli, à pluribus episcopis consecratur: *ut in Chronico Mersburgensi scribitur.* Suessionense Medardo Innocentius Pontifex dicavit: *teste Vincentio.*[h] Bernhardus Hildesheimensis, sacro Gothardi, sui antecessoris, nomini monasterium consecrat: *teste Crantzio in Metropoli.*[i] Cœnobium in Heinâ, Buggo Wormaciensis episcopus sacris initiavit: *ut Trithemius autor est in Hirsaugiensi Chronico.*

Et autoritate pontificiâ confirmari. Romani Pontifices, Innocentius II. Eugenius III. Urbanus III. multis immunitatibus, privilegiis & libertatibus, Neoburgense cœnobium donarunt; & sub anathematis pœna, ne huic cœnobio vis ulla inferatur, religiosissimè caverunt: *ut Cuspinianus in Austriâ scribit.* Idem juris Calixtus & Innocentius omnibus monasteriis, ab Othone Bambergensi episcopo constructis, concesserunt: ut ex eorum diplomatibus, *quæ in Bambergensi extant historiâ*, videre est. Elchingense Lucius II. privilegiis munivit: *ut in Ulmensi scribitur Chronico.* Et Anhusium Celestinus II. ejusmodi privilegio & immunitatibus donavit. Celestinus, servus servorum Dei, dilectis filiis, monachis S. Martini de Anshausen, tam præsentibus quam futuris regulariter sub[stitu]endis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Desiderium, quod ad religionis proposi[t]um & animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere; & petentium desideriis congruum impartire suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, venerabilis patris nostri, Gualteri episcopi, precibus inclinati, vestris justis postulationibus clementer annuimus. Præfatum monasterium, quod ab egregiæ recordationis viro, Manegolto Palatino Comite, ejusque filiis, præfato videlicet fratre nostro Gualtero, nunc Augustensi episcopo Ad[al]berto & Udalrico, in proprio allodio constructum est & B. Petro cum omnibus ad ipsum pertinentibus oblatum, [illegible] ejusdem Apostolorum principis & nostr[a] [pro]tectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus [illegible] ruentes, ut quascunque possessiones vel decimas [quæ]cunque [illegible] bona, id monasteriū impræsentiar[um] [illegible] & canon[ice] possidet; aut in futurū, concessione Pōtificu[m], [la]rgit[io]ne Regū vel Principum oblatione fidel[ium] [illegible] Deo propitio, poterit adipisci, [illegible] ma vo[illegible] vel [illegible] cesso[illegible] bus & [illegible] bata permaneant. [C]oncamb[i]ū e[illegible] loco, in quo [ips]um monasteriū situm est, [illegible] ecclesia S. Petri de Oetinge[n] ad cujus parochiam pertine[illegible] assensu, rat[io]na[bil]iter factum est, authoritate ap[ostolic]a confirmam[us]. Liceat autem vob[is] [co]mmuni co[nsensu] A[d]vocatum quem ad defensionem ejusdem mo[nasterii] [illegible] lem es[se] [illegible] eligere; ipsumque [illegible]

[illegible] ... concedimus: ut quicunque [illegible] nisi fuerit excommunicati sunt, nul[illegible] tamen ju[illegible] à matris Ecclesiæ. Ad indic[illegible] ... perceptæ libertatis au[illegible] no[illegible] ... sibus annis singu[illegible] ... omni homi[illegible] ... bare aut [illegible] auferre [illegible] retinere, [illegible] ere, aut [illegible] nibus fatigare: sed omnia [illegible] eorum, pro [illegible] bernatione & [illegible] concessa sunt [illegible] profutura. [illegible] episcopi canonica [illegible]. Si qua igitur in [illegible] ecclesiastica secularisve persona, [illegible] paginam infringere, sciens contra eam temere tentaverit, secundo tertiove admonita, [illegible] congrue emendaverit: [illegible] careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, [illegible] sanguine Dei, & Domini [illegible] Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem [illegible] justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu [illegible] quatenus & [illegible] bonæ actionis percipiant, [illegible] præmia æternæ pacis inveniant. [illegible] *Bruschius in Chronologia monasteriorum Germaniæ* [illegible] cœnobium Calixtus II. anno [illegible] confirmavit, *ut idem indicat.*

Vel Imperatorum & Regum. Monasterium in Odenhei[illegible] confirmavit: *teste Trithemio in Hirsaugiensi Chronico.* [illegible] Narr[illegible] ... Conrado Imperatore [illegible] Moguntinæ impetravit. Cujus successor Daniel. Alexandro III. & Lucio III. Pontificibus & Henrico VI. Imperatore insignia consecutus est ejusdem cœnobii [illegible] *ut refert Bruschius.*

A [illegible] episcoporum. Heinricus, Comes de Le[illegible] ... cœnobii in Sue[illegible] Wi[illegible] Augustano episcopo [illegible] anno [illegible]

[illegible] abbates ordo quidam fuit [illegible] ... Romanâ [illegible] abbatem [illegible] ... regulam [illegible] acceperant [illegible] ... *Chronicon Casinense.* [illegible] ... quod [illegible] Moguntin[illegible] ...

[illegible] ... de situ [illegible] quadra[illegible] ... a W[illegible] ...

[illegible] & monachorum [illegible] ... Monachorum [illegible] episcopus [illegible] *Trithemius in Hirsaugiensi Chronico scribit.* [illegible] ... Benedicti [illegible] degentium [illegible] ... *ut in Ulmensi scribitur historia.* Cœnobium Franco[illegible] ... Bamberg[illegible] ... Wi[illegible] ... opus [illegible] malum collegium adjunxit. *Trithemius in Hirsaugiensi Chronico.*

¶ Quædam cœnobia certos reditus habebant [illegible] fratres [illegible] dictabant. [illegible] o enim Bambergensis episcopus, monachis, in [illegible] extra [illegible] mœnia a se exstructo habitantibus A[illegible] cæteraque prædia, quæ D. Heinricus Bambergensi ecclesiæ olim [illegible] rat, tribuit: *teste Aventino.*[*] Monachorum conventui Reginoburgi, in æde D. Jacobi & Gertrudis, [illegible] Labar & R[illegible] tenburg, pr[illegible] apud Naristos [illegible] & Beri[illegible] vineas in Austria donat: *ibidem.* L[illegible] Francorum Rex, annuatim monachis, B. [illegible] in Cantuariensi cœnobio ministrantibus, [illegible] modios [illegible] di sanxit anno [illegible] *ut Sigeberti narrat Continuator.* Gedbaldus, Trajectensis episcopus, duobus in O[illegible] rchate exstructis, pro utroque sexu, [illegible] nobiis, de superfl[illegible] ... xit sustentatione: *teste Hirsaugiensi Chronico Trithemii.* Lorchense cœnobium, Fridericus Suevorum Dux F[illegible] rici Imperatoris pater ampli[illegible] ... tus otiosi [illegible] homines, & fruges consu[illegible] ere nati donavit: *ibidem.* Heinricus Leo monachos D. Virgi[illegible] ad [illegible] apud Stadenses incolentes, aliquot agris & [illegible] donat. Sed Di[illegible] paulo post in suum [illegible] *ut Chronicon* [illegible] *habet.* Elchingen[illegible] cœnobium, in [illegible] villas, prædia & [illegible] non[illegible] tenet, *ut historia Ulmensis testatur.* Ur[illegible] gensi [illegible] fundatores, monialibus de reditibus de[illegible] ... possessionibus, largè pro[illegible] *ibidem.* Leopoldus, Austriæ Marchio, cognomento La[illegible] ... cœnobium quod pater ejus condiderat [illegible] auxit, adjiciendo vi[illegible] fundos, prata, prædia, flumina [illegible] haud vulgarem Got[illegible] censi monasterio [illegible] simul bo[illegible] stituit. Heinricus quoque secundus Austriæ Dux, Leopoldi frater, duas v[illegible], Michendorf & Sigen[illegible] ... adjecit.

Su[illegible] tempus. Hadmarus de Chuenring [illegible] ... patrimonium [illegible] ... cœnobii anno [illegible] *ut Cuspinianus* [illegible] *scribit.* Savinus Dalmata, duos argenteos [illegible] novem circiter librarum, Casinensi donavit [illegible] conventui: *ut Historia Casinensis*[*] *habet.* Otth[illegible] ... Michae[illegible] cœn[illegible] plur[illegible] ... duabus nempe argen[illegible] pel[illegible] ... admodum pr[illegible] ... *Bamberg*[illegible] ... Constantinopolitanus [illegible] ... plu[illegible] ... ornatum [illegible] *Chron*[illegible] ... dom[illegible] ... Regis [illegible] ... pendere [illegible] ...

[illegible]

[*] lib. 6. [*] lib. 4. c. 41. [*] lib. 4. c. 49. [*] lib. 4. c. 8[illegible] [*] lib. 4. c. 29. [*] lib. 6.

socios, deditionem faciendam consultantes, cõfirmâsset, satis superque annonæ superare: nimirum satius esse dictitans, ventribus crassis monachorum pasci, quam castrum tam turpiter in manus hostium tradere. Quod ubi monachi accepêre, abundè commeatum præsidio militari largiuntur. *Aventinus,* Otto Frisingensis.†*

* lib. 6. † lib. 7. c. ult.

Manuel Comnenus, cùm in Ponti faucibus, loco qui Catascepe dicitur, Michaëli archangelo sacrum condidisset cœnobium; celeberrimos quosque & præstantissimos monachos eò collocavit, eâ ratione: ut solitariam & quietam vitam, sinè ullâ solicitudine, possent degere. Cùm enim monachos, possessionibus & negotiis turbatos, & tranquillitate animi, & Dei cultu excidere, intelligeret: nullas ei vineas, nullos agros, nullas possessiones, quas nec eorum professio admittit, assignavit: sed ex fisco tantum pendi jussit; quantum ad victum & cultum opus esset. Videtur nimirum immodicam cupiditatem struendi monasteria improbâsse; & exemplum prodere posteris voluisse: quo pacto coenobia condenda; & quæ vivendi ratio eremitis pauperibus, & a terrenis rebus se abstrahentibus, proponenda sit. Tantum autem abfuit, ut eorum institutum laudaret; qui monasticam vitam professi, & opibus affluunt, & multitudine curarum magis distrahuntur, quam qui hujus vitæ deliciis occupantur: ut sanctionem Nicephori Phocæ, fortissimi & cordatissimi Imperatoris, olim abolitam, de non-augendis monasteriorum latifundiis, quasi postliminiò revocârit; neque patrem, avum, ceterosque cognatos suos omnes, qui monasteriis amplissima prædia donarant, incusare destiterit: non, quòd de suis opibus aliquid Deo consecrassent; sed quòd rem bonam malè administrassent. Nam, cùm monachis habitationes in abditis & desertis locis, in antris & montium cacuminibus, assignandæ essent: & Constantinopoli, tanquam Sirenum cantus vitandâ, gloriolâ ductos, incrustata sua sepulcra, & vario marmore exornata, iis, qui templa ingrediantur, spectanda proposuisse, & mortuos quòque coronari se, & hilari splendidoque vultu conspici, voluisse; & in foro ac triviis monasteria ædificâsse; & alibi, nullo eum delectu virtutis, velut in caveâ conclusisse eos, qui monachos non ultra tonsum capillum, & mutatum habitum, prominsamque barbam, exprimerent. His igitur de caussis, sive ut monasticam sanctimoniam nutantem, ac potiùs humi ferè prostratam, fulciret; sive metuens, ne ea ipse facere diceretur, quæ reprehenderet: rationem à suis majoribus diversam est secutus. *Annales Nicetæ Choniatæ, de rebus a Manuele Comneno gestis.**

* lib. 7.

¶ Ex Monachis quidam ad Ecclesiarum gubernationem eligebantur. Cunradus enim, abbas in Rittershausen, Lubecensis fit episcopus, anno 1162. Quo mortuo, Heinricus Brunsuicensis abbas successit. *Chronicon Holsatiense.* Heinricus, Ludovici Francorum Regis frater germanus, abbas Clarevallensis, ad Belvagiem urbis episcopatum cõscendit, anno 1149. *ut Sigeberti habet Continuator.* Cunno, Sigebergensis abbas, Ratisponensi potitur sede: *teste Ruperto, Præfatione Commentariorum in Matthæum.* Paschalis, Romanus Pontifex, monachus fuit: *ut Simoneta* testatur.*

* lib. 5. c. 70.

¶ In monasteriis etiam Præpositi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, ordinabantur. Archipresbyteri enim monasterii Cassinensis, fit mentio *in Chron. Cassinensi:* & Diaconi.†* Et Manerius, Salmuriensis [illegible] ista, abbas factus est: *teste Sigeberti Continuatore.*

* lib. 4. cap. 90. † lib. eod. c. 109.

¶ Monasteriis præerant Abbates. Ordo noster est, sub magistro, sub abbate, sub regulâ, sub disciplinâ esse. *Bernhardus, in epistolâ ad Alpenses monachos.* Exstant ejusdem, ad diversorum Abbates monasteriorum, epistolæ plurimæ.

Quidam Abbates, non unius; sed plurium etiam cœnobiorum, egerunt inspectores. Burchardus enim, jussu Ruthardi archiepiscopi Moguntini, S. Jacobi cœnobio, extra urbis mœnia sito, & alteri Disibodo sacro, in Spanheimensi Comitatu, simul præest: *ut Trithemius indicat.* Ruthardus Moguntinus Præposituram Rinckaugiensem, à se extructam S. Albani abbati subesse voluit. *Ibidem.* Adamo Ebracensi abbati, aliæ decem Cisterciensis instituti abbatiæ, eodem ferè tempore, in diversis Germaniæ provinciis erectæ, tanquam primario monasticæ vitæ ac disciplinæ inspectori, commendatæ sunt: *ut Bruschius in Chronologiâ monasteriorum Germaniæ indicat.*

¶ In aliis plures; in aliis pauciores degebant monachi. Bernhardus enim, triginta stipatus sociis, Cisterciense ingressus est monasterium, sub abbate Stephano: *ut Martinus in Chronico annotat.* Ex Hirsaugiensi cœnobio, à Brunone, Trevirorum episcopo, duodecim monachi, in novum Oldenheimense monasterium, introducti sunt: ex quibus Everhardus abbas cæteris datur. *Trithemius in Hirsaugiensi Chronico.* Uno die Quadragesimæ, sub Bernhardo Clarevallensi abbate, centum viri monasticis initiati sunt sacris: *ut Sigeberti habet Continuator.* S. Honorii cœnobium, quòd Girardus Fundanus exstruxit Consul, sedecim inhabitarunt monachi. *Chronicon Cassinense.** In Sueviæ monasterio Roto, ultrà 200. monachi, & sorores quàm-plurimæ, alebantur. *Bruschius.*

* lib. 4. c. 55.

¶ Interdum & Episcopi abbatiis simul præerant: *ut in Capite de Polsurâ dicemus.*

¶ Eligebantur autem & constituebantur Abbates, vel à Monachis. Sic Celestinus II. Anhusianis id juris concedit; ut ipsi, communi consilio, decedente aliquo abbate, successorem eligant: *ut habet Privilegium, quod paulo antè adscripsimus.*

Aut a Pontificibus, Archiepiscopis, & Episcopis. Nam Laudun[illegible]bus monachis, in æde D. Johanni sacrâ, Drogo, à Bartholomæo episcopo, primus datus abbas, anno 1128. *ut Sigeberti habet Continuator.*

¶ Consecratio autem abbatis, per episcopum aliquem fiebat: ut patet ex epistolâ Alexandri III. ad Cistercienses monachos: * *Statuimus præterea, ut, si quis episcopus, tertiò cum humilitate ac devotione, sicut convenit, requisitus, substitutos abbates vestros benedicere fortè renuerit; iisdem monachis liceat, proprios monachos benedicere, & alia, quæ ad hujusmodi officium pertinent, exercere: donec ipsi episcopi, suam duritiem recogitent, & abbates benedicere non recusent.*

* lib. 1. Decret. tit. 10. cap. 1.

¶ Abbatum quoque munus erat: Suo exemplo aliis prælucere; &, quæ contra regulam fiebant, emendare: *ut ex Chronico Cassinensi apparet:** ubi Imperatorem Lotharium Abbatis vel Decani more, omnes monachorum cellas invisisse; numquid monachi Benedictini insisterent præceptis, exploràsse, scribitur. *Item:* Abbas supra regulam non est; cui semel & ipse spontaneâ se professione sobmisit. Super fratrum sanè transgressiones; non super patrum traditiones, constituitur, qui abbas eligitur: mãdatorum cultor; & ultor vitiorum. *Bernhardus, in tractatu de Præcepto & Dispensatione.* Oportet eum, qui præest, (de Abbate loquitur) non fræna laxare suæ voluntati super subditos; sed præfixam ex regulâ sibi scire mensuram: & sic demum sua imperia moderari, circa id solùm, quod rectum esse constiterit. *Ibidem.*

* lib. 4. c. 12.

Delinquentes castigare. Monachi, cùm pro aliquo excessu fuerint corrigendi; contra regularem Prælati sui & capituli disciplinam appellare non præsumant: sed humiliter & devotè suscipiant, quod pro salute suâ utiliter eis fuerit injunctum. *Concilium Lateranense sub Alexandro III.** Monachi & Canonici regulares, quocunque modo se in claustro percusserint, secundùm providentiam sui Abbatis disciplinæ subdantur: &, si discretio Abbatis non sufficit ad eorum correctionem; est providentia diœcesani Episcopi adhibenda. *Idem Alexander III.**

* cap. 6.

* lib. 5. Decret. tit. 39. cap. 2.

Recipiendi autem in monachorum consortium, promittebant obedientiam, juxta præscriptam suæ professionis regulam. Nil me Prælatus prohibeat eorum, quæ promisi; nec plus exigat, quam promisi. Vota mea nec augeat, sinè meâ voluntate; nec minuat, sinè certâ necessitate. *Bernhardus, in tractatu de Præcepto & Dispensatione.* Quisque professus in quovis genere salutiferæ vitæ, (de monasticâ loquitur) nec ultra obedientiæ legem cogendus, nec citra est inhibendus, quàm sua ipsius videtur complecti professio. *Item:* Subjectus, hujuscemodi obedientiam, quæ voti finibus cohibetur, noverit imperfectam. *Et:* Regula tradit, ut nihil agat monachus, nisi quod communis monasterii regula, vel majorum cohortantur exempla. *Ibidem.*

Commentarios in sacra Biblia scribere. Rupertus, Tuitiensis monasterii abbas, in plures sacræ Scripturæ libros, Commentarios edidit: *ut suo loco fusius dicetur.*

Ædificiorum sui monasterii curam gerere. Ruggerus enim, Fuldensium monachorum abbas, chorum templi, in monte D. Virgini sacto, maximis sumtibus illustravit: *ut Valentinus Muntzer in Chronographiâ scribit.* Et quidem hoc labore magis occupabantur, quam librorum vellectione, vel scriptione.

Priores etiam gubernationis partem in monasteriis sustinebant. Ad Priorem enim S. Crucis, exstat fragmentum epistolæ Urbani III.*

*lib. 3. tit. 32. cap. 9.

Abbatem S. Remigii, pro fortuitâ cæde pueri impuberis centum Solidos exigentem, malè facere, Alexander ad Hermonensem episcopum scribit.†

†l. 5. tit. 23. cap. 2.

Librorum curam gerere. Nam Ruggerus, Fuldensis abbas, libros, qui monachorum cantui serviebant, scribi curavit: *teste Muntzero in Chronographiâ.*

Non licebat Abbatibus aliquid de bonis cœnobii perdere. Volelmus, Fuldensium abbas ob bonorum cœnubii profusionem, dignitate exuitur: *ut Muntzerus in Chronologiâ annotat.*

¶ Fungebantur interdùm legationibus, tum abbates, tum monachi. A' Ludovico enim Crasso, Sigerus, S. Dionysii abbas, Burdegalam ablegatur, cum filio regio Ludovico; qui ibidem, in frequenti Procerum consessu, [illegible] Aquitaniæ hærede, uxorem accepit: *ut Gaguinus* [illegible].

*lib. 6.

Johannes quidam, Casinensis monachus, Romanæ ecclesiæ Cancellarius fuit. *Chron. Casinense.*†

†li. 4. c. 44.

Richardi Anglorum Regis jussu, ex Normanniâ, ubi tùm agebat Rex, in Angliam venit Cadomensis Abbas, exacturus à Præfectis administratæ provinciæ rationes: sed vitâ cum morte Lundoniis commutata, regio ipse mandato non satisfecit. *Neubrigensis.**

*lib. 5. c. 27.

¶ Bellis & conflictibus etiam intererant. Abbatem enim Casinensem, Sullanam terram igni & ferro vastâsse, eò quòd Richardi Aquilani uxor in monasterii sui bona prædas egisset; *in Chronico Casinensi* † scribitur. Guibaldum, Scabulensem abbatem, Lotharius Imperator, cum classe adversùs Salernum misit. *Ibidem.**

†lib. 4. c. 56. *cap. 118.

¶ Erant pleraque monasteria Episcopis subjecta: à quibus etiam visitari & corrigi solebant, si quid minùs-piè & rectè ageretur: ut patet ex Alexandri III. epistolâ ad Londonensem episcopum.† *Relatum est, quòd monachi de N. seculariter vivunt, & alios exemplo suo corrumpunt. Ideoq; mandamus, quatenus eos ad observantiam regulæ compellas: vel, si tibi restiterint ausu temerario eis ejectis, fratres alterius ordinis (si non potest præscriptum monasterium in suo ordine reformari) in illud inducas, ut labores impiorum justi edant, & illi tandem rubore perfusi, ad sui ordinis observantiam revertantur.*

†lib. 3. Decr. tit. 50. cap. 1.

Itèm: * *Si tamen episcopi abbatibus, præter debitam obedientiam, contra libertatem ordinis, a prædecessoribus nostris & a nobis indultam, exigunt, liberum sit abbatibus, autoritate apostolicâ, quod petitur, denegare.* Monachi Conventriæ, sceleratè & luxuriosè viventes, ab Hugone Novanto, Cestriensi episcopo, non tantùm non-reformari volebant; verùm-etiam in suo-mo templo, ad altare magnum, grave vulnus ei inflixerunt: quos tandem è suo cœnobio ejecit episcopus, anno Domini 1191. *ut Baleus* * *annotat.*

*lib. 5. tit. 31. cap. 3. *Cent. 13. cap. 31.

Fuerunt & Politici monasticæ vitæ censores. Laudunienim, ex Ecclesiâ D. Johannis, consilio Regis & Principũ, ob vitæ turpitudinem, moniales ejiciuntur, anno 1128. *ut Sigeberti annotat Continuator.* Et Luteram cœnobium Imperator Lotharius, exturbatis pessimæ vitæ monialibus, monachis inhabitandum concessit: *teste Trithemio, in Hirsaugiensi Chronico.*

¶ [illegible] autem monasteria, quasi Scholæ; in quibus Artes dicendi & Phi[illegible] tradebatur. Rupertus, Tuitiensis abbas, [illegible] S. Laurentii, juxta Leodium [illegible] didicit. *ut in vita ejus scribunt.*

Erant [illegible] quasi carceres & exiliorum loca: in quæ [illegible] aut magistratu dejecti, vel suâ dign[illegible] in exilium solebant abdi. Burdinus enim pseudopapa, cum R[illegible] & redeuntes, sæpius Sutrii deprædatus esset, tandem capitur & in monachum tondetur, anno 112[illegible]. *ut Sig[illegible] Continuator.* Alexius nothus, Manuelis [illegible], qui [illegible] Andronici, Imperium affectantis, côtens [illegible], in monasterium quoddam Papicii montis [illegible] Papicium montem, monasticis sacris in[illegible], uberi[illegible] iis, qui eum comitabantur, visus est. Ex quibus Nicetas, (horum Annalium, ex quibus hæc recitamus, autor) tristitiæ causam rogavit. Cui ille respondit: Non habitum, vir amicissime, horreo; (quid enim vestis mutatio periculi habeat?) sed promissiones, quas secum fert habitus, reformido: & illud, quòd ad cœleste regnum nullo modo aptus est is; qui manum ad aratrum semel admotam, retraxerit per insaniam. His & aliis id genus dictis, (ut erat homo facundus, & in sacris literis versatus) Christianum pallium invitus induit: & precibus, quæ super eo peragebantur, ne summis quidem auribus admissis, tantùm radi se, & Athanasium appellari passus est. *Nicetas de Imperio Isaacii Angeli.** Andronicus Lapardas, priùs oculis exsculptis, in Pantepopti monasterio latitare cogitur. *Ibidem.* Quidam impostor, Heinricum Imperatorem se esse simulando, multarum cædium autor extiterat: sed fraude detectâ, in Cluniacensem monachum tondetur, anno 1138. *ut Sigeberti habet Continuator.* Casenses Theodoricum, pontificem creatum, loco cedere, ac inter Anachoretas permanere, cogunt. *Suanoetz.** Almus, Colomanni Ungarorum Regis frater, cum filio oculis orbatus, in Demesiense cœnobium [illegible] *Bonfinius.**

*lib. 9. *lib. 5. c. 70. *lib. 5. Dec. 2.

Principum virorum viduæ, & senio confectæ, in monasteria quoq; recipiebantur virginum. Gertrudis Palatinissa, defuncto marito suo, monasterium Theodoro [illegible], apud Bambergenses, ingressa est, ejusq; conventus prima exstitit abbatissa: *teste Brusch[io].*

Episcopi quoque, sponte sua gubernatione se abdicantes, inter monachos locum sortiebantur. Cunradus, Salisburgensis episcopus, ob injurias ab Imperatore acceptas, eò quòd Alexandri Romani Præ[sulis] partium esset, in cœnobium Admontense se contulit, ubi morbo correptus, vitam cum morte commutavit: *ut Cuspinianus in Austria scribit.* Bartholomæus, Laudunensis episcopus, trigesimo-octavo sui episcopatus anno seculi molestiarum pertæsus, monasticen amplexus est, anno 1150. *ut Sigeberti Continuator refert.*

Et Politici gubernatores, regni molestiarum pertæsi; vel tranquillitatis, vel superstitionis ergo, monasteria ingressi sunt. Manuel enim, Græcorum Imperator, post triginta-octo principatus annos, monasticen professus est: *ut Jacobus de Strada, in Thesauro antiquitatum, testatur.* Comitem quendam Muriensem, Carthusianum factum esse; *in Fasciculo temporum* scribitur. Wipertus, Lusatiæ Marchio, consilio Adelgothi, archiepiscopi Magdeburgensis, Arnoldi Mersburgensis & Theodorici episcoporum, tradito priùs filio, ejusdem cum patre nominis, regni sceptro, apud Pegavienses, in æde D. Jacobo sacrâ, monasticen amplexus est: *ut in Mersburgensi Chronico scribitur.* Ro[illegible], Novi[illegible] Dominus, morbo correptus, Becci monasterium ingressus est, anno 1160. *ut Sigeberti habet Continuator.*

¶ Statuta multa & varia condita leguntur. *Eugenium* enim, decreta de Mon[achis] [illegible] *apud Robertum Barns* scribitur.

Ne monachus lucri causâ cœnobium relinqueret.

Ne monachus, vel puerum baptismo, ut testis, levaret; vel baptizaret.

Ne monachus pœnitent[iam] [illegible] daret; ne infirmos inviseret, & ne in mortui funer[e] [illegible].

Ne monachus ecclesiam [illegible] gubernaret.

Ne conjuges vitam m[onasticam] [illegible] sotterentur, sine consensu sui episcopi.

Matrimonii jus non debere [illegible] inter eos conjuges; quorum alter tant[ùm] vult monasticam vitam amplecti.

Monachos non debere se impl[icare] [illegible] nullis negotiis: sed sedere debere in sua mon[asterio] [illegible].

Ca[thu-]

Carthusienses singulis diebus Missam non faciunt. *Petrus Blesensis.**

* Epist.40

Vitæ asperitate, rigore ordinis, lege obedientiæ, solitudinis terrore, & maximè disciplinæ austeritate, multos a monasticæ religionis studio abstrahi; *Petrus Blesensis* † indicat.

† ibid.

Ordo noster abjectio est; humilitas est; voluntaria paupertas est; obedientia, pax, gaudium in Spiritu sancto. Ordo noster est, esse sub magistro, sub abbate, sub regulâ, sub disciplinâ. Ordo noster est, studere silentio; exerceri jejuniis, vigiliis, orationibus, opere manuum; & super omnia excellentiorem viam tenere, quæ est charitas: porrò, in his omnibus proficere de die in diem, & in ipsis perseverare usque ad ultimum diem. *Bernhardus ad Alpenses monachos.**

* Epist 142.

Nullâ liceat occasione monacho, locum, cui professus est, citra suam mortem, deserere; suo duntaxat arbitrio: alioquin prævaricator est, damnationem habens; quia primam fidem irritam facit. *Idem, in tractatu de Præcepto & Dispensatione.*

Monacho publicè prædicare non convenit. *Idem.**

* Serm. 64 super Cant.

Et in Lateranensi Synodo, sub Alexandro III. iste de Monachis Canon factus est: † *Monachi non pretio recipiantur in monasterium; non peculium permittantur habere; non singuli per villas & oppida, seu ad quascunque parochiales ponantur ecclesias: sed in majori conventu aut cum aliquibus fratribus maneant, nec soli, inter seculares homines, spiritualium hostium conflictionem exspectent. Salomone dicente:* Væ soli! quia, si ceciderit, non habet sublevantem. *Si quis autem exactus, pro suâ receptione aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat. Is autem, qui acceperit, officii sui privatione mulctetur. Si verò peculium habuerit, nisi ei ab abbate pro injunctâ fuerit administratione permissum, de communione removeatur altaris: & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat sepulturam. Quod etiam de diversis religiosis præcipimus observari. Abbas etiam, qui ista diligenter non curaverit, officii sui jacturam se noverit incursurum. Prioratus quoque, sive Obedientiæ, pretii datione nullis tradantur: alioqui & dantes, & accipientes, a ministerio fiant ecclesiastico alieni. Priores verò, cùm in conventualibus ecclesiis fuerint constituti; nisi pro manifestâ causâ & rationabili, non mutentur: videlicet, si fuerint dilapidatores, nec continenter vixerint, aut aliquid tale egerint, pro quo amovendi merito videbantur. Aut si etiam pro necessitate majoris officii, de consilio fratrum, fuerint transferendi.*

† Can. 10. Tomo 2. Concil.

Ut secularium hominum consortia vitent monachi, *Petrus Blesensis.** subjectâ hac ratione, monet: *Qui enim picem tangit, inficitur eâ.*

* Epist. 60.

¶ Monachorum officium esse, pro peccatis secularium orare, *Rupertus Tuitiensis abbas** testatur.

* lib 2. de Sap. cap. 10

Monachi, in Osburgensi cœnobio, Trajectensis diœceseos, tanto suæ regulæ constringebantur rigore: ut locus ille & esset, & diceretur, Religionis carcer. Ac monachi, quorum petulantia nullâ aliâ frangi poterat ratione, ex longè-dissitis cœnobiis, pœnitentiæ causâ, eò mittebantur: *ut Trithemius in Hirsaugiensi Chronico annotat.*

Monachorum quidam ad perpetuum silentium erant adstricti: ut apparet *ex Petri Cluniacensis epistola ad Carthusienses*, ubi inquit: * *Salutat vos totus conventus noster devoto corde; & quidam, quibus loqui licet, corde simul & ore.*

* lib. 3. ep. 24.

Sinè abbatis veniâ, monachis cœnobio exire non permittebatur. Nam in bene-ordinatis monasteriis, nullus professorum, ne arctioris quidem vitæ desiderio, sinè licentiâ sui senioris, egredietur. *Bernhardus, in tractatu de Præcepto & Dispensatione.*

Abbates gestare mitram, aliaque episcoporum ornamenta, improbat *Petrus Blesensis:* * Sunt enim, *inquit*, mitra, annulus, & sandalia, in monachis quædam superba elatio, & præsumptuosa ostentatio libertatis.

* Epist 34.

¶ *Petrus Cluniacensis*, sui ordinis regulam cum Cisterciensibus conferens, statuta quædam utriusque sectæ recitat.

Cluniacenses, *inquit*,* & Cistercienses, non nisi post annum, novitio aditum claustri aperiunt.

* lib 5. ep. 16

Cistercienses duabus tunicis, & duabus cucullis, vel ejusdem generis paucis additis vestibus, contenti sunt. Cluniacenses usum mediocrium pelliciorum admittunt: ne debiles, infirmi, aut delicati, a proposito recedant.

Cistercienses non nisi tertiò fugitivos revertentes recipiunt: quia & ipsa regulæ verba conservare, & a frequenti fugâ stultos vel instabiles monachos, negato demum reversionis aditu, deterrere student. Cluniacenses plùs quam tertiò redeuntem monachum recipiunt: quia timent, ne, veniâ denegatâ, expositus hostibus pereat; & ovem vagabundam lupus, qui & clausas rapere ac di pergere solet, interimat.

Cistercienses, absque exceptione aliquâ, regularia jejunia, tam æstatis, quam hyemis, observant, juxta regulæ suæ rigorem. Sed Cluniacenses, dies octo Natalis Domini, Epiphaniam, & Purificationis festum, qui verè per omnia dies dominici sunt, & omnem authenticam duodecim lectionum solennitatem, & regularium jejuniorum consuetudinem, excipiunt.

Cistercienses, secundùm regulæ præceptum, & operas manuum faciunt. At Cluniacenses manuum opus postposuerunt: cùm per promiscuam utriusque sexûs multitudinem, absque aliquo vel plurimo periculo, conversari non liceat.

Cistercienses, in omnibus advenientibus vel discedentibus hospitibus, inclinato capite, vel prostrato omni corpore in terram, Christum adorant; eisque universis pedes abluunt. Verùm Cluniacenses, superstitiosâ illâ humilitate omissâ, hospitibus necessaria pro viribus exhibent; & omni, quo possunt, honore prosequuntur.

Cistercienses, mensam abbatis, cum hospitibus & peregrinis semper esse volunt. Cluniacenses verò, mensam abbatis non semper cum hospitibus; sed semper cum fratribus esse, decernunt.

Cistercienses monastici ordinis plurima detrimenta, morumq; ruinas, in multis monasteriis reparare laborant, & delicatis magis, quàm necessariis, condescensionibus explosis, ad antiqui & primi fervoris morem, horum temporum leporem revocare contendunt. Sed Cluniacenses ita & regulæ, & ordinis, mandata moderantur: ut, secundum ejusdem regulæ verba, sit, & quod fortes cupiant; & infirmi non refugiant. ut, qui pane non potest, saltem lacte, ne vitam perdat, alatur: &, qui anhelis cursibus propositum bravium comprehendere non valet; lento saltèm pede ad illud pertingere doceatur. Quia non minùs patriæ inhabitator dicitur, qui ad eam post annum, quam qui post mensem, revertitur.

¶ Et de Carthusiensibus *idem. Petrus Cluniacensis* in literas retulit: * Carthusiani vestes vilissimas, ac super omne religionis propositum abjectissimas, ipsoque visu horrendas, assumserunt. Quantitate enim, breves & angustę; qualitate, ut vix aspici possint, hirsutæ & sordidæ fuerunt. Avaritiæ insuper vitandæ gratiâ, certis terminis, juxta locorum fertilitatem aut sterilitatem, in circuitu cellarum suarum, vel majoribus, vel minoribus contenti: extra quos, etiamsi totus Mundus eis offerretur, nec saltèm quantum pes humanus occupat, terræ spatium accipiunt. Cæterùm etiam pecorum, boum scilicet, asinorum, ovium, caprarũ, hircorum, constituère numerum; quem transgredi fas non erat. Eamque ob causam, duodecim tantùm monachos, cum Priore, qui decimus-tertius erat, ac decem & octo conversis, paucisque mercenariis, in sui ordinis monasteriis esse perpetuò, decreverunt. Cæterum ad edomandam carnem, duris eam ciliciis semper exasperant: continuatis penè acribus jejuniis corpora affligunt, extenuant, & desiccant. Pane utuntur furfureo; vino aquâ diluto. Ab omni carnis esu, tam sani, quàm ægri, in perpetuum abstinent. Pisces nunquam emunt; attamen gratis oblatos accipiunt. Die dominico, & quintâ feriâ tantùm, caseis vel ovis vescuntur. Tertiâ feriâ, ac sabbato, aut legumine, aut olere cocto, utuntur. Omni secundâ, quartâ & sextâ feria, solo pane & aquâ contenti sunt: ac sibi quisq; suum parat cibum. Semel in die tantùm comedunt. At octo diebus Natalis Domini, totidemq; Paschæ & Pentecostes feriis,

* lib 2. de Mir. c. 28.

Epiphaniâ Domini, Purificatione Mariæ, & Annuntiatione Domini. Ascensione ejusdem, Assumtione & Nativitate Mariæ, & duodecim Apostolorum, Baptistæ, Michaëlis, Martini, & omnium Sanctorum festivitatibus; & bis, & in communi mensâ, cibum capiunt. Singuli suas tenent cellas: ubi silentio, oratione, lectione, atq; manuum operis; maximè verò in scribendis libris, occupantur. In iisdem, debitum regularium horarum, hoc est, primam, tertiam, sextam, nonam, completorium, signo ecclesiæ commoniti, Deo persolvunt. Ad vesperas & matutinas in templis conveniunt, Missasque celebrant, iis diebus; quibus bis eos comedere diximus.

¶ Processiones etiam apud Monachos in usu fuère. Lothario enim Imperatore, Casinense monasterium in suam tradi potestatem postulante; omnes monachi humo prostrati, tundentes in pavimento capita, misericordiam Domini cum luctu cordisque gemitibus implorabant: ut locum istum respicere ac tueri dignaretur. Indè ad patrem Benedictum converti, quasi præsentem cernerent, dicebant: Eja pater honestissime atque sanctissime, tu præsentiorem te discipulis fore post carnis excessum, quam si viveres, pollicitus es. Adesto igitur nobis; per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, te adjuramus: protege alumnos tuos; & locum istum ab omni adversitate defende. Post hæc, sumto crucis vivificæ ligno, & brachio sancti Euangelistæ Matthæi, sanctique confessoris Christi Mauri, fratres litanias agere per monasterii ecclesias cœperunt. Cumque in ecclesia B. Martini, vota Domino persolverent supplicationis & laudis: finitis suffragiis egressi, ad ecclesiam S. Stephani diverterunt; eam autem clausam offenderunt. Fratre autem, qui crucem bajulabat, leniter seras tangente, divinitùs apertæ sunt. Ibi cum omni devotione, & contritione cordis, peractis litaniæ suffragiis, ad patris Benedicti ecclesiam reversi sunt: sicque ipsius diei Missam cum gemitu & luctu peregerunt. *Chronicon Casinense.** Quia festivam hodie, & nos-ipsi, præter cæterarum consuetudinem solennitatum, acturi sumus processionem: non inutile arbitror, modum ipsius & ordinem diligentiùs intueri. Processuri sumus bini & bini; candelas habentes in manibus: ipsas quoque succensas, nec quolibet igne; sed qui priùs in ecclesia sacerdotali benedictione fuerit consecratus. Ad hæc, futuri sunt in processione nostrâ novissimi primi; & primi novissimi: & cantabimus in viis Domini; Quoniam magna est gloria Domini. Meritò sanè bini & bini procedimus: sic enim, ob commendationem fraternæ charitatis, & socialis vitæ, missos a Salvatore discipulos, Euangelia sacra testantur. Turbat processionem, si quis solitarius incedere curat: nec sibi soli nocet; sed etiam cæteris est molestus. *Bernhardus in Sermone die Purificationis Mariæ habito.* In festivitatibus, omnes nos monachi in albis stare vel procedere solemus: quâ veste nova Sanctorum designatur vita. Sicque convenienter in albis procedentes, simul etiam omnes, tam senes, quàm juniores, manipulos portamus: quia in illâ vitâ propriam unusquisque mercedem accipiet, secundùm suum laborem; & venientes venient cum exultatione, portantes manipulos suos. *Rupertus.** Rectè & laudabiliter a nostri, id est, monastici ordinis, majoribus traditum est; quod hactenus pro lege fixum atque inconvulsum conservatur: ut in hujusmodi processionibus, cunctis per annum dominicis, beatæ Dei-genitricis, memoriam primâ statione visitemus; decantando quodlibet, quod eis proprium sit: eâq; salutatâ, & oratione dictâ, tunc demũ processionem ordine supradicto peragamus. *Idem.*†

* lib. 4. c. 101

* lib. 5. de Div. offic. cap. 23.

† lib. 2. c. 25.

¶ De tonsurâ Monachorum, inquit *Bernhardus*:* Puer Cluniacum ducitur, tondetur, raditur, lavatur: exuitur rusticanis, vetustis, sordidis; induitur preciosis, novis ac nitidis: & ita in conventum suscipitur. *Et Rupertus*:* Rasuram, quam coronam nominamus, nullo ornaméto contegimus. Ideò auté rasi sumus: quia in Calvariæ loco Christus crucifixus est; & Helisæus calvus fuit. Vocamus auté coronam, hoc est, victoriam: quia fidelis illa Domini decalvatio, cujus hæc rasura signum est, procul dubio victoria, triumphus, honor, & gloria nostra est.

* Epist. ad Robert. nepotem.

* lib. 2. de Div. offic. cap. 25.

¶ Singuli distributas operas habebãt. Ac quidam ex iis artificia manuaria calluerunt: *ut ex Otthone Frisingensi* * *apparet*. Et Chartularii, Bibliothecarii, ac Scriniarii, in Casinensium conventu, fit mentio *in Chronico Casinensi*.† Ramentes monachos de suis laboribus, quos propriis manibus vel sumtibus excolant, nullas teneri pendere decimas; *Alexander III. in epistolâ ad eosdẽ* testatur. Galterius S. Wandregisdi Subcellarius fuit: *ut habet Sigeberti Continuator*.

* lib. 7. c. 35.

† lib. 4. cap. 109.

Quidam codices & missalia describebant. Ruggerus enim, Fuldensium abbas, missalia per monachos scribi curavit splendidissimè: *ut Valentinus Muntzer annotat.*

¶ Legum & statutorum quorundam Monialium, meminit *Petrus Blesensis, ad Virginem quandam monialem*:† Si nunc esses in seculo; cuncta ad votum tibi cederent. At jam claustrali angustiæ mancipata es: ubi omnis evagandi licentia præcisa est; omnis ubi risus, omnis lascivia, omnesque seculi voluptates & Mundi desideria, relegantur: ubi funereæ vestes, ubi continuatæ vigiliæ; ubi est potùs atq; vini confusio; cibus verò, legumina & panis austerior.

† Epist. 23.

Initiandis monialibus crines amputabantur: *ut patet ex epistolâ Petri Cluniacensis ad germanos fratres.**

* lib. 3. ep. 17.

In monasterio apud Fontem Ebrardi, ad perpetuam taciturnitatis regulam moniales obstrictas esse, *Malmesburiensis* † testatur.

† lib. 5. c. 51.

¶ De castitate Monachorum & Monialium, *Crantzius* inquit,* Sacram cõmunionem monialibus per fenestram, fortè ne suspicioni illicitæ virorum consuetudinis occasio esset, daram.

* li. 5. Vand. cap. 41

Mathildis, Edgari Scotorum Regis soror, quæ monasticis initiata fuerat sacris, cùm invita Heinrico Anglorũ Regi nubere cogeretur, omnibus precibus prolem, si qua ex eâ crearetur, ea secrata est: *teste Polydoro Virgilio.**

* li. 11. Hist.

At libidines & avaritiam Cistercientium monachorum, quidam Sylvester Giraldus publico scripto reprehendit: *ut Balæus † testatur.*

† Cent. 3. cap 40.

De perditâ Monachorum vitâ, ad Lugdunensem archiepiscopum *Petrus Cluniacensis* scribens, ait:* *Hoc planè fere de universis provinciæ tibi a Deo commissæ monachis ac monasteriis loquor: qui (ut salvâ gratiâ bonorum, qui inter eos commorantur, dixerim) se dicunt monachos esse. & non sunt; sed sunt synagoga Satanæ. Quid enim illi sibi de monacho, præter nomen & habitum, vendicant? Ubi enim in eis vel est, vel apparet, monachi humilitas? ubi charitas? ubi illa, quæ beatos facit, paupertas? Ideo autem dixi; Quæ beatos facit: quia ea paupertate, quæ miseros facit, cum summopere ditescere cupiant, magnopere laborant. Dicunt hujusmodi homines se monachos, hoc est, singulares & unicos in Mundo esse: cum turbis & tumultibus hominum, corde & opere, misceantur.*

* li. 4. ep. 2.

Quidam ea Monachis Necromantiæ dediti fuère. Erlolfum, Fuldensium abbatem, magiæ peritum fuisse, *Muntzerus in Chronographia* indicat.

Monachi quidam vaticinabantur, non antè moriturum Alexium Comnenum, Græcorum Imperatorem; quàm Hierosolymam profectus sepulcrum Christi adoraret, ibique regium deponeret diadema. Quibus Imperator fidem habuit: sed Monachorũ præstigiis deceptus, paulò pòst in vivis esse desiit. *ut Cuspinianus de Imperatoribus refert.*

¶ Vestitus eorum erant; cuculla, cappa, toga linea vel lanea, caputium: *ut Otthо Frisingensis* * *indicat*. *Et Rupertus*, Cappas, *inquit*, † in majoribus festivitatibus induimus; quæ ab interiori parte bene patulæ sunt, & omninò præter solam necessariam fibulam inconsutæ. Quia profectò immutata jam & immortalia corpora, nullis animam occludent angustiis: corda non contegent, nec obsistent internæ Trinitatis contemplationi. Fimbriis quoque subter ornatæ sunt; quia nil nostræ tunc deerit perfectioni. Nunc ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: sed tunc, cognoscemus, sicut & cogniti sumus; quia facie ad faciem videbimus.

* lib. 7. c. 35.

† lib. 2. de Div. offic. cap. 24.

De sui seculi monachis *Bernhardus* queritur: quòd non vestitum; sed ornatum: quod non utilius ad induendum; sed subtilius: non quod frigus repellat; sed quod superbiæ & luxui serviat: non deniq; juxta regulam, quod

vilius;

[illegible] ostentari queat. vix, inquit, in provinciis nostris invenimus, quo vestiri [d]ignemur.

Alborum & nigrorum monachorum, *Alexander III.* in epistola ad Terraconensem episcopum meminit.†

† Lib. 3. Decr. tit. 30. c. 20.

Alii albâ, alii nigrâ veste induuntur: *teste Otthone Frisingensi*; cujus verba, de variis monachorum sectis eorumque diverso habitu, hic adscribemus. *Diversa sunt*, inquit,* *Sanctorum agmina; qui propriis desideriis, facultatibus, parentibus, juxta mandatum evangelicum, abrenuntiantes, crucemque mortificationis in carne jugiter portantes cælestis desiderio pleni, Christum sequuntur. Quorum alii in urbibus castellis & vicis & agris, commorantes, Proximis normam rectè-vivendi verbo & exemplo tribuunt. Alii autem, commanentiam hominum aspernantes, & quieti suæ amplius providentes, frequentiam fugiunt, solique Deo vacantes, ad sylvarum abditorumque locorum latibula se conferunt. Illi lucem suam lucere coram hominibus, ad gloriam Dei, non abnuunt: isti mortuos se mundo cognoscentes, vitam suam cum Christo, in Deo, in præsenti abscondunt, gloriamque suam, donec Christus, vita eorum, gloriosus appareat, enitescere non cupiunt. Aequè tamen omnes, vita & conscientiæ puritate, ac sanctimoniâ cælesti, etiam angelicâ in terris vitâ degunt. Commanent autem, cor unum & animam unam habentes, in unum, in cœnobiis, vel ecclesiis; somnum simul capiunt; unanimiter ad orationem surgunt; in unâ domo reficiuntur; pariter orationi & lectioni, operique, die noctuque, ita indefessâ incumbunt vigilantiâ: ut, excepto illo, quo lassa quieti membra, vilibus & vimineis stramentis seu sagis tradunt, momento; aliquod horarum spatium, sine divina occupatione, nefas arbitrentur effluere: in tantum, ut in ipsâ naturali refectione, divinæ Scripturæ jugiter intenti, spiritum malint saginare, quam corpus. Abstinent verò omnes communiter à carnibus. Alii autem, ab omnibus delicatioribus cibis vinóque se cohibentes, legumine interdum; interdum cum pane utuntur & aquâ. Quid de cælibatu ipsorum dicam? cum ita communem & indultam humano generi nuptiarum legem transcenderint: ut quidam ex eis, non solùm interna; sed & externa claustra, tantâ tunc diligentiâ observent; quòd nulli unquam, qualibet de causa, sed nec orationis obtentu, introëundi aditus pateat feminarum. Omnibus enim diversorum opificum officinis, id est, pistorum, fabrorum, textorum, aliorumque, ne foras ullus eorum evagandi occasionem habeat, intrò positis, hic studiosissime septis, porta in exteriori atrio posita est. Ubi religiosus & timoratus frater jugiter manens, omnes supervenientes hospites, peregrinos, pauperes, alacriter & benignè, tanquam Christum ipsum, suscipiens; primò ad oratorium ductis, in cellam hospitalem, lotis ante eorum pedibus, ac deinde omnibus humanitatis officiis devotè exhibitis, collocat. At fœmina, si exhortationis seu alterius officii causâ supervenerit, extra dimittitur: eam monasterii pater, vel aliquis ex fratribus, non in domo, nec solus; sed sub divali & patenti loco, solum & rarum testium propter plures habentis, alloquitur. Alii verò, etsi eas orationis gratia ab oratorio non secludant; ad interiora tamen fratrum receptacula introire non permittunt. Porrò se-ipsos tantâ sollicitudine custodiunt: ut non solùm majora delicta abhorreant; sed & à minimis ac levissimis, & quæ nobis ex ipso usu viluerunt, ità sensus suos cohibeant: ut rarissimè, nisi soli Deo, patrique congregationis, colloquentes, nutibus magis ac signis, quam linguâ, ea, quæ necessaria sunt, ab invicem requirant. Si verò in aliquibus vel minutissimis, ex humanâ infirmitate, negligentiâ, vel surreptione, quis eorum offenderit: ad locum ad hoc deputatum, circa primam vel tertiam horam, concurrunt, ubique divino prius adjutorio invocato, culpas suas humiliter recognoscunt, ac cum charitate mutuò se corrigunt. Ibi sedens Senior, mansuetâ severitate, sine irâ & disceptatione, eos judicat: frequenterque, divinarum Scripturarum, sereno vultu, mellifluo ore, informans eloquiis; ita defæcatos, & ad unguem purificatos, ad cælestis militiæ contuberniùm dignos tyrones, in præsentis vitæ stadio præparat. Sed quia in ipso vestibulo speciosa domus agnoscitur: qualiter interior eorum homo, coram discretore-cordium Deo, intus fulgeat, habitus exterior apud homines foris declarat. Sicut enim intus variis rutilant virtutum fulgoribus: ita foris diversorum utuntur colorum vestibus. juxta illud Psalmographi:* Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis circumamictâ varietate. Alii quippe Apostolicam vitam ducentes, in ipsoque habitu innocentiæ puritatem prætendentes mundâ & lineâ togâ utuntur. Alii ejusdem ordinis viri ob mortificationem carnis, tunicâ laneâ asperius vestiuntur. Alii, omnibus exterioribus occupationibus liberi, angelicam vitam in veste prætendentes, ejus suavitatem formâ potiùs ipsâ quàm lanæ mollitie, typicè figurant. Ponunt ad carnem tunicas asperrimas, superque eas alias cum caputiis latiores, ex senis partibus, tanquam totidem alis, ad instar Seraphim, constantes. E quibus duabus, id est, caputio caput tegentes; duabus, id est, manicis, omnem actionem suam, velut manus, ad Deum dirigendo, ad superna volantes, duabus reliquum corpus ante & retrò velantes, divina se gratia præveniente & subsequente contra omnia sæva tentatoris jacula se munitos ostendunt. Differunt autem in hoc: quod alii, ob contemptum Mundi exprimendum, eandem vestem nigram tantùm gerunt: alii verò, de colore vel grossitudine nihil causantes, albam, vel griseam, aliamve abjectam [illegible] & asperam, ferre consueverunt. [T]aliter intus & foris instructi, ac per totum terrarum ambitum, fertili copiosáque propagine merito & numero in immensum in brevi multiplicati, signis radiant, virtutibus coruscant; divinâ revelatione sæpius sublevantur, angelicâ & dominica visione, in exitu vitæ, crebro consolantur. Infirmos curant, dæmones fugant; cælestisque patriæ dulcedinem, quantum in præsenti licet, per contemplationem interdum prægustant: atque ob hoc, quamvis laboribus attriti, vigiliis exinaniti, jejuniis attenuati sint; more cicadarum, quæ famelicæ plus garrire solent, totam penè noctem, in psalmis & hymnis, & canticis spiritualibus, pervigilem ducunt. Manent autem, sicut & olim in Aegypto; sic & nunc in Gallia Germaniaque, partibus abundantiùs. ut in hoc haud minùs potentiæ, seu sapientiæ, ab Oriente ad Occidentem translationem: cùm de religione itidem factum constet. Est præterea diversis in locis, ad singulare certamen, specialiter instructum anachoretarum & solitariorum, in genere optimo pugnæ, sanctumque collegium, in numero quidem rarius; vitæ verò austeritate, superioribus vel æquale, vel eminentius. Quorum alii, sub Priore degentes, in remotis & abditis locis, singuli singulas cellas, velut sepulcra, inhabitant: operibus manuum sustentantur; modico contenti pabulo, annonam totius hebdomadæ sabbato accipiunt: ac omnimoda humanæ consolationis expertes, à colloquiis tamen divinis & oratione non recedunt. Dominicis solùm diebus ad oratorium, quod in commune positum est, concurrunt: ac verbo sanctæ cohortationis à Seniore irrigati, deifica salubriter refecti mysteria, cum omni alacritate revertuntur. Alii, vita sua solum Deum testem habere cupientes, antris, speluncis, parietibus se includunt: tantoque, ardentiùs cælo suspensi, sabbatisare creduntur; quantò amplius omnis humanæ societatis exsortes inveniuntur. Sunt etiam, qui squalores solitudinum requirant, bestiale ferarum consortium non pertimescant; herbis pascantur; pelle carnis pro operimento utentes, algore noctis, & calore Solis, in modum Aethiopum denigrati, velut tympanum obrigescant; atque, terreno habitaculo, in terra positi, includi dedignantes, tectoque, cæli tantùm utentes, non se tam homines, quam cælestis curiæ contubernales esse, demonstrant.* Hæc Frisingensis.

* lib. 3. c. 33.

* Psal. 45. v. 14.

Sectam quandam monachorum, geminam crucem rubram in vestibus gerentium, & sub Augustini regulâ viventium, Iaxa quidam Gryphius, Poloniæ Princeps, in suam patriam Hierosolymis deduxit: *ut Cromerus* * *indicat.*

* lib. 6.

¶ Monialium vestitus. Heinrici Anglorum Regis cõjunx, duobus partubus contenta, ad monasterium, quod à teneris annis incoluerat, rediit; & sub regio vestitu cilicio induta fuit; nudisque pedibus, tempore Quadragesimæ, ecclesiam intrare consuevit. *Malmesburiensis.*†

† lib. 5. c. 19.

¶ Cibus. Bernhardus, primus Clarevallensis abbas, olerum loco, fagi frondibus vescebatur; ac pane hordeaceo, admixto milio & viciâ, utebatur. Fuitque talis, apud religiosos, victus ratio multis seculis in usu. Sed ubi possessionibus aucti, proventibus ditati sunt; apud successores illorum virtus & Dei pietas elanguit: ità ut in luxum parsimonia, in superfluas opes paupertas, in fastum humilitas, in lasciviam continentia, in cõstitutionem omnis ferè ordo nunc vetitus, parvi habeatur. *Robertus Gaguinus.**

* lib. 6.

Jubinensis cœnobii monachi modum vivendi tam sublimem assumserunt: ut non solùm carne & sanguine penitùs abstinerent; sed & ovis ac lacte: tribusque hebdomadæ diebus, solo pane & aquâ vescerentur. Reliquis diebus, olera cocta, seu legumina, sumere licitum erat.

Piscibus rarò; vino rarissimè utebantur. Sua cuique cellula. *Gerhardus à Nazareth, de Conversatione servorum Dei.*[*]

[*] cap. 18.

De prandendi ratione, inter monachos quosdam usitatâ, BERNHARDUS scribit: † *O quantum distamus ab his, qui in Antonii diebus exstitêre monachi? Nobis convenientibus, nihil de Scripturis, nihil de salute agitur animarum: sed nugæ, & risus, & verba proferuntur in ventum. Inter prandendum, quantum fauces dapibus, tantum aures pascuntur rumoribus: quibus totus intentus, modum nescias in edendo. Interim autem fercula ferculis apponuntur: & pro solis carnibus, à quibus abstinetur, grandia piscium corpora duplicantur. Cumque prioribus fueris satiatus, si secundos attigeris; videberis tibi nec-dum gustasse pisces. Tantâ quippe accuratione & arte coquorum cuncta apparantur: quatenus, quatuor aut quinque ferculis devoratis, prima non impediant novissima; nec satietas minuat appetitum. Palatum quippe, dum novellis seducitur condimentis, paulatim dissuescere cognita; & ad succos extraneos, veluti adhuc jejunum, avidè renovatur in desideria. Venter quidem, dum nescit, oneratur: sed varietas tollit fastidium. Quia enim puras (ut eas natura creavit) epulas fastidimus: dum alia aliis multivariè permiscentur, & spretis naturalibus, quos Deus indidit rebus, quibusdam adulterinis gula provocatur saporibus: transitur nimirum meta necessitatis, sed nec-dum delectatio superatur. Quis enim dicere sufficit, quot modis (ut cætera taceam) sola ova versantur & vexantur: quanto studio evertuntur, subvertuntur, liquantur, durantur, diminuuntur: & nunc quidem frixa, nunc assa, nunc farsa, nunc mixtim, nunc singillatim apponuntur? Ut quid autem hæc omnia, nisi ut soli fastidio consulatur? Ipsa deinde qualitas rerum talis de-foris apparere curatur; ut non minus adspectus, quàm gustus, delectetur: & cùm jam stomachus crebris ructibus repletum se indicet; nec-dum tamen curiositas satiatur. Sed, dum oculi coloribus, palatum saporibus, illiciuntur: infelix stomachus, cui nec colores lucent, nec sapores demulcent, dum omnia suscipere cogitur, oppressus magis obruitur, quàm reficitur. Jam verò de aquæ potu quid dicam: quando ne ullo quidem pacto vinum aquatum admittitur? Videas uno in prandio ter vel quater semiplenum calicem reportari: quatenus diversis vinis, magis odoratis, quàm potatis; nec tam haustis, quàm attactis, sagaci probatione & celeri cognitione, unum tandem è pluribus, quod fortius sit, eligatur. Quale est autem illud, quod nonnulla monasteria ex more observare dicuntur: in magnis videlicet festis, vina delibuta melle, pigmentorum respersa pulveribus, in conventu bibere? Numquid & hoc fieri dicemus, propter infirmitatem stomachi? Ego verò ad nihil illud valere video: nisi ut vel ampliùs bibatur, vel delectabilius. Sed cùm venæ fuerint vino ingurgitatæ, toto in capite palpitantes: sic surgenti à mensâ, quid aliud libet, nisi dormire? Si autem ad vigilias surgere indigestum cogis: non cantum; sed planctum potiùs extorquebis. Cùm verò ad lectum devenero: requisitus incommodum, plango, non crapulæ peccatum, sed quòd manducare non possum. Ridiculum verò (si tamen verum est) quod relatum est mihi à pluribus, qui hæc se pro certo scire dicebant, reticendum non arbitror.* Ibidem & de aliis quorundam cœtuum monasticorum turpi vitâ queritur: *Miror*, inquiens, *unde inter monachos tanta intemperantia, in comessationibus & potationibus, in vestimentis, in lectisterniis, & equitaturis, & construendis ædificiis, inolescere potuit: quatenus, ubi hæc studiosiùs, voluptuosiùs, atque effusiùs fiunt; ibi ordo meliùs teneri dicatur; ibi major putetur religio. Ecce enim, parcitas putatur avaritia: sobrietas austeritas creditur: silentium tristitia reputatur. Econtra remissio discretio dicitur: effusio liberalitas, loquacitas affabilitas, cacchinnatio jucunditas; mollities vestimentorum & equorum fastus, honestas; lectorum superfluus cultus mundicia. Cumque hæc alterutrum impendimus, charitas appellatur.*

† Apol. ad Guilh. abb.

Et *Petrum Cluniacensem*, de sui ordinis monachorum deliciis scribentem,[*] audiamus. *Relatum est mihi, & hoc non à vilibus vel levibus personis; (quod non absque intimo cordis mœrore dico) Nullam jam distantiam esse, quantum ad esum carnium pertinet, inter fratres nostros & laicos; inter seculares & religiosos; imo, ut expressius loquar, inter scurras & monachos. Dixi, nullam distantiam esse inter hos & illos: sed multa, heu, perverso ordine est. Abstinent, causa Dei, ipsi mimi vel lixæ à carnibus, omni sabbato: abstinent insuper plerique omni quartâ: abstinent quidam ex ipsis, etiam omni secunda feria. At fratres nostri, sancti ordinis, cœlestis propositi monachi, & hi Cluniacenses, spreto Deo abjecto pudore, totum (ut dicitur) annum, nullà præter sextam exceptâ feriâ, in absumendis carnibus continuant: nec hoc saltem occultè, sed palam & publicè facientes, peccatum suum, juxta Prophetam, quasi Sodoma prædicant. Discurrunt de locis ad loca, & ut milvi aut vultures, ubi vel fumum coquinarum viderint, vel nidorem assæ vel ustæ carnis naribus hauserint, celeriter advolant. Et quia ab ista videntibus, pravo eorum exemplo, sacer ordo blasphematur: ore illorum nomen Domini ipsi blasphemant. Væ, ait Scriptura sancta, his, per quos nomen Domini blasphematur! Deridetur jam à talibus; si quis, timore Dei ductus, à talibus abstinere voluerit: & hypocrita, simulator, ac profanus vocatur: reputatur ab eis, sicut ethnicus & publicanus: cavendum esse ab illo, sicut ab hoste publico, prædicant. Faba caseus, ova, ipsi etiam pisces, jam in nauseam versi sunt. Sola olla Ægyptiorum placent. Assus aut elixus porcus, juvenca pinguis, cyrogrillus & lepus, anser ex anserum grege electus, gallina, & prorsus omne quadrupes aut volatile domesticum, sanctorum monachorum mensas operiunt. Sed viluerunt jam & ista. Assiduitas multa fastidium ingessit. Ad regales & peregrinas delicias transitus factus est. Satur monachus jam non nisi capreâ, cervo, apro, vel urso agresti, vesci potest. Lustranda sunt nemora: venatoribus opus est: aucupum arte fasiani, perdices, turtures capiendi sunt; ne servus Dei fame pereat. Providendum sollicitè, ut, quia aliter vivere non potest, ejus omnino desideriis satisfiat. Quid ergo restat? Quandoquidem non nisi sexta feria, per omnem hebdomadam, ab his epulis excipitur; addatur & ipsa: nec illa Christianorum Quadragesima, convivia continuata interpolet. Abscedant de medio veris, æstatis, autumni, & hyemis jejunia. Totus annus epulis & gaudiis continuetur: ne fortè talium hominum Deus offendatur; de quo & de quibus Apostolus ait:*[*] Quorum venter Deus est, & gloria in confusionem ipsorum.

[*] lib. 6. ep. 17

[*] Philip. 3. v. 19.

¶ De Monachorum hypocrisi, POTHO inquit: † *Omnis gloria eorum ab intus: nos verò interius vacui virtutibus, exteriùs imaginem quandam sanctitatis nobis depingimus: cùm in exterioribus observantiis instituendis, commutandis, renovandis, inquietis semper dissentionibus animos, ab intima theoria dulcedine alienatos, occupamus. Ecce gloriam nostram in ore hominum ponimus; & gloriam veram, quæ testimonio conscientiæ commendatur, minimè habemus. Hinc est, quod in his temporibus periculosis, inopia nos eò angustat spiritualium; cùm exuberat copia rerum temporalium. Ecclesia enim, in hoc tempore, divitiis major; virtutibus minor facta est. Unde, refrigescente jam in multis charitate, cœleste in nobis evanescit desiderium, atque omne virtutum studium, ad appetitum convertitur rerum transeuntium. Quocirca de statu temporis nostri, in quos fines seculorum devenerunt, Ecclesia in verbis Cantici lamentando conqueritur:*[*] Ecce, *inquit*, in pace amaritudo mea amarissima. *In prioribus seculis, quando persecutionis sævitia catholicam fidem oppugnabat, amara erat amaritudo Ecclesiæ. Deinde amarior; cùm hæretica pravitas doctrinam veritatis, perversis dogmatibus, corrumpere conabatur. Nunc verò, quando pax esse videtur; quando nec persecutor manifestus sævit; neque hæreticus in verba malitiæ prorumpit; amaritudo amarissima sentitur. Est enim molestissimum hypocritarum genus, intra domesticos parietes inclusum, cum amicis & domesticis Dei habitans: solo habitu exteriore Mundi contemtum præferens; monasticæ conversationi se ingerens: quod eo acriùs membris Christi nocet; quò minùs vitari potest. Et revera hæc est amaritudo amarissima. quando pax quidem est à persecutoribus & hæreticis, qui apertè sæviunt; sed non est pax à domesticis, qui intus sunt: qui religiosorum quidem numero admixti sunt; sed veram religionem execrantes, dolosè agunt in conspectu Domini: ut inveniatur iniquitas eorum ad odium. Cùm enim omni virtute interius sint destituti; sola imagine sanctitatis exterius nitidi, intuentium oculos fallunt: quia nimirum gloriam, quæ ab hominibus est, quærunt. Jam mysterium iniquitatis in his operatur: donec caput illorum Antichristus adveniat, cujus adventus est secundum operationem Satanæ: qui quasi meridianus fulgor apparebit, in omnibus signis & prodigiis mendacibus, seducens corda illorum; qui charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent.*

† lib. 3.

[*] Esai. 38. v. 17.

Canonibus sacris etiam Monachos subjectos fuisse, idem testatur:[*] *Neque regula Benedicti*, inquiens, *neque ulla*

[*] ibid.

Majorum

Majorum tr[illegible] ones, quæ correctionem morum docent & honestæ vitæ formam demonstrant, hi, qui in monasteriis versantur, imminuere vel infirmare ullo modo possunt sacrorum Canonum autoritatem: quorum videlicet observantia, cum generaliter omnibus Ecclesiæ filiis indicta sit, Monachi soli non excipiuntur.

Taxat & nova Monachorum statuta, cum inquit: *Prælati nostri, non contenti terminis, quos posuerunt patres nostri, quibusdam diverticulis, quæ ad regiam charitatis viam minime conducunt, subjectos suos aberrare faciunt. Sed nihil in hoc magis est inordinatum, quam res bene ordinatas, nova quâdam ordinatione, imò præsumptione, nullâ cogente necessitate, destruere. Illi quidem, qui nunc domui Dei præsunt, in labores patrum præcedentium introierunt, sed dum labores illorum, pro sui officii debito, custodire negligunt; neglectâ spiritus quiete, quæ sola necessaria est ad vacandum & fruendum Deo, in plantando & evellendo, in ædificando & destruendo, superfluo labore desudant. Sed, ut asserunt, hanc idcirco sibi occupationem sumunt, ne vel otio torpeant, vel a bono opere cessare videantur. Frustra hæc, ad excusandas accusationes, prætendere solent. Nunquam enim minus otiosi essent, quam si illi otio dediti essent, in quo sapientia scribitur quam nemo, nisi qui minoratur actu, percipere meretur. Vita namque monastica non practicæ tantu; sed theoricæ studiis dedicatur. Ut tamen corporalis exercitatio ad modicum utilis, quæ ex regulari autoritate in monasteriis observatur, in usum contemplationis sumetur. Ad hoc namque quotidianum operis exercitium prodesse videtur, ut, labore ac fatigatione corporis excitata mens, ardentius adspiret ad amorem intimæ quietis.*

Reprehendit & nimia exteriora exercitia. *Reverâ respicimus ad amplius: cùm intentionis nostræ oculû in eo defigimus, ut, in observantiis exterioribus, ampliorem nobis laborem indicamus. sed fallum est minus: quia interarum, in spiritualibus animæ profectibus valde imminuti sumus. Seminamus quoque multum, qui corporalis exercitationis labores, quasi semina, terræ mandamus: sed inferimus parum: quia videlicet fructum spiritus permodicum, de semine laboris nostri colligimus, ac minimam exinde animæ nostræ refectionem præparamus. Cum ergo continuè psalmodiæ vocibus, cum quodam tædio, quo dormitat anima, perstrepimus, cum exercitiis corporalibus immoderatius incumbimus: quid aliud facimus, quam, sicut turba in Evangelio, Dominum comprimimus; nec tamen curam salutis inde consequimur? Plus enim aliquid mulier fecisse videtur, quæ solam fimbriam vestimenti ejus tetigit, & continuo remedium, quod quæsivit, se invenisse gavisa est. Quocirca cantandi usus apud nos, cum sit continuum; & vox aliquando ad momentum intermitti soleat: cætera vitæ spiritalis exercitia, hoc est legendi, meditandi, & operandi studia, quibus & corpus exerceri, & mens multùm proficere posset, nobis quasi interdicta esse videntur. Cum enim in uno assiduè moramur; reliqua præpedimur.*

¶ Monasticæ præterea superstitiones multæ recensentur: ut Adoratio imaginum. *Rupertus, Tuitiensium abbas,*† testatur, se crucem ligneam in sinu fovere & adorare, ipsique plurima oscula figere consuevisse.

Fiducia suorum operum. Mortuos esse monachos Mũdo & Parentibus; & similitudini mortis Christi implantatos; eorumque vitam cum Christo in Deo absconditam. Non igitur seculo iterum vivendum; & victoriæ arma inimico reddenda. *Petrus Blesensis.**

Collectio reliquiarum, earum prædicatio & cultus. Nobertus, Præmonstratensis abbas, unam undecies-mille virginum, & particulam de S. Gereonis ossibus, à Coloniensibus impetrat, anno 1123. *ut Sigebertus testatur.*

Monachismi cum Baptismo comparatio, ut *Bernhardus* facit, in tractatu de Præcepto & Dispensatione: *Audire, inquiens, & hoc vultis à me, unde inter cætera pœnitentiæ instituta, monasterialis disciplina meruerit hanc prærogativam; ut secundum Baptisma nuncupetur. Arbitror, ob perfectam Mundi abrenuntiationem, ac singularem excellentiam vitæ spiritualis: quâ præeminens universis vitæ humanæ generibus hujuscemodi conversatio, professores & amatores suos angelis similes, dissimiles hominibus facit: imo divinam in homine reformat imaginem, configurans nos Christo, instar Baptismi. Et quasi denique secundo baptizamur: dum per id, quod mortificamus membra nostra, quæ sunt super terram, rursum Christum induimus; complantati, denuo similitudini mortis ejus. Sed & quomodo in Baptismo eruimur de potestate tenebrarum & in regnum tr[illegible] ur claritatis æternæ, ità & in sancti hujus secundâ quadam regeneratione propositi, de tenebris æque, non unius originalis, sed multorum [illegible] minum delictorum, in lumen virtutum evadimus, usurpantes nobis illud Apostoli:** Nox præcessit, dies autem appro[pinqu]a[v]it.

Missificatio. *Petrus Blesensis.*† Et nocturnæ monachorum Casinensium synaxeos, fit mentio *in Chronico Casinensi.**

Abstinentia à carnibus. Carnium esus vix ægrotis duntaxat, & omninò debilibus monachis, ex regu[læ] [illegible]tione, pro virium reparatione conceditur. *Ber[nh]ardus, in Apologiâ ad Guilhelmum abbatem.* Et Cluniacensium habet regula: *Carnium quadrupedum omnino ab omnibus abstineatur comestio, præter omnino debiles & ægrotos.* Item: *Carnium esus infirmis, quotiens expedit, offeratur. At ubi meliorati fuerint, a carnibus more solito abstineant.* Petrus Cluniacensis.†

A vino. Macarius enim, primus Scotorum in Herbipolensi suburbio abbas, à vino penitùs abstinebat: & cùm aliquando in convivio aquâ destitueretur, signo crucis vinum in eam convertit. *Trithemius in Hirsaugiensi Chronico.*

Certæ hymnorum, cantionum, & festorum formæ. Officium nonarum à Monialibus observatum, *Crantzius in Vandalia** indicat. Furente Lotharii Imperatoris Cancellario contra Casinenses; statuit Abbas: ut triduo Domini omnipotentis implorarent clementiam, pacemque Casinensi cœnobio perpetuis precibus peterent monachi. Et quia silentium illis diebus, tumultûs causâ, servare non poterant, decreverûtut tribus diebus tria psalteria, post completorium in ecclesiâ psallerent. Priùs verò, quam eam tridui observationem inchoarent: abbas, ex monasterii consuetudine, in capitulo surgens, veniam petiit; cõfessionem de suis excessibus fecit. Similiter & fratres, post illum, omnes in Benedicti patris regulâ se deliquisse, confessi sunt. Sicque eos abbas ab omni sententiâ excommunicationis, si quam incurrissent, absolvit, indulgentiamque concessit. *Chronicon Casinense.** Idem abbas, ex revelatione Benedicti, statuit ut dominicis aliisque festis diebus, ad introitum ecclesiæ, dicantur antiphonæ B. Benedicti & Mauri. *Ibidem.** Mos est Cluniacensium monachorum, Nativitatem Salvatoris cæteris solennitatibus singulari affectu devotiùs agere; & cantuum melodiis, lectionum prolixitatibus, cereorum multiplicium accensionibus, & (quod longè præstantius est) speciali devotione, multâque lacrymarum profusione, cum angelicis spiritibus alacriter solennizare. *Petrus Cluniacensis.**

Jurare per Evangelium, aut per D. Benedicti regulam, sibi fas non esse, Casinenses monachi Romano respondent Pontifici. *Chron. Casinense.*†

¶ Abbates diversorum monasteriorum inter se conjuncti erant, consensu regulæ, mutuis precibus & officiis. Cisterciensium professionis archiepiscopos, episcopos, abbates & monachorum infinitum penè numerum, in Cisterciensi cœnobio, singulis annis, concilium pro Ecclesiæ statu celebrâsse, *Helmoldus in Sclavorum Chronico testatur.*† Suam operam conjungit Casinensis abbas, cum S. Mauri in Granafolio; cujus bona Comes quidam infestabat. *Chron. Cas.*† Cùm Cluniacensi, Dusensi, & Viceliacensi, ecclesiis, habemus, (*inquit Robertus Montis abbas*) spiritualem societatem, multum nobis & illis placentem. Et *Petrus Cluniacensis*† Carthusianis quibusdam monachis libros mittit; & ab iisdem alios vicissim sibi communicari petit. Libris & crucem, cum Salvatoris imagine, addidit: *ut eum, inquiens, crucifixum, vos in hoc Mundo crucifixi, contemplantes, cum illum pro vestrâ multorumque salute deprecamini, mei quoque in sacris precibus vestris non-obliviscamini.*

CASUS CIRCA MONASTICEN.

I.

Constantia, Guilhelmi II. Siciliæ & Apuliæ Regis filia, ne filium regni destructorem, ut in fatis erat, progigneret; in monasterium D. Claræ Panormi detruditur. Sed à Celestino III. soluta, Heinrico VI. penè anus desponsata est; ex quo Fridericum peperit: *ut Jacobus de Strada in Thesauro antiquitatum, & Simoneta,** annotant.

* lib. 12. in Matth. c. 26.
* Epist. 60.
* Rom. 13. v. 12.
† Epist. 40.
* l. 4. c. 81. & 102.
† lib. 6. epist. 17.
* l. 5. c. 41.
* lib. 4. cap. 102.
* cap. 103.
* lib. 2. de Mirac. c. 15.
† lib. 4. cap. 109.
† cap. 91.
† l. 4. c. 78.
* l. 3. ep. 24.
* l. 3. c. 85

2.

Matthæus quidam Poloniæ Comes, Mariam Ramesientis cœnobii abbatissam, Stephani Anglorum Regis filiam, Rege ipso & Magnatibus consentientibus, in uxorem duxit, nihil obstante voto: *ut ex Matthæo Parisio Balæus* * refert. *Sigeberti Continuator*, hunc Matthæum Flandriæ Comitem fuisse, tradit.

[* Cent. 2. ca. 94. in App.]

D E   E R E M I T I S.

Plurimùm degenerâsse ob luxum monachos suprà indicavimus: eaque de causâ multi, quibus fictæ religionis studium cordi erat, in eremum ingressi sunt. Quæ res postea novos excogitandi ordines occasio fuit: ut in Cisterciensibus, Præmonstratensibus, Wilhelmitanis, aliisque videre est.

Bernhardus, Tirunensis abbas, relicto amplissimarum opum cœnobio, desertum quendam locum in silvâ, cum paucis sociis, petiit. O' stultam hominis persuasionem! *Malmesburiensis.* *

[* li. 4. c. 32.]

Wultricum quendam annis ferè viginti & novem in solitudinem vixisse, narrat *Matthæus Paris.*

Gerhardus à Nazareth. † notum sibi quendam & vitâ & habitu monachum fuisse, qui, in Septentrionali latere montis Thabor, in specu latuerit, soloque pane & aquâ, pomis herbisque crudis, vixerit; ac quotidie totum Psalterium stando recitârit; indicat.

[† cap. 3.]

Ex Calo Johannes, Constantinopoleos Imperator, eremitas, in Syriæ provinciâ, quorum grandis ibi copia exstitit, degentes, ex cellulis suis eduxit, & crudelissimè tractavit: *ut Frisingensis* * *testatur.*

[* li. 7. cap. 28.]

Bethlehemiticum episcopum, comitante eum Alberto quodam eremitâ, ad Romanam synodum profectum, narrat *Tyrius.* †

[† l. 21. c. 26.]

M O R E S   C H R I S T I A N O R U M.

Occurrunt in historiâ hujus seculi, & virtutum, & vitiorum exempla; sed maximâ ex parte superstitione ejus seculi diluta: quorum tamen aliqua annotabimus.

E X E M P L A   V I R T U T U M

Prima Tabulæ.

Studium religionis. Mechtildis, Heinrici Leonis conjux, frequentissime Missis, quas plurimas decantari fictâ religione instituerat, interesse solebat: *ut in Sclavorum Chronico* * *scribitur.* Richiza, Lotharii Imperatoris conjunx, per literas à Cassinensibus flagitat, ut, pro felici Imperatoris regimine, in ecclesiâ preces fiant. *Chron. Cass.* * Fridericus Imperator tantam divinis officiis venerationem præbuit: ut omnem horam, quâ coram ipso Deo psallitur, competenti veneraretur silentio, nec ullus interim eum auderet de quolibet solicitare negotio. Peractis votis, & post Missarum solennia, divinis consignatus reliquiis, manè reliquum curæ administrandi deputabat. *Radevicus.* * Angliæ quandam Reginam *Hildebertus*, † ob pietatis studium, commendat: quòd divinis sæpiùs intersit sacramentis; & vasa divinis cultibus apta subministret.

[* li. 2. c. 24.] [* lib. 4. cap. 108.] [* l. 4. c. ult.] [† Epist. 16.]

Oratio & gratiarum-actio. Bela, Rex Ungarorum, devicto Stephani antecessoris sui adulterino filio, Deo gratias agit; apud omnes aras rem sacram facit: ac supplicationes oppidatim ex edicto celebratæ sunt. *Bonfinius.* † Omnes Christiani, incolumes à Saracenis reverti, summum & dulce epinicium reboant Deo in excelsis. *Continuator Sigeberti.*

[† lib. 6. Dec. 2.]

Reverentia erga Ministros ecclesiæ. Adolphus II. Nordalbingiæ Comes, erga clerum admodum liberalis fuit; ac fidele eorum contra malevolos egit patrocinium. *Helmoldus.* † Otthonem, ad Pomeranos prædicandi gratiâ euntem, Bambergenses multis lacrymis comitantur. R[illegible] tem verò, tanquam numen quoddam, amplectuntur: *ut in Germanico quodam scribitur Chronico.* Eundem episcopum cum so[c]iis, clerus, ac cujusque civitatis incolæ, apud Polonos, obviis quasi ulnis excipiunt & venerantur, sæpiùs [illegible] cinentes: Cives Apostolorum, & Dei domestici, hodie ad[v]eneru[n]t. *ut Bambergensis habet historia.* Fridericus Imperator, bellum initurus, episcopos prius consulere solebat: *ut*

[† cap. 68.]

Radevicus † *indicat.* Arnoldus præ[dic]ator [Brixianus], [cle]ricorum Romanorum lasciviam, [luxum?], pompam, & divitias, liberè pro concione taxans, gratus erat Romanæ nobilitati; & veluti Christi discipulus, & propheta summus, colebatur: *ut Simoneta* † *indicat.*

[† li. 3. c. 10.] [† lib. 5. cap. 73.]

S E C U N D A E   T A B U L A E   V I R T U T E S.

Φιλοστοργία, studium & cura Parentum in filios. Expugnato Vinsburgo, Gueltorum urbe, ad Neccarum fluvium, Cunradus Imperator omnes viros capere jussit: solis verò mulieribus discedendi facultatem, & quantum humeris gestare possent, liberè secum auferendi, permisit. Mulieres, suorum conjugum salutem cunctis thesauris præferentes, humeris eos impositos urbe efferunt. Tantâ mulierum in maritos pietate motus Imperator, (licèt multi ex satellitibus reclamarent, non de maritis, sed thesauris, Imperatorium edictum accipiendum) mulieres sui voti compotes fecit: ac non solùm maritos, quos capi & vinculis constringi jusserat, libertate donavit, sed & ipsam urbem, cunctasque incolis reddidit opes: *ut Nauclerus scribit.* Guidonis conjunx, sicariorum ictus, quibus maritus petebatur, suo corpore excipere non est verita: *ut Robertus* * scribit. Mechtildis, Heinrici Leonis conjunx, liberos à primis annis pietatem docuit: *ut in Sclavorum Chronico* † *scribit.*

[* lib. 6.] [† li. 2. c. 2.]

Diligentia Magistratûs in administratione Reipublicæ. Heinricus I. Anglorum Rex, bonas leges & consuetudines Regis Eduardi, prædecessoris & cognati sui, restauravit; &, prout ei videbatur, suâ sapientiâ & autoritate emendatas ac roboratas, in regno suo rigidè & constanter, tam à divitibus, quàm à pauperibus, observari præcepit: *ut testatur Richardus, Hagulstadensis Prior.* Exstat *apud Radevicum* * pia & gravis, Friderici Imperatoris, pro tribunali sedentis, oratio; in quâ de suo officio in hunc modum disserit. *Cum placitum [s]it ordinationi divinæ, ex quâ omnis potestas in cælo & in terrâ, Romani nos Imperii gubernacula tenere: non immeritò, quæ ad statum ejus dignitatis pertinere noscuntur, quantum Deo propitio valemus prosequimur. Cumq; Imperialis majestatis hoc esse non ignoremus officium: ut studio nostræ vigilantiæ, ac pœnarum metu, improbi & inquieti coërceantur; boni sublerventur, atque in pacis tranquillitate foveantur: ita novimus, quid jura, quid honoris, tam divinarum, quàm humanarum legum sanctio, culmini regalis excellentiæ accommodaverit. Nos tamen, regium nomen non habentes, desideramus potiùs legitimum tenere Imperium, pro conservandâ suâ cuique libertate & jure; quàm, ut dicitur, omnia impune [fac]ere, hoc est, Regem esse, per licentiam insolescere, & imperandi officium in superbiam dominationemq; convertere. Deo favente, mores non mutabimus cum fortunâ: quibus initio partum est, his artibus retinere curabimus Imperium. Sed nec, per nostram desidiam, quemquam ejus gloriam & excellentiam imminuere patiemur. Quia ergo, vel bello, vel pace, clarum fieri licet; nec refert, utrum melius sit, patriam armis tueri, seu legibus gubernare, altero alterius auxilio indigente: bellorum motibus propitiâ divinitate sedatis, ad leges pacis negotia transferamus. Nostis autem, quod jura civilia, nostro beneficio in summum provecta, firmata, ac moribus utentium approbata satis habēt roboris: regnorū leges, in quibus, quod antè obtinebat, postea desuetudine inumbratum est, ab Imperiali remedio, vestraq; providentiâ, necesse habent illuminari. Sive ergo jus nostrum sive vestrum, in scriptum redigatur: in ejus constitutione considerandum est, ut sit honestum, justum, possibile, necessarium, utile, loco temporique conveniens. Ideóque tam nobis, quàm vobis, dum jus condimus, cautius prævidendum est: quia, cum leges institutæ fuerint, non erit liberum judicare de eis; sed opòrtebit juxta dicare secundùm ipsas.* Et Ludovicus, Francorum Rex, jam moriturus, filium hac oratione compellat. *Ego*, inquit, † *Ludovice, regnum, quod ipse male administravi, tibi committo. Tuere quoad per te fieri poterit, Dei ministros: inopes fove: viduas atque orphanos subsidium ferto.* Heinricus V. in Lotharingiâ sibi rebelles, modò minis, modò blanditiis, modò vi, mo[dò] satisfactione, placat: *ut Sigeberti habet Continuator.* Qui[d]am Comites Angliæ, incolas exactionibus & rapinis [p]rementes, ab Heinrico Rege coërcentur. *Ibidem* Ericus [Da]niæ Rex, quæsitam armis pacem, justitiæ quoque laude ornare contendens, a Maioribus conditas leges, quæ jam inter arma ferè conticuerant, ad pristin[um] vigor[em] habitum

[* li. 4. c. 3.] [† apud Gaguinum, l. 6.]

revocavit.

revocavit: & ut fortitudine justitiâque insignis haberetur, elaboravit sedulò. Irrogatas minoribus injurias, superiorum suppliciis pensabat: nihilque familiaritati aut necessitudini parcens, aut ferro, aut laqueo, inconsultam majorum injuriam & avaritiam coërcebat. *Saxo in Danica historiâ.* Fridericum Imperatorem scripturas, & antiquorum gesta, sedulò perquisivisse; *Radevicus* * testatur. Et ipse Imperator, ad Otthonem Frisingensem episcopum, suum patruum, in hunc modum scribit: *Chronica, qua tua sapientia digessit, vel desuetudine inumbrata in luculentam erexit consonantiam, à Dilectione tua nobis promissa & transmissa, cum ingenti gaudio suscepimus: & post bellicos sudores, interdum delectari in his, & per magnifica gesta Imperatorum ad virtutes informari, praoptamus.*

* lib. 4. c. 30.

Reverentia erga magistratum. Sic Itali, querelas ad magistratum delaturi, crucem manibus præferebant: *teste Radevico.*†

† lib. 4. c. 5.

Justitia in puniendis sceleratis. Philippus, Francorum Rex, post acceptum diadema regium, memoriâ recolens, quam impiè plerique per Franciam dejerarent, & exsecrabili Deû blasphemiâ prosonarent, legem tulit: Si quis ejus impietatis reos compertus esset, in fluvium aut paludem citra necem demitteretur. *Robertus.*† Boleslaus, Polonorum Princeps, Bolestam, cujus jussu Wernerus, Plocensis episcopus, interfectus erat, in Gnesnensi foro cremari jussit. *Cromerus.*† Canutus, Danorum Rex, cùm aliquando latrones quosdam suspendi jussisset; unus ex iis, hac ratione liberum se fore arbitrans, regio se natum stemmate proclamavit. cui Canutus respondit: Turpe est, nobis sanguine junctum, vulgarium more plecti. Regii nostri muneris est, aliquid honoris præ cæteris ei exhibere. Itaque de nauticâ pinu eum suspendi fecit: *ut Helmoldus*† *annotat.* Heinricus, Anglorum Rex, Guilhelmum de Notinguehant, quòd venenum Ranulpho, Cestriæ Comiti, propinâsset, proscripsit. *Sigeberti Continuator.* Interfectores Guidonis, nobilis viri, horrendis suppliciis, jussu Ludovici Francorum Regis, puniuntur. Expugnatâ enim arce, quâ per vim, trucidato Guidone, ipsi potiti fuerant; milites laniantur, evulsis quorundam intestinis: alii per fenestras præcipitati, in [illegible] foris adstantes lanceis mucronibusque excipiebant. Guillermo, cædis autori, cor & intestina ex[illegible] sunt. Denique occisorum cadavera, ligneis cratibus imposita, in Sequanam amnem projecta sunt: ut secundo flumine Rothomagum delata, dignas suo flagitio pœnas luisse, testimonium Nortmannis (ipse enim Guilhelmus Nortmannus erat) darent: *ut Robertus* † *scribit.*

† lib. 6.

† lib. 6.

† cap. 50.

† lib. 6.

Fortitudo bellica. Hujus enim seculi Imperatores, non solùm religioni Christianæ addicti erant; sed etiam contra hostes, bellico nervo, ejus fidele egerunt patrocinium. Archonenses Ericus, Danorum rex fidem Christianam amplecti armis coëgit: *teste Saxone in Danicâ historiâ* † Dani, duce Christophoro, Daniæ regis ex concubinâ filio, de Sclavis, crebris incursionibus terram suam vastantibus, pœnas sumturi, in omnem Aldenburgensem agrum prædas egerunt, salvis ecclesiæ & episcopi solummodò bonis. *Chronicon Sclavorum.** In Syriâ, gemino prælio, cum Saracenis feliciter conflixerunt Christiani, circa Domini annũ 1127. *ut Sigeberti refert Continuator.* Cunradus Imperator, septuagies-mille equites, infinitamque peditum multitudinem, Turcis opposuit: *ut Muntzerus in Chronographiâ annotat.*

† lib. 14.

* l. 2. c. 10.

Disciplina civilis custodia. Contra incendiarios enim, & alios sceleratos, in conventu Nurenburgensi, ab Imperatore Friderico, lex lata est, anno 1187. *quæ integrè in Urspergensi exstat.* Cazimirus, Polonorum Princeps, initio principatûs sui, vectigalia, labores, cæteraq; onera, quibus instituendis & exigendis Miecislaus (antecessor ejus) suos offenderat, sustulit; judicia correxit; magistratuum licẽtiam coërcuit, infinitamq; potestatem circumscripsit; calumniatores vel exsilio mulctavit, vel inustâ frõte aut facie notavit. Ad majora deinde animum intendit. Inoleverat, superiorum negligentiâ & cõniventiâ, pravus & barbarus mos, apud proceres & equites Poloniæ: ut iter-facientes, quotiescunq; & ubicunq; collibitum esset, agros ac prata agrestium & oppidanorum depascerent; ac non modò pabulum, sed etiam victum omnem, ipsis imperarent; sive adeò ipsi, effractis horreis atq; cellis, per vim auferrent: neq; contenti, quantũ libuisset, assumsisse, reliquum etiam malitiosè profundebant, dissipabant, & corrumpebant: jumẽta è pascuis & stabulis atque etiam juncta curribus & aratris utenda, vel potiùs ad cursum abutenda, abducebant: eaq; vel fatigata, vel enecta dimittebant: vel, si fortè placuissent, retinebant & usurpabant. Ad hæc, in possessiones & facultates morientiũ episcoporum, & cæterorum sacerdotum, invadebant; easq; diripiebant. Quin & Præfecti Principis idem faciebant; & Principis horrea, prædia, suumq, facultatibus, quę cultûs divini administris & egentibus dedicatæ erant, augebant. Hæc, quàmvis iniqua, injusta, crudelia & impia; quamvis acerba miseris hominibus & intolerabilia: tamen, quia longâ consuetudine inveteraverant, legisque vim propemodum obtinebant; & à Proceribus, quibus erant utilia, defendebantur; perdifficile erat abrogare. Sed tamen anno Christi 1180. comitiis apud Lenciciam habitis, omni curâ studioque contendit & perfecit Cazimirus; & legem pertulit: quâ barbari illi & indigni Christiano populo mores, & abusus, omninò sublati sunt. *Cromerus.**

* lib. 6.

Imperatores quoque cum militibus, certis legibus constringebantur: ut ex *Radevico, Frisingensis Continuatore*, apparet. *Conventum*, inquit, † *Principum cogens Imperator, leges pacis, in exercitu conservandas, tales statuit. Statuimus, & firmiter observari volumus; ut nec miles, nec serviens, litem audeat movere. Quòd-si alter cum altero rixatus fuerit: neuter debet vociferari signa castrorum; ne inde sui concitentur ad pugnam. Quòd-si lis mota fuerit: nemo debet accurrere cum armis, gladio scilicet, lancea vel sagittis: sed indutus loricâ, scuto, galea ad litem non portet nisi fustem, quo dirimat litem. Nemo vociferabitur signa castrorum; nisi quærendo hospitium suum. Sed si miles, vociferatione signi, litem commoverit: auferetur ei omne suum barnasch a; & ejicietur de exercitu. Si servus fecerit: tondebitur, verberabitur, & in maxillâ comburetur; vel dominus suus redimat eum, cum omni suo barnasch a. Qui aliquem vulneraverit; & hoc se fecisse negaverit: tunc, si vulneratus per duos veraces testes, non consanguineos suos, illum convincere potest; manus ei abscindatur. Quòd-si testes defuerint; & ille juramento se expurgare voluerit: accusator, si vult, potest juramentum refutare, & illum duello impetere. Si quis homicidium fecerit; & à propinquo occisi, vel amico, vel socio, per duos veraces testes, non consanguineos occisi, convictus fuerit: capitalem sententiam subibit. Verum, si testes defuerint; & homicida se juramento expurgare voluerit: amicus propinquus occisi, duello eum potest impetere. Si extraneus miles pacificè ad castra accesserit, sedens in palefrido sine scuto & armis: si quis eum læserit; pacis violator judicabitur. Si autem sedens in dextrario, & habens scutum in collo, lanceam in manu, ad castra accesserit: si quis eum læserit, pacem non violavit. Miles, qui mercatorem spoliaverit, dupliciter reddet ablata; & jurabit, quòd nescivit illum mercatorem. Si servus, tondebitur, & in maxillâ comburetur; vel dominus suus reddet pro eo rapinam. Quicunque aliquam spoliare ecclesiam vel forum viderit, prohibere debet; tamen sine lite: si prohibere non potest; reum accusare debet in curiâ. Nemo aliquam mulierem habeat in hospitio: qui verò habere præsumserit, auferetur ei omne suum barnasch: & excommunicatus habebitur; & mulieri nasus abscindetur. Nemo impugnabit castrum, quod, curia defensionem habet. Si servus furtum fecerit, & in furto fuerit deprehensus: si priùs fur non erat, non ideò suspendetur; sed tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur, & ejicietur de exercitu: nisi dominus redimat eum cum omni suo barnasch. Si priùs fur erat; suspendetur. Si servus aliquis culpatus, non in furto fuerit deprehensus: sequenti die expurgabit se judicio ignitι ferri; vel dominus juramentum pro eo præstabit. Actor verò jurabit, quòd aliam ob causam eum non interpellat de furto, nisi quòd putat culpabilem. Si quis invenerit equum alterius: non tondebit eum; nec ignotum faciet: sed ducet Marschalco; & tenebit non-furtivè, & imponet ei onus suum. Quòd-si ille, qui amisit equum, in via deprehenderit oneratum; non dejiciet onus illius: sed sequens ad hospitium, recipiet equum suum. Si quis verò villam vel domum incenderit: tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur. Faber non comburet carbones in villâ: sed portabit ligna ad*

† li. 3. c. 26.

hospitium

hospitium suum; & ibi comburet. Quod-si in villâ fecerit: tondebitur, verberabitur, & in maxillu comburetur. Si quis aliquem læserit, imponens ei, quòd pacem non juraverit; non erit reus violatæ pacis. nisi ille probare possit duobus idoneis testibus, quòd pacem juraverit. Nemo recipiat servum, qui sine domino eiI: quod si fecerit, reddet in duplo, quicquid ille abstulerit. Quicunque foveam invenerit, liberè fruatur eâ. Quod-si ablata fuerit ei, non reddet malum pro malo non ulciscetur injuriam suam; sed conqueretur Marschalco, justitiam accepturus. Sed si mercator Teutonicus civitatem intraverit; & emerit mercatum, & portaverit ad exercitum, & carius vendiderit in exercitu: Camerarius auferet ei omne forum suum; & verberabit eum; & tondebit; & comburet in maxillâ. Nullus Teutonicus habeat fo...um Latinum, nisi sciat Teutonicum: sed si habuerit, auferatur, quicquid habet. Si miles militi convitia dixerit; negare poteil juramento: si non negaverit, componet ei decem libras monetæ, quæ tunc erit in exercitu. Si quis invenerit vasa plena vini: vinum inde extrahat tam caute, ne vasa confringat; vel ligamina incidat vasorum, ne ad damnum exercitus totum vinum effundatur. Si castrum aliquod captum fuerit: bona, quæ intùs sunt, auferantur, sed non incendatur, nisi fortè hoc Marschalcus faciat. Si quis venatus fuerit cum canibus venaticis: feram, quam invenerit, & canibus agitaverit, sine alicujus impedimento habebit. Si quis per canes leporarios feram fugaverit: non erit necessario sua, sed erit occupantis. Si quis lancea vel gladio feram percusserit; &, antequam manu levaverit, alter occupaverit: non occupantis erit; sed qui occiderit eam, sine contradictione obtinebit. Si quis bersando feram balista vel arcu occiderit: ejus erit. Hanc treugam archiepiscopi, episcopi, abbates, datis pro se dextris, firmaverunt; & violatores pacis, pontificalis officii severitate, coercendos promiserunt.

Fides. Sueno, Danorum Rex, a socero Waldemarum, quem adducebat in suo comitatu, vinculis constringi postulans, hoc responsi accepit: Dedecere, se senem, quod juvenis fugisset, admittere. Nempe deforme vetulo esse, de integritatis duce, perfidiæ fautorem evadere; notamque, quam eatenus caverit, sub ultimum tempus sibi consciscere. Malle igitur se generum filiamque, cum nepote ex eâ suscepto, cruci subfixos videre; quà fidei & sinceritatis opinionem, tot annis servatam, extremæ ætatis infamiâ corrumpere, alienæque fraudis propositum, impiissimi favoris prosequi nutrimento. Tùm demum affuturum se, subsidiaque laturum: si gener, omissâ fraude, palàm, quos metuat, impetat. *Saxo Grammaticus.**

* lib. 14.

Gratia erga dignos. Fridericus Imperator, dimissurus exercitum, gratias iis pro benevolentiâ & fidelitate, quam sibi præstitissent, egit. Laudabat etiam in unoquoque bonos mores, & fortitudinem, quam præliando in magnis multisque periculis monstrasset: quòd eos neque hostium multitudo, nec magnitudines civitatum, vel audacia incõsulta & immanitates efferæ adversantium, à consueta animi virtute terruissent. *Radevicus.*†

† l. 4. c. 79.

Mansuetudo & misericordia. Mediolanensibus, pacem à Friderico, quem ipsi multis bellis antea lacessiverant, petentibus, Imperator respondit: Gratum sibi esse, visu & auditu jucundum, civitatem adeò illustrem, tantumque populum, divino instinctu, pacem potiùs, quàm bellum, petere. Sibi verò justam, hostibus resistendi, necessitatem nunc adimi. Se enim devotis & volentibus, quàm coactis, imperitare malle. Ac, si idem ipsis priùs fuisset animus: mala, quæ jam perpessi essent, facillimè caveri potuisse. Tandem benignè eos in gratiam recepit. *Radevicus.** Heinricus Rex, Barbarossæ filius, Brisacum, Austriæ oppidum, in pauperum refugium, velut misericordiæ asylum, ædificare cœpit. *Otthe Frisingensis.** Danici piratæ, quotcunque Christianos in Barbarorum navibus offenderunt, ad suos remisère. Tanta eis in conterraneos humanitas erat. *Saxo Grammaticus.*†

* l. 3. c. 42.
* l. 7. c. ult.
† lib. 14.

Concordia studium. Manuel, ad Constantinopolitani regni fastigium evectus, per Legatos, amplissima munera Cunrado Imperatori simul offerentes, exemplo patris sui, qui idem fecerat, fœdus cum eo renovavit: *ut Otthe Frisingensis* indicat.*

* l. 7. c. 28.

Liberalitas in egenos & pauperes. Misericordiæ loca plurima, ad eleemosynas clam & apertè pauperibus erogandas, in urbe & extrà, instituère Bergomenses cives, circa annum Domini 1135. Quæ in hunc usque diem adeò excreverunt: ut in orbe Christiano locus aliquis huic similis vix inveniatur. *Bergomensis.*† Leopoldus Austriæ Dux instituit: ut quotannis, in ejus memoriam, quicunque pauperum Neoburgense cœnobium piè ingrediuntur, pane, carne, vino alantur, atque obolo donentur: *teste Cuspiniano in Austriâ.* Magnâ hebdomade, Isaacius Angelus Imperator, viduas eleemosynis, pauperculas virgines dote & sumtu nuptiarum, juvabat. *Nicetas de Imperio ejus.** Fridericus Imperator, eleemosynas pauperibus plerunque ipse suâ manu distribuit, pecuniarum suarum decimas, ecclesiis & monasteriis fideliter elargitus. *Radevicus** Mathildis Imperatrix, morbo pressa, ecclesiis, monasteriis, & pauperibus, donavit thesaurum: *ut Sigeberti Continuator indicat.* Isaacius Angelus plures, in quibus pauperes alantur, Constantinopoli construxit ædes. Et cùm urbis pars Septentrionalis conflagrâsset, eos, qui vel ædium, vel bonorum jacturam fecerant, distributione pecuniæ sublevavit. Imperio potitus, quinque auri centenarios civibus divisit. Neque verò singulos duntaxat homines, domos, familias, munificentiâ suâ recreabat, sed interdum urbibus integris tributum remittebat. Ut paucis complectar, ita propensus erat ad misericordiam, beneficentiam, & inopum sublevationem: ut, quicquid undecunque per vim & injuriam partim acceperat: id rursus utrâque manu effunderet. Eâque de causâ, etsi pecunia a pauperibus exigebatur; in eo errore versabatur: ut se non-peccare persuasum haberet; quòd hoc modo iisdem restitueretur. *Nicetas de Imperio ejus.*† Flandriam fame affligente, tanta fuit Caroli Principis erga calamitosos commiseratio ac liberalitas: ut uno quodam die, Hypris, septem-mille & octingentos panes distribueret. *Chronicon Flandriæ.*

† Lib. 12.
* lib. 3.
* l. 4. c. 80.
† lib. 3.

Conservatio ordinum & dignitatum. Heinricus & Fridericus, Imperatoris Friderici filii, in frequenti Procerum conventu, Moguntiæ, patris autoritate, gladios accinxerunt. *Urspergensis.*

Hospitalitas. De Sclavorum hospitalitate, in hunc modum *Helmoldus*† scribit: *Nulla gens honestior Sclavis, in hospitalitatis gratiâ. In colligendis enim hospitibus omnes, quasi ex sententiâ alacres sunt: ut nec hospitium quenquam postulare necesse sit. Quicquid enim agriculturâ, piscationibus seu venatione conquirunt; totum in largitatis opus conferunt: eo fortiorem quemque, quo profusiorem jactitantes. Cujus ostentationis affectatio, multos eorum ad furta, vel latrocinia, propellit; quæ utique vitiorum apud eos quidem venialia sunt excusantur enim hospitalitatis palliatione. Sclavorum enim legibus accedens, quod nocte furatus fueris, crastina hospitibus disperties. Si quis vero, quod rarissimum est, peregrinum hospitio removisse deprehensus fuerit: hujus domum vel facultates incendio consumere licitum est. Atque in id omnium vota pariter conspirant: illum inglorium, illum vilem & ab omnibus exsibilandum dicentes; qui hospiti partem negare non timuisset.*

† cap. 83.

EXEMPLA VITIORUM, CONTRA PRIMAM TABULAM.

Idololatria, & deorum alienorum invocatio. Isaacius enim Angelus, tantâ veneratione B. Mariam coluit: ut ad ejus imaginem animo penè linqueretur. Ideò plurimas ejus effigies, adorandi causâ, in diversis templis dedicavit: *teste Niceta de gestis ejus.*† Suessionici, sacro igne accensi, B. Mariæ opem implorant: *ut Sigeberti Continuator habet.* Luduvicus, Francorum Rex, superato Heinrico, Germanorum Imperatore, ad Dionysii cœnobium, gratias Deo Sanctisq; persolvit martyribus: *ut Robertus** *indicat.*

† lib. 3.
* lib. 6.

Superstitio. Philippus, Francorum Rex, morbo correptus, monachum induit. *Malmesburiensis.** Marchio quidã, monasteriũ, regno posthabito, ingressus, a monachis porcorum curæ præesse jubetur, anno 1126. O justum Dei in hominis superstitionem judicium! *Chronicon Saxon.*

* l. 5. c. 14.

Defectiones. Johãnes Comnenus, a patruo Johanne Comneno Imperatore deficiens, ad Sultanũ accessit; nec multò pòst, abnegatâ Christianorum religione, Iconiensis Persæ filiam uxorem duxit: *teste Niceta in Annalibus.*

Fiducia

Fiducia auxilii Sanctorum. Ungari, D. Magdalenæ ope freti, victoriam ab hostibus reportarunt: *ut Bonfinius*† *scribit.*

Hypocrisis. Ericus, Danorum Rex, jam-jam efflaturus animam, spiritui consulere cupiebat: regiam itaque vestem cucullâ permutat. Creditum enim est, (*ut inquit Saxo**) & à factorum petitis traditum, nihil, abolendis piaculis, pœnitentiæ religione valentius reperiri.

Henricum, Anglorum regem, pro suorum peccatorum veniâ impetrandâ, cuidam monialium conventui beneficium, singulis annis pendendum, concessisse, *Turonensis episcopus* ad Honorium Romanum scribit Pontificem.

Artes magicæ. Russi, quamvis Christiani, sagis, magis, & aruspicibus dediti sunt. *Cromerus.*† Solos eos impostores, qui ex pelvi divinant, & qui astrorum positus rimantur, superstites fuisse; & Andronicum totum se iis, qui futura ex aquis conjectant, & imagines futurarum rerum, veluti ex umbrâ solarium radiorum, conectantur, permisisse: *Nicetas in Annalibus* prodit.

Manuel, Comnenus Imperator, scire se affirmabat, quatuordecim vitæ annos adhuc restare: idque ad ipsum Patriarcham Theodosium dixit, a quo monebatur, ut pro paternâ pietate, Reipublicæ curam, integris adhuc sensibus, maturè susciperet; & curatorem fidelem filii successoris, impuberis adhuc, & Imperatricis quæreret. Sed pestilentes impostores Astrologi, Imperatorem paulò pòst ex morbo recreatum, vacaturum esse amoribus, & barbaricas urbes eversurum, impudenter asserebant: &, quod incredibilius est, homines præcipiti linguâ & assueti mendaciis, motum universi Orbis, & maximorum siderum congressus & cōcursus, ventorum procellas ingentes, & universitatis rerum penè mutationem, prædicebant, engastrimythi potiùs, quàm astrologi. Neque verò annos duntaxat, & menses, & hebdomadas numerabant: sed dies etiam & horæ punctum designare non verebantur; quæ suæ potestati reservavit Pater, & Servator discipulos suos percontantes castigavit. Proinde, non ipse modò Imperator, speluncas & meatus subterraneos, contra ventorum impetum, inquirebat, & ad habitandum præparabat; & palatiorum fastigia demoliebatur, ne minùs impetu ventorum læderentur: sed & ministri, & cognati, & adulatores ejus, iisdem rebus intenti, partim terram, formicarum instar, effodiebant; partim tentoria tripliciter consuebant, & vectes cubitales, quò minùs tabernacula concuterentur, acuebant. Sed morbo ingravescente, paulò pòst extinctus est: *ut Nicetas in Annalibus de gestis ejus indicat.*

Quidam longâ ægritudine confectus, à sortilegis mulieribus, si suæ saluti consultum vellet, rebaptizari jussus est. Quarum consilium etiam secutus scribitur, *in epistolâ Alexandri III.*

Arrogantia. Cùm, ob rapinas bonorum ecclesiæ, redargueretur Isaacius Angelus Imperator: respondit, licere Imperatoribus omnia: & inter Deum & Regem, quod ad terrenarum rerum gubernationem attineret, non esse eam repugnantiam, quæ sit inter affirmationem & negationem, contendit. *Nicetas de Imperio ejus.**

Perjurium. Andronicus Comnenus, Alexium, puerum quindecim annorum, clam interfecit, præter jurisjurādi fidem, quam usu Cœnæ dominicæ, in frequenti cœtu, confirmârat: *ut Nicetas in Annalibus, & Cuspinianus*, indicant. Vulgare Francis hac ætate scelus fuisse, pejerare; *Robertus** testatur.

Contemtus ministerii, & persecutio. Heinricus Rex Anglorum, Thomam Cantuariensem, libertatem & immunitatem ecclesiasticam defendentem, trucidat. *Hector Boëthius.** Gedeonem, Cracoviensem episcopum, Miecislaus, Polonorum Dux, cùm ob injustas subditorum exactiones, & tyrannidem, ab eo redargueretur, malè excepit: ut sua nimirum episcopus curaret; illa ad ipsum nihil pertinere. Addiditque præterea Princeps: non ad cujuscunque præscriptum; sed suo arbitratu, se gesturum esse principatum. *Cromerus.*†

Sabbati profanatio. Forum Plunense, singulis diebus dominicis, a Sclavis & Saxonibus frequentabatur, neglecto divino cultu: quod Geroldus episcopus ex verbo Dei prohibuit. *Helmoldus in Sclavorum Chronico.** Natales Salvatoris, Angli tripudiis diabolicis, cantibus impudicis, post splendida convivia peragunt. *Johannes Major de gestis Scotorum.*† Magnus, Danorum Rex, cùm præter sacerdotum monita, qui differri rem petebant, in die Pentecostes cum hoste conflixisset, occubuit. *Helmoldus.*† In parochiâ Gemlacensi, cùm quidam paterfamiliâs frumentum moleret, farina ardere cœpit, anno 1126. *ut Sigeberti indicat Continuator.*

VITIA CONTRA SECUNdam Tabulam.

Magistratus negligentia in administrandâ justitiâ. In Ecclesiâ Anglorum, damnosa omnibus, & omninò damnanda consuetudo invaluit: quæ nisi per industriam vestram fuerit sublata de medio, in enorme totius cleri dispendium vehementer excrescet. Si vidua, aut vilissimus laicorum occiditur: statim supplicio mortis occisor addicitur. Si quis verò sacerdotem vel clericum, majoris sive minoris status, occidit: solâ ecclesiasticâ excommunicatione contenta, aut (veriùs loquar) contemta, materialis opem gladii non requiret. *Petrus Blesensis.*†

Disciplina neglectus. Sueno, perinde ac bellorum metu solutus, in superbiam lapsus, patrios mores, quòd parùm sibi viderentur exculti, tanquam agrestes & inconditos, petitâ a finitimis urbanitate, mutavit, spretoq; Danico ritu, Germanicum æmulatus est. Nam & cultum Saxonicum sumsit: &, ne eo invidiosiùs uteretur; militum studia ad similē vestis usum adduxit: rustici moris tædio, comtioris famulitii grege palatium instruens. Quin etiam epulandi rusticitate depulsâ, externas mensis comitates adscivit; comessationumque ritus, cultiore ministerio gerendos, instituit. Non solum cultū novavit: sed etiā edendi bibendiq; facetias tradidit. Idē studii, in novandâ clientela, adsciscendisq; satellitib' gessit. Honores quippe, nobilibus dētos, histrionibus deferebat: magnisq; & illustribus viris à latere suo repositis, in eorū locum turpium & effeminatorum familiā subrogibatur, abjecta majorum minorumque provectu, prorsus eximias potentiæ suæ vires ostenderet; ditatique, fortunam suā beneficio Regis, nō generis, imputarent. Nec insolentiæ ejus avaritia defuit. Siquidem lucrosa sibi illorū fata, quorum bona auxisset, cōstituit, pupillorumq; , parentibus emortuis, expilator evasit. Neq; nefas duxit, eorum liberos egestati subigere, quorum operâ regni opes ipse susceperit. Ipsos quoq; milites, priùs a se locupletatos, ad vilē paupertatis statum, beneficii sui pœnitentiâ adductus, rejecit. Quin-etiam ingentis clientelæ voracitate compulsus, provincialia ministeria impensasque, ab agrestibus arctiùs exigere cœpit. Itaque, dum militum inopiæ consulit; plebis favorem amittit. Præterea, controversiarum jura catenus, sacramenti religione subnixa, ad palæstras & palmas athleticas relegavit: judiciumq; rationis, speculationi debitum, in solâ corporum exercitatione cōstituit. Et, ne quid fastui deesset; in communibus suggestis concionari, fastigio suo indignum ducebat. Quam ob rem, æqua vulgarium alloquia contemnendo, editioribus locis occupatis, suppositæ plebi supernè jus dicere consuevit. *Saxo Grammaticus.*†

Levitas. Accidit aliquando, ut Cazimirus, Sendomiriensium Dux, cum aulico quodam suo equite luderet, animi oblectandi gratiâ. Invenitur autem utrumque vincendi studio, in profundam noctem ludum produxisse; pertæsos deinde ludi & vigiliarum, uno jactu summam reliqui lusisse; vincentemque Cazimirum, &, quod lucratus erat, argentum non modicum auferentem, palmâ manûs in faciem ab equite ictum esse: illumque noctis beneficio elapsum, postridie ad Cazimirum adductum. Clamantibus ferè omnibus, eum capitis pœnā commeruisse, qui Principis majestatem minuisset: Minimè gentium, inquit Cazimirus, eum occidi oportere: qui dolore grandis jacturæ, incogitâs deliquisset; & cùm fortunam, à quâ damno affectus erat, ulcisci non posset, in se fortunæ alumnum commotus esset. Se magis in culpâ esse; qui conditionis suæ & dignitatis oblitus, eum ad ludendum provocâsset. Non modò illum se absolvere: verùm etiam gratias ipsi agere,

quò

Margin notes: † lib. 6. Dec. 2. — * lib. 14. — † lib. 6. — * lib. 3. — * lib. 6. — * lib. 13. de Gestis Scot. — † lib. 6. — * cap. 91. — † l. 3. c. 16. — † cap. 52. — † Epist. 55. — † lib. 14.

quòd se ictu illo admonuisset, ne quid indignum Principe in se admitteret, neu se ludo, aut alii rei levi ac inhonestæ, deinceps daret. *Cromerus.* *

* lib. 6.

Parentum contemtus. Cunradus, Heinrici IV. filius, patri rebellis, moritur anno 1101. At Heinricus, ejusdem Imperatoris filius, quàm indignè, contra jus naturæ & fas legum, (*ut Sigebertus loquitur*) patrem tractârit, ex epistolâ, quam ad Francorum Regem pater scripsit, videre licet: cujus initiũ admodum patheticum, exstat *apud Otthonem Frisingensem.* * quæ (ut idem ait) saxeas mentes, ad mutabilium rerum ærumnas contemplandas ac deplorandas, emollire posset. Scribit præterea *Martinus Polonus in suo Chronico,* filium patrem suum Imperatorem, captum perpetuo mancipâsse carceri. Res sanè horrenda auditu! Sed, quicquid eâ in re à filio peccatum est, sanctorum (si diis placet) Pontificum & Episcoporum consilio & autoritate factum est.

* li. 7. c. 12.

Contemtus magistratus. Cremonenses, Mediolanensium & Brixianorum subsidio freti, Friderico Imperatori parere, magno fastu respuerunt. Quin & mulieres eorum, choreas ducentes, Imperatori cantionibus famosis insultabãt: *ut Hedio testatur.* *

* Parte 3. Chron.

Seditiones. Moguntiæ Heinricus V. Imperator à civibus per tumultum obruitur, & in eorum verba jurare impellitur: *ut idem annotat.* Saraceni, Christianorum Principũ seditionibus freti, liberè Hierosolymitanos depopulantur agros. *Simoneta.* †

† li. 5. c. 81.

Ἀστοργία. Guilhelmus Normannus, exsuto omni paterno affectu, generum suum, cum filiâ conjuge, per sicarios, dum sacris interest, occidi curat: modò ut arce ejus amplissimâ potiri posset. *Robertus.* * Heinricum VI. Romanorum Imperatorem, per venenatum potum à conjuge interemtum esse, anno 1197. *in Saxonic* scribitur *Chronico.* Gillechristus Angusianus apud Scotos, uxorem suam, quæ Wilhelmi Regis soror erat, ob adulterii suspicionem, laqueo suspendit. *Boëthius.* †

* lib. 6.
† lib. 13.

Ingratitudo. Isaacius Angelus, cùm fratrem suum Alexium minorem, à Turcis captum, magno redemisset ære; dolo ab eo homine ingratissimo circumventus, oculis privatur, & carceri traditur. *Cuspinianus de Imperatoribus.*

Temeritas. Haraldus Danus, sæpè inter navigãdum puppi exsiliens, in proram per exserta remorum capita decurrit; indeq; cursu in aliud navigii latus reflexo, per reliquos remorum ordines, locum, quo excesserat, repetivit. *Saxo Grammaticus.* † Heinricus II. Austriæ Marchio, dum voluptatis gratiâ in glacie obequitat, ex equi lapsu occubuit, anno 1172. *ut Cuspinianus scribit.*

† lib. 4.

Cædes & parricidia. Magnus, instinctu matris, Canutum patruelem suum, ob suspicionem, quòd regnum affectaret, per insidias trucidavit; ac membratim ejus cadaver discerpsit: *ut Helmoldus † scribit.* Heinrico cuidam Duci, Quedlinburgi, in solenni Principum conventu, venenatum porrigitur poculum; quo exspiravit. *Chronicon Saxoniæ.*

† cap. 51.

Crudelitas. Colomannus, Ungarorum Rex, Almum fratrem, & Belam nepotem, oculis privavit: ac, ne spes propagandæ prolis esset, huic & virilia amputari præcepit. Sed carnifex, divinam ultionem veritus, catuli testiculos Regi exhibet; sicque Colomannum crudelem delusit: *ut Bonfinius † testatur.* Manuel, Constantinopolitanus Imperator, farinæ gypsum miscuit: ex quo Cunradi exercitus miserè deperiit. *Nicetas in Annalibus.* Tantâ crudelitate Cremonenses & Papienses in Mediolanum sæviunt; quanta nec in Barbaros deceret. Vineta, ficeta, oliveta evellunt, excidunt, & corticibus exsuunt: captivos eorum spiculis configunt. Hi vicissim, ne fortè crudelitate inferiores videantur, Cremonensium captivos in frusta secant; & hostibus spectanda objiciunt. *Radevicus.* *

† lib. 5. Dec. 2.
* li. 3. c. 39

Libidines. Cunradus, Suevorum Dux, homo impurus & libidinibus deditissimus fuit: *ut Hedio testatur.*

Incestus. Carolo, Hollãdiæ Præfecto, provinciam egresso, conjugem ejus, sororemque viduam, Suerconis filius Johannes, excellentis earum pulcritudinis opinione corruptus, ad libidinis commercium raptas, in Sueciam usq; devexit. Quibus tam contumeliosè usus proditur; ut eas in stupri vices noctibus evocaret alternis: ingenuæ pudicitiæ foeminas obscœnissimâ fœditate proculcans; neque aut hujus matronalem thorum, aut illius cœlibem castimoniam, quò minus voluptatum suarum ignibus indulgeret, reveritus. Ad ultimum, patriâ & populo tantæ temeritatis facinus exsecrante, utramque remisit. *Saxo Grammaticus.* † Eudocia, defuncto marito, nefariâ consuetudine Andronici, non clàm, sed palàm, usa est. Andronicus verò, quoties ob incestum reprehendebatur, hanc defensionem per jocum in promtu habebat: solere subditos Principum mores imitari, & aquam, ex eodem fonte petitam, eundem saporem referre. Quibus verbis Imperatorem Manuelem perstringebatur, ut iisdem, aut etiam deterioribus affectibus obnoxium: qui cum fratris filiâ rem haberet; cùm ipse patruelis duntaxat filiam complecteretur. *In Annalibus Nicetæ.* *

† lib. 14.
* Lib. 9. de gestis Man. Comn.

Divortium. Heinricus Leo, Saxonum Dux, Clemẽtiam uxorem, postquam filiam ex eâ suscepisset, sanguinis prætextu, repudiavit. *Chron. Sclavorum.* † Et Ludovicus, Francorum Rex, Elionoram conjugem, eandem ob causam dimisit: *ut Sigeberti habet Continuator.* Raimundum, Antiochiæ Principem, Ludovico conjugem, licèt eam unicè amaret, cognationem prætendendo, abalienâsse, *Robertus* † prodit. Mabiria, quæ cum conjuge Tarricio, Flandriæ Comite, in terram sanctam profecta fuerat, in monasterio Bethaniæ, Lazaro sacro, præter mariti voluntatem, remansit: *ut Sigeberti habet Continuator.* Philippus, Francorum Rex, Ingebergam, Dalmatarum Regis filiam, paucis post nuptias diebus, repudiat. *Robertus.* * Fridericus quoque Imperator, cum filia Marchionis de Vogburg, divortium fecit: *teste Sebedelio.* *

† l. 2. c. 50.
† lib. 6.
* lib. 6.
* Ætate 6.

Furta. Sclavi, licèt veriori religioni colla sua submiserant; tamen à prædis, quod vitium à majoribus hæreditario quasi jure trahebant, cohiberi non potuerunt. *Helmoldus.* †

† cap. 83.

Sacrilegia. Ea fuit audacia Isaacii Angeli Imperatoris: ut sacra vasa profanaret; & templis avulsa mensis suis adhiberet. In comessationibus quoque, ex gemmis preciosis, ac solido auro, calicum instar facta donaria, quæ super Imperatorum monumenta pendebant, manibus versabat: & pelvibus insuperabilis elegantiæ, quibus se Levitæ & Sacerdotes, cùm sacra mysteria tractant, mundare solent, pro malluviis utebatur. *Nicetas de Isaacii imperio.* † Dithmarsi Stadensem abbatem, de suis in ipsorum territorio pagis reditus colligentem, interficiunt; & mutatis pagorum nominibus, in suam eos redegerunt potestatem: *ut Holsatiense habet Chron.* Vulgus Constantinopolitanum, Isaacio per tumultum in Imperatorem designato, in templo palatii prædas agit, & sacras imagines suis spoliat ornatibus: *ut Nicetæ Annales referunt, sub imperio Andronici.*

† lib. 3.

Abusus bonorum. Episcopi nostri hodie domos, non impares ecclesiis magnitudine, construunt: pictos delectantur habere thalamos. Pauper autem sinè vestibus incedit; & vacuo ventre clamat ad ostium. O' mira delectatio! Trojanos gestat paries pictus; purpurâ & auro vestitur: & Christianis negantur veteres panni. Hectori clypeus datur auro splendens: pauperi verò, ad januam clamitanti, non porrigitur panis. Et ut verum fatear, spoliantur pauperes sæpè; ut vestiantur lapides & ligna. *ut Vincentius † ex Hugone Parisiensi refert.*

† l. 27. c. 18.

Injustæ exactiones. Miecislaus, Polonorum Dux, ad gubernacula accitus, initio principatûs, asperitate & avaritiâ, subditorum animos à se avertit. Nova enim onera, nova vectigalia, variasque exactiones, equitibus ac plebeiis imponebat; & levi de causâ, bonorum confiscatione quosvis mulctabat: Præfectos suos in aliorum facultates grassari jubebat: afflictorum querimonias inclementioribus dictis retundebat: *teste Cromero.* *

* lib. 6.

Mendacia. Quidam impostor, Heinricum Imperatorem se esse mentiens, plurimos seduxit; multarumque cædium autor fuit. Sed fraude detectâ, ipse Cluniaci in monachum tondetur, anno 1138. *ut Sigeberti Continuator testatur.* Ericus, Daniæ Rex, rerum a se gestarum virtutem tantis laudibus prosequi consueverat, ut veri interdum fidem excederet. *Saxo.* *

* lib 14.

Perfidia. Sclavi, à cruce-signatorum exercitu victi, sub-

jectionem

jectionem & vitæ emendationem promiserunt. Sed paulò pòst, soluto exercitu, in deterius lapsi sunt; & Baptismo antea abluti, ad volutabrum rediêre. Et licèt omnes, quos in vinculis tenebant, Danos, se dimissuros, fidem dederant: senes tantùm, retentis iis, quorum opera ipsis usui esse poterat, dimiserunt. *Helmoldus.** Valentes, contra fidem Heinrico Anglorum Regi datam, in terras ipsius prædas agunt: *ut Sigeberti refert Continuator.* Archonenses, bellicâ manu coacti, ab Erico Danorum Rege, Christianam amplectuntur religionem. Sed post victoris discessum, abjectâ religione, ad sua rediêre idola: *ut Saxo Grammaticus† scribit.*

Fraudes & doli. Cùm Blachi, à defectione ab Imperatore Isaacio Angelo, ad quam à Petro & Asane fratribus inducebantur, rei difficultate territi, abhorrerent: fratres, ut popularibus suis eum metum adimerent, ædem nomine præclari martyris Demetrii ædificarunt; in eamque multos dæmoniacos utriusque sexûs coëgerunt: qui cruentis & perversis pupillis, effusisque crinibus, cætera omnia exquisite exprimebant, quæ id genus hominum propria habet. eosque docebant in furore proloqui; Deo visum esse, ut gens Bulgarorum & Blachorum, diuturnio jugo excusso, libertatem sequatur: eàque de causâ, Christi martyrem Demetrium, relictâ metropoli Thessalonicâ & æde, Romanorumque consuetudine, ad ipsos pervenisse, adjuturum id opus. Igitur vecordes isti homines paulùm morati, & subitò majore spiritu collecto, rursus alienati, exagitabantur; & clàm voce, quasi numine afflati, clamabant: Non amplius desidiæ esse locum; sed arreptis armis Romanos invadendos esse: & qui in bello caperentur, non conservandos aut vendendos; sed inclementer occidendos esse, & prece & precio repudiatis: neque magis ullâ obtestatione moveri oportere, quam adamantem. Tota igitur gens, à talibus vatibus concitata, ad arma concurrit: & ut initia defectionis auspicata fuerunt; magis etiam credidêre Deum libertati favere. *Annales Nicetæ Choniatæ. sub imperio Isaacii Angeli.**

RITUS CIRCA JUS-JURANDUM.

EXstat *apud Radevicum*† forma quædam juramenti; quâ Episcopi, & pleræque Italię civitates, fidelitatem Imperatori promittere coacti fuêre: quam adscribimus. *Ego juro, quod à modò in antea ero fidelis Domino meo Friderico, Imperatori Romanorum, contra omnes homines; sicut jure debeo Domino & Imperatori: & adjuvabo eum retinere coronam Imperii, & omnem honorem ejus in Italiâ; nominatim & specialiter civitatem illam, & quicquid in eâ juris habere debet; vel in omni virtute comitatûs vel episcopatûs N. regalia sua ei non auferam ibidem, nec alibi. &, si fuerint ablata; bonâ fide recuperare & retinere adjuvabo. Neque in consilio ero, neque in facto, quod vitam, membrum, vel honorem suum, perdat, vel malâ captione teneatur. Omne mandatum ejus, quod ipse mihi fecerit, per se, vel epistolam suam, aut per Legatum suum de facienda justitia, fideliter observabo; & illud audire vel recipere, vel complere, nullo malo ingenio vitabo. Has omnia observabo bonâ fide, sine fraude. Sic me Deus adjuvet & hac sancta quatuor Evangelia!*

Andronicus, cùm, cœlesti pane percepto, ad calicem preciosi & vivifici sanguinis bibendum accederet: manibus tanquam ad poculum prehendendum extentis, & vultu ad tristitiam composito, per veneranda mysteria, ferè omnibus iis adstantibus & audientibus, qui in sacro adyto erant, jurat: se non aliâ de causâ Imperium accepisse, nisi ut Alexium Imperatorem & consobrinum juvaret, ejusque potentiam stabiliret. *Annales Nicetæ, sub imperio Alexii Comneni.*

Moris esse, refert *Nicetas*:* ut fedus icturis magnatibus, in pectore vena incidatur; & suum alter alteri sanguinem propinet.

Multi Principes & Comites, Guibaldo Cassinensi abbati, super Evangelia lignumque Domini, Sanctorumque reliquias, præsidente Imperatore Lothario, fidem & obedientiam promittunt. *Chronicon Cassinense.*†

Usque hodie à Christianis jurando dicitur; cùm aliquid, quod facere nolunt, rogantur: Judæus sim ego, si faciam. *ut Petrus Alfonsus** *indicat.*

* cap. 66. † lib. 14. * lib. 8. † Lib. 3. cap. 19. * lib. 2. de gestis Isaacii. † lib. 4. c. 125. * Tit. 2. Dial.

RITUS DEMONSTRANDI innocentiam.

FLandris Philippus Comes ejusmodi legem, pro declarandâ innocentiâ, tulit, anno 1164. Si quis vulnus in nocte acceptum alii imputaverit: si Scabinis dignum videtur; ferro candenti se excusabit accusatus. Si aufugerit, manum perdet. *Item*: Si fur vocatus accusatus fuerit; ferro candenti se excusabit: si culpabilis permanserit; suspendetur. *Chron. Flandriæ.*

Sclavis, postquam veram ipsi amplexi sunt religionem, in arboribus, fontibus & lapidibus, jurare interdictum fuit; sed de criminibus suspectos sacerdoti, vel ferro vel vomere examinandos, offerebãt. *Helmoldus.** Et *Saxo Grammaticus*† exemplum probatæ in hunc modũ pudicitię annotat: Ad igniti ferri contrectationem, puellam quandam, illæsam pudicitiam probandi causâ, deductam, ex Hildeberti Cenomanensis epistolâ 17. ad archidiaconum quendam, apparet.

RITUS ELIGENDI INAUGURANDIQ; Imperatores.

HEinricus V. primùm à patre, deinde ab universis Germaniæ Principibus, in regem jam secundò electus, ab Apostolicis quoque Legatis, per manûs impositionem, catholicè confirmatus; acceptus, tam ab episcopis, quàm à laicis Principibus, juxta morem regni, sacramentis, regnare cœpit. *Crantzius in Saxoniâ.** Ab ipso autem, Romam, pontificiæ inaugurationis petendæ gratiâ, appropinquante, Paschalis Pontifex, per nuntios, salvum conductum expetebat. Cæsar, obsidibus datis receptisque, jurejurando Pontifici vitę incolumitatem promisit: ac nominatim de Apuliâ, Calabriâ, Siciliâ, Capuanoque principatu, restituendis, ei spem fecit; ac denique, quòd omne Romanæ ecclesiæ jus inviolatum sit relicturus. Posthæc, Pontifex obviàm ei misit, in montem Gaudii, qui & Marii dicitur, bajulos cereostatarios, staurophoros, aquiliferos, leoniferos, lupiferos, draconarios, candiatos, defensores, stratores; populique infinitam multitudinem, cum floribus atque arborum ramis, & palmis. Duo ex more juramenta, unum juxta ponticulum, alterum ante porticûs portam, populo fecit. Ante portam à Judæis; in portâ à Græcis canentibus, exceptus est. Illic omnis Romanæ urbis clerus, ex Pontificis præcepto, convenerat: qui eum, equo delapsum, ad S. Petri gradus, cum laudibus deduxerunt. Cùm verò superiores gradus evasisset: illic Dominus Papa, cum Episcopis pluribus, Cardinalibus, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & omni Cantorum scholâ & Ministris, interfuit. Quem Imperator ut vidit; ad ejus vestigia corruit: exsurgensque in nomine Trinitatis, in ore, fronte, oculis, ei pacis osculum dedit; stratorisque implevit officium. Moxque dextram Pontificis tenens, magno cum populi gaudio, magnisq; clamoribus, ad portam argenteam venit. Ibi ex libro professionem Imperatoriam fecit, & à Pontifice Imperator designatus est: rursùmque osculato Pontifice, orationem primam continuò super eum Lavicanus episcopus dedit, ex more. Post basilicæ ingressum, cùm in arcem porphyreticam pervenissent; positis sedibus, uterq; consedit. Ibi Pontifex, Ecclesiæ suum jus, & cætera, quæ in conventionis chartâ scripta erant, restitui postulavit. Verùm Imperatoris familiares eum, ne consentiret, dehortabantur. Sicque ad vesperam ferè disceptatum est. Tandem, cùm Pontifex Regem prorsus inungere detrectaret; ab armatis Imperatoris militibus, unà cum Cardinalibus capitur, captivusque abducitur: *ut in Chronico Cassinensi** *scribitur.* Sed iis reconciliatis, Idibus Aprilis, octavo post Pascha die, Heinricus à Senatu Populoque Romano, magno gaudio, in templum Petri deducitur: à Paschali, sacro chrismate inunctus, Imperii ornatur diademate, & Augustus salutatur: *teste Urspergensi.*

Fridericus, paribus Procerum suffragiis electus Rex, Aquisgrani, in frequentissimâ Principum & Episcoporum coronâ, ab Arnoldo, Coloniensi archiepiscopo, consecratur; & sedem Regis Francorum, quæ in eâdem ecclesiâ à Carolo Magno posita est, conscendere jubetur: *ut Frisingen-*

* cap. 84. † lib. 14. * lib. 5. c. 31. * l. 4. c. 40.

fis* in Vita ejus testatur. Nec multò pòst, pontificiæ inaugurationis gratiâ, Romam cum omni exercitu profectus est: ibique ad ecclesiæ limina, honorificè a Papâ, magno Cardinalium numero stipato, excipitur: & ingressi simul templum, solenni ritu consecrationis opus peregerunt. Porrò armatæ Imperatoris cohortes, foris, circumquaque templum cingentes, præstolabantur. Invitis enim Romanis (ut Aventinus testatur) Augustus salutabatur Fridericus à Pontifice. Helmoldus in Sclavorum Chronico.†

ET REGES.

Balduinus junior, Hierosolymorum Rex, in feriis Pentecostes, per Legatum Romanum publicè inungitur: ut Hedio† scribit.

Anno superiore, quàm Ludovicus Francorum Rex mortem obiret, filium Philippum regni consortem assumsit. Quare Remos perductum, magnâ pompâ adolescentem sacrare jubet, de[ci]mum-quartum vix annum agentem. Cui rei Guillermus, novelli Regis avunculus, ejusdem urbis Primas, & S. Sabinæ Cardinalis, Romanus Legatus, & Heinricus Angliæ Rex, interfuère: ut Robertus† scribit.

RITUS ADORANDI
Antichristum.

HEinricus V. Imperator, ad vestigia Paschalis Romani Pontificis corruit: exurgensque in nomine Trinitatis, in ore, in fronte, oculis, pacis osculum ei fixit, stratorisque implevit officium: moxque dextram Pontificis apprehendens, ad templum simul ivère. Chronicon Casinense.*

SUPPLICANDI RITUS.

LOtharius, Saxonum Dux, Moguntii, in celebri Principum coronâ, nudis pedibus, & discinctus, ad pedes Heinrici Imperatoris procumbens, veniam petiit, & impetravit. Aventinus.†

Mediolanenses, cum Imperatore Friderico in gratiam redituri, ipsum in curiâ accedunt. In-primis Clerus omnis, & quiq; fuerant ecclesiastici ordinis ministri, cum Archiepiscopo suo, prælatis crucibus, nudis pedibus, humili habitu: deinde Consules & Majores civitatis, itèm abjectâ veste, pedibus nudis, exsertos super cervices gladios ferentes. Radevicus.*

Cives in Nicæâ urbe, obsessi ab Andronico, cùm res ad extremum casum perducta esset, monente & præeunte Nicolao pontifice, sacrâ veste induto, & Evangeliorum volumen manibus gestante, cum sacerdotibus & universâ multitudine, ne mulieribus quidem & pueris exceptis, sinè ullis armis; sed supplices, frondes manibus præferentes, apertis capitibus, nudisq; pedibus, submissâ voce misericordiam expetebant: ut Nicetas sub imperio Andronici scribit.

Andronicus, impetratâ per Legatos, a Manuele Imperatore, delictorum veniâ & publicâ fide, aliquantò pòst in urbem reversus est: gravi catenâ collo circumligatâ, & sub veste ad pedes usque demissâ, ne à quoquam adstantium videri posset. Cumque in Imperatoris venisset cõspectum: humi, quantus erat, prostratus, catenâ prolatâ, & largis lacrymis offensarum veniam, magnâ contentione, supplici & miserabili gestu, flagitavit. Quo viso, ipse Imperator in lacrymas erupit, eumque levari jussit: ut Annales Nicetæ habent.

RITUS TRIUMPHANDI.

IOhannes, Constantinopolitanus Imperator, devictis Persis, triumphum indicit. Cumque dies supplicationi adesset: omnis generis tapetes, auro & purpurâ intexti, vicos exornabant: nec deerant Christi & Sanctorum effigies, in iis ad vivum expressæ. Quadrigæ quatuor equis, niv[eis sp]lendidioribus, trahebantur. Imperator verò currum non conscendit: sed Dei-genetricis imaginem in eo collocavit; ob quam lætitiâ exultabat, & animo penè linquebatur: cui victorias, ut colle[g]æ Imperii invictæ, acceptas ferebat. [Ha]benas [...] iria potent[...]mis moderandas, & cognatis suis currum curandum, dedit: ipse [c]rucem in manu gestit, pe[d]es antece[ss]it; & D[ei-genetr]icis templum ingressus, atque in[...] pec[ca]ton[...]is p[...], ob successu g[...] Deo actis, in palatium abiit. An[nales N]icetæ Choniatæ.

CAPUT VII.
DE POLITIA ET GUBERNATIONE ECCLESIÆ.

FOrma gubernationis ecclesiasticæ eadem fuit; quæ in superioribus seculis: nisi quòd Pontifices subindè superstitiosos cultus auxerunt, & more Antichristi potenter dominati sunt. Id verò ex historiâ planum faciemus.

DE PERSONIS.

ECclesiæ ministros elegerunt, vocarunt, ac confirmarunt, tum politici, tum ecclesiastici homines. ut:

Imperatores. Moguntinis enim Albertum; Coloniensibus Friedericum, Heinricus V. dedit episcopos: juxta Othonem Frisingensem, & Aventinum. Quamvis, hoc privilegii Saxones a Romano Pontifice impetrâsse, narrat Hedio: ut, defuncto aliquo episcopo, clerus & populus, repudiato prorsus Imperatoris suffragio, successorem sibi constituant.

Clerus & populus. Clerus Luxoniensis & populus, & tota simul ut audivi, Ecclesia, destituta morte episcopi sui dominum Arnulphum, Sagiensem archidiaconum, sibi in pontificem & pastorem elegit. Petrus Cluniacensis.*

Salamantinus episcopus apud Hispanos, ab omni clero, ab omni populo, canonicè, pacificè, communiter accedente & Regis voto, ad S. Jacobi ecclesiam, quæ reliquarum caput est, evehitur. Petrus Cluniacensis.*

¶ Alii fraudibus & magiâ sese ingesserunt. Robertus, Attrebatensis & Tornacensis simul episcopus, familiaris cujusdam dæmonis ope, ad tantos honorum gradus ascendisse creditur. Antoninus.† Heinricum monachum, per dolum, ab Eugenio Papâ, Eboraci constitutum episcopum, ait Matthæus Parisiensis. Perfidiâ, & pecuniæ in [Car]dinales erogatione, Arnoldus Moguntinâ sede potitur. Chronicon Mogunt. Camaterus Basilius, cùm data scripto se obligâsset Andronico, se, quicquid ipsi cordi esset, quantumvis illicitum, facturum; pontificatum Constantinopolitanum adipiscitur. Nicetas, sub imperio Alexii Comneni Porphyrogeniti. Et Petrus Blesensis queritur:* O' curæ hominum! o quantum est in rebus inane! O' inanis gloria & ambitio cæca! o terrena honorum inexplebilis fames! o tinea cordium, animarum subversio, cupiditas dignitatum! Unde obrepsit hæc pestis? unde invaluit hæc exsecranda præsumtio; ut indigni dignitates ambiant? & quanto minus meruerunt adscendere ad honores; tantò importunius honoribus se importent? Hodie per fas & nefas, in animæ corporisque discrimen, currunt infelices ad cathedram pastoralem: nec attendunt, quod sit eis cathedra pestilentia; dum sibi & aliis occasio sunt ruinæ. In gregibus & armentis, aries & taurus, corpore & animositate præstantior, alios antecedit: homo vero, bestiis aliis bestialior, tantò indiscretius & audacius præesse præsumit; quanto minus de virtutum titulo, aut conscientiæ sinceritate, confidit. utinam saperent & intelligerent, ac novissima providerent; nec populi iniquitates suis excessibus congregarent! Itèm:* Irrumpunt Latrones sancta sanctorum. sanctuarii verò lapides dispergunter in capite omnium Prælatorum. Convertuntur claustra in fora; religiosi in mechanicos; pastores in lupos; lilium in spinas. &c.

¶ Ipsæ autem personæ delectæ sunt, & cooptatæ in numerum Episcoporum & Abbatum:

Ex Nobilibus. Albertum Lotharingum, Comitem à Sarbruck, Cancellarium, Heinricus V. Moguntinum designat pontificem. Otho Frisingensis.*

Ex Monachis. Paschal[is] è monacho pontifex factus est. Simoneta.* Wilhelmus Rhedingensis, Angliæ monachus, [a]b Heinrico Anglorum Rege, post certas in Galliis legationes, archiepiscopatum Burdegalensem in præmium accepit. Balæus.* Eugenius III. monachus fuit. Platina. Temporibus Roger[ii] Beccensis abbatis apud Normannos, duode[c]im indè monachi ad abbatias; & postea a[d] ecclesia-

rum

rum regimen contenderunt. *Sigeberti Continuator.* Heinricus, Ludovici Francorum Regis frater germanus, ex monacho Clarevallensi, ad episcopatum Belvacensem evehitur, anno 1149. *Idem.* Helias, S. Sulpitii abbas, Aurelianensibus datur episcopus. *Petrus Cluniacensis.*†

Ex Sacerdotibus. Richardus Anglus, sacerdotalis ordinis, a Guilhelmo Siciliæ Rege, Syracusanus creatur episcopus. *Balaus.** Richardus, ex archidiacono, fit Abrincatensis episcopus. *Sigeberti Continuator.* Milo archidiaconus, Morinorum designatur episcopus, anno 1159. *Chronicon Flandriæ.*

Ex Laicis. Ex laico Cantuariensem episcopum factum Thomam, annotant, *Matthæus Parisiensis, & Balæus.*†

DE GRADIBUS PER-
sonarum.

MAnserunt hac ætate, in usu ecclesiasticorum virorum, magnifici tituli. Nam Cardinalium, quorum magnum sanè numerum Pontifices Romani procrearunt, *Marianus in Chronico, Sigeberti Continuator, & Platina,* mentionem faciunt.

Patriarchæ. Rectorem & Patriarcham Hierosolymitanæ Ecclesiæ, quæ omnium Ecclesiarum singularis sit mater, & gentium domina, te vocat Daibertus, in quâdam epistolâ, *apud Tyrium.*†

Pontifex. Maximus Armeniorum pontifex, catholicus dicitur, *apud Tyrium.*† Pontificis de Ripa meminit *Helmoldus.*

Archiepiscopi. Tyrensis meminit *Wilhelmus Tyrius.** Archiepiscopum Hamburgensem vocat *Helmoldus.*† Estque Archiepiscoporum & Episcoporum appellatio usitata Scriptoribus.

Malachiam Hiberniæ Metropolitanum vocat *Schedelius.*

Episcoporum, quos vocant Suffraganeos, meminit *Helmoldus.*† Ad Cantuariensem archiepiscopum, & ejusdem suffraganeos, Alexandri III. epistola, *tomo 2. Conciliorum* videtur.

Magistrum nominatissimum Laudunicæ civitatis, Anselmum, *Continuator Sigeberti* vocat.

Canonicus. *Sigeberti Continuator.*

Senior. *Chronico Cass.*†

Decanus. Lethmarus apud Bremenses Decanus fuit, *teste Helmoldo.*

Archidiaconi. Quos Alexander III. sine licentiâ & mandato Episcopi, nemini animarum curam posse committere, ait.* Philippus, Caroli Crassi filius, Parisiensis archidiaconus fuit. *Gaguinus.*

Diaconi. Constantinus Mesopotamitanus, supremæ aulæ Constantinopoleos, sub Alexio Angelo, ex Lectore Diaconus creatur, per Patriarcham. *Nicetas, de gestis Alexii.*†

Vicarius. Duas simul ecclesias tenere Vicarium, Alexander III. prohibet.†

Presbyter. *Platina, Urspergensis.*

Primicerius. Adalbero Metensis Primicerius, fit Trevirensis archiepiscopus. *Sigeberti Continuator.*

Cantoris *Tyrius*† meminit.

Lector. Dytyparus Georgius, Magni templi lector fuit Constantinopoli, sub Andronico Imperatore. *teste Nicetâ.*

Sacristæ. Mauricius Salmuriensis sacrista fuit, anno 1177. *Sigeberti Continuator.*

¶ Exstat *apud Tyrium** catalogus sedium episcopalium, quæ Antiocheno Patriarchæ subjectæ erant: quem hic inserere visum est. Certum est, *inquit*, quòd inter tredecim Archiepiscopos, qui a diebus Apostolorum sedi Antiochenæ [illegible] fuerunt, Tyrensis quidem primum locum obtinuit, ita ut, mortuo Patriarchâ Antiocheno, Protothrono Tyrensi appellaretur. Sic [illegible] in Catalogo pontificum suffraganeorum, qui ad ecclesiam Antiochenam respiciunt, continetur in quo sic legitur.

Sedes prima, Tyrus: sub qua sede sunt episcopatus X[illegible]

Porphyreon. Ptolemais.
Ar[illegible]s. Sidon.
Sarepta. Antarados.
Biblium. Paneas.
Botrion. Maraclea.
Ortosia. Araclia.
Arados. Tripolis.

Sedes secunda, Tarsus. Sub hac sede sunt episcopatus V.

Sebastia. Chorieos.
Mallos. Poderados.
Thina.

Sedes tertia, Edissa. Sub hac sede sunt episcopatus X.

Virchi. Cedmaron.
Constantia. H[illegible]meri[illegible].
Capron. Q[illegible]erquensia.
Marcopolis. Taparon.
Varnon. C[illegible]imeos.

Sedes quarta, Apamia: sub qua sede sunt episcopatus VII.

Epiphania. Mariania.
Seleuconvilla. Ruphania.
Larissa. Arethusa.
Valanea.

Sedes quinta, Hierapolis: sub qua sunt episcopatus IIX.

Zeumâ. Perri.
Surron. Ormion.
Varnalis. Dolichi.
Neocæsarea. Europi.

Sedes sexta, Bostra: sub quâ sede sunt episcopatus XIX.

Cerasson. Constantia.
Philadelphia. Parambolis.
Adraon. Dionysia.
Midanon. Conohaton.
Anstamidon. Maximopolis.
Belmindon. Philippolis.
Zoroyma. Chrysopolis.
Herry. Heylon.
Iceny. Lorea.
Euthymii.

Sedes septima, Anavarza: sub quâ sede sunt episcopatus IX.

Epiphania. Rossas.
Alexandria. Castravalet.
Hieronopolis. Egeas.
Cambrisopolis. Sysia.
Flavias.

Sedes octava, Seleucia. Sub hac sede sunt episcopatus XXIV.

Claudiopolis. Selinuntis.
Diocæsarea. Hioropy.
Oropi. Philadelphia parva.
Dalysanidos. Hermopolis.
Serinla. Germanicopolis.
Celenderis. Mosoda.
Anemory. Den[illegible]enopolis.
Tytopolis. Sbydi.
Lamosy. Synopolis.
Antiochia parva. Adrasson.
Nephelia. M[illegible]yim.
Ristra. Neapolis.

Sedes nona, Damascus. Sub hac sede sunt episcopatus XI.

Ably. Danabi.
Palimpon. Carathea.
Laodicea. Hardam.
E[illegible]ia. Surra.
Renocora. Q[illegible]in.
Hiabanda.

Sedes decima, Amida. Sub hac sunt episcopatus VI[illegible]

Hynilon. Artamosata.
Val[illegible]um. Sophin.

Caytaris. Zeuma.
Ryphi.

Sedes undecima, Sergiopolis. Sub hac sede sunt episcopatus IV.

Bizanonias. Venethal.
Marcopolis. Ermenia.

Sedes duodecima. Theodosiopolis sub qua sunt episcopatus VII.

Oricos. Axieri.
Maznimi. Tarofia.
Maurioeastron. Palitinios.
Agymaria.

Sedes decimatertia, Emissa. Sub hac sede sunt episcopatus IV.

Arqui. Herigem.
Orisson. Oragiton.

Metropolitani per se subsistentes IIX.

Piericus. Cyros.
Heliopolis. Pompeiopolis.
Laodicea. Mopsphestia.
Samosata. Adama.

Archiepiscopi XIII.

Verea. Paltos.
Calquis. Germanicia.
Gabula. Salamias.
Seleucia. Varcolos.
Piperia. Fassos.
Anatar. Ananagarthon.
Phon.

At, juxta traditiones Veterum, & quædam etiam scripta, quæ auctoritatem habent non-modicam apud Palæstinos, & maximè Græcos; Hierosolymitana ecclesia, usq; ad tempora Justiniani, sanctæ recordationis Augusti, episcopum habuit, nullâ, vel modicâ dignitatis prærogativâ gaudentem. Tempore verò prædicti Deo-dilecti Principis, congregata est Synodus generalis apud Constantinopolim, tempore domini Vigilii Papæ, Eutychii Constantinopolitani, Apollinarii Alexandrini, Pauli Antiocheni, Eustochii Hierosolymitani, Patriarcharum, super tribus capitulis: videlicet Scriptis Theodoreti Cyri, item Scriptis Theodori Mopsphestiæ, episcoporum; & Epistolâ Hyberæ ad Marim Persam. In quâ Synodo, post alias Ecclesiæ Dei necessarias institutiones, quas pro tempore promulgandas decreverat sanctorum Patrum, qui ad eam convenerant, autoritas, prædictam Deo-amabilem honorate ecclesiam, & ejus episcopo locum inter Patriarchas dare, communi sanxit voluntate; reverentiam exhibens sanctæ Resurrectioni. Et quoniam prædicta Dei-cultrix civitas, quasi in limite Alexandrini & Antiocheni patriarchatuum erat, nec haberet, unde illi urbes ordinaret suffraganeas, nisi utrique patriarchę aliquid detraherent: visum est expedire, ab utroque aliquid decerpere, ut eidem, juxta formam aliorum patriarchatuum, ordinarent subjectos. Subtraxerunt ergo Antiocheno, Cæsareensem & Scythopolitanum, metropolitanos: Alexandrino verò, Rabensem & Berythensem, item metropolitanos. Et quoniam iterum eundem Patriarcham oportebat habere, præter supradictos Metropolitanos, familiares Suffraganeos, quos Græci Cancellos vocant: subtraxerunt prædictis Metropolitanis quosdam episcopos, & quosdam de novo creaverunt, usque ad vigesimum-quintum: quorum urbium numerum & nomina subjunximus, computatis prius Metropolitanis, & eorum Suffraganeis. Est autem ordo talis.

Sedes prima, Cæsarea maritima. Sub hac sede sunt episcopatus XX.

Dora. Regium Hierico.
Antipatrida. Regium Livas.
Jamnias. Regium Gadaron.
Nicopolis. Azotus.
Onus. Hiaralus.
Sorutis. Azotus.
Raphias. Hippum.
Regium A[illegible]. Elomason.

Triconias. Saltum.
Taxus. Constantinianum.

Sedes secunda, Scythopolis. Sub hac sede sunt episcopatus IX.

Capitoliados. Terraeonias.
Miru. Clima.
Gadaron. Gallanis.
Pelon. Comanas.
Philippus.

Sedes tertia, Rubba Moabitis. Sub hac sede sunt episcopatus XII.

Augustopolis. Zora.
Arnidilla. Virossam.
Carah. Pentacomia.
Hierapolis. Mamapion.
Memfidos. Mitrocomias.
Eluris. *Saltum Hieraticon.

Sedes quarta, Becerra Arabia. Sub hac sunt episcopatus XXXV.

Adrasson. Euacomias.
Dias. Comogannas.
Medavon. Comogeros.
Hierasson. Comoltanis.
Nein. Comis.
Philadelphia. Mahederon.
Hierapolis. Comocoreatos.
Eluos. Comis-Copion.
Neapolis. Comis-Julianos.
Phenustus. Comis-Pygmarethon.
Philopopolis. Comis-Petus.
Dionysius. Comis-Anathon.
Constantianis. Comis-Neotis.
Pentacomias. Clima Anatolis quevilinon.
Tricomias.
Conatados. Comis-Anochis.
Saltu-Vocaneos. Comis-Traliconos.
Hexacomias. Comis-Nephdousos.

Suffraganea.

Lydda. Capitolina.
Joppe. Mauronensis.
Ascalon. Gedera.
Gaza. Nazareth.
Mennas. Thabor.
Diocletianopolis. Caraca, vel Petra.
Bergrobin. Hadrago.
Neapolis. Aphra.
Sebastea. Helem.
Hiericuntos. Faran.
Tiberiadis. Helenopolis.
Diocæsarea. Mons Syna.
Legionum.

DISTINCTIO COETUS *ecclesiastici.*

Porrò, ipse piscium numerus, (*de quo Johannis 21.**) talis divinitùs provisus est: qui non in uno limite contentus; sed tribus continuis limitibus, scilicet centenis, deceno, & singulari, dispositus sit. Quæ videlicet dispositio Arithmeticis nota est. Cur hoc? nisi quia homines, quos isti pisces significat, non omnes in eodem ordine vel proposito, sed diversis ordinibus, licèt in eâdem fide, distincti sunt! Alii nãq; conjugati; alii vidui vel continentes sunt; alii vitam virgineam ducunt. Et in laxiori quidem ordine vel proposito plures, sed minùs-valentes: in arctiori pauciores, sed preciosiores sunt. Nam & juxta parabolam seminantis, centesimus fructus pauciorum, id est, Virginum est: tricenarius plurium, id est, Conjugatorum: sexagesimus mediorum, id est, Continentium, sive Viduarum. *Rupertus Tuitiensis.*†

Et PETRUS BLESENSIS inquit:* *Nobis Diaconis consecratio illius Salvatoris committitur, non ut conficiamus; sed ut conficientibus devotè & humiliter assistamus. Et quæ absurditas est, si Diaconi, & maximè Archidiaconi, in suo ordine perseverent? Non hunc ordinem Archidiaconis ecclesi[..] ulla censura præscribit; & episcopatus presbyteratum annexus est? Si & archidiaconatum diaconatus ordo, quædam conscientia inseparab[...] comitatur. Ideo*

* vers. 11.

† lib. 4. in Iob c. 21

* Epist. 114.

fi-

simplices Diaconi, urgente necessitate vel utilitatum instantiâ juxta Carthaginense concilium, ad eminentiores ordines possunt cogi: sed quòd ad hoc de jure coarctari possit Archidiaconus, nusquam legitur. Et paulo pòst: *Porro, turbato dignitatum ordine, Archidiaconi hodie Sacerdotibus praeeminent, & in eos vim & potestatem exercent suæ jurisdictionis. Ea-propter Archidiaconum Presbyterum promoveri, non est honorem augeri, sed minui.*

DE RATIONE GUBERNATIONIS.

T*Radiderunt doctrinam.* Egregium verbi Dei seminatorem, Gaufredum, Burdegalensem antistitem, vocat *Hildebertus in epistola.* Theodoricus, Cicensis episcopus, contra schismata, quæ suis temporibus nonnunquam pullulabant, propugnator catholicus, & in omni pastorali solicitudine, commissæ sibi Ecclesiæ deludâs utilitatibus. *Ursperg.* Hermannus, Novi monasterii Præpositus, in prædicatione Euangelii, Ludolphum Segebergensem, & Brunonem Aldenburgensem, fideliter juvit apud vicinos Barbaros. *Helmoldus.** Gislebertus, Pictavorum antistes, Epistolas Pauli & Psalmos enarrat. Petrus de Rigâ, Remis Scripturam explicat. *Trithemius, Pantaleon.* Wernerum, Mersburgensem episcopum, Vandalos, quos Sorabos vocant, sacrâ religione imbuisse, *Chronicon Mersburgense* tradit. Michaelis, Thessalonicensis concionatoris, meminit *Nicetas de gestis Manuelis.*†

¶ *Falsa dogmata confutarunt.* Oportet, (*inquit Petrus Cluniacensis*†) adversùs multiformes luporum insidias, pastoralem oculum vigilare; &, ne in aliquo grex dominicus lædatur, irrequieto studio satagere.

Cùm legatio Calojohannis, Imperatoris Græcorum, ad Innocentium Pontificem, Græcum quendam Philosophum haberet sanè acutum: is, ostentandi ingenii gratiâ, Romanæ ecclesiæ viros arguebat haud religiosè tacere; quòd, cum semel in Niceno concilio [illegible] ratum esset, Spiritum sanctum a Patre duntaxat procedere, [illegible] à Patre & Filio dicerent. Cui Petrus Diaconus, Cardinalis acutissimi ingenii, occurrens: Si, inquit, Romani damnandi sunt, qui addiderunt, Spiritum sanctum à Filio quoque procedere: multò justiùs vos Græci accusandi sunt, qui id fieri a solo Patre dicitis: cùm eodem conventu disertè pronunciatum esset, à Patre procedere: & non a solo Patre, ut vos ineptè asseritis. Ille, tempestivo Diaconi occursu sic elusus, obticuit. *Cuspinianus de Imperatoribus.*

Peregrinationes ad loca sancta, in epistolâ quâdam, *Hildebertus Cenomanensis* rejicit.

¶ *Libros composuerunt.* Ottho, Frisingensis episcopus, historiam à condito Mundo, ad sua usque tempora, scripsit. Et Fridericus Imperator, eidem res suas, per quinquennium gestas, breviter descriptas misit; petens, ut eas, more historico dilatatas, memoriæ posteritatis tradat. *Imperatoris epistola, libris de Vitâ ejus scriptis præfixa habetur.* Petrus Lombardus, Parisiensis episcopus, libros Sententiarum comportavit. Et Ludovico Rege petente, Hugo Parisiensis, S. Victoris Canonicus, S. Dionysii Hierarchiam, multis obscuritatibus refertam, explicuit. *Sigeberti Continuator.* Ad objectionem, de superfluo scribendi labore, eleganter respondet *Rupertus, Tuitiensis abbas*, in Prologo enarrationi Apocalypsis præfixo: *Sed dicet aliquis: Jam satis est, quod alii meliores & sanctiores, nihilominus & doctiores, invenerunt atque scripserunt. Illicitum est, temerarium est, adjicere quippiam ad ea quæ a nominatis catholicis Patribus dicta sunt, atque ita fastidium legentibus facere, augendo multitudines commentariorum. Ad hæc [illegible] Nimirum sanctarum spatiosus ager Scripturarum, omnibus Christi confessoribus communis est: & tractandi illas nulli jure negari potest licentia; dummodo salva fide, quod sentit, dicat aut scribat. Quis namque rectè indignetur, aut quid in eadem possessione, post unum aut duos puteos, quos foderunt patres præcedentes, plures propria fodiant labore filii succedentes? Denique Isaac & alios puteos fodit, præter illos, quos foderant servi patris sui Abrahæ, quos, illo mortuo, olim obstruxerant P[illegible]. Nam, postquam & illos rursum fodit appellavit, eos [illegible] nominibus, quibus ante pater vocaverat [illegible] Scriptura, & dicit.* Foderunt [illegible] in torrente, & reperiunt quam vivam. *Item:* Foderunt & alium. *Ac deinceps:** Profectus [illegible] alium puteum. *Itaque juxta hanc regulam, nobis quoque concedant, post illos puteos, quos foderunt, id est, post illos tractatus, quos tractaverunt patres & priores nostri; & alios fodere puteos proprii vomere ingenii; dummodo vivam & nos aquam reperire possimus, quæ nulli noceat bibenti, nulli scandalum vel errorem faciat legenti.*

¶ *Ad bonos mores hortati sunt.* Malcolmum, Scotorum Regem, gravi oratione, de ducendâ conjuge, monet Arnoldus, episcopus Andreæ in Procerum quodam conventu. *Hector Boëthius.*† Ad vitæ novitatem, quendam hortatur *Hildebertus*, per epistolam. *Petrus Blesensis,** quendam amicum, ebrietati deditum, reprehendit; & gravissimis rationibus, ex dictis & exemplis sacræ Scripturæ desumptis, quam grave sit peccatum, ostendit.

¶ *Vitia & peccata graviter & liberè arguebant.* Forum Plunense, quod singulis diebus dominicis frequentabatur à Sclavis & a Saxonibus, in verbo Domini Geroldus Aldenburgensis episcopus, prohibuit: eò quòd populus Christianus, deserto cultu Ecclesiæ & Missarum solenniis, mercationibus tantùm operam daret. Hanc ergo pernicosam idololatriam, præter multorum opinionem, animi constantiâ destruxit, præcipiens sub anathematis districtione, ne quis de cætero suscitaret ruinas ejus. Et consueverunt populi de cætero ad ecclesias, audire verbum Dei, & interesse sacris mysteriis. *Helmoldus.*†

*Petrus Blesensis,** Regis Francorum reprehendit Consiliarium quendam; quòd impiis contra Ecclesiam Regis conatibus non resisteret: docens, quòd si Regem non monueris de peccatis, Deum ab ipsius manu requisiturum regium sanguinem.

¶ *Confessiones audiebant.* Ludolphus, Sacerdos de Feule, summæ sanctitatis vir, magnusque confessor, frequentabatur à populis regionis, confitentium peccata sua; & remedio pœnitentiæ venturam iram declinare cupientium. *Helmoldus.**

¶ *Baptisabant.* Heinricus quidam Cardinalis, Elionoræ Reginæ Anglorum filiam baptizat. *Sigeberti Continuator.*

¶ *Orabant pro Ecclesiâ.* Inter sacra mysteria, Vicelinus pronus adoravit in terrâ, coram altari Domini: rogans fortissimum Dominum, ut cultus ipsius propagaretur, tam in eo loco, Buzovii scilicet, quàm in universâ latitudine Sclaviæ. Multotiens autem hominibus transmigrationis, inter exhortatoria verba, præsagiebat, cultum domus Dei sublimem in brevi futurum in Sclaviâ: & ne deficerent animis, habentes duram patientiam, ob spem meliorum. *Helmoldus.*† Et Sclavis Holsatiam vastantibus, idem hortabatur populum, in Deo spem suam constituere; agere litanias in jejunio & attritione cordis: eò quòd dies mali instarent. *Idem.**

¶ *In publicis calamitatibus, suos solabantur.* Sic Eustathius, Thessalonicensis episcopus, captâ a Siculis urbe, cives suos monuit: ut Dei verbera, tanquam benigni patris castigationem, æquis animis ferant, & ab eodem medicinam expectent. Nam, si sæpè, ut ait, percuteret, ai sæpissimè etiam mederi consuevit: præsertim si quis leniter, & cum gratiarum-actione, molestias perfert: neque ob acerbitatem earum, eum, à quo proficiscuntur, odio persequitur, nec cum providentiâ expostulat; nec judicii divini profunditate rejectâ, in secundis duntaxat rebus, & prospero fortunæ flatu bonum se præbere didicit. *Nicetas de gestis Andronici.**

¶ *Ministros examinabant, & ordinabant.* Tyrius Wilhelmum Guarimundus Hierosolymitanus consecrat episcopum. *Tyrius.*† Optatum, Orcadum insularum episcopum, or[illegible]vit Heinricus Eboracensis episcopus. *Polydorus.**

¶ *[illegible] gentes miser[illegible] doctores.* Ad Sclavos, Hartwicus Ha[illegible] V[illegible] & Fm[illegible]bardum, misit episc[illegible] *[illegible] in. [illegible].*† Ottho, Bambergensis episcopus, ad Pomerano[illegible] imperatâ a Romano [illegible] ab Imperatore quoque, ut [illegible] Ecclesiâ [illegible]. *Crantzius in Saxon.**

¶ *Pauperum [illegible]* Vicelinus L[illegible]phus, Epo Lub[illegible] V[illegible] ordus, aliique plur[illegible] apud Sclavos [illegible] cælibatum

vitæ, perdurare in oratione & jejunio, exerceri in operâ pietatis; visitare infirmos; alere egentes; tam propriã, quam proximorum salutem, curare. Super omnia vero pro Sclavorum vocatione solliciti orabant Dominum, ostium fidei quantocyus aperiri. *Helmoldus.*†

† cap. 48.

¶ *Conjuges initiabant.* Americus, Antiochenus patriarcha, Theodoram Balduino Hierosolymorum Regi copulavit. *Tyrius* †

† Lib. 18. c. 21

¶ *Causas matrimoniales dijudicabant.* Nam ad Genuensem archiepiscopum Alexander III. scribit: * *Illud quoque nobis innotuit, quod, cum libera mulier, per decem annos & ultra, cuidam servo scienter cohabitârit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipsum asserit suum non esse maritum. Verum vir, eam vendicans in uxorem, ostendit publicum instrumentum, in quo se-se conjuges nominant; & per quod, ipsum ei donationem propter nuptias fecisse apparet. Mulier vero instrumentum illud asserens vitiosum, ut servo domentus fraudaretur, plures testes produxit: quòd ille, ab amicis ejus sæpe rogatum, ut eam desponsaret, nec desponsâsse, nec desponsaturum se ipsam, firmiter asserebat. Vir autem, non nisi prædicto instrumento, & quibusdam testibus, qui viderant eam annulos deferentem, ipsam probavit uxorem. sed mulier, de more illarum, quæ panes vendunt, se annulos detulisse, dicebat. Verum, quia in ejusmodi dubietate, fama viciniæ magis debet attendi: si fama loci habet, quod ipsam in lecto, & in mensa, sicut uxorem tenuerit, (cùm matrimonium sit maris & fœminæ conjunctio, individuam vitæ consuetudinem retinens) cogenda est mulier, ut eidem viro affectu serviat conjugali: præsertim si præscriptum instrumentum ab eo conditum fuerit, qui officium suum fideliter adimplevit.* Item: * *Literis Fraternitatis tuæ receptis, nobis innotuit, quod, cum P. ab A. muliere quam in uxorem acceperat, peteret separari, accusatores matrimonii produxerunt testes, firmiter asserentes: quod, postquam mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, consanguineum viri ejusdem, solum cum sola nudum cum nuda, in eodem lecto jacentem, ea (ut credebant) intentione, ut eam cognosceret carnaliter, viderunt multis locis secretis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis. &c. Respondemus, quòd, ex hujusmodi violentâ & certâ suspicione fornicationis, potest sententia divortii promulgari: ita quidem, ut vir licentiam habeat, mortuâ illâ, ducendi aliam, muliere sine spe conjugii remanente.* Et ad Norvicensem episcopum: * *Lator præsentium suâ nobis insinuatione monstravit; quòd, cum quandam mulierem legitimè desponsâsset, & carnalis esset copula subsecuta, inter eos scandalum est subortum, cujus occasione debitum ei subtraxit. Consanguinei verò mulieris, hoc molestum habentes, quæstionem moverunt, proponentes, quod mulierem invitam & renitentem, nec ætatis aptæ matrimonio exsistentem, duxisset uxorem: & quoniam idem cupiebat vitam agere dissolutam, demum utriusque studio interveniente, fuerunt minus rationabiliter separati. Nolentes igitur, matrimonia, canonicè contracta, levitate quâdam dissolvi; mandamus, quatenus, si vobis constiterit, eos per judicium Ecclesiæ non fuisse legitime separatos, Ecclesiámque deceptam, ipsos faciatis sicut virum & uxorem in-simul permanere.*

* 1. Decr. tit. 23. c. 11

* ibid. c. 12.

* lib. 2. tit. 27. c. 7.

Virum uxorem, sine judicio Ecclesiæ, dimittere non posse, nec debere; Alexander III. statuit.*

* lib. 4. tit. 19 cap 2.

Ottho Bambergensis Pomeranis interdixit; ne quis cognatam suam, usque in sextam & septimam generationem, uxorem ducat. *Urspergensis.*

¶ *Monasteria, templa, scholas, gubernabant & visitabant.* Anno 1101. Johannes, Morinorum episcopus per omnia laudabilis, sacerdotes ambitiosos & avaros, propter eorum Simoniam, atque alia vitia, expulit ex oppido Hypiensi, rogatuque civium, Gerhardum quendam spectatæ vitæ sacerdotem, divorum Martini & Petri ecclesiis præposuit: qui statim, exstructo in pratis cœnobio, sodales sibi adjecit; qui juxta regulam divi Augustini viverent, doctrinisq; evangelicis populum imbuerent. *Chronicon Flandriæ.* Idem episcopus, adjuvantibus eum, Bertiniacensi abbate, & Balduino Principe Flandrorum, Blandiniense monasterium reformavit, anno 1[illegible]. Et Alexander ac Hadrianus, Romani Pontifices, in M[illegible]ouis Morinorum episcopi, ejusque successorum potestatem tradiderunt omnia monasteria, collegi[illegible]ue [illegible]erdotum suæ diœcesis. *Ibidem* Parochiæ suæ ecclesias V[illegible]num, Aldenburgensem episcopum [illegible]

traisse, *Helmoldus* indicat. Idem & Geroldus magnâ fide præstitit. *Idem.* † Ex archidiaconatûs visitatione sibi redeunti, in monasterio Wallengefort denegatum hospitium, queritur *Petrus Blesensis.**

* cap. 70. † cap. 93

* Epist 22.

¶ *Bono exemplo præibant* Andegavẽsem enim episcopum, *Hildebertus,* in quâdam epistolâ, exemplar Christianæ religionis vocat.

¶ *In delinquentes sacerdotes, in terrorem aliis graviùs nonnunquam animadvertebant.* Nam in episcopos, qui semel transgressi sunt juramentum, tanto gravius vindicandum esse statuit Urbanus III.* quanto majori præeminent d[illegible]ignitate, & eorum exemplo faciliùs alii poterant ad similia provocari.

* 1 Decr. tit. 24. c. 12.

Clericum, in quocunque ordine cõstitutum, furto, homicidio, perjurio, seu alio crimine infamem, ab ecclesiastico judice deponendum: si incorrigibilis fuerit excommunicandum: denique si contumax fuerit, per politicum magistratum, vel exsilio, vel aliâ legitima pœna coercendum, statuit Celestinus III. † Presbyterum ebrietatum non præmissa dormitione, Missam celebrantem, suo officio privandum censet Alexander III.*

† lib. 2. tit. cap. 10.

* tit. 5 tit. cap. 12.

¶ *Principes sui officii commonefaciebant.* Terræ sanctæ Principes, ad concordiam mutuò alendam, hortatur Urbanus III. Pontifex. *Stella.* Imperator Manuel Comnenus, a Theodosio patriarchâ monebatur: ut, pro paternâ pietate, Reipublicæ curam, integris adhuc sensibus, maturè susciperet; & curatorem fidelem filii successoris, impuberis adhuc, & Imperatricis, quæreret. *Nicetas.**

* lib. 7.

Ab injustis conatibus eos dehortabantur Inter Bohemundum Antiochenum Principem, & Joscelinum Edissanum Comitem, ad arma conclamantes, medium se, cum Balduino Rege, exponit Bernhardus Antiochenus Patriarcha; pacemque sancit. *Tyrius.** Fulcherus, Patriarcha Hierosolymitanus, Balduinum Regem, ne matri malum inferat, dehortatur graviter. *Tyrius.** Heinricum II. Angliæ Regem, sacerdotes minùs idoneos ecclesiis præficientem, omnemque sacerdotalis ordinis dignitatem frangentem, amice [illegible]nimum convenit: sed cùm minùs perficeret, publicè redarguit, Thomas Cantuariensis. *Polydorus Vergilius.** Gedeon, Cracoviensis episcopus, mixtis cum gravitate blanditiis, Miecislaum orat; ut, omissa tyrannide, more Majorum suorum regnet. *Cromerus.*† *Petrus Blesensis,* Anglorum Regis filium, ne quid temerè contra patrem moveat, hortatur.* & ipsi Reginæ, ut ad Regem, quem deseruerat, redeat, autor est.†

* Lib. 13. c. 22.

* L. 17 [illegible]

* lib. 13.

† lib. 6.

* Epist. 30

† Epist. 2.

¶ *Injustis postulatis & monitionibus resistebant.* Theodosius, Constantinopolitanus Patriarcha, & Eustathius Thessalonicæ Archiepiscopus, graviter Manueli Imperatori, pro Mahumeto decreta condenti, refragantur: *ut Nicetas de gestis Manuelis * annotat.*

* lib. 7.

¶ *Coronabant Reges.* Daibertus enim, Hierosolymitanus Patriarcha, Balduinum Regem, in Bethlehemiticâ, adstantibus clero & populo, ecclesiarumque prælatis, consecrat. *Tyrius* * Balduinum III. Hierosolymis inaugurat Wilhelmus. *Idem.*† A Nicetâ, Chonarum episcopo, Manuel Comnenus diademate Chonis redimitur; & Archangeli ædem ibi ingressus, faustam ab eo comprecationem accipit. *Nicetas.** Ludovicum, Ludovici Franciæ Regis filium, pium & modestum, Remis Innocentius II. regem consecrat: *teste Aimonio.*† Heinricus, Normannorum Dux, anno 1155. [illegible] III. Calend. Decembris, Westmonasterii, in regem Angliæ ungitur, à Theobaldo Cantuariensi. Adfuerunt huic actioni omnes, totius Anglici regni, archiepiscopi & episcopi. Hujus filium Heinricum, anno 1171. Rogerius Eboracensis consecrat. *Sigeberti Continuator.* Philippũ, Ludovici filium, inungit Remis Wilhelmus archiepiscopus, Suffraganeis adstantibus, anno 118[illegible]. *Idem.*

* L. 10. c. 9.

† L. 16. c. 3.

* lib. 7.

† lib. 5. c. 42.

¶ *Pacem inter dissidentes tentabant.* Pisanos enim & Genuenses Innocentius conciliat. *Platina.* Tarentasiensem archiepiscopum, apud Calvum montem, qui est in confinio Franciæ & Normanniæ, inter Angliæ & Franciæ Reges, lites composuisse, narrat *Vincentius.** Pacis mediatores inter Fridericum I. & Mediolanenses delecti sunt, Leopoldus Austriæ Dux, Fridericus Coloniensis, Eberhardus

* L. 29 c. 28.

Bamber-

Bamberg... episcopi, Otho Comes Palatinus, Reinaldus C... ...orum Procerum tractatu & compositione, Medio... ...ses jussi sunt colla sua Imperatori submittere. *Historia Bambergensis.* Sbigneus fratri Boleslao, Polonorum Principi, per Balduinum Cracoviensem Episcopum, & Russorum Ducem, reconciliatur. *Cromerus.* Fridericum & Conradum Duces, Bambergæ, Lotharius Imperator, intercedente Bernhardo Claravallensi, in gratiam recipit. *Otthe Frisingensis.** Anno 1144. mediante eodem Abbate, simultas, quæ inter Ludovicum Regem & Theobaldum Comitem erat, sopitur. *Sigeberti Continuator.* Autoritate Theodosii, Constantinopolitani Patriarchæ pax inter Cæsarissam & Protosebastum, post longam disceptationem, restituitur. *Nicetas.*

¶ *Conjuges erant.* Tempore enim Heinrici II. Regis Anglorum, plures erant eruditi sacerdotes in Angliâ, qui uxores & proles habebant. In Devoniæ provinciâ, Einhegus Plyntonius, Ceddam filium, in suo sacerdotio, Plimuthi successorem reliquit. Alnodus Dunprestus, in eâdem provinciâ, Robertum filium habuit; & Robertus Guilhelmum: qui in eâdem functione invicem successerunt. In Nordovalgia, Wulkerellus presbyter, Guilhelmo filio, ut legitimo hæredi, sacerdotium de Dytsâ reliquit. Hu... Houuenus Saresburiensis, Johannes Excestriensis, & Oliverius de Noiinghan, genitoribus suis, Alexandro III. Romano Pontifice consentiente, in sacerdotiis etiam successerunt. *Balæus.*†

Richardus, abbas opulentissimi cœnobii cujusdam, in insulâ Ely, consentientibus Heinrico Rege & Lincolniensi Episcopo, in sedem episcopalem illud commutavit; cique Cantabrigiensem Comitatum acquisivit. Quod factum Paschalis II. Romanâ autoritate comprobavit. *Polydorus Virgilius* †

PECCATA GUBERNATORUM *Ecclesiæ*

Ex unâ sede in aliam commigrabant. Cunradus enim Saltzburgensis, cupiditate fortè majoris dignitatis, ad Moguntinam sedem transiit. *Ursbergensis.* Wilhelmus, archiepiscopus Senonensis, & episcopus Carnotensis, anno 1177. Remensem archiepiscopatum conscendit. *Sigeberti Continuator.*

Neglegebant officium docendi. Prælatorum enim Leodiensium fervor regularis, tempore Alberonis episcopi, cœpit tepescere, & similiter devotio subditorum, & studebant omnes avaritiæ. Unde cives copulabant filias suas clericis matrimoniali federe, sicut & laicis: *ut in Catalogo Tungrensium episcoporum scribitur.* Hartuicus, Reginoburgensis episcopus, æs ecclesiasticum dilapidare; canes, equos, venatores alere; pauperum curam nullam habere; populum non docere, neque literis operam dare, adulteros, assentatores, propinquos, ditare solebat. *Aventinus.*† Et Hugo de S. Victore ... de Clericorum perditissimâ vitâ, scribit:* *Clerici nostris temporibus legem nesciunt, neque discunt; sed vanitati, otio, comessationibus, ebrietatibus student, terrena capiunt ... in plateis, raro in ecclesiis: tardi ad investigandum culpam peccatorum, parati ad insequenda vestigia leporum: velociores sunt ad congregandum canes, quam ad convocandum pauperes: citius porrigunt panem canibus, quam pauperibus: citius extendunt manum ad taxillum, quam ad Missæ librum. Ii sunt, quorum thalamus ornatior, quam altaria, scyphus pulcrior calice, equus carior, quam Missale, mappa pulcrior casula; camisia delicatior, quam alba; (ut quod horrendum est dicere & nefarium) femoralia pulcriora, quam corporalia. Item Augustinus: Plus placet Deo latratus canum, & rugitus boum, grunnitus pecorum; quam clericorum cantus, lascivè & luxuriosè cantantium, ut placeant amasiis suis. Videte, quam injuriam faciunt hi in templo Dei! Faciunt enim ex eo tabernam & domum tripudii; ubi solent lascivi cantus exerceri. Ite... Restat, ut prædicatio ejus contemnatur, cujus vita ... ...citur.* Item Rupertus Tuitiensis:* *Multa sunt turbæ in Christum credentium, multi coetus in cœnobiis, sive xenodochiis, sub sacra professione degentium: sed in multitudine horum pauci sunt, qui operantur, ad id, quo ad illum perveniant profe... ...ut eum ... ...vel provide... com... possit infir...*

rum Et ad quendam Prælatum PETRUS BLESENSIS scribit:* *Certissimè noveritis, domine Papa fuisse suggestum, quòd neglectâ vobis commissi populi curâ, & abjectâ omni gravitate pontificis, vitam vestram canum venationi totam impenditis, nec temperat in vobis senectus maturior, delicata prurriginem levitatis. Non decet, amantissime pater, virum octogenarium talibus se immiscere.* Idem Clericos, accipitres & falcones alentes, graviter redarguit:* cum non avium, sed ovium, curam susceperint.

¶ *Curiosis, aut etiam impiis studiis erant dediti.* Petrus, Tyri episcopus, ligni regio præfuit exercitui, ad pugnam eunti. *Tyrius.** Thetmarus, relicto, quod in Bremensi sustinebat ecclesiâ, officio, (Decanus enim erat) in Falderensi cœnobio, sanctitatis quâdam opinione, monachum induit. *Helmoldus.** Fridericus Imperator, Italico bello implicitus regni administrationem interea Eberhardo Bambergensi demandavit: qui (*ut Radevicus † loquitur*) venientes & negotia habentes audiret, causasque eorum diligenti examine terminaret. Malachias Armachanus, aquâ lustrali prodigia multa fecit; & novam religionem plantavit, propagavit, fovit: monachos ordinavit; mulieres unxit; & curiosa ædificia illis posuit. In Missâ unum Diaconum pollutum novit: ac super caput Crucifixi columbam cādidam vidit: cœmeterium Patricii per noctem circumivit. Sed ægrè ferebat, metropolis pallio ad mortem usque se caruisse. Promittit tamen, post suam mortem, futurū se esse pro Cistercientibus monachis advocatū. Intolerabiles in his sunt blasphemiæ. Hęc omnia D. Bernhardus collegit, ab abbate Congano, & aliis Hiberniæ monachis edoctus. *Balæus.** Thomas Cantuariensis Mariā invocabat, ut integritati favere videretur: & Thomam Apostolum; quia in ejus die in lucē primùm prodierat. *Matth. Parisiensis.* Anno 1147. III. idus Julii, corpus sancti Heinrici, Eberhardus Bambergensis episcopus transtulit, magnâ adhibitâ solennitate, Eberhardo archiepiscopo Saltzburgensi, & Hermanno episcopo Brixiense, præsentibus, suamque autoritatem interponentibus. *Historia Bambergensis.* Ad Coloniensem episcopum, in hunc modū scribit Ecbertus, Trevirensis monachus:* *Multi sapientes secundùm carnem, multi nobiles, multi potentes, in cathedra illa te antecesserunt: sed non in pluribus eorum beneplacitū erat Domino. Erant enim homines amantes se-ipsos: & non apposuerunt cor suū, ut, juxta debitum officii sui, magnificarent coram hominibus eum, a quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur. Indulgere autem carni, delitiose epulari, pompaticè incedere, quæstus intendere, magnificare parentes, hoc illis erat episcopari. Monimenta sui quidam ex eis, ne nihil fecisse viderentur, reliquerunt in rupibus sive in turribus ad ostium electis; structuras lapidum modicæ utilitatis, aut concupiscibiles formas celtis & penicillis curiose laborantes. Beatius autem illis erat, ab iis lapidibus, quos adspicio congruenter superna civitatis, testimonium sibi conquisisse pietatis & religionis: ut, cum defecissent, recipere eos possent in æterna tabernacula. Melius, melius episcopari te opto, ô inclyte dierum istorum. Feliciter, ut dicunt, incedis: utinam bene! Non enim omne, quod feliciter, bene. Felicitas Mundi porrexit manum tibi, & amplexata est te: & iniisti fedus cum ea.*

¶ *Ceremoniis nimiùm vacabant.* Altaria enim consecrant Albertus Moguntinus, Siphardus Blatensis, aliique: *ut ex Mariani Scoti appendice liquet.* Plures episcopi ad consecrationē cœnobii Pegoviensis confluunt, *ut in Chronico Mersburgensi* * *annotatur.* Sed de his alibi diximus.

Superstitiones augebant. S. Johānis monasterium exstruxit, & Benedictinis monachis replevit Heinricus, Lubecensis episcopus. *Chronicon Holsatiæ.* Otho Bambergensis, sancti Michaëlis cœnobium, cum paradiso, ac universis claustri ædificiis, cum vicina basilicâ, & sancti Bartholomęi oratorio, condidit, & muro vestivit. *Chron. Bambergense.* Ac testatur ejus autor, sępè objectum esse Othoni, multa templa & monasteria exstruenti: quòd tāto monasteriorum numero, quæ fuci ignavo pecore, referta essent, nimiùm gravarentur laici. At Hugo Turonensis, in itinere Romano, morbo correptus adeò, ut de vitâ periclitaretur, ex superstitione monachum induit. Cum verò convaluisset: ad ecclesiæ ...æ regimen, depositâ cucullâ, prius redire noluit, quàm Ro... ...tet. *Petrus Cluniacensis.*

Præterea, cœnobia passim, vel ab episcopis ipsis, vel eorum impulsu ab aliis exstructa, tantùm superstitionum officinæ exstiterunt.

Monasteria & templa superstitiose consecrabant. Novumburgum cœnobium, anno 1134. ab archiepiscopo Cunrado Salisburgensi, Reginario Bataviensi, & Romano Gurcensi, episcopis, consecratum, Lothario imperante: quod dehinc Pontifices Romani, Innocentius II. anno Christi 1132. Eugenius III. anno 1140. Urbanus III. anno 1187. multis immunitatibus, privilegiis & libertatibus, donarunt, & sub anathematis pœnâ, ne huic cœnobio vis ulla inferatur, religiosissimè caverunt. *Johannes Cuspinianus in Austriâ.* Ottho Frisingensis, & Albertus Misnensis, sacellum quoddam, à Cunrado Imperatore exstructum, non procul a Coloniâ, sacris initiarunt. *Ottho Frisingensis de gestis Friderici.*† Rothrodus archiepiscopus Rothomagensis, Heinricus Bajocensis, Richardus Abrincensis, Egidius Ebroicensis, Becci ecclesiam dedicarũt, anno 1178. *Sigeberti Continuator.* Ottho Bambergicus, in Weiero cœnobio, aram sacris initiavit, anno 1138. XIX. Calend. Novembris. *Irenicus.** Wormaciensis ecclesia, à Brunone Treverensi, Eberhardo Eichstetensi, Albuino Mersburgico, & Buggone Wormaciensi, sacrificulis, consecratur, anno 1118. III. Idus Julii. *Irenicus.* Templum Bergensis cœnobii apud Flandros, a Milone Morinensi, Alviso Attrebatensi, Simone Noviomagensi, consecratur. *Chron. Flandriæ.*

[Margin: † lib. 1. c. 62. — * lib. 3. cap. 114.]

Vitam monasticam nimiùm prædicabant, & magnificiebant. Nam PETRUS BLESENSIS, in epistolâ, quâ amicum hortatur, ut claustrum intret, ait:* *Rogo te, frater, egredere & ingredere viam vitæ; qui per viam mortis hactenus ambulasti. Vides, quia non est nisi contritio & infelicitas in viis nostris; & quicquid est sub sole, labor est & afflictio: spiritus vitæ præsentis excursus, fumus & vapor est, ad modicum apparens. Scio, quia parentes tui se retrahunt a proposito meliori. Non differas, quæso, non evacuet propositum tuum, proditoria & seductrix affectio parentelæ: noli eos diligere contra Christum, quos teneris odio habere pro Christo. Multi pro parentibus suis animas perdiderunt: quorum occasione Mundus, qui in eis aruerat, denuò revixit; atque divitias, & cætera impedimenta salutis, quibus se exoneraverant, affectant. &c. Impius est, qui animæ suæ pro suis parentibus est crudelis: majorémque temeritatem nemo habet, ut animam suam ita periculosè ponat quis pro amicis suis. Tu, qui elegisti habitare humilis, abjectus esse in domo Domini, quomodo iterum in his, quarum æternæ confusionis vergunt præjudicium, gloriaris? Gloria Mundi fallax est & seductoria: decipit amatores suos. Quicquid enim, vel in futurum promittit, vel in præsenti prætendit, totum ad nihilum deveniet, tanquam aqua decurrens. Non consentias carni suæ, quæ & te pariter trahit in laqueum gehennalem.*

[Margin: * Epist. 9.]

Visiones etiam & somnia magnificiebant. RUPERTUS Tuitiensis, aliquot visiones & somnia recenset:* ex quibus nim ineffabilem suavitatis gustum perceperit; tum ad scribendi ministerium excitatus, deq; vitæ curriculo, quod sibi superfit, admonitus fuerit.

[Margin: * Lib. 12. in Matth. 20.]

Reliquias nimium venerabantur. Bernhaedus Antiochenus, ligno crucis milites contra hostes armat: quod Cæsareensis archiepiscopus Hierosolymam iterum deferens, magno cleri & populi tripudio excipitur. *Tyrius.** Bethlehemitanus episcopus, sacris militibus lac B. virginis Mariæ in pixide præfert. *Sigeberti Continuator.* Mauricius, Parisiorum pontifex, particulam sacræ spineæ coronæ, & sacrum clavum, ad corpus Ludovici trimuli, Francorum Regis filii, graviter decumbentis, admovet: quorum beneficio pristinæ sanitati restitutus creditur. *Æmylius.** Magorum corpora, à Reinaldo archiepiscopo Coloniã translata esse, anno 1162. *in Bambergensi Chronico* scribitur. de quibus ipse archiepiscopus Præposito, Decano, & universo Clero, ejusmodi ex Italiâ scribit literas. *Benignâ Domini nostri serenissimi Imperatoris acceptâ licentiâ, cum gratia & dilectionis ejus plenitudine ab ipso gaudenter dimissi, & egregiis ac tantis donis, quorum nulla in terrenis esse potest æstimatio excellentior, summo honoravit. Inter cætera enim liberalitatis suæ beneficia quæ in nos affluentissimè contulit, nunc tria nobis munera donavit preciosissima: videlicet corpora ... beatissimorum trium Magorum ac Regum, qui primitiæ gentium ... typum ac præsagium futuræ ex Gentibus Ecclesiæ, jacenti adhuc Christo in præsepi, munera preciosa obtulerunt. quorum videlicet nobilissima corpora, omniq; veneratione dignissima, Mediolani in ecclesia beati Eustorgii confessoris atque pontificis, solenniter & gloriose fuere recondita. Insuper etiam, Domino præduce, ad vos perferemus corpora sanctissimorum martyrum, Naboris & Felicis: ut inæstimabili & incomparabili hoc thesauro, super aurum omnemq; lapidem preciosum diligendo, sanctissima ecclesia civitasq; Coloniensis soli ipsi ... ditetur, ac perpetualiter decoretur. Nos siquidem, quia nobis suspecta est via, per inimicos vestros ac nostros, iter nostrum per Burgundiam ac Gallias, usque ad vos disposuimus, præsentemq; nuncium, a Vercellensi civitate. 2. Idus Junii præmisimus, eo die versus Taurinum, & versus alpes montis Cinisii, cum prædictis sanctis & venerabilibus reliquiis, celerrimam vestram dilectionem intimè rogamus, & commonemus in Domino: quatenus ad condignam tantorum munerum susceptionem, ea, quam nostis, & ea, quam de vobis confidimus, devotione ac solennitate præparemini.*

[Margin: * Lib. 22. c. 12. — * lib. 6.]

¶ *Veras sententias damnabant.* Circa annum Domini 112.. Tanchelinus quidam Antwerpiæ & alibi prædicabat, sacerdotium papisticum nihil esse; neque eorum sacrificia cuiquam prodesse. Ei tunc restitit, Scripturis miserè detortis, Norbertus Præmonstratensium magister: cœnobiumq; in eâdem urbe condidit, ut illinc semper adessent, qui illam doctrinam suo more profligarent. *Balæus.** Plura ejus rei exempla Quintum caput suppeditat.

[Margin: * Cent. 2. cap. 56. in App.]

Ad fidem homines vi cogebant. Livonienses enim, Bertholdum episcopum, cùm armis religionem ipsis implantare vellet, occidunt. *Crantzius.*

Missificabant. Factâ enim transactione inter Heinricum V. & Calixtum Papam, Ostiensis episcopus Missam celebrat. *Hedio.* Vicelinum sacerdotem, Buzovii, novissimum Domino sacrificium obtulisse, narrat *Helmoldus.**

[Margin: * cap. 76.]

¶ *Excommunicatione variè abutebantur.* Aut enim vindictæ gratiâ eam usurpabant. Paschalis, Romanâ sede potitus, non solùm ipse excommunicationis fulmen in Heinricum IV. antecessorum exemplo, misit: sed cunctis suo subjectis dominio episcopis, ut idem faciant, autor fuit. *Helmoldus.** Idem Pontifex & Heinricum V. cùm ipsi subesse detrectaret, eodem fulmine petiit: *ut apud eundem † videre est.* Anacletum antipapam Innocentius bis terve excommunicat. *Platina, Sigeberti Continuator, Ottho Frisingensis.** In Oderisium, Casinensem abbatem, cùm Romam à Papâ Honorio vocatus venire recusaret, eò quòd ipsum contra se commotum sciret, quintâ Quadragesimę hebdomade, depositionis sententia promulgatur: ac, cùm dignitate abdicare se nollet, excommunicatur a Pontifice. *Chron. Cass.** Alexander III. Fridericum Imperatorem, quòd Octavianum antipapam designâsset, excommunicatione ferit; ac per universum Orbem literis missis hoc publicat. *Sylvius.* Hildebertus, Cenomanensis episcopus, autor est Sagienti episcopo, ut suum persecutorem anathemate feriat. *In epistolâ.*

[Margin: * cap. 32. — † cap. 42. — * lib. 7. c. 13. — * lib. 4. c. 90.]

Aut innocentes excommunicabant. Quicunque enim à laicali manu episcopatum, aut aliam ecclesiastici juris investituram, accipiebant, excommunicabantur. *Sigebertus sub anno 1111.* Matthæo, Theodorici Principis Flandriæ filio, propter Mariam, abbatissam Rumnesiensis cœnobii, Stephani Anglorum Regis filiam, in uxorem ductam, aquâ & igni interdicitur a Samsone, Remorum præsule. Sed Mariâ in monasterium, postquam duas ex eâ progenuisset filias, remissâ, interdictum cessavit; & aperta, ob hoc quę clausa erant templa. *Chronicon Flandr.*

¶ *Matrimonia pro arbitrio dissolvebant aut jungebant.* Indulgentiâ enim Romani Paschalis, Boleslavus Polonus, Michaëlis Kioviensiũ Principis filiam, uxorem duxit: ne, propter intercedentẽ cognationẽ, incestę ex essent nuptiæ. *Cromerus.** Galliæ quidam episcopi, Ludovicum & Elionorã, postquã duas ex cõjugio suscepissent filias, improbè di... lunt. *Aemylius.* † Fridericus Barbarossa, cum Adilâ, ... Cõstãtiẽsis ecclesię, ob sanguinis propinquitatẽ divortiũ facere cogit. *Jacobus de Strada.* Anno 1142. Rad... lphus Comes uxore suâ di... ... & sorore Re... P... a

[Margin: * lib. 5. — † lib.]

..., in ... Com... ... maritur Romanæ sedis Ivo legatus: qui & Radulphum Comitem excommunicavit, & episcop... Laudunensem Bartholomæum Noviomensem Simonem, & Petrum Sylvanectensem qui divortium ... fecerant suspendit. *Continuator Sigeberti.* In casu matrimoniali quem Andronicus concilio Constantinopolitano proposuerat, majorem partem in sententiæ promulgatione vicisse meliorem, incestasque nuptias comprobasse, testatur *Nicetas. sub imperio Alexii Comneni.*

Amalricus Patriarcha Hierosolymitanus, cum Johanne Cardinale Romano legato, Amalricum Regem injungendum conjugem suam, ex quâ geminam jam susceperat prolem, deserere cogunt, quòd quarto sanguinis gradu ei cohabitare prohiberetur. *T... .*†

Cœlibatum urserant. Nam præter concubinarum usum, etiam conjugiis legitimæ consuetudinem, sub anathematis pœnâ, Clericis interdixit Alexander III. † Diaconum & Subdiaconum, matrimonium contrahere, idem vetat, in epistola ad Remensem archiepiscopum * *De Diacono,* inquiens, *qui in sabbato sancto alium Diaconum vulneravit, & uxorem accepit, hoc Prudentiæ tuæ respondeo: quod si contrito & humiliato corde ad ecclesiam redire voluerit, dimissâ illa, quam accepit uxorem; & absolutione obtentâ, injunctâ sit pœnitentia de utroque excessu: post eam peractam, dispensative ... ei diaconatus officium reddere; & , si perfectæ vitæ & conversationis fuerit, eum in Presbyterum ordinare. Subdiaconum autem, sive hominem interfecerit, sive non; matrimonium non posse contrahere, sacrorum Canonum censura demonstrat.* Et ad Cenomanensem episcopum: † *Ex literarum tuarum tenore accepimus; quod lator præsentium, in subdiaconatûs officio constitutus, quandam sibi conjugem copulavit: quam eundem abjurare fecisti. Super quo prudentiam tuam in Domino commendamus, mandantes quatenus, si ad monasticum ordinem transire voluerit; & tibi, post laudabilem conversationem ipsius, visum fuerit eum ad majores ordines promoveri concedas. Quod si ad religionem se transferre noluerit: cum neque in subdiaconatu ministrare, neque ad ulteriores permittas ordines promoveri, in minoribus tamen ordinibus poterit ministrare.* Et ad Vigorniensem episcopum scribit: * *Si quisquam, qui se religioni devovit, & habitu suscepto professionem fecit, postmodum sibi aliquam copulaverit: est cogendus ab eâ recedere; & ad ecclesiam, cui se contulit, sine contradictione transire.* En Romanum Pontificem, ipsissimum Antichristum, conjugium prohibentem.

Jurisdictionem politicam administrabant; & in facinorosos civiliter animadvertebant. Ut ex Alexandri III. epistolâ ad Panormitanum archiepiscopum, videre est: * *In archiepiscopatu tuo, quandoque Saraceni mulieres Christianas & pueros rapiunt, & eis abuti præsumunt; & quosdam etiam interdum occidere non verentur. Cum autem excessus hujusmodi, Rex Siciliæ tibi, & aliis episcopis, commiserit puniendos: consulimus t. r. r. quod tales, in jurisdictione tuâ existentes, pecuniariâ ... pœna mulctare, & etiam flagellis afficere; eâ moderatione adhibitâ, quòd flagella in vindictam sanguinis transire minime videantur. Si vero ita fuerit gravis excessus, quod mortem vel detruncationem membrorum debeant sustinere vindictam reserves regiæ potestati.* HILDEBERTUS Cenomanensis, episcopum quendam objurgat; quòd furem supplicio affecerat, juxta ... censuram. Non enim ad ecclesiasticam disciplinam hoc pertinere, asserit. † Et ad quendam episcopum, in hunc modum PETRUS BLESENSIS scribit: * *Tuæ opinionis nomen enormiter gravas, quod causas sanguinis agis; quod, abjectâ Ecclesiarum solicitudine, negotiis secularibus te totum occupas & involvis. Veruntamen tui professio ordinis, nec seculi ... , nec sævitiam gladii materialis, admittit.* Orientalis ... anciæ Ducatum, antiquâ Regum constitutione, Wirtzburgensi episcopo competere, *Urspergensis* testatur. Heinricum Saxonem, in comitiis Reginoburgi celebratis, præ... ... viros, infinitus ferè episcoporum numerus, ... majestatis reum damnant. *Aventinus.**

Fridericus Imperator, exercitum suum in Saxoniam ducens, contra Heinricum Leonem, Philippo, Coloniensi ..., Brunsuicum tutandum commisit. *Crantzius.**

Otto, Bojorum Dux, qui obiit anno 1183. filio Ludovico puerulo, Conradum Salisburgensem atque Moguntinum, fratres suos, ex testamento tutores dedit: qui summâ prudentiâ Bojoariam administrarunt. *Idem* †

Heinricus VI. Ottocaro Bohemo quòd Alberto à Bogen auxilium tulisset, Ducatu submoto, Bohemiam Brzetislao sive Heinrico, Pragensi pontifici, committit. *Ibidem. & ... Ivius.** Gualterus Rotomagensis, Richardo Angliæ Rege in Palæstina commorante, primus fit Justitiariorum, ut vocant, & Cancellarius. *Balæus.** Idem Rex, de regni statu confirmando providere magnopere curans, præfecit parti Angliæ, quæ ad Scotiam pertinet, Hugonem Dunelmensem episcopum. Reliquam partem regni, administrandam commisit Gulielmo Longes..., Eliensi antistiti, quem regni Cancellarium fecerat. *Polydorus Virgilius.** Mortuo apud Polonos Cazimiro solius Fulconis, Cracoviensis præsulis, autoritate, Lescu regnum defertur: ipse, cum fratre Palatino Cracoviensi, tutor & gubernator Principis adhuc pueri, & matris ejus Helenæ, ordinatur. *Cromerus* * Rotrocus Ebroicensis episcopus & Raynaldus de S. Valerico, in Normanniam mittuntur jussu Regis, per episcopatus, regales reditus & commendines ad Regem & ad Barones pertinentes, explorent, anno 116... *Continuator Sigeberti.* Inter Milonem Episcopum Remorum, & Theodoricum Principem Flandriæ, convenisse lego: ut ex Flandricis, qui cis fussam-novam incolebant, nemo Tarvannam ad Episcopi tribunal in jus vocaretur: dummodò Decanorum suorum stare vellet decretis. *Jacobus Meyer in Chronico Flandriæ.*

Sequebantur aulas. Non est equidem novum, inquit *Petrus Blesensis* †, quòd Regum consiliis intersunt Episcopi. Sicut enim honestate & sapientiâ cæteros antecedunt: sic expeditiores & efficaciores, in Reipublicæ administratione censentur. Scriptum est: † *Beata terra, cujus Rex senex est; & cujus Principes vescuntur tempore suo.* In quo notatur, eos consiliis Regum debere insistere, qui sciant, & velint & possint patientibus compati; parati terræ & populi saluti prospicere, ad justitiam erudire Reges, imminentibus occurrere periculis, vitæ maturioris exemplis informare subditos, & quâdam autoritate potestativâ præsumtionem malignantium prohibere. *Et paulo pòst.* Unum noveritis; quia nisi familiares & consiliarii Regis essent præfati Episcopi: supra dorsum Ecclesiæ fabricarent peccatores; inhumaniter & intolerabiliter opprimeret clerum præsumtio laicalis. Nunc autem, si quid in Ecclesiæ attentatur injuriam, autoritate pontificali compescitur. Aut, si adhuc ecclesiastica censura non sufficit; spiritualis gladii defectus civili impletur; ad eorum arbitrium, principalis animadversio exercetur. Si quandoque (ut fieri solet) adversus insontes Regis indignatio vehementius excandescit: Episcoporum precibus temperatur; illis mediantibus mansuescit circa simplices judiciarius rigor; admittitur clamor pauperum; ecclesiarum dignitas erigitur; relevatur pauperum indigentia, firmatur in clero libertas, pax in populis, in monasteriis quies, justitia liberè exercetur; superbia deprimitur; augetur laicorum devotio; religio fovetur; diriguntur judicia; leges servantur; decreta Romana vim obtinent, & possessiones ecclesiasticæ dilatantur. Isti, singulis præcipuis solennitatibus sui intersunt ecclesiis: ubi eleemosynarum largitione, consolatione pupillorum ac viduarum, subjectorum correctione atque aliis operibus sanctitatis, redimunt dies, quos in curiâ consumserunt. Porrò, archiepiscopi & episcopi, qui in curiâ Regis Siciliæ conversantur, per septennium vel decennium de curiâ non recedunt: nec refert, veniat, an discesserint, quantum ad Ecclesiarum possessionum custodiam, vel quantum ad regimen animarum. Ab hac equidem curialitate, nostros quandoq; voluimus episcopos cohibere: sed consilio & prudentibus viris, visa est expediens eorum cohabitatio circa Regem. quos si extraheremus à familiaritate illius: subtraheremus quietẽ populis, oppressis solatium, monasteriis libertatem: videlicet propter incommoditates, quas varias ibi sustinẽt, ut desiderio desiderent egredi. pul... tamen uti fratris obtentu, cõmuni fratrum nostrorũ consilio, non solùm in hac vita castrensi tolerari, sed ad eam trahi debuerant, & compelli.

Herbertum Nordovicensem, & Robertum Lichefeldensem, episcopos, Heinricus Rex in consilio habebat. *Polydorus Virgilius* † Plures archiepiscopos & episcopos recenset *Radevicus*; * qui conventui ad Roncaliam, Italiæ civitatem interfuerunt.

¶ *Fidem Imperatoribus non servabant; ac contra eosdem nonraro seditiosi erant, ac denique, omnis politici magistratus, fastuosi erant contemtores & oppressores.* Ejus rei infinita ferè suppeditant historiæ exempla. Heinricus IV. Moguntinum, Coloniensem, & Wormatiensem, episcopos, cum ad se venirent, nō petierunt; sed per vim ut auferant regalia, in faciem redarguit: quòd beneficiorum, fidei & juramēti immemores sint: *ut ex Helmodo* † *patet.* Albertus Moguntinus autor est conspirationis contra Heinricum V. *ut idem* * *indicat.* Ejusdem præsulis *apud Urspergensem* extat encomium, Romani Antichristi mancipio haud-indignum, quod adscribimus. *Longum est*, inquit, *præsulis Moguntini machinamenta contra Regis facies, eorumque, adversus illum insidiosas discursiones, enarrare. seditiones nonnullorum urbanorum desiberescivitates aliquas suis præsulibus per hos pestes orbatas. munitiones locis insolitis constructas. castella quamplurima invicem destructa, regiones prædâ flammaque vastatas, congressiones & cædes mutuas, ab utrisque partis equitibus factas, oppreßiones pauperum & peregrinorum, atque captivitates more barbarico à Christianis in Christianos exercitas. multaque id genus literis tradere. Nam neque pax Dei cæteraque sacramentis firmata pacta, custodiuntur sed uniuscujusque conditionis & ætatis, præter solos ecclesiasticæ professionis homines, quibus jam pene nihil præter miseram restat animam cæteris atque, hoc tempore belluino furore bacchantur.* Et de Wilhelmo Cantuariensi, & Roberto Salisberiensi, episcopis *Johannes Major* inquit: * *Sane instabiles & improbos hos sacerdotes censeo; qui Regis Anglorum ex furore nepotem, ejus propria filia Mathildi, in cujus etiam fidem ipsi juraverant, præferebant. Hoc fine particulari commodo non attentassent. Quocirca jusjurandi præstiti inutiles violatores erant.* Thomas Cantuariensis, cùm concessisset leges regias, & eas observare juramento firmâsset; ad se reversus facti pœnituit: ab altaris officio se subtrahens; donec à Pontifice Romano absolutus fuisset. *Matthæus Parisiensis.* Wichmannus Magdeburgicus, & Hermannus Hildeshemensis, episcopi, cum aliis Principibus, contra Heinricum Leonem conspirant. *Helmoldus.* † Eskyllus, Roschildensis antistes, contra Ericum, Danorum Regem, seditionem movet: Sialandenses, ab eodem instigati, extra suos terminos Regem propellunt. Sed cum classe reversus ille, episcopum subactum, furcâ dignum, vicenis auri talentis mulctavit. *Saxo Grammaticus.* * Salzburgensis episcopus, studio & favore erga Alexandrum Romanum, sæpiùs ab Imperatore vocatus, ad concilia venire detrectavit: ut epistolæ Imperatoris, ad contumacem illum sacrificum scriptæ, testantur; ubi inter cætera, hoc ipsi non perpetuò impune fore, minatur Imperator. Et, ut quædam habet epistola: *Non solùm*, inquit, *præsentiam tuam admodum necessariam Imperio subtraxisti; verùm nos, & omnes Principes & fideles nostros, secùs quàm decet honestatem tuam, immoderatis verbis, cum offensione, aggravasti.*

¶ *Bella gerebant Episcopi.* Reginerus enim, episcopus Halberstadensis, cruento illi prælio ad Welffesholtz interest. *Helmoldus & Urspergensis.* Devicto per Ericum Magno, Danorum Regis filio, Petrus Roschildensis & Heinricus, Sueticarum partium pontifices, omnesque Iutiæ, præter unum, antistites, eodem prælio oppressi dicuntur. *Saxo.* † Contra Mediolanenses, Friderico Imperatori militant, Fridericus Coloniensis, Arnoldus Moguntinus, Hellinus Trevirensis, archiepiscopi; Cunradus Eistettensis, Daniel Pragensis, Hermannus Verdensis, Gebhardus Herbipolensis, episcopi. *Radevicus.* * Obertus Cremonensis episcopus, triginta-millia armatorum in eâdem expeditione ducit. *Urspergensis.* Welphonem, qui Hugoni Comite de Tubingen bellum indixerat, tres episcopi suis copiis juvant; Nemetum, Vangionum & Augustanus. *Aventinus.* * Fridericum Imperatorem contra Barbaros exercitum ducentem, jussu Clementis III. multi archiepiscopi & episcopi [illegible] Bataviensem, Herbipolensem, Monasteriensem [illegible] Megen[illegible], nominat *Cuspinianus*, in *Austria* comitantur: *ut Sylvius scribit.* Venetæ[illegible] archiepiscopus Ravennas; [illegible], Pisanus præest episcopus. *Platina in vitâ Clementis III. Johannes de Oppid.* Petrus, Apameensis archiepiscopus, Rogerii Antiocheni castra sectatur. *Tyrius.* * Guarimundus, Hierosolymitanus patriarcha, regias agit in Tyrensi bello partes. *Idem.* * Ascalonem urbem obsidere juvant, Fulcherus Hierosolymorum patriarcha, Petrus Tyri, Balduinus Cæsareæ, Robertus Nazarethanus, archiepiscopi; Fridericus Acconensis, Gerhardus Bethlehemitarum episcopi; & Abbates nonnulli. *Testis est Tyrius.* †

Elegantem hîc, de bellatore episcopo, historiam, ex *Matthæi Parisii Chronicis*, adjicimus. Cum Johannes, Anglorum Regis frater, cum Marcadeo Principe, agrum Beluacensem infestaret: Philippus, ejus urbis episcopus, plùs armis, quàm divinis institutus studiis, armatâ stipatus cohorte, magno animo occurrit prædatoribus. Sed exto milite, episcopus capitur; & Anglorum Regi traditus, carceri mancipatur. Sæpiùs enim ipse, cum suis, damna eidem Regi intulerat. Mox Canonici Beluacenses, ad Romanum Papam sui præsulis calamitatem deferunt. Is, datis ad Regem literis, ut benignè suos fratres & filios tractaret, hortatur. Rex continuò pontificis arma & loricas, per eundem tabellarium, ad Papam ferri curavit: ut cognosceret, num istæ suorum filiorum sint tunicæ, an non. At Papa subridens respondit: *Vere tunicæ non sunt, nec fratris, nec filii, sed potiùs filiorum Martis.* dimisitque eos ad Regis voluntatem. Hæc ad annum 1196. refert idem autor.

Monachi. Templariorum quidam magister, ad Ptolemaidem, à Barbaris trucidatur. *Platina in vitâ Clementis III.* Fuldensis & Augiensis abbates, expeditioni contra Mediolanenses intersunt. *Radevicus.* * Fridericum Imperatorem, contra Heinricum Leonem bellum gerentem, Fuldensis, Corbejanus, & Hersfeldensis, abbates, sequuntur. *Crantzius in Saxoniâ.* †

¶ *Bonis ecclesiæ abutebantur.* Arnulphus enim, Hierosolymorum patriarcha, nepti suæ elocatæ, ecclesiastici patrimonii optimas portiones, dotis loco, contulit. *Tyrius.* * Arnoldus, Mersburgensis episcopus, urbium munitionibus occupatus scribitur, *in Mersburgensi Chronico*: quos sumtus ex ecclesiæ reditibus ablatos fuisse, quis dubitabit? Et *Ecbertus* quidam Benedictinæ professionis monachus, in Trevirensi diœcesi, in quâdam epistolâ ad Coloniensem archiepiscopum, ità de Bonorum ecclesiasticorum profusione scribit: * *Sed nondum, mi domine, intra viscera ecclesiæ pax vestra recepta est. adhuc mater passionis, quasi torsiones intrinsecus sentiens, in hunc modum gemebunda congeminat: Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo: foris pax, intrà prædatio. Pacem negotiatores habent: sed nondum super filios pacis pax requievit. Ecce enim, pene ubique ministri ecclesiæ, debitâ se consolatione privari, conqueruntur. Sicut enim ipse nosti, ita à Domino ab initio ordinatum est: ut de altari viverent, qui altari deservirent. Et ut rata esset hæc ordinatio, per manum Regum ac Principum, locupletem fecit ecclesiam: ut absque solicitudine corporalis nutrimenti, milites Christi orationi, ac lectioni Scripturarum, intenderent. Sed ecce, in his temporibus, ordinatio ista usquequaque evacuari cernitur, maximè per dispensatores ac dispensatrices ecclesiarum, qui constituti sunt super familiam Domini, ut dent illis cibum in tempore. Hi enim, dum, quæ sua sunt, quærunt: bona ecclesiarum, aut per incuriam negligunt; aut in suis voluptatibus consumunt; aut in laicas manus, pro seculari favore aut obsequio, consumunt: atque ità, de absconditis filiorum, adimplent ventres alienorum. Si quis autem filiorum petierit panem: pro pane lapidem, aut scorpionem, aut serpentem illi porrigunt: dum aut duram objurgationem, aut præurgentem læsionem ingerunt; aut versutam excusationem prætendunt. Unde fit, ut ministros ecclesiæ, aut proprio stipendio militare, aut, si hæc non habent, aliena impudenter mendicare, aut siccis faucibus mœstas Deo laudes concrepare, oporteat. Atque hac occasione, per omnes penè ecclesias, divinæ laudis organa suspenduntur; & nemo considerat. vix in unâ-quâque ecclesia, tribus aut quatuor ministrantibus continuè; aliis, urgente necessitate, ad cognatos & notos, sive ad negotiationes suas, discurrentibus.*

¶ Mona-

Monachos & Nonnas consecrabant. Hugonem S. Dionysii Abbatem, Parisiis à fratribus electum, & a Rege confirmatum, Meldensis & Sylvanectensis episcopus consecrârat. Nam hi duo, ex antiquâ Romanorum Paparum constitutione, tenentur ecclesiæ beati Dionysii, in altarium consecratione, & monachorũ inauguratione, servire. *Vincentius.**

Petrus Blesensis, gravissimè vituperat, tum vitam moresque spiritualium; tum neglectionem officii; tum denique & impium abusum clavium. In quâdam epistolâ, ad quendam Officialem (ut vocant) episcopi, monet eum; ut quamprimùm ab eâ functione recedat: hortatur quoque, ut exeat ab illâ Babylone. Quam epistolam totam hic apponemus.* *Quia te affectuosissimè diligo in visceribus* Jesu *Christi, proposui te salutaribus monitionibus adhortari: ut de Ur Chaldæorum, & de medio Babylonis, tempestivè exeas: ut ministerium damnatissimæ villicationis omittas. Scio, quia munerum cupiditas subvertit cor tuum; ut fieres Officialis episcopi. Cumque legeras, sed fortasse negligebas, verbum illud Job:* * Ignis devorabit corpora eorum, qui libenter accipiunt munera. *Igitur beatus est qui excutit manum suam ab omni munere. Credo, homines Officiales, non ab Officio nomine; sed ab Officio verbo, mutuasse vocabulum.*

Nam genus est hominum, quod dicitur officiperda.
Officit, est verbum crudele nimis & acerbum;
Dictio plena malis: hinc dicitur Officialis.

Tota enim intentio Officialis, est ad opes episcopi sua jurisdictioni commissas: ut miserrimas oves quasi vicellium tondeat, emungat, & excoriet. Isti enim sunt episcoporum sanguisugæ; evomentes alienum sanguinem, quem biberunt. Divitias, quas congregavit impius, evomet; & de ventre ejus extrahet illas Deus. Isti sunt quasi spongia in manu prementis, quasi quædam collatoria, divitias suis dominis influentia, & ex servandis acquisitionibus nihil sibi præter peccati sordem & fæculentiam, retinentes. Quod enim aggregatur per oppressionem pauperum, Episcopis cedit quidem ad delicias; Officialibus autem ad tormentum.

Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis accumulatis opes.

*Isti sunt sacerdotes ostiola, per quæ minister Belis sacrificia, quæ super mensam ponebantur à Rege, clanculum asportabat. Sic Episcopus longâ manu bona aliena diripit: & notam criminis à se removens suis Officialibus culpæ & diffamiæ discrimen impingit. Ideò, quasi sub umbrâ episcopi, & obtentu justitiæ palliatæ subditos opprimunt; ecclesias gravant; reditus alienos violenter invadunt: oculos habent ad munera: pupillo & viduæ non intendunt. Verba sunt filii Syrach:** Concupiscentia spadonis devirginavit juvenculam: ita & qui facit per vim judicium injustum. *Spado virginem opprimit: & prolem in oppressione non quærens, corrumpit; non gignit. Sic Prælatus, iracundiæ aut avaritiæ suæ satisfaciens, nec fructum justitiæ quærens, corrumpit; non corrigit: exasperat, non emendat. Quod enim fit prætextu fucatæ religionis, ac simulatæ justitiæ, non fructificat ad vitam; non ædificat ad salutem. Parcit Saul optimis gregibus Amalech, quasi sanctificaturus ea Deo, & incurrit in divinam offensam. Gedeon quidem de prædâ Madianitarum fecit Ephod: & hoc sibi & domui suæ versum est in ruinam. Hanc administrationem, quam tibi damnabiliter usurpasti patientiùs ferrem: si in sacrarum literarum scientiâ non præemineres. Causæ & judicia, quibus te imprudenter, ne dicam impudenter, immisces potius consuetudinario & forensi viro destinantur. Virum literatum, & ecclesiasticum, non sic decebat secularibus negotiis implicari. Apostolus ad Corinthios scribens, ait:** Secularia negotia si habueritis; eos, qui contemtibiliores sunt inter vos, constituite ad judicandum. *Officium Officialium, quorum numero aggregasti, hodie est; jura confundere, suscitare lites, transactiones rescindere, innectere dilationes, supprimere veritatem, fovere mendacium, quæstum sequi, æquitatem vendere, inhiare exactionibus, versutias continuare. Isti sunt, qui hospites suos gravant superfluâ electione & multitudine clientelæ. Quorum delicatos & superfluos cibos: cùm scriptum sit,** Comedentes & bibentes quæ apud illos sunt. *De alieno enim prodigi, de proprio sunt avari: verborum insidiatores, & aucupes syllabarum tendunt laqueos & pedicas in capturam pecuniæ: jura interpretantur ad votum; & ea pro voluntate suâ, nunc abdicant, nunc admittunt: benè-dicta detorquent; prudenter allegata pervertunt; rumores ... nutriunt simultates; fornicationes dissimulant; matrimonia distrahunt, adulteria fovent: penetrant domos, & mulierculas oneratas peccatis captivas ducunt: diffamant innoxios, & nocentes absolvunt: & ut multa sub verborum paucitate concludam: dum omnia venaliter agunt, filii Mammonæ; se Diabolo venales exponunt. Dominus in Evangelio dicit:** Gratis accepistis; gratis date. *Et Salomon in Parabolis:** Veritatem eme; & noli vendere sapientiam, justitiam, & doctrinam. *Vereor, ne rapiat te spiritus elationis, & dominandi cupido, ad vanitates & insanias falsas. Utinam attenderes verba Sapientiæ talia comminantis!** O vos, qui complacetis vobis in turbis! data est vobis potestas a Deo; qui interrogabit opera & cogitationes vestras: qui, cùm essetis ministri regni illius, non rectè judicastis. Horrendè autem apparebit: & judiciũ durissimũ his, qui præsunt, fiet. At fortioribus fortior instat cruciatus. *Amice, in arenâ hujus seculi periculosissimè pugnas. Mors te sequitur: vita fugit: caro palpat: Mundus allicit; leo rugiens, & quærens quem devoret, circuit, excurrit. Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Utinam ab omnibus seculi hujus noxiis abstineres! ut in te, quod suum est, non inveniat princeps hujus Mundi. & in palæstrâ quâ curritur ad bravium, nihil haberet adversarius; quo te caperet, aut teneret, aut a bravio retardaret. Si mihi credis, imo si credis in Deum: relinque maturius Officialis officium, ministerium damnationis: rotam malorum, spiritum vertiginis, qui te ad inania circumvolvit. Miserere animæ tuæ, placens Deo: cui placere non potes, cum isto damnationis officio.*

Clerum sæpè alioqui nominat Syriam, Edom, vitulos Bethel, idola Ægypti, pingues Samariæ, sacerdotes Baal, Judices qui condũt leges iniquas, & multò plura. *Episcopi domus,* (inquit) *ut cum familiâ dominum comprehendendam, nihil est damnabilius ad meritum; nihil inhonestius ad mores; nihil sordidius ad conscientiam, nihil culpabilius ad famam, nihil perniciosius ad exemplum. Aufer Domine de domo tua idolum, & confringe cornua peccatoris. Munera Romæ omnia pervertunt, & omnia monachis licere permittunt; imo ad omnes carnis illecebras, quas annuâ redimunt pensione. Cantantur eorum turpitudines in territoriis Geth, & in compitis Ascalonis. Sic factus est princeps Sodomorum, discipulis post eum in cathedrâ pestilentiæ sedentibus.*

Petrus Flandriæ Comes, & ad episcopatũ Cameracensem electus, relictâ spirituali militiâ, seculi miles factus est. *Sigeberti Continuator.*

Clericum quendam, negotiationibus deditum, graviter reprehẽdit Blesensis, inquiens:* *Si tuæ professionis ordinẽ, & gratiam divinæ vocationis, attenderes: te potius lectione, quam negotiatione; artibus quam mercibus occupares. Periculosum est siquidem laico: sed perniciosum in clerico, negotiationibus augeri peculium, atque rerũ ambitiosa venalitate, se-ipsum venalem Diabolo exponere. Clericus qui levioris comparat precio, ut vendat carius, filius est avaritiæ, idololatra pecuniæ, servus Mammonæ, & venundatus sub peccato.*

Non-vulgare Constantinopolitanorum Sacerdotũ peccatum est; quòd Andronicum, hominem impiissimum, & perfidum à jure-jurando, quod Imperatori Manueli, & ejus filio Alexio, dederat, solverũt: affixis publice literis, quibus impunitatem scelerum perfidis concesserunt; contra illud Christi, canibus & porcis sanctum projici prohibentis, ne illi conversi dirumpant nos. quod illis ipsis sacerdotibus accidit. Nam Andronicus pontificibus illis, juris-jurandi solutoribus, quam egregiam gratiam retulit? Ea fuit; ut, quædam levicula eorum postulata fierent: maximus verò is honor fuit; ut, subselliis ad solium Imperatoris collocatis, ei assiderent. Qui cùm paucos dies durâsset, umbra potiùs honoris, quam verus honos; materiam eos ridendi præbuit: pristinâ consuetudine revocatâ, instar vi curvati ligni; quod laxatum ad suam naturam revertitur. Imò ea res dignitatem eorum multùm imminuit. Nam Andronicus, ne omnium mortalium levissimus, & in actis suis parùm constare sibi videretur; pontifices illos, in splendido solio sedens, non-facilè admittebat. Ita, qui paulò antè Imperatorio consessu gloriabantur; idque sibi præmium, ut fidelibus ministris datum, verbis Davidicis jactarant: tùm involutis capitibus recedentes, se-se miserabantur; quòd iis solutis, quæ solvenda non essent, à Deo defecissent, & deteriorem Andronicum frustra coluissent. *Nicetas, sub Imperio Andronici.**

* Matth. 10 v. 8.
* cap. 23 v. 23.
* Sap. 6. v. 3 &c.
* Epist. 135.
* lib. 2.

De eorundem Sacerdotum & Monachorum alto silentio, in reprehendendo Alexio Angelo Imperatore, (qui, fratre trucidato, Imperium sumserat; licèt pœnæ divinæ omnium oculis obversarentur) queritur *Nicetas*, inquiens: † *Hanc numinis indignationem, & nostri destitutionem, nemo ex summis & honoratissimis sacerdotibus, nemo ex religiosissimis monachis consideravit, ullóve modo placare docuit; aut liberius apud Imperatorem disserendo, quicquam Romanis salutare conatus est: sed quasi omnes à viâ decerrantes, & inutiles facti, quid eos esset, non animadverterunt; quodammodò flagellis Dei adversantes.*

De extremo denique ecclesiasticorum Officiorum abusu, POTHO queritur, inquiens: † *Ecce, in hac amaritudine suâ amarissima, Ecclesia gemit, dolens: quia videt ficta religionis hominibus altaris Christi sacramenta committi, & eorum usui servire stipendia ecclesiarum; quæ utique sunt patrimonia pauperum, precia animarum. Ordines ecclesiastici dignitates non vitæ meritis, ipsaq; sedes episcopales, abbatiæ, præpositura; sed negotio illi, quod perambulat in tenebris, tribuuntur. Præsentis temporis felicitas, totaq; transeuntis felicitatis jocunditas, conspicua in auro & argento, in apparatu armorum, in numero militum, in illecebris conviviorum, in frequentiâ ministrantium, in lautissimis dapibus, & preciosis poculis, in equitatûs ornatu, in sellis & frenis deauratis, in venationibus, in canibus & accipitribus; omnisq; seculi pompa, arridet illi negotio, quod perâbulat in tenebris. Omnia hæc illis famulantur; quibus vel ficta sanctitas, vel generis nobilitas suffragatur. Propter hæc esse cupiunt episcopi, & ecclesiarũ prælati: ut his bonis fruantur, ut deliciis affluãt; ut ecclesiæ Dei magis præsint, quam prosint; ut familiam ecclesiæ subjectam habeant, ut domini rerum fiant; ut, quanto ecclesiæ sunt ditiores, tanto ipsi fiãt clariores. Cum ergò in his regnet ambitio: quomodo doctrinam Christi, verbo & exemplo, in omnibus ornare possunt? Quæ nam illis inest virtus veræ religionis, quorum corda deserit splendor divinæ illuminationis? Ministri Christi appellantur; dispensatores mysteriorum Dei existimantur: & tamen sacramentorum lumen in semet-ipsis extinguere, indignè vivendo, nõ verentur. Nam in sacramentis quidem offerendis, exterius Deo servire videntur: sed interius luce charitatis, quæ est effectiva sacramẽtorum virtus, privantur. Hinc profectò liquidò monstratur, quomodo isti, qui ad altiorem ecclesiasticæ dignitatis gradum promoti sunt, & qui sanctæ religionis propositũ tenent, negotio illi quod perambulat in tenebris, serviant.*

DE DONIS.

Miraculorum dona habuère nonnulli: ut de Bernhardo & Malachiâ Armachano dicemus.

Futura prædixerunt. Nicetas, Chonarũ episcopus eunuchus, futurarum rerum ita præscius fuit; ut inter maximos vates haberetur. *Nicetas, de gestis Manuelis.** Dositheus quidam Studiensis monachus, Isaacio Angelo, privato adhuc, Imperium prædixit. *Idem de Imperio Isaacii.** Paschali, & pontificatum, & gubernationis annos, prædixisse Albertum, Alatrinum episcopum; narrat *Platina*.

DE SYNODIS PRIVATIS.

Synodos celebrabant: *ut ex Tyro* * patet.* Octo Poloniæ episcopi synodum celebrarũt, Alexandro III. Romanam cathedrã gubernante. *Cromerus.** Hartuicus II. Bremensis episcopus, habito suorum concilio, sacris interdixit Adolpho, Holsatorum Comiti. *Crantzius.**

¶ Causas tractarunt varias. ut *de Vocatione personarum.* Mortuo enim Fulchero, Hierosolymorum patriarchâ, ecclesiarum Prælati convocantur: ut de substituendo tantæ sedis antistite, secundùm Canonum statuta, tractaretur. *Tyrius.** Anno 1177. Dolenses Canonici, Rollandum quendã sibi elegerũt archipræsulẽ: cujus electioni interfuère, Heinricus Bojocensis, & Richardus Abrincensis, episcopi; Robertus de Monte, & multi viri religiosi. *Continuator Sigeberti.*

De depositione quorundam. In Londinensi synodo, aliqui de religione malè-meriti, aut qui cõtra jus fasq; sacerdotia consecuti fuerant, vel desecrantur; vel ipsis sacerdotiis prorsus privantur. *Polydorus.**

De restitutione. In Concilio Leodiensi, Ottho Halberstadianus episcopus restituitur; cùm ante triennium Simoniæ reus indè, per Honorium, (*ut habet Chronicon Saxonia*) remotus fuisset. *Crantzius,* * *Chronicon German.*

De dogmatibus. Petri Abelardi doctrina, in Senonensi synodo excutitur. Remis, Gilbertum Bernhardus abbas refutat. *Antoninus.*

DE BONIS ECCLESIASTICIS.

Principes quædam contulere. Heinricus enim, Polaborũ Comes, Racesburgensi episcopo trecentos mansos, & universæ terræ suæ decimas; totidem mansos & Adolphus Holsatiensis eidem attribuit. *Helmoldus.**

Plurium Comitum, qui amplissima Casinensi contubernio bonâ obtulère, meminit *Chron. Casinense.*†

Reinhardus, Mersburgicus episcopus, ex suo patrimonio, ecclesiæ suæ contulit unum atq; alterum prædiũ, cum triginta-duobus mansis. *Chronicon Mersburgense.* Præsules ecclesiarum, ac seculi Principes, spontè terras, prata, nemora, & cætera, quæ monasteriis necessaria videbantur, obtulisse; narrat *Sigeberti Continuator.*

Ex Legatis. Ludovicus enim, Rex Francorum, ob amorẽ & honorem Dei, & B. Thomæ, monachis in Cantuariensi ecclesiâ, jugiter Deo famulãtibus, 100. modios vini, singulis annis accipiendos, dedit. *Continuator Sigeb.* Osbertus de Hosâ, Constabularius Heinrici Regis Anglorum, ante octavum diem mortis suæ factus Canonicus, permissione Domini Regis, abbatiæ de voto dedit triginta-duas marcas auri, & centum libras Cenomanenses; ad augendas possessiones ejusdem abbatiæ. Dedit etiã eidem abbatiæ 60. marcas argenti in platâ, & totidem in vasis. *Idem.* Guilhelmus Hypiensis, duas aureas cruces, alteram Loensi, alterã Bertinico monasterio, legavit. *Chron. Fland.* Theodoricus Bevernensis, Dismudæ dominus, moriens, cœnobio Dunensi 6666. libras, annuos reditus, assignavit. *Ibidem.*

¶ Ac data sunt: *Villeant*, Bedar, Zeophir, Caicapham, Balduinus Rex Bethlehemiticæ ecclesiæ attribuit. *Tyrius.** Villarum, domorum, molendinorum, vinearum, sylvarum, fluminum, aliorumq; bonorum, Casinensibus oblatorũ, fit mentio, *in Chronico Casinensi.**

Decima. De omnibus enim prædiorum fructibus, ab agricolis decimas ecclesiasticâ censurâ exigẽdas, censet Clemens III.* Idẽ & Celestinus III. fieri præcipit.† Heinricus Dux Bojorũ, consensu Wulphildæ conjugis, decimas de Rameshoven, D. Pancratii altari attribuit, anno 1125. *Aventinus.** Saxoniæ Dux Leo, & Holsatus, prædia, reditus & decimas, Lubecensi contulère ecclesiæ. *Helmoldus.** Decimas Aldenburgensi episcopo solvendas imperat idem Dux, Geroldo episcopo eum instigante. *Idem.** Decimarum Verdensis ecclesiæ meminit *Crantzius in Metropoli.**

Annuam decimã ecclesiasticorum bonorũ, consentientibus sacerdotibus, in bellũ sacrum convertit Francorũ Rex: quæ postea Salahadini decima nuncupata est. *Gagninus.**

Tributa, vectigalia sacra, ad bellorum apparatus, reclamante clero, Philippus convertit. *Ibidem.*

¶ Usus Bonorum ecclesiasticorum fuit: Sustentatio episcoporum, & aliorum ministrorum. Sic Clemens III. constituit,† Sacerdoti leprâ-percusso, juxta ecclesiæ facultates, necessaria ministrentur, quamdiu vixerit.

Ecclesiarum ædificatio & sustentatio. De reditibus ecclesiæ, si qui superssint, partem aliquam ædificiis impendi, vult Alexander III.*

DE BIBLIOTHECIS.

Apud Italos Bibliothecas exstitisse, constat. Nam Lotharius Imperator, libros civilis juris Romani, in Bibliothecis Italiæ repertos, à Wernero jussit in Scholis exponi; & secundùm leges, a divo Justiniano emendatas, judicari. *Theodorus Bibliander in Chronologiâ.* In Angliâ Gualterus quidam, ad Albani fanum Bibliothecarius, ex omnibus veterum ac novorum autorum ejusdem cœnobii monumentis, insignẽ Bibliothecam congessit. *Balæus.** Ex incendio Hannoniensis ecclesiæ, sola bibliotheca servatur, anno 1123. *Sigeberti Continuator.* Fuldensis abbasRuggerus, qui claruit sub annum salutis 1177. Bibliothecam construxit; eamque optimorum Autorum insignibus decoravit monumentis. *Bruschius.*

DE SCHOLIS.

Episcoporum certè non-postrema cura de Scholis esse debebat. Verùm ii secularibus negotiis, quæ ad dignitatem & reditus augendos faciebant, impliciti; nec Ec-

clesia-

clesiarum, nec Scholarum justam habuerunt rationem. Eugenius itaque Pontifex, nescio quo religionis studio afflatus, mandavit Episcopis:* ut curarent Scholas erigi, & doctos Præceptores juventuti præfici; qui liberales artes docerent. Cæterum an ii dicto audientes fuerint, non satis constat. Diversum sane res ipsa non-obscurè comprobat. Scholarum enim hoc seculo rarissima est apud Scriptores mentio. Fuère tamen aliquæ. Nam Nicephorum Basilacem Paulinas epistolas interpretatum; & lumine eloquentiæ, Apostolicorum scriptorum obscuritatem, altissimo spiritu refertã, illustrasse, scribit *Nicetas de gestis Manuelis.**

Alexius Comnenus, filius Isaacii Imperatoris, orphanis & senibus multùm afficiebatur; quibus etiã Orphanotrophion exstruxit, & Museoo: in altero pueros puellasque, parentibus orbos, alendos; in altero erudiendos, curavit sumtusq; his ex regio vectigali dedit. *Jacobus de Stradà.*

Legum in Bononiensi civitate Doctorum meminit *Radericus.** Ad Ticinensem Scholam, amore literarũ, Welphonem II. Austriæ Ducem, profectum, tradit *Aventinus.*

Francicarum Scholarũ meminit *Helmoldus*, inquiens:* *Vicelinus, assumto secum discipulo suo Thethmaro, perrexit in Franciam, majorem gratiâ studiorum: adiitq; Scholas venerabilium magistrorum Rodolphi & Anselmi, qui, in explanatione divinæ paginæ, fuerant eo tempore præcipui.* Laudunicæ civitatis magister Anselmus est, anno 1117. *Sigeberti Continuator.*

Parisiense gymnasium *Cuspinianus in Austriâ* prædicat.

In Cantabrigiensi Universitate, Heinricus I. Angliæ Rex vixit: *teste Baleo.* Haimo Gloecestrius, Scholarum rector & magister ibidem fuit. Et Oxonii florentissimum Angliæ gymnasium hoc seculo exstitisse, *idem* annotat.

Librum Decretorũ à Gratiano monacho collectorum, Eugenius Papa in publicis gymnasiis legendum concessit. *Schedelius.*

Padebornæ studia literarum, in-primis verò sub nobili magistro Hartmanno, suo floruisse seculo, *Helmoldus** testatur. Et Geroldus, Brunsuicensis scholæ gubernator, *apud eundem** celebris est.

Ad Coloniam Agrippinensem, & indè ad Claram-vallem, Cunradum filium, ab Heinrico IIX. Bojorum regulo, studiorum gratiâ missum, testatur *Aventinus.**

Herbipoli Scotigena quidã scholasticis laboribus præfuit, Heinrici V. temporibus. *Crantzius in Saxoniâ.* Eundem vocat *Aventinus* illum Scotum.

Adelgerus, abbas Spanheimensis, antequàm monachũ indueret, multo tempore Scholæ publicæ apud Moguntinos præfuit; & multos insignes discipulos post se reliquit. *Chronicon Hirsaugiense Trithemii.*

DE CONSOCIATIONE ECCLESIARUM IN UNÂ PROVINCIÂ.

In unâ provinciâ, Episcopi certâ ratione erant consociati. Acconensis enim, Sidoniensis, & Berythensis, episcopi, Tyrensi parent archiepiscopo seu metropolitano. *Tyrius.** Secundæ Arabiæ metropolitanus, fuit Petracensis episcopus. *Idem.** Pisano & Genuensi, archiepiscopali dignitate donatis, Innocentius II. ternos jubet subesse Corsicæ episcopos. *Platina, Bergomensis.* Pisanum, totius Sardiniæ primatem creatum, *Martinus*, quem vocant Capellanum, in Chronico suo annotat.

Cavebant hæreses. Nam de damnatione Petri Abailardi, Remensis archiepiscopus, Joscelinus Suessionis, Guilhelmus Catalaunensis & Atrebatensis, episcopi, ex suâ synodo ad Innocentium Romanum literas mittunt: *teste Frisingensi de gestis Friderici.** Guilhelmus Ebredunensis, Huldricus Diensis, Guilhelmus Vapincensis, episcopi, conjunctis operis contra Petrobrusianos pugnant: ut testatur *Petrus Cluniacensis.**

Juvabant excommunicationes. Patriarchæ enim Antiocheno, reliqui ejus jurisdictioni subjecti episcopi, in excommunicatione Antiocheni Principis, ob divortium factã, consentiunt: unde & calamitatum participes fiunt. *Tyrius.** Petrus, Gnesnensis episcopus, ob cædem Werneri, Plocensis episcopi, Boleslæ fraude perpetratam, de consilio & voluntate cæterorum episcoporum, toti provinciæ suæ sacri interdicit. *Cromerus.**

Episcopos aut Presbyteros ordinabant. Antaratensibus, Tripolitanis, & Bibliensibus, captis eorum urbibus à Christianis, episcopos cõsecravit Antiochenus patriarcha. *Tyrius.** Berythensibus Wilhelmus Tyrius Otthonem quendam, suæ ecclesiæ archidiaconum, ordinat episcopum: *ut ipse testatur.** Magdeburgici archiepiscopi Mersburgenses præsules consecrarunt: *ut in Mersburgensi Chronico scribitur.* Ad consecrationem Cantuariensis cujusdam electi, plures episcopos convenisse, *Sigeberti* refert *Continuator.* Eberhardus Saltzburgensis, Artwicus Bremensis, Hillinus Trevirensis, archiepiscopi; Eberhardus Bambergensis, Hermannus Constãtiensis, Heinricus Ratisponensis, Ottho Frisingensis, Cunradus Bataviensis, Daniel Pragensis Anselmus Havelbergẽsis, & Burchardus Eistettensis, episcopi, pro Guicmanno, in Magdeburgensem cathedram locando, ad Eugenium scripserant: ut ex ejus responso, quod *apud Frisingensem** exstat, videre est.

Cavebant ne Bona ecclesiastica abalienarentur. Claremontensis enim & Podiensis provinciæ episcopi & abbates, Ludovici Francorum Regis opem, contra Ecclesiæ bonorum raptores, implorant. *Aimonius de gestis Francorum.**

Synodos celebrabant. Totius enim Franciæ episcopi, habito concilio, Thomam de Marlâ, Laudunensem clerum molestantem, omni exuunt militari dignitate; & hominum cõmunione interdicunt. *Gaguinus.** Richardus Cantuariensis, & Bartholomæus Turonensis, cum episcopis Britanniæ, Rhedonis concilia habuerunt, anno 1176. *Sigeberti Continuator.* Londini, universo Sacerdotum cœtu coacto, Anselmus synodũ celebrat. *Polydorus.** Et *Petrus Cluniacensis* ad Romanum Pontificem scribit:* *Nuper in partibus nostris concilium egimus, contra sacerdotum persecutores.*

Aut mittebant Legatos. Ad Nazarethanum enim concilium, quotquot venire non potuère episcopi literas excusatorias miserunt: ut epistola ex Synodo ad Romanum Alexandrum missa testatur.

Se-se mutuò in rebus dubiis consulebant. Nam Petrus Blesensis cuidam episcopo, qui, desertâ suâ provinciâ, otio se dare constituerat; & Petri de eâ re, cum salvâ conscientiâ liceat, judicium petierat; respondet: ac omninò, ne id faciat, dissuadet; sed potiùs collegam, qui onus suum simul sustineat, assumat.

Alter alterum de suo commonefaciebat officio. Eâ de re insignis exstat epistola *Petri Cluniacensis*, ad Petrum Lugdunensem episcopum:* *Magna, inquit, & verè præcelsa, totaq; cælestis est dignitas episcopalis officii: nec minus magna, & verè timenda, totaq; terribilis, formido episcopalis periculi. Tibi enim, ut bene recolit pastoralis solicitudo tua, per Ezechielem dicitur à Domino:** Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël, &c. *& per Hieremiam:** Ecce, constitui te hodie super gentes & regna, ut evellas & destruas. *Quorsum hæc omnia? ut excitetur pastoralis solicitudo tua, ad subveniendum Ecclesiæ Dei, sub tuâ curâ laboranti; maximè hoc tempore, quando instant tempora periculosa, antè ab Apostolo prædicta: quando omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Jesu Christi. quando, inter multos mercenarios, vix aliquis pastor invenitur. quando, salute regis contemtâ, absque labore pastorali, pastoralibus mercedibus inhiant. Ad hoc autem te credo, talis tempore, in sublimi Ecclesiæ speculâ à Deo constitutum. ut, aliis tacentibus, tu pene solus, qui Dei sunt, Mundo inclames: ad hoc inter duces spiritualis prælii constitutum, ut, aliis fugientibus, tu cum paucis hostem devincas: ad hoc non tantum episcopi, sed primatus vel patriarchæ nomine insignitum; ut non tantùm populo te majorem, sed etiam ipsorum Principum te principem agnoscas; & universis magis prodesse, quàm præesse studeas. Accingere igitur gladio super femur tuum potentissime: accendatur velut ignis zelus tuus. &c.* Post hæc commemorat, quæ peccata maximè in suâ diœcesi grassentur: nempe, præter vulgarium hominum atrocia scelera, clericorum & monachorum extrema morum licentia. ac subjicit: *Pudeat generositatem sanctæ animæ tuæ, provinciam tibi commissam, ecclesiasticâ dignitate omnibus Gallicanis ecclesiis superiorem, & religione esse inferiorem.* Deniq; concludit: *Hortor, supplico, moneo, & per omnipotentis Jesu Christi misericordiam obtestor: ut tam bonum, tam Deo placens, tam salutiferum studium, nulla à corde tuo pellere valeant cura. &c.*

DE CONSOCIATIONE ECCLESIArum in pluribus provinciis.

Plures etiam provinciæ, fuerunt certâ quadam ratione & ordine inter se conjunctæ. Erant enim *Archiepiscopi*, quorum sedes sunt:

In Germaniâ, Saltzburgensis enim archiepiscopus, Suffraganeos habuit, Frisingensem, Brixinensem, Gurcensem, episcopos: ut ex Friderici Imperatoris epistolâ videre est *apud Radovicum*.* Magdeburgum, Colonia, Moguntia, Brema, archiepiscoporum sedes fuere: *ut ex Histor[iis] patet.*

In Italiâ & Galliâ, q[u]os superioribus seculis recensuimus, archiepiscopos mansisse, dubium non est.

Quatuor *in Hiberniâ* sunt sedes archiepiscopales; sicut sunt quatuor illæ provinciæ quæ illis correspondeant: Armachana, Dublineosis, Cassellensis, & Tuamensis. Quarum Armachana 15. habet episcopatus. Dublinensis 5. Cassel[l]ensi[s] 3. & Tuamensis 10. Et hanc ordinationem fecit Eugenius III. Pontifex Romanus, anno Domini 1152. per Legatum à suo latere, Johannem Papirionem, tituli S. Laurentii in Damaso Presbyterum-Cardinalem. *Balæus.**

In Angliâ. Ad Cantuariensem archiepisc[o]pum, ejusque Suffraganeo[s] [scri]bi[t] *Alexander III.** Eboracensi archiepiscopo Alexander III. literas misit; quarum fragmentum exstat.*

¶ *Patriarcha* in Oriente. *Hierosolymus.* Nam Alexandri III. epistola ad eundem habetur.*

Antiochiæ: ut *ex Tyrio* videre est.

¶ *Primates.* Norbertus, Præmonstratensis sectæ inventor, post Magdeburgicus factus archiepiscopus, Imperatorem indè Romam versùs secutus, cum plurimis aliis Germaniæ episcopis & archiepiscopis, cùm ipse ibi, & orationе & eloquentiæ viribus, authoritatem sibi ingentem conciliaret; quà præ cęteris omnibus episcopis excellens, schisma pontificium præclarè ac feliciter tolleret: titulum Primatûs meruit ac ecclesiæ suæ Magdeburgensi consecutus est, cùm ab Innocentio II. tum v[e]rò ab Imperatore etiam Lothario, cui [N]orbertus iste longè erat charissimus. *Brusch[ius] de Monasteriis.*

¶ Archiepiscopi constituebantur à Romano pontifice. Genuensem enim & Pisanam urbes, sedes archiepiscopales concesserat Innocêtius II. *teste Platinâ.* Adrianus IV. Gradensem ecclesiam, primatum super omnes ducatus Venetiarum, Histriæ & Liburnorum ecclesias, obtinere declaravit. *Sylvius.**

Lugdunensem archiepiscopum, in duos præterea archiepiscopatus dominium habere, scribit *Sigeberti Continuator*; Rothomagêsem nempe, & Turonensem. Frequendam Gerardum Cestrensem, Coventensem & Licfeldensem episcopatus, apud Anglos, simul tenuisse, *idem* refert.

¶ *Injurias alicui [il]latas, communi studia vindicabant.* Coloniensis enim archiepiscopus, Bremensem Hartuicum hortatur: ut, datâ occasione, damna ab Heinrico Leone irrogata ulciscatur: namque simul ipsi [a]dicetur operam. *Crantzius in Vandaliâ,** *Helmoldus.*† [Ph]ilippus Coloniensis, Cunradus Moguntinus, & Wolmarus Trevirensis, rem indignissimam rati sunt; quòd omnium pontificum mobilia post mortem, confiscarêtur ab Imperatore: & duodecim illis episcopi subscripsère. *Crantzius in Saxoniâ.**

[H]ierosolymorum patriarcha Heraclius, Rege sic volente, cum aliis viris Antiochiam profectus, Bohemundum Principem, suum Patriarcham, Episcopos, alios[que] Ecclesiæ servientes, graviter molestantem, ac eorum bona diripientem, placare studet. *Tyrius.**

Non-legitimè ministerium obeuntes admonebant officii. Sic Petrus Bl[es]ensis, episcopum quendam octogenarium, venationi deditum, & clericos, accipitres & falcones foventes, graviter reprehendit: eosque, ut suum o[f]ficium legitimè exequantur, hortatur.

Sibi invicem dona quædam mittebant. Annulum enim aureum, Petrus C[l]uniacensis,* [Pe]tro L[u]gdunensi archiepiscopo, misit; cui gemma, sanguinis fluxum exsiccare valens, inserta fuit, quem amoris sui erga ipsum signum esse vult.

Inaugurabant Imperatores & Reges. Rogerius enim Eboracensis, Gilbertus Londinensis, & Joscelinus [Sar]beriensis, Heinricum juniorem Angliæ regem inungunt. *Polydorus.**

Civilibus negotiis se ingerebant. Saxoniæ episcopi, conjuncti Principibus aliis, Heinrico V. bellum [f]aciunt: inter quos primas tenuit Halberstadianus. *Crantzius.* Archiep[i]scoporum & episcoporum Germaniæ c[o]n[silio], Heinricus Leo exili[o] mulctatur ab Imperatore. *Sigeberti Continuator.*

De consensu Bernhardi Antiocheni, Daberto Hierosolymitano exulanti, S. Georgii ecclesia infra Antiochiam, cum prædiis & certis reditibus, confertur. *Tyrius.**

DE ROMANORUM PONTIFICUM principatu & tyrannide: itèm de operibus Antichristi, in regimine ecclesiastico.

DOMINATIO SUPER ECCLEsias Orbis.

PRincipatum super alias Ecclesias omnes, efferunt Papæ Romani etiam hoc seculo. Per Gualtonem enim, Beluacensem episcopum, Paschalis Romanus, duos Gnesnensis provinciæ episcopos, suis sedibus ejecit: quorum alterum Duglossus Cias[l]aum fuisse opinatur; qui Cracoviensem sedem, permittente Boleslao Duce, sinè autoritate Pontificis, usurpaverat. *Cromerus.** Tyreosi episcopo, ut Hierosolymitano pareat Patriarchæ, mandat Innocentius II. cùm o[l]im ea ecclesia Antiocheno subjecta fuisset; ac inter cunctos Suffraganeos primum tenuisset locū. *Tyrius.**

Ad Henricum Anglorum Regem, pro investituris, in hunc modum scribit Paschalis: *Grave nobis est, quia id à nobis videris expetere, quod præstare omninò non possumus. Si enim consentiamus, aut patiamur investituras à tuâ Excellentiâ fieri: & nostrum procul dubio, & tuum erit immane periculum. Quare contemplari te volumus, quid aut non-faciendo perdas, aut faciendo conquiras. Nos enim, in prohibitione hac, nihil amplius obedientia, nihil liberalitatis per ecclesias nanciscimur: nec tibi de ita potestatis aut juris subtrahere quicquam nitimur: nisi ut erga te ira Dei minuatur, & sic tibi prospera cuncta contingant. Ait enim Dominus* * Honorificantes me, honorificabo. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. *Dices itaque: Meo hoc juris est. Non utique, non est imperatorium, non regium, sed divinum. Solius illius est, qui dicit:* * Ego sum ostium. *Unde per ipsum te rogo, cujus hoc munus est; ut reddas hoc ipsi. Ipsi dimittas, cujus amori, etiam quæ tua sunt, debes. Nos autem cur tuæ obsisteremus voluntati; cur obsisteremus gratiæ: nisi Dei in hujus negotii consensu sciremus nos voluntati obviare; gratiam amittere? Cur tibi quicquam negaremus; quod cuiquam esset mortalium concedendum: cùm beneficia de te ampliora sumseremus?* Malmesburiensis.*

De Romanæ ecclesiæ primatu, ad Canonicos Bononienses, Legum doctores & magistros, Adriani quoque subjicere visum est epistolæ cujusdam fragmentum. *Æterna & incommutabilis providentia Conditoris, sanctam & immaculatam Ecclesiam, à sua fundationis exordio, eâ ratione & ordine voluit gubernari: ut unus ejusdem pastor & institutor existeret; cui universi ecclesiarum Prælati absq[ue] repugnantia subjacerent, & membra, tanquam suo capiti cohærentia, ei se quâdam mirabili unitate conjungerent, & ab ipso nullatenus dissiderent. Qui verò Apostolus suus, pro eorum fidei firmitate, promisit dicens;* * Ecce ego vobiscum sum omnib[us] diebus, usq[ue] ad consummationem seculi: *ille procul dubio ecclesiam suam, cujus ipsi Apostoli magisterium assumserunt, sua promissione fraudari nullo modo patietur: sed eam in suo statu & ordine, licèt adversitas naviculam Petri fluctuare videatur, perpetuò faciet permanere, &c.*

Et solius Papę esse, translationem episcoporum ab uno aliquo loco in alium facere, testatur *Petrus Cluniacensis, in epistolâ ad Innocentium.*

Cum Guilhelmo Siciliæ Rege, eâ lege pacem Hadrianus sancit: ut ipsi maneat salvum jus, in universo regno ipsius consecrandi episcopos. *Continuator Sigeberti.* Idem Pontifex Gradensem episcopum, primatum super omnes ducatus Venetiarum, atque etiam Histriæ & [L]iburn[orum]

ecclesias,

Marginal notes: * li. 4. c. 71. — * Centur. 13. 97. in App. — * 13 Decret. tit 7. cap. 3. — * in eod. li. cap. 3. — * li. 3. Decret. tit 10. c. 4[?]. — * li. 5. in Bil[?] dun. — * lib. 5. c. 9. — † lib. 2. c. 8. — * li. 6. c. 30. — * li. 22. c. 7. — * li. 13. ep. 2. — * lib. — * lib. — * li. 14. c. [?] — * 1 Sam. 2. vers. — * Johan. 10. vers. 9. — * lib. 5. — * Matth. 28. vers.

ecclesi[illegible] mere, dec[illegible] ravit. *Blondus.* * C[illegible] mationem episcoporum Germanis Callixtus II. [illegible] abstulit. *Pantaleon.*

[illegible]bi postremum & summum judicium, de quâvis doctrinâ, arrogant. Paschalis enim II. Florentinum antistitem, affirmantem, Antichristum esse natum, & hoc publicè prædicantem, (*teste Sabellico*) anno 11[illegible]a, in Concilio Romæ repressit. *Balam, Bibliander.*

Suas censuras aliis ecclesiis omnibus obtrudunt; tali appendice, ne cuiquam fas sit dissentire. Nam, pro autoritate apostolicâ, Hierosolymitano Patriarchæ Alexander III. prohibet, sinè consilio fratrum, abbates, abbatissas, & alias ecclesiasticas personas, vel instituere, vel destituere. *Nos enim*, inquit, * *tales institutiones, & destitutiones, carere decernimus robore firmitatis.* Itèm: * *Fraternitati tuæ mandamus, quatenus in concessionibus & confirmationibus, & aliis Ecclesiæ tuæ negotiis, fratres tuos requiras, & cum eorum consilio, vel saniori parte, eadem peragas & pertractes. & quæ statuenda sunt statuas. & errata corrigas, & evellenda dissipes & evellas.*

Nolunt ullum concilium haberi; ubi vel ipsi Papæ, vel à se missi, non præsiderent. Divionem ad Concilium venire non vult Alexander III. eò quòd à se illud indictum non fuisset. *Baronius.*

Jactant sinè fine incredibiles prærogativas; quas præ aliis doctoribus habeant. Calixtus enim, omnibus episcopis scribens, sic: *Nō decet à capite membra discedere: sed, juxta Scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur. Nulli verò dubium, quòd Apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, à cujus regulis nullatenus vos convenit deviare. Et sicut Filius Dei venit facere voluntatem Patris sui: & vos implete voluntatem matris vestræ, quæ est Ecclesia, cujus caput est Romana ecclesia.* Antoninus. * Et Alexander III. in epistolâ ad Senonum archiepiscopum: * *Sicut Romana ecclesia omnium ecclesiarum, disponente Domino, mater est: ita etiam nos, qui eidem ecclesiæ, licet immeriti, supernæ dispositionis providentiâ, præsidemus, &, prout Dominus nobis ministraverit, consultationibus singulorum cogimur respondere; &, quæ videntur dubia, Apostolicæ circumspectionis providentiâ declarare.*

Legatos suos, veluti dromedarios quosdam, semper huc-illuc mittunt, & mandata scribunt. Paschalis Gibelinum, Arelatensem episcopum, Hierosolymam mittit, pro cognoscendâ Daiberti & Ebremari causâ. *Tyrius.* * Per Egidium Tusculanum, Antiocheno Patriarchæ, satis pro imperio Honorius mandat; ut Tyrensi suos restituat suffraganeos. *Idem.* * Idem Papa, pro Johanne Cardinali, suo ad Anglos legato, ad clerum Anglicanum scribit; rogans, monens, atq; præcipiens eis: ut hunc Johannem, tanquam sancti Petri vicarium, (Sardanapali potiùs) reverenter suscipiant, humiliter audiant, & ad ipsius vocationem synodales cum eo conventus solenniter celebrent, & ad ejus placitum vivant. Et pro eodem, ad Davidem, Scotorum Regem, literas mittit: cui rogando mandat, ut hunc suum dilectum filium, cui vices suas in partibus illis commiserit, reverenter suscipiat honoretque: Episcopos etiam terræ suæ, cùm ab eo fuerint vocati, ad concilium suum faciat convenire. *Balam,* * *in vitâ Honorii.* Hugonem Cardinalem Alexander III. in Angliam Scotiamque, pro reformandis Ecclesiis, misit. *Hector Boethius.* * Brunonem Coloniensem, & Albertum Trevirensem, episcopos, Wilhelmus Prenestinus Papæ legatus, consecrat, anno 1132. *Appendix Mariani Scoti.* Nicolaus, qui postea Romanus Pontifex factus, Hadrianus dictus fuit, Eugenii III. nomine legatione functus, apud Norvegianos archiepiscopalē erexit sedē. *Gotthica historia.* * Albericus, Hostiensis episcopus, autoritate & legatione apostolicâ, ad Orientis partes proficiscitur, exigen[illegible]d populi Christiani utilitate: *ut testatur P. Cluniacensis.* *

Distribuunt episcopatus; veluti Cæsar ducatus & provincias. Statuit enim Clemens III. * solum Papam posse episcopos ad alium locum, aut altiorem dignitatem, transferre: & Episcopos Principibus dignitate præire decrevit. Celestinus III. civitatis nomē Viterbio dedit, ecclesiamq; ibidem cathedralem fecit: Tuscanensem & Centumcellensem eò in eandē transferens; ut unus episcopus omnibus p[illegible]sset. *Balam.* [illegible]aschalis centum episcopos creâsse dicitur. *Platina.*

Quosdam archiepiscopos volunt, suo nomine, perpetuo legationum officio fungi, ad vicinas gentes. Ad Guidonem Viennensem, Apostolicæ sedis Legatum, exstat Paschalis II. epistola. * Arnoldus Moguntinus, Apostolicam legationem apud Adrianum promeruit: *ut in appendice Mariani Scoti videre est.* Cantuariensem archiepiscopum, suis Suffraganeis, non tantùm metropoleos; sed & legationis jure præesse: scribit Alexander III. in epistolâ ad eosdem. * Theobaldus, ex abbate Beccensi Cantuariensis antistes creatus, Romam protinus perrexit: ubi accepto de more pallio, legatus ab Innocentio II. factus est: in quo muneris genere, religionem plurimùm juvit. Manavit id munus postea ad omnes Cantuarienses archiepiscopos; qui Legati nati dicti sunt. *Polydorus Vergilius.* * Idem Papa Gaufredum, Carnotensium præsulem, Aquitaniæ legatum creavit: *ut in vitâ Bernhardi* * *scribitur.* Malachiam, Armachanum episcopum, Legatum suum per Hiberniam constituit Romanus Pontifex. *Bernhardus in vitâ ejus.* Heinrici Presbyteri-Cardinalis, & Romanæ ecclesiæ Legati, meminit *Sigeberti Continuator.*

Casus quosdam sibi reservant. Si ex odio scholares vel seculares clerici se percusserint, pro suâ absolutione debent ad Apostolicam sedem venire. *Alexander III.* * Hi, qui violentas manus in clericos, canonicos, aut cujuslibet religionis conversos, injiciunt; excommunicationis sententiam incurrunt: nec, nisi in articulo mortis, sinè Romano Pontifice, possunt absolutionis beneficium impetrare. * Constituit etiam Innocentius, excommunicandum esse; qui unctum sacrificum, aut clericum rasum, percusserit: nec absolvendum esse, nisi ab ipso Papâ. * Et Ecclesiam non esse committendam conductitiis sacrificulis. *

Volunt esse irreprehensibiles in terris, quicquid tandem sentiant aut designent. Rolandus enim, Romanorum Pontifex, cùm ab Imperatore ad Synodum vocaretur, Papiam venire detrectavit; respondítque: Cùm ipse omnes debeat judicare, se à nullo velle judicari: ut habet epistola Friderici Imperatoris, ad Salzburgensem episcopū. *apud Radevicum.* * Successores suos, Romanos pontifices, à nemine judicari posse aut debere, statuit Gelasius II. *Balam.*

Alexander III. Papiensem episcopum pallii & ferendæ crucis dignitate privavit: quòd ex parte Friderici Imperatoris staret. *Platina. Chronicon Bambergense.*

Ut Cæsares. Duces, ità ipsi Cardinales & Archiepiscopos creant, qui suæ dominationi assistant. Nam ferè quadringentos Cardinales, à Romanis Pontificibus hac ætate creatos, *Onuphrius* recenset.

Episcopos ordinant in universum orbem terrarum: sive veniant in ea loca, quorum titulum ipsis imponunt, sive non. Noberto cuidam Gelasius II. licentiam, in universo terrarum orbe prædicandi, concessit. *Sigebertus.*

¶ Venales habent Episcopatus. Sic Cardinales duo, corrupti pecuniâ, Heinricum præsulem Moguntinum sede deponi; Arnoldum verò quendam malitiosum substitui, apud Papā obtinent. sed paulò pòst ambo miserabili morte interière. *Pantaleon.*

Abbatias. Abbates Ulmenses magnis sumtibus à Sede apostolicâ, præter monasticas dignitates, impetràverunt & pontificalia insignia: contra quod tamen S. Bernhardus multa scripsit. *Chronicon Ulmense.*

Pallia. Nam non posse ullius archiepiscopi pallium alii communicari, sed quemlibet cum eo sepeliendum, statuit Celestinus III. * ne quid scilicet Romanorum luxui decederet. Et Alexander III. statuit, ne quis archiepiscoporum reciperet pallium; nisi priùs obedientiæ juramentum Papæ præstitisset. *Pantaleon, Balam.* Coloniensis, quòd pallium nondum redemisset, Conrado III. regium diadema imponere prohibetur. *Cuspinianus.* Et Hadrianus, antequam Pontifex crearetur, solitus est dicere: Benè dicitur, non tam nuncupativè, quàm etiam substantivè, summus Pontifex servus servorum. Servit enim servis avaritiæ, hoc est, Romanis, necesse est; adeò ut, nisi servierit, fiat aut Expontifex aut Exromanus. *Vincentius.* *

Vixit hoc seculo quidam Bernhardus Cluniacensis; qui scripsit ad Petrum, Cluniacensem abbatem, tres quasi Sa-

tyras, dactylleo carmine. in quarum duabus posteriori-bus, acriter clerum insectatur; reprehendit eorum multiplicia flagitia, libidines, avaritiam, superbiam, ambitionem reprehendit & Simoniam, itèm & officii neglectionem: queritur, indignissimos ad summa officia in Ecclesiâ promoveri atque ità miserè negligi & perdi oves Christi. Ante omnia autem, vehementissime Romanam curiam insectatur: ubi queritur, omnia auro argentoque vendi etiam ipsam justitiam. Sed adscribamus pauca quædam inde.

Lex mala, furibus bis subeuntibus, intrat abundè.
O mala secula! venditur infula pontificalis.
Infula venditur; haud reprehenditur emtio talis.
Venditur annulus, hinc lucra Romulus auget & urget.
Est modo mortua Roma superflua, quando resurget?
Roma superfuit, arida corruit, afflixa, plena:
Clamitat, & tacet; erigit, & jacet, & dat egena.
Roma dat omnibus omnia, dantibus omnia Roma
Cum precio: quia juris ibi via, jus perit omne.
Ut rota labitur: ergo vocabitur hinc rota Roma;
Quæ solet ubere laude fragescere, sicut aroma.
Roma nocens nocet, atque viam docet ipsa nocendi;
Jura relinquere, lucra requirere, pallia vendi.
Sæpe Notarius est tibi carius emtus: ut illa
Quæ cupis, exaret; & sacra præparet ipse sigilla
Si tua nuntia prævenit uncia: surge, sequaris.
Expete limina, nulla gravamina jam vereare.
Quam sapientia non valet, uncia dat tibi pacem:
Uncia federat, uncia temperat ore minacem.
Aurea lamina dat tibi lumina cæca Quiritum;
Ostia pervia, verbaque Tullia, cor stabilitum.
Si datur uncia: stas prope gratia pontificalis.
Sin procul hæc valet, hæc tibi lex manet, & schola talis.
Ergo prior tua dextera mortua Roma probatur:
Sparsa per extera jam tua dextera læva vocatur.
Dives es indiga, pinguis es arida, libera servis;
Libera subderis, æreque venderis ipsa protervis:
Sæpe revenderis, hinc reprehenderis ore Jugurthæ.
Scylla vorax rapis, & cupis, & capis, & trahis ad te.
Roma ruens, rota fœda, satis nota cauterias te.
Gurges es altior, atra vorator alta lacuna,
Insociabilis, insatiabilis, omnibus una.
Quo bibis amplius, hoc sitibundius. Hinc date, clamas.
Dic, rogo, sufficit: at, mihi deficit, ipsa reclamas.
Si tibi det sua, non repleat tua guttura, Crassus.
Marca vel aureus à modo, non Deus est tibi Jesus.

Et Theodoricus, S. Trudonis Leodiensis abbas, qui floruit circa annum Domini 1120. insectatus multùm est Romam; præcipuè ob Simoniam: non solùm quòd ob pecunias m dantur honores; sed etiam quòd indignissimis dantur. Dicit, jam Romæ Simonem Magum pro Petro regnare. Sed adscribamus paucos quosdam ejus versus, sparsim excerptos: *

* *Carmi* [illegible] *versu.*

Ecce domus pacis, arcu quatit impietatis.

Itèm:

Mallem argenti confringit ovilia Christi.

Itèm:

Res nimis injusta; fit nummis præsul & abba.

Itèm:

Cerne lupum monachum.—

De pravo regimine Ecclesiæ inquit:

Ut Mopso Nisa, corvo datur ecce columba:
Qualis pullus erit, quem fert commixtio talis?

Et paulò pòst:

Quid non speramus, si nummos possideamus?

Itèm:

Roma caput mundi, tu quondam talibus ultrix,
Aut citius venias ultrices reddere pœnas:
Aut caput ut fueras, modò cauda novissima fias.
Si sit venalis; quod quondam Numida risit:
Emptor non deerit. tu vendes, atq; peribis.
Talis ut ipse Deus quondam cum reste minatur,
Mensas & sedes de sacris ædibus arcens.
Dic sint Maranatha Deus his. dic sint anathema.

Et Ru[illegible] Tuiti[illegible] ait: * *Peccatum est maxime gradum ecclesiasticorum, peccatum venalitatis & avaritiæ, quod nunc adspicimus. & ubique regnare videmus. ambitione nimia cuncta devastante, avaritiâ penè universa reposita intùs in ecclesiis devorante: ubi quia licet vivere, libet etiam ambire. Unde tunc meritò fiet, ut, quia non licebit vivere, etiam non libeat ambire: multò amplius, multò miserabilius, quàm tempore persecutionis Neronianæ sive Diocletianæ, quibus urgentibus nimirum gradus ecclesiasticos nec emere delectabat, nec vendere vacabat.*

* *Lib.* [illegible]

Nihil non Romæ pecuniâ perfici posse, haud-obscurè Petrus Blesensis indicat: * *Si capra*, inquiens, *si ovicula furto sublata est, vel occisa: in hujus rei auctorem, si lateat, sententia excommunicationis emittitur; convictus verò aut confessus latronum, patibulo deputatur. Porrò clerici vel episcopi occisores Romam mittuntur: indeq; in delictis, cum plenitudine Apostolica gratiæ, & majori delinquendi audaciâ, revertuntur.*

* *Epist.* 43.

¶ Census ab ecclesiis, in longinquis regionibus, extorquent. Monasterium in Elchingen, eâ lege in suum recipit patrocinium Lucius: ut singulis anniaunum Romanæ curiæ florenum numeret. *Historia Ulmensis.* Totius Poloniæ ecclesiis, episcopis & sacerdotibus, decimas imperavit Clemens III. in subsidium belli Turcici. *Cromerus.* * Celestinus III. pontificatum adeptus, ægre ferens Tancredum regno Siciliæ potiri, Constantiam, Rege Rogerio natam, occultè è monasterio Panormitano eduxit, eamque, licèt Deo dicatam, Heinrico VI. Barbarossæ filio, dispensatione Apostolicâ, in matrimonium collocavit, hac conditione: ut regnum Siciliæ, cis & ultra Pharum, dotis nomine, repeteret; reservato censu, qui pontifici feudatario jure quotannis solveretur. *Platina in vitâ ejus.*

* *lib.* 6.

Omnibus suas ceremonias & ritus obtrudunt. Armenios enim legatos ad Romanam ecclesiam, cui tùm Eugenius III. dominabatur, missos, ut inter cætera sacrificii formam juxta ejus consuetudinē addiscerent, Romanus Pontifex gratanter suscipiens: Missarum solenniis, ac sacrificii decretis adhibuit, diligenterq; ea, quæ fiebant ibidem, eos animadvertere monuit. Quod dum facerent, intentique sacro altari adstarent: unus ex eis, pontificali dignitate præditus, sicut postmodum in plenâ curiâ retulit, in beati Martini octavâ, quando dedicatio ecclesiæ beati Petri celebrari solet, summo Pontifice divina mysteria agente, splendido fulgore radium Solis super caput ejus coruscare, & in ipso duas columbas ascendentes & descendentes, vidit. Cumque diligentiùs hac illacq; oculos circumferret; nullumque aditum, per quem lux illa transfunderetur, inveniret: deificum hoc esse cognoscens, ac ad obedientiam Romanæ sedis ampliùs accensus, cunctis, quæ viderat, aperuit. At venerabilis pater, non suis hoc meritis attribuens; ipsius potiùs fide cœlitùs hoc sibi monstratum affirmabat: ut videlicet Ecclesia, à quâ ipse missus fuerat, sacramentorum virtutem, veritatis luce perfusam, cognosceret; ac deinceps, quali eâ reverentiâ & formâ tractare deberet, addisceret. *Otto Frisingensis.* * Johannes quidam Cardinalis Constantinopolim missus est; ut Ecclesiam Græcorum, ad instituta & subjectionem Romanorum, revocaret: verùm ibidem occiditur, anno 1182. *Sigeberti Continuator.*

* *lib.* 7. *c.* 37.

Idololatriam confirmant, & exercent. Canonizationes enim Sanctorum mortuorum à Solo Papâ fieri posse, decrevit Alexander III. & illis solis divinum honorem exhiberi jussit. *Pantaleon, Balæus.* Thomam Cantuariensem (quem *Balæus* Regis & regni Anglorum proditorem vocat) Divorum catalogo idem adscripsit: & ut natalis ejus festivus celebraretur, maximè verò ab Anglis, mandavit. *Sigeberti Continuator, Boethius.* * Ejusdem autoritate, per Stephanum Upsalensem archiepiscopum, Helena de Schedui, apud Suecos, in Divorum recipitur contubernium *Gothica historia.* * Bernhardum Clarevallensem inter Divos locum capere jussit; festum ejus mandans celebrari die obitûs sui. *Antoninus.* Eugenio III. jubente, ad deorum papisticorum consortium Heinricus II. Imperator transvolat. Per Clementem, Ottho Bambergensis eò quidem etiam commigrare jubetur: verùm an id factum fuerit,

* *lib.* 13. *Hist. Scot.*

* *lib.* 19. *c.*

meritò

mei … dubitatur. *Chronicon Bambergen…* Ac ut Romanorum pontificum vanitatem ideas, literarum exemplar indè adscribemus. *Eugenius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri, Egelberto episcopo, & dilectis filiis, Canonicis Bambergensis ecclesiæ, salutem & apostolicam benedictionem. Sicut per literas & nuntios vestros vobis mandasse meminimus, venerabiles fratres nostres, N. Sanctæ Ruffinæ episcopum, & N. Presbyterum-Cardinalem, pro diversis negotiis, ad partes illas, de nostro latere delegavimus, eisq; vivâ voce injunximus: ut ad ecclesiam vestram accederent, atque de vitâ & miraculis Heinrici Regis, rei veritatem diligenter inquirerent, & literis suis nobis significarent. Nunc autem eorundem fratrum nostrorum, & multorum religiosorum & discretorum virorum attestatione, de castitate ipsius; de fundatione Bambergensis ecclesiæ, & multarum aliarum, quarundam quoque episcopalium sedium reparatione, & multiplici eleemosynarum largitione; de conversione Regis Stephani & totius Ungariæ, Domino cooperante, per eum factâ; de glorioso etiam ipsius obitu, pluribusq; miraculis post ejus obitum, ad ipsius corporis præsentiam, divinitùs ostensis, multa cognovimus: inter quæ illud præcipuum & memorabile plurimum attendentes; quod, cùm diadema sceptrumq; Imperii suscepisset, non imperialiter, sed spiritualiter vixit. In thoro etiam legitimo positus, (quod paucorum fuisse legitur) integritatem castimoniæ, usque in finem vitæ, conservavit. Quæ quidem nos omnia simul perpendentes, atque devotionem vestram & ecclesiæ Bambergensis, quæ sanctæ Romanæ ecclesiæ soli subesse dinoscitur, diligenter considerantes: tametsi hujusmodi petitio, nisi in generalibus Conciliis, admitti non soleat; auctoritate tamen sanctæ Romanæ ecclesiæ, quæ omnium Conciliorum firmamentum est, petitionibus vestris acquiescimus: atque ejusdem memorabilis viri, cujus exaltationem requiritis, fratrum nostrorum archiepiscoporum, episcoporum, qui præsentes aderant, communicato consilio, memoriam inter Sanctos de cætero fieri censemus, & anniversarium ipsius diem solenniter celebrari constituimus. Vestrâ itaque interest, sic in sanctæ Romanæ ecclesiæ obedientiâ & fidelitate persistere, & ei dignè devotionis obsequiis respondere: ut ampliori beati Petri & nostrâ gratiâ digni inveniamini. Datum Trans-tiberim, 2. Idus Martii.*

Itèm: *Clemens episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, Mersebergensi & Eistettensi episcopis, & dilectis filiis S. Emmerami Ratisbonensis, & Swartzensi, abbatibus, Decano & Scholastico Wirtzburgensi, salutem & apostolicam benedictionem. Ad audientiam nostram, & quarundam seriis literarum, & relatione multorum, pervenit: quod divina potentia, per merita & interventum beati Otthonis Bambergensis, multorum est operata salutem; præcipuè in gente Pomeranicâ: ad quam fuit sub Apostolicâ sede transmissus; & in eâ quàm-pluribus miraculis donavit illi Dominus coruscare. Quoniam igitur, juxta divinæ Scripturæ testimonium, lucerna non sub modio, sed supra candelabrum est ponenda: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs de vitâ ipsius & miraculis diligentius inquiratis; quæ nobis fuerunt per multorum literas indicata: &, si non inveneritis aliquid, quod obsistat; ipsum canonizatum, autoritate freti apostolicâ, solenniter & publicè annuntietis: anniversarium diem sui transitûs facientes, & publicè annuntiantes, ad honorem Dei, & ipsius beati viri memoriam solennem, habere. Datum Laterani, 3. Calend. Maii, pontificatûs nostri anno 2.* Ejusdem ferè tenoris epistolam ad Bambergensem clerum scribit.

¶ Missas stabiliunt. Innocentius enim II. ut quilibet Missam celebrans communicet, & ut Pontifex Romanus sedens sacra peragat, ac à Diacono Eucharistiam sumat, statuit. *Gigas.* Missam de S. Mariâ, singulis diebus, in insulanâ ecclesiâ celebrandam, Alexander III. confirmat.* Petri & Pauli die, Missam Adriano Papâ celebrante, Fridericus Imperator coronatur. Ac tradunt, Romanum ibi Pontificem, inter Missarum solennia, cunctos, qui fortasse in conflictu, cum Romanis habito, sanguinem fuderant, absolvisse: allegationibus usum, eò quòd miles, proprio Principi militans, ejusque obedientiæ adstrictus, contra hostem Imperii dimicans, sanguinem fundens, jure tam poli, quàm fori, non homicida, sed vindex, affirmetur. *Ottho Frisingensis de gestis Friderici.**

* *li. 3 Decr. tit. 3. cap. 11.*

* *li. 2. c. 23*

Superstitiones augent & imponunt. Superstitionibus enim plenissima Calixti quædam de Turcis Bulla est; cujus summam hic inserimus. Primùm hortatur & mandat, quatenus omnes & singuli sacerdotes, quacunque dignitate præfulgeant ecclesiasticâ, secularium & regularium ordinum quorumcunque, exemtorum & non-exemtorum, cùm eos celebrare contigerit, commemorationem faciant, & orationem dicant contra Paganos institutam, videlicet: *Omnipotens sempiterne Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, &c.* Quibus celebrantibus, & hujusmodi orationem dicentibus, relaxat centum dies, de injunctis eis pœnitentiis. Deinde, ut omnis populus, cujuscunque generis aut sexûs, orationum & indulgentiarum participes esse possint, præcipit & mandat: ut in singulis civitatibus, terris, castris, & villis sive locis, inter Nonas & Vesperas, videlicet ante pulsationem Vesperarum, per intervallum medio horæ, singulis diebus, tribus vicibus, una campana sonorosa, ut bene audiatur, pulsetur; quemadmodum pro Angelica salutatione pulsatur: & tùm quilibet Orationem dominicam dicere debeat, & Angelicam salutationem, *Ave Maria, &c.* Quibus semel, quadraginta-tribus autem vicibus, dicentibus, flexis genibus, centum dies indulgentiarum misericorditer elargitur. Mandat etiam atque præcipit, quatenus in singulis civitatibus, terris, castris, & villis sive locis, omnibus primis dominicis diebus singulorum mensium, Processiones generales fiant: ad quas omnis populus conveniat, & clerici, sive seculares, sive regulares, mendicantes & non-mendicantes, exemti & non-exemti, qui extra aut intra mœnia urbium, civitatum, terrarum, castrorum, villarum sive locorum, existant. Religiosi verò, qui in solitudine degunt, quique ad hujusmodi processiones, quando in civitatibus, terris, castris, & villis sive locis, fieri solent, convenire non consueverunt; non compellantur: sed iisdem diebus ipsi, intra claustra monasteriorum suorum, aut in circuitu eorum, aut ad aliquam proximam basilicam, se conferentes, prout eis major devotio fuerit, processiones faciant. Moniales autem, intra mœnia urbium habitantes, seu extra, prædictas processiones intra claustrum faciant, septem Psalmos pœnitentiales cum litaniis decantantes. Si verò, in dominicis diebus, aliquod legitimum impedimentum supervenerit, quò minùs processiones generales devotè atque pacificè fieri possint, mandat: ut unaquæque parochia sive monasterium, & quævis alia ecclesia, intra ambitum ecclesiarum sive claustrorum, eas faciant. Orationes autem, sive cantus, cæteræque ceremoniæ, in prædictis processionibus fiant; sicut in quibuslibet civitatibus, terris, castris, & villis sive locis, consuetum est: aut sicut ipsi præsidentes, pro re tam piâ tamque necessariâ, devotiùs ordinandum putaverint. ità tamen, ut Missa solennis in prædictis processionibus dicatur; quæ in Ecclesiâ contra paganos ordinata est. Mandat præterea, ut in civitatibus, terris, castris, & villis sive locis, in quibus prædicator quisque verbi Dei haberi possit, in solennitate processionis, per illum sermo fiat ad populum: in quo primò studebit fidem confirmare, eosque patientes in hujusmodi tribulationibus retinere: doceatque, quomodo probatio fidei patientiam operatur; & patientia opus perfectum habet. Sicut largam indulgentiam, corporalem opem contra Turcam ferentibus, concessit: ità etiam iis, qui opem tulerint spiritualem. Omnibus itaque verè-pœnitentibus & confessis, qui ad prædictas processiones convenerint, septem annos, & tot quadragenas, de verâ indulgentiâ impertitur. Illis, qui pia emiserint vota, eaque compleverint, aut orationum, aut peregrinationum, aut largitionum & eleemosynarum, ut omnipotens Deus ad auxilium Christianorum respicere pro suâ pietate dignetur, duos annos, & totidem quadragenas, de verâ pœnitentiâ, indulget. Præmissæ indulgentiæ tamdiu durant, quamdiu hujusmodi persecutio durabit: & de cœlo victoria dabitur, contra perfidum Turcam.

Et Alexander III. Venetiis, ad S. Marci templum, in Ascensione Domini, indulgentias plenarias, perpetuò duraturas, concessit. *Baleus.*

¶ Ordinem Teutonicorum militum, Celestinus III.

Joannitarum, Clemens III. confirmarunt. *Chron. Pratenicum.* Carthusianos cõprobavit Alexander III. cum subscriptione omnium Cardinaliũ; suscipiens eos sub protectionem S. Petri, & suorum privilegiorum. *Fasciculus temporũ.*

Calixtus Hildebrandi statutum, de abdicandis ministrorum conjugibus, renovavit; ac jejunia quatuor temporum instituit: edixitque, à Romanâ ecclesiâ non licere in aliquo dissentire, hanc addens rationem: Quia (inquit) ut Filius Christus venit, facere voluntatem Patris: ita Christianos oportet facere voluntatem matris Romanæ ecclesiæ. *Balæus.* * *Dist. 76. c. Jejunium & Dist. 12. c. Non decet.*

* Cbe. 2. c. 63. in App.

¶ Protectiones Romanas, adorationis & religionis gratiâ, confirmant. Burdinum Antipapam, negotiationis ac religionis causâ Romam commeantes spoliantem, Calixtus II. capit. *Platina.* Idem eos, qui Romipetas, vel ad alia Sanctorum loca euntes, spoliant, vel qualicunque injuriâ afficiunt, excommunicationis reos pronuntiat.* ALEXANDER III. scribit: * *Veniensâ ad nos Romam narratione accepimus, quòd in puerili ætate constitutus, Hierosolymam dispositi proficisci. eadem quoque, qui sepulcrum do minicum proposuerat visitare, fidem dedit, & suam recepit ab eo: quòd sibi invicem in viâ socii fideles existerent. Nos autem ipsum à voto, quod in ætate tenerâ, facilitate potiùs, quam ex arbitrio discretionis, promisit, absolvimus: ità tamen, quòd idem votum eleemosyna redimat; & juxta consilium nostrum, toto vitæ suæ tempore, unũ pauperum Christi (dummodò ad hoc sua facultates sufficiant) debeat providere.*

* Caus. 24. q. 3. cap. 23.
* Li. 3. Decr. tit. 34. c. 2.

Gregorius IIX. pœnarum æternarũ relaxationem promittit sacris militibus. *Johannes de Oppido.*

PAPA-CAESAREATUS.

Regna hujus Mundi tenent ipsi Pontifices Romani. Sic RUPERTUS Tuitiensis inquit: * *Etenim terreno Imperio potentius factum est in gentibus cœleste imperium, in tantum, ut feros Principes, & barbaras nationes, quas Imperatorum gladius non subjugaret, sacerdotum lingua liger. & latius Romanæ ecclesiæ Pontifices, quam Romani Imperii dominentur Imperatores. Quamvis enim, multis aucta victoriis Roma, jus Imperii sui terra marìq; protulerit: minus tamen est quod illi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subjecit.*

* Lib. 7. in Gen. c. 10.

Urbes. Urbis Romanæ dominium Romano pontifici traditum, Innocentius II. contendit: *ut ex Frisingensi* * *constat.* Paschalis, à religione ad arma conversus, urbem Castellanam & Beneventum ab hostibus recipit: & Cavas, pontificiæ dignitatis oppidum, à Petro Columnâ præpotente Romano cive, armis iterum extorsit; imò Zagorolum & Columnam, paternæ hæreditatis oppida, ei abstulit. *Platina in vitâ ejus, & Sabellicus.* Anathematis fulmine, Consules Romanos magistratu se abdicare, coëgit Hadrianus IV. relictâ ipsi administrandæ urbis liberâ facultate. *Platina in vitâ ejus.* Lucius II. Senatum Romanum, quòd Consulum loco Patritium designassent, armato milite in curiâ oppressurus, lapidum ictu adeò pulsatur; ut brevi sit mortuus. *Balæus.* Salamitanos suo dominio subjectos vult esse Romanus Papa, contra Lotharii Imperatoris voluntatem. *Chronica Casinense.** Romam, per Venetorum & Guilhelmi Siculi triremes, deductus Alexander, eâ lege Romanos in gratiam recipit: ut à Populo electi Consules non priùs magistratum inirent; quàm Pontifici jurarent, se Ecclesiæ Romanæ fore fideles; & nihil unquam molituros, quod dignitati pontificiæ obesset. Penitus enim Cõsules tolli, difficile erat. *Nauclerus. Blondus.**

* Li. 7. c. 27.
* Li. 4. c. 118.
* Dec. 2. li. 6.

Arces. Ad S. Christianæ lacũ, multas arces Adrianus IV. condit, & Rodicophanum arce & vallo munitissimum reddit. *Platina.*

Regna. Nam Adrianus IV. Guilhelmo Siciliæ regnum, Apuliæ ducatum, & Capuanum principatum, pontificiâ concessit autoritate, anno 1157. *Sigeberti Continuator.* Guilhelmo verò mortuo, regnum ejus ad Romanam ecclesiam recidebat, nullo legitimo hærede relicto: licèt Insulæ Proceres Tancredum statim suffecerint, ex Rogerio Normanno & pellice quâdã genitum. Repetiturus itaq; sua jura Clemens Pontifex, copias eò celeriter misit: quibus dum Tancredus resistit; rapinis & cædibus omnia repleta sunt. *Platina.*

Devicto Rogerio per Lotharium, Innocentius Pontifex Reginaldo, Cæsarisni exercitus duci Apuliæ donavit ducatum, ac quicquid in Italia Rogerius tenebat. Hinc contentio inter Pontificem & Imperatorem orta est: cùm uterque sibi id juris arrogaret. Et cum neuter alteri totum jus cederet: hac lege sedata est controversia; ut uterque vexillo, novo Duci tribuendo, manum admoveret: quo declararetur, utriq; jus esse, conferendi istum ducatum. *Ottho Frisingensis.**

* Li. 7. c. 20.

Idem Papa in Angliam duos Cardinales ablegavit; qui de nece Thomæ Cantuariensis accuratiùs inquirerent. Heinrici enim Regis Legatis, quos sui purgandi causâ miserat, fidem adhibere noluit. Ac licèt factam à se cædem constanter, interposito etiam juramento, Heinricus negaret: tamen, cum, suo in episcopum odio, aliis, perpetrandi cædem, occasionem se dedisse, fateretur; pœnitentiæ modus ab Apostolicâ sede injunctus est. Quam cùm promtè illa acciperet: regni Anglici titulũ in se, atq; in hæredes suos, transferri meruit. Hinc (*inquit Platina*) observatum est; ut omnes Anglici Reges, à Romano Pontifice regni jura recognoscant. Et *Blondus* ait; * Neminem posthac Angliæ Regem fore, qui à Romano Pontifice Rex appellatus non esset. Sed in Anglicis Annalibus hoc reperiri, negat *Polydorus*; * nec etiam Reges subsequentes observâsse.

* Dec. 2.
* Lib. 13.

Gaufredo, Andegavensi Comiti, tres erant filii; Heinricus, Gaufredus, & Wilhelmus. Morti vicinus pater, testamento constituit; ut, Heinrico regnum Angliæ assecuto, Andegavensis Comitatus Gaufredo cederet. Testes autem episcopos jurare coëgit: non se passuros defuncti corpus terræ mandari; antequàm filii imperata patris se facturos promitterent. Jurant quidem in verba episcoporum filii: sed Heinricus, post adeptum regnum Angliæ, majori habendi cupiditate incensus, ab Hadriano IV. eâ promissi obligatione absolvitur. Ab æquitate, à lege, à jure recedendi, licentiam consecutus, fratrem Comitatu suo exspoliat. *Polydorus Virgilius.** *sub Henrico II.*

* Lib. 13.

Etruriæ cuidam oppido, civitatis nomen dedit Celestinus, anno 1193. *Bergomensis.* Viterbio idem juris Celestinus III. confert; & cathedralẽ sedem ibi constituit. *Platina.*

¶ De patrimonio Petri, in immensum jactitant. Anno 1115. Mathildis, egregia fœmina; sed miserè à Papâ Gregorio decepta, Papæ & Ecclesiæ Romanæ regiones tradidit, à Pisaiâ & S. Quirico, agri Senensis & Ceperanum, quicquid in medio jacet inter alpes & mare: quod patrimonium S. Petri vocatur. *Sylvius.* * *Platina in vita Paschalis. Nauclerus, Aventinus.** Ab eo etiam tempore, quo Rogerium Regem designavit Innocentius II. regnum Siciliæ patrimonium S. Petri scriptum est. Quod Cunradus & successores ratum non habuerunt: secutaque sunt indè multa mala. *Nauclerus.**

* Lib. 4. Blond.
* Lib. 6.
* Gener.

¶ Episcopos etiam, à se creatos, sinunt regna, id est, arces, urbes, oppida, tenere. Omnes Principes terræ, & cæteros homines, episcopis obedire, beatus Petrus præcipiebat; *teste Clemente III.**

* Li. 1. Decr. tit. 33. c. 4.

Præterea, Episcopos dignitate præire Principibus, voluit Clemens III. *Pantaleon.*

Abbates quoque, agros, pagos, oppida possidere, more politicorum, sinunt: *ut ex Chronico Casinensi satis aperq; liquet.*

¶ Jurisdictionem politicam, in causis civilibus dirimendis, & puniendis facinorosis gladio, usurpant. Clericos, qui regium sigillum corrumperant, hac ratione puniendos consulit Urbanus III.* ut suis dignitatibus exuantur; & stigma aliquod ipsis inuratur; & deniq; in exsilium mittantur. Suspectos de aliquo facinore, quæstionibus subjicere, & vinculis detinere, jubet Alexander III.*

* Li. 5. t. 20. cap. 3.
* Li. 2. tit. 16. cap. 1.

Clericorum causas juxta jus Canonicũ decidendas esse, vult Celestinus.* Eugenius II. autoritatem summam attribuit Decreto Gratiani: ut secundùm illius Canones jus dicatur, in Consistoriis papisticis. *Bibliander.*

* Li. 2. tit. cap. 9.

¶ Bella gerunt Romani Pontifices. Multorum enim Principũ copiis stipatus Paschalis, Romam ingredi parat. Imò totum vitæ suæ cursum in bellis gerendis absolvit,

R . . . m . s au . . aribus . . . con . lus, bona sub Henrico R . manæ sed ademta ecuperat: & multa præterea adv . . r iser . . suisq; se add . . *Platina. Barnus.* I undem Papam be. . co . . imum. Princip busadversarium, & superbum, vocat *Bibliander*. Armis Rogerio Apuliam adimere tentat Innocentius II. quòd, Guilielmo Duce mortuo, hæredes deficerent. *Platina.*

Et Episcopi, ipsorum creaturæ. Bernhardus Antiochenorum, Daibertus Hierosolymorum, Patriarchæ; & Benedictus Edessenorum archiepiscopus, Carram, Mesopotamiæ urbem, cum aliis obsident. *Tyrus.*[a] Ebremarus Hierosolymitanus, crucis ligno munitus, unà cum Rege contra Ægyptios præliatur: *ut idem*[b] *testatur.* Arnulphus, ejusdem sedis Patriarcha, in acie cum Balduino conspicitur. *Idem.*[c] Universi Saxoniæ episcopi, Principibus secularibus conjuncti, Obotritos & Luticios, maximo hominum cruce-signatorum exercitu, petunt; Christienlis illata damna ulturi. *Helmoldus.*[d] Temporibus Alexandri III. Gerardus episcopus Lemovicensis, cum populo terræ, duo milia Scotarellorum, qui obtentu Regis Angliæ Aquitaniam devastabant, in castro, quod Belum dicebatur, peremit. *Johannes de oppido.* Et Lucii temporibus, Ebrandus Episcopus & Vicecomes Lemovicensis, cum populo terræ, die Paschæ, cùm populus sacrum mysterium percepisset, sex millia Barbarorum, qui pro Rege Angliæ Aquitaniam devastabant, peremit. *Idem.*

Et Abbates. Hector enim, Pandulfus & Gisulfus, castrum Casinensis monasterii, quod Cominum dicitur, furtivè surripiunt: terrasq; contiguas vexare cœperunt. Abbas autem, coacto milite, illorum omnia ferro igneq; consumsit. *Chronicon Casin.*[e] Roberto Capuano Principe suppetias ferête, Bruno, abbas Casinensis, Therame castrum, quod Aquinenses Comites monasterio ademerant, vi & armis recuperat. Abbas, pro officio, Capuano ducentas tradit libras. *Chronicon Casinense.*[f]

¶ Castra Imperatorum & Regum sequuntur; ac præliis intersunt. Heinricum enim Ducem, à Lothario socero Imperatore in Campaniam missum, cum valido exercitu, Innocentius Papa comitatur: Casinense monasterium omnium primum oppugnant, & ad deditionem cogunt. Deinde in Rahonem Capuanum movent; eumque imperata facere perpellunt. Beneventum, Trojam Apuliæ oppidum, Garganum, ac Sipontium, eâdem operâ subjiciunt. *Chronicon Cas.*[g]

¶ Papæ Romani, jus creandi Imperatorem sibi vendicant: nec ullum pro Cæsare Augusto haberi volunt; nisi quem ipsi coronarint. Quâ de re ex Hadriani IV. epistolâ fragmentum hic adscribemus, quod *apud Aventinum*[h] exstat. *Romanum Imperium a Græcis translatum est ad Alemannos: ut Rex Teutonicorum non antè, quam ab Apostolico coronaretur, Imperator vocaretur. Ante consecrationem Rex; pòst, Imperator. Unde igitur habet Imperium, nisi à nobis? Ex electione Principum suorum habet nomen Regis: ex consecratione nostrâ, habet nomen Imperatoris, & Augusti, & Cæsaris. Ergo per nos imperat. Recolite antiqua. Zacharias promovit Carolum: fecit ei nomen grande, ut esset Imperator: & ut posthac perpetuò Rex Teutonicus esset Imperator, & advocatus sedis Apostolicæ: ut Romano episcopo Apulia, per eum pacata, esset subjecta: quæ nostra cum urbe Romanâ est; non Imperatoris. Roma nostra sedes est: Imperatoris est Aquis in Arduenna, quæ est sylva Galliæ. Imperator, quod habet, totum habet a nobis. Sicut Zacharias transtulit Imperium a Græcis ad Teutonicos: ita nos possumus ab Alemannis transferre ad Græcos. Ecce, in potestate nostra est, ut demus illud, cui volumus: propterea constituti à Deo super gentes & regna, ut destruamus, & evellamus, & ædificemus, & plantemus, &c.* Deinde Germanos imbelles vocat; imbecillitatem illis objicit: qui Rogerium Italiâ pellere; Danos, Frisios perdomitare, nunquam voluerint.

Extat & ejusdem Pontificis, *apud Nauclerum*,[i] arrogantiæ plenissima epistola; quam in Hirsaugiensi cœnobio se reperisse ait. *Adrianus episcopus, servus servorum Dei, Friderico Romanorum Imperatori, salutem & apostolicam benedictionem. Lex divina, sicut parentes honorantibus longævitatem promittit, ita maledicentibus patri & matri, sententiam mortis intendit. Veritatis autem voce docemur, quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur. Quapropter, dilecte in Domino fili, super prudentiâ tua non mediocriter admiramur, quòd B. Petro & sanctæ Romanæ Ecclesiæ non, quantam deberes, reverentiam exhibere videris. In literis enim ad nos missis, nomen tuum nostro proponis, in quo insolentiæ, ne dicam arrogantiæ, notam incurris. Quid dicam de fidelitate, B. Petro & nobis a te promissâ & juratâ quomodo eam observes: cum ab his, qui dii sunt, & filii excelsi omnes, Episcopis videlicet, homagium requiris, fidelitatem exigis, & manus eorum sacratas manibus tuis innectis: & manifestè nobis factus contrarius, Cardinalibus a latere nostro directis, non solum ecclesias; sed & civitates . . . tui, claudis? Resipisce ergo, resipisce; tibi consulimus. quia, cùm a nobis consecrationem & coronam merueris, dum inco . . cessa captas, ne concessa perdas Nobilitati tuæ timemus.* Conradus II. Conftiensis, à Principibus Imperii, in Romanum Regem eligitur, præsente Theodorico Cardinale, Legato apost . . . o, & Pontificis Romani assensum promittente. *Cuspinianus.*

Imperatores cogunt in sua verba jurare. Heinrico enim V. in Paschalis verba jurare detrectanti; quòd nimirum in catholicæ fidei observantia integer, in Apostolicæ sedis reverentiâ promtus, in Ecclesiarum defensione sollicitus semper sit futurus; coronatio denegatur. *Helmoldus.*[k] Fridericus Imperator, non modò in Pontificis Alexandri verba jurat apud Venetos; sed & humi prostratus, superbissimo nebuloni collum calcandum, omnibus spectantibus, præbet. *Nauclerus.* Eâ conditione Cœlestinus III. Heinricum VI. diademate Romæ ornat; ut Tusculum ipsi tradat. *Chronicon Bambergense.*

Sumunt sibi potestatem, deponendi Imperatores & Reges, ut patet ex epistolâ Hadriani, quam paulo antè ex Nauclero adscripsimus. Ait enim: *Resipisce, resipisce, tibi consulimus: ne dum inconcessa captas, concessa perdas.* Cœlestinus III. Heinricum VI. coronavit in Imperatorem, sub hac formâ: in-primis recepto ab eodem juramento ante gradus Ecclesiæ Romanæ, quòd Ecclesiam Dei defenderet; ejus jura conservaret, rectam justitiam teneret, patrimonium Petri, si quid ablatum fuerit, pro posse revocaret. Econtra Dominus Papa, in cathedra sedens, coronamque Imperialem manibus tenens, inclinato capiti Imperatoris imponit, quam tamen statim pede in terram excussit: designans per hoc, quòd ipse Papa haberet potestatem creandi Imperatorem, si meruerit; & dejiciendi, si demeruerit. *Raynulphus in Polychronico.*[l] Guilhelmum Siciliæ Regem, cum Romanæ Ecclesiæ urbes quasdam surripuisset, Adrianus excommunicatum regni titulo privat. *Sylvius.*[m]

Excommunicant Reges, suis voluntatibus adversantes. Paschalis enim, Heinrici Imperatoris excommunicationem iteravit. *Helmoldus,*[n] *Otho Frisingensis.*[o] Fridericum Imperatorem Alexander ecclesiastico ferit anathemate: quòd Victoris (*ut annotat Platina*) sectaretur partes. *Nauclerus. Urspergensis.* Cùm passim civitates Italiæ defectionē meditarentur; studerentq; se ab Imperatore Friderico ad libertatem asserere, Imperatorq; eos cogeret armis parere sæpius: abductis tamen copiis, rursus rebellionem parabāt. *Ligurinus & Johannes de Cremonâ* tribuunt, eam rebellionem movisse Romanū Pontificem; qui pertinaciter oderat Imperatorem: quòd pontificios Legatos arceret à . . Imperii finibus; & quòd juramēta ab episcopis sumeret: videreturq; Hadrianum non habere in tanto honore Imperator; in quanto honore ambitiosi ac superbi Pōtifices, in universo Orbe, haberi volebāt. Et quia viderat, Mediolanenses cumprimis fervere odio Imperatoris, mittit Legatos suos ad eos, qui defectionem eis suadeant. Mediolanenses, quibus non erat ingratum, quod Pontifex suadet, cupiunt rebellionis prætextum; hoc est, ut Imperator excommunicetur: ut habeāt ansam meliorem, rursus deficiendi ab Imperatore. Fit itaq; conspiratio contra Imperatorem, inter Hadrianum, maximam partem Cardinaliū, Wilhelmum Siciliæ Regem, & inter Nobiles Italiæ. Civitates penè omnes totius Italiæ sibi adjungunt. Immensa pecuniæ summa datur Pontifici; ut Imperatorem excommunicaret.

a Lib. c. 29. b Lib. 11. c. 3. c Lib. eod. cap. 19. d cap. 63. e Lib. 4. c. 39. f Lib. eod. cap. 34. g Lib. 4. c. 106. h Lib. 6. i Gener. 39. k cap. 40. l Lib. 7. c. 26. m Lib. 5. in Blondum. n cap. 52. o Lib. 7. c. 11.

Conspiratio juramento firmatur, cum his legibus: ex sociis conspirationis factæ, neminem cum Imperatore debere redire in gratiam, nisi omnes pariter suffragarentur: Pontificeque mortuo, Cardinalem ex conspiratorum albo tantùm creandum esse Pontificem; ut sic conspirationis fœdera semper manerent integra. Pontifex Hadrianus, contra Imperatorem excommunicationem denuntiat, apud Anagniam. *Rob. Barnus in vita Hadriani IV.*

Excitant omnes reliquos Ecclesiæ præsules; ut secum exsequantur excommunicationes, contra Imperatores & Reges. Paschalis Heinricum Imperatorem, ab omnibus episcopis, cunctisque Ecclesiæ catholicæ cultoribus, excommunicatum haberi præcepit. *Helmoldus.* * *Crantzius in Metropoli* De Friderico excommunicato, Alexander ad Salzburgensem episcopum, ejusque Suffraganeos scribit: *Sanè nos ipsius Imperatoris immensam iniquitatem, & tantam perfidiam attendentes, communicato fratrum nostrorum, Episcoporum & Cardinalium, & aliorum religiosorum, consilio, tam ipsum Fridericum, non jam Imperatoris officium, sed quasi tyranni sunt, exercentem, quam prædictum Octavianum schismaticum, & Otthonem Comitem palatinum, atque omnes principales fautores eorum in Cœna Domini, cum clericorum & multorum virorum nobilium in ecclesia congregato, accensis candelis, publicè excommunicavimus: & tradidimus hujusmodi Satanæ, in interitum carnis, ut spiritus eorum salvi sint in die Domini. De communi etiam fratrum nostrorum consilio atque voluntate, vos omnes specialiter, & communiter universos, à fidelitate, quam ei fecistis, & ab omni debito Imperii, ex parte Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, autoritate Apostolicæ sedis, absolvimus, ità quòd in nullo ei de cætero teneamini obedire: sed potius in remissionem vobis injungimus delictorum; ut contra eos, quos ipse per tyrannidem suâ sibi subjugare, opprimere, & vastare voluerit, nullum ei consilium vel auxilium ministretis.*

* cap. 32.

Ricone, Lundensi pontifice, per Olavum quendam trucidato; Romanus antistes, acerbissimâ adversus eum excommunicatione usus, cæteris per Europam pontificibus, similiter in ipsum pronuntiandi, detulit potestatem. Mandatum quoque ad universos Iutiæ episcopos dedit: ut sententias, adversùs sacrilegam ejus impietatem, debitâ animadversione destringendas curarent, indignum illius facinorum existimans, qui celebrem eorum ministrum oppresserit. *Saxo Grammaticus.* *

* lib. 14.

¶ Gladio se opponunt Imperatoribus & Regibus. Mediolanensibus autor fuisse creditur Hadrianus Pontifex, ut Imperatori rebellent. *Radevicus de gestis Friderici Imperatoris.* *

* li. 4. c. 18.

Excitant politicos magistratus, ut juxta sua placita persequãtur, quos Papa exsecratur. Cujus rei certum testimonium, ex epistolâ Burchardi, Friderici Imperatoris Notarii, ad Sigebergentem abbatem, adscribimus, de Rolando seu Alexandro III. *Notum sit præterea universaliter, quoniã timore invictissimi Imperatoris Friderici, omnes cæteri terrarum Reges contremiscunt: ut, qui semper in inimicitiis inter se bacchari consueverunt, nunc nimia pace, & fide firmatâ, conveniant in unum, adversùs dominum suum Romanum Imperatorem, animis, non præliis; fraudibus, non viribus. & sciatis, quòd in hoc anno, quinque Regum nuntii, propter hujusmodi fœdus faciendum, in uno loco convenerant. Græcus cum Ungaro treugam fecit, per quinquennium. Scripsit etiam Regibus Turciæ, Babyloniæ, Persidis & Comaniæ: nuntians illis, quòd Romanus Imperator terram suam & illorum occupare intendat; si de Mediolano finem faciat. Idem timent Reges, Hispanus, Barcelonensis, Francigena, & Dacus. Sic enim scripserunt Rolandus & Pseudocardinales illum per totum Orbem; excitantes odium Imperatori. Unde & omnes Reguli, timere & odio magis Imperatoris, quam intuitu justitiæ, illum in Papam suscipere præsumunt. Nec prætereundum, quod miser ille Rolandus, quasi in agone laborans, & undique etiam ridicula quærens auxilia, scripsit Constantinopolitano; promittens ei vanitates vanitatum, quas ipse non attendit. Ungaro etiam privilegium contulit, ut ipse pallia archiepiscopis Ungariæ concedat, & det, quoties eliguntur: & episcopi & clerici illi, nisi pro suâ voluntate & per se, cum Romanis agere non habeant. Sunt autem hæc solatia nostra in Domino.*

Ecclesia Leodiensis, ad Papam Paschalem II. scribens, malitiæ & crudelitatis eum accusat: quòd ferro & igne illam vastandam Roberto, Comiti Flandrensi, dedisset, ob præstitam Imperatori Heinrico, suo domino, fidelitatem. Acriterque illum increpabant; quòd omnium peccatorum remissionem carnificibus esset pollicitus, ob atrocem persecutionem hominum Christianorum: & Romam rectè Babylonem dici, conclamabant. *Epistolam, in capite de Schismatibus, videre licet.*

Hadrianus IV. & Alexander III. Heinrico II. Anglorum Regi, Hiberniæ dominatum Bullis confirmarunt; ut eosdem Hibernos, Sacerdotum conjugia approbantes, tanquam suæ sedi rebelles & hæreticos, oppprimeret: *ut, ex Triveto & Hardingo, Balæus refert.* *

* Cent. 14. cap. 84.

¶ Subditos ab obedientiâ erga magistratus absolvunt, pro suis cupiditatibus. Hadrianus IV. Guilhelmum, Siciliæ Ducem, quòd Romanæ Ecclesiæ bona invasisset, non solùm anathemate ferit; sed ei etiam subjectos omni sacramento liberat: quò faciliùs ab ipso deficerent, nullo jure-jurando adstricti. *Blondus, Platina, Nauclerus, Sylvius, Simoneta.* *

* li. 5. c. 79.

Pacta non servant. Paschalis enim privilegium, de investiendis ecclesiarum episcopis, Heinrico V. concessum, in Synodo Romanâ revocat: *ut alibi dicetur.* Et Wilhelmus, Siciliæ tyrannus, Cardinales, à Romano Alexandro ad se missos, in hæc verba dimisisse dicitur: *Vos ad nos missi estis, pro contumeliâ Imperatoris Romani; & è converso alii duo missi sunt ad Imperatorem: ut & pacem & gratiam ejus quærant, & vestro honori insidientur. Recedite à nobis quantò citiùs: alioquin tanquam proditores vos puniemus. Considerate, charissime domine, quid Dominus nobiscum operetur; & in quali statu vestrum Imperium esse vult: & nullus unquam consilio aut dilectione Cardinales, qui ad vos veniunt, in plenam gratiam suscipiatis. &c.* Arnoldus Cancellarius, & Ottho Palatinus, in epistolâ ad Fridericum Imperatorem.

Perpetuâ memoriâ dignum existimamus, quod *Aventinus* de Paschali annotat: * *Priores, inquiens, Pontifices Romani ad diplomata, epistolas, libellos omnes, hactenus Imperatorum annos addiderunt: primus Paschalis, hisce tacitis, suæ potestatis numerum adscripsit; hunc, primum immunitate donasse collegia, licèt ab aliis exstructa, reperio.*

* lib. 6.

MERETRIX BABYLONICA.

Honorius Augustodunensis, in quodam Dialogo de Prædestinatione & Libero arbitrio, non-obscurè indicat, Papam, & clerum ejus, esse ipsissimam Babylonem Apocalypticam. Verba ejus hæc sunt: * *Verte te ad Clerum: & videbis in eis Bestiæ tentorium. Dei servitium negligunt; terrenis lucris inserviunt, sacerdotium per immunditiam polluunt; Populum per simulationem seducunt; Deum per mala opera abnegant; omnes Scripturas, ad salutem pertinentes, abdicant: omnibus modis laqueos, ad ruinam populo substernunt; quem cæcum ipsi cæci ad interitum præeunt. Contemplare & Monachorum conciliabula: & videbis in eis Bestiæ tabernacula. Per fictam professionem Deum irridentes, iram ejus provocant; normam regularem moribus & vitâ calcant; per habitum seculum fallunt; multos deceptos decepti ipsi decipiunt; secularibus negotiis implicati sunt; in servitio Dei desides existunt: plerique illorum gulæ & illecebris dediti sunt; quidam in immunditia sordè computrescunt. Adspice etiam habitacula Monialium: & cernes in eis Bestiæ præparatum thalamum. Hæ à tenerâ ætate impudicitiam discunt; complices sibi plurimas, ad cumulum suæ damnationis, adsciscunt: vel se operire festinant, quò magis frena luxuriæ laxare queant: omnibus fornicariis pejùs prosternuntur; & ut insatiabilis charybdis, nunquam stercore immunditiæ replebuntur. Hæ animas juvenum illaqueant; & gaudent si plures illaqueant: & hæc vult palmam victoriæ, quæ aliis prævalet in scelere.*

* Contig. tesimus Verit.

Libidinibus usque ad ima tartara noti sunt Pontifices & Episcopi. Heinricus, Romanorum Imperator, Arnulphum Capellanum habuit, qui quandam adamavit Domicellam. cujus cùm quâdam nocte uteretur amplexibus; & hoc auribus Imperatoris instillaretur: jussit die

[illegible] noctium [illegible] culpâ mord[illegible] [illegible] At [illegible] bat in[illegible] ut legeret. Ipse autem præ[illegible] D[illegible] dec[illegible] ar[illegible] ssum antequam [illegible] vestro obsecundem. Et cum [illegible] pro[illegible] ret mu[illegible] blanditi[illegible], ait: Nunc cognovi cer[illegible] mè, quòd Deum p[illegible]us, quàm me, ut justum est, diligas & formides. Tales digni sunt honore pastorali. N[illegible], [illegible] causa à lecti[illegible]ne Evangelii te subtraxerit, & ab altari [illegible] tunc ipsum fam[illegible]iariorem habuit; & ad præ[illegible]atum Ravennæ promovit; anno Domini 1126. *Matthæus Parisiensis.*

Cardinales. Johannes enim, Cremensis Cardinalis tituli S. Chrysogoni, in Londinensi Concilio, Sacerdotum concubinas, & Sacerdotes concubinarios, damnavit. Tandem verò in eodem vitio ipse Legatus, in deliciis crapulatus, cecidit; & deprehensus atque compeditus, non-minimum in Ecclesiâ scandalum suscitavit, anno 1125. *Matthæus Parisius, Raynulphus in Polychronico,* Polydorus Virgilius** A' Cardinalibus Romanis Arnulphus quidam, quòd libidines & fastum ipsorum taxârit, noct. captus, & clam occisus est. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi Simonetta.*

Monachi. Erant in Angliâ, his temporibus, alii adhuc prolifici abbates, episcopi, & monachi. Nam Robertus Bloet, monachus de Eueshā, & episcopus Lincolniētis, filium genuerat Simonem; quem fecit ejusdem ecclesiæ Decanum. Robertus Peche, episcopus Cestriensis, genuit Richardum Peche, archidiaconum Coventrensem. Eastanus, monachus Wigorniensis, ex Vulgenâ monachâ genuit S. Wulstanum, episcopum ejusdem ecclesiæ. Ethelwoldus, Wintoniensis præsul, Wolstanum monachum. Oswaldus, Wigorniensis episcopus, Oswaldum monachum. Thomas, Eboracensis archiepiscopus, Thomam juniorem archiepiscopum: & alii alios, qui tamen proscripserant nuptias. *Balæus.** De profligatâ monasteriorum pudicitiâ, ad Coloniensem archiepiscopum, Ecbertus monachus scribit:* *Verti me aliò, & apposui cor meum; ut hujus tam generalis ruinæ causas intelligerem. Inspexi Clericorum ecclesias; ac reperi in eis enormitates grandes & innumeras. Vidi claustra virginum; quorum alia collibus vistassinum, id est, aucupium Satanæ, appellaverim: & occo.igitur aliorum cuncta vastaverat, lolea castitatis aruerant; & deplorandum universo Orbi animarum interitum ubique apparuit. Omnia ergo considerans, & præfatæ ruinæ causas intellexi; & Domini patientiam vehementer admiratus sum. Circumspexi autem & suspirans, quis simul mecum contristaretur super omnibus malis his: & vix unum de mille reperi, qui dignus haberetur inscriptione T A U. Si itaque in his diebus suscitavit nobis Deus Machabæum, qui à finibus nostris gladium coerceat: utinam & patriarcham nobis suscitet, qui à sanctificatis Domino alienatum avium toilra prohibeat! utinam & Phinaam nobis suscitet; qui & enormitates, & contaminationes tabernaculorum Domini, districti judicii pugione confodiat!*

Sacerdotes. Gallos sacerdotes, non ità integrè, ut decebat, vitam ducentes, Paschalis II. in Trecensi Concilio correxit. *Platina in vitâ ejus.* Et RUPERTUS Tuitiensis inquit:* *An non illis doctrina, Nicolaitarum videlicet, vicinum hoc est: quod illi (Sacerdotes putat) non volentes habere conjugium, utpote legibus ecclesiasticis interdictum, ut sint sancti, & mundentur, quia portant vasa Domini; nihilominus incontinentes sunt? imò deteriùs prorumunt, imitantes connubia, quotquot volunt: & qui nullum habent thorum licitum; dum sic evagantur, nullum confidunt rupisse conjugii vinculum. Fornicantur autem cum illis, & initiantur Beelphegor; quicunque, exemplo talium, ad incesta vel adulteria audaciores fiunt. Et tunc quidem miraculum fuit, quòd aperuit Dominus os subjugalis muti, & animal, hominis voce loquens, redarguit prophetæ insipientiam, qui hujusmodi consilium dedit. sed & nunc penè illi simile fit; quando turba plebeja rectores Ecclesiæ clamoribus suis coarguit atque objurgat: eo quòd talis pestilentia, tanta in sacros ordines macula, ex [illegible] accederit avaritia.*

* Lib. 7. c. 16. * Lib. 10. Hist. * Conc. 2. cap. 62. * Arg. Annal. ... * lib. 2. ... c. 2.

[illegible] Con[illegible] [illegible]narunt. Anglorum enim [illegible] H[illegible] Romanus [illegible] ut Hiber[illegible], quos hæres[illegible] quòd clero, legi[illegible]ma [illegible]dotum [illegible] [illegible]versentur, & rel[illegible]lles [illegible] me[illegible] *Balæus.* Danorum plebem, suis facer[illegible] conjug[illegible] [illegible]cernentem, [illegible]lemens [illegible] ex[illegible]mmunicat. *Saxo.** Anno 1197 Petrus [illegible]iaconus Cardinalis Capuanus, Legatus a Pontifice maxi[illegible] Celestino ejus nominis tertio, in Pol[illegible] à [illegible]dotibus o[illegible] [illegible]um quo[illegible] tum temporis liberè tr[illegible] [illegible]erdixit. [illegible]*

¶ Porrò plerique Pontifices Romani eam le[illegible] [illegible]scendunt: aut

Corruptelis simoniacis. Anacletus enim anti-papa, partim auro ex templis surrepto, parti[illegible] [illegible]ificatum obtinet. *Platina. Antoninus.* E[illegible] ait: Anacletus hostiliter fecit aggredi domos adversa[illegible]ionum [illegible] Innocentius cum Cardinalibus receperat. sed cum nihil [illegible] proficeret: ecclesiam B. Petri [illegible] & armis expugnat, spoliat. Quo thesauro cùm penè omnes Romanos corrupisset, Innocentius Papa nullum ferè in urbe subsidium invenit.

Vi injusta Pontificiâ excommunicatione fractus Heinricus V. Ca[illegible]xti electionem ratam habet; etiam vivente adhuc Gregorio, quem ipse Pontificem Romanum salutaverat. *Barum, Balæus.* Alexandrum III. Siciliæ Rex in thronum militari apparatu collocat: contra quem Barbarossa, Calixtum quendam introducturus, Romanum agrum cæde, ferro, flammâ vastat: Romanos, ausos conferre pedem, ad internecionem delet. Octo millia Romanorum cæsa, reliqua capta esse, in fastos relatum est. Urbem deinceps Barbarossa capit, incendit; Alexandro fugâ sibi consulente. Templum divi Petri, quod hostes munierant, præsidio firmarant, deinde invadit; monumenta solo æquat; effractis portis ædem aperit; Paschalem vi introducit. *Aventinus.* Helmoldus** Armatis copiis suam dignitatem tuetur Paschalis II. contra Gibertum: ut testatur Platina in vitâ ejus.

¶ Se indicem deposuerunt & opposuerunt crudelissime. Hadrianus enim, ante acceptum pontificatum, solitus est dicere: Ambire Romanum pontificatum, esse, succedere Romulo in parricidiis; non Petro in pascendis ovibus: cùm nunquam ea sedes sine fraterno sanguine acquiratur. *Vincentius. Balæus.* Sutrio expugnato, antipapam Gregorium Calixtus omnibus ludibrio exponit. *Antoninus.* Innocentius, à Petro Leonis, suo antagonistâ, sacris ordinibus initiatos, degradandos, nec ultra ad sacros ordines promovendos, statuit. *Sigeberti Continuator.*

¶ Denique, ne extremam Romanorum Paparum impudentiam, & stupendam impietatem videas; non pigebit, eorum decreta, pro blasphemiâ in Deum gente Judæorum latâ, adscribere. *Judæos*, inquit Alexander III. *de novo construere synagogas, ubi non habuerint, pati non debes. Verùm, si antiquæ corruerint, vel ruinam minantur, ut eas reædificent, potest æquanimiter tolerari: non autem, ut eas exaltent, aut ampliores aut pretiosiores faciant, quàm antea fuisse noscuntur. Qui utique hoc pro magno habere debent, quòd in veteribus synagogis, & suis observantiis tolerantur.* Christianos tamen, cum iis habitantes, ni discesserint, excommunicandos; denique cunctis eorum consuetudine ac consortio graviter interdicendum, statuit:* *Quoniam*, inquit [illegible]ocrita ille insignis,* *Judæorum mores & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob continuam conversationem & assiduam familiaritatem, ad suam superstitionem & [illegible] simplicium animas inclinarent.* Item,* gener[illegible]ter Judæis prohibendum: ne ostia vel fenestras [illegible] die Paras[illegible]ves apertas habeant; sed totâ die clausas teneant. Et Clemens III. iisdem ferè æquus est:* *Statuimus*, inquiens, *ut nullus invitos vel nolentes Judæos ad Baptismum venire compellat. Si quis autem ad Christianorum causa fidei confugerit: postquam voluntas ejus fuerit patefacta, Christianus absque calumniâ efficiatur. quippe Christi fidem habere non creditur, qui ad Christianorum Baptismum non spontaneus, sed invitus cogitur pervenire. Nullus etiam Christianus eorum quemlibet, sine judicio terrenæ potestatis, vel occidere, vel vulnerare,*

* Conc. 2. cap. 94. ... * lib. 13. * lib. 7. * lib. 6. * lib. 2. c. 10. * lib. 5. Decr. tit. 6. cap. 7. * ibid. ... * cap. 8. * cap. 4. * ibidem.

uerare, vel suas pecunias auferre præsumat, aut bonas, quas hactenus habuerint, consuetudines immutare: præsertim in festivitatum suarum celebratione, quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet: neque aliquis ab eis coacta servitia exigat; nisi quæ ipsi tempore præterito facere consueverunt. Adhæc, malorum hominum pravitati & avaritiæ obviantes, decernimus. ut nemo cœmiterium Judæorum mutilare aut invadere audeat, sive obtentu pecuniæ corpora humana effodere. Si quis autem, hujusmodi decreti tenore cognito (quod absit) contraire præsumpserit, honoris & officii sui periculum patiatur; aut excommunicationis sententia plectatur: nisi præsumptionem suam dignâ satisfactione correxerit.

CONFIRMATIONES DOminationis istius.

HAnc Paparum Romanorum superioritatem & eminentiam confirmarunt, & auxerunt:

ECCLESIASTICI.

RUPERTUS Tuitiensis ait:[a] *Calculus, donum est Spiritûs sancti, quo peccata comburuntur in Christum credentium. Illud in manu erat Seraphim, id est, in potestate Petri Apostoli præ cæteris. illi namque, Christus claves regni cœlorum specialiter tradidit. Quem tulerat forcipe de altari; id est, quem promeruerat à Christo, solido tenore fidei. Primus enim dixit:* Tu es Christus, Filius Dei vivi. *Habet igitur primus in manu calculum, id est, Spiritûs sancti donum, in potestate vel ministerio conferendæ remissionis peccatorum.* Itèm:[b] *Quorum remiseritis peccata, &c.] Potestas quidem communis omnium: sed unum & singulare unum est Petri privilegium, cui præcipuè & singulariter dictum est,* Tibi dabo claves regni cœlorum. *Et:*[c] Beatus es Simon Barjona; quia caro & sanguis non revelavit tibi, &c. Tu es Petrus, & super hanc petram. *Itèm:* Simon, diligis me? pasce oves meas. *Tali & tantâ præeunte evangelicæ veritatis autoritate, Christianissimi Imperatores, post multa tempora, omnesque ecclesiarum principes, hoc censuerunt, & lege perpetua firmaverunt: ut, sicut Imperatori omnes Præfecti vel Judices; sic beato Petro, & secundum dignitatem ejus excellenti Romano Pontifici, cæteri subjecti sint ecclesiarum pontifices.* Itèm:[d] *Filius Dei, credentibus in se, per multas & differentes donationes, secundum beneplacitum suum, distribuit, aliis dans sermones sapientiæ; aliis sermonem scientiæ, &c. Harum divisiones gratiarum invisibiles imitatur visibiliter, utpote Christi vicarius, catholicus Pontifex; per sacrorum divisiones ordinum, ponens quosdam in Ecclesiâ sacerdotes, alios diaconos, & cæteros sacri altaris officiales.* Præterea Pontificem Romanum vocat episcoporum patrem, & eorum concilii principem.[e] *Apostoli, per universum Mundum dispersi, singulis civitatibus præsidentes, tam ipsi, quam successores eorum, misêre per contiguas suis sedibus provincias prædicatores; quos & episcopos ordinaverunt: ut omnia Christianitatis sacramenta peragerent; & ut per urbes comprovinciales episcopos ordinarent. Et aliorum quidem Apostolorum successores, Patriarchæ sunt dicti. Petri autem successor, pro excellentiâ principis Apostolorum, Apostolicus nominatur. Qui autem ab eis per provincias missi sunt, tam ipsi, quam successores eorum, Archiepiscopi vocantur: & qui ab his per urbes comprovinciales ordinati sunt, & qui illis succedunt, usque hodie simpliciter Episcopi nominantur. Inditum ergo fidei habentes ab Apostolicâ sede, regulam hanc metropolitanæ observant ecclesiæ: ut neminem habeant pontificem, nisi ab eâdem sede missum, à qua primus illis prædicator fidei missus est. Illis autem missis, pallii largitio e[...]; quod à collo dependens, humilitatem Domini significat.* Ibidem autem eos metropolitanos constituit, Remensem, Trevirensem, Moguntinum, Trajectensem, Coloniensem, & Cantuariensem. Ecclesiam Romanam vocat matrem ecclesiarum.[f] Et:[g] *Tanta sinceritatis semper fuit Romana ecclesia: ut, cui deest Scripturarum notitia, vel argumentandi facultas; sola illa de azymo contra Græcos, sufficere debeat ejus autoritas. Nam Constantinopolitana, non solum hæreticos, sed & hæresiarchas protulit multos. Romana verò ecclesia, super Apostolicæ fidei petram altius fundata, firmiter stetit: & tam Græca, quam totius Orbis hæreticos, semper confutavit; & de excelso fidei tribunali, datâ sententiâ, judicavit.* Et paulo pòst: *Duo illi à monte Oliveti* *missi à Domino, ad [...] vendam asinam, in typum omnium prædicatorum, in his duobus, videlicet Petro & Paulo, repræsentati videntur: qui caput mundi Romam, Domini Christi, [...]gis æterni, vehiculum & habitaculum, currum atque thronum, esse erunt.* Et:[h] *Petro primo, post Christum, Ecclesiæ summum c[...]latum est pontificium; primusque, princeps sacras in Ecclesiâ celebravit ordinationes. cujus vice maximè fungitur Romanus Pontifex: cùm Ecclesiæ sanctæ ministros, & ovibus Christi pastores ordinat necessarios.* Itèm:[i] *Et vidi sedes, & sederunt super eas & judicium datum est illis. Istæ namque sedes, ecclesiasticæ sunt dignitates; videlicet Pontificum catholicorum, & inferiorum quoque ordinum Sacerdotum sive Prælatorum: quorum potestas nimirum tanta est, ut recte sit vel dici debuerit, quia datum est illis judicium. Autoritate namque ejus, (cui Pater dedit omne judicium) hoc illis datum est: ut, quæcunque alligant super terram, ligata sint in cœlo; & quæcunque solvunt super terram, soluta sint in cœlo. Summum judicis hujus tribunal, in Ecclesiâ paratum est Romana: ubi sedes Apostolica, beati Petri & nomine, & corpore, fundata est: cui specialiter dictum est:* Tu es Petrus; & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Et:* Tibi dabo claves regni cœlorum. *Ex illius sanctæ Sedis religiosâ & venerabili traditione, memoriæ Martyrum Christi sic celebres & splendidæ factæ sunt: ut omni honore solennizentur per Mundum, universi natalitii dies illorum; & super sacra illorum corpora celebrentur solennia Missarum.* Itèm:[k] *Roma, eò quòd beati Petri, principis Apostolorum, sedes facta est: ejusdem, & consortis ejus Pauli, sicut prædicatione illustrata; ita & martyrio coronata, cunctis ecclesiis caput altius extulit: latiùsque, denominatur per omnes gentes, sacra Pontificum ejus lingua; quàm denominata fuit Cæsarum sive Augustorum purpura. Bene ergo & hoc mysterio congruit, quod Rex Ninives dixit:* Homines & jumenta non gustent quicquam, &c. *Sicut enim tunc, juxta edictum Regis Ninives, fieri oportuit: ità secundùm fidem & traditionem beatorum Petri & Pauli, qui sunt vel esse debent os & lingua Romanæ sedis, ordinem ecclesiasticum oportet observari, &c.*

¶ Idque Confirmationis petitione in suâ vocatione. Omnes enim penè hujus seculi Patriarchæ Hierosolymitani, à Romanis monstris confirmationem & pallia, multâ interveniente munificentiâ, *(ut Tyrius*[l] *loquitur)* impetrarunt. Et Ottho, Bambergensibus ab Imperatore datus episcopus, mox suos nuntios ad Romanum Paschalem mittit, *ejus* petitum consecrationem & confirmationem: quam si ei denegaret, episcopatui se præesse nolle. *Historia Bambergensis.* Milo Morinorum episcopus Romæ consecratur, anno 1169. *Chronicon Flandriæ.* Arnulphi Luxoviensis episcopi electionem, ab Innocentio ratam haberi, petit *Petrus Cluniacensis.*[m] Et Heliam Aurelianensem ab Innocentio confirmari, *idem*[n] petit.

Palliorum emtione. Theobaldus Cantuariensis, à Romano Antichristo pallium accipit. *Polydorus.*[o] Pallii dignitate, hoc est, (ut ipse Honorius ait) plenitudine pontificalis officii, donatur Wilhelmus, primus Tyri episcopus, ab Honorio. *Tyrius.*[p] Idem de successore Wilhelmi annotatur.[q]

Privilegiorum postulatione. Hermannus Verdensis ab Eugenio III. singulare accepit privilegium. *Crantzius in Metropoli.*[r] Ab Eugenio Pontifice, Bernhardus Claravallensis, Tornacensem ecclesiam, à Noviomagensis episcopi jurisdictione eximi, & proprio episcopo donari, impetrat. *Chronicon Flandriæ.*

Appellatione ad ipsos. Daibertus Patriarcha, Hierosolymis à Balduino Rege ejectus, ad Romanũ fugit Pontificem; ejusque opem implorat. Post impetratas literas, cùm pedem referret, in itinere obiit. *Tyrius.*[s] Fulcherus, ejusdem loci Patriarcha, cum Hospitalitiis decimarum gratiâ altercans, assumtis aliquot episcopis, ad Hadrinum Romanum abiit. *Idem.*[t] Arosenii episcopi Legatos ad Romanum pontificem mittunt, præter subjectionem, ejus sententiam de controversiâ, quæ inter ipsos & Græcos intercesserat, petitum: ac simul ut formam sacrificii, juxta consuetudinem Romanæ ecclesiæ, addiscerent. *Ottho Frisingensis.*[u] *Nauclerus.* Thomas, Cantuaria [...]sus, ad Romanum Alexandrum præsidii causâ fugit *Polydorus.*

[a] lib.3.in Esaiæ c.29.
[b] lib.1.in Evang.c.23.
[c] lib.11 de Sap c.28.
[d] lib.1.de Officiis div. cap.25.
[e] cap.27.
[f] lib.1.de [...] c.18.
[g] lib.3.de Offic.c.2.
[h] lib.eod. cap.10.
[i] lib.11.in Apoc.c.20.
[k] lib.11.in Jon.c.8.
[l] li.18.c.20.
[m] li.5.ep 6.
[n] li.3.ep 11
[o] lib.12.
[p] li.13.c.23
[q] li.14.c.11
[r] li.6.c.29.
[s] li.11.c.14.
[t] li.18.c.6.
[u] [...]
lib.13.

Erad.

[illegible] Rum [illegible] sic [illegible] talis [illegible] primas [illegible] germanum, [illegible] audita discutere; [illegible] ssas judicia a- [illegible] in persona vestra constituta [illegible] super gen- [illegible] ellas. [illegible] ruas, & disperdas, & dissipes, & edi[illegible] & plantes: tamen potestis illis; potestis ab his, qui ea, quae non J[esu] Christi sed quae sua sunt, quaerunt, decipi.

[illegible] du atio [illegible] & aude inmodica, Burgundiam & Gal- l[illegible] [illegible] illustran[s] Paschalis II. ab universis ecclesiis, ut vere Christi discipulus, & Apostolorum vicarius, ingenti ho- n[o]re [illegible], dignâ reverentiâ tractatur; non [illegible] ter, [q]uam [illegible] de caelo missus auditur. Romam reversus, tantis & cleri & populi Romani tripudi[is] incipiebatur, ac si de mortuis redivivus crederetur. *Urspergensis.* Eberhardus, Bambergensis episcopus, ad Hadrianum Pontificem scribit: Ipse (Imperator) [f]ilius vester, dominus noster est: vos autem quomodo Christus, magister & dominus. Nemo nostrûm audet dicere hinc vel inde, cur hoc facitis, vel dicitis.[a] *Radevicus de gestis Friderici.*[a] Assentationis plenam, ejusdem ad Hadrianum orationem, videre est & *apud Helmoldum:*[b] *Papam, inquit, ab Imperatore in tentorium ductum, Bambergensis episcopus, nomine Regis & Principum, sic alloquitur: Honorabilem Sanctitatis tuae praesentiam, Apostolice Pontifex, sicut jam-dudum sitienter desideravimus, ita nunc laetanter suscepimus, gratias agentes omnium bonorum largitori Deo, qui nos deduxit & adduxit in hunc locum, & sanctissima visitatione tuâ dignos fecit. Notum tibi ergo cupimus, reverende pater, quia omnis haec Ecclesia, de finibus Orbis, propter honorem reg[is] collecta, adduxerunt Principem suum ad tuam Beat[itu]dinem provehendum ad culmen Imperialis honoris.* Anno Domini 1164. cum Thomas Cantuariensis, assentiens patriae legibus, in Regis verba Clarendonae juraffet; [f]actis [illegible] tum [illegible] nituit: quòd in eo juramento non addi[disset], *Salvo ordine meo, & honore sanctae matris Ecclesiae.* Ab altaris officio [illegible] ideò [illegible] [abst]inuit; donec esset à Pontifice absolutus. *Baleus, ex lib. 5. Matthaei Parisien.* Deposito Oderisio, Casinensi [abb]ate, Honorius Papa Gregorium Cardinalem, Ca[p]uam mittit; & mandat, ut Senioretum, Capuani monasterii Praepositum, abbatem fratres eligerent. Fratres autem iniquum & indignum judicarunt, electionem in alterius potestatem transire. Tunc Cardinalis dixit: Ego huc, neque pro Papae Honorii lucro, neque pro Romanae Ecclesiae honore; sed pro salute animarum vestrarum, adveni. Romana enim Ecclesia vestro auxilio & laude non indiget; quae praeconium laudis in Petro, ex ore ipsius Redemtoris, emeruit. Quae nam autem ecclesia vel monasterium, à Romanae ecclesiae non disponatur arbitrio, cujus imperio coelum ipsum aperitur & clauditur?[c] Omnes quippe ecclesiae à Pontificibus, Imperatoribus, regibus, vel quibuscque fidelibus, conditae sunt: Romanam verò tedem solus fundavit Dei Filius, & super Petri Apostoli erexit fidem; cui etiam terreni simul & coelestis Imperii jura commisit: & illud Verbum, quod condidit coelum & terram, Romanam fundavit ecclesiam. Et sicut Apostolorum principes, Petrus & Paulus, Romanam ecclesiam suo sanguine consecrarunt: ità Casinense coenobium, per B. Benedictum, qui Romae doctus fuerat, & per cives Romanos, Mauritium & Placidum, habuit fundamentum. *Chronicon Casinense.*[d] Et *Petrus Blesensis,* ad Romanum Pontificem scribens, vocat eum *Crucifixi vicarium, successorem Petri, sacerdotem Christi, & christum Domini: cuiq; super regna & gentes à Deo constitutum* ait. Item:[e] *Domus Dei, quam lapide adjutori super fundamentum Apostolorum & Prophetarum stabilita est, à Petro & successoribus suis, formam semper eruditionis, & statum sublimitatis, accepit. Quod enim stipes ramis, quod capiti membra, quod Soli radii, quod fontis rivuli: hoc Apostolicae sedi eminentiae debent omnes Ecclesiae, quas ubiq; terrarum religio Christiana fundavit.*

Monendo alios ut Romano Pontifici sese submittant. *Quoscunque mihi,* inquit P[e]t[rus] Cluniacensis,[f] *& Cluniacensis ecclesia, qualiter amicit à maioribus, Reges & Principes, nobiles & ignobiles, magnos & pusillos, agnovi, hos sub majestatis vestrae pedibus subdere, per me, ipsum [illegible] per alios, loquendo, scribendo, mandando, terrendo, mulcendo, pro posse non distuli,* [illegible] [illegible] [illegible] [Ro]mani [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [pr]os scripsit plures, Ro[illegible] dicitur *Schedellus.* [illegible] ae ep[iscop]i, post celebratum [syn]odum, ad Alexandrum III [illegible] [illegible] [sc]ripserunt, pro [illegible] [illegible] statutorum [c]onfirmatione [illegible].[h] De pr[illegible] quodam G[illegible] liae [illegible] contra [illegible] percussio[illegible] acto, ad Innocentium Papam P[illegible].[i] *Confirmet, si placet, Apostolica auctoritas quod [illegible] epi[scop]i per eodem bono est actum: suppleat, si quid minus [illegible] ut & [illegible] debitâ ultione puniantur, & ab eorum imitatione caeteri deterreantur.*

Nomine Turonensis ecclesiae Innocentio Romano supplicat *Petrus Cluniacensis abbas* [illegible] [illegible] Hugoni episcopo, qui, ob morbum [illegible] [illegible] peratum, [illegible] induerat, ad [illegible] ecclesiam [illegible] [illegible] tem redire liceat.[k] Ipse enim Hugo, [illegible] ex [illegible] Pontificis Romani arbitrio [illegible] [Tho]mas Cantuariensis monachorum habitum [illegible] *Matth. Parisiensis.*

POLITIC[A].

Petentes a Romani[s] inaugurationem [illegible] V. pro inauguratione Romam profe[ctum] [illegible] desolatum, scribunt *Martinus Capellanus & Platina. Helmoldus*[l] cruentum praelium & [illegible] captivitatem, [illegible] describit: quibus tandem coronam, & privilegium super omnibus, quae ann[illegible] ejus [illegible] erat [illegible] dem autor loquitur, extorsit. Lud[ovicus] cum [illegible] [Fran]ciae Regem, Innocentius II. inunxit: [ut] [illegible] ex *Petri Cluniacensis* epistolâ ad eundem Pontificem [illegible] inter caetera his verbis Pontificem adulator utimur:[m] *Ne [illegible] Rex est; non solum magnificus Rector Christiani populi est; sed etiam opus manuum vestrarum est, quem ad regnum provexistis; quem sacris manibus vestris unxistis; quem Gallia nostra potentiorem patribus Regem desiderasti.* Emanuel, Orientis Imperator, ab Alexandro Pontifice, non ignarus inimiciarum ejus cum Friderico Barbarossâ, magni[s] poll[icita]tionibus ac donis, Occidentis Imperium ambi[bat]. *Platina.* Meminit ejus rei & *Aeneas Sylvius,* inquiens:[n] Emanuel, Graecus Imperator, mi[ssis] Legatis Romam, obtulit se, cum omni ecclesiâ Orientali, velle Pontificem Romanum Orbis Christiani caput recognoscere, easque co[pias] in It[a]liam mittere, per quas facilè Fridericus expelleretur Italiâ: pecuniasq; ingentes promisit, si ad Imperium Occidentis, universalemq; monarchiam, redintegraretur. Ad quam rem exploratius intelligendam, Hadrianus [illegible] [Pon]tifex, anno sui regiminis septimo, Legatos Constantinopolim misit. Idem obnixè ab Alexandro petiit, ut [illegible] cum Guilhelmo Siciliae Rege, Imperium, antea divi[sum], sibi testituatur integrum. *Platina in vitâ ejus.* Rogerius ab Innocentio, quem captivum tenebat, cum regio nomine Apuliam & Calabriam extorquet. *Otthe Frisingensis, Platina, in vita ejus.*[o]

Petentes ab ipsis doctores. Paschali II. Ungarorum Rex, Episcoporum & aliorum Praelatorum invel[titur]as restituit. Nam ad [il]lud usque tempus, penes ipsos Reges ea fuerat potestas. *Martinus Capellanus in Chronico.* Quanto cum Romani Pontificis, ejusq; mancipiorum, tri[umpho] [illegible] Wormaciae, traditis utrinque ea de re literis [illegible] Heinricus V. suo loco dicemus. Et [illegible] Siculus, Romano Papae, episcoporum [illegible] universo suo regno, concessit. *Sigeberti Continuator.* P[illegible] *Cluniacensis,*[p] rogatus ab Hispaniarum R[eg]e [illegible] magnum Christiani popu[li] Princi[p]em, & [illegible] statis pontificiae filium vocat [illegible] [illegible] [illegible] Salamantini [ep]iscopi transl[ationem] [illegible] [illegible] [ep]iscopatum, ab omni clero, [illegible] [illegible] [illegible] ficè, communiter factam, [co]nfirma[re] [illegible] Armeni, odio Graecorum, Lu[cio] [III.] Pontifici atq; ejus [illegible] tis papisticis, se subjecer[unt]; ut *Johann* [illegible] refert. Ex [illegible] inquit [illegible] C[illegible] Carmel[illegible] Graec[illegible] Rex Armeniae, cum omnibus episcopis & regni [illegible]ditis, anno Domini 1183. Lucio III. Papae se subjec[it] [illegible]

Margin notes (left): l. Chr. cap. 14.; a li. 4. c. 2; b cap. 81.; c Cons. l. c. 96. in App.; d li. 4. c. 92.; e Epist. 29; f Epist. 45; g li. 4. ep. 1. ad Innoc. Papam.

Margin notes (right): h [illegible]; i lu. 3. ep. 17.; k li. 5. ep. 9.; l . ap. 40.; m li. 5. ep. 2.; n li. 5 in Blondum.; o li. 7 [illegible]; p li. 5. ep. 8.; q Cons. ... cap. 84. in App.

Petentes ab ipsis confirmationes monasteriorũ & templorum. Balduinus II. Hierosolymorum Rex, a Paschali II. Bethlehemitanam ecclesiam cathedra[le]m fieri petit: suiq; fit voti compos. *Tyrius.** Et ab eodem Pontifice, per Legatos, idem postulat: ut, quæcunque [s]ibi[ger]et [ur]bes, ex Hierosolymitanę ecclesię, ipsius auto[r]itate subsint. *Ibidem.** Ottho Bambergensis, ab Innocentio, monasteriorum à se conditorum confirmationem consequitur: *ut ex Chronico Bambergensi constat.* Anno [11]79. Cazimirus, Rex Poloniæ q[u]atuor provincias Rutsię occupat. Hic legibus Rem[p]ublicam [o]rnat: quæ à Papâ Alexandro III. sunt confirmatæ. *Funccius in Chronologia.*

Re[j]icientes controversias ad ipsos. Heinricus enim V. [&] Albertus Moguntinus, dissidentes, controversiam ad Romanam rejiciunt præsulem: ut, indicto per autoritatem a[p]ostolicam generali concilio, quæcunque humano non possent; Spiritûs sancti judicio terminarentur: *ut loquitur Crantzius in Saxoniâ.** Leone Bertinico abbate agente, [T]heodoricus Comes Flandriæ, & uxor Sibylla, Milo episc[o]pus Morinorum, Philippus & Milo archidiaconi, Gu[il]helmus præfectus Audomarensium, eorumque successores, Bertinianæ domûs tutores, ac perpetui protectores, ab Innocentio Pontifice Romano sunt instituti. *Jacob Meyer in Chronico Flandriæ, anno 1137.* Ad Gelasium, Rom[a] ob adventum Heinrici Imperatoris fugientem, & Cajetæ commorantem, Guilhelmus Apuliæ Dux, Robertus Capuæ Princeps, & Richardus de Aquilâ, venerunt; novumq; fidelitatis juramentum ei præstitêre. *Epitome Æneæ Sylvii, in Decades Blondi.**

Mandata Paparum nimis promtè exsequentes. Heinricus V. consi[l]io & ministerio Rothardi, archiepiscopi Moguntini, totam Saxoniam in Romanæ ecclesiæ reduxit communionem. Erant autem ad hoc constituti à Sede apostolicâ commissarii, idem Moguntinus & Constantiensis episcopi. *Crantzius in Metropoli,* * & in Saxoniâ.**

Dona nimis multa eis tribuentes. Mathildis enim, potentissima Italiæ domina, quæ Paschalis II. temporibus rebus humanis excessit, testamento legat Romanæ ecclesiæ, quicquid est à Pisiâ amne, sancto Quirino agri Senensis, usque ad Ceperanum, inter Apenninum & mare. Addita est etiam Ferraria; quæ in hunc usque diem Romanæ ecclesiæ vectigalis est. *Barnus.* Heinricus, Noricorum Dux, Beneventum captum Romanæ cathedræ, quam tùm Innocentius tenebat, restituit. *Ottho Frisingensis.**

Papas nimiùm venerantes. Calixtum, Pontificem creatum, & Beneventi commorantem, Guilhelmus Apuliæ Dux, Jordanus Campaniæ, Arnulphus Ariola, Robertus Lorotelli, Comites, salutandi gratiâ adière; & juramento interposito, se in Pontificis potestate semper futuros, promiserunt. *Platina.* Ad Eugenium III. obedientiæ gratiâ, Legatos mittit Macolmus, Scotorum Rex, Wilhelmum Moraviensem episcopum, & Nicolaum, qui Regi à secretis erat. *Hector Boethius.** Eâdem de causâ W[i]lhelmus successor, Johannem, S. Andreæ episcopum, & Reginaldum abbatem de Abbroth, ad Alexandrum III. misit. *Ibidem.* Et Philippus Imperator, de Romani Pontificis eminentiâ, in hunc modum, ad Emanuelem Constantinopolitanum, scribit: * *Sicut ille Rex regum, à quo omnis potestas, Romanum Imperium caput totius Mundi constituit: ita etiam sedem Romana ecclesia, omnium ecclesiarum unicam matrem, dominam magistramq; ordinavit. Quod utique duorum numero gladiorum significavit, quos dixit Orbi sufficere, ipse autor fidei Christianæ. Quapropter tuam Prudentiam commonemus: quatenus nobis & Romano Imperio honorem debitum recognoscas: & summo Pontifici, quem nomine sanctum appellas, debitam exhibeas obedientia & honorem.* Ac, quam turpiter, Veneti[is] suum col[l]um Pontifici calcandum, publicè objecerit idem Imperator, [s]uo loco dicetur.

Ar[illegible] Heinr[ic]us, A[n]gliæ Rex, solennes [illegible] m[i]t, ad Hadrianum Papam IV. ut sibi [illegible]ndal[illegible] [prof]essionis fidei Christianæ, Hiberniæ insulam [illegible] & ter[illegible]m, locum vi[illegible] et horro[illegible] [illegible]tudin[illegible] ore urbum Mundi, sibi & Dei [illegible] mine[illegible] [illegible]ales ad [illegible] & [...]iam reducere veritatis, atque obedientiam ecclesiæ Romanæ. Annuit ei Pontifex, jure ecclesiarum illibato & integro permanente; & salvâ beato Petro de singulis domibus annuâ pensione. *Balæus.** Idem Rex, qui anno Domini 1168. a se & toto regno excusserat Romani Pontificis jugum, jam anno Domini 117[illegible]. in suâ pur[g]atione, super nece archiepiscopi Thomæ, idem denuò [ass]umsit. Inde cassabat leges & consuetudines contra clerum facta quarum hæc una fuit, quòd debuissent Clericorum [c]rimina per Magistratum puniri. Nec non permisit appellationes, antea prohibitas, ad Papam iterum liberè fieri: seque suumque regnum rursus illius submi[sit] arbitrio. Quod sibi illinc arrogabat Bestia, confirmandorum Angliæ Regum jus. Atque itâ Antichristo in majorem subjectionem venerunt tunc Angli; quàm aliàs unquam. Et ut hæc Mundo magis innotescerent: ad Regis opprobrium ac dedecus, Cleri verò gloriam, confictis aliquot prodigiis, canonizatione solenni, sanctum designabat proditorem episcopum; jussitque ejus festum ubique celebrari, in signum perpetui triumphi adversùs eundem Regem. Regi verò, ut æquiori animo infamiam toleraret, & ut eam regionem (*inquit Nicolaus Trevetus*) tributariam sibi faceret; Hiberniæ dominatum confirmavit Pontifex Alexander III. episcopis illic ei ad tempus parère jussis. *Idem Balæus.** Et ad Alexandrum, inter cætera, idem Rex scribit: *Patrum meorum approbans & sequens devotionem, quia vestram electionem veritate credo subnixam: Vos in patrem & dominum, vos in summum pontificem & catholicum, cum universis tam clero, quam populo, meæ potestati à Domino commissis, in vestris Legatis recepi, solennitate debitâ & veneratione. Vos ergo clementissimè rogo, & cum omni humilitate obsecro: ut me in proprium & spiritualem filium recipiatis; & in meis petitionibus me, si vobis placet, exaudiatis: latorem præsentium, fratrem R. in cujus ore mea negotia posui, plenius vobis exponenda, benignè suscipiatis, & his, quæ vobis ex parte meâ dixerit, assensum & effectum adhibeatis. Ego ad vestram voluntatem sum paratus: & me & mea vobis expono, arbitrio vestro penitus exponenda.*

Balduinus Rex, Theodoram sponsam, nec regio diademate insigniri, nec nuptiarum solennia peragi vult, per Amalricum, Hierosolymorum patriarcham; cujus nuntii Romam, pro confirmatione missi, nondum redierant: sed Antiocheno interim id muneris delegatur. *Tyrius.**

QUI SE OPPOSUERINT tyrannidi Romanorum Pontificum.

IMPERATORES, REGES, & PRINCIPES.

INsignis *apud Nauclerum* * exstat Friderici epistola; quâ Romani Pontificis Hadrini IV. ad quem scripta est, arrogantiam & fastum, ac Cardinalium sceleratos mores, depingit, lectione certè dignissima; quæ sic habet. *Fridericus, Dei gratiâ Romanorum Imperator, semper Augustus, Adriano, Ecclesiæ catholicæ Pontifici, omnibus illis adhærere; quæ cœpit Jesus facere & docere. Lex justitiæ unicuique, quod suum est, restituit. Nos enim Parentibus nostris derogamus; quibus in hoc regno nostro debitum exhibemus honorem: à quibus videlicet progenitoribus nostris, & regni dignitatem suscepimus, & coronam. Numquid, tempore Constantini, Sylvester regalis aliquid habuisse dinoscitur? Sed ejus pietatis concessione, libertas concessa est Ecclesiæ, pax restituta. Et quicquid regalis Papatus vester habere dinoscitur, largitione Principum obtinet. Unde, cum Romano Pontifici scribimus, jure & ex antiquo nomen præponimus; & ad justitiæ normam, eidem, nobis scribenti, concedimus. Revolvite annales: &, si lectum neglexistis, quod asserimus, illic invenitur. Ab his autem, qui Dii sunt per adoptionem, & regalia nostra tenent, cur homagium & regalia sacramenta non exigamus? cùm ille, noster & vester institutor, ab homine Rege nihil accipiens, sed omnia bona omnibus conferens, [pro] se & Petro censum Cæsari persolvit; & exemplum vobis dedit, ut ita faciatis, docens vos, dicens:* * Discite à me, quia mitis sum, & hu[milis] corde. *Aut igitur regalia nobis dimittant: aut, si hæc utilia judicaverint; quæ Dei, Deo, quæ Cæsaris, Cæsari persolvant. Cardinalibus utiq; vestris clausa sunt ecclesiæ & non patent ci-*

Marginal notes: * Lib. 11. c. 12. — * cap. 18. — * lib. 5. c. 41. — * lib. 4. — * lib. 5. c. 31. — * lib. 3. c. 17. — * lib. 7. c. 19. — * lib. 13. — * Crantz. in Metrop. lib. 5. c. 17. — * Cent. 2. cap. [illegible] in App. — * Cent. 3. c. 4. in App. — * lib. 18. c. 2[illegible] — * Gener. 35 — * Matth. 11. v. 29.

[illegible] *omnia captores: non Orbis te-* *pa* [illegible] *or a* [illegible]*. Cùm autem videt* *mu* [illegible] *portantes p*[illegible]*, illuminan-* [illegible] *militum in aquitate: necessarium* [illegible] *tentare, non d*[illegible] *eremum. Humilita-* *autem,* [illegible] *custos* [illegible] *rum, & mansuetudinis vestræ, non* [illegible] *am* [illegible] *incurr* [illegible] *enim supervacuas quæstiones, reli-* *ioni* [illegible] *multum conferentes secularibus per omnia proponitis.* [illegible] *eat itaque Paternitas vestra: nedum talis movet, qua* [illegible] *ncimus, e*[illegible] *diculum ponat illis qui velut ad imbrem* [illegible] *rumori vestro aures suas arrigere festinant. Non enim non* [illegible] *spondere auditu cum superbia detestabilem bestiam,* *quo ad sedem Petri repiasse vidamus Paci* [illegible] *lesiæ bene semper* *providentes, bene semper valete.*

❡ Deposuerunt non-legitimè electos, & substituerunt alios. P[illegible]hali Gelasius Romæ succedit. At Heinricus V. [illegible] el[illegible]ioni non interf[illegible] erat, Burdinum quendam H[illegible]num Pontificem constituit. *Sigebertus Continuator.* Con[illegible]trum Leoni[illegible], Lotharius Imperator Innocentii[illegible] Pontificem esse jubet: *ut referunt Sigebertus Continuator & Dodechinus* Gu[illegible]o Cremensis, Octaviano defuncto, Imperatoris Friderici jussu, anno 1164. in papatu est suffectus. *Phrygio.*

Synodos contra eos congregarunt. Alexander enim [illegible] a Si[illegible]iæ Rege in pestil[illegible]ntiæ cathedram locatus, ad I[illegible]eratorem Fridericum, Cremonam nimobsidentem, Le[illegible]atos mittit: ut ille sua autoritate schisma tolleret; & institutionem sui ratam haberet. Fridericus Imperator, dissidium sublaturus justi[illegible] rationibus; ne temerè res fa[illegible]ti[illegible] sulceratæ magis turbarentur: respondit Legatis, oportere, ut uterque designatorum ad se venirent Papiam, eoque se venturum spopondit, & concilium convocaturum: ut cognosceret causam dissensionis; & cognitâ, litem d[illegible]imeret. Alexandro verò comparere detrectante, Imperator, audita diligenter totâ causâ, cum Patriarchâ Aquilejensi, Cremonensi episcopo, & cum aliis multis episcopis ex jure pronuntiat, Victorem esse Romanum Pontificem; non Alexand[illegible]m. Et ut omnibus fieret ma[illegible]nif[illegible]m Concilium pro Vi[illegible]tore pronuntiâsse, & electionem ejus compr[illegible]b[illegible]e: Victorem, de more, cum equo per Urbem educit; signi[illegible]ati[illegible]nem ut præberet. Victorem verum Romanum episcopum esse. *Robertus Barnus in vitâ Alexandri Platina, Baleus.*

❡ Decreta Pontificum Romanorum non sunt exsecuti. Wilhelmus Scotorum Rex, Hugoni Cardinali, pontificiâ autoritate, universos Scotiæ episcopos, Eboracensi apud Anglos archipræsuli par[illegible] remandanti, graviter cont[illegible]cit: adeò ut re in[illegible]â indè discedere cogeretur. *Boethius.** Bernhardo & [illegible]orio Cardinalibus, autoritate papa[illegible] in Magdeburgensem archiepiscopum, & quosdam al[illegible]os, sententiam latur is, contradixit Fridericus Imperator; & ad propria redire jussit. *Otho Frisingensis.** *Johannes Saruburiensis* refert,* quòd Theobaldus, Cantuariensis archiepiscopus, Româ quasdam leges papisticas in Angliam attulerit: sed eas, ut Reipublicæ nocivas, Rex Stephanus, per[illegible] etuo Parlimenti decreto, damnavit, delevit, incendi fecit. *Baleus.** Heinricus II. Anglorum Rex Legatos Romani Pontificis nequaquam prius regni fines ingredi passus est, quàm jurejurando promitterent, nihil se contra consuetudines quascunque regni præscripturos. Id quod illi [illegible] metu, seu muneribus adducti, fecerunt. *Polydorus Vergilius.**

❡ I[illegible]erunt [illegible]li episcopos & doctores Heinricum Magde[illegible] & R[illegible]hertum [illegible]erb[illegible]enti, Cunradum Jus a[illegible]ien[illegible] episcopos præfecit Heinricus V. Impera[illegible] [illegible] C[illegible] e coronatione, & jure [illegible] & Episco[illegible] atchali [illegible] imperat[illegible] consensit [illegible] Ro[illegible] [illegible] Cæsare [illegible] opus, [illegible] Heinricus V. an[illegible] [illegible] monte regni [illegible]

Romano Pa[illegible] IV ea ratione aliter molestus fuit; quâ quòd & ipse episcopos al[illegible], ecclesiasticos, qui sunt pa[illegible], nullus [illegible] jussu Pontificis investire. *Blondus.** Et Lotharius Imperator, *ut Nauclerus habet)* privilegium, Heinrico Cæsari ademtum, de Prælatorum investiturâ, repetere constituerat: sed ne illud faceret, D. Bernhardus d[illegible]suasit; qui [illegible] te[illegible]ore [illegible] admiratione fuit. *Baleus.** Et ad Otthonem Frisingensem, suum patruû, Fridericus Imperator [illegible] *censem episcopum W*[illegible] *ad archiepiscopatum Magdeburgensem transtulimus. Et quanquam multa lites & controversia inter nos* [illegible] *Romanã e*[illegible]*lesia* [illegible] *fuissent: ad ultimum tamen, quod a nobis laudabiliter* [illegible] *factum fuit, autoritas apostolica confirmavit.* Epistola [illegible]is de re[illegible] a Friderico gestis, præfixa est.

Tempore Paschalis II. fuerunt Reges Siciliæ, Rogerus & Boëmundus fratres. Mi[illegible]erat tunc Paschalis archiepiscopo Panormitano pallium, & simul fidelitatem exegerat. Ea res, ut planè nova, valde offendit, non tantùm ipsum Archiepiscopum; sed & Reges ac Optimates totius regni. Dicebant enim, rem esse nimis novam; tum habere speciem tyrannidis in Ecclesiâ constituendæ. Opposuerunt itèm, in nullâ unquam Synodo esse constitutum aut decretum: ut episcopi, aut archiepiscopi, juramento se-se Romano Pontifici obstringant. Verùm Pontifex, destitutus jure, [illegible]ctusque rationibus, respondit: sic utilitatem suæ Ecclesiæ postulare, seque synodos aut concilia (ut quæ omnia sint infra suam autoritatem) non morari. *Catalogus testium veritatis.*

Anno 1136. Stephanus, Angliæ Rex, investituras Prælatorum sibi reservat. *Matthæus Parisiensis.* Anno 1176. pace inter Scotum & Angliæ Reges [illegible], Anglo hoc juris inter reliqua est concessum: ut episcopatus, abbatias, aliosque honorum gradus, pro libitu distribueret. *Continuator Sigeberti.*

❡ Sceleratos episcopos, sacerdotes, monachos, puniverunt. Rogerium, Eboracensem archiepiscopum, Romanæ sedis Legatum, quòd publicè ob avaritiam malè audiret, Scotiâ prohibuit Malcolmus Rex. Indignum enim existimabat, Regis aulam regnumve, flagitiosis hominibus, quantumvis magnos illi gererent honores, patère. *Hector Boethius.**

Tempore Lotharii Imperatoris, cives Romani, contra Innocentium, Romanum Senatum restituere, summis viribus conati sunt: *teste Johanne de Oppido.* Ac pòst, instinctu Arnoldi cujusdam, missis per Legatos literis, ad Cunradum Imperatorem, ej[illegible] eâ in re opem expetiverunt. Literarum exemplar *apud Frisingensem** habetur: ubi inter cætera d. P[illegible]ifice scri[illegible], quòd à [illegible]eculo multam pe[illegible]c[illegible]niam, pro detrimento Imperatoris & Romani Imperii, ac[illegible]eperit.

ECCLESIASTICI.

Resistentes iniquis postulationibus & decretis. Calixto Papæ, qui conjugium Germanis & Anglis sacerdotibus extorserat, multi contradixerunt boni viri: quorum vetusta carmina, suppressis nominibus, hodie exstant; quæ adscribere libet.

O bone Calixte, mundus totus perodit te.
Quondam presbyteri poterant uxoribus uti:
Hoc destruxisti, postquam tu Papa fuisti.

Itèm:

Prisciani regula penitus cassatur,
Sacerdos per Hic & Hæc olim declinatur:
Sed per Hic solummodò nunc articulatur;
Cum per nostrum præsulem hæc amoveatur.
Ita quidam Presbyter cœpit allegare:
Peccat criminaliter, qui vult separare,
Quod Deus conjunxerat, fœminam amare
Tales dignum duximus fures appellare.
O quam dolor anxius, quam tormentum grave
Nobis est dimittere, quoniam suave!
O Romane Pontifex, statuisti pravè:
Ne in tanto crimine moriaris, cave.
Non est Innocentius; imo Nocens verè;
[illegible] quod facto docuit, verbo vult delere.

Marginalia: * Dec. 2. l. 4. — * Cent. 2. cap. 64. in App. — * lib. 13. — * lib. 1. c. 28. — lib. 13. — * l. 2. c. 9. — * lib. 8. c. 22. — * Cent. 2. cap. 5. in App. — * lib. 13.

[illegible] quod olim [illegible]
Modò vetus Pontifex studet prohibere.
Gignere nos præcipit vet[illegible] mentum
Novum, quod non retinet, un[illegible]am c[illegible]tum.
Præsul qui contrarium donat [illegible],
Nullum necessarium his dat argumentum.
Dedit enim Dominus ma[illegible]
Viro, qui non fecerit [illegible]eratricem
Ergo [illegible] consilio per hanc rationem,
Gignere, ut habe[illegible] benedictionem
Nonne de militibus milites procedunt;
Et Reges à Regibus, qui sibi succedunt?
Per locum à simili, omnes jura lædunt
Clericos, qui gignere crimen esse credunt.
Nobis adhuc præcipit vetus Testamentum,
Quod nostra jam legis est verax fundamentum;
Ut [illegible] feminas [illegible] instrumentum
Tale, per quod habeant prolis incrementum.
Zacharias habuit prolem & uxorem,
Per virum quem genuit adeptus honorem:
Baptizavit etiam nostrum Salvatorem.
Pereat qui tenet novum hunc errorem!
Paulus cælos rapitur ad superiores,
Ubi multas didicit res secretiores
Ad nos tandem rediens, instruensque mores,
Suas (inquit) habeant quilibet uxores.
Propter hæc & alia dogmata doctorum,
Reor esse melius, & magis decorum;
Quisque suam habeat, & non proximorum:
Ne incurrat odium, vel iram eorum.
Proximorum feminas, filias & neptes,
Violare nefas est, quas nil decepter:
Verè tuam habeas, & in hac delectes,
Diem ut sic ultimum tutius expectes.
Ecce jam pro Clericis multum allegavi;
Nec non pro Presbyteris multa comprobavi.
Pater noster nunc pro me, quoniam peccavi,
Dicat quisque, Presbyter, cum suavi.

Antichristi tyrannidem animadvertunt & stringxerunt. Leodiensis ecclesia, Paschalem II. malitiæ & crudelitatis reum egit: & Sigebertus, Gemblacensis monachus, qui Heinricum IV. Imperatorem contra Gregorium VII. & Paschalem II. scriptis defendit: in quibus asseruit, Papam non habere utrumque gladium, nec juris aliquid super ipsum Imperatorem: docuitque, detestabilem hæresin esse in Papa, politicorum dominorum subditos juramentis absolvere. *Balæus.* * Arno dus Moguntinus, & Eberhardus Juvaviensis, Romanos sacerdotes, cardinales, archiepiscopos, episcopos, presbyteros, diaconos, (ita enim vocant) literis admonent: pertinaciam, fastum, superbiam coarguunt: avaritiam, perfidiam, aliaque facinora, quibus pauperes compilent, & Imperium conturbent, com[illegible]emorant: obtestantur [illegible], ut Hadrianum [illegible] pacem servandam cohortentur: Imperatorem id, quod bonum æquumque fuerit, f[a]cturum [d]eterunt. *Aventinus.* * *Johannes Saruburiensis,* & episcopus Carnotensis, solitus est duriter insectari scelera P[ap]æ, & [illegible] uscleri. Et in suo Policratico inter cætera [illegible]: *Se[de]nt in Ecclesia Romana Scribæ & Pharisæi, ponentes onera importabilia in humeros hominum. Pontifex magnus, omnibus gravis et penè intolerabilis est. Ita debacchantur ejus legati ac si ad Ecclesiam flagellandam egressus sit Satan, à facie Domini. Nocent sæpius: & in co[illegible] Diabolo persimiles. Apud eos judicium nihil est, nisi publica merces. Quæstum omnem re[putant] pietatem. Justificant pro muneribus impium [illegible] lavant conscientias: argento & auro men[illegible]nant, [illegible] exsultant in rebus pop[uli] [illegible] siquidem peccata pop[uli] [com]edunt, eis vestiuntur [illegible] multipliciter luxuriantur [illegible] rate et in spiritu adorant Patrem. Qui ab eorum dissentit [illegible] na, aut hæreticus judicatur, aut schismaticus Ma[illegible] ergo se[illegible] Christus, & palam faciat viam, qua nob[illegible] [in]cedendum.*

[illegible] *in suo Abbreviato verbo,* [illegible] La[illegible] [illegible] pæ [illegible] pi[illegible] olentium [illegible] dere [illegible]

dixit [illegible] Ad[illegible] non [illegible] novas traditiones condendas [illegible] etiam de veteribus aliqui[d] potius di[m]inuendum sit, et [illegible] essent utiles. Nam & [illegible]rum utilium traditi[o]num [illegible]ero ac copia, nimium Christianos onerat. Illudque [illegible] agend[illegible] ess[illegible] [illegible] servetur [illegible] [ver]è Christianæ o[ff]ici posse: [illegible] tra[illegible]tiones, Dei mandatum i[ll]ium [f]ecerint.

In [illegible] manu[illegible] est *de [vi]tâ & honestate Clericorum,* quod [illegible] R[illegible] Angliâ veniens, Had[r]ian[um] IV. [illegible] cu[m]que fuit, inte[rro]ganti qui[d] [illegible] [illegible]naque curiâ senti[r]ent ac lo[quere]ntur [illegible] dicere, non [illegible] lum ex[illegible] [illegible] Ecclesiæ op[illegible]us, quin semper [illegible] lura [illegible]etas [illegible]eraturque [illegible] gere. *Balæus* * *Catalogus testium veritatis.*

Anno Domini [1191], dum Rex R[ich]ardus [illegible] zelt [illegible] esset, Joachi[m] [illegible] advocavit, interrogans illum de Antichristo. Q[illegible] Romæ jamdiu fuisse natum, [illegible] tunc max[im]è regnare, exal[tari]que se [s]uper omne, quod dicitur Deus [illegible] tenebant Friderico Cæsari Barbarossæ, per Alexandr[um] III. & in coronatione Heinrici VI. per Cœlestinum III. *Balæus.* * *Hildebertus* Honorium Pontificem Romanum monet, ne temerarie quasvis appellationes accipiens [illegible] jud[ice]rum, & episcoporum autoritatem imminuat. Ac inter cætera ait: *Bonam spem gero in sinu meo; quia, scribens pro justitia pa[illegible] gratiam non amittam. Qualibet igitur appellation[em] in Romanâ vigere vel suscipi ecclesia, cis Alpes auditum non est, nec ex sacris traditum institutis. Quod si fortè hujusmodi emerserit novitas, ut placeat omnem indifferenter admittere appellationem: pontificalis censura peribit: & omnino conteretur robur ecclesiasticæ disciplinæ. Quis enim raptorum, ad solam anathematis comminationem non statim appellabit? Quis clericus aut presbyter frustratoriæ appellationis refugio, non putrescet, aut etiam sepelietur in stercore suo? Quis episcopus habebit in promtu, non omnem dico, sed aliquam ulcisci inobedientiam? Enim virgam quærit appellatio quassabit, solvet constantiam, severitatem emolliet: adducens & illis silentium, & rem impunitatem delictorum. Sic fiet ut sacrilegia ac rapinæ, fornicationes & adulteria, perniciosè inundent incremento: cum Præsul ad superfluas appellationes clauserit ora, & desierit persequi piorum persecutores, & punire manifestam sacerdotum immunditiam, & viduarum injurias ulcisci & orphanorum. Dilatione nimirum censuræ facinora fovebuntur, & venient in profundum iniquitatis impune-delinquentes.*

Et Elizabeth, virgo Germana, inter alia Prælatos, in visione à Deo acceptâ, sic alloquitur: * *Caput Ecclesiæ clamat, & membra ejus mortua sunt: quoniam Sedes apostolica obsessa est à superbia, & colitur avaritia & repleta est iniquitate & impietate: & scandalizant oves meas, & errare eas faciunt, quas custodire & regere debuerunt.* Et: *Hæc dicit Dominus magnis Prælatis Ecclesiæ: Recordamini, quam rationem reddituri estis in tremendo judicio meo de ovibus meis, quas suscepistis regere & custodire: quandu appreciati estis dona spiritus mei [illegible] populi mei precio infidelitatis.* Et paulò pòst: *Ego de[le]bo memoriam vestram de terrâ viventium.* Item hisce quoque [v]erbis eosdem accusat: *Hæc dicit Dominus: Ecce ego mittam angelum meum, ut annunciet vobis, qui in sublimi potestate [illegible]. Dico autem vobis, quod iniquitates terræ, quas abscondistis propter aurum & argentum, ascendant coram me, sicut fumus de igne. Numquid non animæ sunt plus quam aurum [&] argentum, quas suffocatis in ignem æternum, propter avaritiam vestram? Idcirco accusat vos religio vestra coram me [illegible] coonum [illegible] [illegible] in conspectu populi, & versa est in abominationem mihi. Occupastis principatum Sanctorum meorum, & ne[illegible] Maculastis stratum meum; & [illegible]. Quid mihi & vobis [illegible] asperatores man[illegible] meæ? Unde assiena [illegible] & aggravate cor meum super [illegible] quos genuisti amaritudine animæ meæ in dolo[re] [illegible] & anga[illegible] [illegible]? Et adjecit iterum loqui ad me dicens: [N]unc pastores [m]ei quasi in gravi somno [illegible] modo [illegible] eos [f]aciam super greges meos qui [illegible]*

Au[illegible] [illegible] [illegible]

* Cent. 8. cap. 60. in App.
* lib. 6.
* Cent. 9. [illegible] App.
* Cent. 9. cap. 5. in App.
* Catal. test. verit.

[illegible] quòd sibi jus tempor[illegible] [illegible] quæ ob eam causam est ab Ha[dr]iano IV. [illegible] excommunicatus. Floruit circa 1150. annum. *[illegible], Catalog. [illegible] veritatis.*

Ecbertus, monachus Trevirensis, de schismate Romanorum Pontificum scribit ad Colonienses: [a] *Moventur montes, qui stillare debuerant dulcedinem: & quomodo non commovebitur subjacens terra? Ecce enim effusa est contentio super Principes principalis Ecclesiæ, quæ omnium mater est: & sciderunt unitatem summi sacerdotii: ruperunt vinculum pacis [illegible] anathematizando alterutrum. Est tamen incertum, quæ duarum partium percutiat in gladio Petri, cum nec possit in partes dividi, nec indivisum [illegible] adversari. Unde fit, ut non jam correctionis dulcedinem, sed dissensionis amaritudinem amarissimam, propinent omnibus terris. Et omnes, inquit, colles turbati sunt. Ecce enim, ex illorum [illegible] motu, non modica turbatio derivata est, in omnes subditas illis ecclesiarum partes: qui aut parti magis assentiendum, sit ignorantes, ipsi quoque sibi invicem maliciose adversantur, alterutrum se abominantur, odiisque & detestationibus se invicem persequuntur.*

DE OFFICIIS POLITICI MAGIstratûs, in juvandâ gubernatione, & conservandâ disciplinâ ecclesiasticâ.

IMperatores, Episcopos Romanos eligebant, & confirmabant. Victorem, Concilii sententiâ comprobatum, Fridericus, qui concilio unà interfuerat, Papiâ Romam deduxit.

Principes & Reges, episcopos etiam alios constituebant. Magdeburgensi enim clero, in electione episcopi, dissidente; Guicmannum Citensem ipsis, licet invitis, *(ut in Saxonia habetur Chronico)* Fridericus Imperator dedit episcopum. *Ottho Frisingensis de gestis Friderici.*[b] Habitâ Moguntiæ Imperiali curiâ, Heinricus V. Adelbertum Cancellarium, ad eam cathedram dudum electum, baculo & annulo investivit, juxta facultatem à summis Pontificibus, haud sinè violentiâ ac potentiâ, Imperatoribus concessam. *Historia Bamburgensis.* Heinricus Leo, missâ ad Fridericum Imperatorem legatione, impetravit ab eo jus, [c]onstituendorum episcoporum per terras, quas belli jure teneret. *Crantzius in Vandalia.*[c] *Chronicon Saxoniæ.*

Restituebant injuste-pulsos. Heinricus V. expeditionem ducens in Wormacienses, qui Pontificem a Cæsare institutum ejecerant, suumque, quem ipsi volebant, reposuerant, urbem obsidione cinxit, Rhenumque suprà & infra communivit, nequid importaretur. Crebræ sub mœnibus pugnæ, multis utrinque cæsis captisque. sed fames effecit; ut post aliquot dies urbici, quinque millibus talentorum mulctati, ad arbitrium Imperatoris de episcopo fieri paterentur. *Crantzius in Saxonia.*[d] Monasterienses Lotharius, Saxoniæ Dux, multis belli malis perdomitos, episcopum suum, quem insigni quâdam injuriâ affectum urbe ejecerant, recipere coegit. *Ibidem.*[e] Heinricus I. rex Anglorum, regno potitus, ab initio sacerdotalis ordinis dignitatem, quam frater maximè corruperat, restituendam; simulque Rempublicam sublevandam, conservandam, tuendam, sibi constituit. Itaque Anselmum antistitem Cantuariensem, ab exsilio revocat: episcopatum Vintoniensem, miserabiliter vastatum, Guilhelmo Gyffardio, viro gravi, dat; ac cœnobiis, quæ diu vacaverant, probatos monachos præficiendos curat: vectigalia publica nova ac gravia aufert: & Ranulphum, Dunelmensem episcopum, hominem ad quodcunque flagitium promtum, illius [illegible] iarum rapinarum præcipuum [illegible] atorem impulsorem [illegible], in carcerem conjicit. *Polydorus Virgilius.*[f]

Monebant eos sui officii. Ad contumaciam Saltzburgensem episcopum, ad concilium venir[e] & auxiliares copias Imperatori in Italiam [m]ittere, recusantem, Fridericus [illegible] Imperator *Quòd si animum [illegible] prudentia [illegible] ab hoc a[illegible] omnino [illegible] dubitanter [illegible] re te vo[illegible], quod nos, favente [s]emper præcedente Dei clementiâ, cum consilio Principum [illegible] Rel[illegible] ita de Saltzburgensi ecclesia ordinabimus ut [illegible] honor D[ei] [illegible] religio non minuatur,* [illegible] *tuum servitium imperio de cætero rationabiliter ex*[illegible].

[P]uniebant facinorosos, vitiosos, contumaces. Sacerdotes in Londinensi concilio, fornicationis convictos, Papæ autoritate argento emunxit Anglorum Rex. *Raynulphus in Polychronico.*[g] Anno 116[illegible] Heinric[us] Anglorum Rex decretum fecit, [c]lericos, in publico flagitio deprehensos, præsente R[egis] justitiario, per epi[scopo]s [su]os exautorandos & manu [secul]ali, ut pu[nia]ntur, [co]mmittendos esse. Hu[ic] autem decreto occa[sio]nem ded[it] P[hili]ppus quidam, Canonicus Bed[f]ordiensis, qui [a]ctus in judicium, propter homi[c]idium, verba contumeliosa [in] Justiciarium protulit. *Matth. Parisius.*

Synodos congregabant. Synodum Papiæ indixit Fridericus Imperator, eique præsedit. ubi [Rol]andus reprobatur; Octavianus verò, Concilii sententi[â] Pontifex creatur. *Radevicus.*[h] Saltzburgensem episcopum, quòd, bis ad Concilium per Imperatorem vocatus, non comparuerit, graviter scriptis literis objurgat Fridericus Imperator; ac, ut Cremonensi adventui adsit, jubet. *Mandamus, inquit, itaque tuæ Discretioni; monentes & studiosius te rogantes: ut, remotâ omni occasione & dilatione, tuam ipsius præsentiam, in proximâ nativitate sanctæ Dei-genitricis Mariæ, nobis & curiæ nostræ exhibere non differas Cremonæ, assumto tecum fideli nostro, venerabili episcopo Brixiensi.*

Episcopatus constituebant, & transferebant. Anno 1110. Balduinus, Hierosolymorum Rex, Bethlehem episcopatum constituit. *Tyrius.*[i] Anno 1135. Carioli, Heinricus I. Anglorum Rex, novam episcopi sedem ordinavit. *Polydorus.*[k] David, Scotiæ Rex, novem episcopatus constituit. *Johannes Major.*[l] Heinricus Leo, anno 1163. *(ut Crantzius annotat*[m]*)* Aldenburgensem episcopatû Lubecam transtulit. *Helmoldus.*[n] Idem Dux, aliquanto pòst, & Mechelburgâ cathedralem sedem Suerinum collocavit: *teste Heinrico Erfurdensi, Crantzio,*[o] *& Chronico Saxon.* Rex Portugalensis Hispaniæ, Ulisbonam sedem cathedralem fecit. *Continuator Sigeberti.* Heinricus, Anglorum Rex, Heliense monasterium in episcopatum mutavit. *Malmesburiensis.*[p]

Monasteria & templa exstruebant, iisque privilegia dabant. Leopoldus, Dux Austriæ, fratres Hierosolymitanos ex Accaron, postquam à Friderico Imperatore in Imperium assumti, & magnis libertatibus sunt insigniti, etiam in Austriam voluit implantare; multisque reditibus, & annuis censibus locupletavit. *Austria Cuspiniani.* Anglorum Regis privilegium, ecclesiis concessum, hîc adscribimus. *Ego Stephanus, Dei gratiâ, assensu cleri & populi, in regem Angliæ electus, & a Guilhelmo Cantuariensi archiepiscopo, & sanctæ Romanæ ecclesiæ legato, & ab Innocentio II. Romanæ sedis antistite confirmatus, respectu & amore Dei, sanctam Ecclesiam liberam esse concedo; & debitam reverentiam illi confirmo. Nihil enim in Ecclesiâ, vel rebus ecclesiasticis, Simoniacè acturum vel permissurum promitto. Ecclesiasticarum personarum, & omnium clericorum, & rerum eorum, justitiam & potestatem, & distributionem bonorum ecclesiasticorum, in manu episcoporum esse perhibeo & confirmo. Dignitates ecclesiarum, privilegiis confirmatas, & consuetudines earum, antiquo tenore habitas, inviolatas manere statuo & concedo.*

[illegible] *qui* [illegible] *nomen* [illegible] *Dei* [illegible] *ne per caput meum jurent* [illegible] *per creatur* [illegible] *creatorem Deum pejerat. Hi* [illegible] *omnes* [illegible] *capitis qui contra* [illegible] *Cæsaris quæ sunt* [illegible] *onoras, con*[illegible] *assumsit nomen* [illegible] *in vanum, per quod juravit* [illegible]*. quare excommunicati dicimur* [illegible] *qui* [illegible] *viventes oper*[illegible] *meremur, ut* [illegible] *non est* [illegible] *Non tales ô mater Ecclesia* [illegible] *Qui* [illegible] *nos voluntatem* [illegible] *demus te matrem* [illegible] *Minime* [illegible] *modo, si* [illegible] *venalitatis* [illegible] *accepisse, qua tanta in* [illegible] *excommunicatos nomina*[illegible] *ex* [illegible] *vocat. Eructavit cor David Regis* [illegible] *Petrus Apostolus dicet:* * N[illegible] *sed* [illegible] *mat & egregius Paulus Apostolus* [illegible] *delinquentes ait:* * Filioli, quos iterum [illegible] *in Domino. Hos igitur attendat Dominus Paschasius pios admonitores, non* [illegible] *vitatores. Maledictum excommunicationis Dominus Paschasius nobis improperat, sed illud ante omnia timemus, quod Spiritus sanctus per os Psalmistæ dicit:* * Maledicti omnes, qui declinant à mandatis tuis. *Maledictum excommunicationis, quod ex novella traditione Hildebrandus, Odardus & iste tertius indiscretè protulerunt, omnino abjicimus, & priores sanctos Patres usque nunc veneramur & tenemus, qui* [illegible] *dictante Spiritu sancto, non animi motu, in majoribus & minoribus potestatibus graviter delinquentibus, quædam dissimulaverunt, quædam texerunt, quædam toleraverunt. Dominus noster Episcopus communicat Regi & Imperatori* [illegible] *ex regalibus ejus ac* [illegible] *fidelitatem juravit. Nondum effluxit tempus, quo hæc consuetudo incepit: & sub hac consuetudine migraverunt ad* [illegible] *sancti & reverentes episcopi, reddentes Cæsari, quæ erant Cæsaris; & Deo, quæ erant Dei. Sed, quod dicit Ambrosius super Lucam:* Si Christus (*inquit*) non habuit imaginem Cæsaris, cur dedit censum? Non de suo dedit, sed reddidit Mundo, quod erat Mundi. Et tu, si non vis esse obnoxius Cæsari; noli habere, quæ mundi sunt. Sed si habeas divitias obnoxius es Cæsari. Si igitur vis nihil debere Regi terreno: dimitte omnia; & sequere Christum. *Item Augustinus super Johannem:* Apostolus voluit servire Regibus; voluit honorari Reges, & dixit: Reges reveremini. Nolite dicere: Quid mihi & Regi? Quid ergo tibi & possessioni? Per jura Regum possidentur possessiones: per Imperatores & Reges seculi, Deus jura humana distribuit generi humano. *Igitur ex verbis istorum, & aliorum sanctorum Patrum consulant* [illegible] *Episcopi, Regibus & Imperatoribus obnexii, ex eorum regalium acceptis: ne proprio gladio id est eorum beneficia eos interficiant. Si quis denique, respectu sancti Spiritus, vetus & novum Testamentum, gestaque revolverit: patenter inveniet, quod aut minimè, aut difficile, possint Reges & Imperatores excommunicari secundum etymologiam nominum* [illegible] *& juxta determinationem excommunicationis: & adhuc* [illegible] *est. Admoneri quidem possunt, increpari, argui, à* [illegible] *viris: quia, quos Christus in terris Rex regum* [illegible] *damnandos & salvandos suos judicatore*[illegible]*. Fi*[illegible]*, quos excommunicati vocamus* [illegible] *quod sanctos & moderatos antiques Patres tenemus, & pro posse imitamur. Ep*[illegible]*, Archiepiscopum nostrum provincialem* [illegible] *comprovincialem* [illegible] *ex antiqua traditione tenemus & qui* [illegible] *sanctus definitum fuerit, Romam non* [illegible] *viora negotia, de quibus non invenitur* [illegible] *thenticas. Illos verò Legatos, à latere Romani episcopi* [illegible] *& ad ditanda marsupia* [illegible] *sicut temporibus Zosimi, Celestini* [illegible] *Concilia Africana probaverunt. Etenim, ut* [illegible] *fruct*[illegible] *morum correctio, non vitæ emendatio, sed* [illegible] *ecclesiarum Dei proveniunt deprædationes.* [illegible] *antiqua regula inhæremus & non omni vento* [illegible] *ferimur: ecce unde excommunicati dicimur. Verùm*

Marginal notes: * Johan. 1. vers. 52. — * [illegible] v. 3. 4. — * [illegible] 5. — * c. 4. v. 19. — * Psal. 119. vers. 21.

Paschasius cur pseudoclericos nos vocat? Pseudoapostoli adulterabant verbum Dei: quos damnat Paulus in epistolis suis. Nos non adulteramus: sed fidem catholicam per gratiam Dei tenemus, fidei catholicæ opera in Deo exsequimur. Regulam canonicam ex Patrum traditione habemus, & reverenter secundum illam vivimus, dijudicamur, satisfacimus, absolvimur. Conciliis Regum aut Imperatorum, aut in isto, aut in illo, non interfuimus: quia nostræ superiores potestates, tale negotium habent inter manus, qui ex vestigiis antecessorum prudenter tractabunt. Cur ergo Dominus Paschasius vult; ut exsolvamus, quod non rapuimus? ut Pseudoclerici vocemur, ubi rectam lineam tenemus? Potius deposito spiritu præsumtionis, cum suis consiliariis solerter recolligat, quomodo à beato Sylvestro, usque ad Hildebrandum, Sedem Romanam Papæ obtinuerint: & quot & quanta mandita, ex ambitione illius Sedis, perpetrata sint: & quomodo per Reges & Imperatores diffinita sint, & Pseudopapæ damnati & abdicati sint. Et ibi plus valuit virtus Imperialis, quam excommunicatio Hildebrandi, Odardi, Paschasii. Dominus in Euangelio dicit: * Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Et Paulus Apostolus in faciem Petro, principi Apostolorum, restitit.* Ergo, remoto Romanæ ambitionis typo, cur de gravibus & manifestis non reprehendantur, & corrigantur Romani episcopi? Qui reprehendi & corrigi non vult; pseudo est, sive episcopus, sive clericus. Nos verò, per misericordiam Dei, juxta regulam obedientes, & corrigibiles sumus; & schisma, & Simoniam, & excommunicationem, per omnia, dictante ratione & Spiritu sancto, vitare volumus. Ex verbis beati Augustini, Reges & Imperatores, ex legibus promulgatis, nihil ab Hæreticis in hoc Mundo possidere voluerunt. Igitur, cùm non simus hæretici; & hoc sit jus Regum & Imperatorum: quare Dominus Paschasius, solo contentus spirituali gladio, immittit Robertum, armigerum suum, ad devastandos fundos & villas ecclesiarum? Quæ etsi devastanda essent, edicto Regum & Imperatorum devastari deberent: qui non sine causa gladium portant. Ecce, solutus est Satanas, habens iram magnam: quem exterreat valida manus Dei! Quòd excommunicati dicimur; non gravius justo feras: quia (ut credimus) nos ab excommunicatione excipiet, saltem ipsa Romanorum authoritas. Hildebrandus Papa, qui author est hujus novelli schismatis, & primus levavit sacerdotalem lanceam contra diadema regni, primò indiscretè Heinrico-faventes excommunicavit: sed reprehendens se intemperantiæ, excepit ab excommunicatione illos, qui Imperatori adhærebant necessariâ & debitâ subjectione; non voluntate faciendi vel conciliandi malum. & hoc pro decreto scripsit: Nec in parte tantùm, sed ubicunque poteris, Heinricum hæreticorum caput, & ejus fautores, persequaris. Nullum profectò Deo gratius sacrificium offerre poteris: quàm si eum impugnes, qui se contra Deum erexit; qui Ecclesiæ Dei regnum auferre conatur; qui in loco sancto, Simonis idolum statuit; qui à principibus Dei, sanctis Apostolis, eorumque vicariis, de Ecclesiæ domo, sancti Spiritûs judicio, expulsus est. Cùm Alaricus, Rex Gotthorum, iret ad capiendam Romam, monitus à quodam servo Dei, ut ab his malis cessaret: Non volens, inquit, vado Romam. Vir enim quidam me quotidie torquens urget, ut eam ad destruendam Romam. Hoc exemplo urget Apostolicus armigerum suum; ut totum depopuletur regnum: quod non potest fieri sine cæde & sanguine, & Ecclesiarum Dei depopulatione. Alaricus quidem in hoc mitior fuit: qui, captâ Româ, Ecclesiis Dei pepercit, & à cæde hominum abstinuit. Nunc, nihil excepto, immittitur Robertus ab Apostolico, ut non solum in Cameracenses & nos Leodienses; sed totus feratur ad dispergendos omnes. Quis clamabit modò cum Esaiâ: * Quàm pulcri, super montes, pedes prædicantis & annunciantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem! Eum, qui debet esse prædicator pacis, zelus Dei adeò comedit: ut etiam in amicos pacis distringat gladium belli. Qualem enim zelum habuit Petrus, in amputando auricula Malchi, qui [illegible] ex interpretatur: talem zelum habet modò vicarius Petri, in amputanda auriculâ Regis hæretici, in quem omnimodis invehitur. Dum enim hæreticorum [illegible] Dei rebellem, regni invasorem, Simoniacæ idoli adoratorem, à [illegible] & Apostolicis excommunicatum vocat: quasi tot [illegible] addit & [illegible] ejus infligit: ut si infirmus [illegible] sperare [illegible] Sed qui in feriendo Petrum imitatur, etiam in recondendo gladio Petrum imitetur. [illegible] enim sanavit auriculam Malchi, potest etiam sanare auriculam Regis hæretici. Si talis est (quod absit) & pro nobis dolemus, & ipsi Domino nostro condolemus. Nihil modò pro Imperatore nostro dicimus: sed hoc dicimus, quod, etiam si talis esset: tamen eum principari nobis pateremur: quia, ut talis nobis principetur, peccando meremur. Esto, concedimus vobis inviti, eum talem esse, qualem dicitis. Nec talis à nobis repellendus esset, armis contra eum sumtis: sed precibus ad Deum fusis. Contra Pharaonem, cujus cor contra Deum induraverat, Moses [illegible] stranam, mu[illegible] locustam, grandinemque, induxerat: has tamen plagas, non nisi orando, extensis in cœlum manibus, avertere potuit. Et Paulus: * Obsecro, inquit, primò omnium fieri orationes, pro Regibus & pro omnibus, qui in sublimitate sunt constituti. Reges illius temporis, pro quibus Paulus orari obsecrabat, non Catholici, non Christiani erant. Baruch quoque ex ore Hieremiæ [illegible] Judæis, à Rege Babylonis captivatis: * Orate pro vitâ Nabuchodonosor Regis, & Balthasar filii ejus, ut sint dies ipsorum, sicut dies cœli super terram; & det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros: ut vivamus sub umbrâ Nabuchodonosor Regis Babylonis, & Balthasar filii ejus: ut serviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conspectu eorum. Cur pro malis Regibus orari debeat, Paulus dicit: scilicet, ut tranquillam vitam agamus. [illegible] apostolicum, imitari Apostolum: esset propheticum, imitari Prophetas. Sed peccatis nostris merentibus, Apostolicus, qui etiam modò orare deberet pro Rege, quamvis peccatore, ut tranquillam & quietam vitam agamus; agit bellando, ne tranquillam & quietam vitam agamus. Cùm ità sibi consonent apostolica & prophetica verba: quæro ego filia humiliter à matre meâ, sanctâ Romanâ ecclesiâ, unde hæc autoritas Apostolico: ut, præter spiritualem gladium, exserat in subjectos alterum occisionis gladium? Non ago pro Rege; sed pro Ecclesiarum matre: cujus parti timemus nos ejus filiæ. Si enim David non meruit ædificare templū Dei, quia vir sanguinum erat: summus Pontifex, si vel stilla sanguinis vestem ejus tetigerit, quomodo in sancta sanctorum introibit cum sanguine Christi; quem offerat pro suâ & pro populi ignorantiâ? O' utinam non cum Pilato lavet tantùm manus suas, dicens: * Mundus ego sum à sanguine innocentum! sed etiam cum Petro dicat: * Domine, lava non tantùm pedes meos; sed & manus, & caput. Judæi non excusaverunt manus suas à sanguine Christi: quem ipsi horâ tertiâ linguis suis, horâ sextâ manibus Romanorum, crucifixerunt. Apostolicus verò, se excusans, dicit cum Paulo: * Mundus ego sum à sanguine omnium vestrûm. Quis Pontificum Romanorum suis unquam decretis authorizavit; ut debeat Pontifex gladio belli in peccantes uti? Gregorius, primus hujus nominis Papa, quid omnes ante se Papæ super hoc senserint, & quid omnes post se sentire debeant, ostendit, scribens Sabino Diacono: Unum est, quod humiliter suggeras serenissimis Dominis nostris: quia, si ego, servus eorum, in mortem vel Longobardorum me miscere voluissem; hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet; atque in summâ confusione esset. Sed quia Deum timeo, in mortem cujuslibet hominis me miscere formido. Hoc exemplo omnes à primo Gregorio contenti, utebantur solo gladio spirituali, usque ad ultimum Gregorium, id est, ad Hildebrandum: qui primus se, & suo exemplo alios Pontifices, contra Imperatorem, accinxit gladio belli. Quis possit Regem arguere, melius nobis intellexit Elius, qui in libro Job de Deo ait: * Qui vocat Duces impios: & qui regnare facit hypocritam, propter peccata populi. Quod Gregorius exponens, Nullus, inquit, qui talem rectorem patitur, eum, quem patitur, accuset: quia nimirū sui fuit meriti, perversi rectoris subjacere ditioni. [illegible] ergo prop[illegible] magis accuset operis, quàm injustitiam gubernantis. Scriptū namq; est: Dabo tibi Reges in furore meo. Quid ergo illos nobis præesse despicimus, quorū super nos regimina, ex Domini furore, suscepimus? Sic ergo, secundùm merita subditorum, tribuuntur personæ regentium: ut sæpè, qui videntur boni, accepto mox regimine, permutentur; sicut Saul, qui cor cum dignitate mutavit. Sic ergo, pro qualitatibus subditorum, disponuntur acta regentium: ut sæpè, pro malo gregis, etiā v[illegible] boni rectoris vita delinquat. Certum verò est, quòd ita sibi invicem & rectorum & plebium merita connectantur: ut [illegible] ex culpâ rectorum deterior fiat vita ple-

* Johan. 18. vers. 23.
* Galat. 2. vers. 11.
* Esa. 52. v. 7.
* 1 Timot. 2. vers. 1.
* Baruch 1. v. 11. 12.
* Matth. 27. vers. 24.
* Johan. 13. vers. 9.
* Actor. 20. vers. 26.
* Job 34. v. 18 & 30.

[illegible] causæ [illegible] quod [illegible] Deo jud[illegible] Væ [illegible] ini. Deus Dominus [illegible] et qui [illegible] importune [illegible] tempe[illegible] at [illegible] *judicium Dei* [illegible] *aptat. Non dicimus, Imperator* [illegible] *qui enim ha*[illegible] *pro hypo*[illegible] *quod nec* [illegible] *datu, qua causa* [illegible] *Si enim cess*[illegible] *causa* [illegible] *cessabit* [illegible] *Quid* [illegible] *dicimus, quod* [illegible] *ab Apostolo. & Apo*[illegible] *excommunicari* [illegible] *Nimium detestatur quem nec regum nec Imperatoris nomine* [illegible] *potest* [illegible] *causa sacerdotii? Nisi pax* [illegible] *qua exsuperat omnem sensum, opulet regnum* [illegible] *angularis* [illegible] *concordia vacillabit* [illegible] *super* [illegible] *fundamentum* [illegible] *potestatem regni* [illegible] *vel imp*[illegible] *causa modus* [illegible] *potestatem sacerdo*[illegible] *causa* [illegible] *ligandi & solvendi Nam* [illegible] *dixit Petrum.* Ligabis, quod oportet ligari & [illegible] ves, quod ex[illegible]. *Qui praest cæterum, oportet* [illegible] *Medici* [illegible] *bestiali furore commoveri. Qui ergo* [illegible] *agere vicem Medici, audiat et* [illegible] *consilium Sapientiæ.* Omnis inquit,[a] [illegible] testatus brevis est vita. *Languor prolixior gravat Medicum. Brevem languorem præcidit Medicus. Sic &* [illegible] *moritur. Cum ab omnibus* [illegible] *Prælato* [illegible] *vestionis: quare Apostolus* [illegible] *cedentem sibi* [illegible] *bello* [illegible] *indiscretè* [illegible] *Regem* [illegible] *pro regali* [illegible] *ipsi etiam subjectum* [illegible] *Spiritus* [illegible] *praejudicio: utique expellendus* [illegible] *a domo Dei. Quotiescunque autem aliquem excommunicatur, aut ex causa, aut personæ præjudicio: quia dicat, hunc excommunicatum esse sancte Spiritus judicio. Dicitur cum Gregorio:* Quoquo modo liget pastor, [illegible] grex vinculum pastoris. *Dicimus & nos cum Gregorio:* Ligans & solvendi [illegible] privat, qui subjectos pro suo velle, & non pro eorum meritis ligat & solvit. *Dicitur:* Quoquo modo excommunicatus, si morte prævenitur, damnatur. *Hic nobis* [illegible] *Romana ecclesia authoritas. Gregorius enim scripto & jussu exauthoritavit, quod potest Romanum Præsul absolvere excommunicatum injuste ab aliquo. Si hoc potest Romanus Præsul: quis neget, etiam Deum posse absolvere: si quem Romanus præsul injuste excommunicaverit?* Nemo enim ladi potest ab alio, nisi [illegible] *ledatur a semet-ipso.* Nullum profectò *inquit*, gratius Deo sacrificium offerre poteris. *Qualiter hoc sacrificio nihil gratius Deo, quare* [illegible] *Romana ecclesia. Deo enim non placet* [illegible] *mundum & immaculatum. Idea enim Lex in* [illegible] *Deo agnum immaculatum* [illegible] *esse* [illegible] *Quomodo ergo tam gratum* [illegible] *hoc bellat* [illegible] *sacrificium, quod non potest fieri sine maculato* [illegible] *Dicitur cum Malachia.*[b] [illegible] Deo pecus claudum, cæcum, languidum, nonne malum est? *Apostolicæ, qui hoc sacrificium bellis indicit Roberto filio suo, vellet (puto) videre ad zelum Phinees: vellet facere, quod fecit Moses: ut ma*[illegible] *Levitarum consecrat in sanguine fratrum suorum. Perierunt* [illegible] *Aaron, offerentes ignem alienum. Utinam non pereat hic, qui etiam* [illegible] *offert Deo ignem alienum, & non illum, quem venit Jesus mittere in terram, & vult ut ardeat.* [illegible] *inquiunt, gratum est Deo sacrificium, quod non videtur esse mundum & immaculatum? Sacrificium de rapinis pauperum* [illegible] *quod est rapinam in holocaustum? Nec facit* [illegible] *de lacrymis viduarum & pupillorum delectabitur Deus* [illegible] Non despiciet Deus gemitum [illegible] Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam [illegible] & [illegible] ascendunt usque ad cœlum. Dominus [illegible] non delectabitur in eis? *Sacrificium de oppressione* [illegible] *quomodo gratè accipiet ille, qui dixit:*[c] Ad [illegible] nisi ad pauperculum & [illegible] & trementem sermones meos? [illegible] *quot sunt* [illegible] *de quibus* [illegible] *humana* [illegible] manu [illegible]

[illegible] candi [illegible] Evangelicus vibus pene [illegible] nis a [illegible] & omnis [illegible] *Quam plus* [illegible] est [illegible] *quæ grat. Deo* [illegible] *in Deo* [illegible] *Si sacrificans* [illegible] *quoque* [illegible] *sant* [illegible] [illegible] *Evangelii capitula* [illegible] *exponens* [illegible] *habeamus* [illegible] *in nobis* [illegible] *non ha*[illegible] *in peccat*[illegible] *nem, ritatem,* [illegible] cœlestem [illegible] *Apostolicum & propheticum testimonium* [illegible] *& quod* [illegible] *habebat materia, augebat exemplorum copia* [illegible] *nescio quo* [illegible] *vertam, non* [illegible] *Si enim* [illegible] *totam bibliothecam, si* [illegible] *totius bibliotheca veteres* [illegible] *revolvam: exemplum* [illegible] *Apostolicis præceptis non* [illegible] *Solus Hildebrandus Papa, ultimam* [illegible] *nibus imposuit, quem legimus* [illegible] *in* [illegible] *bellaret Henricum Imperatorem. Quod iste nec* [illegible] *nulla authoritate* [illegible] *Hoc solum* [illegible] *quia non potest aliquem* [illegible] *Ad hoc occurrit nobis ex Evangelio exemplum. Jesus Christus, totum horrorem* [illegible] *peccato agens, resus*[illegible] *Lazarum,* [illegible] *testes, si non sit* [illegible] *Rur*[illegible] *voce magna* [illegible] *Quo prodeuntem ligatum manibus & pedibus* [illegible] *& sudario facie* [illegible] *eum. Ecce in Lazaro peccatorem: in Jesu video* [illegible] *Quot affectus ostendit Jesus in Lazaro* [illegible] *cator, in peccatore* [illegible] *prædicatore, turbaverit* [illegible] *ipsum pœnitendo: si lacrymati* [illegible] *si clamaverit, Veni foras, ostendo* [illegible] *lapidem de dura corde peccantis tandem. ad jussum D*[illegible] *excommunicationis: tollat etiam a facie ejus* [illegible] *pœnitentiæ sudarium: & sic liberum finat a* [illegible] *tius ait:* Mortificat non-morientem, qui justum damnat: nititur vivificare non [illegible] quorum [illegible] vere conatur. Vera est [illegible] fidentist cum [illegible] *tur arbitrium æterni judicis.* Sic [illegible] Lazarum [illegible] viventem [illegible] quem [illegible] suscitaverat mortuum. Si [illegible] mortuum [illegible] quam vivit item. *Hac* [illegible] *Hunc morem discere* [illegible] *& solvendi, hanc* [illegible] *& nobis tenendum mandabas, o sancta mater Romana ecclesia. Unde ergo hæc nova authoritas, per quam rea* [illegible] *sine confessione & pœnitentia, offertur præteritorum peccatorum* [illegible] *& futurorum libertas? Quantam fenestram malitiæ per hoc* [illegible] *hominibus?* [illegible] *liberet Deus ab omni malo! Sit Jesus cibo* [illegible] *Nullus* [illegible] *aperuerit!* [illegible] *inquam,* [illegible] *præsulum,* [illegible] *Deus &* [illegible] *Micheas propheta*[d] [illegible] *mordent* [illegible] *Posteaquam* [illegible] *epistolas* [illegible] *cæterique* [illegible] Heinrico IV. [illegible] ad pœnitentiam [illegible] Imperatoris [illegible] communicat [illegible] [illegible]

[a] Eccl. 10. vers. 11.
[b] Malach. 1. v. 8.
[c] Esai. 66. vers. 2.
[d] Mich. 3. v. 5.

SUB HEINRICO V.

SCHISMA INTER HEINRICUM V. *Imperatorem, & Paschalem* [illegible]

EPiscopos & Abbates, a[illegible] pertinentes, Heinricus V. investire solebat, [illegible] indè [illegible] a Carolo Magno, per [illegible] accepto atq; con[illegible] vato. Id verò Paschalem II. Romanum Præsulem per[illegible] debiant & [illegible] orum an[illegible] im pen[illegible] [illegible] Sicut *Antoninus* * [illegible] a Gregorio VII. hanc causam cœptam, & [illegible] agitatam [illegible] atq; [illegible] li. Et ad [illegible] *Imperator enim, uti volens consuetudine & autoritate* [illegible] *insistebat ac petebat sibi concedi* [illegible] *servari ea quæ* [illegible] *Carolo Magno jam* [illegible] *concessa & observata erant sub summis Pontificibus suo tempore. Ex quibus privi*[illegible] *per investituram annuli & virgæ, episcopatus & abbatias conferebant. Et hoc* [illegible] *allegabat.* Idem quoque *Vincentius* [illegible] commemorat. Synodus itaque P[illegible] Romanus, contra eam Imperatoris libertatem, studio e vota colligebat: ac fulmina excommunicationis cudebat, atque in Imperatorem confidenter ejaculabatur. Imperator autem per Legatos inducias petit: ne contra privilegia, suis majo[illegible]us concessa, injuriâ afficiatur, ac pollicetur, se rationem factorum redditurum: modò Pontifex in Germaniâ rem dignaretur cognoscere. At Pontifex superbè respondet, tanquam [illegible]; non esse sibi fas, de re tantâ, in Germaniâ disceptare: vixq; tandem adduci potest multis precibus, ut concedat inducias; donec ipsemet Imperator in Italiam veniret. Quònam autem ea omnia essent evasura non obscure cernit Imperator. Ut igitur tranquillitati Imperii Romani maturè consuleret; atque cum ipso Pontifice transigeret: habitâ gravi cum suis deliberatione, in Italiam expeditionē Cæsare dignam suscipit. Accedebat porrò & altera causa: quòd coronationē à Pontifice Romano, ea[illegible] operâ, accipere constituisset. Hæc facta sunt anno Domini [illegible]. *Sigebertus, Petrus Diaconus in Chronic. Casinensi.*

[illegible] ntifex verò, non tantùm sacrorum [illegible] habens [illegible] cognito Imperatoris proposito: ipsemet passim [illegible] Duces, Comites, et cuncti volitat; fœdera ad[illegible] Imperatore cum ipsis init. Rex [illegible] inde Romam, [illegible] Proceres, contra Imperatorē, [illegible] sibi sacramen[illegible] ingit: *ut aperte narrat Petrus, in Continuatione Chronici Casinensis.* Fuit enim Paschalis, toto vitæ suæ tempore, me[illegible] quam concionator, aut episcopus.

A[illegible] Imperatori Pontifex, pro [illegible] elatione ani[illegible] & pacta, pri[illegible] quam in civitatem admitteretur, [illegible] nititur. Non quidem, recusat ipsi confirmare Im[illegible] lenni m[illegible] ùm eâ lege atque omine. ut [illegible] ego de investitura episcoporum & abbatum, prorsus & ante [illegible] actione [illegible] & Ecclesiæ Romanæ, & Bonis ecc[illegible] om[illegible] libertatem, [illegible] honorem, a[illegible] augmenta, po[illegible] iceatur. [illegible] ones itæ [illegible] medium [illegible] ojectæ di[illegible] ntur utrinq[illegible] ce[illegible] Imperat[illegible] privile[illegible] coram Pon[illegible] ... mul[illegible] romitteret secum tatem [illegible] ac[illegible] catem Ecclesiæ, sponte suâ, cùm lite[illegible] m[illegible] bus, con[illegible] firmat. Cumque potentiam Imperato[illegible] in conspectu [illegible] berent Romani: dem[illegible] ncesserunt ve[illegible] pacific[illegible] in urbem intraret Imperator.

Ingredienti autem Imperato[illegible] bem, obviam proce[illegible] dunt populus & clerus, [illegible] audi[illegible] & honore Pontifex, ante basilicam [illegible] cu[illegible] orum pedum exosculationem [illegible] per[illegible] ducit. [illegible] in arce porphy[illegible] *ut Diaconus nominat* [illegible] oculi sunt. [illegible] multa [illegible] Romanis, sine omni fronte [illegible] prospice[illegible] tor [illegible] narus: innuit [illegible] fui [illegible] lices cingerent; [illegible] & ali, Ponti[illegible] ... renti[illegible] tâ, [illegible] ietra c[illegible] as ve[illegible]

[illegible] ctigal[illegible], prætoria, [illegible] prædia stipendiaria, agros, villas regios, arces, urbes, castella, jus cudendæ monetæ, Im[illegible] C[illegible] risq; benef[illegible] ia, regia munia, aliaq; ad politicos magistratus pertinentia, velut nervum Re[illegible] ex reciperet: tantumq; Ecclesia[illegible] studiis, & institutione homi[illegible] studerent ne[illegible] quam i[illegible] negoti[illegible] erent. [illegible] in templo publicâque actione [illegible] rosq; re[illegible] & prohibuisse, ne i[illegible] aret Pont[illegible] Ecclesiam que à tantis dignitatibus, à Maj[illegible] donat[illegible], ex po[illegible] et. Extractis igitur l[illegible] rebus [illegible] ad [illegible] em, Pontifex apud Imperatorem reservatur.

Hæc conspicati Johannes Tusculanus, & Leo Hostiensis, episcopi, mox se subripiunt, atq; ad arma classicum passim in urbe canunt. Protinus omnes Germani [illegible] nis, aut aliorū negotiorum gratiâ, Romam venerant promiscuè trucidantur, eâ-ipsâ nocte. Mox exercitus contra Imperatorem, ducibus ecclesiasticis viris, diriguntur: plurimum sanguinis fund[illegible]tur: nec procul aberat, quin [illegible] Imperatorem nefarie trucidassent. Othonem Mediolanensem Comitem, qui corpus suum pro Imperatore interposuerat, capiunt, ac [illegible] in urbe minutatim concidunt, projectis frustis in medias plateas ante canes. Quis verò neget, Petrinos istos hoc tantum facinus aus[illegible] esse, ad exemplum Petri illius, qui in Oliveto pro Christo gladium stringebat?

Imperator, ab istis latronibus discedens, Pontificem secum ducit: quem multò mitiùs & honorificentiùs tractat; quàm ejusmodi Imperii Romani tur[illegible] ator, & magistratûs legitimi conculcator, merebatur. Non autem desinunt Romani turbatores, vellicare exercitum Imperatoris: sed frustra. Detinetur igitur Papa in exercitu Cæsaris, ab Idibus Februarii, usque ad 5. Calend. Maii.

Tandem, Deo pro ordinario magistratu præliante, ac seditiosis Pontificiorum turbis ac machinationibus op[illegible] essis; factis transactionibus, Paschalis Papa, contentientibus ac præsentibus Cardinalibus, Episcopis, ac Principibus, privilegium Cæsari publicâ voce concessit ac confirmavit, de quo sic *Vincentius* scribit: * Post lectum Evangelium, tradidit ei Papa, ante altare beatorum Apostolorum Petri & Pauli, in oculis omnium Principum, privilegium, de investitura episcopatuum vel abbatiarum, tam per annulum, quàm per virgam: scilicet, ut regni ejus episcopis [illegible] el abbatibus, liberè, præter violentiam & Simoniam electis, & investituram virgæ & annuli conferat. Post investituram verò, canonicè consecrationem acciperent ab episcopo, ad quem pertinuerit. Postea verò & coronationem [illegible] adjunxit.

Hanc transactionem, Missâ & porrectione Cœnæ sacræ, ipse Pontifex corroborat, istâ voce additâ: *Domine Imperator, hoc corpus Domini, natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta & apostolica tenet Ecclesia, damus in confirmationem veræ pacis inter me & te. Et sicut pars ista vivifici corporis divisa est:* nam hostiâ fractâ, ipse partem sumpsit, alteram [illegible] dedit *ità divisus sit à regno Christi & Domini, qui pactum istud rumpere ac violare tentarit.* Hoc anathemate pronunciato, omnes [illegible] Amen. *Sigebertus, Chronicon Casinense, Ursbergensis, Vincentius, Antoninus, Henricus Erfordiensis, Martinus.*

¶ Cæterùm, non dissimulandum est, Historiographos, autoritate Romani Pontificis fascinatos, in hac historia multùm sudare: ut Paschalem excusent, Heinricum verò de[illegible]ment. Sed [illegible] minùs veritas elucet. *Ursbergensis* pa[illegible] is sign[illegible] cavit, quæ tutò esse non liceuit: Pon[illegible] cem non aliter detentum ab Imperatore, quàm Angelum à Jacob. [illegible] on dimittam, inquit, te, nisi mihi benedixeris. *Petrus Diaconus* ait, noctu erceptum esse privilegium de investiturâ, & in[illegible] stum [illegible] ontificem subscripsisse. Scilicet præter voluntatem bona agere coactus est!

Vide autem fidem Pontifici, in quam Ecclesia Chri[illegible] [illegible] aturæ structa. Ubi Imperator in Germaniam ven[illegible] tet: Papa, mox cōvocatis suis, in Laterano retractat [illegible] [illegible] ram tandè, accepto etiam, in [illegible] us rei obsignatione, corpore & sanguine Domini & ad[illegible] anat[illegible] ne in[illegible] aguni, tantus [illegible] ontifex promiserat & [illegible] na[illegible] at[illegible]

Ter. 19. a. 4.

* *b. 26. c. 10*

naverat: atque in magistratum supremum, excommunicationem diram edit. Hac scelerata perfidia Papæ irritatus Cæsar, in Italiam denuò proficiscitur, maximis firmtibus: de perfidis sumturus supplicium, & Imperii majestatem in pristinam dignitatem restituturus. Verùm, priusquam Romam venit, Paschalis, fortè stimulis conscientiæ ictus, exspirat, atque ad suos antecessores colligitur. Iterum verò ibi coronationem suscipit Cæsar.

¶ Ungariæ Reges quoque (ut hoc coronidis vice addamus) usque ad hæc tempora, investituras facere consuevisse, *Martinus Capellanus* testatur, *in vitâ Paschalis II.*

SCHISMA INTER HEINRIcum Regem & archiepiscopum Coloniensem.

MErcatoribus quibusdâ de Duytborg, seu Deudschburg, transeuntibus per diœcesin, nec solventibus usitata vectigalia, Archiepiscopus Coloniensis Philippus, pœnæ loco, bona eripuerat. Hi querelam, de sui spoliatione, ad Heinricum Regem deferunt. Is, misso nuntio mandat Archiepiscopo; ut spolia sinè morâ restituat. Archiepiscopus vetera jura prætendit. Sed redeunt secundò & tertiò tabellarii, mandata de restitutione adferentes. Tùm Archiepiscopus, irâ commotus, in ea verba erumpit: *Non est bonum*, inquit, *duos regnare: Nemo potest duobus dominis servire.* Hæ voces, ad Regem delatæ, indignissimè accipiuntur. Vocatur igitur Archiepiscopus in aulam, ad judicium. Sed vocatus primò ac secundò non comparet. Denique citatus tertiò Maguntiam, imperium detrectare diutiùs non audebat. Amicorum itaque consilio usus, eò proficiscitur; sed magnâ suorum manu, ut à vi tutus esse posset, stipatus. Heinricus, Nobiles in comitatu Archiepiscopi singillatim evocans, à quolibet exigit sacramenta obedientiæ erga Romanum Imperium; dissimulatâ causâ Archiepiscopi. Sed Archiepiscopus, cum esset emunctæ naris, olfaciebat facilè, quònam res evasura esset. Amicis igitur submissis, deprecatur culpam; prætendens, verba illa ex subito animi fervore sibi evolâsse. moxque muneris loco pecuniâ oblatâ, reconciliatur Regi: licèt ei suspectus etiam deinceps maneret. Nam reversus domum Archiepiscopus, Coloniam vallo maximo, & turribus firmissimis, communit: quemadmodum Apostolicum episcopum decebat, scilicet! *Crantzius Saxonia.* *

*Li. 6. c. 48.

MONASTICUM SCHISMA in Casinensi cœnobio.

OTtho, Abbas Cassinensis cœnobii, tenacior paulò, Monachis non satis alimenti, aliarumque rerum necessariarũ, præbuit. Monitus à fratribus, ut meminisset, se eadem in Oderisio suo antecessore reprehendisse, talè respondit: se dolere, quòd hoc fecerit, & hortatus est, ut potius regnum Dei, quam corporalia, expeterent. Cùm autem fratres intelligerent, se surdo (quod dicitur) fabulam narrare: clam ad Pontificem Romanum, Paschalem II. causam referunt. Hisce clandestinis accusationibus cognitis, Ottho reos è monasterio pellit. Pontifex verò profugos illos ex adverso receptat. Quærenti autem Papæ, an canonice, omnium consensu, juxta Benedicti instituta abbas electus esset? respondent, ità factum esse. Jubet igitur eos reverti ad monasterium: se ibi vel coram, vel per nuntios, controversiam diremturum. *Chronicon Cassin.* *

*Li. 4. c. 31.

DISSIDIUM INTER PAschalem II. & Brunonem Abbatem Casinensem.

BRuno, Abbas Cassinensis, adjuncto sibi Gualâ Regino episcopo, & Roberto Parisiensi, summis viribus, Paschali II. persuadere conatus est: ut non-habitâ ratione perjurii, omnia privilegia data Imperatori retractaret: quia contra Canones, libertatem & dignitatem Ecclesiæ, ea pugnarent. Laicis omninò nullam esse potestatem, disponendæ aut constituendæ Ecclesiæ. Sed erant alii, qui gravissimis argumentis, eam ruptionem federis, & privilegiorum retractationem, dissuadebant. Pontifex ipse, initiò animi dubius, clarè inquit: *Nisi istum a monasterii administratione removero, ipse suis argumentis, Ecclesiæ mihi regimen tollet.* Literas igitur in cœnobium mittit: quibus imperat, ne fratres isti Abbati diutiùs obedientiam præstent: ac tandem cogit eum, huic dignitati renuntiare.

Bruno, hac re perceptâ, ultrò fratribus suadet; ut alium, quem ipse cupiebat evehere, reciperent. Eum verò cùm recusarent: sanctissimus pater, milites in monasterium ex improviso immittit, quibus fratres cogat. Verùm illi viriliter atque animosè eos repellunt. Cùm hæc fraus non successisset: Abbas insignia sua deponit in altare; ac pacificè ab ipsis in suum episcoparum discedit. *Chronicon Cassinense.* *

*Li. 4. c. 41.

SCHISMA INTER REGEM Ungariæ & Paschalem Papam.

TEmpore Paschalis Papæ, Rex Ungariæ, literis graviter scriptis, renuntiavit Pontifici investituras Episcoporum, & aliorum Prælatorum. Utinam verò regiæ literæ exstarent! *Martinus Capellanus.*

ANTIPAPALE SCHISMA, tempore Gelasii.

DEsignato Pontifice Gelasio, sinè consensu Imperatoris; Cincius, aliique ex familiâ Patritiâ Frangepanium, id ferunt indignissimè. Cupiebant enim, hac in parte, cum autoritatem Imperatoris conservare, sicuti fidem ei dedissent, tum Ecclesiæ Patriæq; suæ saluti consulere. Cùm autem monitionibus precibusq; nullus daretur locus: impetu in conventiculum Cardinalium facto, qui erat in Palladii monasterio, vi abstrahunt Pontificem; prohibituri, ne sedem ille ascendat, donec Imperator eâ de re certior factus esset. Sed vulgus indomitum, atque in contraria nitens, ab Ecclesiasticis (uti moris erat) instigatum, auxilio in-primis Nortmannorum, vi iterum liberat Pontificem; atque in Lateranum ducit. *Aeneas Sylvius. Bonfinius* invidiam movet Frangepanibus: quasi furore pleni fuissent; quia ex suâ familiâ non esset nominatus Pontifex.

Appropinquante autem Heinrico Imperatore; suis rebus diffidens Papa, fugam arripit. Imperator mox Mauritium Burdinum, Hispanum, Archiepiscopum Bracarensem, (*Fasciculus temporum* nominat Benedictum) publicè denuntiat Romanum Pontificem; Gelasio, tanquam non-legitime electo, & profugo, repudiato. Eum verò familiæ Frangepanium commendat tuendum. *Onuphrius* quidem narrat, eum noluisse investituram Prælatorum Heinrico confirmare: ideò sede dejectum. Verùm *Martinus Polonus* istam vero similiorem, gravissimamque causam allegat: quia neglecto Imperatore creatus Pontifex esset.

Imperatore autem digresso; Gelasius clàm caulam, veluti canis culinam, revisit: factusque audacior, in æde Praxedis, sacra instituit agere. Sed à Frangepanibus observatus, ægrè evadit. Animadvertens igitur Pontifex, se imparem iis, quos Cæsar jusserat Burdini partes defendere; gravi concitatâ seditione, quasi foetore suo relicto, ipse iterum in fugam dilabitur: viâque Hostiensi, desperabũdus in Galliam se-se confert. ubi in Cluniacensi cœnobio, pleurisi, paulò pòst moritur: cùm nondum uno anno integro papale fastigium obtinuisset. *Platina, Martinus Polonus, Bonfinius, Antoninus.*

ANTIPAPALE SCHISMA, tempore Calixti.

CAlixto II. à profugis Cardinalibus, in monasterio Cluniacensi, in pontificem creato; in vivis adhuc erat Burdinus: quem Heinricus Imperator designaverat, ac Gregorium VIII. nominârat. Contra eum igitur nõ priùs capit arma: quam Cæsarem suâ excommunicatione compulisset ut sibi præberet suffragium; & extorsisset investituræ episcoporum privilegium. Cùm igitur votis omnibus compos factus esset Calixtus: conspiratione suorum fretus, more Romuleo, & non Petrino, maximas copias mittit Sutrium; ubi Burdinus se continebat: addito duce Johanne Cremensi, sancti Chrysogoni Presbytero-Cardinali, milite (ut decebat ecclesiasticum virum) strenuo, ad oppugnandam civitatem. Ipse Pontifex, (ad visitationem scilicet ecclesiasticam) præmisso exercitu, cum gladiis, lanceis, & tormentis, pedetentim subsequitur. Causam inevitabilem Scriptores hanc allegant: quia Burdinus adhuc sibi

pontificium nomen arrogabat, quod electione habebat: Romanos incursionibus infestabat;ut qui sinè fine latrocinia contra se exercebant: Peregrinos,religionis & suorum negotiorum causâ,cum turgidâ crumenâ Romam adventantes,pecuniis spoliabat;quas Papa, Cardinales,& Sacrificia vidè exspectabant. Quid fit? Sutrium expugnatione Petrinorum capitur: Burdinus in potestatem Calixti venit. Jam attende, quantâ clementiâ mitissimus Papa erga hunc suum rivalem usus sit. Burdinum imponit camelo, capite ad caudam verso; omnibusque deridendum & conspuendum propinat: eoque triumpho Romam cum exercitu redit:tandemque Cavensi monasterio eum, tanquam in carcerem, intrudit. *Platina, Antoninus.* * *Ottho* tamè *Frisingensis*, eum apud Clavam custodiæ mancipatum esse, tradit.*

*Tit.17.c.1. *lib.7.c.16

SCHISMA LEODIENSE.

IN Leodiensem episcopum electus Fridericus, adversarium habuit Alexandrum quendam Archidiaconū: qui temerè insignia episcopi usurpans, personatum agebat episcopum. Uterque autem, Magnatum cohorte armatus, suam quisque dignitatem tueri conabatur. Friderico enim studebat, Gotfridus Namurcensis Comes, Gosuinus Dominus in Valkenburg: tum Abbates atque Canonici; tum ipse Leodiensium magistratus. Alexandri verò partes sectabantur,Gotfridus Lovaniensis Comes, Gisbertus Comes Durasi, Lambertus Comes Montis acuti,& Renerus militiæ Leodinæ Primicerius. Hujus sectatores, Alexandrinos; illius verò, Fridericios vocitabant. Cumque res ad cruentum spectaret bellum: Romano fulmine coërcetur Alexander,ejusque fautores, ex eo boatu terrifico perculsi, recedunt. Pôst Fridericus in Concilio Remensi consecratur,anno 1119. *Catalogus Tungrensium Episcoporum.*

SCHISMA INTER HEINricum V. Imp.& Calixtum II.

MAjorum suorum spiritū nactus Calixtus,sinè morâ Heinricum Imperatorem excommunicat; idque suadente Adelberto Moguntino,Friderico Coloniensi, & Cunrado Juvaviensi: *ut Ottho Frisingensis narrat.* * Scopus erat,quò id fulmen dirigebatur: primùm, ut electionem sui,absque Imperatoris scitu factam, comprobaret: deinde, ut investituram episcoporum totam pontificiæ dominationi adscriberet.Coloniæ autem excommunicatio publicatur. Heinricus verò petit dilationem. Triburiæ postea idem definitur.Nam Ecclesiastici, de suis dignitatibus & opibus,tāquam pro aris & focis,dimicabant. Vix autem impetrat Cæsar,ut ad ordines Imperii,sibi eam cōtroversiam referre liceret.Sed,quia omnes ad dirum fulmen, quod exhalabat Romanus Præsul, penè exanimarentur metu: suadent ad unum omnes,ut omnia potiùs tam truculento Raptori (Pastori debebamus dicere) concederet Cæsar; quam Romanum Imperium prorsus conculcari atque excindi pateretur. Tali igitur arte & vi, Romanus Pontifex aufert investituræ episcoporum licentiam. Literæ porrò Cæsaris, in præclarum hujus victoriæ triumphum, & perpetuam rei memoriam, in basilicam Lateranensem publicè suspenduntur. De his autem controversiis,in Capite de Conciliis plura. *Urspergensis, Nauclerus, Aventinus.* *

*lib.7 c.13 *lib.6.

EPISCOPALE SCHISMA in Angliâ.

THrustinus, Eboracensis archiepiscopus creatus, sinè morâ,cum Cantuariensi Rudolpho,de autoritate incipit altercari. Rex Heinricus hortatur ambitiosum Eboracensem;ut iis esset contentus, quibus antecessores ipsius. Verùm ille minimè acquiescebat. Habito postea concilio de politicis rebus,Ecclesiam quoque suæ tranquillitati voluit restituere Rex:ac diligēter cum Thrustino egit,ut propter totius regni pacem, contentiones suas de autoritate abjiceret. Id verò cùm ille pertinaciter detrectaret: Rex iratus,jussit aut parère decreto hujus concilii, aut se abdicare episcopatu. Verùm homo superbus neutrum fecit;atque à Calixto II. Romano Præsule est defensus: donec in extremâ senectâ spontè in monasterium, desperationi se-se dedens,abiret. Alii tradunt, post octavum annum, Thrustinum cum Rege & Cantuariensi in gratiam rediisse. Et hic præclaram addit *Polydorus** sententiam, observatione dignissimam: *Hinc cernere* (inquit) *licet,jam tùm Episcopos cœpisse delirare, cupiditate ac ambitione cæcos: qui non viderint, suum officium esse,spretis omnibus,quæ vulgus miratur,hominum animarum saluti tantummodò consulere.*

*lib.15.

DISSIDIUM INTER EPISCOpum Capuanum & Monachum Cassinensem.

CApuanus Archiepiscopus Ottho,questus est,tres sibi ecclesias a Casinensibus monachis abalienatas esse; nimirum S.Benedicti, S. Angeli,& S.Rufi.Res ad Pontificem relata est. Casinenses tum instrumenta, tum præscriptionem,protulerunt. Cùm autem Capuanus ista refutare non posset: Pontifex pro Casinensibus sententiam tulit. *Chronicon Cassinense.**

*lib.4.c.7

DISSIDIUM INTER CASSInenses & Rainulphum Comitem.

RAinulphus Comes,ecclesiam S.Mariæ in Cinglâ,cujus potestatem sibi vendicabant Casinenses,S.Mariæ de Capuâ subjiciebat. Casinenses, re ad Pontificem delatâ,efficiūt:ut abbatissa S.Mariæ de Capuâ,citetur Romam, ad causæ cognitionem. Verùm ea citationem unam atque alteram contemnit. Tandem verò, cùm Pontifex majori severitate significaret; ut aut appareret in judicio die præfinito, aut jure suo caderet: Rainulphum, ut pro se intercedat, multis precibus ipsa rogat. Is autem non solùm literas, verùm etiam grandem pecuniam, (ut habet Autor) Papæ mittit,ad effodiendos nimirum Pontifici oculos: eâque ratione impetrat dilationem. Tandem verò improbitas Cassinensium vicit;ut Papa tertiò judicii diem destinaret. Quo cùm Abbatissa non venisset;nec suo nomine misisset quēquam: Papa pro Casinensibus determinat: literasque ad mulierem mittit,ut intra dies viginti faceret restitutionem. Ipsa verò libros, & quicquid in Cinglensi cellâ reperit, asportat. Papa, factus certior de hac contumaciâ, jubet restituere omnia. Quod cùm illa detrectaret: sacra prohibet in ipsius cœnobio;ipsamque dignitate exuit, & excommunicat,unà cum fautoribus. Rainulpho denique hoc datur negotii,ut Cinglensem ecclesiā restituat Casinensibus: quod ni facturus esset: fulmini execrationis ipse quoque subjaceret. Territus istis minis Comes, visis literis cœnobii Cassinensis, quibus jus suum demonstrabant; Papæ voluntatem executus est. *Chronicon Cassinense.**

*lib.4.c.98

DISSIDIUM INTER MONAchos & Clerum Capuanos.

AEgrotum cappâ monachali Monachi Capuani induerant, quasi hac veste Deo gratior (qui scilicet juxta vestes solet judicare) futurus. Clerici, id suis reditibus, quos ex suis lamentationibus defunctorum, veluti corvi hiantes ad cadavera, percipere solebant, damnosum fore rati; facto agmine, vi in defunctum cappatum irruunt: vestemque detractam in plateam abjiciunt, calcandam pedibus in luto. O' facinus indignum in cappam! Monachi igitur, istam enormem injuriam, Papæ Calixto querulantur. Is terrificis verbis Capuano archiepiscopo mandat: ut istam temeritatem cleri puniat;ac deinceps sinat Monachos, liberè suas cappas morientibus aut defunctis induere. *Chronicon Cassinense.**

*lib.4.c.74

INIMICITIA INTER EPIScopum & Monachos.

POstulabat Lambertus Hostiensis episcopus; ut in cœnobio S.Mariæ sibi hospitium concederetur: uti Leoni suo antecessori factum erat. Verùm Monachi, ne quid juris sibi arrogaret episcopus, id denegant. Hinc inimicitiæ inter sacratos ortæ. *Chronicon Cassin.**

*lib.4.c.83

SCHISMA INTER DUOS Herbipolenses Episcopos, uter Induperator.

CUm Herbipolensis conventus, propter Imperatoris absentiam, diffluerat: Gebhardus, homo juvenis, indoctus, sed nobilis, ab Imperatore introductus, civibus sibi conciliatis, in alterum rivalem suum, quem compererat non procul indè cum suis auxiliis esse, impetum hostilem (pro episcoporum officio, juxta Pauli descriptionem scilicet) facit. Illi præmoniti, arte militari aciem instruūt. Congrediuntur, non pennis scriptoriis, sed lanceis & gladiis. Fit

cædes

cædes magna. Nox denique dirimit prælium: Gebhardo iterum in civitatem proficiscente; altero foris exsulante. Caprat tamê ille exsul quoque suam prædam. Nam prædiis ad Neccarum fluviû fruitur. *Crantzii Saxonia.** Ruggerus autem, ab alterâ parte electus episcopus, à Legatis Papæ est confirmatus, in cœnobio Schwartzachensi. *Hedio.**

* li.5.c.42.

* Parte 3 Chron.

SCHISMA INTER MONA- *sterienses & suum Episcopum.*

MOnasterienses graves suo Episcopo erant, sub annum Domini 1121. eumque ejiciebât; fortè id ipsius peccatis urgentibus. Sed ipse ad hastatos confugiens, Principum Saxoniæ opem implorat. Luderus itaque Saxoniæ Dux, ingenti exercitu collecto, bellum Monasteriensibus infert. Multis autem hominibus trucidatis, & maximis damnis ultrò citroque datis atque acceptis, Monasterienses suum coguntur recipere Episcopum; ac de injuriis illatis satisfacere. *Crantzii Saxonia.**

* li.5.c.41.

SCHISMA INTER IMPE- *ratorem & Maguntiam.*

FAx erat dissensionis Maguntia; sive potiùs Archiepiscopus illius. Quare de ejus ultione Imperator côsilia capiebat. Colligit igitur in Alsatiâ exercitum. Sed Archiepiscopus in Saxoniâ non impigriùs excitat Principes: qui sine cûctatione exercitum, exercitui Imperatoris, ante Maguntiam opponunt. Tam enim potentes erant Episcopi, tamque politici: ut magis in excitandis tumultibus, in castris cruentisque præliis conspicerentur; quàm in bibliothecâ. Erat enim novum genus Episcoporum, non tam simile Christo aut Apostolis; quàm Pôtifici Annæ, Caiphæ, & similibus, qui tum ecclesiastici, tum politici erant. Intercipitur autem congressus ille hostilis, Imperatoris & Saxonicorum ducum prudentum consiliis & intercessionibus: reique summa duodecim primatibus, utrinque denominatis, permittitur. Herbipoli postea fit compositio: ut in Capite de Synodis narratur. *Crantzii Saxonia.**

* li.5.c.41.

THRONENSE SCHISMA, *inter Laicos & Clerum.*

NArrat *Sigeberti Continuator*, anno 1123. dissidium quoddam inter Laicos & Clerum Throni incidisse: causam non addit. Ecclesiam autem Martini penitùs arsisse, ait.

TUMULTUS TRAJECTANUS, *inter Imperatoris milites, & Episcoporum ministros.*

ANno 1123. Imperator Trajecti celebrat Natalê Christi. Ibi inter milites Imperatoris, & ministros Episcopi, res ex jurgiis ad verbera & ad prelium venit. Nam Episcopi ministri, discurrentes per civitatem, ad arma clamant; & pro libertate fortiter dimicandum dictitant. Fit horribilis laniena: vixq; seditio compesci poterat. Authores postea pœnas luunt. Episcopus ipse in ferrum ponitur: nec dimittitur, nisi priùs immensâ pecuniæ summâ numeratâ; intercedente Coloniensi, qui conscius ejus conspirationis habebatur. *Crantzii Saxoniâ.**

* li.5.c.43

SCHISMA INTER ABBA- *tem Limpurgensem, & Arnoldum Episcopum Spirensem.*

ANno Domini 1124. Rupertus, primùm monachus, deinde abbas factus est Limpurgensis, in diœcesi Spirensi. Is verò non vulgariter eruditus fuit; utpote qui Parisiis aliquamdiu operâ bonis literis dedisset. Rigorem autem in victu multò majorem instituit; quàm regula Benedicti complecteretur. Ab omnibus enim, quæ vitam habuissent, voluit abstinere suos monachos: nimirum nô solùm à carnibus; sed etiam à piscibus, & ab ovis lacticiniisque. Tantùm verò pisa, fabas, & legumina, permisit. Vinum quoque interdixit penitùs; præterquàm in infirmitate. Hęc tam stricta vivendi ratio, multos monachos adigebat eò; ut ex monasterio profugerent. Cumque non omnes pariter istâ temperantiâ contenti esse possent; (differunt enim naturæ hominum) præsertim cùm omnibus cœnobitis suis parem legem statueret: res tâdem, propter novitatem, & eam quidem crudeliter superstitiosam, ad Arnoldum Spirêsem episcopum delata est, etiam quorundam politicorum consilio & impulsu.

Vocatus Spiram Rupertus, compâret: & interrogatus, quânam autoritate mutaret statuta cœnobii Benedicti, citra Episcopi sui consilium ac suffragationem? animosè respondet se id facere authoritate divinâ; quâ de temperantiâ & sobrietate præcipiatur. Deinde, se à Patribus hoc accipere; qui eâdem ratione, imò adhuc tenuiùs, vixerint, cœlestis regni gratiâ: ut ab Antonio, Paulo, Macario, Mose, Bambone, Onuphrio, Martino, & aliis. Tertiò, exêplo Danielis se eam vivendi rationem suscipere. Quartò, se ex revelationibus id institutum sequi: quas quidem peculiari libro notaverat, & publicè recitavit. Signo autem jussus probare revelationes, dixit: Episcopum, qui istas suas revelationes non crederet, brevi tempore victurum. Postea & Cœnam Domini sumit, cum terribili sui exsecratione. Quâ quidem re, suis enthusiasticis revelationibus fidem conciliare voluit.

Ut autem videat Lector pertinacem illam superstitionem, verba adscribere libet: est enim spiritus ille mendax, extremâ impudentiâ præditus. Cùm ei præberetur Christi corpus; sic inquit: *Ego Rupertus, Dei gratia Limpurgensis ecclesiæ abbas, dico, affirmo, & juro, coram omnipotente Deo, omnibus Sanctis ejus, & vobis, Domine Episcope Arnolde, in animâ meam, super hoc corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi verum, quod natum est ex virgine Mariâ, passum & immolatum in arâ crucis pro nobis: quòd revelationes istæ, quas scripsi, in parte & in toto, non sunt fictæ, non falsæ, non phantasticæ, non diabolicæ, non excogitatæ ab homine, non deceptoriæ, neque per humanam industriam adinventæ, sed mihi divinitùs revelatæ, veræ, sobriæ, angelicæ, ac divinæ. Sic me Deus, & hoc corpus Domini nostri Jesu Christi, quod in manibus meis teneo, nunc, & in extrema hora mortis meæ, ac novissimo die judicii, adjuvet, salvet, & suscipiat! Ac, si aliter est, quàm dixi & juravi: tunc hoc Domini nostri Jesu Christi venerabile corpus, non pertranseat guttur meum: sed hæreat in faucibus meis, strangulet me, suffocet me, ac interficiat me statim in momento! & non sit mihi locus in cœlo, cum electis Dei: sed sit mihi portio cum Dathan & Abiron in inferno & Juda traditore; cum Herode & Pilato, qui Dominum crucifixerunt; & cum Diabolo & angelis ejus, in centro gehennæ, statim abhinc, nunc, & semper, sine fine in æternum. Amen.*

Animadvertit tamen Episcopus postea, sinè illusionibus ac præstigiis dæmonum (Parisiis enim de Necromantiâ non parum videtur hic Abbas didicisse) ista non fieri: accuratiusque de singulis inquirendum censuit. Sed vicit superstitio & impudentia effrenis Abbatis: qui nihil aliud, quam mandata Dei, ex suis illis enthusiasticis revelationibus, crepabat, ac subinde ad Episcopum sonabat: *Ecce, misit ad te mandata sua Deus.* Postremò, cùm Episcopus nollet assentiri, iratus Rupertus efflat homicidiale illud vaticinium: *Tu hoc anno morieris; & sic visiones, & hoc vitæ genus confirmabitur.* idque sic accidit. Licet autem vel ex hoc unico facinore conjicere, qualis spiritus superstitiosæ illius vitæ autor fuerit: nempe homicidialis. Alterum verò argumentum spiritûs est: quòd disertè fatetur Abbas, se suosq; convictores, pro suis peccatis, eam abstinentiam observare. id quod contra verbum Dei est. Unus enim Christus pro peccatis Mundi satisfecit: jamque vult nos ex suâ plenitudine, per fidem, haurire gratiam pro gratiâ. *Johan. 1.**

* vers. 16.

Porrò, à successore Arnoldi, Sigefrido, Rupertus in Breitan relegatus, suâ singularitate superstitiosâ isthic quoque turbas dat; aliisque suam scabiem (quod dicitur) affricat. Rogant igitur illi cœnobitæ Episcopum obnixè, ut iubeat Limpurgensem abbatem in suum locum reverti: ne alios quoque conventus inficiat atque evertat. Sic in suam quasi speluncam regressus, ibi suo vixit ingenio & more, cum quibusdam suis: donec in eum locum abiret, ubi Monachi defuncti congregantur. *Tritenhemius in Cron. Hirsaug.*

ANTIPAPALE SCHISMA *tempore Honorii II.*

QUoties novus Papa creandus erat; toties ferè novum schisma Ecclesiam affligebat: quia plures cupidissime eos honores affectabant. Non enim Christus, non Ec-

clesia, non sudores, sed eminentia, imperium super Cæsares & Reges, & simul super ecclesias omnes, & reditus amplissimi, quærebantur: scilicet pro Apostolorum Christi consuetudine, & juxta formam episcoporum, quam Paulus præscribit! Sic Honorius II. non sine fraude, non sine motibus, cathedram conscendit. Nam Calixto II. ad patres suos collecto, Leo Frangepanis (Robertus, habet *Onuphrius*) id omni arte & vi agebat, ut Lambertum, Hostiensem episcopum, obtruderet pontificem. Mandat autem Cardinalibus, ne præcipitent electionem, ac juxta Canones solicitè procedant. Dum verò ipse suffragia astutè colligit: Cardinales Theobaldum, S. Anastasiæ Presbyterum-Cardinalem, designant Pontificem; eumque vocant Celestinum II. Populus Saxonem, S. Stephani Cardinalem, optant pontificem. Quidam Ravennatensem Archiepiscopum cupiunt. Sed perrumpit Leo rugitu, publicè Lambertum suum proclamans. Populus potentis viri voluntatem sequitur: & Cardinales necessitati cedunt. *Platina.* Theobaldum spontè (quia scilicet coactus est) de suo jure cessisse, testis est *Onuphrius.* Hæc facta sunt anno Domini 1124.

SCHISMA INTER CASSInensem Abbatem, & Honorium Papam.

HOnorius, cùm vi atque armis sitam sibi eminentiam tutandam sciret, undique corradit nervos belli. Scribit igitur, tum ad alios, tum ad Cassinensem quoque abbatem: ut sibi periclitanti Plutonicam opem mittat. Abbas intus vem mittit expostulationem: se, quia opem suam pecuniariam imploret, electioni quoque interesse debuisse. Interrogatus porrò à suis fratribus, cujus esset filius recèns creatus Pontifex; & cujus meriti? respondit: Id verò ego ignoro; hoc tamen scio, eum plenum esse literis, à capite usque ad pedes. Istæ voces offensionem Papæ concitarunt: sed quæ datâ pecuniâ tolli & expiari potuit. *Chronicon Cassinense.**

*lib.4.c.85

SCHISMA INTER HIEROSOLYMItanum Patriarcham, & Episcopum Bethlehemitam.

CAptâ Ascalone, anno Domini 1154. à Rege Balduino, Patriarcha Hierosolymitanus ibi episcopum Absalonem constituit, dominici Sepulcri Canonicum regularem. Canonicos quoque eò reponit, additis stipendiis. Eos verò conatus Gerhardus, Bethleemitanus episcopus, indignissimè tulit; dictitans, ad se pertinere illius loci provisionem. Res ad Romanum Præsulem rejicitur: qui pro Bethleemita decernit. is verò mox Absalonem profligat, aliumque subrogat. *Tyrius.**

*lib.17.c.30.

SCHISMA INTER PATRIARCHAM Hierosolymitanum, & Tyri Archiepiscopum.

VVilhelmus, Tyri archiepiscopus à Patriarchâ Hierosolymitano consecratus, anno Domini 1128. pallium à Romano Hadriano voluit petere. id quod ille Patriarcha conatus est prohibere. Sed ipso invito, nihilominus eò se contulit; ac facilè ab Honorio pallium redemit. qui & Antiocheno Patriarchæ, Wilhelmi Suffraganeos detinenti, pro Romanâ excellentiâ, præcipit; ut eos intra quadraginta dies liberos dimittat: quod si facturus non esset, fore, ut ab officio suspenderetur. *Tyrius.** Idem verò & Hierosolymitano scribit Honorius; eam coronidem in suâ epistolâ adjiciens: *Quocirca autoritate apostolicâ mandando præcipimus: sicut ejusdem matris suæ pius optas studium atque solatium conservare; sicut in tuis necessitatibus, ejus patrocinium desideras adjuvare; jam-dictum Archiepiscopum diligas & honores, & in nullo perturbare præsumas: quin potiùs de omnibus, de quibus apud te querimoniam deposuerit, sibi plenam justitiam, intra quadraginta dies, postquam præsentia scripta susceperis, exhibere non differas, nec aliquid in subditos suos, contra statuta Canonum, præsumas. Alioquin timendum tibi erit, ne tam ipsum, quam Suffraganeos suos, à tua obedientia subtrahamus, eósque intra manus nostras retineamus.* Idem.*

*lib.13.c.25

*lib.14 c.11.

SCHISMA INTER REGEM Hierosolymitanum & Patriarcham.

STephanus, Patriarcha Hierosolymitanus, sub annum Domini 1129. mox cùm in eam dignitatem subvectus esset, superciliosè contra Regem sese efferens, movit controversias. Primùm, Joppensem civitatem, ad jus suum, & Ecclesiæ dominicæ resurrectionis, pertinere, contendit. Deinde, captam Ascalonem eodem jure ad eam pertinere. Sic scilicet putarunt sibi fas esse, sanguinem tot hominum, qui propter occupationes istorum locorum trucidati sunt, haurire. Et hoc illud est, quod ille dicebat, alieno labore parta ad se transferre. Gravissimæ igitur offensiones inter Regem & Patriarcham exortæ sunt: quæ, Stephano debitum naturæ exsolvente, nonnihil conticuerunt. *Tyrius.**

*lib.13.c.25.

SCHISMA IN ECCLEsiâ Antiochenâ.

BErnhardo Patriarchâ Antiocheno defuncto, Suffraganei patriarchatûs, Archiepiscopi & Episcopi, undique ad electionem novam confluunt. Dum verò in Palatio in eam curam incumbunt: Radulphus quidam, Manustanus archiepiscopus, vir militaris, magnificus & liberalis, plebi & equestri ordini acceptus, à populo eligitur Patriarcha: fortè, quia contra fas & æquum, ecclesiasticæ personæ sibi solis potestatem creandi archiepiscopum sumebant, exclusâ plebe. Nõ es spectatis igitur suffragiis eorum, qui in Palatio se concluserant, eum in cathedram collocãt, pallioque induunt; non priùs datâ ingenti pecuniæ summâ Romano *Αὐγούστῳ*. id quod scelus omnium maximum, magnoque ære diluendum, postea habitum est. Nam hoc erat Pallium à Romano pastore mercari; nempe maximam pecuniæ vim in ejus fauces conjicere. Consultores itaque, eâ re cognitâ, iterum dispersi sunt; suamque obediẽtiam ipsi detrectarunt. Postea tamen Radulphus, de Suffraganeis quosdam in suam pertraxit partem. Insolentior autem factus, (*ut ipse Tyrius* * *narrat*) propter opulentiam, quosdam in ecclesiâ præcipuos viros ejecit; quosdam verò carceri mancipavit. Verùm occasio non satis expressè indicatur. Fortè enim ipsi nimis superbè & seditiosè, erga ipsum & ecclesiam, sese gesserunt. Nominantur autem, Arnulphus quidam, & Lambertus ecclesiæ archidiaconus, istarum turbarum autores & duces. Hæc verò acciderunt circa annum Domini 1130.

*lib.14 c.10.

Postea Radulphus, decipiẽs (si vera narrat Tyrius) Boamundi viduam, quasi vocatus Raymũdus, Pictaviensis Comes, eam esse ducturus in conjugem; impetrat ab ipsâ defensionem, contra Clericos se infestantes & persequentes. Verùm eam fallens, advenienti Raymundo Constantiam, filiam Boamundi, dat uxorem: cùm quidem adhuc esset infra nubiles annos. Id verò priusquam faceret, exegit à Raymundo juramentum fidelitatis: quę res postea Raymundo causa odiorum in Patriarcham fuit. *Tyrius.**

*lib.14.c.20

Consusurrãtes autem Princeps & Canonici contra Patriarcham, quorum duces & choragi erant Arnulphus & Lambertus, insatiabili odio erga Radulphum flagrantes: hi Romam, incitante Principe Antiocheno, properant, excussionem Patriarchæ machinatori. Urgetur autem similiter à Principe Patriarcha: ut ipse quoque eò, tanquam summo judicio, se-se sistat. Arnulphus autem præcurrens, Rogeriũ Apuliæ Ducem instigat: ut Patriarcham, se subsequentem, capiat, maleque tractet. Libet autem verba *ex Tyrio* adscribere.* *Sic inquit Arnulphus ad Rogerium: Ecce, Princeps egregie, in manus tibi optatò: sed & gratis, datur hostium tuorum immanissimus. Antiochenorum Patriarcha: qui tibi & heredibus tuis in perpetuum Antiochiam abstulit: sublimato in eâ viro ignoto, contra juris ordinem. Ecce, eum obtulit tibi Dominus; & consummata ejus peccata dederunt præsentem. Eia expergiscere, tracta, quomodo eum habeas certus, quia per eum ad hæreditatem, jure tibi legitimæ successionis debitam, iterum tibi patêre poterit introitus, qui tibi per eundem negatus est indebitè.* Ex hac immani cupiditatis vindictâ, jam istius Canonici spiritum æstima. Accensus autem istis flammis homicidialibus, quas afflaverat Arnulphus, Dux Rogerius, adventantem Patriarchã, mox ut in portum venit, capit; ipsique Arnulpho traditur

*lib.14.c.

vinctus:

vinctus: qui eum summâ crudelitate tractat, Rogerioque, velut latro sanguinem sui Patriarchæ spirans, exhibet. Sed Rogerius, audiens virum, animadvertit, Arnulphum aliosque calumniis interitum Patriarchæ moliri. Itaque dimisit eum honorificè; restitutis omnibus, quæ attulerat.

Interea verò Arnulphus Romam præcesserat, suis criminationibus apud omnes summam Patriarchæ invidiam conflans. Romam igitur accedens Patriarcha Antiochenus, ab accessione Pontificis, ac reliquorum autoritate excellentium, propudiosè arcetur. Nam calumnia velocibus alis antecurrens, & diris criminationibus utramque aurem præoccupans, ejusmodi rumorem concitârat: quasi ipse primatum Romanæ sedis voluerit imminuere, suamque Antiochenam pari vellet honore & eminentiâ coli: quia utraque esset ipsius Petri cathedra; & Antiochena quidem primogenituræ prærogativâ insignis. Hoc scilicet erat illud peccatum, hoc scelus, quod nullâ ratione ferendum erat. Potiùs hic Mundus duos Soles, quàm parem primatum Romanæ ecclesiæ Pontifices cum suis mancipiis ferrent. *Tyrius.**

* li. 14. c. 12.

Sed amicorum, quos sinè dubio grandi pecuniâ expugnavit, redemit, sibique reconciliavit, usus officio, via tandem Pontificem adeundi potestatem ille consequitur. Curiâ autem papali solenniter convocatâ, intromittitur, summâque magnificentiâ excipitur. Id cùm semel, atq; iterum factû esset: Adversarii, libellis accusatoriis adornatis, suum Patriarcham juris rigore adoriri instituunt. Sed tota Curia, re ponderatâ, cognoscit, accusatores non satis instructos esse; ut Papæ & assessoribus, de criminibus objectis, plenam fidem faciant. Erant enim jam inuncti isti assessores maximis largitionibus: ideò molliusculè pronuntiât. Tandem fertur judicium: Papam Legatum missurum esse Antiochiam; ubi testes examinati, & copia instrumentorum haberi queat. Sic criminatorum artes eludûtur. Patriarcha conciliatis sibi animis pecuniâ, Pallium, quod visus fuerat sponte contrectâsse, deponit. Sed mox aliud, concessione Papæ, (numeratâ tamen priùs sufficiente pecuniâ) traditur. Sic tandem, cum plenitudine Romanæ gratiæ, Româ dimittitur. In itinere, ad Rogerium rursum divertens, honorificè excipitur; & insuper galeas ad iter accipit. quæ res novam carpendi malevolis ansam præbet. *Idem.**

* lib. eod. cap. 13.

Arnulphus, calumniarum & turbarum fax, iterum celeri cursu Antiochiam currit: Principique persuadet, Radulphum Patriarcham cum Rogerio, infensissimo ipsius hoste, familiarissimè vixisse, pactumque contra ipsum iniisse; atque in ejus rei confirmationem, datas esse galeas. Facilè credit Dux; & vehementer irâ contra Patriarcham accensus est. Veniens itaque in Cœlesyriam Patriarcha, Ecclesiæ suæ scribit: ut honorificâ processione sibi obviàm veniât. Sed Arnulphus eum cunctis invisum effecerat: & Rex ipse negat, se eum in civitatem intromissurum. Hac exclusione Patriarcha in montana, quæ Nigra vocantur, in monasterium divertit. Comes autem Edessanus, Patriarcham ad se invitat, omniaque humanitatis officia liberaliter defert. & erant Episcopi ejus loci Radulpho faventes. Excipiunt igitur advenientem, Edessanus, Hierapolitanus, & Coriciensis, archiepiscopi, summâ reverentiâ. Princeps autem Antiochenus, indignationem Papæ metuens, eum jubet reverti. Redit igitur Antiochiam; magnoque honore introducitur. *Idem.**

* cap. 14.

Interea Legatus Pontificius, Petrus Lugdunensis archiepiscopus, ab Innocentio Papâ missus, venit in Syriam. Sed priusquam Antiochiam accederet; vitam efflat, non sine suspicione præbitæ potionis. Adversarii itaq; Patriarchæ, magnâ spe dejecti & suorum laborum pertæsi, veniam à Patriarchâ precantur. Lambertus igitur suo archidiaconatui restituitur. Sed Arnulphus gratiam consequi non potuit: quæ res exitium Patriarchæ attulit. Romam igitur, in tantâ desperatione, Arnulphus denuò currit; atque Acheronta commovet. Nam suis diris obtrectationibus Papam inflammans, eò perpellit: ut alium Legatum, Albericum nempe, Hostiensem episcopum, in Syriam dirigat. Hic igitur cùm venisset, Synodum Antiochiæ indicit: in quâ cùm semel, bis, ter, Radulphus venire detrectaret; (quia fortè absolutioni Pontificis semel-datæ acquiescere voluit) tandem deponitur, ac Principi traditur. qui eum catenis ligatum, in monasterium S. Simeonis, loco excelso situm, custodiendum ablegat. Sed ex vinculis elapsus, Romam iter facit denuò: ubi recuperatâ gratiâ Papæ, cum reverti in suum locum properaret, veneno, ab Adversariis compobito, de medio est sublatus. *Idem Tyrius.**

* li. 15. c. 16 & 17.

SCHISMA DE TREVIrensi culmine.

DUo simul in ecclesiâ Trevirensi, discordantibus suffragiis, deliguntur episcopi. Volmarus quidem canonicè, à saniori parte, nominatur; Rudolphus verò à minori. Volmarus igitur mox ad Papam Romanum, Rudolphus autē ad Cęsarem, se recipit. Hinc factiones exsurgunt; uter culmen obtineat. Nec cessat Volmarus Papam incitare, ut Rudolphum ad dicendam causam citet. Imperator igitur, die pręfinito, Rudolphum, Jureconsultis quatuor adjunctis, qui jura proferrent, ablegat. Sed neuter cedere volebat. Interim Heinricus Rex Canonicos Confluentianos, faventes Volmaro, malè tractat. Quibus quidem injuriis Papa magis irritatur: ut de Volmaro extollendo consilia agitaret. Verùm Imperator suadet, ne id faciat: certum enim esse, eam rem Principum concordiam vehementissimè turbaturam esse. Suspendit igitur suam determinationem Papa: sed tandem, in Imperatoris odium, Volmarum confirmat. *Crantzii Saxonia.**

* li. 6 c. 47 & 50.

SUB LOTHARIO.

SCHISMA INTER HONORIUM Papam, & Casinensem abbatem.

COmes Adenulphus, Oderisium abbatem, ad Papam Honorium, quasi adversantem sibi, defert. Is mox eū deponit; ac Romam ad dicendam causam evocat semel, bis, ter. Cùm autem Oderisius ad offensum Papam venire et proficisci; quid fit? Damnat eum Papa, ob nullum aliud crimen, nisi ob contumaciam absentiæ. Ipse verò à quibusdam seductus, die Palmarum, sua dignitate atque officio nihilominùs fungitur. Quare accensus Papa, eum cum sequacibus excommunicat. Hinc inter monachos & civitatem discordia exoritur. Oderisius fugiens, armatos conquirit: nec suis partibus desunt cives. Tandem autem fratres vi adiguntur, ut alium abbatem eligant. Et licèt Oderisius aliquamdiu recalcitraret, Batranque arcem teneret: tamen postremò se dedit Pontifici Romano. *Chronicon Casinense.**

* li. 4. c. 90 91. 94

ANTIPAPALE SCHISMA, tempore Innocentii II.

SEntentiis Cardinales, in sufficiendo Pontificem, post obitum Honorii, discordât, anno Domini 1130. Minor quidem pars Cardinalium Innocētio; major verò pars Petro, Petri Leonis, potentissimi civis, filio, calculos suos tribuit: qui etiam S. Petri arcem occupat. Hęc est materia litis.

Innocentius, quia aliquot horis antè delectus esset, præcedit: & ut se Episcopum armatum declararet, mox in Apuliæ Ducem exercitum movet. Sed capitur cum Cardinalibus in exercitu; multis miseris hominibus à Pontifice ad mactationem, ut fieri in conflictibus bellicis solet, adductis. Eâ famâ Romam perlatâ; Petrus ille, qui Anacletus II. dicebatur, ut nūquam suo juri valedixerat: itâ nunc magis Pontificatûs officio se-se efferт; largitionibusque, quas ajūt ipsum è spoliis templorum habuisse, omnium voluntates sibi conciliat. Redit autem Innocentius, post liberationem suam, Romam. Sed videns, Antipapę potētiam usque-adeò crevisse, ut eam infringere nullâ vi posse confideret, neque tutus in eo loco manere posse videretur: in fugam se dedit. Quemadmodum autem struthiocameli, inter fugiendum, lapides in sequentes ejiciunt: itâ Innocentius, quòcunque venit, Concilia vocat; atque Adversarium suum, omni genere exsecrationum atque excommunicationum, ferit: primùm quidem in Claro monte; deinde Remis; tertiò Placentiæ. Ad eum modum circumcurrens, cœlumque terræ iratus miscens, in itinere Belgico, Heinricum Angliæ Regem adoritur, hortans, ut in Saracenos arma capiat, seseque una operâ restituat. Volitat deinde ad Imperatorē Lotha-

rium, quem Leo I   nvenit: cui idem persuadet, mira & magna pollicens. Tandem Imperator, accensus ab isto Pastore Romano in Italiam maximis impensis traducto exercitu, Romam nõ sine sanguine venit: Innocentium in cathedrã redu t, I v   im eum calpens, coronam imponit. Anacletus interea nusquam compâret.

Cæsare iterum digresso, quasi ex mortuis reviviscit alterum Romanæ ecclesiæ caput, Rogerio aliisque adjuvantibus. Revocatur iterum Cæsar: qui adventum accelerans, Urbem paci restituit, oppressis factiosis. Anacletus verò non deponit cornua priùs; quàm cum mors atra eum vocaret. Habitus est etiam, quoad vixit, pro Pontifice, annos 7. menses 9. dies   *ut Onuphrius annotat.* Eo autem in ambitiosa contentione defuncto, Victor IV. su rogatus.

Innocentius, vulpeculæ caudam sumens, corruptis fautoribus Victoris magnâ pecuniâ, tandem adigit miserum Victorẽ; (qui Victus potiùs dici merebatur) ut Innocentio se-se dedat, imperiumq; ecclesiastico-politicũ ipsi uni relinquat. *Sigeberti Cõtinuator, Platina, Onuphrius, Stella, Bõsinius.* *

*li. 8. Dec. 2.

In hoc schismate componendo, Bernhardũ septennium laborâsse scribit *Fasciculus temporum.* Meminit ejus & *Vincentius.* *

*li. 27. c. 6.

SCHISMA INTER TYRIUM Archiepiscopum, & Patriarchas Hierosolymitanum & Antiochenum.

VTrique Patriarchæ, tam Antiochenus, quàm Hierosolymitanus, ecclesias, Tyrensi archiepiscopo competentes, vellicabant; sibique eas vendicabant. Hierosolymitanus autem in-primis eo juris prætextu utebatur: quod Rex Balduinus, ex decreto Pontificis Romani, recepisset, quascunque civitates occupâsset, eas se ecclesiæ & ditioni Hierosolymitanæ consecraturum. Meritò igitur causam istorum dissidiorum & rapinarum, in ipsum Romanum Pontificem rejicit Tyrius.

Sed Innocentius, tandem Tyrensem archiepiscopatum suæ dignitati restituens, è manibus utriusque Patriarchæ, literis magnificè cristatis, pro autoritate, iterum extorquet ecclesias, & Tyrensi subjicit. *Tyrius.* *

*li. 14. c. 12. 13. 14.

SCHISMA DE CONJUGIO Sacerdotum in Hiberniâ.

AD hanc usque ætatem, Sacerdotes in Hiberniâ, in conjugio piè & sanctè vixerunt. Verum Malachias, à Romano Antichristo fascinatus (cõtra Pauli doctrinam, qui prohibitionem cõjugii appellat doctrinam dæmoniorum *) non sinè magnis certaminibus & summâ violentiâ, Sacerdotum conjugium abolebat. Mulieres etiam sanctæ, contra hanc tyrannidem Archiepiscopi insurgentes, eum vocabant hypocritam, (ut erat) & alienæ rei invasorem. Nam, sicut erat Malachias Antichristi Romani mancipiũ; Episcoporum cõjugium vocârat jus pravum, morem pessimum, exsecrandam successionem, morte puniendam injuriam, generationem malam & adulteram, ecclesiasticæ disciplinæ dissolutionem, censuræ enervationem, religionis evacuationem, sævam barbariem, & Paganismum inductum sub nomine Christiano. Hęc acciderunt anno 1132. Paulo pòst autẽ civitas cõflagravit. *Balam, * in vita Malachiæ.*

*1. Tim. 4. v. 3.

*Cons. 14.

SCHISMA IN GALLIIS inter Episcopos.

DIstrahebatur in factiones Burdegalẽsis ecclesia, propter antipapas Romanos, anno Domini 1135. Gerardus enim, Engolismensis episcopus, Principem Aquitaniæ in suas pertraxerat partes. Significat igitur Petro Leoni Papæ: ut sibi Legatum mitteret, cui ipse & alii obe ētiam solenni ritu præstarent; ac Principem terræ sibi obstringeret. Papa confestim Gilonem, Tusculanum Cardinalem-episcopum, amandat; qui cuncta perficit. Hi itaque duo socii confederati, Guillerum ep co m   ctavienscm cum Innocentio sentientem, gradu uo dejiciunt; alium , pro arbitrio substituunt.   en ovi ensi ecclesiæ   ; ite Ranulphũ obtrudunt: qui lapsus ex equo, cer ice frangit. Carnotensis episcopus,   ice cognitis, Bernhardum accersit, qui Innocentii dignitatem tutaretur.   c quidem, Principem Aquitaniæ p mum in sua   etrahit sententiam: deinde episcopos,   Legato Leonis i ronisatos, iterum profligat. & notat quidem Vincentius, plerosq; brevi extinctos. Gerardum mortuum, atq; à suis humatum, Gaufridus, Carnotensis episcopus, è sepulcro extraxit, atque aliò projecit. [O' mansuetudinem erga mortuos. Sed hæc obumbrat solus pro Papâ zelus.] *Vincentius.* *

*li. 27. c. 13. 14.

Germaniæ quoque episcopos favisse Innocentio, Petrumque excommunicasse, Vincentius & Sigeberti Continuator testes sunt.

SCHISMA MONASTICUM.

MOrtuo Senioreto, Cassinensi abbate, fratres, usitato more electuri abbatem, à Gazolino Capuano Vicario probibentur; ac jubentur exspectare Regis definitionem. Sed paucis diebus peractis, rem aggrediuntur   inque partes diversas scinduntur. Alii enim Reinaldum Calamentanum; alii verò Reinaldum Hetruriensem, suis calculis deligunt. Cum eam disceptationem, ad arbitrum Romanum Pontificem, nonnulli rejiciendam arbitrarentur: alter Reinaldus Calamentanus, in sedem Benedicti positus, solenni ritu consecratur. Qui ista indignè ferebant, ad Imperatorẽ, missis Bertulpho & Adenulpho, querelas detulẽt. Sed Reinaldus ille Gazolini animum sibi jungit. Postea & Heinricus Dux, gener Imperatoris, accepto aureo calice, & quadringentis libris, abbatem ex Imperatoris parte confirmat. Deinde & Imperator partes istius abbatis suscipit. Papa autem Innocentius, ut suum erga magistratum politicum odium ostenderet, quantâ potest morositate, se-se opponit; simul ut suam tyrannidem stabiliret. Hinc igitur schisma pestilens exsurgit. Imperator, cedẽs superbo Episcopo Romano, vix suâ humilitate impetrat: ut causa disputatione ventiletur; duoque constituantur: alter, qui Papæ; alter, qui Monachorum partes tueretur. Adscribemus autem integrum illum conflictum: ex quo Romanorum ambitionem liceat cognoscere & æstimare.

In nomine Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, anno ab Incarnatione ejus 1138. Indictione I. 7. Idus Julii, anno Imperii Domini Lotharii Cæsaris septimo, residente eodem invictissimo Principe ad Aquas-pensiles, considente etiam Peregrino Patriarcha Aquilegiense, cum archiepiscopis, abbatibus quàm-pluribus. Causidicus pro Romanâ ecclesia directus est Girardus, Cardinalis titulo sanctæ Crucis, & Guido Cardinalis, qui ambo postea Romani fuêre Pontifices; Aimericus Cancellarius, & Diaconus Cardinalis Presbyter, Balduinus Cardinalis, qui pòst Pisanus archiepiscopus fuit; & Robertus Clarevallensis abbas, & alii plurimi Romanæ urbis nobiles. Ex parte Cassinensis ecclesiæ, auditores fuêre; Heinricus Dux, Imperatoris gener; Cunradus Dux, qui pòst Imperii sceptra tenuit; Ottho, Imperatoris consobrinus, Fridericus Marchio Anconitanus, Malaspina Marchio Liguriæ, Heinricus Episcopus Ratisponensis, Hanno Episcopus Basiliensis, Hanno abbas Luneburgẽsis, Gulfridus Palatinus, Romani Imperii Judex. Facto itaq; silentio, Imperator dixit: Non modò præsentium & temporalium, verùm futurarum æternarumq; rerum, in hoc conventu, discussio erit. Constat enim, sanctos Patres, dũ unius rei gratiâ cõcilia sæpè celebrarẽt, plurima unius occasione definisse. Ità & hic, Romanæ quidẽ & Cassinensis ecclesiæ causa, cũ specialiter agi videatur: variæ tamen, agente Deo, solventur quæstiones, fietq; unius ecclesiæ causa, salus omniũ per Orbem constitutarũ. Nos quoq; vestigia prædecessorũ nostrorũ sequẽtes, dignũ duximus huic interesse concilio, & eorũ, quæ dicentur, librare monumenta. Defensores utriusq; disceptãtiũ partiu, magnificos à nostro latere dedimus viros: qui violẽtiam omnẽ prohibeant. Igitur in Domini nomine sedeãt, quibus Romana non displicẽt leges, taciteq; rerũ exitũ exspectent: ne, dũ omnes confusè vel dicũt, vel obstrepũt, veritas obnubiletur.

Hæc & alia plura dũ præfatus esset Augustus, Conradus Dux, ab Imperatore defensor datus, inquit: Copia Imperialium verborum me fecit fandi inopem, cum tam profundè, tam plenè, tamq; ratione, Imperialis sit præfata majestas, ut non humano ore, sed divino prodi e videantur. Ducibus tamen atq; Comitibus, mecum defensoribus datis visum est primo apparatu hodiernæ sessionis proferri, quæ sint pro utrâq; parte disceptatura personæ, vel si cui permittitur disceptandi licentia, nisi his tantùm, quibus fuerit concessa. Omnia enim, maximèq; divinâ conventûs causa, ordinatè fieri ac rationabiliter debet: quippe cum nil perfectè definiri sit, ubi confunditur ordo loquendi.

Placuit omnibus sententia Ducis   & qui pro utrâque parte

respondere-

respenderet, inquiritur: quinam item interpretes, & quis esset disputantibus locus. Eligitur Gerardus, Cardinalis sanctæ Crucis, qui pro Romana; & Petrus Diaconus, qui pro Casinensi responderet ecclesiâ. Interpretes dati sunt, Bertulfus Imperatoris Cancellarius, Ansfredus Vestiarius, & Bertulfus Mansionarius. Traditur autem Gerardo locus ante Imperatoris faciem. Ad pedes vero ejus constituitur Petrus Diaconus. Renuit Girardus, monachum ad suos sedere pedes; dicens, nequaquam oportere, sive licere, excommunicatum cum filio sedere Ecclesiæ. At Imperator finem litigio imponens, Petrum Diaconum exinde, & deinceps sedere ad pedes suos jussit.

Tunc taliter Girardus Cardinalis loqui orsus est: Sancta & universalis Ecclesia, invictissime Imperator, quæ & vos, & prædecessores vestros, Orbis totius dominatores effecit, mirari non desinit, cur excommunicatos, & a liminibus Ecclesiæ separatos, receperitis.

Ad hæc Imperator: Imperii quidem nostri nos ab Apostolicâ sede gaudemus accepisse coronam, excommunicatos nullo pacto suscepisse putamus: hoc tamen ex conflictu vestro constabit.

Pandulphus, Theanensis episcopus, & Casinensis monachus, dixit: Quomodo Romana ecclesia Cardinalis, Casinenses monachos excommunicatos asserat, videre non possumus.

Girardus Cardinalis dixit: Quid mihi & tibi, bone vir? Alienus nobis es. O mirum, ô novum inauditumque prodigium! ut truncus, ramis præcisis, & à radicibus evulsis, novas contra Ecclesiam erigat machinas.

Ad hæc Imperator; Cesset, inquit, omnis violentia: his enim non inferenda vel referenda injuria; sed ferenda potius æquanimiter sunt. Quocirca statuimus, ut neutra pars utatur in alteram contumelia: ne, quod ad laudem Domini, & posterorum utilitatem statuatur, in litigium rixamque vertatur.

Tunc Girardus, resumto sermone sic ait: Decrevit sancta & universalis Ecclesia; ut Casinensis cœnobii Monachi, voluntatē Domini nostri Innocentii, pii & universalis Papæ, se in omnibus impleturos, sacramento confirment. Jam enim Innocentius ipse, hos Casinenses monachos dispergere, per diversa loca, statuerat: nisi Lotharius clementissimus Imperator, nolens Casinensem ecclesiā destrui, pro ipsâ ecclesiâ, cōtra Papæ voluntate, se objecisset.

Cum itaque Girardus Cardinalis, de sacramento Monachorum, sermonem fecisset; Petrus Diaconus respondit: Non parū miramur, cur Dominus Cardinalis Monachos sacramēto velit adstringi: cum Dominus in Evangelio injurandū omninò interdixerit.

Girardus Cardinalis dixit: Quod Monachus ait, probamus: sed Romana ecclesia, Casinenses monachos sinè sacramento recipiendos non esse, decrevit.

Petrus Diaconus ait: In regulâ sanctissimi patris nostri Benedicti, jurare omnino interdicitur Monachis. Quod nō modo divinæ, verùm humanæ quoque, prohibent leges. Quippe inter Imperatorum præcepta, Caroli, Ludovici, Hugonis, Lotharii, Berengarii, Alberti, trium Otthonum, quinque Heinricorum, & Cunradi, sic invenitur: Statuimus, ut monachi ad sacramentū non compellantur. Et hæc dicens, præcepta ipsorum Imperatorum, Casinensi collata monasterio, auro, plumbo, cerâque signata, Imperatori cæterisque monstravit.

Ea Imperator præcepta excipiens, deosculatus est; mox in hæc verba prorupit: Magnorū sanctorumque Principū hæc esse præcepta, ex sigillis agnovimus. Convenit Majestati nostra, cuncta Prædecessorum nostrorum servare præcepta. Quare Dominum Apostolicum eos, qui hic illius adestis vice, ex nobis orate: ut sanctissimorū Imperatorū præcepta nobiscū protegere, suâque autoritate confirmare dignetur. Quis enim jam Imperatorē observaret; si ab Apostolico contēnatur? Omnia mēbra sequuntur caput; neque ab eo, nisi magno suo detrimento, separari queunt. Certet itaque pro membris caput, pro natis pater, pro ovibus pastor: quia nullo modo luporum rabies prævalet; ubi cura solicita pastoris invigilat. Sit igitur hodierno consessui finis, & hospitia sua singuli repetāt. Cardinales vota nostra Pontifici referant; Casinenses, cœnobii nostri mecum fovent, nostra vice precentur Monachi electo suo, quæ dicta sunt, referant & crastina [illegible] quid respondere objectis debeant, parent. Tertia diei hora [illegible] adesse singulis curent, hodiernumque tractatum, adhibitis Notariis [illegible] ne oblivioni tradatur, quæ posteri quoque [illegible] Hoc dicto, in sua quisque discessere. Imperator ad ea, quæ sibi imminebant, negotia tractāda, resedit.

¶ Posterâ die, utraque [illegible] disceptantium partes. At ubi ingressu datâ copia [illegible] Girardus Cardinalis dixit: Mandata Pietatis vestræ sanctissime Imperator, retulimus summæ sedis Antistiti: id hac nullo modo tolerare se posse, respondit: asserens facilius se pontificalia insignia deponere, ac pedibus [illegible] calcare; quàm quæ abs te rogantur, efficere.

Ad hæc Imperator paulisper obticuit. Deinde reliquas disputationes hesternas concludere [illegible].

Girardus dixit: Meministis, nos die hesterno de sacramento Casinensium Monachorum [illegible] De eodem igitur denuo tractantes de [illegible] ponere debemus ex parte Domini nostri, quæ heri quoque [illegible] postolico a Casinensibus sacramento [illegible] obedientiam. [illegible] ac sanguinis participes [illegible].

Ad hæc Petrus: Constat, inquit, Dominum Cardinalem hesterno tractatu renovasse consilium, & [illegible] terminos ad iterum reparasse certamina. Novum contra satis superque videtur hujus sententia dominicæ obviasse præceptis, quibus omninò jurare prohibemur. Fidem autem a nobis sacramento exigi, profecto otiosum est: cum hanc sponte semper exhibere consuevit.

Girardus inquit: Non est verum Monachus, coram invictissimo Principe, mendacia proferre, dicens Casinenses Monachos Romanæ ecclesiæ semper servasse fidē: cū cōstet omnibus, eos hactenus schismaticos esse, abbatemque a schismaticis ordinatū præfecisse.

Petrus: Prudentis inquit, viri est, non ante quempiā falsitatis arguere, quam ipsum omnibus mendacium in conspectū dederit: & cum nihil contra pōssit opponi à conscientiā sua, qui mentitus est, ipse accusetur. Inique igitur & obliquè me petit Dominus Cardinalis; qui tacito mendacio me falsitatis insimulat. Proponatur causa, aperiantur mendacia, tunc me fallacem asserat: tunc mendacii arguat.

Girardus: Facile id quidem probare est. Nam cùm, celsitudo Innocentio, schismatico adhæsistis, quid nisi infideles fuistis?

Petrus: Deum oro, inquit, illum nos, an potius nos ille dimisit.

Girard. Ecclesiā, inquit a schismaticis captā, primus de sua sede est pulsus episcopus: sicque, Italia relicta, properavit ad Gallias.

Petrus: Nonne pastor bonus Christus Jesus, cùm diversitatem, imò unitatem, in sua unitate ostenderet; Bonus pastor, inquit,* animam suam dat pro ovibus suis?

Girardus: Hoc, inquit, nō solùm verbis, verū & factis ostēdit.

Petrus: Rursus ipse Dominus, cum descripsisset optimi facta pastoris, mercenarii quoque mores adjunxit, dicens:* Mercenarius, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem; & dimittit oves, & fugit. Agnoscis profecto Evangelii verba.

Girardus: Ita sane.

Petrus: Hocne Romanum agere Pontificem decet?

Girardus: Tanto, inquit, magis ab Apostolicæ sedis sunt observanda Pontifice, quanto peculiarius suscepit aliis prædicanda.

Petrus: Quid igitur? Ovibusne imputabitur; si quid pastor amisit?

Girardus: Minimè, inquit.

Petrus: Ergo Monachis imputandum non est; si, pastore destituti, morsibus lupi patuerūt. Debuit enim Apostolicus, (ut ait Dominus) oves suas non modo dimittere; verum pro eis quoque mortem libenter amplecti.

Ad hæc Imperator: Pater, inquit ex assertione, Monachi si quid peccaverūt, pastoris culpa contigisse, non ovium. Unde rogāda adhuc est Domini Apostolici pietas ut nobiscum, quæ contra nos gessere, dimittat. Quare hodiernæ quæstioni finem placet imponi. Occupati enim Republica cura, diutius hic interesse non possumus. Quisque igitur revertatur ad propria. Cras idem certamen rursum ineundum est. Hoc dicto cum omnium favore discessum est.

¶ Altera die, ut [illegible] Imperator, memoratique proceres, audituri quæ residua erāt, consedissent, hac voce [illegible]: Cum ex cunctis iam omnibus qui intra Romanum orbem sunt, nosse credimus quanta in reverentiâ & observatione Casinensem ecclesiam, ut suam scilicet peculiarem cameram, majores nostri habuerunt, & super omnia monasteria Imperii Romani dilexerūt, honoribusque & privilegiis eximiis exaltaverunt. Decet itaque Dominum quoque Apostolicū, meā causâ fovere ecclesiam: quod auxiliante Domino in posterum fiet. Non est autem ista quæ agitatur controversia dicenda [illegible] cùm constet membra [illegible] posse, neque caput dicere manui, necessariam te non habeo, neque o

* Joh. 10. v. 11.

* vers. 12.

culis pedis. Viliora sæpe nostra utiliora sunt. Nullus igitur nos indecens aliquid existimet facere, quòd Casinense monasterium quasi tueri videmur. Nam neq; cùm vel mater filiam, vel conjugem vir, aut filium pater, irâ stimulante, ceciderit; si quis se, inter sævientem patrem, & paventem filium, objiciat medium, natúmque ab immoderatâ cæde patris eripiat; cùm mansueverit pater, homini illi indignabitur: sed contrà maximas habebit gratias; quod filium a suis subtraxerit manibus. Ita & universalis mater Ecclesia, cùm posita ira requieverit, gratias aget Imperio nostro, quòd filiam ipsius ita subduximus. Agantur ergo, quæ agenda restãt: quia nunquam desistam, quin compleam desideriũ meum.

Ita dicto, Girardus Cardinalis dixit: *Vestra Magnitudinis verba sacratissime Imperator & semper-Auguste, precesq; Domino Innocentio Papæ retulimus: sed nullo pacto, sine sacramento Casinenses ut recipiat, induci potest.*

Petrus Diaconus dixit: *Satis nos fecisse his, & ex præcepto Domini, & ex Imperialibus edictis, existimamus. Alia, si quæ habes, edicito.*

Girardus: *Ignoras, invictissime Imperator, hos, quos vestra Magnitudo defendit, cum Rogerio Siculorum Comite, contra Romanam ecclesiam, vestrumq; conjuràsse Imperium: neq; solùm conjuràsse; verùm anathematizasse & damnàsse? O rem inauditam, ut ligati & ligent solutos; & solvant ligatos!*

Ad hæc Cæsar, *indicto silentio, dixit: Quod in me Casinenses admisère, libens tolero, gratisq; remitto. Exemplo itaq; nostro, quod in Romanum Pontificem commiserunt, & ipse dimittat.*

Girardus: *Etsi Domini nostri Innocentii, pii universalis Papæ, agimus vices: hujusmodi tamen sine illo definire non possumus. His dictis, favente Imperatore discessum est.*

¶ *Nocte insecutâ, cùm Imperator duraret pervigil,* Petrus Diaconus, *genu flexo, ante illum stãs pro Casinensi orabat ecclesiâ: Cùm omnes mortales vobis militent, ut Domino rerum atque Principi: vos tamen ipsi Imperatori cœlesti, pacis, pietatis, atque justitiæ autori, humiliamini. Aliter enim utriusq; vita salus tuta esse non poterit: nisi talibus ministratoribus gubernentur. Itaq;, Imperator invicte, cùm Majestatem vestram cunctas per Orbem terrarum Ecclesias deceat: Casinensi tamen ecclesiæ ideò magis te exhibere convenit; quia magis opus habet. cùm nobis & loqui licitum non sit; & indulta ab Imperatoribus privilegia pro nihilo habeantur. Nam Romano Pontifici obtemperandum & ipse censeo: sed Deum illi quoq; præferendum, liberà voce profiteor. Neq; enim illi irrogatur injuria; si sibi præferatur Deus. Totus in Casinensis ecclesiæ dejectione, monasticus ordo vacillat. Te ergo Imperatore, Monachis sua jura tollentur? Te Imperatore, a Monachis sacramentum extorquebitur? Tuam itaq; Clementiam deprecamur, Imperator invicte: ne hoc decernas, ne statuas, ne hujusce decreto subscribas. Indignum profectò est, ut, te agente, abrogetur Casinensis ecclesiæ dignitas: ut Cardinalibus proveniat mala voluntatis affectus. Nihil majus est religione; nihil sanctius ordine monastico; nihilq; sublimius patre Benedicto. Quid respondebit Carolomannus, pius Imperator Augustus? Nónne tibi dicet: Imperium me dimisisse, non credidi, quia Lotharium justum & sanctum Imperatorem habebam? Imperium me deposuisse non dolui, quia imperia mea, præsertim de religione monasticâ, inconvulsa perpetuò manere credebam. Titulos ego pietatis, justitiæ, atque mansuetudinis, in Casino erexeram: hæc de Mundi pressuris manubias referebam. Quid mihi plus potuit meus hostis auferre? Modò inquam, modò abrogantur decreta mea. Nunc gravius telum excipio corpore, cùm a Romano Pontifice mea decreta damnantur. Nunc mihi abrogatur Imperiũ, & (quod est gravius) a Pontificibus Romanis; & hoc præsente fratre meo, Imperatore Lothario. Cui enim magis, quàm sibi, præstat Imperator: si instituta Majorum; si Casinensis cœnobii jura conservat? Nulli ergo grave videatur, si defendimus religionis monasticæ statum. Certè à beato Benedicto, ad Innocentium Papam, 113. Romani Pontifices numerantur: ii omnes Casinense cœnobium dilexerunt, coluerunt, auxerunt: nullus religionem violavit. Jam verò, si quid meretur veneranda canities, beatum Benedictum introducamus loquentem: Optime Imperator, Pater patriæ, Cæsar Auguste, revereri canos meos, in quos ætas me longa provexit. Utantur licitè filii mei legibus suis, a me sibi salubriter traditis. Docet enim, ut vivant meo more. Per hos occiduum Orbem in mea redegi jura: per hos Anglia, multæq; nationes, ad Christum conversæ sunt. Mea est horum salus, tutela juvamen. Cùm hæc & his similia Petrus oràsset: ad Bertulfi Cancellarii tentorium, Imperatore jubente, regressus est.*

¶ *Cùm igitur evocati Cardinales ad Imperatorem egressi essent,* Girardus *ait: Quæ heri vestra Sublimitas jussit, Domino nostro retulimus. Benignè vestra postulata suscepit: causam tamen permolestam sibi à Vobis injungi, conquestus est. Jus enim episcopale, quod sui habuerunt Majores, nullo se pacto, nullà ratione, posse dimittere.*

Lotharius *ad hæc: Nos, inquit, Casinensem ecclesiam eò magis honorare decet; quò Majoribus nostris in honore ac reverentiâ habitam scimus, atq; ditatam. Nam sciat Dominus Apostolicus; castra, prædia, villas, omnemq; monasterii possessionem, juris nostri esse. Episcopale autem jus suum in nullo violamus.*

Bertulfus Cancellarius *dixit: Nil juris sui Apostolicum in Casinense debet habere cœnobium; quod Romani Imperii specialis camera esse decernitur: nisi abbatis consecrationem, quam, Heinrico Imperatore concedente, habuisse dinoscitur.*

Girardus: *Placeat ergo consilium meum vestro Imperio, Cæsar invicte: ut Vobis quidem secularium, apostolico vero spiritualium rerum fidem, sacramento confirment.*

Lotharius: *Nostro valdè inhonestum videtur Imperio, Majorum nostrorum non-servare mandata; eorumq; sanctissimis non obedire præceptis. Nam, si nos illa negligimus atq; nolumus; quis ea servabit? Quo pacto alios hæc servare compellimus; si nos ea convellimus? Lex itaq; Imperatorum, non plus aliis, quàm Imperatoribus ipsis, constituitur. Imò illos hanc magis servare convenit: ne a se ipsis descivisse videantur.*

Girardus Cardinalis *dixit: Non parùm quoq; Dominus Papa miratur: cùm te Ecclesia in Cæsarem, totiusq; Orbis dominatorem, consecraverit; cur contra eam nitis pro Casinensi ecclesiâ videaris: quam non ad te, ut asseris; sed ad se, ut cæteras ecclesias, pertinere testatur.*

Tùm Imperator *iratus: Immò (inquit) nos valde miramur, cur nostris precibus annuere nolit: cùm nos, ipsius gratiâ, annum jam ac dimidium in papilionibus commorati, cum Romano exercitu, pecunias, in usus publicos deputatas, in ipsius obsequiũ converterimus; omnesq; ultramontanos populos illi obtemperare fecerimus. Quid ergo mirum, si Casinensem tuemur ecclesiã: cùm constet, id a Majoribus nostris gloriosè actum? & illi quidem eam tanti fecerunt: ut ibi magis, quàm domi, sepeliri delegerint. Quid de sanctissimo, & omni honore nominando, Augusto Carolo, dicam; qui, relictis imperii sceptris, monasticam ibi transegit vitam? Quid de ipsius Caroli fratre Pipino loquar, qui defunctum apud se monachum fratrem, Casinum, ibi tumulandum, cum honore remisit? Rachis quoque Longobardorum Rex, relicto regno, ad ipsum venerabile monasterium venit; monasticámque ibi exercuit vitam. Quid de Imperatoribus, Justiniano, Justino, Theodorico, Pipino, Carolo, Pipino, Carolo Magno, tribus Ludovicis, Hugone, duobus Lothariis, Alberto, tribus Othonibus, quinq; Heinricis? Quid de Constãtinopolitano Michaële & Alexio referam? Qui omnes Casinensem ecclesiam, & summo affectu dilexerunt, & magnis illustravère muneribus. Adeò Casinensis ecclesia Imperatoribus exstitit grata. ut, ad ejus liberationem, Romani Imperatores cũ omni exercitu venerint. Heinricus enim pius, invictissimus, Christianissimusq; Imperator ad eã eruendam, cũ centum-octoginta millibus militũ, Italiam ingressus est, eamq;, à Capuani Principis ditione sublatã, pristinæ restituit dignitati. Conradus item Imperator Augustus, & Heinricus ipsius filius, cum centum-sexaginta millibus pugnatorũ, eã defensurus ecclesiam, venit: cùm Pãdulfi nequissimi, non dicam Principis; sed tyranni, jugo premeretur. Omittimus nova, & nostrá gesta memoriâ. Antiquiora repetamus, lociq; situm, cujus propriè fuerit, videamus. Varro nempe, (ut legimus) Romanorũ nobilissimus ac doctissimus, hunc sibi sedẽ elegisse, extruxisse, multisq; illustrem monumentis reddidisse, cognoscitur. Ipsum Casinatẽ fundum (ut M. Tullius in Philippicis refert) Cæsar Antonio tradidit. At fortassis objicitur, Benedictum patrẽ, Rom. ecclesiæ alumnũ, illud instruxisse cœnobiũ. Quis id nesciat? Sed Romanorũ Nobilium fulsum auxilio, id eũ fecisse cognoscimus. Beatissimo namq; Papa Gregorio referente, didicimus, beatũ Benedictũ, unà cũ Mauro, Senatoris equitii, Placidoq;, Tertulli Patricii filio, ad monasterium Casinense construẽdũ, divinitus fuisse directũ. Alibi quoq; expressimus, Casinũ, cũ finibus suis, a Tertullo Patricio, jure suo hæreditario præcisũ, patriq; Benedicto traditũ legimus. Quid plura? Aut*

Romana ecclesia, Romani Imperii cameram, Casinense cœnobium, decenter accipiat: aut ab eâ Romanum Imperium irrevocabiliter separabitur.

Girardus Cardinalis *ait: Nequaquam, invictissime Cæsar, vestra indignetur Mansuetudo; nec super Domini Apostolici indigneiur mandatis; neq; Domini Innocentii, pii & universalis Papæ, mandata videantur injusta. Verùm, si quid ea in displicet, ad eum referatur. His dictis, quarti diei est solutus conventus.*

¶ *Manè facto, cùm utraq; partes ante Imperatoris præsentiã constitisset,* Girardus, *qui vicem Romanæ gerebat ecclesiæ, dixit: Noverit vestra Celsitudo, Cæsar invicte, hoc Dominum Apostolicum vestris iis adnuisse mandatis, ut vestri causâ, fidelitate omissâ, sacramentum solummodò obedientiamq; requirat. Interim quoq; de electione abbatis, nobis injunxit disputandum: quâ ratione excommunicatum, & (quod est gravius) schismaticum, Ecclesiæ Christi prætulerat.*

Tunc Petrus Diaconus, *initium disceptandi faciens, dixit: Quid de nostri abbatis electione Dominus Cardinalis dicere velit, audiamus.*

Gir. *Sancta & universalis Ecclesia valde miratur; cur excommunicati, & ab Ecclesia separati schismaticum hominẽ vobis & præferre, & abbatem appellare, præsumpsistis.*

Pet. *Cum varias (ut doctus) quæstiones nobis effuderis: ex earum copiâ, respondendi nobis inopiam gignis. Unde, si sacro Imperio cæterisq; Proceribus placet; proponatur ex his aliqua quæstio: quâ ventilatâ, tunc subtexentur & reliquæ.*

Girard. *Quod Monachus proposuit, fecimus. Nam de Abbatis electione proposuimus.*

Petr. *Si de abbatis electione proponitis: quid ad hoc dicere velitis, audiamus.*

Gir. *Prima objectio est: quòd Abbatem absq; Romani Pontificis consensu elegeritis.*

Petr. *Meminimus approbanda, quæ volumus, vel testimoniis veterum, vel exemplis. Quare, si quod exemplum proferre vultis, proferatis, in assertionem propositionis vestræ.*

Girard. *Abundamus quidem exemplis: verùm sufficient pauca de pluribus. Occurrit primo loco Fridericus, Casinensis primùm Abbas, ab hinc Stephanus electus Papa. Ergo prius, quam res gesta referatur; dicat Monachus: quis Fridericum electo Petro substituerit? quis item Petrum ipsum deposuerit? Quis Desiderium, Oderisium, Gerardum, quis postremò elegerit Senioretum? Et, cùm negare nequiveris, ab Apostolicis, & illum dejectum; & istos fuisse electos: Apostolici profectò juris esse, abbatis electionem, nemo dubitabit.*

Petrus: *Ad id, quod primò apposuistis, hoc breviter dixerim: quod, licet Petri depositioni & ordinationi Friderici, Romani interfuerunt Cardinales: non ab ipsis tamen, sed a Monachis, & ille depositus, & iste fuerit electus. Oderisius item primum, qui ab Apostolico (ut assertis) est ordinatus, nequaquam objiciendus nobis est: cùm profectò licuerit renovatori monasterii, non jure apostolici, sed innovationis gratiâ, quia monasterium a fundamentis erexerat, jure suo ordinare monasterium. Neq; tamen a Victore Papâ; sed a monachis, electus est Oderisius: neq; illis a Pontifice potestas ablata est; sed attributum adjutorium. Quid autem mirum, si reparator monasterii, abbatem, de consensu fratrum, sibi substituit? Gerardus quoq; abbas, quamvis annuente Paschali; à Monachis tamen electus. Senioretum, quem extremum posuistis, quo ordine ab Honorio electum fuisse dicatis, ignoro: cùm præsens fuerim, neq; ibi Pontificem, neq; illius nuntium viderim. Sed ut de veteribus Casinensis cœnobii abbatibus loquar: dic oro, quis beatissimum patrem Benedictum in Casinensi cœnobio elegerit?*

Ad hæc Cardinalis obticuit.

Iterum Petrus: *Constat, (inquit) sanctissimum patrem ab eo esse in Casino electum, qui regem dominumq; Pharaonis constituit Moysem. Unde dicendum nobis est, Casinense cœnobium neq; ab homine, neq; per hominem cœpisse; sed initium sui ab omnipotenti Deo habuisse, qui principium finisq; est.*

Girard. *Novum loquendi genus invenit monachus; ut dicat, Casinensem ecclesiam non per hominem cœpisse.*

Lotharius *ad hæc: Si quid, inquit, boni vel mali, me jubente, meus fecerit famulus; mihi profectò imputabitur. Quod si ità est: liquet utiq; quod beatus Benedictus, a Deo jussus, egit, non sibi esse, sed Deo imputandum. Constat ergo, Monachum vera prosecutũ, & nequicquam fuisse reprehensum. Sed qualiter, quóve ordine, beatus Benedictus Casinum advenerit, adolescens, ante nostrum consistorium positus, pandat.*

Tunc Petrus, *Imperatore cæterisq; audientibus, relegit ità: Divinâ admonitus revelatione, beatus Benedictus, & loco cessit, & Casinum adiit castrum. Quò dum pergeret; duobus Angelis se & tribus corvis comitantibus, per quinquaginta passuum millia, Casinum advenit: & in templo quondam Apollinis, oraculum beati Martini, ubi vero ara Apollinis fuit, ecclesiam sancti construxit Johannis: & circumquaq; manentes populos ad fidem Christi convertit.*

Lotharius: *De his jam nobis satisfactum est. Nunc ad Abbatis electionem, vestra recurrat oratio: ut manifesta per vos nobis eluceat veritas.*

Petrus: *Nostri temporis abbatum electionem, ab Apostolico factam non esse, docuimus. Restat, veterum abbatum modò explorare rationem. Legimus in vita beati Mauri, sancti patris Benedicti discipuli, quòd Casinensis congregatio, adhuc vivente patre Benedicto, sanctum Maurum abbatem sibi constituere, post illius obitum, optaverat: fecissetq; satis, nisi illum Deus in Galliam ire voluisset. Dic, oro; quis, defuncto patre Benedicto, elegit Constantinum, Simplicium, Bonitum, & reliquos, usq; ad Nicolaum? Hos profectò dicere non poteris ab alio, quàm a Monachis fuisse ordinatos.*

Girard. *Non parùm miramur, quòd Monachus attritâ fronte ausus sit, de Casinensium electione, talia prosequi: cùm sanctissimus & luculentissimus monasticæ conscriptor regulæ, pater Benedictus, id jubeat: si in abbate eligendo congregatio erraverit, episcopum, ad cujus diœcesin pertinet locus, id fieri minimè permittat: nec modò episcopo; verùm & fidelibus vicinis hanc facultatem tribuat. Quid plura de abbatis ordinatione? cùm sanctus Benedictus presbyterum quoq;, qui est in monasterio, nullo modo provici, sine episcopi consensu & voluntate, velit.*

Petrus: *Assentior, sanctissimum patrem Benedictum, episcopo, contra malam electionem compescendam, facultatem præstitisse. Verùm, qui unanimiter eligunt, quid ad eos mandatum hujusmodi pertinet?*

Girard. *Consecratio abbatis Casinensis cui competit?*

Petrus: *Romano Pontifici.*

Girard. *Si illi consecratio competit: electio quoq; simili ratione conveniet. Injuriam ergo Romanæ sedi fecistis, quando absque ejus conscientiâ abbatem elegistis.*

Petrus: *Electionem factam non negamus; quia nec debemus: Romanæ verò sedis injuriam omninò denegamus.*

Girard. *Hoc interim negare non vales, Senioretum abbatem jussu Honorii electum fuisse.*

Petrus: *Ego, ego electioni affui: sed nullum penitus, neq; Episcopum, neq; Cardinalem, vidi.*

Girard. *Perge, quo vis: argumentare ut libet. Quia Subdiaconus nullo pacto Abbatem eligere potuistis, & hoc absq; Papæ consensu. Nam Eugenius Papa ita in Decretis suis scripsit: Abbates per monasteria tales eligantur, qui levitico vel sacerdotali honore sint prædici.*

Pet. *Miraris, si sæpe Romanorum Pontificum jura mutantur: cùm Deus ipse sæpenumerò, quæ permittit, mutet? Centum & viginti annos, ad agendam pœnitentiam his, qui ante diluvium fuerant, spondet. Quia tamen illorum malitia augebatur indies: viginti subductis annis, diluvium induxit Mundo. Judæ quoq; Patriarchæ, & Salomoni Regi, nónne regnum promisit æternum? Ninivitas quoq; perdendos per Jonam prædixit: eamq; mox removit sententiam, quia pœnitentiam egerunt.*

Girard. *Quod pro parte vestrâ intulistis, Domine Papa nil obest. Patet enim, patrem Benedictum, vitia congregationis, ab episcopo emendanda dixisse.*

Petrus: *Canonica decernit autoritas, ut vel humili cujuscũq; ecclesiæ clero liceat, liberum de eo, qui sibi præferendus est, habere judiciũ. Et Casinensi ergo cœnobio Romani Pontifices, Gregorius doctor, & alii iiz. idem permisère judicium: ac tulère decretum, ut, defuncto abbate, ex suâ congregatione abbatem sibi eligant, secundum timorem Domini, & regulam beati Benedicti.*

Girard. *Qualem ergo eligere debeat abbatem? Catholicum, an Ecclesiæ membrum abscissum?*

Petrus: *Catholicum.*

Gir. *Subdiaconum, an Diaconum, vel Presbyterum?*

Petrus:

Petrus: *Diaconum vel Presbyterum eligendum, Canonum sancit authoritas.*

Gir. *Et, si levitico vel sacerdotali non fungantur honore, qui eligendi sunt: quomodo, juxta præceptum regulæ, lecturi sunt lectionem Evangelii? aut Missam canere quomodo possunt? quomodo possunt aliquem vel ligare, vel solvere? qualiter ad Subdiaconi pedes, Diaconi vel Presbyteri procident? qualiter incensum ponent, & Presbyteris vel Diaconis benedicent? Subdiaconi quippe Levitarum & Sacerdotum officiis subjacent. Si subjacent: quomodo præficiuntur? Neque enim (juxta B. Sylvestri sententiam) Subdiaconus super Diaconum vel Presbyterum præferri debet. Hinc pater Benedictus, abbatem in Gallias dirigere cupiens, non Subdiaconum quemvis; sed Maurum ob direxit, Levitam sanctissimum. Quomodo ergo electio de Subdiacono excommunicato, vel schismatico, rata dici poterit.*

Ad hæc Imperator *respondit: Ea, quæ injustè hactenus egêre Casinenses monachi, ea per omnia remittenda censuimus. Hæc petitionis meæ summa, quam à Domino Apostolico rogo: ut ea, quæ usque in præsens incautius admiserunt, remittantur. Sit ergo finis hodiernus conflictus. Nostra iterum rogata ad Papam referantur: & post diem quartum, quid jubeat, audiemus. Has autem inducias idcirco damus: ut definire melius ac statuere possit. His dictis, quisque ad sua rediêre. Petrus verò Diaconus in Curiâ remansit Imperatoris.*

Cardinales itaque, ad Apostolicum redeuntes, quæ dicta fuerant, ei retulêre: dicentes, quendam Diaconum esse Casinensis ecclesiæ, qui solus, pro suo monasterio, contra Romanam disceptaret ecclesiam. Aderat ex Casinensis monachis quidam, *qui Apostolico, contra suam, ecclesiæque suæ, favebat salutem. Hic surgens in medium, dixit: Diaconus iste, de quo vestræ Sanctitati relatum est, ab ipsâ ferè infantiâ monachus fuit: tantoque in monasterio excrevit ingenio, ut plerosque divinæ Scripturæ libros per se plenè intellexerit. Hunc si quo constrinxeris vinculo; alios omnes pro nihilo computabis.*

His Innocentius *auditis interrogat; quòd illi genus patriáque sit?*

Et ille: *Pater (inquit) ejus, Gregorii filius fuit, Romanorum Ducis & Consulis.*

Tunc Papa, *auxiliante Deo, & illum, & alios, tali præpedivit compede, ut contra monasterium successores mutire non auderent: vehementiúsque irâ concitatus, talia, post quartam diem, referri Imperatori verba præcepit: dominium Casinensis ecclesiæ, non ad illum; sed ad se pertinere, sicuti & ecclesiarum reliquarum. Decreveramus, inquit, vestrâ interventione, infidelitatem remittere monachis: verùm quia nituntur contra nos; & hæc, & alia, ab eis requirenda consuluimus. Mandat deinde Pontifex, per Benedictum Capellanum suum, Petro Diacono, dicens: ut, ab Imperatoris famulatu recedens, à Casinensium quoque fratrum societate se separaret: indignum esse, ut ipse, Romano genere exortus, exteros præferat contribulibus; Romanam ecclesiam linquens. Proinde, si, Casinensibus dimissis, illos impugnare omnibus modis mallet; se illum inter Capellanos suos habiturum, & quæque illi necessaria præbiturum.*

Ad quem ille tale remisit responsum: gratias agens, quòd se tanti æstimâsset; ut obsequio suo dignum judicaret. Cæterùm non posse se socios, in tali articulo constitutos, deserere. Post peractum negotium, se in servitio Sedis apostolicæ, & Romani in fide Pontificis, quoad vixerit, si ille vellet permansurum.

Post hoc decrevit Papa, per omnia loca Casinensi monasterio subdita literas mittere: ut Casinensi Abbati & Monachis non obedirent: omniaque cœnobia, quæ sub Præpositis erant, sibi Abbates eligerent. Sed omnipotens Deus, consilium Pontificis voluntatemque impedivit.

Itaque (ut ad superiora redeam) dum Cardinales à facie Imperatoris exissent, quidam Cistellensis monachus, eminùs adstans, subsannare cœpit Casinenses monachos: quòd filio Petri Leonis adhæsissent; & abbatem sibi, absque consilio Papæ, elegissent: asserens, electionem irritam fuisse.

Ad quem Petrus: *Electio, inquit, ejus, juxta antiquam monasterii consuetudinem facta, ut quidò constat.*

Cistellensis *ait: Rainaldus vester abbas non fuit: ideóque facta ejus pro nihilo ducenda sunt.*

Petrus: *Non solùm qui Casinum habitabant; verùm & omnes circummanentes, eum tunc abbatem habuerunt.*

Cistellensis *ait: Electio tamen illius ficta & reprobata fuit.*

Ad hæc Lotharius: *De omnibus, (inquit) quæ contra nostram cameram, Casinensem ecclesiam, Cistellensis objecerat, Petrus Diaconus lucidè satis aperteque respondit. Sed hujus altercationis iste sit finis. Singuli ad hospitium redeant, manè rursum ad conflictum redituri.*

¶ *Die alterâ, ubi lux est reddita terris, Imperator, accersitis magnatibus suis, in consistorio resedit, & utrasque disceptantium partes coram se ingredi jussit. Et, dum venisset* Cistellensis, *hujusmodi disputationis initium dedit: Princeps monastici ordinis Benedictus, regulam scribens, vitæ descripsit modum. Vos, illius præceptorum immemores, multa adjecistis, nonnulla subduxistis: nec veremini. Aliter autem ille jussit agere.*

Petrus: *Quid contra regulam agamus, in conspectu Domini nostri invictissimi Imperatoris edicito.*

Cistellensis *ait: Contra regulam agitis, de cibo, de potu, de indumentis, aliisque quàm-pluribus.*

Petrus: *Falsus testis non erit impunitus. Nam Casinenses monachi cum regulâ, non contra regulam, agunt. Vestimenta habemus, quæ corpus contegant; nuditatis verecundiam arceant, & frigoris injuriam repellant.*

Cistellensis: *Cur nigris semper vestimentis utimini?*

Petrus: *Quia talibus Benedictus pater usus est: ut habitu quoque Mundo renuntiâsse videretur.*

Hæc & his similia multa cùm dicerent, Lotharius Imperator *dixit: Etsi varia contra Ecclesiam Casinensem protulistis: quia tamen ad vestra fulmina apertè satis Petrus Diaconus, & Romani Imperii fidelis, respondit omnemque mentium vestrarum fugavit ambagem, quisque ad suum hospitium redeat: manè rursus ad conflictum remeabitis. Petrus autem, Imperiali causâ, cum Bertulfo Cancellario nostro remaneat, Imperii servitia peracturus. Hæc ubi Cæsar edixit, ad tentoria sua quisque recessere.*

Nocte verò adveniente, Imperator, pro tribunali sedens, Annales Principum atque Imperatorum coram se afferri ac recitari jussit: ubi & Solis jubar illuxit. Cæsar, matutinum se agens, accitis Aulicis, utrasque partes ingredi jussit. & cum adessent, sic exorsus est: Ea, quæ conferenda sunt, præcipimus ut Scripturarum testimoniis roboretis: ut, amotis cunctis dubietatis ambagibus, justitiæ ac veritati tenaciter inhærere valeamus.

Cistellensis *respondit: Jure cum adolescente isto pro Casinensi ecclesiâ congrediendum esset, nisi de schismate & hæresi, ipse & Casinensis ecclesia notata esset.*

Petrus: *Erubescens conticescat lingua phrenetica; quæ prius ad latratum, quam in æqua verba prorupit.*

Ad hæc Imperator *anticipans: Quoniam, inquit, pro Casinensi ecclesiâ solus congredi adversùs omnes cœpisti; graviter, non furiosè, respondere te convenit. Indecens enim est, ut in Imperiali aulâ morantes, & protodomestici Imperatoris effecti, inhonestum quid aut insulsum, in sermone, in incessu habitúve, præferatis.*

Petrus: *Si quid, Imperator invicte, servus vester in locutione peccavit, iste me compulit: qui ab ipso disputationis exordio ab injuriis cœpit, & in injuriis perseverat.*

Cistellensis: *Dic, ubi injurias irrogavi?*

Petrus: *Cùm nobis excommunicationis & schismatis titulum affixisti.*

Cistellensis: *Si placet, edicito, quid sit injuria.*

Petrus: *Injuria est, quæ verbis fallentibus irrogatur. Vos autem falsissimè loqui, ante Dominum Imperatorem, veriti non estis; cùm hæresim nobis immisistis.*

Et cùm plura disputassent, Peregrinus Patriarcha *respondit: Justâ & competenti ratione constat, Cistellensem à Petro Diacono fuisse superatum: ideóque hujus controversiæ iste sit finis.*

¶ *Die alterâ,* Girardus Cardinalis, *ex parte sedis Apostolicæ veniens, Imperatore pro tribunali residente, ait: Romana ecclesia, sacratissime Imperator & semper-Auguste, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum fundata est: qui Petrum Apostolorum principem illic direxit; cui etiam claves regni cœlorum tradidit. & idcirco nullam illi ingratiâ violari debere, Apostolicus censet.*

Petro *autem respondente, nunquam Romanum Pontificem à Casinensibus monachis sacramentum exegisse:* Girardus *ait, idcirco eos non hæc quæsisse; quia usque ad illa tempora in*

Ecclesiae unitate mansissent: sed postquam schisma incurrissent, absque sacramento recipiendos non esse. protulitque, jussu Papae Innocentii, capitulum Nicaeni Concilii: ut revertentes a schismate, absque sacramento non reciperentur.

Lotharius Imperator dixit: Non vos idcirco congregavi, ut Canonum jura servetis, sed ut benignè, ut leniter cum ecclesia Casinensi ageretis. Meminisse debetis, quae in Romanâ ecclesiâ beneficia ipse contulerim; quot & quanta pericula pro vobis cum exercitu perpessus sim; qualiter annum integrum, ac menses duos, in tentoriis egerim, quot propinquos & amicissimos, inter bellorum amiserim fremitus. Non enim Casinenses fratres, ad inimicum pontificis; sed ad Romanum Imperatorem, Ecclesiae propugnatorem, confugêre. Postremo, si me eâ spe frustratum esse vultis: contestor hodie schisma inter me & Pontificem futurum, & pro amico obsequentissimo, infestissimum fore inimicum.

Cumque ad hanc Imperatoris vocem exercitus omnis acclamasset; rectaque, profectum fremens diceret: primò per omnes Episcopos, secundò per Archiepiscopos, tertiò per Aquilegiensem Patriarcham, quartò per Abbates, quintò per Comites, sextò per Marchiones & Principes, septimò per Richizam Augustam, octavò per se-ipsum, Imperator Pontificem hac de causa rogavit. Mandat dehinc Pontifex Imperatori, de Casinensi ecclesia, consilium ejus voluntatemque se facturum.

Caesar, hoc nuntio laetior factus, rursum per se-ipsum Pontificem adiit. Supplicanti itidem pro Casinensi monasterio: Miror, ait Pontifex, cur tantâ pro illis utaris instantia: qui te ac me anathematisarunt, qui Petri Leonis filium pro Papâ receperunt, qui coronae illius obtemperarunt, hactenusque in priori nequitia durarunt.

Tunc Imperator clementissimus, totus solutus in lacrymas, dixit: Scio equidem, illos haec omnia ideo egisse; ut integer ad nos ecclesiae ipsius status perveniret. Nam, si secus egissent, ecclesia illa ab hostibus nostris eversa jaceret. Unde oro, ut censuram, quâ plectendi illi erant, in me retorqueatis. Si caedendi sunt; ego pro eis dorsum submitto: si deponendi, deponi pro eis volo.

Tunc Papa: Canonicae severitatis rigorem vestri causâ temperamus. Jure enim deponendi erant, qui participarunt excommunicatis, qui Pontificem suum anathematizarunt. Sed nos, lenitate usi atque clementia, vestri amoris gratia, cuncta dimittimus: ita tamen, ut filium Petri Leonis, ejusque complices, anathematizent, mihique ac successoribus meis obedientiam promittant.

Ista dum Imperatori placuissent: beatae martyris Symphorosae die, misit Imperator, cum electo & fratribus, Heinricum Ducem, generum suum, Cunradum Ducem, nepotem Heinrici V. Imperatoris, Ottonem consobrinum suum, omnesque Archiepiscopos, Episcopos, Comites, Duces, ac Romani Imperii Proceres. Cumque ad Papae tentorium appropinquassent: Cardinales occurrentes interrogabant; si filium Petri Leonis vanuere paratus esset. Quod cum ille annuisset, protinus electum in haec verba jurare fecerunt: Ego Rainaldus refuto & anathematizo omne schisma, & omnem haeresim, extollentem se adversùs sanctam & Apostolicam ecclesiam. Anathematizo etiam filium Petri Leonis, & Rogerium Siciliae Comitem, omnesque illorum complices: & obediens ero Domino Papae Innocentio, & successoribus Canonicè intrantibus. *Cumque Rainaldus in haec verba jurâsset: reliquos similiter jurare cogebant. Illi autem, patri Benedicto, ejusque successoribus se jurasse; atque ideo sacramentum se exhibere non posse, dicebant. Tunc Rainaldus, ex parte patris Benedicti ac sua praecepit ut obedientiam, quam B. Benedicto, ejusque successoribus sibique exhibuerant, Romano Papae promitterent. Sicque constricti fratres, quod electus ad Evangelia, hoc illi, juxta tenorem chartulae, in manus episcopi Hostiensis, juraverunt: adjectoque hoc insuper,* Quòd si Casinensis a Romanâ ecclesiâ divisa fuerit: ego in monasterio non remanebo; neque abbati obediam: salvâ Romani Imperii fidelitate.

Haec ubi ad Papae libitum impleta sunt, ab excommunicationis nexu absoluti, nudis pedibus ad Papae vestigia; deinde ad osculum, recepti sunt. Petrum verò Diaconum Innocentius ad se evocans, dixit: Praecipio tibi in virtute Spiritûs sancti; & per sacramentum, quod hodie mihi & successoribus meis praestitisti, te adjuro: ut, quacunque horâ literas vel nuntium meum acceperis, non habeas licentiam ultra remorandi; sed quamprimùm poteris, vestigiis Sedis apostolicae & Pontificis qui pro tempore fuerit, te repraesentare studeas. Nolo enim, ut pia Romana ecclesia inquietetur.

Post haec, Rainaldus ad Imperatorem deductus, & ab eo magno cum honore susceptus, cum fratribus inter Imperii Capellanos constitutus est. Nam, usque ad eam diem, Imperatoris obtutibus praesentatus non fuerat. A malevolis tamen in suspicionem adductus, singulari Papae livore, depositus est. Chronicon Casinense.*

SCHISMA INTER IMPERATOREM & PAPAM INNOCENTIUM II.

CUm se Salernitani Imperatori victorioso Lothario dederent: Papa indignè tulit, quòd Imperator eos suos esse assereret. Papa enim contendebat, eos sui juris esse. *Chronicon Casinense.**

SCHISMA MAGDEBURGICUM.

CIrca initium Imperii Lotharii, Magdeburgensis sedes vacans, tres simul inter Canonicos habuit procos. Quilibet enim istius sponsae amore ardebat. Lotharius tres istos rejicit; ac Nortbertum, qui in Burgundiâ novum Praemonstratensium ordinem excogitaverat. *Crantzius Metropolis.**

De exuviis Nortberti postea, inter Clericos majoris ecclesiae, & fratres S. Mariae, contentio gravis exoritur: (non de doctrinâ, de quâ nihil erant solliciti) quam quidem solus Imperator Lotharius potuit dirimere, qui cadaver fratribus S. Mariae attribuit, quia monachus extiterit. *Continuator Sigeberti.*

SUB CUNRADO SUEVO.

SCHISMA BAVARICUM INTER *Episcopum Ratisponensem & Ducem Bavariae.*

EXstincto Cunrado episcopo Ratisponensi, cives & sacerdotes Heinricum, Comitem a Wolfratshusen, non expectato consensu Heinrici Bavarorum Ducis, deligunt. Hanc autem rem iniquissimè fert Heinricus: moxque ad Caesarem properat, de tali contemtu sui conquesturus. Verùm novus Episcopus antevertit, Caesarisque suffragium anticipat. Mox & Juvaviam properat, ibique à Cunrado archiepiscopo inaugurationem consequitur: denique Pontificis Innocentii II. quoque votum maturè aucupatur. Is verò vicissim stipulatur: ut à monachis Heimeraniis, qui sunt Ratisponae, censum exigat, à Paschali II. ipsis impositum. hactenus enim detrectaverant solvere. Ut igitur Romano Praesuli rem gratam faceret Episcopus, abbatem Engelfridum, reluctantem istis exactionibus, deponit; monachos devovet, sacris interdicit. Cùm verò neque istis armis proficeret quicquam: Episcopus, jussu Innocentii II. Pontificis Romani, (scilicet ex merâ devotione, & profundo pecuniae contemtu) vi templum occupat; calices aureos comminuit; bullas, diplomata, privilegia, comburit; (ut hoc aucupio Pontifex Romanus, pro redemtione novarum chartarum, plus auri emungeret) plûmbea monumenta, reperta in sepulcro Bertholdi praesulis, liquefacit; fanum compilat.

Dux Bavariae, istam arrogantiam, & sacrilegam rapinam Episcopi, cernens; aliquâ ratione tam nefariis conatibus obviandum ratus, Episcopi praedia ac vicos devastat: arcem Stauff ad Danubium occupat. Episcopus vicissim contra Magistratum arma capit: arcem Stauff longâ obsidione premit. Sed Dux interveniens, cogit eum cum suis fugam capessere.

Partes autem Episcopi agunt ipsius cognati. Otho enim, Episcopi ex fratre nepos, Ducem praetereuntem Wolfratshusen, magnâ vi adoritur, fugatque, aliquot trucidatis. Deinde Heinricus, Bavariae Dux, Wolfratshusen valido exercitu petit. Episcopus non impigrè exercitum colligit; & passim in Bavariâ in auxilium vocat Proceres, quoscunque poterat: ut Lupoldum Austriacum, Fridericum Comitem à Bogen, Albertum ejus gentilem, aliosque plures. Cùm autem jam acies utrinque instructae essent; & Episcopus contra suum magistratum politicum esset pugnaturus: Otho à Witelsbach, qui non dederat fidem Episcopo in hoc bellico tumultu, Ducis exercitum speculatur; ac reversus episcopali exercitui

narrat.

* Li. 4. c. 10. & 6. 110. & seqq.

* Li. 4. c. 11.

* Lib. 6. c. 11.

narrat, quantis copiis sit instructus Dux; ipsos imparibus viribus congressuros: metumque quàm potest maximum injicit. Friderico à Bogen persuadet; ut secum in castra Ducis transeat, & supplex veniam petat. Idem Ottho à Wolfrathshusen, à socero persuasus, facit; seque suaque in potestatem Ducis tradens. Fridericus veniam impetrat: Ottho verò in exsilium, Ravenspurgum relegatur. Vicus Wolfrathshusen vastatur, & igne absumitur. Episcopus, exsutus præsidiis, à Duce pacem, traditâ Hohenburgensi præfecturâ, Oeno conterminâ, redimit. Hoc scilicet est aureo hamo piscari; & opes ecclesiæ in rapinas & bella distrahere! *Aventinus.**

* *l. 6.*

SCHISMA INTER DUOS Angliæ Episcopos.

SUb annum salutis 1140. gravis inter Cantuariensem, & Heinricum Wintoniensem, contentio de primatu exorta est. Ille enim, se ordinariam in hunc habere potestatẽ, jactitabat: hic verò, Romanæ legationis dignitate se efferebat. Turbatâ tandem universâ apud Anglos ecclesiâ, Romanum Pontificem adierunt; & quæstionem tantò gratiorem, quantò ponderosiorem, Romanis auribus intulerunt. Et alter quidem in causâ præstantior; neuter verò, nisi exhausto sacculo, reversus est. *Gulhelmus Neubrig.**

* *lib. 1. c. 10*

SCHISMA INTER REGEM Galliæ & Episcopos.

IN Alberici, Biturigum episcopi, locum, Papa Romanus Innocentius, invito Rege, Petrum quendam sufficit. Hinc schisma in Ecclesiâ exortum est. Petri partes Theobaldus Comes fovebat. Hoc porrò dissidium alio facinore augetur. Nam Radulphus, Viromanduorum Comes, legitimâ uxore repudiatâ, Petronellam, sororem Reginæ Leonoræ, aliquot episcopis comprobantibus, ducit uxorem.

Papa, misso legato, Episcopis interdicit sacris, Radulpho autem & Petronellæ, igni & aquâ. Rex, Theobaldo omnium istarum turbarum causam impingens, contra eum exercitum ducit: atque in unâ æde, quæ erat Victoriaci, mille-quingentos homines combussit.

Postea, facinoris atrocitatem cognoscentem & deplorantem, Bernhardus ità consolatur: ut, expeditione adversùs Turcas susceptâ, sanguine hostium suum reatum eluat. Hæc anno Domini 1141. accidère. *Paulus Aemylius* * *sub Ludovico juniore. Sigebertus.*

* *lib. 5.*

SCHISMA INTER LUCIUM II. Papam & Cives Romanos.

SEnatores Romani, sinè fine à tyrannis Pontificibus opprimebantur. Ita hic Lucius II. anno Domini 1145. non voce, ut pastorem decebat; sed armis, Senatores ad suam voluntatem cogere volebat. Itaque eos Capitolio obsidet, vimque intentat. Jordanes, Petri Leonis filius, eum vi arcet ac pellit. Infirmitate deinde correptus, fortè quia pro animi sententiâ non potuit subjugare Senatores, intra annum sui pontificatûs exspirat. Alii dicunt, quòd lapidum quorundam ictus è Capitolio exceperit. *Continuator Sigeberti, Onuphrius.* Peste necatum eum, *Stella* asserit.

Libet autem hic adscribere fontem rei; quem *Ottho Frisingensis* * clarissimè exponit. Romani, pertæsi tyrannidis perpetuæ Romanorum Pontificum; qui magistratum urbi imponebant, ac deponebant, pro suo arbitrio; ordini senatorio Patricium adjiciunt atque proponunt, antiquo more Romanorum: cui cæteri, tanquam gubernatori, parerent. Deinde, Pontificem rogant; ut omnia regalia, tam intra urbem, quàm extra, ad Patricii jura pertinentia, clementer restitueret: ipse verò, more antiquorum sacerdotum, de decimis tantùm atque oblationibus se sustentaret. Hęc reformatio prorsus intolerabilis erat istis pastoribus: neque id immeritò. Variabant autem adulatorum sententiæ: alii à Constantino, alii à Carolo Magno, ajebant Pontifici datam summam, in Senatores Romanos, obtinendi potestatem.

* *lib. 7. c. 31.*

SCHISMA INTER EUGENIUM III. & Cives Romanos.

ROmani, Eugenio creato in Pontificem, confirmationem suorum Senatorum petituri erant. Itaque subducit se-se ex ipsorum conspectu Pontifex cum Cardinalibus; atque in Farsensi cœnobio, apud Sabinos, inaugurationem suam perfici curat. Deinde contracto exercitu, Romanos ad petendam pacem cogit, eâ lege: ut in posterum Senatores Populi Romani ex suâ sententiâ deligerentur, & principatus Patriciatûs aboleretur. Sic scilicet magistratus sibi subjicit atque conculcat Pastor ille Romanus!

Postea verò ea violenta concordia non fuit diuturna. Malè igitur sibi metuens, Tibur navi elabitur; Romanis eum sagittis & armis insequentibus. Tandem verò restitutus, sed animi gratiâ Tibur egrediens, ibi diem suum postremum claudit. *Platina, Stella, Ottho Frisingensis.* * *Sigeberti Continuator* inquit, contra eum Romanos concitâsse Jordanem Patricium & Senatores, à quibus urbe pulsus, in Gallias fugerit.

* *lib. 7. c. 31*

SCHISMA IN Angliâ.

THrustino Eboracensi mortuo, Gulielmus, Stephano Regi propinquitate junctus, electus est. Sed Heinricus Murdacus, monachus Cisterciensis, affirmans eam electionem vitiosam esse, ab Eugenio Papâ sibi impetrat archiepiscopatum. Quem, reversum in Angliam, Stephanus Rex recipere noluit; nisi priùs, de fide sibi servandâ, juramento præstito. Regis exẽplum & cives imitati, Wilhelmi partibus, qui tum Wintoniæ exsulabat, magis favẽt. Indigniùs hæc ferens Heinricus, in totâ urbe sacros cultus inhibuit. Cæterùm Eustachius, Regis filius, fortè adveniens in urbem, sacra officia omninò celebrari, pro autoritate mandat, reluctantes verò quotcunque sacrificulos urbe expellit. Inter hasce turbas, seniori cuidam Archidiacono, à propinquis Wilhelmi, capto virilia amputata sunt. Tandem Heinrico post annos decem (vel, *ut Polydorus habet*, septem) mortuo, Wilhelmo locus honoris est concessus. *Gulhelmus Neubrig.** *Polydorus.**

* *lib 1. c. 17* * *lib 12.*

SUB FRIDERICO I.

SCHISMA DE TYRENSI Archiepiscopo.

VAcante Tyrensi ecclesiâ, Episcopi seu Suffraganei ejus ecclesiæ coëunt; ut de successore haberetur deliberatio. Sed votis eligentium in duas partes divisis, oritur schisma. Una pars Radulphum Cancellarium, virum quidem eruditum; sed nimis secularem, deligit: & huic favet Rex & Regina. Altera verò pars, in quâ erat Johannes Pisanus & Patriarcha, alium expetebant. Cancellarius, Regis ope, ecclesiam occupat biennium. Sed Adversarii rem ad Eugenium Papam referunt: qui Cancellarium dejicit. Sed postea, Hadriani Papæ operâ, in Bethlehem fit episcopus. Tyrensis ecclesia Petro, Priori dominici Sepulcri, committitur. *Tyrius.**

* *li. 16 c. 27*

DISSIDIUM INTER EPISCOPOS Verdensem & Bremensem.

HErmanno, Verdensi episcopo, quædam contentio erat cum Bremensi Hartuico, de possessionibus in palude, ubi sunt diœcesium ambarum termini. Litem verò diremerunt magni viri: qui, limitibus consideratis, pro Verdensi pronuntiarunt. cui attributa sunt prædia, de quibus orta erat dissensio, anno Domini 1148. *Crantzius in Metropoli.**

* *li. 6. c. 29*

SCHISMA DE EPISCOPATU Magdeburgensi.

MAgdeburgensi episcopo extincto, circa annum Domini 1152. alii Præpositum Gerhardum; alii Decanum elegerunt: nec potuerunt concordare. Fridericus igitur Imperator, in Saxoniâ existens, eâ de controversiâ consultus; ut Cicensem episcopum Guicmannum De-

canus

... eligant, per ... conce...

G... Pr... simus, de o... ro hon... e eede e... le... Romam ... currit, de ... nni ... oc... erels ... o en... Papa, occ... tu... ... int... upe... ofas ter... tera... uti... oemus.*

E... enim epifcopus, fervus fervorum Dei venera... bus fratres ... Ebechardo Salt... burgen... Artnico ... remenfi ... Hillino Tre... renfi, archiepifcopis ... erhardo Babenbergenfi, Hermanno Cã... ... Heinrico Bat... ... Ottboni ... ifingenfi, Conrado ... Daniels Pragenfi, Anshelmo Hamelburgenfi, ... Eiftadenfi, epifcopis, falutem & apoftolicam benedi... ... nobis ... quos ... caufa Magd... rgenfis ecclefia, veftra ... prudentia delegavit ... ta ... fufcepimus. In le... ... autem & cognitione ... s ... pro nimio & admiratio... ne repleti fumus, eo quod ... quam ... ex ... ... statui immineat, perfpeximus contineri. Cum enim in E... ... a vestra e fitu ex divina providentia conftituti, ut ... med... ... qua funt nostra, propediente quantitate debeatis attento C ftudio confervare in caufa ifta, ficut ex fuggeftione literarum ve... ... nobis innotuit, non quod expediat Eccle... Dei, quod fa... crorum Canonum fanctione concordet, quod exinde a cœlefti ar... bitrio approbetur, fed quod terrenum Principibus placeat, attendi... ... & quos eorum animos a fua minus recta debuiftis deflectere intentione, atq. ubi effet via Domini demonftrare, non perfuafi... ... quod rectum eft, nec ftetiftis murus pro domo Ifrael: quem immo ... ut ait Propheta) parietem adif... antibus, vos quod fine gran... ... rancore vix ducimus ... linivifti illum luto abfq, palea. Non ita ... princeps Apoftolorum, qui ex fide fua confeffio... ne, ut totius Ecclefia a fundamentum effet, accepit fed comminan... tibus fe ult ... & Apoftolis, fi prædicarent in nomine Jefu, mor... tu exterminium intentantibus, confifus de Domine virtute, re... fpendit: Oportet obedire Deo magis quàm hominibus. Si ... autem, ne à terrenis videamur Principibus diffentire, illis caufa ... avorem veftrum impenditis, eis & ecclefiaftica auctoritatu con... ftitutionis, & fuperna voluntatis examen, pro certo credatur ad... vitare. Cum enim translationes epifcoporum, fine manifefta utili... tatis & neceffitatis iudicio, divina legis oraculum non permit... tat, nimis etiam multo amplius, quam in aliis electionibus, cleri & E populi eis debeat prævenire concordia in faciendà translatione, de venerabili fratre noftro Gnicmanno, Ciconfi epifcopo, nihil ho... rum e ... Principum expectetur: & non infpecta ne... ... itate illius ec lefia, nec confiderata utilitate perfona, Clero nolente ... ex pacto maxima reclamante, in Ma... gdeburge... eum ducitis ecclefiam fupplantandum. Super quo tanto amplius admiramur quanto pe ... cujus gravitatem fit atq. ... a bunt ... agnovimus, ac periude, quantum ecclefia illi fit utilis, non penitus ignoramus. Quoniam igitur, quicunq, temporalis auræ flatu agitentur: nos, ut illius petra F foliditate fundati, quæ in fundamento meruit Ecclefia collocari, ... non debemus: ... nec velumus, omni vento circumferri do... ctrina; aut a factorum Canonum rectitudine, impulfu aliquo, deviare per præfentia vobis fcripta mandamus, quatenus caufa iftis favorem ulterius non præftetis & apud chariffimum filium no... ftrum Fridericum, quem Deus hoc tempore, pro fervanda liber... tate Ec... fia, in omnientiam regni invexit, efficere veftro ex... hortatio... ftuduatis ut & ipfe a fua ... per hoc intentione de... ... et, & contra Deum, contra facros Canones, contra regia digni... ... officium, eidem ... aretem fuum ulterius ... ecclefia Magdeburg... ... a ... e ... fiure ... ta Deo fibi ... tatem, quem voluerit, fecundum Deum ... relinquat. & elect... ... ad modum ... vatore fuo, ... et M... ... patur. Nos enim quod ... atre ... ur ... tione fuis ... ... adjutorem ... aliquatenus ... tra ... autem & ait ... non ... ftiones ... tis ... poffumus ... abire ... fum. Da... tum ...

De ... ... er ... m quo... ... ed eum ... ftur effent ...

... genem contentionem finiret. ... enti ... quæda ... tentans, quibus Imperator ... juffus eft in fuam te ... ram reverti: verùm in via ... m ... t.

Deinde imperator, mi ... sis ... & ... uicmanno, Ana... ... electionem ... comp... in ... eum ornavit: ... ... ingenfis dogo in Fridericus.*

SCHISMA D... E... ... O... ne ... epo ... ig... ur ... fit.

C... Ir ... ite ... antum ... omini ... nos ... ... ine ... de ele ... ... Ma... ... der... cus ... n ... perat ... Nau ... burg ... B... , eò tran ... ferr. Chronic... Magdeburgen... Sed Chronicon manu... fcriptum Saxonicum ait, ip... um Papam, Præpofitum Naum... burgenfem, Bartholdum eò colloca... e.

SCHISMA INTER PATRIARcham Hierofolymitanum & Fratres Hofpitales.

Raymundus Magifter domus Hofpitalis Hierofoly... mis, & fratres ejus ... Patriarchæ fe-fe oppofuerunt. Capita autem fuerunt ifta.

De prædiis fuis, alìifque bonis, quocunque jure ad fe de... volutis, ... cufarunt date decimas.

Ab aliis excommunicatos, receperunt in fuas ecclefias: ... gratis Cœnam Domini, & mortuis fepulturam, non de... negarunt.

... mpanarum fonitu populum ad facra & oblationes invitabant: & hac arte interei ... bant, quæ aliis ecclefiis de... bebantur, id quod erat ingrat ... ffimum.

Ante januas Ecclefiæ S. Refurrecti ... nis ædificia fubli... miora, quam ecclefia habebat ... e ... gebant. id quod ce... debat in contemtum ecclefiæ.

Patriarcha ad populum habente concionem, ipfi cam... panis talem edebant clangorem ... ut nemo poffet audire.

Sagittis miffis in eam ecclefiam, turbabant conventus & ... acta: quæ poftea in ... ecul... bi fufpenfæ fuerunt.

Hujus autem tanti mali, Papam ait Tyrius* caufam ef... fe: qui domum Hofpitalem è jurifdictione Patriarchæ e... mancipavit.

C... m autem Patriarcha, aliique Epifcopi, precibus & commonefactionibus apud ... Hofpitalarios nil ... obtine... rent: quia fu ... potent ... & muneri ... Papam Romanum ... unde ex ... bant n ... ... fe ... coëgit, Romam iter capeffere. Affum ... t igitur ... eum grandævus Patriarcha, Archiepifcopum Tyrenfem, Fridericum Acconenfem, Al... mafticum Sidonenfem, Balduinũ Cæfareenfem, Renerum Sebaftenfem, & Herbertum Tiberiadenfem. Tyrius.*

Ad Papam autem venientes, animadverrunt, eum alie... niori ab ipfis animo effe. Nam Hofpitalarii antecurrerant, muneribusque infiniti (ut Tyrius* loquitur) eum corrupe... rant: ita ut Papa Hadrianus ... quodam eos vitaret.

Tandem verò, cùm Patriarcha non pateretur ... torvis ad pedibus Papæ fe ... otelari, ... ut ... um autem utrinque ... m ... kos d... s ... ter ei ... er decertatum: ... ens ... a ... ha, Hofpital ... h ... ber ... aven ... ores ju... ... e ... ui ... euni & ... pe ... n ... ent: cum ... re ... Jumtuum ... icentia d ... ... ectus e... dem.*

SCHISMA D... PATRIARcha et ... o.

... atria ... à ... her ... m ... andrum m ... tuo ... ec ... e ... mi ... e ... tle ... t in... tione ... dre ... ... m ... t ... Acc ... ner ... e ... ... a ... tano ... p ... at ... yrius.

* Lib. 2. c. 6 & 8. 10.
* Lib. 18. c. 3
* Ibidem c. 6.
* cap. 7.
* cap. 8.
* Lib. 11. c. 20.

SCHISMA [illegible]

[illegible]

ANno Domini [illegible] B [illegible], re- [illegible] Ec- [illegible] et [illegible] *Appendix Mariani Scoti.* [illegible] *Chroni- [illegible] thbense.*

SCHISMA INTER HADRIANUM

Papam & Regem Siciliæ.

C[illegible] R[illegible] se unctio B[illegible] Cardinalius & B[illegible] nuittit [illegible] E[illegible] machinatione [illegible] Guilhelmu [illegible] & conces- [illegible] verò [illegible] animad- [illegible] eum placet. Hæc [illegible] Papæ vehementer ardebat: [illegible] ne acciperet. Interea [illegible] populanti: jamque A[illegible] & Salernitani [illegible] fecerant. Ne igitur præ- [illegible] excederet [illegible] Romanus contra Cardinalium [illegible], Guilhelmum sponte in gratiam recipit eum- que in utroque regno investit: hac recepta promissione quòd Romanam sedem perpetuo honore prosecuturus es- set. Sine Apuliæ seu Neapolitani Reges quotanni Pontifi- ci vectigal persolvere consueverunt. *Bergomensis.*

SCHISMA INTER HADRIANUM

Pontificem & Fridericum Imperatorem.

AMbitiosus Innocentius II. Papa Romanus, in muro quodam Romæ, imaginem suam splendidè ponti- ficalibus indutam, & sella residentem, depingi curaverat, Lotharium verò Imperatorem, ante se procumbentem in genibus, & manibus complicatis coronam Imperii susci- pientem. Hanc arrogantem picturam Fridericus ad pri- [illegible] in contumeliam omnium Imperatorum (id quod res erat) hanc picturam publicè esse propositam, censebat: sed [illegible] altum in corde dolorem. Postea & alius fomes incen- dii accessit, ut paulo post narrabimus. *Trithemius in Chron. Hirsaug.*

SCHISMA INTER OTTHO- *nem Frisingensem & Ducem Austriæ.*

RAtisponæ cùm esset Fridericus Imperator, contro- versias inter suos patruos, Otthonem Frisingensem, & Henricum Austriæ Ducem, germanum Otthonis fra- trem, componit. Arrogabat enim Dux sibi quædam præ- dia, ad ecclesiam pertinentia. *Radevicus.*

SCHISMA INTER PALATINUM *Rheni & Coloniensem.*

Dissidium fuisse inter Palatinum Rheni, & Reinol- dum Coloniensem, de arce Reineck, *Chronicon manu- scriptum* [illegible] *refert.*

SCHISMA INTER IMPERATOREM *Fridericum & Papam Hadrianum.*

HAdrianus [illegible] Cardinalibus duobus Ro[illegible] [illegible] perat [illegible] de [illegible] epis[illegible] mè ferebat Cæ- [illegible] eret quasi [illegible] Sed [illegible]

[illegible] *filio Friderico* [illegible] *tem &* [illegible] *be-* [illegible] *pla-* [illegible] *par* [illegible] *tua ad* [illegible] *ad-* [illegible] *tente*

quod [illegible] *tam perniciosi sceleris feritatem. Qualiter enim venerabilis frater noster* [illegible] *Lundonensis archiepiscopus dum a sede apostolica* [illegible] *quibusdam* [illegible] *&* [illegible] *custodiâ teneatur qualiter* [illegible] *apud* [illegible] *imperatam* [illegible] *gladiis violenter exar*[illegible] *quam turpiter at*[illegible] *tra*[illegible] *dò cogn*[illegible] *atq;* [illegible] *tanti* [illegible] *perve*[illegible] *bona* [illegible] *malediction* [illegible] *bonorum ellex* [illegible] *impiorum* [illegible] *conterere* [illegible] *Tu* [illegible] *ad ipsum ita* [illegible] *quare* [illegible] *commu*[illegible] *quia* [illegible] *statem* [illegible] *invenire* [illegible] *& negligentia* [illegible] *amus.* [illegible] *quo Se*[illegible] *conscie*[illegible] *per* [illegible] *tuam* [illegible] *& specialis* [illegible] *Christian*[illegible] *quem in A- postolicum* [illegible] *per D*[illegible] *tuum sinceræ semper* [illegible] *charitatis, & debitæ tractavimus benignitatis affectu. Debes enim, gloriosissime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter, & quam jocunde, alio anno mater tua, sacrosancta Romana ecclesia, te susceperit; quanta cordis affectione tractaverit; quantam tibi dignitatis plenitudi- nem contulerit & honoris; & qualiter Imperialis insigne coronæ libentissimè conferens benignissimo gremio suo, tuæ Sublimita- tis apicem studuerit confovere: nihil prorsus efficiens, quod regiæ voluntati vel in minimo cognosceret obviare. Neq; tamen pœni- tet nos desideria tuæ voluntatis in omnibus implevisse: sed, si ma- jora beneficia Excellentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset; considerantes quanta Ecclesia Dei, & nobis, per te incre- menta possint & commoda provenire, non immeritò gauderemus. Nunc autem* [illegible] *immensum facinus, quod in commune* [illegible] *& Imperii tui* [illegible] *etiam com- missum, negligere* [illegible] *dissimulare* [illegible]*: suspicamur utiq; ac ve- remur,* [illegible] *te in hanc dissimulationem & negligentiam, prop- ter hoc tuus animus sit inductus, quod suggestione perversi homi- nis* [illegible] *zizania seminantis, adversùs clementissimam matrem tu- am sacrosanctam Romanam ecclesiam, & nos ipsos, indignationem* [illegible] *conceperis vel rancorem. Ob hoc igitur, & ob alia* [illegible] *quæ cognoscimus imminere, duos de me- lioribus & charioribus* [illegible] *quos circa nos habemus, dilectos scilicet fi- lios nostros Bernhardum S. Clementis Presbyterum, Rolandum* [illegible] *Marci Presbyterum-Cardinalem, & Cancellarium nostrum, viros utiq; religione, prudentiâ, & honestate conspicuos, Sereni- tati tuæ de latere nostro ad præsens duximus destinandos: Excel- lentiam tuam rogantes attentius, quatenus eos tam honorificè, quàm benignè recipias, honeste tractes & ea quæ ipsi super hoc, & super aliis, ad honorem Dei & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, ad decus etiam & exaltationem Imperii pertinentia, ex parte no- stra* [illegible] *Imperatoriæ proposuerint dignitati, sicut ab ore nostro pro- deunt,* [illegible] *ulla* [illegible] *suscipias, & eorum verbis, tanquam* [illegible] *nos proferre* [illegible] *non dubites adhibere.*

Jam & [illegible] est adjicere [illegible] Radevi*cus* per[illegible] modè na[illegible] Tal[illegible] lecti[illegible] Cancellarium [illegible] ne, diligente [illegible] et [illegible] ne [illegible] & [illegible] Pr[illegible] rantes [illegible] R[illegible] & [illegible] mansuetus Imperato[illegible] Romanæ per[illegible] me. At[illegible] ac[illegible]

[illegible] veranti[illegible]bis, & [illegible] Italicum, [illegible] Pontificum Reges [illegible] hactenus possedisse, idque non solùm dictis, sed & scriptis atque picturis, repræsentare, & ad posteros transmittere. Unde de Imperatore Lothario, in Palatio Lateranensi, super hujusmodi picturam scriptum est:

Rex venit ante fores, jurans priùs Urbis honores:
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Talis pictura, talisque superscriptio, Principi, quando alio anno circa urbem fuerat, per fideles Imperii delata, cùm vehementer displicuisset, amicâ priùs invectione præcedente, laudamentum à Papâ Hadriano accepisse memoratur, ut & scriptura pariter atque pictura talis de medio tolleretur: ne tam vana res, summis in Orbe viris, litigandi & discordandi præbere posset materiã. His omnibus in unũ collatis, cùm strepitus & turba, inter optimates regni, de tã insolitâ legatione, magis ac magis invalesceret, quasi gladium igni adderet: dixisse ferunt unum de Legatis, *A quo ergo habet, si à Domino Papa non habet Imperium?* Ob hoc dictum eò processit iracundia; ut unus eorum, videlicet Otto Palatinus Comes de Bajoariâ, (ut dicebatur) propè exserto gladio cervici illius mortem intentaret. At Fridericus, autoritate præsentiæ suæ interpositâ, tumultum quidem cõpescuit: ipsos autem Legatos, securitate donatos, ad habitacula deduci, ac primo manè viâ suâ proficisci præcepit: addens in mandatis, ne hâc vel illâc, in territoriis episcoporum seu abbatũ vagarentur: sed rectâ viâ, nec ad dextram, nec ad sinistram declinantes, reverterentur ad Urbẽ. Ipsis itaque sinè efficaciâ revertentibus, id, quod factũ fuerat ab Imperatore, per universum regni ambitum providè literis declaratur: quarum hic tenor fuit. *

apud Radevic. l. 1. c. 9. & 10.

Cùm divina potentia, à quâ omnis potestas in cœlo & in terrâ, nobis Christo ejus regnum & imperium commiserit, & pacem ecclesiarum Imperialibus armis conservandam ordinaverit: non sine maximo dolore cordis conqueri cogimur Dilectioni vestræ, quòd à capite S. Ecclesiæ, cui Christus pacis & dilectionis suæ characterem impressit, causa dissensionum, seminariũ malorum, pestiferi morbi venenum, manare videntur: de quibus, nisi Deus avertat, totum corpus Ecclesiæ commaculari, unitatem scindi, inter regnum & sacerdotium schisma fieri, pertimescimus. Cùm enim nuper in Curiâ Bisuntii essemus, & de honore Imperii, & salute Ecclesiarum, debita sollicitudine tractaremus venerunt Legati apostolici, asserentes, se talem Legationẽ nostræ afferre Majestati, unde honor Imperii non parvum acciperet incrementum. Quos cùm primâ die adventûs sui honorificè suscepissemus, & secunda, ut mos est, ad audiendum legationem eorum, cum Principibus nostris consedissemus: ipsi, quasi de Mammonâ iniquitatis inflati, de altitudine superbiæ, de fastu arrogantiæ, de execrabili tumidi cordis elatione, legationem, Apostolicis literis conscriptam, nobis præsentarunt; quarum tenor talis erat: Quia præ oculis mentis semper deberemus habere, qualiter Dominus Papa insigne Imperialis coronæ nobis contulerit; neque tamen pœnitentiâ moveretur, si majora Excellentia nostra ab eo beneficia suscepisset. *Hæc erat illa paterna dulcedinis legatio: quæ unitatem Ecclesiæ & Imperii confovere debuit; quæ vinculum pacis utrumq; colligare studuit; quæ ad utriusque concordiam & obedientiam animos audientium allexit. Certè ad vocem illam nefandam, & omni veritate vacuam, non solùm Imperialis majestas debitam indignationem concepit: verùm omnes Principes, qui aderant, tanto furore & irâ sunt repleti, quòd sinè dubio illos duos iniquos Presbyteros mortis sententiâ damnassent, nisi hoc nostra intercepisset præsentia. Porrò, quia multa paria apud eos literarum reperta sunt, & schedulæ sigillatæ, ad arbitrium earum adhuc scribendæ quibus, sicut hactenus consuetudinis eorum fuit, per singulas Ecclesias Teutonici regni, conceptum iniquitatis suæ virus conspergere, altaria denudare, vasa domus Dei asportare, cruces excoriare nitebantur: ne ultra procedendi facultas eis daretur, eadem, quâ venerant, viâ, ad Urbẽ eos redire fecimus. Cumq; per electionem Principum, à solo Deo regnum & Imperium nostrum sit, qui in passione Christi, Filii sui, duobus gladiis necessariis regendum orbem subjecit: cumq; Petrus Apostolus hac doctrina mundum informaverit,* Deum timete, & Regem honorificate: *quicumq; nos Imperialem coronã, pro beneficio, à Domino Papa suscepisse dixerit, divinæ institutio*[illegible] *rum, contrarium est, & mendacii reus erit. Quia* [illegible] *honorem ac libertatem Ecclesiarum, quæ jam diu indebitæ servitutis jugo depressa est, à manu Aegyptiorum studuimus eripere, & omnia eis dignitatum suarum jura cõservare intendimus: universitatẽ vestram, super tanta ignominiâ, nobis & Imperio condolere rogamus; sperantes ne honorem Imperii, qui à constitutione urbis, & Christianæ religionis institutione, ad vestra tempora gloriosus & imminutus exstitit, fides vestræ indivisa sinceritas, tam inauditâ novitate, tam præsumptuosâ elatione, minui patiatur: sciens, omni ambiguitate remota quod mortis periculum ante vellemus incurrere, quàm nostris temporibus tantæ confusionis opprobrium sustinere.*

Reversi domum Legati pontificii graviter de injuriis Cæsaris, deque suis periculis, querentur, multi in super additis mendaciis ut Papæ ad ultionem faces subderent. Clerus verò Romanus, his auditis, non-sinu[illegible] ea animo accepit. Pars enim, irati Legatis, imprudentiam & fastu ipsorum accusabant, eò quod Imperatoris tamen debita reverentia rationem habendam esse censerent: pars verò in verba Papæ concedebant, fremitusque augebant.

Papa igitur Alemanniæ Præsules instigat; ut Imperatorem ad pœnitentiam adigant. Literæ pontificiæ sunt ejusmodi. *Quoties aliquid in Ecclesia, contra honorem Dei, & salutem fidelium, attentatur; fratrum & coepiscoporum nostrorum, & eorum præcipuè, qui spiritu Dei aguntur, cura debet exsistere: ut ea, quæ malè gesta, gratam Deo correctionem debeant invenire. Hoc autẽ tempore, quod absq; nimio mœrore non dicimus, charissimus filius noster Fridericus, Romanorum Imp. tale quid egit, quale temporibus antecessorum suorum non legimus perpetratum. Cum enim nos duos de melioribus fratribus nostris, Bernhardum titulo S. Clementis, & Rolandum Cancellarium nostrũ, titulo S. Marci, Presbyteros-Cardinales, ad ipsius præsentiam misissemus: ipse, cùm primum ad ejus præsentiam pervenerunt, alacriter visus est eos recepisse. Sequenti verò die, cùm redirent ad eum; & literæ nostræ in ejus auribus legerentur, acceptâ occasione cujusdam verbi, quod ipsarum literarum series continebat; Insigne videlicet coronæ beneficium tibi contulimus; in tantam animi commotionem exarsit, ut convitia, quæ in nos & nostros Legatos dicitur conjecisse, & quam-inhonestè ipsos à præsentiâ suâ recedere, ac de terrâ suâ velociter exire compulerit, & audire opprobrium, & lamentabile sit referre. Eis autem ab ejus præsentia excedentibus facto edicto, ne aliquis de regno vestro ad Apostolicam sedem accedat, per omnes fines ejusdem regni custodes dicitur posuisse; qui eos, qui ad Apostolicam sedem venire voluerint, violenter debeant revocare. Super quo facto licèt aliquantùm perturbemur: ex hoc tamen in nobis ipsis majorem consolationem accipimus, quod ad id, de vestro & Principum consilio, non processit. Unde confidimus, eum à sui animi motu, consilio & persuasione vestrâ facilè revocandum. Quocirca, fratres, quoniam in facto non solùm nostra, sed vestra, & omnium Ecclesiarum, res agi dinoscitur: Charitatem vestram monemus, & exhortamur in Domino, quatenus opponatis vos murum pro domo Domini; & præfatum filium nostrum, ad viam rectam, quam-citius reducere studeatis: attentissimam sollicitudinem adhibentes, ut à Rainaldo Cancellario suo, & Palatino Comite, qui magnas blasphemias in præfatos Legatos nostros, & matrem vestram sacrosanctam Romanam ecclesiam, evomere præsumpserunt, talem & tam evidentem satisfactionem faciat exhiberi: ut, sicut multorũ aures amaritudo sermonis eorum offendit; ità etiam satisfactio multos ad viã rectam debeat revocare. Non acquiescat idem filius noster cõsiliis iniquorum: consideret novissima & antiqua: & per illam viam incedat: per quam Justinianus, & alii catholici Imperatores, incessisse noscuntur. Exemplo siquidem & imitatione illorũ, & honorẽ in terris, & felicitatem in cœlis, sibi poterit cumulare. Vos etiam, si eum ad rectam semitam reduxeritis: & B. Petro, Apostolorum principi, gratum rependetis obsequium; & vobis, & ecclesiis vestris, conservabitis libertatem. Alioquin noverit antè dictus filius noster, ex admonitione vestrâ, noverit ex promissionis evangelicæ veritate quod sacrosancta Romana ecclesia, super firmissimam petram, Deo collocante fundata, quantocumq; verborum turbine quassatur, in suâ firmitate protegente Domino, in seculum seculi permanebit. Nec autem, sicut nosti, decere eum, tam arduam viam absq; vestro consilio attentasse. Unde credimus, quòd auditis admonitionibus vestris, facilimè poterit ad*

fugem famem studeat, ut vir discretus, & imperator catholicus, revocare.

Sed masculè respondent Episcopi Alemanniæ: *Quamvis sciamus, & certissimum, quòd Ecclesiam Dei, fundatam super firmam petram, neque venti, neque flumina tempestatum possint dejicere: nos tamen infirmiores & pusillanimes, si quando hujusmodi contigerint impetus, concutimur & contremiscimus. Inde nimirum graviter conturbati sumus, & conterriti super his, quæ inter vestram Sanctitatem, & filium vestrum devotissimum, Dominum nostrum Imperatorem, magni mali, nisi Deus avertat, seminaria pullulatura videntur. Equidem a verbis illis, quæ in literis vestris continebantur, quas per nuncios vestros prudentissimos & honestissimos dominum Bernhardum, & Dominum Rolandum Cancellarium, venerabiles Presbyteros-Cardinales misistis, commota est universa Respublica Imperii nostri: aures Imperialis potentiæ ea patienter audire non potuerunt, neque aures Principum sustinere: omnes ita continuerunt aures suas, quod nos, salva gratia vestra, sanctissime pater, ea tueri, propter sinistram ambiguitatis interpretationem, vel consensu aliquo approbare, nec audemus, nec possumus, eo quòd insolita & inaudita fuerunt, usque ad hæc tempora. Literas autem, quas nobis misistis, debita cum reverentia suscipientes & amplectentes, commonuimus filium vestrum, Dominum nostrum Imperatorem, sicut jussistis: & ab eo responsum, Deo gratias, accepimus tale, quale decebat catholicum Principem, in hunc modum. Duo sunt, quibus nostrum regi oportet Imperium: Leges sanctæ Imperatorum, & usus bonus prædecessorum & patrum nostrorum. Istos limites Ecclesiæ, nec volumus præterire, nec possumus: quicquid ab his discordat, non recipimus. Debitam patri nostro reverentiam libenter exhibemus. liberam Imperii nostri coronam, divino tantùm beneficio adscribimus. electionis primam vocem Moguntino archiepiscopo, deinde, quod superest, cæteris secundum ordinem Principibus, recognoscimus: regalem unctionem Colonensi, supremam verò, quæ Imperialis est, summo Pontifici. Quicquid præter hæc est, ex abundanti est, a malo est. Cardinales, in contemptum dilectissimi & reverendissimi patris nostri & consecratoris, a finibus terræ nostræ non coegimus exire: sed cum his, & pro his, quæ & scripta & scribenda ferebant, in dedecus & scandalum Imperii nostri, ultra eos procedere passi noluimus. Introitum & exitum Italiæ, nec clausimus edicto, nec claudere aliquo modo volumus, peregrinantibus, vel pro suis necessitatibus rationabiliter, cum testimonio episcoporum & prælatorum suorum, Romanam sedem adeuntibus. Sed illis abusionibus, quibus omnes Ecclesiæ regni nostri gravatæ ac attenuatæ sunt, & omnis pene claustralis disciplina emortua & sepulta, obviare intendimus. In capite Orbis, Deus per Imperium exaltavit Ecclesiam: in capite Orbis, Ecclesia, non per Deum, (ut credimus) nunc demolitur Imperium. A pictura cœpit, ad scripturam pictura processit, scriptura in autoritatem prodire conatur. Non patiemur, non sustinebimus: coronam antè ponemus, quàm Imperii coronam una nobiscum sic deponi consentiamus. Picturæ deleantur, scripturæ retractentur: ut inter regnum & sacerdotium æterna inimicitiarum monumenta non remaneant. Hæc & alia, utpote de concordia Rogerii & Guilhelmi Siculi & aliis, quæ in Italia facta sunt, conventionibus, quæ ad plenum prosequi non audemus, ab ore Domini nostri Imperatoris audivimus. Absente autem Palatino Comite, & in præparatione expeditionis in Italiam præmisso, a Cancellario, ibidem adhuc præsente, aliud non audivimus, nisi quod humilitatis erat & pacis: præter quòd eis, pro periculo vitæ quod a populo imminebat, pro viribus suis adstiterit, omnibus qui ibi aderant, hujus rei testimonium ei perhibentibus. De cætero Sanctitatem vestram suppliciter rogamus, & obsecramus, ut nostræ parcatis infirmitati: & magnanimitatem filii vestri, sicut bonus pastor, lenitatis scriptis vestris, scripta priora suavitate mellita dulcorantibus, quatenus & Ecclesia Dei tranquilla devotione lætetur, & Imperium in sua sublimitate statu glorietur, ipso mediante & adjuvante, qui mediator Dei & hominum factus est, homo Jesus Christus.*

Cum autem Legatos Imperator in Italiam mitteret, retinendi in officio quarundam civitatum gratia, & ut Græcos, [illegible] Anconæ morabantur, exigerent: quam quidem rem feliciter peregerunt, Papa Hadrianus Legatis Imperatoris Heinricum & Hyacinthum [illegible] ... [illegible] ... & non [illegible] sicut præ[illegible]ferunt, Papæ [illegible] ritas [illegible] remissiores factas esse.

[illegible] super & Imperatori Friderico, [illegible] Augustam usque, Legatos, quantâ potest celeritate, mittit: quibus ille reverenter exceptis, jubet causam adventus exponere. Illi reverenter ac demisso vultu, voceque modesta, sic orare incipiunt: *Præsul sanctæ Romanæ ecclesiæ vestræ Excellentiæ devotissimus in Christo Pater, salutat vos, sicut charissimum & specialem sancti Petri filium. Salutant etiam vos venerabiles fratres nostri, clerici autem vestri, universi Cardinales, tanquam Dominum & Imperatorem Urbis & Orbis. Quanta dilectione sancta Romana ecclesia, amplitudinem & honorem Imperii vestri amplectatur; quam sine conscientia peccati, vestram satis invita sustinuerit indignationem, & scripta præsentia, & in ore nostro posita viva vocis officium declarabit.*

Post hæc verba literas offerunt: quæ venerabili Othoni, Frisingensi episcopo, ad legendum, simul & interpretandum, datæ sunt, viro utique, qui singularem habebat dolorem, de controversia inter regnum & sacerdotium. Exemplar literarum hoc est. *Ex quo universalis Ecclesiæ curam, Deo, prout ipsi placuit, disponente, suscepimus, ita in cunctis negotiis Magnificentiam tuam honorare curavimus: ut de die in diem animus tuus magis ac magis, in amore nostro & veneratione sedis Apostolicæ, debuisset accendi. Unde sine grandi admiratione non ferimus: quod cum, audito ex suggestione quorundam, animum tuum aliquantulùm contra nos fuisse commotum, duos de melioribus & majoribus fratribus nostris, Rolandum scilicet Cancellarium titulo S. Marci, & Bernhardum titulo S. Clementis, Presbyteros-Cardinales, qui pro tuæ Majestatis honore, in Romana ecclesia, soliciti semper exstiterant, pro voluntatis tuæ cognitione, ad tuam præsentiam destinavimus. aliter, quàm Imperialem decuerit honorificentiam, sunt tractati. Occasione siquidem cujusdam verbi, quod est* Beneficium, *tuus animus, sicut dicitur, est commotus: quod utique, nedum tanti viri, sed nec cujuslibet minoris, animum meritò commovisset. Licet enim hoc nomen, quod est* Beneficium, *apud quosdam in alia significatione, quam ex impositione habeat, assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam nos ipsi posuimus, & quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen, ex Bono & Facto est editum: & dicitur Beneficium apud nos, non feudum, sed bonum factum. In qua significatione, in universo sacræ Scripturæ corpore invenitur: ubi ex beneficio Dei, non tanquam ex feudo, sed velut ex benedictione & bono facto ipsius, gubernari dicimur & nutriri. Et tua quidem Magnificentia liquidò cognoscit, quòd nos ita bene & honorifice, Imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus: ut bonum factum valeat ab omnibus judicari. Unde, quod quidam verbum hoc, & illud scilicet,* Contulimus tibi insigne Imperialis coronæ, *a sensu suo nisi sunt ad alium retorquere: non ex merito causæ, sed de voluntate propria, & illorum suggestione, qui pacem Regni & Ecclesiæ nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum,* Contulimus, *nil aliud intelleximus: nisi quod superius dictum est, Imposuimus. Sanè, quod postmodum personas ecclesiasticas, a debita sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ visitatione (ut dicitur) revocare jussisti: si ita est, quam inconvenienter actum sit, tua, fili in Christo charissime, Discretio, (ut credimus) recognoscit. Nam, si aliquid apud nos amaritudinis habebas, per nuncios & literas tuas nobis fuerat intimandum: & nos honori tuo curavissemus, sicut filii charissimi, providere. Nunc igitur, quoniam ad commonitionem dilecti filii nostri, Heinrici Bojariæ & Saxoniæ Ducis duos de fratribus nostris, Heinricum titulo S. Nerei & Achillei, & Hyacinthum S. Mariæ in Cosmedin, Diaconos Cardinales, prudentes siquidem & honestos viros, ad tuam præsentiam destinavimus: Celsitudinem tuam monentes, & hortantes in Domino, quatenus eos bene & benigne recipias: & quod ab eis, ex parte nostra tuæ Magnificentiæ fuerit intimatum, a sinceritate cordis nostri noverit tua Excellentia processisse: ac per hoc cum eisdem filiis nostris, mediante jam dicto filio nostro Duce, ita Celsitudo tua studeat convenire, ut inter te, ac matrem tuam sacrosanctam Romanam ecclesiam, nullum discordiæ seminarium debeat remanere.*

Imperator au[illegible] lectisque literis, mitem ac clementem [illegible] exhibet: simulque capita quæ [illegible] emendationem [illegible] postulantia, exhibet. [illegible] pro[illegible] Papæ [illegible] Cæsaris benevolentiam deprec[illegible] [illegible] eum [illegible] aliud nisi ut suus honor [illegible] dignitas excellentiæ & [illegible] stas Imperii R[illegible] [illegible]ter

consistat. Cæsar & suam Papę clementiam pollicetur. Hoc pacto Legati, regiis muneribus affecti, Papæ & clero gratum, de pacato Cæsare, nuntium perferunt. *Radevicus.**

Lib. 2. c. 31. 32. 33.

SCHISMA ALIUD, INTER IMPERATOREM FRIDERICUM, & HADRIANUM PAPAM.

HAdrianus Papa causam, adversùs Imperatorē Fridericum, veteratoriè quærebat; oblitus transactionis, quæ Augustæ facta fuerat. Ad eam verò turbam, habebat quosdam instigatores, magistros improbos. More itaque fedifragorum, denuò suorum nuntiorum injuriæ meminit: eorumque, qui pro colligendo fodro missi fuerant, insolentiam, & gravamen suorum Castellanorum, accusat; ac querelas, de ingratitudine Imperatoris, movet.

Audiens itaque, regalia Principi, tā ab episcopis & abbatibus, quàm à civitatibus & proceribus, esse recognita, literas ad eum mittit: verbis quidem lenitatem præ se ferentibus; sed acrimoniâ refertis. Imperator, indignè ferēs acerbitatem, & postea magis irritatus, quòd sibi petenti, ut Comitem Blanderatensem, electum Ravennatensem, cōfirmaret, semel atque iterum denegaret: paulò gravius vicissim Papæ respondet; & veterem scribendi morem revocaturus, suum nomen Pontifici præponit, & dictionibus utitur singularia numeri. Ea verò res, ambitioso Papæ intoleranda videtur contumelia: &, ut se probè ulcisceretur, Mediolanensem, & alias civitates, ad defectionē hortatur: ut videas, quàm pacificus spiritus in hoc Papâ habitarit. Hæc facta sunt anno 1158. *Ursbergensis sic scribit*. Refert supradictus scriptor Cremonensis, videlicet Johannes sacerdos; quòd supra-dictis testimoniis bonorum virorum didicerit, qui interfuerunt: quòd illa conspiratio cum Apostolico Hadriano, juramentis adeò firmata sit; ut nullus ab altero recedere posset, vel Imperatoris gratiam sinè omnium consensu requirere. Quòd-si mortuus esset Papa ille, de numero conspiratorum alium eligerent Cardinales. Sanè Deus, qui per os Psalmistæ David clamavit, contra excommunicationem Papæ, per pecuniam corrupri, declaravit illud propheticum esse verum: * *Maledicent illi; & tu benedices. Qui insurgunt in me, confundantur: servus autem tuus lætabitur.* Cujus versus tres articuli, in hoc negotio evidentissimè sunt adimpleti. Primum autem articulum, de maledictione seu benedictione Dei, ipsi Deo relinquamus: cęterùm ex duobus consequentibus constabit, primum non ex Deo; sed ex Diabolo processisse. Ut enim adimpleretur illud propheticum, *Qui insurgunt in me, confundantur*: factum est, ut, cùm præfatus Hadrianus, apud Anagniam, denuntiaret excommunicationem contra Imperatorem, paucis diebus evolutis, cœpit procedere, refrigerandi gratiâ, cum suis: cumque venisset ad quendam fontem, hausit de potu illius; & continuò (ut dicitur) musca os ejus introvit, & gutturi ejus adhæsit: nulloq; artificio Medicorum avelli potuit, quoadusque spiritum exhalaret.

Psal. 109. 28.

SCHISMA MONASTICUM.

PEtro Cluniacensium abbate rebus humanis exemto, tumultuaria quâdam electione, Robertus Grossus, Comitis Flandriæ cognatus, creatur abbas. Hunc ei honorem alii invidentes, ad Romanum Præsulem deferunt. Itaque dejecto Roberto, Hugo, Prior ejus cœnobii, subrogatur, circa annum Domini 1158. *Sigeberti Continuator.*

SCHISMA NOVUM INTER FRIDERICUM IMPERATOREM & HADRIANUM PAPAM.

RIdiculum certamen, inter Papam Hadrianum, & Fridericum Imperatorem, visum est adjicere: ut videas vanissimam Pontificum Romanorum arrogantiam, & oppressionem Magistratuum [illegible]. Veniens Fridericus ante urbem Romam, evocat Hadrianum, cum [illegible] de sui coronatione collocuturus. Quid verò ib[i] acciderit, audi. Bambergensis e[piscopus] [illegible] sic ur[illegible] quit: *Honorabilem Sanctitatem tuam [illegible] Apostolice Pontifex, sicut jam-dudum sitienter d[illegible] [illegible] lætanter suscepimus gratias [illegible] Deo, qui nos deduxit & adduxit in bu[illegible] [illegible] tione tua dignos fecit. [illegible] pater,* quia omnis hæc Ecclesia, de finibus Orbis propter honorem regis collecta, adduxerunt Principem suum ad tuam Beatitudinem, provehendum ad culmen Imperialis honoris, virum nobilitate generis conspicuum, animi providentiâ instructum, victoriis felicem, præterea etiam in his, quæ ad Deum pertinēt, præpollentem, observatorem sanæ fidei, amatorem pacis & veritatis, cultorem sanctæ Ecclesiæ; super omnia verò sanctæ Romanæ ecclesiæ, quam amplexatur ut matrem, nihil negligens eorum, quæ ad honorem Dei, & Apostolorum principis, exhibenda majorum jubet traditio. Dat hunc rei credulitatem humilitas nunc exhibita. Enimverò, venientem ta suscepit intrepidus; & applicitus sanctissimis vestigiis tuis, fecit ea, quæ justa sunt. Restat ergo, domine pater, ut & tu circa ipsum peragas ea, quæ tua sunt: ut ea, quæ de plenitudine culminis Imperialis ei desunt, per Dei gratiam tuo opere suppleantur.*

Ad hæc dominus Papa respondit: *Verba sunt, frater, quod loqueris. Dicis, Principem tuum condignam beato Petro exhibuisse reverentiam. Sed beatus Petrus magis videtur inhonoratus. Deniq;, cùm dextram deberet tenere strepam, tenuit sinistram.*

Hæc cùm per interpretem Regi nuntiata fuissent; humiliter ait: *Dicite ei, quia defectus hic non fuit devotionis; sed scientiæ. Non enim tenendis strepis magnoperè studium dedi. Enimverò ipse, ut memini, primus est, cui tale obsequium dependi.* Cui Dominus Papa: *Si, quod facilimum fuit, propter ignorantiam neglexit: qualiter putatis expediet maxima?* Tunc Rex, aliquantisper motus, ait: *Vellem meliùs instrui, unde mos iste inoleverit: ex benevolentia, an ex debito? Si ex benevolentia: nihil causæ iri habet dominus Papa, si vacillaverit obsequium, quod de arbitrio, non de jure subsistit. Quòd-si dicitis, quia ex debito primæ institutionis, hæc reverentia debetur principi Apostolorum: quid interest inter dextram strepam & sinistram; dummodò servetur humilitas, & curvetur Princeps ad pedes summi Pontificis?*

Diu itaque acriterque disputatum est. Postremò discesserunt ab invicem, sinè osculo pacis. Timentes ergo ii, qui columnę regni esse videbantur, ne fortè rebus infectis frustra laborassent; multa persuasione vicerūt cor Regis, dominum Papam revocare in castra. Eum verò redeuntem, suscepit Rex integrato officio. Omnibus autem exhilaratis, & conventioni adgaudentibus, dixit dominus Papa: *Adhuc superest, quod facere debeat Princeps vester. Requirat beato Petro Apuliam, quam Wilhelmus Siculus per vim possidet. Quo facto, veniat ad nos coronandus.* Responderunt Principes, dicentes: *Diu est, quo sumus in castris: & tu dicis, tibi Apuliam requiri, & sic demum ad consecrationem veniri? Dura sunt hæc, & supra vires nostras. Quin potiùs impleatur opus consecrationis; ut pateat nobis reditus patriæ, respiremusq; paululùm de labore: postmodum expeditis redibimus, expletur, quod nunc faciendum restat.* Moderante ergo Deo, sub quo curvantur, qui portant Orbem, cessit Apostolicus; & assensus est postulationi Principum. Factâque concordiâ, assederunt in consilio, securi de introitu Urbis, & cavendis insidiis Romanorum. *Helmoldus.**

cap. 81.

SCHISMA INTER HEINRICUM LEONEM, & ARCHIEPISCOPUM BREMENSEM HARTWICUM.

IN locum defuncti Vicelini in Slaviâ, Heinricus Leo, concordante clero, episcopum Aldenburgensem delegit Geroldum, Scholæ magistrum in Brunswico. Archiepiscopus autem Bremensis, assentiri nolens, arte moras nectit: hoc enim agebat, ut alium sibi chariorē deligeret. Verùm Heinricus Leo, delectum episcopum secum Romam adducit: erat enim in exercitu Friderici Imperatoris. Primùm autem Dux, rogans Hadrianum, ut suum electū consecreret in Aldenburgensem episcopum, repulsam fert. Papa enim, per literas Hamburgensis episcopi, erat præmonitus; ne quid contra Metropolitanum faceret. Eam igitur ob causam, ad Metropolitanum causa rejicitur. Postea, cùm Leo suis virtutibus inclaresceret, forti manu erumpentes Lateranenses ex urbe Româ reprimēs: Papa, vel metu territus, vel admiratione virtutis adductus, ultrò mittit ad Heinricum, se electum ipsius consecraturum esse: idque postridie præstitit. Postea & Bremensi Geroldus est reconciliatus. *Helmoldus.**

cap. 80. 81. 83

SCHISMA INTER FRIDERICUM Imperatorem, & Salisburgensem Albertum.

ERat patruus Imperatoris Friderici, Albertus, electus in Salisburgensem episcopum. Sed is detrectabat regalia ab Imperatore requirere; ut Gurcensis episcopus in suâ quâdam epistolâ scribit, his verbis: *Dominus noster* (putat Archiepiscopum) *post introitum suum, consilio patris sui, regalia secundum consuetudinem Principum Teutonicorum, ab Imperatore requirere neglexit.* Hæc ille. Quâ re offensus Imperator, occupat bona Episcopi, ipsumque ad se vocat, cum capitulo, ut præsentibus episcopis causa dirimatur. quod si fieri non posset, censebat alium eligendum esse. *Ex manuscriptis literis.*

SCHISMA ANTIPAPALE, INTER Alexandrum, & quatuor alios cervos.

HAdriano vitâ functo, Octavianus Romanus, mox die tertio pòst, creatur Pontifex, ab octo Cardinalibus, (*in Rolandi epistola ad Gerardum episcopum*, tantùm tres nominantur: sed Cardinales novem ponuntur) S.P.Q.R. petente, atq; clero suffragante: *ut habet Onuphrius.* Tres quoque tantù Cardinales *Platina* numerat. *Radevicus, continuator Frisingensis*, nullum ponit numerū. Nominatur autem Victor IV. Deinde Rolandus Tuscus, 12. die pòst, à quatuordecim Cardinalibus (alii plures habent) deligitur ac nominatur Alexander III. qui (*ut testatur Naucleru*) evidēs erat Imperii hostis: eamque ob causam, in Friderici Imperatoris & Teutonicæ nationis ignominiam, creatur. Hæc sunt schismatis semina, anno Domini 1195. Nam Rolandi factio, utpote major, electionem promulgat: eique ornamentum, quod Mantum vocant, circumdat. Ipse verò hoc à se projicit; (alii, vi ei à parte adversâ detractum esse, dicunt) negatque se Papam futurum. Altera verò pars, manto accepto, cōsecrat Octavianum: eique Populus Romanus assentit; eò quòd vir esset bonus, humilis, & mansuetus. Nec voluit Rolandus suscipere (si credere fas est) sibi obedientiam deferentes: sed jussit ad alterum se adjungere, qui mantatus, seu pallio pontificio ornatus esset. Sed die duodecimo pòst, Rolandus pallium illud, suâ sponte persuasus, accepit: & schisma in publicum erupit. *Urspergensis.*

Alexander igitur ille, ex multitudine sibi adhærentium superbiens, ad Imperatorem, Cremonam tùm obsidentem, literas mittit: ut sibi cōtra antipapam opē ferat. Nec suas partes negligit Octavianus; qui in hunc modum ad Imperatoris familiam scripsit: * *Victor, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & charissimis filiis, Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & cæteris Principibus, & egregiæ familiæ Imperiali, in sacratissimâ curiâ Domini Friderici, serenissimi ac invictissimi Romanorum Imperatoris, commorantibus, salutem & apostolicam benedictionem. Quam, & in quantum, & ecclesiastici status decorem, & honorem Romani Imperii, & nobilitatem omnium bonorum, hactenus sincere dilexerimus, & quæ mutua charitatis sint invicem frequenter exhibita: nequaquam credimus à vestra Magnitudinis excidisse memoria. Nunc autem tantò propensioris dilectionis efficaciam vobis & Imperio cupimus exhibere, quantò, Deo autore, ad majorem conscendimus dignitatem. Quapropter universitatem vestram, de quâ plenè confidimus, plurimum deprecamur: ut, pro beati Petri, Apostolorum principis, reverentia, & antiqua dilectionis constantia, quæ inter nos inviolabiliter perseverare dinoscitur, Dominum Imperatorem invictissimum commonendo rogetis; quatenus imperio sibi à divinâ clementia commisso, & Ecclesiæ Dei, sponsæ JESU Christi, cujus advocatum & defensor divinitùs est constitutus, providere & subvenire non tardet: ne, in tanta discordia adversariorum, malitia nequitiæ prævalere, navicula beati Petri procellis & tempestatibus suo tempore quassari, & decus Imperiale valeat aliquatenus obnubilari. Insuper universitati vestræ dignum duximus intimandum, qualiter ad Apostolatus officium, Domino concedente vocati fuerimus. Felicis memoriæ Papâ Hadriano, prædecessore nostro, viam universæ carnis ingresso, in beati Petri basilicam tumulato, convenimus omnes, de electione summi Pontificis tractaturi. Post longam verò collationem, & diutinam deliberationem, divinâ tandem inspirāte clementiâ, electione venerabilium fratrum nostrorum, Episcoporum, Presbyterorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium, cleri quoq; Romano petitione, ejusdem Populi assensu, etiam Senatoria dignitatis honoratorum, insuper Capitaneorum, ad summum pontificatum, annuente Deo, canonicè sumus electi, & in sede apostolica collocati: ac deniq;, primâ Dominica mensis Octobris, benedictionis consecrationem, & nostri officii accepimus plenitudinem. Quocirca universitatem vestram humiliter deprecamur: quatenus nos apud ipsum precibus adjuvetis; a quo omnis est potestas & honor dignitatum. Si autem ex parte illius Rolandi, quondam Cancellarii, per conspirationem & conjurationem, contra Ecclesiam Dei & Imperium, Wilhelmi Siculo adstricti, qui die duodecimo post electionem nostram se fecit intrudi, quod à seculis non est auditum, ad vos scripta pervenerint: tanquam mendacio plena, & a schismatico & hæretico destinata, respuatis; & aures vestras nequaquam illis ullatenus præbeatis. Data Segni V. Calend. Novemb.*

Rolandus verò sic scripsit. * *Alexander episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Gerardo episcopo, & dilectis filiis, Canonicis Bononiensis ecclesiæ, & Legis doctoribus, cæterisq; magistris Bononiæ commorantibus, salutem & apostolicam benedictionem. Aeterna & incommutabilis providentia conditoris, sanctam & immaculatam Ecclesiam, à sua fundationis exordio, eâ ratione voluit & ordine gubernari: ut unus ei pastor & institutor existeret; cui universi Ecclesiarum Prælati absq; repugnantia subjacerent; & membra, tanquam suo capiti cohærentia, ei se mirabili quâdam unitate conjungerent; & ab ipso nullatenus dissiderent. Qui verò Apostolis suis pro eorum fidei firmitate promisit, dicens,* * Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi: *ille proculdubio Ecclesiam suam, cujus ipsi Apostoli magisterium assumserunt, suâ promissione fraudari nullo modo patietur: sed eam in suo statu & ordine, licèt ad instar naviculæ Petri fluctuare aliquando videatur, perpetuò faciet permanere. Unde & quamvis hoc tempore, tres falsi fratres, (qui à nobis quidem exierunt; sed non fuerunt de nobis) transfigurantes se in angelos lucis, cùm sint Satanæ, inconsutilem Christi tunicam, (quam utiq; ipse quidem, ex personâ Psalmographi, à leonibus petit & à frameâ eruī, & de manu canis orat & postulat liberari) scindere & laniare laborent: Christus tamen, auctor & caput Ecclesiæ, eam velut unicam sponsam suam, providâ gubernatione tuetur; & navem egregii piscatoris, licet sæpius quatiatur à fluctibus, non permittit naufragium sustinere. Porrò, cùm antecessor noster, bonæ memoriæ, Hadrianus Papa, Calendis Septembribus, Anagniæ, debitum naturæ solvisset; & de terris ad cœlum, de imis migrâsset, Domino vocante, ad superna: eo Romam adducto, & pridie Nonarum Septembris, in ecclesiâ beati Petri, præsentibus ferè omnibus fratribus, satis honestè (sicut moris est) tumulato, cœperunt fratres, & nos cum eis, secundùm Ecclesiæ consuetudinem, de substituendo Pontifice in eâdem ecclesiâ studiosius cogitare: & tribus diebus de ipsâ electione tractantes, tandem in personam nostram, insufficientem huic oneri, & tantæ dignitatis fastigio minimè congruentem, omnes, quotquot fuerunt, tribus tantùm exceptis, Octaviano scilicet, Johanne de Sancto Martino, & Guidone Cremensi, (Deus teste, quia mendacium non fingimus, sed meram, sicut est, loquimur veritatem) concorditer atq; unanimiter convenerunt, & nos, assentiente Clero ac Populo in Romanum Pontificem elegerunt. Duo verò Johānes & Guido, quos prænotavimus, tertium Octavianum nominantes, ad ejus electionem pertinaciter intendebant. Unde & ipse Octavianus, in tantam audaciā insaniamque prorupit; quòd mantum, quo nos renitentes & renitentes, (quia nostram insufficientiam videbamus) juxta morem Ecclesiæ, Odo Prior diaconorum induerat, tanquam arrepticius, à collo nostro propriis manibus violenter excussit, & secum inter tumultuosos fremitus asportavit. Cæterùm, cùm quidam de Senatoribus tantum facinus inspexissent: unus ex eis, spiritu divino succensus, mantum ipsius de manu eripuit furientis. Ipse verò ad quendam Capellanum suum, qui ad hoc instructus venerat & paratus, illicò flammeis oculis fremebundus in-*

flexit

* apud Contin. Frising. lib. 4. c. 54.

* ibidem c. 5[illegible]

* Matth. 28 v. 20.

... tunicam ac mantum, quem fraudulenter s... ... anter afferret. Quam utique sine morâ dela... Octavianus abstracto pileo, & capite inclinato, cunctis ... m, aut loco inde, aut voluntate remotus, mantum, per manus ... dem Capellani & cujusdam clerici sui, ambitiosus assumpsit: & ipse idem, quia non erat alius, in hoc opere Capellano & Clerico ... ditus coadjutor. Verùm ex divino credimus judicio contigisse, quod ea pars manti, quæ tegere anteriora debuerat, multis ... cernentibus & videntibus posteriora tegebat. Et cùm ipse idem hoc emendare studiosius voluisset, quia caputium manti, extra se rapiens, non poterat invenire, collo fimbrias circumduxit: ut saltem ... enim ipsi appensum et quodammodo videretur. Sicque factum est, ut sicut tortæ mentis erat & intentionis obliquæ, ita ex transverso & obliquo mantum fuerit, in testimonium suæ damnationis, evidens. Quo facto, portæ ecclesiæ, quæ firmatæ fuerant, reserantur, & armatorum cunei, quos (sicut ex eo apparuit) pecuniâ largitione conduxerat, evaginatis gladiis, cum immenso strepitu concurrerunt: & pestis illa mortifera, quæ Cardinales Episcopos non habebat, armatorum caterva militum vallabatur. Fratres verò, facinus tam immensum, & à seculis non-auditum, ex insperato videntes, & formidantes, ne à conductitiis militibus trucidarentur, ... munitionem ecclesiæ nobiscum pariter receperunt: ibique novem diebus continuis, ne exinde libere exiremus, fecit nos, quorundam Senatorum assensu, quos pecuniâ oblatâ corruperat, die noctuque armatâ manu, cum omni diligentiâ custodiri. Sanè Populo incessanter & jugiter acclamante, & in Senatores pro tantâ impietate multâ immanitate fremente, de custodiâ fuimus illius munitionis erepti: sed in arctiori & tutiori loco, apud Transtiberim, nos iidem Senatores, receptâ inde pecuniâ, reposuerunt. Cumque moram ibidem fermè per triduum fecissemus, universo Populo tantam proditionem atque malitiam de cætero nullatenus sustinente, Senatores, cum Nobilibus & Populo venientes, nos & fratres nostros per urbem, magnificè & honorificè, cum immensis laudibus & præconiis, campanis etiam in transitu nostro pulsantibus, conduxerunt. Et sic tandem à violentiâ persequentis erepti, & nostræ redditi libertati, sequente die dominico, venerabilibus fratribus nostris, Gregorio Sabinensi, Hubaldo Hostiensi, Bernhardo, Waltero, Julio Episcopis; Cardinalibus quoque, Abbatibus, Prioribus, Judicibus, Advocatis, Scriniariis, Primicerio, & Scholà cantorum, Nobilibus etiam, & quadam parte de Populo urbis, apud Nunpham, non longè ab urbe, in-simul congregatis, munus consecrationis accepimus: & sicut in Romana ecclesiâ mos est, ibidem pontificali regno magnificè satis ac solenniter coronati. Cæterùm prædictus Octavianus, cum pro consecratione, imò exsecratione sua, dum in urbe esset, & postquam latenter urbem exivit, multos episcopos convocasset, nullum prorsus, præter unum, Ferentinatem videlicet episcopum, habere potuit, pro suâ temeritate & vesaniâ confirmandâ. Quosdam tamen episcopos Imperatoribus minis, quosdam violentiâ laicali, quosdam verò pecuniis & blanditiis, allicere voluit: sed nihil, Domino impediente profecit. Unde nec adhuc invenire potest, (licet omnibus modis enitatur) qui ei manus exsecrationis imponat, & se tantæ faciat præsumtionis & impietatis autorem. Verùm memorati Johannes & Guido, cæcitatis tenebris obvoluti, (quemadmodum scriptum est: * Peccator, cùm venerit in profundum malorum, contemnet) nec sic à suâ præsumtione damnabili resipiscunt: sed eundem Octavianum, quem sibi in statuam erexerunt, obstinatâ perfidiâ venerantur, & eum, relictâ unitate Ecclesiæ, præsumunt usque adhuc, tanquam idolum aut simulacrum, adorare. Ipse autem Antichristi tempora præsignans, usque adeo erectus est supra se, ut etiam in templo Dei sederit, ostendens se, tanquam sit Deus: & multi abominationem desolationis stantem in loco sancto, non sine multâ lacrymarum effusione corporeis oculis inspexerunt. Sanè nos, infirmitatem nostram & virtutum indigentiam cognoscentes, nostrum in Dominum jactamus cogitatum, sperantes, & de Christi misericordiâ plenius confidentes, quod Ecclesiam sanctam suam, pro quâ ipse idem in substantiâ nostræ mortalitatis apparuit, ut eam sibi non-habentem rugam aut maculam exhiberet, optatâ faciet in tranquillitate lætari: & procellarum omnium inundatione sedatâ, nihil erit, quod jam ei possit obsistere, ubi unicus ejus sponsus voluerit nubilosa quæq; & noxia propulsare. Nunc igitur, quia nos de nostrorum meritorum qualitate diffidimus, & de honestate & religione vestrâ plenam habemus fiduciam: vestris & universalis Ecclesiæ precibus, infirmitatem nostram petimus adjuvari, charitatem vestram per Apostolica scripta rogantes, & commoventes attentius: ut, sicut viri catholici, vos pro domo Domini muros inexpugnabiles opponatis; & in devotione ac fidelitate matris vestræ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ immobiliter persistentes, ab ejus unitate nullatenus recedatis. Quod si præfatus vir impietatis, ad partes vestras aliqua damnationis suæ scripta transmiserit: ea, sicut respuenda sunt, respuatis; & tanquam vana ac sacrilega contemnere & abjicere studeatis. Noverit insuper Discretio vestra, quod nos supra-nominatum Octavianum, apostaticum & schismaticum, in octavo die à consecratione nostrâ (tunc enim terminum ei resipiscendi, & ad unitatem matris Ecclesiæ redeundi præfiximus) ... quam inobedientem & contumacem, & illos, qui ei mantum præsumerent, non dicimus consecrationis, sed exsecrationis ... communi fratrum nostrorum, Episcoporum & Cardinalium, voluntate atque consilio, accensis candelis, & cætu clericorum in ecclesiâ congregato, vinculo anathematis & excommunicationis adstrinximus, & eos, cum suo autore Diabolo, condemnavimus.

Cardinales quoque literas ediderunt. Una enim pars hanc emisit: * Venerabilibus in Christo fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Abbatibus, Ducibus, Principibus, Præpositis, Prioribus, & cæteris Ecclesiarum Prælatis, ad quos literæ istæ pervenerint, Ymarus Tusculanus episcopus, Prior episcoporum, Johannes titulo S. Sylvestri & Martini, Guido Cremensis, titulo S. Calisti, sanctæ Romanæ ecclesiæ Presbyteri-Cardinales, Rimundus Diaconus-Cardinalis S. Mariæ in via lata, & Sylvester S. Mariæ in Dominica, & Sublacensis abbas, perpetuam in Domino salutem. Ex quo contra honorem Ecclesiæ Dei & Imperii, amicitia inter Dominum Papam Adrianum & Wilhelmum Siculum, apud Beneventum, facta est, dissensio & discordia non-modica, inter Cardinales sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, non sine causa orta est: nobis scilicet, qui honorem & dignitatem sanctæ Dei Ecclesiæ, & Imperii, nullatenus diminui volebamus, amicitiæ, quæ ita facta fuerat in detrimentum Ecclesiæ & Imperii, nequaquam consentientibus: aliis verò, qui pecuniâ & multis promissionibus occæcati, jam-dicto Siculo tenebantur adstricti, conventionem ipsam, taliter (ut diximus) fabricatam, nequiter defendentibus, & quam-plures in partem sui erroris attrahentibus, nostro conatui & voluntati totis viribus pertinaciter resistentibus. Proinde procedente tempore, cùm jam fama ferret, Imperatorem Italiam intrâsse, & plurimam ejus partem suæ potestati subjugâsse: prædicti fratres, Siculo adstricti, Dominum Papam sollicitare, ac circumvenire omni sagacitate cœperunt, qualiter, aliquâ occasione assumtâ, Dominus Imperator, & omnes sequaces ejus, excommunicationi subderentur, & nos ad id faciendum una cum eis juramento adstringeremur. Nos autem econtrà diximus, potius Siculum excommunicandum: qui omnia jura Ecclesiæ, tam spiritualia, quam temporalia, violenter abstulerat, quàm Imperatorem, qui Ecclesiæ Romanæ & Imperii jura fideliter laborabat recuperare, & Ecclesiam de servitute ad libertatem reducere. Hoc audientes fautores Siculi, à jam-dicto consilio cum rubore siluerunt. Eo igitur consilio, nostro studio & exactâ diligentiâ, taliter cassato, & exinde venerabili fratre nostro Octaviano, tunc sanctæ Romanæ ecclesiæ Presbytero-Cardinali, nunc Apostolicæ sedis Pontifice, una cum fratre Wilhelmo, Presbytero-Cardinali sancti Petri ad vincula, ad Imperialem Celsitudinem legatione fungente, Dominus Papa, cum sibi-consentientibus supradicti Wilhelmi fautoribus, urbem egressus, Anagniam venit: ubi tunc demum, manifestâ conspiratione, omnes præfati Wilhelmi fautores, in præsentia Domini Papæ, sacramento firmaverunt, personam Imperatoris excommunicationi subjiciendam, & ex tunc in antea, ejus honori ac voluntati, usque ad mortem, immutabiliter contraire: & si contingeret Dominum Papam vita decedere, neminem se, nisi de illis, qui conjuraverant, in Pontificem eligere. Circumpositos insuper episcopos, ne alicui electo, in quem ... illi sectæ non consentiret, in consecratione manus imponerent, juramento nihilominus constrinxerunt. Postmodum ... sæpe-dicto patre nostro Hadriano, Anagniæ, Calendis Septembribus defuncto, omnes illuc convenimus: & cùm de corpore sive ibidem tumulando, sive Romam deferendo, non-parva contentio ... tandem Romam corpore deportato, prius in verbo veritatis tale pactum unanimiter fecimus, & scripto mandavimus, quale nunc sequitur.

* Prov. 18. v. 3.

* Contin. Frising. lib. 4. c. 36.

In nomine Domini: Amen. Convenerunt Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Cardinales S. Romanæ ecclesiæ, & promiserunt sibi invicem in verbo veritatis: quòd de electione futuri Pontificis tractabunt secundùm consuetudinem istius ecclesiæ, scilicet quòd segregentur aliquæ personæ de eisdem fratribus, qui audiant voluntatem singulorum, & diligenter inquirant, & fideliter describant. & si Deus dederit, quòd concorditer possimus convenire, bene: sin autem, nullus procedat sine communi consensu. & hoc observetur sine fraude & malo ingenio.

Talis pacti in verbo veritatis firmato, post humatum corpus in ecclesiam B. Petri, ad eligendum Pontificem, convenimus; & juxta prædictam consuetudinem personas, quæ singulorum voluntates diligenter inquirerent, & audirent ac describerent, segregavimus. Sed cùm propter conspirationem adversæ partis, electio lentè procederet: tertià die ferè transactâ, ad hoc tandem deventum est, quòd 14. Cardinales ex adverso, qui sacramento constricti tenebantur, Rolandum Cancellarium nominaverunt. Nos autem, 9. numero, qui nefandi juramenti exsortes eramus, venerabilem fratrem nostrum Octavianum, Presbyterum Cardinalem, virum utiq; honestum & religiosum, ad regimen Apostolicæ sedis, & ad concordiæ & pacis unitatem, inter Ecclesiam & Imperium reformandam & conservandam, dignum & utilem esse cognoscentes, elegimus. Cùm res taliter ageretur, & partem contrariam pactum, quod in verbo veritatis firmatum fuerat, penitus transgredi volentem, sentiremus: pactum supradictum illis ad memoriam reducentes, auctoritate Dei omnipotentis & omnium Sanctorum, atq; nostrâ, eis penitus interdiximus; ne absq; communi consensu omnium, sicut in pactione continetur, ullatenus aliquem immantarent: & Rolandum Cancellarium eadem autoritate, ne suscipere, nihilominus prohibuimus. Qui dum verba & admonitiones nostras vilipenderent, & Rolandum Cancellarium manto festinarent induere: nondum tamen illo induto, nos illorum malitiæ potiùs contraire, quàm consentire volentes, & quod male conabantur, minimè permittentes, ad petitionem Populi Romani, electione universi Cleri, assensu etiam totius ferè Senatûs, & omnium Capitaneorum, Baronum, Nobilium, tam intra urbem, quàm extra urbem habitantium, nostrum electum manto induimus & inthronisatum in sede beati Petri collocavimus: inde ad palatium ejusdem, acclamante universo Populo, hymnum Deo decantante Clero, & omnibus solenniter adimpletis, honorificè deduximus. Adversæ verò partis Cardinales retrocedentes, in castrum beati Petri se contulerunt; ibiq; per dies octo & amplius, inclusi permanserunt. Indè postmodum per Senatores educti, extra urbem se efferunt: & 12. posteà die, quod à seculo non est auditum in castro, nomine Cisterna, inter Ariciam & Terracinam, Rolandum Cancellarium immantaverunt; & in sequenti dominicâ exsecraverunt: ac continuò mittentes nuncios per universam Italiam, Episcopis, ne ad consecrationem nostri electi venirent, penitus dissuaserunt; minantes illis excommunicationem & depositionem in perpetuum. Qui tamen in primâ Dominicâ mensis Octobris, autoritate Dei, honorificè consecratus est. Rem, qualiter facta est, vestræ Fraternitati insinuamus; nihil præter veritatem adducentes, teste Deo, qui falli non potest: & si angelus de cælo aliud euangelisaret, à veritate penitus aberraret. Veruntamen multa, quæ facta sunt omittentes, ista, prout breviùs possumus, vobis significamus, ne prolixiore paginâ aures vestras oneraremus. Hæc itaque animadvertat vestra Fraternitas, quam devotissimè obsecramus, & admonemus, & modis omnibus, quibus possumus, exhortamur in Domino: quatenus neque per sermonem, neque per epistolam, à vestro sensu moveamini; sed in veritate nobiscum firmi & immobiles permaneatis.

Altera verò pars tale scriptum divulgavit: * *Friderico, Dei gratia glorioso, illustri, magnifico, & sublimi Romanorum Imperatori. Gregorius Sabinensis, Hubaldus Hostiensis, Julius Prænestinus, Bernhardus Portensis, Walterus Albanensis, episcopi, Hubertus titulo S. Pr[illegible] J[illegible]anes titulo sanctorum Johannis & Pauli, Henricus titulo Nerei & Achillei, Ildebertus titulo basilicæ 12. Apostolorum Johannes t[illegible] S. Ana[illegible]siæ Bonadies titulo S. Chrysogoni A[illegible] titulo S. Laurentii in Lucina, & Wilhelmus ti[illegible] Pe[illegible] ad vin. [illegible] Oddo S. Gregorii ad velum aureum Ro. S. Luciæ in [illegible] Jacinthus S. Mariæ in Cosmedin. Od[illegible] Nic[illegible] carcere Tulli, Ardo S. Theodorici, Bo[illegible] Damian[illegible] Adriani [illegible] Eustachii, & Jo. Di[illegible] Cardinales, volunt[illegible] spiritu in Domino congregati [illegible] & [illegible] Quanto excellentia vestra major à Deo collata est & attributa potestas; & quantò sublimiorem inter mortales dignitatis locum constat vos obtinere: tantò ampliùs Imperialem convenit Majestatem, sacrosanctam Romanam ecclesiam, specialem & unicam matrem vestram, in omnibus honorare, & ei semper, & præsertim necessitatis tempore, salubriter atque utiliter providere. Quid autem diebus istis in eàdem Ecclesiâ Romanâ contigerit; & quam inauditum facinus ab his, quos filios reputabat, aliquantis diebus transactis fuerit perpetratum; dignum, imò dignissimum est, nos Imperiali Celsitudini nostris literis aperire. Nuper siquidem, cùm dominus noster, bonæ memoriæ, Hadrianus Papa, Calend. Septembris, apud Anagniam, debitum naturæ solvisset; & de terris ad cælum, de imis migrasset (vocante Domino) ad superna: tres falsi fratres, Octavianus scilicet, & Johannes de S. Martino, & Guido Cremensis; qui à nobis quidem exierunt, sed non fuerunt de nobis, transfigurantes se in angelos lucis, cùm sint Satanæ, &c.* Et infrà: *Ad hæc noverit sublimis Gratia vestra, quòd Otto Palatinus Comes, occasione de intrusione Octaviani susceptâ, præfatum Dominum nostrum, & nos omnes, plurimùm infestavit; & Ecclesiam Dei nisus est scindere, & multipliciter absque rationabili causâ turbare. Campaniam siquidem, & patrimonium beati Petri, cum intruso & apostatico Octaviano, violenter intravit, & terram ipsam studuit ei quibuscunque modis subjugare. Nos itaque, & tota Ecclesia Dei nobiscum, Majestatem vestram suppliciter exoramus, ut tam violentâ intrusione, ita sicut est, intellectâ, & diligenter inspectâ, qualiter vobis ad salutem animæ vestræ & honorem Imperii, super tanto negotio sit procedendum, diligenter attendatis. Considerate & advertite, qualiter circa sacrosanctam Romanam ecclesiam, & circa unicum sponsum ejus, Dominum nostrum Jesum Christum, sine quo nec regnum potest aliquis obtinere terrenum, nec acquirere sempiternum, oporteat vos habere; & qualiter eam ab impugnatoribus, & præsertim ab schismaticis & hæreticis, ex imperialis officio dignitatis, protegere debeatis modis omnibus ac tueri. Nos siquidem vos, sicut specialem defensorem & patronum Romanæ ecclesiæ, modis omnibus honorare intendimus; atque ad augmentum gloriæ vestræ, quibus modis possumus, cum Deo adspiramus. Rogamus autem, & instantiùs supplicamus: ut matrem vestram, S. Romanam ecclesiam, diligatis & honoretis, & ad pacem & tranquillitatem ipsius, quibus modis Imperialem convenit excellentiam, intendatis: & tantam præfati invasoris atq; schismatici iniquitatem nullatenus foveatis.* Observatione autè dignum est, quòd isti Antipapæ se-se mutuis anathematis devovent, ante causæ determinationem. Deinde verè & propriè se-se Antichristos proclamant, seq; veluti sorices, suis sibilis, produnt & patefaciunt.

¶ Imperator, æquâ lance controversiam ponderaturus, jubet utrosq; Papiam accedere: quò Episcoporum conciliũ toto Orbe convocat. Rolandus, nolens in discrimen suam dignitatem adduci, Magistratûs politici obedientiam detrectat: clamitans, se ritè vocatum; alterum verò intrusum. (sicut alter vicissim ipsi crimen intrusionis impingebat) Contendebat insuper, non esse concilium à se, suâve autoritate, indictum. Ferocior quoq; est, ob Regis Siciliæ Wilhelmi factionem. Confert igitur se Anagniam. Octavianus autem in Synodo apparet. Totius itaq; Concilii communi consensu & decreto, Rolandus, tanquam Ecclesiæ inobediens & contumax, (*ut disertè Onuphrius loquitur*) à Sede apostolicâ dejectus est: & (*ut Ursbergensis scribit*) sic jure quoque satis adjectum est. Dixerat etiam Alexander satis sui; ubè, Romanum Pontificem à nomine judicari debere. Octavianus verò confirmatus, Imperatorem & Germanicos Præsules sibi adhærentes habuit.

Rolandus porrò, pro culmine suo extrema quæque [illegible]liturus, cum Imperatore & Octaviano expostulat primùm; & jubet eos acta retractare. Postea & cum asseclis, Magistratum Christianum, & Octavianum, horribili anathemate ferit. Idem verò ab Octaviano vicissim retulit.

Rolandus igitur, in omnes partes, istas excommunicatorias literas emittit: ac tum ecclesiasticos, tum politicos incitatur eam excommunicationem ratam habeant. Adjungunt autem se ei (ut fieri solet in dissensionibus publicis) Rea Angliæ, Franciæ, & Siciliæ; sua quædam negotia privataque commoda spectantes.

Romam autem petens Rolandus, videt sibi locum ibi

* ibid c.57.

non

[illegible] potest ocy[illegible] fulmen suum evibrat, [illegible]

[illegible] *Helmoldus*,* Alexandrum accepisse atque [illegible] [Hiero]solymitanam ecclesiam & Antiochenam; [illegible] Franciam, Angliam, Hispaniam, Daniam, & Ci[sterciensium] ordinem; qui quidem habet innumerabiles monachos. Eam igitur ob causam, Fridericum proposuisse [ed]ictum, ut Cistercienses monachi, vel subscriberēt Victori, vel toto regno cederent. id quod plurimi fecerunt. Idem *Crantzius in Saxoniâ** annotat.

Blondus scribit,* Fridericum Imperatorem, missis Archiepiscopis, Populo Romano pacem obtulisse: si inter duos [illegible] Pontifices vellent cognoscere; eumque, qui esset dignior, accipere: ac velle se omnia, quæ occupâsset, Ecclesiæ restituere. Eas autem conditiones cum populus amplexatus esset: Alexander noctu abit & aufugit. Fridericum verò pestis expulit.

Helmoldus narrat,* Fridericum Imperatorem, dum Genuam expugnaret, præmisisse Coloniensem & Moguntinum, cum exercitu, ad urbem: quibus cùm Romani, introitum prohibituri, occurrerēt ingenti exercitu, ad duodecim millia cæsa sunt; ac cæteri fugati. Imperator, potitus victoria, propiùs advenit, atq; urbē capit vi. Alexander igitur noctu se in pedes conjicit. *Crantzius in Metropoli** idem narrat.

Denuò autem Imperator locum cōventus indicit, apud Divionem; ubi Savo fluvius Gallos à Germanis divi[di]t: Regem Galliæ hortatur; ut Alexandrum eò secum adducat: idem se facturum de Victore. Sed fastu turgens Rolandus ille, ad Concilium non venit; qui ipse, pro suo fastigio, illud non indixisset: aliudq; Turoni suo arbitratu inchoat. Sic delusus iterum est Imperator. Remissus autem Octavianus in Italiam, Lucæ moritur, ut suspicio est, veneno sublatus. Duravit autem hoc schisma annos 4. menses 8. *Platina. Onuphrius.*

In Octaviani locum, a Cardinalibus, assentiente Friderico, delectus est Guido Italus, Calixtus III. cognominatus. Is quoque Romæ vixit, sicut Octavianus; Rolando in exsilio passim oberrante. Fuit autem Papa quinquennium.

Eo quoque ad suos majores collecto, deligitur Johannes Hungarus, Paschalis III. dictus; quem ait *Platina* furto intrusum fuisse. Verùm is destitutus à suis defensoribus, ultrò ad Alexandrum abit; sponteque se suâ dignitate abdicat.

Stella inquit, Victori successisse Paschalem; deinde Calixtum; & tertiò Innocentium. *Aventinus* quoque narrat,* Victore mortuo, in Germaniâ Fridericum Guidonem designâsse Papam, & Paschalem vocâsse; Romamque introduxisse.

Tandem Venetiis, anno 1178. inter Imperatorem & Papam concordia initur. Totum igitur schisma antipapale, annos circiter 17. Ecclesiam Romanam duriter exercuit. *Platina, Onuphrius, Vincentius, Epitome Aeneæ Sylvii, Wimphelingus.*

SCHISMA INTER FRIDERICUM I. & PAPAM

PEstilentissima discordiarum semina Papa Romanus seminavit, contra Imperatorem Fridericum I. qua de re subjiciemus Bambergensis epistolam, cujus consilio in rebus maximis usus est Imperator.*

Reverendissimo patri & domino, Eberhardo, Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscopo, Eberhardus Babenbergensis, gratiâ Dei, [illegible] quod est, cum oratione qualicunque servitium devotissimum. Scio pater sanctissime, sacræ pietatis affectu vos compati meis laboribus, & animæ mihi salutem, & corporis quietem concupiscere. Ut autem noveritis, quoad compati vos mihi oporteat: dico vobis, quod iam tædet animam meam vitæ meæ, duo ferens onera in animo [illegible] gravissima: quod & invitus ducor, quò nolo; & quamdiu durare debeat, ignoro. Vestris & aliorum fidelium orationibus adjuvari desiderans, ut a [illegible] illis separer, quibus forsan Dominus in irâ [illegible] [illegible] in requiem meam. Super hæc tempora periculosa instare videntur, & prope [e]st, ut inter regnum & sacerdotium oriatur discordia. Et quidem a Cardinalibus, a domino Papâ ad dominum Imperatorem transmissis, domino vide[lic]et Octa[viano] [illegible] quondam Papiensi archidiacono [illegible] lene principium, & ingressum quasi pacificum, capitula [illegible] proposita sunt: verbi gratia, Nuntios ad urbem, ignoran[te] [domi]no Apostolico, ab Imperatore non esse mittendos, cum omnis [magis]tratus [illegible] beati Petri sit, cum universis regalibus. [illegible] Apostolici fodrum non [illegible] [illegible] corona. Episcopos Italiæ solum sacramentum fidelitatis, [non] hominium facere debere domino Imperatori. Neq; nuntios Imperatorum in palatiis Episcoporum recipiendos. De [illegible] ecclesiæ restituendis, & [illegible] Ferrariæ, [illegible] totam terram Comitissæ Mat[hil]dis, totam terram, quæ ab Aqua[pende]nte [illegible] usque Romam; ducatum Spoletanum [illegible] Domino autem Imperatore, per hujusmodi justitiam & [illegible] [illegible] offerente, si & ipsi justitiam vellent [illegible] vero recipere [illegible] [illegible] dominum Ap[ostolicum] [illegible] causa [illegible] [illegible] contra a domino Imperatore multa proponi [illegible] concordia quam in verbo veritatis sibi compromiss[illegible] de Romanis sine [illegible] [illegible] De Cardinalibus quoque, sine permissione Imp[eratoris] [illegible] regnum transeuntibus, & [illegible] episcoporum pala[tiis] [illegible] [illegible] & Ecclesiis De[i] [illegible] de injustis appellationibus. & cæteris quam [illegible] brevitatem superantibus. Cum Apo[stolico] [illegible] per nuntium, & [illegible] [illegible] transl[illegible], ex co[illegible] Imperatoris, subinnuentibus Cardinalibus aliis [illegible] hæc omnia [illegible] requisitum, his qui aderant, nuntiis suis & Curiæ principibus nollet adjungere: unitatis & concordiæ verbum Domini [illegible], peccatis nostris exigentibus, evacuatum est. Et dum hæc agerentur, nuntii Romanorum supervenientes, & ea quæ pacis sunt, rogantes, bene recepti ac dimissi sunt. Rogatu tamen Cardinalium, [illegible] Imperator nuntios ad dominum Papam & ad urbem, missurus est: ut cum Apostolico, si ipse voluerit, primò [illegible] pax fieret; [illegible] autem [cu]m Senatu ac Populo Romano. [illegible] Imperator in [illegible] dominum Imperatricem & Ducem Bajariæ & Saxoniæ, cum aliis supervenientibus Principibus & copiis exercitus exspectans, & quosdam de melioribus, ex Mediolano & Brixiâ in vinculis retinens. Valete.

His ergo hæc proferentibus, & alia plurima testimonia Ecclesiæ citantibus: alteris, id mysterium, non confessionem resurrectionis; sed sacrificium duntaxat esse & proinde corruptibile, & amês, & inanime: ad quod qui accedat, non totum Christum percipiat, sed partem, ut qui partem percipiat. Nam si, inquiunt, incorruptibile esset: etiam mentis esset particeps, & animatum, & intactile, & inadspectabile; neque dentibus scinderetur & moleretur; & in scindendo nullam omninò molestiam aut dolorem sentiret. Præsertim cùm Sacrificus dicat: Qui comedit me, vivet. Quemadmodùm misit me Pater; & ego vivo propter Patrem. Quasi cum malo animo & voluntate, tantam ignorantiam & vecordiam se coniunxisse, faterentur. Nam Baptisma, pro similitudine mortis Christi, sepultura est, & emersio. Quicunque enim in Christo baptizati sumus, Christum induimus, & in mortem ejus baptizati sumus: & divinorum mysteriorum efficacia, per Dei adorationem & invocationem, & gratiæ cœlestis descẽnsum, perficitur. Quæ, & id genus alia improborum hominum verba, ut impia & inutilia, prætermisimus. Nam, quasi etiam corporum resuscitationem improbarent, dicebant: Ipsi viderint, quomodo nos post resurrectionem nullo modo sub tactum, adspectum, & figuram humanam, casuros affirment; sed ut incorporeas umbras volaturos. Et Christi per clausam januam ingressum, non miraculum; sed aliquid cognatum & aptum resurgentibus ex mortuis esse, asserebant. At tale nihil prorsus in scriptis reperitur; sed exagitatio impudens, & nullis nixa testibus: quasi dicerẽt, ex ipsâ unione & communione dominicum hominem incorruptibilem esse factum; propterea; sentirent, id etiam, quod perciperetur, esse incorruptibile.

Cæterùm Imperator meliori accessus est parti.

SCHISMA INTER LUBEcensem Episcopum, & Heinricum Leonem.

CUnradus, Ecclesiæ Lubecensis Episcopus, Heinrico Leoni, legitimo magistratui, infensus, honori ipsius detrahebat; & veluti proditor, contra ipsum mala consilia agitabat Principesq; instigabat, ut Leoni se opponerent. Eam igitur ob causam sibi metuens, ad Bremensem, conscium suorum seditiosorum consiliorum, confugiebat. Heinricus, bene de Cunrado meritus, cum ad se vocat: ut clemius causam cognoscat. Sed i[illegible] in Frisiam abit; simulans, se Archiepiscopi legationem obire. Denuò autem [illegible]atus, comitatus Archiepiscopo Bremensi & Bernone Megapolitano, Ducem accedit.

Tentatur autem initio [illegible]usica quædam actio: & obiicitur [illegible] criminis [illegible]onis proditionis, & seditionis. Verùm ille per [illegible] omnia. Deinde exigit debitum hominii, (*ut vocat Helmoldus*) quod à Cæsare [illegible] erat permissum; in iis præsertim Sclavorum locis, quæ gladio occupâsset. Episcopus autem superbè respondet, se libertatem suam nullius potestati submissurum: cùm a[illegible] quin tenues sint ecclesiæ reditus. Dux, motus tam arrogante responsione, jubet aut parere, aut loco cedere. Verùm illo, tanquam termino immoto, in sententiâ suâ persistente: Dux parochiis eum excludit; reditusque episcopales aufert.

Consilio deinde Bremensis, ad Magdeburgensem se cõfert, unde post biennium in Franciam contendit, ad Cistercienseconcilium, & Alexandro Papæ reconciliatur: Papiensi episcopo intercedente. Eâ re perfectâ, Magdeburgum redit; occasionem recuperandi episcopatum, veluti hians corvus, cupidè expectans.

Reperit autem in eodem exilio Hartuicum, Bremensem archiepiscopum, similiter magistratui recalcitrantem. Firmaverat autem Bremensis arces Horeborg & Friborg præsidiis. Milites igitur præsidiarii, pro occasione erumpentes, incendiis & rapinis vastabant Ducis possessiones. Quæ res Ducem cogebat, ut, misso exercitu, Friburgensem arcem occuparet, ac demoliretur. Sed Horeburgensis, paludibus munita, vim hostilem sustinuit.

Inflammabant autem illi mites patres Saxoniæ Principes, quoscunque poterant: ut se Heinrico Leoni opponerent; suamque libertatem armis vindicarent. In eo pestilentissimo Saxoniæ incendio, plurimæ sævæ hominum cædes, incendia, & rapinæ, perpetratæ sunt. Verùm Cæsar Fridericus I. missâ legatione, induciis seditionem represśit. Deinde factâ transactione, Bremensis, ad suos patres migrans, finit controversiam. Lubecensis quoque restitutus est, tali pactione: ut redderet Duci, quæ justa essent. Et suo nunc periculo edoctus, velut ictus piscator, mutatus est in alium virum: ut narrator hujus historiæ loquitur. *Helmoldus.**

* li. 2. c. 9. 10. 11.

SCHISMA INTER SACERdotium & Regnum.

VRbano Lucium subsequente, schisma publicum inter Imperatorem & Pontificem, ejusq; conjuratos, exoritur. Causæ sunt:

1. Patrimonium Mathildis, opulentissimæ dominæ: cujus divitias & possessiones sibi arrogabat Papa. Sed Imperator, ratione cognationis (erat enim filia Marchionis Saxoniæ) & Imperii, ad se pertinere contendebat. Rixatus fuerat quoq; antea Lucius, de hac prædâ, cum Cæsare.

2. Investitura Episcoporum: quam Imperatori laico è manibus extorquere, Pontifices omni vi moliebantur.

3. Cadaverum episcoporum humatorum levatio: quâ Cæsar ecclesias suis tum honoribus, tum quæstibus, spoliaret.

4. Quòd Imperator stipendia Monialium ad belli sumtus conferret.

5. Quòd omnium Episcoporum mobilia bona, post mortem, ab Imperatore confiscarentur.

Hæc crimina Papa Imperatori confidenter objicit. Comprimit autem se-se ad tempus Imperator; coronationemque filii à Pontifice petit. Verùm ipse antecessori verba æmulatur: *Coronam imponi posse nemini, antequam ipse deposuisset.*

Dum ista pendent, Papa Volmarum, archiepiscopum Trevirensem denuntiat, in despectum Imperatoris. Hoc facinus igitur Imperator iniquissimè ferens, ipse quoque suum erga Papam irritatum animum magis exseris. Accedunt autẽ, ut fieri solet plures offensiones utrinque. Nam Heinricus Rex quendam Italiæ episcopum interrogat, a quo suum nactus esset episcopatum. Is respondet: A summo Pontifice. Et unde investituram? Ab eodem inquit. Rex igitur cum stomacho eandem quæstionem repetit. Episcopus verò ait: Nihil prædiorum a regno teneo. Ibi Rex [illegible]us annuit; qui hominem egredientem in luto non [illegible] volutant.

Episcopi quoque inter se conspirant: qu[illegible] iniquum videbatur, defunctorum episcoporum mobilia bona ad se transferri, quæ ecclesiæ usui esse pos[illegible]. Int[illegible]

... tum antesignani, Philippus Coloniensis, Cunradus Maguntinus & Volmarus Trevirensis. His & alii duodecim subscribunt: inter quos & Bertholdus Metensis est, quem Cæsar in eam dignitatem evexerat. Quam ob causam Cæsar... tus, eum, tanquam ingratum, sede suâ expellit. Volmarum quoque Trevirensis suum episcopatum adspicere cogit.

Postea conventum Cæsar in Geilenhausen convocat: ubi episcoporum sententiis causa illa, de confiscatione bonorum, ad Pontificem Romanum rejiciebatur. Urbanus, in Cæsarem magnâ irâ exæstuans, eum excommunicaturus erat: nisi Veronensis civitas, ubi illud fulmen cum suis ... cuderat, impedivisset. Querebatur enim, cōtra suam fidem C... datam esse; si in suâ civitate pateretur, illam excommunicationem in legitimum magistratum evibrare. Priusquam autem alium locum huic nefario facinori deligit Papa; ad suos majores commigrat. *Crantzius in Saxonia.**

[*l.6.c.52. & 52.]

SCHISMA IN ANGLIA.

GUilielmus, antistes Elyensis, à Celestino Papa creatus Legatus animum altum cum honore induit: concilioque Episcoporum coacto, multa pro arbitrio constituit. Monachis enim Cantuariensibus pulsis, eò Sacerdotes regulares collocat: impulsu Hugonis, episcopi Cestrensis: Præfectos, quos Ricardus discedens constituerat, dejicit: Johanni, Regis fratri, insidias molitur: Gaufredum, alterum Ricardi ex concubinâ fratrem, Eboracensem archiepiscopum, è loco sacro vi extractum, in carcerem mittit: intercessione tamen episcoporum quorundam, rursum liberat. Nobiles viros, sibi adversantes, spoliat. His e omnibus speciosos prætextus obtendit: quòd in gratiam Regis universa moliatur.

Rex, ista rescitcens, Elyensi scribit; ut paulò mitiùs agat: ne seditionem perniciosam excitet. & sic vehementer ejus conatus aliquantulùm restincti sunt. *Polydorus* * *sub Ricardo I.* Circa annum Domini 1190. *Neubrigensis.**

[*lib.14. *l.4.c.14. & 1155.]

SCHISMA IN COLO- *niensi ecclesiâ.*

DEfuncto Arnoldo, Coloniensi archiepiscopo, scinduntur vota eligentium successorem in duas factiones. Præpositi & Abbates Gerardum, Bonnensem Præpositum, deposcunt: Canonici autem majoris ecclesiæ Fridericum, Adolphi Comitis filium, designnt. Hanc discordantiam ad Imperatorem Fridericum referunt: qui triduum rixi istorum tribuens, causam Ratisponam rejecit; ubi alia quoque negotia tractaturus esset.

Eò autem cùm ventum esset: iterum utræque partes contentionibus coram Imperatore digladiantur. Sed imperator, alterius partis sententiâ approbatâ, Fridericum regalibus investit; & ad Papam consecrandum mittit. *Otto Frisingensis* * *de Friderico I.* Anno 1154.

[*li.2.c.31 32.]

DISSIDIUM INTER VER- *densem & Halberstadensem.*

HAbebāt inter se, Hugo Verdensis, & episcopus Halberstadensis, litem de terminis in prato. Imperator Fridericus, omnibus pensiatis, pratum Verdensi ecclesiæ adjudicat: Othoni Brandeburgensi mandans, ut tuitionem Verdensis susciperet. Anno salutis 1189. *Crantzius Metropolis.**

[*l.7.c.10.]

SCHISMA INTER DUOS *Episcopos Angliæ.*

CLemens Romanus, Hugonem Dunelmēsem, à Gotfridi Eboracensis nondum confirmati jurisdictione exemerat. At Celestinus, Clementis successor, Eboracensi ecclesiæ sua jura & dignitates restituens, eandem quoque exemtionem irritam haberi statuit. Consecratus itaque jussu Papæ Gotfridus, ab Hugone canonicam exegit professionem: quam cùm ille detrectaret; eundem anathemate publicè feriit. Mittuntur ab utroque Legati Romam: alter pro confirmandâ, alter verò pro evacuandâ, excommunicationis sententiâ. Sed Hugo tantò factus est in causâ potior; quantò & pollicendo ponderosior. Denique non solùm pro eo est pronuntiatum: quòd sententiâ illâ non teneretur: verùm etiam ei, sive pro acceptæ injuriæ consolatione, sive etiam pro insolentis adversarii humiliatione, concessum, ut Gotfrido, tanquam metropolitano, subesse nunquam deberet. *Neubrigensis;* * qui inter cætera sic ...it: *Gotfridus & Hugo, sua fortius, & remissius ea, quæ sunt Christi, quærentes; cum multo & gravi scandalo disceptarunt: ille, ut præesset: ille, ne subesset, neuter verò, ut prodesset. Ita quippe in diebus nostris pastorale decus evanuit: ut inter pastores ecclesiasticos admodum rarus inveniatur intelligens, vel requirens Deum; ferè omnes quæ sua sunt, quærentes.*

[*l.4.c.25.]

SCHISMA INTER RICHAR- *dum Angliæ Regem, & Galterium Rothomagensem.*

SUb annum salutis 1195. cùm Richardus, Anglorum Rex, nervis ad bellum gerendum necessariis destitueretur, (nam fiscus jam exhaustus erat, tum sui ex vinculis redemtione; tum continuis cum Gallo bellis) ab episcoporum bonis manus non abstinuit. Quod indignè ferens Galterius Rothomagensis, Regi præ cæteris alioqui familiarissimus, statim sacris in universâ suâ diœcesi cessantibus, ad Romanum Papam confugit; inque ejus gremium querulas voces cum lacrymis effudit. Subsequuntur & regii Legati; ac necessitatem sui Domini, quâ urgeatur, exponunt. Ibi Pontifex pro Rege pronuntiat: sed & Galterium delinitum atque placatum ad sua remisit. Post longam tandem simultatem, ipse quoque Rex & Episcopus in gratiam redière; Rege de damno olim illato satisfaciente. *Neubrigensis.**

[*li.5.c.22. 24.]

SCHISMA INTER RATIS- *ponensem, & Bavariæ Ducem.*

HArtuicus, Ratisponensis episcopus, bona ecclesiæ in canes, venatores, equos, adulatores, & propinquos, pro animi sui sententiâ, distrahebat: pauperum, & doctrinæ studiorumque, nullam habebat rationem. Dux igitur Heinricus, eâ dilapidatione motus, Staufium, regiam & vicum Episcopi, occupat; tutoremque constituit. Eam verò reformationem Episcopus indignis modis accipiens, cuncta incendiis complere nititur. Cives in contraria studia abeunt: alii enim Ducis, alii Episcopi partibus sese addicunt. Sed Eberhardus, Episcopus Bavarorum, assumto Friderico de Witelsbach, Præfecto Prætorii Bavariæ, & Cunrado de Raning, pacem inter Ducem, Episcopum, & Cives, constituunt. Fontem talium dissidiorum inquit *Aventinus* * esse: quòd Episcopi prorsus volunt esse immunes; pauperes gravant; census & vectigalia augent. Principes verò ea, quæ ipsorum majores donarunt, sibi volunt servire. Idem Eberhardus, & Heinricum Austriæ, & Cunradum fratrē Bathaviensem, recōciliavit, eodem tempore.

[*lib.6.]

SUB HEINRICO VI.

SCHISMA INTER DOCTOS.

DE VITIIS CLERICORUM.

SYlvester Giraldus, vir insigni doctrinâ præditus, librū ediderat, quem *Ecclesiæ Speculum* nominaverat. In eo autem libro, in manifestos abusus sui temporis, præsertim Cleri, invectus fuerat: nec pepercerat inter alios Cisterciensibus, qui avaritiâ & libidinibus infames erant.

Adamus autem Dorensis, Cisterciensis ordinis monachus, prope Herefordiam, Poëta & Philosophus, poëtico furore inflatus, Satyras in Giraldum emittebat. Giraldus vicissim, & Simon Fraxinus, ei acriter respondent. *Balæus.** Hæc facta sunt sub annum Domini 1200.

[*Cent.3. cap.40.]

SCHISMA INTER CLUNIA- *censes & Cistercienses.*

FIgulus figulum odit: & in primis mendicus mendico invidet portiunculam majorem; juxta vulgare dictū, sic nulla major invidia in Mundo fuit; quàm inter monachos avarissimos, & inexplebilissimos mendicos.

Orta est inter Cluniacenses, & Clarevallenses Cistercienses, acerrima contentio; de Decimis præcipuè: cùm illa lumina monachorum, Petrus Cluniacensis, & Bernhardus Claravallensis, florerent. Sed præcessit & aliis de rebus conflictus. Nam Cistercienses (ut hypocrita hypo-

(veritatem semper criminari solet) criminabantur ipsos Cluniacenses, quòd regulam suam non observarent in moribus, vestitu, jejuniis aliisq; ceremoniis. Quâ de re Petrus Cluniacensis prolixam apologiam texit, fortiterq; recriminatur. *Epistola ad Bernhardum Claravallensem abbatem* *

* li.3.ep 28.

De Decimis igitur bellum movent: quas Cistercienses, uti moris hactenus fuerat, Cluniacensibus ampliùs pendere recusabant; eò quòd ipsimet illis reditibus, propter monachorum multitudinem, indigerent. Pertraxerant autem in suam sententiam Innocentium III. Papam: cujus autoritate & patrocinio id faciebant. Eam igitur ob causam, Petrus Cluniacensis; ad Innocentium Papam, * literas querimoniis plenas mittit; dicens, literas Pontificis insolita & damnosa præ se ferre: eas enim decimas Cluniacense cœnobium, ultra ducentos annos, absq; omni cōtradictione, possedisse & accepisse. Exponit porrò, alemtione istarum decimarum suis fratribus tantùm inferri damnum: ut vel aliqui dimittendi, vel omnibus sit migrandum. Orat igitur interdicti dilationem, usque ad Pascha. Postremò monet, ne veteres amicos novis anteponat.

* Epist.33.

¶ De livore mutuo illorum Monachorum, sic scribit Petrus ad Bernhardum: * *Nam, ut pene assiduè cerno, & animus ipsis quoque negligenter intuentibus advertere perfacile est, niger (ut sic dicam) monachus album, sic intuitu occurrentem, obliquo sidere respicit: albus nigrum, vix mediâ oculi parte, & quandoque rigerit, contuetur. Vidi plurimos, nec recordar quotiens, de nigrorum numero, occurrentem quempiam album, quasi monstrum videntes; & velut si Chimæra, vel Centaurum, vel portentum aliquod peregrinum, oculis ingereretur, voce vel gestu corporis se stupere signantes. Vidi è converso loquaces prius, & multa passim occurrentia ad invicem conferentes albos, nigra quolibet adveniente, subitò obmutuisse. & velut ab hostibus, hostium secreta rimantibus, silentio sibi remedia præcavisse. Intuitus sum utriusque generis hominum linguas tacentes, oculos, manus, pedesq; loquentes: & quod voce, ne proderentur, indicare valebant, gestuum suffragio clarius exclamasse: vocem mutam, membra loquacia: & perverso naturæ ordine lapidibus clamosas, homines hominibus taciturnos.*

* li.5. ep 16

DISSIDIUM CLERI ET
Monachorum Osnabrugensium.

ERat controversia de solennitatibus in idem concurrentibus, ecclesiæ majoris & collegii S. Johannis, Osnaburgi. Episcopus autem jussit minorem majori cedere. *Crantzii Metropolis.* *

* li.6.c 34

SCHISMA INTER ILSENBURGENSES
monachos, & Episcopum Halverstadensem.

FRidericus, episcopus Halberstadensis, erat a Pontifice Romano excommunicatus. Eam ob causam Monachi Ilsenburgenses, ad radices montis Procli, haud procul à Goslariâ, habitantes, obedientiam suam ipsi detrectant. quâ de causâ ipsos ille profligat. Sed post aliquot annos restituuntur. *Chronicon Saxonicum.*

SCHISMA MONASTICUM
in Jubinensi cœnobio.

PRior Jubinensis, de rigore monastico nonnihil reminens, oblata dona, ut pecuniam, pastellos, dulcia vina, & similia, non superstitiose fastidiebat. Sed Bernhardus Bletensis, & reliqui hypocritæ, duriter Priorem reprehendunt aliquoties. Cùm vero nihil obtinerent: impatienti animo Bernhardus sæpiùs, velut œstro concitus, in sylvas excurrit, potiùs fame periturus, quàm sanctitatem infandam (ut ipse quidem habebat) inspecturus. Ac reprehendit istam Bernhardi insaniam, etiam *Gerardus a Nazareth.* Tandem Hierosolymam currit; ibi quoq; suâ austeritate Balduinum Regem II. nonnihil reformans. Impetratâ deinceps a Patriarchâ potestate, discedendi ab illis monachis qui dona acciperent, dulceque vinum (pro scelere) non aspernarentur; in Machanath, propinquum monasterium, illi fatui, qui nolebant dulcia vina bibere, divertunt. Sed postea Bletensis redit ad Jubinū cœnobiū: quod procul dubio istorū persecutionibus tactū erat vacuū. *Gerardus a Nazareth, de Conversione quorundam servorum Dei.* *

* cap.19.

DISSENSIO INTER LATINOS & GRÆCOS.

Græci nonnulli affirmarunt, Mariam, Lazari sororem, non fuisse eam, quæ dicta est Magdalena. Contrà Latini asseruerunt, eam fuisse illam-ipsam Mariam-Magdalenam; & non aliam.

Hac de re *Gerardus a Nazareth*, episcopus Laodicensis, tractatum scripsit atque edidit: in quo asseverat, Mariam-Magdalenam unam tantùm esse fœminam, in Euangelicâ historiâ; & eam quidem esse sororem Lazari. Idque probat his rationibus.

1. Quia, si Maria-Magdalena non esset soror Marthæ, ab Euangelistis distingueretur accuratiùs: sicut Judas alter ab Iscariote discernitur. Brevitatis autem gratiâ, & quia notum fuit, cognominis non semper fit mentio.

2. Quia soror Marthę semper penè circa pedes Christi versatur; ut testatur historia: pedes Christi rigat & ungit; resuscitato Christo ad pedes se-se demittit, eū tactura. Vel ex hac, inquit, notâ cognosci Maria Magdalena satis potest.

3. Idem AMBROSIUS sentit, cùm inquit: *Quis unquam cognoscere potuit, quanta virtutum itinera duxerit? haud-dubium, quin Dominus: dum largum sanguinis fluxum siccat in Marthâ, dum dæmones pellit ex Mariâ; dum quatriduanum resuscitat Lazarum.* His verbis inquit, sororē Lazari Mariam illam esse; quam Marcus Magdalenam nominans, septem dæmonia dicit habuisse. Quamvis ille pater (quod & ipse Gerardus annotat) dubitat; an plures Mariæ-Magdalenæ ejusdem nominis fuerint. Sed *Augustinus* contra sentit; unicam fuisse Mariam Magdalenam, quā sententiam, unà cum omni penè Latinorum Ecclesiâ, autor ait se complecti.

4. Narratio Johannis id-ipsum testatur. * *Erat, inquit, quidam languens, Lazarus a Bethaniâ, de castello Mariæ & Marthæ, sororis ejus. Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis.* Hoc dicens Johannes, attestatur Lucæ, qui hoc in domo Pharisæi Simonis factum esse narravit. Jam itaque hoc Maria fecerat. Quod autem in Bethaniâ rursum fecit, aliud est, quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur à tribus aliis Euangelistis. Quòd ergo Matthæus & Marcus, caput Domini perfusum unguento illo dicunt; Johannes autem, pedes: non solum caput, sed & pedes Domini, accipiamus perfudisse mulierem, & priùs pedes. A capite quippe nobis ordinatè consuli agnoscimus: sed ordinatè etiam nos à pedibus ad caput ascendimus.

* cap.11. v.1.2.

5. *Hieronymi* sententiam concordat Gerardus cum Augustini: quia reprehendat Hieronymus eos, qui duas Marias-Magdalenas ponunt. Ac tandè sic ratiocinatur: Cùm ergo, juxta fidem Euangeliorum, quatuor fuisse Marias tantummodò asserat; necesse est, ut soror Lazari, quia etiam ipsa Maria vocatur, earum una sit. Aut itaque soror Lazari erit ea, quæ Magdalena cognominatur; aut quælibet trium reliquarum. Sed nullam earum sororem Lazari fuisse, aliquis Doctor exposuit. Matrem quippe Domini, aut ejus materteras, nemo unquam probare poterit, sorores Lazari fuisse. Non solùm enim Maria Cleophæ: sed & Maria Jacobi, (ut fertur) Domini matertera fuit. Restat igitur, ut Maria-Magdalena soror Lazari fuisse credatur: aut Hieronymo, quatuor tantummodò Marias fuisse dicenti, contradicatur.

6. GREGORIUS in Homiliis inquit: *Quam Lucas peccatricem mulierem; Johannes Mariam nominat; illam esse Mariam credimus: de quâ Marcus septem dæmonia ejecta fuisse testatur.* Dicit adhuc apertiùs: *Maria Magdalena, quæ fuerat in civitate peccatrix, amando veritatem, lavit lacrymis maculas criminis: etiam vox veritatis impletur, quâ dictum:* * Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum. *Nam venit ad monumentum, &c.*

* Luc 7. v.47.

7. BEDA ait: *Primo apparuit Dominus Mariæ-Magdalenæ, flenti ad monumentum: postea etiam eidem & alii Mariæ, regredientibus nuntiare discipulis.* Itèm idem: *Non dubitandum, quin ipsa sit mulier, quæ (sicut Lucas refert) quondam peccatrix ad Dominum cum alabastro venit unguenti. Eadem est ergo mulier. sed ibi pedes solummodò Domini prius ungebat. Ibi autem & pedes ungere, & ad caput quoq; ungendum se non dubitavit erigere.* Idem ait Anselmum adstruere.

8. Latinitas novit unam; unius festum colit.

¶ Objectiones sic diluit. I. *Si soror Lazari Maria di-*

ceretur

creetur Magdalena; hoc cognomine ab Evangelistâ Lucâ, vel Johanne, designaretur soror Marthæ. R. Non est sufficiens probatio: quia nec Marthæ agnomen exprimitur. Deinde, fuit mulier nota; ut non semper necesse fuerit cognomen addere. Præterea utitur inversione: Quia, inquit, non distinguitur; itaq; eadem est.

II. A nomine: *Magdalena à Magdalo appellatur. Sed Maria, soror Lazari, habitabat Bethaniæ.* R. Infirmam esse probationem hanc: quia potuit alibi nasci; & alibi habitare.

III. *Ambrosius duas Magdalenas videtur asserere.* R. Augustinus dissentit. Præterea, Ambrosius per *Fortasse* dubiam ponit sententiam: *Si plures,* inquit, *Mariæ, plures fortasse & mulieres.*

IV. *Hieronymus dissentit.* R. Posset conciliari Hieronymus: non eandem, secundùm immutationem vitæ; eandem verò, secundùm identitatem personæ, dixisse.

Sed in ultimo libro contra Jovinianum duas ponit. Verùm ipse Hieronymus se declarat in epistolâ ad quęstiones Hedibiæ. *Maria Magdalena,* inquit, *sola, & cum alterâ, sive cum aliis mulieribus, memor beneficiorum, quæ in se Dominus contulerat, ad sepulcrum ejus frequenter cucurrit: & nunc adoravit, quem videbat; tunc flevit, quem quærebat absentem. Licet quidam duas Marias Magdalenas, ex eodē vico Magdalo fuisse, contendant: & alteram eam esse, quæ in Matthæo eum vidit resurgentem; alteram, quæ in Johanne eum quærebat absentem. Quatuor autem fuisse Marias, in Evangeliis legimus. Unam, matrem Domini Salvatoris: alteram, materteram ejus, quæ appellata sit Maria Cleophæ: tertiam Mariam, matrem Jacobi & Joseph: quartam, Mariam-Magdalenam.* Ergo consentit Augustino; & insequentibus, duas Magdalenas asserentium sententiam reprobat.

V. *Origenes dissentit.* R. Præferimus Origeni Ambrosium & Augustinum.

Rectissimè autem *Gerardus* inquit: *Non est in hac re valde perniciosus error; unde & aliter atq; aliter credi, sinè magno periculo, potest. Bonum tamen est, si fieri potest, ut non modò de hac; sed & de omni controversiâ quod verum est, vel verisimile, hoc teneatur.*

¶ Eandem sententiam postea defendit *Gerardus*, peculiari libello, contra Salam Presbyterum: qui Laodiceam veniens, inspectoq; tractatu Gerardi, insigni fastu refutationem ebuccinavit. Sed, cùm esset indoctus & insulsus; jactaretq; sesquipedalia verba, quæ ineptè proferebat: ideò Gerardus literatior, & tersiori linguâ præditus, illum Salam, nihil salis eruditi habentem, egregiè depexit: positis primùm Salæ verbis; deinde suâ refutatione. Pauca tantùm verba Gerardi, de Salæ scripto, annotabimus. Sic inquit: *Cùm hujus Salæ scripta legere me cogit necessitas, videor mihi quasi picem, vel aliquid glutinosum, impeditis dentibus mandendo transglutire vix posse. Nam ut in Job legitur:* * *Numquid insulsum edi potest, quod non est sale conditum?* Libro titulus inscriptus est: *Defensio Gerardi, Laodicensis episcopi, contra Salam presbyterum.*

* cap.6.v.6.

SCHISMA INTER ERICUM DANIAE
Regem, & Roschildensem Episcopum.

INciderunt quædam, inter Ericum Daniæ Regem, & Eskyllum Episcopum Roschildensem, inimicitiæ; quæ in atroces seditiones eruperunt. Nam Episcopus, Petri Botyldæ auxilium nactus, ipsos quoq; Selandenses in suas pertrahit partes: proque suâ authoritate ipsis persuadet, de libertatis conservatione certamen sibi cum Rege esse. Audent igitur facinus, Episcopo ductore; Regemq; Selandiâ expellunt; & omnes ad societatem conspirationis adigunt: à suspectis verò obsides exigunt. Soli autem Skyalmonis filii seditiosa consilia detrectant; nec patiuntur se minis ad perfidiam perpelli. Tandem Ericus, Juticâ classe reversus, omnes ad deditionem cogit: & Episcopum seditiosum viceni auri talentis mulctat. *Saxo Grammaticus.* *

* lib.14.

Paulò pòst, Ascero Lundensi episcopo defuncto, de subrogatione alterius inter Populum & Regem dissensio exoritur. Scanenses Eskyllum cupiunt substitui; qui Ascero propinquitate junctus erat. Rex, veteremi Eskylli injuriam memoriâ tenens, Riconem Selefuicensem, cujus fidelitatem in adipiscendo regno expertus fuerat, præfert. Scanenses metu suam sententiam celant. Verùm Ericus, à sicario Plogo interfectus, omnia in medio relinquit. Ericus verò, ipsius nepos ex filiâ, habenis regni acceptis, totus ardebat Riconem inthronisare. Sed ibi se-se manifestè Scanenses aperiunt: se potius extrema quæq; passuros; quam dignitatem pontificiam in aliam familiâ translaturos. Præcurrerat autē Eskyllus, ambitione diffluens, cognitâ nece Regis, animosq; Scanensiū præoccupaverat. Istâ pertinaciâ perspectâ, potiu publicæ tranquillitatis, quàm unius viri habendam esse rationē, duxit: Eskylloq; permisit, ut eam sedem, cui inhiârat, occuparet. Rico autem vicissim Selandensem pontificatum est adeptus. *Saxo Grammaticus.* *

* lib.14.

SCHISMA DE DEPOSITIONE
Thessalonicensis Episcopi.

COnstantinus Mesopotamitanus Thessalonicensis episcopus, semper ferè in aulâ Imperatoris Orientalis, Alexii Angeli, versabatur; summâq; in Regis familiaritate erat, singulariq; prudentiâ & autoritate, res etiam politicas administrabat. Sed in odia potētum Aulicorum, ut facilè fit, illapsus, criminibus undiq; arreptis, insidiosè apud Regem defertur, omniq; gratiâ facile excidit.

Cùm verò honore dejiciēdus, omninoq; pedibus quasi, more hujus Mundi, proterendus esset: de absente, & in absentem, deliberatio instituitur. Intersunt Patriarcha, aliiq; primarii sacerdotes. Cùm autem quædam crimina vacillare viderentur: Patriarcha, sive Imperatoris (qui levitatis insimulator) instinctu; sive proprio in Mesopotamitanum odio, sententiam fert de Mesopotamitani depositione: aliumq; sedictum Chrysanthum, Thessalonicensis ecclesiæ episcopum designat; reliquis approb[illegible]tibus. Etsi autem hæc acta in absentem iniquissima essent: tamen multi applauserunt iis, qui summam authoritatem & potentiam obtinebant. *Nicetas de Alexio Angelo.* *

* lib.2.

SCHISMA DE URBIS LEO-
diensis munitione.

PLebeii, civitatem suam muro vestientes, Ecclesiasticorum sumptus & opes initiò nō expetivère: sed pòst, rei difficultate adacti, Canonicos, aut cooperarios, aut solvendo æquales, deposcunt; imò ipsos reluctātes armis, ut votis suis annuant, non verentur petere. Civium causæ Episcopus favere videbatur: cùm sæpius ad eorū audaciam conniveret. Tandem Sacrificulorum grex, urbe se subducens, in adversarios Apostolicum fulmen immittunt; & mercatores ex Franciâ, mercibus onustos, exonerant & expoliant. Tandem, rebus pacatis, Albertus Episcopus cives jure-jurando constrinxit; & Clericorū immunitatem inviolatam servavit. *Catalogus Tungrensium Episcoporum.*

CAPUT IX.

DE SYNODIS SEU Conciliis.

SUB HEINRICO IV.

PARISIENSIS.

ALexius Constantinopolitanus, ad Urbanū II. dum literas mittebat, quibus Turcicam rabiem exponens, totius Occidentis auxilia implorabat. Urbanus igitur, mox in confinio Hispaniç, seu (ut alii volunt) Parisiis, Concilium ex omnibus nationibus convocat; cui ipse quoq; interest: ubi suis declamationibus omnes exsuscitat & accendit, ad propulsandos barbaros hostes ea loco, quo Mundi Redemtor passus esset. Hortatur igitur omnes; ut, omnibus relictis, se itineri accingant.

Designata autem sunt circiter centum-millia. ex Aquitaniâ. Normanniâ, Angliâ, Scotiâ, Hiberniâ Britanniâ, Gallitiâ, Vasconiâ, Galliâ, Flandriâ, Lotharingiâ, aliisque gentibus. Additur & Episcopus Hademarus, qui nomine Papæ solvendi ligandiq; potestatem haberet. *Urspergensis.*

FLORENTINA.

FLorentinus Episcopus (*Sabellicus* habet Fluentinus) audebat palàm asseverare, Antichristum jam natum

esse, idq; haud-dubiè animadverrit, ex illa horribili metamorphosi regni Christi, spiritualis in mundanum. Nam Pontifices Romani magis atque, quam Biblia sacra tractabant. Conculcabant sese Imperatoribus, eosq; contemptissime tractabant: Articulos fidei depravabant, Sacramenta a Christo sancita profanabant, Idololatria indies crescebat: hypocritica disciplina, auctis Monachorum ordinibus, & cultibus humanis in immensum extollebatur. Plures ad Pontificatum insidiis, armis ac cædibus, ascendebant, quàm liberâ electione: & castitas, quæ etiam in honesto conjugio colitur, ex toto quasi choro sacratorum virorum exterminabatur. Erat denique Romanus Papa, vorago pecuniarum totius mundi; vi, non ratione, pleraque administrans. Ista quidem, huic autem ti, & aliis, præsentem Ecclesiæ statum nonnihil perpendentibus, occasionem præbuerunt, ex tam-evidentibus & illustribus notis, affirmandi Antichristum jam esse natum, publiceque in Ecclesiâ dominari.

Scribunt aliqui, prodigia, quæ plurima tùm fiebant, majorem ipsi materiam cogitandi de Antichristo præbuisse: ut quòd mare retrocesserit, & similia. Verùm sine dubio gravioribus causis, certioribusque notis & characteribus Antichristi, quæ publicè in conspectu versabantur, motus est: quæ magnâ arte & potentiâ sunt suppressa.

Hac autem re divulgatâ, Paschalis II. Antichristum Romæ gerens, nequaquam sibi dormitandum existimabat: sed confestim Florentiæ coacto concilio, Episcopum ad examen vocat. Silentium autem de argumentis ipsius ortum est. Non enim visum est ex re Pontificis Romani, si rationes in vulgus sparsæ, aut memoriæ fuissent commendatæ. Tantùm hoc affertur: Hominem verbis castigatum ac dimissum esse, eumq; rei magnæ authorem haberi voluisse. Credibile sanè est, verbis sævis magis, quam rationibus, illum hominem sopitum fuisse. Sit igitur hoc notum; eo tempore aliquos extitisse, qui asseverarint, Antichristum jam adesse: licèt Antichristus, & verbis, & gladio, eis silentium impusuerit. *Platina in vitâ Paschalis II. Sabellicus.* * *Blondus.* Annus a quibusdam 1101. annotatur: ab aliis 1105. *Antoninus* * ait, anno 1105. Florentiæ agitatum esse concilium.

*Pun. 9 lib. 4.
Tit. 16. c. 1*

ROMANA.

INdicitur Romæ, anno Domini 1102. generale Concilium, circa medium Quadragesimæ: in quo negotium schismatis inter Heinricum IV. & Paschalem II. Papam, ventilaretur. Receperat autem Heinricus Principibus, se eò venturum: sed postea non venit, Romanorum Præsulum moliciones non-ignorans. Odium quoq; tantum excitaverat; Imperatorem hoc agere, ut in locum Paschalis alium subrogaret. Et videtur quidem, hanc potissimum ob causam, ut nimirum suum solium consolidaret, istum conventum coëgisse Paschalem. Videmus enim, eos plerumq; honoris sui causâ multò plura, quam honoris Christi ergô, fecisse.

Adsunt autem in concilio, Apuliæ, Campaniæ, Siciliæ, Tusciæ, totiusq; Italiæ episcopi, Papæ mancipia; nec præter rem Imperatori suspecti. Venerunt & Ultramontanorum Legati.

Acta porrò sunt ista. Antiqua Patrū statuta, more solito confirmant: inter quæ primas Hildebrandinas tenuerunt.

Deinde schisma præsens inter præcipuas hæreses computant; perpetuoque, cum suis authoribus & sequacibus, anathemate notant. Hæc jacula & in Imperatorem tendebant.

Subscriptio ejusmodi refertur: *Anathematizo omnem hæresin, & præcipue eam, quæ statum præsentis Ecclesiæ perturbat, quæ docet & adstruit, anathema contemnendum, & Ecclesiæ ligamenta aspernanda esse. Promitto autem obedientiam Apostolicæ sedis Pontifici, domino Paschali, ejusq; successoribus, sub testimonio Christi & Ecclesiæ: affirmans, quod affirmat; & damnans, quod damnat sancta & universalis Ecclesia.*

q[illegible]iam, quam sententiam in Imperatorem, vel Pa[illegible] anum, Heinricum, idem Apostolicus Pa[illegible]lis promulgaverit; nos quoq; inter innumeras diverso[illegible] caterva[illegible]ximâ Cœna Domini, in eccle-

sia Lateranensi, ab ipsius ore didicimus: nimirum, postquam 8. Calend. Octobr. maris fluctibus Joppe traditi, Romæ sumus per gratiam Christi, prædictâ majori hebdomadâ, introducti. *Quia, inquit, tunicam Christi scindere, id est, Ecclesiam rapinis & incendiis devastare, luxuriis, perjuriis, atq; homicidiis commaculare, non cessavit: primò à beatæ memoriæ Gregorio Papâ; deinde à sanctissimo viro Urbano, prædecessore meo, propter suam inobedientiam, excommunicatus est atq; condemnatus: nos quoq; in proximâ synodo nostra, judicio totius Ecclesiæ, perpetuo eum anathemati tradidimus. Id notum volumus omnibus, & maximè Ultramontanis, esse: quatenus ab ipsius se contineant iniquitate. Urspergensis.* Ubi verò unico tantùm pars in judicio est; & judex ipse est pars & caput rerum: ibi quale judicium feratur, non est obscurum. *Crantzius in Saxoniâ.* * *Ersordiensis.* † *Hirsaug. Chronicon.*

LONDINENSIS.

*lib. 4. 15.
† cap. 86.
* lib. 5.
† lib 7.*

HEnricus *Huntingtonius*, * & *Rogerus Cestrensis*, † referunt; quòd anno Domini 1102. & anno 3. Heinrici I. Anglorum Regis, in festo Michaelis, Anselmus Cantuariorum archiepiscopus, sub Papâ Paschali, cōcilium Londini celebraverit. In quo concilio, (inquiunt) Anselmus prohibuit uxores Sacerdotibus antea illic non-prohibitas. Id verò quibusdam mundissimum visum est; quibusdam periculosum: ne, dum munditias viribus majores appeterent, in immunditias horribiles, ad Christiani nominis summum dedecus, inciderent. &c.

In eodem Concilio, ob eorum infames luxurias, depositi sunt ac degradati, (ut vocant) Guido abbas Perscourensis, Aldewinus abbas Ramesiensis, Wimundus abbas Tavestocēsis, Godricus abbas Petroburgensis, Haymo abbas Cervelensis, Algericus abbas Mydeltonensis, Ricardus prior Eligensis, Rotbertus abbas Buriensis, abbas Micelnensis, abbas Stokensis, & alii.

Sequenti anno, Sodomitas innumerabiles invenit Anselmus: *ut Raynulphus habet. Balæus.* *

Polydorus ait, * habitam esse synodum, ac multa pro sententiâ Anselmi constituta. Sed postea, in varietate istius historiæ, oratio ejus absorbetur.

*Centur. 2. cap. 59. in App.
* lib. 11.*

Ordinatos porrò esse quinque episcopos in Cantiâ, testatur *Malmesburiensis.* *

lib. 5. c. 2.

AD PAULI FANUM.

SEquenti anno post Londinensem synodum, scilicet anno Domini 1103. rumores & querimoniæ ad Anselmi aures venerunt: quòd ex damnato Sacerdotum conjugio, vitium horrendum, quod Sodomiticum vocabant, ubiq; per Angliam regnaret. Convocatâ ergo alterâ ad Pauli fanum synodo, hoc edidit frigidum statutum: *Sodomiticum flagitium facientes, & (dictu horrendum) eos in hac voluntate juvātes gravi anathemate damnamus: donec pœnitentiâ & confessione absolutionem mereantur. Qui verò in hoc crimine publicatus fuerit: statutum est, siquidem fuerit persona religiosi ordinis, ut ad nullum ampliùs gradum promoveatur, &, si quem habet, ab illo deponatur. Si autem laicus, ut in toto regno Angliæ legali suâ conditione privetur. Et ne hujus criminis absolutionem iis, qui se sub regulâ vivere non voverunt, aliquis, nisi episcopus, deinceps facere præsumat. &c.* Statutū quoq; est, ut per totam Angliam, in omnibus ecclesiis, & omnibus diebus dominicis, excōmunicatio præfata publicetur ac renovetur. *Raynulphus & Rogerus Cestrēses. & Johannes Trevisa in Chronicis.*

Quomodo verò exequendum sit præfatum statutum, Anselmus ad Guilhelmum archidiaconū suum declarat. * *Balæus.* *

*Epist. 178.
* Centur. 2. cap. 80. in App.*

NORTHUSANA.

PAtre Heinrico IV. à Romano pastore, ob non-concessas sibi investituras Episcoporum, excommunicato, filius, à suis instigatus, cristas erigit; seq; Meretrici Romanæ submittit. Saxonicis autem Principibus in suas partes Quedlinburgæ pertractis, Northusæ, quæ est regia villa, nec procul inde distat, ad Harciniam sylvam, synodum indicit, ad 4. Calend. Junii, anno Domini 1105. Convenit autem ingens episcoporū, abbatum, & monachorū turba. Huic cœtui præsident duo Paschalis II. Commissarii, Ruthardus Mogūtinus, & Gebhardus Constātiensis, episcopi.

Primùm autem de disciplinâ, quæ labefactata hactenus

esset,

e[illegible] -ftabatur at ad Patrum decreta, quæ ibi releg[illegible] bant[illegible] r. t[illegible] um redigebatur. Sed levioribus qu[illegible] buldà correctis, graviora ad Papa-ext[illegible]em Romanú rejiciebantur.

Deindè investituræ jus totum Romano idolo consecrab[illegible] [illegible] [illegible]molabant, pleni[illegible]simis oribus. Nam Hein[illegible]s. h[illegible] nus Majorum authoritaté & privilegia, contra [illegible]o-rem Rom[illegible] u præsulum, tutatus fuerat. Ex hac quidem [illegible] ete, Heinrici filius Papam omniú maximè fricare studebat sed postea in similes pœnas justo Dei judicio incidit. Hoc igitur investituræ jus, quod sibi Politici arrogabant, per invid[illegible] nonnulli Scriptores Simoniā appellant.

Tertiò ut mag[illegible] palpum Romano idolo obtrudant: decretum [illegible]ontra Sacerdotum conjugia honesta repetunt; ac vi a[illegible] ortá suppliciisq; diris communiunt. Eam verò Sacerdotum conjugalem vitam, verbo Dei, & exemplis Apostolorum, atq; antiquæ Ecclesiæ Christi consentaneam, odioso Nicolaitarum titulo, summâ invidiâ traducunt.

Quartò, Jejunium mensis Martii, hebdomadè Quadragesimæ, Jejunium verò mensis Junii, in ipsâ hebdomadâ Pentec[illegible]tes, Romano more celebrandum statuitur.

Qui[illegible]ò, Episcopi, qui priùs investituram ab Imperatore acceperant, quotquot ibi præsto erant, quasi rebaptizantur; nomine Pontificis Romani manu impositâ, quæ scilicet capacior erat manu Cæsaris.

¶ In eo autem conventu, Heinricus V. miram præ se humilitatem tulit: ut nimirum significaret, se totú velle monstro Romano subjugatum esse. Noluit autem synodum ingredi, nisi vocatus: ut nimirum eis potestatem agendi & decernendi, quicquid liberet, permitteret.

Jura autem sua cuilibet renovavit: ac, si quæ irrationabilia postulabantur, verecundè & sapienter refutabat.

Tandem pathethicam de Parente querelam, sublatis in cœlum oculis, & fusis lacrymis, insistuit: se nequaquam optare, ut Parens ab Imperio removeatur; si modò ullâ ratione adduci posset, ut uni Romano Præsuli, omnes Cæsares sibi subjuganti, sese submitteret. Quicquid verò hactenus egisset, atque in-posterum moliturus esset: id se tantùm ad conservandam authoritatem, atque excellentiam Romani Papæ, factitare: ut, ipso placato, Ecclesia sit pacata & tranquilla.

Hisce expositis, sanctis Patribus, & Romanum Deum colentibus, lacrymæ oboriuntur: mox in voces gratulatorias resoluti, acclamant *Kyrie eleison.*

¶ Hic etiam confestim Uto Hildesheimensis, Heinricus Padebornensis, & Fridericus Halberstadensis, qui hactenus Papa-cæsari restiterant, ab Imperatore Heinrico IV. apostatantes, se cum corpore & animâ Apostolicæ obedientiæ dedunt. Atqui ipsorum facinora Romano Præsuli reservantur, intereaq; ab officio suspenduntur. *Ursbergensis, Otthe Frisingensis,** *Hirsaugiense Chronicon, Crantzii Saxonia** & *Metropolis,* † *Barns, Aventinus,** *Erfordiensis.**

* lib. 7. c. 8. * lib. 5. c. 37 † lib. 5. c. 34. * lib. 5 * cap. 80.

ROMANA *alia.*

NOn-magna Synodus Romæ à Paschali II. est habita, de controversiâ inter Casinenses & Episcopum Capuanum. Nam Capuæ fratres, capellam S. Angeli dedicari fecerant, per Bruitonem Sigientem episcopum, suum monachum; advocato etiam Senne, Capuano archiepiscopo. Verùm iste paulò post armatâ manu irrupit in sacellum; destruens altaria, & reliquias auferens. Postea adversùm ipsos querelas instituit: quòd in dedicatione contra Canones actum esset.

Re ad Papam delatâ, in synodo coram Paschali II. Romæ promisit, se correcturum omnia: id quod fecit. *Chronicon Casinense.**

* lib. 4. c. 30

MOGUNTINA.

COnventus celeberrimus Moguntiæ institutus est, anno Domini 11[illegible]6. petente Heinrico IV. Ubi non tantùm Principes, è toto Imperio Romano, agmi[illegible]tim confluebant: sed ingens quoque Ecclesiastico[illegible] [illegible] ti nominantur) numerus eò convolabat. id n[illegible]m[illegible] imagente Romano Papâ [illegible]mnibus viribus: [illegible]e Magi[illegible]tu[illegible] [illegible]e[illegible]u[illegible] mus, [illegible] Romano Imperi[illegible], penitùs dejiceretur & con[illegible]ulcaretur. Duo autem vulture[illegible] Rom[illegible] mi[illegible] i. [illegible]halis II. egeruntpartes. Albanus nimi[illegible]um, & [illegible]nstantiensis.

Qui[illegible] Omn[illegible] compirati[illegible]ur, de excludendo ex cœtu H[illegible]o IV. Imperato[illegible] [illegible] in Ingelheim, prope Moguntiam, [illegible]bat [illegible] in cons entum ne forte adspectus [illegible]atoris, [illegible]r-sonæ senilis & gravis, & ma[illegible] [illegible] o-ritatem, quorundam anim[illegible] [illegible]n fidem erga ma[illegible]ratu consi[illegible] [illegible]oc consilium à Pa[illegible]hali Italicarum art[illegible]um per [illegible]ectum esse, *Erfordiensis* testatur: qui qu[illegible] m n[illegible]n-ob[illegible] in eo conventu mal[illegible] ge[illegible] imeit, [illegible] Roma[illegible]po attribuit.

Faces igitur incendio h[illegible] [illegible]mnium prim[illegible] Romani Legati adinvent, [illegible] e, aut[illegible]oritat[illegible] & nomine Papæ, fumen es [illegible] cat[illegible] in Imperatorem nondum legitimè depositú, nec audit[illegible]m, nec vocatum [illegible] cœtum, promi[illegible]gant: qu[illegible]d [illegible]em a m[illegible] ut in eum esse jactum atque in præsentiâ a V[illegible]ano J[illegible]vi[illegible] [illegible]schali II. nos[illegible] igne calefact[illegible] n[illegible] [illegible]sq, m[illegible] a [illegible]uma-tum sit. Interdicunt igitur unive[illegible] C[illegible] [illegible], ad-eoq; toti regno Romano cum tal[illegible] [illegible]ionem. Hortantur insuper atque instant precationibus: ut omnes, quotquot adessent, filii Ecclesiæ Romanæ, cujus quidem Papa est pater, conjunctis animis & viribus, incolumitati matris consulerent, adversùs tantum h[illegible]stem; unius[illegible] (*ut Crantzius ait*) capitis contumacis superbiam frangerent: alludentes nimirum ad Caiphæ consilium, cujus verba expresserunt. Habes igitur Doctorum Pastorum, Patrum & Matrum Ecclesiæ reverentiam, fidem, [illegible] *luu*, erga magistratum Imperii Romani summum: unde facilis de spiritu, quo sunt agitati, cuivis est conjectatio.

Occæcati autem omnes Papæ Romani eminentiâ, ac territi rugitu tam horribili, pedibus in eam sententiam concedunt: ducesque cæcos populus cæcus uno imp[illegible]etu subsequitur: fitque decretum in absentem, in non auditum, in senem Cæsarem.

Executio verò sinè dilatione peragitur. Nã ignis, dum calet, adurit. Sed observa executores, & [illegible]tua item paternos affectus. Historiam verbis Crantzii apponemus.* Mandatum est, *inquit*, Moguntino, Coloniensi, & Wormaciensi, episcopis: ut eum adeuntes, Imperialia insignia auferrent invito. Cumq; in senioris venissent conspectum in Ingelheim, quo loco Palatium instruxit Magnus Carolus: mandata Concilii exponebant Pontifices; poscentes ut insignia volens traderet. Illo autem causam requirente tam severæ, in se inauditum à Concilio prolatæ, sententiæ: objecisse ei feruntur, in conferendis episcopatibus & abbatiis, Simoniam. *Tunc Imperator:* Dic Moguntine, di[illegible] Coloniensis, per nomen æterni Dei, quid à vobis acceperim. *Dixerunt.* Nihil. *Et Imperator:* Gloria Deo in excelsis; quia vel in hac parte fideles inventi sumus. Certè maxima vestræ dignitates posuissent magnum Cameræ nostræ, si ità quæreretur, quæstū præstitisse. Dominus Wormaciensis novit, & nos non-ignoramus, quæstu, an gratiâ intervenieme, illum receperimus. Nolite patres temerare fidem vestram. Ecce, jam senio laboramus: sustinete nobiscum; & nolite in confusionem gloriam nostram terminare. Generalem curiam experimus. Si cedendum est: propriis manibus filio coronam t[illegible]demus.

* *lib. 5 Sax. cap. 20.*

Illis renitentibus, & vim ostendentibus parumper secedens, Imperialibus se vestivit insignibus, & reversus: Hæc inquit, Imperialis honoris sunt insignia. hæc mihi præstitit æterni Regis pietas, & Principum electio. Poten[illegible] est Deus, nos in his conservare, & manus vestras ab o[illegible]re cœpto cohibere, quamvis simus armis & milit[illegible] nostrâ destituti. Securi enim de tali violentiâ, nobis non pro[illegible]eximus. Sed timor Dei vos coërceat, quos pietas non revocat. Quòd-si neutrum veremini: ecce, præsentes sumus[illegible] non possumus [illegible]bus refragari

Hæsitant pontifices, sed invicem cohortante[illegible] accepto conamine Imperatorem adeunt: coron[illegible] it[illegible] tra[illegible] & sede detractum, omnibus Imperialibus exuunt.

Imperator ab alto ducti[illegible] su[illegible]piriis, sic eos [illegible]oquitur: *Deus, ultionum Dominus, videat, & vindicet iniquitatem, quam acitis. Ignominiam sustineo anteà inauditam. Sed del[illegible] [illegible]ferentiam apud justum judicem Deum suo. Vos tamen immune ac-*

mine

mine non orstu: quia jusjurandum prævaricat: justi vindicu ultionem non effugietu. Non prosperetur honor vester! Sit portio vestra cum eo qui tradidit Christum! Illi obturantes aures, retrocedunt, filio ejus Imperialia deferentes.

Hæc significat Crantzius, ex fide-dig s fa descripsisse. Al i autem nonnihil variant: ut qui fœditatem rei aliquo pacto lenire studuerunt. Sed *Erfordiensis* quoque, & alii, veritatem nondit imulant.

¶ Est & illud notandum. Petit Imperator pœnitentiam a Legatis R manis, cæterisque episcopis. Sed i'li superbè re pondent: absq; generalis Synodi decreto, se nullam ipsi abs utionem impertire posse, eamq; rem ad Papam pertinere: Romam ij si proficiscendum esse, ut præsenti Papæ n humiliatione satisfaciat.

Pollicetur etiam profanis Principibus; se-se omnibus, quoscunque læsisset, satisfacturum; rogare veniam; & polliceri emendationem omnium, quæcunque postulassent. Sed nemo ullis precibus locum relinquit: fulmen papale præponderat: omnemque humanitatis affectus, tam ab ecclesiasticis, quàm à laicis viris, radicitùs evulserat. Nemo hic expendit Petri doctrinam; etiam dyscolis dominis parendum. Nemo recordatur, peccatis suis talem magistratum se meruisse. Filius ipse, dementatus Papæ rugitu, & Ecclesiasticorum improbitate perculsus, obliviscitur debitæ suæ erga patrem reverentiæ: & quæruntur ejus duritici prætextus, ab oratoribus callidis.

Patre itaq; dejecto, quasi triumphus agitur. Investituræ jus, quod Heinricus IV. a majoribus acceperat, veluti Simoniaca hæresis, publicè damnatur; & vocatur Heinriciana hæresis. Investiti ab Heinrico dejiciuntur: ac lenitatem præ se ferendo, usq; ad Concilii generalis satisfactionem & ordinationem, suspēduntur. A Wigberto ordinati simili modo tractantur; & omnia ejus decreta annihilantur.

Ne autem quicquam deesset, quod ad venerationem atque adorationem Papæ pertinere videretur: Legati Romam destinantur; qui oracula velut ab Apolline ibi acciperent, quomodo ad nutum Papæ omnia suscipi gerique conveniret. Ex Lotharingiâ igitur mittitur Bruno Trevirensis; è Saxoniâ, Heinricus Magdebargensis; ex Franciâ, Otho Bambergensis; è Bavariâ, Eberhardus Eistettensis, ex Alemanniâ, Gebhardus Constantiensis; è Burgundiâ, Curiensis. Adduntur & Nobiles.

Mandata, quæ Legatis dabantur, erant: ut exponerent coram Papâ, ex animi ipsius sententiâ rem omnem confectam esse: jacère Imperatorem prostratum atq; exauthoratum: Papam verò super æthera sublatum esse; seq; jam omnes ejus nutum expectare, atq; ad libitū ipsius se promptos & obsequiosos esse, ad quælibet suscipienda. Præterea jussum erat, ut supplicarent tam sublimi Domino: ne dedignaretur in Cisalpinas regiones progredi, omniaq; pro suo capite & placito constituere: habere enim jam ipsum, qui contradiceret, neminem.

Istis rebus cognitis atq; promulgatis, confestim cadavera Schismaticorum, (juxta ipsorum arbitrium) è sepulcris eruuntur ac projiciuntur. Wigberti etiā corpus, quod sex jam annos (*Urspergensis* habet quinque) in Ravennensi ecclesiâ humatum, in terrâ jacuerat, sinè omni patientiâ, (exaltatis Ecclesiæ Romanæ cornibus, *inquit Abbas*) effoditur, & cōtumeliosè tractatur. Imò & ipsius Heinrici IV. cadaver, quinquennium sepulturâ prohibet mitissimus erga defunctos pater, scilicet juxta Petrum, magistratum contemnens.

¶ Etsi autem essent, quos ille miserabilis casus senis Imperatoria commoveret: tamen vana fuit sinè viribus ira. Legatos in itinere Nobilis quidam Al us invadit: sed rantur postea rursum. In Italiæ Marchionatu, ad Alpinum, Wernerus, Imperatori av batem de Ferrariâ, a lem, tam immaniter sævientem, in Papam iebat romovere: sed potentiâ iâ opprimitur. Secutæ autem postea sunt plures seditiones, ex a: ac nia movit, alu t. & ux ı, Romanus ille Eccle perat, cum suis creatur: id quod histo- r d * *Chron. Hirsaug. Otho* * *Saxo* *& Metropoln.* * *Aventinus.* *

* cap 86.
* li. 7. c. 10
* li. 5. c. 10. 20 21.
* li. 5. c. 33.
* lib. 3.

SUB HEINRICO V.

AD PADUM FLUVIUM.

Anno Domini 1106. Paschalis II. rogatus, ut in Germaniam veniret, ad Padum fluvium, in Longobardiâ, Warstallis, Concilium cum sibi-juratis celebrat.

Caput actionis fuit: quòd ab Antipapis consecratos ipse denuò consecrat; palliaq; immutat. Idq; duos ob fines omnium maximè. Primum, ut tali violento processu laicos Principes, omni jure investiendi episcopos & abbates, in suis provinciis, penitùs exspoliaret & privaret. Deinde, ut, una cum stabilitione eminentiæ suæ supra omnes, & mulctas ingentes corrogaret. Nam pallia illa tantus Sartor nequaquam immutavit gratis.

Decretum autem promulgatū est ejusmodi. *Per multos jam annos, regni Teutonici latitudo, ab Apostolica sedis unitate divisa est: in quo nimirū schismate, tantum est factū periculum: ut (quod cū dolore dicimus) vix pauci Sacerdotes & Clerici catholici, in tantâ terrarū latitudine, reperiantur. Tot igitur filiis in hac strage jacentibus; Christiana pacis egit necessitas, ut super hos materna Ecclesia viscera pandorentur. Itaq; Patrum exemplis & scriptis instructi, qui diversis tēporibus Novatianos, Donatistas, & alios Hæreticos, in suis ordinibus susceperunt; afati regni Episcopos, in schismate ordinatos, nisi aut invasores aut Simoniaci, aut criminosi sint probati; in officio episcopali suscipimus. Id-ipsum de clericis cujuscunq; ordinis cōstituimus, quos vita sententiaq; cōmendat. Crantzius in Sax.* * *Urspergensis, Sabellicus* †

Aventinus sic recitat: * Hildebrandi acta, eos facit omni, absentium animos literis, præsentium verbis, confirmat. Gebhardum Tridentinis, Cunradum Juvaviensibus, consecrat pontifices. Collegia, contubernia, immunitate donat: tributum annuum (sicuti diplomata ejus ostendunt) imponit. Ad se deficientibus, absq; cunctatione gratiam facit: obstinatis, nisi ante diem præscriptum re , sacrificiis interdicit. In scrinio sacri pectoris omani episcopi omnia jura contineri, justa omnium condita e , eundem religione mendacii adstringi posse, nuntiat. Proinde debere homines considerat ius j loqu m illos; atque pro legibus habere, quæ dica Qui adversus Romanum sensum pontificalemve ext ierit, conturbandum esse decernit.

* Jul. c. 8. Ænn. 9. lib. 4.
* lib. 6.

¶ Præstolabatur porrò Heinricus Ratisponæ anno Domini 1107. Papæ adventū: sicuti ipsius Legati, qui Imperatorem accesserant, largissimā spem fecerant. Verum nunt sanctissimo Patri aliqui hanc insuavem cantilenam: Teuthonicam nationē difficilimè recepturā esse illud decretum, quod quamlibet investiturā de manibus Laicorū verat accipere. Inculcant quoq; animosum cor Regis adolescentis; quod nondū jugo pontificio satis assuetum esset. Gemit igitur non-injuriâ hians corvus; nondum sibi satis tutum ad Germanos accessum patère. In Gallias igitur iter deflectit, juxta consilium illius sapientis viri: *Si hac non successit; alia aggrediendam est viâ. Crantzius Saxonia.* *

* li. 5. c. 30.

¶ De eâdem Synodo sic *Platina* & *Blondus* scribunt. In Cisalpinâ Galliâ, seu Lombardiâ, Paschalis ad Guardestallum Synodum agit, de homagiis, de feudis, de sacramentis episcoporum, laicis antea exhibitis vel exhibendis.

Decernit quoque, ne Æmyliæ urbes, Placentia, Parma, Regium, Mutina, Bononia, ampliùs Ravennati metropoli subessent; sed Pontifici immediatè parerent, quia in Romanam sedem aliquoties cornua erigebant: & dominus his opus habebat.

TRECENSIS.

In Galliis proposito suo satisfacturus Paschalis II. cùm Germaniā, virtutem ipsorum nonnihil expavescens, excl retur non-volens, Trecæ Concilium indicit, undiq; co ecti Epi copis, ut potuit: anno Domini 11 7. circa Ascensionis Domini festum. Heinricus autem V. Imperator, quidem icinum; non tamen præsentem, Conci o ex bet. ic scilicet ecclesiasticus & politicus Imperatores inter ceretisant, neuter alteri fidens!

Mate ia conci i, est Investitura: quam Pontifex cum suis, mni ı, omni authoritate, omnibu artibus manibus lai orum extorquere connititur. L ni ele-

nes pastorum esse oportere, asserit: coërcendas simi-liter Laicorum in ecclesiasticas dignitates præsumtiones, statuit: & juxta suorum antecessorũ morem, eadem mandata promulgat, & anathematis communit.

Heinricus verò Cæsar, istis superbis molitionibus Papæ perceptis, cum Episcopis & Optimatibus, quos secum habebat, consilio inito, Legatos ad papam mittit: qui tam ipsi, quàm toti synodo, in memoriam redigerent, potestatem constituendorum Episcoporum, privilegiis Apostolicis, (sic enim tùm Pontifices vocabantur) Carolo Imperatori concessam. Rogarent, ne in alieno regno, cujus nunc sceptra teneret Heinricus, quicquam in suum præjudicium præfinirent.

Turbant autem ista Papam, & reliquos patres: & postulanti Cæsari, induciæ unius anni, ad eam quæstionem ventilandam, conceduntur, nõ quidem (ut facile cogitatu est) bonâ cum voluntate. *Ursergensis* ait. Romam denominatam esse, ubi ista causa dijudicaretur. Sic scilicet Imperator Romanus à Pastore Romano subjugatur.

Crantzius * testatur, Papam nihilominus statuisse: ne, hoc tempore induciarum, quisquam investituram alicujus beneficii, aut ecclesiasticæ dignitatis, a manu laicâ accipiat; donec ea quæstio, inter Cæsarem & Papam, in synodo determinaretur. Et ut juxta Canones sibi Prælatos deligerent, libertatem Ecclesiis reddit. Ad hunc modum præjudicat Papa Synodo, pro suâ infinitâ licentiâ & tyrannide.

* lib. 5 Metrop. c. 33.

Porrò, ut suam offensionem & rancorem abundè proderet Papa: Patriarcham Aquilegiensem, Leodiensem & Cameracensem Episcopos anathematisat. Mindensis & Halberstadensis privantur. Coloniensis cum Suffraganeis suspenduntur: quia Concilio abfuerant. Moguntiacus & Constantiensis etiam suspenduntur: quia, contra Canones pontificales, aliquos electos instituerant. Addit postea *Ursergensis*, satis flebiliter exponens Papæ mentem: *Rursum*, inquit, *necdum humilitatem*, (puta omnimodam subjectionem) *quam quæsivit Germanicis in cordibus, invenire se, satis conquestus est.* Stomachabundus igitur Papa, ad suos Italos rursum iter reflexit. *Ursergensis, Heinricus Erfordiensis,* * *Crantzii Saxonia* † & *Metropolis,* * *Chron. Hirsaugiense.*

* cap. 87. † lib. 5 c. 30. * lib. 5. c. 33.

¶ Cùm autem *Aventinus*, acta atq; decreta hujus Synodi paulò clarius & fusius, ex Davide Scoto, qui apud Heinricum V. fuit, exponat: gratum sinè dubio Lectori erit, verba ipsius audire. *Sic inquit.* * Conciliato sibi Galliæ Episcoporum favore; ad captandam plebis auram, leges turbulentissimas rogat atque fert. Cæsarem, de creandis pontificibus, ad disquisitionem vocat: ipsum pontificalibus comitiis excludit. Ea ad plebẽ transfert: nempe, communem omnium pastorem, communiter omnium suffragio capiendum esse, statuit: pollui religionem, si quispiam sacris addictus, cœlestis atq; immortalis Imperatoriæ ceremoniarum cõsors sit, terreno atq; mortali Regi se in clientelam atque servitutem dicaverit. Sacerdotiorum administrationem, ad Pontificem Maximum; armorum, ad Cæsarem pertinere. A' singulis igitur Episcopis jus-jurandum exactum; futuros in potestate Romani Pontificis. Quintus per edicta ità obnuntiat: Non licere Gallis curiosis aliena, quæ nihil ad eos attinent, curare: cuilibet facile esse, de alieno largiri. Christiani orbis Imperium sibi à Deo optimo-maximo impositum esse: proinde se, de veteri more & ritu priscæ religionis, sacris supremæ majestatis placitis non defuturum; daturumq; jure suo operam, ne quid Respublica detrimenti capiat. Exstare vetustissimam sanctissimorum Patrum legem, tempore Caroli Magni perlatam; quâ Paschalis atq; cum eo sentientes, per omnium sacerdotũ regiones devoventur, atq; proscribuntur. Nullo pacto fas jusque esse fastuoso Pontifici, levissimis Gallis, magis superstitiosis, quàm religiosis; tot divos, tot pientissimos Pontifices maximos, minores, mystas, monachos, Reges, Imperatores, superos atq; cœlites, impietatis condemnare. Se, quoad vita suppetat, non passurum, ut instituta à majoribus accepta, per tot annos hactenus observata, fraude & astu paucorum, cum maximâ Christianorum morum pernicie, obliterentur. Pontifices, episcopos, mystas, monachos, ab Imperatoribus atq; Regibus collocupletatos esse. Ubi his pares opibus facti sunt, more perditorum, quò plura donata fuerint, plura concupiscere: Illisq; sordere prima quæque, ubi majora speravint. Titulo honesto libertatis ecclesiasticæ, fraudulentos homines grassari: illud conari, ut, se excluso, paulatim etiam populum, sacerdotes, episcopos aliós, in ordinem atque servitutem tantam redigant, atq; arma in eos, quorum beneficia possident, ne hæc aliquo pacto repeti queant, vertant. Pontifices Romanos Orbi Imper[illegible] animo [illegible] agitare regnum Christiani populi affectare: non quieturo[s], donec oppresso Cæsare, omnibus jugum servitutis quod [illegible], imponant. Christi cruciamenta declarare quæ'nam sit [illegible] bies sacerdotum adversùs immo[illegible] cam concupi[illegible] cui se semel animus devoverit, nullum stare terminum. Se penè impuberem, imperitum omnium rer[illegible] ab [illegible] egregiis pastoribus dolo circumventũ, in patrem charissimum concitatum esse; armaq; horum consilio sumsisse. Nunc, genitore oppresso, adversus se conspirâsse: neq; modum ambitioni ponere, nisi alios omnes dignitate, honore, exspolient: & quò ipsis, quicquid lubeat, liceat, ab [illegible] sacramentum, se futuros in eorum potestate, [illegible] cant, pro legibus habituros, atq; tandem pro Deo adoraturos, exigant. In hanc sententiam multæ ultrò [illegible] datæ sunt epistolæ. Novissimè Cæsar rescripsit: Quamvis veterem consuetudinem atq; [illegible], à tot sanctissimis Patribus per tot annos observatum, jure atque armis retinere possit: nihil tamen suâ referre, si pontificalibus comitiis excidat: modò episcopi, mystæ, monac[hi] prædia stipendiaria, fiscos, nervos Reipublicæ, civitates, urbes, oppida, vicos, regiones, castella, Reipublicæ atq; Cæsari reddant; decimis contenti vivant, Dei & pauperum populiq; cautam, Philosophiam divinam interpretando, vota illustrando, crucem Christi præferendo, agant, atq; universis Christianis paupertatem atq; simplicitatem Servatoris nostri, comitum ejus, æmulando, præluceant. Convenit itaq; inter Pontificem maximum atq; Cæsarem, uti sacerdotes, flamines, pontifices maximi, minores, mediocrini, omissa hujuscemodi Reipublicæ (ut Christus magister noster appellat) spinis, victu parabili ac parco contenti Christi præceptoris nostri, quoad liceat, modestiam, paupertatem, sectentur; studio literarum operam navent. A[t], ad hanc legem promulgandam, jam Paschalis Romam ex Galliis redierat: & Cæsar, quàm maximo potest apparatu, Italicam expeditionem meditatur.

LINCOLNIENSIS.

Lincolniæ in Angliâ synodus celebratur frequens, anno 110[illegible] ubi per tres dies, absente Anselmo archiepiscopo, inter Regem & Episcopos, sat[is] [a]ctum est de Ecclesiarum investituris: quibusdam ad hoc nitentibus, ut Rex eas faceret, more patris & fratris su[i], non juxta præceptum & obedientiam Papæ: cùm in eâ re fuerint discordes Paschalis & Urbanus. Sed redeunte Anselmo, statutum erat, ut ab eo tempore nunquam, per dationem baculi pastoralis aut annuli, quisquam de episcopatu vel abbatiâ, per Regem, vel quamlibet laicam manũ, in Angliâ investiretur. *Simon Dunelmensis.* *

* lib. 2.

ALIA ANGLICA.

Anselmus, Papæ Romani spiritu imbutus, aliud suorum concilium cogit; & ista sanc[i]t: *teste Simone Dunelmense.* *

* ibid.

Ut Archidiaconi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, castè vivant: & fœminas in domibus suis non habeant, præter proximâ sanguinitate sibi junctas, secundum hoc, quod sancta Synodus Nicæna definivit.

Illi verò Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi qui, contra interdictum Londinensis concilii, fœminas [su]as tenuerunt, vel alias duxerunt, si ampliùs Missam celebrare voluerint, eas à se omninò sic faciant alienas: ut nec illæ in domos eorum, nec ipsi in domos earum, intrent, sed neq; in aliquâ domo scienter conveniant: neque hujuscemodi fœminæ in territorio ecclesiæ habitent.

Si autem, propter aliquam honestam caussam, eas colloqui oporteat; cum duobus legitimis testibus, extra domum colloquantur.

Si verò à duobus & tribus testibus, vel publicâ parochianorum fama, aliquis eorum accusatus fuerit; quòd hoc statutum violaverit: purgabit se, adjunctis secum ordinis sui testibus, sex, si Presbyter; quatuor, si Diaconus, & duobus, si Subdiaconus fuerit. Cui autem hæc purgatio defecerit; ut transgressor sacri statuti judicabitur.

Illi autem Presbyteri, qui divini altaris & sacrorum ordinum contemtores, prælegerint cum mulieribus cohabitare, à divino officio remoti, omniq; ecclesiastico beneficio privati, extra chorum ponantur, infames pronuntiati. Qui verò rebellis & contemtor, fœminam non reliquerit, & Missam celebrare præsumserit: vocatus ad satisfactionem, si venire neglexerit; octavo die excommunicetur. Eadem sententia Archidiaconos & Canonicos complectitur: & de mulieribus relinquendis, & de vitandâ earum conversatione, & de districtione censuræ, si statuta transgressi fuerint.

Jurabunt Archidiaconi omnes, quòd pecuniam non accipient, pro tolerandâ transgressione hujus statuti: nec tolerabunt Presbyteros, quos scient fœminas habere, Missam cantare, vel vicarios habere. Similiter Decani facient.

Qui verò Archidiaconus, vel Decanus, hoc jurare noluerit, archidiaconatum vel decaniam perdet. Presbyteri verò, qui, relictis mulieribus, Deo & sacris altaribus servire elegerint, 40. dies ab officio cessantes, pro se interim vicarios habebunt; injunctâ eis pœnitentiâ secundùm hoc, quod Episcopis eorum visum fuerit.

HIEROSOLYMITANA.

Fuerat Daibertus, Hierosolymorum patriarcha, Arnulphi factionibus & regiâ violentiâ, sede suâ exturbatus: Ebremarus verò in ipsius locũ suffectus. Cùm autem Daibertus, in reditu ex Româ, in itinere mortuus esset: Ebremarus Romam currens, ut Papæ favorem mercaretur, nihil aliud consecutus est, quàm legatũ Gibelinum, Arelatensem episcopum: qui causam in Oriente cognosceret.

Is igitur unà profectus, Hierosolymis concilium congregat anno 1107. Ubi Ebremarus patriarchatu dejicitur: quia vivo Daiberto, & non-judicatâ ipsius causâ, (scilicet à Papâ) passus fuisset, se in eam pinnam templi sublevari. Ut tamen aliquid fastigii retineret: quia pietas & simplicitas viri ab omnibus cõmendabantur; Cæsareensi ecclesiæ, quæ paulò macilentior erat Hierosolymitanâ, præficitur.

Ipsi autem legato Gibelino, defertur atque traditur patriarchatus Hierosolymitanus; procul dubio nõ sinè Italicis artibus. Hoc scilicet erat venari prædas opulentiores.

Additur & hoc, Arnulphum insignem fuisse incitatorem; ut hunc senem deligerent: quò citiùs ipse postea ad hoc culmen asscenderet. *Tyrius.**

* li. 11. c. 4.

BENEVENTANA.

Anno Domini 1108. Paschalis II. mense Octobri, in Casinense cœnobium veniens, abbatem Brunonem secum duxit Beneventum; ubi synodum indixerat. Secutus autem Majorum suorum vestigia, constituit: Si quis de manu Laicorum beneficia aut investituram acciperet; tam dantem, quàm accipientem, communione privandum esse. Clericis prohibuit, secularibus & preciosis vestibus uti. Ista igitur fuerunt pontificalia decreta: quibus suam authoritatem confirmare; Laicosq; omnes premere voluit. *Chronicon Casinense.**

* li. 4. c. 35.

LEGIENSIS.

Anno Domini 1110. Legiæ synodus agitatur: quâ de Oberto Legiensi episcopo. elevando, consultatur ac decernitur; sineq; mora perficitur. *Sigebertus.*

ROMANA.

Romæ quoque, circa idem tempus, Paschalis II. veluti huic unicæ rei unicè fla[illegible]ns, in [illegible]is synodis pontificaliter decernit: [illegible]nuaquam be[illegible]fi[illegible] ecclesiastica, & inve[illegible]rani, à m[illegible] cujusquam Laici accipiendam: licèt à [illegible]i Magni tem[illegible]ore huc[illegible]ue, sub 64. pontificibus, id [illegible] ætates [illegible]ique P[illegible]ncipes, [illegible]btinuerint. Si [illegible] ve[illegible] contra [illegible] auderet, eum anathemate feriendum esse.

Eâ verò [illegible] causâ Imperator, anno sequenti, qui est Domini 1111. ipsemet Romam proficiscitur: factâq; cum Papâ reconciliatione, (nam ceperat eum, cum quibusdam Cardinalibus) die Paschatis, peractâ coronatione ante altare Petri & Pauli, publicè & solenniter Imperatori privilegium, de investiturâ episcoporum & abbatum, tam per annulum, quàm per virgam, in suo regno liberè concessit ac repetivit; atq; insuper porrectione sacræ Cœnæ, atque sanctis verbis, confirmavit. *Sigebertus. Urspergensis.*

BENEVENTANA alia.

Paschalis, cum abbate Casinense, Beneventum in synodum proficiscitur, anno Domini 1111. Nomine autem Casinensium, per Sennem, Capuanum archiepiscopum, ista proponuntur.

Primùm, S. Sophiæ ecclesiam, Beneventi, à suâ ditione esse subtractam.

Deinde, Benedictum, Terræ majoris abbatem, invasisse ecclesiam S. Mariæ; quæ sui juris fuisset.

Jurisperiti biduum de his controversiis disputant. Benedictus, se quadraginta annorum possessione tuetur. Jussus verò, testes producit: qui nec visu, neq; certo aditu; sed famâ solâ se accepisse, id ità habere, narrarent. qui quidem juxta Canones explosi sunt. Casinenses verò, possessionis annorum triginta interruptionem, duobus monachis, uno quidem episcopo, altero diacono, probant; ecclesiam per Desiderium, olim abbatem, Rudolpho presbytero locatam. cujus quidem rei scriptum in medium adferunt. Tres quoq; Laici testimonium ferunt: monachos Casinenses ibidem Præpositos fuisse; priusquàm monasterium Terræ majoris eam ecclesiam invasisset.

Deniq; à Pontifice sententia pro Casinensibus fertur; ut ecclesiam obtineant. *Chronicon Casinense.**

* li. 4. c. 50.

CYPERANA.

Paschalis II. eodem anno, Cyperani synodum habebat: ubi Archiepiscopus Corsentinus accusat Rogerium, Siciliæ Regem; qui se invitum coegisset monachum fieri. At Papa inquit; Dona & vocationem absque pœnitentiâ esse: eam ob causam, hujus controversiæ dijudicationem, ad abbatem pertinere. Abbas respondet; Deum non velle coacta servitia: ideoq; debere ipsum religionis habitum, præter voluntatem susceptum, ad pedes Apostolorum deponere, ac, si velit, liberè resumere. Verùm ipse, exsecuto cucullo, adduci non potuit; ut rursum indueret.

Deinde Papa, more Christi & Apostolorũ scilicet! Wilhelmum Ducem Apuliæ Calabriæq; constituit.

Tertiò, Landulfi Beneventani causam ventilat. qui cùm se purgare non valeret; in monasterium Casinense profugit. *Chronicon Casinense.**

* li. 4. c. 41.

WYNDESORENSIS.

Rex Angliæ Heinricus, apud Wyndesoram, anno Domini 1111. synodum celebrat: Faricium, abbatem Abendonensem, sedi Cantuariensi destinat. sed Synodus Roffensem episcopum præfert. *Raynulphus.**

* li. 7. c. 13.

ROMANA alia.

Anno 1112. ad 15. Calendas Aprilis, Romæ, in Laterano, in ecclesiâ Constantinianâ, synodus a Paschale II. celebrata est, tali occasione.

Vehementer, tum Papam ipsum, tum asseclas ipsius, urebat: quòd Heinrico V. privilegium vetustum tantis sacramentis, confirmâsset. Querebantur enim ecclesiastici Proceres, sito regno & potentiæ præcipuum nervum esse subtractum. Sunt igitur perpetui instigatores Paschali, qui suâ sponte eam perfidiam moliebatur: ut, synodo convocatâ, fidem Imperatori datam, publicè ac solenniter frangeret, & retractaret. Peccatum enim esse dicebant ingens; *(ut refert Urspergensis)* quòd Regem Heinricum, tyrannicum Reipublicæ vastatorẽ, & Ecclesiarum destructorem, (sic enim contra Magistratum loqui didicerant) Imperiali benedictione sublimâsset, atq; insuper privilegio sacrilego condonâsset.

Locus autem, ad hosce conatus perficiendos, non visus fuit alius commodior; quàm Roma, ubi Papa dominaretur. Nam (ut vulgò dici solet) quilibet in suo fimo est audacior. Huc igitur circiter centum-viginti Episcopi Ab-

bates,

[illegible] & [illegible] (*ut Helmoldus testatur*) coluit, [illegible] Papâ [illegible] Hi nunc [illegible] ipsam, probè [illegible] bor[illegible] eam. [illegible]

Materia igitur est Jus investituræ, Magistratui politico concessum & permissum, à 13. Romanis præsulibus. Patres suum Papam, quâ possunt reverentiâ, incusant; imprudenter factum esse [illegible] quòd Regem sacrilegum ad culmen Imperiale evexerit. Deinde, pejus actum esse contendunt; quòd eidem Episcoporum constitutiones privilegio solenni stabilierit: de quo quidem aliquot præcursores, usque ad mortes & exsilia, decertarint.

Sed Pontifex, miram humilitatem simulans, se coactum esse necessitate extremâ, queritur: atque eâ in parte majora pericula intercipere, atque amoliri voluisse: passim enim incendiis, rapinis, cædibus, à potentissimo Cæsare sævitum esse. A' Cardinalibus secum captivis, quoque se permotum esse, ait: ut, liberationis gratia, ad tempus talia concederet. Peccatum igitur suum se non defendere, jamq; Synodi judicium, de eo corrigendo, exspectare. Recitatur autem *ab Ursbergensi & Heinrico Erfordiensi*, ipsius oratio; quam ad [illegible]. *Amplector omnem divinam scripturam veteris, & novi Testamenti; legem à Moyse scriptam, & sanctis Prophetis: amplector quatuor Evangelia: sex canonicas Epistolas gloriosi doctoris, B. Pauli Apostoli: sanctos Canones Apostolorum; quatuor universalia Concilia, sicut quatuor Evangelia, Nicaenum, Ephesinum, Constantinopolitanum, Chalcedonense, & Antiochenum concilium; & decreta sanctorum Patrum, Romanorum Pontificum; & præcipue decreta domini mei Papæ Gregorii VII. & beatæ memoriæ Papæ Urbani. Quæ ipsi laudaverunt, laudo: quæ ipsi tenuerunt, teneo: quæ confirmaverunt, confirmo: quæ damnaverunt, damno: quæ repulerunt, repello: quæ interdixerunt, interdico: quæ prohibuerunt, prohibeo, in omnibus, & per omnia: & in his semper perseverabo.* Quibus expletis, surrexit Gerardus, Engelismensis Episcopus Legatus in Aquitaniâ, & communi consensu, domini Paschalis Papæ totiusque Concilii, coram omnibus legit hanc [illegible]: *Privilegium illud quod non est privilegium, sed verè debet dici pravilegium, pro liberatione captivorum Ecclesiæ a Domino Paschali Papa, per violentiam Regis Henrici extortum, nos omnes, hoc in sancto Concilio congregati, canonicâ censurâ & authoritate ecclesiasticâ, judicio sancti Spiritus, damnamus, & irritum esse judicamus; & omninò, ne quid authoritatis & efficacitatis habeat, penitus excommunicamus. Et hoc ideò damnatum est, quia in eo privilegio continetur: quòd electus canonicè à nemine consecretur, nisi prius à Rege investiatur. quod est contra Spiritum sanctum, & canonicam institutionem.* Perlectâ chartâ, acclamabãt omnes: *Amen, amen.* Archiepiscopus Johannes, Patriarcha Veneticus, Sennes Capuanus, & alii ferè centum episcopi, subscripserunt.

Ex hac occasione, Viennensis archiepiscopus, cum suis com[illegible]ibus, novum schisma in nostras partes seminare, & gladium anathematis in Imperatorem molitur extendere. Sed quia cœpt[illegible] m ejus Apostolicâ, indeque omni Ecclesiasticâ authoritate, videbatur carere; parùm interim potuit vigere. Attamen ejusdem dissensionis seminatæ causâ, circumquaque cœpit invidiæ serpere malum, adeò ut nonnulli quicquam contra Rempublicam imentantes, hujus rei materiam, in suæ commotionis arripere meditarentur clypeum. Inter quos & prædictus Adelbertus designatus Moguntiæ pontifex qui per omnia secundus à Rege semper fuerat [illegible] sine cujus consi[illegible] nihil facere solebat, ad[illegible] ersus Imperatorem [illegible] quod vi[illegible] quam crederet conspirare eum quibusdam Principibus infamatur; reque[illegible] gnita, custodiæ traditur.

[illegible] *Helmoldus*, [illegible] psum præterea Imperatorem a li[illegible] sanctæ [illegible] hæ sequestr[illegible] & A[illegible]bertum M[illegible] Saxo[illegible] contra Imperatorem moven[illegible] concitâsse. *Ursp*[illegible] *Erfordiensis* [illegible] *Capuense* [illegible] *Ottho Fri*[illegible] *almesburiensis* no[illegible] Suf[illegible] Vene[illegible] Sennes Capua[illegible] nus Amal[illegible] nus Reg[illegible] B[illegible] sanus, [illegible] & Græc[illegible] nu[illegible] A[illegible] ctæ

[illegible] sis. Petrus Portuensis, [illegible] Pi[illegible] us. Girardus Engolismen[illegible] Galo Leonensis Legatus pro Bituricensi & Viennensi archiepiscopis, Rogerius Vulturnensis, Gaufridus Senensis, Rolandus Populonensis, Gregorius Turracinensis, Wilhelmus [illegible] janus, Wilhelmus Syracusanus, Legatus pro omnibus Siculis, & alii ferè centum episcopi.

Sic [illegible] & Johannes Tusculanus episcopus, [illegible] Romæ, illâ de [illegible] con[illegible] io non inter[illegible] ere. Qui postea, lectâ damnatione privilegii, consenserunt.

LONDINENSIS.

ANselmus, anno Domini [illegible]. Londini concilium agitat: quo decernit ex [illegible] pontificio, quo imbutus erat; Nullas ecclesiasticas [illegible] nitates a manu Laicorum sumendas. Deponit etiam audacter, à Rege in dignitates promotos.

Ea verò rigiditas cum Regem offendisset, atque is Eboracensem cogeret, eos iterum consecrare: rursum fugam arripit Romam: ubi a se depositis, muneribus intervenientibus, restitutionem impetrat. *Matthæus Parisiensis.*

BELUACENSIS.

IN civitate Beluacensi, concilium esse celebratum, à Legato pontificio Conone seu Curione, eremitâ primo apud truncum Beteuger, & Ar[illegible]oasiani ordinis authore; sub annum Domini 1114. testis est *Sigeberti Continuator, & Vincentius.** Sed quid ibi sit agitatum, non additur.

* li. 26. c. 23

IN SYRIA.

ARnulphus, Patriarcha Hierosolymorum, propter vitæ licentiam, ab adversariis Romæ accusatur. Sicut enim ipse severat [illegible] alii vicissim faciunt ipsi. Mis[illegible] itaque Arausicensi episcopo, synodus pontificum Orientalium agitatur in Syriâ, anno Domini 1114.

Arnulphus, accusatus atque convictus de [illegible] minibus, [illegible] exsuitur muneri, authoritate Pontificis Romani.

Verùm ille mox Romam currit, munera secum ponderosa afferens. Probè enim compertum habebat, hoc idolum, cujus gratiam ambiret, non nisi maximis donis placari posse. Blandis itaque verbis, & largâ munerum profusione, (*ut inquit Tyrius**) gratiam Papæ meritus, cum literis, quibus in integrum restituatur, in suam sedem revertitur, ac pristinos mores retinet.

* li. 11. c. 26.

MAGUNTIACA.

NOn quievit Præsul Romanus, suis artibus cœlum terramque quasi concitare adversus Imperatorem. N[illegible]m universa Saxoniâ ad seditionem, suo classico synodali, concitata & evocatâ, non desinit plus olei [illegible] quod dicitur in ignem improbè effundere. M[illegible]o enim Dieterico, seu Theodorico, Cardinale, anno Domini 1[illegible]5. excommunicationem, in Imperatorem in concilio irrogatam, in Germaniam sinit proclamari: & Magdeburgenses, aliique episcopi, Legato reconciliati, strenuam operam, in continuandâ atque exasperandâ seditione adversùs Imperatorem, navant. Imperator igitur, undique ab illis fœdifragis in angustias summas redactus, Maguntiæ conventum Imperii indicit; simul episcoporum consilia efflagitaturus. Liberrimam autem pollicetur omnium audientiam, & satisfactionem liberalem; si quem læsisset: imò &, si quid juveniliter peccatum esset, se correcturum de Senatus consilio atque decreto. Sed Romanus Papa[illegible] atque ejus socii ep[illegible] tantis clamoribus Principum aures obtuderant; minisque excommunicationis, à [illegible] odo promulgatæ, quasi catenis quibusdam consti[illegible] : [illegible] ad eum [illegible] tum non venirent. Pauci igitur Episc[illegible] Imperatori adsunt [illegible] ad pontificia [illegible].

Nec verò locus ipse deliberationis, ab ipsis Ma[illegible] civibus Imper[illegible] tranquil[illegible] relinquitur. Nam [illegible] que ab E[illegible] icis inflammati, præsertim cùm [illegible] diam Arch[illegible] pus suus ab Imperatore ca[illegible] tivus detineretur, correptis armis, ipsam Magistratus summi [illegible] irruunt, cædem omnibus, perquàm horrendis clamoribus, intentantes. C[illegible] Heinricus, tantâ urgente calamitate, po[illegible] etur se facturum quæcunq; postulâssent. Petunt au[illegible] liberationem sui Archiepiscopi: quo impetr[illegible]

mitum vulgus, quasi tempestas marina, . . . ico subsidit ac sedatur. Sic Magistratus ille summus, Romanis artibus turbatâ Ecclesiâ & Politiâ, contumeliosè tractatus, Maguntiâ discedit. *Vrspergensis.*

COLONIENSIS.

ADelbertus, Moguntinus Archiepiscopus, sede receptâ, mox se-setotum Præsuli Romano mancipat; . . . untumque publicum, quantis potest viribus, fovet & auget. Mox enim Theodorico (Cr . . . appellat Dietherum) legato, . . . ter sque, totum, se subjiciens, & suo & aliorum Ecclesiasti . . . orum nomine rogat: ut Coloniæ, in conventu solenni, mandata Papæ exponat, sibique consecrationem diu impeditam perficiat. Destinatur autem . . . concursus, festum Natali Domini, anni 116.

Imperatoris verò consensus, ut non requiritur: ita ipsius indignatio, quam propter eum conventum non-obscurè præ se ferebat, non-magni fit ab istis pastoribus Ecclesiæ. Nec moratur Maguntinus quicquam Cæsaris offensionem, qui in ipsius ordinationem nondum plenè consentierat. . . . iduciam enim suam jam omnem, in potentissimum Papa-cæsarem collocaret, quem videbat cœlum terrę impunè mi . . . cere posse: longeque plus valere Papæ fulmen; quàm Cæsaris gladium.

Spiræ autem, cum paucis Principibus & Episcopis sese continet, acerbè ferens, & observans, quæ illic gerebantur.

Etsi autem Leganus pontificius, in itinere è vivis excedens, defunctus eo gestaretur: tamen magna metropolitanorum, episcoporum, & optimatum regni, multitudo ibi congreditur.

Negotium verò istius cœtûs est; Pontificiam excommunicationem, in magistratum Imperii summum, ibi proclamare.

Mittit autem eò Wirtzburgensem episcopum Heinricum. Verùm ille non priùs admittitur, nec auditur, quàm reliquis reconcilians, & datâ sponsione, se Synodi sententiam approbaturum. Re itaque infectâ, ad Imperatorem revertitur: qui cùm eum tergiversantem ce . . . egisset, coram se Missam celebrare, eâ peractâ, mox ad hostes Heinrici omninò iterum defecit.

Tam superbè itaque repulsus Imperator, & excommunicatos in Italiam, furoribus Ecclesiasticorum & Principum eest . . . tus, cum Reginâ totâque domo sese confert: cum Papâ, si quâ ratione posset, reconciliationem tentaturus. Circa Padum autem, integrum sub sistens annum, abbatem Cluniacensem ad Pontificem mittit; qui, tanquam medius inter utrumque de pacificatione ageret. Sed superbus & durus Paschalis, difficilimum sese præbet, tandémque synodum instituit. *Vrspergensis. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

ROMANA ALIA.

QVæ hujus Synodi, celebratæ anno Domini 1116. occasio fuerit, jam est expositum. Cùm autem ejus acta *Vrspergensis* commodissimè recitet: optimum fore duximus, ejus narrationem Lectori proponere.

Eodem igitur anno, qui est decimus-octavus ordinationis Domini Papæ Paschalis II. 2. Non. Martii, Romæ, in sede Lateranensi, in ecclesiâ sanctî Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, celebrata est Synodus universalis concilii, congregatis ibidem, ex diversis regnis & provinciis, Episcopis, Abbatibus, Catholicis, Ducibus & Comitibus, Legatis universarum provinciarum quàm-plurimis.

Primâ itaque die, quæ secunda feriæ tertiæ hebdomadę Quadragesimalis, inter Mediolanenses episcopos, Grosolanum & Jordanem, in alterum de invasi . . . e, in alterum, quid ecclesiæ suæ desertor extiterit, ventilata est controversia. Hanc causam Dominus Apost . . . is, Cardinalium, Epi . . . m, . . . io tractandam distu . . . t.

Sequenti die, in eandem causam plurima tractata sunt; sed res n . . .

Quartâ . . . feriâ . . . censis episcopus, de invasione ter . . . [illegible] . . . eb at. E contrà dum Pi . . . [illegible] . . . partem, pus utrinsq; . . . suffragi . . . eptatur. Tunc qu . . . m

Episcoporum, de medio concilii surgens, ita exo . . . est: *Dominum patrem Papam recordari decet, quare illum præsentia & generalis Concilii multitudo sancta, peromnis periculorum genera, mari terrâque convenerit invitata: ibi non de spiritualibus vel Ecclesiasticis: sed secularibus ordine præpostero tractare negotiis. Expediendum primò, propter quod principaliter conveniunt, ut evidentiùs perasq . . . atur, quid Dominus Apostolicus . . . sit: quisquid in ecclesiâ sua reverso prædicare debeant.* Tunc Apostolicus causam Concilii & animi sui intentionem his verbis exposuit: *Postquam Dominus de servo suo fecit, quod voluit, & me Papulumque Romanum tradidit in manus Regis, videbam quotidie passim fieri rapinas & incendia, cædes & adulteria. Hæc & hujusmodi mala, cupiebam avertere ab ecclesia & populo Dei: & quod feci, pro liberatione populi Dei feci. Feci autem, ut homo: quia pulvis sum & cinis. Fateor me malè egisse. Sed rogo vos omnes, orate pro me ad Deum, ut indulgeat mihi. Illud autem malum scriptum, quod in tentorio factum est, quod pro pravitate sui, pravilegium dicitur, condemno sub perpetuo anathemate, ut nullius sit unquam bonæ memoriæ: & rogo vos omnes, ut idem faciatis.* Tunc ab universis conclamatum est: *Fiat, fiat.* Bruno autem, Signinus episcopus, altiùs exorsus est: *Gratias agamus omnipotenti Deo, quia Dominum Paschalem Papam, qui præsenti Concilio præsidet, audivimus proprio ore damnantem illud pravilegium, quod pravitatem & hæresim continebat.* Ad hæc quidam cavillatoriè subjunxit: *Si privilegium illud hæresim continebat, qui illud fecit, hæreticus fuit.* Johannes autem Cajetanus, ad hæc commotus, Signino respondit: *Tunc hic, & in Concilio, nobis audientibus, Romanum Pontificem appellas hæreticum? Scriptum, quod fecit Dominus Papa, malum quidem fuit, sed hæresis non fuit.* Et alter quidam adjecit: *Imò nec malū dici debet: quia, si liberare populum Dei bonū est, quod Dominus Papa fecit, bonū fuit. Sed liberare populum Dei, bonū est, authoritate Evangelii, quâ præcipimur animas quoque pro fratribus ponere.* Ad hæc, pacientia Domini Papæ, hortādo Hæresis nomine pulsata, expergefacta est; & manu silentium indicens, dissidentium clamores & murmura tali ratione compescuit: *Fratres & domini mei audite. Ecclesia ista nunquam habuit hæresim: imò hic omnes hæreses conquassatæ sunt. Hic Arriana hæresis, quæ per trecentos ferè annos viguit, annullata est. Ab hac sede hæresis Eutychiana, Sabelliana contrita, Photinus, ateriq; Hæretici destructi sunt. Pro hac Ecclesiâ Filius Dei in suâ passione oravit, cùm dixit: Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua.*

Quintâ feriâ, Papa in Concilio non sedit; multis, & maximè Regis negotiis, per Dominum Cluniacensem, Johannem Cajetanum, & Petrum Leonis, & Urbis Præfectum, cæterosque illius partis fautores, impeditus.

Sextâ feriâ, Apostolicus in generalem omnium Ecclesiarum causam animum advertit, & Johanne Cajetano, cum Petro Leone, cæteris; Regis fidelibus, in faciem resistentibus prædicto Cunoni Prenestino, sæpiùs verbum excommunicationis exponere cupienti, murmur hujusmodi verbia & manu suâ compescuit: *Ecclesia primitiva, Martyrum tempore, floruit apud Deum; & non apud homines. Deinde ad fidem conversi sunt Reges, Imperatores, Romani Principes: qui matrem suam Ecclesiam sicut boni filii, honestaverunt, conferendo Ecclesiæ Dei prædia & allodia, seculares honores & dignitates, regalia quoque jura & insignia: quemadmodum Constantinus cæterique fideles. & cœpit Ecclesia florere tam apud homines, quam apud Deum. Habeat ergo mater & domina nostra Ecclesia, sibi a Regibus, sive Principibus, collata: dispenset & tribuat ea filiis suis, & sicut scit, & sicut vult.* Privilegi . . . investituræ, quod in tentorio concessit se videbatur, obliterare volens, iterans sententiam Papæ Gregorii . . . II. investituram ecclesiasticarum rerum a laicâ manu rursus excommunicavit, sub anathemate dantis & accipientis. Cardinalis verò, Dominus Cuno Prenestinus, talem Papæ fecit inductionem legationis suæ, & contra disturbatores præsentis negotii competentem: *Domine pater, si tua placet majestati, si vere sum tui legatus, & quæ feci, tibi placent esse rata, in auribus sancti hujus præsentis Concilii, ore tuo edicito & legationem meam, tua authoritate corrobora: ut sciant omnes, quia tu me misisti.* Ad hæc Apostolicus respondit . . . *quod autem ex . . . ibus nostro missus fuisti, & quicquid tu . . .*

Marginal letters: A B C D E F G H.

nostri, Cardinales, Episcopi, legati Dei & Apostolorum Petri & Pauli, hujus sedis & nostra authoritate fecerunt, confirmaverunt, probaverunt; ego quoque probo & confirmo: quicquid damnaverunt, damno. Et Dominus Prenestinus consequenter subjunxit; qualiter, pro sedis illius legatione, Hierosolymis audierit, Regem Heinricum, post sacramenta, obsides & oscula, in ipsâ beati Petri ecclesiâ, Dominum Papam tenuisse captum, indignè tractatum; potiora Ecclesiæ membra, Cardinales videlicet, exutos, tractos, & malè tractatos, Nobiles quoque Romanos occisos, & captivos; & populorum stragem factam audiens, ingemuerit; & pro hujusmodi facinoribus, Ecclesiæ Hierosolymitanæ consilio, & zelo Dei animatus, excommunicationis sententiam in Regem dictârit; & eandem in Græciâ, Ungariâ, Saxoniâ, Lotharingiâ, Franciâ, in quinque Conciliis, consilio prædictarum Ecclesiarum, renovando confirmârit: orare se demum, ut, sicut Dominus Papa legationem suam confirmâsset, ità presentes Concilii patres & episcopi concorditer annuerent. Ad eundem modum Legati & literæ Domini Viennensis postulabant. Dum tali ratione & ordine, tam variæ & dissonæ multitudinis assensus exquiritur: à saniori parte, veritati & apertę rationi nihil contradictum; à paucis submurmuratum; ab episcopis vel abbatibus nullo modo reclamatum.

Sabbato denique, inter Mediolanensium episcopos controversia, tali dispensatione terminata est. Apostolico Paschali docente, translationes episcoporum duobus fieri modis, necessitate, vel utilitate: hujus autem translationis Grotolani, quæ videbatur, utilitatem in animarum & corporum damna conversam: Grotolanum quidem in locum, unde translatus fuerat, restituit; Jordanem verò Mediolanensibus concessit.

His autem, qui propter concilium, & animarum suarum remedium, Apostolorum limina visitaverant, qui de capitalibus pœnitentiam agerent, quadraginta dierum pœnitentiam indulsit; & Apostolicâ benedictione Concilii hexameron laudabiliter absolvit. *Ursbergensis.*

¶ Hinc factiones exstitêre: altera alterius agros vastare cœpit: maximè verò Herbipolensis diœcesis, per Cunradum Ducem, qui Imperatoris frater erat, affligebatur: ac denique cuncta ferè loca armis infesta erant. Igni oleum Moguntinus, qui serpente pejùs Imperatorem oderat, addidit; Imperatoris fidelibus, quacunque ratione poterat, malum creans. Seditiones crebræ, ejectiones prælulum, castellorum demolitiones, conflictus, cædes mutuæ, oppressiones pauperum, in frequenti usu fuêre: & (*ut Ursbergensis utamur verbis*) neque pax Dei, cæteraq; sacramentis firmata pacta, custodiuntur: sed unius-cujusque conditionis & ætatis, præter solos ecclesiasticæ professionis homines, quibus jam penè nihil præter miseram restabat vitam, cæteri hoc tempore beluino furore bacchantur. Idem recitat *Erfordiensis. Blondus.* Crantzii Saxonia.†*

* Dec. 2. l. 4. † l. 5. c. 37. 38.

Heinricus, tantam inclementiam Papæ ægerrimè ferens, exercitu conscripto, ipsemet Romam contendit; armis discreturus, quod summâ subjectione & quotidianis precibus obtinere non poterat. Sed Papa id animadvertēs, se-se in pedes conjicit: atque in Apuliam fugiens; ibi Rogerium contra Imperatorem impellit.

IN APULIA.

DUm itaque Romæ Imperator est, in Apuliâ denuò suos convocat, quieti non-assuefactus Paschalis: & primùm quidem fulminibus suis Acheronta movet: deinde Rogerium hastis atque gladiis cruentis in Heinricum armat. *Chronicon Bambergense.*

TROJANA.

ANno Domini 1117. Paschalem Trojæ Concilium habuisse, *Casinense Chronicon* ostendit:* ut qui, ad illos veniens, Abbatem suum sibi adjunxerit comitem. Aliud verò nihil additur.

* l. 4. c. 57.

ROMANA ALIA.

ROmæ, in Quadragesimâ, Paschalis II. synodum habet: in quâ Casinensis abbas litem, de Cellâ S. Sophiæ intra Beneventum, agitat; sed frustra.

Deinde Abbas Cluniacensium, ad synodum veniēs, se-se Abbatem abbatum nominârat. Id verò tituli Casinenses ei concedere nolunt. Res in disceptationem adducitur.

Denique Johannes Cancellarius quærit: Cluniacensesne à Casinensibus, sive Casinenses à Cluniacensibus, regulam acceperint? Expeditè respondetur: Non modò Cluniacenses, verùm omnes in Romano Orbe monachos, regulam patris Benedicti à Casinensi accepisse cœnobio.

Ergo fertur sententia; Casinensi abbati id privilegii jure competere. *Chronicon Casinense.**

* l. 4. c. 61.

CAPUANA.

GElasius II. in fastigium pontificale elevatus, mox in Cæsarem Heinricum cornua sumit; suorum Majorum characterem (juxta Petri prophetiam*) accipiens, hoc mirum contemtum Magistratus. Capuæ igitur, quam una potest, suorum juratorum numerum contrahens, Cæsarem, cum antipapâ Burdino, (quem vocat idolon Cæsaris) damnat. Indè in Gallias iter facit, anno Domini 1118. *Ursbergensis.*

* 2 ep. 2. v. 10.

VIENNENSIS.

CApuâ, per Campaniam, in Burgundiam iter faciens Gelasius II. Viennæ in Galliis synodum cogit. eaque perfectâ, Cluniaci post dies paucos animam efflat, anno 1119. *Ursbergensis, Cuspinianus, Erfordiensis.*

REMENSIS.

GElasius indixerat quidem Remis concilium: sed improvisa mors ipsi filum vitæ secârat. Successor itaque Calixtus II. tempore præfinito, Synodum cum episcopis & abbatibus ibi celebrat, anno Domini 1119. *Continuator Sigeberti.*

Decretum autem tale ibi conditur. *Presbyteris, Diaconis & Subdiaconis, concubinarum & uxorum contubernia prorsus interdicimus. Si qui autem hujusmodi reperti fuerint, ecclesiasticis officiis ac beneficiis priventur. Et, si neque has immunditias correxerint; communione careant Christianâ.* Unde quidam ejus temporis in Angliâ scriptor:

O' bone Calixte, nunc omnis clerus odit te.
Quondam presbyteri poterant uxoribus uti:
Hoc destruxisti, postquam tu Papa fuisti.
Ergo tuum meritò nomen habent odio.

*Matthæus Parisius. Simon Dunelmensis.**

* lib. 2.

¶ *Saxonicum Chronicon* habet; ibi non procul abfuisse Cæsarem: verùm de nullâ pacificatione inter Cæsarem & Papam actum; atque pedibus omnium in eam sententiam itum esse, ut Cæsar excommunicaretur. *Item Chronicon Hirsaugiense.*

Statutum porrò est; Pontificem Romanum à nemine judicari posse, vel debere.

Templariorum quoque sectam à Patriarchæ Hierosolymitani jure exemit. *Balæus.*

COLONIENSIS.

A Gelasio, antequam animam suo Deo traderet, missus fuerat in Germaniam Legatus, Cuno Prenestinus: ut cōtra magistratum in Romano Imperio summum omnia commoveret; & commisceret summa atque infima. Ad istum Calixtus mittit celeres nuntios: ut sinè morâ, quod in mandatis haberet, effectum daret. Indictâ igitur Synodo Coloniæ, eò contrahit Episcopos omnes, qui Papæ conspirabant. Idque fit anno Domini 1119.

Res & acta sunt: Publicatio anathematis in Cæsarem decretum; ut omnes creaturæ Papæ eam tum sciant, tum exsequantur. Neque verò hic Cæsar vocatur, neque auditur; neque de pœnitentiâ cum ipso agitur. Sic placet istis dominis Ecclesiæ Christi, sinè omni affectu misericordiæ clavem vibrare.

Deinde Nortbertus, novam sanctimoniam inveniens, negotium synodo facit. Multi enim eum, tanquam insignem hypocritam & impostorem, novo vestitûs & vitæ genere cultum Dei instituentem, graviter accusabant. Sed vincit illud Christi vaticinium:* *Ecce hic, ecce illic Christus. Ursbergensis, Crantz. Saxon.* Chronicon Saxonicum.* Sic vides, Lector, Heinricum ab Ecclesiasticis reportare eandem pœnam, quam pater tulerat, ipso adjuvante. Nam Deus est scelerum justus vindex.

* Matth. 24. v. 23. & 24. 40.

FRITESLARIENSIS.

IDem Papæ cui sot Cuno, anno eodem, Friteslariæ sacratos viros congregat: ubi eadem coccylat in Cæsarem; Romani pastoris voce Cæsarem esse cœlo exclusum, & pro gentili vitandum. *Urspergensis. Crantzius.*

TRIBURIENSIS.

IMperator Heinricus, rescifcens, tam horribiliter in suo regno, veluti apris sylvestribus in suâ vineâ, turbari & concitari omnia; properè in ipsam Germaniam, relictâ in Italiâ Regina, contendit, omniumque opinione citiùs apparet. Abalienatis autem à se Principum animis, per Romanas illas faces; ità ut reverentiam atque obedientiam legitimam suo magistratui, in externis quoque, detrectarent: rei indignitate motus, armis sibi extorquendam submissionem, & authoritatem suam conservandam, censuit. id quod citra sanguinis profusionem, atque vastationem & depopulationem, minimè abiit. Sunt igitur Principes atque Episcopi, quibus pericula summa imminebant, hortatores: ut synodus Principum atque Episcoporum convocaretur Triburiæ. (Friburgam nunc vocari, monet *Crantzius*. Ad quam quidem Imperator suum præbet assensum: anno Domini 1119.

Materia consultationis est, de concordiâ inter Cæsarem & Papam faciendâ. Agit autem Cæsar per Legatos. quia Sanctuli excommunicatum exhorrescere videbantur; ne aliquid contagii ab ipso acciperent: deinde trepidant ad Papæ iram. Nam præsentibus Papæ legatis, omnes aliud mutire, quàm ipsis arridebat, non audebant.

Cogitur itaque Cæsar, primo loco Calixti vocationem comprobare; licèt à Cæsare creatus Papa adhuc in vivis esset: ni velit a dignitate Imperii sui excidere. Hoc scilicet erat caput rei, & causa, cur regnum Romanum concuteretur.

Deinde urgetur, ut suum jus investituræ resignet, atque tradat Romano præsuli: id enim postulare ipsum severissimè & strictissime. Multa autem ultrò citròque de hac re acerrimè disputantur. Sed velle Pontificis præponderat.

In tantas igitur angustias Cæsar redactus; ut aut cedendum suo veteri jure, aut regnum amittendum esset: petit inducias, ac potestatem, cum Principibus conferendi. Sed illi perterriti, atque exanimati penè tam potenti Præsulis Romani fulmine, ad unum omnes suadent; cedendum esse voluntati Papæ: ni velit se-se, universamque Germaniam, in extremum discrimen adducere. Consulit porrò amicos atque adversarios: verùm nihil solatii uspiam audit. Expugnatus itaque Cæsar, quasi supplices manus porrigit, necessitatique, tanquam durissimo telo, parendum esse, decernit.

Spoliatis in suo regno, propria restitui jubet. Cuncta Regum antiquorum fiscalia, suam in ditionem recipit: & pax rursum aliqua videtur affulgere. *Urspergensis.*

AD S. LUCAM.

PErceptâ illâ gratâ famâ, Cæsarem voluntati Papæ, ceu jugo, se-se submittere: non sibi cessandum putat Calixtus; sed absque morâ ad S. Lucam conventum indicit, ad 13. Calend. Novembris. Promiserant autem, qui Triburiæ fuerant, se ad eum locum venturos, quem Papâ designâsset. Vicinum quoque Cæsar se-se præbet: sicut Catalandensis episcopus, & Cluniacensis abbas, cum Heinrico Argentinæ transegerant. Adfuerunt autem ipsi Calixto circiter 426. patres; innumera clericorum & populi multitudo.

Ulcus erat, investituræ negotium, quam tenebant laici: inter quos princeps erat Cæsar Romanus.

Legati Imperatoris Heinrici, sua proferunt privilegia antiqua, à Pontificibus obsignata; & diuturnam possessionem, & jus ipsum atque æquitatem. Sed eis se Papa Calixtus, cum suis creaturis, pro authoritate opponit, omnia antiqua jura repudians, & mandans, se velle id dignitatis sibi attribui. Legati singulari reverentiâ, inducias ulteriùs petunt; & vix extorquent.

Papa autem nihilominus, synodalia suorum Antecessorum decreta confirmat: hoc est, decernit, jus investiendi episcopos, penes Episcopos Romanos, & non penes Cæsarem esse. & sic omnem suam potentiam adversùs Cæsarem dirigit.

Hoc pacto diebus duodecim Synodus ista finitur. In Italiam deinde Papa reversus, maximâ pompâ, ut Papa-cæsarem decebat, excipitur.

¶ Anno sequenti, hoc est, vigesimo, in Germaniâ Episcopis Papa literis præcipit; ut vacantibus cathedris, canonicè (uti loquebatur) pastores eligerent. Hac ratione, & decretis, & ipsâ praxi, licèt inducias verbis dedisset; re tamen ipsâ, Papa Cæsari jus investiendi episcopos eripit *Urspergensis, Crantzius.**

*ã 5. Sæc. 40.

NEAPOLITANA.

IN urbe Samariæ, Neapoli, Guaremundus Patriarcha Hierosolymorum, & Rex Balduinus, concilium frequens convocant, anno Domini 1120. Causa ejus rei est, pœna divina in Oriente grassans. Nam a locustis & muribus frumenta consumebantur in agris: itaque fames sævissima grassabatur. Huc accedebant prodigia in cœlo, & terræmotus celebri.

Acta concilii sunt: Peccata, quibus Deus ad ejusmodi pœnas infligendas moveretur, corrigenda esse. Condunt autem viginti-quinque capita, ad disciplinam erigendam & conservandam necessaria. Ea in Archivis passim exstare, inquit *Tyrius.*

Interfuerunt autem huic concilio: Dominus Guaremundus, Hierosolymorum Patriarcha; Dominus Balduinus, Hierosolymorum ex Latinis Rex secundus; Ebremarus, Cæsareensis Archiepiscopus, Bernhardus, Nazarenus episcopus; Rogerius, Lyddensis episcopus; Ansquillinus, Bethlehemitanus episcopus; Gildonius, electus Abbas sanctæ Mariæ de valle Josaphat, Petrus Abbas de monte Thabor; Achardus, Prior montis Sion; Gerardus, Prior sepulcri dominici; Peganus Regis cancellarius. Eustachius Graniers, Wilhelmus de Buris, Barisanus Joppe Constabularius, Balduinus de Rames, & alii multi utriusque ordinis. *Tyrius.**

WIRTZBURGENSIS.

MOguntinus præsul Albertus, seu Adelbertus, Romano Papæ addictus, omnem Romano Imperatori reverentiam detrectabat. Itaque Heinricus eum persequitur. Pelluntur & Spirensis & Wormatiensis episcopi suis sedibus: quia, in gratiam Papæ, nolebant Imperatori communicare. Sed Moguntinus Duces Saxoniæ exstimulat; ut arma contra Cæsarem sumant: & hisce facibus accensi Saxones, ante Moguntiam exercitui Cæsaris suas opponunt copias, neque procul aberat res à cruento prælio. Sed sapientum quorundam interventu, duodecim primates ex utrâque parte deliguntur; qui de rebus inter regnum & sacerdotium (uti loquuntur Scriptores) componendis, consultarent atque statuerent. Locus denominatur Herbipolis, seu Wirtzburg, ad diem Michaëlis, anno Domini 1121.

Veniunt autem eò armati utraque pars: ac tandem consultatio inchoatur.

Tandem septimanâ integrâ controversiis agitatis, sancitur pax tali pacto: ut regalia vel fiscalia Regno, ecclesiastica Ecclesiis; prædia spoliatis; hæreditates hæredibus, manerent: & cuilibet personæ sua tribueretur justitia. Prædones ac fures, edictis Imperialibus, & juxta leges antiquas, coërcendos. Scandala & perturbationes, excitatas in Germaniâ, omni ratione sedandas & exstirpandas. Excommunicationem, unde ista mala omnia scaturirent, ad Apostolici regiminis audientiam esse rejiciendam.

Denominati etiam sunt Legati, Bruno episcopus Spirensis, & Arnulphus abbas Fuldensis: qui Romam istam concordiæ rationé perferrent; ac Papam, de generali Concilio in Germaniâ instituendo, solicitarent. *Urspergensis.*

¶ *Respondet Nechites.* * *Primùm*, concedo primatum Romanæ ecclesiæ: quia inter tres sorores illas fuerit prima; & quòd reliquæ duæ sorores ad eam appellarint. Sed non dictus est princeps sacerdotum; nec primus episcopus: sed primæ sedis episcopus. Et à Phocâ primùm accepit hoc; ut caput omnium Ecclesiarum diceretur. Insuper, certis conditionibus illæ tres sorores inter se-se fuerunt colligatæ. Verumtamen, *inquit*, ne vel Romanus Pontifex, vel Alexandrinus, vel Antiochenus, aliquid in suis Ecclesiis docerent vel instituerent, quod à fide vel aliorum concordiâ discreparet; ut omnes unum dicerent & prædicarent: statutum est, quòd duo Legati, in fide & sanâ doctrinâ eruditi, à Romanâ ecclesiâ semper mitterentur: quorum alter Alexandrino; alter Antiocheno Patriarchæ, assisterent: qui eos in Analogiâ stantes, & publicè de fide prædicantes, diligenter observarent. Similiter duo ab Alexandriâ mitterentur: quorum alter Romano Pontifici; alter Antiocheno, videre opus, assisterent. Itèm ab Antiochiâ duo mitterentur: quorum alter Romano Pontifici; alter Alexandrino Pontifici, videre opus, assisterent. Et ità, quicquid in unâ istarum Ecclesiarum prædicaretur, quod catholicum esset; authoritate & testimonio aliorum confirmaretur. Si quid verò fortè cõtrarium fidei, & dissonum communioni, & alienum a veritate istarum Ecclesiarũ diceretur: Legati aliarum, fraternâ charitate, ac humili monitione, hoc corrigerent. Et, siquidem corrigere non possent; & ille, tanquam temerarius, & de se præsumens, errorem suũ contentiosè defendere vellet: statim, per eosdem Legatos, ad aliarum sororum audientiam hoc deferretur. Quòd-si per epistolas, canonicè missas, revocari posset ad concordiam sanæ doctrinæ; bene esset: sin autem minùs, Concilium generale super hoc celebraretur.

* cap. 7.

Secundò: Imperium, *inquit*, ex Româ translatum est in Orientem. Statutum est etiam à centum-quinquaginta episcopis, qui in hac urbe convenerunt; quando beatus Nectarius ordinatus est hujus sedis episcopus, damnato Maximo Enneo, qui Apollinaris contagio laborabat: tunc, inquam, statutũ est, adnitente piissimo Imperatore Theodosio Majore: quòd, sicut antiqua Roma, propter honorem Imperii, primatum in causis ecclesiasticis, à sanctis Patribus antiquitùs obtinuit; ità quoq; hæc junior & nova Roma, propter dignitatem Imperii, haberet primatum ecclesiasticum, post illam: &, sicut secunda Roma; ità & secunda sedes, appellaretur & esset; & omnibus Ecclesiis totius Asiæ, & Thraciæ, & Ponti, præesset; & causas ecclesiasticas tractaret, & authoritate propriâ diffiniret. Itaq; Legati, custodes catholicę fidei, qui priùs Romanam, Alexandrinam, Antiochenam perlustrantes ecclesiam, mutuâ & fraternâ observatione fidem servabãt, destinati sunt in hãc quoq; regiam urbem: & similiter hinc ad illos alii Legati, in idem ministeriũ, destinati sunt: quatenus omnes unum dicerent; & in nullo veritatis dogmate discreparent.

Tertiò: Imperio diviso, & Episcopi sunt divisi. Ergo Romani Pontificis decreta, in suis conciliis sancita sine Græcie, illi accipiant episcopi, qui ad eum pertinent.

Porrò addit *Nechites*, * quę digna sunt observatione. *Quia ipsi concilia his temporibus cum illa non celebramus: quomodo decreta illius susciperemus; quæ utiq; sine ullo concilio nostro, imò nobis ignorantibus, scribuntur. Si enim Romanus Pontifex, in excelso throno gloriæ suæ residens, nobis tonare, vel quasi projicere mandata sua de sublimi voluerit: & non nostro concilio, sed proprio arbitrio pro beneplacito suo, de nobis & de Ecclesiis nostris judicare, imò imperare, voluerit: quæ fraternitas seu etiam quæ paternitas, hæc esse poterit? Quis hoc unquam æquo animo sustinere queat? Tunc nempe veri servi, & non filii Ecclesiæ, rectè dici possumus, & esse. Quòd-si sic necesse esset, & tam grave jugum cervicibus nostris portandum imminerer: nihil aliud restaret; nisi quòd sola Romana ecclesia libertate, quâ vellet, frueretur: & quòd omnibus aliis ipsa leges conderet, ipsa verò sine lege esset. nec etiam, ut pia mater filiorum; sed domina imperiosa, domina servorum, videretur & esset. Quid ergo vobis Scripturarum scientia; quid vobis literarum studia, quid magistrorum doctrinalis disciplina, quid Sapientum Græcorum nobilissima ingenia? Sola Romani Pontificis authoritas, quæ (sicut tu dicis) super omnes est, universa evacuat. Solus ipse sit episcopus; solus magister, solus præceptor: solus de omnibus, sibi soli commissis, soli Deo, sicut solus bonus pastor, respondeat. Quòd-si in vinea Domini voluerit habere cooperatores ipse; quòd servato primatu suo exaltatur: glorietur in humilitate suâ; & non contemnat fratres suos: quos veritas Christi non in servitutem; sed in libertatem, in utero matris Ecclesiæ, generavit.* Oportet enim (*sicut dicit Apostolus* *) omnes nos stare ante tribunal Christi: ut referat unusquisque, prout gessit, sive bonum, sive malum. *Omnes dixit. Apostolus erat, qui dixit: seipsum non excipit; nullum mortalium excipit. Omnes dixit: nec Romanum Pontificem quidem excepit. Proinde nullo symbolo fidei hoc reperitur; quòd Romanam ecclesiam confiteri specialiter jubeamur. Quinimò unã sanctam catholicam & apostolicam confiteri ubiq; docemur. Hæc de Romana ecclesia, salvâ pace tuâ, dixerim; quam ego tecum veneror: sed non tecũ per omnia sequor; nec ex necessitate per omnia sequendam arbitror. Cujus etiam authoritatem tam excellentem tu pro nobis proposuisti: ut, deposito ritu nostro, ejus formam & mutationẽ in Sacramentis, indiscussâ ratione, & Scripturarum authoritate, susciperemus; & ut tanquam cæci, clausis oculis ducentem sequeremur, quocunq; illa proprio spiritu ducta iret. quod quam securum & honestum nobis fuerit; judicent tam Latini, quam Græci sapientes.* lib. 3. cap. 7. 8.

* cap. 8.

* 2 Cor. 5 v. 10.

Responsio Anselmi. *Primùm* dicit, ironiam in Pontificem Romanum non ferendam. *Deinde*, statutum Concilii sub Theodosio, vocat præsumtionem. *Porrò*, Chalcedonensis Concilii Patres 630. Leoni Papæ scripserunt: ut id prærogativæ, Constantinopolitanæ ecclesiæ concederet. Sed is, reliquis statutis admissis, solùm hoc omni conatu infregit: quia esset contra Concilium Nicænum. *Insuper*, ecclesiastica regula jubet: Nulla debere habere vigorem, quæ præter Romani Pontificis sententiam præsumuntur; & quæ ab eo Apostolicâ authoritate & subscriptione non firmantur.

¶ *Quartò, Nechites opponit:* * Videtur tibi, soli Petro; & non potiùs omnibus Apostolis dictum à Domino? * *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta erunt.* Et iterum: * *Quæcunq; ligaveritis super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunq; solveritis super terram, erunt soluta in cælis.* Quin-imò non soli Petro; sed omnibus cum Petro, & cum omnibus Petro, indifferenter dictum à Domino creditur. Nec super solum Petrum descendit Spiritus S. in Pentecoste à Domino missus; sed omnes simul inflammavit: & non impari dono, nec impariter; sed pari dono omnes pariter, sicut promissum fuerat donavit. Sic ergo recognoscimus, Petro acceptam à Domino potestatem, ut non putemus imminuendam cæterorum Apostolorum autoritatem: qui utiq; æqualiter omnes, sine aliquo invicem præjudicio vel usurpatione, tanquam verè mites & humiles corde, eundem Spiritum S. acceperunt, & in eodem Spiritu S. eandem potestatem ligandi atq; solvendi susceperunt. Nec soli Petro videtur attribuendum privilegium; quod ab ipso Domino donatum commune est omnium. Cavendumque est, ne cæteris, in eâdem potestate eandem prærogativam habentibus, derogetur: dum uni tantùm, quæ est omnium, authoritas adscribitur. Sic autem honoretur Petrus, Apostolorum duodecimus: ut cæteri undecim Apostoli, ab authoritate sui apostolatûs non excludantur: quem certè nõ à Petro; sed ab ipso Domino,

* lib. 3. c. 8.

* John. 20 v. 23

* Matt. 18 v. 18

ficut & ipse Petrus, æquali, & non d[illegible] dispensatione, acceperint.

Anselmus respondet: * Primùm, se concedere ad omnes dictum: * *Accipite Spiritum sanctum Quorum remiseritis &c.* Item, in Pentecoste super omnes Spiritum sanctum descendisse. Sed Petrum præ aliis peculiariter habere, primò, quòd ei dictum: * *Tibi dabo claves. Beatus es Simon.* Reliqui Apostoli ab ipso confessionem didicerunt. Christus ascendit naviculam ejus, docturus Ecclesiam. Apostoli ei de[fe]runt honorem: quòd ascenderunt Hierosolymam, [illegible] ultus Petrum & alios seniores. Ipse ibi fert sententiam. Ipse Ananiam & Sapphiram verbo interficit.

Ergo, *inquit*, firmissimè tenendum est, quòd Petrus sit à Domino [illegible] Apostolorum constitutus.

Sed solus Pontifex gerit vices Petri, vicem Christi. Ergo [illegible] Pontifex Romanus est supremus: reliqui Episcopi sunt ab isto vicario.

¶ *Quintò, Nechites opponit:* * Concedo, hic ortas multas hæreses. Sed hic vicissim extinctæ sunt: ut, tempore Constantini Magni, Arrii hæresis. Fons fuit Philosophia, quæ hic exculta fuit; quàque abusi sunt docti homines. Sic in Chalcedonensi, Constantinopolitanâ, Ephesinâ, Antiochenâ, Alexandrinâ, ecclesiis, damnatæ sunt hæreses. Et inhibitum est, ne quis amplius de fide disputare audeat. Jam verò hic nullæ sunt hæreses.

Præterea de Romanis inquit: *Et fortasse in Romanâ civitate idcirco non surrexerunt hæreses: quia non adeo sapientes, subtiles, & Scripturarum investigatores ibi fuerunt, quemadmodum apud nos. Fiscut Hæreticorum qui apud nos fuerunt, vana sapientia quâ seducti sunt culpanda est: ita nimirum laudanda est Romana imperitia qua ipsi nec hoc, nec illud, de fide disserunt, sed alios docentes, simplicitate quasi minùs docta audiesunt. Quod contigisse videtur, vel ex nimia negligentiâ investiganda fidei; vel ex grossa tarditate hebetis ingenii; vel ex occupatione ac mole secularium impedimentis.*

Anselmus contra: *

Christus est caput Ecclesiæ.

Christus vicem suam commisit Petro in terris: [illegible] pormenti, & sic consequenter.

Ergo [illegible] nes Romani Pontifices, per ordinem, sunt caput Ecclesiæ in terris; cujus caput Christus est in cœlis.

Aliud:

In uno corpore nō possunt esse plura capita: quia monstrum efficeretur.

Sed Ecclesia est una.

Ergo unum caput Ecclesiæ est Papa Romanus; non Constantinopolitanus. Ergo vos, ut Manichæi, vos met caput constituitis. Vos haberetis jure humano; si translatio Imperii constitueret caput Ecclesiæ: sed Romanus Papa habet jure divino. *Deinde*, eadem ratione, ubicunq, est sedes regni, ibi caput Ecclesiæ foret. A[illegible] ostius inquit: *Quia Romanâ Ecclesiâ discordat, hoc procul dubio hæreticum esse con[illegible]. [illegible] Regula ecclesiastica est; Non oportere præter sententiam [Ro]mani Pontificis concilia celebrari.*

Porro non G[ræ]cos, sed Romanos Pontifices, in Oriente hæreses extin[xi]sse, probat prolixè: ut Sylvester in Nicæ[na] Arrium da[mna]vi[t], Innocentius Pelagium, &c.

Ergo, *inquit*, Romana ecclesia habet privilegia divina, [illegible] omnes judicandi.

Nechites con[cedit] [illegible] quidem: sed id factum esse, ait, con[illegible] ne O[illegible]. Postea istum excursum amputan[illegible] di puta[illegible] ad cardinem reducit.

DE FERMENTATO.

[Nec]hites, [illegible] omnem non esse damnandum, asseverat. *Primum*, [qui]a Me[illegible] & alii Papæ, statuta de fermentato [illegible] unt. *Deinde*, Latini à Græcis olim non [illegible] nt [illegible] ind[illegible] enter, vel azymo, vel fermenta[illegible] tebantur. Simul enim cohabitabāt, [illegible] utuo damnabant. [Ve]rum & quidam Romani [illegible] e [illegible] ne. E[t] insuper adhuc Romæ mo[illegible] Græc[illegible] sunt, qui sine scandalo utuntur fer[illegible] pa[illegible]. [illegible] A[illegible] si nunc azymo [illegible] fermentato, prout habere potuerunt, in singula loca venientes. Sed postea Romani tantùm azymum, Græci verò tantùm fermentatum, retinuerunt: & æmulatione mutuâ se invicem hæreseos condemnarunt; præsertim Romanâ eam condemnationem inchoante. Fuisse autem Græcam ecclesiam non minorem ecclesiâ Romanâ, vel indè liquet, quod nomina dignitatū à Græcis sumta sunt: ut, Metropolites, Archiepiscopus, Episcopus, Coëpiscopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolythus, Exorcista, Canonicus, Clericus, Abbas, Monachus, Ecclesia, Monasterium, Cœnobitæ, Eremita, Basilica, Baptismus, Exorcismus, Catechumenus, Epiphania seu Theophania, Hypapante, Parasceve, Pentecoste. *Lib. 3. cap. 13.*

¶ *Respondet Anselmus. Primum.* plurium Pontificum authoritas plus valet, quàm duorum. Plures autem de azymo, quàm de fermentato, statuerunt. *Deinde*, Synodus synodum solvit, necessitate urgente. *Tertiò*, hi duo Papæ, non tam de fermentatâ hostiâ; quàm de eulogiis, quæ singulis diebus dominicis distribuebantur [vi]dentur dixisse. *Lib. 3. cap. 14. Item*, Græci aliquando sub Romano Pontifice fuerunt. Græcas verò appellationes retinent, quia Romæ & Græci, & Latini, frequentes habitabant. unde Evangelia in festis Græcè & Latinè solent legere Romæ. *Cap. 15.*

Anselmi rationes pro azymo.

1. Christus usus est in Cœnâ azymo, & inquit: *Hoc facite.*

2. In veteri Testamento prohibita est fermentata oblatio.

3. Panes propositionis fuerunt azymi.

¶ Responsio Nechitæ: Se id concedere; sed opponere illud, quòd in Græco usurpatur vox ἄρτος. ut [illegible], quæ vox de communi pane fermentato intelligitur. Deinde, in Levitico est, de duabus decimis similæ fermentatæ offerendis.

Respondet Anselmus: Non sit ibi sermo de oblatione ad Deum, sed gratiarum-actione: quòd ex similæ in gratiarum-actione sint levandæ, quæ mox in usum sacerdotis cedant. *Lib. 3. cap. 16.*

Adduntur & illa: Fermenti nusquam fit in bonam partem mentio. Insuper, azymi panis est melior [illegible] in sacrificio, quàm fermenti. *Subjungitur denique, illa conclusio:* Ergo omnes gentes decet Romanum morem se[qui].

¶ *Nechites concludit:* Se habere pro adiaphoro; minimeq; repudiaturum azymum, si in loco esset, ubi fermentatum panem habere non posset. Sed longo usu, & ne imperitum vulgus offendatur, ante generale Concilii determinationem, nihil novi inchoare se posse. *Lib. 3. cap. 18.*

DE COMMIXTIONE *vini & aquæ.*

Græci priùs merum vinum consecrant; postea aquam affundunt. *Ratio:* quia Christus non legitur aquam affudisse.

Respondet Anselmus: 1. Est cōsuetudo in Palæstinâ commiscere vino aquam infundere. Ergo & Christus vinum aqua mixtum consecravit. 2. Scriptura non negat, aquam non [fuisse] immixtam. 3. Ex latere Christi profluxit aqua & sanguis: Ergo vinum aquā dilutū esse cōsecrandum.

DE UNCTIONE.

Ritus erat Græcorum, quando extraneæ personæ, ex quacunque sectâ, transeunt ad ipsorum ritus: ut infusos eos lavarent, atq; hac ratione purificarent. Id verò *Anselmus* putat esse rebaptizationem.

Verùm *Nechites* negat; atque affirmat, esse tantùm ritum quendam purificationis. *Lib. 3. cap. 2[illegible].*

¶ Appellat autem *Anselmus* hosce tres libros [illegible] eosq; rogatu Eugenii Papæ conscripsit.

LONDINENSIS ALIA.

Synodum Londini celebrat Albertus, Hostiensis episcopus, Romanæ ecclesiæ Legatus, anno 1139. U[bi] Theobaldus, Beccensis abbas, Rege Stephano conniventè, Cantuariensis ecclesiæ cathedram conscendit. *Neubrig.* *

SUESSIONENSIS.

Petrus Abaillardus, Philosophus insignis, Philosophicis terminis res Theologicas efferebat, novasque loquendi formulas gignebat: quam quidem ob causam a pluribus reprehendebatur. Sed cùm alios doctrinâ & ingenii acumine excelleret, cedere noluit. Tandem igitur provincialis Synodus, apud Suessionas, contra eum agitatur, præsente Legato Romani præsulis, anno Domini 1140.

In-primis verò ab Alberico Remense, & Leutaldo Novariense, Sabellianus hæreticus judicatur. Libros, quos ediderat, propriâ manu ab Episcopis igni tradere coactus est; nullâ sibi (*ut inquit Ottho*) respondendi facultate, eò quod disceptandi in eo peritia ab omnibus suspecta haberetur, concessâ. Hæc sub Ludovico Seniore, Francorum Rege, accidêre. *Ottho Frisingensis, de Friderico.* *

* [illegible] c. 47.

CONSTANTINOPOLITANA.

Sub Manuele Comneno, Constantinopoli Concilium agitatur. Cosmas enim, Patriarcha Constantinopolitanus per invidiam & mendacium insimulatur; quasi Imperium in fratrem esset translaturus. Sed quia id apertè demonstrare non possent ejus adversarii; accusant eum: quòd cum monacho quodam reprehensibili crebrò & familiariter viveret. & sic suâ dignitate privatur. Ipse verò, hanc injuriam impatientissimè ferens, maledicit Imperatrici; quæ postea tantùm fœmellas parit: & aliis mala precatur, qui interempti sunt. *Annales Nicetæ Choniatæ.*

SENONENSIS.

Visum est commodissimè nos facturos; si *Otthonis* narrationem de hac Synodo ponamus. *Sic igitur ille scribit.*

Posthæc, dum rursus pluribus diebus legeret, maximamque post se sociorum multitudinem traheret: sedente in urbe Romanâ Innocentio; in Franciâ verò Ludovico, superioris Ludovici filio, regnante: ab Episcopis, Abbateque Bernhardo, denuò ad audientiam apud Senonas evocatur Abailardus, præsentibus Ludovico Rege, Theobaldoque Palatino-Comite, & aliis Nobilibus, de Populoque innumeris. Ubi dum de fide sua discuteretur: seditionem populi timens, Apostolicæ sedis præsentiam appellavit. Episcopi verò simul & Abbas, missa ad Romanam ecclesiam legatione, ac eis, pro quibus impetebatur, capitulis, damnationis ejus sententiam [illegible] literis reportaverunt: quarum exemplar hoc est.

Reverendissimo Domino, & di[illegible]ssimo Patri, Dei gratiâ summo Pontifici Innocentio, S. Remensis archiepiscopus, Jozelinus Suessionensis, Guilhelmus Catalaunensis, [illegible] Ambianensis, episcopi, debitæ subjectionis voluntarium obsequium. Auri[illegible]us occupatis ad plurima, verbum facimus breve de prolixo negotio, pro eo maximè, quod id-ipsum plenius & diffus[illegible] continetur in literis Domini Senonensis. Petrus Abailardus, Christianæ fidei meritum evacuare nititur dum totum, quod Deus est, humanâ ratione arbitratur comprehendere. Ascendit usque ad cælos; & descendit usque ad abyssos. Nihil est, quod lateat eum, sive in profundum inferni, sive in excelsum supra. Homo est magnus in oculis suis, disputans de fide contra fidem; ambulans in magnis & mirabilibus super se, scrutator majestatis, hæresium fabricator. Jamdudum fecerat librum de S. Trinitate: sed [illegible] b Legato Romanæ ecclesiæ igne examinatus est; quia inventa est in eo iniquitas. Maledictus, qui reædificat ruinas Hiericho. Surrexit a mortuis liber ille & cum eo multorum hæreses, quæ dormierant: surrexerunt, & apparuerunt multis. Denique, jam extendit pal[illegible]ites suos usq; ad mare & usq; Romam propagines ejus. Hæc gloriatio hominis illius, quod liber suus in Curia Romana [illegible] bet, u[illegible] caput suum reclinet. Hinc confortatus & confirmatus est error illius. Proinde cum fiducia prædicat verbum iniquitatis usquequaq; [illegible] yveres, [illegible] in conspectu [illegible] piscoporum, super his, cum [illegible] Abbas Clarevallensis [illegible] fidei [illegible] & [illegible] es armatus: ille nec quis[illegible] nec negavit; sed a dec[illegible] loco [illegible] pulice, quem ipse sibi elegerat sine læsione, [illegible] avamine ut prolongaret iniquitatem. Sed in apost[illegible] appe[illegible]. Episcope qui propter hoc unum convenerant, vestra [illegible] es, nihil in personâ ejus egerunt: sed tantummodo [illegible] tula, a san[illegible] olim Patribus condemnata, [illegible] ne morbus serperet, ad [illegible]verunt. Quia ergo homo ille multitudinem trahit post se & populum, qui sibi credat habet: necesse est, ut huic morbo [illegible] lets medicinâ occurratis. Sero enim medicina paratur,

Cùm mala per longas invaluêre moras.

Processimus nos in hoc negotio [illegible] ausi fuimus. [illegible] beatissime Pater, est, de cætero providere ne aliqua hæretica pravitatis maculâ decor Ecclesiæ contaminetur. Ti[illegible] commissa est sponsa Christi, ô amice sponsi. Tuum est, eandem uni viro virginem castam exhibere Christo.

Rescriptum verò Innocentii tale est.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei venerab[illegible] fratribus, Henrico Senonensi, Reinaldo Remensi, archiepiscopis, eorum [illegible] suffraganeis, & charissimo in Christo filio Bernhardo Clarevallensi abbati, salutem & apostolicam benedictionem. Testante Apostolo, sicut unus Deus, una fides esse dinoscitur: in quâ, tanquam immobili fundamento, præter quod nemo aliud potest ponere firmitas catholicæ Ecclesiæ inviolata consistit. Inde est, quòd beatus Petrus, Apostolorum princeps, pro eximia hujus fidei confessione, audire meruit: * Tu es, *inquam*, beatus Petrus; & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Petram utique, firmitatem fidei & catholicæ unitatis soliditatem, manifestè designans. Hæc siquidem est inconsutilis tunica Redemptoris nostri super quam milites sortiti sunt; sed eam dividere minimè potuerunt. Contra quam in initio fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, adstiterunt Reges & Principes terræ convenerunt in unum. Verum Apostoli duces dominici gregis, & eorum successores Apostolici viri, ardore charitatis & zelo rectitudinis succensi, fidem defendere; & eam in cordibus populorum, proprii sanguinis effusione, plantare non dubitaverunt. Demum, cessante persecutorum rabie, imperavit ventis; & facta est in Ecclesiâ tranquillitas magna. Sed quia hostis humani generis semper circuit, quærens quem devoret: ad expugnandum sinceritatem fidei, fraudulentam Hæreticorum fallaciam subinduxit. Contra quos veri Ecclesiarum rectores viriliter insurgentes, eorum prava dogmata, cum ipsorum auctoribus, condemnarūt. In magna namq; Nicæna Synodo, Arrius hæreticus est damnatus. Constantinopolitana Synodus, Manichæum hæreticum debitâ sententiâ condemnavit. In Ephesina Synodo, Nestorius condignam sui erroris condemnationem recepit. Chalcedonensis quoq; Synodus, Nestorianam hæresin & Eutychianam, cum Dioscoro & ejus complicibus, justissimâ sententia confutavit. Marcianus præterea, licet laicus, Christianissimus tamen Imperator, catholicæ fidei amore, [illegible] census prædecessore nostro, sanctissimo Papæ Johanne, scribens [illegible], qui sacra mysteria profanare contendunt, inter cætera [illegible] dorem:* Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cujuslibet conditionis, de fide Christianâ publicè conetur in-posterum tractare. Nam injuriam facit judi[illegible]io reve[illegible]endi[illegible] imæ Synodi; si quis semel-judicata, & rectè-disposita, re[illegible] re, & iterum disputare contendit. & in contemptores hujus Legis, tanquam in sacrilegos, pœna non deerit. Igitur si quis clericus erit, qui publicè tractare de religione ausus fuerit, à consortio clericorum removebitur. *Dolemus autem quoniam, sicut vestrarum literarum inspectione, & missa a Fraternitate vestra nobis errorum capitula, cognovimus, in novissimis diebus, quando instant periculosa tempora, M. Petri Abailardi perniciosa doctrina, & prædictorum hæreses, & alia perver[illegible] dogmata, catholicæ fidei obviantia, pullulare cœperunt. Verum [illegible] hoc [illegible] me consolamur, & omnipotenti Deo gratias agimus: quod in partibus vestris, pro patribus tales filios suscitavit; [illegible] in tempore apostolatus nostri, in Ecclesia sua tam pr[illegible] laros voluit esse pastores: qui novis Hæreticis studeant calumniis obviare; & in[illegible] immaculatam sponsam uni viro, virginem castam, Christo exhiben[illegible] [illegible]. Nos itaq; qui in cathedrâ sancti Petri [illegible] cui a Domino dictum est,* * Et tu [illegible] quando conversus confirma fratres tuos) licet indi[illegible] [illegible] *conspicimur, communicato fratrum nostrorum Episcoporum-Cardinalium consilio, destinata nobis a vestra Discretione capitula, & universa ipsius Petri dogmata, sanctorum Canonum authoritate, cum suo authore, damnavimus, eiq; tanquam Hæretico perpetuum silentium imposuimus. Universos quoque erroris sui sectatores & defensores, a fidelium consortio sequestrandos, & excommunicationis vinculo innodandos esse, censemus. Datum Laterani 17 Calend. Augusti.*

* Matt. 16. v. 18.

* Luc. 22. v. 32.

Petrus, damnationem [illegible] dogmatis, à Romanâ ecclesiâ confirmatam cognoscens, ad Cluniacense cœno[illegible] [illegible] se

apologeticum scribens; prædictorum capitulorum partim verba, ex toto autem sensum, negans; qui sic incipit. *Ne, juxta Boethianum illud, præmissis nihil-afferentibus tempus teratur; ad rem ipsam veniendum est: ut innocentiam meam ipsa veràm veritas potius, quàm verborum excuset prolixitas.* Hæc autem pauca de multis, contra eum posita sufficiant capitula:

Quòd Pater sit plena potentia, Filius quædam potentia, Spiritus sanctus nulla potentia.

Quòd spiritus sanctus non sit de substantiâ Patris.

Quòd Spiritus sanctus sit anima Mundi.

Quòd Christus non assumsit carnem, ut nos a jugo Diaboli liberaret.

Quòd non peccaverunt, qui Christum ignoranter crucifixerunt.

Ipse verò, non multis pòst diebus, coram fratribus suis fidem suam humiliter exponens, in eodem vitam finivit cœnobio. *Otho Frisingensis de Friderico.* * *Vincentius.* † *Antoninus,* * *Chronicon Hirsaugiense, Continuator Sigeberti, Bergomensis.* † *Platina* refert sub Lucium II. *Sabellicus.* *

* Li.n.42. & 49. † lib 27. cap 83. * Tit.17 c 1 § 5 † lib.12. * Enn.9 lib 4.

LONDINENSIS ALIA.

VIlhelmus Wintoniensis Londini concilium celebrat, anno Domini 1144. Causa est; quòd schismatis cujusdam gratiâ, in Angliæ regno, parùm reverenter Clerici tractarentur.

Decretum igitur fit: Ne quis ecclesiam aut cœmeterium violans; aut in clericum, aut religiosum, violentas inferens manus; ab alio, quam ab ipso Papâ, absolvi possit. Et hæc fiebant candelis incensis, ac pulsatis campanis. *Matth. Parisius, Wilhelmus Neubrigensis.* †

† lib.6.c.10

DISPUTATIO CONSTANTINOPOLITANA, *inter Manuelem Constantinopolitanum Imperatorem & suos Theologos.*

SCribit *Nicetas*, Manuelem Comnenum Constantinopolitanum Imperatorem, sui fastigii elatione, Aulicorumque inflatione, etiam in sacrosanctâ Theologiam plurimum sibi potestatis sumsisse: adeò ut Theologis suas sententias dictare, eosq; cogere ad assensum, si sponte suâ non vellent, auderet. Libet autem narrationem ex ipso Autore subjicere.

Hic quidem Imperator, *inquit*, naturâ facundus, & suavis sermonis affluentiâ ornatus; non elegantes tantùm epistolas scribebat: sed & religionis institutiones parturiebat, ac publicè declamabat. Tandem etiam de divinis dogmatibus, & ipso Deo, disserebat. Sæpe etiam dubitationem præ se ferens, quæstiones è Scripturis proponebat; earumque solutiones, eruditis omnibus convocatis, requirebat. Quanquam in his etiam laudari potuisset: nisi curiositate ingenii eas etiam quæstiones agitâsset, quæ attingi se nullo modo patiuntur; aut saltèm, omissâ pertinaciâ, Scripturarum sententiam in multis ad suam opinionem, novis interpretationibus, non accommodâsset; veris declarationibus veterum repudiatis: quasi ipse totum Christum comprehendisset; & ab ipso, de naturâ ejus, dilucidiùs ac diviniùs edoctus esset.

Ortâ igitur quæstione de illo dicto, quo dicitur; Incarnatum Deum simul & offerre, & offerri: & eruditis inter se dissentientibus: disceptatio longo tempore est extracta; multis & confirmationibus, & confutationibus, utrinque allatis. Verùm Imperatore piæ & veræ sententiæ, post solertem controversiæ explicationem, assento, Adversarii loco moti sunt, ut perperam-sentientes: Hypopsephius Theopolitanus, Sotericus Panteugenus Antiochenus, Dyrrachinus Eustathius, Michaël Thessalonicensis concionator, Nicephorus Basilaces, qui Paulinas epistolas interpretabatur & lumine eloquentiæ, Apostolicorum scriptorum obscuritatem, altissimo spiritu refertam, illustrabat. Ferunt, cùm hæc controversia agitaretur, & publicè disceptanda proponeretur; alieno anni tempore, erupisse tonitru, & auribus eorum omnium, qui tum Pelagoniæ cum Imperatore erant, ita intonuisse: ut nonnulli humi prolaberentur. & Eliam quendam, hominem eruditum & celebrem, aperto [illegible] qui de ton[illegible] & terræmotibus dissereret, & iis lectis quæ ad tempus illud pertinerent; scriptum invenisse, *Casus sapientum.* Itaque non modò, quos diximus, doctorum eruditissimi, Ecclesiis pulsi, & omnibus sacris ministeriis interdicti sunt, sed alii quoque unà cum illis.

Aliquot annis pòst, quæstione de Dei-hominis dicto, PATER MAIOR EST ME, propositâ: parùm-curatis Patrum explicationibus, iisque variis, & ad controversiæ explicationem & declarationem sufficientibus: suas interpretationes attulit, easque pertinaciter defendit: & ad suam voluntatem & sententiam, universalium Doctorum sententias, non modò veritati non-advertentes; sed divinitùs editas, accommodavit. Nam, cùm alii dicant, Patrem, ut Filii autorem, dici majorem: alii de naturâ humanâ id intelligant; & id dictum non VERBO; sed assumtæ carni attribuant: (ut & illa, de profectione ad Patrem; de adventu principis Mundi, qui nihil in ipso inveniat) alii, etsi de VERBO vocem MAIOR accipiant; non absolutè tamen & essentialiter; sed ob inhumanationis summam extenuationem & humilitatem: atque alii aliter, piè tamen, explicent: iis, nescio quomodo, ut propositæ quæstioni non-satisfacientibus, improbatis; aliam attulit interpretationem. indicto, concilio, & omnibus sacrarum literarum studiosis convocatis, singulos hortatus est; ut ei decreto hoc modo subscriberent: *Equidem etiam S. Patrum voces, de illo dicto,* (PATER MAJOR EST ME) *amplector: ajo tamen, id dictum pertinere ad carnem in eo conditam, & passibilem.* Quod nescio quomodo Filio incarnato minùs tribuit, quàm Patri: perinde ac si, ob naturæ humanæ assumtionem, & peregrinationem in terram, pari dignitate excidisset, ac suam authoritatem amisisset, & intra limites extenuationis constitisset; ac non deificâsset, & extulisset humilia, & suâ gloriâ per unionem illam ornâsset potiùs, quàm eâ re ipse depressus esset. quod absurdum est. Atq; etiam rubrâ scripturâ, tanquã ense flammeo, decretum hoc munivit: quo mortem minitabatur & excommunicationem ei; qui, non dico primâ impulsione animi, reprehendere & submurmurare; sed tãtùm introspicere, ausus esset. Deinde idem decretum, de quorundam assensorum, vel assentatorum potiùs consilio, lapideis tabulis insculptum, in maximo templo dedicavit. Verebantur enim, ne sanctio illa, ut quæ prætextu carnis ipsi VERBO derogaret, abrogaretur: præsertim cùm extenuationem, & humanitatis rationem, præteriissent.

Ejusdem generis illud etiam est, quod Manuel sub vitæ finem fecit. Exstat, inter cæteras catecheticæ tabulæ sanctiones, anathema in Machometi deum: quem nec genuisse, nec genitum; sed holosphyron esse, affirmat. Id anathema ex omnibus catecheticis libellis aboleri voluit; ab ipsâ magnæ Ecclesiæ tabulâ auspicatus: idque ratione probabili, scilicet. Ajebat, blasphemiis in Deum qualibuscunque offendi Agarenos; qui ad piam nostram religionem deficerent. Proinde, maximo Theodosio accersito, qui principem sedem curabat atque ornabat; & primariis sacerdotibus, qui tùm in urbe erant, eloquentiâ & virtute præstantes; quæstionem cum tumido exordio proponit. Qui cùm omnes refragarentur; nec ullo modo illa admitterent, ut absurda, & a verâ de Deo sententiâ abducentia, atque anathema illud, offensionis plenum, piè explicarent: (nec enim Deum, cœli & terræ conditorem, ullo modo anathemate notari; sed holosphyrum illum deum: quem delirus & furiosus Machometus, nec genitum, nec gignentem, confingeret. Nam apud Christianos Deum Patrem celebrari: quod detestandis Machometis nugamentis planè prohibeatur. Deinde, se non satis intelligere, quid sit illud Holosphyrum) eis, animo nihil mitigato, contemtis, suâpte authoritate, & Aulicorum eruditorum, quos tempori servire nôrat, ministerio, decretum proponit: quo & Machometi delirium (cur enim Theologiam dicam?) defendebatur, & superiores Imperatores, sacrorumque Antistites, apertè taxabantur, qui Deum verum, inerudirè, & inconsideratè, anathemate notari, passi essent. & id decretum in sacro Palatio publicè recitandum curat; principibus Senatûs, & cognatis suis literarum studiosis, qui veluti viam præpara-

rent

rent [illegible] præmissis. Erat autem oratio adeo probabilis, non spiritualium verborum gravitate; sed humanæ sapientiæ suavitate: ut aures, non eorum duntaxat, qui variam ejus compositionem, & jucundam vanitatem, spectabant; sed eorum etiam, qui ipsius scripti sententiam indagabant, propemodum suspensas teneret.

Ac forsitan veri Dei gloria, Machometano illi deo, quisquis est, tributa esset: nisi Patriarcha strenuè adversatus, nec ipse id scriptum curâsset, quo nova & periculosa dogmata introducerentur; & cæteros, ut id, tanquam venenum, suspectum haberent, monuisset. At Imperator, quasi gravi affectus injuriâ, pontifices conviciis insectabatur; & homines omnium mortalium stultissimos appellabat: quippe ex morbo gravissimo, qui exitium ei attulit, pronior ad iram factus. Proinde iis, quæ priori decreto fusiùs, oratoriis ornamentis adhibitis, scripserat, in compendium redactis, & dogmatis illecebris adornatis, aliud decretum promulgavit.

Cùm autem tùm in palatio ad Damalim, quod Scutarium dicitur, tum ad vitandam turbam, tum ob aeris temperiem, versaretur, totus curandæ valetudini intentus: jussit ejus pontificum collegium, & eruditissimi quique, eò trajiciunt. Qui cùm vix ex lintribus descendissent: Theodorus Mazuca, homo apud Imperatorem gratiosus, & inter Scribas autoritate princeps, adest: & oratione ad Patriarcham & Pontificum collegium institutâ, Imperatorem nunc adiri posse negat, ob morbi quandam accessionem; literas verò, quas manu teneret, esse audiendas. Agebant autem alteræ, de proposito dogmate; quibus à Pontificibus subscribi cupiebat Imperator: alteræ, sub personâ ejusdem, cum summo pastore Theodosio & pontificibus, ob præposteram adversationem, expostulantes, majus concilium minabantur; & controversiæ disceptationem, ipso veteris Romæ Papâ adhibito, jurejurando testificabantur. *Ingratus*, inquit, *universitatis rerum Deo, a quo, præter Imperii fastigium, aliis illustribus prærogativis sum ornatus, & insanum essem: nisi pro tenuitate mea, qualecunque illi studium meum declararem. & summis ut id viribus in... niterem, ne is verus Deus anathemate notaretur.*

Cæterùm, auditores eâ magniloquentiâ adeò non percellebantur: ut vir doctissimus & eloquentissimus, Eustathius Thessalonicæ archiepiscopus, eâ ratione vehementer commotus, verum Deum aliquid holosphyrum, infelicis ingenii commentum, perhiberi, nullo modo ferret. *Enimverò*, inquit, *insanirem, & hoc habitu* (ostenso pallio) *indignus essem; si verum Deum judicarem brutum illum peduonem, & omnis obscœnitatis & sceleris doctorem.* Quæ cùm clarâ voce, & magno veræ pietatis affectu, dixisset: auditores penè obstupuerunt. Scripti verò illius recitator, paulisper velut attonitus, compressis labiis adstitit: deinde ad Imperatorem reversus est. qui eâ oratione perturbatus, variâ defensione usus est: & patientiâ, ut nunquam antea, laudatâ; ut querulos & cavillatores vitaret, se quoque integerrimis Christianis annumerabat; & religiosissimis natum esse parentibus, asserebat; & contra Thessalonicensem, judicium vehementer efflagitabat. Aut enim, si absolveretur, ut qui Deo pædiconi non crederet, nec de religione perperam sentiret; se justas pœnas de eo sumpturum, qui contumeliosa verba in unctum Domini effutiret: aut, si condemnatus esset, quasi alium, quàm Christiani, Deum coleret; veritatem velle discere, & gratiam ei non-parvam habiturum, qui sibi errorem extorsisset, & veritatem explicuisset.

Paulo pòst Patriarcha in ejus conspectum venit; &, quæ res postulabat, locutus, effecit, ut, iracundiâ placatâ, veniam habitæ orationis, & defendendi sui potestatem, Thessalonicensi daret: cum hac tamen castigatione; oportere eum, ut virum sapientem, ab obscœnitate verborum sibi temperare; nec effutire temerè, quæ nihil ad rem pertinerent. Postea, cùm scriptum de eo dogmate publicè recitaretur; & ab omnibus, ut piè explicatum, laudaretur; se libenter subscripturos pollicentibus: concilium est dimissum. Ac illi abibant læti, quòd adversatione [illegible] Imperatorem vicissent: [illegible] gaudebat, quòd [illegible] suam voluntatem flex[illegible] paucis verbis id

[illegible]ent eum [illegible], quod antea [illegible] im[illegible] non potuisset.

Postridie, consilium primâ luce [illegible] Imperatoris, in Patriarchæ ædibus convenientes [illegible], quemadmodum promiserant. Verum illi omnes, sententiâ mutatâ, subscriptionem recusabant: quòd in illo scripto adhuc verba quædam reprehendenda laterent; quibus erasis, alia reponenda essent, quæ cum verâ sententiâ congruerent. Rursus igitur commotus Imperator, eorum vecordiam, inconstantiam & levitatem, apertè insectatus est. Sed illi tandem ægrè assenserunt: ut anathema à deo Machometi, in ipsum Machometum, & omnem ejus doctrinam & sectam, in catecheticis libellis transferretur. Quo, post multos cōgressus, decreto & confirmato, tandem quieverunt.

ANTIOCHENA.

Radulphus, Patriarcha Antiochenus, quosdam falsos fratres, ambitione accensos, habet adversarios: *ut & in Schismatibus est dictum.* Hi verò nunquam quiescunt; donec, accito Romani Papæ legato, eum de culmine isto dejecerunt, & prostraverunt penitus.

Missus itaque Albericus, Hostiensis episcopus. Synodū Antiochiæ instituit, anno Domini 1145. Adsunt igitur, de Hierosolymitanâ diœcesi, Wilhelmus Patriarcha, Gaudentius Cæsareensis archiepiscopus, Anshelmus Bethleemita episcopus, & Fulcherus Tyrensis archiepiscopus; & duo ejus Suffraganei, Sidoniensis & Balduinus Berythensis. E provinciâ Antiochenâ omnes adsunt; licèt diversis studiis. Nam Stephanus Tarsensis archiepiscopus, Gerardus Laodicensis, Hugo Gabulensis archiepiscopus, Canonicorum partes contra Patriarcham fovebant. Franco autē Hieropolitanus, & Gerardus Coriciensis, & Serlo Apameensis, ipsi Patriarchæ patrocinium præstabant. Cæteri pro neutralibus haberi volebant.

Acta verò sic exponit *Tyrus*.* Die ergo præfixâ, residētibus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ex more, In ecclesiâ principis Apostolorum, & pōtificalibus induti, præsidente domino Legato, & vices Domini Papæ obtinente, lectus est in publico, mandatorum Domini Papæ tenor. Quo perlecto, diligentiùs & pleniùs cognito, prodierunt in publicum accusatores, Arnulphus, & Lambertus archidiaconus: qui licèt priùs cum Domino Patriarchâ convenisset in dolo, & beneficii sui obtinuisset restitutionem; tamē conversus in actum parvum, denuò se constituit accusatorem. Adjunctiq; sunt eis alii etiam complures; videntes, nō satis prosperè tempora Domino Patriarchæ respondere. Hac etiam erat illud manifestè verum deprehendere; quod Naso proverbialiter dicendum tradidit.

Cùm fueris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Procedentes igitur in publicum auditorium accusatores, paratos se dicunt, secundùm juris regulas, porrectis libellis accusatoriis, ad accusandum procedere, & subjicere, si deficiant, talionem. Erant autem capitula, super quibus proposuerant eum impetere, schedulis inscripta: quædam de enormi & indisciplinato, & contra regulas sanctorum Patrum, ejus in patriarchatum introitu: quædam de ejus incontinentiâ, & operibus Simoniacis. His instanter postulantibus, ut se præsentem exhiberet: mittuntur, qui ad Synodum solenniter invitent; &, ut ad objecta veniat responsurus, moneant. qui omnino venire refutavit. Eâ itaq; die nihil ampliùs processum est in verbo illo: nisi quòd exhortatorios habuerunt sermones ad invicem, sicut moris est in talibus.

Secundâ iterum die convenientes denuò, & ex ordine residentes, iterū citatorio edicto Dominum Patriarchā solenniter vocant. qui, sicut & pridie, omninò venire noluit.

Interim Serlo, Apameensis archiepiscopus, in choro pontificum sinè veste sedens nuptiali (non enim more aliorum indutus erat pontificalibus) à Domino Legato cōvenitur: quare reliquis fratribus non consonaret; & quare ad accusandum, sicut aliquando fecerat, non procederet? Respondit: Quod aliquando feci, inconsulto calore, & contra salutem animæ meæ, detrahens patri meo, & more

* Lib. 15. c. 16. & 17.

maledicti Cham, verenda patris discooperiens, operatus sum. & nunc ab errore devio, me, auctore Domino, revocans, nec eum accusare, nec judicare præsumtuosè, tentabo: sed pro ejus statu & incolumitate, paratus sum usque ad mortem decertare. Præcipitur ergo exire: & datâ in eum sententiâ excommunicationis, simul & degradationis, sive justè, sive aliter, ab omni officio sacerdotali & pontificali depositus est. Tantus enim timor Domini Principis, in partem Legati nimiùs proclivis, omnes invaserat: ut jam nulla contradicendi libertas alicui præstaretur. Incendebat eundem Principem, minùs-providum & indiscretum, quidam Petrus Armenius, præsidii civitatis custos, vir malitiosus supra modum: sperans, quòd, si Patriarcham deponi contingeret, quendam nepotem suum, Haymericum nomine, (quem Dominus Patriarcha, in suam perniciem, ejusdem ecclesiæ Decanum fecerat) posset, per seductum Principem, in sedem illam provehere. quod & factum est. Senio igitur, sive de facto, sive de jure depositus, Antiochiâ egrediens, in suam diœcesin se contulit: perveniensque ad castrum Harenc, ægritudine præventus, & curarum anxius pondere, lecto decubuit: & conversus ad parietem, & injuriarum enormitatem non-ferens, exspiravit.

Tertiâ demum die iterum convenientes, & residentes ex ordine, tertiò dirigunt, qui Patriarcham peremtorio citent edicto, &, ut veniat objectis responsurus, moneant. Quis utrum conscientiam veritus, an contra se Synodum invidiosè collectam sciens, & Principis violentiam timens, pro certo compertum non habemus: venire, sicut & priùs, omninò negavit. Erat autem in Palatio suo, cum suis familiaribus, multo stipatus equitum & popularium comitatu. Convenerant enim, ad ejus subsidium, universi de civitate: qui nisi Principis timuissent potentiam, Legatum cum universis, qui in ejus depositione cōvenerant, urbe cum ignominiâ parati erant depellere. Videns ergo Legatus, quòd ad se venire nolebat Patriarcha; de Domini Principis confisus patrocinio & viribus, in palatium ascēdit: ibique datâ in eum depositionis sententiâ, annulum & crucem compulit violenter resignare. Indè, jubente Legato, Principi traditus, & vinculis miserabiliter alligatus, tanquam vir sanguinum ignominiosè tractatus, apud monasterium sancti Simeonis, juxta mare in monte eminentissimo situm, carceri mancipatus est.

HIEROSOLYMITANA.

Eodem tempore, Legatus pontificius Hierosolymis celebrat concilium; convocatis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis ecclesiarum Prælatis, una cum Domino Patriarchâ, in primitivâ & ecclesiarum matre sancta Sion: tractans ibi cum eis, de iis, quæ instanti tempori videbantur convenire. Cui Synodo interfuit Maximus Armeniorum pontifex, immò omnium episcoporum Cappadociæ, Mediæ & Persidis, utriusque Armeniæ princeps & doctor eximius, qui Catholicus dicitur. Cum hoc etiam de fidei articulis, in quibus à nobis dissentire videtur populus ejus, habitus est tractatus: & ex parte ejus promissa est in multis correctio. *Tyrius*.†

† *lib. 15. c. 18.*

TREVIRENSIS.

In Concilio Trevirensi, libri Hildegardis, ab Eugenio Papâ, præsentibus multis Episcopis Germaniæ & Franciæ, & Bernhardo, recepti atque canonizati sunt. *Erfordiensis*, * *ex epistolâ Gebennonis. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi* inquit; decem & octo Cardinales ibi cum Eugenio fuisse; & Bernhardum, aliosque episcopos plurimos, & Eugenium, honorificè Hildegardi scripsisse: easque literas inserit historiæ.

* *cap. 89.*

PARISIENSIS.

Gilbertus Porreta, episcopus Pictaviensis, Abailardi subtilitatem secutus, philosophicis studiis deditus, quædam de S. Trinitate paulò subtiliùs, intricatiùs, & periculosiùs, in sermonibus suis proferebat. Duo itaque ejus archidiaconi, Arnoldus & Calo, cum eo certamen instituunt: ac res eousque progreditur; ut ad Pontificem Romanum devolvatur: qui pollicetur Synodum. Illi verò Archidiaconi, Bernhardum sibi adjungunt; & orant, ut sibi præsidio sit. *Otho Frisingensis de Friderico.** Ex hoc autem & reliquam petamus narrationem.

* *lib. 1. c. 46.*

Primùm autem Antisiodorum; pòst Parisios, vocatus est. Erant inter cætera, quæ illi objiciebantur, de Divinâ majestate quatuor capitula: *Quod* videlicet *assereret, divinam essentiam non esse Deum: quod proprietates personarum non essent ipsa persona: quod theologicæ personæ in nullâ prædicarentur propositione: quòd divina natura non esset incarnata.* Et præter hæc alia minora: id est, *Quod meritum humanum attenuando, nullum mereri diceret; præter Christum: Quod ecclesiæ Sacramenta evacuando, diceret, nullum baptizari, nisi salvandum*: & cætera in huoc modum.

Itaque præsidente cum Cardinalibus, Episcopis, aliisq; viris venerabilibus & eruditis, in jam-dictâ civitate, Parisiis, summo Pontifice Eugenio; prædictus episcopus Gilbertus consistorio præsentatur, de his capitulis responsurus. Producuntur contra eum duo magistri: Adam de Parvo ponte, vir subtilis, & Parisiensis ecclesiæ Canonicus recenter factus; Hugo de Campo florido, Cancellarius Regis: asserentibus eis, & quasi sub sacramento pollicentibus, se aliqua ex his de proprio ejus ore audisse: non sinè multorum, qui aderant, admiratione; viros magnos, & in oratione differendi exercitatos, pro argumento juramentum afferre.

Ibidem, dū hinc-indè multa sibi objicerētur, pluriumq; impulsationibus ad responsionem de re tam ineffabili cogeretur, inter cætera dixisse traditur: *Audacter confiteor, Patrē alio esse Patrē, alio Deum; nec tamen esse hoc & hoc.* Cujus dicti obscuritatem, tanquam verborum profanam novitatem, tam impatienter Magister Johelinus, Suessionensium episcopus, excepit: ut juxta proverbium, medium vitando incurreret ripam. Nondum enim auctoritatem illam Augustini legerat, vel fortassis lectam non intellexerat; quâ, de eodem altissimo loqui gestiens secreto, inter cætera dicit: *Sic aliud est Deo esse, aliud subsistere: sicut aliud Deo esse, aliud Patrem esse, vel Dominum esse. Quod enim est, ad se dicitur: Pater autem ad Filium, & Dominum ad servientem creaturam.*

Ait ergo prædictus Episcopus: *Quid est, quod dicis, Esse Deum, nihil est?* Erat quippe quorundam in Logicâ sententia; cùm quis diceret, Socratem esse, nihil dicere. Quos præfatus Episcopus sectans, talem dicti usum haud-præmeditatè ad Theologiam verterat. Quo verbo, omnium penè Auditorum ab illo in se retorsit spicula.

Post hoc, sedato clamore, cùm a circumstantibus rogaretur episcopus Gilbertus; ut, quare in Theologiâ personas in-tantum distingueret, aperire vellet, breviter respondit: *Quia omnis persona est per se una.* Et ita, non sinè magno multorum, qui aderant, stupore, conventus eâ die solvitur.

Aliâ rursus die in causam ductus, pulsatusq; de novitate dictionis; eò quòd, in prosâ de sanctâ Trinitate, tres personas tria singularia vocaverit: N. Rothomagensis archiepiscopus causam aggravavit, dicens: *Deum potius debere dici unum singulare, quam tria singularia.* non tamen sinè multorum scandalo; cùm Hilarius in libro de Synodis dicat: *Sicut, dum Deos dicere, profanum est, ità singularem & solitarium dicere, sacrilegum est.* & itèm in eodem: *Nihil solitarium ex divinis sacramentis, ad suspicionem audientium, & ad occasionem blasphemantium proferamus.*

Episcopus verò Pictaviensis, in præfatis dictis suis, se habuisse simplicem sensum, testabatur: affirmans, per singularia, non theologicas personas; sed ipsarum excellentiam intellexisse: secundùm quod, antonomasticè, Paulum solemus vocare Apostolum; vel gloriosam Dei-genitricem, Virginem singularem: eò quòd nec est, nec fuit, nec erit, talis virgo; quæ videlicet simul sit mater & virgo. eâ rationis proportione, trium personarum excellentiam se cōsiderâsse, cùm tria singularia diceret, asserebat: cùm nec sit, nec fuerit, nec futurus sit, talis Pater, qui scilicet sit Pater & Deus: atque in eundem modum talis Filius; talis Spiritus sanctus.

Quia verò personam in Theologiâ, tanquam rem per se unam, prænominatum virum intellexisse diximus: in

ipsius

[illegible] sensum paulisper introire libet, quatenus ejusdem judicium dictionis faciliùs posteris pateat. Ad cujus intelligentiam, hæc divisio præmittenda videtur. In naturis, proprietas substantialis, alia universalis, alia est singularis; vel individualis, vel particularis. Individualis, alia personalis, alia non. Personam autem, a personalitate quasi denominativè sumtam, voco: non quam Græci, ab anteponendo, [illegible]; Latini, à personando, Personam dicunt: sed eam, quam Boëthius, in libro de Personâ & Naturâ, contra Eutychen & Nestorium disputans, a Græcis Hypostasin, (non etymologiam vocis, sed rei rationem secutus) Personam vocavit; secundùm hoc & sic eam definiēs: *Persona est rationalis naturæ individua substantia.* Universalem verò dico, non ex eo; quòd una in pluribus sit: (quod est impossibile) sed ex hoc, quòd plura in similitudine vivendo, ab assimilandi unione, Universalis, quasi in unum versalis, dicatur. Qualis est, à plurium similitudine, major corporeitas, minor animalitas; minima vel ultima humanitas significata. Unde Boëthius: *Species est forma individuorum, & ultima similitudo. Post hanc enim, non similitudo; sed dissimilitudo potius occurrit.* Ex quo patet alterum membrum; quare videlicet singularem, individualem, vel particularem dixerim proprietatem; eam nimirum, quæ suum subjectum non assimilat aliis; ut humanitas: sed ab aliis dividit, discernit, partitur; ut ea, quam ficto nomine solemus dicere Platonicam, a dividendo individua, à partiendo particularis, a dissimilando singularis dicta. Nec opponas, quòd potiùs a dividendo dividuam, quàm individuam, dici oporteat. Nam, cùm suum subjectum non solum ab aliis dividat, vel dissimilet; sed etiam in suâ individualitate, & dissimilitudine, tam firmiter manere faciat: ut nec sit, nec fuerit, nec futurum sit aliud subjectum; quod secundùm ejusmodi proprietatem illi assimilari queat: meliùs individuum, privando; quàm dividuum, ponendo, vocatur: ejusque oppositum, quod dividendo pluribus communicat, & communicando dividit, rectiùs dividuū dici debet. Sed notandum, quòd Individuum & Singulare, non sunt ad se convertentia. Nam omne individuum singulare; sed non omne singulare individuum. Hæc enim albedo, singulare est; sed non individuum. Denique, in naturis nullum simplex individuum esse potest. Item, non omne individuum personale; sed omne personale individuum: secundùm præmissam subdivisionem, quâ dictum est; Individuum aliud personale, aliud non. Quod ex ante-positâ Personæ definitione faciliùs patebit. Cùm enim omne esse ex formâ sit: quodlibet subsistens, rem & nomen à suâ capit formâ. Item, cùm omnis definitio alterius sit, & alteri conveniat: non sine rationis vi[illegible], altero pro altero uti licet. Persona ergo a mo[illegible] esse, quod ficto nomine Personalitas dici potest, vocabulum trahit: sed in definitione, individua substantia tantùm persona non dicitur; nisi cum adjunctione rationalis naturæ. Cujus rei causa videnda est apud Græcos, qui dicendi inopes non sunt; aliud Usiam, aliud Usiosin, aliud Hypostasin vocari. At nos Usiam, Essentiam, Usiosin, Subsistentiam dicere possumus: Hypostasin, ex Latini eloquii penuriâ, uno non valentes verbo exprimere. Nam cùm, tam apud nos, quàm illos, Substantia vel Hypostasis, a Substando notetur; in hoc est differentia: quòd nostra substantia, ad cuncta quæ substant, est vaga; eorum verò Hypostasis, ad ea tantùm, quæ in rationali substant naturâ, est accommoda. Quare Latinus interpres, cùm verbum ex verbo non posset exprimere; maluit, sensum ex sensu retinendo, Personam potiùs, quàm Substantiam, transferre. Unde & Personæ prædicta adhibetur definitio: *Persona est rationalis naturæ individua substantia.* Patet igitur, quòd non omne individuum est persona: quia non omnis individua substantia est rationalis natura. Sicut esse hujus Beryl[illegible] singularis, vel ut consortio rationis utar [illegible] ipse Beryllus, vel est individuum, vel individua substantia: non tamen rationalis natura: quamvis, etiamsi rational[illegible] naturæ esset; tamen nondum plena[illegible] Ber[illegible]llus ind[illegible]vidua substantia dici posset. Neque enim ind[illegible] nam substantiam dicere solemus, eam rem singularem [illegible] quæ cum aliâ itidem re singulari, ad aliqu[illegible] totum constituendum, conveni[illegible] v[illegible], non est per se una. Nam per se unum est, quod nec actu, nec naturâ, potest, potuit, poterit, cum alio ad constituendum aliquod totum concurrere. Ex quo fit, ut hæc anima, quæ substantia est, & rationalis naturæ; tamen, quia hoc modo non est per se una, vel individua; (eò quòd cum hoc corpore, ad constituendum hunc hominem conveniat) non videatur dici persona. cùm, secundùm quod ostensum est, ab eâ removeatur definitio hæc. *Persona est rationalis naturæ individua substantia.* Quare & diffinitum, juxta Logicorum regulam: *A quo unque definitio, & definitum.* Hic leo etiam, quanquam præ[illegible] modo res sit per se una & individua: tamen, quia rationalis natura non est, secundùm strictam Personæ acceptionem, persona dici nequit. Restat, ut hic angelus, & hic homo, tantùm plenariè in naturalibus Personæ vocentur.

Prædictus ergo Episcopus, duas in naturalibus regulas ponens: (quæ tales sunt: *Diversorum subsistentium diversas esse subsistentias: &, Diversarum personarum diversas esse personales proprietates*) unam a Theologiâ exclusit; alteram admisit. Priorem enim, quâ totidem dicuntur subsistentiæ, quot subsistentes, cùm ab Orthodoxis, inter Arrium & Sabellium dividentibus, tres personæ & una credatur essentia; penitùs amovit: alteram admittens: cùm nulla personalis proprietas, in sanctâ Trinitate, Patris sit, quæ Filii; vel è converso. Ex quo Personam, à præmisso naturalium usu, non ab eo, quod [illegible] vocatur, ad Theologiam transsumtam asserebat; illud *Hilarii* frequenter inducens: *Absit, ut idem nunc se patrem nunc se filium, larvali similitudine mentiatur.* Indè eas personas per se unas dicebat. Quòd autem *alio Patrem dixit, alio Deum esse, nec tamen hoc & hoc*: hunc sensum habuit. Deus in substantiâ prædicatur, Pater, ad aliquid. quæ diversa prædicamenta esse, etiam in Theologiâ, & libro Boëthii, quem de sanctâ Trinitate scripsit, probatur. Nec propter hoc rectè concludi: Si est alio Pater, alio Deus; ergo est hoc & hoc. cùm hoc non rectè concludatur: nisi priùs concesso, quòd utraque de Deo prædicentur in substantiam. ut cùm dicimus, Deus est bonus, sapiēs, omnipotens. Hæc enim cùm prædicentur in substantiam: si diversa essent; procul dubio Deus esset hoc & hoc. Cùm verò idem sit, Deum esse sapientem, quod bonum: & bene contra usum naturalium liceat dicere, est sapientiâ bonus; bonitate sapiens: (ac si ità in naturalibus procederem: Hæc margarita est albedine candida; candore alba) non est hoc & hoc; sed est hoc.

Quid senserit, posui; quid sentiendum sit, judicent alii. Sed hæc hactenus. Nunc ad historiæ seriem redeamus.

Dum itaque, per aliquot dies, jam sæpè-dictus Episcopus, coram summo Pontifice, de fide suâ, in civitate Parisiensi discuteret: sentiens Papa, utpote vir cautus & religiosus, causæ difficultatem, protelandam eam, usque ad universale Concilium, adjudicavit. Erat enim in proximâ medianæ Quadragesimæ Dominicâ, apud illius Galliæ metropolim, Remis, generale indictum Concilium: tam ex eo, quòd prætaxatus Papa, persecutionem populi sui declinando, in Galliis morabatur, quam ob hoc, quòd quidam penè Laicus, Hæretici honorem in Vaccis populorum affectans, examini Ecclesiæ reservandus, in vinculis tenebatur. Iste in angulis Galliæ, hoc est, circa Britanniam & Gusconiam, eò quòd remotis ibi a corde Franciæ populis simplicitas, vel potiùs (ut ita dixerim) stultitias, cui facilè error obrepere solet, abundat, verbum prædicationis assumserat; Eumque, tanquam Dei filium, se nominans, multam post se rudis populi traxit multitudinem: dicens, quòd ipse esset, per quem omnis oratio concluditur; cùm dicimus, *Per eum &c. Hæc Ottho Frisingensis.**

* l.1.c.50. & p.99.

REMENSIS.

IGitur tempore evoluto, cùm eadem mediana Quadragesima adveniret, dumque à Turcis populi dispersi, Hierusalem tendentes, per altum navigaremus æquor: in basili[illegible] à Dei-genitrici semperque virginis Mariæ, Remis, præsidente summo Pontifice Eugenio, sedit Concilium. Productu[illegible] fuit i[illegible]i, ([illegible]ut fingere liceat) cum scripulis [illegible]is,

præd[illegible] us Eum, vir rusticanus & illiteratus, nec Hæretici nomine dignus; ac pro contumaci fatuitate, vel fatua contumaciâ suâ puniendus: Sigerio, abbati S. Dionysii, qui re[illegible] negotia, ob absentiam Regis in Occidentali Franciâ, juxta illius cœnobii prærogativam administrabat, commissus: ab eoque arctæ custodiæ mancipatus, vitam brevi finivit.

Venerunt ad prædictum Concilium, cum Bullâ aureâ, nuntii junioris Romanorum Regis Heinrici: tam de sublimatione suâ ad Imperium, Romano pontifici significantes: quam de tribus fratribus Poloniæ, qui, ejecto quarto & seniore, Ducatum intra se diviserant; ac de Episcopis illius provinciæ, qui supra hoc patri ipsorum juramentum præstiterant, querimoniam facientes. Famæ quoque malum, omnibus mobilibus velocius juxta illud:

Fama malum, quo non aliud velocius ullum

Mobilitate viget virésque acquirit eundo) immensitatem fali[illegible] naturæ suæ celeritate transvolans, de expeditionis nostræ eventu certa promens indicia, in auribus ore[illegible] omnium ibi versabatur.

Itaque finitâ Synodo, salutiferisque ad innovationem, seu confirmationem antiquorum ibidem promulgatis decretorum capitulis; prudentiores & viciniores, ad causam episcopi Gilberti determinandam, reservantur. Decursâ mediana Quadragesimæ hebdomadâ, sacroque dominicæ passionis tempore inchoante, Episcopus Pictavinus, manente adhuc summo Pontifice Remis, rursus ad judicium trahitur: in cubiculo, ubi urbis Episcopus cum senioribus sedit, vocatur: & ab eo, quid de fide sanctæ Trinitatis sentiat, subtiliter interrogatur. I[illegible]e orthodoxorum Patrum, quas non in schedulis, sed in corpore librorum integras attulerat, legi faciens autoritates, eandem se, quam illi, fidem tenere asserebat. Cumque hujuscemodi sermone, seu legendi prolixitate, dies detineretur, tanquam tædio affectus Romanus inquit antistes: *Multa frater, dicis: multa & ea fortassis, quæ a nobis non intelliguntur legi facis. Sed simpliciter a te cognoscere velim; anne illam summam essentiam, qua tres personas profiteris unum Deum, credas esse Deum?* Qui diutinâ collatione fatigatus, minus præmeditatè respondit: *Non*. Quod dictum, mox ab ejus ore raptum, Notarius excepit, scribens in hunc modum: *Episcopus Pictaviensis scripsit & dixit, quod divina essentia non est Deus.* In Commentario enim super Boëthium de Trinitate, ubi auctor, theologica a naturalibus prædicamenta discernens, inter cætera posuit, *Substantia, quæ Deus est:* iste apposuit, *Non quæ Deus est: id est, ut non ad subsistentem, sed ad subsistentiam, referatur.* Sicque in hæc verba conventus eo die dimittitur.

Episcopus totum, quod superfuit illius diei spatium, cũ nocte sequente, amicos suos ex Cardinalibus, quos habuit non paucos, circuit. In crastino, ipso denuò coram summo Pontifice in causâ posito, recitatur scriptum: cujus ut ab eo reddatur ratio, exposcitur. Ipse, se hoc non simpliciter concessisse, asserebat. Dicebat enim, hoc nomen, *Deus*, quandoque in designatione naturæ; quandoque in designatione personæ unius, etiam poni. In designatione naturæ; ut cùm dicitur: *Deus tuus unus est.* Personæ, cùm dicitur: *Pater est Deus, Filius est Deus.* Personæ & unius tantum de tribus; ut ibi: *Ascendit Deus in jubilatione* quod de personâ Filii dictum esse, nemo ambigit. Quare & ajebat, se, Divinitatem esse Deum, in illo tantùm sensu concedere, quo Deus ponitur pro naturâ. In eo verò absolutè concedere non audere, quo, pro qualibet personarum, hoc nomen *Deus* accommodatur. ne videlicet, si indeterminate proferretur, Divinitatem esse Deum, id est, quamlibet personarum, cogeretur sine determinatione concedere, quicquid de qualibet personarum, & de essentiâ si[illegible] in hanc incideret absurditatem: ut, sicut personam F[illegible], ita divinam essentiam indeterminate incarnatam, passam, confiteretur. Ex quâ a[illegible] surditate facile sensus hæreticus, juxta Sabellium, emergeret: ut eadem [illegible] & generans & genita; & de eadem, se[illegible] iam [illegible] autem inter Naturã & Personam, non mathematicâ [illegible] tione, sed theologica cõsideratione, quo[illegible] de et ratio: & ratione, & autoritate probare nitebatur. R[illegible]tione: ne videli[illegible] et juxta Ar[illegible]rium, sicut personarum, ita & [illegible] admitteret essentiarum: [illegible] el secundùm Sabellium, ad essentiæ singularitatem, Christianæ fidei religio pluralitatem adstringeret personarum. hac *Theodoreti* contra Sabellium item authoritate: *Oportet ergo desiderantem spiritnales divitias, & volentem Christianorum dogmata vendicare, rerum non-ignorare proprietatem: ne forte, aliud pro alio intelligens, circa dogmata peccet. Qui enim Naturam & Personam idem esse intelligit; aut in divisionem Arrii incidit, aut in confusionem Sabellii.* Et illa Hilarii: *Discerne igitur, ò Hæretice spiritum Christi a spiritu Dei, & excitati a mortuis spiritum Christi, à spiritu Dei Christum a mortuis excitantis. Et quæro nunc, in spiritu Dei, utrùm naturam, aut rem naturæ significatam, existimes? Non idem est enim Natura, quod Naturæ res est, sicut non idem est Homo, & quod Hominis est: nec idem ignis, & quod ipsius ignis est: & secundum hoc non idem est Deus, & quod Dei est.* Item, quòd non natura; sed [illegible] carnem sus[illegible] pisse credenda sit, hac authoritate *Toletani Conc[illegible]* ostendit: *Solum Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Et cum tota cooperata sit Trinitas formationem suscepti hominis; quoniam inseparabilia sunt opera Trinitatis: solus tamen accepit hominem in singularitate personæ, non unitate naturæ divinæ: id est, id quod est proprium Filii, non quod commune Trinitati.* Quam authoritatem cum determinare vellet Claraevallensis abbas, aliqua verba, quæ Cardinalibus di[illegible]ent, prom[illegible] Episcopo Pictaviano dicente, *Et hoc scribatur.* Ad quod ille respondit: *Scribatur stilo ferreo, ungue adamantino.*

Moxque ad publicum progressus, omnes, quos poterat, convocavit. Ibi cum archiepiscopis, virisque religiosis & eruditis, contra quatuor prædicta, quæ Pictaviano episcopo imponebantur, capitula, fidem suam in hunc modum, ipse cum aliis, & alii cum ipso, exposuerunt. *Credimus simpliciter, Naturam divinitatis esse Deum: nec aliquo sensu catholico posse negari, quin Divinitas sit Deus & Deus Divinitas. Si verò dicitur, sapientiâ sapientem, magnitudine magnum, æternitate æternum, unitate unum, divinitate Deum esse, & alia hujusmodi: credamus, non nisi ea sapientiâ, quæ est ipse Deus sapientem esse, non nisi ea magnitudine quæ est ipse Deus magnum esse, non nisi ea æternitate, quæ est ipse Deus æternum esse, non nisi ea unitate, quæ ipse est, unum esse, non nisi ea divinitate Deum, quæ est ipse: id est, se-ipso sapientem, magnum, æternum, unum Deum. Cum de tribus Personis, Patre, Filio, Spiritu sancto, loquimur, ipsas unum Deum, unam divinam substantiam fatemur esse. & e converso, cum de uno Deo unâ divina substantiâ, loquimur, ipsum unum Deum, unam divinam substantiam, esse tres personas, profitemur. Credimus, solum Deum Patrem & Filium & Spiritum sanctum, æternum esse, nec aliquas omnino res, sive relationes, sive proprietates, sive singularitates, vel unitates dicamus, & hujusmodi, alia a Deo esse, quæ sint ab æterno; & non sint Deus. Credimus, ipsam divinitatem, sive substantiam divinam, sive naturam divinam dicas, incarnatam, sed in Filio, esse.*

Quod Gallicanæ ecclesiæ factum, tam graviter sacer Cardinalium senatus accepit: ut cum magnâ mentis indignatione curiam intraret; & tanquam unum corpus effecti, unà omnes voce Pontifici suo dicerent: *Scire debes, quòd a nobis, per quos, tanquam Cardinales, universalis Ecclesiæ volvitur axis, ad regimen totius Ecclesiæ promotus, à privato universalis pater effectus, jam deinceps te non tuum; sed nostrum potius esse oportere: nec privatas & modernas amicitias, antiquis & communibus præponere, sed omnium utilitati consulere. Romanaque curiæ culmen, ex officii tui necessitudine, curare & observare debere. Sed quid fecit Abbas tuus, & cum eo Gallicana Ecclesia? qua fronte, quo ausu, cervicem contra Romanæ sedis primatum & apicem erexit? Hæc est enim sola, quæ claudit, & nemo aperit: aperit; & nemo claudit. Ipsa sola de fide catholica discernere habens, a nullo, etiam absens, in hoc singulari honore, præjudicium pati potest. Sed ecce Galli isti, etiam faciem nostram contemnentes, super capitulis, quæ his diebus, nobis assidentibus, agitata sunt, tanquam ultimam sententiæ ultimam manum apponendo, nobis inconsultis fidem suam scribere præsumserunt. Certe si in Oriente utpote Alexandria vel [illegible]tiochiâ, coram omnibus Patriarchis hujusmodi tractaretur [illegible] omnium, nihil firma stabilitate [illegible] sine nostra deberet valere autoritate quin-imo juxta antiquorum [illegible] exempla, Romanæ servaretur examini terminandum [illegible] ergo isti in nostr[illegible] præsentia [illegible]*

... bis nobis non ... Volumus igitur, huic tam temerariæ novitati celeriter assurgas, ipsorumque contumaciam punire non differas.

Quos Romanus Pontifex blando mitigans eloquio; Abbate ad se vocato, de hoc facto, qualitatéve facti, solerter inquirit. Cui ille humiliter & cum reverentiâ respondit: se, vel dominos episcopos, nihil de prætatis capitulis diffinisse: sed, quia ab episcopo Pictaviensi audierat, ut fides sua scriberetur, idcirco, quia solus nollet, illorũ authoritate ac testimonio, simpliciter se, quod sentiret, exposuisse. Hocque tam humili, quàm modesto ipsius responso, prædicta Cardinalium indignatio conquievit: ita tamen, ut præfatum scriptum, tanquam inconsultâ curiâ prolatum, velut authoritatis pódere carẽs, pro Symbolo in Ecclesiâ (quod in Conciliis contra hæreses congregatis fieri solet) non haberetur. Benedictus per omnia Deus, qui sic Ecclesiæ suæ, sponsæ suæ, providit: ne vel summa membra à capite suo dissiderent, vel tantus religiosarum & discretarum personarum numerus, Gallicanæ Ecclesiæ, aliquod judicii pondus à sede Romanâ reportans, schismatis non-parvi occasio esset.

Hæc pauca ex multis de illius Concilii agendâ dixisse sufficiat: hoc tamen apposito, quòd de tribus capitalis, propter præmissam tumultuationem, nihil diffiniri potuit. Nec mirum: in quarto enim, non multùm ab aliis discordabat episcopus Gilbertus, cùm illi profiterentur naturam incarnatam; sed in Filio: iste, personam Filii incarnatam, non sinè suâ naturâ. De prædicatione personarum quid diffinirent? cùm ejus usum quidem, quid scilicet propriè prædicari diceret, ab aliis magistris, etiam in naturalibus alienum non haberẽt. De proprietatibus an personæ essent, tam ob prædictam causam, quam ob Theologicas rationes, quæ hinc-indè habentur, suppressum est. De primo tamen Romanus Pontifex diffinivit, ne aliqua ratio in Theologiâ inter Naturam & Personam divideret; néve Deus divina essentia diceretur, ex sensu ablativi tantùm; sed etiam nominativi. Unde adhuc etiam a probatioribus ejusdem Episcopi auditoribus tenetur: ne ratio ibi discernat in intelligendo, sed in dicendo. Episcopus verò, præmissam summi Pontificis sententiam reverenter excipiẽs, archidiaconis suis in gratiam receptis, cum ordinis integritate & honoris plenitudine, ad propriam diœcesin remeavit. Utrùm autem prædictus Abbas Clarevallensis, in hoc negotio, ex humanæ infirmitatis fragilitate, tanquam homo deceptus fuerit, vel Episcopus, tanquam vir literatissimus, propositum astutè celando, Ecclesiæ judicium evaserit, discernere vel judicare, nostrum non est. Quòd enim sancti & sapientes viri, corruptibili carne circumdati, frequenter in talibus fallantur; & novis & antiquis probatur testimoniis. *Ottho Frisingensis de Friderico,* Vincentius,† Continuator Sigeberti, Antoninus,* Nauclerus,† item in vita Bernhardi.**

¶ Quidam existimant, & decreta adversùs Monachos, ibi per Eugenium Papam esse promulgata, ut:

Ne Monachus lucri causâ cœnobium relinqueret.

Ne monachus vel puerum baptismo, ut testis, levaret, vel baptizaret.

Ne Monachus pœnitentiam daret, ne infirmos inviseret, & ne in mortui funere esset.

Ne Monachus ecclesiam secularem gubernaret.

Ne conjuges vitam monasticam profiterentur, sinè cõsensu sui episcopi.

Matrimonii jus non debere solvi inter eos conjuges, quorum alter tantùm volt monasticam vitam amplecti.

Monachos non debere se implicare ullis negotiis, sed sedere debere in suâ monasticâ solitudine.

Quia passim bonæ artes negligebantur: mandavit episcopis, ut curarent Scholasticis, & doctos præceptores juventuti præfici, qui liberales artes docerent. *Dist 37. cap. 12.*

Facta sunt hæc anno 1148. *Erfordiensis.**

FRANCICA.

EUgenio Pontifice assentiente, anno Domini 1150. per Franciam conventus agitantur de mittendis auxiliis Hierosolymam contra Barbaros. Hac quidem in re strenuè laborat Bernhardus. Sed Cistercienses monachi pleraque cassant. *Cont. Sigeberti.*

LINCOPIENSIS.

NIcolaus Anglicus, Cardinalis Albanensis, Romæ postea Hadrianus IV. nominatus nomine Eugenii in Sueciam profectus, celebrato Lincopiæ concilio, ... episcopalem sedem i... con... erigere. Verùm, dissidentibus Gotthis & Sueonibus de urbe & personâ, re infectâ discessit, prius Heinrico Upsalensi episcopo ordinato. *Johannes Magnus.**

SUB FRIDERICO.

CONSTANTIENSIS.

ANno 1153. Constantiæ est concilium habitum, de Adilâ, Friderici I. Imperatoris conjuge, filiâ Diepoldi de Hochburg. Eam vero ab Imperatore separant Patres, ob consanguinitatis rationem: ac permittunt ei, ut alteram ducat; nempe Beatricem Burgundinam. *Urspergensis.*

LONDINENSIS.

STephanus, Angliæ Rex, ultimo regni sui anno, circa festum Michaëlis, cum Episcopis & Nobilibus Angliæ, concilium Londini celebraturus, tum pro regni, tum vacantis ecclesiæ Eboracensis negotio: evocat majores ejusdem ecclesiæ, cum Abbatibus ... ejusdem diœcesis. qui, instigante Cantuariensi archiepiscopo, Rogerium quendam, ... archidiaconum, episcopum petunt & accipiunt. *Neuorig.**

BAUGENTIACENSIS.

CIrca illud tempus, & Rex Galliæ, Ludovicus junior suam conjugem Leonoram repudiat. Nam in vocatâ synodo, sunt, qui asseverent & jurent, Reginam nimis propinquo sanguinitatis gradu Regi junctam. Fertur igitur de repudio sententia. Adsunt autem, Hugo Senonensis hujus rei choragus, Samson Remensis, Hugo Rothomagensis, & Burdegalensis, Archiepiscopi, & Suffraganei ipsorum, Optimates ac Barones regni. *Annonius,† Paulus Aemylius sub Ludovico juniore.*

CISTERCIENSIS.

CIrca hæc tempora, Cisterciense concilium habitum est Morimundi: ubi Conradus, Lubecensis archiepiscopus ejectus, reconciliatus est Alexandro. *Helmoldus,* & Cuspinianus in Austriâ.*

VESONTIENSIS.

HArtuicus Bremensis ibi querelam suam exposuit, quòd a Romanis Pontificibus suâ dignitate spoliaretur. Nam eos tribuere Septentrionalibus regionibus Archiepiscopos, contra prærogativam Hamburgensis ecclesiæ. Sed Rex Daniæ simulavit, se causis necessariis domum revocari. Deinde Episcopi verebantur, aliquid contra Papas decernere. Nihil igitur effectum est. *Crantzius Metropolis,† & Vandalia.**

PAPIENSIS.

SUblato è rebus humanis Hadriano, scinduntur eligentium vota in duas factiones. Alii enim Octavianum, alii verò Rolandum, designant, ac promovere omni studio cupiunt. Hinc schisma ambitionis exsurgit. Qui, ... velit credere, neuter est. Re igitur ad Imperatorem perlatâ, qui in viciniâ bellum gerebat, utrosque Papia mille evocat, anno Domini 1160. ut causam dissensionis cognosceret, & Episcoporum judiciis controversiâ sublatâ, Ecclesia paci restitueretur.

Sed Rolandus, dictus Alexander III. recusat venire: quia indignum pontificali culmine ducebat, ab Imperatore, quantumvis legitimo magistratu, vocari Papam Romanum: ac malebat vi & arte retinere dignitatem; quam, in discussione juris, in periculum aliquod honoris adduci. Monitus autem sæpius, pertinaciter ac superbè suum adventum denegavit. *Blondus* ait,† Rolandum huic fundamento institisse, Pontificem Romanum a nemine oportere judicari.

Jam verò acta *ex Radevico, Frisingensis Continuatore,** audiamus. Augustus, inquit, convocatis omnes, sermonibus ...

** lib.1.c.55. 56.57. † lib.27. cap 56. * Tit.17. c.1.§7. † General. 39. * lib.3.*

** cap. 90.*

** Lib.c.18*

** lib.1.c.32.*

† lib.3.c.33

** lib.2.c.9*

*† lib.6. cap 46. * lib 4 cap 38.*

† lib 5. Dec.2.

** lib. 4.c. 68. & seqq.*

& orationum subsidiis, Ecclesiæ catholicæ causam Deo commendari, cum sacerdotibus & omni populo auxilium divinum, fidâ Sanctorum intercessione, poscebat. Deinde convocato in unum concilio, cùm resedisset, ait ad episcopos: *Quanvis noverim, officio ac dignitate Imperii, penes nos esse potestatem congregandorum conciliorum, præsertim in tantis Ecclesiæ periculis (hoc enim & Constantinus, & Theodosius, nec-non Justinianus, seu recentioris memoriæ Carolus Magnus & Ottho Imperatores, fecisse memorantur) authoritatem tamen, diffiniendi hujus maximi & summi negotii, vestræ Prudentiæ, vestræq; potestati committo. Deus enim constituit vos sacerdotes, & potestatem vobis dedit, de nobis quoque judicandi. Et quia in his, quæ ad Deum sunt, non est nostrum, de vobis judicare: tales vos & taliter in hac causâ hortamur habere, tanquam solum Dei de vobis expectantes judicium.* Cùm hæc dixisset, ipse se concilio subtraxit: examen totum Ecclesiæ, & Ecclesiasticis, qui ibi innumerabiles erant, personis, committens. Erant autem circiter quinquaginta Archiepiscopi & Episcopi: Abbatum, Præpositorum, non erat præ multitudine æstimatio. Legati quoq; diversarum terrarum aderant, spondentes, quicquid à synodo decretum foret, indubitanter à suis recipiendum.

Residentibus itaque Episcopis, & Clero universo; septē diebus causa ventilata est: tandemq; Domino Octaviano, qui cum præsens advenisset, & haberet qui partem suam defenderent, cessit litis victoria; & pro ipso concilium dedit sententiam: condemnato Rolando & reprobato, qui citatus legitimè, concilio se præsentare, contumaciter abnuisse dicebatur. Sæpiùs autem Lectorem admonitum esse cupimus: ut in hoc facto, ad disquirendam rerum veritatem, non nostra dicta consulat: sed literis & scriptis, quæ ad manus nostras venerunt, & huic operi interendæ visæ sunt, innitatur; suo servans arbitrio, quando de hac controversiâ, & litis decisione, conciliiq; judicio, sufficienter sibi fides facta videatur.

Invictissimo & gloriosissimo Domino suo, Friderico, Romanorum Imperatori & semper-Augusto, & venerabilibus Patribus, in Christi nomine congregatis fratres, qui Romæ sunt, basilicæ sancti Petri, principis Apostolorum, Canonici Angeli magni consilii præsentiam, & Spiritûs sancti consolantem gratiam. Patres sanctissimi, quos Deus elegit ad consolationem mœrentium, & delinquentium correctionem, (sicut ait Apostolus: † Corripite inquietos; consolamini pusillanimes) *intendite precibus nostris; & ad dolorem nostrum leniendum, consolationis manum extendite. Tanta est enim, tam diffusa mœroris nostri materia: ut, unde debeamus exordium sumere, difficulter possimus invenire. Verùm, quia materia doloris est & mœroris; a luctu & mœrore ordiri decrevimus. Attendite ergo & videte, si est dolor, sicut dolor noster: cum videamus matrem nostram, Romanam ecclesiam, quondam fulgentem, a filiis suis, imò alienis, (quia mentiti sunt ei, quos enutrivit & exaltavit; ipsi autem spreverunt eam) contumeliosè evisceratam, & membris ex parte mutilatam, in cœno jacentem, contumeliam patientem, ... Unde cum Hieremia plorante suæ Hierusalem destructionem, plorantes dicimus:* * Non crediderunt Reges terræ, & universi habitatores orbis; quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Hierusalem. *Verè Hierusalem erat mater nostra, Romana ecclesia; quæ cunctis ad se venientibus, & quærentibus, pacem dabat. Nunc autem & dolentes dicimus ut olim illa:* * Peccatum peccavit nostra Hierusalem, propterea instabilis facta est. *Nec immeritò. Propter peccata Prophetarum ejus, & iniquitates Sacerdotum ejus, erraverunt cæci in plateis, facies Domini divisit eos. Et verè. Vultus enim Domini super facientes mala: ut perdat de terrâ memoriam eorum. Unde plurimo rubore diffundimur. Verè peccatum peccavit hoc tempore nostra Hierusalem, invidia, & odio, & iniquitatibus multis, quæ quia per omnia longum est enarrare: ad ostendendam Romanam electionem, & causam discordiæ declarandam, propositum convertemus. Domino igitur Papâ Hadriano, felicis memoriæ primâ vigilia Calend. Septemb. viam universæ carnis ingresso, venit illico maxima multitudo: cum quibus & Senatores adfuerunt, quorum consilio corpus Romam delatum est. Inter Cardinales verò contentione crescente, convenit tandem inter eos: ut Romam redirent; & concordem electionem facerent de aliquo Cardinalium: quod-si non possent; quærerent extraneam personam. Quod-si nec sic possent convenire: ab electione quiescerent, donec invenirent idoneum virum, quem concorditer eligere deberent. Et hoc unanimiter ab omnibus confirmatum est. Post hoc autem statim Romam redierunt. Dominus Octavianus, & quidam alii, accesserunt ad obsequium defuncti. Quidam verò alii transmiserunt auctorem scelerum Bosonem, primogenitum Satanæ; ut munitionem beati Petri occuparet: cujus custodes fidelitatem ei juraverant, domino Papâ Hadriano vivente; eumq; postea subsequentes, eandem munitionem conscenderunt. Dominus autem Tusculanus palatium ascendit. Dominus Octavianus, & dominus Rolandus Cancellarius, ad domos nostras venerunt; & quidam alii. Vocati autem isti ab illis qui munitionem observabant, responderunt: se nunquam ascensuros in munitionem, Bosonem verentes: ne, sicut eis relatum fuerat, a juratis Bosonis caperentur. Et dominus Cancellarius: Vadam, inquit; & eos ad vos descendere faciam. Ivit cum eo Diaconus de carcere; nec redierunt. & sic per biduum, de loco, ubi electionem facerent, convenire nequiverunt. Tandem, die sabbati, descendentibus illis de munitione; ascenderunt omnes post altare beati Petri, & cœperunt de electione tractare. Cumque convenire non possent: dixerunt isti, qui concordiam & pacem Ecclesiæ desiderabant: Date nobis electionem; & eligemus unum de vobis: aut habeatis vos electionem; & eligite, quem vultis, de nobis unum. & noluerunt. Surrexit tandem, velut iratus, Ottho Diaconus S. Georgii, & Adebaldus Crassus Cardinalis S. Apostolorum, & Johannes Neapolitanus: & accepto manto, voluerunt immantare dominum Cancellarium: sed saniore & meliore parte Cardinalium, ex parte Dei omnipotentis, & beatorum principum Apostolorum Petri & Pauli, atque totius Ecclesiæ authoritate, prohibente, non potuerunt. Factâ autem hac prohibitione, iterum eum immantare attentaverunt: nec potuerunt, & Cancellarium cum manto nullo modo tetigerunt: per eos tamen non stetit, quin immantaretur. Cæterum Clerus Romanus, qui in ecclesia beati Petri, pro electione summi Pontificis, convenerat, audito clamore, occurrerunt, commendantes dominum Otthonem, qui erat cum Cardinalibus juxta altare beati Petri: & clamaverunt omnes, dicentes: Dominum Octavianum eligite, per quem solum Ecclesia pacem potest habere. Tunc petitione Populi Romani, & electione totius Cleri, consentiente & desiderante universo capitulo basilicæ beati Petri, dominus Octavianus Cardinalis, a saniori parte Cardinalium electus est, & manto indutus, ac in sede beati Petri positus, absque omni contradictione, cantantibus omnibus:* Te Deum laudamus, in jubilo. *Deinde, sicut mos est, domini Cardinales, & Clerus Romanus totus, qui præsens erat, & qui postea confluxerat, Populiq; Romani pars maxima, pedes ejus osculati sunt. Quod videns dominus Rolandus Cancellarius, & qui ei, sicut dicebatur, juramento erant adstricti, nec clamaverunt, nec aliquo modo contradixerunt: sed inclinato capite redeuntes, munitionem, quasi spe suâ frustrati, conscenderunt. Tunc domini Cardinales, Clerus, Judices, Scriniarii, Senatores, Populus Romanus, dominum electum signis bandonis præcedentibus, ad palatium usque cum jucunditate perduxerunt, Romano more clamantes:* Papa Victore S. Petrus lo lege. *In crastinum autem, quidam de clero Romano ascenderunt munitionem, & osculata manu domini Cancellarii, cœperunt eum, & qui cum eo erant, rogare; ut paci Ecclesiæ provideret. Quidam autem de Diaconis curiæ respondit eis, velut indignans: Heri pedes domini Octaviani, qui fratrem suum dominum Cancellarium exuit manto, & se induit, estis osculati; & modo venitis ad nos? Et dominus Cancellarius: Noli, ait, domine Cardinalis, dicere, quod verum non est. Dominus Octavianus nunquam exuit me manto: quia nunquam indutus fui. Sicq; per totam hebdomadam illam, domino Cancellario & suis in ecclesiâ beati Petri morantibus, nono die transcendentes trans Tiberim, eo die & altero commorantes, undecimo exierunt: & pervenerunt ad cisternam Neronis; in qua latuit Nero, fugiens Romanos insequentes. Justè cisternam adierunt: quia dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Et ibi die altero, qui 12. erat ab electione domini Victoris, induerunt Cancellarium stolam & pallium erroris, in destructionem & confusionem Ecclesiæ, ibiq; primùm cantabant:* Te Deum laudamus. *Quis vestrûm, o sanctissimi Patres, audivit talia? Quantum in eis est, biceps bestia facta est Romana ecclesia. Nunc tacendum nobis est, ut dominus Ottho Palatinus comes, & dominus Guido Comes de Blandera, & dominus Heribertus Præpositus, viri prudentissimi, Imperatoria*

† 1. Thess. 5. v. 14.

* Thren. 4. v. 12.

* Thren. 1. v. 8.

toria mandatum Legati, vicem accipiant referendi, quid in domino Cancellario & suis repererint. Qui cùm vota retulerint, domini Episcopi, domini Imperatoris Legati, quid hinc-inde humilitatis & veritatis cognoverint, plenius poterunt enodare. In urbe quoque, cùm Romanus clerus ad ecclesiam beati Petri ipsis præsidentibus, conveniret; quid de facto isto perscenserint, (quoniam præsentes esse credimus) testantur ipsi. & ad hoc comprobandum, duos de fratribus nostris, Petrum Christianum, ecclesiæ nostræ Decanum, & Petrum Gaudium, Camerarium, sanctæ Romanæ ecclesiæ Subdiaconum, Sanctitati vestræ transmittimus: ut de his omnibus etiam veritatis testimonium vivâ voce perhibeant. In Cœna Domini estis; in quâ redemtionis humanæ sacramenta peregit. Duos gladios se habere Apostoli professi sunt: quos & vos habetis. Quid in eis, & per eos, agere debeatis, nullus ignorat. Ibi dictum est à Christo: Satis est. Et nos, qui Christi vestigia qui debemus, vobis dominis nostris dicimus, huic operi finem facientes: Satis est. Omnipotentis sapientia Patris, qui navit & potest unire vota & voluntates omnium, doceat vos omnes, & uniat, ad confusionem Babylonicam destruendam; & Simoniam ab Ecclesia propellendam; & pacem, toti Mundo desiderabilem, in integrum reformandam.

Actio Cōcilii, quæ verbis simplicibus in scriptum redacta, itèm ponenda videbatur.

Hæc sunt capitula, quæ in Concilio Papiæ, super electione domini Papæ Victoris, canonicè probata sunt. Dominus Octavianus, & nemo alius, Romæ in ecclesiâ beati Petri, petitione Populi & consensu, ac desiderio Cleri, à Cardinalibus manto indutus est solenniter; & præsente Cancellario, & non contradicente, in cathedrâ beati Petri collocatus est: & à Cardinalibus & clero Romano, *Te Deū laudamus*, solenniter ei cantatum est; & nomē ei Victor impositum est. Ibi multitudo cleri, & Populi Romani, venit ad pedes ejus. Tunc Serniarius, secundùm antiquam Romanorum consuetudinem, ascendens in altum, voce magnâ clamavit ad Populum, dicens: *Audite cives Romani, & cætus Reipub. Secunda feria pater noster Hadrianus mortuus est: & proximo sequenti sabbato dominus Octavianus, Cardinalis sanctæ Cæciliæ in Romanum Pontificem electus & immantatus est, & in cathedra B. Petri collocatus est, & papa Victor est nominatus. Placet vobis?* Respondit magnâ voce Clerus & Populus: *Placet.* Secundâ & tertiâ vice interrogatus Populus, si placeret, clarâ voce respondit: *Placet.* Deinde cum bandis, & aliis papalibus insignibus, dominus Papa cum laudibus in palatium deductus est. His itaque rite peractis, capitulum beati Petri statim venit ad pedes ejusdem Papæ Victoris, & obedivit, ac debitam reverentiam exhibuit: clerus & populus, multitudo magna, similiter obedivit. Sequenti verò die proximâ, rectores cleri Romani, accedentes ad dominum Cancellarium, & ad Cardinales qui cum eo erant, voluerunt cognoscere, si immantatus esset; sicut quidam dicebant: & non invenerunt eum immantatum, neque aliquâ specie dignitatis variatum. & habito cum eo, & Cardinalibus suis, colloquio; cognoverunt ab ore ejus & suorum, quòd nunquam fuerit immantatus, & quòd hoc ei falsò imponebatur. Quo audito & cognito, rectores ad pedes domini Papæ Victoris venerunt, & obedientiam & reverentiam exhibuerunt.

De omnibus supradictis capitulis, testes fuerunt: Petrus Christianus, Decanus basilicæ beati Petri, & omnes fratres ejus; & duo rectores cleri Romani, Blasius scilicet Presbyter, & Mancrius Presbyter, & septem Archipresbyteri Romanæ urbis, & quatuor alii, tam Diaconi, quam Subdiaconi. Deinde Prior Lateranensis & iiii Canonici, obedierunt. Clerici de patriarchiâ sanctæ Mariæ majoris, obedierunt. Abbas de patriarchiâ S. Pauli, per suos nuntios obedivit, & in signum obedientiæ, de bonis suæ ecclesiæ illi misit. Abbas de patriarchiâ S. Laurentii, cum suis monachis, obedivit. Abbas Cirengii obedivit. Abbas sancti Sylvestri, cum suis monachis, obedivit. Conventus sanctæ Sabeæ obedivit. Abbas sancti Alexii, in monte Aventino, cum suis fratribus, obedivit. Abbas S. Blasii, cum suis monachis, obedivit. Conventus monachorum S. Cosmæ & Damiani, in monte Aventino cum suis fratribus, obedivit. Magister fratrum templi Hierosolymitani, in monte Aventino, cum suis fratribus obedivit. Cardinalia S. Marcelli obedivit. Clerici de cardinaliâ S. Apostolorum obedierunt. Clerici de cardinaliâ S. Petri ad vincula obedierunt. Clerici de cardinaliâ S. Sabinæ obedierunt. Cardinalia S. Cyriaci, apud Thermas Diocletiani, obedivit. Clerici de cardinaliâ S. Mariæ trans Tiberim obediverūt. Clerici de cardinaliâ S. Nicolai in carcere obedierunt. Clerici de cardinaliâ sanctæ Mariæ in porticu obedierunt. Monasterium S. Agathæ obedivit. Archipresbyter S. Apollinaris obedivit. Archipresbyter S. Tryphi obedivit. Archipresbyter S. Bartholomæi obedivit. Ecclesia S. Celsi obedivit. Ecclesia S. Mariæ in monasterio obedivit. Archipresbyter S. Vincētii, cū suis, obedivit. Ecclesia S. Mariæ in Palatiā obedivit. Ecclesia S. Salvatoris de Curte obedivit. Archipresbyter S. Catharinæ, cum suis, obedivit. Archipresbyter S. Thomæ de Parrione obedivit. Archipresbyter S. Anastasiæ, cum suis, obedivit. Archipresbyter in mōte Celio cum suis, obedivit. Et multæ ecclesiæ & monasteria obedierunt; quas vix enumerare valemus.

Post promotionem domini Victoris, Canonici beati Petri miserunt ad Rolandum Cancellarium Canonicos suos: qui viderent an esset immantatus, sicut quidam credebant; aut aliquo modo promotus. Unde bis missi inquisitores, bis retulerunt; eum non esse immantatum, nec aliquâ promotionis specie variatum. Sequenti verò die, ut omnis dubitatio tolleretur, miserunt Canonici quosdam de suis: ut mensæ Cardinalium, qui intererant, interessent; & viderent, si saltèm in mensâ locum digniorem solito obtineret, aut etiam benedicendo mensa primus esset; vel aliquo modo inter Cardinales loco, vel dignitate, vel veste, dignior haberetur. In quibus omnibus nullo modo tenuerunt eum promotum, vel mutatum. Atque in hunc modū perscrutati sunt Canonici statum Cancellarii, per singulos continuos octo dies.

Basso & Johannes de Romano dicunt: Postquam Cancellarius, sedente domino Victore in cathedrâ, in munitionem se recepit, Johannes Phisitus clericus, & Johannes de Buccâ latâ laicus, voluerūt immantare Cancellarium. qui cum injuria repulit eos, dicens: De me non facietis ridiculum: ibi est Papa, ite ad eum, & obedite ei.

Presbyter Blasius, & presbyter Manerius, rectores Romani, dicūt; se, cum tribus aliis rectoribus cleri, sequēti die post promotionem domini Victoris, accessisse ad Cancellarium, & ad omnes Cardinales, qui cum eo erant: & non viderunt eū immantatum, nec aliquo modo promotum: & antequam discessissent, audierunt duabus vicibus ab ore Cancellarii, quòd nec erat, nec fuit immantatus.

In præsentia ipsorū Rectorum, qui ibi erant, testificatus est Ottho Cardinalis de carcere, quòd dominus Octavianus nullam violentiam vel injuriam intulit Cancellario. Itèm dixit Ottho: Pro nihilo hoc scribitur domino Cācellario; quia nullus ei mantum abstulit: quia nūquam habuit. His omnibus ita peractis & cognitis, Rectores isti iverunt ad dominum Victorem; & obediētiam ei fecerunt: & præceperunt clero, ut ei obediret. Quod & factum est.

Presbyter Barro, & presbyter Johannes, Capellani de cardinaliâ Cancellarii, dixerunt, se sequēti die post promotionem domini Victoris, ad Cancellarium accessisse, & dixisse ad eum sic: Audientes vos esse immantatum, gaudebamus, & nūc, quia aliter videmus, dolemus. Qui dixit eis, Pro me nolite gaudere vel dolere; quia ego nec sum, nec fui immantatus. ite, & obedite ei, quē videtis immantatū. Hæc verba ab ore Cancellarii processisse; committit presbyter Barro, & presbyter Johannes, quibusdam ex nostris clericis præsentibus, ut jurent in animabus eorum, ità verum esse.

Clerici de cardinaliâ S. Chrysogoni dixerunt, se sequenti die, post promotionem domini Victoris, accessisse ad Cardinalem suum, qui erat cum Cancellario, & interrogâsse eum, dicentes: Omnes clerici vadunt ad pedes domini Papæ; quid faciemus & nos? Qui respondit: Ite ad eum, sicut alii.

Multi ex nostris dicunt, se vidisse Cancellarium undecimo die ab urbe exisse, sinè manto, sinè stolâ, sinè albo equo, & sinè omni habitûs mutatione, cum pelli[illegible] nigro

pallio

pal[...]o coopertis, & cum nigro almutio, usque ad cisternam.

Johannes de Romano dicit, se audivisse Johānem Neapolitanum, & Bonamdiem, & quosdam alios Cardinales, dicentes apud cisternam: Quoniam modò sumus sinè pastore & sinè capite; faciamus nobis dominum. & postea immantaverunt eum, & cantaverunt ei, *Te Deum laudamus*, apud cisternam.

Johannes de S. Stephano & Wolferaminus dicunt, se audivisse, quòd Papa Hadrianus dixit ad eos, cùm de urbe exiret: Octavianus, inquit, quem ego misi in Longobardiam, vult excommunicare Mediolanenses: sed ego mandavi Mediolanensibus, ut non curent de eo; sed fortiter se habeant, tam ipsi, quam Brixienses, contra Imperatorem: & ego cum eis disposui, quòd Imperator, propter eorum impedimenta, non poterit Romam venire. Itèm etiam cum Cardinalibus ita disposui, quòd Octavianus non erit Papa post mortem meam.

Gimundus & Wolferaminus dicunt, se audivisse ab ore episcopi Sabinensis, quòd libenter rediret ad dominum Victorem: sed ita adjuratione est adstrictus, quòd sinè perjurio non potest.

Episcopus Aletrinus, in præsentiâ domini Guidonis Crementis Cardinalis, & Gimundi, & Johannis Cajetani, & aliorum multorum, dixit: Non possum ad dominum Victorem venire: quia talem securitatem feci Cancellario & suis apud Anagniam; quòd non possum ad eos venire usque ad Calendas. Post Calendas autem veniam. Interim tamen habeo eum pro domino & pastore meo. Itaque Calendis transactis, cùm infirmitate tenerer, misi domino Victori obedientiam, per clericum quendam, quem habemus præsentem.

De omnibus supradictis capitulis, testimonium perhibuerunt prædicti Rectores cleri Romani, & septem Archipresbyteri suprà memorati, & alii multi honesti & religiosi Clerici Romani & Petrus urbis præfectus, & Stephanus de Theobaldo, & Stephanus Nortmannus, & Johannes de sancto Stephano, & Johannes Cajetanus, & Wolferaminus de Gidoccica, & Gimundus de domo Petri Leonis, & multi alii illustres Romani & nobilissimi, qui omnibus his interfuerunt, & omnia viderunt & tractaverunt.

Hucusque acta Concilii, & scripta diversorum.

¶ Confirmato & recepto totaliter in papam Victore, defertur ad Principem sacerdotalis Concilii sententia. Quâ venerabiliter susceptâ & approbatâ, Victor ad ecclesiam vocatur, & magnâ solennitate & frequentiâ cleri & populi excipitur: ipsique, ut summo Pontifici & universali Papæ acclamatur. Divus quoque imperator, consuetam ei reverentiam, sicut Constantinus beato Sylvestro, humiliter, pro foribus ecclesiæ, exhibuit, & manu ejus acceptâ, usque ad sedem deduxit, & inthronizavit. De reliquis, quæ ibidē acta sunt, exemplaria literarum subnotata consule.

Epistola Imperatoris.

Fridericus, Dei gratiâ Romanorum Imperator & semper Augustus, dilectissimo suo Eberhardo, venerabili Saltzburgensi Archiepiscopo, & Suffraganeis ejus, Alberto Frisingensi episcopo, Hartmanno Brixiensi & Romano Gurcensi, totiq́; provinciæ Saltzburgensi gratiam suam & omne bonum. Si sacro Concilio Papiæ interfuissetis, omnia quæ ibidem, vel in Romana ecclesia facta sunt, oculata fide cognoscere possetis. Ne autem ab his qui pravis delationibus & mendaciis jam ferè totum Orbem resperserunt, veritas possit obnubilari, vel vestra Sinceritas trahi in contrarium quanto brevius possumus, seriem totius rei, sinè aliquâ falsitatis commixtione, meræ veritate vobis significare, dignum duximus. Ince[...] claruis con[...]t, quod, Papâ Hadriano adhuc vivente, Rolandus Cancellarius, & quidam Cardinales, non attendentes illud Dominicum, * Sit sermo vester, est est; non non: *conspiratione facta cum Wilhelmo Siculo, prius ab eis excommunicato, & cum cæteris hostibus Imperii, Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis: ne forte per mortem Papæ Hadriani tam iniqua factio evanesceret, juramenti vinculo invicem sese constrinxerunt, ut, defuncto Papa, nullus alius e[...] [...]stitueretur [...] qui in eadem conspiratione cum eis convenisset. Hac de causa duodecimo die post electionem domini Victoris Papæ, residente in sede beati Petri, jam dicti conspiratores egressi ab urbe, ad cisternam Neronis, derelinquentes veram aquam viventium, se contulerunt, & idolum sibi Rolandum Cancellarium erexerunt: dicentes hunc esse Simonem Petrum, qui apostolicæ dignitatis apicem tam nefariâ conjuratione, attingere præsumebat. Quòd hæc conspiratio facta fuerit, [...] ille jam dictus Rolandus per eum hoc modo intr[...]averit, non est fictitium, sed [...] ab illo qui facit manifesta consilia cordium, mirabiliter est declaratum. Dum hæc Romæ agerentur, & nos, quid super tanto schismate agendum esset, viros religiosos, archiepiscopos, consultaremus: supervenerunt quasi missi à Deo, Tarentasiensis archiepiscopus, abbas Clarevallensis, abbas Morismundensis & alii abbates numero decem, postulantes pacem Mediolanensibus: qui, recepto à nobis verbo, dum Mediolanum, pro investigandâ eorum voluntate, redirent, acceperunt ab eis tale responsum: Domini patres, nos tenemur adstricti juramento domino Papæ & Cardinalibus, quòd non debeamus redire ad gratiam Imperatoris, sine eorum voluntate, & ipsi econtra, sine nostrâ voluntate, nullam pacem facere possunt. Responderunt eis abbates: Vos de cætero non tenemini domino Papæ, quia mortuus est. Et illi statim subjunxerunt: Si mortuus est Papa, nos ideò non sumus soluti: quia nihilominus tenemur Cardinalibus, & ipsi tenentur nobis. Hæc prædicti patres Abbates, in responsis à Mediolanensibus testificati sunt coram multis religiosis viris. Præter hæc, multa experimenta factæ conspirationis, per literas in via deprehensas accepimus: sicut nuncius iste plenius vidit & audivit. Sane ex Consilio orthodoxorum, sicut aliâ vice meminimus nobis mandasse, generalem conventum religiosorum Papiæ indiximus ad quem ambos qui se dixerunt Romanos Pontifices, non ad judicium seculare sicut emendaciorum astruunt; sed ad examen Ecclesiæ, per duos venerabiles episcopos, Ferdensem videlicet & Pragensem, convocamus. Alter vero, eò quod puriorem haberet conscientiam, dominus Victor videlicet, judicio Ecclesiæ ultrò se obtulit: altero, videlicet Rolando, continuaciter renitente, & dicente; quia, cùm ipse omnes deberet judicare, ipse à nullo velle judicari. Habito itaque venerabili concilio, in quo Patriarcha Aquilejensis, & multi archiepiscopi & episcopi religiosi convenerant, per octo continuos dies, maximâ gravitate, diligentissimâ examinatione, semotâ omni laicâ personâ, tractatum est quis ex duobus, summi pontificatus apicem, de jure deberet obtinere. Post longam itaque deliberationem, quia illa nefandissima conspiratio, Deo & Ecclesiæ admodum odibilis, manifestis indiciis non solum probata, verùm in facie totius Ecclesiæ coram-posita revelata est: in domino Victore nihil reprehensibile invenerunt, nisi quòd pauciores numero Cardinales, omnino à conspiratione illâ exsortes, eum, pro bono pacis inter regnum & sacerdotium conciliando, elegerunt: & invocatâ Spiritus sancti gratiâ, Ecclesia Dei Rolandum Cancellarium, conspiratorem & schismaticum, discordias & lites & perjuria bona esse evangelizantem, condemnavit, & dominum Victorem Papam, in patrem spiritualem, & universalem pontificem, confirmavit. Quem nos, Ecclesiâ duce, secuti approbamus, & universalis Ecclesiæ patrem & rectorem, cooperante divinâ clementia, fore denunciamus. Hoc itaque factum, divinis suffultum præsidiis, & in apostolica stabilitate, super petram, Christum videlicet, firmiter fundatum, à vestrâ Beatitudine, propter totius Ecclesiæ & salute Imperii, approbari, & ab omni Ecclesia, vestræ Sanctitati commissâ, teneri & conservari rogamus, & preoptamus. Data Papiæ, 15. Calendas Martii.*

* Matth. 5. v. 37.

Epistola Præsidum Concilii.

Rescriptum generale à Synodo præsidentibus, per partes Mundi directum, hoc est. *Quia Sedis apostolicæ turbatio, Christianorum animos admodum sauciavit: nos, qui ad resecanda schismata, & pacem Ecclesiæ reformandam, Papiæ fuimus congregati, qualitatem causæ, modumq́; negotii, & sacri Concilii dispensationem, Universitati vestræ plenariè duximus intimandum: quatenus per scripta præsentia meræ veritate monstratâ, auditorum animi falsitatem, quam forte conceperant, vehementer expellant; & à modo per scripta schismatica non seducantur. Cum igitur orthodoxorum, Papiæ congregatorum universitas, in nomine Domini consedisset: causa per septem dies continuos, omni remoto seculari judicio, legitime & canonicè agitatâ, ac diligenter inspectâ; sufficienter & canonice in conspectu Concilii, per testes idoneos est comprobatum; dominum Papam Victorem, & nullum alium, in basilica beati Petri, à saniori parte Cardinalium petitione Populi & cōsensu, ac desiderio Cleri, fuisse electū, & solenniter immantatum:*

quod præsente, & non-contradicente Rolando, quondam Cancellario, in cathedrâ beati Petri fuerit collocatus, & quod ibi et à Cardinalibus, & clero Romano, Te Deum laudamus, gloriosè decantatum; & inde ad palatium, cum bandis & aliis papalibus insignibus est deductus: & Clerus & Populus, secundum consuetudinem interrogatus per Scriniarium, si placeret, tribus vicibus clarâ voce respondit, Placet. Probatum est etiam, quod Rolandus, duodecimo die post domini Victoris promotionem, ab urbe egressus, apud cisternam, in quâ Nero Imperator, quondam ab urbe profugus, latitavit, primò est immantatus. Probatum est, quod in secundo, die post promotionem domini Victoris, Rolandus interrogatus à Rectoribus & Clero Romano, ac Clericis de sua cardinalia, si domino Victori esset obediendum; expresse confessus est, se nunquam fuisse immantatum; & expressè dixit, illi esse obediendum, quem immantatum viderit. Super his capitulis fuerunt testes, & sub stola tactis sacrosanctis Evangeliis juraverunt, dominus Petrus Christianus, Decanus basilicæ beati Petri, & in personâ suâ, & omnium fratrum suorum. Juraverunt etiam venerabiles Archipresbyteri, & Rectores clerici Romani, Basilius & Manerius presbyteri, Johannes presbyter gentilis, Aimeradus archipresbyter, Bernhardus archipresbyter, Johannes archipresbyter, Benedictus diaconus, magister Ptolomæus archipresbyter, magister Gerardus, & Nicolaus, & alii honesti clerici Romani. Præterea Petrus, illustris Urbis Præfectus, Stephanus de Theobaldo, Stephanus Normannus, Gimundus de domo Petri Leonis, Johannes de Stephano, & alii principes & nobiles Romani, qui ad vocationem serenissimi Imperatoris venerant, in conspectu Concilii, super jam-dictis capitulis, ex maxima parte testimonium similiter perhibuerunt, & jurare voluerunt. Sed nos, quia religiosorum presbyterorum multorum testimonium sufficiens, & abundantissimum habeamus, duximus Laicis in hac parte parcendum. Deinde venerabiles episcopi, Hermannus Ferdensis, Daniel Pragensis, & Ottho Palatinus-Comes, & magister Herbertus Præpositus, quos dominus Imperator, ex consilio 22. episcoporum, & Cisterciensis & Claravallensis abbatum, aliorumque, religiosorum tunc-præsentium, Romam delegaverat, ut partes, ante Concilii præsentiam, Papam evocaret, in conspectu Concilii testimonium perhibuerunt: quod Rolandum Cancellarium, & partem eius, trinis edictis, per intervalla, peremtoriè & solenniter, ad præsentiam Ecclesiæ Papiæ congregandæ, remoto omni seculari judicio, vocaverunt: & quod Rolandus Cancellarius, & sui Cardinales, vivâ voce & ore proprio, judicium vel examen aliquod Ecclesiæ se nolle recipere, manifestè dixerunt. Vidimus etiam scripta Henrici Pisani Cardinalis, ad dominum Imperatorem directa, in quibus expressè continebatur, quod nullum vellent Ecclesiæ subire judicium vel examen. Super hæc omnia, idem Henricus, & Ottho Cardinalis S. Nicolai de carcere Tulliano, qui tempore Concilii, & ante, apud Januam morabantur; & Johannes Anagninus Cardinalis, & Johannes Prosutus, S. Romanæ ecclesiæ Subdiaconus, qui tunc apud Placentiam erant per octo dies, à Concilio toto sunt exspectati, & per literas & nuntios Concilii sunt vocati: & contempserunt venire. Ex his igitur omnibus sufficienter instructi & veritate hinc-inde plenariè declaratâ, placuit reverendo Concilio, ut electio domini Victoris, qui tanquam agnus mansuetus & innocens, venerat, Ecclesiæ judicium humiliter suscepturus, approbaretur & confirmaretur, & electio Rolandi penitus cassaretur. Et factum est ita. Electione itaque domini Victoris, remoto omni seculari judicio, sancti Spiritûs gratiâ invocatâ, confirmatâ atque receptâ, Christianissimus Imperator, post omnes Episcopos & post omnem Clerum, ultimus, consilio & petitione Concilii, electionem domini Victoris recepit & approbavit: & post eum omnes Principes, & innumerabilis hominum multitudo, quæ præsens erat, tribus vicibus interrogata, si ei placeret, respondit cum gaudio magna voce, Placet. Sequenti die proxima, id est, sextâ feria Quadragesimæ, dominus Victor, cum processione ab ecclesiâ S. Salvatoris extra civitatem in qua fuerat ejus hospitium, ad cathedralem ecclesiam gloriosè deductus est. Ibi religiosissimus Imperator, ante januas ecclesiæ eum suscepit, & descendentis de equo, strepam humiliter tenuit; & apprehensum per manum ad altare usque conduxit, & pedes eius est osculatus. Et nos omnes Patriarcha, Archiepiscopi, Episcopi & Abbates, & omnes Principes, cum universa multitudine, quæ præsens erat, pedes apostolicos suos osculati. Proximâ autem die sequenti, id est, sabbato, habito generali concilio, dominus Papa, & nos cum illo, Rolandum Cancellarium schismaticum, & ejus principales fautores, accensis candelis, anathematizavimus, & tradidimus cum Satanæ, in interitum carnis, ut spiritus salvus fit in die Domini. Illud etiam Dei [illegible] vestræ prudentiam volumus non-latere, manifestè esse deprehensum: quod Rolandus Cancellarius, & ejus sequaces quidam Cardinales, vivente adhuc Papâ Adriano, conjuraverunt. Fuit autem tenor conjurationis: quod-si eis viventibus Papam Adrianum mori contingeret, Cardinalem unum de illis eligerent, qui in eadem conjuratione esset adstrictus. De cætero, ex parte Dei omnipotentis & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & omnium Sanctorum, & virorum orthodoxorum, qui divino intuitu ad rescindenda schismata convenerunt, universitatem vestram humiliter imploramus, & monemus in Christo ut ea, quæ Ecclesia Dei, Papiæ congregata, ad honorem Creatoris & sponsæ suæ, matris vestræ, sacro-sanctæ Romanæ ecclesiæ, tranquillitatem, & ad salutem omnium Christianorum, fideliter ordinavit, vos, omni dubio & ambiguitate remota, irrefragabiliter rata & firma teneatis: orantes, ut Redemtor noster JESUS Christus universalem Pontificem & Papam nostrum, Victorem, de cujus sanctitate & religione omnino confidimus, per tempora longa conservet; & præstet ei omnimodam tranquillitatem & pacem: ita quòd per omnia Deus omnipotens honoretur; & Ecclesia Romana, omnisque Christiana religio gratiam Domino accipiat incrementum. Ut autem omnis actio legentibus planius illucescat, dignum duximus, ut omnium nostrorum consensu nomina subscribantur.

Ego Peregrinus, Aquilejensis Patriarcha, cum meis Suffraganeis, interfui & consensi.

Ego Arnaldus, Archiepiscopus Moguntinus, cum quatuordecim Suffraganeis interfui & consensi.

Ego Artuicus, Bremensis Archiepiscopus, cum meis Suffraganeis, interfui & consensi.

Ego Reinaldus, Coloniensis Archiepiscopus, cum meis Suffraganeis consensi.

Ego Hellinus, Trevirensis Archiepiscopus, cum meis Suffraganeis, consensi.

Ego Wichmannus, Magdeburgensis Archiepiscopus, cum meis Suffraganeis, consensi.

Bisuntinus Archiepiscopus, per Legatum & Episcopum Basiliensem, consensit.

Arelatensis Archiepiscopus consensit.

Lugdunensis Archiepiscopus, cum suis Suffraganeis, consensit.

Viennensis Archiepiscopus, cum suis Suffraganeis, consensit.

Henricus, Rex Anglorum, per literas & legatos suos, consensit.

Rex Ungarorum, per literas & legatos suos, consensit.

Rex Boemorum consensit.

Rex Danorum consensit.

Guido, electus Ravennas, consensit.

Episcopus Firmanus consensit.

Episcopus Ferentinus consensit.

Mantuanus consensit.

Pergamensis consensit.

Faventinus consensit.

Abb[illegible]um verò & Archipresbyterorum multitudo innumerabilis, mult[illegible]um regnorum, interfuit & consensit.

Lor[illegible]ardorum inæstimabilis multitudo interfuit, & consensit.

[illegible]rsi fere Principes Romani Imperii, tam Teutonici, quam Itali, [illegible] in Urbe, quam extra urbem, interfuerunt, & assensum cum in[illegible]enti desiderio præbuerunt.

EPISTOLA BAMBERGENSIS EPISCOPI.

Reverendissimo patri & domino, Eberhardo, Saltzburgensis ecclesiæ Archiepiscopo, Eberhardus Babenbergensis, gratiâ Dei, si quid est, tam devotum, quam debitum cum oratione servitium. Convenientibus in unum Papiæ episcopis circiter quinquaginta; diuque ventilatâ quæstione papatûs: cùm dilatio primò penè omnibus complacuisset, usque ad majorem rei notitiam, & aliud generalius concilium, prævaluit tandem pars domini Victoris, justificata ab alterâ parte multis modis. quia conjuratio contra Imperium, factum illud præcesserat: quia domini Victoris immantatio prior; illa posterior, quo solo Innocentius Anacleto prævaluit: cum Anacletus plures, & maximæ scientiæ & autoritatis, haberet electores. Deinde, quòd ad hostes Imperii pars illa se transtulerit; obligata Siculo, Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis, per sacramentum, quod sanæ doctrinæ adversari videtur: & cùm subditos à juramento fidelitatis debitæ absolvat, & servire Imperatori prohibeat quoscunque; & sic discessioni viam præparet: quod pessimum est; sicut opere ipso claresc[illegible],

& ser pti

& [illegible] ripta undique per Italiam directa, tam civitatibus, quam episcopis. Illu malis primo [illegible], sine deteriorem promittentibus, perpetuam videlicet discordiam inter regnum & sacerdotium, & [illegible] nem ab [illegible] em: dum pars illa, cum omni securitate conducti ne [illegible] ventre [illegible] ffet; nec etiam procuratores pro se mittere ad subeundum judicium, & excipiendam sententiam: dominum Victore [illegible] recepimus spe pacis & concordiæ inter regnum & sacerdotium. [illegible] tamen examine præmisso de tempore & de ordine electionis [illegible] qui ejus electioni consenserunt primitus & postmodum [illegible] Cardinalibus numero novem testificante super his omnibus capitulo beati Petri, & clero Romano scriptis & [illegible] jure jurando. Nuntius Regis Francorum promisit pro eo, neutrum se recepturum, usque-dum nuntios Imperatoris recipiat. Nuntius Regis Anglorum, idem velle & idem nolle [illegible] misit, tam in his, quam in aliis. Arelatensis, Viennensis, Lugdunensis, Bisuntinus per literas & per nuntios consenserunt. Solus Trevirensis de nostro regno superest, imparte [illegible], de numero Archiepiscoporum, qui non consenserit. Ejus tamen Suffraganei omnes con[illegible] erunt. Usque ad vos solum perventum est. Angelus magni consilii dirigat vos secundum beneplacitum suum, & custodiat vos [illegible] omnibus viis vestris. Præter hæc Præpositus multa manifestabit vobis, quæ non licet ad præsens homini loqui. Congaudete nobis, qui dimissionem accepi, & ad propria redeo.

Alterius cujusdam epistola ad eundem.

Domino suo in Christo-reverendo, Eberhardo, Saltzburgensi Archiepiscopo frater Heinricus, dictus Præpositus de Berthersgaden, cum devotione orat ionibus debitæ subjectionis obsequia. Si cuncta quæ audivimus & vidimus, scribere deberemus: non chartam, sed volumina [illegible] crevisse timeremus. Verum summam eorum, quæ de duorum [illegible] Romanorum Pontificum acta sunt, breviter paternitati vestræ notificamus. Curia, quæ in octavis Epiphaniæ Papiæ fuerat indicta, usque ad sexagesimam proximam, ante caput jejunii, quia in destructione Cremæ dominus Imperator detinebatur, est dilata. In qua considentibus domino Patriarcha, Archiepiscopis, & diversarum terrarum fere quinquaginta Episcopis; Legatis quoque Regis Franciæ, & Archiepiscoporum, Arelatensis scilicet, Lugdunensis, Viennensis, Bisuntini, atque Trevirensis & Ravennatis electi: Cardinales & Clerici, qui pro parte Victoris aderant, in medium processerunt, & utriusque seriem electionis exposuerunt. Super qua continuis quinque diebus, ab episcopis, & aliis prudentibus viris [illegible] disputatum cum fuisset, sexta tandem die in publico consistorio electionis capitula denuo proposita sunt, & singula a Canonicis ecclesiæ beati Petri, & Rectoribus Romani cleri, sacramento super sancta quatuor Evangelia præstito, confirmata. Pars autem altera, nec ipsa venit; nec responsales, quâ de causa nescimus, conventui direxit. Recitatæ sunt insuper literæ quam-plures bullatæ ab Alexandro & Cardinalibus qui cum ipso sunt, episcopis & Civitatibus Longobardiæ directæ, sed a fidelibus domini Imperatoris captæ: ex quarum tenore, machinationes eorum, & molimina contra Imperium, patenter sunt deprehensa. Unde, quia dilationem parvum tam Ecclesiæ, quam Imperio, videbatur minari periculum, præsertim quia non erat, qui prædictis assertionibus contradiceret, cum utraque nominum pars, non ad Curiam, sed ad Ecclesiæ fuisset examinationem vocata: Episcopi partis Victoris quæ ipsum undecim diebus, antequam Alexander immantaretur, immantatum fuisse, & in sede beati Petri, adversâ parte præsente, absque reclamatione sedisse, præstito (ut dictum est) sacramento probaverat, assensum præbuerunt, & eundem Victorem, ut Apostolicum in ecclesia solenniter suscipientes, solitam ei reverentiam exhibuerunt. Facta sunt hæc domino Imperatore & fidelibus Imperii annitentibus propter ausus memoratas. Quapropter ipsemet eidem confirmato Pontifici, ante [illegible] ecclesia descendenti, consuetum detulit honorem. Secunda vero post hæc die, [illegible] dominus [illegible] ctor [illegible] sato Synodi officio, alterius partis primo [illegible] cum quibus[illegible] suis fautoribus episcopis [illegible] et [illegible] ensi [illegible] tuensi [illegible] qui consecrationis manum eidem præsumserant imponere, Cardinalibus etiam, Heinrico Pisano [illegible] Ne[illegible] & Hyacintho, anathematis vinculo, [illegible] cande[illegible]. Excommunicavit autem Heinricum [illegible] quod mandato ejus, magister Raimundus Cardinalis [illegible] & [illegible] fuer[illegible]. Præpositum etiam Placentinum, qui [illegible] armata manu invaserit, & [illegible] tumelia [illegible] simili sententia involvit. W[illegible] præ[illegible] Siculum, atque Mediolanenses pro invasionibus Ecclesiarum & Imperii, ad canonicam vocavit satisfactionem. Interfuerunt his omnibus Metropolitani, dominus Patriarcha, Moguntinus, Coloniensis, Magdeburgensis, Bremensis, cum nonnullis Suffraganeis suis, & maxima pars episcoporum Longobardiæ: quorum plurimi affectuosum & plenarium prædictæ confirmationi tribuerunt assensum. Dominus vero Patriarcha, & quidam alii, salvâ in-posterum Ecclesiæ catholicæ censurâ, propter memoratas Imperii necessitates, obedierunt. Absentes omnes, quos prænotavimus, Archiepiscopi, pro se & suis Suffraganeis, plenariè consenserunt, excepto Trevirense: qui cum iter cœpisset, infirmitate præpeditus, excusatorias tantummodo literas direxerat. Præsentes autem ejus Suffraganei, Tullensis & Verdunensis, pro se & consuffraganeo suo Metense in integrum spoponderunt. Domini Babenbergensis, Pataviensis, & Ratisponensis, Patriarcham sunt imitati. Pro confirmandis omnibus, quæ facta sunt, mittuntur Legati dominus Coloniensis in Franciam, Verdunensis in Hispaniam, Pragensis in Ungariam. Si interim alia scripta, quarum quædam vidimus, meram de his veritatem minus continentia, ad manus vestras devenerint, sciat Sanctitas vestra, quod, ut pro parte potuimus, sinceram de his veritatem significavimus: plenius autem præsentes insinuabimus.

¶ *Ur[illegible]ergensis* compendium recitat, his verbis. Tunc coram Imperatore, & Patriarcha Aquilejensi, & Episcopo Cremonensi, & aliis quàm-plurimis Episcopis & Ecclesiarum Prælatis, causa Octaviani discussa est: & adhibitis testibus, qui præsentes fuerunt, probatum est; quòd, sicut suprà descriptum est, facta est utraque electio. De jure quoque satis adjectum est: ut, reprobatâ electione Rolandi, Octavianus verus præsul Romanæ ecclesiæ judicaretur. Tunc Patriarcha Aquilejensis, alii quoque Episcopi & Ecclesiarum Prælati, ad pedes ejus se prostraverunt; Imperator quoque idipsum fecit: ut ab eo indulgentiam acciperent, ut sibi obedientiam facerent. quod & factum est. Nam Rainaldus, Coloniensis archiepiscopus, eum devotè recepit. Moguntinensis quoque & Magdeburgensis, ipsi Victori papæ se subdidêre, cum suis Suffraganeis. Mansitque Roma cum suis conspiratoribus in confusione. ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam: * *Qui surgunt in me, confundantur. & servus tuus lætabitur.* & tertium dictum adimpleretur: *Servus tuus lætabitur.* Sic etiam *Platina, Blondus, Rousinus,* † *Paulus Aemylius sub Ludovico juniore.*

* Psal. 109. v. 28.

† lib. 6. Dec. 2.

Alexander autem iratum plenus, excommunicat, tam Imperatorem, quam Papam: & literas executionis gratiâ ad omnes passim spargit; vereque cœlum terræ miscet: ut videas apostolicam patientiam in jacturâ honoris.

In epistolâ quâdam ad Salisburgensem, Alexander de Papiensi sic fulminat: *Cæterùm, quomodo luce clarius est manifestum, qualiter Octavianus schismaticus, hæreticus, & manifestus invasor, cum tribus malitiæ suæ complicibus, se-ipsum intruserit; & per Simoniam notoriam, & Laicalem violentiam, papatum nisus fuerit obtinere: qualiter & jam Fridericus, potius tyrannus, quam Imperator dicendus in conciliabulo apud Papiam, multo labore collecto statuam Nabuchodonosor erigere, & erectum abominationis idolum præsumserit adorare: & qualiter viri catholici a facie ipsius Octaviani, tanquam a respectu deaconis, aufugerint: te non duximus diutius longâ verborum & literarum serie detinendum.*

APUD CLARUM MONTEM.

ALexander III. apud Clarum montem suarum partium episcopos congregat, anno Domini 1160. cum hic anathema in Imperatorem, & Octavianum antipapam, ebuccinat. Nam Papiensi concilio, ejus [illegible] decreto offensus, extrema sibi tentanda esse putavit. *Platina, & Bambergensis historia.*

Ad Salisburgensem Pontifex cristatas mittit literas [illegible] in quibus sic concludit: *Sane nos, ipsius Imperatoris immensam iniquitatē, & tantam perfidiā attendentes, communicato fratrum nostrorum, Episcoporū & Cardinalium, & aliorū religiosorum consilio, tam ipsum Fridericum, (non jam Imperatoris officium sed quæ tyranni sunt, exercentem) quam prædictum Octavianum schismaticum, & Otthonem Comitem-Palatinum, atque omnes principales fautores eorum in Cœna Domini, coram clericorum, multorum virorum nobilium, in ecclesiâ congregato accensis candelis*

publicè

publicè [illegible] communicavimus, & tradidimus hu[jus]modi Satanæ, [in] interitu[m carnis], ut spiritus eorum salvi fiant in die Domini. De communi etiam fratrum [nostro]rum consilio atq; voluntate, vos omnes specialiter, & communiter universos, à fidelitate, quam ei [jurastis], & ab omni [vincu]lo Imperii, ex parte Dei omnipotentis, & beatorum Apost[olo]rum Petri & Pauli, authoritate Apostolicæ sedis, absolvimus, ita quod in nullo ei de cætero teneamini obedire: sed potius in remissionem vobis injungimus delictorum, ut contra eos, quos ipse per tyrannidem suam sibi subjugare, opprimere, & vastare voluerit, nullum ei consilium vel auxilium ministretis. Data Anagniæ 11. Aprilis. Ille igitur erga Imperatorem satis [se] superbè gessit: ut literæ ipsius manu scriptæ docent.

IN DANIA.

OCtavianus antipapa in Daniam misit Bernhardum quendam. is, concilio coacto, suffragium pro se rogat: sed nihil obtinet. *Saxo Grammaticus.*[*]

[*] *Lib. 14.*

APUD DIVIONEM.

DEinde & apud Divionem, ubi a Savo flumine Galli à Germanis disterminantur, Imperator Concilium indicit, idque etiam Philippo, Gallorum Rege, assentiente: & Alexandrum invitat, ut eò veniat. Patrumque sententiam audiat. Imperator, cum Rege Scotiæ, & Bohemiæ, & Daniæ, eò properat: adducto secum Octaviano. Sed Alexander iterum detrectat apparere, quia ipse, pro suo fastu, (fastigio debebamus dicere) eum conventum non indixerat: Turonique antitynodum antipapa inchoat. Quâ re offensus Cæsar, in Germaniam revertitur. *Platina, Sabellicus.*[*] *Nauclerus. Sylvius ex Blondo* refert, Alexandrum edidisse multa decreta, & Senonam fecisse pontificalem sedem.

[*] *Enn. 9. li.*

NAZARETHANA.

ALexander III. ut suam eminentiam stabiliret, orbem terrarum literis & fulminibus replevit. Sic Orientem quoque sollicitans, efficit ut Nazarethæ Orientales episcopi concurrant: ibique, præsente Rege, suos sibi calculos in illam jaciant, sicut ipse gloriose narrat, *in quadam ad Salzburgensem epistolâ.*

Cum autem *Tyrius*[*] ista percommodè narret; deque Romanorum artibus & conatibus quædam moneat: Lector ejus narrationem audiat.

[*] *Li. 18. c. 29.*

Per eosdem dies, quidam Johannes, vir admodum literatus, Romanæ ecclesiæ Presbyter-Cardinalis, tituli sanctorum Johannis & Pauli, missus à Domino Alexandro Papâ, ad partes Orientales legatus, apud Biblium cũ quibusdam Januensium applicuit. Volens igitur, impetratâ licentia, tanquam Legatus in regnum introire, prætentavit domini Regis, & aliorum regni Principum, tam ecclesiasticorum, quam secularium, mentes; quidnam de ejus ingressu sentirent. Divisus enim erat, occasione schismatis oborti, penè Orbis universus: aliis domino Alexandro Papæ, aliis parti oppositæ faventibus. Unde, post multam deliberationem, mandatum est ei, ex parte, ut subsisteret, nec in regnum præsumeret ingredi: quousque cum Prælatis ecclesiarum, & regni Principibus, pleniori deliberatione, ei de communi consilio mandaretur, quid eum facere oporteret. Interim ergo, cõvocatis apud Nazareth, tam domino Patriarchâ, quàm reliquis Ecclesiarum Prælatis, de Principibus quoque nonnullis, cum domino Rege assistentibus, cœperunt deliberare; quid in tantâ ambiguitate facto esset expedientius. Omnes enim Orientis pontifices, de utroque patriarcharu, in neutrã partem manifestè declinaverant: [sed] occul[te] tamen, aliis huic, aliis i[lli], suum favore[m] [præ]stantibus. Factum est aũt, sic[ut] in talibus solet con[tingere] [illegible] [dissen]tientibus ab invicem, & votis eorum [illegible] dicentibus; quòd dominus Alexander [illegible] [ju]stiore causam fovens potio[illegible] [do]minus Petrus, prædecessor [illegible] [Ar]chiepiscopus, [illegible] Al[i] è converso, domini [illegible] [illegible] regno amicũ [illegible] [illegible] modo recipiendũ [illegible] Re[illegible] [illegible]andam sequẽs, cũ [illegible] & de [illegible] q[ui]dam [Præ]latis, ti[illegible] & sen[illegible] Eccle-

A [illegible] persuad[ebat], neutram partium recipiendã: [illegible] ve[illegible], tanquam peregrinus, oration[is] [illegible] bus legationis, ad [illegible] sancta vellet ac[ced]ere, dandã [illegible] centiam, & concedendã [illegible] [li]bertate [illegible] in regn[o] [illegible] di, usque ad p[r]imũ transitũ: ex-tunc [illegible] redeundum esse. Allegabat etiam, & [illegible] [fa]ctionis suorũ causam [illegible] & rationẽ, dicen[s]: Schisma recens est, needum [illegible] motu: [et] uter eorum causam foveat potiore[m], [p]ericulosum [illegible] esse, in te[illegible] suã partem [illegible] ex sententi[a] deligere & [illegible] incertã diffini[t]i[on]ẽ præcipitare sententi[a]m. Præterea nec Legato opus esse in regno, qui ecclesias & monasteria [illegible] vet impẽsis, extorsionibus attenuet. Hæc erat Domini [Re]gis sententia: quæ licèt utilior videretur; tamen prævaluit eorum sententia, qui Legatum esse recipiendum af[firmabant]. Vocatus igitur in regnum, venit: multisque, quibus adventus ejus placuerat, postmodum fuit onerosus.

HERBIPOLENSIS.

HErbipoli, sive Wirzburgi, synodus agitatur, mense Majo: quã Guido Cremensis in antipapam ord[ina]tur, ab Imperatore Friderico, anno Domini [illegible] [præsen]tibus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis. Ibi enatum est [decre]tum: nullum posthac fore Pontificem maximum, n[isi] [illegible] more majorum, consensu Imperatoris crearetur: atque m[in]ius duntaxat Christi successor, [quam] Petri; non etiam Cæsareæ potentiæ pertinax æmulus, esse velit. A singulis e[xigit] juramentũ, haud alium aut recepturos, aut passuros Pontificem maximum perpetuò: etiam mortuo Imperatore. Sacramentumq; primus dixit Christianus, Moguntinus Pontifex designatus, nam Cunradus Bojus, frater Othonis à Witelspach, quòd jurare detrectaret, hostis judicatus atq; proscriptus, sacerdotio & dignitate [ce]ssit, Moguntiacoque exactus est. Deinde cæteri Episcopi, post [h]a[s] [Impera]tor & Principes, jurant. Albertus, Frusinensis epi[sc]opus [illegible] pacto fidem suam adstrinxit Paschali: quã diu [illegible] et [I]mperium ejus rebus studeret, aut ipse Cæsarea [illegible] ste[illegible] vicos, oppida, beneficia stipendiaria, possideret. *Aventinus.*[*]

[*] *Lib. 6.*

ROMANA.

VValdenses, circa hoc tempus vocati Romam, pertinaces, schismatici, & tandem hæretici sunt judicati. *Johannes de Oppido.*

APUD NOVUM MERCATUM.

HEinricus Anglorum Rex, Episcopos Normanniæ, Abbates, & Barones, ad Novum mercatum convocat. Ludovicus verò, Galliæ Rex, suos Beluaci congregat. Ibi de receptione Alexandri, & repudiatione Victoris, actum & definitum est. *Continuator Sigeberti.*

ROTHOMAGENSIS.

HEinricus Rex Episcopos, Abbates, & Barones totius Normanniæ, convocans, anno Domini 1163. querelam de episcopis, & corũ ministris, ac vicecomitibus, proponit: ac jubet, ut ad concilium Juliæ Bonæ conveniant. *Continuator Sigeberti.*

TURONENSIS.

IN Octavis Pentecostes, ann. Domini 1164. Alexãder III. Turoni concilium agitat: in quo fulmina in Octavianũ, ejusque complices, iterũ ejicit. *Cont. Sigeb.* In eo ver[o] Thomam Cantuariensem fuisse, *Johannes de Oppido* refert.

Concilii decreta *Wilhelmus Neubrigensis*[*] hoc ordine recenset.

[*] *Lib. 2. c. 5.*

Quoniam enormis quædam consuetudo, in quibusd[am] locis, contra sanctorum Patrum institutiones, invaluit, ut sub annuo precio Sacerdotes ad Ecclesiarum regimen st[a]tuantur: ne id fiat, modis omnibus prohibemus. [Qui]a, dum sacerdotiũ sub hujusmodi venali merc[e]de d[isp]o[n]itur [illegible] æternæ retributionis præmium consideratio[ne] habetur.

Non satis utiliter avaritia redarguitur in [illegible] ta[l]is, qui in clero constituti videntur & præcipue qui, contẽpto seculo, religiosorum nomen profitentur & regulam [illegible] omnibus modis non cavetur. Prohibemus ergo, ne ab iis qui ad religionem transire voluerint aliqua pecunia [re]quiratur: neve prioratus, aut capellaniæ quæ[li]bet monachorum, aut clericorum annuã distractione vendantur: ne [illegible] eas cui [illegible] [illegible]tarum [illegible]

commitsi, ne ullum p ex gat ir. H autem Simoniacum esse, sanctorum authoritas Patrum manifestè declarat. Unde, quisq is hoc e cæter præ umserit attentare, partem se cum Simone non dubitet h itu ium. Pro sepulturâ quoque, vel hri matis seu ol ta perceptione, nulla cujusquam precii enalitas ercedat. eque sub obtentu alicujus consuetudinis reatum suum aliquis tueatur. quia diuturnitas ten p ris, non n nui peccata, sed auget.

Quia in quibus m episc patibus Decani, vel Archipresbyteri, ad agendas vices Episcoporum vel Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo precio statuuntur: quod ad sacerdotum gravamen, & subversionem judici r m, n n est dubiu ed ndare: id ulteriùs fieri, districtiùs prohibemus Quod qui fecerit, removeatur a ero. Epi pus quoque, qui hoc in suâ diœcesi sustinuerit, & ecclesi stica judicia suâ patitur dissimulatione perverti, canonic districtione plectatur.

Majo ibus Ecc siæ beneficiis in suâ integritate manêtibus: indecorum nim esse videtur ut juniores Clericorum præbendę reci ant ctionem. Idcirco, ut, sicut in magni ita oque in mis membris ins, firmam habeat Ecclesia unitatem, divisionem præbendarum, aut dignitatum permutationem, ne i pr hibe us.

I lures clericorum, m entes dicimus) eorum quoque, qui præter s se ulum p fes ne, votisque & habitu, reliquerunt, dum c t uras manifestiùs damnatas exhorrent: co nm tâ pecuniâ indigentibus, possessiones eorum in p imunt, & provenientes fructus percipiunt ti m l ireo generalis Concilii decrevit autoritas: ut nullus à modò constitutus à clero, vel hoc vel liud usuræ genus, exercere præsumat. &, si qui hactenus alicujus pos m, datâ pecuniâ, sub hac specie, in pignus accep si sorten. suam, deductis expensis, de nct bus m perceperit, to e possessionem restituat deb t a item qu m inus habet, eo recepto, possessio lit e in ume rtasur. Quòd-si, post hujusmodi c in clero quisq am ex iterit, qui detestandis u clesia ici officii periculum patiatu: h lesiæ fuerit, quod redimendum e hoc mo d man laica videbatur.

A partibus T l ræ, damnanda hæresis dudum emersit, quæ m re ancri paulat m se ad vicina loca diffundens, per Gasconiam, & alias provincias, quam-plurimos jam infecit; & dudum, modum serpentur intra suas revolutiones absconditur: quan ò serpit occultius; tantò graviùs dominicam vinea in simplicibus demnlitur. Unde episcopos, & omnes Domini sacerdotes, in il is partibus commorantes, invigilare præcipimus, & sub interdict ne anathematis pr oi re ne ubi cogniti fuerint illius hæresis sectatores, receptaculum quisquam eis in terrâ suâ præbere, aut præsidium impertiri, præsumat. sed nec in venditione, nec emtione, aliqua cum eis cõmunio habeatur: ut, solatio humanitatis amisso, ab errore vitæ suæ resipiscere compellantur Q isquis autem contra hęc venire tentaverit: tanquam, particeps iniquitatis eorũ, anathemate feriatur li verò, si depr hēsi fuerint, per catholicos Principes, cust diæ mancipati, mnium bonorum amissione mulctentur. Et q niam d diversis partibus in unum latibulũ crebrò c enit m, & præter consensum erroris, nullam cohabitan. causam habentes, in uno domicilio comm rantur: talia conventicula & investigentur attentiùs, &, si inventa fuerint, canonicâ severitate vetentur.

Quamv s gravenimis & divini animadversione judicii dignum habeatur quod Laici quidam, quod sacerdotũ est, n e tasti is re usurpant: majorem tamen incitat form em ac dolorem, quòd fomitem sui erroris, in ipso lero inveniunt al quoties invenire: dum quidam fratrum & coe iscoporum nostrorum, aliorũ, que prælatorum eccl i ecimas eis & e lesiarum dispositiones indulgent: & in devia eos mortis impellunt prædicatione eorum ad vitæ iam fuerant revocandi. de quibus Dominus dicit Pr etam:* *Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem provocant animas eorum* Unde statuimus: ut, qu a ecu nen ecclesiam decimamve c ncesseri, a statu suo, tanquam arbor, quæ tiliter terram occupat, succidatur; &, donec emendetur, ruinæ suæ jaceat dolore prostratus.

Non magnoperè, antiqui osti s invidia, infirma Ecclesiæ membra præcipitare laborat: sed manum mittit ad desiderabilia ejus, & electos quosque litur supplantare; cente Scripturâ:* *Esca ejus electa*. Multorum quidem casum operari se reputat: ubi preciosi aliquod membrum Ecclesiæ suâ fuerit calliditate detractum. Indè nimirũ est, quòd se in angelum lucis m re so to transfigurãs, sub obtentu languentium fratrum consulen corporibus, & ecclesiastica negotia fideliùs pertractandi, regulares quosdã ad legendas leges, & confectiones physicas ponderãdas, de claustris suis educit. Unde, ne, sub hac occasione, spirituales viri mundanis rursus actionibus involvantur, & in interioribus ex eo ipsi deficiant; ex quo se aliis putant ex interioribus providere: de præsentis Concilii assensu statuimus: ut nullus omninò, post votum religionis, post factam in aliquo religi o loco professi nem, ad physicam, legesve mundanas legendas, permittatur exire. Si verò exierit, & ad claustrum suum, infra duorum mensium spatium, non redierit: sicut excommunicatus, ab omnibus evitetur; & in nullâ causâ, si patrocinium præstare voluerit, audiatur. Reversus verò, in choro in capitulo, in mensâ, & cæteris, ultimus fratrum semper existat; & (nisi ex misericordiâ fortè Apostolicæ sedis) totius spem promotionis amittat.

¶ In eodem Concilio, Thomas Cantuariensis, secretò in manus Papæ suum pontificatum resignâsse dicitur: eò quòd per manum Regis eundem accepisset Sed Pontifex, cui ea submi io supra modum placebat, statim ipsi red dit: *ut idem autor testatur* *

Aventinus * verò decreta hujus Synodi hoc modo exponit

Sacris initiatus, rebus profanis abstineto: Leges, Physica, non audito. Sacra vænite; religionem, societates, inferias, atque hujuscemodi ceremonias, precio dedisse, atque pecuniam pro hisce postulâsse, decimas profanis tribuere; inexpiabile flagitium esto.

Si quispiam sacerdotia locârit commutâritve: uti contra Christianam pietatem fecit: ita ejus civitatis aris, focis, extorris esto.

Agri oppignorati, si creditor reditus receperit ultra sortem, fœnus, licèt levissimum videatur, censeto. Fœneratorem, Reipublicæ fure pejorem civem existimato.

Erfurdensis ait, fuisse annum 1163. *Sabellicus.*

CLARENDONIENSIS.

JOhannes Oxfordius, Clarendonensi concilio in Angliâ præsidebat, anno Domini 1164. Multa ibi decernuntur de investituris; deinde de officiis cleri, & ipsorum pœnis: dum Thomas Becketus Cantuariensis juramento confirmat, se leges regias observaturum; sed mox fidē violat. Statutum autem fuit: ut, si clerici politicè peccarent; à politico magistratu, cui à Deo jus gladii datum, punirentur.

Sed hoc statutum indignissimè tulerunt animi sacrati. Sic Philippus de Broic, Canonicus Bedfordensis, qui tractus in judicium, propter homicidium, contumeliosissima verba in judicem protulit. *Matth. Parisius.*

IN SCOTIA.

MAlcolmus, Rex Scotiæ, in suâ terrâ concilium habet, anno Domini 1164. ubi, rebus ad Rempublicam spectantibus constitutis Arnaldus, episcopus ad S. Andream, Regem ad conjugium hortatur, quibus potest argumentis. Nam is cœlibem vitam sibi, falsâ quâdam religione, proposuerat. Sed a tantâ pertinaciâ abduci nequivit. *Hector Boethius.*

OXONIENSIS.

QUidam falsa dogmata serentes, Oxonii, coram Episcopis & Rege, in judicium adducti sunt, anno Notati autem sunt cauter is, & regno ejecti. *Matth. Paris.*

CASSELIENSIS IN HIBERNIA.

HEin us II. Angliæ Rex, devi be Cassell antistitum conventum celebrat: u i ea c rr t

antea minùs ritè, secundùm Christianum dogma, ibidem fiebant. Nam soliti erant plures habere conjuges; aliaque multa, à cæteris Christianis aliena, retinebant. *Polydorus.**

** lib. 13.*

COLLOQUIUM GERMANORUM & Græcorum.

ANno Domini 1172. Heinricus Leo, Dux Saxoniæ, Hierosolymam instructissimo exercitu proficiscēs, Constantinopolim venit, ubi eruditi Germani, cum literatis Græcis, collationem instituerunt: quæ sic est descripta *ab Arnoldo, Continuatore Helmoldi.**

** cap. 5.*

Igitur post meridiem, cùm Rex cum Duce lætior esset, movit quæstionem dominus Wormaciensis, unà cum Lubicense, cum literatioribus Græcorum, de processione Spiritûs sancti. Dicunt enim Græci, Spiritum sanctum tantùm procedere à Patre, & non à Filio: verbis Domini nimis adhærentes, qui de processione Spiritûs sancti loquēs, ait:* *Cùm venerit Paracletus, qui à Patre procedit, &c.*

** Joh. 15. v. 26.*

Opponentibus autem nostris: *Spiritus sanctus procedit à Filio, sicut à Patre: quia Spiritus sanctus est Patris & Filii. & cùm Spiritus S. gratia datur hominibus; profectò mittitur & à Filio. Procedit à Patre procedit & à Filio: quia ejus missio ipsa processio est.* Græcis verò adhuc contradicentibus, quasi plenis autoritatibus nondum essent conclusi: Abbas Heinricus, vir literatissimus & facundissimus, modestè inchoans: *Nunc erratis, inquit, ò catholici & religiosi viri, dicentes, Spiritum sanctum tantum à Patre procedere, & non à Filio: quia planè procedit à Filio, sicut à Patre. Quod negare, Hæreticorum est. Quòd enim de utroq. procedat, divinorum eloquiorum testimonio comprobatur. Dicit enim Apostolus:** Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra. *Ecce, hic dicitur Spiritus filii. Et ibi:** Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus. *Ipse etiam Filius, de Spiritu sancto, in Euangelio ait:** Quem ego mittam vobis à Patre. *Patris autē Spiritus dictus est, ubi legitur:** Si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum à mortuis, habitat in vobis. *Et ipse Christus dicit:** Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. *Et alio loco:** Quem mittet Pater in nomine meo. *His & aliis autoritatibus ostenditur, quòd Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio. Ad illud autem quod de Euangelio opponitis.* Qui à Patre procedit; *ita respondemus: quia, cùm dicat in eo Veritas, Spiritum sanctum à Patre procedere, non addidit, solo: & ideò etiam à se procedere non negat. sed ideò Patrem tantum nominat: quod ad eum solet referre, etiam quod ipsius est; quia ex illo habet. Vestri etiam doctores, unam eandemq; sententiam esse intelligentes, quà Spiritus sanctus dicitur procedere à Patre & Filio, & esse Spiritum Filii sicut patris professi sunt, Spiritum sanctū procedere à Filio, sicut à Patre. Unde Athanasius, in Symbolo fidei:* Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. *Ecce, Spiritum sanctum à Patre dicit procedere, & à Filio. Itèm Johannes Chrysostomus, in Homilia quâdam, sic ait:* Iste est procedens à Patre & Filio, qui dividit dona propria, prout vult. *Itèm Cyrillus episcopus:* Spiritus, *inquit*, sanctus intelligitur per se, secundùm quòd spiritus est; & non Filius: sed tamen non est alienus ab eo. Spiritus veritatis nominatur, & profluit ab eo, sicut à Deo Patre. *Ecce, etiam à vestris Doctoribus aperta habetis testimonia, quibus Spiritus sanctus à Patre & Filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua confiteatur, Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio.* His aliisque autoritatibus, maximè suis, non valebant contradicere magistri Græcorum; concedentes, Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio. Et magnificatus est abbas Heinricus, in conspectu Regis & Pontificum; collaudantes doctrinam ejus, & fidem non-modicam exhibentes verbis illius.

** Gal. 4. v. 6.*
** Rom. 8. v. 9.*
** Joh. 15. v. 26.*
** Rom. 8. v. 11.*
** Matth. 10. v. 20.*
** Joh. 14. v. 26.*

IN NORTMANNIA.

COntinuator Sigeberti annotat, Regem Heinricum, anno Domini 1173. episcopos Normanniæ & Britanniæ congregasse: at venisse [illegible]um. & Abrincenses Legatos, ut de ecclesiasticis negotiis tractarent. Verùm infirmitate Regis, sinè [illegible] cessum esse.

Interfuit isti conventui Stephanus Cluniacensis, & Benedictus Clusinus.

NORTHANTONIENSIS.

IN Angliâ, Northantoni, concilium actum est, per Hugonem Cardinalem. Eò vocantur & Scoti episcopi. Eboracensis postulat & urget, ut Scotici episcopi sibi subjiciantur; idque boni ordinis gratiâ faciendum: neque esse in Scotiâ civitatē illustrem, quò archiepiscopatus poni posset: & expedire hoc causis ipsorum, quæ in viciniâ possint dijudicari. Sed Gilbertus, à Rege Scotorum missus graviter respondet: Scotos solum Pontificem Romanum agnoscere suum archiepiscopum, ab eo tempore, quo [illegible]nem Christianam sint amplexi: deinde ferè [illegible] Scotos cum Anglis bellum gerere. Ideoque rogat, ne hostibus suis subjiciantur. Præterea, siquid incidat, quod judicio egeat, habere se Regem, qui magistratûs partes gerat. Habere porrò Scotiam multos viros, ingenio, doctrinâ, & judicio rerum, excellentes. Sic ambitio Eboracensis eluditur. *Hector Boethius.** Anno Domini 1174.

** lib. 13.*

LONDINENSIS ALIA.

IN civitate Londensi, Richardus, Cantuariensis archiepiscopus, magnum congregat concilium. Causa est, vetus illa ambitionis querela, de primatu Britanniæ, inter ipsum & Rogerium, archiepiscopum Eboracensem, anno Domini 1176. *juxta Sigeberti Continuatorem.* Sed *Neubrigensis** narrationem adscribendam hic duximus.

** lib. 3. c. 1*

Anno à plenitudine temporis, quo Veritas de terrâ orta est, 1175. qui fuit Regis Heinrici II. vicesimus, provinciale concilium Londini celebratum, à Richardo Cantuariensi archiepiscopo, Apostolicæ sedis legato; conveniētibus Suffraganeis, & aliarum ecclesiasticarum personarum cœtu copioso. Sequēti verò anno, Hugo Cardinalis, Apostolicę sedis legatus, nescio quid ordinaturus, venit in Angliam. Qui cùm, totius Angliæ generale concilium celebraturus, favore adjutus regio, utriusque provinciæ, id est, Cantuariensis & Eboracensis, ecclesiasticas personas Londinum convocâsset: statuto concilii die, cum jam sumtis insignibus processurus esset; facta est contentio vehemens, inter ipsos archiepiscopos, de prioratu sessionis in concilio. Quippe illa apostolica regula, *(*honore invicem prævenientes*) à nostri temporis episcopis ità est abrogata: ut, sollicitudine posthabitâ, Episcopi, quantò pervicaciùs; tantò & vaniùs, de excellentiâ litigent: & omnis ferè episcopalis controversia, circa honorum prærogativam versetur. Denique Eboracensis, matutiùs adveniens, primam sedē præoccupavit, eandem sibi allegans competere, ex antiquo B. Gregorii decreto: quo statutum noscitur, ut metropolitanorum Angliæ ipse prior habeatur; qui priùs fuerit ordinatus. Cantuariensis verò, solenniter positâ præoccupatæ sedis querelâ, secundam sedem, tanquam passus præjudicium, recusavit. Mox subditis ejus ferociùs pro ipso æmulantibus, simplex verborum contentio erevit in rixam. Eboracensis autem, quoniam pars adversa fortior, loco præmaturè occupato cum contumeliâ deturbatus, cappam cōscissam, illatæ sibi violentiæ indicē, Legato exhibuit, & Cantuariensem ad Sedem apostolicam provocavit. Metropolitanis ergo ità contendentibus, rebusque turbatis: concilium non celebratum, sed dissipatum est: & qui, tanquam ad concilium, evocati convenerant, rediēre ad sua.

** Rom. 12. v. 10.*

RHEDONENSIS.

EOdem tēpore, archiepiscopus Turonensis synodum celebrat, cum episcopis Britanniæ, Rhedoni. *Idem.*

LONDINENSIS ALIA.

ANno Domini 1177. Londini conciliū habetur frequentissimum: ubi, pro conservatione ecclesiastici status, multa acta sunt; atque in-primis decretū est: ut præfecturæ monasticæ, & alia sacerdotia, quæ hactenus bello turbata erant, viris probis deferentur. *Polydorus** *sub Henrico II.*

** lib 13.*

LONDINENSIS ALIA.

A Rege paulò post alia synodus convocatur, adstipulante Hugone, Legato Papæ Romani, Alexandri III. Conveniunt autem Anglicani & Scotici episcopi frequente.

Materia litis erat, ambitiosa inter Cantuariensem & Eboracensem, archiepiscopos de primatu content[illegible]. D[illegible]n-

de & Rex quædam, cum suis Ducibus & Episcopis, de regni rebus, tractabat.

Inter alia verò statuitur: ut, si quis, etiam ex sacratis viris, cervos aut damas intra septa regia seu saltus interfecisset, à profano judice mulctetur. Id verò *Polydorus* queritur contra fas decretũ esse: quòd etiam postea sacerdotes, in multis causis, à profanis judicibus, in jus vocati & puniti sint.

Postea iterum actum est, ut, juxta Romanorum Pontificum constitutiones, Scotiæ & Orcadum episcopi, Eboracensi essent subjecti. Sed nihil est obtentum. *Polydorus.**

* lib. 13.

NORTHANTONIENSIS ALIA.

ANno Domini 1178. Heinricus II. Angliæ Rex, consensu Hug[...] nis legati, & Richardi Cantuariensis, a[...] indicit synodum Northantoni.

In eo c[...] nventu, [p]ost aliarum rerum tractationem, Rex Lincolniensem epi[sc]opatum, Gaufredo filio, ex concubinâ nato, curat deferri: qui omnia, quæ episcopatu corradere poterat, abligurit & [p]erdit.

Deinde, expiandæ cædis Thomæ causâ, voverat Rex, cœnobium se ædificaturum. Jam rogit Patres; ut se consilio, de loco, in quem exstruere posset, adjuvent. interim verò cum Legato Romano agit, ut liceat sibi, in collegium sanctæ Crucis, prope Londinum, in quo Canonici seculares erant, introducere regulares Canonicos: videlicet sumtus in novi monasterii exstructionem cogeretur impendere. ac fit tandem voti compos, adstipulantibus episcopis Hugoni. *Polydorus.**

* lib. 13.

VENETIIS.

ALexander III. Venetiis, 82. episcopos congregat: quorum consilio cum Friderico de pace pertractat. *Erfurdiensis.*

ROMANA ALIA.

ROmæ, anno 1179. concilium generale agitatur. Inter cætera autem ibi constitutum est: ut Clerici continenter viverent: ac, si quis in eo vitio comprehensus fuerit, quod est contra naturam, excommunicetur, & à clero abjiciatur.

Item: Archiepiscopi, in visitatione sint contenti quinquaginta equis; Episcopi triginta, Legati viginti-quinque; Archidiaconi, septem, Decani, duobus.

Item: Non teneantur Ecclesiastici laicorum stare judiciis. *Matth. Parisiensis.**

* lib. 5.

¶ Cunradus Solnhofen, abbas Fuldensis, ei conventui interfuit: & Confessio auricularis ibi instituta est. *Valentinus Muntzer.*

ROMANA ALIA.

QUia plures hisce annis Romæ celebratæ sunt synodi: ideò variant Scriptores. Constat autem, generalē & celebrem, anno Domini 1180. ab Alexandro III. hoc in loco, & quidem in Laterano, cõventum habitum esse. Misit enim Papa, in omnes Orbis plagas, Subdiaconos suos, qui omnes ad comparendum permoverent: *ut Continuator Sigeberti annotat.*

* li. 21. c. 26.

Et ab Oriente quidam advenêre, ut *Tyrius** recenset: [...] ipsemet Wilhelmus Tyrensis archiepiscopus, Albertus Bethleemita episcopus, Heraclius Cæsariensis archiepiscopus, Radulphus Sebastenus episcopus, Iosius Acconensis episcopus, Romanus Tripolitanus episcopus, Petrus Prior ecclesiæ Sepulcri dominici, Raynaldus abbas ecclesiæ montis Sion. Ait præterea, semet Acta concilii diligenter collegisse, atque in archivo Tyrensis ecclesiæ reposuisse.

Interfuit isti Concilio & Pisanus quidam civis, nomine Burgundio: qui Chrysostomum super Johannem, a se translatum in Latinum sermonem, attulit. *Continuator Sigeberti.*

Acta autem, qualia quidem nunc exstant, visum est adscribere.

¶ Anno ab incarnatione Domini 1180. præsidente Romanæ eccl[e]siæ P[apa] A[lex]an[dr]o III. anno pontificatûs ejus [...] men e Martio, Ind[i]ctione [...] di[e] mensis 2. præsidente eodem summo Ponti[fice] sancta S[y]no[d]us, in basilicâ, quæ appellatur [Co]nstantiniana, duce[n]torum-octuaginta e[p]iscoporum [...] *Tyrius* [...] una in [...] de electione [...]

Caput I.

Licèt, de evitandâ discordiâ in electione summi Pontificis, manifesta satis, à nostris prædecessoribus, constituta manaverint: tamen, quia sæpè post illa, per improbæ ambitionis audaciam, gravem passa est Ecclesia scissuram: nos etiam, ad malum hoc evitandum, de consilio fratrum nostrorum, & de sacri approbatione Concilii, aliquid decrevimus adjungendum. Statuimus igitur: ut, si fortè, inimico homine superseminante zizaniam, inter Cardinales, de substituendo Pontifice, non poterit concordia plena esse, & duabus partibus concordantibus, tertia pars noluerit concordare, aut sibi alium præsumserit ordinare: ille Romanus Pontifex habeatur; qui a duabus partibus fuerit electus & receptus. Si quis autem, de tertiæ partis nominatione confisus, quia rem non potest, sibi nomen Episcopi usurpaverit: tam ipse, quam qui eum receperint, excommunicationi subjaceãt, & totius sacri ordinis privatione mulctentur; ità ut viatici eis etiam, nisi tantùm in ultimis, communio denegetur: &, nisi resipuerint, cum Dathan & Abiron, quos terra vivos absorbuit, accipiant portionem. Præterea, si à paucioribus aliquis, quàm à duabus partibus, fuerit electus ad Apostolatûs officium: nisi major cõcordia intercesserit, nullatenus assumatur; & prædictæ pœnæ subjaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullũ canonicis constitutionibus, & aliis ecclesiasticis, præjudicium generetur; in quibus majoris & sanioris partis debet sententia prævalere: quia, quod in eis dubium venerit, superioris poterit judicio diffiniri. In Romanâ verò ecclesiâ, aliquid speciale constituitur: quia non potest recursus ad superiorem haberi.

Caput II.

Quod à prædecessore nostro, felicis memoriæ Innocētio, factum est, innovantes, ordinationes, ab Octaviano & Guidone hæresiarchis, nec-non & Johanne Struinensi, qui eos secutus est, factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse censemus: adjicientes etiam, ut, si quis dignitates ecclesiasticas, seu beneficia, per prædictos schismaticos receperunt, careant impetratis. Alienationes quoque, seu invasiones, quæ per eosdem schismaticos, sive per laicos, factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careãt firmitate; & ad Ecclesiam, sinè omni ejus onere, revertantur. Si quis autem contraire præsumserit, excommunicationi noverit se subjacere. Illos autem, qui spontè juramentum, de tenendo schismate, præstiterint, à sacris ordinibus, & dignitatibus decrevimus manere suspensos.

Caput III.

Cùm in sacris ordinibus, & ministeriis ecclesiasticis, & ætatis maturitas, & morum gravitas, & scientia literarum, sit inquirenda: multò fortiùs hoc in Episcopo oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum, in se-ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Domini oporteat conversari. Ea-propter, ne, quòd a quibusdam ex necessitate temporis factum est, in exemplum trahatur a posteris: præsenti decreto statuimus; ut nullus in episcopum eligatur: nisi qui jam trigesimum ætatis annum egerit; & de legitimo sit matrimonio natus, qui etiam vitâ & scientiâ commendabilis demonstretur. Cùm autem quis electus fuerit, & cõfirmationem acceperit, & ecclesiasticorũ bonorũ administrationē habuerit, decurso tempore, de consecrãdis episcopis à Canonibus definito: is, ad quem spectãt beneficia, quę habuerat, disponendi de illis liberam habeat facultatē. Inferiora etiam ministeria, utpote Decanatus, Archidiaconatus & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino suscipiat: sed nec parochi[al]ium ecclesiarum regi[men]: nisi qui jam vigesimum-quintum ætatis annum attigerit, & qui scientiâ & moribus exsistat commendandus. [...] verò quis assumtus fuerit, si archidiaconus, vel decanus, & reliqui, admoniti non fuerint, præfixo à Canonibus tempore, in presbyteros ordinari: & ab illo removeantur o[ffici]o, & alii conferatur, qui & velit, & possit convenienter [ill]ud implere. Nec prosit illis appellationis diffugium: si fortè, in trãsgres[s]ione istius constitutioni[s] per appellati[o]nem [v]ol[u]er[i]nt se tueri. Hoc sane, non [sol]um de promov[en]dis, sed de his etiã, qui [...] sunt, [si Ca]nones non o[...]

stant, præcipimus observandum. Clerici sanè, si contra formam istam quemquam elegerint, & eligendi potestate tunc privatos, & ab ecclesiasticis beneficiis triennio se noverint suspensos. Dignum est enim, ut, quos timor Dei à malo non revocat; ecclesiasticæ tamen coërceat severitas disciplinæ. Episcopus autem, si aut fecerit, aut fieri consenserit contra hoc: in conferendis prædictis potestatem suam amittat, & per capitulum, aut per metropolitanum, si capitulum concordare nequiverit, ordinentur.

Caput IV.

Cùm Apostolus se, & suos, propriis manibus decreverit exhibendos; ut locū prædicandi auferret Pseudo-apostolis, & illis, quibus prædicabat, non existeret onerosus: grave nimis & emendatione fore dignum dinoscitur; quòd quidam fratrum coëpiscoporū nostrorum, ità graves, in procurationibus, suis subditis existunt: ut, pro hujusmodi causâ, interdum ornamenta ecclesiastica subditi compellantur exponere, & longi temporis victum brevis hora consumat. Quocirca statuimus, quòd archiepiscopi, parochias visitantes, pro diversitate provinciarum, & facultatibus ecclesiarū, quadraginta vel quinquaginta evectionis numerū non excedāt. Cardinales verò, viginti, vel vigintiquinq;, nō excedant. Episcopi, viginti, vel triginta nequaquā excedāt. Archidiaconi, quinq;, aut septē: Decani cōstituti sub ipsis, duobus equis exsistant contēti. Cum canibus venatoriis, & avibus, nō proficiscantur: sed ità procedāt, ut non, quę sunt sua, sed quæ Jesu Christi, quærere videantur. Prohibemus etiā, ne subditos suos talliis, & exactionibus, episcopi gravare præsumant. Sustinemus autē pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superveniunt: ut, si manifesta & rationabilis causa exstiterit, cum charitate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cùm enim dicat Apostolus: * *Non debent parentibus filii thesaurizare; sed parentes filiis*: multum longè à paternâ pietate videtur, si Præpositi suis subditis graves exsistant, quos in cūctis necessitatibus pastoris more fovere debent. Archidiaconi autem, sive Decani, nullas exactiones, vel tallias, in presbyteros seu clericos exercere præsumant. Sanè, quod de prædicto numero evectionis, secundùm tolerantiam dictum est, in illis locis poterit observari: in quibus ampliores sunt reditus, & ecclesiæ facultates. In pauperioribus autem locis, tantam volumus teneri mensuram: ut, ex accessu majorum, minores non debeant gravari. ne sub tali indulgentiâ, illi, qui paucioribus equis uti solebāt, hactenus plurium sibi credāt potestatē indultā.

* 2 Cor 12. v.14.

Caput V.

Episcopus, si aliquem sinè certo titulo, de quo necessaria vitę percipiat, in diaconum vel presbyterum ordinaverit: tādiu necessaria ei subministret, donec, in aliquâ ei Ecclesiâ, convenientia stipendia militiæ clericali assignet. nisi fortè talis, qui ordinatur, exstiterit; qui de suâ, vel paternâ hæreditate, subsidium vitæ possit habere.

Caput VI.

Reprehensibilis valdè cōsuetudo in quibusdā partibus inolevit: ut fratres & episcopi nostri, seu etiā archidiaconi, quos appellaturos suis in causis suis existimant, nullâ penitùs admonitione præmissâ, suspensionis vel excommunicationis in eos ferant sententiam. Alii etiam, dum superioris sententiam, & disciplinam canonicam reformidant, sinè ullo gravamine appellationem objiciunt: & ad defensionem iniquitatis usurpant, quod ad subsidium innocentium dinoscitur institutum. Quocirca, ne vel Prælati valeant sinè causâ gravare subjectos; vel subditi, pro suâ voluntate, sub appellationis obtentu, correctionem valeant eludere Prælatorum; præsenti decreto statuimus: ut nec Prælati, nisi canonicâ commonitione præmissâ, suspensionis vel excommunicationis sententiam proferāt in subjectos; (ni fortè tali[illegible] culpa, quæ ipso genere suo excommunicationis pœnam inducat) nec subjecti, cōtra disciplinam ecclesiasticam, ante [illegible]sam causæ, in vocē appellationis prorumpant. Si [illegible] quisquam, pro suâ necessitate, crediderit appellandū [illegible]ōpetens ei, ad prosequendā appellationem, terminus præfigatur: infra quem, si fortè persequi neglexerit, liberè tunc episcopus [illegible]uâ authoritate utatur. Si aūt in quocunque negotio aliqui[illegible] appellaverit, & eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellaverit, venire neglexerit: si proprium quid habuit, competentē ei [illegible] cōpensationem faciat expensarum, ut hoc saltē timore perterritus, in gravamen alterius non facilè quis appellet. Præcipuè verò in locis religiosis hoc volumus observari: ne monachi, sive quicunq; religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, cōtra regularē prælati sui & capituli disciplinâ, appellare præsumant: sed humiliter ac devotè suscipiant; quod pro salute suâ utiliter eis fuerit injunctum.

Caput VII.

Cùm in Ecclesiæ corpore omnia debeant ex charitatē tractari; &, quod gratis receptum est, gratìs impendi: horribile nimis est, quòd in quibusdam Ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita ut pro episcopis vel abbatibus, seu quibuscunque personis ecclesiasticis, ponendis in sede, seu introducendis presbyteris in ecclesiam, nec-non pro sepulturis & exsequiis mortuorū, & benedictionibus nubentium, seu aliis sacramentis, quid exigatur: & ille, qui indiget, non possit ista percipere, nisi manū implere curaverit largitoris. Putant plures ex hoc sibi licere; quia legem mortis de longâ invaluisse consuetudine arbitrantur: non satis, quia cupiditate cæcati sunt, attendentes, quòd tantò graviora sunt crimina; quantò diutiùs animam infelicem tenuerint alligatam. Ne igitur hoc de cętero fiat, & vel pro personis ecclesiasticis deducendis ad sedē, vel sacerdotibus instituendis, aut mortuis sepeliendis, seu etiam nubentibus benedicendis, seu etiam aliis sacramentis, aliquid exigatur, districtiùs inhibemus. Si quis autē contra hoc venire præsumserit: portionē cū Giezi se noverit habiturum; cujus factum turpis muneris exactione imitatur. Prohibemus insuper, ne novi census ab episcopis & abbatibus, aliisve prælatis, imponantur ecclesiis; nec veteres augeātur; nec partem redituum suis usibus appropriare præsumant: sed libertates, quas sibi majores desiderāt conservari, minoribus quoque suis bonâ voluntate conservent. Si quis autem aliter egerit, irritum, quod fecerit, habeatur.

Caput IIX.

Nulla ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel ecclesiæ alicui tribuantur seu promittantur, antequam vacent: ne desiderare quis mortē Proximi videatur; in cujus locum & beneficium se crediderit successurū. Cùm enim id etiam in ipsis Gentilium legibus inveniatur prohibitum: turpe nimis est, & divini plenū animadversione judicii; si locum in Dei Ecclesiâ futuræ successionis expectatio habeat, quam etiam damnare ipsi gentiles homines curaverunt. Cùm verò præbendas ecclesiasticas, seu quælibet officia, in aliquâ ecclesiâ vacare contigerit; vel etiam, si modò vacant: non diu maneant in suspenso, sed infra sex menses, personis, quæ dignè administrare valeant, conferantur. Si aūt Episcopus, ubi ad eū spectaverit, cōferre distulerit: per capitulū ordinetur. Quòd si ad capitulū electio pertinuerit; & infra prædictū terminū hoc non fecerit: Episcopus hoc, secundū Deum, cū virorū religiosorū consilio, exsequatur. Aut, si omnes fortè neglexerint, metropolitanus de ipsis, secundùm Deum, absque illorum cōtradictione, disponat.

Caput IX.

Cùm & plātare sacram religionem, & plantatam fovere, modis omnibus debeamus: nunquam hoc meliùs exsequemur; quàm si nutrire, quæ recta sunt, & corrigere, quæ profectū veritatis impediunt, commissâ nobis authoritate curemus. Fratrū aūt ac coëpiscoporū nostrorum vehementi conquestione comperimus, quòd fratres Templi & Hospitalis alii quoque religiosæ professionis, indulta sibi ab Apostolicâ sede excedentes privilegia, contra episcopalē autoritatē multa præsumunt: quæ & scandalū generant in populo Dei, & grave pariunt periculum animarū. Proponunt enim, quòd ecclesias recipiant de manibus laicorum; excōmunicatos, & interdictos, ad ecclesiastica sacramenta & sepulturam admittant, in ecclesiis suis, præter eorū conscientiam, & instituant, & amoveāt sacerdotes; & fratribus eorum ad eleemosynas quærendas euntibus: cùm indultū sit eis, ut in adventu eorum semel in anno ecclesiæ aperiantur, atque in [illegible] divina celebrentur officia: plures in [illegible], de unâ, sive diversis domibus, ad locum interdictum sæpius

accedentes, indulgentiâ privilegiorum in celebrandis officiis abutuntur; & tunc mortuos apud prædictas ecclesias sepelire præsumunt. Occasione quoque fraternitatis, quas in pluribus locis faciunt, robur episcopalis authoritatis enervant: dum contra eorum sententiam, sub aliquorum privilegiorum obtentu, munire cunctos intendunt, qui ad eorum fraternitatem volunt accedere, & se conferre. In his quia non tam de majorum conscientiâ vel consilio, quàm de minorum indiscretione quorundam, exceditur: & removenda ea, in quibus excedunt; &, quæ dubietatem faciunt, declaranda decrevimus. Ecclesias sanè & decimas de manu laicorum, sine consensu episcoporum, tam illos, quàm quoscunque alios religiosos, recipere prohibemus: dimissis etiam, quas contra tenorem istum moderno tempore ceperunt, excommunicatos, & nominatim interdictos, tam ab illis, quàm ab omnibus aliis, juxta episcoporum sententiam, statuimus evitandos. In ecclesiis suis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, instituendos presbyteros episcopis præsentent: ut eis quidem de plebis curâ respondeant; ipsis verò, pro rebus temporalibus, rationem exhibeant competentem. Institutos autem, episcopis inconsultis, non audeant removere. Si verò Templarii, sive Hospitalarii, ad ecclesiasticum interdictum venerint: non nisi semel in anno, ad ecclesiasticum admittantur officium; nec tunc ibi corpora sepeliant defunctorum. De fraternitatibus hoc statuimus: ut, si non se prædictis fratribus omninò reddiderint; sed in suis proprietatibus duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum sententiâ nullatenus eximantur: sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos, exerceant, cùm pro suis excessibus fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum est; de aliis quoque religiosis, qui præsumtione suâ episcoporum jura præripiunt; & contra canonicas eorum sententias, & tenorem privilegiorum nostrorum, venire præsumunt, præcipimus observari. Si autem contra hoc institutū venerint: & ecclesiæ, in quibus ista præsumserint, subjaceant interdicto; &, quod egerint, irritum habeatur.

Caput X.

Monachi non precio recipiantur in monasterio; non peculium permittantur habere, non singuli per villas & oppida, seu ad quascunque parochiales ponantur ecclesias: sed in majori conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec soli inter seculares homines, spiritualium conflictionem exspectent: Salomone dicente: *Væ soli! quia si ceciderit, non habet sublevantem.* Si quis autem exactus, pro suâ receptione aliquid dederit; ad sacros ordines non ascendat. Is autem, qui acceperit, officii sui privatione mulctetur. Si verò peculium habuerit: nisi ei ab abbate pro injunctâ fuerit administratione permissum; de communione removeatur altaris: & qui in extremis cum peculio inventus fuerit; nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat sepulturam. Quod etiam de diversis religiosis præcipimus observari. Abbas etiam, qui ista diligenter non curaverit, officii sui jacturam se noverit incursurum. Prioratus quoque, sive obedientiæ, precii datione nullâ tradantur. Alioquin & dantes, & accipientes, à ministerio fiant ecclesiastico alieni. Priores verò, cùm in conventualibus ecclesiis fuerint constituti, nisi pro manifestâ causâ & rationabili, non moveantur: videlicet, si fuerint dilapidatores, nec continenter vixerint; aut aliquid tale egerint, pro quo amovendi meritò videbantur. aut, si etiam pro necessitate majoris officii, de consilio fratrum, fuerint transferendi.

* Eccl. 4. v. 10.

Caput XI.

Clerici, in sacris ordinibus constituti, qui mulierculas suas in domibus suis, sub incontinentiæ notâ, tenuerint: aut abjiciant eas, & continenter vivant; aut ab officio & beneficio ecclesiastico fiant alieni. Quicunque incontinentiâ illâ, quæ contra naturam est, propter quam venit ira Dei in filios diffidentiæ, & quinque civitates igne consumsit, deprehensi fuerint laborare: si clerici fuerint; ejiciantur à clero, vel ad pœnitentiam agendam in monasteriis detrudantur: si laici, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiet prorsus alieni. Monasteria præterea Sanctimonialium, si quisquam clericus, sine manifestâ & necessariâ causâ, frequentare præsumserit, per episcopum arceatur: &, si non destiterit; à beneficio ecclesiastico reddatur immunis.

Caput XII.

Clerici in subdiaconatu & suprà, & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis ecclesiasticis sustentantur; corā judice seculari, advocati in negotiis fieri, non præsumant: nisi propriam, vel ecclesiæ suæ causam, fuerint prosecuti; aut pro miserabilibus fortè personis, quæ proprias causas administrare non possunt. Sed nec procurationes villarū, aut jurisdictiones etiam seculares, sub aliquibus Principibus vel secularibus viris, ut justitiarii eorum fiant, clericorum quisquam existere præsumat. Si quis adversùs hoc venire tentaverit, (quoniam contra doctrinā Apostoli est, dicentis: * *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus*) & seculariter agit: ab ecclesiastico ministerio fiat alienus; pro eo, quòd, officio clericali neglecto, fluctibus seculi, ut potentibus seculi placeat, se immergit. Districtiùs autem decrevimus puniendum; si religiosorum quispiam aliquid prædictorum audeat attentare.

* 2. Tim. 2. v. 4.

Caput XIII.

Quia nonnulli, modum avaritiæ non ponentes, dignitates ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales, cōtra sacrorum Canonum instituta, nituntur acquirere; ità ut, cū unum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vendicent plurimorum: ne id de cætero fiat, districtiùs inhibemus. Cùm igitur ecclesia, vel ecclesiasticum ministerium, committi debuerit: talis ad hoc persona quæratur; quæ residere in loco, & curam ejus per se-ipsum valeat exercere. quòd-si aliter fuerit actum: & qui receperit, quod contra sacros Canones accepit, amittat; & qui dederit, largiendi potestate privetur.

Caput XIV.

Quia in-tantum jam quorundam processit ambitio; ut non duas vel tres, sed sex aut plures ecclesias perhibeantur habere; nec duabus debitam possint provisionem impendere: per fratres & coëpiscopos nostros charissimos emēdari præcipimus, ut de multitudine Canonibus inimicâ, quæ dissolutionis materiam & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum: eorum, qui ecclesiis dignè valeant deservire, volumus ecclesiasticis beneficiis indigentiam sublevari. Præterea, quia in-tantum quorundam laicorum processit audacia; ut, episcoporum authoritate neglectâ, clericos instituant in ecclesiis; & removeant etiam, cùm voluerint; possessiones quoque, atque alia bona ecclesiastica, pro suâ plurimùm voluntate, distribuant; & tam ecclesias ipsas, quàm eorum homines, talliis & exactionibus præsumant gravare: eos, qui à modò illa commiserint, anathemate decernimus feriendos. Presbyter autem, sive clericus, qui ecclesiam per laicos, sinè proprii episcopi authoritate, receperit tenendam, communione privetur: & si perstiterit, à ministerio ecclesiastico & ordine deponatur. Sanè, quia laici quidam ecclesiasticas personas, & ipsos etiam episcopos, suo judicio stare compellunt: eos, qui de cætero id præsumserint, à communione fidelium decernimus segregandos. Prohibemus etiam, ne laici decimas, cum animarum suarum periculo retinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit, & ecclesiæ non tradiderit; Christianâ sepulturâ privetur.

Caput XV.

Cùm, in officiis charitatis, illis primò, teneamur obnoxii, à quibus nos beneficiū cognoscimus accepisse: Ecclesiastici quidam clerici, cùm ab ecclesiis multa bona perceperint, bona, per ecclesias acquisita, in alios usus præsumsit transferre. Hoc igitur quia antiquis Canonibus constat inhibitum; nos etiam nihilominùs inhibemus. Indemnitati itaque ecclesiarum providere volentes, sive intestati decesserint, sive aliis conferre voluerint: penes ecclesiam eadē bona præcipimus remanere. Præterea, quoniam quidam, in quibusdam partibus, sub precio statuuntur, qui Decani vocantur; & pro certâ pecuniæ quantitate episcopalem jurisdictionem exercent: præsenti decreto statuimus ut qui

de cætero id præsumserit, officio suo privetur, & episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat.

Caput XVI.

Cùm, in cunctis ecclesiis, quod pluribus & senioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat observari: grave nimis & reprehẽsione est dignum, quod quarundam ecclesiarum pauci quandoque, non tam de ratione, quam de propria voluntate, ordinationem multoties impediunt; & ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt. Quocirca præsenti decreto statuimus: ut, nisi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabile fuerit ostensum; appellatione remotâ, semper prævaleat, & suum consequatur effectum, quod à majoris vel sanioris parte concilii fuerit constitutum. Nec nostram constitutionem impediat, si fortè aliquis, ad conservandam ecclesiæ suæ consuetudinem, juramento se dicat adstrictum. Non enim dicenda sunt juramenta; sed potiùs perjuria, quę contra utilitatem ecclesiasticam, & sanctorum Patrum veniunt instituta. Si aliquis hujusmodi consuetudines, quæ ratione juvantur, & sacris congruũt institutis, irritare præsumserit: donec congruam egerit pœnitentiam, à dominici corporis perceptione fiat alienus.

Caput XVII.

Quoniam in quibusdam locis, ecclesiarum fundatores, aut hæredes eorum, potestate, in quâ eos ecclesia hucusque sustinuit, abutuntur: & cùm in Ecclesiâ Dei unus debeat esse, qui præsit; ipsi plures, sinè respectu subjectionis, eligere moliuntur: & cùm una ecclesia unius debeat esse rectoris; pro suâ defensione plurimos repræsentant. Quocirca præsenti decreto statuimus: ut, si fortè in plures partes fundatorũ se vota diffuderint; ille præficiatur ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurium eligitur & probatur assensu. Si autem hoc sinè scandalo fieri nequiverit: ordinet antistes ecclesiam, sicut meliùs secundùm Deum viderit ordinandam. Id-ipsum etiam faciant, si de jure patronatûs quæstio emerserit inter aliquos; &, cui competat, infra tres menses non fuerit diffinitum.

Caput XVIII.

Quoniam Ecclesia Dei, & in his quæ spectant ad subsidium corporis, & in his quæ ad profectum veniunt animarum, indigẽtibus, sicut pia mater, providere tenetur: ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt, legendi & proficiendi opportunitas subtrahatur; per unamquamq; ecclesiam cathedralem magistro, qui clericos ejusdem ecclesiæ & scholares pauperes gratìs doceat, competens aliquod beneficium assignetur: quo docentis necessitas sublevetur, & discentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoq; restituatur ecclesiis, sive monasteriis: si retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentiâ verò docendi, nullus omninò precium exigat; vel sub obtentu alicujus consuetudinis, ab his, qui docent, aliquid quærat; nec docere quempiam, expetitâ licentiâ, qui sit idoneus, interdicat. Qui verò contra hoc venire præsumserit, à beneficio ecclesiastico fiat alienus. Dignum quidem esse videtur, ut in Ecclesiâ Dei fructum laboris non habeat; qui cupiditate animi divendens licentiam docendi, Ecclesiarum profectum nititur impedire.

Caput XIX.

Non minùs pro peccato eorum, qui faciunt; quàm pro illorum detrimento, qui sustinent, grave nimis esse dinoscitur: quod in diversis partibus Mundi, Rectores & Consules civitatum, nec-non alii qui potestatem habere videntur, tot ecclesiis frequenter onera imponunt, & ità gravibus eas crebrisq; exactionibus premunt: ut deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur; quàm sub Pharaone fuerit, qui divinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem, omnibus aliis servituti subjectis, sacerdotes suos, & eorum possessiones, in pristinâ libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministravit. Isti verò, universa ferè onera sua imponũt ecclesiis: & tot angariis eos affligunt; ut illud eis, quod Hieremias deplorat, cõpetere videatur: * *Princeps provinciarum facta est sub tributo*. Sive quidem fossata, sive expeditiones, sive quælibet alia sibi arbitrentur agenda; de bonis ecclesiarum, clericorum, & pauperum Christi usibus deputatis, cuncta volunt ferè compilari. Jurisdictionem etiam & authoritatem episcoporum, & aliorum prælatorum, ità evacuãt: ut nihil potestatis eis, in suis videatur hominibus remansisse. Super quo dolendũ pro ecclesiis: dolẽdum etiam nihilominùs & pro ipsis, qui timorem Dei, & ecclesiastici ordinis reverentiam, videntur penitùs abjecisse. Quocirca, sub anathematis districtione, severiùs prohibemus: ne de cætero talia præsumant attentare: nisi episcopus & clerus tantam necessitatẽ vel utilitatem adspexerint; ut absq; coactione, ad revelandas communes necessitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per ecclesias existiment conferenda. Si autem Consules, aut alii, de cætero id præsumserint, & commoniti forte desistere noluerint: tam ipsi, quàm eorum fautores, excommunicationi se noverint subjacere: nec communicationi fidelium reddantur, nisi satisfactionem fecerint competentem.

* Thren. v. 1.

Caput XX.

Felicis memoriæ Papæ Innocentii & Eugenii, prædecessorum nostrorum, vestigiis inhærentes; detestabiles nundinas vel ferias, quas vulgo Torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto venire solent, & ad ostentationem virium suarum, & audaciæ, temerariè congrediuntur, unde mortes hominum & animarum pericula sæpe proveniunt: fieri prohibemus. Quod-si quis eorum ibidem mortuus fuerit: quamvis ei poscenti venia non denegetur, ecclesiasticâ tamen careat sepulturâ.

Caput XXI.

Treugas, à quartâ feriâ, post occasum Solis, usque ad secundam feriam; & ab Adventu Domini usq; ad octavas Epiphanię; à Septuagesimâ usq; ad octavas Paschæ: ab omnibus inviolabiliter observari pręcipimus. Si quis autẽ Treugam frangere tentaverit: post tertiam commonitionem, si non satisfecerit; episcopus suus sententiam excommunicationis dictet, & scriptam vicinis suis annũtiet. Episcopus autem nullus, excommunicatum in communione suscipiat: imò scriptam susceptam sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumserit, ordinis sui periculo subjaceat. Et quoniam funiculus triplex non facilè rumpitur: præcipimus, ut episcopi, solius Dei & salutis populi habẽtes respectum, omni tepiditate sepositâ, ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium & auxilium præstẽt, neque hoc alicujus amore vel odio prætermittant. Quòd-si quis in opere Dei tepidus fuerit inventus; damnum dignitatis suæ incurrat.

Caput XXII.

Innovamus, ut presbyteri, monachi, clerici, conversi, peregrini, mercatores, rustici, eũtes & redeuntes, & in agricultura existentes, & animalia, quæ semina portant ad agrum, congruâ securitate lætentur. Nec quisquã alicui novas pedagiorum exactiones, sinè authoritate Regum, & Principũ consensu, statuere, aut statutas de novo tenere, aut veteres augmentare, aliquo modo temerè præsumat. Si quis autem contra hoc venire præsumserit, & commonitus non destiterit: donec satisfaciat, communione careat Christianâ.

Caput XXIII.

Cùm dicat Apostolus, * abundantiorẽ honorem mẽbris infirmioribus deferendũ: Ecclesiastici quidã, quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi, quærẽtes, leprosis, qui cũ sanis habitare non possunt, & ad ecclesiã cum aliis cõvenire, ecclesias & cœmeteria non permittũt habere, nec proprii juvari ministerio sacerdotis. Quod quia procul à pietate Christianâ esse dinoscitur: de benignitate apostolicâ constituimus, ut, ubicunq; tot simul sub cõmuni vitâ fuerint congregati, qui ecclesiam sibi cum cœmeterio constituere, & proprio gaudere valeant presbytero, sinè cõtradictione aliquâ permittantur habere. Caveant tamen, ut injuriosi veteribus ecclesiis, de jure parochiali, nequaquam existant. Quod namq; eis pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis, & nutrimentis animalium suorum, decimas tribuere non cogantur.

* 1. Cor. 12. v. 24.

Caput XXIV.

Ità quorũdam animos occupavit sæva cupiditas: ut, cùm glorientur nomine Christiano, Saracenis arma, ferrum, & ligamina galearum deferant: & [illegible]

tes in malitiâ hactenus, ad impugnandos Christianos, arma eis & necessaria subministrant. Sunt etiam, qui pro suâ cupiditate, in galeis, & piraticis Sarracenorum navibus, regimen & curam gubernationis exercēt. Tales igitur à communione Ecclesiæ præcisos, & excommunicationi suâ iniquitate subjectos; & suarum rerum, per seculi Principes catholicos, & Consules civitatum, privatione mulctari; & capientium servos, si capti fuerint, fore censemus. Præcipimus etiam, ut, per Ecclesias maritimarum urbium, crebra & solennis excommunicatio proferatur in eos. Excommunicationis quoq. pœnæ subdantur; qui Romanos, aut Christianos, pro negotiatione suâ, vel aliis causis honestis, navigio vectos, aut capere, aut rebus suis spoliare præsumūt. Illi etiam, qui Christianos, naufragia patiētes, quibus secundùm regulam fidei auxilio esse tenentur, damnandâ cupiditate, rebus suis spoliare præsumunt; nisi ablata reddiderint: excommunicationi se noverint subjacere.

Caput XXV.

Quia in omnibus ferè locis tantum usurarum inolevit: ut multi, aliis negotiis prætermissis, quasi licitè usuras exerceant, &, qualiter utriusque tituli paginâ condemnentur, nequaquam attendant: ideò constituimus; ut usurarii manifesti, nec ad communionem admittātur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserint, accipiāt sepulturam. Sed nec eorum oblationem quisquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Christianæ tradiderit sepulturæ: & ea, quæ acceperit, reddere compellatur, &, donec ad arbitrium sui episcopi satisfaciat, ab officii sui maneat executione suspensus.

Caput XXVI.

Judæi, sive Saraceni, nec sub alendorum puerorum obtentu, nec pro servitio, nec aliâ qualibet causâ, Christiana mancipia in domibus suis permittātur habere. Excommunicentur autem, qui cum eis præsumserint habitare. Testimonium quoque Christianorū adversùs Judæos, in omnibus causis, cū illi adversùs Christianos testibus suis utātur, recipiendū esse censemus: & anathemate decernimus ferindos, quicunque Judæos Christianis voluerint in hac parte præferre: cum eos subjacere Christianis oporteat, & ab eis pro solâ humanitate foveri. Si qui præterea, Deo inspirante, ad fidem se converterint Christianam; à possessionibus suis nullatenus excludantur, cùm melioris cōditionis conversos ad fidem esse oporteat; quàm ante, quàm fidem acceperunt, habebantur. Si autem secùs factum fuerit: Principibus vel potestatibus eorundem locorum, sub pœnâ excommunicationis, injungimus; ut portionem hæreditatis, & bonorum suorum, ex integro eis faciant exhiberi.

Caput XXVII.

Sicut ait beatus Leo, licèt ecclesiastica disciplina, sacerdotali contenta judicio, cruentas non efficiat ultiones: catholicorum tamen Principum cōstitutionibus adjuvatur: ut sæpè quærant homines salutare remedium; dum corporale super se metuunt evenire supplicium. Ea-propter, quia in Gasconiâ, Allegesio, & partibus Tolosanis, & aliis locis, ita Hæreticorū, quos alii Catharos, alii Patrinos, alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perversitas: ut jam non in occulto, sicut aliqui, nequitiam suam exerceant; sed suum errorē publicè manifestent, & ad suum consensum simplices attrahant & infirmos: eos, & defensores eorum & receptores, anathemati decernimus subjacere; & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terrâ suâ, tenere vel fovere, vel negotiationem cum eis exercere, præsumat. Si autem in hoc peccato decesserint: nō sub nostrorum privilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec sub aliacunque occasione, aut oblatio fiat pro eis; aut inter Christianos recipiant sepulturam. De Brebantionibus, & Arrogenis Navariis, Basculis, Cotereliis & Triaverdinis, qui tantam in Christianos inhumanitatem exercent, ut nec eccl[illegible] nec monasteriis deferāt, non viduis & pu[illegible] non senibus & pueris, nec cuilibet parcant ætati aut sexui; sed, more Paganorum, omnia perdant & vastēt: similiter constituimus, ut, qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint, [illegible], in quibus taliter debacchātur, in dominicis & ali[illegible] omnibus diebus, per ecclesias publicè denuntientur, & eâdem omninò sententiâ & pœnâ, cum prædictis Hæreticis, habeātur adstricti: nec ad communionem recipiantur Ecclesiæ, nisi societate illâ pestiferâ & hæresi abjuratis. Relaxatos autem se noverint à debito fidelitatis, & hominii, ac totius obsequii, donec in tātâ iniquitate permanserint: quicunq; illis aliquo peccato tenentur annexi. Ipsis autem, cunctisque fidelibus, in remissionē peccatorum injungimus: ut tantis cladibus se viriliter opponant, & contra eos armis populum Christianū tueantur: confiscenturq; eorum bona, & liberū sit Principibus, hujusmodi homines subjicere servituti. Qui autem in verâ pœnitētiâ ibi decesserint: & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ, se non dubitent percepturos. Nos etiam, de misericordiâ Dei, & beatorum apostolorum Petri & Pauli authoritate, confisi, fidelibus Christianis, qui contra eos arma susceperint, & ad episcoporum seu aliorum prælatorū consilium, ad eos decertando expugnandos, biennium de pœnitentiâ injunctâ relaxamus: aut, si longiorem ibi moram habuerint, episcoporum discretioni, quibus hujus rei causa fuerit injūcta, committimus; ut ad eorum arbitrium, secundùm modum laboris, major indulgētia tribuatur. Illos autem, qui admonitioni episcoporū, in hujusmodi parte, parēre contemserint, à perceptione corporis & sanguinis Domini jubemus fieri alienos. Interim verò eos, qui, ardore ad eos expugnandum, laborem justum assumserint, sicut eos, qui sepulcrum dominicum visitant, sub Ecclesiæ defensione recipimus: & ab universis inquietationibus, tā in rebus, quā in personis, statuimus manere securos. Si verò quispiā vestrum præsumserit eos molestare: per episcopū loci, excommunicationis sentētiâ feriatur. & tamdiu sententia servetur ab omnibus: donec & ablata reddantur, & de illatis damnis congruè iterum satisfaciat. Episcopi verò, sive presbyteri, qui talibus fortiter non restiterint, officii sui privatione mulctentur: donec misericordiam Apostolicæ sedis obtineant. *Tomo 2 Conciliorum, & Gulbelmus Neubrigensis.** [* lib. 3. c. 2 & 3.]

¶ *Ottho Frisingensis* ait,* [* lib. 7. c. 16] Episcopos schismaticos, & ab ipsis ordinatos, esse ab Alexandro in eo concilio damnatos. Sed ista clariùs aliquantò à *Crantzio* recitantur:* [* lib. 7. Metrop. cap. 3.] Ibi cessit, [illegible], à schismate Johānes Caliatus; & factus est episcopus Beneventanus. Archiepiscopi pallia accepta à schismaticis abjecerunt. Christianus Moguntinus, & Philippus Coloniensis, per manum Hyacinthi Cardinalis, receperunt nova pallia; refutantes omnem hæresim & schisma, præcipuè Octaviani, Guidonis & Johannis; sic in hæc singulis verba jurantibus: *Ego N. anathematizo & recuso omnem hæresim, extollentem se adversùs sanctam Romanam ecclesiam catholicam; præcipuè verò schisma Octaviani, Guidonis & Johannis: & ordinationes eorum irritas judico & eis cōtradico: & modo & in antea, me obedituram juro, & promitto fidelitatem, sanctæ Romanæ ecclesiæ, & domino meo Alexandro, & successoribus ejus justè intrantibus ipsiq; inserviam absq; omni malo ingenio, contra omnē hominem, secundùm ordinem meum. Consilia ejus, quæ mihi scripto certo mandaverit, vel ipso cōmiserit, nulli hominum prodam, nec etiam pro periculo corporis, aut membrorum, Legatum ecclesiæ Romanæ honorabo, & ducam & reducam, & juvabo expensis. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Euāgelia.* His verbis dabantur pallia: *In nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, & in honore Dei-genetricis; & in honore Apostolorum Petri & Pauli; & sanctæ ecclesiæ Romanæ, & domini Alexādri Papæ, tradimus tibi pallium, sumtum de beatissimo corpore Petri Apostoli: ut eo utaris in confectione Sacramentorū corporis & sanguinis Domini, & in cōsecratione ecclesiarū & chrismatis, & ordinatione clericorū, & in celebratione synodorū secundū ecclesiæ tuæ consuetudinē. Amē!*

Platina verò inquit, hoc concilium esse susceptum: tum ut mores curiæ, jam nimiâ licentiâ labefactati, corrigerentur: tum verò maximè, ut decerneretur, ne quis ferrum, ligna, aut arma, infidelibus, & à religione nostrâ alienis, importaret: idque sub anathematis pœnâ.

LENCICIENSIS.

NObiles ac potentes, passim iter facientes, rusticorum & oppidanorum pabula, jumenta, aliaq; necessaria per vim ac gratis rapiebant. Casimirus itaque, Rex Polonorum, habito conventu, eam barbaricam tyrannidem abrogat: legesque sancit, ne quis deinceps ulli agricolæ pabu-

lum

[illegible]onam . [illegible]onium, jumentum, vi vel fraude abi[illegible] ad denuntiandam hostium irruptionem.

Deinde, ne in bona defunctorum episcoporum, ut hactenus usitatum fuit, impetum quis faciat; neve quis talem receptet, aut detentet.

His constitutis, octo episcopi anathematis minas appendunt. Postremò, ad Alexandrum Papam ea statuta, corroborationis gratiâ, mittuntur. Quâ quidem ex re facilis est conjectura; episcopos ibi dominatos esse, magistratumque politicum Romano Pontifici subserviisse. Hæc facta sunt anno Domini 1180. *Crantzius.**

MAGUNTIACA.

SCribit *Aventinus,** circa hæc tempora, Maguntiæ concilium esse celebratum, præcipuè Cluniacensis & Cisterciensis abbatum, & Eberhardi Bambergensis operâ, Calendis Augusti: ubi Imperator & Alexander sunt reconciliati penitùs.

Deinde Albertus, archiepiscopus Salisburgensis, quia non legitimè ascenderat ad culmen ecclesiæ, dejectus est; Cunrado de Witelspach substituto.

VERONENSIS.

LUcius III. mox ut coronam papa-cæsaream accepit, pro[illegible] [illegible]ritu papali, Consules Romanos, priorum vestigiis insistens, tentavit abolere. Sed usque-adeò non potuit hoc obtinere; ut eâ ipsâ re sibi malum crearit. Vi enim Româ exigitur; ejusque suffragatores variis pœnis afficiuntur. *Urspergensis* clarè inquit, eum contra Imperatorem quasdam controversias movisse, ad quas componendas concilium sit indictum: anno Domini 1182.

Veronæ autem concilium congregat Papa: ubi contra Romanum magistratum sententias dictat; quòd non passi essent ipsum alterum pedem in curiâ habere, sicut alterum in ecclesiâ obtineret. *Platina.*

Deinde accurrunt plurimi, ab antipapis ordinati, reconciliationem expetentes. Adest concilio & Imperator, pro ipsis preces interponens. Primùm autem benignè Papa respondet. Sed posterâ die mutatur, dictitans, in alio conventu ista pleniùs discutienda esse. & credebatur ea vacillatio, à Cunrado Maguntino, & Wormaciensi, mota esse.

Tertiò. Imperator cum Papâ, de patrimonio Mathildis opulentissimæ, tractare incipit; reposcens illud ad Imperii fiscum. Sed Papæ sibi rapuerant, tenebantque summâ vi contra Cæsarem. Res ista sursum deorsumque jactatur: sed clavam suam (quod dicitur) Hercules in manu suâ retinet. Nam Papa Romanus non potest unquam fieri sacrilegus; etiam si opes totius Orbis terrarum devoraret.

Quartò, controversia agitatur de Trevirensi ecclesiâ. Nam duo vultures de eo cadavere disceptabant. Electus erat Volmarus a quibusdam: sic & Rodolphus. Hujus partes Imperator, alterius verò Papa tuebatur: atq; in despectum Imperatoris, Papa Volmarum confirmat.

Cæterùm Concilium morte Lucii, ad inferos descendentis, finitur. *Crantzii Saxonia.**

GEILENHUSENSIS.

IMperator, ex Italiâ reversus, irâ æstuat; atque in Geilenhusen conventum indicit. Adsunt Pontifices ac Principes Imperii: ubi Imperator ista in medium profert.

Compertum esse vobis arbitror, inquit, *Patres ac Principes, quo sit in nos animo summus Pontifex: nec intelligimus, quibus tandem demeritis ea patiamur, quæ facit: etiam majora comminatur. Nos facilè inducemur, ut sanctum illum Patrem nostrum agnoscamus, debitumq; summo Pontifici impendamus honorem: si modo [illegible] nostra regalia nos vicissim agnoscat. Qui si pergat Imperii nostri jura minuere: confidimus, vestro consilio & auxilio, violentiam [illegible] contra ituros. Quod ad vos pertinet Pontifices: arbitratur [in]dignum, decimas, quæ altaribus & personis Ecclesiæ dedicatæ [illegible], a laicis obtineri: nec vult intelligere, olim Ecclesias [illegible] afflictionibus laborantes, a laicis personis defensas, tum [illegible] tenui[illegible] [illegible], quas abunde tenuerant, decimas, [illegible] [illegible] quomodo indignum judicabitur, si quis Ecclesia[illegible] [illegible] foveatur? Illud quoq; nobis velut ma[illegible] [illegible] opponit, quòd [illegible] beamus, vel sinamus, in rebus Ecclesiæ [illegible] esse militares: ut lateâ manu ecclesiarum prædia defendantur. Et quæ tandem esset, si, quiescentibus ecclesiarum Prælatis & ad sola divina ministeria intentis, [illegible] [illegible]tes extant, rerum quieti consulunt, præfecturis gubernantes subjectum ecclesiis populum, ut pareant ad aqua omnia superioribus? Et quoniam hu[illegible] maxime in rebus inter Regnum & Ecclesiam controversia est: vestram, Patres, desuper sententiam expectamus: ne si res (ut apparet) in majorem excreverit perplexitatem, quid de vobis sentire, quidve expectare debeamus.*

Tum Cunradus, Maguntinus archiepiscopus in Imperii cœtu primus, omnium vice locutus est in hanc sententiam: *Gravem quidem, & omnium nostrûm mœrore [illegible] medium adfert Cæsarea majestas, & qua nulla in perniciem ecclesiarum posset major formidari. Sed quoniam Principibus [illegible] [illegible]que Christianissimi subjecti sumus, & Cæsari quæ Cæsaris, & Deo quæ Dei [illegible], reddere summo debitores: nec Imperio detrahere nec Ecclesiæ [illegible] jura minuere, nostra [illegible] fuerit. Proinde sinat imperialis celsitudo literis agere apud summum Pontificem: si fortè sublata de medio omni controversia optata cunctis pax revertatur. Scribantur ad summum Pontificem, ex sententia Imperatoris, literæ, nomine pontificum: quibus singuli in concilio præsentes [illegible] bullam jubeantur.* Factum est ut ille censuit. Tales verò literæ cum redditæ essent Papæ Urbano: miratus is primùm, quod cùm cautam suscepisset episcoporum, [illegible] tam facilè à sententiâ decederint, Imperatori inclinantes. Sed intelligens, id quod erat, præsente Imperatore, non, quod sentirent, liberè scripsisse Pontifices: parum ille motus literis ejusmodi, interim Veronam contendit; Imperatorem evocans, ad audiendam Ecclesiæ sententiam. Habebat in animo, excommunicationis in eum distringere mucronem. Quod ubi intellexêre Veronenses, Papam circumsistunt, orantes, ut ab injuriâ [illegible] Imperatoris in suâ temperet civitate: non se, qui Imperio fidem servarent, laturos, ut eâ afficeretur in illâ urbe notâ. Motus Papa, sententiam distulit. Sed priusquam locum, quem ad rem destinavit, attigit, rebus excessit humanis. *Crantzii Saxonia.**

PARISIENSIS.

ANno Domini 1182. ad Philippum Galliæ Regem veniunt, Heraclius, Hierosolymitanus Patriarcha, & Prior Hospitalis domus: denuntiantes, Salhadinum Ægyptium maxima damna Palæstinæ intulisse; ac petentes auxilium. Rex, mox Parisios convocatâ synodo, exhortatur, ut quisq; in suo episcopatu, homines ad ferendas suppetias excitet: se quoque tantæ necessitati non defuturum. *Robertus Gaguinus,** *Vincentius.* †

DIVIONENSIS.

REx Philippus Ingelbergam (*Aemylius* Gelbergam nominat) à se dimisit prætextu illo, quòd cons[anguinea] [es]set. instigante Comite Flandrensi Carolo, Episcopis, & Baronibus. Paucos enim dies, post nuptias, eam retinuit. Legatus igitur pontificius, Petrus Duacensis, a Celestino Papâ in Galliam veniens, concilio Divione (Burgundiæ oppidum est) convocato, cum illis sententiam tert, Philippoque, totique regno, sacris & communione interdicit: licèt Rex ad Pontificem Romanum appellaret. Narrat *Aemylius* Legatum astutè vetuisse; ne hoc interdictum pu[bli]caretur, ante vigesimum a natali Domini diem: quo nimirum tempore ipse posset se-se surripere, & extra teli jactum esse.

Hac austeritate irritatus Rex, in clerum & episcopos sinè discrimine vicissim sævit, ejiciens eos sedibus, & facultates illis eripiens. Posteà verò Legatus Ottho Hostiensis, & Burdegalensis præsul, à Papâ missi, Suessione, de reconciliatione inter Regem & Ingelbergam pro[ly]xè tractant.

Aemylius mirabile recitat: neminem in eo conventu, ob tyrannidem Regis omnibus tacentibus, [illegible] accusationem contra Regem instituere: tandem adolescentem ignotum è multitudine prodiisse, qui [illegible] conjugis causam tam ornatè dilucidéque defenderit, tamque [illegible] ter de Rege verba fecerit; ut omnes in sui admirationem traxerit. Finitâ autem oratione, iterum sese subtraxisse. Rex tandem impatiens moræ [illegible] adferebant consultationes episcoporum, sponte Reginam, impositam suo ipsius equo, avehens, recipit. *Vincentius.** *Antoninus*, † *Rob. Gaguinus* * *Paulus Aemylius sub Philippo Augusto.*

Margin notes: * lib. 6. — * lib. 6. — * lib. 6. c. 47. — * lib. 6. c. 52 — * lib. 6. [illegible]. 29. c. 38. — * l. 20. c. 39. † Tit. 7. cap. 9. § 18

E

DIVELLINENSIS.

Vivianus quidam, Romani Papæ legatus, ex Scotiâ in Hiberniam, Anglorum Regi instructus literis, veniens, Divelinum convocat totius Hiberniæ præsules atq; abbates. Verùm cùm liberius (juxta morem Romanum) sibi ageret, per Præfectos discedere jubetur. Sic auro Hibernico (*ut Neubrigensis* * *loquitur*) minùs onustus in Scotiam remeavit.

* lib. 4. c. 9

IN POLONIA.

Clemens III. Cardinalem in Poloniam ablegavit. Is, convocatâ synodo, cœlibatū unctis, ex mandato Romani præsulis præcipit. Hoc enim solebant illi, reformationem morum cleri, vocitare. Deinde decimas imponit, pro recuperandâ terrâ sanctâ. *Cromerus.**

* li. 5. c. 26

Danorum plebs, suis sacerdotibus conjugia decernens, ab isto Pontifice excommunicatur. *Saxo Grammaticus.** Acciderunt ista sub annum Domini 1188.

* lib. 15.

LUTETIENSIS.

Philippus Augustus Lutetiæ concilium habet: ubi decimæ ei sunt concessæ; quæ vulgò Saladinides appellantur. *Johan. Trilem.*

WESTMONASTERIENSIS.

Wilhelmus, Elyensis episcopus, infamis prorsus erat suis sceleribus. Nam pecuniâ sibi emerat (*ut Raynulphus* * *testatur*) officium Legati Romani Pontificis per Angliam: eâque larvâ indutus, præsertim Ricardo Angliæ Rege absente, quæ libet audebat: oberrabat mille equis; gravabat monasteria; opprimebat clerum; Gaufredum, fratrem Ricardi Regis, electum in Eboracensem antistitem, per decennium impediebat, ne consecraretur.

* li. 7. c. 23.

Westmonasterii autem, anno Domini 1189. agitat conventum: ubi ipsius complex, Hugo Cestriæ episcopus, querelam contra monachos Coventriæ instituit; quòd sanguinem suum corā altari fudissent. Decernit igitur Elyensis, monachos Coventria ejiciendos; & clericos præbendarios introducendos.

Hugo itaque manu armatâ monachos expellit: & mox literas ad pontificem mittit, Monachos Coventrientes, desertâ Christi militiâ, ad seculum esse relapsos, quos ipse tamen ejecerat. Papa sex menses negotium suspendit: si fortè monachi questuri essent. Sed illi exuti opibus, arte etiam ab episcopo retardabantur; ne Romani de rebus suis perferrent. Sic vincit nequitia. Tandem verò de rebus suis Papam certiorem facientes, nihil consequuntur auxilii.

SUB HEINRICO VI.

IN ANGLIA.

Ricardus, Angliæ Rex, motus suorum perpetuis querimoniis, Elyensem episcopum privat functione; eique substituit Wilhelmum Rothomagensem.

Episcopi, habito concilio, eundem depositum excommunicant: quia jussisset antea Gaufredum Eboracensem in custodiam tradi. Sed ille sibi malè conscius, indutus muliebribus vestibus, fugam molitus, retractus, & in carcerem conjectus, suisque bonis exsutus est. *Polydorus.**

* lib. 14.

EBORACENSIS.

Hubertus Cantuariensis, suam gloriam (nam regias in regni administratione, & apostolicas in ecclesiâ, gerebat vices) ostentaturus, Eboraci magnâ Pompâ concilium agit; convocatis eò totius provinciæ Prælatis: ibiq; (*ut Neubrigensis* * *annotat*) magnam exercuit potestatem, nullo obsistente vel reclamante: eò quòd omnes, vel terrore ejus perstricti, vel metropolitano proprio minùs essent devoti.

* li. 5. c. 10

Synodi autem occasio erat: quòd uterque, tum Cantuariensis, tum Eboracensis, primatis nomine se efferebat; & hic in-primis ab hujus ecclesiâ, tanquam Apostolicæ sedis legatus, coli expetebat. Ea de prioratu tam vana contentio, Anglorum metropolitanos longo & tumultuoso labore exercuit. Vani [illegible] autem uterque illorum (*ut Neubrigensis ait*) se scribit totius Angliæ primatem: cum neuter habeat significatam hoc nomine potestatem.

IN POLONIA.

Anno Domini [illegible] Papa Cælestino III. in Polo-[illegible] mittitur [illegible] Diaconus Cardinalis

cognomento Capuanus. Is rursum legem diram sancit: ut Sacerdotes proprias uxores, quibus tunc passim liberè & honestè utebātur, omninò repudiarent. Papam enim justa vaticinium Apostoli, 1. *Timot.* 4.* id velle. Hoc scilicet erat, mores sceleratorum hominum emendare.

* verba

Poloni quidem hoc jugum susceperunt. Sed cùm in Bohemiâ idem Legatus hoc ipsum ageret: parum abfuit quin a Sacerdotibus occideretur.

Deinde constituit: ut profani homines publicè in templis matrimonio conjungerentur. *Mart. Cromerus.**

* lib. 7

CAPUT X.

DE EPISCOPORUM & Doctorum Vitis.

Et Primò

DE ASIATICIS.

I. HIEROSOLYMITANI.

DABERTUS.

Dabertus, natione Italus, vir literatus & prudens; qui Pisanorum fuerat archiepiscopus, & religionis causâ in terram sanctam pervenerat, unanimi Principum consensu, qui tum præsentes erant, creatur Patriarcha Hierosolymitanus: anno 1100. cùm mensibus 5. ea sedes vacâsset.

Scripsit epistolam ad Boamundum, Antiochiæ Principem; quâ ipsum invitat adversùm Garnerum de Gretz Comitem. *Tyrius.**

* li. 10. c. 4.

Statim sub initium suæ gubernationis, Gotfredo Regi coronam imposuit; & Boamundo Principi, regni contulit investituram. Illi verò rursum possessiones, quas Græcus habuerat Patriarcha, ipsi assignant: addentes plures, ut eò honestiùs indè se posset sustentare. *Tyrius.**

* li. 9. c. 15.

Peregrinatus est ad loca sancta. Unde haud-obscurum est, quòd cultor deorum alienorum exstiterit. Nam ecclesiam Pisanam deserens, in terram sanctam navigat; Hierosolymis loca sancta perlustrat; in Bethlehem diem nativitatis Domini celebrat: scrutans præsepe, & speluncam, ubi Virgo mater filium Salvatorem Mūdi enix[illegible] itur. *Ibid.**

* cap. 15.

Spiritum Romani Antichristi eum agitâsse, hinc constat: quòd, non contentus iis, quæ præstò era[illegible] a concupivit; & Regibus gentium, dominandi proclitate, par esse voluit. Utque eam expleret libidinem; cum Duce Gotfrido graviter contendit, de totâ urbe Hierosolymâ & Joppe: tandemque importunitate hujus quartam partem obtinuit; & urbem Hierosolymam, cum turre David, & omnibus, quæ ad eam pertinere videbantur. Ipse *Tyrius*,* alioqui Pontificiorum (ut apparet) summus fautor, in has erumpit voces: *Miramur tamen, quibus rationibus Dominus Patriarcha, hanc adversùs Ducem suscitaverit quæstionem: cùm nec usquam legerimus, aut à viris fide-dignis audierimus, eâ conditione domino Duci regnum, autoribus Principibus, fuisse traditum; ut alicui personæ alicujus præstantioris animæ, vel perpetuo vinculo se sciret obligatum.* Sed fefellit eum sua opinio: Garnero Comite Balduini, Godfridi successoris & fratris, partes armis defendente.

* li. 9. c. 16.

Carnem porrò statuit brachium suum. Nam in epistolâ ad Boamundum Antiochenum, hoc se modo prodit: *In te solo post Deum confido, & spei meæ anchoram in tua dilectionis soliditate figo.* Utque armis se tueatur, per eam, quam sancto Petro obedientiam debet, hortatur: pulcrè scilicet animum impatientem & sanguinarium declarans. *Tyrius.**

* li. 10. c. 4.

Jussit oppugnationem Carræ; quæ urbs Mesopotamiæ est, & in sacris literis Haram dicitur: ubi milites, ad committendum cum Turcis prælium, hortatus est. Sed ubi infeliciter pugnaretur, & victoria penes Turcicum esset exercitum, vix ægre Edissam pervenit: cùm parum abesset, quin in hostium manus perveneri. *Idem.**

* lib. eodē 29 & 30.

¶ Arnulphus, cum apud Balduinum Simoniæ accusatus, quosdam ex clericis in ipsum concitavit: ut deniq;, domum patriarchalem deserens, privatus vivere cogeretur, in ecclesia montis Sion. Verum paulò pòst Balduino reconciliatus [illegible]

tus [illegible] lum

[illegible] Ru[illegible]m, ejus dem Arn[illegible] [illegible] Proinde, vitaturus com[illegible] [illegible] statione, ad Boamundum Anti[illegible] [illegible] fugit. [illegible]*

[illegible] Roman[illegible] it: atque de Arnulpho conquestus, [illegible] morâ, literas à Papâ Paschali impetravit; [illegible] sperabat se locum recuperaturu[m] [illegible] Verùm [illegible] ubi apud Messanam in Sicilia aliquantisper subsistisset morbo correptus lethali,16. Calendas Julii, anno [Do]mini 1107. collectus est ad patres suos: cùm annis 7. præfuisset: quatuor nempe Hierosolymis, tribus verò in exilio. *Idem.* *

GIBELINUS.

Arelatensis archiepiscopus, grandævus & senex, successit anno Domini 11[illegible], idque hac occasione. Designatus fuerat Legatus [illegible], de causâ inter Dabertu[m] & Ebremarum, coram Hierosolymis cognosceret. Interim verò moritur Dabertus: & Ebremarus propter intrusionem removetur. Omnium igitur unanimi suffragio, Romæ in concilio, Patriarcha creatur. *Tyrius.**

Confirmavit præterea donationem Balduini, Regis Hierosolymor[um], quâ ex Bethlehemiticâ ecclesiâ fecit cathedralem; additis prædiis. Obiit anno 1111. ubi annis 4. præfuisset. *Ibidem.**

ARNULPHUS.

Hierosolymitanus archidiaconus, qui dictus est Malacorona, multorum causâ, quæ perperam fecit, successit anno 1111. *Tyrius.** Multò autem [illegible] antè isti prædæ inhiaverat: sed quamprimùm eam cepisset, coactus est rursus deponere. *Idem.* * Quam [illegible] cùm ægertimè ferret, de Daberto successore suo se ulcisci constituit: nec quievit, priusquam eum veteri storiè illâ sede exueret. *Idem.** Gibelino etiam [d]icitur tale quid construxisse, ne diu in illâ sede esset superstes. *Idem.** His igitur remotis, tandem consequitur, quod jam pridem anxiè concupiverat.

Reditus illius ecclesiæ plurimum minuit, publica bona privata erogâs. Nam suam neptem Emelotam, Eustachio Gomero, Sidonis & Cæsareæ domino, nuptui tradidit: addens dotem Hiericho, cum omnibus quæ eò pertinebant; [illegible] redituu 5000. aureorum.

Vit[a] ejus fertur plena immunditie fuisse: itâ ut ignomini[a] [illegible] vulgo innotesceret.

Re[gul]ares Canonicos introduxit in ecclesiam Hierosolym[it]anam: ut hoc modo aliquod religionis specimen ederet. *T[yri]us.**

U[tru]mque usurpavit gladium. Nam unà in bellum pro[cessi]t adversùs Mendur, Turcorum Principem, anno 1113. [illegible] vix fugâ sese conservavit. *Idem.**

Regem impulit, ut, vivente adhuc uxore, legitimo illi connubio junctâ, aliam duceret, Comitissam Siciliæ: ut scilicet hæc nobilis & honesta fœmina deciperetur. *Ibid.**

Balduinum de Burgo, Comitem Edessanum, una cum Joscelino, Tiberiadis domino, ad regni fastigium evexit, anno 1118. more solito inungens, consecrans, regioq; diademate ornans, legitimumque regni successorem, debitâ successione, per fraudem excludens. *Idem.**

Ubi Paschalis II. Pontifex Romanus, de ejus immundâ conversatione certior factus esset: Legatũ misit in Syriam, Aurasicensem episcopum: qui, convocato concilio, in omnium, qui aderant, præsentiâ, patriarchatu eum removet. Sed [illegible] gistor nefarius, protinus Romam iter faciens, [illegible] & muneribus (quæ sanè magnum apud Romanum Pontificem semper pondus habuere) Legati sententiam [illegible] [illegible]mque reversus, priorem sedem rursus [occu]pat. *Tyrius.** Obiit vir iniquissimus, anno 1118. cùm 7. a[nnos] præfuisset. *Idem.**

GUAR[I]MUNDUS.

Natione [illegible] ex oppido Pinqueniaco oriundus; vir [s]implex [illegible] & [illegible] succed[it]. *Tyrius.**

J[illegible] tensit acqu[illegible] [p]ropriis operibus. Nam nonn[illegible] q[illegible] [a]b eo ceperunt hanc scrip[illegible] [illegible] et vias & [illegible] di[illegible] a latronibus per[illegible] regnantibus [illegible] iter facere liceret [illegible] in[illegible] [illegible] peccatorum. *Idem.**

[illegible] N[illegible] primus [illegible] [ex]emplariorum [illegible] consuli[illegible]: q[uod] tamen paulò pòst, ma[illegible] ipsi refere[illegible] [illegible] am, [illegible] [illegible] ubi [illegible] erunt, aliisque [illegible] ipsi fuerunt [illegible]. *Ibid.*

Celebratur ab hospitalitate erga peregrinos Venetos, [qu]i ad urbem Acconensem appulerant: quòd per legatos & suo, & aliorum nomine illos non [illegible] m exceper[illegible] [illegible] sed etiam potestatem fecerit illius [illegible] commod[illegible] [illegible], tanquam propriis. In quo [illegible] detur mag[illegible] [illegible] spectâsse compendium, quàm ad [illegible] necessitat[illegible]. *Ibid.**

Immiscuis se negotiis pol[illegible] [illegible] contra Tyrum. *Ibidem.* Idem negotio Venet[orum] [illegible]* In oppugnatione Tyri, sui Regis qui a [illegible] tenebatur, vicem supplevit, cum reliquis reg[illegible] & curavit castellum miræ altitudinis, itemque mac[hinas], quibus saxa vibrabantur, ædificari. *Idem.**

Præfuit fermè annis 10. Obi[it] anno 1129. in [ur]be Sidon: quò deportatus fuerat ex obsidione cujusdam præsidii nomine Halhacer. *Tyrius.**

STEPHANUS.

Genere Carnotensis, Balduini II Regis consanguineus communi omnium suffragio successit [an]no [11]29 Guarimundo. Adolescens, liberales artes mea[illegible] erat. Aliquamdiu etiam homo equestris fuerat [illegible] dem Vicedominus Carnoti. Postea ibidem [illegible] [mo]nasticæ vitæ mancipans, abbas S. Johannis de Valeâ fact[us] est.

Cultor deorum alienorum fuit. Na[m] orationis gratiâ devotus Hierosolymam peregrinatus est.

Spiritus Antich[rist]i Roman[i] hunc non mediocriter etiam agitavit. Nã non contentus illis, quæ aderant, satis protervè cum Rege contendit de Joppẽtii civitate, & Hierosolymâ: confirmans, jure eas civitates a[d] [s]e pertinere, non secus atq; Dabertus, de quo suprà; imò etiã multò [v]ehementius. Præfuit tantũ biennio: & ad Patres suos collectus est anno 113[illegible] non sinè veneni suspicione; quamvis illud pro certo *Tyrius* affirmare nolit. Rex, ægrotum visitans, dicitur ab illo responsum accepisse, cũ quæreret, quomodo haberet? Sic nobis, inquit, in præsenti est, domine Rex, sicuti vultis. *Tyrius.**

GUILHELMUS.

Mechliniensis ex Flamingiâ, Prior ecclesiæ Dominici sepulcri, successit Stephano, anno 1130. Is formâ decorus, modicè doctus, simplex & honestus fuit, regni Principibus & populo multùm acceptus. *Tyrius.** Consecravit & [or]dinavit Fulconẽ in Hierosolymitanũ regem, anno 1131. *Idẽ.**

Castellum Arnaldi, civiũ Hierosolymitanorum adjutus ope, exstruxit, ut tutò peregrini eò trãsire possent. Nã Ascalonitæ subitò in illos impressionẽ facere cõsueverãt. *Ibid.**

Alterius etiam castelli, in campestribus Ramulæ, ædificationem juvit. *Idem.** Itemque tertium, cui nomen indiderunt Blancaguarda. *Ibid.**

Insidias struxit Falchero, ad Tyrensem ecclesiam vocato, iter facienti Romã, pro redimẽdo pallio, aliisq; modis damnum attulit, quam ob causam Pontifex Innocentius II. ipsũ monet, ut de damno dato satisfaciat; & in omnibus juvet: interminatâ ipsi pœnâ in Canonibus præscripta. *Ibid.**

Regem & Comitem Joppensem, inter se dissidentes, reconciliavit. *Idem.**

Dedicavit templum Domini solenniter, adjuvante qu[illegible] Legato pontificio, tertio die post Pascha. *Idem.** Obiit anno 1145. cum annis 15. præfuisset. 5. Calend. Octobris. *Tyrius.*

FULCHERUS.

Ex Aquitaniâ oriundus, Guilhelmo successit. [illegible] ab[illegible] abbas fuerat Canonicorum regularium monasterii [illegible] [re]ligiosus, modicè literatus; sed constan[s] & [illegible] [illegible] [C]um schisma exortum esset, post mortem Hono[rii] inter Innocentium II. & Petrum Leoni[s] Hierosolym[am] peregrinatus est, orati[o]nis gratiâ: i[illegible] aliquamd[iu] in [mo]nasterio Dominici sepulc[ri] monasticen pr[ofe]ssus, ad Tyrensem evectus est archiep[isco]patum. Consecrati[o]nem a[c]cepit a Guilhelmo, [H]ierosolymitan[o] [Pa]triarcha. [illegible] Romano Papâ [illegible] accep[illegible] insidias [illegible] Guilhelmo, [illegible] complicibus. *Tyrius.** At m[o]rtuo Guilhelmo, in ejus locum designatur Patriarcha, anno 1147 *Idem.*

[illegible] aneadem, eam pro [illegible] juvit non contentus gladio spirituali. Captâ urbe, Adamnum, Acconentem archidiaconum, in ejus loci archiepiscopum, unà cum [illegible] designavit. *Idem.*

Conradum Imperatorem, advenantem in terram sanctam cum exercitu, ut Hierosolymam veniret, hortatus est. Verebatur enim ne diutius moram traheret apud Tripolitanum Comitem ipsi sanguinis necessitudine junctum. Advenientem autem, universo clero & populo istius loci comitatus, honorifice excepit, cum hymnis & canticis; & ità in urbem introduxit. *Tyrius.*

Balduinum Regem, venientem Hierosolymam in Paschate ad coronationem, monuit: ut matrem Melisendem, quæ aliquamdiu regnum strenuè administrârat, istius gloriæ faceret participem. Quod cùm ille non faceret, sed etiam [illegible] ipsam matrem bello peteret: ut à pravo proposito desisteret, nec quicquam contra fidem datam atque pacta ageret, hortatus est. Cumque nihil se proficere animadverteret, ad urbem rediit, Regis consilium detestans. *Idem.*

Superstitiosus fuit: signum Crucis dominicæ secum ferens ad Ascalonem: existimans, felicioribus auspiciis eâ præsente pugnatum iri.

Obsidioni Ascalonis interfuit, eamque juvit, anno 1152. *Idem.*

Adversarios habuit, Raymundum magistrum Domûs Hospitalis, ejusque in eâdem domo socios: qui decimas, quas veteri consuetudine dare consueverant, pendere recusabant. Concionante ipso ad populum, campanas pulsabant; ne quid diceret, à quoquam exaudiri posset. *Idem.* De quâ protervià apud Romanum Pontificem conquesturus, navem conscendit senex, utpote fermè centenarius; & Hidruntum, Apuliæ urbem, appulit. inde Beneventum excurrens, ubi tunc fortè Hadrianus IV. Papa morabatur, conqueritur de Hospitalariis. Verùm iniquum accipit judicium; eò quòd plerique Cardinales pecuniâ corrupti erant: eoque pacto cum dedecore domum revertitur. *Idem.* Obiit circiter annum 1159. XII. Calend. Decemb. cùm annis 12. præfuisset. *Ibid.*

AMALRICUS.

Ecclesiæ Dominici sepulcri Prior, natione Francus, ex oppido Neellæ oriundus, interventu Melesendis sororis, & Sibyllæ Flandrensium Comitissæ, successor constituitur in locum Fulcheri: repugnantibus & contradicentibus, Hernesio Cæsareensi, & Radulpho Bethlehemitico, episcopis. Pallium ab Hadriano IV. redemit, operâ Friderici Acconensis episcopi. Is mediocriter literatus fuit, sed ad illud munus parùm aptus. *Tyrius.* Almericum, Balduini III. fratrem, unxit in Regem; & diademate regio ornavit, in ecclesiâ Dominici sepulcri, anno 1163. *Idem.*

Idem matrimonio junxit Mariam, Protosebasti filiam, Imperatoris Manuelis neptem, in ecclesiâ Tyrensium, 4. Calend. Septemb. anno 1167. *Idem.* Obiit anno 1181. cùm annis 22. præfuisset. *Tyrius.*

BROCARDUS.

Meminit *Balæus* Brocardi cujusdam Hierosolymorum præsidis; qui, anno 1171. ex Basilii scriptis nonnulla mutuatus, Carmelitis regulam composuit: quam successor Albertus abbreviavit, confirmavit, atque observandam ipsis tradidit. Sed cum annorum numero, quem ponit *Tyrius*, non convenit.

HERACLIUS.

Cæsareensis archiepiscopus, intra dies decem succedit Amalrico. *Tyrius.* [illegible] Joppensi, in quem Rex [illegible] flammas [illegible] conceperat; ita quidem, ut [illegible] matrimonio, abeo [illegible] tantum; sed etiam urbem, [illegible]

Mores [illegible] *Continuator Historiæ Belli sacri* [illegible] *Patriarcha integrè & sincere* [illegible] no [illegible] it ad Lu-

cium Papam & [illegible] Galliæ Regem, ad conquirenda auxilia. *Sylvius in Epit. Blondi.*

LEONTIUS.

Vir eruditione & virtute præstans Hierosolymorum Patriarcha, obiit anno 1187. *Nicetas sub Isaacio.*

ARNOLDUS.

Clericus & doctus, Balduini Regis Hierosolymitanorum nomine, hortatus est peregrinos advenas in Joppe, ad societatem belli contra Babylonios, anno 1101. *Urspergensis.*

HERMANNUS.

Hermannus presbyter vixit Hierosolymis, anno 11[illegible] *Urspergensis.*

II. ANTIOCHENI.

BERNHARDUS.

PRimus Latinorum Antiochenus patriarcha. Boamundum, ejusdem loci Principem, captivitate solutum, & redeuntem, unà cum universo clero & populo, solenniter excepit, anno 1103. *Tyrius.* Idem contendit, utque Daberto exsulanti ecclesia S. Georgii, intra Antiochiam, cum multis prædiis & reditibus, conferretur. *Ibidem.*

Militem egit. Nam interfuit infelici oppugnationi Carræ. *Ibid.*

Inter ipsum, & Romanum Pontificem Paschalem, simultas intercessit: eò quòd Pontifex omnes illas civitates, quas bello capturi essent, Hierosolymitanæ ecclesiæ concedendas sancivisset: id quod suæ ecclesiæ infrugiferum [illegible] ratus est. Ejus igitur ut animum leniret, binas ad ipsum dedit literas Papa. *Idem.*

Balduinum de Burgo, secundum Regem Hierosolymorum, clero & populo comitatus, cum summo desiderio excepit, revertentem a cæde Gazi. *Idem.* Itemque paulò pòst, alterâ vice, ubi ejusdem exercitum excidisset atque dissipâsset, anno 1120. *Ibid.*

Boamundum & Joscelinum Comitem, invicem dissidentes; ita etiã, ut Comes Turcicum imploraret auxilium; reconciliavit. *Idem.* Per literas conatus est, inter Raymundum, Pictaviensium Comitis filium, & Constantiam, Boamundi filiam, nuptias conficere. *Idem.* Obiit circiter annum 1130. cùm annis 36. præfuisset. *Ibid.*

RADULPHUS.

Radolphus Damfrontensis, (quod in confinio Nortmanniæ & Cenomanensis diœcesis situm est) literatus mediocriter, facundus, & jucundissimi sermonis fuit: promissorum & pactorum facilè immemor, varius, inconstans, subdolus, providus, discretus, arrogans, nimis multum sibi tribuens. *Tyrius.* Mamistanus archiepiscopus populi suffragio electus, sinè reliquorum episcoporum consensu, successor constitutus est. Erat hic vir militaris, magnificus & liberalis plurimum: ob quas virtutes omnibus fuit acceptus, tam plebeiis, quàm equestri ordini.

Is, insalutato Romano pontifice, pallium de altari B. Petri assumsit; eoque usus est.

Malè inter ipsum, & cleri maximam partem, convenit: quòd ipsis insciis illud solium conscendisset. Adeò autem plurimis fuit invisus: ut neque apud domesticos videretur esse tutus: ideoque nonnullos per vim ejecit; nonnullos custodiæ tradidit. *Idem.*

Tres episcopatus, ut Biblitanum, Tripolitanum, Antaradensem, per vim ad se rapuit; qui antiquitùs ad Tyrensem archiepiscopum spectabant: unde inter ipsum & Tyrensem gravis orta est contentio; ita ut hic Romani Pontificis imploraret auxilium. *Ibid.*

Subdolum prorsus & sceleratum in eo ingenium fuit. Nam miro artificio adversarios suos conatus [illegible] re. Halim Principissam, Boamundi viduam, [illegible] nam conjecit spem; quasi Raymundus [illegible] esset ductu conjugem: ut [illegible] auxilio ad temp[illegible] hoc in do, uteretur. Deinde etiam ipsum Raym[illegible] rando devinciens, puellam Constantiam [illegible] junxit in basilicâ D. Petri Antiochiæ; [illegible] ludens. *Idem.*

Principibus [illegible] natus

est. Nam R. mundo Principe, juramentum fidelitatis extorsit. Idem.*

Romano Antichristo etsi se opposuit, tamen id non secundum scientiam fecit. Nam ita sprevit ejus superiorem jur[isdict]ionem; ut ipse omnibus præesset. Nam utramque Petri cathedram esse contendit; imò Antiochenam quasi primogenitam: quam ob causam prærogativa non immeritò ad i[l]lam pertinere videretur. Ibid.*

Citatus a Legato pontificio semel atque iterum peremtoriè, comparere noluit. Ibid.*

Vim vi repellere conatus est. Nam in suo palatio, stipatus equitum & popularium comitatu fuit, magnâq; civium catervâ: qui Romanum Legatum civitate ejicere parati erant, nisi Principis fuissent veriti potentiam. Ibid.

Ea res, quòd a Raymundo fidelitatis juramentum acrepisset, ita Principem offendit: ut non tantùm jurisjurandi oblivisceretur, verùm etiam ad Patriarchæ adversarios deficeret, & graviter hominem persequeretur. Idem.*

Adversarios potissimùm habuit, Lambertum archidiaconum, & Arnulphum quendam: qui eum Romam citarunt, ut ibi de criminibus, quæ objecturi essent, responderet. quò ut proficisceretur, Princeps Raymūdus ipsum coēgit, causamq; suam ageret. Iter faciens per Apuliam, Brundusii capitur, jussuq; Principis, Arnulpho vinctus traditur: verùm paulò pòst dimissus, Romam properat. Idem.*

Romæ parùm æquos habuit judices primùm: & vix ægrè, sui defendendi causâ, ad Papæ reliquorumque Cardinalium consessum, admissus est. Tandem verò irà dimittitur; ut de objectis criminibus testimonia Antiochiæ audiantur. Idem.*

Romæ palliū, quod de altari Antiochenæ ecclesiæ propriâ sumserat authoritate, resignare coactus est: atque aliud de corpore beati Petri (si credere fas est) solenni more accipit. Ibid. Reversus domum, Raymundus, ab Arnulpho persuasus, quasi cum Rogerio Apuliæ Duce adversùs se conspirâsset, & Clerus, eum recipere noluerūt. Ideoq; ad Montis nigri monasteria se-se conferens, præstolabatur; si quando ipsum revocaturi essent. Idem.*

Isthinc discedens, Edessæ exsulat; invitatus ab istius loci Comite, & vicinis episcopis. Tandem per dolum rursus invitatus à Raymundo Principe, priorem sedem occupat. Ibidem.

Ad extremum, ab Alberico Hostiensi episcopo, & totâ synodo, quæ Antiochiæ coacta fuerat, officio motus; & in monasterio S. Simeonis carceri traditus est. Indè iterum elapsus, Romam venit: ubi cùm modiculum gratiæ impetrâsset, & domum redire cogitaret; hausto veneno, miserabiliter vitam finivit. Ibidem.* Circiter annum 1142. ut Gerardus à Nazareth annotat.

HAYMERICUS.

Lemovicensis, homo illiteratus; verùm dives & potens, Petri Armenii civitatis Castellani nepos, Antiochenæ ecclesiæ Subdiaconus, quem Raymundus in Decanum promoverat, à clero Antiocheno, & præcipuè ab illis, qui Radulphum excusserant, constitutus est successor; interventu munerum, & intercessione Principis. Tyrus.*

Is sedulus vitæ monasticæ promotor fuit: ut Gerardus à Nazareth testatur. Legem tulit: ne quis in Monte nigro, sinè majore inspectore, viveret solitarius. Gerardus.*

Conjugium Raynaldi de Castellione & Constantiæ, liberè, & privatim, & publicè, traduxit. Quam ob causam Princeps ad iram commotus, ipsum cepit, & in castellum, quod Antiochenæ civitati supereminet, deduci fecit; atque calvitio melle delinito, in sole ferventissimo sedere compulit: ut hoc pacto muscarum aculeos exciperet, nemine illas abigente. Verùm Hierosolymorum Rex, missis Legatis, libertatem [ei] impetravit tandem: quâ restitutus, suam deserens stationem, in regnum Hierosolymorum se contulit: ibiq; aliquot annis pòst vixit omnibus charus. Præfuit circiter annos 12. Tyrus.*

SOTERICUS PANTEUchenus.

Et hunc loco & officio movit Imperator Manuel propter privatam opinionem de Dei incarnati oblatione: ut refert Nicetas, in Annalibus Manuelis.

THEODORUS BALSAMUS.

Magnæ Antiochiæ episcopus fuit, vir ejus quidem ætatis juris consultissimus. Ille, spe adipiscendi patriarchatum Constantinopolitanum, aliquid, quod alioqui in esset cōtra Canones, cōcessit. Res verò sic se habet. Vocatur ad privatum colloquium ab Isaacio Angelo. Ibi primum Imperator indignationem simulat: quòd ecclesia piis & doctis viris destituatur, & monastica virtus ita evanuerit; ut nemo reperiatur, quo in gubernatione sedis primariæ Constantinopolitanæ uti possit. Deinde addit, se illum ex Antiochenâ sede translaturum Constantinopolim: nisi Canonū authoritate prohiberetur. Si verò ille, tāquam Legum & Canonum peritissimus, trāslationem eam, ut licitam, demonstrare posset, & vulgo persuadere: se ipsum protinus vocaturum. Hoc modo Theodorus, arte circumventus, existimans seriò secum egisse Imperatorem, altero die statim efficit, toto concilio approbante, ut ea translatio concedatur, & literis Imperatoriis confirmetur. Postea is, qui fuit, mansit Antiochenus pontifex, spe frustratus. Nicetas, in Annalibus Isaacii.

ALMERICUS.

Antiochenus Patriarcha, sedis Romanæ in illas partes Legatus, anno 1121. eremitas in Carmelo dispersos collegit in unum, & redegit in ordinem; qui a loco dicti sunt Carmelitæ: præficiens illis Bertboldum Aquitanum, suum nepotem. Balæus.* Sed annorum computatio non congruit cum Tyrio.

* Cent. 8 c. 66. in App.

ARNULPHUS.

Natione Calaber, nobilis & literatus, Antiochenus clericus, a Radulpho patriarchâ in carcerem conjectus, atque aliquot dies in eo detentus est: quòd diceret, ipsum cū aliis in suam necem cōspirâsse. Is Romam citavit Radulphum: verùm in itinere, multis verborum illecebris, proditoriè Rogerium, Apuliæ Ducem, impulit, ut ipsum in itinere intercipere, sibique traderet. Quo facto pro libitu in ipsum desæviit. Postea factus est Consentinus episcopus. Tyrus.*

* li. 15 c. 12.

LAMBERTUS.

Archidiaconus Antiochenus, homo literatus, simplex, honestus, à Radulpho, qui de ipso suspicabatur, quasi in suā necem conspirâsset, in carcerem conjicitur; atque aliquamdiu ibi detinetur. In concilio Antiocheno patriarcham accusavit: quantumvis antea simulatè cum illo in gratiam rediisset. Tyrus.*

* li. 15. c. 16

III. BETHLEHEMITICI.

ASCHETINUS.

Gubernator ecclesiæ Bethlehemiticæ, (fortè quòd Prior fuerat) à Balduino Rege, Legato pōtificio Gibelino consentiente, & capitulo Hierosolymitano, primus creatur episcopus in Bethlehem, anno 1110. Tyrus.*

* li. 11. c. 12.

ANSHELMUS.

Episcopus Bethlehemiticus, legatus mittitur à Fulcone, Hierosolymorum Rege, ad Johannem Comnenum, cū his mandatis; ut, si orationis gratiâ Hierosolymam venire decrevisset, non majori, quàm cum decem millibus veniret exercitu: quod regnum esset arctissimum, & magnæ multitudinis capiendæ insufficiens. Eum muneribus, honore & gratiâ auctum, Imperator ab se dimisit. Tyrus.*

* li. 15. c. 21

RADULPHUS.

Natione Brito, vir literatus, & rerum civilium gnarus, Regis Cancellarius, formâ decorus, Regi & Reginæ Hierosolymorum, cunctisq; Aulicis charus; per vim primùm patriarcha Hierosolymorum cōstituitur, & per biennium præest etiam: verùm postea ab Eugenio officio remotus, tandem, autore Adriano IV. cujus compatriota erat, Bethlehemiticus constitutus est episcopus. Tyrus.*

* li. 16. c. 17.

Is, non contentus Almarici electione, appellavit ad Romanum Pōtificem, anno 1159. Idem.* Obiit circiter annum 1171. & in capitulo suæ ecclesiæ honorificè sepultus est. Id.*

* li. 18 c. 20
* li. 20. c. 32.

GERARDUS.

Qui aliâs Geraldus dicitur, Bethlehemiticus episcopus, interfuit obsidioni Ascalonis, anno 1152. Tyrus.* Opposuit se-se patriarchæ Fulchero, constituenti Ab[sa]lonem quen-

* li. 17. c. 22

[illegible] ha in propo- [illegible] ad Pontificem [illegible] Absalone, Ascalo- [illegible] in perpetuum subja- [illegible]

ALBERTUS.

Bethl[illegible] episcopus, ad Synodum Romam pro- [illegible] est anno [illegible] Tyrius.*

V. TYRIENSES.

GUILHELMUS.

VIr [illegible] ecclesiæ Domini sepulcri Prior, natione [illegible] vita & [illegible] commendabilis, à Gu[illegible] Hierosolymitano patriarchâ, primus Latinorum, Tyrensium [illegible] episcopus constituitur, anno 1128. postquam quadr[illegible] illa sedes vacaverat. Pro acci[illegible] Romam profectus est, invito & reluctante Hierosolymitano, suo consecratore: idque consecutus est ab Honorio II. *Tyrius.* * Conscripsit quædam opuscula, & epistolas, ad Bernhardum Antiochenum. *Balæus.* * Obiit anno 113[illegible], cum tantum præfuisset duobus annis. Sepultus est in Ecclesiâ Tyrensi *Tyrius.* * *Balæus.*†

PETRUS.

Natione Hispanus, de civitate Barcinonâ oriundus, Dominici sepulcri Prior, nobili sanguine cretus, Fulchero ad Hierosolymitanam sedem evecto succedit, anno 1147. *Tyrius.* * Interfuit Ascalonis oppugnationi. *Idem.*†

FRIDERICUS.

Natione Lotharingus, corpore admodum procerus, nobili stemmate oriundus, homo militaris primò in Acconensi ecclesiâ episcopum egit: postea, defuncto Petro, Tyrensi, cujus fuerat Suffraganeus, præficitur, Regis instinctu. *Tyrius.* * Ascalonem unà cum aliis sociis oppugnavit, cùm Acconæ adhuc episcopum ageret. *Idem.* * Eum, cùm Acconæ adhuc esset, legatum misit Amalricus Hierosolymitanus, ad Hadrianum IV. ut ab illo consensum illius sedis retinendæ impetraret, & pallium redimeret: quod, multâ interveniente pecuniâ, ex animi sententiâ effecit. *Idem.*

Gravissimâ detentus valetudine, apud Neapolim tandem ad patres suos collectus est, circiter annum 1174. III. Cal. Novemb. & sepultus Hierosolymis, in capitulo templi Domini, ubi priùs fuerat Canonicus regularis. *Idem.*

GUILHELMUS.

Guilhelmum, Friderici successorem, ex Gallicis parentibus oriundum, & in comitatu Raymundi Pictaviensis, una terram sanctam ingressum esse, anno 1141. *Heroldus in Præfatione* conjecturam facit. Ingenium quale in eo fuerit, ex scriptis ejus liquet. Linguarum, Latinæ, Græcæ, Arabicæ, Persicæ, Germanicæ, maternæque, ignarus exstitit.

Scripsit *Historiam Orientalium*, annorum 570.

Historiam Hierosolymitanam, annorum 80.

Acta Synodi Lateranensis: & alia quædam.

Archidiaconus Hierosolymitanus in summo templo, annum agens 3[illegible], constitutus est.

Romam vocatus à Victore IV. ubi per biennium ferè legendo & disputando multis profuit, nomen doctissimi & acutissimi Philosophi ibi adeptus est.

Cardinalatum [illegible] ibi consequi potuisset, sed magno animo illa repudiavit.

Revocatus ab Almarico, Hierosolymorum Rege, cui admodum fuit charus, Balduino IV. adhuc puerulo novenni, præceptor datus est.

Sæpè eo, in legationibus amplissimis & periculosis, idem Rex usus est, ad conquirenda auxilia adversus Turcicam rabiem, aliisque negotiis, sicut de se ipso refert: quòd legatus missus sit ad Manuelem, Constantinopolitanum Imperatorem. In quibus [illegible] suam [illegible] & iidem Regi pro[illegible] et regni [illegible] constituitur Cancellar[illegible] *Tyrius.* *

A[illegible] d[illegible] actionibus interfuit. Nam unà consilium dedit Almarico R[illegible] ne filiam viduam gravidam elocaret, ante [illegible] num. *Idem.*

[illegible] Tyrensis creatus est archie[illegible] diu reluctaretur, tandem ta[illegible] *Idem.*

[illegible] tamen [illegible] pios fuit, quidam, ut A[illegible] illi sit ab omnibus [illegible] positum. *Idem.*

Commendatur à fidelitate. [illegible] regno Hierosolymitano & exte[illegible] bus, cùm per totum regnum Cancellariæ [illegible] nia concredita est.

Sedulitas in ipso magna fuit: tanta [illegible] occupationes, & insidias plurimas multa [illegible] ipse [illegible] & ad po[illegible] tem transmiserit.

In Friderici Barbarossæ honorem, orationem habuit funebrem persplendidam.

Vixit ad annum usque 1219. & ultra etiam sicut *Heroldus* opinatur. Mortuus est octogenarius.

V. CÆSAREENSES.

EBREMARUS.

VNus sacerdotum Hierosolymitanorum, [illegible] honestus, simplex, & [illegible] ab A[illegible] intrusus Daberto ejecto [illegible] anno [illegible] *Tyrius.* * Is ubi percepisset, antecessorem Romam, restituendi [illegible] ivisse, & ille eò iter facit, se se excusaturus. Sed [illegible] negotio, ex testibus fide-dignis, Pont[illegible] cognovit, [illegible] patriarchatu cessit, & Cæsareæ præfuit, anno 11[illegible] *Idem.* *

BALDUINUS.

Ejusdem sedis archiepiscopus, congregationi multorum & Principum, & Episcoporum, interfuit, in urbe Acconensi, anno 1147. *Tyrius.* * Oppugnationem Ascalonis juvit. *Idem.* *

HERNESIUS.

Almarici Hierosolymitani patriarchæ electionem improbavit. *Tyrius.* *

ERNESTUS.

Cæsareensis, in legatione missus est ad Manuelem Imperatorem, pro adducendâ Protosebasti filiâ, ad Almericum Hierosolymorum Regem: anno 116[illegible]. *Tyrius.* Destinatus est legationi ad Imperatorem Fridericum, & alios Principes Occiduarum partium: sed facto naufragio, domum reversus est. *Idem.* * Obiit circiter annum 11[illegible]. *Idem* †

HERACLEUS.

Hierosolymitanus archidiaconus, Ernesto successit. *Ibidem.* Is Synodo Romanæ, sub Alexandro III. interfuit. *Ibid.* *

VI. NAZARETHANI

ROBERTUS.

NAzarenus archiepiscopus, crucem ligneam, de quâ Salvator Jesus Christus pependisse fertur, populi precibus exstimulatus, erexit, contra incendium: [illegible] simul, & flammam & fumum, impellente vento, in exercitum Turcicum convertit. *Tyrius.* * Interfuit congregationi in urbe Ptolemaide, anno 1147. cùm Conradus III. terram sanctam fuisset ingressus cum exercitu: una tractans, quæ ad augendum regnum Hierosolymitanum videbantur esse utilia. *Idem.* *

AITARDUS.

Missus Legatus est ad Manuelem Constantinopolitanum, pro impetrandâ Regi [illegible] thori: circiter annum 1158. V[illegible] tum in ipsa legatione diem claudens extremum [illegible] diligentiâ, mortuus ad [illegible] delatus est ecclesiam. *Tyrius.*

LOTARDUS.

Prior Nazarethanæ ecclesiæ, vir mansuetus, [illegible] benignus, successit Aitardo. Præfuit ultra anno[illegible] *ut annotat Tyrius.* *

VII. TRIPOLITANI.

GERARDUS.

EPiscopus Tripolitanus, captus [illegible] Princ[illegible] [illegible] sceno [illegible] ignotu[illegible] [illegible] tus est, suo loco a[illegible] dato. *Tyrius.* *

ROMANUS.

Tripolitanus episcopus, interfuit Synodo Romæ, [illegible] 8. *Tyrius.* *

VIII. A[illegible]

VIII. ACCONENSES.

ROGO.

Acconensis episcopus, congregationi & deliberationi, institutę à Cunrado III. in Ptolomaide, interfuit; anno 1147. *Tyrius.**

GUILHELMUS.

Eum sibi socium itineris elegit Amalricus, Hierosolymorum Rex, pro impetrandis auxiliaribus copiis, ab Imperatore Orientis & Occidentis. *Tyrius.** Solus postea in Italiam pervenit, missus a suo Rege: eaque quæ in mandatis habebat, fideliter exsequitur. Ad extremum, domû rediens, Adrianopoli, à quodam Roberto, quem ad sacerdotium evexerat, & in familiariorum numero habebat, in conclavi, dormiens sub meridiem, plurimis affectus vulneribus, occumbit: anno 1161. Animam exhalaturus, petiit, ne qua suo interfectori rursus vis fieret: idque pro redimendâ animâ suâ. *Ibid.**

JOCIUS.

Ejusdem loci episcopus, Romanæ synodo interfuit, anno 1178. *Tyrius.**

MONACHUS.

Acconensis episcopus, Crucem dominicam prætulit exercitui; quem Guido Rex duxit contra Salahadinum, anno 1187. *Continuator Belli sacri.**

IX. BERYTHENSES.

WILHELMUS.

Berythensis episcopus, deliberationi interfuit Ptolomaide, anno 1147. *Tyrius.**

MAINARDUS, & REINALDUS.

Mainardus, in eâdem sede episcopus, cum aliquamdiu gravi morbo detentus fuisset in urbe Tyrensi, obiit anno 1167. VII. Calend. Maii. *Tyrius.** Cui Reinaldus successit, consecratus à Guilhelmo Tyrensi. *Ibid.**

REIMUNDUS, & OTTHO.

Reimundus quidam Berythensis, obiit anno 1181. *Tyrius.** Post quem Otho, Tyrensis ecclesiæ archidiaconus, consecratus est episcopus, anno 1181. *Ibidem.*

X. SEBASTENI.

Renerus comitatus est patriarcham Fulcherum, Romam versus, ad Hadrianum IV. *Tyrius.**

Radulphus interfuit Synodo Romanæ, anno 1178. *Idem.**

HERBERTUS TIBERIADIS.

Herbertus in comitatu Fulcheri fuit, iter faciens ad Romanum Papam Hadrianum IV. *Tyrius.**

RAINALDUS HEBRONENSIS.

Rainaldus, Fulcheri Hierosolymitani nepos, primus constitutus est episcopus in Hebron, anno 1167. *Tyrius.**

X. SIDONENSES.

ALMARICUS.

Almaricus Sidonensis comitatus est Fulcherum, Romam euntem. *Tyrius.**

BERNHARDUS.

Deliberationi in Ptolomaide, cujus jam sæpiùs meminimus, interfuit. *Tyrius.**

OTTHO.

Sidonensis consecratur episcopus à Guilbelmo Tyrensi, anno 1165. *Tyrius.**

RAINERUS LYDDENSIS.

Rainerus, Lyddensis episcopus, obiit circiter annum 1168. Successorem habuit Bernhardum abbatem Montis Thabor. *Tyrius.**

XI. LAODICENSES.

GERARDUS À NAZARETH.

Patriâ Galilæus, ordinis S. Benedicti monachus primùm, prope Nazareth; deinde apud Antiochiam Carmelitanæ sectæ eremita, claruit anno 1140. *ut ipse testatur, de Conversatione servorum Dei.** Tandem Laodicensis fit episcopus. In sacris liter[is] eruditus fuit, Philosophus & Rhetor insignis, Græcè & Latinè doctus. Scripsit,

De Conversatione servorum Dei,	lib. 1.
Ad Ancillas Dei apud Bethaniam,	lib. 1.
Vitam abbatis Elsa,	lib. 1.
De unâ Magdalenâ, contra Græcos,	lib. 1.
Contra Salam presbyterum,	lib. 1.

Atque alia nonnulla.

GERALDUS.

Laodicensis episcopus, socius itineris fuit Raymundo, Antiocheno Principi, in Ciliciam: qui iter illud arripuit, ut Manuelis Constantinopolitani gratiam, qui cum exercitu ibi erat, iterum acquireret. *Tyrius.**

SALA.

Presbyter fuit, contra quem pugnavit Gerardus à Nazareth: objiciens illi, quòd cœmeterium dedicare præsumserit; cùm illud sit tamen episcoporû. Itèm, quòd Græcum episcopum, contra Latinum, in civitatem introduxerit. *Gerardus in defensione contra Salam.*

GUSTRICUS PETRACENSIS.

Canonicus regularis templi Dominici, præficitur primus Petrensi ecclesiæ, anno 1167. *Tyrius.**

XII. EDESSENI.

BENEDICTUS.

Edessenus archiepiscopus, expeditioni Carrensi interfuit. Verùm in prælio captus est, & cuidam Christiano asservandus traditus: cujus beneficio liber dimissus, post paucos dies Edessam rediit, magno cum gaudio civium. *Tyrius.**

HUGO.

Captâ Edessâ, cum quibusdam suis clericis confugiens in præsidium, ut ibi vitam aliquamdiu tueretur, cum aliis multis compressus & suffocatus, interiit, anno 1142. *Tyrius.** Quidâ referût, ipsum potuisse urbi auxilio esse, militibus erogatâ pecuniâ; quam fermè infinitam habere dicebatur. Verùm avarus opibus incubare maluit; quam populo succurrere petenti.

XIII. APAMEENSES.

PETRUS.

Apameensis archiepiscopus, Rogerii Principis confessionem audivisse dicitur, antequam prælium ingrederetur. *Tyrius.**

SERLO.

Antiochenæ synodo interfuit, non indutus veste pontificali. Ex quo cum Legatus pontificius quæreret, qui sic accessisset reliquis dissimilis? & cur accusationem côtra Antiochenum patriarcham non prosequeretur? respondit: se quidem eum incommodo talmis suæ, instar maledicti Cham, aliquando suo patri detraxisse; nunc verò aliter esse doctum: ita quidem, ut pro eo ad mortem usque decertare paratus sit. Eam ob causam excommunicatur, & officio deponitur. Quæ res tantum ipsi laborem attulit; ut præ animi mœrore, paulò pôst, in quodam castro Harene animam exhalaret. *Tyrius.**

XIV. INDIÆ.

PRESBYTER JOHANNES.

Johannes, Indiæ Presbyter & Rex, hoc seculo vixisse fertur: sicut *Frisingensis* refert, ex cujusdam Gabulensis relatione. Is, etsi Christianam professus religionem est; tamen diluta illa fuit Nestorianismo. Samiardos fratres, Persarum & Medorum Reges, bello petiit, & cruentissimo prælio vicit; atque Ecberanam regni sedem expugnavit. Postea tamen constituit Hierosolymitanæ subvenire ecclesiæ: utque exercitum per Tygrim coagulatum hyeme traduceret, ad Septentrionem deflexit. ubi tamen ex aëris intemperie multos ex suis amisit; atque ità re infectâ domum rediit. *Frising.**

JOHANNES.

Indorum patriarcha, unus de maximis, anno 1120. Romam venit, & Calixto II. & rèliquo Cardinalium & Prælatorum examini, narravit: quo pacto S. Thomas quotannis Eucharistiam porrigat dignè accedentibus; indignis verò subtrahat, in civitate Hulna. *Schedelius.**

XV. NICÆNI.

NICOLAUS.

POntifex Nicænus, circiter annum 1182. præ fuit. Is, Andronico urbem obsidente, civibus suasit, ut deditionem facerent: & persuasit etiam. Ideoque indutus vestibus pontificalibus, manu tenens sacra Biblia, ascitis sacerdotibus reliquis, mulieribus atque pueris inermibus, aperto capite, pedibusque nudis, manibus tenentibus frondes supplices, urbe egreditur, & misericordiam petit; ac Impetrat etiam. *Nicetas, sub Imperio Andronici.*

XVI. PANEADENSES.

ADAM.

ACconensis archidiaconus, eligitur Paneadensis episcopus, circiter annum 1132. *Tyrius.**

JOHANNES.

Missus legatus est à Rege Hierosolymorum, & ejus loci Patriarchâ, ad Occidentis Principes, ad conquirenda auxilia adversùs impressiones Turcicas, circiter annum 1167. Verùm biennio pòst, ubi parum effecisset, rediit. *Tyrius.**

*G. 15. c. 11. *G. 20. c. 13.

DOCTORES EUROPÆI.

I. BULGARI.

MEminit *Nicetas, in Annalibus sub Alexio puero*, cujusdam Bulgarorum episcopi: qui ceremonias matrimoniales peregit; atque Alexium cum Irene incesto connubio junxit. sed nomen non addit.

JOHANNES.

Johãnes Camaterius, Caniclæi Præfectus primùm, Bulgarorum fit patriarcha: qui cadaver Alexii pueri strangulari, plumbeæ thecæ inclusum, in cymbâ vectum, in mari demersit, cum carminibus & tripudio. *Nicetas, in Annalibus Alexii Porphyrogeniti.*

II. CONSTANTINOpolitani.

LEO STYPPIOTA.

PAtriarcha Constantinopolitanus, successit Nicolao, circiter annum Domini 1114. Vitam finiit eodẽ tempore, quo Johannes Comnenus Imperator, anno Domini 1141. *Nicetas, in Annalibus sub Manuele.*

MICHAEL.

Communibus suffragiis Imperatoris, Sacerdotum, Senatorum, cognatorum Imperatoris, in locum demortui substituitur. Fuerat monachus Acuti monasterii, vir & virtute celebris, & Græcè eruditus. Is Manuelem unxit, Imperatorioque diademate ornavit. anno 1141. *Ibidem.* Curiam præterea episcopalem exstruxit Constantinopoli. *Idem, sub Alexii pueri Imperio.*

THEODOSIUS.

Patre Armenio natus, Constantinopoli patriarcham egit, circa annum humanæ salutis 1180. cujus eloquentia & virtus, plerisque sui temporis spectata fuit.

Zelum constantiæ præ se tulit aliquamdiu; cùm Imperator Manuel, paulò ante finem vitæ, non parùm delirare inciperet: ità quidem, ut summam ad se raperet dictaturam, in rebus Theologicis. Tandem, quàmvis ægrè, impostmo Imperatori assensit. Præterea Imperatorẽ monuit, ne quid priùs in Eustathium, Thessalonicensem archiepiscopum, graviùs statueret. quàm ipsum coràm audivisset. Eundem quoque jam morti vicinum hortatus est, ut, sensibus adhuc integris, res Imperii disponeret; tutores filio impuberi, & Imperatrici, constitueret. *Nicetas, sub Manuele.*

Damnavit Astrologiam. Nam Imperatori, animam agenti, autor fuit, ut priorem de Astrologiâ sententiam mutaret; & propriâ manu id testatum faceret.

Pacis studiosus fuit. Nam sororem Alexii pueri, quamvis non uterinam, cùm seditionem concitaret, non modò ad pacem hortabatur; sed graviter etiam objurgabat, ad tranquillitatis studium. Pacem etiam fecit inter Imperatorem & Porphyrogenitam: ità quidem, ut per ministrum, qui Palatinus di[.] i[.] olitus fuit, Imperatrici, commotæ ad iram, Dei vindictam annuntiaret, atque ad Dei timorem adhortaretur.

Superstitiosus fuit. Cùm enim ingens exorta fuisset seditio Constantinopoli: ipse metuens, ne hostes in templum penetrarent, & sacratum locum profanarent, cruentisq; manibus, sanguinem stillantibus, sancta donaria cõtrectarent, raperentq;: stolâ pontificiâ induitur; libros Scripturæ sanctæ gestans manibus, in templi vestibulum, cui nomen erat Protecdiceum, descendit: ut, ejus præsentiâ moti, ab omni profanatione & injuriâ abstinerent.

Monasticam vitam promovit, ædificatione monasterii in Terebintho insulâ.

Inimicum & malè-meritum Protosebastum, ex summo dignitatis gradu lapsum, in calamitate cõsolatus est; ipsumque ad pœnitentiam, animique moderationem, mancipatum carceri, hortatus est; & ne, suo more, arrogantiùs paulò cum adjunctis custodibus loqueretur.

In Andronicum, per vim ad se rapientem Imperium, scopticus extitit. Cùm enim illum vidisset, visu truci, ingenio occulto esse, callidis affectatisque moribus, staturâ ad decem fermè pedes assurgente, superbo incessu, arrectis superciliis, severitate & tristitiâ perpetuâ, dixit: Hactenus audivi; nunc etiam vidi, & palàm cognovi, illud Psalmi adjiciens:* *ut audivimus; ita etiam vidimus.* Quo dicterio, cùm se à patriarchâ peti Andronicus sentiret: Ecce (inquit) occultum Armenium.

*Psal. 48. v. 9.

Dissimulator fuit, aliud corde tectũ, aliud in ore promtum habens. Nam Andronico per ludibrium dicente; neminem esse, qui secum Imperium administret, & Alexii pueri curam gerat; neque ipsum patriarcham: cui tamen, unà cum aliis, id muneris demandârat Manuel moriturus: respondit Theodosius: se jam olim solicitudinem de Imperatore deposuisse, hoc est, inter mortuos illum numerare; posteaquam Andronicus urbem ingressus, rerum administrationem susceperit. Ejus dicterii cùm dissimulanter explicationem rogaret Andronicus; aliò illud detorsit: se jam olim, & Canonibus, & senio, impediri à rerum administratione; neque sibi licere, rebus mundanis implicari: denique ipsum quoque Andronicum, vel solum parem educationi pueri Imperatoris.

Animus in illo constans fuit: quem non potentia Andronici, non eloquentiæ fulmen, non minæ, à recto proposito dejicerent. Nam, cùm Concilio deliberandum proposuisset tyrannus; an Alexius, Manuelis filius nothus, & Irene, pro filia notha, possent contrahere matrimonium? multis largitionibus corruptis applaudentibus Andronico, non solùm immotus eas nuptias damnavit; sed alios etiam, ut idem facerent, insigni constantiâ hortatus est. *Nicetas, sub Alexio Porphyrogenito.*

In Imperatricis Xenæ electionem consensit, quamvis invitus, importunitate Andronici compulsus.

Ei Protosebastus non parùm succensuit; cujus cupiditatibus adversabatur: tandemque palatio pulsus, in Pantepopti monasterium relegatur; ibique exulare jubetur. Sed paulò pòst restituitur admodum solenniter, cum summo dedecore suorum adversariorum.

Andronicus ipsum in ejectionem Imperatricis consentire voluit: idq; ut perficeret, accersito populo in palatium, crebris conviciis ipsi fuerunt molesti: atque parum abfuit, quin vulgus indomitum etiam barbam ei evelleret; nisi tyranni postulatis subscripsisset.

Tandem, cùm mala plurima ingruere, seque nihil contra Andronicum, incestas nothorum nuptias urgentem, proficere videret: suam stationem, in quam erat collocatus, reliquit; atque in insulam Terebinthum concessit. *Nicetas, sub Imperio Alexii.*

BASILIUS.

Basilius Camaterus, per intrusionem succedit Theodosio, inthronisatus per Andronicum tyrannum. Is incestas nuptias consanguineorum, Alexii & Irenæ, approbavit: quæ causa fuit adipiscendi eum patriarchatum.

Parasitus fuit & adulator insignis Andronici: ut ea omnia, quæ requireret, quamtúmvis illicita, suâ sponte se facturum; contrà verò, quæ ipsi displicerent, declinaturum, reciperet. *Nicetas, sub Alexio Porphyrogenito.* Illud verò, quod

... postea etiam re-ipsa præstitit. Cum enim Andronicus Alexium, annos natum quindecim, sustulisset, sponsamque ejus, puellam annos natam undecim, Francorum Regis filiam, sibi matrimonio jungere statueret, jam senex & vietus: non tantum id approbavit, sed etiam à juramento, quod ille Manueli & Alexio dederat, cum suo consilio eum absolvit, literisque affinis impunitatem peccatis concessit. *Idem. sub Imperio Andronici.*

Pro arbitrio suâ potestate abusus est, absque ullo discrimine solvendi & ligandi: quod nefarii tyranni cupiditatibus inservire videbatur.

Inanis gloriæ cupidus extitit, monstrum hominis. Nam in hoc gratificatus est Andronico tantum, ut, sellâ ad Imperatoris solium collocatâ, ipsi liceret assidere; quoties aliquid apud Imperatorem negotii ageret. Sed honos ille cùm paucos dies durâsset, ne quidem postea ad se Andronicus ipsum venire passus est. ut verè dixeris, vanissimam illam gloriam in ignominiam paulò pòst immutatam esse.

Isaacium Angelum, qui ad magnum templum metu Andronici confugerat, & quo Imperatorio insidentem equo mitari côpulius est, à promiscuâ multitudine tot hoc modo suâ præsentiâ ejus electionem approbaret. *Ibidem.* Ad eundem Imperator Isaacius abire jussit eos, qui per seditionem Brang se-se adjunxerant, ut apud eum pœnitentiam, ob violatum jusjurandum, testatam facerent, & ab anathemate se solvi peterent.

Cæterùm & is suo loco & sede ejectus est ab Isaacio, hoc prætextu: quòd matronas nobiles, quas Andronicus in monasteria invitas abstrusisset, illis, abdicatâ veste nigrâ, liberum fecisset redire ad sua, desertâ vitâ monachali. *Nicetas, sub Isaacio Ang.*

NICETAS.

Nicetas Mundanus ipsi substituitur, summi templi sacellanus: sed ab eodem Imperatore paulò pòst invitus loco movetur; senium, & delirium, atque levitatem, ipsi dante crimini.

LEONTIUS.

Leontium monachum in ejus locum Imperator surrogat; jure-jurando confirmans in populi frequentiâ, eum virum, priùs ignotum, sibi intempestâ nocte ab ipsâ Dei-genitrice esse demonstratum: nô formâ & virtute ejus solùm deleiiptâ, sed etiam monstrato loco, ubi habitaret. Verùm, priusquàm annus elaberetur, eum loco movit.

DOSITHEUS.

Studiensis monachus, natus Venetiis, patre Viticlino, Isaacio Imperatori admodum fuit familiaris: idque eò majorem ipsi gratiam conciliavit, quòd prædixerat, Imperii summam tandem ad Isaacium perventuram. Quod quia eventus postea comprobavit, vulgo persuasum fuit, ipsum habere spiritum propheticum.

Cum Fridericus, Imperator Occidentis, exercitum duceret in Asiam contra Saracenos; adduxit Isaacium eò: ut crederet, Fridericum, non Palæstinæ recuperandæ, sed Constantinopolitanæ urbis occupandæ causâ, venisse cum exercitu. Adjecit præterea, ipsum ingressurum per Xylocercî portam, atque eâ potiturum; multaque facturum abominanda, quæ gravi supplicio in eo uturus esset Deus. Eum primùm designavit Imperator Hierosolymitanum patriarcham. Non multò pòst isthinc Constantinopolim translatus est, tanto splendore atque comitatu; ut triumphum agere videretur. Sacerdotes primarii, hoc ægrè ferentes, quòd ita fuerant circumventi astu, conventicula instituunt extraordinaria: ipsumque, ut alienæ sedis occupatorem, damnant atque deponit. Quod cùm ægerrimè Isaacius ferret, suum patriarcham ita tractari; rursus per bipenniferos satellites, & palatinos proceres, populi motum nihil veritus, in primariam ædem cum introducit. Nam omnibus, propter ambitionem, & intempestivam Imperatoris pertinaciam, erat invisus. Sed rursus ... scitur: & dû duobus simul præesse locis conatur, utrâque sede excidit. *Nicetas, sub Isaacio Imperatore.*

GEORGIUS XIPHILINUS.

Georgium Xiphilinum, sacerdotem Constantinopolitanum, & magnum vasorum custodem, Alexius puer ad Andronicum ablegavit: ut pollicitatione magnorum munerum atque dignitatis, illum cœpto dejiceret. sed perfidè munus hoc obivit. Nam Andronicum in seditioso propofito confirmavit, ut per vim ad se Imperium trâsferret: quâ in re ipsum secutus est Andronicus. *Nicetas. sub Alexio puero.*

DYSPATUS GEORGIUS.

Magni templi Lector fuit Constantinopoli, circiter annum 1182. Eum Andronicus in carcerem conjecit, atq; postea verò atrocem, ad ignem assare decrevit. domumq, uxori mitteret, quòd Imperatoris crudelitatem liberius fuerat insectatus: nisi Monasteriota Leo, socer ejus tyranni, furorem suâ authoritate repressisset.

Quamdiu detentus in carcere fuit; pro sui liberatione diligenter ad Deum precatus est, hisce verbis: *Educ è custodiâ animam meam, ut nomen tuum prædicem.* Atque illud Jonæ subinde ingeminabat: *Nunquid templum sanctum tuum videbo amplius?* Illud verò etiam precatus est: *Delere me, Domine, ex Andronici memoriâ: sim ignotus illi omni tempore, ne recordetur nominis mei, donec ex libro viventium deletus fuerit.* Rectius illi saniorem mentem, atque pœnitentiam, precatus fuisset.

Tandem, extincto Andronico, dimissus, & libertati restitutus est. *Nicetas. sub Andronico.*

NECHITAS.

Græcus, Constantinopoli primatum Papæ oppugnavit, contra Anselmum Avelsburgensem; de quo idem in hunc modum scribit, in Præfatione libri ἀντικειμένων: *Fuit quidam archiepiscopus Nicomedia, Nechites, præcipuus inter duodecim didascalos; qui, juxta morem sapientum Græcorum, & liberalium artium & divinarum studia regunt; & cæteris sapientibus, tanquam omnibus præeminentes, in doctrina præsunt; & ad quos omnes quæstiones difficillima referuntur; & ab eo solutâ deinceps, sine retractatione, pro confirmatâ sententiâ tenentur & scribuntur.*

NICEPHORUS.

Apocrisiarius Emanuelis fuit; qui, sui Imperatoris nomine, in legatione missus est ad Conradum III. pro confirmando conjugio, inter Emanuelem, & sororem suæ conjugis. *Frising. de gestis Friderici.**

Meminit *Chronicon Cassinense*,* quendam Græcum Philosophum, legationi, quam Manuel ad Lotharium miserat, interfuisse; qui Romanum Pontificem non-episcopum, clericosque Romanos excommunicatos diceret: quòd decreta Symboli Nicæni essent transgressi, in eo, quòd Spiritum sanctum à Filio quoque procedere adjecissent. Reprehendit etiam in Pontifice, quòd ad bella gerenda procederet, exercitum contraheret, pecunias distribueret, purpurâ indueretur.

* *lib. 1. c. 24.*
* *lib. 4. cap. 116. & seq.*

EUSTATHIUS THESSALONICENSIS.

Floruit, circiter annum humanæ salutis 1118. quidam Eustathius Thessalonicensis archiepiscopus, vir non solùm doctus & eloquens; sed etiam zelo pietatis plenus. Is doctrinam Mahometi, de Holosphyro non-gignente & ingenito, vehementi oratione ad quendam Theodorum Mazucam, Imperatoris Manuelis Secretarium, detestatus est. Quam ob causam vehementer ad iram commotus Imperator, atrocia ipsi minitabatur: nisi ipsum Theodosius Cõstantinopolitanus demulsisset, & archiepiscopo potestatem sui purgandi perfecisset. *Nicetas. sub Manuele.*

Quo tempore Siculi Thessalonicensibus bellum movebant; potuisset quidem evadere Eustathius, antequam ad obsidionem veniret hostis: sed turpiter suum gregem in necessitate deserere noluit; verùm præstò fuit, consolatione eum sustentans; & ne omnia adversa, tanquam benigni patris flagellum, patienter ferret, sedulò hortatus est. A' ducibus exercituum, quos Contos vocant Latini, edicta impetrabat, quibus miserorum ærumnæ leniebantur. *Idem, sub Imperio Andronici.*

III. ATTICI.

MICHAEL.

Michael Oxites Atheniensis patriarcham egit, circiter annum Domini 1140. Sed ante vitæ suæ exitum ultrò illâ sede cessit; inque Oxiam insulam, in quâ à pueris institutus fuerat, revertitur, ad sordidum atq; austerum monachorum vitæ genus: atque monacho cuivis in ten... ine

provolutus, collum calcandum præbuit, quòd, repudiatâ quiete, nullo cuius fructu, patriarcham se effici consensisset. *Nicetas sub Manuele.*

COSMAS.

Unus ex diaconis, patriâ Æginetâ oriundus, successit Michaëli. Is & literatus fuit, & benignus in pauperes: ità quidem, ut aliquando pallium, tunicam, & lineam capitis calyptram, pauperibus erogaret: aliisq; etiam suasor & autor fuit, ut pauperum necessitati subvenirēt. Quam ob causam, cùm ab omnibus magni fieret, Isaacius Sebastocrator, frater Manuelis, tantoperè ipsum revereretur ut ab ejus consiliis totus penderet. Ea res facilè, præsertim ab invidis, in calumniam rapitur quasi Isaacio regnum prodere in animum induceret: atq; hoc pacto etiā apud Manuelem à malevolis accusatur. Erat quidam monachus Nephon, admodum Cosmæ familiaris; ità ut sæpè unâ mensâ usisq; ædibus uterentur. Huic prava opinio dabatur crimini; & rasâ erat in longum maxillâ; & à Michaële, de quo paulò antè, carceri mancipatus. Proinde Cosmas, tanquam sectator atque suffragator illius, palàm incusatur, judicioq; sistitur. Is, rerum omnium ignarus, cùm videret, se indictâ causâ condemnari; indignatione plenus, Imperatricis uterum execratur, ne masculos pariat: quosdā ex proceribus, & totum concilium, sui ejiciendi causâ coactum, ecclesiasticâ censurâ notat. Id Contostephanus, unus eorum qui sellam Imperatoris circumstant, ægerrimè ferēs, alapam Cosmæ se impacturum simulat. At Cosmas, videns, Imperatorem & reliquos propterea indignari, submissâ voce dixit: Sinite istū, jam-jam suam pœnam accepturum. prædicens, quo fato periturus esset: sicut & eventus comprobavit. Nam paulò pòst, ad Corcyræ promontorium, fragmine saxi machinâ excussi percussus, animam exhalat. *Nicetas sub Manuele.*

MICHAEL ITALICUS.

Michaël Italicus, Philippopolitanus pontifex, vir eloquens, & omni genere doctrinæ perpolitus; sed insignis simulator, qui aliud in corde latens, aliud in ore promptum habere consueverat: Cunradum III. in expeditione Asiaticâ, ad epulas invitavit. In cujus gratiam, Imperator omnes eos crudelissimè tractari jussit, qui commeatum non pecuniâ, sed latrociniis acquisivissent. Is præterea suâ eloquentiâ id effecit; ne invicem Germani cum Græco exercitu manus consererent. *Nicetas sub Manuele.*

LAPODIENSES.

Lapodii, anno 1182. præfuit episcopus, cujus tamen *Nicetas Historicus* nomen non exprimit. Eum excæcavit Andronicus: eò quòd suos ob rebellionem non castigâsset; sed tulisset & spectâsset. *Nicetas sub Andronico.*

JOHANNES CINAMUS.

Episcopus Lapodii, cum quodam Euthymio, Novarum Patrarū episcopo, in Andronici præsentiâ, de dicto Christi, *Pater major me est*, disseruit. Eos verò non solùm Imperator objurgavit; sed etiam in Rhydanum amnem se abjecturum minatus est: ni finem disputandi facerent. *Nicetas sub Andronico.*

NICETAS CHONARUM episcopus.

Eunuchus, floruit circiter annum 1141. Vir non solùm insigni virtute præditus; sed etiam futurarum rerum præscius fuit. Nam cùm Manuel ea Armeniâ Chonas venisset, atque ab hoc pontifice benedictionem (ut vocant) accepisset: quidam inter se dubitabant; an adolescens ille imberbis, tanti Imperii molem feliciter administraturus, & Isaacium fratrem, qui sedē Imperii tenebat, superaturus esset? Tùm ille: *Omnino ille adolescens gubernabit Imperium, & fratrem etiam superabit. Sic enim Deo visum est. Ut autem & alia, de quibus non ambigitur, fratris avum Alexium ætate superabit; sed appropinquante obitu insaniet.* Quod Nicetas de illo decreto intelligit, quo abrogavit Imperator anathema Dei Mahumetici oloisphori. *Nicetas sub Manuele.*

HYPOPSEPHIUS, & alii.

Hypopsephius Theopolitanus, Eusthathius Dyrrachinus, [illegible] borus Basilacenti, Michaël Thessalonicensis, eò quòd de quæstione. *An recte incarnatus Deus dicatur simul, & offerre & offerri* [illegible] perperam sensissent; è locis suis ejiciuntur, per Imperatorem Manuelem: *ut Nicetas sub Imperio ejus scribit.*

IV. NOVARUM PATRARUM.

EUTHYMIUS.

Circiter annum 1182. Patris præfuit. Is cum Johanne Cinamo, de dicto Christi, *Pater major me est*, disceptavit Lopadii. Sed huic disceptationi Andronicus finem imposuit: qui eos ità audiret, ut, ni finem facerent, eos in Rhydaco amne submersurum minitaretur. *Nicetas sub Imperio Andronici.*

V. CORCYRÆ.

THEODORUS.

Capellanus (uti vocantur) Corcyræ fuit, gerens simul gladium politicum. Nam militibus præsidiariis, quos ibi Siculi reliquerant, præfuit. Ille, obsidente Manuele Corcyræ promontorium, & oppidum vicinum, deditionem suasit, militemque persuasit etiam: atque postea Imperatorem secutus est, quocunque pergeret. *Nicetas.*

VI. UNGARIÆ.

MATTHAEUS.

Doctus & honestus magister, à Rege Ungariæ ad Fridericum Imperatorem mittitur legatus, sui Regis nomine Imperatori promittens auxilium contra Mediolanenses. *Frisingensis de gestis Frederici.**

* li. 4. c. 20.

DE EPISCOPIS Italiæ.

I. ROMANI.

PASCHALIS II.

Reginerus Bledensis, (oppidum hoc est, in Comitatu Galliatę, in Tusciâ Romanâ) patre Crescentio & Altatia matre natus, apud Cluniacum monasticam professionem amplexus est. Septimi autem Gregorii amicitiâ usus, ob doctrinam & hypocrisin insignem, abbas monasterii sanctorum Stephani & Laurentii, extra urbis Romæ muros, ab eo adhuc juvenis constituitur; & titulo sancti Clementis Presbyter-Cardinalis creatur. *Onuphrius.* Hunc postea Urbanus, rebus humanis valedicturus, sibi surrogari rogavit. Cùm autem se eligendum cerneret; manibus pedibusq; reluctatus est: tandem invitus, & (ut ille inquit) suâ voluntate coactus, ac Populi in-primis clamore, Sanctum Petrum, Reginerum, virum optimum, pontificem elegisse, ter repetentis, adductus, superbissimus monachus electioni assensum præbuit; & Paschalis dictus est. Indutus deinde coccineâ chlamyde, tiarâque capiti ejus impositâ, clero & populo comitante, equo albo vectus, in Lateranūm deducitur: ubi sceptrum pontificium accipit, baltheoque succingitur; ex quo septem claves, totidemque sigilla, dependebant: quibus, secundùm septivariam Spiritûs sancti gratiam, sanctitatem Ecclesiarum, claudendi, sigillandi, aperiendi, recludendique, (scilicet thesauros Mundi) rationem habere, moneretur. Tandem in basilicâ Petri, ab Otthone Hostiensi, qui primas tenebat partes, Mauritio Portuensi, Guakero Albano, Bonone Lavicano, Nilone Prenestino, Ottone Nephesino, pingui inungitur chrismate. *Platina in vitâ ejus, Sabellicus.* Conradum, Heinrici IV. filium, qui patri suo turbas (ut superiori seculo diximus) dedit maximas, Paschalis electionem comprobâsse, *Aventinus* testatur.

Exstant ejus Epistolæ quædam, ad diversos scriptæ. In epistolâ autem quâdam, Guidonem Viennensem reprehendit; quòd clericorum pro suâ ecclesiâ testimonium non acceptâritatc, quorum de aliis testimonium valere & possit, & debeat, instituit. *Caus. 14. q. 2. c. 1.*

Aliâ, Victorem Bononiensem monet, ut suæ dioeceseos monachis interdicat: ne præter sui, aut Romani episcopi, volūtatem, episcopalia jura & officia sibi temerè arrogent; videlicet poenitentiam dare & remissionem peccatorum, reconciliationem pœnitentium, decimas & ecclesias. *Caus. 16. q. 1. c. 9.*

Aliâ, Regino episcopo scribit, tertio affinitatis gradu [illegible]

tr[illegible] posse matrimonium : sed duorum consobrinorum conjuges, uni eidemque nubere non posse. *Caus. 35. quæst 3.c.24.*

Ans[illegible]lmo etiam per epistolam condolet, de illatâ ipsi apud Anglos injuria : deque sui restitutione operam promittit: denique Comitẽ de Mellento, calamitatis istius autorem, synodi decreto excommunicandum indicat.

Eidem de recuperatâ suâ sede gratulatur per literas : ac, ut suam ecclesiam Romanæ conformet, Regi verò, ut debitam sibi obedientiam censusque solvat, autor sit, litem inter Nortmannorum Comitem, ipsumque Regem, componat, & denique ut suos, quos mittat, legatos, & consilio, & operâ juvare velit.

Robertum, Comitem de Mellento, qui Anglorum Regi, ut in causâ investiturarum Romanæ ecclesiæ repugnaret, persuaserat, ut resipiscat, monet : ni gravius quid in se statui malit.

Heinricum quendam Nortmannorum Comitem instruit; non esse ipsius, ecclesiarum præsules constituere & investire: sed tutelam & patrocinia earum, secularibus potestatibus eâ lege concessa esse; ut ab omni perturbatione & infestatione mũdanâ defendant : quò cultores earum, quietè & devotè, cœlesti Regi militare possent.

Ad Heinricum Angliç Regem, pro investituris, & Anselmo fovendo, scribit. *Malmesburiensis.**

*lib.5.c.25.

Coram Anshelmo per literas se excusat; quòd investituræ, ab Heinrico Rege factæ, nunquam consenserit : quicquid tandem regni legati retulerint. *apud Malmesburiensem*

Aliâ ad Anselmum, suam lætitiam exprimit; quòd Regem Angliæ, mutatâ priori sententiâ, ad gremium & obedientiam Romanæ ecclesiæ reduxerit. Ac, ut eos, qui investituras a Rege acceperunt, investitis benedixerunt, aut hominia fecerunt, acceptâ priùs ab iis, pro Romani Pontificis arbitrio, satisfactione, recipiat & absolvat.

Per epistolam eundem certiorem reddit; quòd presbyterorum filii, quos scientia & vitæ integritas commendat, ad sacra officia, pro necessitate temporis, & Ecclesiæ utilitate, promoveri possint. Helieuem abbatem, satisfactione injunctâ priùs præstitâ, in Ecclesiæ consortium ut recipiat, eidem mandat.

Item apud eundem intercedit pro Comite quodam, qui ob incestuosas nuptias captivus a Rege detinebatur: ut ejus pati ocinetur causæ.

¶ In gubernatione porrò, Majorum vestigiis insistere, magno labore annitus est. Nam, præter ordinationes Episcoporum 10. Presbyterorum 50. Diaconorum verò Cardinalium 30. (ut *Onuphrius* annotat. *Platina* in universum centum numerat) nihil vero Christi Pontifice dignum gessit; sed Antichristi operam fideliter præstitit.

Nam cùm Florentinus quidam episcopus, quia vidisset, tot in Ecclesiis passim fieri mala, ipsum Antichristum jam-natum palam professus esset: Pontifex, re cognitâ, statim eò proficiscitur ; cum Galliæ Italiæque episcopis concilium celebrat; & hominem, quem ex levitate gloriæ, magnique nominis cupiditate, solùm hæc asserere contendebat, multis injuriis affectum, tandem dimittit. *Platina, Balæus.*

Nuptias præterea Sacerdotum damnavit; Nicolaitarũ hæresin appellans : quibusdam etiam episcopis, propter conjugia, è sedibus suis ejectis. Maluit enim eos esse scortatores, quàm conjuges. *Balæus.*

Pontificis Romani obedientiam vel censuram negligere, ac sacerdotii investituram a profanâ manu agnoscere, maximas esse hæreses, pronuntiavit. *Idem.*

Heinricum, Anglorum Regem, per literas severissimè interpellat: ne quenquam investiat. *Malmesburiensis.**

*lib.5.c.25

Prenesti, Agapeti templum dedicavit: Romæ præterea ecclesias quindecim, consecravit ; maximè verò basilicam sancti Hadriani, quorundam factiosorum scelere profanatam, ecclesiam sanctæ Mariæ Monticelli, in regione Ariolæ: postremò verò restituit & consecravit basilicam sanctorum Coronatorum, eo tempore diruptam ; quo Robertus Guiscardi, Salernitanus Princeps, eam partem urbis incenderat. *Platina in vitâ ejus.*

Ant chri[illegible] ineptiæ & hæ sunt: quòd [illegible]ontifex [illegible] clero & popu lo, in urbe Leoninâ, ante fores tem[illegible] [illegible]etr[illegible], cum crucibus thuribulis, & (*ut Platina ait*) Sanctorum re[illegible]quii[illegible] sacris induti vestibus Imperatoris præst[illegible]antur adventum. *Otthe Frisingensis.**

*lib.7.c.24

Magistratum e[illegible] n[illegible]cuisit. Nam præt[illegible]quàm q[illegible] I[illegible] m[illegible]peratore suscio, sedem contendens, statim sub [illegible] nationis initium, ipsum [illegible] ab Hell[illegible]ndo & [illegible] om[illegible]municatum, eodem denuò ferit [illegible]: & ab omn[illegible] [illegible]piscopis, universi[illegible]que cathol[illegible] [illegible] fix[illegible] [illegible] fieri præc[illegible]pit, *teste Helmoldo.** a[illegible] [illegible]od ta[illegible] [illegible] [illegible]dum e[illegible] [illegible]n arma c[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ori[illegible]um V[illegible] [illegible]citat. C[illegible] stupen[illegible] [illegible] Pont[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]is, impietatem & crudel[illegible] [illegible], [illegible] patr[illegible] [illegible] [illegible] g[illegible]dium stringi præcip[illegible]ens! Nec ita ex [illegible] [illegible] [illegible]delitas monstrosa; quâ vel Neronem C[illegible] [illegible]an[illegible]ue, aut quosvi[illegible] hoc nomine insignes, facilè exsuperare eu[illegible] [illegible]derit: quin & in mortuum ejus cadaver sævierit, qu[illegible] [illegible] terrâ erui, extra ecclesiam proji[illegible], I[illegible] [illegible]dio Sp[illegible] in [illegible] ferri, & quinquennio Christianâ s[illegible]pulturâ carer[illegible] jussit. *Balæus, & alii.*

*cap. 32.

Arma etiam frequentiùs, quibus quidem suum regnum stabilire conatus est, quam sacra monumenta, tractavit, & (*ut Platina inquit*) à religione ad arma conversus est. O præclaram Apostolici laudem & gloriam! Nam ut Gibertum, Richardum, & Maginolphum, antipapas, compesceret: suis ipse viribus diffidens, aliquot militum turmas, auri verò uncias mille, a Rogerio Siciliæ Comite accipit. At nis tu[illegible]bis, sine sanguine tamen, sedatis; urbem Castellanam, & Beneventum, ab hostibus occupatam, recuperat. His dum occupatur armatus Pontifex; Petrus Columna Cavas, pontificium oppidum, expugnat : contra quẽ mox suum st[illegible]ingens gladium Paschalis, non modò Cavis potitur; verùm etiam duo paternæ hæreditatis oppidula, suo Adversario vi eripit. Præterea, Stephanum, Corsicæ familiæ Principem sæpiùs ex S. Pauli basilicâ, quam vallo munierat, eruptionem in Romanos facientem, vi ejicit. Rebus deinde domesticis pacatis, ad bellum Asiaticum animum adjecit: Principesque Christianos, & literis, & suis nuntiis ultrò citroque missis, ad eam rem diligentissimè incitavit. *Platina.*

Infidelitate maximè insignis fuit. Nam è vinculis, quibus constrictus fuerat, exemtus, Imperatori renovârat privilegium, de Prælatorum investituris, & coram totâ pronũtiârat Ecclesiâ, omnes anathematis reos, quotquot hoc privilegium irritum ducturi essent. At, Imperatore ad Germanos regresso; perjurus & perfidus Papa ea omnia revocat, juramento minimè teneri se-se asserens: cùm non spõtè; sed coactè, in Cæsaris sententiam conce[illegible]sset. Damnatur itaque in Synodo privilegium; ipseque Imperator simul excommunicatur. *Hespergensis, Blondus, Balæus, Jacobus de Stradâ.*

Concilia aliquot celebrâsse quidem legitur : verùm in iis, non Christi gloriam, Ecclesiæque salutem, spectavit; sed Romanæ sedis dignitatem & majestatem ampliare studuit.

Decreta etiam quædam condidit, Arctolyceum testantia. Sunt quidam, *inquit*, qui vel violentiâ, vel favore, non permittunt Ecclesias regulariter ordinari : hos etiam decernimus, ut sacrilegos, judicandos. *Causa 1 quæst. 1.c.125.*

Item. Post susceptum verò è fonte filium, v[illegible]l fil[illegible]m spiritualem, qui ex compatre vel commatre nati fuerint, matrimonio conjungi non possunt : quia leges [illegible] [illegible]i non[illegible] [illegible]mancipatos adoptivis prohibent copulari. *Caus 30. q.3*

Item. Post uxoris obitum, cum [illegible]mmatre uxor[illegible] superstitis conjugio copulari, nulla videtur autorita[illegible] [illegible]el ratio prohibere. Neque enim cognationi carni[illegible] [illegible]gnatio spiritûs comparatur : neque per unionem carnis, ad unionem spiritûs pertransitur. Notandum [illegible]erò est, quòd aliud est, commatrem alicujus cognoscere; atque [illegible]liud [illegible] [illegible]lictam ab aliquo commatrem alicujus fi[illegible] Auto[illegible] [illegible]la Nicolai Papæ, & Ch[illegible]lcedonensis syn[illegible]di, illum pr[illegible]bet cõmatr[illegible]s suæ uxor[illegible] m[illegible]trimon[illegible] c[illegible] [illegible]lari[illegible] [illegible]

suæ de[illegible] tum [illegible] didit, postquam [illegible] commaret exstitit. Ita vero autoritas Tribunensis [illegible] illos per[illegible] matrimonio copulari cujus uxor, postquam a viro suo derelin[illegible], [illegible] commiaret effecitur; nec [illegible] post compaternitatem a viro suo cognoscitur. *Cauf. 30. q. 4 c 5.*

¶ Certamen ei fuit cum tribus antipapis: quos tandem stricto ense, juxta notas Antichristi, compescuit. At gravius multò acerbiusque illud cum Imperatore Heinrico V. extitit, quem priùs contra patrem armarat. Cujus quidem m[illegible] ites, Pontifice inaugurationem denegante, ni[illegible] in verba ipsius jurasset [illegible] erum mire [illegible] ornatum impetus fa[illegible], eosque spoliatos mactie, in ipso atrio templi, trucidant. Reliquam Cardinalium & Sacerdotum turbam una cum suo Pontifice, urbe educunt. Tandem, cum Pontifex in Imperatoris verba juraret, & episcoporum investituras ipsi concederet è vinculis dimissus est. *Helmoldus*,* *Raynulphus*, † *Antoninus*.*

Post, in synodo Romanâ, ab episcopis ex composito accusatur idem Pontifex: quòd Heinricum multorum Cardinalium & Sacerdotum sanguine madentem, solenni more Imperatorem salutasset; & Episcoporum constitutiones, quas infinita ferè Patrum cohors hactenus, vitæ salutisque [illegible] dispendio, salvas retinuerit, hnic omnium indulgui[illegible] imo per privilegium dedisset. Ille, necessitatem & pericula prætendens, ut insignis hypocrita, Concilii judicio se subjecit. *Helmoldus*,* *Crantzius in Saxoniâ*.*

A Romanis etiam civibus periculum aliquando ipsi imminuit. Nam cùm Pontifex iis, in Petri Præfecti locum, filium ipsius decennem surrogari petentibus, gratificari nollet, mox illi arma contra Papam corripiunt, verùm ille fugâ salutem quærit. *Nauclerus*.*

Curriculum ejus annorum fuit 18. mensium 6. dierum 7. *Ibidem.* Ipso autem Resurrectionis dominicæ die, in vivis esse desiit. *Crantzius*.* Demum in Lateranensi basilicâ sepultus est. *Martinus Polonus.*

* cap. 40. * lib. 7 c. 31. † Tit. 16. c. 8.
* cap 41. * lib. 5. c. 36.
* Gener. 37.
* lib. 5. Sax. c. 39.

ALBERTUS. THEODORICUS.

Maginulphus antipapa.

Subitaneâ morte extincto Giberto, quem superiori seculo, contra Hildebrandum, ab Heinrico Imperatore constitutum diximus, Albertus quidam Atellanus, ab ejus fautoribus, contra Paschalem electus fuit: qui cùm nomine tantùm dignitatem pontificiam menses tenuisset quatuor, in exsilium mittitur.

In hujus locum mox Cavenses, agri Prenestini incolæ, Theodoricum quendam, Farfensis cœnobii abbatem, (*ut Urspergensis & Onuphrius referût*) creavère pontificem. Verum illi quoque pœnitentiâ ducti, quinto & centesimo die ipsum, imaginariâ dignitate exsutum, Anachoretæ habitum induere cogunt.

Tertius præterea, Maginulphus Romanus, eandem sibi dignitatem apud Ravennatenses rapuit. Verum cùm à Romanis urbe ipsi interdictum esset, à Ravennatensibus quoque ejectus est. *Platina Sabellicus, Simonetâ.* *Onuphrius* cum à Paschalis satellitibus captum, & in Cavensi monasterio relegatum, scribit. Sic ipsi Pontificii Scriptores, suorum, quibus adulantur, Thrasonum crudelitatem, & vindictæ cupiditatem, reticere non valent.

* lib. 5. c. 70.

GELASIUS II.

Casini feliciter literas didicerat, & monasticen amplexus fuerat, Johannes quidam Cajetanus, illustri loco natus. De cujus fide, pietate, (scilicet monasticâ) & eruditione, edoctus Urbanus II. mox inde evocatum Romam, inter domesticos habuit, & obdictionis in scribendo elegantiam, quâ quidem præ cæteris Romanistis pollebat, id negoti[illegible] dedit: ut Romanæ curiæ stylum, negligentiâ & ignorantiâ majorum labefactatum, [illegible] eximium sanè Romanorum P[illegible] um encomium! in meliorem formam redigeret. A[illegible] etiam [illegible] Diaconus-Cardinalis creatus est. Mortuo ve[illegible] o, unanimi consensu pontifex designa[illegible] [illegible] quod ma[illegible] imotum inur[illegible] Roma [illegible] occaho[illegible]. Licet *Erfordiensis*, *Ur*[illegible] testen[illegible] Imperatorem suo suffra[illegible] Ge[illegible] pontificem [illegible] sed cùm ab ipsius [illegible] confirmationem, se

* lib. 5. Sax. c. 39.

[illegible] vet[illegible] ator [illegible] adversus[illegible] concepisse Imperatorem. Cencius itaque Frangepanis Patricius Ur bis potentissimus, Imperatoris injuriam ulturus, (*ut Blasus scrib feu ut alii malunt*) suam fami[illegible] ex quâ pontificem [illegible] olebat negligi indignè ferens, conclave illud, ubi Cardina es el ctores consederant armato milite expugnavit; obvium quemque fudit; & ipsum Gelasium, humi prostratum, calcibus contrivit. Sed Romanorum ille arcurrentium ope liberatur: & equo albo (*ut Simoneta ait*) impositus, à clero & populo coronatur. Imperatorem præterea Heinricum V. timens Pontifex, Tiberi delapsus Cajetam, quæ ipsi patria erat, cum suis affectis fugit: ubi quidem primùm Presbyter, nam in hunc usque diem Diaconi solùm officio contentus fuerat, mox Pontifex declaratur. Interim Romæ, Mauritius Burdinus, pontifex ab Imperatore constituitur. Utrumque igitur Gelasius Cajetæ excommunicat. Tandem, Guilhelmi Apuliæ, Roberti Capuani & Richardi Aquilani, Principum stipatus copiis, Romam rediit: sed inter Missarum sacra, Frangepanum arma via evasit; & amicorum ope ex urbe deductus, Galliam petiit; inque Cluniacensi cœnobio delituit. *Chronicon Cassinense*,* *Platina*, *Ronfinius*, † Anno 1119. *Sigebertus*, *Simoneta*.*

* lib. 4. c. 64. † lib. 6 Dec. 2. * lib. 7.

¶ Antichristum porrò hisce operibus prodidit. Quòd, magistratu neglecto, pontificatum iniit; eumque pòst cum Burdino excommunicavit, Missisque celebravit.

Præterea, dum in Galliam abiit, in itinere aliquot templa superstitiosis ritibus consecravit: sanctæ nimirum Ceciliæ in Stagello; S. Sylvestri in Tillano; & S. Stephani in Tornaco: lapidibusque ecclesiarū terminos notavit. *Platina.*

In synodo quadam Coloniæ, per Cononem legatum suum, statuit, Romanos Pontifices à nemine judicari posse aut debere.

Templariorum sectam, ab Hierosolymorum patriarchæ obedientiâ exemit. *Matthaus Parisin.*

Roberto cuidam, Remis, ubique locorum prædicandi facultatem concessit. *Sigebertus.*

¶ Paucos cùm apud Cluniacenses delituisset dies, pleuritis correptus, mortem obiit: ibique ad majus altare sepultus est; cùm pontificium nomen nondum uno tenuisset anno. *Sigebertus. Urspergensis.* Nonnulli autem, inter quos *Martinus Capellanus* est, annum ei integrum, & dies quinque, adscribunt.

CALIXTUS II.

Qui cum Gelasio Cluniacum fugerant Cardinales, extincto suo pastore, statim Guidonem, (quem *Dodechinus* Otthonem; *Urspergensis* Milonem vocat) Viennensem episcopum, Ludovici Francorum Regis instinctu, cujus propinquus erat, (*ut Gagninus annotat*) substituunt; eumque Calixtum II. appellant. *Martinus Polonus in Chronicis*, & *Erfordiensis*, Comitis cujusdam Burgundi filium fuisse, affirmant. Et *Paulus Aemylius* inquit: Guido, Gulielmi Burgundionum Comitis filius fuit: item frater Stephani, qui Hierosolymitano bello cecidit; ac Clementiæ, quæ Roberto Flandro nupsit: quo ex matrimonio Balduinus Comes procreatus. Nocte, cui creationis dies illuxit, species ei dormienti oblata est adolescentis, divinâ majestate, lunam gremio ipsius reponentis.

Verùm is Pontificiū munus priùs subire noluit, quàm Cardinalium, Romæ & in Italiâ passim commorantium, accederet consensus. [illegible] lorum igitur animis per literas cognitis itineri se accingit Romamque contendit: ubi à clero populoque, obviam ipsi procedentibus, summo cum honore, magnoque tripudio, tanquam numen quoddam acceptus est. Hunc e[illegible] & Ecclesiæ & Reipub. optatam pacem restituturum, sibi persuaserant omnes. Excommunicatione denique a[illegible] Imperatore, sui confirmatione extorsit, vivo adhuc Burdino, quem ipse Pontificem designaverat.

¶ Libellum de Miraculis S. Jacobi composuit: quæ vel ipse apud autores legerat; aut (quod vero similius est) pro suâ industriâ confinxerat, vel ex aliorum relatione conceperat, cum adhuc esset scholaris. *Trithemius in Chronic. Hirsaug.*

Gaimario, Sardorum nobilissimo, ejusque conjugi Helenæ, Cassinensium monachorum fautoribus summis & largitissimis, literas scripsit: quibus & gratias agit, pro suâ erga monachos liberalitate; &, ut strenuè iis benefacere pergant, graviter monet.

Ulterano cuidam episcopo per literas significat; Cassinense cœnobium sub Romanæ ecclesiæ protectione latitare: & ut Gaimari donum, Cassinensibus oblatum, Apostolicâ autoritate salvum & incolume ipsis manere provideat. *Chronicon Cassinense.**

* lib. 4. c. 70.

Fragmentum epistolæ ipsius, ad Albertum Moguntinum scriptæ, *apud Urspergensem* exstat: ubi, quâ ratione pontificio honore potitus sit, edocet.

Ejusdem epistolæ ad Galliæ episcopos & abbates, de expugnato Sutrio, & Mauricio antipapâ capto, *apud Malmesburiensem** videre licet.

* lib. 5. c. 44.

Idem, quod antecessores, doctrinæ genus professus est. Gaimaro, ejusque conjugi, ad suam, quam diximus, liberalitatem, remissionem peccatorum promittit. *Chronicon Cassinense.** Et de Jejuniis quatuor temporum ait: *Hujus observantia utilitas, in ecclesiastica præcipue est constituta jejunia quæ, ex doctrinâ Spiritûs sancti*, (scilicet quem Papæ habent) *ità per totum anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus.*

* lib. 4. c. 70.

¶ Opera quoque gubernationis, Antichristum resipientia, cum majoribus ipsi sunt communia. Calixtus, *inquit Platina*, aliquid quietis à rebus externis nactus, Cardinales duodecim creat; (*Onuphrius* his adhuc quatuor addit) basilicas multas, vetustate collapsas, reficit; mœnia Urbis instaurat; aquam in urbem inducit; arces ecclesiæ munit; donaria plurima argenti utrique basilicis dividit; fundos plerosque coëmtos B. Petro donat; ecclesiam beati Nicolai in palatio ædificat.

Compostellanam ecclesiam in archiepiscopatum sublimavit; & pro confirmandâ illâ idololatriâ, de confictis divi Jacobi miraculis librum consarcinavit. *Antoninus, Vincentius.**

* l. 56. c. 30.

Præmonstratensium præterea monachorum sectam, suâ autoritate amisit. *Idem.*

Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, uxorum concubinarumque consuetudine prorsus interdixit. *Matth. Parisius.*

Episcoporum confirmationem Cæsari, & Germaniæ Principibus, eripuit: ut Historiæ docent.

In-primis verò majestatis politicæ contemtor exstitit acerrimus. Nam cùm, præter Imperatoris consensum, pontificatum iniisset: excommunicatione, & suam electionem ratam haberi, & investituras sibi restitui, obtinuit. *Platina.*

Et militem egit. Nam Rogerio Siciliæ Comiti, Apuliã & Calabriam infestanti, acriter se opponit: sed febri correptus Pontifex, ab armis discedere cogitur. Sutrium, ubi antipapa commorabatur, vi expugnatum ipse testatur, in quâdam epistolâ ad Galliæ episcopos scriptâ, his verbis: *Cum Ecclesiæ fidelibus ab Urbe digressi sumus; & tandem Sutrium obsedimus: donec divina potentia Burdinum, Ecclesiæ inimicum, qui Diabolo nidum ibi fecerat, & locum istum, in nostram omninò tradidit potentiam. Malmesburiensis.**

* lib. 5. c. 44.

Decretorum sequentium architectus exstitit. Episcopo suo vivo, ecclesiam neque alium eligere, neque suum repudiare, neque alterius ordinationi patère debere. cùm Apostolus dicat:* *Alligata est uxor legi viri, quamdiu vir ejus vivit: eo defuncto, soluta est à lege viri: cui vult nubat, modò in Domino.* id est, alium eligat; sed regulariter. *Caus. 7. q. 1. c. 39.*

* 1. Cor. 7. 39.

Episcopum ecclesiam suam (non afflictum ab eâ) dimittentem, adulterum debere judicari, statuit.

Episcopum non debere aliquem ordinare, judicare, excommunicare, qui alterius ecclesiæ est. *Caus. 9. q. 2. c. 5.*

Qui Romipetas, vel ad alia loca Sanctorum peregrè euntes, spoliant, vel injuriâ afficiunt, excommunicationis reos esse pronuntiavit. *Caus. 24. q. 3. c. 23.*

Quatuor temporum jejunium instituit: cùm antea jejunatum esset ter in anno. *Distinct. 76. c. 1.*

A Romanâ ecclesiâ non licere dissentire. Quia, *inquit*, ut Filius venit, facere voluntatem patris: ità oportet Christianos facere voluntatem matris, scilicet Romanæ ecclesiæ. *Distinct. 12. c. 1.* Quis autem non rideat istos asinos œcumenicos, tam ineptè citantes Scripturas?

¶ Sedem Antichristi tenuit annis 5. mensibus 10. diebus 13. *Martinus Polonus, Platina. Balæus*, febri ea itinere quodam attractâ, mortem eum obiisse, refert. Anno 1125 *juxta Sigeberti Continuatorem.* Caruit post hunc sella Petri sessore, diebus 8.

Parietibus cujusdam ruinosæ cameræ Lateranensis patriarchii, hos versus te vidisse inscriptos, *Onuphrius* testatur; qui etiam *apud Frisingensem** exstant:

* li. 7. c. 16

Ecce Calixtus adest. honor & decus Imperiale:
Nequam Burdinum damnat, pacemq; reformat.

MAURITIUS ANtipapa.

Gelasio opposuit Heinricus V. Mauritium quendã Burdinum, Bracharensi olim archiepiscopatu (*ut habet Cassinensis Chronicon*) à Paschali exutum; (fortè ob magiã, nam de eâ & accusatus, ac convictus scribitur, *in veteri quodam Chronicorum libello*) eique Gregorii VIII. nomen dedit. Hunc, *inquit Malmesburiensis*,* multum quilibet revereri, & pene adorare, pro vivâ magnæ industriæ specie, debuisset; nisi tam famoso facinore enitescere maluisset. Frangepanum præsidio munitus, post Imperatoris abitum, apertè pontificium munus Romæ gessit. Ac licèt magno conatu Gelasius suas exageret: Mauritii tamen factio adeò prævaluit, ut ille fugâ suæ consulere saluti cogeretur.

* lib. 5. c. 45

Romæ, in Pentecostes feriis, idem Heinricum Imperatorem Augustum designâsse, *in Cassinensi Chronico** scribitur. Prior enim ejus coronatio, (*ut Robertus Bacus indicat*) per Paschalis excommunicationem, irrita putabatur facta.

* lib. 4. c. 86.

Tandem, expugnato Sutrio à Calixto, captus Mauritius, cùm in vicinis Romæ civitatibus aliquot annis oberrâsset, in monasterium detrusus est. *Onuphrius. Gigas. Martinus Capellanus, Raynulphus in Polychronico,** & *Antoninus*, eum camelo impositum, versâ ad posteriora facie, caudamque manu tenentem, & (*ut Tyrius** *addit*) ursinâ pelle amictum, jussu Calixti, ut de ipso triumphatum videretur, Romam perductum asserunt. Denique ipsum, è monasterio exemtum, Honorius in exsilium egit. *Chronicon Cassinense.**

* lib. 7. c. 10.
* lib. 12. c. 8.
* li. 4. c. 88

HONORIUS II.

Post Calixti obitum, variant Cardinalium sententiæ in electione novi pontificis. Alii enim, Theobaldum, Ravẽnatensem episcopum, S. Anastasiæ Cardinalem, sub Celestini nomine, surrogant. Alii, & quidem potior pars, Lampertum, episcopum Ostiensem, obscuro loco (*teste Simonetâ*) in Imolensi agro natum: qui quidem in-primis Romanæ ecclesiæ, in premendis Imperatoribus apud Germanos (id quod Pontificii scriptores, Sacerdotii & Imperii reconciliationem, appellant) suam fidem per multos jam annos probârat. Ac cùm, potissimorum in curiâ Romanâ judicio, tanto dignus censeretur honore; Honorii II. nomen assumsit: cathedramque competitore (cujus, *ut Onuphrius ait*, magis fuerat legitima electio) neglecto, solus obtinuit. *Chronicon Cassinensis,** *Urspergensis.* Per Leonem Frangepanem, vi & arte maximè enitentem, prodiderunt *Platina* & *Onuphrius.*

* lib. 4. c. 83

Tranquillior fuit hujus Pontificis gubernatio. Omnibus enim terribiles erant Romani Pontifices, excommunicationis fulmine, quo sibi adversantes, ipsos etiam Imperatores, egregiè compescere norant.

Doctorum hominum familiaritate admodum eum delectatum, scribit *Platina*; eosque summo studio sibi adjunxisse, veneratosque esse: inter quos fuère, Pontius quidam Cluniacensis abbas, Hildebertus Cenomanensis episcopus, Hugo de sancto Victore.

Cæterùm Cardinales 30. (*ut Onuphrius numerat*) viros præstantes, quorum consilio & operâ in rebus administrandis usus est, ordinavit. *Schedelius.*

Antich[illegible] sti [illegible] men noti haud-vulgaribus excellit. [illegible] emplariorum enim & Hospitalariorum ordines, pontificiâ autoritate comprobasse scribitur *à Gigante.*

Ejus etiam Legatus, Johannes Cremensis, in Angliâ Sacerdotum nuptias, eâdem scilicet Antichristi autoritate, damnavit. *Matth. Parisi[us].*

Et hujus Mundi regna tenuit. Nam Rogerium Nortmannum, Apuliæ ducem designavit. *Martinus Capellanus in Chronicu.*

Aquilejum & Venetum patriarchas loco movisse, ab eodem annotatum quidem legimus: sed causa ejus rei non exprimitur. *Balaus* Schismaticorum fautores eos fuisse scribit, eâque de causâ Honorii indignationem incurrisse.

Hujus Pontificis temporibus, Arnulphus sacerdos, qui acriter turpem & nefandam cleri Romani vitam redarguerat, insidiis circumventus, clàm trucidatus est. Honorium *Platina*, quòd ipso inscio hæc facta sint, excusare laborat, & quòd magna diligentiâ in cædis autores inquisierit. Sed qui volet, credat.

Curriculum ejus ad annos 5. menses 2. dies 8. se extendit, *juxta Marianu Scoti Continuatorem, & Raynulphum.** In Lateranensi denique basilicâ tumulatus est. *Platina.* Anno 1130.

* *lib 7.c.16.*

INNOCENTIUS II.

Post Honorii obitum, Gregorius quidam Diaconus Cardinalis S. Angeli, cathedrâ pontificiâ potitus est, assumto Innocentii nomine. Fuit autem is patriâ Romanus, ex Trans-tiberinâ regione, patre Johanne, homine (*ut Onuphrius innuit*) obscuro, natus. *Platina.* Nobilissimum tamen & liberalissimum sacerdotem vocat *Ottho Frisingensis.** Verùm, dum contra Rogerium, qui in Italiâ regium usurpabat nomen, in armis esset; Romani interim Petrum quendam, Petri Leonis, potentissimi apud Romanos Patricii, filium, Papam designant; eique Anacleti nomen indunt. Is autem, ut firmior esset sedes, multo argento, ex tēplis surrepto, (*ut Simoneta testatur** eā fulcivit, Populumque Romanum adeò sibi devinxit: ut Innocentio, jam e captivitate reverso, locus tutus Romæ non esset. Relicto itaque Romæ Savinensi episcopo Cunrado, qui vices ipsius gereret, (*ut habet Chronicon Casinense*) ipse ad Gallos abiit: ubi Remis & Pisis conciliis coactis, ab universis Galliæ Germaniæque episcopis pontifex confirmatur, Petrus verò anathemate feritur. *Sigeberti Continuator.* A Lothario Cæsare Romam deducitur Innocentius. *Chronicon Cosmidromi.*

* *li.7.c.27.*

* *lib.5.c.74.*

Exstat Innocentii II. epistola ad Galliæ episcopos, quibus M. Petri Abailardi hæresin damnat: *apud Otthonem Frisingensem de gestis Friderici Imperatoris.**

* *li.1.c.45.*

Antichristi ipsius opera hæc ferè ab Historicis commemorantur. Cardinales apud Gallos & Romæ creavit 44. *Onuphrius.*

Ecclesiam beatæ Mariæ ad Fontem olei condidit. *Gigas.* Exsul sancti Medardi ecclesiam quādam, apud Suessionenses, Baalismo consecravit. Et Ludovicum Francorum Regem, præsente patre Ludovico, Remis regem inunxit, anno 1131. VIII. Calend. Novemb. *Gaguinus,** *Sigeberti Continuator.*

* *Lib.6.*

Romanæ sedi restitutus per Lotharium, gratitudinis ergò, in Lateranensi ecclesiâ, ipsum solenni more Augustum salutavit, anno 1133.

Ab Anacleto, suo antagonistâ, ordinatos, ipse dignitatibus spoliavit, nec in-posterum ad sacros ordines promovendos decrevit. *Idem.*

Arma quoque, sed admodum infeliciter, tractavit. Nā, cùm Rogerio Apuliam præripere conaretur; cū suis Cardinalibus captus: sed, cum Rogerii votis annuisset, liberatus iterum est. *Simoneta.** At secundum cum Rogerio prælium f[el]icius fuit. Nam Imperatore suppetias ferente, (*ut Raynulphus** annotat) omni regno exuitur Rogerius; moxque Apuliæ Ducatus Reginaldo, co[p]iarum Cæsareanarū duci, donatur. Reginaldo paulò pō[st] e vi[t]is exemto: Ro[g]erius haud-multo labore suam recepit dignitatem. Pontifex, tantum sibi [e]reptum bolum dolens, tumultuario mi-

* *lib.5.c.74.*

* *li.7.c.17.*

lite collecto, Apuliam ingreditur. Ei autem fortianimo obvians Rogerius, securam atque incautam Cardinalium cohortem, cum suo Pontifice, denuò capit. Et cùm, quod volebat, cum regii etiam nominis titulo, obtinuisset: è vinculis ipsos dimisit, anno 1141. *Sigeberti Continuator.* Hac quidem ratione Pontifex Imperatores, de dando Apuliæ Ducatu, quem ipsi bellis comparaverant, exsuit; & sibi soli rapuit. id quod materia certè multorum malorum fuit. *ut [s]cribit Nauclerus.**

* *Gener. 3[8].*

¶ Decretorum insuper plurium exstitit Architectus: ex quibus Antichristi prominent aures.

Si quis viduam, licèt laicus, duxerit uxorem; seu ante Baptismum, seu post Baptismum; non admittatur ad clerum: quia eodem vitio videtur exclusus. In baptismate enim crimina dimittuntur; non acceptæ uxoris consortium relaxatur. Quòd-si non putatur uxor esse computanda, quæ ante Baptismum ducta est: ergo nec filii, qui ante Baptismum geniti sunt, pro filiis habeantur. *Distinctione 34.c.13.*

Qui duxēre duas virgines, unam ante Baptismum, alteram post Baptismum; bigami quia sunt, clericis non annumerandi. *Dist.26.c.3.*

Scienter ab Hæreticis baptizatos, vel ordinatos, non esse dignos clericorum ordine. *Caus.1.q.1.c.18.*

Si quis præbendas, vel prioratum, seu decanatum, aut honorem vel promotionem aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum ecclesiasticum, utputa chrisma, & oleum sanctum, & consecrationes altarium vel ecclesiarum, interveniente exsecrabili ardore avaritiæ, per pecuniam acquisivit; honore malè acquisito careat: & emtor atque venditor, & interventor, nota infamiæ percellantur. & nec pro pastu, nec sub obtentu alicujus consuetudinis, antè aut pòst aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat; quoniam Simoniacum est: sed liberè, absque diminutione aliquâ, collatâ sibi dignitate atque beneficio perfruatur. *Caus 1.q.3.c.15.*

Illud, quod in sacro Chalcedonensi concilio institutū est, irrefragabiliter observari præcipimus: ut videlicet decedentium bona episcoporum, à nullo omninò hominum diripiantur; sed ad opus ecclesiæ, & successoris sui, in liberâ œconomi & clericorum permaneant potestate. Si quis autem a modò hoc attentare præsumserit; ex[c]om[m]un[i]cationi subjaceat. Qui verò morientium episcoporum presbyterorum, vel clericorum, bona rapuerint, [si]mili sententiæ subjaceant. *Caus.12.quæst.2.c.47.*

Si quis, suadente Diabolo, hujus sacrilegii vitium vel crimen incurrerit, quòd in clericum vel monachum violentas manus injecerit; anathematis vinculo subjaceat: & nullus episcoporum illum præsumat absolvere; nisi mortis urgente periculo: donec Apostolico conspectui præsentetur, & ejus mandatum suscipiat. Qui autem de ecclesiâ vi aliquem exemerit; vel in ipsâ ecclesiâ, vel loco, vel cultui, sacerdotibus & ministris aliquid injuriæ importaverit; ad-instar publici criminis, & læsæ majestatis, accusabitur: & convictus, sive confessus, capitali sententiâ à rectoribus provinciæ ferietur. *Caus.17.quæst.4.c.29.* Quod decretum hac occasione conditum, autores produnt. Molestum erat Romanis Pontificis imperium. Quare Consules & Senatores, qui antiquo more eam Urbem regerent, & civilibus negotiis præessent, à Republica Romanâ creantur. Pontifex, abreptâ sibi civili rerum administratione, suam suorumque Sacerdotum licentiam & potestatem periclitatum iri persentiscens; ut in tuto cum suis esset: anathemate cavere voluit, ne clericis laici ægrè facerent. *Platina, Stella, Robertus Barns.*

Moniales propria habitacula habere vetuit. Perniciosum inquit, & detestabilem consuetudinem quarundam mulierum (quæ, licèt neque secundùm regulam beati Benedicti, neque Basilii aut Augustini, vivant; sanctimoniales tamen vulgò censeri desiderant) aboleri decernimus. Cùm enim, juxta regulam sancti Benedicti, degentes in cœnobiis, tam in ecclesiâ, quàm refectorio atque dormitorio, communiter esse debeant: propria sibi ædificant receptacula,

& p[ri]vata

[illegible] nones & [illegible] more . [illegible] Quis ergo [illegible] qui inal [illegible] pl[illegible] ndixe [illegible] orum [illegible] ère [illegible] os jnditis cuncta-e [illegible] nestum detestandumque flagi [illegible] omninò prohibemus & [illegible] mus. Simili modo prohibemus, ne Sanctimoniales simul [illegible] Canonicis & Monachis, in ecclesiâ, in uno choro, conveniant ad psallendum. *Cauf. 18. q. 2. c. 26.*

Præcipimus etiam, ne conductitiis presbyteris ecclesia committatur: sed unaquæque ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem. *Cauf. 21. q. 2. c. 5.*

Usum balistarum contra Christianos interdixit.

Sacra celebrans, in qualibet Missâ communicet. Papa verò Missam [illegible] edens [illegible] & cunctis cernentibus, Eucharistiam a Diacono accipiat. *Gigas.*

¶ Obiit, anno pontificatûs sui 14. mense 7. die 13. *juxta Platinam & [illegible] bedelium. Gigas* annos habet 13. & menses 7. Anno 1143. *Sigebertus.* Cadaver ejus, labro marmoreo, in basilicâ Constantianâ sepultum est. *Onuphrius.*

ANACLETUS ANTIPAPA.

Dum in [illegible] nculis à Rugerio Siculo detinetur Innocentius [illegible] tioliq [illegible] lam Petrum, Romanum Patricium, & S. Mariæ trans [illegible] in Cardinalem, substitutum, & Anacletum II. appellant: qui pontificatum, Innocentio, postquam liberatus esset, incertâ sede vagante, & Regum opé, ut restituatur, anxiè implorante, interim obtinuit. Quin & factione se muniit. Nam, præterquàm quòd Innocentio faventes quoscunque Romæ cognoscere licuit, suis partibus (pecuniâ scilicet interveniente) adjunxit, Rogerium etiam illum, quem diximus, utriusque Siciliæ Regem appellavit; cunctosque suæ ditionis episcopos & abbates, ipsi parere jussit: ut illius auxilio stipatus, tutior in omnibus esset. *Chronicon Casinense,* Sylvius.* At cùm Innocentius per Lotharium restitueretur, nusquam apparuit Anacletus. *Simoneta, Rob. Barns.* Inter hasce turbas ipsum exspirâsse, & clam sepultum, scribit *Sylvius in Blondi Decades.** A Deo percussum, ann. 1138. testatur *Sigeberti Continuator.* Idem *Autor vitæ Bernhardi** affirmat. Pontificium nomen annis 7. mensibus 9. diebus [illegible] quibus septem Cardinalium ordinationes fecit, tenuit. *Onuphrius.*

VICTOR ANTIPAPA.

Anacleto Antipapæ, à suâ factione, Gregorius quidam Cardinalis surrogatur, & Victor dicitur. At Innocentius, ut erat callidus & versutus, cùm apertâ vi nihil valeret; filios Petri Leonis, eorumque complices, multorum profusione talentorum, in suas attraxit partes. Sicq; reliqua Cardinalium turba, quæ Victorem elegerat, seculari brachio destituta, ad pedes Innocentii projecta, veniam petiit: eâ priùs a Pontifice acceptâ conditione, salvas ipsis suas deinceps fore dignitates, proventusque. Tandem & Gregorius Pontifici, post menses duos, se dedit. *Chronicon Casinense.* Sylvius, Onuphrius.*

CELESTINUS II.

Secundo statim post Innocentii decessum die, Guido Castellanus Typhernas Tuscus, sede Romanâ potitus, Celestini II. nomen assumsit. Solùm is, Maximini monachis apud Trevirenses Sigerum dedisse abbatem, *in Mariani Scoti appendice* scribitur. Curriculum ejus fuit brevissimum: peste enim, post menses 5. & dies 13. extinctus est. *Sigeberti Continuator. Martinus Polonus.* Anno 1144. *Vincentius.**

LUCIUS II.

Gerardus quidam, Romanæ Ecclesiæ Cancellarius, (ut *Sigeberti Continuator & Vincentius* annotant) patriâ Bononiensis, & sanctæ Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis, post C[illegible]num, tempore pestilentissimo, Romanam pestilentia cathedram gubernandam accepit; ac Lucius dictus est. Hunc *Frisingensis,** ob religionis studium, & literarum scientiam, illustrem [illegible].

[illegible] jus [illegible] m, [illegible] & dam [illegible]

¶ [illegible] Antichr[illegible] ec [illegible] ecen[illegible]

[illegible] d nales erea [illegible] 4

S. C[illegible] tem [illegible] frauda[illegible]

M[illegible] pecuniâ [illegible]

Armaque [illegible] Innocentio P[illegible] gare, ferroque [illegible] Senatores, quos instituerant Romani [illegible] gnant, cui [illegible] tanquam Pr[illegible] præterea om[illegible] tam intra, quam extra [illegible] tia, ad jus [illegible] decim[illegible] contentum [illegible] hi [illegible] Conradi Imp[illegible] plorat. Ven[illegible] Pontifici non [illegible] *Ottho Frisingensis.** At [illegible] bellitorum tenaturus, collecto [illegible] manum, in Capitolio congr[illegible] nititur. [illegible] nonem delectos Populus ad arma [illegible] Capitolium oppugnans, adeò lapidibus cont[illegible] ut paulò post mo[illegible]. *Nauclerus, Sigeberti Continuator.* [illegible] *Fasciculus temporum* habet: postquam menses [illegible] dies 4. præfuisset. *Martinus Polonus.* Anno 1145. *Sigeberti Continuator.* Menses 9. *Raynulphus** habet.

EUGENIUS III.

Lucio è vivis exempto cùm Cardinales suis rebus quorum [illegible] erant turbulenti max[illegible] venientem ex suo [illegible] tortio habet non posse [illegible] dverterent: communi suffragio Bernhardum Pisanum, sancti Anastasii abbatem, Bernhardi illius Claravallensis celeberrimi abbatis quondam discipulum, unà linguæ [illegible] præpollentem, pontificem creant, at Eugenium [illegible]. *Platina.* Fam autem animis suis de hoc Pontifice spé conceperant; quòd facile civium conatus illos, quibus pontificium jugum, Senatorii ordinis restitutione, excusserant, inhibere posset, Bernhardo nimirum præceptore, ex quo universi penè orbis Christiani Principes [illegible] (*ut in Fasciculo temporum scribitur*) pendebant, a [illegible] tribus stante: qui [illegible] consiliisque nunquam ipsi [illegible] futurum esset. Nec eos prorsus fefellit opinio. [illegible] bundi, quòd sui magis [illegible] electionem ratam [illegible] ebat, Româ, cum Cardinalium turbâ, excessit [illegible] te apud Sabinos cœnobium; ubi & consecratus est: tamen excommunicationis [illegible] & Tiburtino [illegible] petere eos coëgit: eamque [illegible] lege ipsis con[illegible] abrogatâ Patriciatûs dignitate, suum Præfectum [illegible] restituerent loco, & deinceps Senatores, non nisi ex Pontificis arbitrio eligerent. Pace in hunc modum facta in Urbem regressus, ad clavum naviculæ Pseudo-pet[illegible] sedit, ac Majorum exemplo suum [illegible] obiit. *Ottho Frisingensis.**

Exstat ejus Epistola *apud Otthonem Frisingensem* [illegible] quâ Cunradum Imperatorem [illegible] ob [illegible] râ sacrâ int[illegible] iciter gestas, ad [illegible] turbam & [illegible] stem.

Alia itèm ad quosdam Episcopos: [illegible] mannum. Citentem epi[illegible] pum [illegible] tru[illegible] præter cleri voluntatem [illegible] *Ibidem.**

A[illegible] rane[illegible] rum Regem L[illegible] æ pr[illegible] s, ad inscipientiam [illegible] pedite [illegible] Stam [illegible] nulat. *Ibidem.**

¶ Remis conc[illegible] ium [illegible] Porretanum. Pictavorum [illegible] Trinitati unitate, & [illegible] dicitur. *Antoninus.*

* lib. 4. c. 99.

* lib. 5.

* lib. 2. c. 7.

* lib. 4. c. 131.

* lib. 27. c. 8.

* lib. 7. c. 27.

* lib. 7. c. 31.

* lib. 7. c. 19.

* lib. 7. c. 31. & [illegible] Frideric. I.

* lib. 2. c. [illegible]

* lib. 1. c. 35.

A

[illegible] tamen [illegible] etiam Anti[illegible] maximè convenientia, cum antecessoribus communia, præstitit.

Cardinales Episcopos 2. Presbyteros 11. & Diaconos 10. creavit. *Onuphrius.*

Heinricum II. Imperatorem in Divorum numerum retulit, anno 1146. *Gigas*

Baalismum etiam juvit. Nam porticum S. Mariæ ad præsepe, vel exstruxit, vel reparavit: ut ex inscriptione apparet. *Platina.* Et Norvegos per Adrianum, tùm Cardinalem, ad pontificiam religionem adduxit. *Balæus*

Gilbertinorum, novam Monachorum sectam, apud Anglos in lucem editam, pontificiâ autoritate approbavit, & ratam haberi voluit. *Balæus.*

Utroque gladio armatus, suos hostes petiit. Nam excommunicatione, & Tiburtino milite sibi adjuncto, Romanos expugnavit; suamque sedem recepit. Sed cùm dolum subesse persentisceret, insidiasque metueret; iterum urbe cum suis Tibur navigio excessit: quem Romani sagittis insecuti sunt. Postea in Galliam profectus, ad Regem se contulit; ipsumque cruce munitum, (*ut Stella ait*) adversùs Turcos cum aliis incitavit. Misso etiam Francofordiâ Bernhardo, Clarevallensi abbate, ad comitia, Principes de eâdem re solicitat: *ut Aventinus indicat.* Dehinc, regiis stipatus copiis, Romam rediit: ubi à civibus, terrore quodã perculsis, magno cum honore excipitur. Receptis autem, Tarracinâ, Sitiâ, Norbâ, ac Fumonis arce, quæ loca ab hostibus occupata fuerant; cùm recreandi gratiâ Tibur conscenderet, ibidem extinctus est: pontificatùs sui anno 8. mẽse 4. die 20. Exuviæ ejus Romam delatæ, in basilicâ Petro sacrâ conduntur. *Platina, Johannes Stella.* Anno 1153. *juxta Sigeberti Continuatorem.*

ANASTASIUS IV.

Romanus, qui (*ut Onuphrius annotat*) Cunradus ante pontificatum dictus fuit, homo veteranus, & in Romanæ curiæ consuetudine exercitatus: *teste Frisingensi de gestis Friderici.** Ex abbate S. Rufi, diœcesis Veliternæ, Cardinalis; ex Cardinale Pontifex, post Eugenii obitum, creatus est. Valdè autem à *Stellâ, Platinâ, Simonetâ*, aliisque commendatur: quòd famis tempore, quâ tum ferè Europa tùm cõflictabatur, egenis, etiam extra Romanæ urbis mœnia degentibus, largissimè suppetias tulerit. Præterea nihil literis memoriâque dignum gessit: nisi quòd Lateranensi ecclesiæ calicem, pondo viginti marcarum, aliaque munera dederit; & S. Mariæ fabricam exstruxerit. *Martinus Polonus, Sabellicus.* Guicmannum Magdeburgensem pallio donavit. *Frising.** Cæterùm, ad ecclesiæ dignitatem, & urbis ornatum augendum, animum omnino adjecerat: sed mors immatura eum prævenit. Obiit enim, anno pontificatùs sui 1. mense 4. die 24. Sepultus est in Lateranensi basilicâ, conchâ porphyreticâ. *Platina. Sabellicus, Martinus Polonus, Bergomensis.* Anno 1154. *juxta Sigeberti Continuatorem.*

[margin: *l.1.c.10.* — *lib.2.c.10*]

HADRIANUS IV.

Nicolaus Breckspeare Anglus, Roberti cujusdam monachi & sacerdoris ex scorto domestico filius, cùm pubertatis annos attigisset, à Ricardo, S. Albani abbate, in monachorum cœtum cooptari rogavit. Verùm, fortè quòd nothus & indoctus esset, repulsam patitur. Lutetiam itaq; studiorum gratiâ profectus, haud-segniter literis operam navavit. Tandem in cœnobio S. Rufi, prope Valentiam Galliæ civitatem, monachum induit; ac (*ut Onuphrius autor est*) abbatis partes aliquantò pòst accepit: *ut ex Lelando Balæus annotat.* Cęterùm, cùm ob sui cœnobii negotia Romam venisset: adeò ejus prudentiam, monasticam pietatẽ, eruditionem, & linguæ facundiam, quâ in-primis (*ut Stella innuit*) excellebat, Eugenius admiratus est, ut ultrò inter Cardinales ei locum daret. A quo etiam ad Norvegos ire jussus est; ut pontificiam eos doceret religionem. [illegible] provinciâ cum laude administratâ, Romam rediit: Romanamque [illegible]edem [illegible] cunctorum Cardinalium suffragio, post Anastasii obitum, promeruit; ac, mutato nomine, Hadrianus dici voluit. *Gulielmus Neubrigensis.**

[margin: *l.2.c.6.*]

Scripsit [illegible] Ponti[illegible]x (*ut Balæus annotat*) *ad Heinricum II. Anglorum Regem, pro expeditione Hiberniæ*, epistolam 1.

Ad Petrum Pontiniacum, lib.
De suâ Legatione, lib.
Homilias quasdam, lib.
Decretales epistolas, lib.

Veri pastoris officia, in hoc amplissimo munere, ab ipso præstita, nulla ferè apud Autores reperire licet: nisi quòd duabus ordinationibus, Martio & Decembri mensibus factis, 22. Cardinales creârit: *juxta Onuphrium.* Sed ut Antichristi legatum & mancipium strenuè se gessit. Nam, licèt in familiari colloquio, cum Johanne Saresburiensi Anglo, & veteri amico, hasce solitus sit hypocrita maximus proferre sententias: (*Antonino ex Helinando referente*) Ambire pontificatum, est Romulo succedere in parricidiis; non Petro in pascendis ovibus. Nunquam enim ea sedes acquiritur sinè fraterno sanguine. Nullus mortalium Romano Pontifice miserior; nec ulla hominum conditio calamitosior, quàm ejus est. Nam sedes spinosa, aculeis ac stimulis ubique septa. Corona verò ignea, crudelis, atque ardens ut infernus. &c. Pontificiam tamen dignitatem, manibus pedibusque stabilire conatus est. Eam verò, cùm nec jure, nec ferro, contra cives Romanos, tueri valeret: excommunicatione, majorum exemplo, eos terruit. Cùm enim jam consecrandus esset: Lateranum ingredi noluit; nisi priùs Arnoldus, Brixianus episcopus, quẽ Hæreticum nominabat, ejiceretur: qui quidem Romanis autor fuerat, ut amissam libertatem eligendi magistratûs, & administrandæ urbis, repeterent. Inter vulgus itaque, quod petitioni Pontificis iniquissimæ obsistebat, ad arma cõclamatum est: & sub hisce moribus, Cardinalis quidam vulnus accepit. Pontifex, excommunicationis fulmine, quo monarchas Mundi domare consueverant Diaboli illi vicarii, nihil-non impetravit. Arnoldus dejicitur: arma deponuntur: Consules magistratu se abdicant: Hadrianus solus, Cardinalium manipulo, rerum summâ potitur.

Tandem, anno quinto ... & familiâ, ac magno civium numero, in ... terræ-motu absorbetur. Galam.*

JOHANNES NEAPOLITANUS.

AD Rolandum defert munus pontificium & insignia voluit. *Frisingensis de gestis Friderici.**

XI. RAVENNATENSES.

GEBERTUS.

EPiscopus Ravennæ fuit: cujus subditis Paschalis mandavit, ne ipsi debitam præstarent obedientiam; hoc decretum faciens ... uardę, anno saluti ... 01. *Sebastianus Franck.**

ANSELMUS.

Ravennæ episcopus, in castris ante Mediolanum obiit, anno 115 . *Frisingensis.**

GUIDO.

Filius Comitis Guidonis Blanderatensis, adhuc juvenis præficitur, à Friderico, Ravennatensi ecclesiæ: sed hanc electionem irritam habuit Adrianus IV. *Frisingensis.**

AEGIDIUS MUTINENSIS.

A Lucio III. in Poloniam missus, ut eò deos alienos portaret; reliquias scilicet cujusdam Floriani martyris. *Cromerus.**

GERARDUS BONONIENSIS.

CLaruit circa annum Domini 1160. amicus Alexandri III. ad quem de suâ electione copiosè scribit. *Frisingensis.**

XII. CREMONENSES.

GUIDO.

OCtavianum successorem Adriani IV. constituendum esse, censuit. *Frisingensis.**

JOHANNES.

Cremonensis Presbyter & Historicus, descripsit bellum Mediolanense, cum Friderico Imperatore, suo tempore gestum. *Ursperg.*

BRUNO SIGNINUS.

LIgur natione, ex illustri Astensium familiâ oriundus, cùm liberalibus studiis ab ineunte ætate, honestisque moribus, imbutus esset: ex Canonico Signensis fit episcopus, suasu Victoris II. Papæ, & Satanæ quâdam illusione. Nam ipsi, oblatum munus obire detrectanti, noctu Satan virgineo habitu, fulgenteque facie, se-se conspiciendum præbuit; dicens, se sponsam ipsius esse, quam fugeret: atque porrò hortatur, ut illud munus capesseret. *Chronicon Casinense.** Posthæc, contra suorum ac Romani Pontificis voluntatem, factus est monachus Casinensis. Episcopatum enim omninò existimabat esse deserendum illi, qui ad sinistram Christi statui nolit; semper in ore habens: *Principes fuerunt, & non cognovi: Duces exstiterunt, & non per spiritum meum.* At monachum induere, vocabat Mundum deserere, atque Christo duce in portum tranquillum devenire. Hunc Papa, per Legatos, graviter quidem monuit, ne suum gregem turpiter desereret: se enim ejus operâ in causis ecclesiasticis uti posse. adjectâ acri increpatione, quòd sine suo permissu talia facere ausus fuisset. Ille Legatis nihil aliud respondit; quàm vovisse se tale quid: meliusque esse, non-vovere; quàm vovere, & non-reddere. Tandem Oderisius offensum Papæ animum precando sedat, ita ut in ejus fugam consentiret.

In Gallias, una cum Boamundo quodam ... Paschali missus est: ut ejus loco cuidam Synodo præsideret, anno ... 9. Isthinc reversus Orthoni, Casinensi abbati qui rebus humanis jam valedixerat, ... substituitur: ejusque electio rata habetur in Romanâ curia.

Sacræ scripturæ ... os aliquot enarravit: ut *Quinque libros Mosis, Psalterium, Esajam, Cantica canticorum, Librum Judicum, Apocalypsin.*

Sermones ... de totius anni festivitatibus, & diebus dominicis ... *Homilias* ver... compos...t.

Sub cucul... monasti... & mi... latuit. Nam Aquinenses ... omites, occupantes quædam monasterii castella & oppida, nec r... dere ... nte ... lentes, excommunicavit primùm; deinde, ass... aus... um Roberto, ... incipe Capuano, armis eos ad restitutionem ... S... dium militiæ Roberto dedit, ... libras. *Chronicon ...nense.**

Pa...halem exoravit: ut Capuæ templum in h... Benedicti dedicaret & aliquid de ejusdem vestitu ... i recondetet. Ipse etiam quoddam sacellum, rogatu ... thonis antecessoris, in S. Angeli honorem, consecr... episcopali dignitate insignitus esset.

Mulieri cuidam obsessæ aquam, quâ manus antea lavisset, bibendam præbuit, oratione præmissâ: quæ ... otinus liberata fuit. (Sed quis à magi... hoc factum vindicabit?

Idem denique privilegium datum Heinrico V. damnavit; minimeque esse servandum, imò ipsum etiam Imperatorem excommunicandum, censuit, suasitque. Ac ... ùm aliquantò duriùs, contra superbum illum Paschalem, locutus fuisset in damnatione privilegii ... quod hæresi non carere diceret: omni pontificis ex id... e gratiâ, ac licèt pro eâ recuperandâ, multùm sudaret Abba... tamen malevolis frigidam suffundentibus, laterem lavit. Tandem captatâ opportunitate, ipsum Pontificem adit, eumque tal... oratione compellat: *Inimici mei dicunt tibi, quia non te diligo, & malè de te obloquuti: sed mentiuntur. Ego enim sic te diligo, ut patrem & dominum meum: neminemque alium, te vivente volo habere pontificem; sicuti cum multis aliis tibi promisi. Audio tamen Salvatorem meum, dicentem mihi:** Qui amat patrem plùs, quàm me; non est me dignus. *Unde & Apostolus:** Si quis (*inquit*) non diligit dominum Jesum; anathema sit. *Debeo igitur diligere te: sed plùs illum diligere debeo, qui & te fecit, & me. Huic enim tanto amori nihil unquam præferendum est. Foedus autem illud adeo foedum, tam violentum, tam cum proditione factum, tam omnc pietati religionique contrarium, ego non laudo. Quis enim illud laudet, in quo violatur fides, Ecclesiæ libertas amittitur, sacerdotium tollitur, unicum & singulare Ecclesiæ ostium clauditur, multa ostia aperiuntur; per quæ qui intrat, fur est & latro? Habemus Canones, habemus sanctorum Patrum constitutiones, ab Apostolorum temporibus ad te usque perductas. Viâ regiâ incedendum est; neque ab eâ in aliquam partem declinandum. Apostoli illos omnes damnant, & à fidelium communione sejungunt; qui per secularem potestatem ecclesiam obtinent. Laici enim, quamlibet religiosi sint, nullam tamen disponenda Ecclesiæ facultatem sunt consecuti. Hæc enim Apostolorum constitutio sancta est: cui qui contradicit, catholicus non est. Omnis autem, qui hæresin tuetur, hæreticus est. Nemo hanc non esse hæresin dicere potest, quam sancta & apostolica Ecclesia, in multis conciliis, hæresin nominat, & cum suis autoribus damnat.* Hac oratione commotus Pontifex, omninò eum removendum censuit à monasterii administratione; datis ad ipsum & ad Casinensem coetum literis, illum abbatiâ cedere jussit; hos verò ab obedientiâ præstandâ absolvit.

Tandem ad Signensem sedem reversus est Bruno; cum quidem abbas fuisset annis 2. mensibus 10. Ubi etiam mortuus est; & in templo B. Virginis sepultus. Post mortem edere miracula dicitur. *Chron. Cas.**

XIII. CAPUANI.

SENNE.

CApuanus archiepiscopus, ob violatum S. Angeli sacellum, & de abreptis indè ex altari ossibus religiosis, in Romanâ synodo accusatus, & culpam agnovit, & emendationem pollicitus est. *Chron. Casinense.** Idem & Beneventanæ synodo interfuit.

OTTHO.

Qui circiter annum Domini 1121. præfuit, litem movit Casinensibus monachis coram Calixto II. quòd diceret, suam dioecesin tribus ecclesiis ab illis spoliatam; S. Benedicti, S. Angeli, & S. Rufi: atque ablata restitui postulavit. Sed post vehementem concertationem, adjudicatæ sunt ... æ Casinensi abbati. *Chron. Casinense.**

Eum Calixtus II. per literas monuit; ut suorum clericorum temeritatem coërceret: qui ausi fuissent, monacho defuncto & ad sepulcrum jam perferendo, habitum, quo indutus erat, exsuere, & omnibus calcandum in plateis objicere. *Ibid.**

MAURITIUS & PETRUS, Portuenses.

Mauritius Portuensis episcopus fuit, *teste Platinâ in vitâ Paschalis II.* Et Petrus, ejusdem loci præsul, partes Petri Leonis sectatus est. *In vitâ Bernhardi.**

ALBERTUS ALATRINUS.

Prædixit, Paschalem II. post Urbanum, Romanæ sedi præfectum iri, propter fidem & constantiam: itemq; quamdiu in pontificatu victurus esset. *Platina.*

XIV. LUCENSES.

ANSELMUS.

Natione Mantuanus, Lucensis episcopus, doctus & religiosus, claruit año 1125. Ejus operâ, atq; impensis Mathildis, cujus confessor fuit, cœnobium Benedictinum, in agro Mantuano, inchoatum absolvitur. Quædam etiam composuit præclara opuscula. Mortuus, in eodem monasterio primùm sepultus est; postea Mantuam translatus ad cathedralem ecclesiam. *Schedelius,** *Bergomensis.**

LAVICANUS.

Ejus *Chronicon Casinense** facit mentionem: quòd orationem primam dederit, more solito, super Imperatorem Heinricum V. cùm Paschalis II. Papa ipsum Romæ designaret Imperatorem.

RICARDUS SYRACUSANUS.

Natione Bryto, Sacerdos & Doctor Theologiæ, doctus, prudens & sapiens, claruit anno 1180. Ejus fidei Heinricus II. Anglorum Rex, commisit Filiam Johãnam: ut eam ad Guilhelmum, utriusque Siciliæ Regem, adduceret. Laboris pretium, consecutus est Syracusanum episcopatum: ubi tandem diem clausit extremum. *Balæus.**

SYRUS GENUENSIS.

Genuensium præsul. vir bonus & literatus, primus archiepiscopus constituitur ab Innocentio II. anno 1133. qui et tres episcopatus insulæ Corsicæ subjecit. Præfuit postea 20. annis. *Bergomensis.**

XV. CAJETANI.

JOHANNES.

Reclamat suffragiis Pontificis Paschalis, & reliqui conventûs; quasi contra fas & æquum pacem exsuere, fedus dissolvere. pactum prævaricari, Christianam religionem discindere velint, deficiendo à Germanis ad Græcos. Idem cum ipso facit Hugo, Cluniacensis antistes. *Aventinus.**

RICHARDUS.

Monachus Casinensis, Cajetanus constituitur pontifex, circiter annum 1118. *Chron. Cass.** Is de pace egit cum Lotharii inimicis, invito abbate Senioreto. *Ibid.**

PANDULPHUS TEANENSIS.

Casinensis monachus, simul Teanensi præfuit episcopatui, circirer annum 1122. Eum hortatus est Calixtus II. ut Rahonem moneret restitutionis eorum, quæ Casinensibus vi abstulerat: & ni parêret, ut excommunicationis sententiam in illum promulgaret. *Chron. Cass.**

XVI. SABINENSES.

CUNRADUS.

Ab Innocentio II. relinquitur vicarius Romæ; cùm is Pisas una cum suâ factione iret. *Chron. Cass.**

GREGORIUS.

Ejusdem sedis episcopus, interfuit consecrationi Alexandri III. *Frisingensis.**

XVII. PISANI.

HUMBERTUS.

Archiepiscopus Pisanus, & Legatus Romanæ sedis, quædam dedit & privilegio confirmavit, Casinensi monasterio. *Chron. Cass.**

GUIDO.

Ibidem Archiepiscopus, Cardinalis & Cancellarius Romanæ curiæ ab Innocentio II. missus Mediolanum est: ut ibi schisma, ab Anacleto antipapâ excitatum, componeret. *In vita Bernhardi.** Missus etiam est à Senatu Populoque Romano Legatus, ad Cunradum III. pro impetrandâ revocatione antiquorum privilegiorum. *Otto Frisingensis de gestis Frederici.**

GUALA, & ROBERTUS.

Guala Reginus, & Robertus Parisiensis, episcopi, suaserunt Paschali II. ut privilegium Imperatori datum violaret; atque eum excommunicaret. *Chron. Cass.**

XIIX. TERRACINENSES.

Benedictus, Terracinensis episcopus, dedicavit ecclesiam S. Stephani: ac obiit circiter annum Domini 1113.

Ei successor constitutus est, à Paschali II. Gregorius, monachus Casinensis, vir doctus. *Chron. Casinense.**

ROBERTUS AVERSANUS.

Casinẽsis monachis litem movit coram Paschali II. de ecclesiâ S. Agathæ in Aversâ. Cumque multo tempore illa res extraheretur; ita ut omnes caperet tædium: suâ sponte eam concessit Monachis perpetuò possidendam. *Chron. Casinense.**

BENEDICTUS FUNDANUS.

Qui Casinensis olim fuerat monachus, propter pecuniæ summam, quæ incerta erat, cum Girardo Casinensi abbate contendit. Tandem illi convenerunt: ut huic episcopo, monasterii S. Nicolai in Picâ reditus, suæ vitæ tempore cederent; quos alioquin Monachi capiebant. Is etiam ecclesiam S. Onofrii a Fundanis acquisivit, cum omnibus iuribus & possessionibus: quam postea diruit, quòd latronum incursibus patêret, & in editiore loco monasterium, in honorem ejusdem Sancti Onufrii, construxit; atq; dimidiâ parte mobilium bonorum ex S. Nicolai monasterio translata, sedecim otiosos ventres ibi aluit. Eodem modo, in Alifano solo, ecclesiam beatæ Mariæ in Cinglâ diruit, & de integro novam splendide & magnificè exstruxit. Itèm cum Grimaldo Aquinense terras quasdam commutavit. *Chron. Cass.**

DE GALLICANIS *Episcopis & Doctoribus.*

I. CARNOTENSES.

GAUFREDUS.

Gaufredum Carnotensem Bernhardus sibi adjunxit socium, in componendo schismate, quod Anacletus antipapa excitaverat Mediolani. *In vitâ Bernhardi.**

VILBERTUS.

Theologiæ Doctor ingeniosus, disertus, honestus, ejusdem sedis antistes fuit, sub annum 1135. Coluit is deos alienos. Nam beatæ Mariæ admodum exstitit devotus.

Scripsit *Libellum de dicto, Non auferetur sceptrum de Judâ.*

Contra Judæos,	lib. 1.
De Nativitate S. Mariæ,	lib. 1.
Sermones varios,	lib. 1.

Et quædam alia. *Bergomensis,** & *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

JOHANNES, & REGINALDUS.

Johannes Sarisburiensis, insignis Græcus & Latinus, ità ut utramque linguam in Angliâ pristinæ puritati restitueret, floruit circiter annum 1140. & deinceps. Is ubi celebriores Scholas Gallorum, Italorum, Apulorum, frequentâsset; in Angliam revertitur: ibique Theobaldo, Cantuariensi archiepiscopo, admodum charus fuit. Thomam in exilium comitatus est; cui solitus est petulantiam in Regem objicere. Tandem fit Carnotensis episcopus, anno Domini 1176.

Catalogus librorum, quos edidit, hic est:

Policraticon,	lib. 8.
Mythologicon,	lib. 4.
Entheticon,	lib. 1.
In Paulum ad Romanos,	lib. 1.
Ad Corinthios,	lib. 2.

Ad Galatas, lib. I.
Ad Ephesios, lib. I.
Ad Philippenses, lib. I.
Ad Thessalonicenses, lib. 2.
Ad Timotheum, lib. 2.
Ad Titum, lib. I.
Ad Philemonem, lib. I.
Ad Hebraos, lib. I.
De Statu Romana curia, lib. I.
Vitam Anselmi archiepiscopi, lib. I.
Vitam Thoma archiepiscopi, lib. I.
Pœnitentiale opus, lib. I.
Enthetticon metricum, lib. I.
De Membris conspirantibus, lib. I.
Epistolas familiares, lib. I.
De Mathematicâ duplici, lib. I.
De Musicâ autem, lib. I.
Speculum rationis, lib. I.
Super Speculo Nigelli, lib. I.
De malo Tyrannorum exitu, lib. I.
Hermeneuticon, lib. I.
Sermones elegantes, lib. I.
Diversi generis Carmina, lib. I.

Et alia adhuc plura.

Sceleratam cleri vitam graviter detestatus est. Romanorum Pontificum, in condendis novis traditionibus, licentiam magno animo reprehendit. Obiit anno 1182. cùm 6. annis suo episcopatui præfuisset. *Balæus*,* *Schedelius*,† *Bergomensis*.*

* Cent. 3. cap. 1. † Æt. 6. * lib. 12.

¶ Eodem anno & REGINALDUS, ejusdem loci episcopus, obiit. *Contin. Sigeb.*

PETRUS, & RAINALDUS.

Petrus, abbas S. Remigii apud Remenses, successit Reginaldo. Quo decedente, Rainaldus de Moucon, thesaurarius S. Martini Turonensis, nepos Comitis Theobaldi, ad eam functionem conscendit. *Idem.*

II. PARISIENSES.

THEOBALDUS.

Parisiensis episcopus, obiit anno 1159. *Continuator Sigeberti.*

PETRUS LONGOBARDUS.

Ex Scholastico fit Episcopus Parisiensis, consentiente Philippo, ejus ecclesiæ Diacono, Regis Francorum fratre, *secundum Sigeberti Continuatorem*; anno 1160.

Nonnulla conscripsit, quæ ad posteritatem transmisit: in quorum numero sunt *Libri 4. Sententiarum*, passim ex Patribus collecti; quos parturiit anno 1170. *juxta Biblianderum in Chronologiâ. Johannes de Oppido*, rejicit ad tempora Anastasii IV. ad annum 1154. hanc editionem. Scripsit &
In totum Psalterium, lib. I.
In omnes Epistolas Pauli, lib. 14.
Sermones varios, lib. I.

Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis, & *Vincentius*.*

* Lib. c. s.

Papatum egregiè confirmavit. Et Thomas Cantuariensis ejus operâ usus est ad Regem. *Catal. testium veritatis.*

MAURITIUS & ODDO.

Mauritius Parisiensis episcopus, obiit anno 1196. Is quatuor abbatias fundavit, & de proprio sumtus sufficientes otiosis ventribus est largitus.

Cui Oddo Soliacensis, frater Heinrici, archiepiscopi Bituricensis, succedit. *Antoninus*.*

* Tit. 17. c. 9 § 29.

THEOBALDUS.

Parisiensis episcopus præfuit circa annum Christi 1180. Is per epistolam [illegible] fuerat Petrum Cluniacensem, propter qu[illegible] dam [illegible]luniacensium monachorum ex hac vita discessum. *Lib. 5. epist. Petri Cluniacensis.*

[illegible]MON T[illegible]NRVAIUS.

Pat[illegible] Corn[illegible] pres[illegible]ter Anglus, relictâ patriâ, Lutetiam Parisiorum co[illegible] ubi multis annis Theologoru[illegible] [illegible] um ue Dialecticus acutissimus, & in A[illegible] [illegible] te [illegible] esset in [illegible]minâ apud plerosq[illegible] S[illegible] ód in Moysen [illegible]

C[illegible] [illegible]itum plurimas evomeret blasphemias, [illegible] privatur; tantùm mugitum, humanæ locutionis [illegible] dens: pœnas, & arrogantiæ insignis, & blasphemiarum [illegible] ens. *Polydorus*.*

*Matthæus Parisius** refert, ipsum jactâsse, se totam Christi legem, & improbando posse eam annihilare: ac recentè ita rudem effectum; ut nec orationem pronuntiare, nec alphabetû legere posset. Scripta, quæ edidit, sunt hæc:

* lib. 13. * Lib 7.

Summa Theologia, lib. I.
Institutiones divina pagina, lib. I.
Sententiarum quæstiones, lib. 4.
Quæstiones quædam, lib. 3.
Alia quæstiones, lib. I.
In Symbolum Athanasii, lib. I.
In Boethium de Trinitate, lib. I.
De Rerum natura, lib. I.
De Christianâ doctrinâ, lib. I.
Lecturæ scholastica, lib. I.

Et alia quædam.

Obmutuit, elinguis factus, anno 12[illegible]1. *Balæus*.*

* Cent. 3. cap. 41.

ADAM.

Adam de Parvo ponte, Parisiensis ecclesiæ Canonicus & Magister, coram Eugenio III. testatus est de erroribus Gilberti; quos ex ore ipsius audivisse retulit. *Frisingensis de gestis Friderici*.*

* lib. 1. c. 52.

III. LUGDUNENSES.

PETRUS.

Natione Burgundio, Lugdunensis archiepiscopus, ab Innocentio in Syriam missus Legatus est: ut inter Antiochenum, ejusque clerum, transigeret. Hierosolymis, quò devotionis gratiâ excurrerat, reversus Ptolemaidem, hausto ibi veneno periit, circa annum 1140. *Tyrius*.*

* lib. 15. c. 15.

HERACLIUS.

Vesontione in verba Imperatoris Friderici jurat, anno 1156. postquam Adilâ conjuge repudiatâ, Beatricem, de genere Burgundionum, rursus duceret. *Aventinus*,* *Radevicus*.*

* lib. 6. * lib. 1. c. 11.

GUICARDUS.

Abbas Pontigniaci, fit Lugdunensis archiepiscopus, anno 1165. *Vincentius*.*

* lib. 29. c. 15

JOHANNES BELMETS.

Cùm à primâ ætate literas diligenter in Angliâ tractâsset, in Gallias & Italiam contendit, studiorum causâ. Is literatorum princeps eo tempore habitus e[illegible], & trium linguarum peritissimus. Hadriano IV. [illegible] familiaris extitit. In patriam reversus, primùm Eboracensis thesaurarius; deinde episcopus Pictaviensis constituitur. Tandem, cùm archiepiscopus Narbonensis electus esset; & pallii redimendi causâ Romam iret: Lugdunensem archiepiscopatum nactus, Galliarum primas fit, anno 1181. Scripta ab ipso edita, hæc recensentur:

Epistola 32 ad Thomam Becketum, lib. I.
Invectiva in eundem, lib. I.
Orationes elegantes, lib. I.
Historia, ut Lelandus habet, lib. I.

Atque multa alia.

Senex in Angliam reversus est, anno 1194. *Balæus*.*

* Cent. 3. cap. 2.

IV. REMENSES.

GERVASIUS.

Archiepiscopatus Remensis invasor, exturbatur, anno 1114. *Cont. Sigeberti.*

RADULPHUS.

Cognomento Viridis, successit Gervasio. Obiit anno 1124. *Cont. Sigeb.*

REGINALDUS.

Qui & Ramaldus à *Continuatore Sigeberti* dicitur, una cum Ludovico, Francorum Rege, Atrebatum [illegible]it, anno [illegible] [illegible]uteoram illo [illegible] eodoricus, Ellatiæ Comes se se sisteret. Quam citationem cùm sperneret [illegible] [illegible]atus mox [illegible]r alios episcopus aquâ & igni interdixit. *Chronicon Laudense*.*

* lib. 4.

Idem.

SAMSON, vel SANSON.

Carnotensis clericus, Remorum episcopus ... inter ... Comitem, & ... nec ... donec ... tensissent. Dedicavit ... anno ... Hainon ... monasterium in honorem ... & Pauli. Chronicon Flandriæ. ... pallium Eugenius Romanus ... quod ... Regem ... Bituricensi ecclesiâ coronavit ... ad Bituricensem pertinebat ... atque cereos quos ... restitueret ... Catal Bituricenf. ... familiaris fuit. Vita Bernh. Anno ... in vivis esse desiit.

HEINRICUS.

Regis Galliæ frater, episcopus Belvacensis, Samsoni successit, ac præfuit ad annum salutis ... Cont. Sigeberti.

GUILHELMUS.

Blesensis, frater Adalæ Reginæ Francorum, & Philippi Regis patruus, Senonum pontifex, successit Heinrico. ... nepotem ex sorore Philippum regio diademate insignivit, anno 1179.

Philippum, Flandriæ Comitem, gravem habuit adversarium: quod suasisset Elisabethæ, Reginæ Francorum, ejectionem ex domo.

Pacificator extitit inter utrosque Philippos, Galliæ Regem & Flandriæ Comitem. Transegit & inter Hanonienſem Balduinum, & Heinricum Campaniæ Comitem, anno 1187. Defuncto Philippo Flandro, conatus est omnem Flandriam ad se trahere, & Ludovicum in ejus possessionem introducere: nec non se Procuratorem Flandriæ prædicavit. Sed tandem etiam designatus est arbiter, in partitione Flandriæ. Interfuit coronationi Ingelburgæ, Francorum Reginæ, anno 1193. Chronicon Fland.

PETRUS.

Remensis clericus, claruit circa annum ... Is, inter sui temporis ... Iiteratos, ... tus est doctissimus, & in divinis, & profanis literis. Ad posteritatem hæc scripta transmisit:

De totâ Bibliâ.	lib. ...
De Grammatica.	lib. ...

Et alia quædam. Bergomensis.

ALBERICUS.

Remensis magister, una cum ... condemnavit Petrum Abailardum Sabellianæ hæreticos. Frisingensis de gestis Friderici.

HUGO VIENNENSIS.

Gratianopolitanus episcopus, admodum familiariter usus est D. Bernhardo. In vita Bernhardi.

Cultor fuit alienorum deorum. Quod hinc vel maxime patet, quòd ordinis Carthusiani primus inventor extitit ... quamvis Vincentius eum magnificè, à castitate, orationibus, veritate, dilectione in Proximum, humilitate, eleemosynis, profusis lacrymis, contemplatione, tolerantiâ ... commendat: tamen ... ad ... erit ... Gratianopo... H... ... Tandem ...

... et Ste... & Arvernorum ... Hirs...

V. BURDEGALENSES

G...

A... Contin... dator S...

Ean... tenuisse ... annum ... Malam.

VI. TURONENSES.

HILDEBERTUS.

Discipulus Berengarii ... Poëta ... Hildebertus Turonensis ... ratione ...

Super toto ... Missæ	lib. ... carmine.
De M... vita.	lib. ...
De suo Exsilio.	lib. 1
De ... alta ...	lib. 1
Epistolarum ad diversos.	lib. ...
Hymnorum & Orationum, diverso metro.	...
Expositionem super ... psalterio	lib. ...
Episcopium Berengarii ...	...

De urbe Romana ... :

Urbs ... si vel dominum urbs illa careret

Vel dominum esset turpe, careret ...

Cum Rott... C... cust... ejusque ... mento ad ... Rotro... postero die ... cundus fuit testis dies in ... conjectus est in carcere ... equis ac vel ... in eos, qui ... plum ... tradebant. Trithemius, item Bergomensis, referunt, in eam incidisse propterea ... defensor ecclesiasticæ libertatis ... Platina in vitâ ... Speculum Vincentii, Trithemius de scriptoribus ecclesiasticis, Bergomensis.

HUGO.

Turonensis ... um Domini 113... R... ... entium ... graviter ægrotare cœpit. ... raret ... dem monasticum ordinis C... accepit habitum. Verumpræter spem & expectationem convaluit iterum ... per legatos vehementer flagitare ... voluit, ... consensu Papæ. Potrus C... ensis.

Anno ... in vivis esse desiit ... opus, surrogatus: teste Sigeberti ...

JOCIUS.

Turonensis archiepiscopus ... ricum Angliæ, & Lu... ... circiter annum ...

BARTHOLOMÆUS.

Decanus Turon... ... Contin. Sigeberti.

VII. SENONENSES.

Sen... Ponti... Otto F... de gestis F...

[illegible]

Antissiodo[illegible] Archidiaconus [illegible] anno [illegible] juniorum conjugem [illegible]

Continuator [illegible]

IIX. B[illegible]VACENSES.

H[illegible]

L[illegible]Udo [illegible] manus qui mona[illegible] erat [illegible] creat[illegible] anno [illegible] ata. *Cont. Sigeb.*

A[illegible]vacensis [illegible] us [illegible] anno [illegible] *bedelim.*

[illegible]LIPPUS.

[illegible] omnus, fit Belvacensi[illegible]us, anno [illegible] *ebert.* Sacram protessus n[illegible] est anno [illegible] *Chr[illegible] landria.*

[illegible]. BITURICENSES.

[illegible]UGRINUS.

V[illegible] secundus, magis[illegible] autoritati, [illegible] copatui præficitur, anno [illegible]. Sectator partium Innocentii II. contra Anacletum atque sententiam excommunicationis in ipsum latam approbavit: eamq; ratam haberi ab aliis, suæ jurisdictioni in Aquitania subjectis, inprimis verò Burdegalensibus, præcepit.

Exstant ejus duæ Epistolæ: quarum una Præ[illegible]ibus, altera Burdegalensibus inscripta est: in quibus, nugator nugacissimus, plurima Scripturæ testimonia, perperam ad Romanam sedem detorquet.

Bona ecclesiæ Bituricensis auxit pro virili.

Altare majus cathedralis ecclesiæ, argento & auro plurimo ornavit.

Obiit anno 1136. VI. Idus Januarii, cùm annis 15. mensibus 8. præfuisset. Cui Albericus successit; qui non diu præfuit. *Catalogus Bituricensium.*

PETRUS DE CASTRA.

Oriundus ex castello Bituriæ, cui nomen est Castra, doctus & honestus, ab Innocentio II. contra Ludovici Regis voluntatem, successor constitutus est, & consecratus circa annum 1141. quæ Gallicanas ecclesias non parum turbavit. Romano Antichristo ita addictus fuit, ut [illegible] quam alius: quod nõ obscurè testatur quibusdam literis, ad ipsum perscriptis, Eugenius Pontifex; vocans ipsum specialem filium Romanæ ecclesiæ. Quam ob causam, non tantùm largè in ipsum distribuit hujus Mundi opes & quæ habuit, novo privilegio confirmavit: sed novis honoribus insuper auxit, usum veri Crucis dominicæ permittens, ut ipsi [illegible] præferretur. quo tamen antecessores etiam usos [illegible] constat.

Sacros ut vocant ordines Romæ suscepit.

Arces episcopales [illegible] ope [illegible] renovavit, & amplia[illegible]. Et[illegible] futura [illegible] tempora regii ministris, ad se bona [illegible] rapere: magno ære à Ludov[illegible] Gallorum Rege [illegible] ne tale quid in posterum accideret.

R[illegible] antecessores majorem etiam in modum auxit.

[illegible]nciones ad [illegible]pulum habu[illegible]: vitia in quibuslibe[illegible] ca[illegible], & ad [illegible]

[illegible] fuit [illegible] anno [illegible]

[illegible] Bituric[illegible] epitaphium:

[illegible]

HUBERTUS.

A[illegible] conus Bituricen[illegible] Verum, antequàm [illegible] us est ad suum populum. *Catalogus* [illegible]

HEN[illegible]

Henricus de Folerio, eligitur in [illegible] em anno 118[illegible] *Continuat*[illegible]

X. AMBIANEN[illegible]ES.

GUARINUS.

[illegible] circa annum 11[illegible] *Petrus [illegible]iacensis.*

[illegible]BERTUS

[illegible] episcopus levatio[illegible] [illegible] vit anno 116[illegible] Tarvannæ. *Chron. F[illegible].*

THEO[illegible]ALDUS.

Ambianorum episcopus [illegible] natione Ing[illegible] Regnæ Galliæ, interfuit Parisiis, anno [illegible] *Chron. Fland.*

BRICIUS, & ROBERTUS, *Nannetenses.*

BRicius, Nannetẽsis episcopus, Bernhardi am[illegible] *ut in Vita ejus scribitur.* Robertus, ubi Hierosolymis [illegible] edidisset, obiit anno 1185. *Continuator Sigeberti.*

G[illegible]ARDUS [illegible]NG[illegible]SMENSIS.

PArtes Petri Leonis, in tota Burdegal[illegible] provincia, strenuè tutatus est, atq; promovit. Nam [illegible] ejus partes nõ sequebantur, apud Comitem [illegible] proscriptiones, & id genus alia. Fuerat antea [illegible] Romanæ curiæ: sed ea dignitate exsutus est. *[illegible] Bernhardi.*

Postea assentiente Comite Aquitaniæ, B[illegible] archiepiscopatum invasit; duosq; simul ep[illegible]

Graviter Guillielmum, P[illegible] fautorum [illegible] suum, objurgavit; & tandem excommun[illegible] præterquam ludibrium, reportavit. *Mal[illegible]*

Ad extremum miserabiliter domi [illegible] extinctus [illegible] [illegible]tus in basilicâ quâdam, à Gaufredo Carnotensi, ap[illegible] Sedis Legato, rursus indè extractus est, & aliò projectus. *Ibidem.*

RANULPHUS LEMOVICENSIS.

AAbbas Doratensis, Lemovicensi ecclesiæ per vim obtruditur; remoto antecessore, à Girardo Engolismensi, & Gdone Tusculano. Non multò pòst, resupinus equo decidens, exhalavit animam. *In vitâ Bernhardi.*

GODEFRIDUS LINGONENSIS.

PRopinquitate sanguinis junctus Bernhardo, individuus [illegible]bus comes fuisse fertur. *In vitâ Bernhardi.*

XI. CATHALAUNENSES.

GAUFREDUS.

GAufred[illegible] Cathalaunẽsis episcopi, *Petrus Cluniacensis* meminit.

GUILHELMUS.

Guilhelmus de C[illegible] summus amicus Bernhardi [illegible] exemplo [illegible], & tot [illegible]ia, opinio [illegible]

[illegible]

... monasterio ... epistolam ... condemnatione ... Abelardi ... gestis Friderici.*

XI. ... DORENSES.

Hugo ... Matisconensis ... Altisiodorensi ecclesiæ præficitur, circiter annum 1137. Postea a Bernhardo ... Vita Bernhardi.* Obiit anno 1147. cùm primum assistentes, ad canendas laudes & completorium, fuisset adhortatus: quibus peractis, protinus exspiravit. Chron. Hirsaug. Vincentius* annum mortis numerat 1150. Continuator Sigeberti sequentem ponit.

Cui Alanus, abbas Riparorum, successit. Vincentius.

XII. LAUDUNENSES.

WALDRICUS.

Laudunensis episcopus anno 1112. præfuit. Is die Cœnæ Domini, cùm perjuros à communione Sacramenti arcere niteretur, gladio confossus occubuit. Neque eâ cæde satiata turba seditiosa, domum episcopalem igne concremavit. Sigebertus.

HELINANDUS.

Laudunensis episcopus claruit anno 1127. Schedelius.*

HUGO.

Helinando Hugo Aurelianensis Diaconus substituitur. Is tantùm præest mensibus 7. & colligitur ad majores suos. Sigebertus.

BARTHOLOMAEUS.

Hugoni succedit Bartholomæus. Is Laudunēsem ecclesiam, redactam in cineres, brevi restituit in integrū, & consecravit: regnumque Antichristi Romani longè latèque propagavit. Nobetto, qui primus Præmonstratēsium examen parturivit, in Laudunensi diœcesi loca ostendit, jussu Calixti II. ubi sedem figeret. Drogonem primum abbatem ordinavit, & præfecit cœnobitis, in monasterio S. Johannis: expulsis monialibus, quas malè-infames vocat Sigeber.

Officio suspenditur ab Ivone, Legato pontificio, propter divortium, inter Radulphum Viromandorum ejusque conjugem factum, anno 1142. Tandem fit monachus Fusniaci, anno ætatis suæ 38. Continuator Sigeberti.

WALTERUS.

Monachus Præmonstratensis ordinis, Laudunensis episcopus creatur, anno 1151. multorum fundator monasteriorum. Obiit anno 1154. Sepultus est Præmonstrati. Vincent.*

GALTERUS.

Galterus successit, qui ejus ecclesiæ Decanus fuerat. Vincentius. Eum Thomas de Marlâ, è templo abreptum, primùm excæcavit; deinde interfectum, vestibusque exsutum, in agrum projici jussit. Robertus Gaguinus.*

ROGERIUS.

Laudunensis episcopus, anno 1180. in nuptiis Philippi, Francorum Regis, Missam celebravit. Chron. Fland.*

ANSELMUS.

Scholasticus Laudani, vir doctus & honestus, claruit circa annum 1110. Scripta, quæ edidit, sunt hæc:

Glosa marginalis & interlinearis, in utriusque Testamenti libros, ex Patrum scriptis collecta.

Commentarius in Psalterium. Trithemius, de Scriptoribus ecclesiasticis.

Obiit anno 1117. Continuator Sigeberti.

Ejus frater germanus, RADULPHUS, præceptor fuit Gilberti, Pictaviensis episcopi. Frisingensis de gestis Friderici.*

XIII. PICTAVENSES.

PETRUS.

Pictavorum episcopus, Guilhelmum Comitem, ob repudium propriæ uxoris, & raptum alterius cujusdam Vicecomitis, excommunicat. Quam rem malè habens Comes, unâ manu Antistitis comam involat; alterâ verò gladium vibrat, mortem interminans, nisi ipsum absolvat. Verùm nihilominùs præsenti is animo pergit atque sacris omnibus interdicit: cœtoque ... directo, ut feriat, jubet. Comes verò, cujus ita jam ... dese... buerat, agit mitius; & non multò pòst Episcopum in exsilium pellit: in quo ille mortuus est, atque post mortem miracula o... rati fertur.

... Malmesburiensis.* De ... vitâ & morte, hi sunt compositi versiculi:

Corpus, opes, studium, mores, cibus, asper, egenum,
Lectio, prolixa, domat, carpit, alit, fugiunt.
Virtutes, culpas, fructum, colit, amputat, auget:
Jus ... pacem, protegit, adsit, amat.
Fert mi..., ero... tribuit, precantes, servat amico,
Anxi...um, veniam continuam, fidem.
Mente Maria vacat, sed in actu Martha laborat:
Est intenta gregi Martha; Maria Deo.
Sic apud hunc regnat Deus inter ... Proximus extra
Hic desiderio; Proximus obsequio.
Diligit ille Rachel; nec Lyam ferre recusat
Uxoremque, novus duxit utramque, Jacob.
Hujus amat vultum, juvat hujus carpere fructum:
Cum sit pulchra Rachel, fertilis ergo, Lya.

De morte ejus:

Exsutus rebus, vi tentus, pulsus ab urbe,
Præsul pauperiem, vincla, fugamque, tulit.
Nunc dives liber, stabilis, sua præmia portant,
Astra capit, sequitur, possidet ipse Petrus.
Vita m religio, mentem discretio, famam
Lux operum, studium lectio, verba modum,
Judicium jus, justitiam rigor, ara vetustas,
Ornabat pietas viscera, virga manum.
Promovit, privavit eum, profugumque, recepit,
Papa, Comes, Christi m. ordine, sede polo.

GHILHELMUS.

Pictavensis episcopus, quia Innocentii II. partes deserere noluit ejicitur à Girardo Engolismensi, & Gilone Tusculano Cardinale. In vitâ Bernhardi.* Et substitutus est ab illis alius, homo nobilis: cujus tamen nomen non exprimit Auctor.

GILBERTUS.

Cognomento Porreta, natione Gallus, ex Scholastico Parisiensi, episcopus fit Pictavii, circiter annum 1140. Vir literatus fuit, & in Sacris literis & Philosophiâ bene-doctus. Præceptoribus usus est, Hilario Pictaviensi, & Radulpho Laudunensi.

Inter cætera docuit, (teste Frisingensi de gestis Friderici*) quòd meritum humanum nihil mereretur: præterquam Christi. Eum S. Bernhardus in quibusdam de hæresi accusavit, & Remis in concilio, ab Eugenio ad revocationem compulit. ... est Libros quos edidit, hi recensentur:

In totum Psalterium,	*lib. 1.*
In omnes Pauli Epistolas,	*lib. 14.*
In Evangelium Johannis,	*lib. 1.*
In Boëthium de Trinitate,	*lib. 1.*
Libri Quæstionum; in quibus tractavit Philosophica.	
Sermones plures,	*lib. 1.*

Et quædam alia. Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, & de Scriptoribus ecclesiasticis; Bergomensis.*

ARNOLDUS, & CALO.

Archidiaconi Pictavenses Gilberto suo episcopo contradixerunt; insimulantes ipsum, quasi contra orthodoxam fidem, de sanctâ Trinitate, aliquid docuisset. Res eò tandem devenit: ut utriusque causæ cognitionem ad Papam Eugenium rejicerent. In itinere hi duo Bernhardum adeunt, illumque in suas partes, & contra Episcopum inclinant. Otho Frising. de gestis Friderici.*

GODOFRIDUS Arimnensis;
SYLVIUS Arelatensis;
ODO Valentinus.

Hi, sub annum salutis 1156. Vesontione fidelitatem Friderico Imperatori jurarunt. Radevicus.* Aventinus.*

HENRICUS TULLENSIS.

Tullensis Leucorum episcopus, circiter annum humanæ salutis 1147. præfuit. Interfuit expeditioni Asiaticæ. Frising. de reb. gestis Friderici.* Aventinus.*

XIV. VERDUNENSES.

HENRICUS.

Verdunensis episcopus loco movetur à Mattheo Albanensi, Legato pontificio, año 1129. Appendix Mariani.

HERMANNUS.

Ibidem episcopus, in expeditione Italica simul fuit, ibique peste correptus, circiter annum Domini 1167. occubuit. *Aventinus.*

XV. SYLVANECTENSES.

PETRUS.

Episcopus Sylvanectensis, per Ivonem, Legatum pontificium, officio suspenditur: quòd divortii inter Radulfum comitem V romandorum, ejusque conjugem, una cum aliis, autor fuisset. *Continuator Sigeb.*

AMALRICUS.

Abbas Carol loci, & postea Sylvanectensis episcopus, obiit anno 116 . *Vincentius.*

HEINRICUS.

Sylvanectensis episcopus, solus improbavit in Philippo Rege desertionem Elizabethæ conjugis, anno 1184. *Chron. Flandria.*

HONORIUS AUGUSTUdunensis

Presbyter & Scholasticus, in sacris & profanis literis insignis, doctus, claruit circa annum Domini 1120. Scripta ad posteritatem transmisit:

Elucidarium,	lib. 3.
Sigillum sanctæ Mariæ,	lib. 1.
Speculum Ecclesiæ sive Sermonum,	lib. 1.
Summam historiarum,	lib. 1.
Gemmam animæ de divinis officiis,	lib. 4.
De Imagine Mundi,	lib. 3.
In Cantica canticorum,	lib. 1.
De Luminaribus Ecclesiæ,	lib. 1.
De Corpore Domini,	lib. 1.
De Deo & Vitâ æternâ,	lib. 1.
Scalam cœli, de gradibus visionum,	lib. 1.
De toto Psalterio,	lib. 1.
De Papâ Imperatore,	lib. 1.
Refectionem Mensium de festis,	lib. 1.
Epistolarum ad diversos,	lib. 1.

Alia insuper multa edidit. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

Hedio * refert, fuisse episcopum.

HUGO CONVENTRIENSIS.

Hugo Novaneus, genere Nortmannus, episcopus Conventriensis, Cestriensis & Lychefeldensis, vir magni ingenii & multæ doctrinæ fuit. Is anno 1191. monachos ex Conventriensi collegio, (quòd sceleratè & libidinosè multa agerent, & ab Episcopo reformari nollent, sed eum ad languinis usque effusionem, in summo templo, ante altare magnum, sauciarent etiam) ejecit; substitutis Presbyteris. Scripsit de *Electione Longybamphui, Historiam mirabilem,* lib. 1.

Ad Ricardum Landinensem epist. 1. Et alia multa.

Obiit tandem apud Berchelwimum in Nortmanniâ, anno Christi 1198. VI. Calend. Aprilis; & in monachorum cœnobio, non-monachus sepultus est. *Balæus.*

HAMO LEONENSIS.

Occisus est anno 1172. consilio fratris Guihomari, Vicecomitis Leonensis, & Guihomari nepotis sui. *Continuator Sigeberti.*

Successit ejusdem ecclesiæ Archidiaconus Simoniacè; cujus nomen non additur. Et quia mors Jocii, Turonensis archiepiscopi, in idem tempus incidit: non est consecratus.

XVI. ANDEGAVENSES.

Gaufridus, Andegavensis episcopus, obiit anno 1178. *Cont. Sigeberti.*

Radulphus, frater Vicecomitis de Bellemonte, cognatus Heinrici Anglorum Regis, successit anno 1179. *Cont. Sigeberti.*

PE[illegible]U THARASINENSIS.

Cla[illegible] [illegible] quem *Vi[illegible]centius* * multa miracula [illegible] [illegible] aces Satanæ illusi [illegible] [illegible] de [illegible] beratis captivi [illegible] [illegible]

SI[illegible]ARDUS BLASE[illegible]

A sua ecclesia ejectu[illegible] venit Moguntiam, [illegible] & ne planè ibi otiari videretur, aliquot [illegible] dicavit, permissu Moguntinensis ecclesiæ. *Appendix Mariani Scoti.*

RUPERTUS BU[illegible]ONIENSIS.

Doctus in sacris & profanis literis, itemque Astronomus insignis, claruit anno 1158. Scripsit *Summam Theologiæ,* lib. 1.

Super libris Dionysii,	lib. 4.
De Computo ecclesiastico,	lib. 1.
Calendarium pulcrum,	lib. 1.

Et alia. *Bergomensis.* *

JULIANUS LEGERIENSIS

Legeriensi sedi præfuit circa annum 113[illegible]. Apud eum Ludovicus Grossus, Francorum Rex, Innocentium II. honorificè excepit. *Robertus Gaguinus.* *

XVII. TRECENSES.

ATO.

Atonem, Trecensium episcopum, plurimis incusat *Petrus Cluniacensis* * quòd ab amicitiâ discessisset. Quamvis duabus sequentibus rursus ipsi blanditur: cùm præsertim intellexisset, suam de mutato amore suspicionem fuisse falsam. Extstat ejus epistola, scripta ad Petrum Cluniacensem, inter istius Petri.*

PETRUS COMESTOR.

Presbyter ecclesiæ Trecensis, cognomento Comestor: sic dictus, (*ut Trithemius autumat*) quòd Scripturæ autoritatem, in suis scriptis & concionibus, tam crebrò allegârit; quasi eas in ventre memoriæ manducârit. *Schedelius* * refert, ipsum Petri Longobardi & Gratiani monachi fratrem esse, ex adulterio natum.

Literatus fuit, & prosâ atque carmine non-nulla scripsit: nempe,

Historiam scholasticam,	lib. 20.
De laudibus S. Mariæ,	lib. 1.
Sermones de Tempore,	lib. 1.
Sermones de Sanctis.	lib. 1.

Et nonnulla alia. *Trithemius. In Vincentio* * ejus versus, in laudem B. Mariæ scripti, extant.

In Papisticos clericos invehitur, in quodam Sermone: quòd Scripturam sacram negligenter tractent; intumant ecclesiæ bona, quæ pauperibus debebantur. item crapulæ, deliciarum, & ingurgitationis causâ, insectatur. Vocat falsos fratres; minitans severissimam Dei iram. *Catalogus testium veritatis.*

GUILHELMUS EBREDUNENSIS.

Guilhelmum, Ebredunensem archiepiscopum, ob denegatum colloquium, *Petrus Cluniacensis* * reprehendit: & petit, ut se invisat; eaque, quæ antè neglecta sunt, resarciat.

GUILHELMUS AURASICENSIS.

Iniriò suæ gubernationis, monachos de Podioleno infectatus est. Quam ob causam à *Petro Cluniacensi* * reprehenditur: & nisi ejus rei finem statuat; ad dijudicationem Romani Pontificis se causam rejecturum, minatur.

XIIX. METENSES.

DIEGGERUS.

Hujus obitum, ad annum Christi 1120. refert *Mariani Scoti appendix.*

STEPHANUS.

Metensis episcopus, Ludovicum Galliæ Regem comitatus est, in Asiatica expeditione. *Frising.* * Hujus *in vitâ Bernhardi* * fit mentio; quòd eum extra civitatem devotus deduxerit.

BERTHOLDUS.

Olim Bremensis fuerat electus antistes; sed à papa ejectus est. Ideoque ad Imperatorem Fridericum se se conferens, illius auxilio Metensi ecclesiæ præficitur. Ejus beneficii immemor, se Coloniensi Philippo, Conrado Moguntino, Volmaro Trevirensi, aliisque episcopis conjunxit, adversùs Imperatorem: eo quòd omnium pontificum bona mobilia post mortem, ab Imperatore confiscaren-

tor. Eam ob causam loco pulsus est; & Coloniam venit: ibi de præbendâ, quæ ad Apostolos dicitur, se sustentavit, circiter annum 1186. *Crantzius in Saxoniâ.*

FLANDRIÆ EPISCOPI & Doctores.

I. MORINENSES.

JOHANNES.

Morinorum sede Johannes, archidiaconus Atrebatensis, potitur, anno 1099. cùm quidam Erebenbaldus à clero electus esset; sed metuens populi seditionem, oblatum munus non acciperet: & aliis etiam, Obertus Helchinensis. Verùm is, quem diximus, Johannes, pro ipso intercedentibus, Clementiâ Comitissâ, & Lamberto abbate Bertinico, apud Pontificem, confirmationem obtinuit; Morinorumq; episcopus constitutus est.

Sacerdotes ambitiosos & avaros, Simoniæ, aliorumq; vitiorum causâ, ex Hyprensi oppido expulit; alio quodam Gerardo, eum in locum præfecto, anno 1121. *Chron. Fland.*

Monasterium, à Ligerio anachoretâ exstructum, in honorem beatæ Virginis, dedicavit, quod Dunense vocatur. Ejusq; ope monasteria aliquot inchoata sunt. *Ibidem.*

Humfridi episcopi mortui corpus levavit de tumbâ, anno 1108.

Blandinii reformationem adjuvit, anno 1117.

Ecclesiæ D. Winnoci libertatem quandam concessit, anno 1126.

Obiit anno 1130. cùm annis 32. fermè præfuisset. Qui suis Morinis charus exstitit, religiosus & doctus; atq; literatorum etiam amator. *Chron. Flandriæ.*

MILO.

Defuncto Johanne, de successore, toto anno non convenit: quo tempore interea illa sedes vacavit, aliis Balduinum Theodorici principis fratrem; aliis Milonem, S. Jodoci abbatem ad Aquas fluentes, denominantibus: qui tandem etiam, ab Innocentio II. Papâ, in isto munere confirmatus est, anno 1131. Canonicis Tarvanensibus, per Remensem episcopum, hoc petentibus. Consecrationem accepit 15. Calend. Martias. Inter ipsum & Principem Theodoricum convenisse, memoriæ proditum est: ut ea Flandris, qui eis Fossam novam incolunt, nemo ad episcopi tribunal Tarvannam vocaretur; si modò Decanorum suorum decretis stare vellet. *Chron. Flandriæ.*

Apud Innocentium Papam effecit; ut abbates Bertinicæ domûs ab ipso Romano Pontifice perpetuò investirentur: anno 1137. *Ibidem*

Monachorum superbiam, Cluniacensium præcipuè, detestatus est. Quam ob causam mordaces ad ipsum literas misit *Petrus Cluniacensis.*

Convenius Hyprensi interfuit, anno 1138. cùm Theodoricus Princeps pacem Flandricam innovare et confirmaretque: atq; una cum sociis episcopis, Simone Noviomagensi, & Alvisio Atrebatensi, addidit execrationis fulmen; ut, qui hanc pacem non servaret, anathema haberetur.

Corpus D. Winnoci, in cœnobio Bergensi, translatum ab illo est, anno 1128.

Dirasmuensis templum ipse dedicavit, anno 1143. XI. Calend. Augusti. Hainoniensis templi dedicationi interfuit, anno 1149. Obiit anno 1159. *Chron. Fland.*

MILO II.

Defuncto Milone, grave de surrogando successore oritur schisma: ita quidem, ut Bononienses se Morinorum subjectioni subducere conarentur. Tandem tamen, ejusdem nominis Archidiaconus, & Canonicus regularis, denominatus successor est. Is statim Romam ivit; ubi consecrationem accepit ab Alexandro III. Anagniæ. pridie Nonas Januarii, anno 116 .

Levavit corpus S. Maximi Tarvannæ, anno 1165.

Thomam Cantuariensem, ab Heinrico Anglorum Rege ejectum, deduxit ex Morinis in Suessiones, anno 1165.

Obiit anno 1169. *Chron. Fland.*

DESIDERIUS.

Tornacensium archidiaconus, successor eligitur, anno 117 . Is corpus D. Winnoci, in Bergensi monasterio, transtulit, anno 1181. Abdicavit se isto munere, anno 1191. jam senex & decrepitus. *Chronicon Flandriæ.*

LANTBERTUS.

Brugensis, Remorum Cancellarius, successit Desiderio. Adfuit Parisiis coronationi Ingelburgæ, anno 1193. *Ibid.*

PHILIPPUS ET MILO.

Morinorum archidiaconi, testes & subsignatores sunt adhibiti, in transactione de nunquam reficiendâ arce Tarvanensi, anno 1142. *Chron. Fland.*

II. CAMERACENSES.

LIETARDUS.

Cameracensis episcopus, creat Gerenbertum, Boënensis monasterii abbatem, anno 11 . *Chron. Fland.*

ODO.

Ejusdem ecclesiæ episcopus, dedicavit Aldenardi novum templum, in novo Burgo constructum, anno 1110.

GERHARDUS.

Cardinalis & Cameracensis Episcopus, Legatus Romam mittitur, anno 1125. pro confirmando Lothario in Regem Romanorum. *Appendix Mariani Scoti.*

BURCHARDUS, HERMANNUS, Liethardus.

Burchardus Cameracensis episcopus obiit, anno 1127.

Cui Hermannus succedit, & præfuit triennium: atque rursus excutitur.

Liethardus quoque, Hermanno substitutus, post annos quatuor tepudiatur. *Continuator Sigeberti.*

NICOLAUS.

Liethardi succedit, ded[i]cationi cujusdam Hainoniensis templi interfuit, anno 1149. In vivis autem esse desiit, anno 1167. *Chron. Fland.*

PETRUS.

Principis Theodorici filius, patris & fratris Philippi intercessione, succedit anno eodem. Verùm postea interfecto fratre Matthæo, anno 1174. qui nullos post se hæredes reliqueras; & cùm Philippus, alter fratrum, ex uxore sterili nullos speraret: indè retractus est, & equestri donatus dignitate. Paulò pòst duxit Comitem Nivernensem in matrimonium: ex quâ ubi filiam suscepisset; diem clausit extremum, sublatus veneno, anno 1177. *Chron. Fland.*

ROBERTUS.

Ariensis Antistes, Flandriæ Cancellarius, ambitiosus & simoniacus, Philippo tamen Comiti charus, in locum Petri eligitur. Is cùm tandem, post diotinam moram, ad illam sedem iret: objurgatus à Petro Blesensi, quòd moram traheret, à Jacobo Aviniensi equite, quo-cum gravem alebat simultatem, interceptus, & crudeliter interfectus est, 4. Non. Octobr. anno 1174. *Chron. Fland.*

JOHANNES.

Cameracensis episcopus, Philippo Comiti tutelâ istius episcopatûs obtulit; & propterea singulis annis certum frumenti numerum dependit: anno 1189. *Chron. Fland.*

Extincto Philippo, Balduinum successorem juramento sibi obstrinxit; quantum ad castellum Cameracense attinet. Coronationi Ingelburgæ, Francorum Reginæ, interfuit, anno 1193. *Ibidem.*

III. NOVIOMAGENSES.

LANTBERTUS.

Noviomagensis episcopus, cùm Arnulphi cujusdam sancti corpus levavisset Aldenborgi, anno 1121. Calend. Maii, paulò pòst moritur. *Chron. Fland.*

SIMON.

Hugonis Magni, Veromanduorum Comitis, filius, in successorem eligitur, anno 1121. Is Brugis templum D. Donatiani, quod, propter cædem Caroli Principis, pro profanum habebatur, rursus dedicavit, anno 1127.

Fundavit & monasterium Ursicampi: ad quod vocavit monachos ex Claravalle, anno 1129.

Juvit dedicationê templi Bergensis cœnobii, anno 1 2.

Comitiis Flandrensibus interfuit anno 1138. u[illegible] innovata & confirmata est pacis formula. *Chronicon Fland.** [lib. 5.]

Suspenditur tandem officio, anno 1142. ab Ivone, Romani pontificis Legato, propter divortium, inter Radulphum Viromanduorum Comitem, ejusque conjugem. Anno sexto post, ad Seleuciam, diem claudit extremum. *Sigeberti Continuator.*

BALDUINUS.

Boniensis, abbas Castellionis, Simoni successit, anno 1148. *juxta Continuatorem Sigeberti.* Is levationi corporis sancti Maximi interfuit Tarvanæ, anno 1160. *Chronicon Flandriæ.** [lib. 6.]

STEPHANUS.

Noviomagensis pontifex, Ingelbertam, Dalmatarum Regis sororem, matrimonio junxit Philippo, Francorum Regi. *Robertus Gaguinus.** [lib. 6.]

IV. SUESSIONENSES.

LISIARDUS.

Suessionum episcopus, juvit ossium Arnulphi levationem Aldenburgi, anno 1121. *Chron. Fland.** [lib. 4.] Obiit anno 1127. *Continuator Sigeberti.*

JOSCELINUS, SIVE GOSLENUS.

Eodem anno succed[illegible], quem *Continuator Sigeberti* virum magni con[illegible] vocat. Is una [c]um D. Bernhardo, inter Rementem archiepiscopum & ejus subditos, transegit. *In vitâ Bernhardi.** [lib. 1. c. 14.] Eod[em] socio comitatus, schisma à Girardo Engolismensi excitatum sedavit. *Ibidem.** [lib. 2. c. 6.] Ad Innocentium II. unà cum aliis episcopis, conscripsit epistolam, pro condemnatione Petri Abailardi. *Frisingensis de gestis Friderici.** [lib. 1. c. 48.] Templi Hasnoniensis monasterii dedicationem juvit, anno 1149. *Chronicon Flandriæ.** [lib. 5.] Obiit anno 1151. *Continuator Sigeberti.*

GUILHELMUS.

Suessionensis archidiaconus, Bituricensis archiepiscopi, Guilelmi, studiorum juventutis extitit informator.

V. TORNACENSES.

SIMON.

Tornacensis episcopus, pro recuperandis duodecim altaribus, omnem movit lapidem, anno 1127. Sed laterem lavit: quòd mortuo Normanno, Proceres, qui illa obtinebant, nihil de suâ in illis possessione decedere volebant. Reliquias martyris Piati levavit de tumbâ, apud Seclinium, anno 1143. *Chron. Fland.*

ANSELMUS.

Abbas D. Vincentii Laudunensis, post separationem ab ecclesia Noviomagensi, Tornaci fit episcopus, anno 1146. *Chron. Fland.** [lib. 5.] Hujus auditor aliquamdiu fuit Petrus Abailardus: sed cùm non e[a]s, quas concupiebat, ex illo subtilitates addisceret; statim deseruit iterum. *Frisingensis de gestis Friderici.** [lib. 1. c. 47.]

Conscripsit *Glossam marginalem in Psalterium*, & alia nonnulla. Obiit anno 1148. *Vincentius.** [L. 26. c. 27.] Dedicavit cryptam Gandensis cœnobii, anno 1148. *Chron. Fland.** [lib. 4.]

GERALDUS.

Tornacensium episcopus, dedicationi Hasnoniensis templi interfuit, anno 1149. Levavit corpus D. Gutagoni, Regis Scotorum, apud Oltkerck, anno 1159. *Chron. Fland.** [lib. 5.]

ROBERTUS.

Filius fabri cujusdam rustici Carnotensis, Præpositus de Areâ, duobus præfuit episcopatibus, Atrebatensi & Tornacensi, anno 1[1]71. ad tantos evectus honores a Diabolo, quem admodum habuisse familiarem, fertur. *Vincentius.** [L. 29. c. 21.]

EVERHARDUS.

Monasterium ordinis Cisterciensium, in agro Brugensi, exstruxit, anno 1175. quem locum emerat a Laurentio, abbate cœnobii D. Richarii, in Pontino. Obiit anno 1190. *Chronicon Flandriæ.** [lib. 6.]

STEPHANUS.

Everhardo successit. Coronationi Ingelburgæ interfuit Parisiis, anno 1193. Dedicavit templum curiale in cœmeterio D. Bavonis, anno 1195. *Ibidem.*

VI. ATREBATENSES.

LAMBERTUS, & ROBERTUS.

Lambertus, Atrebatensis episcopus obiit anno 1115. Successorem habuit Robertum, qui anno 1130. rebus humanis excessit. *Continuator Sigeberti.*

ALVISIUS.

Abbas Roberto successit. Is honestus, doctus, facundus, liberalis, prudens, fuisse scribitur. *Continuator Sigeberti.*

Templi Bergensis cœnobii dedicationem juvit, anno 1[1]32. Hyprensi conventui interfuit.

Dedicavit templum B. Mariæ Viconiensis, anno 1[1]39.

Corpus D. Rictrudis, rogatu Hyprensium, ex Marchianensi cœnobio, Reningam, in Furnensem agrum detulit; & in feriis Pentecostes populo ostendit.

Interfuit expeditioni Syriacæ, in quâ obiit, anno 1148. *Continuator Sigeberti, & Chron. Fland.** [lib. 5.]

GODESCHALCUS, & FRUMALDUS.

Godeschalcus abbas de Monte S. Martini, Alvisio successit anno 1157. Obiit verò 1170. Cui Frumaldus successit. *Chronicon Flandriæ.** [lib. 6.]

PETRUS.

Atrebatensis episcopus, arbitrum egit, anno 1191. in partiendâ Flandriâ: & coronationem Ingelburgæ juvit.

FRUMOLDUS.

Ecclesiæ Furnensis antistes, præfuit anno 1126. Is ubi vidit, Rogerium quendam adolescentem, omnibus membris contractum, ex contactu Caroli, Principis mortui, cadaveris convalescere; protinus gaudio perfusus, campanas pulsari curavit: ut qui certum nunc nactus esset sanctulum, edentem etiam post mortem miracula. *Chron. Fland.** [lib. 4.]

ODGERUS, & BERNOLDUS.

Theodorici Principis sacerdotes, testes adhibiti sunt ad actionem illam, quâ pactum est, ne arx Tarvannæ restitueretur in integrum: anno 1142. *Chron. Fland.*

HISPANIÆ EPIscopi.

PETRUS COMPOSTELLANUS.

Archiepiscopus Compostellanus fuit, circiter annum Domini 112[illegible]. ad quod dignitatis fastigium à Calixto II. exaltatus est.

Coluit deos alienos. Nam D. Jacobo devotus exstitit: itemq; B. Mariæ; in cujus encomium nonnulla conscripsit: *teste Bergomense.** [lib. 12.]

PETRUS ALFONSUS.

Genere Judæus, Moysesque primùm appellatus, divini spiritûs instinctu Judaismum relinquens, ad fidem Christianam conversus, & per Baptismum Christo insertus est, in Ostiensi civitate, per ejus urbis episcopum Stephanum, anno salutis 1106. ipso die apostolorum Petri & Pauli; cùm jam annum quartum & quadragesimum attigisset. Unde nomen Petro ipsi impositum est. Et quia inclytus Hispaniarum Rex, Alfonsus, suam pro ipso fidem in Baptismo interponebat: alterum ei agnomen accessit Alfonsi. Ea res cùm pessimè haberet Judæos, quibus insignis ejus eruditio, & in Sacris literis, & Philosophiâ, nota erat, ipsi contemtum Dei & Legis objecerunt: alii inscitiam: alii ambitionem: *ut ipse Petrus, in Præfatione Dialogi, testatur.* Scripta, quæ edidit, hæc sunt:

Dialogus contra Judæos, lib. 1.
De Scientiâ & Philosophiâ, lib. 1.

Trithemius, de Sc[ri]ptoribus ecclesiasticis.

GERMANIÆ EPI-scopi.

I. COLONIENSES.

HERMANNUS.

Hermannus III. cognomento Dives, suæ ecclesiæ commodis & reditibus magis prospexit; quàm antecessorum quispiam. Trigesimus-sextus Coloniensium creatur archiepiscopus, anno 1102. homo (ut res ipsa docet) superstitiosissimus. Nam Severini ossa fœtida, ex ligneâ cistulâ exemta, in aliam ex auro factam seposuit; & hosce versiculos insculpi curavit, in perpetuam sui nominis memoriam:

Præsul præsentis Hermannus tertius urbis,
Res patronorum cupiens augere suorum,
Ossa Severinus, capsa prius indita vili,
Splendidiori domo gemmis inclusit & auro.
Quem pro peccatis juvet hujus gratia patris;
Compensans votum, simul hoc laudabile donum.

Sororem babuit Rizam, quæ Lothario Cæsari nupsit. Eam autem sedem rexit annis 10. mensibus 5.

FRIDERICUS.

Succedit, anno salutis 1112. Fridericus, magis favore Cęsaris, quàm Capitularium liberâ electione. Erat autem juris justitiæque amans, miles & architectus celebris. Ad Andernacum enim, prælium cum Suevis Bavarisque commisit; ac victor evasit. Præterea urbes, arces, monasteriaque utriusque sexûs, condidit. Præfuit annos circiter 20. *Chronicon Coloniense.*

BRUNO.

Ejus nominis secundus, Adolphi de Althene Comitis filius, Diaconus S. Gereonis, Coloniensi ecclesiæ præficitur; sed contra multorum voluntatem; jussu Lotharii, operamque ipsi navantibus quibusdam Imperii Principibus, & tribus Cardinalibus, Romanæ curiæ legatis, (quorum unus, *in appendice Mariani*, nominatur Wilielmus Prenestinus) eo tempore Coloniæ præsentibus. Inthronizatio, quæ toto anno fermè impedita fuit, facta est ipso festo Nativitatis Domini, anno 1132. *Chron. Hirsaug.*

Vir fuit in-primis eruditus, miræ facundiæ, & disputator argutus; sed morbi comitialis lue infectus. *Vita Coloniensium Episcoporum.*

Interfuit expeditioni in Italiam, comitatus Imperatorem: atque pauló pòst Barræ mortuus est, anno Domini 1137. & in templo S. Nicolai honorificè ibidem sepultus. *Frisingensis.** [* li.7.c.21.]

In mortuum ejus cadaver, jam aliquamdiu sepultum, Rogerius Apuliæ Dux horribiliter sævijt. Postquam enim Barram cepisset: ipsum effodi, & unà cum Reginaldo Duce per plateas trahi jussit. *Idem.** [* cap.23.] Præfuit 6. annis.

HUGO.

Decanus S. Petri Coloniensis, ab Imperatore, Barræ commorante, Indefuncti locum eligitur; & ab Innocentio II. ibidem ordinatur. Sed moritur, antequam ipsius electio Coloniensibus innotesceret; & sepelitur Barris.

ARNOLDUS.

Filius Comitis à Widâ, ejus nominis primus, succedit Hugoni. Variant autem hoc loco Historiographi. *Chronicon Hirsaugiense*, annum Domini 1137. constituit initium. *Manuscriptus codex de Episcopis Coloniensibus*, annum 1141. Præpositus S. Andreæ fuerat, ad omnia ecclesiastica & secularia negotia ineptus atque inutilis. *Frisingensis de gestis Frederici.** [* li.1.c.62.] Quamvis *in Vitis Episcoporum Coloniensium* scribitur, initió visum quidem idoneum; sed ad extremum viluisse in universum.

Remis Eugenius III. concilium indixit. Citatus eò Arnoldus, comparere noluit. Nam de Simoniâ accusatus erat apud Pontificem. Ideóque loco remotus est; cùm præfuisset annis 10. Mortuus est anno Christi 1151. & Coloniæ apud S. Andream sepultus.

ARNOLDUS. II.

Successorem habuit Arnoldum II. ecclesiæ S. Petri præpositum, & Cunradi Imperatoris Cancellarium: quem clerus & populus elegit. tùm, cùm Imperator ad inferiora Rheni partes abesset, anno 1151. Neque verò in sui electionem cōsentire voluit; nisi de voluntate Imperatoris. Cùm igitur Imperator Coloniam rediisset: finitâ processionis solennitate, (ut fieri apud ipsos consuevit) pontificatûs simul & ducatûs regalibus investitur, reclamans & invitus. *Frising. de gestis Frederici.** [* li.1.c.62.]

Manuscriptus codex Episcoporum Coloniensium, hisce eum laudibus ornat: Vir fuit probitate conspicuus, consilio prudens; violentiis resistebat, ecclesiastica jura defendebat.

Fridericum Ænobarbum, Aquisgrani, unà cum aliis, coronavit. *Frisingensis de gestis Frederici.** [* li.2.c.3.]

Bellum gessit. Nam cum Imperatore in Italiam ivit: ejusque consilio, ut rerum bellicarum peritus erat, multa ibi gesta esse, annotat *manuſcriptus ille codex.*

Monasterium Rindorff, juxta Brunnam, in honorem Clementis Papæ & Martyris exstruxit; multisque ornamentis decoravit. *Chronicon Hirsaugiense.*

Mortuus est anno 1156. & in eodem monasterio sepultus. *Chronicon Hirsaug.*

FRIDERICUS II.

Adolphi Comitis filius, patruelis prædicti Brunonis, Arnoldo substituitur. Et quia de successore non conveniebat: Gerhardus, Bunnensis Prępositus, quorundam suffragiis eligitur. At propinquorum factione, & juniorum clericorum favore, Fridericus præfertur, non sine Simoniâ: Imperatore etiam suam interponente autoritatem, qui Gerhardum removit.

Romani Antichristi ipsum membrum fuisse, ex his notis deprehenditur. Nam ab Adriano IV. consecratus, pallium redemit, anno Domini 1156. Altero anno pòst, cum Imperatore profectus Mediolanum, apud Ticinum moritur. Cadaver relatum est in patriam; & in quodam monasterio Aldenbergensi reconditum. *Chronicon Hirsaugiense, Vitæ episcoporum Coloniensium.*

REINOLDUS.

Comes de Dasle, & Præpositus Hildesheimensis, Imperatoris Friderici Cancellarius, ei successit, anno 1158. quo tempore, unà cum Imperatore, rebus bellicis occupatus fuit in Italiâ. Absens enim a Coloniensibus eligitur: qui etiam, ad Imperatorem missâ legatione, ipsum ad se mitti expetunt. Id audiens Imperator, non solùm consensit in ejus electionem; sed protinus eum dimittit cum Legatis. Festinanter itaque Reinoldus Coloniam excurrit: & rebus ibi constitutis, ad Imperatorem redit, cum 300. electis militibus. *Chronicon Hirsaugiense.*

Opera gubernationis ejus, non quidem fuerunt ea, quæ ab Ecclesiæ doctoribus requirit Christus: sed belligerare, armisque se tueri; non doctrinâ & confessione pugnare. Nam duodecim Romanorum millia, in Tusculano, parvâ manu fudit. *Helmoldus.** [* li.2.c.10.]

Ludovicus Hassiæ Landgravius, Fridericus Dux Saxoniæ, & Cunradus Comes Palatinus, Coloniensem ecclesiam demoliri instituerant. Quod cum Reinoldus ex aliorum indicio percepisset; ingentem coëgit exercitum, in campis Andernaci. Principes verò eo rumore exterriti, exercitum suum dimiserunt. *Vita Episcoporum Coloniensium.*

Heinrico Leoni, Saxoniæ & Bavariæ Duci, unà cum aliis Principibus, insidiatus est. Et quamvis in Italiâ cum Imperatore bellum gereret; atque præsens ipsum non expugnaret: tamen multùm reliquos Principes consilio juvit. *Helmoldus.** [* li.2.c.9.]

Deos alienos coluit, translatione reliquiarum. Ex Mediolano enim, corpora trium Magorum, (ut illi quidem dicunt) aliorumque cadaverum reliquias, asportavit Coloniam, anno Domini 1168. sancteque asservavit: *ut refert Crantzius in Saxonia.** [* li.6 c.24]

Pro solenni celebratione festi Epiphaniorum, 10. marcas singulis annis elargitus est; & totidem in subsidium pauperum.

Architectum egit. Templum enim S. Petri, magnis sumtibus, Coloniæ construxit. Palatium, & duas turres, in monasterio S. Petri, reparavit. Ryneke, castellum episcopatûs

muniendi causâ, reædificavit. Hildeshemi, ubi aliquamdiu Præpositus fuerat, pontem admodum necessarium construxit, & xenodochium, in usum pauperum. *In manuscripto Catalogo Episcoporum Coloniensium.*

Interfuit etiam legationi Anglicanæ cum Adolfo Comite Sclavorum, cognato suo; ad conficiendas nuptias, inter Heinricum Bavariæ Ducem, Regisque filiam. *Cõtinuator Sigeberti, & Helmoldus.** [* li.1.c.87.]

Ad extremum peste correptus in Italiâ, anno 1166. in Augusto moritur: *Helmoldus** in vigiliâ Assumtionis. Ejusque ossa deportata Coloniam, in domo S. Petri recondita sunt. Præfuit 8. annis. [* li.2.c.10.]

PHILIPPUS.

Successorem habuit Philippum Reinoldus, Otthonis Comitis de Dasle fratrem. *Crantzius in Saxoniâ.** Fuerat is antea Decanus ecclesiæ Coloniensis majoris, & Imperii Cancellarius. Prædicantur ejus virtutes & animi dotes; quòd prudens, discretus, affabilis, magnanimus, fortis, & supra modum liberalis exstiterit. *Catalogus Episcoporum Coloniensium.* [* li.6.c.44.]

Ex operibus ejus, tanquam peculiaribus notis, apparet, ipsum Antichristi mancipium haud-postremum fuisse. Nam novum, per Hyacinthum Cardinalem, accepit pallium; abjiciens illud, quod paulò antè in schismate redemerat. *Crantzius.** [* li.6.c.37.]

Maxima gessit bella, toto triennio, in Saxoniâ. *Manuscriptus codex.* Heinrici Leonis primùm depopulatus est agrum. Deinde alterâ vice, multum damni in Westphaliâ dedit, & nullum adeò crudelitatis genus prætermisit. *Crantzius* hoc pacto istius secundæ expeditionis in Westphaliam meminit: * *Philippus, Coloniensis archiepiscopus, iterum expeditione factâ processit in Westphaliam. Ibi nihil sanctum, nihil religiosum: incendia, prædæ, omnia miscuere. Effracta monasteria, violatæ sacræ virgines: vix expleto ministerio, calices rapti de altari.* Hæc ille. Armis sibi subjecit Westphaliæ ecclesias. Dominatus est, ut gentium Principes, (contra Christi præceptum) Lotharingiæ & Westphaliæ. *Manuscriptus codex.* [* lib.6. Sax.c.39.]

At Adolphus III. Holsatiæ Comes, sese Heinrico Leoni conjunxit: & Philippum tandem profligarunt, prope Haresfeldum in Westphaliâ; quàmplurimos in captivitatem abducentes. Gesta sunt hæc anno 1177. *Chronicon Holsatiense.*

Cùm Fridericus Imperator exercitum duceret, adversùs Heinricum Leonem: Philippo Coloniensi Brunsuigi oppugnationem commisit. *Crantzius in Saxoniâ.** [* li.6.c.42.]

Rynekecastellum, jussu Reinoldi antecessoris, restauravit; cùm istius collegii Decanus esset. Portas, turres, muros, per gyrum exstruxit circùm Coloniam.

In coronatione Heinrici VI. satis protervè egit contra Imperatorem. Cùm enim Abbatem Fuldensem sibi præferri videret, qui Imperatori sinistrum latus, veteri consuetudine, claudebat: tulit hoc ægrè, ità quidem, ut gravis inter eos dissensio exoriretur. Postea tamen res composita rursus fuit. *Crantzius in Saxoniâ.** [* li.6.c.46.]

Ipso etiam facto declaravit, quo honore superiorem potestatẽ afficeret. Nam, cùm ab Heinrico VI. propter quosdam negotiatores bonis exutos, & malè-mulctatos, vocaretur: comparere noluit, & per ludibrium adjecit: *Neminem posse duobus servire dominis; & ideò malè duos regnare.* Animumque rebellandi superiori potestati, ipsi non defuisse; haud obscurè colligitur: quòd clandestina consilia agitavit cum Heinrico Leone, ad quem in Angliam navigavit. quæ res Imperatori suspicionem movit, quasi aliquid mali contra Imperium moliretur. Aucta verò magis ista suspicio fuit: quòd Coloniam vallo maximo, & turribus [illegible] munivit. Ideoque Imperator diligenter, [illegible] seditiosum, ipsum observari jussit. *Crantzius in Saxonia.** [* li.6.c.48.]

Evocatus ad [illegible] Heinrici, Imperatoris filii, magno cum comitatu in Italiam procedit. Nam in finibus Papiensium & Mantuanorum, nuptiæ celebratæ sunt. Sed admonitus a [illegible] Moguntino: quòd, si longiùs procederet, [illegible] pedem retulit. *Ibid.** [* cap.49.]

Contra Christi præceptũ, malo restitit, externâ vi Imperatori opponens: qui confiscationem bonorum morientium episcoporum mandaverat, circa annum Domini 1187.

Pro Heinrico Leone intercessit; eique Imperatorem rursus placuit. *Crantzius in Saxonia.** [* li.7.c.3.]

Mortuus tandem est, anno Domini 1196. in Apuliâ, prope Neapolim. Ossa relata sunt Coloniam, & prope Reinoldum recondita, honorabiliùs cæteris episcopis, in domo B. Petri. *Manuscriptus codex episcoporum Coloniensium, & Crantzius in Saxonia.** [* lib. & cap. end.]

BRUNO III.

Bruno tertius illi succedit, majoris ecclesiæ Præpositus, anno 1196. in electione Lutherio Bunnensi prælatus. Tandem, põtificatu resignato in manus Heinrici VI. Imperatoris, monachus in cœnobio Montis-antiqui, ordinis Cisterciensis, factus est, anno 1199. Præfuit annis 3. *Catalogus Episcoporum Coloniensium, & Chronicon Coloniense.*

II. MOGUNTINI.

ADELBERTUS.

Qui & Albertus dictus est, natione Lotharingus, Comes Sarburgensis, Ruthardo, de quo superiore seculo diximus, successit, anno salutis 1109. quàmvis *Aventinus*, altero demum anno pòst, id factum esse dicat. Hunc isti sedi præfecit Imperator Heinricus V. cujus fuerat Cancellarius; quique eo in legationibus uti consueverat. *Aventinus, Bruschius.* Ejus consecratio totis septem annis differtur: donec ea tandem, opere Dietheri, Legati pontificii, perficeretur. Sacris igitur initiatus est, contra Imperatoris voluntatem, Coloniæ, ab Othone Bambergensi. *In appendice Mariani, & Crantzius in Saxoniâ.** [* li.5.c.36.]

Is autor fuit filio Imperatoris, ut à patre Heinrico IV. nefariè deficeret, sub pietatis specie. *Aventinus.** Ejusdem quoque consilio præcipuè, Imperator bellum movit in Romanum Pontificem Paschalem II. in quo & cepit pontificem, & coronationem extorsit. *Frisingensis, &* *Chronicon Cassinense.** Pontifici verò Calixto II. persuasit, ut Imperatorem excommunicaret: *teste Frisingensi.** Unde postea horribilis distractio in Germaniâ secuta est. [* lib.8.] [* li.7.c.14.] [* li.4.c.39.] [* li.7.c.15.]

Seditiosus fuit. Nam contra Imperatoriam majestatem arma sumsit, Saxones ad rebellionem incitavit: ut ab Imperatore deficerent, & adversùs ipsum conspirarent. *Frisingensis de gestis Friderici,** *Aventinus,* † *Crantzius in Saxonia.** [* li.1.c.13.] [† lib.6] [* li.5.c.42]

Usus utroque gladio est. Nam exercitum contra Imperatorem duxit. Et, nisi interventu quorundam, qui causam tractarunt Herbipoli, transactum fuisset; ad cruentũ prorsus res deducta fuisset bellum. *Ibidem.* Hac ratione Moguntinis, quibus præfuit, mala plurima creavit. Illis enim Imperator aditum commeatumque omnem interclusit, obsedique: ut sese de hoc Episcopo ulcisceretur. Nam, cùm Imperator abesset in Italiâ; & plerique defecissent in Germaniâ, exceptis Friderico Duce cum fratre, atque Gotfrido Palatino: Fridericus Adelberto archiepiscopo, omnium illius temporis Principum versutissimo & locupletissimo, quique caput & autor rebellionis exstiterat, bellum indixit; magnoque exercitu cum obsidione cingit. *Frisingensis.*

Perfidus quoque fuit, datam fidem sceleratè violans. Cùm enim Moguntini inclusus obsideretur: (sicut jam dictum est,) ad Fridericum internuntios misit, promittens, se cum Imperatore in gratiam rediturum; modò diem & locum constituat. Persuadet igitur Friderico; ut exercitum dimittat. Quo facto, illicò cives, milites que præsi[illegible] ruptione factâ in Fridericum, quicquid adhuc de exerci[tu] reliquum fuit, delere conantur. Sed fortiter is vim omnem non sustinuit solùm; sed & profligavit eos, multis ex [illegible] bus trucidatis. *Frisingensis ibidem.* Alio etiã facinore, [illegible] perfidiam insignem declaravit. Mortuo enim Imperat[ore] Mathildi Imperatrici, Regis Angliæ filiæ, falsis pol[licita]tionibus sceleratè persuadet; ut regalia [illegible]

[illegible] in suâ habebat potestate, sibi traderet. *Frisingensis de rebus gestis Friderici.**

Lib. 1. c. 15. & 16.

Curam pastoralem neglexit, tractans negotia secularia. Nam summam Imperii [illegible] regalibus, detulit ad Lotharium Saxonē, cæteris Electoribus persuasis, & in suam adductis sententiam, contra officium episcopi. *Ibidem.*

Coluit deos alienos, in quorum honorem altaria dedicavit. ut altare B. Stephani, situm in Novo monasterio, in honorem Jesu Chri[illegible] B. Mariæ virginis, omnium Martyrum, La[illegible] Vincentii, & Albani, dedicavit; anno Salutis [illegible]. *In Appendice Mariani Scoti.* Quinto anno pòst, altare in Novo monasterio ad Aquilonem dedicavit, in honorem Jesu Christi, S. Crucis, S. Petri, & omnium Sanctorum. *Ibidem.*

Monasteria fundavit: Ringoviæ Erbachium, & Schwabenhemium. *Ibidem.*

Architectum egit. Oppidum enim Aschafenburgum, unà cum adjacense castello, mœnibus, turribus, & fossis, munivit. *Bruschius in catalogo Episcoporum Mogunt.*

Conciliis interfuit. Præsedit enim Moguntiæ in concilio, anno 1131. *In Appendice Mariani.*

¶ Ipse autem sibi plurimarum calamitatum architectus fuit. Cùm enim adversùs Imperatorem, cum Saxonibus, aliisq; Principibus, conspirare deprehenderetur: Imperator, rebelles præveniens, Adelbertum cepit; & arctissimæ custodiæ mancipatum, diversisq; tormentis, atq; incredibili famis inediâ excruciatum, ut via ossibus hæreret, toto triennio detinuit; & postea ad sedem episcopalem remisit. *Ursbergensis. Crantzius in Saxoniâ* refert; * à Moguntinis civibus, Imperatorem obsidentibus, ipsum esse carcere solutum, ecclesiæq; restitutum: cùm eâ de re à Papâ commissionem accepisset. *Aventinus** ipsum ex carcere dilapsum dicit. & ad Saxones confugisse.

* lib. 5. c. 36.

* lib. 6.

Perfidiæ suæ præmium fert Moguntiæ. Nam cùm Fridericus multos civium trucidâsset: tantopere illi doluerunt; ut penè in proprium Episcopum arma stringerent, tanquam hujus cladis nefarium autorem. *Frisingensis.**

* lib. 1. c. 13.

Præfuit annis 28. & tandem, anno salutis humanæ 1137. 12. Calend. Julii, abiit ad majores suos. *In Appendice Mariani Scoti.* Sepultus est autem in monasterio Erbachio, quod fundaverat. *Bruschius.*

ADELBERTUS II.

Successorem habuit ejusdem nominis, Adelbertum II. ex fratre nepotem, Comitem Sarbergensem; Præpositum basilicæ S. Virginis Erfordii. Is verò, intercedente Friderico Principe, cui soror sua nupserat; *(ut Frisingensis habet)* vel à Cunrado III. communi & cleri & populi consensu, archimysta designatur, *secundùm Appendicem Mariani.* Deinde, cùm primùm ordinatus esses presbyter; sequenti die, octavis scilicet Pentecostes, ab Otthone, Bambergensis ecclesiæ antistite, episcopus consecratur: anno 1138. *Ibid.*

Antichristi Romani membrū fuisse, hinc liquet: quòd biennio pòst, ab Innocentio II. qui tunc personam Antichristi gerebat, Romam evocatus, & benignè exceptus est. Patruo autem suo, cui successit, non absimilis moribus fuit. Imperatori enim suo parùm fidus, & beneficiorum, quibus ab illo affectus erat, planè immemor fuit. *Frisingensis.** Nam contra Imperatorem fœdus fecit cum Saxonibus: quâ quidem in re & seditionem suam probavit. *In appendice Mariani Scoti.*

* lib. 1. c. 21.

Præfuit autem annis 4. atque ipso tempore, quo agitaret sedisiosa concilia, exspirat, anno 1141. XVI. Calend. Augusti. *Ibidem.*

MARCOLPHUS.

Quem *Bruschius* existimat dictum fuisse Marcellum; vir aliquin doctus & honestus, Aschafenburgensis collegii Præpositus, pauld pòst in eodem episcopatu succedit.

Characterem autem Babylonicæ meretricis hic quoq; accepit. Nam à Pontifice Romano pallium [illegible] redemis: ut[illegible] cam summam conficeret; (satis enim carè illud suum vile linum, atque plumbeas laminas Romani prædones [illegible]endere consueverunt) de aureâ cruce, quam Villegisus (de quo superiori seculo dictum est) in monasterio S. Martini [illegible] xerat, alterum pedem detruncat. Romamque mit-tit. Neque a[illegible] t Papa, [illegible] ac-cipere. Non autem a[illegible] no [illegible] est anno salutis 1142. Idibu[illegible]. *Bruschius, & Appendix Mariani Scoti.*

HEINRICUS.

Cognomento F[illegible] ho[illegible] inv[illegible] accipien[illegible] à Cunra[illegible] III. [illegible] in præsent[illegible] à Gregorii & D[illegible] vii Cardinalium. *Appendix Mariani Scoti.*

In suâ gub[illegible]nati[illegible] nonnu[illegible] Nam tum in vitam, mo[illegible] tuorum [illegible] rimè insectatus; omniq; studio conatus es[illegible] in ordinem; ne scilicet sacerdotalis dignitas [illegible] dem tunc erat, in contemtum adduc[illegible]ur. Attam[illegible] minatus est, ut gentium Principe[illegible], [illegible]que pot[illegible] u-triusq; gladii sumsit. Nam Principu[illegible] hujus [illegible] subditos habuit, illis præfuit; jus pol[illegible] adm[illegible] & exsequens. quamvis eâ in re specta[illegible] pacem & tr[illegible] litatem; & ut suis bene esset in pace.

Sic Mersburgi, Imperatori Cunrado [illegible] unà cum aliis Saxoniæ Principibus, a[illegible] vitatis Domini: ubi, cum aliis, de ne[illegible] perii tractavit.

Coluit deos alienos; dedicatione mon[illegible]ster[illegible] rium, sacel[illegible] orum; veneratione re[illegible] arum. S[illegible] vum monasterii [illegible] unà cum [illegible] altari in m[illegible] Dysibodii situm, in honorem Jesu Christi, B. Mari[illegible] Joh[illegible] Evangelistæ, & Dysibodii, dedicavit, anno 114[illegible]; Indictione VI. *Appendix Mariani.* Al[illegible] in vestibulo [illegible] dem monasterii, eodem tempore, in honorem S. Cruc[illegible] & Johannis Baptistæ, consecravit. *Ibidem.*

Recondidit porrò reliquias S. Dysibodii [illegible] altare primarium, in tumulo lapideo, in duobus p[illegible] cellis: quorum alterum ossa; alterum verò cin[illegible] nebat. His alias adhuc addidit, atque in eodem tu[illegible] servavit: ut, trium Virginum corpora, de coll[illegible] un[illegible] cim-mille Virginum, in ligneis capsulis; & qu[illegible] dam de Thebæâ legione.

Sacellum denique B. Mariæ, in honorem Jesu Chri[illegible], S. Crucis, S. Dysibodii, Felicis Papæ, omnium Sanctoru[illegible] & præcipuè in honorem B. Virginis, dedicavit, anno [illegible]46. Calend. Novemb. *Appendix Mariani.*

*Frisingensis** ipsum perturbatorem Ecclesiæ nominat: qui sæpius quidem correptus; sed non correctus sit.

Lib. 2. de Frid. cap. 9.

Gravissima sui cleri odia sustinuit; cum ipsorum turpitudinem corriperet. Nam falsò eum ad Papam Eugenium III. detulerunt, tanquam somnolentum, igna[illegible], prorsus ad illud munus ineptum atque inutilem. Romam igitur evocatur, ut de objectis criminibus se purget. Ablegat autem Arnoldum, suum Camerarium, cui plurimùm fidebat, sui excusandi causâ. Sed quid fi[illegible] A[illegible] suum ibi negotium agit, non ejus, à quo mi[illegible] Cardinales enim pecuniâ corrumpis, atque Heinr[illegible] graviter accusat. Tandem etiam id obtinet; ut Leg[illegible] mittantur, qui de toto negotio coràm cognoscant: [illegible] magnam pecuniæ vim dono dat, pro impetrando e[illegible]-patu. Veniunt igitur, Bernhardus Pr[illegible]yter, & Gregorius Diaconus, uterque Cardinali[illegible], Wormaciam [illegible] de Heinrico causam cognoscerent; quem clerus Romæ falsò detulerat. Qui cùm excusando ni[illegible] quicquam pr[illegible]ficeret; in hanc tandem erupit vocem: *[illegible] ad ipsum Papam [illegible] cognitionem nunc rejecerim, contra vestrum il[illegible] cessum; utiq; laterem lavarem. nihil q; efficerem: [illegible] detrimento corporis, & existimationis ac fort[illegible] multis laboribus atque molestiis sponte obicerem [illegible] discederem. Quapropter ad judicem om[illegible] justi[illegible] Dei, Dominum Jesum Christum, provo[illegible] tandem aliquan[illegible] sistemini. mihi respon[illegible] personam accepit; neque muneribus se corrumpi[illegible]*

Quâ quide[illegible] re, Antichristi Romani [illegible] & detestatus est. Ipsi verò eum [illegible] *tu præcesseris, nos sequemur.* cum [illegible] autem altero anno pòst Heinricu[illegible] utrumq; Cardinalem venit; inter[illegible] *suo tempore nos sequemur.* Nec [illegible] opi[illegible]

namq; die ambo moriuntur: alter quidem cacando, mortis genere fœdissimo, alter verò præmordendo articulorum digitos, eosq; exspuendo, tanquam semet-ipsum devorans. *Chronicon Moguntinum.*

Pacificus alioquin fuit, benignus in pauperes, & veritatis ac honestatis amator. id quod rarum inter Episcopos horum temporum exemplum est. *Ibidem.*

Præfuit annis fermè novem. Loco motus, monasterium quoddam ordinis Cisterciensis, in Saxoniâ, ingreditur: non ut monachus fieret; sed ut ibi vitam ageret privatam, quietur atque tranquillius. Moritur autem anno 1153. Calend. Septembris, & sepelitur Embeci. Sepulcro ejus inscriptum fuit, ut *Bruschius* testatur:

Ad Christum sospes eat hujus corporis hospes!

ARNOLDUS.

Heros à Selenhofen, è Ringoviâ natus, Diaconus Aquisgranensis, interventu pecuniæ, Heinrico succedit, in Pontificatu, homo & ingeniosus, & facundus; quam ob causam Friderico Imperatori charus.

Perfidus fuit. Nam contra datam fidem antecessori, proprium quærit Romæ compendium; ut ad illam sedem perveniret. Cæterùm, suâ intrusione, magnorum motuum autor fuit Moguntiæ. Erant enim, qui Heinrici vicem dolebant: alii verò non parùm de hoc substituto superbiebant. quæ res horribilis laniena fuit occasio. Nam septimanis singulis, ter congrediebantur strictis mucronibus; seque mutuò miserrimè trucidabant. Accersitur porrò externus miles, Hermannus Palatinus cum sociis, (quorum nomina *Mariani appendix* recenset) contra Arnoldū ejusq; sectatores. *Chronicon Moguntinum.*

Inanis gloriæ percupidus erat; quam quidem effeminatè vestitu ambiebat. Nam optimam purpuram de Almariâ (ut vocant) aufert; sibique indè vestes fieri curat: tantùm ut eò gloriosior Imperatori appareret. *Ibidem.*

Alterum pedem aureæ crucis Villegisi, ex rapinâ Marcolphi adhuc reliquum, avulsit in sumtum belli.

Potestatem utriusque gladii, spiritualis & corporalis, sibi vendicat. Nam bellum gerit contra Hermannum Palatinum, & alios Comites. Cumque hoc modo nihil ageret: excommunicatione tandem pugnat; ac superior exsistit. Agnoscentes verò culpam, & deprecantes, canes portare ignominiosè jubet; talique pacto recipit in gratiam, anno 1155. *Appendix Mariani.*

Admonitus & ipse à quibusdam, ad agendam pœnitentiam, eam simulavit graviter. Nam Romam profectus est ad Adrianum IV. ut tuorum delictorum, suæque intrusionis, absolutionem ab illo acciperet: atq; ita efficaciam clavis solventis, ad personæ eminentiam alligavit.

Membrum Romani Antichristi fuit: tum quia creatus est Legatus eodem tempore, anno scilicet 1156. (*Appendix Mariani.*) tum etiam propter alias notas, quas habuit.

Securitas in illo magna fuit. Cùm enim non-nesciret, se Moguntinis omnibus, præterquàm Selenhofiis, prorsus invisum esse: qui sæpè de eo ad Imperatorem fuerant conquesti, verùm frustra: nihil tamen periculi subesse suspicatus est. Admonitus ab Abbate quodam Eberbacbense, ut bene sibi prospiceret: tamen susq; deq; tulit. Hildegardis, vatidica quædam, ad illum scripsisse fertur: *Pater, prospice tibi: tanibus enim funes abstracti sunt, qui insequuntur te.* sed sprevit.

Cùm igitur fatalis dies ejus veniret, suæ perfidiæ graves dat pœnas. Nam devotionis gratiâ, ipso Johannis Baptistæ die, peregrinatur ad monasterium divi Jacobi. ubi ex insidiis in ipsum irruunt, Gotfridus Abbas S. Jacobi, & Burchardus Præpositus D. Petri, cum aliis quibusdam sicariis, quos ære conduxerant; atque crudeliter eum interficiunt. Accurrentes plerique omnes; & toto triduo horribiter in cadaver ejus mortuum sæviunt. Tandem, à Canonicis S. Mariæ furtim jam fœtens sepelitur, anno 1160. cùm septem annis, turbulentissimis temporibus, præfuisset. *Chronicon Moguntinum.*

Ejus necem postea ultus est Imperator. Nam cædis authores [illegible] tustul[illegible] Moguntiam penè totam vastavit; mœnia diruit; monasterium [illegible] Jacobi [illegible] lo æquavit; urbem juribus, privilegiis atq; immunitatibus, penitùs exuit. Sic scelera sceleribus puniuntur. *Ibidem, & Bruschius.*

RODOLPHUS.

Rodolphus Cnoblauch, Conradi Ducis Zeringiæ filius, Imperatori sanguine junctus, ab autoribus cædis, substituitur in locum interfecti, consentiente clero, quamvis invito & coacto, contra fidem Imperatori datam. Nam Abbates, Præpositi, & quotquot in clero erant præcipui, datis dextris ei receperant, se neminem, nisi de ejus consilio, electurum. *Appendix Mariani.*

Is autem, quia Fridericum minùs habebat propitium; muneribus gratiam redimere constituit. Quicquid igitur de aureâ cruce Villegisi reliquum fuit, consensu Moguntinensium sumsit; atq; in Longobardiam ad Imperatorem contendit: hoc modo & sibi, & civibus, ipsum placaturus; ac Romæ pallium redemturus. Sed re infectâ discedit, spe suâ frustratus. Antequam enim Romam veniret, à Pontifice Alexandro III. una cum Moguntinis, fuerat excommunicatus: quòd ab hujusmodi homicidis se-se passus fuerat inthronizari. Non multò pòst moritur; cùm vix annum præfuisset: fortè extinctus animi cruciatibus. *Chronicon Moguntinum.*

¶ Divertum *in Catalogo Tungrensium Episcoporum*, quem manu-scriptum habemus, annotatur: [illegible] sacrilegii [illegible] co motus, ad Tungrensem episcopatum, nefariis quibus artibus, evectus scribitur. Verùm [illegible] manus sacrilegas continere minimè valuit. Nam [illegible] dam Udelinum, (qui ibidem carnifex appellatur), [illegible] cia ecclesiastica vendidit.

Arma etiam tractavit. Philippo enim [illegible] andro, contra Galliæ Regem, suppetias [illegible] anno 1186. *Chron. Fland.* Tandem, cruce signatus supe[illegible] episcopus, cum Friderico Imperatore, contra terræ Sanctæ hostes procedit. Indè rediens, Viliaci hausto veneno interiit.

CHRISTIANUS.

Natione Thuringus, Comes de Buche, a Conrado Palatino, Hassiæ Landgravio, & Erfurdensi Republica, intruditur, Imperatore Friderico inscio. Itaque, cùm, ab expugnatione Mediolani, in Germaniam rediisset Imperator: quamprimùm illum rursus ejicit; atque Conradum quendam præficit. Quo post biennium rursus amoto (sicut paulò pòst dicemus) hujus electio ratificatur ab Imperatore, anno 1164.

Vir fuit prudentissimus alioquin, Imperatoris supremus Cancellarius, atque Legatus pontificius, aliquot linguarum, ut Latinæ, Græcæ, Italicæ, Brabanticæ, imprimis gnarus: ut, quamcunque vellet, eleganter exprimeret. *Crantzius in Saxoniâ.*

Militem rectiùs dices, quàm episcopum. Nam ab Imperatore in Italiam præmissus est, cum parte exercitus: ut Romanis esset terrori. Cumque in Tusculano subsisteret: magnâ manu erumpunt Romani, certissimam sibi promittentes victoriam; quòd numero ipsius exercitum longè superarent. Sed victoria penes Moguntinum fuit: & interfecta ab ipso scribuntur 12000. *juxta Crantzium. Bruschius*, 15000. numerat. Sic decet Episcopum, & Episcopum Romanum salutandum, venire!

Deinde, anno 1172. Bononiensibus bellum intulit: cùm primùm Longobardiam, & Tusciam, fuisset depopulatus. In eâ verò expeditione, itidem victoriam consecutus est. Nam & Bononienses in fugam vertit; civitatemque obsidione cinxit; atq; tandem ad deditionem compulit. Ubi cùm obsides accepisset, at ingentem pecuniæ vim extorsisset: rectâ Anconam magnâ cum prædâ ivit; totoq; fermè biennio eam obsidet: ac fame tantoperè afflixit, ut corium ederent: ac tandem deditione eam cepit, & destruxit.

Mediolanum quoque, Ferrariam, & Ravennam, expugnavit: Longobardiam, toto suæ vitæ tempore, magnopere afflixit. Trecentas naves piraticas suis aptavit usibus: ut terrâ mariq; hostes aggredi posset. *Crantzius in Saxoniâ, Nicetas in Manuele.*

Antichristi mancipium haud-postremum fuit. Nam Paschalis, quem Imperator Fridericus pro summo pontifice agnovit, contra Alexandrum III. ipsi solitus est scri-

ber-

le[illegible]: C[illegible]stian[illegible] Christianissimo, Ecclesiæ filio fidelissimo. Ca[illegible]um, in valle S[illegible] etanâ, multo tempore solus pavit. *Crantzius in Saxonia.*

Colluit de[illegible] Maozim, inter media arma. Namubi ad B[illegible]nam te[illegible] cessisset ex sententiâ: in cœnobio S. Michaelis, in monte[illegible] urbem sito, sacra jussit apparari. Ibi indutus vestitu pontificali, cùm sanguine cęsorū manus primum consecrasset, missificat; reliquis satellitibus officium de Thebæis martyribus (uti vocant) canentibus. Erant hi trecenti peuttes; & totidem mulierculę moniales.

Du[illegible] otiolorum monachorum & monialium, ordinis Cistercienfium; quorum monasteria passim subverterat: eò quòd hic ordo passim Alexandro III. adhærebat. [illegible] ad ipsum confluebat, (eò quòd illud vitæ genus sine labore, quo assuefacti non fuerant, ipsis quæstuosum videretur) tanto numero: ut, sinè reliquo exercitûs ad[illegible] in[illegible]culo. [illegible] firmissima præsidia caperent. *Crantzius ibid.*

¶ Historici in ejus vitâ describendâ variant: quorum nonnulli ipsum laudibus extollunt; nonnulli detestantur. Nam *Chronicon Moguntinum* hoc modo ipsum prædicat. Christianus, imperatoris Cancellarius, vir miræ prudentiæ; in rebus ambiguis & arduis, subtilissimi consilii, & velocissimi, inventor fuit. Miræ etiam patientiæ, in ferendis rebus adversis. Nullâ in prosperis superbiâ extollebatur. Vultûs benignitate omnibus gratiosus, & aliâs honestis moribus adornatus. *Continuator Sigeberti*, tyrannum vocat. *Crantzius in Saxonia* falsè deridet: Speciosum, *inquit*, erat visu; armatum in equo conspicere pontificem, auro galeatum, tunicatumque hyacinthinâ desuper tunicâ. Clavam manu gerebat trinodam; Herculem putares.

Supra modum fuit sumtuosus. Asini enim, & meretrices, in ejus exercitu, amplius insumsisse feruntur, quam tota Imperatoris familia; quæ tum opulentissima videbatur.

Magnum robur, & animi, & corporis, in illo fuit. Uno namque prælio, novem fortissimos viros suâ manu trucidâsse dicitur. *Crantzius.*

Ejus denique adminiculo, Friderico consentiente, monasterium S. Jacobi prope Moguntiam, propter Arnoldi necem dirutum, cœptum est reædificari, anno 1172. *Chronicon Hirsaugiense.*

In tanto rerum successu, tandem in gravem incidit calamitatem. Nam Cunradus, frater Ramerii Principis Montis-ferrati, illum cepit, & custodiæ mancipavit, anno Domini 1180. *Continuator Sigeberti, & Nicetas.*

Fortè hæc captivitas occasionem præbuit transactionis, inter Imperatorem & Alexandrum III. Pontificem; inter quos, jam annis fermè 18. gravissimæ extiterant simultates. Christianus igitur, cujus summa apud Imperatorem fuit authoritas, sese interposuit; ac utriusque animum ad pacem flexit. Quod factum non fuisse videtur, si ejus captivitatis mansisset expers.

Cùm igitur annis præfuisset 1[illegible], mortuus est, non-procul a Româ, anno salutis 1182. [illegible]ulò antè ipsum Papam ad se evocaverat: cui cùm suam recitâsset confessionem, ac communionem de ejus manu accepisset, aliaque Romana sacramenta, atq; papales indulgentias; protinus animam exhalavit. Ejus mortem Imperator, totaq; Aula, tulerunt gravissime. *Chronicon Moguntinum.*

CUNRADUS.

Comes de Wittelsbach, Rheni Palatinus, frater Othonis Palatini, (ejus scilicet, qui Philippum Bambergæ interfecerat) Moguntinus archiepiscopus, in locum Rodolphi, ab Imperatore Friderico constituitur; anno salutis 1162. Hac autem vice non ampliùs, quàm duobus annis, præsedit: quibus exactis, Imperator illum loco removit; quòd Alexandro III. adhæreret. *Appendix Mariani, Chronicon Hirsaugiense.*

Membrum Romani Antichristi non-postremum fuit. Nam Alexandro III. fide & jure-jurando devinctus fuit, ac confederatus. *Appendix Mariani Scoti.* Ad quem remotus receptum habet; ac Sabienfis episcopus electus & designatus est; galeroque etiam cardinalitio dotatus. A quo tempore se-ipsum, episcopum & Moguntinum, & Sabiensem, in omnibus suis literis vocare solitus est.

Super[illegible]orem potestatem non sprevit tantùm; sed etiam proterv[illegible] rebellam egit. Siquidem perfecit, ut injustè sententiam excommunicationis is, qui tum personam Antichristi gessit, in Imperatorem ferret. Unde posteà inter Imperium, & qui se falsò Clerum vocant, periculosum atq; diuturnum schisma ortum est.

Eo schismate sopito, atque Christiano è vivis sublato, post annos 18. tandem ad priorem sedem redit; magno cum desiderio Moguntinorum.

Quæstor magis [illegible]nius, quàm episcopum. Nam cùm Moguntinis esset restitutus, gravem suo clero imperavit exactionem; ità quidem, ut omnes mirarentur.

Bellum gessit, & armis conatus est religionem pontificiam promovere. Nam anno 1188. unà cum aliis profectus est in terram Sanctam, ad exterminandos Saracen[illegible], & restituendum (ut vocant) cultum Christianum: ubi militiæ occupatus fuit toto triennio. *Aventinus* *

* lib.7.

In eo itinere, Leonem Armeniæ Regem coronavit, ex mandato Heinrici VI. *Bruschius.*

Promovit vitam monasticam. Novum enim monasterium Moguntiæ extruere instituit, reversus: sed opus non perfecit. Heinricum Leonem Imperatori conciliavit. *Crantzius in Saxonia.* *

* lib.7.c.3.

Totum tempus, quo præfuit utrâque vice, sunt anni 19. & posteà collectus est ad patres suos, anno humanæ salutis 12[illegible]0. *Chronicon Moguntinum.*

GOTFRIDUS, & BURCHARDUS.

Gotfridus Abbas S. Jacobi, & Burchardus Præpositus S. Petri Moguntiæ, extremè Arnoldum archiepiscopum oderant atque interfecerunt etiam: anno 1160. Gotfridus, captus a Friderico ad[illegible]ctus, cùm se purgare non posse[illegible] motus, & in exilium abire jussus est, anno 1163. *Appendix Mariani Scoti.*

III. TREVIRENSES.

BRUNO.

FRancus, ex illâ scilicet Franconiâ oriundus, quæ antiquitùs Orientalis dicitur; Arnoldi Comitis & Adelheidi, Comitissæ filius, Treviri constituitur episcopus, anno 1101. consecratus ad id munus Moguntiæ, sicut pontificiis mos est, Idibus Januarii.

Meretricis Babylonicæ characterem accepit. Cùm enim ab Imperatore Heinrico IV. utpote laico, baculum & annulum, episcoporum insignia, accepisset, a Paschali Papâ acriter propterea objurgatus est. Tertio anno pòst, cum Romam ivisset, pro impetrandâ confirmatione: nec antè confirmatus est quidem; quàm priorem consecrationem resignaret, & denuò pallium à Papâ redimeret. Quod ubi fecit; Primas Galliæ Germaniæque confirmatus, atque designatus est.

Mediator scribitur fuisse, inter Imperatorem & Populum Treviroensem. & hoc modo transegit: ut Imperator populo investituras resignaret, Populus verò eos, qui investirentur, regalia ab Imperatore accipere juberet. *Catalogus Trevirensium Episcoporum.*

Missus est Romam Legatus, ab Heinrico V. & præcipuis Imperii Ordinibus, anno 1107. unà cum Henrico Magdeburgensi, Othone Bambergensi, Eberhardo Eistettensi, Gebbardo Constantiensi episcopis, de erratorum reformatione, cum Papâ Paschali II. deliberationem instituendi. at non procul a Tridento, à nobili quodam Alberto, cum itineris sociis capitur: sed dimittitur tandem. *Crantzius in Saxonia.* *

* lib.5.c.21.

Judæum apud se habuit Physicum, nomine Josue. hunc disputando victum baptizavit; suumque ipsi nomen indidit, Brunonem vocans.

Architectus aliquot monasteriorum fuit. Nam monasterium S. Eucharii prope Trevirim, quod olim S. Matthiæ Apostolo dicatum fuit, fermè collapsum, restauravit. In quâ reparatione, corpus S. Matthię cùm reperiretur, isti cœnobio pristinum nomen remansit. *Chron. Hirsaugiense.* In diœcesi Spirensi, in pago Creichgaw aliud de novo monasterium construxit ordini S. Benedicti, anno Domini 1122. ex hæreditate paternâ, fratre Poppone Comite

consentiente & adjuvante: Romanæq; ecclesiæ in perpetuum tradidit possidendum.

Alias insuper ecclesias & monasteria reparavit: utpote Confluentiæ, monasterium S. Florini, & B. Paulini: illud quidem fermè collapsum; hoc verò combustum.

Mortuus est anno 1124. & Treviri in ecclesiâ B. Petri majori, prope Egilbertum antecessorem, sepultus est. Præfuit annis 23.

GOTFRIDUS.

Trevirensis ecclesiæ Decanus, ex Leodiensi diœcesi oriundus. Brunoni successit anno 1124. Præfuit annis 2. & mensibus 10. tantùm: atque deinde isto munere se abdicavit, senio confectus. Cæterùm anno 1. mensibus 5. diebus 16. supervixit. Mortuus est anno 112?. 11 x. Calend. Decembris. & in ecclesiâ B. Petri, sub secundo arcu meridionalis plagæ ante altare S. Cosmæ & Damiani, sepultus est. *Chron. Hirsaugiense, Catalogus Trevirensis.*

MEGINHERUS.

Gotfrido Meginherus successit, anno 1128. Membrum Antichristi Romani fuit. Nam Romam pergens, ab Honorio II. consecratus, atq; pallio donatus est.

Utrumq; gladium gessit. Wilhelmum enim Comitem vi compescuit, & pacem constituit. *Catal. Trevirens.*

Abusus est potestate clavium. Nam Româ reversus, jussu Papæ, Cunradum Suevum, fratrem Friderici Imperatoris, excommunicavit, eo prætextu: quasi turbator publicæ tranquillitatis esset; & adversùs Imperatorem Lotharium turbas excitaret.

Mores vitiosos acriter insectatus est, in suis clericis. *Chronicon Hirsaugiense.*

Sui cleri odia acerbissima in se convertit. Quam ob causam, cum Papæ imploraturus esset opem: à suis Cunrado, quem excommunicaverat, proditus, & Parmæ captus, atq; incarceratus est: ac non multò pòst, utroq; oculo privatus, ex ingenti dolore ac cruciatu, vitam cum morte commutavit. *Chron. Hirsaugiense.* Gesta hæc sunt anno Domini 1129. *Appendix Mariani Scoti.* Sepultus est Parmæ. Præfuit igitur anno uno, vel quasi.

ADELBERO.

Illi itaq; successit Adelbero, seu Albero, (*ut ipsum Continuator Sigeberti vocat*) anno 1129. qui antea Primicerius Metensis fuerat, vir magnanimus, & singularis censuræ.

Hic, à Lothario Imperatore, Aquisgrani regalibus acceptis. ipsâ die Paschalis, Simonem, fratrem Imperatoris, publicè excõmunicavit: nec quidem sub Euangelii textu, cùm is publicè prælegeretur in templo, perferre voluit; sed exire coëgit. *Chronicon Hirsaugiense.*

Multa ex cœnobiis monachorum abripuit; & in proprios usus convertit; utpote ex S. Matthiæ, & aliis. quæ rapacitas hoc versiculo notata fuit:

Plurima corrasit; sua mens quoniam utile suasit.

Comitatus est Imperatorem Lotharium, proficiscentem in Italiam, cum 600. militibus. Antecessoris cadaver, effossum, Parmis Trevirim transtulit; & prope Brunonem, in ecclesiâ Trevirensi, tumulavit. A' fratribus de Neutersberge obsides accepit; & Neutersburgum solo æquavit.

Defuncto Lothario, metuens Adelbero, ne Heinricus, cognomento Superbus, Imperatoris gener, Bavarus, qui jamdudum ab ipso Imperatore regalia acceperat, in generali ordinum Imperii conventu, Imperatoriam adipisceretur dignitatem; magno silentio Ducem Alsatiæ Fridericum, patrem Cunradi, & Buggonem Wormatiensem, unà cum Duce Cunrado, ad colloquium clandestinũ vocavit Confluentiam, in medio Quadragesimæ, sede Moguntinâ vacante: ubi & Arnoldus Coloniensis Adelberoni occurrit. ibiq; inter se communicatis consiliis, Cunradum se in Imperatorem electuros, jurarunt: anno 1138.

Monachos ex cœnobio S. Maximini Trevirensi, propter vitæ turpitudinem, expulit; & alios ejectorum loco substituit: anno 1142. *Chron. Hirsaugiense.*

Eugenius III. Papa, qui Trevirim ad synodum venerat, cum 18. Cardinalibus, aliisque Episcopis atque Abbatibus multis, ab Alberone tres integros menses honorificè exceptus est: anno 115 .

Obiit tandem Confluentiæ, biennio pòst, anno Domini 1152. & Trevirim deportatus, cùm in unoquolibet monasterio ipsi fecissent exsequias, juxta altare Cosmæ & Damiani sepultus est. Præfuit annis 23.

HILLINUS.

Vir prudens atq; literatus, communi consensu eligitur; atq; Adelberoni substituitur, anno 1152. Is abbatiam S. Maximini, & Sehure castellum, ab Imperatore Friderico accepit: ut Trevirensium archiepiscoporũ esset in perpetuum. Castellum itidem Siene, cum adjacẽtibus, adeptus est tempore Comitis Everhardi. Nassovium etiam, quod Wormatiensis ecclesiæ fuit, ad se transtulit.

Ædificiis exstruendis, multum & operæ & sumtuum impendit. Mandelstein exstruxit. In Erenbrechtsteio cisternam in rupe excidit: domumque episcopalem, & turrim, perfecit. Investituram de Logenstein solus obtinuit, ab Hermanno Palatino, in præsentiâ Imperatoris: eamq; transactionem Adrianus IV. Papa, dato privilegio, confirmavit. *Catalogus Trevirensium.*

Imperator Fridericus usus illo in legatione est, unà cum Eberhardo Bambergensi, ad Papam Eugenium III. ut de suâ electione ad ipsum referrent; anno Domini 1154. *Frisingensis. de gestis Friderici.**

Exstat *apud Frisingensem** epistola Eugenii III. inter alios etiam ad Hillinum perscripta: quâ ipsos monet, ut Fridericum exhortentur de Guicmanno, Cicensi episcopo; quem Gerhardo prætulerat, & Magdeburgensi ecclesiæ præfecerat Imperator: ut sequatur pactum de investiturâ episcoporum, sicut sub Heinrico V. inter Imperatorem & Pontificem convenerat.

* lib. 2.
* ibid. cap.

Cryptam Orientalem Treviri ędificare cœpit; sed morte præventus, nõ perfecit. Mortuus est anno Domini 1170. & Treviri sepultus. Præfuit annis 18.

ARNOLDUS.

S. Andreæ Prępositus apud Colonienses, Hillino successit, à clero & populo unanimi consensu electus, anno 1170. Is, quia supra modum fuit dives: pacem semper redimere ære maluit; quàm bello inferendo, vel propulsando injuriam, jus suum exsequi. Quàmvis paulò pòst is, qui ejus historiam conscripsit, sibi-ipsi non constet. Dicit enim, Fridericum, donis implacabilem, in Sirsberg obsessum ipsum coëgisse; ut istius castelli jus, & allodii etiam Norinbergæ, S. Petro resignaret. itemque Comitem Nassoviensem, & Eunicensem, fodinis metallicis exsuit. quod sanè sinè vi fieri non potuit. Etsi verò sumtus magnos fecit: nihil tamen supra id, quod veteri consuetudine ipsi debebatur, ab ecclesiis exegit.

Mortuus est senex, anno Domini 1188. 11 x. Calend. Junii, & sepultus Treviri, ante altare S. Trinitatis. Præfuit igitur annis 18. *Manuscriptus codex.*

VOLMARUS.

Post Arnoldi mortem, clerus simul duos elegit: Volmarum archidiaconũ, & Rodolphum præpositum. cujus dissidii tollendi causâ & dies, & hora, destinatur. Qui igitur constitutâ horâ præveniret; hunc defuncto Arnoldo debere succedere. Volmarus itaq; præveniens à suâ factione inthronizatur. Rodolphus subsequens horâ constitutâ, rogat, ut ista electio irrita habeatur: sed frustra. Res defertur ad Fridericum Imperatorem. Citantur utrique: sed Volmarus non comparuit. Quapropter Rodolphi electio rata habetur ab Imperatore; & ipse investitur. Rodolphi electioni Lucius Papa quidem refragatur: sed morte præventus, nihil mutat. Urbanus igitur III. Lucii successor, quàmvis Imperatori promisisset, se Volmarum nequaquam ad eam sedem admissurum: contra datam fidem tamen, ipsum approbat & consecrat; imò etiam Legatum creat. Is postea reversum Rodolphum excommunicavit: unde non parvi motus exstiterunt. Nam Heinricus VI. jussu patris, publicata bona eorum, qui à partibus Volmari fuerunt, diripuit Confluentiæ. *Crantzius in Saxonia.**

* li. 6. c. 47.

Volmarus postea in Mosano synodum coëgit: in quâ Tullensem loco movit; & Virdunensem excommunicavit. qui quàmvis ad Urbanum III. appellat, hoc tamen tempore nihil impetrat; quia Papa moritur. Clemens IV.

Urbani

[illegible] an [illegible] quendam Cardin[illegible] [illegible]dam [illegible] [illegible] & clerum & populu ab ob[illegible]tiâ Ve-mariabsolvit; & [illegible] electionem [illegible] iam fecit, atque clero mandav[illegible] unanimiter alium eligerent. [illegible] igitur hoc [illegible]hisma, quod totum jam decennium duraverat, tandem sublatum est. *Catalogus Trevirensium.*

JOHANNE[S]

Imperatoris Cancellarius, communi omnium consensu electus, archiepiscopalem sedem occupat, anno 119[illegible]. Is nihil dignum Episcopo seu Ecclesiæ doctore egit: sed talia potiùs, quæ Ch[illegible] prohibuit. Bella gessit; armisque [s]e tutatus est. Nam Gerlacum de Caverna, propter exstructam novam arcem, cepit; nec priùs dimisit: quàm illam novam atque veterem sibi resignaret, & in-posterum à se feudum reciperet. Alia præterea castella, tum vi, tum fraude, in suam redegit potestatem. Mortuus est anno 1213. Præfuit annis 23. *Ibidem.*

IV. CONSTANTIENSES.

GEBHARDUS III.

Dux Zeringensis, commendatione Guilhelmi Abbatis Hirsaugiensis, & Bertholdi Zeringensis Ducis, fratris sui, à Canonicis eligitur Constantiensis episcopus. Monachus quippe fuerat Hirsaugiæ, multo tempore. Incidit hæc electio in annum Domini 1[illegible]82, quam postea Pontificius Legatus, Petrus Albę episcopus, ratam habuit; additâ etiam consecratione.

Ejus operâ, tota Saxonia ab Imperatore Heinrico IV. defecit ad filium. *Aventinus.* * Quam ob causam, à regiis asseclis exsulare coactus est, annis 13. Ulrico abbate Sangallensi, Carinthiæ Ducis filio, Constantiam obsidente. Interim Arnolphus præfuit. Postea rediit ille, ope Theuderici abbatis Petershusani, in episcopatú, circiter annum Domini 1105. & majore trâquillitate deinceps 11. annis præfuit. Cathedralem basilicam, à Rumoldo cœptam reædificari, absolvit, & consecravit etiâ. Obiit anno 1116. *Bruschius*

* lib. 6.

ARNOLPHUS.

Comes Sancti montis, Suevus, ab abbate Sangallensi Ulrico, qui consanguineus Heinrici IV. Imperatoris fuit, per vim intruditur, circiter annum Domini 1092. Monachus enim Sangalli fuerat. Præfuit annis 13. non sinè insigni dispendio. Quibus elapsis, inclinatisque rebus Imperatoris, à consanguineis Gebhardi, loco rursùs motus est; & Gebhardus restitutus. Quid deinceps de Arnolpho factum sit, aut quò locorum pervenerit, ignoratur. *Bruschius.*

ULRICUS.

Comes Dillingensis & Kiburgensis, consanguineus Udalrici, Augustani episcopi, (de quo superioribus seculis dictum est) favore Heinrici V. ad hanc sedem pervenit; in ejus electionem consentiente clero & populo. Confirmatus est à Gelasio II. & consecratus à quodam Mediolanēsi archiepiscopo. Is monasterium Canonicorū regularium S. Augustini, Crenexlingum, in Turgoviâ, extra muros Constantienses situm, de suo exstruxit, & reditibus locupletavit. Xenodochium pauperum, quondam a S. Cunrado constructum, jamq; fermè collapsum, iterum instauravit, additis reditibus. Apud Calixtum II. Papam consecutus est potestatem canonizandi S. Cunradum, circiter annum Domini 1120. cùm is jam 144. annis sub terrâ quievisset. Tandem morbo epileptico correptus, occubuit, anno 1127. cùm 11. annis præfuisset. *Chronicon Hirsaugiense, Appendix Mariani Scoti, & Bruschius.*

ULRICUS II.

Baro de Castellis, monachus apud sanctum Blasium in [illegible]ercinia, communibus Canonicorum suffragiis electus, succes[sit]. Multas ille calamitates præsenti tulit animo; [illegible] iamd[illegible] [Can]onicus haberet propitios. At cùm, propter [illegible]ectum castrum, quod fortè Urbi, si quando obsidere[tur], incommodare [p]ot[ui]sset, flammas in ipsum odii con[illegible]: graviter coram Imperature Lothario, & Inno[centi]o II. Pontifice, [eu]m accusarunt. Ideoq; isto se mo[nere] abdicans suâ spontè, [ad] vitam monasticam rediit: ibi [illegible] quum vitæ tempu[s] [illegible]. [illegible] resignatio incidit in annu[m] [11]38, cùm annis 11. præfui[ss]et. *Bruschius.*

HERMAN[NUS] [I.]

Baro de A[illegible] [illegible] [illegible] [episco]pus Constantiensis [illegible], confirmatu[s] [illegible] anno Domin[i] [illegible] [illegible] auri ma[illegible] patrimonium, ad epi[sco]patum [illegible] & [illegible] mæ basilicæ contu[lit].

Cunradus [III.] Imperator [illegible] Brun[illegible] dum, suum Sacellanum [illegible] [illegible] detruderet [illegible] ministerió, & [illegible] [illegible].

Omnibus [illegible] [illegible] benevolentiam, quâ in omnes [illegible]. A[illegible] [illegible] viæ oppidum [illegible]enuit. Scotorum mon[asterium] in [illegible] restauravit, anno salutis [11]42. [M]ort[uus e]st anno [illegible] annis 26. præfuisset *Bruschius.*

OTTHO II.

Comes Habspurgensis, (quamvis quidam Decem [illegible]ringensem affirmant) succedit e[illegible] [an]no. [illegible] antea Augustæ, ad S. Mauritium, [illegible] alioquin fuisse scribitur, sed [illegible] [illegible]udina[illegible] anno 1169. cùm 4. tantummodo [annis] præ[fuiss]et.

BERTHO[L]D[US].

Baro de Busnang, ex Turgoviâ, (quamvis nonnulli existimant, de Kussnach ex Ligov[illegible] [illegible] [illegible]) communibus suffragiis, post Otthonem eligitur. Obiit anno 1179. xx Maii. *Bruschius.*

WILHELMUS.

Decanus Bajocensis, eligitur in [episco]pu[m] Constantiensem, anno 1182 *Continuator Sigeberti.*

HERMANNUS II.

Nobilis Fridingensis, et Hegoviâ natus, successit eodem anno. Pacis fuit stud[io]s[issi]mu[s], ideoq; [o]mnibus suis ex animo charus exstitit. Obiit anno salutis humanæ 1191.

DIETHELMUS.

Baro Wyssenburgensis, & Dominus in Krenckingen, Abbas Divitis Augiæ, in comitiis Spirensibus, designatus est, a Friderico: cumq; isti cœnobio utiliter ann[is] [illegible] præfuisset, cleri & populi Constantiensis unanimi con[sens]u, eligitur episcopus, anno salutis 1192. Præfuit anni[s] [1]3. simul retinens Divitis Augiæ etiam possessionem. Obiit anno 1205. Aprilis die 1[illegible]. *Bruschius.*

RICHARDUS.

Richardus Constantiensis juvit [elev]ationem corporis S. Firmiani, anno 1157. *Continuator Sigeberti.*

V. AUGUSTANI.

HERMANNUS.

Comes a Wittelsbach, Bavarus, cognomento [L]uscus vel monoculus, propter visûs defectum. Simoniæ artibus isti sedi præficitur [a]b Heinrico IV. a[nno] [sal]utis humanæ 1096. Is muros urbis, à Guelphone [illegible] restauravit; fecitq; & ampliorem, & municiorem. Mortuus est anno 1133. cum 37. annis præfuisset.

WALTHERUS.

Unanimi cleri consensu electus, succe[ssit] Hermanno, sequenti anno, 19. Aprilis. Duo, suæ gube[rn]ationis tempore, monasteria exstruxit. Postea suâ sponte anno salutis 1150. abdicavit se isto munere factusm[o]nac[hus] [in] monasterio Orientalis Franciæ Selgenstad[ens]i: in [quo] [vix]it tribus annis. Obiit anno 1153. Septemb[ris] [d]ie 9. in ejusdem monasterii templo sepultus. *Bruschius.*

CUNRADUS.

Comes à Lützelnstein, consentientibu[s] cleri suffragiis, Walthero substituitur. Is cùm quatuor ann[os] in palatio episcopali habitâsset: monasterium S. Ulric[i] [illegible] [illegible] nihilominùs episcopatum gubernans: a[illegible] præ[fui]t annis [illegible]. Obiit anno salutis humanæ 1167. i[n] Ital[ia], correptus peste, *secundùm Aventinum.* * Sepultus est in cœnobio S. Ulrici.

* lib. 6.

HARDOVIGUS.

V[e]l Hardowicus. Nob[il]is heros Lierheimensis ex Risâ, natus, constituitur eodem [a]nno successor, quo [Cu]nradus moritur. Monachu[s] & Prior [illegible] [illegible] m[illegible]n [illegible] S. Ulrici, Augustæ. Is [illegible] [illegible] [illegible] us. patronum su[i] epis[co]patu[s] [illegible] [illegible] a-iorem, & ejus [illegible] [illegible]

præbuit. Nam Guelphones Raventpurgenses, id jus ad se pertinere arbitrantes, nonnihil ipsi molestiam crearunt. Obiit anno 1184. Januarii 25. die, postquam 17. annis præfuisset. Sepultus est ante altare S. Georgii, in basilicâ beatæ Virginis.

UDALSCHALCUS.

POst Hardovigum, Udalschalcus, Comes Thennenlohensis, vel secundùm alios Eichenlohensis, antistes designatur. Fuerat is summi templi Augustani Præpositus. Totus autem fuit occupatus, ædificandis consecrandisq; monasteriis. Nam sancti Ulrici monasterium, quod anno 1183. incendio conflagraverat, ejus subsidiis restauratur; & quadriennio pòst consecratur. Itemque aliud S. Crucis Benedictinorum, in Danubiana, denuò dedicavit & consecravit. Fundavit etiam Augustę cœnobium S. Crucis. Præfuit annis 18. & mensibus 4. Mortuus est anno salutis 1202. *Bruschius.*

VI. ARGENTINENSES.

BALDOVINUS, & CHUNO.

BAldovinus, anno 11.. Argentinensi sedi præficitur: vixque duobus præest mensibus. Cui Chuno succedit, ab Imperatore Henrico IV. electus. Is, primis suæ gubernationis annis, cum aliis quibusdam viris nobilibus, dicitur fundâsse & construxisse Baumgartense cœnobium. Præfuit annis 22. tam negligenter; ut etiam officio removeretur. *Appendix Mariani Scoti, Chronicon Hirsaugiense.* Obiit anno Domini 1123. *Bruschius.*

BRUNO.

BRunonem, qui Chunoni successerat, non multis post adeptum episcopatum annis, sede ejicit Lotharius. Quæ verò ejus rei causa fuerit, nusquam reperitur. Reconciliatus tamen tandem, post quadriennium, quàm expulsus erat, interventu Reginæ & Episcoporum, loco restituitur, anno Domini 1129. *Appendix Mariani Scoti.* Biennio pòst, resignavit eum episcopatum. *Ibidem.*

EBERHARDUS.

Appendix Mariani Scoti, cujusdam Eberhardi Argentinensis episcopi meminit; qui anno Domini 1127. mortuus est. Fortè quòd hic circiter biennium præfuit, quo tempore Bruno exsulavit.

GEBEHARDUS.

Qui Brunoni successit, utrumque gessit gladium. Nam contra Fridericum Sueviæ Ducem pugnavit; & superior exstitit. Obiit anno humanæ salutis 1140. *Chronicon Hirsaugiense. Appendix Mariani Scoti.* Vel *secundùm Bruschium*, 1141.

BURCARDUS.

Totius cleri suffragiis eligitur, anno 1141. Is xenodochium Argentinense liberalissimè ditavit, & auxit. Templi S. Thomæ, incendio conflagrati, instaurationem juvit. Præfuit annis 20. Obiit anno Domini 1161. *Bruschius.*

RUDOLPHUS, & CUNRADUS.

RUdolphus eodem anno hunc consequitur episcopatum, simoniacis largitionibus. Is rursus ab Alexandro III. anno 1179. mense Aprili, in publicâ synodo Romanâ, ad quam 5.. confluxerant Episcopi & Abbates, loco movetur. Præfuit annis 18.

Rudolphi successor Cunradus, exacto vix uno anno, in vivis esse desiit.

HEINRICUS.

Baro Haserburgensis, per clerum Cunrado substituitur: obiitque anno 119.. cùm decem annis præfuisset, Calend. Aprilis. *Bruschius.*

VII. SPIRENSES.

GERHARDUS.

SUevus, Comes Auracensis, ex Canonico Argentinensi, Abbas Hirsaugiensis factus, totius Spirensis cleri consensu, eligitur antistes, anno salutis humanæ 11.5. *Bruschius.*

Chronicon Hirsaugiense a Heinrico V. Ratisbonæ, huic sedi eum præfectum dicit de consilio Ruthardi Moguntini & aliorum, qui eò ad comitia venerant: à quo & consecratus est. [illegible] est adversâ valetudine. quam ob causam clam ad Hirsaugiense monasterium, [illegible] causâ [illegible] Spirensibus reductus, cùm tribus mensibus inter Rheni paludes (qui locus hodie dicitur Bruchsal) substitisset, moritur, Calend. Martii, anno Domini 11.8. *Chronicon Hirsaug. Bruschius* mortuum narrat anno 11.. postquam 4. annis, & 1. mensibus, præfuisset. Sepultus est in choro templi Hirsaugiensis ante summum altare, sicut vivus hoc petiverat. *Chron. Hirsaug.*

BRUNO.

Qui & Eiphardus, Gebhardo successit. *Chron. Hirsaug.* Clero Spirensi commendatus, ab Imperatore Heinrico V. Ejus consensu Spira, ab intolerabilibus aliquot oneribus, liberatur ab Imperatore. Obiit anno .. Octob. die 19. cùm paulò antè Romam ablegatus fuisset ab Imperatore, pro componendâ controversiâ de Investituris. *Continuator Sigeberti.* Præfuit annis 12. Mortuus, in Limpurgense cœnobium Spirâ defertur, & ante gradus presbyterii sepelitur. *Chron. Hirsaugiense.*

ARNOLPHUS.

Quem *Appendix Mariani Scoti* Arnoldum vocat, Abbas Corbejæ in Saxoniâ primùm; deinde Laurissensis, Weissenburgensis, & Limburgensis; ab Heinrico V. cõsensu cleri Spirensis, Brunoni subrogatur. Obiit anno 1127. cùm annis tantùm 4. præfuisset. Sepultus est apud S. Guidonem in choro. *Bruschius.*

SIGEFRIDUS.

COmes Leyningensis, succedit anno Domini 1127. Ejus gubernatio aliquamdiu turbulenta fuit. Nam Cunradus Suevus, ægrè ferens, Lotharium in Imperii successione præferri, Rheni ripam invadit hostiliter, Spiram obsidet, & deditione capit. Episcopus ejicitur: quòd Lothario adhæsisset; & Cunradum pro Romano Rege cognoscere noluisset. Sed paulò pòst & Lotharius cum exercitu eò quoque veniens, & Spirâ recuperatâ, Sigefridum loco restituit. Is anno 1137. basilicam D. Virginis, igne conflagratam, restauravit. Obiit anno salutis 1142. Septembris 25. die: cùm annis 15. præfuisset. *Chron. Hirsaugiense. Appendix Mariani Scoti* constituit annum mortis 1147.

GUNTHERUS.

COmes Leyningensis, successit, consentiente clero unanimiter in ejus electionem. Is à Friderico, cujus tempora assecutus est, dotatus est Werbesteinensi castro, & circumjacente territorio. Fundavit Maulbrunnense cœnobium. Obiit anno Domini 1156. Septembris di.. cùm 14. annis præfuisset. Sepultus est Maulbrunnæ in cœnobio, ad summum altare ebori. *Bruschius.*

UDALRICUS.

HEros à Duemüntz, substituitur. Is multa ecclesiæ Spirensis privilegia amisisse fertur. Obiit in Italiâ, in castris Friderici Imperatoris, obsidentis Romam, pestilenti contagio correptus; anno Domini 1168, cùm annis præfuisset 12. *Cuspinianus, Bruschius.*

GODEFRIDUS. II.

Udalrici successor, insignem Evangeliorum librum, auro, argento, & gemmis pulcerrimè instructum, Ecclesiæ Spirensi dedit, cum hac inscriptione:

> *Me Godefrid sancta præsul dedit ecce Maria:*
> *Munere pro tali teneat pia gaudia cœli,*
> *Quo residet Regum Rex, omni laude per ævum.*

Mortuus est anno Domini 1178. *Idem.*

CUNRADUS II. & RAPOTHO.

Cunradus II. successit sequenti anno; præfuitq; annis 5. & postea transiit ad patres suos, anno 1184.

Post hunc Rapotho, qui & Rabodo dictus est, præfuit annis 4.

UDALRICUS II.

Nobilis Recbbergensis, qui arcem Brusellensem exstruxit, totidem annis præfuit eidem ecclesiæ. Obiit anno 1192. *Bruschius. Chronicon Hirsaugiense*, annum mortis constituit 1188. annos verò gubernationis 8.

OTTHO.

Comes Hennenbergensis, successit. Is quia ætate gravis erat, & valetudinarius; consensu cleri, adscivit Cunradum quendam Baronem de Scharpfenberg, circiter annum Domini .. cùm præfuisset 7. annis. *Bruschius. Chronicon Hirsaugiense* numerat annos 11.

IIX. WORMATIENSES.

DIETMARUS

VWormatiensis creatur antistes, anno salutis 1108. Præfuit autem 2. annis.

EBBO.

Vel Eppo, sequenti anno, Heinrici V. autoritate, eandem sedem conscendit. At *Tritheimius, in Chronico Hirsaug.* initium ejus gubernationis in annum 1085. rejicit. Fuit autem Ebbo, primùm Monachus Laurissensis, & postea Goslariensis Canonicus. Indè Wormatiam transfertur: ubi anno sequenti summum templum, a Brunone Trevirensi, consecrari curavit, in honorem S. Trinitatis, B. Virginis, & S. Petri, in præsentiâ Imperatoris, Ordinumque Imperii: qui sub id tempus, ad comitia Wormatiæ, convenerant. Obiit anno 1115. cùm 5. annis præfuisset. *Bruschi. Chronicon Hirsaug.* annis non-paucis eum præfuisse tradit. Epigramma tale de eo exstat:

Larchonum consors priùs Ebbo, pòst tamen exsors,
Goslarias sedes acceptas liquit & ædes:
Wormaciam venit, populi quo scandala demit,
Præsulis & partes sanctasq; exercuit artes.
Unde beatorum cesserunt regna polorum
Ebboni patri: dilecto credite fratri.

BUGGO, & ARNOLDUS.

A' morte Epponis, sedes illa quinq; annis vacavit: quòd inter Canonicos, de electione successoris, non conveniret. Quidam enim ad Buggunem, Nobilem ab Achron, deferri censebant hoc munus: quidam verò pauciores numero, ad Arnoldum, Canonicum Wormatiensem. Tandem Romanus Pontifex Calixtus II. suam interposuit authoritatem; atque transegit: ut Arnoldus in universum abstineret; & Buggo præhaberetur. Buggo, a Papâ confirmatus, per Adelbertum Moguntinum inungitur. At non multò pòst, rursus ab Heinrico V. in Papæ odium, ejicitur; & præficitur Arnoldus: qui 16. fermè annos præest; cū interea Buggo, Moguntiæ exulat. Arnoldus verò, gubernationis fortè pertæsus, volens Buggoni cedit, anno 1131. Sic igitur ille, loco pristino restitutus, totis 20. annis præest. Quo tempore, monasteriis reparandis totus intentus fuit. Tabulato lapideo Wormatiense templum renovatum consecravit. *Trithemius.* Obiit anno Domini 1151. cùm jam 35. anni à primâ electione effluxissent. Sepultus est in Schönoviensi monasterio, quod de integro exstruxerat; & in quo sibi sepulcrū vivus fieri curaverat. *Bruschius.* Tali epitaphio sepulcrum ejus inscriptum est:

Buggo pater fastum quemvis vitavit, & astum.
Buggo piè lator legumq;, & pacis amator.
Buggo sacrans aras, mentes correxit avaras.
Buggo reformavit monachos, & condа rigavit.
Buggo fugans enses, ditavit Schönogienses.
Buggo Dei cultor, inimicorum fuit ultor.
Buggo ferens palmam, sedem conscendit ad almam.
Buggo Deum laudans, lætatur tartara fraudans.
Buggo Deum cœli placato corde fideli
Buggo pios vultus, pia murmura suscipe cultus.

CUNRADUS.

Nobilis Steynachianus, eligitur in locū defuncti Buggonis, præfuitq; annis 12. Obiit anno 1163. Martii die 19. Sepultus est in summo templo Wormatiensi, tali addito epitaphio:

Cunradus, specimen præclarum nobilitatis,
Commissas Domini quàm bene pavit oves!
Numquid oves præsul pavit ratione carentes?
Non: sed Vangiones voce docente viros.

CUNRADUS II.

Successit omnium Canonicorum suffragiis consentientibus, anno 1163. Is utrumque gladium gessit. Nam pro Friderico Barbarossâ fortiter dimicavit, contra Welphonem Heinricum. Et acriter pugnavit etiam contra Cunradum Palatinum: qui violenter multa ab istâ ecclesiâ ad se transtulit; quæ tamen recuperavit Episcopus. *Chronicon Hirsaug* hoc de primo Cūrado successore Buggonis, cōmemorat.

Usus etiam illo in legatione est Fridericus Imperator, cumque in gra[vissi]mis Imperii Romani negotiis, ad Emanuelem Constantinopolitanum misit: à quo honorificè exceptus variis ecclesiarum ornamentis donatus est; quæ omnia Wormatiam attulit. Mortuus est anno 1187. Jan. die 18. Præfuit annis 24. Sepultus est in æde D. Laurentii.

HEINRICUS.

Cunradum Heinricus subsequitur. Is privilegia ab Imperatore Heinrico V[I]. consecutus est. Mortu[us] est anno 1169. Decemb. die 23. [c]ùm annis 9. [p]ræfuisset: & sepelitur in choro summi templi. Tale [de eo] extat epitaphium ut *Bruschius* testatur:

Quo locus Heinricum nobis præfecit amicum?
Trajectum mirum tradit honore virum.
Pontificis partes an talis obibit & artes?
Jugiter ille boves & bene pascet oves.

IX. HERBIPOLENSES.

RUPERTUS.

AB Imperatore Heinrico V. totoque clero, electus constituitur Herbipoli episcopus, circiter annum salutis 1104. Præpositus summi collegii fuerat; propter eruditionem, prudentiam aliasque virtutes, omnibus charus. Illum, bis ejectum ab Heinrico IV. filius restituit: *teste Frisingensi.* * & *Crantzio in Saxonia.* † Præfuit biennio. Mortuus est anno Domini 1106. in itinere, cùm ad Guardestallense concilium iter faceret. *Chronicō Hirsaugense, Bruschius.*

* l. 7. c. 8.
† l. 5. c. 18

EROLONGUS.

Seu Erlongus, vel etiam Ehrlingus, Comes Calebensis, & Canonicus, ab Heinrico IV. contra Rupertum, antistes eligitur, & inthronisatur. Bis ab Heinrico V. sede pellitur, quādiu Rupertus viveret; totiesq; a patre restituitur. Tertiâ verò vice à juniore ejectus, tùm quidē Herbipolim non rediit, donec Rupertus moreretur. *Bruschius, Chronicon Hirsaug. Crantzius, Frising.* unius tantùm ejectionis mentionem faciunt. At mortuo Ruperto, consensu cleri, iterum assumitur, & confirmatur. Is postea Heinrico juniori non tantùm reconciliatus; sed etiam ab eo ità adamatus est, ut, in rerum gravissimarum deliberatione, nihil sinè ejus consilio statuerit. *Bruschius.*

Usus illo in legatione Imperator est, ad Ordines Imperii; qui Coloniæ convenerant, anno salutis 1116. deliberaturi de novo creando Imperatore: ut suo nomine apud ipsos intercederet, uti veniam darent, ignoscerentq;, si quid imprudens deliquisset; ipsum in-posterum graviter suo functurū officio. Sed nihil effecit: imò & ipse alieniore in Imperatorem excommunicatum à Papâ, animo red[iit]. Quod animadvertens Imperator, vitæ il[l]i interminās periculum, Missam celebrare coëgit: quæ re[s] postea, toto vitæ t[em]pore, ipsum afflixit. *Urspergensis, Hedio, Brusch.* Postea etiā Ducatū Orientalis Frāciæ, qui Herbipolensi antiquitùs cōpetebat, Cūrado, suo ex sorore nepoti, cōferre tētavit. Sed Antistes, se-se opponens Imperatori, retinuit suum: & ab illo tēpore, gladiū vaginâ vacuū sibi præferri voluit. Usus etiā primus est, in suis insignibus, unà cum pedo pastorali, coruscante ense: quod omnes postea successores imitati sunt. *Bruschius.*

RUGGERUS, & GEBHARDUS.

Mortuo Erlongo, propter electionem schisma oritur. Clerus enim Ruggerum, Comitē Vayngensem, in successorem, & Orientalis Franciæ Ducē, eligit: Imperator Gebhardum quendam, Hennebergensem Comitem, cōstituit. Eaq; dissensio in tantū crevit: ut il[l]i, qui Ruggero faverēt, metu Imperatoris, urbe cedere cogerentur. *Ursperg.* Paucis tamen mensibus pòst, dissidium hoc sopitum est Wormatiæ, per Legatos pōtificios: qui quidem ità transegerunt; [ut] cleri electionem ratam haberent. At non multò post comitia, Hennebergensis, auxilio Heinrici V. Ruggerū sede pellit, anno Domini 1125. Ruggerus igitur in Schwartzacensi monasterio se abdit; & his conditionibus transigit: Sibi [ut] tinet provinciam ad Neccarum sitam, Gebhardus urbem, & quæ [ei]i erant contigua. *Urspergensis, Brusch.*

Deinceps so[l]itariam egit vitam 5. annis: & mortuus est p[os]te[a an]no 1130. cùm turbulentissimo tempore præfui[sset an]nis 8. Sepultus est in Schwartzacensi cœnobio. *Bruschius.*

... Ruggero sublato, paulò pòst abdicasse ... etiam illud munus ... Quidam etiam ita lauda... et præfuisse ... ad ejus ... gubernationem ... clero ... revocatus. *Brusch.*

HEZELINUS.

Post mortem Ruggeri, & resignationem Gebhard, à clero eligitur Hezelinus Comes Leyningensis, qui tandem mensibus 4. præ... repentina morte sublatus, cùm Ba... bergam ... anno ... in Catalogo ... porum H... non ... tur: forte quia confirmatus non ... à Papa.

EMBRICHO.

... à clero eligitur ... entibus ... 3. ... Imperatori Lothario, & postea etiam C... II. admodum ... ita quidem, ut ip... Cun... tum ap... *ex Othone Frisingensi de gestis Friderici.* Uterque ... est.

Hic Lotharius Ducatum Franciæ restituit. Ideoque, ut ... Deum testaretur, Herbipoli, in sub... struxit S. ... Scotorum monasterium, anno Domini ... 39. *Chron. Hirsaug.* Unus illis in legatione est Cunradus III. ad Emanuelem Græcorum Imperatorem, pro despondanda ... sororis ... sua ... firmandæ amicitiæ causa. *Frisingensis.* † In reditu Aquilejæ moritur, in Italia, ibique sepelitur, anno 1147. *Chronicon Hirsaugiense, Bruschius.*

SIGEFRIDUS.

Successit Embrichoni mortuo, eodem anno. *Chron. Hirsaug.* Is Eboracense monasterium amplissimis reditibus donavit: illumque locum vivus adhuc designavit, ut corpus suum ibi terræ mandaretur. Ob... peste, anno salutis 1153. cùm annis 6. præfuisset. Corpus, in templo cathedrali quidem; viscera, in templo arcis, D. Virgini sacro; cor verò, Eboraci, plumbeæ urnæ inclusum, sepelitur. *Brusch.*

Appendix Mariani Scoti refert ... mortuum anno 1152.

GEBERHARDUS.

Comes Hennebergensis, successor constitutus, confirmatur Romæ ab Adriano IV. Multa is liberaliter donavit ad monasterium Bildenhusense; quod ejus tempore cœptum est extrui. Interfuit expeditioni in Italiam, à Friderico Imperatore susceptæ. *Radevicus.* † Mortuus est anno salutis 1161. cùm præfuisset annis 8. mensibus 6. diebus 15. Sepultus est diversis in locis, secuti antecessor. Eam namque consuetudinem sepeliendi, deinceps Herbipolenses servarunt. *Brusch.*

HEINRICUS II.

A clero electus, succedit. Interfuit expeditioni Italicæ, cùm Fridericus Imperator Mediolanum obsideret. Obiit anno salutis 1165. cùm annis 3. mense 1. diebus 14. præfuisset. *Brusch. Chronicon Hirsaugiense* habet annum 1167.

HEROLDUS.

Heroldo Heinrici successori, Imperator Fridericus Ducatum Orientalis Franciæ, sub aurea Bulla, primus confirmavit; cum omni potestate & jurisdictione ducali. *Chron. Hirsaugiense.* Itemque, Montem Bambergensem, huic episcopo & successoribus dono dedit, ea conditione: ne ullis in posterum seculis castellum in eo exstrueretur. *Bruschius.* Obiit anno Domini 1174. cùm præfuisset 7. annos, menses 5. dies 2. *Chronicon Hirsaug.* ... obitum ad annum 1171. refert *Bruschius.*

REINHARDUS.

Al... Regenhardus à ... tur ... r. Is Romæ fuit, tempore Lucii III. M... ... die Viti; cùm ann... *Bruschius. Chronicon Hirsaugiensium*, meminit ... & d... erum ... quibus præedit. At ... hoc mo... annus mortis ejus ... 78.

GODEFRIDUS.

P... bu... gensis He... Can... ell... us Imperatoris Fr... dericis Reinhar... o ... templum Herbipoli ... marmore; de... ... C... *Chronicon Hir... ense.* Sec... ... stea Imperatore ... in ... conr...

... numerat ... on ... fuit anni 4. ... *Brusch.*

Chron. Hirsaugiense numerat 6. annos, menses ... dies ... temp... Anno ... in ... tempore Herbipoli ... *Brusch.*

HEINRICUS III.

... Bab... ... cessor ... anno ... Is ... interfuit ... ror Fri... ... bell... ad ... perator etiam ... oluni quidem ... confirmatus, obiit, an... 3. 8. totidemque die...

Chronicon Hirsaugiense ... jicit, & mortuum asserit anno 1197. ... set, Trithemium à vero aberrare.

GODEFRIDUS II.

Comes de Hohenlohe, Herbipolensis ant... Heinrico VI. admodum charus fuit, & ... 98. cùm annis 5. mensibus 4. diebus 3. præfuisset. *Brusch.*

Chron. Hirsaugiense & hic multum aberrat; tantum tribuens 4. menses, & 9. dies gubernationis.

CLAUDARUS.

Hildeshemo translatus Herbi... olim ... anno 1191. ob singularem sapientiam, intere... *in C... Sax.*

X. FRISINGENSES.

HEINRICUS.

Vir eruditus, & rerum Imperii admodum stud... præficitur circiter annum ... 133. Is ... alia templa, consecravit. Decreta Paschalis Pontific... ... tavit. Obiit circiter annum ... *Aventinus.* *

OTTHO.

Filius Luitpoldi III. Marchionis Orientalis & Agnetis Heinrici IV. Imperatoris ... ineunte ætate nimium ... religionis studium adjecerat: ... postquam ... quem in Latinæ linguæ cognitione profecturum ... ... C... cœnobium monachorum, Morimundi, ... Philosophiæ atque Theologiæ cogn... ... Cumque brevi tempore ... quales di... ... monachorum, quorum antea exstiterat discipulus, præceptor & Abbas constitutus est, Mo... unde. *Sylvius.* Circiter annum verò 1140. per Cunradum Imperatorem fratrem uterinum, Frisingensis designatur episcopus. *Aventinus.* †

Præclarum in conscribendâ Historiâ navavit laborem. Nam ab exordio Mundi, usque ad sua tempora, Historiam non-inutilem contexuit; atque in octo libros di... ... cet, rebus bellicis occupatis, omninò ab otio literario vacuus esset. Preterea, nepotis sui Friderici res gestas conscribere cœpit quidem, sed non perfecit: quem laborem Radevicus absolvit.

In Dialecticâ atque Philosophiâ nonnulla edidit; primusque rationem disputandi Aristotelicam Bavaros docuit. *Sylvius.*

Item epistolas duas: alteram ad Fridericum, alteram ad Rainaldum, Imperii cancellarium.

Prædia, si quæ in aliorum pervenerant manus cura... isti ... restituit, ædificia, vel collapsa, vel ruinosa ... rari, religionem quoque quantum potuit, ... stituit statum. *Æneas Sylvius.*

In superiore Bavariâ unà cum fratre ... o, Duce Bavariæ, quatuor ... de ... ro ædificavit & ... cravit, Neostepheram, ... ha... ... siam verò ab Ungar... ... nis, quos Præmonstratenses ... ocant, ... Aug... ... *Aventinus.* *

Inter... pedition... A... aticæ, quam C... Domini 1147. ... quo ... copi... O... ... ... ione ...

interfuit, quæ cum Turcis Saracenisque, seu secunda, seu adversa, gesta sunt; consilioque & armis rem Christianam juvit.

Politica etiam negotia tractavit. Nam Ratisbonæ celebri conventui interfuit, anno salutis 1156. cùm Fridericus Imperator inter Heinricos X. & XI. transigeret. Adfuit præterea Friderico Imperatori, cùm ad Augustam castra posuisset. *Radericus.**

Auctor præterea fuisse scribitur Moguntino & Juvaviensi archiepiscopis: ut discordia, inter Fridericum Imperatorem, & Adrianũ IV. Papam, prorsus sopiretur. *Aventinus.*†

Superstitione adductus, peregrinatus est ad loca sancta. Nam Hierosolymam vidit, Sepulcrumque dominicum; seque in Jordanis flumine lavit. *Sylvius.*

Senio confectus, ad Morimundanos monachos, Ordinis Cistercienssiu, se-se cōtulit: morboque ingravescente, in præsentiâ monachorum, quos ad se vocaverat, cùm de immortalitate animæ, de suppliciis damnationis, æternâque gloriâ, deque vitâ monasticâ, disseruisset, illa, quæ conscripsisset, ipsorum judicio atque emendationi subjecit. *Idem.*

Tandem verò, sacramento Eucharistiæ unctioneque extremâ perceptâ, transiit ad patres suos, anno salutis 1159. *Aventinus* †Cum annis fermè 19. præfuisset isti sedi.

ALBERTUS.

Successit Otthoni Albertus. Is Paschali Pontifici his conditionibus se obligaverat: quamdiu Imperium ejus rebus studeret; aut ipse Cæsarea prædia, castella, vicos, oppida, beneficia stipendiaria, possideret.

Ab Heinrico Leone non-parùm afflictus est. Is enim Verlngiorum vicum, Frisingensis episcopi municipium, reversus ex Italiâ, vi occupavit, incenditque: salinas, salinatios omnes, pontem, portorium, in Monachium, novum oppidum, transfert. Quâ de re ille graviter conquestus apud Fridericum Imperatorem, ejus opem implorat. Et postea Heinricum etiam, hujus injuriæ causâ, in jus vocat.

Templum Frisingense, quod cum oppido, post mortem Otthonis, conflagrârat, ope & permissu Otthonis Bavariæ Ducis, & Otthonis a Wittelsbach Dynastæ, reparavit. *Aventinus.*†

Cum Otthone, regulo Bojorum, postea de portorio, & salinarum vectigali, acriter certavit; quæ Heinricus Monachium transtulerat: sed in ipso conflictu mors utrumque sustulit, circiter annum Domini 1183. cùm annis ille 23. præfuisset.

OTTHO III.

Successorem habuit Otthonem III. filium Theobaldi Bergensis, & Gisilæ ab Andechs. Is Ottenburgium, arcem superioris Bavariæ, exstruxit, præsidioque firmavit.

Bavarorum regulo atque Monacensibus bellum intulit, ob salinarum portorium & vectigal. Salem devehentes Verigium, Ottenburgium petere, vi adegit; præclusis obsessisque reliquis itineribus. *Aventinus.*†

RADEVICUS.

Frisingensis Præpositus, continuavit Historiam Friderici, quam Ottho episcopus inceperat. Morimundi, quò ad cœnobium Cisterciense se contulerat, senex mortuus est; cùm multa fuisset antè de æternâ vitâ locutus, anno 1158. *Lib. 4. de reb. Frideric. Cuspinianus in Austriâ.*

XI. BATHAVIENSES.

ULRICUS.

Bathaviensis episcopus, interfuit expeditioni Hierosolymitanæ, circiter annum Domini 11[illegible]1. *Aventinus.*† Post quem RENOBERTUS eandem ecclesiam gubernavit. *Cuspinianus in Austriâ.*

CUNRADUS.

Frater fuit Otthonis Frisingensis, & Heinrici Bavari, vitrici Heinrici Leonis. Inter eũ verò & fratrem cùm simultas quædam exstitisset, Eberhardus Juvaviensis pacem fecit. *Aventinus.*† Ad eundem, de Cicensi episcopo Guicmanno, scripta epistola est ab Eugenio III. ne patiatur Fridericum, contra Canonum statuta, istum ecclesiæ præficere. *Frisingensis de gestis Friderici.*†

RUPERTUS.

Qui & Reginbertus, in Bavariâ crucem, quam Adam Ebracensis prædicavit, unà cum aliis accepit. *Frising. de gestis Frider.*†Moritur anno 1165. *Aventinus.**

ALBANUS.

Bathaviensium præsul post Rupertum, à civibus urbe pellitur: quòd non, juxta Imperii senatus-consultũ, à Christiano Moguntino esset inauguratus; sed ab Ulrico patriarchâ Aquilejensi. *Aventinus* †

HEINRICUS.

Albano ejecto substituitur. Et cùm hic quoque à Moguntino sacris initiari recusaret; removetur ipsius fratre Dietpoldo substituto.

DIETPOLDUS.

Qui & Theobaldus *ab Aventino** dicitur; filius Diethboldi Suevi, Bergensium Dynastæ, Geysæque ab Andechs; frater Mangoldi, Tigurinorum præsulis, fuit. Is ab Heinrico, Gurcensi præsule, consecratur, 4. Idus Julii; locoque fratris præficitur.

Interfuit comitiis Ratisbonensibus, habitis anno salutis 1180. in quibus Heinricus Leo, læsæ majestatis damnatus, utroque Ducatu, Saxoniæ & Bavariæ, exsutus est. *Aventinus.*†

Interfuit etiam expeditioni Asiaticæ, in terram Sanctam à Friderico susceptæ, circiter annum Domini 1189. *Aventinus.** *& Cuspinianus in Austriâ.*

MANEGOLDUS.

Frater Dietboldi, præsul in Crembsmünster atque Tegrensee, fratri, in terram Sanctam profecto, successit. *Aventinus.*†

WOLFGERUS.

Wolfgerus ab Ellenbrechskirchen, episcopus Bathaviensis, bellum Rapatoni & Heinrico Artenburgensibus indicit; castella omnia expugnat; vicos incendit; ædes diripit: Oberndorff, arcem & vicum, in Oeni ripâ, exstruit, munitque. *Ibidem.*

XII. BRIXIENSES.

HUGO.

Hugonem, episcopum Brixiensem, Cunradus Salisburgensis loco & functione removit; quòd a partibus Heinrici V. contra Paschalem Papam, staret circiter annum 1117. *Aventinus.**

RENOBERTUS.

Remoto Hugoni, Renobertum, Juvaviensium monachorum abbatem, substituit Cunradus. *Aventinus.*†

HARTMANNUS.

Ex territorio Pictaviensi oriundus, adolescens Canonicis regularibus S. Nicolai, Pictavii, traditus, doctrinam & morum honestatem simul, ab ineunte ætate addidicit. Indè à Cunrado Saltzburgensi translatus, Juvaviæ monasterio præficitur. Rursus in ripâ Danubii, isthinc translatus, prælaturæ præficitur: & tandem etiam Brixiensis episcopus, communi clericorum suffragio, electus est.

Honorem proprio corpori non habuit; sed jejuniis, vigiliis, aliisque suppliciis, (*ut Schedelius appellat*) se-se vehementer afflixit: quòd cilicio indutus fuit; quòd tantùm ovis ac lacticiniis solitus vesci: idque permissu Archiepiscopi. Totum tempus, quo præfuit Brixiensi ecclesiæ, vel contemplando, vel orando, vel legendo, consumsit. Docere alios solitus est. Lites diremit.

Friderici Imperatoris confessor fuit: cujus iram, in Alexandrum III. Papam conceptam, mitigavit. *Aventinus.**

Friderico expeditionem Mediolanensem suasit. *Frisingensis de gestis Friderici.*†

Papiæ concilio interfuit. *Idem.**

Dehortatus est Imperatorem, ne bellum in Papam susciperet; sed exercitum adversùs Turcam duceret: & persuasit etiam, simul promittens, se, ad expugnandum Soldanum, a Rege Galliæ auxiliatrices impetraturum copias. *Robertus Barns.*

Senex, cùm in balneo, in solstitio hyemali, 10. Calend. Januarii, lavaret, exspiravit, anno 1165. Mortuus miracula operari dicitur præsertim apud gravidas & parturientes. *Schedelius.**

OTTHO.

Hartmanno ſuccedit, atque, juxta Imperatoris edictum, ſacris initiatur à Chriſtiano Moguntino. *Aventinus.*† [† lib. 6.]

RICHERUS.

Brixienſis epiſcopus poſt Otthonem præfuit, circiter annum Domini [illegible]. Is Imperatoris, omniumque qui Ratisbonæ in comitiis erant, nomine, in Albertum Juvavienſem, ſententiam renuntiat: ipſum ab illâ ſede abſtinere debere omninò, & Heinricum Berchtolgadenſem præeſſe ejus loco. *Aventinus.*† [† ibid.]

HEINRICUS.

Cum aliis quibuſdam Dynaſtis, & Epiſcopo Bambergenſi, pacem fecit, inter Cunradum Juvavienſem, & Hermannum Gurzenſem, epiſcopos. *Aventinus.** [* lib 7.]

XIII. SABONENSES.

HARTMANNUS.

Circiter annum ſalutis 1160. Sabonæ in Bavariâ præfuit, tutatusque eſt Alexandri III. partes. *Aventinus.*† [† lib. 6.]

RICHARDUS.

Anno Domini 1180. eidem ſedi præfuit. Interfuit Ratiſponæ comitiis. *Ibid.*

XIV. GURCENSES.

HIPPOLYTUS.

Gurcenſis epiſcopus, adverſùs Ungaros, unà cum ſociis, bellum geſsit.

HEINRICUS.

Sacris initiavit Diethboldum, Bathavienſem epiſcopum. *Aventinus* † [† lib. 6.]

ROMANUS II.

Gurcēſis epiſcopus obiit, circiter annum Domini 1160. *Aventinus.** [* lib. 7.]

THEODORICUS.

Præpoſitus Juvavienſis, à Cunrado archiepiſcopo Salisburgenſi, invito clero & populo, Romano II. ſubſtituitur. Nam Hermannus Ottenburgenſis, a clero & populo electus quidem fuit: ſed hic cedere Theodorico coactus fuit; quòd hanc electionem Cunradus diceret eſſe illicitam. *Aventinus.*† [† ibid.]

XIV. BASILIENSES.

HANNO.

Baſilienſis epiſcopus, concilio apud Aquas-penſiles, tempore Lotharii, interfuit. *Chronicon Caſinenſe.*† [† lib. 4. cap 110.]

FRIDERICUS.

Ibidem epiſcopus, obiit anno 1118. *Chronicon Saxoniæ.*

ORTLIEBUS.

Ejuſdem ſedis antiſtes, Imperatoris Cunradi comitatus eſt exercitum in terram Sanctam, anno 1146. *Friſingenſis.** [* l. 2. c. 38.]

XV. EICHSTETTENSES.

EBERHARDUS.

Marchio à Swinfurto, Otthonis & Peniſſæ filius, conſenſu cleri, epiſcopus Anteati conſtituitur, anno 1098. Is à Statibus Imperii Moguntiâ mittitur: ut Germanos apud Pontificem excuſaret, omniumque nomine obedientiam promitteret, contra Heinricum IV. Sed proditus ab Alberto, Imperatoris Præfecto, capitur prope Tridentum, in anguſtiis vallis: & non-multò pòſt à Guelphone, arma in Albertum ſumente, liberatur. Reverſus multis pagis & prædiis eccleſiam dotavit, auxitque. Obiit anno 1112. cum annis 13. præfuiſſet, *ſecundùm Bruſchium. Chronicon Hirſaugienſe* meminit, interfuiſſe ipſum, anno ſalutis 1118. conſecrationi templi Wormatienſis, renovati per Buggonem: pluresque ità annos tribuit, quam Bruſchius.

UDALRICUS II.

Hic ſui cleri ſummus amicus & benefactor fuiſſe, commendatur. Obiit anno 1125. Septembris die 3. cùm annis 13. præfuiſſet.

GEBHARDUS II.

Comes Hirſbenſis, eligitur ſucceſſor. Is, conſenſu Eugenii III. ex Præpoſituræ Heydenheimenſi, abbatiam Benedictinam iterum fecit, ejectis ſacerdotibus, qui parum honeſtè ſe geſſerant. Interfuit etiam Rhemenſi ſynodo in Galliis. Mortuus eſt anno Domini 1148. Martii die [illegible]. cum annis 24. præfuiſſet. *Bruſchius.*

BURCHARDUS.

A Cunrado III. epiſcopus cōſtituitur, in defuncti Gebhardi locum: qui abbatem & monachos Benedictinos, ex Heydenheimenſi monaſterio, ejecit. Ideoque ab abbate, præter illatam injuriam, etiam ignaviæ Romæ accuſatur: & non-multò pòſt ab Eugenio III. à quo antea juſſus fuerat monere Imperatorem Fridericum, ne Guiſmannum eccleſiæ Cicenſi præficeret (teſte Friſingenſi †) officio removetur, per Legatos, Bernhardum & Gregorium cardinales. *Idem.* † Anno Domini 1153. cùm annis 4. & paulò ampliùs, præfuiſſet. In ejus contumeliam, confecti ſunt hi verſiculi, ut *Bruſchius* refert: [† l. 2. c. 8.] [† cap. 9.]

> *Non, virtutis egens Burcardus, erat bene degens,*
> *Dedecus Eccleſiæ ſe facit eſſe ſuæ.*
> *Præſulis hic morem nullum tenuit, neq; honorem:*
> *Sed tantùm nomen, cujus & umbra fuit.*

CUNRADUS.

Nobilis heros Mörsbergenſis, Bavarus, ab Eugenio III. in locum Burchardi conſtituitur. Abbas fuit bene-doctus, in Wildsbergenſi cœnobio: abbatemque cum monachis in Heydenheimenſe monaſterium reduxit, ejectis ſacerdotibus ſecularibus. Imperatori Friderico admodum fuit charus: qui ipſum legatum miſit in Sardiniam & Corſicā. *Friſing. de geſtis Frider.** Mortuus eſt anno 1171. cùm 18. præfuiſſet annis: & ſepultus in Rebdorffēſi monaſterio, à ſe fūdato, in quo ſibi ſepulcrū vivus effici curaverat. *Bruſchius.* [* li. 4. c. 9.]

EGILOLPHUS.

In locum defuncti Cunradi, à clero eligitur. Is valetudinarius fuit. Nam & primùm chiragrâ ità vexatus eſt; ut planè fieret cōtractus, uti vocant. Tandem, linguæ uſu amiſſo per externos geſtus, Canonicis epiſcopatum reſignavit, anno 1182. cùm 11. annis præfuiſſet. *Idem.* Interfuerat etiam comitiis Ratisbonenſibus; in quibus condemnatus eſt Heinricus Leo. *Aventinus.*† [† lib 6.]

OTTHO.

Otthonem, qui à clero in locum Egilolphi fuit adſcitus, hypocritam inſignem fuiſſe, apparet. Nam eccleſiaſticorū rituum ita ſtudioſus fuit: ut ſemper primus ad templū veniret; & poſtea etiam poſtremus diſceſſerit. Sacellum reſurrectionis Chriſti condidit. Amplificavit, quantum potuit, epiſcopatum. Tranſiit ad patres ſuos, anno ſalutis 1196. cùm annis 13. præfuiſſet. *Bruſchius.*

XVI. BAMBERGENSES.

OTTHO.

Natione Suevus, vel (*ſecundùm Bruſchium*) Bavarus, patre Bertholdo Comite Andecēſe, & Sophiâ Amberanæ vallis Ducisſâ, natus eſt, anno Domini 1069. Is ingenium, bonis artibus aptum & idoneum non tantùm nactus erat; ſed acceſsit etiam acre ſtudium: ut brevi tempore non-parvum, in addiſcendis bonis literis, fructum faceret. *Bruſchius. Chron. Bamb.*

Legum, actionum ſynodalium, proceſsûs & exceſsûs feudalium, cognitionem exactam habuit. Dilertus fuit non ſolùm natiuâ; ſed etiam, diligenti aſſuefactione, naturæ bonum excoluit. Philoſophiam verò, & alias bonas artes, etiamſi delibarat; tamen non uſque adeò in illis excellenter doctus fuit: *ut in Vitâ ejus ſcribitur.*† [† li. 1. c. 14. & 16.]

Brevi itaq; tempore in-tantum profecit: ut, in Poloniâ, erudiendæ teneræ juventuti præficeretur. Quâ in re ſuam operam atque diligentiam ità probavit: ut & honorem, & favorem omnium, adipiſceretur. Eâque occaſione, linguā Polonicam ſinè labore addiſcebat. *Chron. Bamberg.*

Deinde ad Imperatorem Heinricum IV. pervenit: cujus factus eſt Cancellarius, & Diaconus ſeu Sacellanus. Tādem verò ad epiſcopatum hoc modo pervenit. Defuncto Ruperto, (de quo ſuperiore ſeculo dictum eſt) mittuntur Legati ad Imperatorē Heinricum IV. pro conſtituendo antiſtite, in locū defuncti. tùm enim inveſtituræ, per baculū & annulū, per Imperatorē fieri, inoleverant. Imperator, re deliberatâ, præſentibus Legatis, Otthonē manu apprehēdens, dixit: *En, hic eſt dominus veſter, hic eſt eccleſiæ Bābergenſis antiſtes.*

Legati,

Legati, nondum quicquam de eo scientes, molestè ferunt aliquo modo, talem sibi constitui: cùm aliquem ex Principum numero se habituros sperassent. Sed quodammodò iratus Imperator, respondit: *Ut quis sit, percunctatur: ego eum pater sum, & Bamberga ejus erit mater. Testor enim eum, qui regit & novit omnia, non me hodie nisi se mortalem; cui honestius & tutius ejus loci cura committi possit. Huic meæ voluntati si quis refragabitur, non feret inultum: hunc qui tangit, etiam pupillam oculi mei tangit.* His dictis, rursum eum Legatis commendatum, Bambergensem episcopum denominat. Recusat Ottho oblatum munus, semel atque iterum; petitque ad alios multò se digniores deferri. sed vicit tandem Imperatoris voluntas. Deinceps, festo Purificationis Mariæ, ab Augustano & Wirtzburgensi episcopis, nonnullis aliis viris illustribus comitantibus, Moguntiâ Bambergam deducitur; anno Domini 1102. *Chron. Bambergense.* Augustanum & Halberstadensem episcopatus recusaverat: addês, illis priùs esse prospiciendum, qui diutiùs labores sustinuissent. *In vitâ ejus.**

Duæ ejus exstant Epistolæ: altera ad Paschalem II. in quâ se-ipsum excusat, quòd de manu laicâ acceperit investituram; & petit, si Papæ ità videatur, se confirmari. *Vita ejus.** Altera ad Eberhardum, suum præpositum, & clerum: in quâ meminit, se sinè juramento consecratum. *Ibidem,** *& in Chron. Bambergensi.*

¶Mancipium Antichristi fuit. Nam ad Paschalem II. Legatos misit, pro impetrandâ confirmatione, simulque literas: in quibus Petrum, ejusque successores, Christi vicarios facit, totiusque Christianæ religionis firmamentum. Jus utriusque regiminis, & ecclesiastici & politici, Papę tribuit. Pòst ipsemet Romam versùs profectus, Anagniæ monstrum illud offendit, ad cujus genua provolutus, baculum & annulum, insignia investituræ ab Imperatore accepta, deponit: se-ipsum accusans, quòd in eam ecclesiam, nô per januam, sed posticum, fuerit ingressus: simulq; ad pœnam obeundam se-se offert. Tandem etiam impetrat ab eo confirmationem, in festo Pentecostes, nullo præstito juramento: sicut ipse in Epistolâ meminit, ad clerum Bambergensem. *Chron. Bambergense.* Præterea, toto illo tempore, quo excommunicatus fuit Imperator Heinricus V. suis Canonicis, Imperatori faventibus, restitit; & firmiter adhæsit Romano antistiti. *In vitâ ejus.**

Monasteria atque oratoria viginti & unum fundavit atque ædificavit, eorumque confirmationem impetravit a Calixto II. eaque ornamentis splendidissimis donavit.

Auxit Ecclesiæ Bambergensis bona. Nam castellum Bodenstein magnâ pecuniæ summâ emit, & ei adjunxit: idque Heinricus V. confirmavit. Accesserunt etiam, ejus operâ, sex alia castella prædiaque isti episcopatui.

Interfuit legationi, quam anno 1106. misit Heinricus V. ad Papam Paschalem: in quâ transactum est inter Imperatorem & Pontificem. *Crantzius in Saxonia.** Per eundem, suam sororem Imperator, nomine Juditham, Duci Poloniæ desponsari curavit. Quam ob rem, & ipsi Polonorum Principi, & toti Aulæ, charus fuit Ottho. *Chronic. Bambergense.*

Interfuit concilio Moguntiæ, quod præsente Lothario celebratum est, anno 1131 *Chron. Hirsaugiense.*

Liberalis in pauperes fuit: ità quidem, ut nunquam prodigus; semper autem liberalis inveniretur. *In vita ejus.**

Regibus hujus seculi, & potestatibus superioribus, subditus fuit, ut nullus alius Episcoporum. *Ibid.**

Vestitu & cibis, non ad voluptatem, sed ad necessitatem est usus. Tantaque in homine frugalitas & temperantia fuit, ut dixerit, se nunquam ad satietatem comedisse in episcopatu panem. Cùm aliquando ejus procurator lucium piscem ei apposuisset, emtum duobus solidis, dixisse fertur: Absit, ut miser Ottho solus tot denarios hodie absumat. Defer igitur ad quendam ægrotum. Ego enim, adhuc firmo corpore, me hoc pane possum reficere. *Ibidem.**

Afflixit corpus, non-justum honorem ei tribuens. Nam a sacerdotibus ita interdum voluit cædi virgis; ut sanguis eliceretur. *Ibidem.**

Coluit deos alienos, translatione reliquiarum. Cùm enim, in vico quodam Buchelbach, cognovisset reconditas esse multas reliquias: ad nobiliora loca illa transferre, animum induxit. Sed illusione quâdam Satanæ proposito dejectus est. Nam cùm sigillum (ut vocant) aperiret: è plumbeâ cistulâ, in quâ reconditæ illæ erant, sanguis stillare visus est. Hoc viso obstupuit; & quasi atrox quoddam scelus commisisset, veniam poposcit *Ibid.**

Cum aliquando ægrotaret graviter, ut etiam de vitâ periclitaretur: ab abbate S. Michaëlis, qui ipsi adstabat, habitum monasticum postulavit, dicens: se pridem in animo habuisse, eam deserere stationem, & monachum fieri. *Ibidem.*

Ejus tempore, in Orientali Franciâ tanta panis penuria fuisse dicitur: ut magna multitudo, prætertim pauperum, fame & inediâ perierit, ut mortuorum cadavera, magno passim numero jacuerint. Illa sepelivit, vel sepeliri curavit. Reliquos passim visitavit & pavit, non solum diurno; sed etiam nocturno tempore *Ibidem.**

Eam Pomeraniæ partem, quæ intra Viadrum & Poloniam sita est, ad Christianam religionem (quam tamen rectiùs pontificiam dixeris) convertit, una cum Principe ipsorum Wenceslao: anno 1124. Unde hodie adhuc Pomeranorum Apostolus dici solet: quamvis prorsus aliâ ratione, quàm Apostoli, seminaria Christianismi ibi sparserit. Nam tantum habuit comitatum: ut Paganorum circiter 4000. qui ad festum diem Piritzii convenerant, perterrefierent; suspicantes bellicum esse apparatum. Ibi autem labori, anni spatium tribuit: pòst Bambergam reversus est. *ut in Vitâ ejus scribitur.**

Post quadriennium, alterâ vice, Bambergâ in Pomeraniam abiisse Otthonem, *in Vitâ ejus* annotatur: verùm ejus profectionis nusquam, apud fide-dignos authores, fit mentio. Ibi exemplo Christi, (*ut Autor loquitur*) semper præmisit binos ad illum locum, quò ipse erat venturus.

Liberalis præterea & beneficus erga pauperes fuit; in victu frugalis; dies noctesque preculis, seu battologiis potiùs, desudans. *Chron. Bamb. & Ursperg.*

Facetum & iracundum in eo ingenium fuisse, apparet. Cùm enim aliquando faber pharetram ad ipsum, impletam sagittis diversi generis, tanquam honorarium deferret munus; & inter reliquas unum videret, triplici acie acuminatam: quæsivit, in quem usum illam tam longam, tam subtilem, tamque acutam, fecisset? Respondet faber: ejusdem esse generis, quæ loricas etiam posset penetrare. Tunc ille: Ego dabo operam, ne quempiam lædant. Omnibusque protinus missis ad Hermannum abbatem, rogat, ut hoc modo illis utatur, ne ulli hominum sint detrimento. Abbas indè clavos fieri curavit: quibus in ædificio S. Michaelis, quod tùm exstruebat, postea usus est. *In vitâ ejus.**

¶Doctrinæ veræ illius hæc leguntur capita.

Qui creatorem Deum agnoscit, & illi servit, beatus est æternaliter. *In Vitâ ejus.**

Cum diis alienis se-se contaminare, id esse fornicationis genus tale, quod maximè a Deo separat. *Ibidem.**

Idololatriam omninò separare a gratiâ Dei.

Creatori, non creaturæ, exhibêdum honorem divinum.

Christum suo sanguine abluere peccata Mundi.

Per Baptismum accipi indulgentiam originalium & actualium peccatorum, munditiem & sanctitatem.

In fide, spe, charitate, proficiendum. quod qui faciunt, super hos venit benedictio, & super filios eorum.

Christianos habendos esse pro fratribus; minimeque lędendos; nec partus fœmineos necandos. Quod ad hoc usque tempus liberè fecerant Pomerani. *Ibid.**

¶Errorum contra ipsius hæc sunt insignia.

In successoribus Petri, esse firmamentum religionis. *In vitâ illius.**

Non esse consecratum à Papâ & investitum, vocat in vacuum currere. *Ibidem.*

Parabolam *Lucæ 10.* ad monasteria applicat: illa esse diversoria, in quo peregrinantes in hac vitâ recipiantur: & eorum causâ illa constitui, qui Mundum in maligno positum velint fugere.

Conjugium esse tantùm primi seculi, cùm pauci homi-

nes essent in terris. Jam verò, multiplicatis hominibus, esse tempus continentiæ. Quamvis sibi ipsi diffidens, addit restrictionem: illis scil. qui continere possunt.

Ingredi monasteria, & se-se continere esse vacare Deo.

Conti[illegible]tiam, & opera sanctitatis, meliùs posse præstari [in] cœnobiis, quàm extra.

Monasteria cumulare, resque Monachorum augere, cedere in honorem Dei, & ad utilitatem proximi. *Ibid.** [* cap. 24.]

Morientium animabus, viventium orationibus posse subveniri, sensit. Nam cùm aliquando ad hospitale pergeret, quodam ministro comitatus, sensit ingratum fœtorem. Cùmque minister diligentiùs, quid rei esset, perlustrâsset; invenit mulieris mortuæ cadaver, jam-cœptum discerpi à volucribus. Pro ejus animâ preculas demurmuravit; & à ministro adjutus, ipse ad cœmeterium detulit. *Ibid.** [* cap. 36.]

Fidem operibus informandam esse.

Septem Ecclesiæ esse sacramenta; quæ quilibet diligenter debeat posse enumerare: ut sunt, Baptismus, Confirmatio, Unctio infirmorum, Eucharistia, Pœnitentia, Conjugium, Ordinatio. *Ibid.** [* l. 2. c. 21.]

Captivos dimittentem, consequi certam omnium debitorum remissionem. *Ibid.** [* l. 3. c. 8]

¶ Certamen ipsi fuit cum nonnullis etiam suorum; qui effrenatum studium cumulandorum monasteriorum, in ipso non immeritò reprehenderunt: quòd hominum otiosorum tot agmina, magis oneri in seculo essent, quàm frugi: qui cùm nihil se habere jactitent; nullâ tamen re destituantur. Illis ineptè parabolam, de homine vulnerato & exspoliato à latronibus, de stabulo, de stabulario, rursus objecit: non inutile esse, plurima ad manum habere diversoria, seu stabula, (ut ille vocat) ad quæ divertas, in necessitate cõstitutus: hæc autem esse monasteria: quæ nemo reprehendat, nisi qui se curâ egere nesciat: qui verò sese inter latrones, inque exilio, vivere credat; hunc nequaquam hoc sibi vitio vertere. *Chron. Bamberg.*

Item pugnavit acriter pro cœlibatu Monachorum. Nam quibusdam objicientibus, cœlibatum hominum procreationi contrarium esse: respondit; Verum quidem esse, initio seculi, in magnâ hominum penuriâ, necessariam fuisse propagationem: jam verò, supra numerum æternæ mansionis multiplicato genere humano, omnes, quicunq; possent, continere debere, divinisque rebus vacare. quod nullibi fiat commodius, quam in cœnobiis: quibus si abundè suppetant; reliqua omnia successibus minimè caritura. Huc accommodavit dictum *Psal. 144.** Si oves Monachorum fœtosæ, abundantes in gressibus suis sunt, & boves eorum crassæ: non est ruina maceriæ, neque transitus inutilis in satis ac pratis eorum. *Ibidem.* [* vers. 13. 14.]

Acre certamẽ fuit, inter ipsum, & sacerdotem idololatricum qui apud Stettinenses: qui cùm obstinatè obluctaretur; tandem nocte quâdam intumuit, & crepuit.

Stettini cùm prædicaret: idololatricus sacerdos ad eum locum accessit, in quo concionem habebat in foro; & plurimos, qui in eo cœtu erant, adhuc Paganos, hastas gerentes, hortabatur, ut ipsum interficerent. Sed quid fit? Illi impetum jam-jam facturi in episcopum, planè rigescunt: ita quidem, ut tanquam simulacra stent immobiles. eoque pacto incolumis ille evasit: & oratione impetravit ipsis, ut restituerentur sanitati pristinæ. *Historia Pomeranica.** [* li. 4. c. 17]

Ibidem nucem arborem miræ pulcritudinis, idolo dicatam, venerabantur incolæ. Eam ubi Episcopus juberet succidere: molestè hoc tulit is, in cujus agro crescebat; atque à tergo accedens, securi bellicâ, quam manu gerebat, [ca]put episcopi ferire conabatur. Verùm aberrans, trabem pontis, ad quem stetit episcopus, tetigit tantâ vi; ut retrahere indè iterum non posset. Eum reliqua multitudo trucidasset; nisi precibus episcopi esset liberatus. *Ibid.** [* li. 3. c. 2.]

Quod sacerdotes idololatrici apertè efficere non potuerunt; hoc fraude & per insidias moliuntur. Cùm igitur Stettino Julinum iret Episcopus: manum sicariorum conductam subornant, qui in arctioribus locis ipsum adorirentur, atque interficerent. Sed hi, propulsati à sociis itineris, nihil ipsi nocuerunt. Primarius verò sacerdos, qui ejus sceleris autor exstiterat, paralysi correptus, exclamavit: Nunc patior propter insidias & mala, quæ contra Otthonem feci. & sic vitam finivit. *Ibid.** [* lib. 3. c. 23]

Dimissus à Bolizlao, Polonorum Duce; vastumque illud atque horrendum nemus, quod Pomeraniam à Poloniâ dividit, ingressus, à serpentibus, feris immanibus, gruibus, quæ in verticibus arborum nidificaverant, sex diebus continuis infestatus est. *Chronicon. Bambergense.*

Julinum etiam cùm applicuisset, deque ejus adventu incolæ cognovissent: confestim ad Ducis palatium prodeunt; & fractis foribus, egredientem episcopum ad terram in lutum prosternunt; adeoque nullum contumeliæ genus intermittunt. Et, nisi à Paulitio quodam, proprii corporis objectu, defensus fuisset: vix mortis periculum evasisset. *Ibidem.*

Quidam, anno 1123. apud Imperatorem eum traduxerunt: quòd nimis prodigus, monasteriis & pauperibus sua largiretur; nec frequens Imperii comitiis adesset. *Crantzius in Saxonia.** [* li. 5. c. 44.]

Miraculosa nonnulla per ipsum facta scribuntur: quę tamen magnâ ex parte superstitionem redolent. Julini cùm esset, inter missificandum, mulier ad ipsum venit, visu privata; ab ipso auxilium petens. Eam ad Alberti martyris basilicam ire, campanam pulsare, istoque Sanctulum excitare, atque opem ejus implorare, jubet. Quo facto, visum illa recepit. *Historia Pomeran.** [* l. 5 cap. 24]

Miles quispiam ad ipsum attulit filium lunaticum. Cui cùm benedixisset: jussit ipsos ad suum ire tentorium, ubi quorundam erant Sanctorum reliquiæ; ibique orare. Eo peracto puer convaluit. *Ibidem.** [* cap. 25]

Alius homo militaris, phreneticus, cùm in eo loco, ubi pedes Episcopi stetissent, orâsset, sanatus est. *Ibidem.** [* cap. 26]

Cùm monasterium S. Michaëlis dedicaturus esset; & jam omnia essent parata: morbo correptus laborare cœpit; ut etiam in lecto decumberet. Quam ob causam, dedicationem in aliud tempus differri jussit. Sed ipso tempore meridiano suaviter soporatus, in somnis vidit puerum, coram se ludentem, & verba Psalmi recitantem: * *In domum Domini ibimus* Expergefactus, vires corporis sensit integras: & altero die pòst, ipso scilicet festo Ægidii, ut constituerat, dedicationem absolvit. *Ibid.** [* Ps. 122. & 1.] [* cap. 36.]

¶ Multis nobilitate & virtute præstantibus viris, usus est familiariter: à quibus & accepit munera; & ad quos ipse etiam misit. Præcipui, quorum meminit Historia, sunt Bolislaus Poloniæ, & Bela Hungariæ Reges; Uratislaus Dux Pomeraniæ, Adelbertus Marchio Saxoniæ, Mizlaus Princeps Gotzgangiæ. *Historia Pomeranica.*

Præfuit annis 37. Obiit anno Domini 1139. III. Nonas Julii. *Chron. Bamb.* Suæ verò ætatis 70. *Bruschi.* Sepultus in monasterio Montis-monachorum, ante altare Michaëlis. *Chronic. Bamb.* Intestina verò in sacello D. Virginis, sub arâ S. Catharinę. *Bruschius.* Concionem funebrem ad populum habuit Embrico Herbipolensis: quâ eum præcipuè ab eleemosynarum multitudine, & aliis virtutibus, commẽdat.

Ejus dies natalis peragitur quotannis, in diœcesi Bambergensi, non quidem solenniter, in die conversionis S. Pauli. A Clemente III. in numerum Divorum relatus est postea, anno 1189. *Ibidem.*

Nominatus est humilis: reverâ autem superstitiosus potiùs fuit. cujus rei exemplum subjicimus. Cum primùm Bambergam deduceretur, (sicut supra diximus) & cathedrale monasterium videret: calceamentis depositis, nudis pedibus, in magnâ frigoris vehementiâ, basilicam S. Petri ingressus est, non sinè propriæ valetudinis jactura. *Chronic. Bamberg. Historia vitæ ejus* nominat D. Georgii ædem.

EGILBERTUS.

Quem *Trithemius, in Chronico Hirsaugiensi*, Eggebertum vocat, mortuo Otthoni succedit, anno salutis 1140. Præfuitque annis 6. Obiit enim 1146 *Chron. Bamberg. Trit[illegible]* annum mortis constituit sequentem.

EBERHARDUS.

Dux Bavariæ, doctus in sacris & profanis literis, Friderico Imperatori inprimis charus, eodem anno, quo antecessor moritur, succedit. Quamvis *Bruschius*, initium ejus

guber-

gubernationis, facit annum 1145. *Appendix Mariani Scoti*, & *Trithemius annum* 1147.

Scripsit epistolam ad Ebethardum Juvaviensem: in quâ de Victore, Pontifice Romano constituto, refert. *Frisingensis de gestis Friderici*.*

Is corpus Heinrici II. Imperatoris, fundatoris Bambergensis episcopatûs, & Montis-monachorum, anno 1143. III. Idus Julii, solenniter, præsentibus Eberhardo Saltzburgensi & Hermanno Brixiensi episcopis, de tumbâ levavit: quem antea Eugenius III. canonisaverat. *Chron. Bamberg.*

Eo Imperator Fridericus, ac reliqui Imperii Ordines, in legatione usi sunt, unà cùm Hillino Trevirensi: ut Pontifici, Romanis, totique Italiæ, significarent de promotione Friderici ad Imperium. *Frisingensis de gestis Friderici*.*

Postea quoque in Italiâ, eodem Imperatore Mediolanum obsidêre, Eberhardus unà cum aliis Proceribus trâsigit: ut Mediolanenses Imperatori reconciliarentur, seque ejus imperio submitterent. *Chron. Bamb.*

Mutinæ illam reliquit Fridericus: cùm ad exercitum, in tentorium Bononiense, exspatiaretur; ut advenientes audiret, cautasque dijudicaret. *Frisingensis de gestis Friderici*.*

Scripturas sacras diligenter evolvit, etiam inter armorum strepitum. In quæstionum dissolutione etiam assiduè versatus est. *Frising. ibidem.*

Monasterium S. Theodori, monialium, liberaliter donavit annuis proventibus.

Obiit anno 1172. cùm annis 26. præfuisset. Sepultus est in eâdem ecclesiâ Bambergensi, ad altare S. Gertrudis: ejusque anniversaria peraguntur, die sancti Alexii, Idibus Julii. *Chron. Bamberg.*

*Lib.1.c.75. — *Lib.1.c.4. — *Lib.4.c.33.

HERMANNUS.

SUccedit Hermannus, Marchio Mitnensis, Cunradi filius, eodem anno, quo Eberhardus moritur. *Bruschius* refert, a nonnullis dictum Marquardum; abbatemque Fuldensem fuisse. Is monasterio monialium S. Theodori, hospitale univit, anno 1174. ad Canonicos Bambergenses alioquin omni jure pertinens, in quo peregrini atq; orphani alebantur. his tamen conditionibus: ut Abbatissa, quoties opus esse: futurum, in velaturam ab Episcopo, a Decano autem, reliquorum omnium nomine, curam hospitalitatis acciperet; nihilque in statu religionis immutaret. Si verò immutationem fieri contingat; Hospitale rursum debere redire cathedrali ecclesiæ. Idq; reprehensione non caruit: nam a quibusdam traductus fuit, quasi alienas potiùs ecclesias, quàm suas, provehi maluerit. *Bruschius, Chron. Bamberg.*

Moritur tandem, anno Domini 1177. cùm annis 5. præfuisset: & sepelitur in monasterio S. Theodori, (vel Theodoræ, *juxta Bruschium*) ad altare majus. Ejus dies anniversarius est, dies S. Basilidis. *Chron. Bamberg.*

OTTHO.

Cognomento Largus, (quem alii Pothonem, vel Popponem etiam, vocant) Dux Meroviæ, substituitur anno 1177. Hujus diligentiâ, multæ advocatiæ, aliis oppignoratæ, restitutæ sunt episcopatui Bambergensi, biennio pòst, quâ ad illam sedem venerat. Obiit anno Salutis humanæ 1192. die 2. Mart: cùm annis 15. præfuisset. Sepultus in choro S. Georgii, Bambergensis ecclesiæ, post altare Philippi & Jacobi, & Oswaldi martyris. Anniversaria ejus peraguntur eodem die, quo mortuus est. *Chronicon. Bamberg. Aventinus*.*

*Lib.7.

THIMO.

MOrtuo Othoni Thimo successit, anno Domini 1192. Obiitque, postquam decennium præfuisset, anno Domini 1202. Octobris die 16. Sepultus est in medio ecclesiæ Bambergensis, ad aram S. Kunegundis, quam anno præterito Innocentius III. canonizaverat. *Chronic. Bamberg.*

EBERHARDUS.

Præpositus Bambergensis fuit: ad quem, & ad Albertum Decanum, perscripsit. Româ rediens Ottho, ex itinere anno Domini 1102. quid secum Romæ actum esset. *Historia Bamberg.*

XVII. RATISBONENSES.

ULRICUS.

Ratisbonensi sedi præficitur ab Heinrico IV. Imperatore, circiter annum salutis 1105. *Frisingensis*.*

*Lib.7.c.8

HARTUICUS.

Non multò pòst, à filio Heinrico V. ad Imperium patris loco, sublato, Ulricus sede pellitur, ejusque loco substituitur Hartuicus. *Crãtzius in Saxonia*.* Quem *Appendix Mariani Scoti* etiam Hattwinum vocat. Is filius Engelberti, reguli Charionum, fuit, frater Rapatonis, primi Artobergensis Dynastæ, & Engelberti, Carnoburgensis limitis & Histriæ præfecti. *Aventinus*.*

Opera eius pontificalia hæc ferè recensentur. Arcem Mallerstorffium D. Benedicto initiavit; atque Burchardum præfecit. Angelostidum S. Haimerani antistitem abdicat; monachos devovet; ab initio Quadragesimę, ad 7. Calend. Augusti, sacris interdicit. Valentræ, templum D. Georgio dicatum, pulsis monachis, tradidit summis sacerdotibus; accito Hardovico, magistro ejus sectæ, ex Norico, de æde divi Floriani. Denique templum D. Jacobi & Gertrudis, intra mœnia, dedicavit, anno 1122. *Aventinus*. * Obiit anno 1126. *Appendix Mariani Scoti.*

*Lib.5.c.19 — *Lib.5. — *Lib.6.

CONO.

Defuncto Hartwico, substituitur Cono, abbas Sigebergensis. *Appendix Mariani Scoti*. Hunc *Aventinus* * Cunradum vocat. Is, quinquennio pòst, monachos Valentiæ restituit; ipsisque Fridericum præfecit. Paulo pòst, sub annum salutis 1131. moritur. *Idem.*

*ibid.

HEINRICUS.

POst Cononem, sedi Ratisbonensi præficitur à Clero & civibus, autore Friderico, præfecto monachorum, Heinricus, Comes Wolfratshusensis, patruus Othonis, reguli à Wolfratshusen. *Aventinus*. * Quem Cunradus Salisberiensis sacris initiavit. Is ab Adamo, abbate Eberacensi, unà cum aliis, tum Proceribus, tum Episcopis, crucem accepit. *Frisingensis*.*

Hunc etiam interfuisse concilio, meminit *Chronic. Casinense*.* sub Lothario, anno 11. 8. indicto ab Honorio II. ad Aquas-pensiles. Unde apparet, Canonem exiguo admodum tempore præfuisse, statimque Heinricum ipsi substitutum. Et quia Monachi centum, à Paschali impositum, reddere detrectabant: Innocentii II. jussu, templum eorum vi occupat; aureos calices comminuit: bullas, diplomata, privilegia, comburit; plũbea monumenta, in sepulcro Bertholdi præsulis reperta, liquefacit; fanum compilat.

Regenstauffium arcem obsidet: sed ab Heinrico Bavariæ Duce pulsus, discedit re infectâ.

Interfuit expeditioni in Asiam, anno 1147. a Cunrado III. contra Saracenos susceptæ.

Is quoque Proceres Bavariæ precibus movit, ut Wolfratshusianis contra Heinricum, cognomento Superbum, Ducem Bavarię, auxiliarentur. Sed res malè cessit. Nam pacem redimere postea coactus est, à prædicto Heinrico, Hochoburgio, præfecturâ Oeno finitimâ. *Aventinus*. * Ad eundem Eugenius III. scripsit: ut ex *Frising* † constat.

*Lib.6. — *D.1.c.40. de Fred. — *L.4.c.110 — *Lib 6. — † Lib 12. de Fred.c.8.

HARTUICUS.

Filius Engelberti, Ducis Bavariæ, interfuit comitiis Ratisbonensibus; quæ Fridericus indixit, reversus ex Italiâ: in quibus causâ inter Heinricum Bavarum, & Heinricum Leonem Saxonem, cognoscitur.

Ecclesiæ thesaurum dilapidavit; canes equos, venatores, aluit. De pauperum curâ ne solicitus quidem fuit: populum non docuit; nec ipse literis operam dedit. Homines sceleratos atque flagitiosos, utpote adulteros, parasitos, opibus locupletavit. Quam ob causam Heinricus, Saxoniæ & Bavariæ præses, Stauffium regiam atque vicum, pontificalemque fiscum, occupavit. Quapropter protinus in furorem versus Episcopus, cuncta seditionibus atque incendiis implere studuit. Obiit anno Domini 1165. *Aventinus*.*

*Lib.6.

EBERHARDUS.

Hartuici successor, sacris initiatus est Wirtzburgi, à Christiano Moguntinensi. Sed non-multò pòst, in Italiâ, pestilentiâ conceptus, occubuit, anno 1166 *Idem.*

CHUNO

Comes de Uneyarn, frater S[illegible]othi, Ratisbonensium designatur episcopus, circiter annum [illegible] Eum jam et Imperator, inaugurationem accipere a Christiano Moguntin-

no;aut omoinò à pontificatu abstinere. Interfuit comitiis Ratisbonensibus; in quibus Heinricus Leo damnatus est. *Aventinus.**

* ibid.

CUNRADUS.

Cunradus Læcholingotus, episcopus Ratisponensis, circiter annum Domini 1188. interfuit, unà cum aliis quibusdam Proceribus, Dynastis, & Spiritualibus, exercitui, quem Heinricus VI. in Asiam misit.

Reversus, profanos, qui Sacerdotum prędia administrarunt, (siquidem, ad illud usque tempus Episcopi & Clerici utriusque sexûs, literis operam navarunt) removere conatus est. *Aventinus.**

* li. 6. & 7.

XVIII. SALTZBURGENSES.

THIEMO.

Quem *Avent.* Diethmarum vocat; Juvaviensis episcopus, Welphone comitatus in peregrinatione Hierosolymitam, per proditionem Imperatoris Alexii, captivus ductus est ad Barbarorum regem Memphis. A quo cùm ad simulacrorum cultum invitaretur: magno id facere recusavit animo; opera esse humanarum manuum, inquiens, & non deos: protinúsque illa comminuit. Quam ob causam, acerbissimo affectus supplicio, diem clausit extremum. *Frisingensis,** *Ursbergensis.*

* l. 7. c. 7.

CUNRADUS.

Comes Abusinus, Salisburgensi sedi præficitur ab Heinrico IV. Imperatore, cujus sacrificus fuerat, circiter annum Domini 1102. At sexto demum anno pòst, a Paschali ad Padum consecratur.

Acris propugnator immunitatum sacerdotalium, ac legitimi magistratûs hostis, exstitit. Nam apud Heinricum V. Romam ingressum, anno 1111. vociferando intercessisse scribitur; ne episcopis, templis, bonisque Ecclesiæ, ullã vim faceret: se enim, & reliquum clerum, vectigalia, portitoria, oppida, regiones, à majoribus sibi relicta, possessaq; hactenus, non ita facilè amissuros. Non tamen sinè periculo. Nam Heinricus quidam, Kauffringo oriundus, stricto mucrone mortem ipsi interminatur; ni desistat. At ille intrepidus, porrecto jugulo, dixit: Feri sanè, si libet, devotum caput. Intercedente verò Imperatore, mortis periculum evasit.

Eidem Paschalis Papa per literas significavit, Heinricum V. a se excommunicatum: &, ut contra Imperatorem sibi auxilietur, invitat. Cui ille morem gerit; & ab Imperatore ad Saxones deficit: alios loco movet; Hugonem Brixinã, substituto Renoberto, & Heinricum Fruxinensem, qui Imperatorem sectabantur. Viscopagum, aliaq; templa, quæ Hugo consecrârat, resecrat. Fruxinum se-se postea confert, Heinricum loco moturus: sed urbe pellitur. Excludunt itidem ipsum Salisburgenses. Ideoque ad Saxones confugit: & non multò pòst, cum aliis, Coloniæ Imperatorem, omnesque ejus sectatores, devovet: omnibus verò Imperatori rebellantibus, veniam scelerum atque perfidiæ promittit; cœlumque aperit: contrà, datam fidem servantes Imperatori oppugnat; stupra, incestus, cędes, sacrilegia, pro libitu, unà cum sociis, prætextu religionis, designat. Ea scilicet sunt ejus opera episcopalia. *Aventinus.**

* lib. 6.

Postea, cum aliis nonnullis, autor fuit Calixto II. sententiam anathematis reiterandi in Imperatorem. unde horribilis in Imperio perturbatio subsecuta est. *Frisingensis.**

* li. 7. c. 15.

Ejus præterea astu atque fraude, Lotharius Saxo ad Imperium venit.

Ejusdem operâ, Augustæ indicta fuêre comitia, sub initium Imperii Cunradi III. ut de transactione inter novum Imperatorem, & Heinricum Bavariæ Principem, ibi ageretur; quamvis frustra. *Aventinus.**

* lib. 6.

Miles fuit. Nam, cum sociis episcopis, in bellum contra Ugros, Styriam depopulantes, profectus est, circiter annum 1146. &, Feliciani cujusdam ope, cum illis pacem fecit.

Superstitionum monasticarum promotor sedulus. Nam monasterium Rotenlaslach, in agro Burgbusiano, sacris initiavit; & Gereonem Augium abbatem constituit. Præterea, multis in locis collapsas Monachorum haras reparavit. Obiit anno 1147. cùm annis 46. præfuisset. *Aventinus.**

* ibid.

EBERHARDUS.

Piburgensis antistes, doctus, religiosus, honestus, liberalis, & benignus in pauperes. *Frising de gestis Friderici.** Succedit Cunrado. Is ex clarissimis Principibus de Hiltpolstein oriundus fuit. *Avent.**

* lib 4. c. 77. * lib. 6.

Opposuit se vitiis Põtificiorum. Nam unà cum Arnoldo Moguntino, Romanos Sacerdotes, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, literis monuit, ut Hadrianum IV. ad pacem servandam hortarentur: eorumq; simul superbiam atq; fastum insectatus est: denique etiam inexplebilem avaritiam, perfidiam, ejusq; generis flagitia, quibus facultates pauperum expilent, prorsusq; exhauriant, ac Imperium conturbent, ipsis objicit. *Avent.**

* ibid.

Jussus est ab Eugenio III. admonere Fridericum; ne, contra Canonum statuta, Guicmannum Cicensem ecclesiæ Magdeburgẽsi præficeret. *Frisingensis de gestis Friderici.**

* l. 2. c. 8

Idem postea etiam Alexandro III. adhæsit; ejusque partium, in schismate papali, cùm de Sede apostolicâ Alexander & Victor digladiarentur, sectator exstitit. Meminit *Aventinus,** ipsum Alexandrum ad Eberhardum scripsisse ea, quæ in celebri Anglorum Celtarumq; conventu, Turonis, statuerit; & monere etiam, ut Imperatorem sibi conciliare conetur. Transegit inter Hartuicum Ratisbonensem, Heinricum Saxoniæ atque Bavariæ Ducem, & Populum. Obiit anno salutis 1165. cùm annis 18. præfuisset. *Ibidem.*

* lib. 6.

CUNRADUS.

Imperatoris Friderici patruus, defuncto Eberhardo succedit. Inauguratur sacris Herbipoli, ubi tùm Ordines Imperii convenerãt, edicto Imperatoris, a Christiano Moguntino. Hunc postea, ex Italiâ rediens Imperator, quòd decreto consilii parère recusaret, (enimverò Herbipoli decretum fuerat: more Majorum, cum Cæsaris consensu, põtificem creandum, qui nuntius Christi; non verò etiam Cęsareæ potentiæ æmulator, existeret) oves pascere, & decimis victitare jubebat: Proceribusque vicos, prędia, castella, urbesque Juvavienses, committit. Obiit circiter annum 1170. cùm præfuisset annis 5. *Aventinus.**

* lib. 6.

ALBERTUS.

Cunradi ex sorore nepos, filius Ladislai Regis Boëmię, succedit. Sacris initiatus est ab Ulrico, Patriarchâ Aquilejensi, pontificio Legato supposititio; spreto Christiano Moguntino. Quam ob rem, Ladislaus regno ab Imperatore movetur; ejusq; patruelis Sobeslaus præficitur Boëmis. Albertum filium itidem postea pontificatu removet; prædiorum administratione cedere jubet: Juvaviensia castella in deditionem accipit. *Aventinus.** Sequenti anno, qui fuit 1171. vocatur ab Imperatore Salisburgum 11. Calẽd. Martii. sed non comparuit. Tandem Ratisbonę communibus suffragiis, pontificatu removetur: quámvis Waltherus, Albanensis episcopus, diligenter pro illo intercederet apud Juvavienses. Ad extremum verò prorsus, in quodam concilio Moguntino, ex episcoporum numero exclusus est. Sectatus est partes Alexandri III. in schismate. *Aventinus.**

* lib. 6. * ibid.

HEINRICUS.

Berchtolgadensis præsul, loco Alberti substituitur: quęque in suam potestatem acceperat Imperator, oppida urbesque, illi restituit. *Avent.** Cui Cunradus de Witelsbach successit: quem suprà, ad Moguntinum archiepiscopatum indê translatum, diximus.

* ibid.

XIX. TUNGRENSES, vel Leodienses.

OBERTUS.

Vel Otbertus, Tungrensi sedi præficitur, anno Domini 1099.

Castellum Bullii, mille & trecentis argenti marcis, a Godfrido Duce emit; ecclesiæque adjecit.

Architectum egit. Nam castellum de Mirwart restauravit. *Catalogus Tungrensium.*

Heinricum IV. exulantem reverenter excepit hospitio; eumque in maximis angustiis solatus est: circiter annum Domini 1105. non sinè gravi periculo. Nam filius Heinri-

eus, ipsi, Ducique Lotharingiæ, atrocia interminatur, nisi Parentem in suam potestatem venire patiantur. *Aventinus.** Denique, extremum pietatis & humanitatis officii genus, in optimum Imperatorem collocavit, honestè in monasterio quodam Leodiensi ipsum sepeliens. Quam ob causam, tantam incurrit offensionem: ut Romano Pontifici nequaquam priùs reconciliari potuerit, quin curaret cadaver mortuum, jamque fœtens, exhumari. *Johannes Cuspinianus, in Henrico IV.* Obiit anno 1117. cùm 18. præfuisset. *Catalogus Tungrensium episcoporum.*

** lib. 3.*

FRIDERICUS.

Comes Namurcensis, & Præpositus D. Lamberti, Oberto successit. Hic Remis, postquam sacris initiatus esset a Papâ Calixto II. Leodium rediens, solenniter exceptus est. Obiit anno 1120. cùm tribus annis præfuisset: & sepultus est in templo B. Lamberti. Ad sepulcrum ejus dicuntur multa facta esse superstitiosa miracula.

ALBERO.

Quem *Mariani Scoti Appendix* Perodelberum vocat, filius Ducis Burgundiæ, & clericus Metensis S. Stephani; Friderico surrogatus, ex superstitione, quâ tumebat, in ecclesiâ B. Ægidii, in Publico monte, Canonicos regulares instituit, monachosque Cluniacenses in precio habuit: *ut testatur Petrus abbas.*† Præfuit annis 8. Obiit anno Domini 1128. Sepultus est in ecclesiâ S. Ægidii, ante summum altare. *Ibidem.*

† lib. 4. ep. 33.

ALEXANDER.

Comes Juliacensis, Archidiaconus & Præpositus duorum collegiorum Leodiensium, precio interveniente, succedit: & investitus est a Lothario Maguntiæ.

Antichristi membrum sese declaravit: quòd bellum gessit contra Ducem Lovaniensem Godefridum; & apud Duras hostem vicit. In quo conflictu, periêre nongenti, exceptis iis, qui submersi sunt atque vulnerati. O' cruentum episcopum!

Et architectum egit. Nam ecclesiam Novi monasterii in Hoyo perfecit, dedicavitque, ut assolent.

Tandem, invidorum calumniis Innocentius II. contra ipsum extimulatus, loco eum movet. Quod usque-adeò indignè tulit: ut etiam mœrore animi confectus, penitus occubuerit anno Domini 1135. cum annis 7. præfuisset. Sepultus est in templo S. Ægidii, in Publico monte.

In hujus Episcopi vitâ annotatur; (quod hic minimè prætereundum censemus) vixisse tum in collegio Leodiensi, D. Lamberto sacro, octo ex Regibus natos, viginti & quatuor Ducum filios, Comites viginti novem, septem Barones.

ALBERO II.

Comes Gelrorum, substituitur, remoto Alexandro. Is Bullonium miraculosè, per B. Lambertum, recuperavit. Romam venire jussus, ubi de laxâ inter suos Canonicos disciplinâ accusatus fuerat, mœrore animi extinguitur anno 1155. cum anni [illegible] vel (ut alii volunt) 15. præfuisset. Sepultus est Ortinæ. *Catalogus Tungrensium.*

HEINRICUS II.

Præpositus & Archidiaconus majoris ecclesiæ, ac Limburgensis Comes, succedit.

Ecclesiæ bona auxit. Nam allodium de Ropic acquisivit, de Embebeke, & de Seans: castella de Rode, de Belinõt, de Ostenoir, de Duras, de Rinongne, de Ermenuilhe, de Fontaines, de Lernout, & quæ his adjacent, ut de Broines, de Freres, de Borne, de Burdenges, de Vassage, de Conin.

Architectum egit. Arcem de Tuin, turrimque; item castellum de Folsis, atque de Franchiet mont. instauravit. Domum de Congs exstruxit; & omnes fermè episcopales arces renovavit.

Widonem Cremensem ordinavit antipapam, anno 1164. eique nomen Paschalis III. indidit. *Chron. Hirsaug.*

In Italiam denique profectus, trium Magorum reliquias acquisiturus, apud Papiam vitâ defunctus est; anno Domini 1168. Ossa ejus Leodium delata, in majori templo sepulta sunt.

ALEXANDER II.

Comitis Bulloniæ filius, ex Regis Navarræ filiâ. Gessit utrumq; gladium. Nam Romam profectus est, cum Friderico Imperatore in expeditione militari: in quâ paulò pòst occubuit, cùm tribus annis præfuisset. Cui Rodolphus, ex Moguntinâ sede ejectus, successisse scribitur: ut alibi retulimus.

ALBERTUS.

Frater Heinrici, Ducis Lotharingiæ, qui Rodolpho successisse narratur: Antichristi membrum fuit. Nam, cùm in ejus electionem Heinricus Imperator, qui Lotharium quendam, Comitem de Horkâ, eâ dignitate donatum volebat, non consentiret: Romam profectus, & à Celestino, quod volebat, obtinuit, adipiscens simul cardinalatum. Remis verò postquam rediisset, consecratus est; Coloniensi, metu Imperatoris, id facere recusante. Ubi cùm metu Imperatoris aliquamdiu exulâsset; tandem ab Alemannis militibus interfectus. Remisque sepultus est: anno Domini 1193. cùm biennium præfuisset. De eo exstant hi versiculi:

Legia me legit: electum Roma probavit:
Remis sacravit, sacratum martyrisavit.

ALBERTUS II.

Alberto sublato, duo simul de istâ sede digladiabantur: Simon, filius Ducis Ardennæ; & Albertus de Cuth. Ille quidem, Romæ cardinalatum impetravit: sed, antequam & episcopatum, diem suum obiit. Ideoque ad æmulum ejus, auxilio Comitis Haynonensis, episcopalis honor devolvitur.

Bella gessit. Nam contra Ducissam Brabantiæ arma induit. Sed a Metensi admonitus, eadem iterum deposuit. Et Otthoni, qui regnum Alemanniæ affectabat, vehementer restitit. *Acta Tungrensium.*

Juramentum fidelitatis, à Balduino Constantinopolitano, de principatu Hanoniensi, accepit: atque in ejus gratiam Godofridum, Brugensis ecclesiæ præfectum, ornavit aliis super alia sacerdotiis: anno 1195. *Chron. Flandr.* † Obiit anno Domini 1199. & in templo S. Lamperti sepultus est.

† Ibid.

XX. TRAIECTENSES.

GEDEBALDUS.

Episcopus Trajectensis, monachorum monasterium S. Benedicti, non-procul a civitate Trajecto, fundavit, nomine Oesborch; anno 1121. Tâtus in eo fertur rigor monasticus fuisse: ut ab incolis terræ diceretur, Carcer religionis. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.* Eum, anno 1123. carceri mancipavit Heinricus V. quòd ipsum suspectum haberet, excitatæ adversùs se seditionis, Trajecti. Magnâ denique vi pecuniæ numeratâ, intercedente Friderico Coloniensi, vix immunitatem recuperavit. *Hedo.* † Obiit anno 1127. *Appendix Mariani Scoti.*

† Parte 3.

ANDREAS.

Præpositus Leodiensis, ordinatus episcopus Trajectensis, anno 1128. *Appendix Mariani Scoti.*

HARDELEBUS.

Trajectensis episcopus, diem clausit extremum, anno 1151. *Frisingensis de gestis Friderici.* †

† Lib. 1. c. 62.

HERMANNUS.

Ecclesiæ S. Gereonis Præpositus, in suburbio Coloniensi, eligitur successor a quibusdam. Alii contra Fridericum, Adolphi Comitis filium, designarunt: unde non exigui exorti sunt motus Trajecti. Verùm ea res demum, per Conradum III. composita est: ita ut is Hermanni electionem ratam haberet; atque ab ipso etiam Papâ Eugenio III. ratificationem impetraret. *Frising.** Eundem postea etiam in episcopatu confirmavit Fridericus Imperator. *Idem.*† Obiit morte subitaneâ: *ut in Chronico quodam veteri Germanico scribitur.*

** ibid.*
† l. 2. c. 4.

XXI. CURIENSES.

UDALRICUS.

Ab ipso Imperatore Heinrico IV. constituitur episcopus Rhetiæ Curiensis, anno Domini 1104. e[illegible] usus est in legatione postea ad Paschalem, pro impetrandâ coronatione Heinrici V. Præfuit 10. annis.

WIDO

WIDO.

Vel Guido, Suevus, Augustanus Canonicus, Udalrico successit. Comitiis Basiliensibus, anno Domini 1114. interfuit; ibique ab Imperatore Heinrico, suorum privilegiorum confirmationem adeptus est. Præfuit annis 12.

CUNRADUS.

Comes à Bibregk, Suevus, Bertoldi & Demuthæ Comitissæ à Zollern filius, Canonicus Augustanus, Curiensis, & Constantiensis, Widoni succedit, anno 1126. Is quidem temporibus Heinrici V. in episcopum electus, & confirmatus fuit: sed primum privilegium adeptus à Lothario Saxune, anno 1137.

Fundavit, unà cum suis fratribus, Bertholdo & Sifrido, Rockenburgum, Præmonstratensis ordinis cœnobium, in Sueviâ. Idem Benedictinos monachos, non ità honestè atque laudabiliter viventes, ejecit ex cœnobio S. Lucii Curiensi; in locum ipsorum, Præmonstratenses, è Rockenburgensi evocatos, substituens. Ordinavit etiam, ut cœnobium S. Lucii sub curâ & visitatione Rockenburgensi esset.

CUNRADUS II.

Successorem habuit Cunradum II. sed quoto anno, nusquam reperias. Is, omnium suorum privilegiorum confirmationem, à Friderico Barbarossâ primùm adeptus est, anno 1165.

ADALGOTHUS.

Adalgothus Urbetus, monachus Clarevallensis, (quem alii Anagolthum & Adolphum vocant) Cunrado II. successit.

Pastorale officium negligens, magis animum ad ædificationem monasteriorum adjecit. Nam monasterium S. Lucii, extra muros Curienses, Kaseium in Tumiliascâ, Scâdinensè in Gasternis, & S. Mariæ montis in Athesinâ provinciâ, mirificè illustravit. In monasterio montis S. Mariæ, in cryptâ templi ab eo consecratâ, tale adhuc monumentum reperitur:

Præsul Adalgothus, ad cuncta decentia promtus,
Consecrat hanc cryptam, divinis usibus aptam.

EGINO.

Successit Adalgotho: sed quónam anno, ignoratur. Hic, propter insignes virtutes, singularemque fidem, datam & præstitam Friderico, primus inter Curienses episcopos, ab eodem Principe salutatus & habitus est: atq; ità jus utriusque gladii, spiritualis & corporalis, sibi sumsit. Advocatiâ Curiensis episcopatus investivit Fridericum, Sueviæ Ducem, Friderici Imperatoris filium, in præsentiâ Heinrici VI. anno 1170. Obiit anno 1174.

ULRICUS.

Baro à Degernfeld, in Comitatu Badensi, vir & ambitiosus, & magnarum pomparum studiosus, consecutus est, ad abbatiæ S. Galli possessionem, cui 33. annis præfuit, & Curiensem episcopatum, à Friderico Barbarossâ, anno Domini 1174. Seditque Curiæ annis 8. Postea episcopatum resignavit, anno 1182. retentâ sibi abbatiâ Sangallensi. Nam Alexander III. in Romanâ synodo decreverat, ne quis duas prælaturas simul haberet: si verò quis haberet, resignaret alterutram. Ad extremum, confectus senio, & abbatiam abdicavit: & mortuus est, anno Domini 1199.

BRUNO.

Ipsi substituitur Bruno quidam, anno 1182. qui post paucos menses, à primâ electione, vitam cum morte commutavit.

HEINRICUS.

Canonicus Curiensis & Salisburgensis, Brunoni successit, anno 1183. præfuitque annis 18. *Brusch.*

XXII. MONASTERIENSES, seu Mimigardefordenses.

ERPO.

Monasteriensi ecclesiæ præficitur Erpo, circiter annum Domini 1099. vir nobilis, ex sanguine Megapolensi oriundus; (ut quidam existimant) antecessoris sui Friderici consanguineus.

Asiaticæ expeditioni interfuit; quæ, Urbano II. suadente, pro recup[eratione] Hierosolymæ & Antiochiâ, suscepta fuit. Reversus domum, rebus feliciter gestis, multis annis adhuc præfuit. Mortuus apud S. Mauricium extra muros sepultus est. *Crantzius in Metropoli.*†

THEODORICUS.

Erpone mortuo, diuturnum, de successore constituendo, schisma fuit. Electus enim quidam Burchardus fuit: sed paulo pòst iterum remotus. In ejus verò locum, Theodoricus, Comes de Wintzenburg, à Lothario, Duce & Comite quodam Wintzeburgensi, adversantibus civibus & clero, per vim intrudimr, anno Domini 1125. *ut Chron. Saxoniæ numerat.* Cumq; in eo conflictu ignita ejacularentur tela; universa civitas, cum ecclesiâ B. Pauli, conflagravit. Theodoricus igitur, toto suæ vitæ tempore, occupatus fuit in reparandis ædificiis; & reformandis cleri moribus. Obiit anno Domini 1127. *Appendix Mariani Scoti, & Metrop. Crantzii.*†

BURCHARDUS.

Burchardum successorem habuit: non sanè illum, cum quo de primatu cǒcertaverat Theodoricus. Ille enim jam erat mortuus, in profectione Constantinopolitanâ; quò ab Heinrico V. missus fuerat Legatus. Eris, instaurando rursus templo B. Pauli, totus fuit occupatus. *Crantzius in Metropoli.**

EGBERTUS.

Qui & Etibertus dicitur, successit. Is monasterium Monialium trans amnem, tempore Theodorici incendio consumtum, restauravit: Moniales que, quæ jam inter cognatos vagabantur, revocavit; interminans illis anathema, ni parêrent. Reluctantes per vim inclusit. *Ibidem.** Lotharius eum Legatum misit ad Clarum-montem, urbem Galliæ: ubi Innocentius II. concilium eo tempore celebrabat. *Frisingensis.** Interfuit cuidam expeditioni contra Ungaros. *Aventinus.*†

WERNERUS.

Egberto substituitur. Ejus tempore atque auxilio, factū est monasterium Cappenbergense Ordinis Præmonstratensium: in quo vivus adhuc sibi locum sepulturæ delegit. *Crantzius Metrop.*†

HEINRICUS II.

Isti ecclesiæ præficitur, circiter annum 1184. Is licèt, pro novâ erigendâ ecclesiâ, multùm sudarit; providens ea, quæ ad ædificationem erant necessaria: voti tamen compos factus non est; quòd ejus gubernatio in turbulenta incidit tempora. *Metropolis Crantzii.*†

LUDOVICUS.

Patruus Otthonis, Comitis de Teklenborg, successor constituitur, temporibus Heinrici VI. Fuit is vir magni animi: qui & ecclesiam amplificavit; multisque rebus & libertatibus donavit. *Ibidem.**

XXIII. OSNABURGENSES.

WIDO, JOHANNES, & alii.

Remoto Marquardo, substituitur Wido Osnaburgensi ecclesiæ, circiter annum Domini 1093. ac annos 8. sedit. Mortuus est anno 1101. *Crantzius in Metropoli.*†

Widonis successor Johannes, præest annis 9.

Post quem Diepholte, annis 8. moritur 1119.

Diethardus gubernat eandem ecclesiam, annis 18.

Huic succedit Udo; qui annis 4. ad clavū ecclesię sedit.

PHILIPPUS.

Comes de Catzenellenbogen, pontifex Osnaburgi constituitur, anno Domini 1132. (Tres enim, inter prædictum Widonem & Philippum, interjecti sunt, de quibus nihil in Historiis exstat.) Utrumque gladium gessit, existimans id rebus ecclesiæ suæ profuturum. Barones de Holte, qui arci munitissimæ confidebant, & publicam pacem turbabant, ad deditionem compulit, servandamq; pacem, toto septennio ipsis aditum commeatumque intercludens.

Controversiam inter Ecclesiam majorem, & D. Johannis collegium, de solennitatum observatione, composuit: ità quidem, ut Johannitæ Majori ecclesiæ cederent.

Mortuus est anno Domini 1164. cùm annis 32. præfuisset. *Crantzius in Metropoli.*†

† *lib. 5. c. 30.* — † *lib. 6. c. 9.* — * *lib. 6. cap. 20.* — * *cap. 32.* — * *lib. 7. c. 18* — † *lib. 6.* — † *lib. 6. cap. 45.* — † *lib. 7. c. 3.* — * *cap. 15.* — † *lib. 5. c. 38.* — † *lib. 6. c. 34.*

ARNO DNS.

Majoris ecclesiæ Præpositus, Philippo succedit. Auxit is prædia & possessiones ecclesiæ; maximè verò monasterium monialium in Ozede. Mortuus est anno Domini 1186. Præfuit annis 22. *Crantzius in Metropoli.*†

ADOLPHUS.

Post translatum Gerhardum quendam, ad episcopatū Bremensem; Adolphus, vir singularis industriæ, atque hypocrita insignis, huic sedi præficitur. Is Baalisimum promovit atque ut sui dei cultum amplificaret, oneravit suin. Bona ecclesiæ veteratoriè auxit: quamvis & *Crantzius* industriam vocet.

Ei tale quid accidisse ferunt. Quoties iter faciebat in Varstenow: medio itinere, leprosum, in tuguriolo habitantem alloquebatur; atque ad patientiam, Christi proposito exēplo, subindè hortabatur, data eleemosynâ. Eam moram ministri ægre ferebant. Et quia palam profiteri nō auderent, quod animo cogitabant, effecère ut leprosus subduceretur. Rediens eò Adolphus, more solito casam ingreditur; & leprosum, loco consueto sedentem, reperit. Cumque suas admonitiones, de ferendâ patienter calamitate, reiterâsset: leprosus gratias agit pro salutaribus monitis, ex quibus non parum se profecisse ostendit; & protinus animam exhalat, cunctis præsentibus.

Tantam de ipso vulgus sanctitatis opinionem concepit: ut, qui post mortem parum honestè ejus sepulcrum, etiam pede tetigisset, eo die singularem infamiam habiturus crederetur. Præfuit [illegible] annis. *Crantzius in Metropoli.**

XXIV. BREMENSES.

HUMBERTUS.

Successit Liemaro, in Bremensi archiepiscopatu, Humbertus: de quo nihil præterea in historiis, invenimus memoriâ dignum. Neque enim diu præfuit: tantùm tribus annis. Obiit anno Christi 1104. *Metropolis Crantzii.** *Chron. Saxoniæ,* annum 1108. ejus gubernationis initium constituit.

FRIDERICUS.

Successit Humberto, præfuitque annos 18. ut *Crantzius* satis probabiliter conjectat. Nec ejus temporibus aliquid insigne, aut memorabile, literis proditum reperias. Circiter annum Christi 1122. vivere desiit. *Metropolis Crantzii.*† *Chronicon Saxoniæ,* octo annos gubernationi ejus attribuit.

ADALBERO.

Substituitur Friderico, vir prudens & religiosus. Suam subindè utilitatem diœcesinarum præsertim, cūm legationis dignitas, in provincias Aquilonis, antiquata esset, & unaquæq; suos haberet metropolitanos. *Crantzius in Metropoli.** Eundem Heinricus Leo, per curatores, apud Imperatorem accusavit: quòd, contra promissum, Stadensem retineret episcopatum. Cumque nihil proficeret: ministri Ducis eum capiunt, Luneburgumque abducunt; ut vi, quod volebant, extorquerent. Sed cùm ne sic fierent voti compotes; liberum dimittunt. *Crantzius in Saxon.** Hortatu Conradi III. armavit se in Vandalos; ut ad fidem Christi eos cogeret. *Ibidem.* Præfuit autem annis 24. *Chronicon Saxoniæ.*

HARDWICUS.

Adalberonem subsecutus est Hardwicus, Rodolphi Franckelefensis Comitis filius, ejus ecclesiæ Præpositus; jam etiam Comes Stadensis: permutatione scilicet factâ cum ecclesiâ, ut pro Thitmarsiâ Stadensem sumeret comitatum. Is, cùm Hamburgensem ecclesiam, veteri legationis honore orbatam, videret; hoc consilio usus est: ut suæ dominationi alias subjiceret ecclesias; splendido prætextu, quasi Vandalis magnoperè consultum vellet. Ideoque ecclesias, olim per eam gentem demolitas, renovavit: ut Aldenburgensem, Mekelburgensem, Racesburgensem. Nam totis 48. annis hæ sedes vacaverant, indè a [illegible] de Godeschalci, ad Hardwici usque tempora. Multum etiam studii atq; operæ impendit, pro recuperandis episcopiis & suffraganeis, per universam Daniam, Sueciam, Norvegiam: sicut olim, per tria hæc regna, ecclesiæ Hamburgensi omnes ecclesiæ erant subjectæ. Sed [illegible] obsequiis, & [illegible] largitionibus, apud Pontificem & Imperatorem sudavit. *Metropolis Crantzii.**

Eugenius III. eum ad [illegible]radum Imperatorem ablegavit: ut suam erga Imperatorem benevolentiam ipsi testatam faceret; & rursus animum Imperatoris erga se exploraret. *Frisingensis de gestis Friderici.**

Interfuit concilio, quod Fridericus convocavit Vesontii, in finibus Galliæ & Hispaniæ. ubi, in præsentia Waldemari Regis Daniæ, de ecclesiis per Daniam, Sueciam, Norwegiamque, quæstionem movit. Sperabat enim [illegible] obtenturum; ut totus clerus, per hæc tria regna, Hamburgensi tanquam patriarchæ, iterum subjiceretur: sed frustra. *Metropolis Crantzii.**

Sedem episcopalem, omnium primus, Hamburgo Bremam transtulit, propter crebras Vandalorum incursion[es]. *Helmoldus.**

Apparet, hominem fuisse ambitiosissimum: ut qui dissuaserit, ne Vicelinus ab Heinrico Leone [illegible] ciperet: ne scilicet quid episcopali decedere videretur authoritati, neque is in minimo etiam laico [illegible] submitteret. *Idem.* Obiit anno Christi 1168. cùm ferme annis præfuisset 21. *Chronicon Saxoniæ.*

BALDUINUS.

Halberstadensis Præpositus, ætate gravis, post Hardwicum præficitur. Heinrico Leoni, cujus fuerat Capellanus, penes quem summa, per totā Saxoniam, tum temporis potestas erat, admodum charus exstitit: cujus etiā operâ archiepiscopus designatus est. Duo enim alii, Sifridus & Otbertus, simul electi fuerant: hic quidem à clero, [illegible] verò a Gūcelino quodā Comite Suerinensi. Quod cum cognovisset Heinricus Dux: utroq; repudiato, hunc Balduinum præfecit. Consecrationem à Paschali antipapâ accepit. Multa in gratiam Ducis, illi ecclesiæ bona permisit: suis etiam, in ejusdem ecclesiæ detrimentum, plurima donavit. Obiit anno Domini 1178. cùm præfuisset 10. annis. *Metropolis Crantzii.*†

SIFRIDUS.

Defuncto Balduino, de successore præficiendo non cōvenit. Ut enim Ducis Heinrici molitionibus præveniretur; electus quidam Bartholdus est. Is Romam ad conciliū Lateranense, proficiscens, sperabat, hanc suam electionem Papam habiturum ratam. Sed frustratus spe dimittitur.

Sifridus igitur, Alberti Marchionis filius, qui jamdudū Brandenburgensis episcopus fuerat, atque ante annos 15. repudiatus, successor constituitur. Ac quamvis ipse ab armis quietus fuit: attamen aliis, ut arma capesserent, hortator exstitit. Nam apud Fridericum Imperatorem impetravit: ut Comitatus Stadēsis, ab Heinrico Leone occupatus, ad Bremensem rediret ecclesiam. Et quia arcem & oppidū præsidio munierat Dux: sexcentas argenti marcas promisit Philippo Coloniensi, si expugnaret. *Saxonia Crantzii.** Quantum etiam potuit, conatus est fratri Bernhardo, Duci Saxoniæ, Dietmarsos subjicere. *Chron. Holsatiense.*

Intestinum etiam ipsi fuit bellum. Nam Theodoricus Decanus, Hartuicus Custos, (post ipsum factus archiepiscopus) Segebodo sancti Pauli Abbas, Hermannus Præpositus de Bucken, Eilo Præpositus sancti Willehadi, atq; alii, quos Sifridus honoribus & dignitate auxerat, in ipsum cōspirant; mittentes in urbem, quendam Heinricum Canonicum: qui, quòd aleator erat, nomen inde cōsecutus est Dabelstein. Is insignis sanctitatis simulator fuit: & quia ignotus erat, facilè is a plerisq; visus est, quem se simulavit. Accusavit ille in curia Sifridum: quòd tali vestitu uteretur, qui ipsum non deceret: quod varium non ferret, nisi cum [illegible] vestibus alicui pauperi erogatis, mant[illegible] clerici aut militis induisset: quòd deauratis phaleris no[n] incederet: nisi, equo suo per munificentiam erogato in piam causam, jumentum militis conscendisset. Sed hæc aliaq; in medium adducta, quibus in contemptum [illegible] ducere Episcopum conabatur, refellit Heinricus quidam, Scholasticus Bremensis. Hac verò suâ accusatione respexit ad synodales constitutiones, sub Ludovico I. promulgatas, de vestitu & ornamentis clericorum: quæ [illegible] tempus [illegible] antiquatæ erant. Uod[illegible] *[illegible]* in has erum[illegible] voces: *Utinam hodie viveres, Ludovice, [illegible] nostrorum temporum [illegible] licentiam castigatam diceres memoriam [illegible].*

Huic Johannes quidam, Sueciæ episcopus, cùm Bremā pertransiret, obedientiam præstitit, tanquam suo superiori. Sed ne sic quidem dominationem consecutus est, quam anxiè titis erat. Præfuit annis 6. Mortuus est anno 1184. *Metrop. Crantz.*†

GERARDUS.

Gerardus de Lippiā, primùm Osnaburgensis antistes, ubi suis non admodum charus fuit quod [illegible] multa, pro veteri licentia, poscentibus, non morem gereret. Is monasterium Monialium in Hersbroke in quo pleræque a re[illegible] erant, sorore suā acci[illegible] que conventui præpositā, formari curavit. Multis Comitibus multa feuda [illegible]dedit. Tandem Bremam vocatus, ad episcopalem sedem, [illegible]benter a suis dimissus est. *Metropolis Crantz.**

HARDUICUS I.

Pridem illius ecclesiæ Custos sive Thesaurarius, substituitur. [illegible] Heinrico Leoni, ab exilio domū reverso, parùm gratus fuit: cui olim tamen inservierat. Monachorum & Monialium numerum auxit. Nam anno sui pontificatûs 3. qui est 1188. Bremæ solenne instituit collegium: quod S. Ansgario dedicavit, addens reditus. Præterea etiam conventum Monialium, in valle Liliorum.

[illegible] politico usus est, côtra Christi institutum. Nam, [illegible] exercitu, ingressus est Thietmarsham: ut homines, alioquin feroces & rebelles coërceret. Adjunxerat se ei, Adolphus Holsatiæ Comes, & Christianus de Oldenborg. Succesit negotium. Thietmarsi, (qui & Stedingi a *Crantzio* dicuntur) ingentem pecuniæ vim Archiepiscopo promiserunt, sed simulatè. Harduicus igitur, depositis armis, quasi re præclarè gestā, domum redit: sperans ipsos promissis satisfacturos. Interim Adolphus & Christianus stipendium militiæ poscebant: pro quo totus clerus fidem suam interposuerat. At cùm Thietmarsi nihil quicquam darent: in eas devenit angustias Archiepiscopus, ut, per totum triennium, episcopales reditus abjurare coactus fuerit, in solutionem Christiani & Adolphi. nec, unde victitaret, quicquam habebat: nisi quæ ille cathedratico, vel ecclesiarum consecrationibus, consequebatur. *Metropolis Crantz.*† Expeditioni Asiaticæ interfuit, anno 1197. *Chronicon Flandriæ.**

Jussu Friderici Imperatoris, suā sede motus est: quòd turbator Saxoniæ haberetur. Verùm fugiens in Angliam, post annum rediit ad suum locum; recuperatā Imperatoris gratiā, & Heinrici Leonis subsidio fretus. *Saxonia Crantz.*† Præfuitque annis 23. Mortuus enim est anno 1207. *Idem in Metrop.**

XXV. VERDENSES.

HARDVVICUS.

Verdensi ecclesiæ præest, temporibus Heinrici IV. & V. is ecclesiæ suæ prædium in Ride contulit. Iostituit etiam solennem memoriam, tam fratribus, quàm [illegible]holasticis, in suo anniversario peragendam. *Crantzius in Metrop.*†

MASO.

Non diu isti ecclesiæ præfuit. Et quoniam magis electus erat, quam plenā autoritate gubernans; vix meruit in pontificum numerum collocari. Obiit 8. Calēd. Novemb. *Metrop. Crantz.*†

THIETMARUS.

Qui Masoni successit, anno 1128. agris & decimis suam ecclesiam ditiorem reddidit. Vivus adhuc, solennem sui post obitum instituit memoriam. Præfuit 40. annis. Migravit ex hac vitā, anno Domini 1168. 9. Calend. Octobr. *Metropolis Crantz.*†

HERMANNUS.

Substituitur Thietmaro. Fuit Friderico Imperatori admodum charus.

Li[illegible]vit cum Hartuico, Bremensi archiepiscopo, de quibusdam possessionibus in Palude, in finibus utriusque diœ[illegible]cesis. Se[illegible] interventu quorundam præcipuorum virorum, [illegible] composita est: ita ut prædia, de quibus lis mota erat, Ecclesiæ Verdensi adjudicarentur.

Aux[illegible] ecclesiæ [illegible]itur. Nam mediam decimam in [illegible] ... teneret, & integram in Ruckfede & Tundeshuge, acquisivit.

Crantzius, qui utriusque, & Thietmari, & Hermanni, historiam contexuit, sibi ipsi non constat. Nam Thietmaro 40. annos tribuit regiminis, atque annum Christi 1168. [illegible]jus morti. Mox, sui-ipsius oblitus, hunc Hermannum ipsi successorem constituit, anno 1148. Ideoque & Eugenii III. facit mentionem: qui huic pontifici singulare dederit privilegium; omniaque vetera Ecclesiæ Verdensis iodulta confirmârit. Constitutus est autem Eugenius III. Papa, anno 1145. Meminit itidem, hunc [illegible]idisse, reliquias trium Regum Mediolano transportari Coloniam, per Reinoldum Coloniēsem: quæ translatio incidit in annum Christi 1162. *secundum Appendicem Mariani Scoti*, vel, *secundum Crantzium*, in annum 1168. Hunc etiam vidisse expeditionem in Cunrandi III. interram Sanctam. Necesse igitur est, aut simul præfuisse Thietmarum & Hermannum; aut saltem Thietmaro non tantum tempus attribuendum, quo præfuit. *Metropolis Crantz.*†

HUGO.

Post Hermannum, Hugo in episcopum Verdensem eligitur. Imperatori Friderico non in postremis charus. Lis inter ipsum & episcopum Halberstadiensem fuit, de terminis in Prato. Uterq; suæ studebat ecclesiæ. Sed Imperator, cognitā controversiā, Pratum Verdensi ecclesię adjudicavit, præcipiens Otthoni Brandenburgensi, ne Hugoni permitteret propterea creari molestiam. Contulit ecclesię decimam, de allodio in Elstorp. Obiit Calend. Martii, anno Christi 1189. *Metrop. Crantz.**

TAMMO.

Vel Tanno, succedit eodem anno, quo antecessor moritur. Camerarius summi collegii Verdēsium Canonicorum fuit. Is contulit duos mansos in Bernestede, & arcem in Valentlo, isti ecclesiæ. Calicem quoque majorem aureum, ac imaginem D. Virginis ex auro solido, fieri curavit. Ecclesiam majorem, adjuvantibus, Annone Mindensi, & Adolgo Hildeshemensi, episcopis, consecravit. Mortuus est, Idib. Decemb. anno 1197. Præfuit 8. annis. *Metrop. Crantz.*†

RODOLPHUS.

Episcopus Verdensis, Syriacæ expeditioni interfuit, anno Domini 1197. *Chron. Fland.**

XXVI. MINDENSES.

WITELO.

Ecclesiæ Mindensi præficitur: sed quo tempore, non meminerunt Historiæ. Religiosus extitit, suo more; ut de ipso hi circumferantur versiculi:

Supplicat ille Deum, & motum detinet ira,
Sedavitq; truum lacrymosa precum.
Quos fructus habeat simplex pratum justi,
In procubus Moysi quisq; notare potest.

Mortuus est anno 1120. *Metropolis Crantz.*†

SIGEVVARDUS.

Witeloni succedit. Consecrationem accepit à Papā Calisto II. à quo creatus Legatus, ut in Saxoniā ecclesiasticam dissidia componeret. Mortuus est anno 1141. ipso die Victoris Papæ; cùm præfuisset annis 21. *Metrop. Crantz.**

HEINRICUS.

Succedit Sigewardo. Is primùm de Burstel[illegible] translatus est, ubi monachum egerat, ad monasterium S. Mauritii, quod est in Insulā; ibique Abbas constitutus. Hinc avocatur ad gubernacula ecclesiæ Mindensis; præfuitque annis 12. Mortuus est anno 1153. Quāmvis *Crantzius* adjicit adhuc annos tres. Sepultus est in monasterio Burstelldensi; sicut postulaverat moriturus. *Metropolis Crantz.**

WERNERUS.

Nihil de hoc reperias; præterquām quòd occupatur in eo *Crantzius*, ut ipsius ortum describat. Existimat, aut ex [illegible] Cunradi, aut Friderici, aut Lotharii, originem traxisse. Præfuit annis 17. Mortuus est in vigil. Martini, anno Domini 1160.

ANNO.

Comes de Blanckenborg, substituitur: ac præfuit annis 4. In festo Valentini obiit, anno 1174. *Crantzius* * addit anno 11. atque mortem ipsius rejicit in annum 1185.

DITUMARUS.

Multùm hic se abstinentiâ atq; jejuniis afflixit, & a creaturarum usu, quem Deus hominibus concessit, abstinuit. Die Parasceves ipsi accidisse fertur: ut aqua, quam postulaverat, in vinum te[...] mutata sit. Præfuit annos 21. Mortuus est anno 1206. in vigilia Thomæ. *Metropolis Crantzii.* *

XXVII. PADEBORNENSES.

BERNHARDUS.

EJus nominis primus [...] circiter annum Domini 1126. Padebornensi ecclesiæ præficitur. *Appendix Mariani Scoti.* Is una cum Lothario profectus Romam, à Papa Honorio II. impetravit privilegia, ad usum Rationalis, tú pro se, tum etiam pro successoribus: quæ dignitas solis conceditur alioquin Archiepiscopis. Reverso illo domum, urbis pars, cum cathedrali ecclesiâ, conflagravit: quam postea toto decennio restauravit, multò, quàm antea fuerat, splendidius atque magnificentius.

Heerdhausense monasterium, ordinis S. Bernhardi, & Gerdense, cui Moniales mancipantur, fundavit atque exstruxit.

Bellum gessit cum Heinrico, Comite Arnspergense, quē aliquoties evicit. Præfuit annis 23. *juxta Crantzium.* vel 33. *secundum Bruschium.* Obiit anno 1159. *ut idem habet.* atque sepultus est in monasterio Heerdhausensi. *Crantzius in Metropoli.* *

EVERGISUS.

Mortuo Bernhardo, succedit Evergisus Canonicus, anno 1159. quàmvis *Crantzius*, initium ejus gubernationis, rejicit ad Conradi tempora. Magna urbis pars denuò, hujus tempore, conflagravit, cum cœnobio Abdinkovēsi: quod tamen restauravit Evergisus. Obiit anno Domini 1176. cùm annis 17. præfuisset. *Crantzius in Metropoli,* * & *Bruschius.*

SIGEFRIDUS.

Succedit Evergiso, qui Majoris ecclesiæ Præpositus fuerat, anno 1177. Præfuitque annis 9. & dimidio. Mortuus est anno 1186. *Crantzius in Metropoli,* * & *Bruschius.*

BERNHARDUS II.

Nobilis ab Oysede, vel Dysede, communi omnium suffragio electus, præficitur. Illius tanta fuit autoritas apud vicinos Nobiles: ut illi suarum præfecturarum administrationem committerent; eo tempore, quo unà cum Friderico terram Sanctam ingrederentur. Obiit anno 1202. cùm annis 16. præfuisset. *Metropolis Crantzii,* * *Bruschius.*

XXVIII. HILDESHEIMENSES.

BRUNINGUS.

VNanimi consensu cleri eligitur episcopus Hildesheimensis, anno 1114. Antea Goslariēsis collegii Decanus fuerat. Tantùm uno mense præfuit, nec consecratus, nec confirmatus. Eamque ob causam *Crantzius*, in suo catalogo, eum omisit. Reliquit enim episcopatum; & in S. Bartholomæi collegium, quod in Salinis est, commigravit. In illo reliquum vitæ tempus exegit: in cujus collegii templo est etiam post fata sepultus. *Bruschius.*

BERTHOLDUS.

Præpositus summi collegii Hildesheimensis, anno Domini 1115. post resignationem Bruningi, constituitur episcopus.

Membrum Antichristi non-postremum fuit. Nam Monialium cœnobia occlusit: ne vel aditus, vel exitus, pateret. In Bacconēsi pago, cœnobium Canonicorum regularium S. Augustini, non procul ab Hildesheimio situm, exstruxit: idque ab eo nom[e]n sortitum est Bertholdi-rode, vel Bertholdi novale. V[ul]gò accolæ, Mariæ novale, vel Marienrode, hodie vocant. P[...] stu[...] i[...]s fuisse perhibetur. *Bruschius.* Præfuit ann[...]. Mortuus est in monasterio Cluniacensi, anno 1[...] *Metrop. Crantzii.* *

BERNHARDUS.

Comes Rotenburgensis ad Tubarum, summi collegii Præpositus Bertholdo succedit, anno 1131. In ipsius electionem [c]onsentiente clero, & populo universo. Præfuit anni[s ...] *Chron. Saxon.* Is Gothardum, (de quo superiori seculo di[x]imus) qui jam post mortem etiam miracula dicebatur edere, de tumbâ levari, atque in catalogum Sanctorum canoni[z]atum referri, curavit: ejusque nomini monasterium dedicavit in parte civitatis, quod hodie exstat in Brul[...].

Aliena ad [s]e rapuit bona; non-contentus illis, quæ habuit. Nam Wintzenburgensem Comitatum, atque o[p]pidum Alfeldense suo adjunxit episcopatui [...] hac nimirum occasione. Lar quidam domesticus, (Saxones Pi[l]olum vocant) ipsum monebat: ut statim occuparet omnia quæ Comitis fuerāt, quem miles quispiam Suevus interfecerat. [...] monitori morem gessit; atque arcem, omniaque quæ Comitis erant, sibi subegit. Id postea ratum habuit Lot[har]ius.

Cunradi III. suffragio, Kingenheimensem abbatiam, longè potentissimam, suo episcopatui incorporavit: arcem captam munivit, & illustravit. *Metropolis Crantzii,* * *Bruschius.* Obiit anno 1153. Sepultus est in cœnobio S. [G]othardi. Oculis captus fuit annis 9. antequàm ex hac vitâ migraret: ideò Brunonem, Diaconum summi collegii, sibi coadjutorem elegit. *Chron. Saxonic. Bruschius.*

BRUNO.

Episcopus eligitur anno 1153. mortuo Bernhardo. Absolvit arcem Winzenburgensem; & in eâ excelsam exstruxit turrim. Episcopale palatium in urbe renovavit, & illustravit. *Bruschius.*

Idololatra fuit, loco Filii Dei colens B. Mariam: cujus festum nativitatis primus, cum octavâ, celebre habere cœpit. Eum egregie Satā ludificatus est. Intererat fortè mediâ nocte officio sacro: cùm ecce insolitus subitò fulgor, meridianâ luce splendidior, templum oppleret; itâ quidem, ut omnes perterrefacti, ex eanm obmutescerent. Episcopus, diligentiùs reliquis considerans, quid rei esset, vidit Diabolum, imaginem D. Virginis præ se ferentem, & propiùs ad se accedentem. Ille, supinus, in os procidens, inquit: *O' sacratissima Regina, quid te ab alto traxit, invisere mansionem humilium tuorum?* Tùm ille: *Placuit Altissimo, unico meo, tua devotio: placet & cælitibus & mihi. Persevera in eo quod cœpisti.* His dictis evanuit. *Crantzius in Metropoli,* * & *Chronicon Saxoniæ.* Obiit anno 1160. Sepultus in mediâ basilicâ cathedrali, ante aram S. Catharinæ. *Bruschius.*

HERMANNUS.

Præpositus S. Crucis, in locum defuncti Brunonis eligitur, anno Domini 1161. Investituram autem ab Imperatore Friderico, qui cùm in Italiâ Mediolanum obsidebat, accepit. Is, neglectâ animarum curâ, & vivētis Dei templis, ad consecrationem lignorum & lapidum animum adjecit. Nam cœnobium Gandersheimense, iterum ab incendio instauratum, à Dominâ Adelheide, xi. abbatissâ, consecravit: itemque ecclesiam S. Blasio dicatam, Brunsvigæ, quam Heinricus Leo exstruxerat.

Fridericum Imperatorem, cui charus fuit, venientem ad Goslariensia comitia, omnium Imperii Ordinum nomine, gravi oratione excepit, ut fuit eloquens, & suavissimæ pronunciationis. Conspiravit cum Wicmanno Magdeburgensi, & aliis Principibus, contra Heinricum Leonem. *Helmoldus.* *

Provectus ætate, peregrinationem suscepit in Terram sanctam, Deum in peculiari loco quærens. At gravi ortâ in mari tempestate, naufragium fecit; quo omnes itineris comites perierunt: ipse solus, cum alio quodam, asseri innatans, littori nudus appulit. Itaque vestes & alimenta, Hierosolymam usque, mendicavit. Patriarcha Hierosolymitanus, humiliter ipsum excipiens, multis affecit beneficiis. Perlustratâ universâ Terrâ sanctâ, & instructus viatico, rursus sese mari credidit; ut ad sua rediret. Sed superatis aquæ periculis, cùm in Itali[â] Parmis appulisset, graviter ægrotare cœpit: ibique moritur, anno 1[1]74. cùm præfuisset annis 13. *Crātzius in Metropoli,* * annos 16. il[l]i attribuit. *Item Chron. Saxon.* Sepultus est Parmis honorifice. *Bruschius.*

ADOLOGUS.

Præpositus Goslariensis, annunciatâ peregrinanti[s] epi-

ſco, Hermanni morte, totius cleri unanimi conſenſu, eligitur, anno Domini 1175. Ex illuſtri familia oriundus dicitur. Erat Comitatum Homborgenſem, conſenſu Imperatoris Friderici. Eundem ſequutus eſt in Armeniam: quo in aqua, ut putabatur, ſuffocato, una cum aliis Germaniæ Principibus domum rediit. Mortuus eſt anno 1190. & in ... templi ... ſepultus: cùm ... præfuiſſet annis 15. *Bruſchius. Craatzius in Metrop.* * numerat tantùm ...

BERNO.

Decanus omnium ſuffragiis eligitur epiſcopus, anno 119.. Is inſtauravit, & amplissimi proventibus dotavit, Gotlarienſem præpoſituram... Romano Pontifice canoniſatio nem S. Bennardi ep. Hildeshemenſis, de tumbâ levati. Obiit anno 1198. cùm præfuiſſet octo annis. *Bruſchius.*

Chronicon Saxoniæ ... in uno anno præfuiſſe, ac Herbortum quendam ... refert: cui que novem annos in epiſcopatu attribuit.

XXIX. HALBERSTADENSES.

FRIDERICUS.

Cum Halberſtadenſi epiſcopo Friderico, à Romano Pontifice excommunicato, Ilſenburgenſes monachi obedientiam præſtare recuſarent; per eundem è monaſterio ejiciuntur. Tandem & ipſe ſede ſuâ remotus eſt: *ut in veteri quodam Chronico Germanico ſcribitur.*

REINHARDUS.

Quem alii Reinerum vocant, ex nobili (ut putatur) proſapiâ natus, anno 1107. eligitur epiſcopus Halberſtadenſis. Fuit is partium Romani Pontificis, contra Imperatorem, ſtudioſiſsimus. Nam Lothario, aliiſque conjunctus, Cæſareanos in agro Mansfeldico fudit; cæſaſque hoſtium corpora terræ mandari vetuit, crudelis epiſcopus. Poſt commiſſum prælium, Saxonem comitatus eſt Brunſuigam: ubi monaſterium extra urbem, in honorem ſanctorum Auctoris & Ægidii, conſecravit, anno 1115. *Chron. Saxoniæ, Crantzius in Saxonia,* * & *in Metropoli.* † Obiit anno 1122. & ſepultus eſt Halberſtadii, in primario urbis templo, cùm præfuiſſet 15. annis.

OTTHO.

Eligitur anno Domini 1123. Qui cùm 10. annis ſuæ eccleſiæ præfuiſſet, (*juxta Crantzium in Metrop.**)vel 6. (*ſecundum Bruſchium*) ab Honorio II. ſuâ dignitate exuitur, de Simoniâ convictus, quaſi largitionibus ad illud faſtigium evectus eſſet. *Crantzius* aliam fuiſſe cauſam ſuſpicatur: quòd fortè per Lotharium *ſe paſſus* fuerat præfici. *Chron. Saxoniæ* hanc cauſam prodit: quòd ſcilicet, pro conſecratione cujuſdam templi, triginta accepiſſet Solidos. Idque factum anno 1128. Attamen pòſt reſtituitur, in concilio Leodienſi, ab Innocentio II. anno 1130. Præfuitque ad annum Chriſti 1133. Tandem, ab eodem Innocentio rurſus exauthoratus, in ſynodo Piſanâ, neſcitur quònam pervenerit, aut quâ fortunâ vixerit. *Bruſchius.*

RODOLPHUS.

Eodem eligitur anno, quo anteceſſor deponitur. Is tranſitum, per paludem immeabilem, magno ſumtu atque labore fecit; perpetuâ memoriâ dignum opus epiſcopale. *Metropolis Crantzii.** *Chron. Saxon.* Condidit etiam templum D. Virginis, è regione baſilicæ S. Stephani. *Bruſchius.* Mortuus anno 1149. ſepultus eſt in eodem templo. Præfuit annis 16.

GERION.

Vel Geron, Rodolpho ſuccedit. Eum Imperator præfecerat. ſed reſtituto Ulrico, rurſus ejicitur. Interfuit expeditioni Italicæ, anno 1166. ubi peſte correptus interiit. Præfuit autem annis 17. *Aventinus.** *Crantzius in Saxonia.*†

ULRICUS.

Præpoſitus ... ad D. Virginem, eodem anno creatur epiſcopus. Præfuit turbulentiſsimis temporibus. Nam, quòd Alexandro III. Papæ pareret, ejectus eſt ab Imperatore Friderico in exilium. ſed rebus compoſitis, ad ſuam rediit ſedem.

Idololatria ... Comitatus enim eſt, anno 1155. Marchionem Albertum, proficiſcentem Hieroſolymam religionis ergò: *ut in Chron. quodam veteri annotatur.*

Præterea, turbulentum prorſus in ipſo ingenium fuiſſe, ad turbas excitandas natum; ex ſequentibus apparet. Nam Heinrico Leoni acriter adverſatus eſt; poſtquam ad ſedem rediit. Gerionem, quem intruſum dicebat, ejecit: quzet ... ille multis jam annis conſtituerat, abolevit ab illo conſecratos removit officio. Eccleſias itidem clauſit, quas Gerion inauguraverat. Corpus ſancti Burchardi, quod ille tran... rat, Ulricus iterum terræ mandavit. Deniq; ipſum Ducem Heinricum excommunicavit, ſæpè maledictionis formulam reiterans: quòcunque locorum Dux ſe verteret, ſacris interdixit: ſolis exceptis monaſteriis, in quibus, clauſis januis, inter vacuos parietes, ſacra peragebantur. Quâ propter viâ tandem effecit: ut Heinricus cum ſuis Halberſtadium veniret; atque ad pedes epiſcopi provolutus, abſolutionem peteret, & pacem deinceps ſe culturum reciperet. *Saxonia Crantzii.**

At ne ſic quidem quievit Epiſcopus; ſed ſemper ab illo tempore occaſiones captavit, diſcedendi ab amicitiâ ejuſdem. Crebræ factæ ſunt excurſiones, de Halberſtadio, atque præſidio Horeborg, in provinciam Ducis. Heinricus, etſi aliquamdiu injuriam diſſimulabat: tandem tamen, ne ſui omninò deeſſet, mediocrem collegit exercitum; ut iſta latrocinia depelleret. Conveniunt ad Halberſtadium: conſerunt utrinque manus. Et quamvis anceps aliquamdiu pugna fuit: tandem tamen Halberſtadienſes in fugam conjecti, ſe ſe in civitatem receperunt. Quos exercitus Ducis illicò ſubſequens, itidem turmatim ingreditur, capit, diripit, incidit. Exuſtum tunc fuit templum primarium, cum omni ornatu; multi etiam ſimul ex clero & populo, qui eò tanquam ad aſylum confugerant. Capitur & Ulricus epiſcopus, ſuæ perfidiæ juſtas luens pœnas; manu tenens reliquias S. Stephani: & cum Remaro Præpoſito, & cognato ſuo, Brunſuigam abducitur. Quem cùm Heinricus, generoſus Princeps, tenem cano capite, ad ſe duci captivum, conſpiceret: de muſo in terra vultu illacrymatur; animo ſecum humanarum rerum inſtabilitatem cogitans. Cùmque aliquamdiu in liberâ fuiſſet detentus cuſtodiâ: interceſsione Mathildis dimittitur; atque non multò pòſt, curis animiq; mœrore confectus, moritur in Hugesborg, anno Domini 1182. Præfuit annis 33 *Crantzius in Saxonia.**

Imperator Fridericus, per Legatum, ejus bona confiſcavit: quòd juramenti immemor, & reus læſæ Majeſtatis fuiſſet factus; nec Imperatorem in Italicâ expeditione fuiſſet ſecutus. *Helmoldus.**

THEODORICUS.

Præpoſitus D. Virginis, ſuccedit, à quibuſdam Canonicis, qui ex incendio remanſerant, electus. *Chronicon Sax.* refert, ab Imperatore Friderico præfectum: & initium gubernationis ponit annum 1187. Is templum mediocriter reſtauravit. Obiit anno Chriſti 1195. Sepultus in ſummo Halberſtadienſi templo, ante altare S. Crucis. Præfuit annis 13. *Bruſchius.*

BARTHOLDUS.

Qui & Gardolphus dictus eſt, *juxta Bruſchium*, ex Decano Halberſtadienſi, in epiſcopum eligitur, anno 1195. Obiit in cœnobio Caldenbornenſi, anno 1102. & Halberſtadium relatus, honorificè ibidem ſepultus eſt, in templo cathedrali. Nonnulli referunt, Caldeburni ſepultum. *Chronicon Saxoniæ.* Præfuit annis 7. *Crantzius in Metropoli.**

XXX. ALDENBURGENSES.

VICELINUS.

Ex quâdam villâ, ad ripâ Wiſeræ ſitâ, nomine Quernhamele, in diœceſi Mindenſi, oriundus fuit: natus ex parentibus obſcuris quidem, at honeſtis tamen.

Is maximam adoleſcentiæ ſuæ partem, ſinè diligenti literarum ſtudio atq; cognitione, exegit: quamvis apud Canonicos Mindenſes aliquid addidicit, & velut prima la... ſtudiis admovit tantùm. Deinde verò ad caſtellum quoddam, non-procul indè ſitum, quod Everſtein dicitur conſulit ubi mater Conradi Comitis, ... miſeri miſertus, aliquàdiu ipſum fovit, rebusq; neceſſariis ... Illud autem invidia non caruit. Nam ejuſdem ...

Marginalia: * lib. 7. c. 1. — * lib. 6. c. 36. † lib. 6. c. 6. — * lib. 6. c. 11. — * lib. 6. c. 23. — * lib. 6 † lib. 6. c. 34. — * lib. 6. c. ... & 10. — * lib. 6. c. ... 39. & 40. — * lib. 1. c. 83. — * lib. 7. c. 26.

eam qualemcunq; fortunam ei invidens, diligenter in occasionem inventus fuit, eum castello deturbandi. Quodam igitur die, reverso ex ludo literario, aliis multis præsentibus, quæsivit ex illo Sacerdos: quid legisset in Scholâ? Cumq; responderet se Statii libros Achilleidos evolvisse: quâ primùm ille sciscitabatur; quidnâ Statius tractaret præcipuè? Illo itaque dicente, se ignorare: Sacerdos, non sine mordacitate, ad reliquos oratione cōversâ, ajebat: Ego quidem juvenem, de recenti studio venientem, aliquid esse putabam. Sed mea me opinio fefellit: nullius enim prorsus momenti est. Id ipsi ad diligens studium non-exiguum calcar addidit. Nam isthinc discedens, lacrymabūdus atq; mœrens, Padebornum venit, ad quendam Hartmannum; sub quo literarum studia ibi tunc florebant: quo usus est admodum familiariter annis multis, & non-mediocrem in artibus profectum fecit. Non illum ludi, non epulæ, aut alia ejus generis ludicra, impedierunt: sed aut legendo, aut scribendo, aut dictando aliquid, semper fuit occupatus. Hoc ardens in eo studium animadvertens Præceptor, persæpè dicere solitus est: O' Viceline, nimiùm præcipitanter agis: habes sat multum adhuc temporis, in quo plurima possis addiscere. Ad hæc ille: *Ecce, recordor,*

Me libris tardas applicuisse manus:

Festinare decet, patitur dum tempus & ætas.

Helmoldus in Chronico Sclavorū. * *Crantzius in Metropoli.* †

* cap. 43. † lib. 6 c. 11

Brevi igitur tempore tantum profecit; ut suo magistro atque præceptori collega adjungeretur. In quâ functione ita se gessit: ut non tantùm doctrinâ, sed & bono exemplo, suis prælucere.

Isthinc Bremam vocatus ad Scholæ gubernationem, fidem & diligentiam omnem præstitit. Juvêtutem ingenuis artibus sedulò imbuit: ut propterea Friderico antistiti non-parùm gratus charusq; existeret; & multorum adolescentum studiis fructuosus. *Helmoldus.* * *Crantzius.* †

* cap 45. † ibid.

Elapsis itaq; aliquot annis, perspecto suorum discipulorum profectu; decrevit ire in Gallias, ad uberiorem studiorum fructum capiendum: Deumq; oravit pro felici successu. Ideoque assumto Thethmaro quodam, honesto juvene, cujus studia informaverat Bremæ; Rodolphi & Anselmi scholas adiit: qui eo tēpore habiti sunt Theologiæ doctores præcipui. His charus extitit, non tam propter ardens Sacrarum literarum studium; quam vitæ integritaté. Quæstiones supervacuas, pugnasque verborum devitans, in hoc incubuit totus: ut ea disceret, quæ sobrio intellectui, & moribus instituendis, sufficerent. *Helmoldus.* * Totum tempus, quo fuit in Galliis, sunt anni tres: quibus exactis, abdicare carnis esum, cilicio operiri, totumq; se vitæ monasticæ in patriâ mancipare, statuit. Ad hoc enim usque tempus, tantùm fuerat Acolythus.

* cap 46.

Domum igitur ex Galliis reversus, accessit Northbertum, Magdeburgensem præsulem: ut ab illo ad gradum sacerdotii promoveretur. Cumq; de Heinrico, Sclavorum Principe, percepisset; quo pacto ille, domitis gentibus barbaris, cultum divinum impēsè promovere conaretur: adiit Alberonem, Hamburgensem archiepiscopum, qui Bremæ tùm substitit, atq; animi sui sententiam ei patefecit. Adalbero, propterea non-parū gaudens, ejus & approbavit consilium, & ad Sclavorum gentē ipsum misit, idololatriæ suo loco exstirpandæ causâ. Igitur assumtis itineris & ministerii comitibus, Rodolpho Hildesheimensi, & Ludolpho Verdensi, utroq; Canonico, qui sese in hujus ministerii opus devoverant; venerunt Lubecam: ubi Heinricum reperientes convenerunt, & rogarunt, ut sibi liberam faceret potestatem prædicandi. quod fecit Princeps; atque Lubecensi ecclesiæ illos præfecit.

His itâ peractis, reversi sunt in Saxoniam: ut res domesticas ritè constituerent, idque munus postea obirent. Sed interea temporis Heinricus moritur; ejusque filii, Zwentepolch & Canutus, intestinum movent bellum. Atque itâ quidem tùm temporis Vicelinus, cum sociis suis, remoratus est, Bremæque mansit. *Helmoldus.* * *Chronicon Holsatiense.*

cap. 47.

Paulò pòst, Adalbero Bremensis [illegible] in Dithmarsiâ quasdam ecclesias visitaturus, venit in [illegible]um in comitatu habens Vicelinum. Quò etiam veniunt de Falderâ, quod hodie Novum-castrum dicitur, cives, illique præcipui ex Holsatiâ; petentes ad se mitti Vicelinum: quòd antea audivissent ipsum docentem. At Holsati, ad illud usque tempus nihil, præter nomen, de Christianâ religione habebant. Nam & lucos, & fontes, similesque superstitiones, colebant.

Docuit Holsatos de fide Christi; de bonis seculi futuri, de resurrectione carnis, vitâq; æternâ. Ad vitæ novitatem illos hortari non destitit; itemq; ut superstitiosos ritus abjicerent. quâ in re ipsi morem gesserunt. Vicinas porrò ecclesias visitabat; errantes corrigebat, dissidia componebat; lucos, reliquosq; cultus sacrilegos, destruebat. Cùm itaque fama viri, apud omnes vicinos, clarescerer subindè magis magisque: veniunt circumjacentiū multi, & inter eos Vandali non-pauci, ut Vicelinum audirent: apud quos multum fecit fructum, ut, abjectâ idololatriâ, Christianismum reciperent. *Helmodus.* * *Chron. Holsatiense.*

* cap. 48.

Aliquot annis interjectis, cùm videret, Principem Sclavorum mitiùs agere contra religionem Christianam; adiit ipsum: precibusque impetravit, ut Ludolphus & Volwardus, à Lubecensibus, ad docendi munus admitterentur. *Helmoldus.* * *Chron. Holsatiense.*

* cap. 49.

Canuto, Danorum atque Obotritorum Regi, charus fuit: ità ut nunquam is diverteret Falderam; quin Vicelinum alloqueretur. *Helmoldus.* *

* cap. 50.

Imperatori Lothario, circiter annum Christi 1134. suasor extitit, ædificādæ arcis, quæ hodie dicitur Segenberch: ut eò faciliùs in-posterum Vandali, alioquin populus effrenis & barbarus, in officio contineri possent. Qui ejus consilio morem gerēs, ad radices ejus montis fundavit ecclesiā: cui Vicelinum præfecit; nec-non & Lubecensi. *Helmoldus,* * *Crantzius in Metropoli.* *

* cap 54. * lib. 6. c. 15.

Pribislaum, ad amplectendum Christianismum, persuasit: qui deinde plures Wagriam, quæ hodie Megapolis est, vocavit sacerdotes. *Chron. Holsatiense, Helmol. [illegible]* *

* cap. 55.

Instructus dono sanandi ægrotos fuit & ej[illegible] dæmonia: propterea longè lateque asportati multi [illegible] eâ famâ permoti; quos plerosque omnes curavit. *Helmo[illegible]* *

* cap. 56.

In publicis calamitatibus, suos auditores solitus est adhortari, ad spem in Deum collocandam: egit litanias, in jejunio & cordis attritione. *Helmoldus.* *

* cap 57.

Ejus consilio, monasterium Sigebergense in Hagerestorff transfertur. *Helmoldus.* *

* cap. 67

Coluit deos alienos. Nam omnium Sanctorum suffragia efflagitabat; præcipuè verò S. Nicolai. *Helmoldus.* *

* cap

Cùm igitur totis triginta annis, in Holsatiâ, & passim in Vandaliâ, Christianam religionem docuisset; & in multam provectus esset ætatem: tandem ab Hartuico, Hamburgensi archiepiscopo, initiis, Heinrico Leone Duce, & Adolpho Comite, Aldenburgensis ecclesiæ episcopus designatus est. Per Lotharium id factum, anno 1128. *in Saxon. Chronico* traditur. Ea res postea novas turbas dedit. Nā Comes decimarum jura tollebat: eò quòd se inscio episcopatum suscepisset; & investituram ab Heinrico Duce non acceperat. Ideoque veniæ petendæ causâ, abiit Vicelinus ad Ducem; ab eoque honorificè exceptus est. Deinde hoc modo ipsum Dux alloquitur: *Etsi nec te salutare, nec ad meum colloquium admittere, jure poteram, Episcope: quòd me inconsulto istud nomen suscepisti sibi; ubi ego constitutus sum jure hæreditario dominus: tamen, quia de tua sanctitate ex multis cognovi; meisq; progenitoribus charus exstitisti: omnem deponam promtus offensam; si de manu meâ investituram acceperis.* Adfuit fortè vir quispiam militaris, Episcopo amicus. Hic, ad Episcopum protinus oratione conversâ, dixit: *Quid recusas, Viceline, Duci nostro morem gerere? Sic enim majore fructu Christianam poteris propagare religionem in Sclaviâ. Nec vel ipse Cæsar, vel Archiepiscopus, tibi multum incommodare poterunt, Duce nostro reluctante. Quid verò multum à te flagitat? Nihil, quàm ut tibi det virgulam in manum, in signum investituræ.* Vicelinus, hac motus oratione, petiit deliberandi spatium: quod facilè impetravit.

Relicto itaque Duce, venit Bardevicum, tùm temporis urbem nobilissimam: ubi non-multo pòst in [illegible]

eidit quâ deinceps, ad extremum usque vitæ halitum, laboravit. At cùm inciperet paululùm habere meliusculè: Bremam ad Archiepiscopum ivit, cum ipso & clero deliberaturus. Cumque omninò dissuaderent illi, ambitiosâ sane oratione: (nam inter cætera & hoc addiderunt: *Dabitisne hanc manus vestras: ut hoc exemplo incipiant esse Principum servi, qui fuerant Principum domini?*) obtemperavit ille, ita quidem, ut ab illo tempore quasi vinculis implicitus omninò videretur.

Fecit ergo, quantum quidem temporis injuria permisit: visitavit ecclesias; præbuit monita salutis, Lubecæ altare quoddam, in honorem Dei, dedicavit: postea rediit Aldenburgum, ubi sedes erat episcopatus. *Helmoldus.** [* cap. 70.]

Tandem verò Heinricum Leonem, cum exercitu contendentem in Bavariam, rursus convenit Luneburgi: & virgam de manu ejus accepit. Ideóq. ipsi [illegible] æquior Dux, villam B[illegible]zoë & Dulzanizam donat. Adolphus Comes itidem mediam decimarum annuatim restituit: quoniam ad totum decimarum proventum, transtulerat. *Helmoldus.** [* cap. 71.]

Ab isto itaque tempore, Vicelinus insulam, quæ Buzoë dicitur, cœpit incolere. & sub fago habitavit, quamdiu casæ exstruerentur. Cœpit etiam ibidem exædificare ecclesiam, in nomine Domini, & honore B. Petri; quamvis non sinè aliquâ difficultate in initio. *Helmoldus.** [* cap. 72.]

Interfuit etiam legationi. Nam Hartuicus, archiepiscopus Hamburgensis, ipsum unà in comitatu Mersburgum adduxit: ubi Fridericus Imperator comitia indixerat, ad cōponenda dissidia, inter Canutum & Suenonem. Ibi conatus est Hartuicus ipsum persuadere, ut investituram ab Imperatore acciperet: quamvis laterem lavit. Vicelinus enim nequaquam consensit; metuens Heinricum Leonem, cujus minimè contemnenda erat istis in locis potentia: atque deinde rediit in Buzoë, ubique rursus prædicavit, tam peregrinis, quàm incolis. Nam in circumjacentibus oppidulis, Christianam plerique amplexi tùm fuerant religionem. Tandem isti loco valedicens, postquam oràsset, ut Dominus incrementum adderet religioni in totâ Sclaviâ, revertitur Falderam: ubi tātopere correptus est paralysi; ut nec pes, nec manus, nec lingua, suum faceret officium. Medicorum opera frustrà tentata fuit. Sic igitur in lecto ægrotus toro detinetur biennio, & semisse: quo tempore, nisi nimis adversâ impediretur valetudine; nihilominus tamen semper cultui dei Maosim interfuit. *Helmoldus.** [* ca 74 & 76.]

Tandem, anno Domini 1154. obiit, 2. Idus Decembris: cùm præfuisset isti episcopatui annis 5. & septimanis 9. Sepultus est in Falderensi ecclesiâ. *Helmoldus.** [* cap. 79.]

GEROLDUS.

Natione Suevus, ex parentibus non-infimæ conditionis natus; doctrinâ usque-adeò præstās; ut parem in Saxonia neminem, eo quidem tempore, habere videretur; Vicelino defuncto succedit. Is Brunsuigæ Scholæ præfuerat: ubi & Canonicum atq, Capellanum Heinrici Leonis aliquamdiu egit. In monasterio Riddershausen, decreverat monasticum assumere habitum: verùm, cùm nuntius, de morte Vicelini, ad Ducissam, Heinrici Leonis cōjugem, pervenisset, illa ipsum hortata est, ut potiùs laboribus nobilibus & salutaribus aliis studeret, quàm austeritati vitæ; utq; locum Vicelini in Sclaviâ occuparet: accersitoq; Cuzelino Præposito, hunc ipsi commendavit; atq. ab se in Wagirensem terram misit. Quò cùm venisset, & cleri, & populi unanimi consensu, in episcopum electus est. Ut verò consecrationem acciperet, Hartuicum Bremensem, qui tunc Marcipoli substitit, adiit. Verùm iste, qui Heinrico Leoni parùm æquus erat; & jampridem alteri cuidam, bene de se merito, eum destinaverat episcoparum; remisit: causans, de electione oportere decerni a toto capitulo. Aberat tū fortè Heinricus Leo, in Lōgobardiâ, in obsidione Terdonæ: ad quem iter sibi parat: non tamen sinè gravi periculo. Nam ubi ex Suevia exceptum iter carperet; à latronibus viatico spoliatus est: & vulnus etiam in fronte accepit. Tandem apud Adrianum IV, initiò quidem reluctantem, (quòd prætexeret, id fieri non posse sinè Metropolitani injuriâ) perfecit, ut Romæ consecraretur.

Reversus domum, omnium primùm in id incubuit; ut metropolitano conciliaretur. quod coactus necessitate fecerat: siquidem Hartuicus reditus episcopales magnâ ex parte, ad sese rapuerat. quos ut ille recuperaret; judicabat, non diu reconciliationem differendam esse.

Heinrici Leonis animum, offensum Metropolitano, lenire studuit; nil nisi bona de eo dicens.

Lucum & asylum dei Aldenburgensis, nomine Prove, ipse cum sociis destruxit, & exussit. *Helmoldus.** [* cap. 84.]

Lubecæ, populum terræ, qui ad forum convenerat, hortatus est: ut, desertis idolis, unum Deum, qui cœlos inhabitat, colerent; ut baptisati malis operibus renunciarent, ne ità prædarentur, & crudeliter Christianos interimerent.

Multùm laboravit in aulâ Heinrici Leonis; ut isti ecclesiæ possessionibus certis provideretur: & eâ in re tantum perfecit, quantum ante ipsum nemo fecerat.

Civitatem & forum Uthinæ ædificavit, sibique ibi domum exstruxit.

Transtulit Segeburgum, quem secum habebat clerum: ubi itidem ædes exstruxit.

Ut Falderense monasterium, quod ad se receperat Metropolitanus, suo rursus adjūgeret episcopatui; plurimum operæ impendit: sed vanâ spe de die in diem lactatus, parum effecit.

Aldenburgi novum templum, in honorem S. Johannis Baptistæ, dedicavit.

Comiti Adolpho suggessit: ut in pago, qui Susle dicitur, exstrueretur ecclesia. Postea etiam Lucelenburgi, & Rathecovii, ecclesiis loca designavit. *Helmoldus.** [* cap 84]

Heinrico Leoni, postulanti, ut à se investituram acciperet, (quod jus illi à Friderico Imperatore concessum fuerat) morem gessit; & homaginum etiam præstitit. *Idem.** [* cap 88]

Ejus rogatu, Heinricus Leo, sedem episcopalem Aldenburgo Lubecam transtulit. *Idem.** [* cap. 90.]

Cum Holsatis, præsertim qui ad Burnhovede pertinent, de decimis dandis, concertavit: qui eas dare omninò detrectabant. Et quàmvis eam rem ad Heinricum Leonem deferret; nihil obtinuit: nisi ut majorem sibi invidiam compararet; ità etiam, ut mortem ipsi interminarentur. Verùm vi adacti a Duce, paciscuntur cum Episcopo: ut de manso, sex modios siliginis, & octo avenæ, annuatim numerent. Eaque transactio, literis & sigillis Episcopi & Ducis confirmata est. *Idem.** [* cap 92.]

Cùm sentiret tempus migrationis instare: statuit ecclesias visitare, docere imperitos, errantes corrigere, dissidentes reconciliare, chrismatis oleo inungere juniores.

Negotiationes, diebus festis, in foro Plunēsi interdixit. Semper cultui dei Maosim interfuit, usque ad diem sui obitùs. Clerum suum strenuè defendit: ita quidem, ut aliquando laicum acerrimè verberari juberet, maledicentem clerico.

Existimavit, persolutionem decimarum esse necessariam; atque in eo legem Mosaicam Gentes quoque obligare. *Helmoldus.** Abraham, omnesque ejus filios, oblatione decimarum, consecutos esse æterna præmia. *Ibidem.* [* ibid.]

Tandem, post Pascha, cœpit ægrotare, usque ad Calend. Julii. Æger rogavit, tamdiu sibi vitam prorogari; donec Lubecense oratorium curaret priùs dedicari: quod & factum est. In dedicatione, prædia, reditus, decimas, in subsidia cleri constituit. Quibus peractis, rursus cœpit habere malè: atq; vi morbi quotidie ingravescente, acceptâ extremâ unctione, collectus est ad suum populum: cùm ne quidem in morbo cultum dei Maosim intermisisset. *Chron. Saxonia.* Corpus perlatum est a Buzow Lubecam, a clero & civibus; & in medio basilicæ, quam fundaverat, sepultum. *Helmoldus.** [* cap. 93]

LUDOLPHUS.

Operâ Ludolphi, Præpositi Aldenburgensis, Geroldus Vicelino successit. *Helmoldus.*

XXXI. LUBECENSES.

CUNRADUS.

Geroldo Cunradus, frater germanus, substituitur ab Heinrico Leone; invito clero & Hartuico Bremensi: qui pariter reclamabant, non oportere per manum laicam

quie-

quicquam in ecclesiis fieri. Anno 1163. *juxta Crantzium in Metropoli.* Consecratus est tandem Stadii, ab Hartuico.

Is literatus, eloquẽs, & affabilis fuit: sed simul etiam plumâ levior, imprudens, promissa non-servans. Extraneos dilexit; suos fastidiens. Tyrannicè, quos voluit, sacerdotes officio suspendit: ipsorum bona sua dicebat; illos pro servis reputans. Admonitus à Duce, nihil egit remissiùs: sed etiam ab eo tempore factus Duci alienior, se cum Archiepiscopo conjunxit. *Helmoldus.**

Adversùs Heinricum Leonem multa molitus est, quæ detrimentum Duci adferre videbantur: quamvis, eâ de re admonitus, id constanter pernegavit. Duce verò ab illo homagium poscente, prorsus recusavit ei præstare. Ideò, jussu Ducis, templi valvæ obseratæ sunt; omnesque reditus episcopales ei intercepti. Cumq; periculum metueret; ex consilio archiepiscopi Bremensis, Magdeburgum venit: ubi, duobus fermè annis, apud ejus loci archiepiscopum latuit. Isthinc abiens in Franciam, Cisterciense visitavit monasterium. Alexandro III. per quendam Papiensem episcopum, reconciliatus est; & postea rediit Magdeburgum. *Idem.**

Tandem, interventu Imperatoris, reconciliatus & Duci, rediit ad sedem pristinam. Suum clerum defendit adversùs Heinricum, Thuringiæ Comitem, inhiantem bonis ipsorum. *Helmoldus.** Ecclesiam B. Petri, cum offertorio & emolumentis, fratribus (qui hodie Canonici dicuntur) in perpetuum concessit. Deoique cum Duce Heinrico profectus in terram Sanctam, mortuus est Tyri, anno 1169. Præfuit annis 6. *Crantzius.*

HEINRICUS.

Reversum Heinricum Leonem, ex Terrâ sanctâ, Canonici Lubecenses adeunt; episcopum in locum defuncti sibi dari postulantes, Heinricum, abbatem S. Ægidii Brunsuicensem, ex Brabantiâ oriundum. Ad quos Dux respondit: *Virum nobis commẽdatissimum, quo in deliberationibus uti consuevimus, deposcitis. quo etsi carere difficulter possumus; tamen quia ecclesiæ vestræ consultum cupimus; libenter vobis morem geremus: si modò ille etiam annuat.* Hoc igitur Ducis consensu impetrato, mox Brunsuigum proficiscuntur: atque in præsentia multorum Monachorum, literas electionis, & consensûs ducalis, exhibent. Quibus perlectis, oratione ad Legatos conversâ, dicere ille cœpit: *Magnum est, fratres, patres, atque domini, quod à me flagitatis: ejusque oneris gravitatem agnosco, & meatum virium tenuitatem: tamen divinæ voluntati reluctandum nequaquam est. ecce pareo.*

Hominem autem in-primis doctum, & sacræ Scripturæ gnarum fuisse, apparet. Nam Constantinopoli, in præsentiâ Imperatoris Cõstãtinopolitani, & sui Ducis, quem in Terram sanctam comitatus est, cum Græcia, de æternâ Spiritûs sancti processione, disseruit: ità quidẽ, ut palmam reportaret, etiam adversariorum proprio testimonio. Spiritum sanctum scilicet ab utroque, tam à Patre, quàm à Filio, procedere. *Crantzius in Vandaliâ,* & in Metropoli,* † *Continuator Helmoldi.** Idque maximam & autoritatem, & gratiam, apud plerosq; ipsi conciliavit. Habita videtur esse hęc disputatio, circiter annum Christi 1168.

Membrum alioqui fuit Romani præsulis: ut ex notis apparet. Nam Missam celebravit in Terrâ sanctâ. Devotissimè etiam virginem Mariam, toto illo profectionis tempore, invocavit. Primo semper diluculo, antequàm castra moverentur, completis matutinis vigiliis, quotidie itidem hostiam obtulit. *Helmoldi Continuator.** In jejuniis, vigiliis, abstinentiis, eleemosynarum largitione, existens devotus.

Negotia secularia tractavit, ipsius Ducis testimonio: sicut paulò antè dictum est.

Monasterium S. Johannis, Lubecæ, fundavit, anno 1177. ordinisque S. Benedicti monachos eò conclusit. *Chronicon Holsatiense.* Is etiam perfecit, ut cathedrale templum Lubecæ, quod quidem adhuc est, in honorem S. Johannis Baptistæ, & D. Nicolai, ædificaretur: atque, unà cum Heinrico Leone, primum posuit lapidem.

Populum etiam docuit: quâ in re, aliquâ ex parte episcopi functus est munere. & tantum valuit; ut nemo, qui ipsum audiret, non compungeretur corde, & ad lacrymas impelleretur. *Crantzius in Vand.** *Chronicon Holsatiense.*

Cùm præfuisset annis 15. abiit ad patres suos, circiter annum Domini 1183. Sepultus Lubecæ, in monasterio S. Johannis.

CUNRADUS II.

Imperatoris Cancellarius, successit; constitutus eò episcopus, ab Imperatore Friderico. *Chron. Holsatiense.* Eum archiepiscopus Bremensis confirmavit. Cumque Holsatiæ Comes Adolphus, super advocatiâ in Urbin, & aliis multis, ipsi adversaretur: præmissâ omni supellectile, atque jumentis, quæ extorserat, abiit ad Sigfridum Bremensem; apud quem episcopatum resignavit: datis etiam ad clerum Lubecensem literis, ut sibi de altero prospicerent: se enim minimè rediturum. *Metropolis Crantzii,** & *Vandalia,* † *Chronicon Holsatiense.* Vixque annum præfuit.

THEODORICUS.

Isti succedit Præpositus Segebergensis, consensu Imperatoris Friderici; electus ab archiepiscopo Bremensi, & clero Lubecensi: quam *Crantzius* primam in istâ ecclesiâ electionem vocat. Investituram ab eodem accepit; & sanctificationis oleum, utì vocant. *Crantzius in Vandaliâ.**

Præfuit simul Monialibus Tzevenæ cœnobii; quod in Bremensi diœcesi situm est. Ubi cùm aliquando hæreret: Bremenses jumẽta & boves monasterii prędati sunt. Quos Episcopus pedes subsequens, recuperavit omnia; illis cum pudore reddentibus, quæ abegerant.

Excommunicatur postea injustè ab Hartwico archiepiscopo, in exsilium profligato; quòd extra provinciam citatus, cõparere nec posset, nec vellet. Quàmvis à Bremensibus ista excommunicatio, ut nullius momenti, contemta est. Rursus verò absolvitur à Cinthio quodam Cardinali, Legato, iter in Daniam faciente.

Multis alioquin virtutibus fuit ornatus. Nam & studiosus pacis fuit; domi liberalis, foris verecũdus; diligens pauperum procurator. In ore plerunque habuit:* *Beatius est dare, quam accipere.* Ne cui existeret gravis, sumtibus de proprio fecit, hinc-indè proficiscens ad ecclesias. Adversitates patientiâ vicit: ita quidem, ut nemo ipsum vel irascentem, vel vociferantem, aut viderit, aut audiverit. illud Pauli,* *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* subindè repetens. *Crantzius in Vandalia.**

Chronicon Holsatiense, ipsi multiplicem doctrinam tribuit; & quòd ipse ad populum conciones habuerit. Præfuit annis 23. Mortuus est 1207. *Metropolis Crantzii,** *Chronicon Holsatiense.*

Chronicon Saxoniæ, annos gubernationis numerat 27.

ATHELO.

Sacerdos Lubecensis, & sub Geroldo factus primus ibidem Præpositus, Nicloto impressionem faciente, pontem sublicium attraxit; hostemque aditu exclusit. *Helmoldus.**

ODO.

Lubecensis Decanus, Geroldum episcopum, morti vicinum, visitavit. *Helmoldus.**

GODESCHALCUS.

Sacerdos Bardevicensis, institores in Rugiam proficiscentes, piscationis gratiâ, comitatus est, anno 1164. ut ibi offerret deum Maolim. Ea res non latuit ethnicæ gentis sacerdotem: qui Regem Populumque persuasit, deos majorem in modum provocatos ad iram; nec alio modo placari posse, quàm sacerdotis advenæ sanguine, qui peregrinum in illis locis sacrificium obtulisset. Rugiana cohors, ab institoribus eum sibi tradi petit. eumque ære redimere non possent; & vim alioquin metuerent: nocte intempestâ, clam unà cum sacerdote aufugiunt. *Helmoldus.**

XXXII. RACEBURGENSES.

EVERMODUS.

Magdeburgensis Præpositus, ab Hartwico Bremensi, præficitur Raceburgensi ecclesiæ, circiter annum Domini 1149. cùm jam totis 48. annis, post Aristonem, nullum habuisset episcopum. Investituram accepit ab Hein-

eo Leone; & contra voluntatem Hartwici, & pacta inter Imperatorem & Papam firmata. *Crantzius in Metropoli.**

* li. 6. c. 28.

Ordinem Præmonstratensium, quem ipse sub Northerto Magdeburgensi susceperat, Raceburgum adducit: qui in illo episcopatu atque capitulo, multo permansit tempore. *Crantzius.**

* ibid.

Multiplicavit ecclesias in terrâ Polaborum; eâ in re utens operâ Heinrici, Comitis Raceburgensis. *Helmoldus.**

* li. 1. c. 84.

Quædam etiam per ipsum facta miraculosè dicuntur: ut eò plures in errorem ducerentur. Cùm enim Heinricus Raceburgensis Frisios teneret captivos, variisque tormentis subjiceret: eorum causâ intercedit episcopus; sed frustra. Quodam igitur die Paschatos, aquâ lustrali catenatos adspergit, adducens simul illud Psalmi:* *Dominus solvit compeditos.* & quàmprimùm vincula rumpuntur; illique tacitè discedunt. *Crantzius in Vandaliâ.**

* Psal. 146. v. 8.
* li. 5. c. 42.

Aliud etiam de ipso refert superstitiosum miraculum, *Crantzius in Metropoli,** de pontificalibus chirothecis ab ipso depositis: quæ sinè adminiculo in aëre pendère visæ sunt.

* li. 6. c. 28.

Deum coluit Maosim. Nam Missas celebravit: *ut habet Crantzius in Vandaliâ.** Ubi ridiculum addit, nisi quòd miraculum ineptè interpretatur: ut, cùm apud aliquem condonationem homicidii impetrare non posset precibus; id impingendo colaphum perfecerit.

* li. 5. c. 42.

Erudivit populum de Euangelio. In-primis præceptum charitatis inculcavit, de remittendo debito Proximi: siquidem petimus in Oratione dominicâ, ut nobis quoque remittat Deus.

Obiit circiter annum Christi 1177. *Crantzius in Vandaliâ.**

* li. 5. c. 42.

ISFRIDUS.

Evermundo successit, non-postremus inter hypocritas, & Antichristi membra. Præpositus fuerat regularium in Jerichow, nô Canonicorum, sed Monachorum: in præpositurâ utens ritu, nulli vitæ austeritate cedens. *Crantzius in Vandalia.**

* li. 5. c. 42.

Statuto tempore abstinuit ab usu creaturarum: quibus Deus uti instituit cum gratiarum-actione. Nam die Parasceves, solâ aquâ uti voluit: quamvis eam, per ministrum allatam, ter mutatam esse in vinum, refert *Crantzius in Metropoli.**

* li. 6. c. 40.

Ivit etiam in processione, adspergens aquâ benedictâ (ut vocant) circumstantes. Atq; ut eò efficacius error, de aquâ benedictâ, hominum animos dementaret: meminit *Crantzius,** ipsum quendam cæcum adspersisse; additis Psalmi verbis:* *Dominus solvit compeditos, Dominus illuminat cæcos.* & quam-primùm cæco restitutam videndi facultatem.

* ibid.
* Psal. 146. v. 8.

Mala intestina & forênsia quædam expertus est. Nam qui sub eo Præposituram agebat, ad pontificatum adspirans, multum illi molestiarum creavit. Eodem modo & Comes Bernhardus: eò quòd familiaritati Ducis Heinrici renunciare noluit. Ejecto Heinrico, idem ille Bernhardus Anhaldinus ab Episcopo homagium deposcebat, qui jam pervenerat ad Ducatum. Sed eum reluctaretur; Dux omnes ecclesiæ decimationes tulit. Emunxit etiam pecuniâ Episcopi subditos. Hæc omnia pertulit patienti atque forti animo. *Crantzius in Vandaliâ.**

* li. 5. c. 42.

Obiit circiter annum Domini 1200. Ejus, & antecessoris Evermodi, reliquiæ in choro, in quâdã capsulâ, ad Austrum sitâ, reservantur. Adscripti sunt hi versiculi Isfrido, ut testatur *Crantzius:**

* li. 6. Metrop. c. 40.

Huic Tabu invaluit, in vinum versa, cacatus
Est illustratus. Talibus effloruit
Laudibus insignis Isfridus. annumerandus
Catalogo Sanctis cælitibus jugiter.

EVERHARDUS MEGApolensis.

Hartuicus, Bremensis archiepiscopus, circiter annum Domini 1149 Everhardum, (alii Emehardum vocant) in Obotritorum (qui nunc Megapolenses sunt) terrâ, ordinavit episcopum, eique munus prædicandi & baptizandi commendavit.

Apparet, hunc fuisse bonum virum; qui quædam opera episcopalia fecit. Nam Vandalos, ter jam ad Paganismum relapsos, rursus ad fidem Christi convertit: idque eo faciliùs, quòd honestam ipsius consuetudinẽ Gentes viderent. Sicut & *Crantzius* de eo refert,* quòd modestiâ, mansuetudine, humilitate, plures lucratus sit, quam alius gladio & vi externâ. Non palatiis splendidè ædificandis occupatus fuit, ut reliqui: non ut sublimibus caballis inequitaret: sed pedes ipse cum peditibus peragrabat.

* li. 6. Metrop. c. 27

Pervenit ad annum usque Christi 1160. quo vitâ defunctus est; nondum omni populo ad fidem Christi converso; Magnatibus nempe reluctantibus; ut fieri solet. Præfuit annis 11.

BENNO SUERINENSIS.

Defuncto Everhardo succedit Benno, (aliàs Berno) postremus Mekelnburgensis, & primus Suerinensis episcopus. Nam sub eo illa sedes transfertur Suerinum. Investituram accepit ab Heinrico Leone, qui eum coëgit. *Crantzius in Metropoli.** Is multum, & laboris, & ærumnarum, pertulit. Nam Niclotus, ejusque filii, idolis serviebant; & cum illis promiscuum vulgus, magnâ ex parte. Cumque pontifex quotidie instaret; quò plurimi ad fidem Christi converterentur: non dubium est, quin multarum hoc ærumnarum ipsi causa exstiterit. *Crantzius* quidem refert: nisi Suerini à Saxonibus fuisset detensus; mille confectus gladiis interiisset.

* li. 6. c. 39.

Coluit deum Maosim, non procul à Suerino, inter cæsorum cadavera; non sinè vitæ periculo. Nam, nisi Richardus quidam Soltwedelensis supervenisset: a Vandalis, prodeuntibus ex insidiis, ad unum omnes interfecti fuissent, episcopus cum clericis, qui simul aderant. Ex cæsis denique sepelivit 70 *Crantzius in Vandaliâ.**

* lib. 5. c. 4.

Operam præterea navavit Regi Daniæ Waldemaro, unà cum quodam Absolone Roschildensi, ad delendum Rugianorum idolum, Zwanthevitum: utque ibi prima Christianismi semina jacerentur. *Helmoldus.** Præfuit annis 50. Mortuus anno 1210 *Metropolis Crantzii.**

* li. 2. c. 12.
* li. 7. c. 20

HELMOLDUS.

Minister ecclesiæ in Butzow, vel Presbyter ecclesiæ Lubecensis, claruit circiter annum 1160. Is Geroldo Aldenburgensi familiaris fuit: quem euntem ad Pribislaum comitatus est; eique præstò fuit in officio Missæ, in villâ Butzow, ipso die Epiphaniorum. Eundem etiam comitatus in ulteriorem Sclaviam, ad quendam Thessemannum euntem: & destructionem luci, & asyli idoli Prouen, strenuè juvit.

Scripsit Chronicon Sclavorum, à tempore Caroli Magni, usque ad tempora Friderici Barbarussæ.

XXXIII. MAGDEBURgenses.

HEINRICUS.

Heinricus de Aslo, quem Imperator antea Magdeburgo ejecerat, à Magdeburgensi clero, repugnante nemine, archiepiscopus electus est, anno 1101.

Opera ejus in speciem quædam videntur esse bona. Exiguum tempus somno nocturno tribuere solitus est: & legendo, & recitando multas preculas, corporis proprii curam neglexit. Cum Oratione dominicâ, cubitum semper ivit; & manè rursus lecto surrexit.

Cum aliis quibusdam episcopis Romam abiit: ut apud Papam abolitionem excommunicationis Heinrici IV. impetraret.

Coluit deum Maosim. Ipso die Palmarũ, quo & ægrotare cœpit, & postea etiam die Cœnæ Domini, corpore debili, Missam fecit. Lavit quibusdam pauperibus pedes, in lecto decumbens; liberaliter distribuens illis eleemosynas. Prima feriâ Paschatis, extremè unctus fuit: altero die pòst moritur. *Chron. Magdeburgense manuscriptum, & Crantzius in Metropoli.** Præfuit tantùm annis 4. & 8. mensibus.

* li. 5. c. 27. & 31.

ADALGOTHUS.

Successit Heinrico Adalgothus, Halberstadianus Canonicus, ab Heinrico V. substitutus. Ille ordinavit, ut quotannis, singulis Quadragesimæ diebus, centum pauperibus,

centeni panes, cum totidem halecibus, tribuãtur. *Crantzius in Metropoli.** Idolum, in Lusitaniâ a Selavis erectum, una cum Lothario dejecit. *Chron. Saxoniæ.* Mortuus est anno 1119. cùm 11. annis præfuisset. *Chronicon Magdeburgense. Crantzius, & Appendix Mariani Scoti.*

*lib. 5. c. 32

ROTGERUS.

Canonicus, (quem *manuscriptus codex* Rutkerdum vocat, Adalgotho surrogatur. Armis se tutatus est, contra Wibertum, Burggravium Magdeburgensem; qui multum damni isti ecclesiæ dederat. Investituram ab Imperatore excommunicato recipere noluit: sed à Legatis Pontificis suæ ecclesiæ jura suscepit. *Crantzius in Metropoli.**

*lib. 6 c. 8

Pallium, quod multo ære redemerat, clam ipsi surreptũ est. quod ipsum non parum turbavit: *ut habet Chronicon Magdeburgense.* Mortuus est anno 1125. cùm 6. annis præfuisset.

NORTBERTUS.

Defuncto Rotgero, ortum est schisma, propter electionem successoris. Nam simul tres de eo pontificatu digladiabantur: quorum unus, nomine Arnoldus, à civibus interfectus est. *Chronic. Hirsaugiense.* Adeò enim Canonici, jã liberam nacti electionem, intumuerant: ut unusquisque ad illud fastigium infinitâ ambitione aspiraret. *Crantzius in Metrop.** Et cùm nullum finem cõtentionum modumque statuerent: Lotharius Imperator, remotis duobus, Nortbertum Lotharingum (*juxta Crantzium*) præfecit, anno Domini 1128. In festo Paschatis, anno 1126. *Chronicon Saxoniæ.*

*lib. 6. c. 12.

Quòd unum ex præcipuis ejus seculi Antichristi membris fuerit, & autor fœdissimæ idololatriæ, vel ex hoc unico patet: quòd Ordinis Præmonstratensis in Burgundiâ, in Laudunensi diœcesi, autor & architectus extiterit; in quo Monachus etiam vixit. *Polydorus Virgilius.* *Apud suos etiam Canonicos, qui jam fermè facti erant seculares, facilè obtinuit: ut se paterentur in ordinem redigi, sumentes ejus habitum; ut Nortbertini indè dicerentur. *Crantzius in Metropoli.** Lis inter ipsum & Magdeburgenses exorta est, altero anno, postquam isti sedi præfectus esset: idq; tali occasione. Delatum erat ad episcopum, templum cathedrale libidinibus profanatum. ideoque accersivit Misnensem atque Havelbergensem episcopos; ut de integro consecrarent. Indè fit tumultus, Magdeburgicis consecrationem impedire volentibus. *Chronicon Magdeburgense manuscriptum.*

*lib. 7. c. 3.
*lib. 6. c. 22.

Imperatoris, quarto anno post electionem, factus Cancellarius, unà proficiscitor in Italiam: ubi inaugurationem ab Innocentio II. Lotharius per eundem impetravit. Obiit anno 1134. VIII. Idus Julii, 8. sui pontificatus anno, Mersburgi. *Chronic. Hirsaugiense, & Magdeburgense.*

CUNRADUS.

Comes de Querforde, Imperatoris consensu, eligitur in defuncti locum episcopus, ipso die Petri & Pauli, anno 1134. Is Cunradum Suevum, fratrem Friderici, intercedente Imperatoris conjuge, excommunicatum absolvit. Septuaginta auri marcas, ab ornamentis aræ S. Crucis abstulit, in sumtum itineris; cùm Imperatorem in Italiam comitaretur. Bellum gessit cum quodam Bernhardo Comite: cepitque Plotzke, atque demolitus est. Opposuit etiam se, cum Duce Heinrico, Imperatori Cunrado. Mortuus est anno 1142. postquam 8. annis præfuisset. *Chronicon Magdeburgense manuscriptum.*

FRIDERICUS.

Cunradi successor, prædia atque villas emit à Richardo quodam: annuosque reditus suæ ecclesiæ hoc modo adauxit. Principi cuidam Poloniæ, nomine Petro, magnam partem reliquiarum S. Vincentii tradidit, invitis civibus. Interfuit expeditioni cuidam, unà cum octo Episcopis, Abbate Corbejensi, Marchione Cunrado, Palatinis, aliisq; Principibus, adversùs Prutenos: quibus opem ferebant Rutheni, nuper ad fidem Christi conversi.

Mortuus est anno 1152. cùm fermè 11. præfuisset annis: *juxta Crantzium in Metropoli,** & *manuscriptum Chronicon Magdeburg.*

*lib. 6. c. 30.

GUICMANNUS.

Successorem habuit Guicmannum: quem isti sedi Imperator Fridericus, invitis Canonicis, præfecit, ex consilio cujusdam Arnoldi, abbatis à Monte. *Chronic. n quoddam Germanicum*, eum vocat Bartholdum; ac Præpositum fuisse refert: & a Papâ, consentiente Imperatore, præfectum; cùm inter clerum de successore non conveniret.

Erat nobili stemmate Bavarorum & Saxonum oriundus, ex patre Gerhardo Comite Sebmigensi, m[illegible] Mechtilde, sorore Cunradi Comit[illegible] M[illegible] magni animi. Citzensis episcopus p[illegible] idem fuerat [illegible] Magdeburgum transfertur. Magnaq; apud Im[illegible] ratores [illegible] aliosque Pontifices, ejus fuit autoritas.

Pallium ab Eugenio III. redemit. Ecclesi[illegible] [illegible] tuor arcibus, quas ex hæreditate accepit, [illegible] cheosi, Beyrensi, Nienburgensi, & Seburgensi.

Iuterbocenses itidem sibi subjecit, eosque fecit [illegible] & successoribus tributarios.

Arcem Somerburgensem, à sorore Alheidâ, abbatissâ Quedlinburgensi, emit. quæ res invidiâ non caruit. Nam Dux Heinricus, propterea flammas iracundiæ in ipsum concipiens, bellum ei intulit: quod diu duravit. *Chronicon Magdeburgense manuscriptum.*

Conspiravit cum Hermanno Hildesheimensi, & aliis Principibus, contra Heinricum Leonem; ac ipsius Imperatoris castra secutus est: *ut Helmoldus,** & *Crantzius in Saxonia** *testantur.*

*lib. 2. c. 7
*lib. 6. c. 42

Rediit tamen cum Heinrico in gratiam. nam profecturus in Terram sanctam, tutelam suæ ditionis Episcopo committit: *teste Helmoldo.* At pòst Heinrico VI. idem autor & maior fuit; ut Heinricum Leonem principatu ejiceret, penitusque exueret: anno 1192. *Chronicon Saxoniæ.*

Imperatorem assiduè secutus est. Interfuit comitiis Ratisbonensibus, in quibus læsæ majestatis dãnatus est Leo. *Aventinus.** Anno 1156. cepit Brandeburgum, unà cum aliis Principibus. Arcem Haldenschleven, deditione captâ, diruit; atque permissu Imperatoris in-posterum obtinuit.

*lib. 6

Societatem mercatorum, & eorum qui pannum venalem habent, primus instituit. Primus etiam bis in anno monetam cudit: quod ante ipsum semel tantùm factum fuit. *Chronicon Saxoniæ.*

Decreverat Goslariæ, unà cum aliis Principibus, obsidere Brunsuigum: sed adversâ impeditus est valetudine; neque multo pòst collectus est ad patres suos, anno 1192. cùm annis 42. præfuisset. *Chron. Magdebur. Crantzius in Metrop.**

*lib. 6. c. 3.

LUDOLPHUS.

Wichmanno succedit Ludolphus, homo rusticâ origine natus, ex villâ quâdam Kroppenstede. In quo adhuc puero, cùm antecessor ingenii dexteritatẽ animadverteret; curavit, ut Lutetiæ Parisiorum, ubi studia eo tempore florebant, continuis 20 annis literis operam daret: quibus exactis, ad suum archiepiscopum revertitur.

Præfecit ille Ludolphum initiò, ut juventutis studia informaret. Postea adeptus est canonicatum; cùm mediocriter fidem atque diligentiam suam probâsset Pontifici. Nõ multò pòst, ejus collegii Decanus designatus est, vice episcopi. Baalismum, & alia ejus generis ceremonialia, curâsse: qui bello gerendo, aliisque curis secularibus, alioquin fuit occupatissimus. Proinde, Wichmanno sublato, nullus visus fuit toti collegio magis aptus isti muneri, quàm Ludolphus. *Crantzius in Metropoli.**

*lib. 7 c. 25

Chronicon Magdeburgense refert, ab Heinrico VI. ad illũ dignitatis gradum evectum. Inauguratus ab Halberstadensi episcopo Theodorico, primâ feriâ Pentecostes.

Antichristi membrum haud-postremum fuit. N[illegible] palliũ à Celestino III. redemit. *Crantzius*, loco supra-citato, ipsi eam attribuit laudem: quòd se a negotiis secularibus quantum potuit, subtraxerit. sed diversum testatur *Magdeburgense Chronicon*, nimis ipsum fuisse secularem, & quidẽ, præter titulum, episcopale nihil habuerit. Nam arcẽ Somerburgẽsem, dirutam ab Heinrico Duce Brunsuicensi, de integro restauravit; Werbergensem diruit, Helmstadiũ incendit; atque omnia longè lateque usque Brunsuigũ ferro & igne depopulatus est. *Chronicon Magdeburgense.*

In electionem Philippi Imp. primus consensit: nec postea persuaderi potuit à Legato quodam pontificio, ut Othonem sequeretur; quem aliqui Principes Imperatorem elegerāt. Mille & centum equites, aliosque milites, ad Philippum adduxit, obsidentem Wissenschum.

Otthonem Brandeburgicum excommunicavit: cui tamen postea reconciliatus est; hac nimirum occasione, & superstitioso miraculo, adductus. Nam cùm Ottho nihili eam faceret excommunicationem primùm; ad suos aliquando mensæ assidens oratione conversa, per ludibrium dixit: Audio, canes nihil quicquam ab illis, qui anathematizati sunt, carnium accipere. Et mox frustum illis objecit. Cumque nullus eorum, quod objectum erat, ederet: jussit unum includi toto triduo, ut omninò redderetur famelicus: facturus periculum, sitùm ederet. Sed canis noluit. Quâ re compunctus Brandeburgicus, cum ipso in gratiam rediit. *Chronicon Magdeburgense.*

Ecclesiæ bona, quantum potuit auxit, multo ære redimens. Multas arces, quæ latronibus tutum præbuerunt receptum, diruit.

Ad extremum morbo correptus, circiter festum Jacobi, usque ad diem Assumtionis Mariæ, subindè pejus habere cœpit: donec tandem, manibus sublatis, cùm priùs novissimam unctionem à Reinbodo Montano abbate accepisset, exspirat, anno 1205.

Illis, qui ipsi decumbenti præstò erant, suasor fuit; ne in electione successoris dissiderent. Exspirante ipso, subitus fulgor visus est adstantibus. Præfuit annis 13. *Chronicon Magdeburgense.*

GERARDUS.

Præpositus Magdeburgensis, Guicmannum, Cicensem episcopum, Romę apud Pontificem accusavit; quasi intrusus esset per Fridericum Imperatorem, contra jus ecclesiæ Magdeburgensis. *Frisingensis de gestis Friderici.** [* lib. 2. c. 8.]

MERSBURGENSES.

ALBINUS.

Vel Albuinus, Dux Bavariæ, Mersburgensi sedi præficitur anno Domini 1101. sacris initiatus ab Hardovico Magdeburgensi. Ei multarum virtutum laudem tribuit *Merburgense Chronicon*: ut, bonitatis, humanitatis, longanimitatis, prudentiæ: quòd subditos singulari sit amplexus amore, contra vim injustam eos defenderit, æquabiliter jus administrârit. Interfuit consecrationi cœnobii sancti Jacobi, quod Wipertus exstruxit, anno 1107. Pegovii. Obiit anno Domini 1117. cùm annis præfuisset 16. Sepultus est in monasterio S. Petri, in templi limine. *Ibidem.*

GERHARDUS.

Defuncto Albino successit Gerhardus, illegitimè intrusus ab Adelgoto Magdeburgensi, & Theodorico Cicensi. Sed non-multo pòst collectus est ad patres suos. *Mersburgense Chronicon.*

ARNOLDUS.

Nobili stemmate ortus, primò Canonicus Magdeburgensis fuit. Eum, contra voluntatem Heinrici V. nonnulli episcopi Mersburgi præfecerant.

Prudens disertusque fuit: subditos suos paternè complectens, atque rursus ipsis charus.

Sed architectum magis, quàm doctorem egit. Nam Zwenkovium arcem muro valloque munivit; & castellum fossâ etiam circumdedit.

Cumque annis 9. præfuisset; à consanguineis in arce Zwenkovianâ nefariè trucidatus est, anno Domini 1133. *Chronicon Mersburgense.* At hic sententiæ variant. Nam nōnulli indicant, ipsum in pugnâ Bohemorum adversus Lotharium occubuisse, 12. Calendas Martii, anno suprà-dicto, Quamvis hanc pugnam constat factam anno 1126. Sepultus est Mersburgi, in monasterio S. Petri, in limine capellæ B. Virginis.

MEINGOTUS.

Canonicus Mersburgensis, altero die, postquam è vivis sublatus est Arnoldus, 16. Calendas Junii, consentientibus cleri suffragiis, electus est. Eam electionem postea ratam habuit Imperator Lotharius, anno Domini 1136. Præfuit 14. annis. *Chronicon Mersburg.*

ECKELINUS.

Meingoto successit Eckelinus: cujus electionem Conradus III. confirmavit. Obiit anno 1158. cùm plùs-minùs 15. annis præfuisset. Sepultus est in templo cathedrali Mersburgi. *Chronicon. Mersburg.*

REINHARDUS.

Comes Querfurdensis, cognatus Conradi III. ab Imperatore, sinè cleri suffragio, isti sedi pręficitur, post sublatum è medio Eckelinum. Is duo prædia, cum 12. mansis; & in aliis quoque pagis, 20. mansos, isti ecclesiæ contulit. Interfuit Asiaticæ expeditioni, ab eodem Imperatore susceptæ, circiter annum Domini 1146. Sed sequenti rediit inglorius, sano corpore.

Præfuit annis 18. posteaq; collectus est ad majores suos, anno Domini 1176. Sepultus est in templo cathedrali Mersburgi. *Chronicon. Mersburg.*

JOHANNES.

Canonicus Magdeburgensis, confirmatione acceptâ ab Imperatore, à Wichmanno, Magdeburgensi antistite, ordinatus & consecratus est, anno Domini 1176.

EVERHARDUS.

Bavarus, Comes Seeburgensis, ab Imperatore isti sedi præfectus est, & à Wichmanno consecratus. Is villæ, quæ hodie Novum-forum dicitur, & nomen illud, & jus nundinarum, impetravit à Friderico I. atque à Nobilibus, cum omnibus proventibus, in usum ecclesiæ Mersburgensis, emit. *Chronicon Mersburg.*

THEODERICUS.

Comes Misnensis, à clero electus est in episcopum; & à Magdeburgensi Wichmanno consecratus. Is bona suæ ecclesię auxit. Beneficus, liberalis, disertus fuit; amans suos, & à suis redamatus; æquabiliter jus administrans. Obiit anno 1184. cùm annis 11. præfuisset. Sepultus est in Petersbergio monasterio, non-procul ab Halâ Saxonum sito. *Chronic. Mersburg.*

ECKEHARDUS.

Nobili ortus stemmate, in gubernatione Theoderico succedit, ordinatus à Wichmanno Magdeburgensi. Is prudens sapientisque consilii fuit; suorum subditorum curam gerens; humanus. Unus præterea ex præcipuis Theoderici, Marchionis Misnensis, consiliariis fuit. In magnâ etiam fuit existimatione apud Ludovicum, Thuringiæ Landgravium, ejusq; conjugem; cujus solitus est audire confessiones. Auxit annuos reditus ecclesiæ pro virili.

Architectum egit. Nam civitatis mœnia, vel ruinosa, vel collapsa, reparari curavit. Eam ob caussam Theoderici Misnensis gratiâ excidit, exstimulati à suis Aulicis; quasi, in detrimentum Misniæ, rebus novis studeret, munitione istius loci. Sed intercessione Judithæ, conjugis Marchionis, rediit cum ipso in gratiam. *Chronicon Mersburg.* Pręfuit annis 10. Obiit anno Domini 1194. *Ibidem.*

RUDOLPHUS.

Nobilis à Webaw, Canonicus Mersburgensis, eodem anno successor eligitur & constituitur. Sacris initiatus est à Ludolpho Magdeburgensi. Templo parochiali in Novoforo, extra urbis mœnia, nomen à Cantuariensi Thomâ indidit. Præfuit annis 10. hebdomadibus 3. & diebus 4. Obiit anno salutis 1204. *Chronicon Mersburg.*

XXXIV. CIZENSES.

THEODORICUS.

Circiter annum 1117. Cicensibus præfuit Theodoricus: qui, unà cum Adelgoto Magdeburgico, Albinū Mersburgensibus obtrusit. Is superstitionum plenus fuit. Nam Comitem Wiprechtum Groitsensem, jam senio confectum, persuasit: ut, relictâ ditione, monasterium ingrederetur. *Chron. Mersburg.* Eum monachus quispiam, quem conversum vocant, ad altare stantem, confodit: quòd sæpiùs vitam illius parùm honestam reprehendisset. Triduo pòst, quàm vulnus illud acceperat, animam efflavit. *Chron. Mersburg. Ursperg.*

UDO.

Circiter annum 1126. eidem ecclesiæ præfuit. *Chronicon Metsburg.*

UDO NUMBURGENSIS.

Circiter annum 1170. præfuit Numburgiensi sedi. Comes à Pleisen fuit. *Chronicon Mersburgense.**

XXXV. MISNENSES.

ALBERTUS, & GERHINUS.

Albertus, Misnensis episcopus, una cum Otthone Frisingensi Capellam, quam Cunradus III. prope Coloniam extruxerat, consecravit. *Frisingensis de rebus gestis Friderici.** Obiit anno 1154. in legatione Constantinopolitanâ; quò missus erat à Conrado. Cui Gerhinus abbas quidam successit. *Chronicon Saxon.*

ANSELMUS HAVELBURGENSIS.

Episcopus, in Sacris literis & linguis mediocriter peritus, claruit circa annum 1150. Unus inter eos fuit, qui & hypocrisin monasticam aliquomodo vidit, & carpsit. In quâdam enim epistolâ, laudem perfectionis Monachis adimit. Testatur, suo seculo non-paucos fuisse, qui varietatem & novitatem sectarum monasticarum, subindè in Ecclesiâ exsurgentium, improbarint. Idem Constantinopoli, contra quendam Nechitam, oppugnantem primatū Papæ, disputavit. *Catalogus testium veritatis.*

Ad Conradum III. missus est ab Ingenio: ut ad Imperatorem, de suâ erga ipsum benevolentiâ referret; & vicissim Imperatoris animum benevolum erga se cognosceret. *Frisingensis de gestis Friderici.**

VIGERUS BRANDENBURGENSIS.

Dedicavit Capellā in Hospitali, anno 1142. V. Calendas Junii, in honorem Jesu Christi & S. Nicolai; & alteram in infirmariâ, consequenti die, in honorem Mariæ Magdalenæ. *Appendix Mariani Scoti.*

POMERANIÆ EPIscopi.

ADELBERTUS JULINENSIS.

Ab Otthone Bambergensi Julini constituitur primus episcopus, circiter annum 1160. *Historia Pomeranica.**

JOHANNES HOlogasti.

Primus datus presbyter est Hologastiensibus, ab Otthone, circiter annum 1164. *Historia Pomeranica.**

STETTINENSES.

WIRSACUS.

Nobilis civis Stettinensis, absente episcopo Otthone, diligenter prædicavit reliquis civibus: idque hac occasione. Piratam egerat in mari: in quo facinore captus, & carceri traditus est. Sic igitur catenis vinctus, noctu in somnis vidit propè adstantem sibi Otthonem, à quo fuerat baptizatus; jubentem, ut egrediatur, & mandata ad Stettinenses ferat. Expergefactus, deprehendit & carcerem esse apertum, & vincula soluta. Exit carcere: navem quæritat, cujus adminiculo aufugiat. Quam cùm diu invenire non posset; ut in periculo esset, ne denuò comprehenderetur: ecce cymba parva appellit, quâ conscensâ, rediit Stettinum; omniaque, quæ sibi acciderant, publicè pandit: ad abjiciendos cultus idololatricos, & accipiendum Christianismum, sedulò hortatur. *Histor. Pomeran.* Fides sit penes Lectorem.

ADELBERTUS.

Presbyter, socius Otthonis fuit, in plantandâ novâ religione apud Pomeranos. *Ibidem.**

BOCETIS.

Presbyter, iter faciens ad villam quandam, die Laurentii: invenitque rusticos metentes, similesque operas facere. Quos ubi arguisset; & nihil præter contemtum lucratus esset, imprecatus est ipsis ultionem, quæ protinus subsecuta est: ut omnes segetes ignis depasceret. *Ibidem.** Idem ille, in die Assumtionis Mariæ, rusticum metentem falce, & conjugem subsequentem varum, laboris causâ objurgat. Cumque id rusticus turret ægre & ve[...] maledica in Bocetim evomeret: mox corruit, retinens alterâ manu falcē, alterâ manipulum, & exspiravit. Uxor [...]dem modo deponere falcem non potuit, donec, viri funus comitata ad templum, culpam suisset confessa. *Ibidem.** Proh Deum immortalem, quam sunt Sancti implacabiles, & vindictæ cupidi!

UDALRICUS, & ALbuinus.

Presbyteri, in apostolatu Pomeranico, alterâ vice comitati sunt Otthonem. Qui ubi Hologastum [...] missi essent, quò & ille paulò post erat venturus: apud honestam matronam, Præfecti conjugem, diverterunt. Eos ubi indomitum vulgus, quod in perniciem ipsorum juraverat, advenisse percepisset, mox accurrit: [...] ingressus. Absconderat matrona illos in superiori cenaculo: ubi etiam latitabant, ne invenirentur. [...] post, iterum liberati sunt; adveniante Duce Pomerania & Episcopo cum magnâ militum manu. *Hist. Pomer.**

THEODORICUS.

Clericus, in Comitatu Otthonis [...] imprudentiùs ad fanum Heronit, qui Mars esse creditur, Hologastii [...] vix mortis periculum evasit. Nam furiosa multitudo, existimans ipsum moliri incendium fani, armata accurrit. In eo igitur periculo fanum ingressus, clypeum miræ magnitudinis, pendentem ad parietem, arripuit [...] promi[...] insiluit. Quo [...] spectaculo, (nemini enim hominum clypeum attingere fas erat) [...] statim exterriti proni corruunt; partim in pedes se conjiciunt: & sic evadit ille, & incolumis ad suos revertitur. *Ibidem.**

JUVANUS.

Presbyter, & socius apostolatûs Pomeranici. Legatus missus est ab episcopo in Daniam, pro impetranda libertate in Ruthenos euangelizandi: siquidem Metropolitano Daniæ etiam Rutheni subjecti erant. Verùm, cùm non nisi de voluntate Procerum Daniæ, se quicquam [...] statuere & respondere, archiepiscopus diceret: re infectâ ad Otthonem rediit. *Ibid.**

ALBERTUS.

Capellanus Conradi III. Legatus mittitur, unà cū Embricone Herbipolensi, à suo Imperatore, ad Emanuelem Græcum. Petit à Græco Imperatore, ut tantum concederet Germanis spatii Constantinopoli; ubi ipsis templum exstruere liceret. *Frising. de gestis Friderici.**

POLONIÆ EPIscopi.

I. GNESNENSES.

CIASLAUS.

Gnesnensis episcopus; (sicut *Cromerus** indicat, Dlugossum suspicari hoc ipsi fuisse nomen) a Gualco, Pontificio legato, loco motus est, anno 1103. ubi de ejus sceleribus & flagitiis percepisset. In specie nihil indicat: nisi fortè hoc scelus appellet; quòd sine Papæ authoritate Cracoviensem sedem, permittente Boleslao, sibi usurpaverat.

MARTINUS.

Senex venerandus & religiosus, cum parvo comitatu, in Spicimirum, Poloniæ vicum, venerat anno 1107. quem Pomerani, subitò impressione factâ, illo ipso tempore diripiebant. Præsul, in eo tumultu, inter contignatione templi occultatus latuit; atque hoc pacto eorum manus evasit. *Cromerus.** Obiit anno 1118.

JACOBUS.

Znenensis municeps, communibus cleri suffragiis eligitur Gnesnensis archiepiscopus, in locum antecessoris mortui, anno 1118. Is Uladislaum, Boleslai Crivousti filiū natu-maximum, contra voluntatem patris, totum ad se conantem rapere principatum, atque eo tempore, (qui fuit annus 1145.) Posnaniam obsidentem, pontificali indutus ornatu, ut major esset ejus autoritas, adiit: & primùm scelerū causâ graviter accusat, ut quòd patriā armis divexaret; quòd fratres germanos alioquin obsequentissimos oppugnaret, ipsorumq; sanguinem sitiret. Ideoque, ut modum

statuat,

ſtamat, hortatur: niſi graviſsimam Dei vindictam velit incurrere; qui homines perfidos & fœdifragos deteſtetur. Cumque nihil proficeret, & ipſum Principem, omnesque belli ſocios, excommunicat. Obiit anno 1147. *Idem.**

* lib 6.

JANICUS.

Qui & Janislaus dictus, ex illuſtri Griffunum familiâ oriundus, primùm Uratislavienſis epiſcopus fuit: ſed poſtmodum transfertur Gneſnam.

Is, unà cùm fratre germano Clemente, monaſterium Adreovienſe, ordinis Ciſtercienſium, condidit; oppidum Androviam, ſeptemque pagos, de ſuo attribuens, circa annum 1138. *Cromerus.** Factus Gneſnenſis epiſcopus, aliis adhuc duodecim pagis illud locupletavit.

* ibid.

PETRUS.

Ex familiâ Stenavianâ oriundus, Janico ſucceſsit, circiter annum 1168. Is, crudeliter interfecto Wernero Plocenſi, una cum reliquis epiſcopis communicato conſilio, toti provinciæ ſacris interdixit: perfecitque Boleslaus Princeps homicidam Boleſtam, & carceri traderet, & igne, latâ ſententia, cremaret. Suleovienſi monaſterio, rogatu Cazimiri, complures decimas contulit. *Ibidem.*

ZDISLAUS.

Circiter annum 1180. ſucceſsit Petro. Is Leucicię comitiis & ſynodo interfuit: ubi anathematizarunt omnes eos, qui vim intentarent bonis eccleſiaſticis, vel ruricolarum. *Cromerus.*

II. CRACOVIENSES.

MAURUS.

Patriâ Romanus, epiſcopus Cracovienſis, mortuus eſt anno 1117.

RADOSSUS, & ROBERTUS.

Radoſſus eodem anno ſuccedit Mauro. Is decimas attribuit cuidam Canonicorum collegio, & Androvienſi monaſterio, anno 1127. *Cromerus.** Huic Robertus, vir bonus & religioſus, ſucceſsit. De tempore autem non conſtat.

* lib. 5 & 6

MATTHAEUS.

Homo guloſus & heluo, Roberto ſurrogatur in eâdem eccleſiâ. *Cromerus.** Is Boleslai Criſpi Principis nuntium, ſubſidium in ſumtus belli poſtulantem, ad latrinam duxiſſe fertur; ibique ſuos theſauros conditos dictitâſſe.

* lib 6.

GEDEON.

Natione Gryphius, Matthæo ſucceſsit; & ab archiepiſcopo Gneſnenſi Petro confirmatus eſt, conſenſu Boleslai: anno 1173.

Is Kolcenſe oppidum condidit; & in eo templum extruxit; atque collegium Canonicorum & Vicariorum inſtituit, pagos & decimas illis attribuens.

Androvienſi & Mechovienſi monaſteriis decimas addit. Vanchoſcenſe monaſterium Ciſtercienſibus monachis condidit.

Miecislaum Principem admonuit: ut more majorum placidè regnaret; ut uſitatis vectigalibus, & hominum operibus, eſſet contentus; nec quicquam, præter morem, à populo libero exigeret; ne quid injuſtè, aut crudeliter, à magiſtratibus inferioribus permitteret. Quâ re Principẽ non parùm offendit: ità quidem, ut diceret, illum ſua debere curare; hæc nihil ad ipſum pertinere. Hoc modo cùm nihil profeciſſet: pulcrum excogitavit commentum, ut iisdem, in præſentiâ aliorum, Principi aures refricaret. Subornavit muliereulam; quæ lamentabili voce querebatur, ſuum, quem filio privigno, & filius viciſsim mediaſtinis, paſcendum commiſiſſet gregem, à lupis dilaniatum eſſe: rogabatque, ut, cujus culpâ damnum datum eſſet, ab illo præſtaretur; ſiquidem ad extremam redacta eſſet inopiam. Citati omnes, primùm mediaſtini, culpam in privignum mulieris conferebant: cùm præſertim canes aleret feroces, qui ſoluti gregem dilaniaſſent: ſe neque canes abigere, neque diſperſis omnibus ſuccurrere potuiſſe. Privignus contra in mediaſtinos: ità tamẽ, ut non ſatis eos refelleret. Tulit itaque Miecislaus ſententiam damni dati, in adoleſcentem privignum. quã aſſeſſores omnes approbant. Ibi tunc Gedeon: Rectè judicaſti. Veruntamen ſic juſti fungeris officio judicis, ſi ipſe judicatum facias. Tu privignus haberi vis hujus provinciæ; non filius: quæ ſe-ipſam tibi commẽdavit. Tu canes alis feroces, hoc eſt, ſanguiſugas & crudeles exactores; qui pauperes impunè diripiãt opprimantque. Hæc abs te damna præſtanda ſunt, ex proprio judicio: niſi vindictam Dei longè-graviſsimam voles experiri. Eâ admonitione cùm magis irritatũ videret Principem, cum aliis regni Proceribus cõiuſurrat, ut loco moveatur. quod perficiunt etiam; & regni ſummam ad Cazimirum deferunt, anno 1177.

Interfuit Comitiis & ſynodo Leuticiæ: ubi omnes illi ſunt anathematizati, qui bonis eccleſiaſticis, vel ruricolarum, damnum inferrent, vimque facerent. *Cromerus.**

* lib. 6.

FULCO.

Frater Nicolai Palatini, qui & Pleca dictus eſt, potens, & magnâ autoritate præditus, ex præcipuâ familiâ oriundus, epiſcopus Cracovienſis, præfuit anno 1194. Is Cazimirum, principatum in Poloniâ tenentem, illicitis amoribus atque adulteriis ſe polluentem, admonuit & objurgavit aliquando. *Cromerus.**

* ibid.

Poſt mortem Cazimiri, deliberationi de ſucceſſore cõſtituendo interfuit; reique ſummam ad Leſcum, filiũ ejus natu majorem, deferendam cenſuit. Et quamvis nonnulli diſſentirent: tamen ubi, quæ ab illis dicta eſſent, refutâſſet; omnes illi aſſentiuntur tandem. Cumque Leſcus adhuc puer eſſet: Fulco, unà cum fratre, additus eſt curator; ut eum conſiliis regnaret. *Idem.**

* lib. 7.

A' Miecislao autem, qui ad ſummum adſpirabat dominium, donis & pollicitationibus, ad proditionem fruſtra initiò ſolicitatus eſt, eo quidem tempore. Verùm nõ multò pòſt defecit ad eundem: & privato quodam odio, poſt Miecislai obitum, noluit principatum redire ad Leſcum Album.

Ab Innocentio III. impetravit archiepiſcopalem dignitatem. Obiit anno 1206. *Cromerus.**

* ibid.

III. PLOCENSES.

SIMON.

Plocenſis epiſcopus, Magnum, Comitem Maſſoviæ, in Pomeranos, irruptionem in Maſſoviam facientes, animavit: anno 1111. Cumque hoſtium multi interfecti, plures verò capti eſſent: victoriam precibus Simonis acceptam ferri, voluit Comes. *Cromerus.**

* lib 5.

WERNERUS.

Doctus & religioſus vir, ex equeſtri Roſarum familiâ oriundus, Plocenſi eccleſiæ cùm præfuiſſet annos 14. à Pruſsis per fraudem interficitur, Boleſtæ inſtinctu, circiter annum 1170. Cadaver mortuum Ploſcum delatum eſt, & terræ mandatum: ubi poſtea miracula peregiſſe dicitur. *Cromerus.**

* lib. 6.

LUPUS.

Genere Gozembius, ejus baſilicæ Cuſtos, cùm Wernero ſucceſsiſſet, interfuit ſynodo Leucicienſi. *Ibidem.**

* lib. 6.

VITUS.

Plocenſis epiſcopus, Buſcenſe, Vitovienſe, & Plocenſe, monaſteria, circiter annum 1194. *Ibidem.*

IV. URATISLAVIENSES.

WALTERUS.

Equeſtri Zadocorum familiâ oriundus, Janico, ad Gneſnenſem archiepiſcopum tranſlato, ſucceſſit in Uratislavienſi, anno 1147. Is baſilicam, quæ ad illud uſque tempus Uratislavii lignea fuerat, muro ædificavit: atque Lugdunenſis eccleſiæ ritus in eam introduxit.

HONOLDUS.

Italus, anno 1174. Curvicenſem cathedram univit Uratislavienſi; ibique præfuit.

ZIROSLAUS.

Interfuit ſynodo Leucicienſi. *Cromerus.**

* lib. 6.

GAUDENSIUS Lubuſſenſis,

ONOLDUS Uladislavienſis,

[illegible] Potnaniensis, [illegible] Camenensis, eidem [illegible] coetui, cujus modò meminimus, anno 1180.

ANGLIÆ EPISCOPI.

I. CANTUARIENSES.

RODOLPHUS.

POst mortem Anselmi, (de quo superiore ætate diximus) toto quinquennio illa archiepiscopalis sedes vacaverat. Rex Heinricus I. interim census annuos capiebat. Cumque admoneretur de substituendo alio, tolutus est respondere: Se quærere hominem, qui Lanfranco & Anselmo inferior non esset. & quia nullus occurreret, ideoque perpeti illam iisdem vacare: donec Deus ipse quempiam offerret idoneum. Et cùm animadverteret sibi id vitio palam dari; quasi in eâ re privatum spectaret eum pendium: Rodolphum, Roffensem episcopum, literatum; sed nugatorem strenuû, ad jocos & risum magis inclinatum, quam vel ejus personam vel ætatem deceba, successorem constituit, circiter annum Domini 1116. *Polydorus Vergilius.**

* *lib.* 11.

Magistratum, tanquam Antichristi membrum, egregiè honoravit. Heinricum enim Regem, qui sine illo coronâ acceperat, protervè satis adortus est, inquiens: Injustè ipsum coronatum, nisi coronam deponeret, frustra Missam exspectare. Et nisi quorundam precibus flexus fuisset; parum abfuit, quin coronam de capite ejus decussisset. Naturâ fuit vehementior: ira ut in paralysin, ex animi æstu nimio, inciderit. *Raynulphus in Polychronico.**

* *lib.* 7. *c.* 15.

Cum Thrustino Eboracensi concertavit, non eorum esset major, non aliter, quàm Discipuli Christi in Cœnâ novissimâ: cujus certaminis Eboracensis inchoator exstitit. Et quamvis à Rege rogaretur, ne rebus novis studeret; audire prorsus noluit. Rodulphus, quoniam continuè adversâ valetudine utebatur, nô ita resistere potuit, sicut fortè fecisset, corpore valido. *Polydorus.**

* *lib.* 11.

Scripsit Homilias quasdam, lib. 1. ut *Balæus** memoriæ prodidit.

* *Cent.* 10. *c.* 40.

Præfuit annis 8. Emigravit ex hoc seculo anno Domini 1124. *Ibidem.*

GULIELMUS.

Successit Rodolpho, Is, mortuo Heinrico I. consecravit Stephanum, defuncti Regis ex sorore nepotem in Westmonasterio, circiter annum Domini 1136. VIII. Calend. Januarii, in regem. Præfuit annis 15. obiit anno 1139. *Polydorus.** Sunt tamen, qui ipsum in tempora Heinrici II. incidisse tradant, eumque consecrâsse. *Idem.**

* *lib.* 12.
* *lib.* 13.

THEOBALDUS.

THeobaldum successorem habuit Gulielmus, abbatem Beccensem. Is statim post electionem Romam contendit, pro redimendo pallio. Ibi simul factus est Legatus ab Innocentio II. quod munus postea ad omnes manavit successores; ità ut Legati nati dicti sint. *Polydorus.** Doctos, ipse haud-vulgariter eruditus, in magno honore habuit. plurimumque dilexit; & in his Thomam Becketum, propter optimi ingenii indolem. Consecravit Heinricum II. Normanniæ Ducem, in Angliæ regem, in Westmonasterio, anno salutis 1155. XIII. Calend. Januarii. Obiit anno 1161, *secundum Raynulphum in Polychronico.** *Polydorus** annum numerat 1163. cùm annis 22. præfuisset.

* *lib.* 13.
lib. 7. *c.* 22.
* *lib.* 13.

THOMAS BECKETUS.

DEfuncto Theobaldo, sedes Cantuariensis uno anno vacavit: quam postea Thomas Becketus adipiscitur. Civis Lundinensis fuit; parentibus superstitiosis, Gilberto patre, [illegible] tre verò Mathildâ, natione Syrâ sive Saracenâ, natus. *Polydorus.** Is omni petulantiâ juvenili, effrenâque [illegible] iâ, adolescentiam suam inaniter transegit. Nam inter bellatores, [illegible] um Rex Heinricus Tolosam obsideret, superbus & [illegible] tus [illegible] uit. Post consiliationes igitur, imò post furta, stupra, & cædes, Pontifici juris canonici [illegible] armato fit primum [illegible] archipræsule [illegible] ldo, archidiaconus Cantuariæ, postea summus [illegible] b Rege [illegible] regni Cancellarius ae tandem [illegible] b Papâ archi[illegible]episcopus, primas, & apost[illegible] latere [illegible] egatus.

* *lib.* 13.

Scripsit [illegible] exterea [illegible] o confirmandis erroribus,

Ad Alexandrum Papam, lib. [illegible]
Epistolas [illegible] lib. 1.
Ad suos [illegible] lib. [illegible]
Apologias ad [illegible] *lectum,* [illegible]

Encomium [illegible] barum & sine sapore [illegible] nem Marian[illegible] *re vir* [illegible] &c.

Antequam conse[illegible] tur [illegible] ar[illegible] cet animus, pro[illegible] honori augmentum [illegible] meteret: ordinem & habitum Ca[illegible] ni[illegible] suscepit: nec se tantùm vig[illegible] & [illegible] rùm etiam ci[illegible] cio indutus, dorsum [illegible] gra[illegible] ter flagellandum præbuit.

Suæ jurisdictioni subjectis [illegible] in[illegible] er [illegible] cib[illegible] m dedit, interdum etiam verbum prædicavit: ut hoc m[illegible] do, & corpora, & animas pasceret.

Pauperes quotidie 13. ad manus summo manè habebat: quibus primùm pedes deosculatus est; postea etiam lavit & detersit; quaternos distribuens in singulos argenteos. Maximam diebus singulis, præter illos mend. antium turbam aluit: ità ut magno ad ipsum numero confluerent.

Romano Pontifici adhæsit; & Regi suo gra[illegible] castitit, in omnem ejus fidelem animum [illegible] se debe[illegible] tos. Assiduus ei labor ac studium fuit, majestatem R[illegible] minuere, & Antichristo subjicere. Sacerdotes & [illegible] os, ob homicidia latrocinia adulteria, stupra [illegible] dei[illegible] sis ipsis assuetas, & etiam generis exsecrabilia facta, [illegible] per magistratum publicum capitali supplicio afficiend[illegible] ntendebat: asseruitque, ad Ecclesiæ libertatem pertinere [illegible] spectare; ut Principes nihil habeant juris in larvatos, unctos, rasos, quamdiu sunt Papæ creaturæ.

Suâ pertinaciâ insigni, multis suorum cognatorum detrimento fuit; qui ejus causâ a Rege jussi sunt ire in exsilium.

Simultas primùm inter ipsum & Regem exorta est: quæ demum robur sumsit, in quodam concilio Westmonasteriensi. Ejus causam non eodem modo recitant autores. Rex subindè sacerdotes minùs-idoneos, aut etiam episcopos, elegit; inter quos etiam fuerunt linguæ ignari, qui populum docere non poterant, & ad alia perduxit sacerdotia: eosque Normannicis legibus, atque majorum consuetudinibus, ac concessis, uti voluit. Quod molestè tulit Thomas, illos scilicet, qui nullis subjacere legibus assuefacti erant, ità in ordinem redigi. Primùm itaque, multis conatus est dehortari Regem argumentis, ut à proposito desisteret: sed frustra illud tecit. Adeo enim nihil movit Regem: ut etiam in exsilium abire cogeretur, unà cum aliis quibusdam clericis.

Liber, qui historiam passionis ejus continet, hanc rejicit causam. Prædia, quæ ipsius antecessores, vel aulicis, vel aliis dederant, summo studio conatus est ad se retrahere. quam ob causam, plurimorum suorum clericorum, & aulicorum, odia acerbissima in se derivavit. Illi verò apud Regem tantum effecerunt, ut præs[illegible] em ad dicendam causam citaret in Normanniam. Sed is summo fastu Regem spernens, ad Alexandrum III. qui Sen[illegible] nis tùm e[illegible] t, confugit; & ad pedes ejus provolvitur: resignat mun[illegible] utq; se alium magis idoneum præficiat, rogat. Sed q[illegible] clera[illegible] Papa neminè videbat ipso nequiorem, munu[illegible] c[illegible] ens[illegible] sibi imponit: jubetque ut [illegible] Pontiniacum [illegible] conferret, atque ibi tamdiu maneret, do[illegible] illud componeretur. Paruit [illegible] e & monast[illegible] m ingressus Ordinis Cisterciensium accepto ab eo[illegible] m [illegible] pâ novo vestitu, monasticam vitam deger[illegible] quâ vi[illegible] it fermè sexennium. Cum inter [illegible] utrq[illegible] [illegible] em, Galliæ & Angliæ, convenisset ut per C[illegible] cos utriusque regni de causâ ejus determinaretur: [illegible] e [illegible] m [illegible] submittere voluit [illegible] sed [illegible] m

ordinem atque dignitatem excepit: ità quidem ut, salva dignitate Ecclesiæ & sui ordinis, pacem futuram minimè putaret. *Historia passionis ejus.*

Facta igitur pace per Papam Alexandrum & Galliæ Regem, inter Heinricum Angliæ Regem & ipsum; post diuturnum exsilium, revertitur ad sedem pristinam. Ubi cùm vix rursum mensem transegisset, nimiâ pertinaciâ cecidit. Nam quosdam Regis fami iares furiosè excommunicavit. Quâ ob causam quatuor ad ipsum veniunt, quorum sunt nomina, Ricardus natione Brito, Hugo de Morevillâ, Reinaldus Ursus, & Gulielmus Tracius)R is nomine referentes, ut se novi Regis cogni ioni & judicio sistat, utque excommunicatos episcopos ab olvat.

Ad hæc Præsul · se à novo Rege io mandat s accepisse, ne in ipsius veniret conspectum. Episcopos non le, sed Papâ excommunicatos: quorum abs lutio nem ut præcedat sati actio, sit necesse. Quod cùm ægrè ferrent, & minas spirarent, subjunxit: Quærite, qui timeat minas vestras: non enim gladii vestri promtiores sunt quam animus meus ad m rtyrium.

Quod cùm Reinaldus Ursus audiret; exclamavit: nomine Re is præcipiens, ut & Clerici qui aderant, & laici ipsum comprehenderent & tamdiu asservarent, donec pœnas Regi dedisset. Clerici id facere recusantibus; præco quit iam. Regis jussu, magnâ voce ad arma conclamat. Accurritur, eftringunturq; fores: acclamatur, indignum se, frui ipsum vitâ. Amicis hortantibus, ut in monasterio sese abderet, domo exire noluit: donec tandem tempus officii vespertini instaret. tunc surgit, ac templũ ingreditur, sequens clerum, & crucem, quæ ipsi præferebatur.

Tùm ipsum etiam sicarii subsequuntur, manus injiciũt, ac tribus in capite acceptis vulneribus, ità ut cerebrum effluerct, animam exhalat Thomas. Facta est hæc cædes 4. Calend. Januarii, quæ dies proximè diem Innocentum sequitur, anno 1171. *Passio Thomæ.**

Canonici regulares, in quorum templo cædes facta fuerat, toto corpore exanimi, habitu suo induunt, quo ad illud usque tempus usus fuerat; nec-non & cilicio carni proximo, atque femoralibus: ac sic tandem terræ mandant.

Autor Historiæ passionis ejus refert, leprosos ab illo mondatos; mortuos resuscitatos; dæmones fugatos; hydropicos, paralyticos, surdos, mutos, cæcos, aliosque malè-habentes, sanitati restitutos. Quæ omnia cujus generis sint, (si modò vera sunt) pius Lector judicabit: siquidem pro stabiliendis erroribus ista facta sunt; ut non immeritò diabolicæ præstigiæ appellentur.

RICARDUS.

Dovernsis abbas, Ordinis Benedictini, mediocriter literatus; sed vitæ inculpatæ, (*ut testatur Neubrigensis*) circiter annum salutis 1175. Cantuariensis, à reliquo clero, consentiente Heinrico Rege, creatur archiepiscopus. Anagniæ consecrationem accepit ab Alexandro III. In administratione fertur fuisse industrius; sed in corrigendis cleri moribus & defendendis eorum libertatibus, remissus.

Fuerat ante ipsum electus Rogerius, abbas Beccensis: sed ille recusaverat oblatam dignitatem. quod quidam ej desidiæ potiùs, quàm sapientiæ, acceptum tulerunt.

Hortatu Regis Heinrici II. concilium, cum Hugone Legato Romano indixit Northantoni, itemque Londini, anno 1 6. ut primatum Angliæ solus obtineret, contra Rogerium Eboracensem.

Scripta hæc ad posteritatem transmisit *ut testatur Balæus.**

Contra suos Perturbatores,	*lib.1.*
Ad Petrum Blesensem,	*epist. plures.*
Ad Heinricum Regem,	*epist. plures.*
Ad tres Episcopos,	*epist.1*
Ad suos Co pos,	*epist.1.*

Obiit anno um præfu sset anni . *Polydorus.**

BALDUINUS.

Bal uinus D ni tenui loo estriæ natus · facundi & locu Scholaru rector n A ns e imr ea Mo s C e & A us m è ad majores dignitates ad rans, Vigorniensis fit præsul. tandem Cantuariensis archiepiscopus, totiusque Angliæ primas, successor Ricardi. Isti muneri diligenter præfuit, verbum Dei ubique locorum seminans. Sequentes libros edidit.

De Corpore & sanguine Domini,	*lib.1.*
De Sacramentis Ecclesiæ,	*lib.1.*
De Orthodoxis dogmatibus,	*lib.1*
De Sectis hæreticorum,	*lib.2.*
Commendationem fidei,	*lib.1.*
De unitate charitatis,	*lib.1.*
De Sacerdotio Johannis Hircani,	*lib.1.*
Super eruditione Giraldi,	*lib.1.*
Sermones 33.	*lib.1.*
Contra Heinricum Wintoniensem,	*lib.1.*
Commendationem virginitatis,	*lib.1.*
De Amore,	*lib.1.*
Super Historiis Regum,	*lib.4.*
Carmen devotionis,	*lib .*
De Cruce,	*lib.1.*
De Angeli nuntio,	*lib.*
Mythologiam,	*lib.1.*
Epistolarum suarum,	*lib.1.*

Atque alia plura.

Is Ricardum I. creatum regem, more majorum consecravit Londini, ubi frequens Procerum Angliæ eo tempore habitus est conventus, circiter annum Domini 1189. *Polydorus.** *Balæus* † Postea, una cum Rege in Syriam profectus, Tyri mortuus est.

Nunquam ab eo tempore, quo primùm factus est monachus, carnes comedisse dicitur. Quæ fama eùm ad vulgus etiam manâsset: quędam vetula ipsi iter facienti occurrit, quæritans, an verum esset, quod volgò de ipso jactaretur? Cumque affirmâsset; respondit illa: Falsa esse omnia. siquidem ipsius carnes ità vorâsset; ut vix ossa reliqua fecisset: ipsius Decanos unicam vaccam abstulisse, quâ solâ ipsa foveretur. Hæc audiens, promisit, æquè-bonam ipsam recepturam. *Raynulphus in Polychron.**

HUBERTUS.

Post obitum Balduini, sedes illa aliquamdiu gubernatore caruit. Etsi enim Reginaldus, Bathoniensis episcopus, successor designaretur: tamen morte præventus, munus illud non obivit. *Polydorus.** Proinde summa rei ad Hubertũ, Sarisberiẽsem episcopũ, defertur, circiter annum Domini 1193. idque hac occasione. Cum Rege Angliæ Ricardo, ad sepulcrum Domini peregrinatus est, anno superiore. Reversus autem in Siciliam, capto suo Rege, protinus in Angliam mittitur, ad conficiendam pecuniam pro liberando Rege numerandam; & reliqua regni negotia administranda. ubi, consentientibus suffragiis, in episcopum Cantuariensem electus est. *Raynulphus.**

Eo autore, monachi in collegium Cantuariense restituti sunt; quos Elyensis episcopus, Hugo Navanus, Romani Pontificis legatus, ejecerat. *Polydorus.**

Persuasit etiam Elionoræ, matre Johannis, ut totam Angliam Johanni jurare curaret. Nec multò pòst, gravi oratione ipsum Angliæ Proceribus commendans Londini, effecit, ut a plerisque Johannes rex salutaretur: atque eodem tempore illum consecrat, circiter annum 1201. Non caruit ea res suspicione, quasi aut Arthurum regno avito defraudare, aut saltem aliquid contra jus fasque sponte agere, voluerit.

Tandem mœrore animi extinctus est, anno 1205. eadem ob causam, quòd hominem, tanto regno indignum, apud optimates & commendarit & ad illud honoris fastigium evexerit: cùm sedisset annis 11. mensibus 8. & 6 diebus. *Polydorus.**

II. EBORACENSES.

GERARDUS.

Subrogatus est Thomæ, de quo superiori seculo diximus) homo sagacis ingenii; sed honoris atqu gloriæ ultrà, quam par sit, cupidus: in emungendis, per indecoras etiam occasiones, subditorum marsu iis, ca du & ut urimi asse rant mallefic etia

* cap. 7. & 8.

* Cent. 3. cap. 88.

* lib. 13.

* lib. 14. † Cent. 3. cap. 27.

* lib. 7. c. 29.

* lib. 14.

* lib. 7. c. 28.

* lib. 14.

* lib. 15.

& omnibus inv[illegible] teste Gulielmo Neubrigensi is, rogatus ab Heinrico I. ne episcopos ab se renunciatos repudiaret, prodiit Regi morem gessit: omnes consecravit, quotquot quidem, hoc modo a R[illegible] electi. [illegible] oblatu[illegible] [illegible] præter unicum Guilelmum Gyffordum Vintoniensem; qui consecrationem ab illo accipere abnuit.

Interfuit, unà cum Anselmo, legationi ad Romanum Pontificem Paschalem; ubi causa inter Regem & Anselmum, de sacerdotiis, transacta est: in quâ actione quosdam episcopos mendacii arguit. *Malmesburiensis.** Atque postea, à Pontifice pallio donatus, in Angliam rediit.

Morte subitaneâ, circiter annum salutis 1111. (*teste Polydoro**) extinguitur. Nam apud Suthwellam, cùm pransus in horto, juxta cubiculum, clericis propè spatiantibus, super cervicali sub dio quiesceret; lethali sopore deriguit. Corpus ejus Eboracum delatum, extra ecclesiam, sine honore sepulturæ, est traditum: *ut scribit Neubrigensis.**

T H O M A S I I.

Eodem anno successit Thomas II. Heinrici I. domesticus sacerdos. Obiit anno 1116. cùm fermè quinquennium præfuisset. *Polydorus.** Eundem, ob castitatem commendat *Neubrigensis.** Cum enim ipsi ægrotanti Medici consulerent, ut feminæ pro remedio misceretur, & amici idem vehementer urgerent; ipseque assentiri videretur: adductâ pòst decenis formæ feminâ, noluit eam attingere. Ab amicis reprehensus, respondit: *Propter salutem carnis tandem morituræ, immortale decus pudicitiæ non amittam.*

T H R U S T I N U S.

Vir animi magni, atque singularis eruditionis, Thomæ II. succedit: cujus gubernationis initium ponit *Raynulphus* annum 1111. Scripsit,

De origine Fontanensis cœnobii,	*lib. 1.*
De suo Primatu ad Calixtum,	*lib. 1.*
Contra juniorem Anselmum,	*lib. 1.*

Et alia quædam. *Balæus.**

Is cum Cantuariensi de authoritate statim digladiari cœpit: cui parère recusavit, etiam ab ipso Rege admonitus. *Raynulphus.* Consecravit nonnullos episcopos Scotos; & ante alios Gillam Aldanum, Candidæ-casæ electum episcopum.

Vocatus est paulò pòst Sarisberiam: ubi Proceres Angliæ, mandato Regis, convenerant; ut inter ipsum & Cantuariensem transigeretur. sed comparere noluit. Id ægrè ferens Heinricus I. aut parère jussit, aut episcopatu se abdicare. Quorum neutrum fecit; ut quidam existimant. Nonnulli scribunt, maluisse ipsum loco cedere, (inter quos *Raynulphus*) quam cum Cantuariensi jurisdictionis communitatem sibi esse. Verùm facti pœnitens, per Paschalem II. Regi reconciliatur, eâ conditione: ut obedientiam canonicam Cantuariensi promitteret. Quod simulatè fecit. Nam ad sedem rediens, detrectat omnino. Res defertur ad concilium Remense: ubi Papa, muneribus corruptus, pro Thrustino pronunciat. quod ut Rex ratum habeat; simul anathematis fulmen interminatur. *Raynulphus in Polychronico.** Sic igitur archiepiscopatum ad senectam usque retinuit; & semper, de suâ jurisdictione, cum Cantuariensi concertavit. Hinc illud est, quod de suo addit *Polydorus.** *Hinc cernere est jam-tum episcopos cœpisse delirare, cupiditate ac ambitione cæcos: qui non viderint, suum officium esse, spretis omnibus, quæ vulgus miratur, hominum animarum saluti tantummodo consulere.* Rediit tamen cum Rege postea in gratiam, anno 1122. ut [illegible]idam volunt, *secundum Polydorum.**

Stephanus Rex, [illegible]ens Heinricum I. curam tuendæ patriæ suo loco, illi commendavit etiam. Quâ in re morem gess[it] Regi: convocatisque regni Proceribus, pro salute patriæ tuendâ illos hortatus est, ut incursiones Scoticas depellerent. Propterea Stephanus redien[s] magnis illum extul[it] [illegible] [illegible]rus.

Senex [illegible] sponte [illegible] pontificatu se abdicavit; monachusque apud Pontem-fra[ctum] [illegible] sedit. *Polydorus.** atque circiter annum salutis 11[illegible], mortuus est: cum annis præfuisset 24. *Idem.**

H E I N R I C U S
Murdacus.

Defuncto Thrustino, quidam Gulielmus, Stephano Regi p[illegible] [pro]pinquitate junctus, eligitur. Sed Heinricus Murdacus, monachus [C]istercienfis, ambitione tumens, (cùm diceret eam [e]lectionem non carere vitio per dolum,) ab Eugenio I[II.] [archi]episcopus creatur, circiter annum Domini 1144. In administratione ejus commendatur diligentia.

Consecravit Johannem Optatum, episcopum Orcadum insularum: qui illi obedientiam, secundum præsc[r]iptam formulam, promisit. Præfuit annis circiter [illegible] Obiit igitur anno 1151. *Polyd.*

G U I L H E I M U S.

Is, de quo antè diximus, Gulielmus, passus repulsam, post mortem Eugenii III. & Heinrici Murdaci, altera vice archiepiscopus designatur. Romam igitur pergit, ut ab Anastasio IV. ratificationem impetraret. Successit negotium: atque ità archiepiscopus creatur, & pallio donatur. Reverso in Angliam, tantus ab omnibus honos exhibitus est: ut, quacunque pergeret, magno numero homines confluerent. Cumque Eboracum peteret; & jam pontem, qui in flumine est, quod Hayream appellant, superâsset: tantâ hominum catervâ ipsum subsecuta est, ut pons, qui ligneus erat, suis dissolveretur compagibus; magnaque pars eorum in fluentem provolveretur. Quod ubi cognovit Guilhelmus: (nam clamorem jam-jam morientium audivit) sublatis in cœlum oculis atque manibus, Deum pro intereuntium salute precatus est. quibus ità celeriter, jam cum morte luctantibus in undis, auxilium divinum adtulisse fertur; ut ne unus quidem eorum perierit.

Non multò pòst, eodem anno, quo creatus pontifex, moritur; inter ipsa sacra venenum, à Diacono propinatum (ut fertur) ex calice hauriens, anno 1154. Negat tamen id constanter *Neubrigensis.** Post mortem pro sancto colitur. *Balæus.* †*Polydor.**

R O G E R I U S.

Post Wilhelmi obitum, Rogerius, doctus & literatus, autoritate Concilii Lundoniensis, cui & Stephanus Rex interfuit, creatur Eboracensis episcopus. Sed avaritiæ totus deditus, de animarum salute (*ut ait Neubrigensis*) minùs fuit solicitus. Heinricum II. 17. annorum adolescentem, adhuc vivente patre, qui ipsum regni consortem adsciverat, unxit in regem, Londini, 17. Calend. Julii, anno 117[illegible] coronamque ei imposuit. Solebat quidem id munus obire Cantuariensis, sed quia ille tùm exulabat, Regi id mandanti obtemperavit. Quâ de re cùm conquereretur Thomas Cantuariensis apud Alexandrum: huic Rogerio sacrarum rerum administratione interdicitur. *Polydor.**

Autor cum aliis nonnullis esse scribitur cædis Thomæ: quòd Regis animum criminando adversùs illum exasperaverit. *Polydorus.** Cum Richardo Cantuariensi, de primatu digladiatus est. In-primis cumulandis thesauris intentus, reditus episcopales majorem in modum auxit: ita ut fermè Cantuariensi adæquaretur. *Continuator Sigeberti.* Pueros, sub ferulâ agentes, ad sacra officia, & quidem amplissima, promovit. Tondendis magis, quàm pascendis ovibus, intentus fuit, & erga pauperes durus. *Neubrig.**

Ejus tempore, ab Hugone, Legato pontificio, episcopis Eboracensibus jus in Scotos episcopos restitutum est. Quandoquidem Romani Pontifices indè ab initio sanxerant, Eboracensem antistitem, totius Scotiæ, atque Orcadum cæterarumque insularum, primatem. Obiit circiter annum Domini 1181. cum præfuisset annos 27. *Polydorus.**

G A U F R E D U S.

Post obitum Rogerii, illa sedes vacavit annis [illegible] cujus tamen vectigalia, n[illegible] [illegible]rent[illegible] [illegible] [illegible]bat *ut testatur Neubrigensis.* Q[u]ibu[s] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [He]nrici [illegible] ius noth[us] ex conc[ub]inâ susceptus, frater Ricardi, designatur Eboracensis, ut ait quorundam, archiepiscopus præter Ricar[di] voluntatem; circa annum salutis 118[illegible] quem tamen auro tandem placat. *Neubrig.** *Polydor.* Sed pòst ite[rum] in gratiâ e[x]cidit. Nam ipsum, è sacro loco extractum carceri mancipavit. Verùm non-multò pòst i[te]rum, intercedenti-

bus quibusdam episcopis suamque [illegible] interpo- nentibus, dimittitur. *Idem.*

Cumque, post obitum Ricardi, Johannes fratrum alter, ad regni gubernacula accessisset seque voluptatibus dedere, & totus expilandis subditorum facultatibus incumbere: admonetur a Ganfredo. Verùm tantum abfuit, ut æquo ipsum audiverit animo: ut quoque [illegible] & ab se legârit, nec ullo obsequio placari atque leniri potuerit, ut anno duodecimum mentem in gratiam reciperet. Tantum vero [illegible] fratris improbitas dolorem attulit: ut cum aliis quibusdam in Gallias proficisceretur: & dolore animi confectus, ad extremum succumberet, circiter annum 121.. cum præfuisset fermè annos 14. *Polydorus.*

STCARUS.

Eboracensis sacerdos, qui vatidicum spiritum habuisse dicitur, cum Malachias iter Romam faceret per Eboracum, dixisse fertur, hic est, de quo dixeram; quia de Hiberniâ tandem venturus iter, qui scit cogitationes hominum.

Prædixit etiam, paucos ex sociis Malachiæ in Hiberniâ redituros, quod postea probavit eventus. Nam passim alii, qui relicti sunt, qui monasticos ritus adduceerent.

ALPHREDUS.

Beverlacensis sacerdos, & ejus collegii thesaurarius, claruit anno 1136. Is ubi Cantabrigiæ præclaram, in bonis literis addiscendis, operam navâsset, Historicus, Philosophus, & Theologus præclarus evasit: ità quidem, ut ad ipsum, studiorum causâ, multi Eboracum confluerent. Scripta, quæ extant, hæc sunt:

Deflorationes Galfridi,	lib. 1.
De Gestis Regum Angliæ,	lib. 1.
De Gestis Regum Britanniæ,	lib. 1.
Historia amplior,	lib. 1.
Vita D. Johannis archiepiscopi,	lib. 1.

& alia quædam. Beverlaci tandem sepultus est. *Balæus.*

PETRUS RIPPONENSIS.

Canonicus secularis eloquens & eruditus; sed admodum præterea superstitiosus: circa annum 1190. claruit. Scripsit, Galfridi archiepiscopi Eboracensis rogatu,

W[illegible] vitam,	lib. 1.
Miracula ejusdem,	lib. 1.

& alia quædam. *Balæus.*

III. LONDINENSES.

MAURICIUS.

Præfuit isti sedi Mauricius quidam, circa annum 1101. Is Heinricum I. in æde Westmonasteriensi consecravit; ejusque capiti coronam imposuit. *Polydorus.*

GILBERTUS FOLIOTH.

Lyceftriensis cœnobii Canonicorum regularium Abbas fuit, postea episcopus Herefordensis, denique Londinensis. Is Regi Heinrico persuasit, ut clerum sibi haberet subjectum. Et quia multæ à clericis cædes tum fiebant: consilium dedit, ut, posthabito charactere & unctionis oleo, capitalibus afficerentur suppliciis, æquè ut laici. Scripta ejus hos circumferunt titulos:

Pro causâ Heinrici Regis,	lib. 1.
Super excommunione mandati,	lib. 1.
In Cantica canticorum,	lib. 6.
Opus epistolarum,	lib. 1.
Invectivam in Archiepiscopum,	lib. 1.
De superbâ elatione ejusdem,	lib. 1.

atque alia plura. Præfuit episcopatui annos 13. menses 10. diebus 17. Obiit anno 1187.

In novissimo vitæ articulo, sceleratus ille Thomas Becketus, hunc à se excommunicatum relaxare noluit.

IV. VINTONIENSES.

GULIELMUS GYFFARDUS.

Circiter annum 1101. Vintoniensi episcopatui præficitur, ab Heinrico I. At cùm a Gerardo Eboracensi consecrari nollet, facultatibus privatus, [illegible]tur. Non multo post, suam causam egit coram Paschali II. Pontifice, unà cum Anselmo Cantuariensi, & Gerardo Eboracensi. *Polydorus.*

HEINRICUS.

Nepos Regis Stephani Comitis Blesensium filius, Glastoniensis abbas, Vintoniensis episcopus creator, circiter annum [illegible], propter singularem bonitatem & modestiam, Britannis semper fuit acceptissimus. *Polydor.* Cardinalis & [illegible] supra modum, *teste Neubrigensi.* Fratri Stephano non exiguam navavit operam, ut illud regnum adipisceretur.

Postea, ubi ira Mathildis in Angliâ passim fervescerent, sibique ille nonnihil ab eâ metueret: arces omnes suæ diœcesis, quas ad Walthamum & Farnanũ pagos condiderat, valido firmat præsidio, seseque in arcem Vintoniensem recipit, spectaturus, quorsum mulieris furor evaderet. In illâ arce, non multò post, obsidetur à Reginâ, & Davide Rege Scotorum, non nullisque aliis. In hac rerum inclinatâ fortunâ, summam præstitit constantiam. *Polydorus.*

RICARDUS.

Successorem habuit Ricardum, hominem bene-literatum, archidiaconum Pictavensem, ab Heinrico Rege Angliæ, & duobus Romanæ curiæ Legatis, electum, anno 1174. *Continuator Sigeberti, Polydorus.*

HEINRICUS alius.

Interfuit, anno 1155. coronationi Heinrici II. Regis Angliæ. Sequenti anno, clàm Angliæ valedixit; præmisso thesauro suo ad abbatem Cluniacensem. Factus postea abbas Glastoniensis est. Obiit anno 1172. cùm priùs visu privatus esset. *Continuator Sigeberti.*

HEINRICUS alius.

Heinricus de Soliaco, aliàs Blesensis, Heinrici Regis ex Adelâ nepos, & Ricardi filii consanguineus, Glastoniensis cœnobii præses, tandem Vintoniensis episcopus designatus, claruit anno 1190. Is, jussu Heinrici Regis, in Avaloniæ cœmeterio, Arthuri, Britannorum Regis, corpus quæsivit. Scripsit multa, tam prosâ, quàm carmine: inter alia, *De inventione corporis Arthuri,* lib. 1. adjutore Gerardo Puellâ. *Balæus.*

ALDREDUS VIGORNIENSIS.

Creatur Vigorniensis episcopus, circiter annum salutis humanæ 1179. Is Gloceftriæ monachorum exstruxit cœnobium, Ordinis D. Benedicti; idque dedicavit apostolis Petro & Paulo. *Polydorus.*

V. ROTHOMAGENSES.

HUGO.

Rothomagensis archiepiscopus, vir literatus, & benignus in pauperes, præficitur anno 1135. Eum, ut doctum, religiosum, Cluniacensibus faventem, commendat *Petrus Cluniacensis:* qui Priorem & Abbatem aliquamdiu egerat, donec ad archiepiscopatum adscenderet: qui nunquam passus sit vim fieri clericis, & ejus farinæ hominibus. Obiit anno 1165. cùm fermè 30. annis præfuisset. *Contin. Sigeberti.*

PETRUS BLESENSIS.

Ex parentibus, nobilitate generis conspicuis, minoris Britanniæ, vel Galliæ natus fuit. Is Bononiæ primùm Jurisprudentiæ operam dedit: quam tamen facultatem postea deseruit; totum se se studio Theologiæ mancipans, Parisiis. Medicinæ & Philosophiæ ignarus non fuit. Historiarum, & veterum quidem, mediocrem habuit cognitionem, ut ex ejus epistolis apparet: in quibus Galenum, Hippocratem, Pompejum Trogum, Portunianum, Socratem, Aristotelem, atque Herodotum, citat.

Præceptor Guilhelmi II. Regis Siciliæ, adhuc pueri, fuit. *Epist. 61.*

Præpositus Carnotensis fuit aliquamdiu: quam præposituram, ut suam, sibi solitus est vendicare. *Epist. 74.*

Archidiaconatũ Bathoniensem primùm, deinde Londinensem, & postremò etiam Cantuariensem, adeptus est. Medicum & Cancellariũ Cantuariẽsis archiepiscopi agẽs. Ac licèt Neapolitanam archiepiscopatum, & Bossensem etiam, semel atque iterum ipsi oblatos, recusârit suscipere, volens latitare potiùs, quàm periculosis & laboriosis præfici functionibus (*ut ex Epist. 61. constat*) tamen Rothomagi archiepiscopum tandem egit *ut patet ex Epist. 20.*

Assentator non fuit, sed Principum, Prælatorum Re- gum,

gioforum, & privatorum etiam, peccata graviter arguit. *Epist.20.* Regis filium, patri se opponentem, graviter monet, ut à proposito desistat. Amicum quendam, factum Officialem, hortatur, ut protinus isti muneri renunciet. *Epist.14.* Alium quempiam, qui ex disputatore in potatorem degeneraverat, objurgat. *Epist.6.* Quam ob causam *Balaus** his ipsum extollit laudibus: *Non fuit assentator gnathonicus, sed testis & praeco veridicus. Praelatorum ac Principum vitia modestè redarguere non metuens.*

* Cent. 13.

Promovit sedulò monasticen. *Epist.33.* pluribus verbis cuidam Moniali suadet, ut perseveret in proposito: pessimè applicans dictum Psalmi 45. * *Audi filia, obliviscere domum patris tui.*

* vers. 11.

Pessimè sensit de Conjugio; vocans laqueum inextricabilem, & ignominiosam servitutem. Quam etiam ob causam, in amicum quendam protervè debacchatur; quòd illud vitae genus fuerat amplexus: recitans conjugii incommoda. *Epist.41.*

Inter primos fuit, qui ecclesiam Blesensem restituit. *Epist 57.*

Inimicis atque obtrectatoribus nō caruit: qui ut in contemtum ipsum adducerent; patrem ejus mortuum etiam sunt falsò criminati. *Epist 74.*

Inter reliquos familiares, quos habuit, praecipuus fuit Johannes Carnotensis episcopus.

Scripsit:

De Amicitiâ Christianâ, lib.1.
De Poenitentiâ salutari, lib.1.
De accelerando Passagio, lib.1.
De qualitate Poenitentiae, lib.1.
Sermones de Jejunio, lib.1.
De Sapientiae studio, lib.1.
Contra Depravatorem, lib.1.
Exhortationes ad Abbatem, lib.2.
De officio Episcopi, lib.1.
De praestigiis Fortunae, lib.2.
De periculo Praelatorum, lib.1.
De vitâ Clericorum curialium, lib.1.
Epistolarum numero 194. lib.1.
De Synodis celebrandis, lib.1.
Canonem episcopalem, lib.1.
Vitam patientis Job, lib.1.
Vitam Wilfridi archiepiscopi, lib.1.
Vitam Guthlaci confessoris, lib.1.
Dialogum Regis & Abbatis, lib.1.
De peregrinatione Hierusalem, lib.1.
Sermones in festis diebus, lib.1.
De Conversione D.Pauli. lib.1.
De Transfiguratione Domini, lib.1.
De Assertione fidei, lib.1.
Testimonia Fidei Catholicae, lib.1.
De Judaeorum perfidiâ, lib.1.
Manipulum florum, lib.1.
Acta Henrici 2. lib.1
Piarum exhortationum. lib.1.

Et alios adhuc tractatus plures composuit.

Batthoniae tandem sepultus est. *Balaus.**

* Cent.13.c.31.

ROTRODUS.

Cùm per biennium Ebroicensem egisset episcopum; Rothomagum, ad altiorem dignitatis gradum, commigrare jubetur. Fuit autem homo superstitionum plenus. Nam levationem corporis S. Firmati, anno 1157. adjuvit; & Beccensem dedicavit ecclesiam. Eo etiam in legatione usus est Heinricus, Anglorum Rex, in Normanniam: ut per episcopatus, de regalibus reditibus & consuetudinibus, ad Regem & Barones pertinentibus, inquireret. Obiit anno 1182. *Sigeberti Continuator.*

GUALTERUS.

Gualterus de Constantiis, genere Britannus, ortus ex regia stirpe, parentibus Maddano & Guendolenâ; primùm archidiaconus Oxoniensis, deinde Lincolniēsis episcopus fit, anno 1183. & tandem, sequenti anno, Rothomagensis archiepiscopus. Is, unà cum Ludovico Franciae Rege, apud Heinricum II. intercessit, & perfecit etiam ut Thomas Becketus Cantuariensis in gratiam reciperetur. Ac Heinricum Regem juniorem, unà cum uxore Margaritâ, Vintoniae coronavit. *Polydorus Vergilius.** Abbatiam S. Elisii junxit abbatiae de Voto, consensu Regis. Itèm transtulit M. Guilhelmum Hubaudum, abbatem Grestensem, ad abbatiam S. Martini Pontisare.

* lib.13.

Comitatus est Ricardum Regem versùs Palaestinam: sed ex Sicilia jussu Regis revertitur: & Cancellarius loco Guilhelmi Langeshampii, cōstituitur. Johannem, fratrem Ricardi, principatu Normanniae insignivit.

Scripsit:

Super negotiis Juris, lib.1.
Epistolas ad diversos, lib.1.
Ad Raynulphum de Diceto, lib 1.
Ad Hugonem Dunelmensem, epist.1.
De Peregrinatione Ricardi, lib 1.

Aliaque plura. *Balaus.**

* Cent. 3. c. 41.

De hujus episcopi ambitione audi *Neubrigensem:** *Post modicum, electus ad episcopatum Rothomagensem, forma venustiori blādiente illecebrâ, nova nupta* (Lincolniensis ecclesiae) *valedixit. Inquâ re pensandum est, quanti sit momenti ambitus excellentia, quantumq́, in homine pecuniae etiam cupidissimo, superet amorem pecuniae. Satis quippe notum est, quod, quantum Rothomagensis ecclesia Lincolniensi praeeminet majoritate dignitatis: tātum etiam cedit illi in temporalibus commodis. Homo tamen, qui Lincolniensem episcopatum, propter amplissima commoda, multùm ambierat; maluit, eo relicto, ad minores divitias ascendere superiùs; quam, eo retento, cum majoribus divitiis sedere inferiùs. Et quidem diu haesitasse dicitur, utrùm eminentior an ditior esse, eligeret, scrupulosè secum deliberans: sed tandem ambitio loci celsioris, de amore commodi largioris triumphavit.*

* lib. 5. c. 8.

VI. SALISBERIENSES.

ROGERIUS.

Quem Heinricus Rex ob prudentiam ità dilexit; ut à secretis ipsum haberet: primùm Cancellarius, deinde Episcopus constitutus est à Rege; eique administrationē totius regni commendavit, quoties vel absuit, vel moraretur in Normanniâ. quam provinciam, ut duram, non nisi de aliorum consilio, ut Anselmi, Radulphi, Guilhelmi, in se recipere voluit: in quà talem se praebuit, ut ab invidorum etiam livore esset immunis. Antequam secularia tractaret; manè prima cura fuit religio. Maximis impensis aedificia exstruxit; praesertim Salisberiensem ecclesiam. *Malmesburiensis.** In suspicionem apud Stephanum Regem venit, quasi rebellionem moliretur: cùm praesertim arces munitissimas exstruxisset binas: alteram, ad Schirburnum pagum; alteram opere magnificam, apud vicum, qui Visis dicitur. *Polydorus.** Sed cùm aliquando ad Stephanum venisset, comitante eum Alexandro Lincolniēsi, nepote suo: ipse hilari fronte exceptos, mox, tanquam personas vilissimas, atrocium injuriarum reas, carceribus inclusit, pecuniis castellisque exuit. Sicque dignas suo perjurio poenas luit. Fidem enim Mathildi dederat, jubente id Rege Heinrico; imò ipse reliquis juraturis voce praeierat: sed pòst, Stephano sceptra arripienti, se adjunxit, ejusque partes strenuè juvit. Tandem in amentiam versus, vitam longo tempore splendidissimam, infelicissimo fine conclusit episcopus: cujus opera (*ut Neubrigensis** *utamur verbis*) nunquam episcopalia fuerunt.

* lib. 5. c. 11.
* lib. 18.
* lib. 1. c. 6.

JOSCELINUS.

Circiter annum 117 . praefuit. Huic Alexander III. administrationem sacrorum interdixit: quòd non solùm coronationi Heinrici filii majoris natu, quem Heinricus II. pater consortē regni elegerat, interfuisset; sed praefuisset etiam. Restituto Thomâ, ipsum adit Joscelinus, tanquā Pōtificis Romani legatum: & petit, ut ejus permissu, suo officio sibi fungi liceret. Cui quidē (ut fertur) veniā & absolutionem non negavit, modò polliceretur, se ipsius judicio staturum: quod ille facere recusavit. Quamvis hic sententiae variant. Nam quidam ferunt, statim hunc pronuntiatum impium a Thomâ, cùm in Angliam rediret: quidam verò, tantùm ipsi publicè administratione sacrorum interdictum. *Polydorus.**

* lib 19.

ROBERTUS.

Robertus de Bello-foro, Sarisberiensis ecclesiæ Canonicus secularis, vir literarum, & Philosophiç studiosissimus, quo nomine & magisterii gradum consecutus est, floruit anno 1190. Is ubi in Angliâ in bonis literis laudabiliter profecit, usus que fuisset familiaribus, Sylvestro Giraldo Cambrensi, & Gualtero Mapes, viris doctrinâ præstantibus: ipse scripsit, (teste Baleo*)

*Cent. 3. c. 36.

Encomium Topographia, lib. 1.
Manitam salutis, lib. 1.

VII. LINCOLNIENSES.

ALEXANDER.

Lincolniensis antistes, nepos Stephani Regis ex fratre, homo latissimi cordis, apud Regem in suspicionem rebellionis venit: quòd diversis in locis multas exædificasset arces. Nam & magnæ fuit authoritatis, & potentiæ. A Rege itaque captus; & carceris squalore, ad resignandos arces, coactus est: *ut refert Gulielmus Neubrigensis. Polydorus.**

*lib. 13.

GAUFREDUS.

Heinrici II. ex concubinâ filius nothus, circiter annum salutis 1178. ipsius Regis & Romanorum Legatorum operâ, eundem episcopatum, jam penè à patre Rege exhaustum, (nam annos ferè decem & septem gubernatore caruerat) adipiscitur. Sed ille adolescens, postquam aliquamdiu, quæ supererant bona, dilapidâsset, neglecto interim suo munere, eam sedem vacuam fisco rursus reliquit, anno 1181. *Polydorus.** *Continuator Sigeberti* refert, ipsum pòst patris sui factum Cancellarium, amplissimos habuisse in Angliâ, Normanniâ, & Andegaviâ, reditus.

*lib. 13.

HUGO.

Carthusianus, præfectus Vithamii cœnobii, anno Domini 1183. Lincolniensem episcopatum gubernandum suscepit, Andegavis in præsentiâ Regis consecratus, à Ricardo Cantuariensi, anno 1176. *Sigeberti Continuator.* Is, pro suo munere, Heinricum II. subindè monebat, ne potestate suâ abuteretur ad peccandi licentiam. Juvit restitutionem sceleratissimorum monachorum Conventriæ; quos Hugo Novantus, ob vitæ turpitudinem, exauthoraverat. *Balæus.** Obiit anno humanæ salutis 1207. Miracula, & in vitâ, & post mortem, edere dicitur: & in numerum Divorum relatus est. Corpus ejus Lincolniæ, in æde primariâ, reverenter reservatur.

*Cla. 13. c. 31.

Sed libet adscribere *ex Polydoro,** de ejus origine, vitâ austeriore, & ratione gubernationis. Hugo, homo Gallus fuit Gratianopoli natus, vir acri ingenio, divinarum rerum ac humanarum disciplinâ mirabiliter excellens, usque à puero. se in optimo degendæ vitæ instituto exercuit: id quoadeò profecit; ut primus Canonicus (prout vulgus vocat) regularis sit factus, hortante patre, qui se in eum ordinem post obitum uxoris, ex quâ hunc puerum susceperat, antè adscripserat. Deinde, majoris abstinentiæ durioris que vitæ cupidus, Carthusianus monachus efficitur. in quo ordine non modò ad unguem omnia, quę aliis aspera videbantur, servavit & pertulit: sed supra fidê vigilias longiores obibat, frequentiùs abstinebat, vitam denique duriorem agebat. Quo factum est, ut ejus sanctitatis nomen, apud omnes longè celeberrimum, ita Heinricum II. Regem Angliæ moverit: ut ad eum, ex Gratianopolitano cœnobio in Angliam accersitum, miserit Reginaldum Bathoniensem episcopum. qui postquam in Angliam venit, cœnobio Vithamio, monachorum Carthusianorum, Uuellensis diœceseos, præficitur: atque non multò pòst, Lincolniensis episcopus creatur. Tum sanctissimo sacerdotio Hugo præditus, majorem integritatem, majorem constantiam in rebus agendis, præ se tulit. quippe qui nihil in se habens, quod non virtute constaret, atque a mortalibus summâ laude efferretur, non blandiebatur Principi; non favore, non gratiâ cujusquam, a recto flectebatur; non denique minis aut armis a rectâ sententiâ deducebatur: adeò ut, cum Magistratus quempiam sacris initiatum graviter mulctabant, mulctabant autê quotidie, quòd in regiis vivariis, aut saltibus, feras venando occidissent) nequaquam vereretur, eos à cœtu Christianorum, sub authoritate ejicere. Quod cùm ei culpæ assignaretur, quòd contrà ageret, quam jus patrium foret; cum ut acerrimus justi æquique conservator: non se rescindere vi-lareve legem; sed servare tantummodò, respondens, nihil ab incepto desistebat. Quin-etiam tributa, cum à Ricardo, tum Johanne indicta, detestabatur: constanterq; ac palam pernegabat, se imperatâ pecuniam, pro impio bello, simultatum in causâ inter Principes Christianos gerendo, soluturum. Quare ità usu sæpe veniebat; ut pecuniarũ exactores, Regibus jubentibus, in Hugonis bona invaderent: & ille eos religionis cõtemptores publicè denuntiaret, exsecraretur que, sacris vetusto more interdicendo. Quod equidê pro supplicio non-immodico haberi cœptum est. enimverò, cùm illis, quibus ab Hugone sacra interdicta essent, cuncta deinceps multò pessimè caderent, atque illud vulgò observaretur: tanto timore cæteri affecti sunt; ut nullus etiam deinde, jubente Rege, auderet aut Hugonem, vel ejus res, tangere. Quid? quòd, ubi ipse audiebat, Regem ob id-ipsum sibi vehementiùs succensere; quia scilicet tributa solvere negâsset, vel ejus quæstores impiorum numero habendos denuntiando deterruisset: tantâ tum modestiâ, tum animi constantiâ, pariterque gravitate, Principem ipsum tractabat, simul bene monendo, simul coarguendo, quandoque blanda asperis, quandoque jocosa seriis verba miscendo: ut facilè iratum ejus animum leniret; ab iracundiâque ad risum & hilaritatem flecteret. qui ejusmodi venerandæ virtutis periculum, non cum uno duntaxat Rege; sed cum Heinrico, & ejus filiis, Ricardo & Johanne, in quorum tempora inciderat, bonus antistes fecit.

HEINRICUS.

Huntingtonensis cujusdam Nicolai filius, Lincolniensis Canonicus, floruit anno salutis 1148. Juvenis, versibus conscribendis, & prosâ oratione se exercuit, sub Albino Andegavio, quem præceptorem suum vocare solitus est. Deinde ab Alexandro, Lincolniensi episcopo, archidiaconus constituitur. Quæ scripsit, hæc recensentur *apud Balæum:**

*Cent. 2. c. 82.

Historiam rerum Anglicarum, lib. 1.
Historiam breviorem, lib. 1.
Seriem Regum Orbis, lib. 1.
Seriem Regum Britanniæ, lib. 1.
De Imagine Mundi, lib. 1.
De Appetitu Mundi, lib. 1.
De Contemtu Mundi, lib. 1.
De Sanctis Angliæ, lib. 1.
Super Beati immaculati, lib. 1.
De Summitatibus rerum, lib. 8.
De Origine rerum Britanniæ, lib. 1.
Prosecutiones Bedæ, lib. 1.
Ad consortem Gualterum, lib. 1.
Epigrammatum, lib. 8.
Lusus amatorios, lib. 8.
De Herbis, aromatibus, & gemmis, lib. 2.
De Ponderibus & mensuris, lib. 2.
De Lege Domini, ad Petroburgenses, lib. 1.
Laudes Alphredi & Elfledæ, lib. 1.
Carmina diversi generis, lib. 1.
Epistolas ad diversos, lib. 1.

atque alia.

VIII. BATHONIENSES.

RADULPHUS.

Longobardus, archidiaconus Salesberiensis, eligitur ab Heinrico II. & duobus Romanis Legatis, episcopus Bathoniensis, anno 1174. sed non est consecratus. *Continuator Sigeberti.*

ROBERTUS.

Præfuit circiter annum Domini 1179. homo literatus, divinarum atque humanarum rerum gnarus. *Polyd.**

*lib.

REINALDUS.

Bathoniensis episcopus, interfuit dedicationi ecclesię S. Mariæ de Voto, anno 1181. *Continuatar Sigeberti.*

V. EXONIENSES.

GUILHELMUS.

Missus una cum aliis Legatus, ab Angliæ Rege, ad Pa-

halem. ubi quorumque episcoporum errata, tanquam falsa, reprehendit. Postea factus est Exoniensis episcopus. *Malmesburiensis.*

BARTHOLOMAEUS.

Exoniensis episcopus, inter tutores Henrici junioris, Angliae [illegible] anno [illegible]. Obiit 1185. *Contin. Sigeb.*

GUALTERUS.

Calenius, archidiaconus Exoniensis doctus, & diligens antiquitatum indagator, floruit anno 1120. Is eleganti sermone tanquam orator, composuit:

Auctarium, lib. 1.

Gesta sui temporis, lib. 1.

atque alia plura. Noonulli scribunt post annos [illegible] & constitutum Excestriensium episcopum. *Balaeus.*

X. EBROICENSES.

EGIDIUS.

Rothomagensis archidiaconus, Ebroicensis factus episcopus, anno 1171. ex superstitione. Dedicavit ecclesiam Becci. *Continuator Sigeberti.* Obiit anno 1180.

JOHANNES.

Filius Lucae Regis, clericus, Ebroicensis fit episcopus, anno 1181. *Cont. Sigeb.*

XI. CICESTRENSES.

JOHANNES.

Episcopus Cicestrensis, obiit anno 1181. Cui SEFRIDUS, ejusdem ecclesiae Canonicus successit. *Cont. Sigeb.*

GERVASIUS.

Patriâ Cicestrensis, claruit anno 1160. [illegible] juventute, bonis literis & eloquentiae incubuit. Scholas eo quidem tempore celebriores, maxime Parisiensem, adiit. Thomae Becketo in-primis fuit charus, propter eruditionem. Libros Sacrarum literarum plurimos, non solum publicis scholis [illegible] sed in templis conciones ad populum habere solitus est. Tandem Presbyter scripsit,

De sacerdotalis ordinis institutione, lib. 1.

In Malachiam Commentarios, lib. 1.

In Psalmos Davidis, lib. 1.

Homilias aliquot, lib. 1.

atque alia plura. *Balaeus.*

XII. LEXOVIENSES.

ARNULPHUS.

Lexoviensi praefuit episcopatui, totis 40. annis: quod tempus, magnâ ex parte, aedificando ecclesias & domos, trivit. Interfuit etiam unctioni Heinrici, Anglorum Regis, anno 1155. Tandem renuntians muneri, privatus vixit Parisiis, apud S. Victorem. *Cont. Sigeb.*

RADULPHUS.

De Vana-villâ, Rothomagensis Archidiaconus, & Cancellarius Regis, fit Lexoviensis episcopus, anno 1181. *Idem.*

XIII. ELYENSES.

RICARDUS, & HEINRICUS.

Ricardus abbas monasterii, Ordinis Benedictini, longè opulentissimi, primus autor fuit, dignitate & honores superbè captans, constituendi Elyensem episcopatum, anno 1111. quod Paschalis II. postea ratum habuit. Sed cùm ea omnia ex sententiâ jam perfecisset; non multò pòst moritur. At Heinricus, Bangorensis antea antistes, primus Elyensis episcopus creatus est. anno 1111. *Polydorus.*

NIGELLUS.

Obiit anno 1171. *Contin. Sigeberti.*

GAUFRIDUS.

Gaufridus Lidel, archidiaconus Cantuariensis, à Rege Heinrico II. & duobus Legatis Romani Pontificis, creatus est in episcopum Elyensem, anno 1174. sed non consecratus. *Sigeb. Contin.*

GUILHELMUS.

Hunc deinceps Guilhelmus Langeshampe, circiter annum salutis 1189. quem Ricardus I. Cancellarium fecit, homo impiger, verum [illegible] & potentiae, honoris, divitiarumque cupidus [illegible] *Polydor.* Eum Rex, occupatus bello Hierosolymitano, [illegible] rerum praefecit. [illegible] is, non rectorem; sed tyrannum mòdo mùs custodem; sed [illegible] rem, [illegible] hos ex

Conventi [illegible] legio [illegible]. Non multò pòst [illegible] tem, à Rege omnia administratione [illegible] fuitur. Ex[illegible] tantur ipsam [illegible] habito concilio etiam exteri episcopi: quod Gaufridum [illegible] oratorem mancipari [illegible] ubi [illegible] adornat fugam [illegible] hoc secretum non potuit [illegible] omnibusque contemtus in [illegible] conjicitur. Arcem quam tetinebat reddere coactus est: atque ità [illegible] omnibus fortunis proscriptus [illegible] Normanniam unde oriundus [illegible] atque apud Celestinum III. Papam, & Ricardum Regem per literas de acceptâ injuriâ [illegible] obsequio, & largitione, gratiam ab Elonorâ [illegible] summo studio inire n[illegible] tantumque perfecit, ut tota Anglia passim seditionibus laboraret. *Polydorus.*

GALFRIDUS.

Cognomento Arthurus, quòd de Arthuro Britannorum Rege m[illegible] scripserat, Monemutensis ac [illegible] Elvensis episcopus, claruit circa annum Domini 1152. Nonnulla in Latinum sermonem transtulit; nonnulla propriâ Marte conscripsit, vel prosâ, vel carmine. Transtulit sequentia:

Britannorum historiam, lib. 8.

Praedictiones Ambrosii Merlini, lib. 1.

De Exilio Ecclesiasticorum, lib. 1.

Sequentia prosâ & carmine composuit:

In fragmentum Gildae, lib. 1.

De Corpore & sanguine Domini, lib. 1.

Vitam Merlini Caledonii, lib. 1.

Commentarios in Merlinianorum prophetias, lib. 1.

Arthuri Regis gesta, lib. 1.

Ad Guilhelmum Oxoniensem, lib. 1.

Item [illegible] genere carminum, lib. 1.

& alia nonnulla. *Balaeus.*

XIV. HEREFORDENSES.

ROBERTUS.

Robertus [illegible] olim [illegible] Melundinensis, à loco suorû [illegible] Anglus & Gallis bonam in [illegible] posteâ [illegible] Heinrici [illegible] Romana curia, & Thomae Becket [illegible] episcopus [illegible] 1164. [illegible] opus,

De Sacramentis antiquaegis, lib. 1.

Conciones aliquot, lib. 1.

& alia quaedam. *Balaeus.* Obiit anno 1171. *Continuator Sigeberti.*

XV. ROFFENSES.

GALTERUS.

Interfuit unctioni utriusque Heinrici, patris & filii, anno 1155.

WALTERANUS.

Roffensis episcopus, & Capellanus archiepiscopi Cantuariensi, obiit anno 1184.

GISELBERTUS.

Archidiaconus Lexoviensis successit Walterano. *Cont. Sigeberti.*

XVI. DUNELMENSES.

RANULPHUS.

Ranulphus Dunelmensis episcopus, quaedam monachorum coenobia exstruxit: corpus beati Cutberti de tumbâ levavit, & conspiciendum cunctis praebuit. *Malmesburiensis.* Is ab Heinrico I. circiter annum Domini 1100 in carcerem conjectus: quòd, Guilhelmo Rufo defuncto, Regni [illegible] tutor autorque [illegible] coenobia, & [illegible] sacerdotum [illegible] Sed non multò pòst, clam [illegible] *Polydor.*

RADULPHUS.

A[illegible] no Eboracensi [illegible] dinatio, quem in suâ absentia [illegible] summae rerum praefecerat irrupti [illegible] facientibus Scotis in Angliam, ad exercitum [illegible] ad fortitudinem pariter omnes hortetur. Quod his [illegible] verbis [illegible] *amici, nobilissimi Angliaque, Normannis, video vos satis animorum habere ad hostes repellendos, tamen [illegible] resistendum fuerit, atque casu [illegible]*

vicem patria dolens, cujus vos incommodu mederi cupio, pauca verba faciam: non quòd horter, ut cuiquam injuriam faciatis, sed atq; adeò, ut vobis facientes depellatis. Igitur scitote, vos cum hoste esse pugnaturos. quem sapius vicistis, quem sapius perjurus maculis notatum panis affecistis. quem denique, ritu latronis truculentissime in omne genus nostrum furentem, templa spoliantem, bona nostra rapientem se-se fuga mandare, nuper coegistis. In hunc igitur pro tot criminibus puniendum, vos immittite, fortiq; cum animo finibus prohibete. nam, ut video, victoriam in manu tenetis Certe juvabit Deus, qui diutiùs hujusce populi peccata tolerare non potest. Quapropter, qui perdiderit animam in hoc justo bello, haud-dubiè (sicut Servator docet) inveniet. Polydorus.*

(* lib. 12.)

H U G O.

Post Guilhelmum de S. Barbarâ, quem religiosum virum vocat *Neubrigensis*, Hugo, homo indoctus, avarus, & ambitiosus, Dunelmensi episcopatui præest. Erat autem Stephani Regis propinquus. Ejus electioni vehementer adversabatur Heinricus Eboracensis, ad quem consecrandi Dunelmensem spectabat: tum propter ætatem immaturâ, tum minùs-probatam morum gravitatem. Nam ex diversis matribus, dum Eboraci thesaurariū adhuc ageret, tres spurios procreaverat. Romam ainé profectus, ab Anastasio consecratur. *Neubrigensis.* * Ejus deinde fortunas Ricardus I. spoliat; & Comitem Northūbriæ facit. Quâ de re cùm postea episcopus gaudio exultaret, Rex hoc modo jocari solitus est: *Magnus ego nimium artifex! veteranum enim Episcopum feci novitium Comitem.* Ricardus postea, profecturus in Syriam, eum præfecit isti parti Angliæ, quæ ad Scotiam pertinet; additis coadjutoribus, Hugone, Radulpho, & Guilhelmo Brunello, viris spectatissimis. *Polydorus.* * & *Neubrigensis,* * qui annis 42. eum episcopum egisse scribit. Obiit anno 1195. ætatis verò 70. *Neubrig.*

(* lib 1. c. 26. & l. 3 c. 8. 9) (* lib 14.) (* lib. 4. c. 5)

XVII. CARLIOLENSES.

A R N U L P H U S.

Heinricus I. Carlioli novam sedem episcopalem fundari curaverat, ann. Domini 1134. Isti præficitur Arnulphus primus antistes, qui fuerat divi Burhulphi præfectus. *Polydorus.* * Anno 1157. obiit. *Continuator Sigeberti.*

(* lib. 11.)

N I G E L L U S.

Arnulphū subsequitur Nigellus, nepos Rogerii: quem Stephanus in exilium ejicit. *Polydorus.* *

(* lib. 12.)

A R D E L U L P H U S.

Obiit anno 1171. *Continuator Sigeberti.*

XVIII. DOLENSES.

H U G O.

Dolensis Archiepiscopus, oculis captus, hoc munus resignavit, anno 1162. cùm annis 6. præfuisset. *Cont. Sigeb.*

R O L A N D U S.

Decanus Abrincensis, literatus & religiosus, à clero Dolensi, in ejus loci archiepiscopum electus est, anoo 1177. *Continuator Sigeb.*

XIX. BAJOCENSES.

P H I L I P P U S.

Bajocensis episcopus, interfuit unctioni Heinrici Regis Angliæ, anno 1155. Ac ecclesiam Bajocensem, igne consumtam, restauravit. Moritur tandem anno 1164. *Continuator Sigeberti.*

H E I N R I C U S.

Heinricum, Regis filium, deduxit inungendum ab archiepiscopo Eboracensi, anno 1171. Interfuit, anno sexto pòst, electioni Rolandi Dolensis. Dedicavit unà cum aliis ecclesiam Becci, anno 1178. Itemque ecclesiam S. Mariæ de Voto, in territorio Rothomagensi, anno salutis 1181. *Cont. Sigeberti.*

XX. ABRINCENSES.

A C H A R D U S.

Abbas S. Victoris apud Parisienses, fit Abrincensis episcopus, anno 1162. Elionoram, Reginam Galliæ, apud Domum-Frontem ex Baptismo suscepit. *Continuator Sigeberti.*

H E R E B E R T U S.

Apud Moretoniū, corpus S. Firmiani de tumbâ levavit, anno 115[.]. Obiit anno 1161. Sepultus est in ecclesiâ B. Mariæ Becci. *Continuator Sigeberti.*

R I C A R D U S.

Constantiensis archidiaconus, fit Abrincensis episcopus anno 1171. Interfuit electioni Dolensis archiepiscopi Rolandi. Dedicavit ecclesiam Becci itèm S. Mariæ de Voto. in Rothomagensi territorio. Obiit anno 1182. *Continuator Sigeberti.*

G U I L H E L M U S.

Decanus Canonicorum S. Petri de Curte, fit Abrincensis episcopus, anno Domini 1182. *Idem.*

D A V I D B A N C O R N I E N S I S.

David presbyter, natione Scotus, studiorum causâ longinquas regiones adiit, & tàdem Herbipoli substitit. Heinrici V. sacellanus, cùm doctrinâ & morum probitate præstaret, factus, interfuit Italicæ expeditioni; &, jussu Imperatoris, eam historiam facili stylo conscripsit. *Aventinus.* * *Guilhelmus Malmesburiensis,* * Bancorniēsem episcopum illum fuisse, testatur: Scripta, quæ contexuit, hæc sunt:

(* lib. 6.) (* lib. 4.)

Expeditionis seriem,	*lib. 3.*
Magistratuum insignia,	*lib. 1.*
Apologia ad Cæsarem,	*lib. 2.*
De regno Scotorum,	*lib. 1.*

& alia [...]ra. Claruit anno 1110. *Balaus.* *

(* Cent. 2. c. 47.)

XXI. NORDOVICENSES.

H E R E B E R T U S.

Herebertus Losinga, cujus & superiori seculo meminimus, scripsit quamplurima:

Sermones octodecim,	*lib. 1.*
De Prolixitate temporum,	*lib. 1.*
De fine Mundi,	*lib. 1.*
Constitutiones Monachorum,	*lib. 1.*
Epistolas ad diversos,	*lib. 1.*
Ad Anselmum, contra Sacerdotes,	*lib. 1.*

& alia quædam. Obiit anno 1120. cùm episcopus fuisset annis 29. Sepultus est Nordovici, 11. Calend. Augusti. *Balaus,* * *Malmesburiensis.* *

(* Cent. 2. c. 62.) (* lib. 3. c. 28)

G U I L H E L M U S.

Nordovicensis episcopus, interfuit electioni Heinrici Anglorum Regis, anno 1155. *Continuator Sigeberti.* Is Legatus missus est ab Anglorum Rege ad Paschalem 1 in cujus conspectu quosdam episcopos mendacii arguit.

J O H A N N E S.

Johannes Oxefordius, Decanus Salisberiensis, fit episcopus, anno 1176. *Continuator Sigeberti.* Is es honestâ familiâ natus, doctrinâ, ingenio, & eloquentiâ præstans, primùm Sarisberiensis collegii Decanus fuit: postea Cicestrēsis; demum etiam Nordovicensis episcopus efficitur. Is Clarendonensi concilio præsedit, anno 1164. Regis Heinrici sacellanus fuit: qui eo etiam usus est in legatione in Siciliam, pro filiæ Johannæ sponsaliis, & ad Alexandrum III. Pontificem.

Scripsit *Anglicam Historiam,*	*lib. 1.*
Pro Rege contra Becketum,	*lib. 1.*
De itinere in Siciliam,	*lib 1.*
Orationes & Epistolas,	*lib. 1.*

aliaque nonnulla. Obiit anno salutis 1200. *Balaus.* *

(* Cent. 3. c. 42.)

XXII. CESTRENSES.

G A L T E R U S, &

Hilarius.

Galterus, Cestrensis episcopus, unctioni Heinrici Angliæ Regis, anno 1155. interfuit. Obiit anno 1160. Cujus successor Hilarius, anno 1171. rebus humanis valedixit.

G O C E L M U S.

Ex Decano fit episcopus ejusdē loci, electus à Rege Heinrico II. & duobus Romanis Legatis, ann. 1174. *Contin. Sigeb.*

G E R A R D U S.

Gerardus Puella Neustrius, clarus doctrinâ & virtute, floruit anno 1182. quo tempore etiam episcopus Cestrensis electus est. Plura illum scriptitâsse ferunt: sed tituli operum nusquam occurrunt. Obiit anno 1183. *Balaus.*

H U G O.

Lexoniensis archidiaconus ei successit, anno 1183 *Cont. Sigeberti.*

BARTHOLOMAEUS EXCESTRIENSIS.

Bartholomæus Iscanus, in profanis atque sacris literis mediocriter doctus, factus est Excestriensis episcopus, anno 1161. Tantæ fuit autoritatis vir in Angliâ: ut, quoties de ecclesiasticis negotiis conventus agerentur, illius judicium maximi fieret Balduino, abbate Fordano, admodum familiariter usus est, ita ut sibi invicem libellos dedicarent. Scripsit

Dialogum contra Judæos, lib. 1.
Sermones eruditos, lib. 1.
In obitum Thomæ archiepiscopi, lib. 1.
De Prædestinatione, lib. 1.
De Libero arbitrio, lib. 1.
De Pœnitentiâ, lib. 1.
Epistolas ad diversos, lib. 1.

& alia plura. Præfuit annis 20. & ampliùs. Mortuus in suâ ecclesiâ sepultus est. *Balæus.**

* Cent. 9. cap. 84.

OBERTUS LEGIENSIS.

Consensu totius synodi, Guibertum, Gemblacensis cœnobii fundatorem, levavit de tumbâ, & in numerum Sanctorum retulit, anno 1110. *Sigebertus.*

AUSBERTUS ALEtensis.

Ausbertus, vel Albertus, quem recentiores de S. Madono vocant, cum summâ veneratione excepit Rhedonis Gaufridum, Angliæ Regis filium, in ecclesiâ S. Petri, anno 1169. Obiit anno 1182. *Continuator Sigeberti.*

BERNHARDUS NANnetensis.

Obiit anno 1171. Robertus, ejus loci archidiaconus, successit consensu Regis. Obiit anno 1185. cùm Hierosolymâ domum rediisset. *Continuator Sigeberti.*

XXIII. REDONENSES.

ALANUS, & STEPHANUS.

Alano Redonensi, qui obiit anno 1157. Stephanus, abbas S. Florentii, vir literatus & eloquens, successit. Is etiam Gaufridum Rhedonis solenniter excepit: ubi hominia Baronum Britanniæ ipsi collata sunt.

Cultor alienorum deorum fuit: nam beatæ Mariæ semper devotè intervivit. Scripsit vitam S. Firmiani episcopi; itèm vitâ S. Vitalis, primi abbatis Saniguecii. Visiones quasdam habuit: quas tamen potiùs dixeris præstigias diabolicas. Obiit anno 1178. *Cont. Sigeberti.*

XXIV. SAGIENSES.

GERARDUS, & ROGERIUS.

Post Gerardum, episcopum Sagiensem, qui anno 1158. è vivis excessit, Rogerius, Regis eleemosynarius, factus est episcopus, anno 1160. Interfuit coronationi Heinrici Regis, anno 1170. Emendavit ecclesiam, quantum potuit; & omnes, quibus præfuit. Obiit anno 1185. immensas post se relinquens divitias. *Continuator Sigeberti.*

XXV. CORNUBIENSES.

GAUFREDUS, & BERNHARDUS.

Gaufredo, Cornubiensi antistiti, surrogatur Magister Bernhardus, natione Anglus, Cancellarius ecclesiæ C.. notensis, anno 1160. *Continuator Sigeberti.* Is præceptor Gilberti Pictaviensis videtur fuisse. *Frisingensis de Friderico.**

* lib. 1. c. 50.

XXVI. LEMOVICENSES.

GEROLDUS.

Episcopus Lemovicensis, miles strenuus fuit. Nam duo tria S.otarellorum, qui jussu Heinrici Regis Aquitaniam vastabant, in Belo castro peremit, anno 1171. *Johannes le ..pido.*

EBRANDUS.

V..cecomes & Lemovicensis episcopus, temporibus Lu..ll. sex millia Barbarorum, qui jussu Regis Aquitaniæ ..faciebant, peremit. *Idem.*

ANSELMUS BLESENSIS.

Carthusianus, claret circiter annum 1190. *Fasciculus temporum.*

.. O DE TRIGEL.

Britannus archipresbyter Turonensis successit Guilhelmo Tr..ensi e..opo. I.. Romam pergens, rebus omnibus .. & graviter vulneratus in itinere, intra octiduum moritur, anno ..72.

GAUFRIDUS.

Gaufridus Loiz.. Gingampensis, successit Ivoni. *Continuator Sigeberti*

EPISCOPI HIberniæ.

ARMACHANI.

CELSUS.

Archiepiscopus Armachanus, vir procer.. & reverendi vultûs, uxorem ac liberos habuit more illius gentis. Hæreditariâ enim successione pontificatum, cum spirituali totius terræ primatu, per 15. generationes gerebat: & octo illorum fuerunt literati ..nti. Is, ubi in patriâ prima literarum fundamenta perce..isset; Oxonium adolescens, trajecto mari, venit, studiorum causâ. Reversus in patriam, ex ordinariâ ejus familiæ successione, fit episcopus. Scripsit

Testamentum ad ecclesias. lib. 1.
Constitutiones quasdam. lib. 1.

Ad Malachiam epistolas plures. Quem, cùm moriturus testamentum faceret, successorem con..tuit: hac nimirum impulsus causâ; quòd longo jam tempore quidam, quasi hæreditariâ successione, illam sedem ad ..e transtulerant.

Coluit alienos deos: quòd non tantùm in nomine Domini; sed etiam in nomine S. Patricii, mandavit omnibus, præcipuè verò utrique Momoniæ Regi: ut successorem Malachiam constitui curarent. *Bernhardus in vita ejus.*

Obiit anno Domini 1128. suæ ætatis 48. & in Armachanâ ecclesiâ sepultus est, cum uxore. *Balæus.**

* Cent. 14 cap. 84.

MALACHIAS.

Ex Hibernia originem traxit parentibus & genere & potentiâ claris, in civitate quâdam Ardinachâ, anno Domini 1094. natus. Mater ipsum, ab ineunte ætate, non literas tantum; sed religionis etiam jacere fundamenta curavit: illud quidem foris, hoc maximè domi. Ad literas sortitus erat ingenium aptum, & in-primis idoneum. Mores honesti & decentes fuere; ita ut omnibus admirationi esset: non tamen propterea factus est insolentior.

Egressus juvenilem ætatem, decrevit omninò se vitæ austeriori mancipare. Erat Ardinachę solitarius quispiam, nomine Imarius, jejuniis & deblaterarione precularum die noctéque detudans. ad quem se contulit Malachias, ut, eo magistro, vitæ austerioris regulam addisceret.

Sic igitur cùm aliquamdiu solitarius vixisset, suasu Celsi & magistri, Diaconi gradum acceptavit. Eo officio functus aliquod tempus, ad sacerdotale munus pervenit, iisdem autoribus; anno suæ ætatis 25. Porrò ad Malachum quendam, qui in Lesmor, civitate Hiberniæ, episcopus fuit, profectus: ut ab illo, tanquam à sene & veterano, doctrinam & instituta monastica plenius & perfectius addisceret. Ubi cùm ad tempus fuisset; a suis domum revocatur, præficiturque Banchorensi monasterio, ab Imario: in quo ita se gessit; ut se-ipsum omnium poneret exemplum.

Postea electus est episcopus in Connereth, anno ætatis suæ 30. Et quàmvis repugnaret; tamen tandem, sui magistri suasu & impulsu, assensitur & confirmatur.

Denique à Celso, archiepiscopo totius Hiberniæ successor denominatur in testamento. Et quàmvis toto triennio multùm reluctaretur, quòd eam sedem quidam ex nobilibus, tanquam hæreditariâ successione ad se pertinentem, rapuerant; quorum non erat contemnenda potentia. Præterea Mauritius quidam, & p.. .. repentinâ morte sublatum, Nigellus per .. im sese intruserant. Cùm Ardinachæ triennium delituisset & suo more cuncta ibi reformâsset, rediit ad priorem episcopatum: non tamen Connereth; sed Dunum: (qui duo .. opatus in unâ erant diœcesi) & Gelasium interim, in Armachanâ cathedrâ, suas vices agere jussit.

Romæ, ubi Innocentius II. diligenter ex eo de patriâ, moribus gentis, statu Ecclesiarum, deque iis quæ ibi gessisset, quæsivisset, Legatum illum fecit: ut ibi suas vices adimpleret.

Tandem tamen à Malcho Lesmoriensi, & Gilberto Legato pontificio, coactus fuit; ut Celsi votis assentiretur: ad quam functionem accipiendam, in somno etiam olim fuerat admonitus. Nam ægrotante Celso, visus est videre mulierem staturæ proceræ, & adspectu venerabilem: quæ ipsi in manus baculum pastoralem tradidit; dicens, se Celsi uxorem esse.

Scripsit. *Institutorum communium*, *lib. 1.*
Legum cælibatûs, *lib. 1.*
Novarum traditionum, *lib. 1.*
Ad Bernhardum epistolas plures.

In diaconatu maximam adhibuit curam; ut pauperes mortuos sepeliret: ac, cùm eam ob causam, à sorore germanâ, increparetur duriùs: *Quid agis, insane? Sine mortuos sepelire suos mortuos.* respondit: *Verba sancta tenes quidem, misera, sed eorum virtutem ignoras.*

Sacerdos factus, ab episcopo docendi munus illi committitur: quod animi promtitudine & summâ alacritate suscepit. Docuit, non verbum Dei tantùm; sed apostolicas sanctiones & decreta Patrum etiam, itemque Romanæ ecclesiæ ritus: in-primis verò psalmodiam horis canonicis, confessionis, confirmationis usum; de conjugio. Regem Mumuviæ, nomine Cormarcum, profligatum à fratre, regulam monasticam docuit. At cùm vicinus Rex illum regnu restituere vellet: suasit, ut rediret, & suis subditis præesset; & persuasit etiam.

Tanto odio prosecutus est carnalem vitam suæ germanæ sororis, ut devoverit, se in carne illam non visurum viventem.

Missam obtulit pro suâ sorore defunctâ; sed existimans, vivorum operibus, & demurmurationibus precularum, mortuis subveniri.

Monasterium Benchorense, revocatus suorum literis, quod a piratis destructum fuerat, reædificare cœpit, & monasticos ritus restituit ibi in integrum.

Homines in Connereth, quos prorsus paganos offendit, a Paganismo magno studio avocavit; & tradidit iis Romanas leges. Occupatus fuit in ædificatione templorum, ordinandis, qui Baal imo præessent, quique missificarent. Confessiones scrupulosas, & impossibiles fieri præcepit. Honestas nuptias fieri jussit, populum frequentare templum.

Cùm ibi aliquamdiu præfuisset, Rex Aquilonaris Hiberniæ civitatem Connereth destruxit. Hac itaque occasione compulsus, indè aufugit; & monasterium Ibracente condidit: ad illud omnia necessaria tribuente Cormarco Rege, cujus paulò antè meminimus.

Dunum reversus, id in-primis egit: ut alios sibi socios monachos adsciscerent, & prorsus vitam monasticam viveret, in fictitiâ paupertate, rigore disciplinæ cœnobialis, otio contemplandi, & assiduis precum demurmurationibus.

Denique, post acceptum archiepiscopatum, summo studio conatus est; ut Nigellum ad reddenda ablata insignia cogeret: tandemque voti sui compos est factus.

Dehinc peregrinatus est Romam, pro impetrando pallio; quo ad illud usque tempus archiepiscopalis sedes destituebatur: ubi omnes penè angulos ex superstitione perreptavit. Ac solicitavit apud Papam, ut novam in Hiberniâ metropolim confirmaret; & utrique pallia tribueret. Illud quidem protinus impetravit: hoc verò, omnium episcoporum & clericorum Hiberniæ nomine requiri Papa volebat. Honore auctior domum rediit. Nam Papa, mitram de suo capite tollens, Malachiæ imposuit; & stolam addidit, cum manipulo quibus in Missa uti consueverat.

Legatus a Pontifice constitutus non [illegible] honoris loco reputavit, sed ut opera legationis exerceret. Prædicavit itaque omnibus omni [illegible] hominibus, magno numero ad [illegible] [illegible] [illegible]. Nec tantum veteres traditiones [illegible] restaurantur, sed cuduntur & novæ: & ita plerique acceptantur quasi cœlitus allatæ.

Autor fuit cœlibatûs Sacerdotum in Hibernia, quæ ad ejus usque tempora eum ignorabat. Nam Sacerdotes cum legitimis in conjugio vivebant uxoribus. *Balæus.**

Monachatum, quantum potuit, promovit. Nam cùm, ex Romano itinere ad Bernhardum Clarevallensem divertisset: adeò ipsi probata fuit monachorum ibidem latitantium cōversatio, ut, relicto suo episcopatu, inter eosdem reliquum vitæ suæ tempus exigere, in animo haberet. Sed cùm ab Innocentio, quòd in Hibernia plures Antichristo ipsum subjicere posse existimaret, prohiberetur: quatuor ex sociis reliquit in Clara-valle, ut vitæ monasticæ instituta addiscerent. Domum reversus, alios etiam misit eò: unde postea, per totam Hiberniam, ingentia monachorum examina excrevère. Congano abbati quendam adolescentem erudiendum tradidit, in Cisterciensi regulâ. Præterea in Scotiâ, ad Stagnum viride (ut dici solet) monasterium exstruxit.

Modestus fuit, & honestis, iisq. gravibus præditus moribus: ità ut nihil esset, quod in illo aliquem posset offendere, quibus-cum conversaretur. Egregiè se norat accommodare, omnibus servire paratus.

Vixit sinè proprio, ab initio suæ conversionis usque ad vitæ exitum: ità ut nec domum haberet propriam. Semper circumivit, & in parochiis docuit; sæpiùs pedes iter faciens. Non enim fastum & quæstum putabat, sacerdotale munus; sed opus & onus. Ægrotos & morientes visitavit, unxitq. Audivit confessiones; imposuit pœnitentiam confitentibus; missificavit & pro illis oravit; reconciliavit dissidentes.

Incestuosum quendam hominem militarem, retinentem secum fratris concubinam, graviter reprehendit: Non licet tibi (inquiens) concubinam habere fratris tui.

Corcagiæ, quæ Hiberniæ civitas est, cùm de constituendo episcopo clerus & populus dissentirent, illorum permissu aliquem constituit, non qui nobilitate generis esset clarus; sed quem sciret sanctum & doctum.

Quendam clericum Lesmoriêsem, qui præsentiam corporis Christi in Cœnâ negabat, frustra aliquoties privatim admonitum, in præsentiâ multorum clericorum, disputando convicit, & confudit. Convictum publicè hortatur ad saniorem mentem. Cumque nec sic proficeret, ipsum cum aliis anathematizat.

Oravit & pro inimicis. Nam cùm Præfectus Benchorensis mente captus esset, & à Satanâ in ignem conjectus, eo die, quo coram Duce Ulydie ipsum traduxerat: vocatus eò, oravit pro inimico; & restituta ipsi ratio est.

Stultè promisit ea, quæ in suâ potestate minimè habebat. Nã, cùm ex Hiberniâ, pro redimẽdo pallio, in Germaniam, ad Eugeniũ iter facturus esset: duo ejus familiarium ipsum accedentes, rogabant; ut ipsis promitteret, quicquid petituri essent. Quod cùm fecisset: petunt, ut incolumis in Hiberniam revertatur. Annuit, quia promiserat.

Mortuis vivorum preces subvenire censuit. Nam Ardinachæ, in cœmeterio S. Patricii, defunctorum celebravit memoriam.

In Monachis censuit benedici gentes. Nam, cùm Clarevallensibus de sociis reliquisset quatuor erudiendos, dixit: *Erunt illi nobis in semen; & in semine isto benedicentur gentes.*

Per extremam unctionem censuit remitti peccata, tanquam per sacramentum.

¶ Ubi ad sedem archiepiscopalem venisset: Nigellus qui eam aliquamdiu per vim possederat, fugam adornavit; & textum Euangeliorum, qui dicitur fuisse B. Patricii, & baculum auro tectum, gemmisq. adornatum, quem Jesu vocant, secu abstulit. Hæc insignia passim ostendit: & hoc modo multorum sibi animos cōciliavit: & à Malachiâ avertit.

Erat præterea princeps quidam in eâ factione, quæ ita totis [illegible]o. annis episcopatum ad se transtulerat: qui cum [illegible]is manipularibus cōsilia tractavit, quo pacto Malachiam morti traderet. Cumque vi id perficere non posset, dolum meditatur. ideoque Malachiam ad se accersivit. Qui etsi videret præsens periculum; & multi suorum colloquium dissuaderent: tamen magno animo, tribus suis discipulis comitatus, eum adiit. Sed nemo quicquam ipsi nocuit;

* Cent. 14 cap. 85.

no-

quantumvis in medio armatorum militum versaretur: ut, quos antea hostes habebat, ab illo tempore subditos & devotos haberet. Ab eo tempore illi decem deputati fuère viri armati: qui ipsius die noctéque curam gererent; & adversùs omnem vim hostilem tuerentur.

Habuit alium etiam quendam adversarium, adulatorem potentum: qui ipsi non tantùm coràm resistebat; sed etiam ubique detrahebat: idque, ubi homines convenirent, frequentiùs factitabat. Sed tandem ejus lingua intumuit, & computruit, vermibus ea eâ scatentibus: & ità moritur.

Eodem modo, cùm aliquando concionem haberet ad populum; mulier quædam, ipsum hypocritam, & invasorem alterius ecclesiæ, appellavit: nec-non & calviciem objecit. Sed & illa protinus, versa in insaniam, animam exhalavit.

Adversarium habuit enim, cui Benchorensis monasterii cesserant possessiones, unà cum filio. Cumque oratorium lapideum ibi exstruere inciperet, sicut alibi ea exstructa viderat: filius apud vulgus isti operi detrahebat. postea coram, tanquam novum quiddam, istis locis inauditum, damnavit: addens, inchoari quidem; sed non perficiẽdum. Ad hæc Malachias: Opus inchoatum vides, & invides: sinè dubio perficietur. Tu verò, quia non vis, non videbis: & quòd non vis, morieris. Eodem verò anno ille mortuus est. Mortuo filio, pater coram Duce & majoribus Ulydie Malachiam accusavit: insimulans falsitatis & mendacii; simiam vocans.

Miraculis eum claruisse. *D. Bernhardus, in descriptione vitæ ejus*, testatur; itemque *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi*. Visiones etiam aliquot habuisse.

Sæpe optaverat alterutrum: ut vel in Hiberniâ diem extremum clauderet; & sepeliretur apud S. Patricium, si domi maneret: vel, si peregrinaretur, in Clara-valle. Cùm igitur, nescimus quibus de causis, Romam iret; in Clara-valle divertit: ibique post quinque dies febri correptus est. Adest dies mortis, quem prædixerat, dies scilicet festus Omnium defunctorum: utitur Eucharistiâ, inungitur oleo extremæ unctionis; & in frequentiâ abbatum, qui eò venerant, & omnium reliquorum monachorum Clarevallensium, animam exhalat, anno Domini 1148. IV. Nonas Novembris; & sepelitur in oratorio beatæ Mariç. *Bernhardus in vitâ Malachiæ, Antoninus*, * *Schedelius*. †

Tit. 17. c. 2 † *Art. 6.*

¶ Nunc quædam ejus miracula adjungemus: quæ procul dubio, maximâ ea parte, à superstitiosis hominibus ei sunt afficta.

Cùm Benchorense cœnobium reædificare inciperet: aliquis operariorum securim, quanto potuit impetu, fortefortunâ ejus spinæ dorsi impegit; ut ad terram corrueret. Sed vix suprema cutis visa est læsa.

Erat non-procul à Benchor, vir Malchus cui manifestè diabolus adsistebat, & loquebatur: ut Malachiæ nequaquam crederet; sed eum cultello occideret. Quod cùm ille cognovisset: oratione præmissâ, ægrotum accedit, & simul infirmitatem, & dæmonium fugat.

Michaëlem quendam clericum bis sanavit: primùm à dysenteriâ; deinde ab alio quodam morbi genere.

Cùm ad archiepiscopalem sedẽ ducendus esset: quidam, Nigello autore, vim inferre nituntur; & multis sibi adjunctis sociis, subitò Malachiam, cùm Rege & Episcopis, omnes ad unum usque trucidare conabantur. Quod cùm per indicium rescivit Malachias: intravit templum, & oravit. Quamprimùm igitur tonitrua atque fulgura illos dissiparunt. Tres eorum fulmine perculsi, altero die inventi sunt mortui; qui antesignani erant istius factionis: tres verò alii adhuc semivivi.

In quâdam civitate grassabatur pestis: ut multi ex clero & populo indè fugerent. Ipso verò orante, sævitia pestis desiit.

Inter alia ridicula, & hoc etiam ponit *Bernhardus*: quòd mirâ metamorphosi, ex equo runcino, duriusque sessorem concutiente, eo insessore factus est optimus & pretiosissimus Palefridus, ut ille vocat. Deinde etiam immutatus est ei color, ex nigro in album.

Iporiam, civitatem Italiæ, ingressus, hospitis sui filium moriturum continuò sanavit.

Davidis, Scotiæ Regis filium, adspersâ aquâ benedictâ, sanavit, adjiciens: *Confide fili mi, non morieris hac vice.* qui altero die pòst convaluit.

In villâ Crugeldo in reditu, occurrit ei puella muta. Ipso orante, solutum est vinculum linguæ ejus; & locuta est rectè. Eodem modo in villâ, quæ Ecclesia S. Michaëlis dicitur, mulierem phrenesi correptam, & funibus vinctam, curavit.

Non ille tantùm præsens; sed loca etiam ab illo consecrata, miracula edere dicuntur. Sic in cœmeterio [illegible] ri, quod benedixerat, mulier, membris omnis [illegible] ta, cùm unà nocte ibi permansisset, sanitati restituitur: ita ut suis pedibus domum iverit; quæ plaustro antea advecta erat.

Eodem modo mulieri, quæ ibi pernoctaverat, conservata est pudicitia. Nam cùm quispiam homo barbarus in illam irrueret, stuprum illaturus, exclamavit: *Heus miser, quid agis? considera, ubi es: reverere hæc sancta: defer Deo, & servo ejus Malachiæ: parce tibi ipsi.* Et protinus visus est bufo exire, & inter femora mulierculæ reptare. Quod videns ille, protinus intactam reliquit, & aufugit.

In civitate Curatini, mulier quædam dæmonium habebat. Illo orante, exit id quidem; sed propè [illegible] mulierculam invadit iterum. At Malachias: Non ad hoc (inquit) tibi illam tulimus, ut hanc perderes. Cumque ità aliquamdiu ipsum vexâsset; tandem ejicitur ab utrâque.

Cùm quidam, in regione Aquilonaris partis Hiberniæ, maleficio diabolico infirmaretur: nocte quâdam audivit dicentes, alterum ad alterum, Vide, ne iste miser hypocritæ illius stramen stratumve contingat. Quod cùm ægrotus fecisset, (nam paulò antè in iisdem ædibus pernoctaverat Malachias) ejusque lectum conscendisset; quamprimum cœpit habere meliuscule.

Et in Lesmor civitate dæmonium ejecit. Cùm Planginiam transiret; oblatus est ei infans, habens dæmonium: & eum sanavit. Ibidem phreneticam aquâ benedictâ curavit.

In Saballo, regione Ulidiæ, aliam, dentibus propria membra dilaniantem, hominemque furiosum, prædicentem futura, sanavit. In Lesmor, puellæ mutæ loquendi facultatem dedit; tangens digito linguam ejus, & spiritum immittens ori ejus. Eodem modo, cùm aliquando templo exiret, mutam fœminam jussit recitare Orationem dominicam: quod fecit illa protinus.

In Quntrel civitate, quidam dives, qui linguæ officio privatus fuerat diebus duodecim, ejus jussu loquelam accipit; confitetur, sumit Eucharistiam, & animam exhalat.

Quidam nobilium de lectulo, in quo sedebat aliquando, tres juncos furabatur: qui operati miraculosè dicuntur.

In Duenvaniâ civitate, cùm poculum, cui benedixisset, per maritum præbuisset mulieri prægnanti, quæ eniti non potuit; ut etiam in discrimine vitæ versaretur: mox nocte sequenti illa parit.

Eodem modo in campo, cum comite Ulydiæ sedens, mulieri, quæ fœtum ultra naturæ legem, jam 15. mensibus, & 20. diebus, gestâsset, opitulatus est: ut protinus eodem in loco infantem pareret.

Homini cuidam militari incestuoso minatus est exitium, ejus admonitioni reluctanti: & paulò pòst accidit, quod minitatus erat Malachias. Nam cùm Thraso ille mulierem protinus vi opprimeret: id, per indicium ancillæ, fratres ejus perceperunt; qui protinus, impetu in illum facto, multis affectum vulneribus interficiunt.

Diarmitium Comitem, lecto decumbentem, alioqui hominem malum, deditum crapulæ, cum primum objurgâsset; aquâ benedictâ adspersum, sanavit.

In urbe Gaselensi, paralyticum curavit adolescentem: & patri mandavit, ut Deo illum offerret. Quod cùm is non faceret: aliquot exactis annis, eodem morbo correptus denuò est.

In finibus Mumoniæ, puerum, officio pedum destitutum, cùm jussisset eodem in loco dormire, ubi malè-sanus surrexerat, curavit.

Claudo cuidam, qui annis 12. pedes emortuos post se traxerat, humi repens, sanitatem restituit. Hydropicum ibidem oratione sanavit.

Coreagiæ episcopum, quem ille denominaverat, lecto decumbentem sanavit.

Mulieri cuidam nobili, fluxum sanguinis patienti, ità graviter, ut jam-jam exhalatura videretur, opitulatus est: tria illi poma mittens, super quæ nomen Domini invocaverat, præcipiens, ut illa gustaret.

In viciniâ Benchorensis monasterii, ad cujusdam nobilis viri conjugem accersitus, ut oleo illam perungeret, quæ animam ageret: placuit illi differre usque in crastinum. Interim mulier moritur. Quam ob causam, cùm animo consternaretur, quòd rem distulisset; illam à mortuis in vitam revocavit. O' erroris efficaciam!

Oratione, cuidam insulæ in Hiberniâ, imperravit piscium copiam atque capturam: quam olim habuerat; sed propter peccata amiserat.

Oratione Regem ad tempus excæcavit: donec redderet eum, quem contra datam fidem, & transactionem Malachiæ, conjecerat in carcerem.

Catholicum quendam, laborantem morbo epileptico per annos 6. juvit, impresso ei crucis signo.

In Angliâ, Gisisburni, mulierem, cancro morbo laborantem, curavit; adspergens locum infectum aquâ benedictionis.

Bernhardus refert, se cujusdam pueri manum aridam applicuisse manui defuncti Malachiæ; & sanitati esse restitutam.

Monasterium in Sabballino situm, & Benchorēse, antequam fierent, præostensa sunt illi.

Cùm aliquando, suo more, deum Maosim coleret: visa est columba advolare; atque sacerdotem totum perfundere.

Nocte quâdam, orans in cœmeterio S. Patricii, vidit unum de altaribus ardere. *Bernhardus in vitâ Malachia.*

CHRISTIANUS.

Frater Malachiæ germanus, ex Armachaniæ ecclesiæ archidiacono, primus Cistercien sium, in Hiberniam translatorum, fit abbas; *secundùm Sigeberti Continuatorem.* Fratri defuncto succedit, anno 1148. Fuit autem eidem non usque adeò dissimilis, vitæ austeritate, justitiæq; zelo; quamvis non secundum scientiam. *Bernhardus in vitâ Malachia.*

MALCHUS LESMORIENSIS.

Natione Hibernus, ex monasterio Vintoniensi, translatus est ad episcoparum Lesmoriensem.

Is non tantùm doctrinâ & vitâ, sed etiam miraculis, claruit. Sic cùm aliquando puerum lunarium oleo confirmationis perungeret, restitutus ille sanitati dicitur. Eodem modo surdo cuidam, immittendo digitos in auriculam, auditum restituit.

Regem Mumoniæ, Cormarcum nomine, à fratre regno pulsum, suscepit honorificè. Apud Malachiam, Armachanæ sedis successorem, in testamento Celsi denominatum, instat & urget: ne refragaretur amplius, sed oblatum munus acceptaret. *Bernhardus in vitâ Malachia.*

NEEMIAS DUENUANIENSIS.

Unà cum aliis quibusdam, intercedit apud Malachiam præsentem, pro cujusdam viri nobilis uxore, quæ prægnās parere non potuit, vitæ periculo imminente: ut illi opitularetur. *Bernhardus in vitâ Malachia.*

SCOTIÆ EPISCOPI.

GILLAS.

Gillas Aldanus, Candidæ-casæ episcopus, consecratus est à Thrustino Eboracensi. *Polydorus Vergil.**

* lib. 11.

THURGOTUS.

Qui & Tothardus dicitur, Dunelmensis monasterii secundus Præpositus, Decanus, & per diœcesin Primarius, à literarum peritiâ, & quòd diligenter sua obivit munera, laudatur. Malcolmi, Scotorum Regis, ejusq; conjugis Margaritæ, longo tēpore confessor fuit: à quibus ad extremum, S. Andreæ summus Antistes, & regni Scotici Primas constitutus, anno 11 7. ab Ulrico Cardinale, & Thomâ Eboracensi archiepiscopo, consecratur. Ejus hortatu, idem Rex templum ad Domfermilem condidit: ut ibi Reges sepelirentur. Scripsit linguâ vernaculâ,

De Scotorum Regibus,	*lib.* 1.
Chronicon Dunelmense,	*lib.* 1.
Annales sui temporis,	*lib* 1.
Vitam Malcolmi Regis,	*lib.* 1.
Vitam Margaritæ Reginæ,	*lib.* 1.

Et alia quædam. Dunelmum reversus, obiit, anno 1115. *Balæus.**

* Cent. 2 cap. 60

DANIÆ EPISCOPI.

LUNDENSES.

ÆSCHILLUS.

Mortuo Ascero Lundensi, de successore constituendo non convenit. Nam Scanienses Æschillum, antecessoris consanguineum; Ericus Rex Riconem Slesvicensem, succedere voluit. Verùm suâ sponte Rico cessit: atque hoc modo Æschillus sedem obtinuit, præsertim Erico adversario interfecto, circiter annum salutis humanæ 1148. Apud hunc Nicolaus, Legatus pontificius, pallium deposuit: quod illi cōferret, quem Sueones & Gotthi, consentientibus votis, elegissent archiepiscopum. *Johannes Magnus.**

* li. 18. c. 18.

Superstitiosum magister fuit. Nam cū Stephano Upsalensi, in numerum Divorum transtulit Canutum, Danorum Ducem, circiter annum Domini 1164.

Magnis sumtibus Claram-vallem petiit: non contentus, quòd indè monachorum examē accepisset; sed ipsius Bernhardi videndi causâ. Domum rediturus, rogavit, ut pani benediceret Bernhardus: quò diutius eum asservare posset. Præterea Bernhardi mortui sepulcrum visitavit; & in mortuo fiduciam posuit. *Vita Bernhardi.**

* li. 4. c. 4.

Militem egit. Interfuit enim Danorum agmini, prodeuntium in bellum contra Vandalos. *Crātzius in Vandaliâ.**

* li. 5. c. 33.

Seditionem concitavit in Ericum Regem, atque Sialandiæ terminis eum pepulit. *Saxo Grammaticus.**

* lib. 14.

ABSALON.

Communi cleri suffragio, adhuc juvenis, successor eligitur, circa annum Christi 1170. Is non minùs piratam se, quàm pontificem gessit: existimans, leve esse, domi religionem tueri, si foris periclitaretur. Eamq; ob causam, domo episcopali dirutâ, soloque æquatâ, assiduè loca maritima incoluit; atque sylvis & frondibus pro domo usus est. Hybernis temporibus, mari coagulato, se navigiis commisit: ut hoc pacto excubias ageret pro solo patrio. Inter suos paci semper studuit.

Haraldo cuidam, quem Canutus bello Dacico præfecerat, tum armis, tum consiliis, tum aliis mediis, restitit; ut illum à Danorum cervicibus averteret. *Johannes Magnus.**

* li. 19. c. 9

Pridie Palmarum, omnium primò cum Sclavis manus conseruit, etiamsi viribus longè esset inferior. Nam Sclavi, navibus viginti-quatuor numerosum agmen duxerant. cui ille cum paucis admodum militibus occurrit; & superior exstitit: peditibus omnibus fermè interfectis; & multis ex equitibus etiam cæsis. Sic pontificatum sanguinis effusione, & cædibus, auspicatus est. Regem Waldemarum, non sinè acerbitate verborum hortatus est; ut bellum in Rugianos susceptum prosequeretur: cui & ipse interfuit; cædibus, incendiis, direptionibus, plurimum damni dans hosti. *Saxo Grammaticus.*

RICO SIALANDIAE episcopus.

Constituitur communibus cleri suffragiis, circa annum 1142. siquidem Lundensi sede exciderat. *Saxo Grammaticus.**

* lib. 14

HELIAS RIPENSIS.

Pacem fecit inter Zuenonem, Canutum, Waldemarum: utque regnum Daniæ inter se partirentur, perfecit. *Helmoldus,** *Crantzius in Vandaliâ.* †

* cap. 85. † li. 6 c. 19

SIGUAR-

I A DUS BERGENSIS.

In Anglia . & onventum monachorum, cum Ran o abba ano, tec m deferendum, magnis p pet t: , Lytam, novum monasterium, inhabitandum donavit. anno 1145. *Balæus.*

* Cent. 13 cap. 68.

S L I EPISCOPI UPSALENSES.

HEINRICUS.

A Nicol , Romani Pontifici legato, Lincopiæ ordinatus, Upsalensi sedi præfectus est, circiter annum 1148.

Fu is Erico Regi à consiliis; eidemque suasit, bellum inferendum Finlandis idololatris, pro dilatandâ Christianâ religione: cui militiæ & ipse interfuit. Quibus igitur victis atque humiliatis, Heinricus postea fidem Christi tradidit.

Præfuit annis circiter 3. atque postea martyr in Finlandiâ factus, occubuit, anno 1151. *Johannes Magnus.*

* lib. 19.

STEPHANUS.

Heinrico successit: eumque primum archiepiscopum vocat *Johannes Magnus.* Natus fuit ex Ostrogotthiâ, vir doctus & disertus.

Monachus fuerat ordinis S. Benedicti, in monasterio Alvastrensi: sed indè à Carolo, Gotthorum Rege, evocatus, clavo episcopali gubernando præficitur.

Pacem omnibus colendam esse suasit. Regi autor fuit ædificandorum templorum, atque monasteriorum. Maximo conatu annisus est transigere, inter Ericum Suecicum, & Carolum Gotthorum. Reges.

Mancipium Antichristi Romani fuit. Nam ab Alexandro III. accepit pallium; quo solis tantùm licet uti Archiepiscopis: duplicem præterea crucem, auro & gemmis illustrem, cui lignum crucis dominicæ inclusum fuit: itemque librum Evangeliorum; in signum, ipsum ad alias quoque & teras nationes constitutum esse legatum.

Norvegianis pacem, à Valdamaro Daniæ Rege, impetravit. Canutum Regem Obotritorum, & Helenam Westrogothiâ fœminâ, canonizavit, jussu Papæ Alexandri III.

Præfuit annis 23. & collectus est ad patres suos, anno salutis humanæ 1185. Sepultus est in Alvastrensi cœnobio, in quo monachum egerat. *Johan. Magnus in Metropoli.*

JOHANNES II.

In locum demortui surrogatus, Antichristi membrum fuit. Nam à Lucio III. confirmationem & consecrationem accepit, itemque pallium archiepiscopale.

Canutum monuit diligenter sui officii: ut sitis bene præesse studeret. Eidem autor fuit extruendorum monasteriorum: ut hoc modo cædem Caroli Regis expiaret.

Præfuit tribus annis: & postea domi suæ, à Paganis Estonibus, in Almersteck, occisus est, anno Domini 1188. & sepultus in Upsalensi templo. *Johannes Magnus in Metropoli.*

PETRUS.

Ejus nominis tertius, succedit. Et is Antichristi membrum fuit: ut qui pallium archiepiscopale à Clemente III. redemerit. Hortatus est Canutum Regem, ipsi calcaria injiciente Papâ: ut unà cum aliis Principibus, in Saracenos arma sumeret; vel commeatu alios juvaret. *Johan. Magnus in Metropoli. & Historia Gotthicâ.*

* lib. 19 c. 20

Meminit itidem *Johannes Magnus*, cujusdam epistolæ Celestini III. ad hunc Petrum scriptæ: in quâ Papa consuetudinem conjugalem Reginæ Sueciæ permittit, etiamsi, gravi affecta morbo, perpetuam voverit continentiam.

Deniq; cùm in Suerchonem, Canuti successorem, grandis concitaretur seditio: ipse volens isti malo mederi, à seditiosis occiditur, anno 1197. cùm annis 9. præfuisset. Sepultus est Upsaliæ, publico totius patriæ mœrore. *Metropolis Johannis Magni.*

OLAUS.

Succedit, cõfirmatus, & pallio insignitus ab Innocentio III. Ejus gubernatio cùm in periculosissima tempora incideret: plus operæ in ta rendis bellis, quam animarum curæ, impendit. Unde n quicquam, præter odium, reportavit. Tandem mœrore animi extinguitur anno Domini 12 um triennio tantum p fisset. Sepultus est Upsaliæ. *Metropolis Johan. Magni, ejusque Historia Gotthica.*

* lib. 19. c. 21

LIVONIÆ EPISCOPI RIGENSES.

MEINARDUS.

PResbyter, circiter annum 58. cum mercatoribus Dunemundam, quæ hodie Riga dicitur, adductus est. Is fidem Christi primus in Livonia prædicavit. mul ejus loci incolas à Gentili mo ad Christum traduxit; inter quos etiam ipsum Livoniæ Princip nomine um quo, circiter annum 11 . Romam petiit, atque ab Alexandro III. ejus loci episcopu ordinat , atque confirmatur.

Persecutiones haud-exiguas, c ga- nis, Lithuanis, Esthi , & O ani sust em ut à Germania auxilium implorare cogeretur. *Funccius in Chronologiâ.*

* lib. 10.

BERTHOLDUS.

Mortuo Meinardo succedit, suffectus quodam Bremensi episcopo: qui, ut id faceret, exoratu civibus, qui in Livoniâ tùm consederant.

Novum hic, Christo subjiciendi populus, genus invenit. Nam apud Celestinum Papam sibi s peccatorum remisionem; qui quot armis atque Livoniensium adjuturi essent subjectione. Hoc magnum in Saxoniâ collegit exercitum m xtum ex ecclesiasticis & politicis viris. Sed quid fit utrin es ad pugnam instructæ essent: sanguinarius ep medios fertur hostes, ab equo ferocior, quam pare- retur, & ab hostibus contodit . *Crantzius in S* .* Anno salutis humanæ 1204. *Funccius in Chronologia.*

* l. 7 c. 50
* lib. 10.

DE MONACHIS.

Et primò

DE ASIATICI .

I. HIEROSOLYMITANI.

RA ULPHUS.

NAtione Gallus, nobi genere natus ut septingentorum militú ductor & domin esset, quæ habuit, deseruit; & leprosis, quandam domum Hierosolymis, ante civitatem, inhabitantibus, inservivit. *Gerardus à Nazareth.*

* cap. 11.

ALBERICUS.

Itidem Hierosolymis leprosi inservivit. Is ea, quæ reliqua fecerãt leprosi, comedit; singulos quoti a sâ exosculatus est; pedes eorum lavit, tersit stravi; languentes humeris cubitum portavit. Cumq; tum al quando pedes lavisset; & aqua sanguine & sanie mista ipsi nauseam moveret: protinus faciem immersit, & partem nõ exiguam (horribile dictu) exhausit. Cella ipsi magis carcer voluntarius fuit; quàm in quâ viveret. Flagellis se-se frequenter cæcidit; ita ut largus cruor destillaret. Preculas demurmurans, vel humi strains procubuit; vel in genua devolutus, ità ut callos obducerent. Pane fuit contentus solo hordeaceo, & aquâ: cilicio asperrimo usus est; nudis incedens pedibus. Inæquali tonsurâ caput rasit & barbam, ut motionem crederes. Si qui seculares eum accedebant: aut mordaci dicacitate eos pupugit, aut superbè contemsit hypocrita. *Gerardus a Nazareth.*

* ibid.

COSMAS.

Natione Ungarus, presbyter, in angustâ quâdam cellâ, super muros Hierosolymitanos, inclusus, demurmurandis preculis semper intentus fuit. *Idem.*

* cap. 9.

JOHANNES.

Monachus Hierosolymitanus, miræ fuit abstinentiæ: ita ut tribus in hebdomadâ diebus omninò nihil cibi caperet. Aliquamdiu desertum Montis-Nigri monasterium incoluit: sed penuriâ panis adductus, Hierosolymam indè reversus est. *Idem.*

* cap. 15.

II. THABORITÆ.

GAUFREDUS.

CLaruit circiter annum 1140. in monte Thabor; familiaris Eliæ abbati, qui Gerhardo a Nazareth ejusdem amicitiam conciliavit. *In vitâ Eliæ.*

Narrat

Narrat *Gerardus à Nazareth, in libro de Conversatione servorum Dei,** de quodam eremitâ montis Thabor: qui cum stimulos libidinis persentisceret irritatus a quâdam formosâ juvenculâ Saracenicâ, quæ, latibula quæritans, ad ejus speluncam venerat ingressus est vastum aliquod nemus: ut labore, fame atque siti, æstum libidinosum restinguerct. Ibi quendam canitie gravem (ipsum Diabolū fuisse, rectè dices) apparuisse [illegible], atque cervicem ejus tam fortiter percussisse ut carnis strumam evomeret; & postea cibum potumque dedisse: tandem hoc consili[illegible] ab eodem illam accepisse; ut quoties ardorem libidinis persentisceret secundum Heliam invocaret, intercessorem apud Deum.

REINALDUS.

Natione Cal[illegible]xus, monachus montis Thabor, quotannis, in initio Quadragesimæ, solitudinē ad Jordanis ripam ingressus est, sumēs secum panes paucos, & instrumentum effodiendis radicibus aptum: ibique ad maciem usque cum fame decertavit; donec Pascha adveniret. *Gerardus a Nazareth.**

HEINRICUS.

Eremita in valle sancti Nicolai, prope Antiochiam, in monte Nigro, vixit: ubi tugurium sibi fabricatus est; ut ab hominum consortio quàm-longissimè esset remotus. Nemini penitùs quicquā est locutus: sed nutibus tantùm, quid vellet, significavit homo stolidus. Nihil occisum edit; nec ova quidem: lacte tamen usus est recenti. Caput illotum & impexum fuit; pedes nudi, cruraque, sæpè etiam totum corpus. *Idem.**

III. NAZARETHANI.

DOMINICUS.

HOmo illiteratus & idiota, in ecclesiâ Nazarethanâ tam tetricam & austeram vixit vitā: ut penè omnibus suo tempore admirationi esset. De crastino die nunquam fuit solicitus: tam macilentus, ut ossa vix ossibus hærerent. Risit nunquam: tacuit sem[illegible]r, itàut murum existimares. Domus ejus, atrium ecclesiæ fuit; stratum, nuda tellus; cervical, lapis: pedes nudi; caput & facies velata continuó. Et cùm aliquando Gerhardus a Nazareth suum offerret studium, eum literarum elementa docendi, & quosdam Psalmos: respuit omninó; indicans, se Deo placere magis posse justè-vivendo; quam tempus perdere inutiliter, aliquid ejus rei addiscendo. Tales Sanctos hoc nimirum seculum produxit. *Gerard. a Nazareth.**

BERNHARDUS.

Homo solitarius Nazarethæ, solitus fuit tantùm tribus in hebdomadâ diebus cibum capere, à vino & carnibus in universum abstinens; tenuiter vestiri; manè & vesperi psalmos & preculas deblaterare; de die montes asperos & invios perlustrare, ubi fortè latibulum suo cœpto aptum reperiret. Is aliquando (dictu mirabile) crines capitis atq; barbæ ambu[illegible]it; vestes abjecit in eremum, & occursum penitùs refugit humanum, instar canis rabidi: donec tandē, post dies quindecim, frigore & inediâ compulsus, hominum quæreret domicilia. *Idem.**

MONTIS NIGRI.

BARTHOLOMAEUS.

PRæpostero religionis studio, uxorem suam pudicam & formosam, & patriam, deserēs, Hierosolymam peregrinatus, ibi miles rēpli factus est. Is imitatus Albericum, leprosis ad Hierosolymam, aquam ex lacunis magno labore ad[illegible] e sol[illegible] us est; inque omni necessitate, quantum potuit, [illegible]psi [illegible]ræstitit se. Jejuniis & [illegible]igilii[illegible] ad necem fermè [illegible] [illegible]xca[illegible]ficavit. Tand[illegible]m & illud vitæ genus socumque deserens, a[illegible] m[illegible]ntem Antiochiæ, qui Nigr dicitur, profectus mon[illegible] vitæ genus ibi susce[illegible]pit: ubi etiam tandem mortuu[illegible] est. *Gerardus a Nazareth.**

IV. MACHANATHANI.

BERNHARDUS.

BLesensi[illegible] vir eloquens, & zelo justitiæ fervidus, verùm [illegible] quibusdam in-ter quos nominatur Robertus de Hierosolymis) Priorem sibi constituerunt apud Jubinum.

Leges, in quas juravit, hæ sunt. Ut alienas divitias suscipere strenuè recusarent. Si quis nobilium aliquot ipsis Bisantios offerret, ut, tantùm tribus contenti, cæteros renuerent. In-primis verò hic Bernhardus tutor exstitit; ut strictè inciperent: fore enim, ut posteri remissiùs agerent. *Gerardus a Nazareth.**

Cumque hæc inter illos non essent diuturna; omniaque Prior, quæ offerebātur ad se, reciperet: ægrè hoc tul[illegible] Bernhardus, ità etiam, ut non ad jurgia solùm deveniretur sæpenumerò, sed etiam sibi non diutius ibi commorandum existimaret. *Idem.**

Regem Hierosolymorum, Balduinum II. palàm insectatus est, propter quædam vitia enormia. quod in eo multi laudarunt. Tandem, cum al[illegible]is quibusdam, absolutus a Prioris obedientiâ, consensu Bernhardi, Antiocheni Patriarchæ, monasterium Machanath, in eodem mōte situm, ingreditur: & cujusdam Legati pontificii jussu, ibi factus est Prior. *Idem.**

Quotidie solitus est se nodosâ scuticâ flagellare; honorem scilicet proprio corpori habens. *Idem.**

Dæmonium conatus est ejicere homo stolidus, flagris immanissimè cædendo obsessum. Balduinum Regem, à Turcis captum, visitavit Cæsareæ: & coram tyranno Turcico, totâque ejus aulâ, de fide Christianâ disseruit. Quod cum Rex Turcicus ægerrimè ferret; dixit porrò: Etiamsi eam lanceam cordi meo infigeres; nihilominùs tibi veritatem dicturus essem.

Ad extremum, cùm aliquando in genua provolutus oraret, animam exhalavit. *Ibidem.*

PORPHYRIUS.

Bernhardo in monasterio Machanath successit. Is facie exili fuit, voce submissâ: nudo capite & pedibus, & his quidem nō lotis, sed subindè sordidis, incessit. Tunicâ usus est ciliciná, & cucullo candido sinè manicis. *Gerardus.**

GUILHELMUS.

Nobili ortus stemmate, & miles, monachus in Machanath factus est: qui, cæteris metentibus segetes, ex lacte coagulato caseos premere tentavit, imitaturus bubulcam. sed omninò frustra, ita ut oleum & operam perderet: unde Casearori ipsi nomen inditum est. *Idem.**

HUGO.

Transalpinus, qui militiæ gratiâ Terram sanctam, mari trajecto, accesserat, sub Balduino I. primùm Jubini, deinde in Machanath, factus est monachus. Is gravi morbo correptus, monachis carnes offerentibus, neque jusculum, neque carnes gustare voluit. In continuâ invocatione D. Virginis, ad extremum animam exhalavit. Cùm funus ei fieret: omnes, qui advenerant, illusione diabolicâ, mirè suavem olfecerunt odorem; ex quo nonnulli se-se recreatos dicerent. *Idem.**

GUALTERUS.

Monachus in Machanath, patiens inediæ, vigiliarum & frigoris, fuit, nudis incedēs pedibus; in asperrimo dormiens cilicio. Pulmentis & vino rarissimè usus est. Nonnunquam diem sinè cibo, & noctem sinè somno duxit. Dormiens solitus est Psalmos deblaterare. Flagellando se-ipsum, & flectendo genua, peccata voluit expiare. *Idem.**

HUGO.

Prior in Machanath, tribus [illegible]iebus in hebdomadâ, toto tempore Quadragesimæ, penitus a cibo abstinuit. *Idem.**

JUBINENSES.

URSUS.

ILlusione quâdam diabolicâ persuasus, Jubini monast[illegible]rii monachus factus, ità assiduo labore manus attriverat; ut aliud nihil agere valeret. Sacco indutus fuit vi[illegible]ssimo. Nonnunquam sacristæ, interdum pistoris officio, functus est. Sermone fuit modico contentus, & cibo perexiguo.

Ut illud vitæ genus susciperet, hac factum est occasione. [illegible]um aliquādo variis exerceretur cogitationibus, montis Nigr[illegible] loca asperiora & remo[illegible]or[illegible] [illegible]sit, seque i[illegible] um

*Marginal notes (left): * cap. 4. — * cap. 5. — * cap. 37. — * cap. 6. — cap. 7. — cap. 12.*

*Marginal notes (right): * cap. 17 — * cap. 18. — * ibid. — * cap. 20 — * cap. 21. — * cap. 25. — cap. 26. — * cap. 28 — * cap. 35.*

[illegible] Dominus Deus. [illegible] Domina [illegible] nunquam [illegible] om [illegible] *cardus.*

[illegible]

[illegible] Hieroso[illegible] Hiero[illegible] Armeniis past[illegible] apud ipsum in[illegible] dictos [illegible] animam exhalat. *Idem.*

CARRARIENSES.

S I [illegible] E R I U S.

Abbas Carrariæ fuit. *Gerardus a Nazareth.*

J O H A N N E S.

Monachus Carra[illegible] patriâ Lu[illegible]ensis, narrare solitus est, quo pacto [illegible] densas arbores montis Thabor, ad aquæ ri[illegible]lum sederit: & ex improviso hominem nudum, vet[illegible] anno obsitum, macilentum, & [illegible] æstu fuscatum, conspexerit. Quem cùm multis precibus & obsecrationibus ad colloquium invitâsset; tandem percontatus est, quis & cujas esset? Respondit ille: Christianum se esse, & horrida inc[illegible]lere nemora, ab eo tempore, quo Latini cepissent Antiochiam; conspectumq; se hominum fugere. Cumque percepisset, adhuc eam in Latinorum esse potestate, elevatis manibus in cœlum, Deo gratias egit: oblatam vestem & panem detrectavit, seque ad sua latibula iterum recepit. *Idem.*

R A D U L P H U S.

Laicus peregrinatus fuerat Hierosolymam. Domum verò rediturus, a piratis captus, omnibus rebus spoliatus est. Reversus itaque ad Terram sanctam, factus est opilio. Pascens greges, [illegible] quod subindè solitus est facere, semper erexit crucem ligneam, eamque adspexit. Deserens postea pedum pastorale, monasterio Carrariensi se mancipavit. Inde iterum aufugiens, desertum reperiit. Omnibus diebus jejunavit, exceptis dominicis & festis: [illegible] pane & aqua in hebdomadâ fuit contentus. Ova & lac nunquam, [illegible] edit. Nudus fuit pedes. Ut nunquam febribus careret, a Deo postulaverat, quod & impetravit. Bernhardo Blesensi admodum fuit charus & fam[illegible]s: qui ejus consilio interdum usus est, eò quòd vatidicus propheta haberetur. Tandem, Imperatore Constantinopolitano obsidente Antiochiam, discessit [illegible]ripolim: ubi vitam finivit anno 1142. recitando hunc versiculum: * *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit & fecit redemtionem plebis suæ.* Ad ejus sepulcrum postea, multis donata sanitas [illegible]icitur. *Gerhardus a Nazareth.*

PALMARIENSES.

E [illegible] I A S.

GRammatices præceptor in Galliâ Narbonensi, isto munere abdicato, quorundam suorum familiarium [illegible] Hierosolymam petiit, sub Fulcone Rege: ut ib[illegible] [illegible]itati [illegible] & resurrectioni Domi[illegible] lustr[illegible] [illegible] ad quoddam [illegible] emitarum monast[illegible]um di[illegible] [illegible] teriorà [illegible] cepit. [illegible] quam [illegible] ca[illegible] nerat [illegible] in [illegible] quâdam [illegible] mam [illegible] cum suis abdidit. Ub[illegible] [illegible] orum qui vallem Jo[illegible] bant [illegible], & [illegible] [illegible] mitan[illegible] orum congregationi ad[illegible] [illegible] iterum avo[illegible] bas[illegible] cujusdam

[illegible] non procul [illegible] & ab [illegible] est. Inde rur[illegible] Regis [illegible] priorem eundem, [illegible] annus paucos [illegible] Nazareni archiepi[illegible] creatus.

[illegible] vino, [illegible] domini[illegible] sine pane [illegible] tu [illegible] fuit. [illegible] cum in speluncam [illegible] passus est [illegible] spinarum [illegible] [illegible] abere [illegible] fu[illegible] sententi[illegible].

[illegible] a suis [illegible] Nam [illegible] in ingre[illegible] ut Saraceni [illegible] am prædicaret. Eodem modo suis autor [illegible] Ascalonem iret ta[illegible] & se-se captivos [illegible] tandem nunc [illegible] Christianos captivitate liberarent. [illegible] quia [illegible] rum con[illegible] is faci[illegible] acquievit: apparet, hoc [illegible] tam respuit. Se[illegible] tum solitus est flagellare, ut [illegible] lacrymis diu lugeret [illegible] aliquando alucinaretur etiam in [illegible]. Vigiliis nocturnis tantoper[illegible] se afflix[illegible] ut ad mensam [illegible] obdormi[illegible] eret sæpe & pan[illegible] buccella, [illegible] ingesta, rursus excideret. Habitum & mores monachorum Cisterciensium unicè adamav[illegible]: ita ut suorum [illegible] mitteret Hierosolymâ in Gallias, pro adducendo ejus [illegible]dinis monacho, ex quo omnia, quæ ad eam sectam pertinerent, ad[illegible]scere posset. Eamque etiam ob causam [illegible] in [illegible]iberiadis cœnobio monachis hortator fuit, ut tali cucullo ut[illegible]entur. Quod cùm [illegible] persuadere non posset, (est enim locus [illegible] qui ad Jor[illegible] nem [illegible] calidu[illegible]: ut ej[illegible] modi habitum illi detrectarent) illos deserere animum induxit: utque eo onere sublevaretur, Hierosolymitanum patriarcham, & Nazarenum archiepiscopum, preci[illegible] fatigavit. De ambitione solitus est dicere, omnia vitia divino auxilio superari posse: unicum hoc illis se insinuare qui sanctiùs præ aliis vivere studerent; & i[illegible] quidem, ut vix deprehendi possit. Egenis liberaliter dedit ità ut sinistra manus nesciret, quid faceret dextra. Ad [illegible]mum, anno 1140. præsentibus quibusdam de Hierosolymitanis monachis, transiit ad ma[illegible]ores [illegible] etiam [illegible] nus fe[illegible]erunt. Cæterùm, quam [illegible]rigidissimè itam eg[illegible] continuam tamen in corde dubitationem circumtulit, hoc secum subinde meditans: * *Terribilis Deus in consiliis super filios hominum.* Itèm: * *Nescit homo, an amore vel odio dignus sit.*

Gerhardus a Nazareth, in vitâ ejus.

GERHARDUS TEMPLARIUS.

Gerhardus Ridefordiensis, Templariorum magister, ad Ptolemaidem interfectus est, anno Domini 1190. *Chronicon Flandriæ.**

C Y R I L L U [illegible] C A [illegible] M E-litanus.

Natione Græcus, Carmelita. Regi Armeniæ persuasit ut se-se Romano Pontifici subjiceret: quod [illegible] no [illegible]. Cumque decem annos in Armeni[illegible] regnum Antichristi [illegible] occup[illegible] prædicatione [illegible] est a[illegible] [illegible] ubi prodigiosum qui[illegible] [illegible] e tertur de quo *Balam* * hosce [illegible] ver[illegible] [illegible] *ex Mantuano* *

[illegible] divinus homo, cum sacra litaret
Ma[illegible] sub auroram, sacra vestitus abol[illegible]
[illegible]randa) puer sul[illegible] ens splendidus ore
A[illegible] t ante virum [illegible] quodu suspensus in auras;
Argentumq; docens annorum [illegible] equestrum
Pro[illegible] & manibus [illegible] demisit in aram
Adjiciens [illegible] illa [illegible] eta revelat,
[illegible] pater [illegible] fac popu[illegible] o cuncta [illegible] atius

[illegible] *cap. 24. *cap. 39. Luc. 1. v. 68 *cap. 36. & 37. Psal. 65. v. * Eccl. 9. v. 1. * Bk. 6. * Cent. 2. cap. 94. * lib. 5. Fast.

[illegible] abbatem [illegible] transumpsit [illegible] ille [illegible] in Latium [illegible] [illegible] guntur.

MONACHI ITALIÆ.

CASINENSES.

[illegible]

[illegible] ntum [illegible] stud [illegible]

[illegible] entali. am [illegible] purpureum ob [illegible] Ibid.*

[illegible] sunt quâ [illegible] O- de [illegible] antecessori [illegible] Nam sæpe de [illegible] fuerat [illegible] estus, quasi non [illegible] ad corporis sustentati- onem idem & [illegible] regnum Dei quærant: ad Papam [illegible] ipsum accusant quasi non omnium [illegible] electus esset, sed per vim intrusus. Quod cum ipse [illegible] monasterio [illegible] jecit. [illegible] ad Papam con- [illegible] animum ejus magis adver[illegible] Abbatem irritant. [illegible] nulli verò, ubi per [illegible] Papam abbati succen- [illegible] possunt, [illegible] estiarum creant; & inter [illegible] quos Comite Aquinensi. Ut verò [illegible] tueretur, singu- la monasterii castella [illegible] cingit, ipsos ex agris vocans: ut hoc modo omnem vim depelleret. Ibidem.* Turrim S. Benedicti, cum contiguâ habitatione, in hono- rem Salvatoris, & B. Virginis, consecrare constituit: sed morte præventus, opus reliquit imperfectum. Præfuit an- nos [illegible] mensibus [illegible] Ibid.*

GIRARDUS.

Brunone ad Signinum episcopatum (ut suprà indicavi- mus) relegato, de successore inter cucullatos non conve- nit. Nam ad Peregrinum quendam Ligurem, hominem vafrum & astutum, Bruno rei summam deferre nitebatur. Sed cùm reliqui monachi nullo modo consentire vellent; [illegible] conatus est illum obtrudere; conductis militibus, qui in monachos, ad colendum deum Maolim euntes, impe- tum fecerunt, postulantes sibi indicari eos, qui abbati re- stitissent: tandem [illegible] pertinaces monasterio exturbant. At Bruno multorum malorū longam [illegible] adesse animadvertens; deposito baculo [illegible] loco cessit, ipsis liberam permittens electionem. Proinde Girardus Decanus, de Marsorum Comitum stirpe oriundus, à reli- [illegible] abbas creatur [illegible] Paschal[illegible] ad se voca- tum consecrat, eique pr[illegible] omnimodâ monaste- rii libertate, concedit. Chron. Cas.*

[illegible] & liberaliter exc[illegible] viros, Româ à Pontifi- ce m[illegible] ad Alexium Comnenum [illegible] adjungens [illegible] imperator [illegible] studia & [illegible] deferrent. [illegible] Romam [illegible] erat. Ibid.* [illegible] Pontifice [illegible] Bene- [illegible]

[illegible] monasticum [illegible]

R[illegible] uorum [illegible] ca[illegible]

[illegible] Ar[illegible] N[illegible] castrum [illegible] Ad-mare nomen [illegible] S. Germ[illegible] [illegible] tatem [illegible] A[illegible] restauravit [illegible] Ibid.* A[illegible] castri [illegible] tam. Vitecutu[illegible] Su[illegible] usque [illegible] Hectoris, Pandul[illegible] C[illegible] lateque vastavit [illegible] Comitum castella [illegible] deditis [illegible] ceperint [illegible] exar[illegible] Contra Pandulfum & [illegible] anno [illegible] igne & ferro dep[illegible] est. Ibidem.*

Idolorum cultor fuit Brac[illegible] enim S. Matthæi Apo- stoli Benevento ad suos monachos [illegible] reconderetur anno [illegible] qui [illegible] erant [illegible] præmio; ut, quoties venirent ad confessionem, absque precio suscipierentur. Ibid.*

Defunctorum animabus existimavit vivētium dem[illegible] murationes prodesse. Nam eo ipso anno, quo pau[illegible] mortuus est, anniversario die abbatis Oderisi, de nocte in capellâ S. Sebastiani, pro eo officium defunctorum [illegible] Dum sacra autem hæc perag[illegible] Oderisium videre [illegible] innuentem sibi, ut ad se veniat. Hoc imminentis mortis præsagium esse animadvertens, protinus acerbissimè flere; reliquisque monachis percontantibus quid causæ esset? re- spondit: protinus [illegible] esse moriendum, ut ex Oderisio per- ceperat. Nec [illegible] opinio. Nam morbo corre- ptus, non mult[illegible] 16. Calend. Februar. anno 1122. col- ligitur ad patres [illegible] annis [illegible] & mensibus præfuisset [illegible] Sepultus est in [illegible] capitulo, ad caput abbatis Deside- rii. Chronicon Casinense.*

ODERISIUS II.

Abbas 42. ordine, ex Sangororum Comitum stirpe oriū- dus, [illegible] monach[illegible] C[illegible] primum quidem di[illegible] tibus, tandem verò contentientibus suffragiis, in locum de- functi eligitur: & [illegible] confirmatur, anno [illegible] Martio. Eum Oderisius [illegible] suo superi[illegible] perat [illegible] Gerardi po[illegible] ipsum Præp[illegible] [illegible] pacto [illegible] ad obedientiam & fidem adig[illegible] ret. [illegible] Diaconum in Lateranen[illegible] constituit.

C[illegible] consecrandi [illegible] Romam [illegible] Monachos [illegible] Casinenses Romani [illegible] Regnum & Prin[illegible] Mund[illegible] Chronic[illegible] [illegible] omnia eorum ferro ac igne, quantum [illegible] pulsatur. Ibid.* Et Ricardum, Picenti[illegible] Cal[illegible]

Leonis Consulis Fundani, atque filii; itemq; quòd unum ea Casinensibus equitibus captum injuriis affecerat, oppugnat. Proinde ab Octaviano, Leonis fratre, adjutus, Piceno vicina quæq; depopulatur, & incredibili crudelitate vastat, toto fermè anno. Cumq; castello Ricardus aufugisset ...dq, abbas per indicium accepisset: ingenti conducto exercitu, castrū adoritur, & deditione capit: & paulò pòst etiam, multo labore, anno Domini 1123. atq; Papæ confirmatione, deinceps obtinet, tanquam proprium. Opposuit etiam se-se magnâ vi Ricardo, Caleni domino, & Principi Capuano; qui hanc injuriam, Piceno illatam, vindicare nitebantur. *Ibid.*

* cap. 84.

Inter armorum strepitum, qualemcunq; & monasticarum superstitionum rationem, easq; pro virili propagandi studium, habuit. Nam ea suo cœtu tres in Dalmatiam misit, petente id Savino nobili: ut monastici ordinis regulam ibi homines docerent. Quos ille libris, aliisque rebus necessariis, instruat. Casinense præterea templum æreis portis ornavit. *Ibid.*

* cap. 82.

Romanæ ecclesiæ capiti, Honorio II. protervè reluctari ausus fuit. Nam Papa, postquam statim ab electione in aliquas incidisset difficultates, ab Oderisio pecuniæ subsidium sibi mitti, postulat: id si faciat, se illum filii; sin minùs, privigni loco habiturum, interminatur. Ea res inflato tumidoq; abbati non-parùm bilem movet: seque, qui ad ferendum auxilium invitetur, electioni etiam interesse debuisse, atq; in filiorum numerum numerari, quem jam velit esse tribulationis participem, respondet. Et cùm de ipso dixisset ad fratres Papa; se nescire, cujus esset filius, quàmvis literis à capite usq; ad pedes plenus esset: perpetuò abbatem habuit adversarium. *Ibid.*

* cap. 85.

Majoribus affluxit opibus, quàm Apostoli; qui se aurum & argentum non habere dicunt. Nam Leoni Fundano Consuli, & filio, ex captivitate solutis, magnam pecuniæ vim mutuò dedit: hac ratione paciscens, ut intra annum restitueret vel pecuniam, vel pannos sericos, ad usum monachorum: & omnes præterea cellas, quas in ipsius ditione haberent Casinenses, dimitteret liberas; atque annuatim prandium ventribus Casinensibus se daturum, ...â sponte reciperet. *Ibid.*

* cap. 86.

¶ Comites Aquinēses ipsum, apud Papam Honoriū II. quem alioquin minùs habebat propitium, accusarūt; quasi Apostolicæ sedis inimicum, & qui res monasterii prodigaliter decoqueret.

Ricardus etiam Calenus, injuriam sibi ab ipso illatam ultus est: aliquot monasterii castella capiens, diripiens, omniaq; ferro atq; flammâ vastans. *Ibid.*

* cap. 87.

Honorius itaque eum, ubi Casinum venisset, in magnâ laicorum frequentiâ, increpat, ut militem, non abbatem, & ut monasterii bonorū decoctorem. *Ibid.* Ad extremum. & Adenulfus Comes, vehementi in Abbatem accensus odio, per literas cum Papâ agit, de alio ejus loco constituendo; Gregorio nimirum Terracinensi episcopo, Casinensi monacho. Ideoq; Romam evocatur Abbas; ut ad objecta crimina respondeat. Ille se eò venturum negat, nisi priùs Papa suam ipsi restituat gratiam. Ideoque, cùm ter evocatus comparere recusaret; tandem, ut contumax & superbus, damnatur ac deponitur. Cùm verò ne sic quidem loco cederet, sed die Palmarum, suo more, nihilominùs faceret, quæ consueverat: proximo Paschatis festo pòst excommunicatur, & omnes unà, qui ipsi obedirent. Oderisius, conscripto exercitu, se-se defendere nititur. sed cùm cives, ejus causâ, nullum excōmunicationis fulmen perferre vellent: vi reliquos monachos cogunt, in ejus locum, qui jam profugerat, & armis rem tentare nitebatur, alium eligendi & cōstituendi. Sic igitur ille, qui veriùs mi[illegible]itis, quàm abbatis nomen obtinebat, sede depositus est; cùm annis 3. mensibus 4. diebus [illegible] præf[illegible]et *Chron. Casinense.*

* cap. 88.

* l. 4. c. 90.

Remotus, insanire nequ[illegible]quā desi[illegible]. Nam, cùm de electione successoris cogn[illegible]sset, Banc[illegible]m arcem capit; & quicquid demum illi faveret [illegible] demolitus est. *Ib.*

* cap. 91.

Tandem, cùm se frustra Papæ cōtr[illegible] [illegible]leret, Romā contendit; abbatiam pontifici [illegible] Ban[illegible]ram arcem restituit Casinensibus, provol[illegible] *Ibid.*

* cap. 94.

NICOLAUS.

Natione Tusculanus, succedit. Eum Girardus Rectorem apud Suium cōstituerat; Oderisius II. Decanum Casinensem. cui functioni cum fermè mense uno præfuisset, abbas eligitur. Quod cùm nonnullos, præsertim seniores, malè haberet: clàm ad Honorium II. Pontificem datis literis, queruntur, non canonicam; sed seditiosam esse eam electionem. Proinde Gregorium, Cardinalem titu[illegible] Apostolorum, Casinum mittit: ut Senioretum, Capuani monasterii Præpositum, eligerent. quod tam honorificum sti monasterio, nim etiam utile futurum esset. Monachi, qui nemini se-se subjectos esse dicerent, indignum arbitrabantur, Cardinalem audire, leges præscribentem. Sed vicit tandem sua importunitate Cardinalis: ut se alium electuros esse dicerent, tempore idoneo. *Chronicon Casin.* Cæterùm Nicolaus pleraq; vasa aurea, argentea, & quicquid tandem preciosum habebant Casinenses, in Robertum quendam, Jordanis Principis filium, profusè distribuit: ut ejus auxilio castrum Suium recuperaret. Verùm laterem lavit; & nihil, præterquam suorum monachorum odia gravissima, consecutus est. *Ibid.*

* lib. 4. c. 91.

Præfuit anno 1. mense 1. diebus 16. & tanquam inutilis, prorsusq; ineptus, exauctoratur à Papâ. Redeunti ad monasterium, janua à nonnullis, qui eum extremè oderant, illi præcluditur; nec ingredi ipsi cōceditur. Exclusus hoc modo, ægerrimè id fert: ideoque auxilio Godfridi, Aquilani Principis quædam monasterii occupat; & vicinis locis multum damni dat. *Ibid.*

* cap. 92.

SENIORETUS.

* c. 95. & 96.

Qui sub Oderisio I. puer ingressus fuerat monasterium, primò Præpositus monasterii S. Mariæ in luco; deinde S. Nicolai in Picâ, fuit. Casinensis Decanus etiam fuit, tribus annis. Tandem Capuæ Præpositus constituitur. At, cùm regulæ monasticæ diligens & accuratus esset observator, prudens & strenuus: ab Honorio II. aliis multis præfertur, & Capuâ, ejus jussu, Casinum accersitur, ut electioni novi abbatis interesset. Verùm in itinere, à Godfrido Aquilano captus, custodiæ mancipatur. Nihilominùs tamen à Matthæo, Albanense episcopo, & reliquo monachorum cœtu, eligitur absens abbas 44. IV. Idus *Julii*, circiter annum 1127. E' vinculis liberatus, consecratur Casini a Papâ: quod antea nunquam fuerat factum. Papa etiam, juramentum fidei, etsi vehementer ab illo exquireret: tamen reliquis dicentibus, nunquam id fuisse factum antea, neq; id necesse esse; cùm præsertim soli Casinenses semper Romanæ sedi obedientiam præstitissent: acquievit. *Ibid.*

* cap. 97.

Quidam ex monachis ægrè tulerunt, ipsum sibi præfici; propter immodicam austeritatem, quam præ se tulerat Decanus. Sed eam-ipsam ob causam, Pontifex omninò hunc evexit: ut monasticum rigorem, qui tùm penè interciderat, restitueret in integrum. *Ibid.*

* cap. 98.

In cathedram Benedicti honorificè locatus, in id totus incubuit: ut mores monachorum emendaret, & ventres eorum amplos exsaturaret. nam de reditibus augendis sollicitus erat; utq; amissa recuperaret. *Ibid.*

Idololatra fuit. In calamitate enim cū versus est ad deos alienos; quorum opem imploravit. Cùm gravis, à Cancellario Lotharii, Casinensi monasterio immineret tempestas videretur: ibi cum reliquis S. Benedictum invocat; ut ille ipsorum susciperet patrocinium. Nec-non ingens auxilii pondus statuit, in incertis mortuorū reliquiis. quas cum aliis circumgestando veneratus est.

Et hypocrita. Nam confessus est in capitulo monachōrum, se regulam patris Benedicti non servâsse strictè, tanquam enorme peccatum, quod horribilem pœnam promeretur. Promulgavitq; legem, unà cum aliis, cùm ob Guarini tumultum non præstitissent silentium: ut diebus tribus tria psalteria, post completorium, in ecclesiâ psallerent. Et ipse abbas suos monachos, ab omni sententiâ excommunicationis, si quam incurrissent, absolvit; indulgentiamq; concessit. *Ibid.*

* cap. 100.

Eum Guarinus, Cancellarius Lotharii, Capuam evocavit: ut per insidias caperet; & Casinense monasterium in

Imperatoris potestatem redigeret. Sed ille, morbum insimulans, tùm non venit. Postea privatim cum eo veniens in colloquiũ, cùm nullo pacto hic se permoveri sineret, licèt omni humano præsidio destitueretur, ut monasterium in potestatem Imperatoris traderet: cõviciis afficitur à Cancellario, tanquam perfidus & fallax. *Ibid.*

Præfuit turbulentis temporibus, annis 9. diebus 19. Et cùm triduo antè pacem à Lothario imperrâsset; collectus est ad suum populum: sepultusque ad dextram introëuntibus in cœmeterium, juxta gradus, ubi 4. discipuli S. Benedicti requiescunt: anno 1136.

REINALDUS.

Senioreto defuncto, non convenit inter monachos, de successore constituendo. Quidam enim Reinaldum Calamentanum; quidam verò Reinaldum Etruriensem, substitui contendebant. Vicit tandem ea pars, quæ Calamentanum denominaverat: ipsumque acceptum in sede Benedicti collocant. quam electionem postea ratam habet Imperator, qui Ravennæ tùm temporis substitit. *Chron. Cassin.**

* lib. 4. c. 105.

Militem potiùs, quàm otiosorum monachorum abbatem, egit. Monasterium enim Casinense dedere noluit Heinrico, Lotharii genero, & Papæ Innocentio II. hortatus reliquos, ut in fide Rogerii permaneant; & Petro Leonis filio pareant. Cumque adversariorum viribus impar esset: evocavit Gregorium, Adenulfi filium, clàm cum exercitu; ut Casinense monasterium, contra Papam & Ducem, defenderet. Sara monasterio vicina incidit; omniaq; cum suo confederato Gregorio depopulatus est: ne quid ad victum hostium & jumentorum superesset, qui ad monasterium castra locarant. Sed tandem cum Duce in gratiam rediit. *Ibid.**

* cap. 106.

Papæ se opposuit; & juramentum obedientiæ illi præstare, detrectavit omninò. Quâ de causâ Romanus Pontifex omnibus, Casinensi monasterio subjectis, autoritate apostolicâ mandat: ne quid reverentiæ, vel obsequii, abbati ac reliquis fratribus exhiberent. *Ibid.**

* cap 109.

Certamen illi fuit cum Papâ Innocentio II. quòd Petro, Leonis filio, antipapæ parêret. Ideoque Pontifex, missis ad illum nuntiis, antequàm Lotharium, à quo amicis literis sæpiùs fuerat vocatus, ut Melphim ad se veniret, accederet, jussit, ut priùs nudis pedibus papæ satisfaceret; & juramento confirmaret, se exsecututum omnia, quæ is juberet; denique etiam Petro, Leonis filio, cum anathemate renuntiaret. Sed ille ad Imperatorem appellat, quo-cum se deliberatutum respondit. Cæterùm admissus ab Imperatore, multò iniquiorem experitur Pontificem: qui per Cardinales vehementer accusat, tum ipsum Imperatorem, quòd abbatis curam suscepisset; tum etiam ipsum Reinaldum, tanquam excommunicatum: omninoque postulat, ut Imperator aut abstineat à consortio abbatis; aut eundem, ut anathematizet Petrum Leonis filium, & obedientiam juramento sibi promittat, vi adigat. Tandem, jubente Imperatore, utrinque causa ventilatur, ac pax sancitur; jurante Monacho in Papæ verba. *Ibid.*

Cum indè Casinum redisset, novum ipsi creant malum malevoli. Nam per eosdem clàm defertur ad Imperatorem, quasi Rogerio faveret, illius benignè suscipiens nuntios. Eamque ob causam judicatur hostis Imperii; &, ut se quamprimùm judicio sisteret, vocatur. At morbo correptus, non venit: & interim, quomodo monasterium adversùs Imperatorem armis tueretur, consilia tractavit; ideoque Gregorium quendam accersivit. Ea res cùm innotuisset Imperatori: mox Brunonem quendam cum exercitu Casinum mittit: qui potitus monasterio, abbatem capit, & militibus custodiendum tradit. Subsequitur Imperator, & coràm de illo cognoscit. Ibi accusatur, tanquam rebellis & hostis Imperii:

1. Quòd ab antipapâ Petro, Leonis filio, Subdiaconus esset ordinatus.
2. Quòd Rogerio Regi juramentum præstitisset.
3. Quòd contra Canones ab excommunicatis esset electus, cùm tantùm Subdiaconus esset.

Ipsi etiam Monachi eum accusant: 1. Quòd seditiosè; non canonicè esset electus. 2. Quòd Missam celebrare nõ possit; nec à delictis absolvere quenquam. Quia fundatus esset, non super fundamentum solidum & immotum; sed super arenam: eò quòd à Petro antipapâ ordinatus esset.

Has itaque ob causas, in præsentiâ Imperatoris, & Legatorum pontificiorum, exauthoratus est, & ab illo munere remotus, cùm vix annum præfuisset. *Chron. Cass.**

* lib. 4. c. 119 & seqq.

A successore constitutus est Præpositus S. Magni, juxta Fundanam civitatem. Sed eo officio minimè contentus, arcem, quæ Castrum-cœli dicitur, quam Reinaldi propinqui jam tenebant, ingressus est: omnique studio quæsivit, quomodo, post discessum Imperatoris, Casinensem abbatiam recuperaret, & se de suis æmulis ulcisceretur. Conscripto itaq; exercitu, & Rogerii atq; suorum propinquorum auxilio accito, omnia, quæ circum castellum S. Angeli sita sunt, ferro atq; igne depopulatus est. Ex urbe S. Germani, & Casinense monasterium oppugnare non est veritus. Sed frustraneus ejus fuit conatus, monachis cum Rogerio fœdus facientibus. *Ibid.**

* cap. 123. 126. 128.

GUIBALDUS.

Remoto etiam Reinaldo, de successore constituendo non convenit. Nam Cardinales, missi à Pontifice, volebant ex universo monachorum cœtu, ibi congregatorum, duodecim tantùm eligi; qui secum unà deliberarent. Sed Monachi vehementer resistebant: ità quidem, ut tùm temporis Cardinales re infectâ discederent, rem omnem ad Papam relaturi. Ad extremum verò, interventu Lotharii, & cùm ex vetustis privilegiis Papa cognovisset, monachos liberam habere electionem: consensit, ut illorum, eligere; suum verò, consecrare esse in-posterum, lege perpetuâ. *Chron. Cassin.**

* l. 4. c. 124.

Guibaldus igitur Lotharingus, abbas Stabulensis, vir doctus, prudens & honestus, à monachis, multùm contra-nitens, in præsentiâ Imperatoris Lotharii, cui in-primis charus fuerat, successor designatur: à quo & confirmatur, & postea etiam Papæ Innocentio commendatur. Imperator, in quodam epistolio, eum vocat Cancellarium Romani Imperii, Capellanum, & principem pacis.

Principibus populorum dominatus est. Nam à Ranulfo Apuliæ Duce, Roberto Capuano Principe, & aliis Capuanis Comitibus, Aquinensibus, Nortmannis, auxilio Lotharii, juramentum fidelitatis accepit; illos sibi subjiciens, omnesq; eorum possessiones. *Ibid.**

* cap. 125.

Bella gessit. Nam cùm adhuc apud Stabulenses abbatem ageret; classi præficitur à Lothario Imperatore, contra Salernitanos: cum quibus multis præliis contendit. Et cõtra antecessorem remotum, qui Rogerii auxilio omnia, quæ circum castellum S. Angeli sita erant, ferro atque igne depopulabatur, in armis fuit; ac Imperatorem, qui jam discesserat, in auxilium revocavit: in quem solum omne suum præsidium collocavit; sicut suum præsidium eum appellat, & impiè imitatur illud Psalmi: Ne quando dicant Saraceni, Nortmanni, Longobardi; Ubi est Imperator illius? *Ibid.**

* cap 126 & 127.

Ad Rogerium nuntios misit Capuam; pacem ab illo petens, omnemque illi obedientiam promittens. Sed nihil responsi tulit; præterquàm, se nullum ibi abbatem ferre posse, ab Imperatore constitutum. Et suspendisset etiam; si habuisset. His dictis exterritus abbas Thrasonicus, clanculum, 4. Non. Novemb. anno 1140. noctu stationem deseruit; permittens reliquis monachis liberum, ut eligerent, quem vellent. *Ibid.**

* cap. 128.

Exstat ejus epistola, ad Lotharium perscripta. *Ibid.** in quâ de calamitate Italiæ, præsertim verò earum urbium ecclesiarumque, quæ Casinensibus parebant, parrhesicè conqueritur.

* cap 127.

REINALDUS. II.

Valeriâ provinciâ, ortus ex nobilissima Marsorum prosapiâ, vir honestus & doctus; qui anno 15. ætatis, monachum ibi induerat, communibus suffragiis in locum desertoris constitutus est, anno 1140.

Ad postulata Rogerii, qui posita circùm Casinense cœnobium omnia occupaverat, nequaquam induci potuit, ut contenderet; & ne minis quidem. *Chron. Cassin.**

* lib 4. cap. 129.

Exstit[illegible] di bo[illegible] is fidem adl[illegible] bu[illegible] & deos alien[illegible] [illegible] A[illegible] quidam, delirus senex, ad ipsum re[illegible] [illegible] ussu [illegible] uju[illegible] m, q[illegible] ed[illegible] pulum S. Benedicti [illegible] a[illegible] e[illegible], c[illegible] pro monachorum [illegible] de[illegible] antaret [illegible] ad cadaver [illegible] peragere[illegible] Deu[illegible] pto[illegible] de [illegible] ctorum [illegible] pœnitentiâ, [illegible] ne[illegible] depel[illegible] at. Quod fecit [illegible] extremi[illegible], & al[illegible]o etiam ta[illegible] olu[illegible]. *Ibid.**

* cap. 130.

H U G O.

M[illegible] ui[illegible] iam transalpin[illegible] is, cum te[illegible] lupeatibus toto [illegible] cer[illegible] ist[illegible] pore d[illegible] Satan[illegible] ill[illegible] ionem, factu[illegible] ft m[illegible] ac[illegible] is, extru[illegible] um a[illegible] ontem de or[illegible] rig[illegible] ennis[illegible] lane[illegible] nud[illegible] pedibus in[illegible] ee[illegible] it. Tandem B. Benedicto Casinen[illegible] mancipat: quòd ibi sanitati pristinæ tu[illegible] rac[illegible] tutus. *Chron. Casinen.**

* li. 4. c. 46.

A Z O.

Monasterii Casinensis Decanus, cum aliis nonnullis [illegible] eniens ex Sardinia, a Saracenis in mari captus, atque in A[illegible] a[illegible] deductus est: ubi captivus moritur, anno 1113. *Ibid.** Post mortem dicitur claruisse miraculis. *Ibid.**

* cap. 52.
* cap. 53.

G I R A R D U S.

Monachus Casinensis, templum in honorem S. Vincentii martyris, ad fontes Vulturni fluminis, funditùs extruxit. Id anno 111[illegible], dedicavit Paschalis II. Papa. *Chronicon Casinense.**

* li. 4. c. 57.

S E N I O R E T U S.

Ejusdem monasterii Decanus fuit, temporibus Girardi: cujus consilio u[illegible] us est abbas, ut [illegible] rmani incolas, ad præstandam obedientiam, adigeret. *Ibid.**

* cap. 58.

S E R G I U S.

Casinensis monachus, moriturus, Satanam specie B. Virginis vidit; & continuò animam exhalavit.

G U I D O.

Monachus Casinensis, conscripsit visionem Alberti cujusdam pueri. *Casinen. Chron.**

* li. 4. c. 68.

A L B E R I C U S.

Nobilis quidam puer, cum [illegible] ætatis anno, morbo correptus, animam novem dies continuos, totidemque noctes, egisset; iterum convaluit: cùm & internum & cœli mansiones vidisset: factusque est monachus Casinensis.

Opera ejus [illegible] sunt, quæ hypocritam insignem ipsum fuisse arguunt. Nam neque carnes edit, neque vinum bibit; nudisque pedibus semper incessit. *Ibidem.*

P E T R U S.

Petrus Diaconus, anno Domini 1115. suæ verò ætatis 5. Casinensis factus est monachus. Patre fuit Gregorio quodam Romanorum Duce & Consule, natus. Cumque diligenter a Girardo esset institutus: specimen suæ eruditionis atque ingenii editurus, non-nulla scripsit, anno suæ ætatis 21.

Passionem S. Marci martyris, & sociorum. ad Oderisium abbatem.

Vitam Falconis confessoris.

Passionem Placidi martyris.

Vitam Apollinaris abbatis, ad Rainaldum.

Vitam sanctorum Guinizonis & Januarii, ad Richardum Casinensium monachum.

Vitam Constantii episcopi & confessoris, ad Guarinum Aquinensem episcopum.

Vitam S. Severi, episcopi Casinensis, ad Senioretum abbatem [illegible] Rhythmum de tempore novissimo.

Eversionem & [illegible] staurationem civitatis Atinæ, inventionemque B. Marci martyris.

Vitam S. Dariæ uxoris S. Nicandri.

Scripsit & Sermones hos. *De S. Marco, 8. De ejus vigiliis, 2. In Parasceve [illegible] in Sa[illegible] ate sancto. Homiliam in f[illegible] patris Benedicti: & aliam in ejus octava: [illegible] e mortu[illegible]: in Pascha[illegible] in Ascensione Domini: in Pentecoste: de S. Johanne Baptista. De sanctis Petro & Paulo: de S. Laurentio: de vigiliâ sanctæ Mariæ.*

[illegible] ibrum de [illegible] iris illustribus Casinensis cœnobii, ad Pandulfum [illegible] ea[illegible] ensem episcopum.

Miracula Casinensium monachorum, quæ scripta non erant.

Historiam de eversione, seu restauratione, cœnobii B. Mauri.

Visionem Senioreti abbatis emendavit: ubi & Prologum scripsit Fecit & Prologum in [illegible] o Privilegiorum.

Sermones de translatione corporis protomartyris Stephani, ex Constantinopoli [illegible] urbem Romam.

Ortus & Vit[illegible] [illegible]

Sermones [illegible] Sanctorum: de Nativitate Domini 2. de S[illegible] bano.

Chronicon Casinensis cœnobii [illegible] renovatione ecclesiæ S. Martini usque ad hunc diem.

Astronomiam ex veteribus libris compilavit.

Scripsit *Altercationem inter se & [illegible] tium, Casinensis cœnobii abbatem.*

Solinum de Mundi mirabilibus breviavit.

De generibus Lapidum pretiosorum, librum ad Conradum Imperatorem scripsit.

Scholia in vetus Testamentum composuit.

Ad Lotharium Imperatorem epistolas 2.

Ad Richizam Imperatricem, de obitu Lotharii Imperatoris.

Ad eandem, de obitu Henrici Ducis.

De electione Conradi II. Romanorum Imperatoris, epistolam perpulchram.

Notarum librum ex parvo ampliavit, & Conrado Imperatori dedicavit.

Vitruvium de Architectura breviavit.

Librum Heræ, Regis Arabum ad Neronem Imperatorem, de pretiosis lapidibus, quem Constantinus Imperator ex urbe Româ Constantinopolim asportavit [illegible] ex Græco in Latinum convertit.

Hymnos [illegible] in laudem S. Justæ virginis & martyris.

Visionem Alberici monachi Casinensis corruptam emendavit.

Chronicon Regum Trojanæ gentis, Consulum Dictatorumque composuit.

Miracula Sanctorum Marci, Nicandri, & Martiniani, exaravit: Hymnos sex in eorum laudem composuit.

Cantus [illegible] Marci martyris invenit.

Scholia in diversis sententiis.

Exhortationem ad Monachos, quid servare, quid cavere debeant.

De septem Vitiis & Virtutibus.

De septem Petitionibus.

De Rebecca & Isaac.

De Rege Ozia, & Sacerdotibus.

De Moyse, & viâ trium dierum, ac de tribus temporibus.

De visione Esajæ.

Librum salutationum, exornationum, & opprobriorum: de Terra promissionis.

Itinerarium ex omnibus veteribus collegit libris, & Guibaldo Casinensi abbati dedicavit.

Vitam S. papæ Leonis.

Historiam Trojanæ gentis, à principio usque ad sua tempora. Librumque prodigiorum & portentorum, Ptolomæo secundo, illustri Romanorum Consuli, dedicavit.

De tentatione Christi in deserto, perpulcrã scripsit homiliam

Altercationem, quam habuit cum Constantinopolitano quodam, pro Ecclesiâ Romanâ. & alia plura.

¶ Plura etiam munera in isto monasterio gessit. Nam Chartularius, Bibliothecarius, & Scriniarius fuit. Et quia in disputatione quâdam, contra Græcum Philosophum, in præsentiâ Lotharii, palmam obtinuisset per eundem Romani Imperii chartularius designatur. *Chronicon Casinense.**

* li. 4. c. 08 & 117.

Contra Pontificem Innocentium II. destinatus est, a suo abbate & soc[illegible]s; ut ipsorum causam coram Imperatore ageret, anno 11[illegible]8. Quam disceptationem supra, in Capite de Schismatibus, integram inseruimus.

Græcum quendam, dicentem, Romanam Ecclesiam excommunicatam; quòd Symbolo Niceno adjiceret, Spiritum sanctum a Filio quoque procedere, refutavit [illegible] em artificio: quòd de suo adderent, Spiritum sanctum ex solo Patre procedere. *Ibid.**

* cap 117.

Tantoperè illum amavit Imperator, ut, ejus manu ap-

prehensâ, eam in Gusbaldi manus traderet; atque ita magno studio abbati commendaret. Cæterum, suâ autoritate ab Imperatore Lothario impetravit: ut Batense monasterium, à civibus Casinensibus subtractum, [illegible]sis restitueretur. Et S. Scholasticæ territorium, cum al[illegible]s possessionibus, quæ Robertus Comes ad se transtule[illegible]t, recuperavit Casinensibus. Perinde contra Monachos S. Vincentii palmam obtinet: qui ad Imperatorem Ca[illegible]nenses accusarât, quasi nonnullas possessiones il[illegible]is abstulissent. *Ibid.**

* cap 118. & 119.

A[illegible]RERTUS.

Facit *Chronicon Ca[illegible]inense** cujusdam Alberti præstigiatoris mentionem, qui natione [illegible]lignus fuit, [illegible]licerni tanti hypocritæ: ut [illegible]uis admirationi esset. Nam parùm abfuit, quin ined[illegible]a, battologiis, vigi[illegible]is, flagris, quotidie se-se propediem enecaret. [illegible] Diaboli præstigiis fascinatus, suasit, jussu Mar[illegible]i, (si d[illegible]is placet) ut antiphonam B. Mariæ decantarent; & litanias ad mortuum & fœtidum Benedicti cadaver peragerent: fortè tùm habituros propitium suum numen; & finem calamitatibus monasterii imponendum iri. Sed ipsis quidem monachis Casinensibus, alioquin superstitiosis, visus est delirare, & fabulam dicere.

* li.4.c.30.

JOACHIM FLORENSIS ABBAS.

Calaber, homo & eruditionis & vitæ sanctitatis nomine celebris, floruit sub Friderico. *Gigas* eum sub Cunrado floruisse asserit. *Johannes de Oppido*, sub Urban[illegible] III. circiter annum Christi 1186. Nonnulli eum rejiciunt in [illegible]equens seculum, ad annum 1230.

Spiritum propheticum eum habuisse, quidam affirmât. Sed *Trithemius, de Scriptoribus ecclesiasticis*, op[illegible]ur fuisse conjecturas ex Scripturis sacris petitas. U[illegible]o fuit, qui Papæ ejusque sacrificulis contradixit: [illegible] monia sint immersi; luxu & libidine penitu[illegible]n, illos Judæos & Ethnicos suis sceleribus de[illegible]ud minùs Christianam doctrinam amplectantur.

Scripsit quàmplurima; quorum titulos subjiciemus ex *Trithemio de Scriptoribus ecclesiasticis, & Chronico Ursangiensi*.

In Hieremiam Prophetam,	lib.1.
In Euangelium Johannis,	lib.1.
Ad Henricum VI.	lib.1
In Danielem Prophetam,	lib.1.
In Apocalypsin Johannis,	lib.1.
De septem Sigillis,	lib.1
Psalterium decem chordarum,	lib.3.
Concordia.	lib.5.
De XV. Pontificibus,	lib.1.
De futuris temporibus,	lib.1.
Epistolarum ad diversos,	lib.1.

Scripsit etiam contra Petrum Longobardum tractatum, quem Pontificii in quodam Concilio Lateranensi damnarunt: quòd quædam minùs rectè de Divinitate docuerit. Quæ damnatio Juri Canonico inserta est. *Schedelius.**

* Æ[illegible] 6.

De Monachis, quos Minoritas vocant, prædixit: tales brevi venturos, (nam imaginem ejusmodi monstri in suo cubili expresserat) funibus præcinctos, sandaliis calceatos; sed nihilominus ad finem seculi duraturos. *Gigas.*

Dissuasit Philippo & Richardo, Angliæ Regi, expeditionem Hierosolymitanam; tanquam parùm frugiferam futuram. *Johan. de Oppido.*

Urbano III. temerariè tempus diei novissimi prædixit: futurũ scilicet intra duas generationes, hoc est, [illegible] annos; & tunc implenda omnia, quæ de Antichristo prædicta circumferebantur. *Johan. de Oppido.*

Balæus refert,* ex lib. 2. Rogeri Hovedeni: aliquando ipsum à Richardo, Angliæ Rege, interrogatum esse de Antichristo: atq; respon[illegible]sse, Romæ jamdiu fuisse natum; & eo quidem tempore, circiter annum 119[illegible], maximè regnare, exaltareque se supra omne, quod d[illegible]tur Deus: eorum causâ, quæ ab Alexandro III. contra Fr[illegible]dericum, & à Celestino III. in coronatione Henrici VI. fi[illegible]bant.

* Cent. 3. cap. 35. in App.

GRATIANUS BONOniensis Monachus.

Patri[illegible] [illegible]Hetruscus, Ordinis S. Benedicti, doctus & religiosus. Is ex di[illegible]ersis Patrum sententiis, decretis & scripti[illegible], volumen Decretorum compilavit; & Papæ Eugenio III. confirmandum obtulit: qui illud approbavit, & publicè legendum concessit, atque nomen indi[illegible]t, *Concordia discordantium Canonum*. Scripsit & alia quædam. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis, & in Hirsaugiensi Chronico, Nauclerus.* Urspergensis.*

* Genn[illegible]

Tempus, quo Decretum Ju[illegible]i compilavit, non eodem modo indicant autores. *Johannes de Oppido. Chronicon Martini. Schedelius. & Bergomensis* constituunt annum [illegible]5. *Theodorus Bibliander in Chronologiâ*, annum 1129.

Alexander tertius eo usus in legatione est ad Henricum Angliæ regem, in Thomæ Cantuariensis causa. Catalogus testiũ veritatis. Sub tribus Imperatoribus, Lothario, Conrado & Friderico, claruisse scribitur.

BENEDICTUS

Terræ Majoris abbas, præfuit anno 1113. Is Beneventi in Synodo, nomine Casinensis abbatis, per Capuanum archiepiscopum, accusatus est; tanquam ecclesiæ sanctæ Mariæ invasor, quæ ad Casinenses pertinebat. Citatus verò sub pœnâ interdicti, post multam disceptationem, jus istius ecclesiæ ad Casinenses, sub Pontificiis privilegi[illegible] translatum est. *Chron. Casinense.**

* li.4 c.50.

SPARANUS.

Abbas monasterii S. Martini, Casinum veniens, obtulit suum monasterium, cum omnibus pertinentiis, Casinensibus monachis, *Chron. Casinense.**

* li.4.c.71.

GALLIÆ MONACHI.

I. PARISIENSES.

HUGO.

NAtione Saxo, presbyter & abbas S. Victoris Parisiensis, ordinis Canonicorum regularium Augustini, vir isto seculo inter præcipuos, doctrinâ præstans habitus est. Multa scripsit, & posteritati reliquit; quorum hic catalogus est:

Summa sententiarum,	lib.1.
De Animâ Christi,	lib.1.
De Sacramentis,	lib.12.
Didascalon,	lib.6.
De Modo orandi,	lib.1.
De Arrâ animæ,	lib.1.
De Laude charitatis,	lib.1.
De Institutione novitiorum,	lib.1.
In Regulam S. Augustini,	lib.1
De mysticâ arcâ Noæ,	lib 5.
In Ecclesiasten, Homil. 16.	lib.1.
In Cantica canticorum,	lib.1.
In Threnos Hieremiæ,	lib.1.
In Hierarchias Dionysii,	lib.14.
De laude Patrum,	lib.1.
De perpetuâ Virginitate S. Mariæ,	lib.1.
Super Magnificat,	lib.1.
Super Tota pulcra es,	lib.1.
De Amore sponsi & sponsæ,	lib.1.
De Medicinâ animæ,	lib.1.
De Meditatione,	lib.1.
De Incarnatione Verbi,	lib.1.
De Sapientiâ Christi,	lib.1.
De Vanitate Mundi,	lib.1.
De Substantiâ dilectionis,	lib.1.
De Disciplinâ,	lib.1.
De Mysteriis Ecclesiæ,	lib.1.
De Spiritu & animâ,	lib.1.
De Oratione dominicâ,	lib.1.
De Conf[illegible]ione,	lib[illegible]
In Ezechie[illegible]em Prophetam,	lib.1.
In quosdam Psalmos,	lib.1
De Natura Dei simplici,	lib.1
De triplici Voluntate in Christo,	[illegible]
De sacra Scripturâ,	lib.2.
De Naturâ animalium,	lib.1
De Contemplatione,	lib.1.
Epistolarum ad diversos,	lib.1.

Præterea

Praeterea Sermones composuit plures, & tractatus varios. Obiit anno 114 . *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis, & in Chronico Hirsaugiensi.*

RICHARDUS.

ET Richardus de S. Victore, natione Scotus, isto seculo longè doctissimus est habitus, & in externâ conversatione religiosus: floruitque circiter annum 114 . Ambitiosum suprà, quàm dici potest, ingenium in eo fuit: ut qui in sacris Scripturis multò voluerit haberi eruditior ipsis Prophetis & Apostolis; cùm tamen pleraq; ad allegorias rapuerit. Viam Antichristo strenuè paravit, de autoritate S. Petri scribens. Confirmavit etiam Monachorũ superstitiones non parùm, de Profectu monachorũ. *Balaus* *

* *Cent 14. cap. 48.*

Scripsit plurima; quorum tituli hi sunt:

De sanctâ Trinitate,	*lib.6.*
De Gratia contemplationis,	*lib.5.*
De duodecim Patriarchis,	*lib.1.*
De Arca mysticâ,	*lib 5.*
De XLII. mansionibus,	*lib.1.*
In Cantica canticorum,	*lib.1.*
De exterminatione Mali,	*lib.1.*
De promotione Boni,	*lib.1.*
Contra Judaizantes,	*lib 1.*
De Tabernaculo fœderis,	*lib.1.*
De tribus appropriatis,	*lib.1.*
De autoritate Petri,	*lib.1.*
De Potestate judiciariâ,	*lib.1.*
De quatuor gradibus Charitatis,	*lib.1.*
De Charitate violentâ,	*lib.1.*
De Peccatorum differentiis,	*lib.1.*
De instructione Novitiorum,	*lib.1.*
De spiritu Blasphemiæ,	*lib.1.*
De Sacerdotio Melchisedech,	*lib.1.*
De 12. Apparitionibus,	*lib.1.*
In Apocalypsin Johannis,	*lib.1.*
In Danielis Prophetiam,	*lib.3.*
Exceptionum, vel Divisionum,	*lib.4.*
De studio Sapientiæ,	*lib.1.*
De profectu Monachorum,	*lib.1.*
In Esajam Prophetam,	*lib.1.*
De verbis Esajæ,	*lib.1.*
De Apostolorum actis,	*lib.1.*
De Oratione mentali,	*lib.1.*
De triplici Holocausto,	*lib.1.*
De verbis Apostoli,	*lib.1.*
Aliud opus de iisdem,	*lib.1.*
De Vitæ novitate,	*lib.1.*
De Officiis Ecclesiæ,	*lib.1.*
De diversis Effectibus,	*lib.1.*
De visione Nabuchodonosor,	*lib.1.*
De quatuor Ventis,	*lib.1.*
De Emanuele, dialogorum	*lib.2.*
Epitome Bibliorum,	*lib.1.*
Chronicon à Mundi initio,	*lib.1.*
Explanationes Psalmorum,	*lib.1.*
In Threnos Hieremiæ,	*lib.1.*
Adversus Andream Anglum,	*lib.1.*
De Paschate gemino,	*lib.1.*
De Sacrificiis Abrahæ & David,	*lib.1.*
De Sacrificiis Abrahæ & Mariæ,	*lib.1.*
Confessionale quoddam,	*lib.1.*
De Statu interioris hominis,	*lib.1.*
De Eruditione ejusdem,	*lib.3.*
De Verbo incarnato,	*lib.1.*
De Plagis in Mundi fine,	*lib 1.*
Difficultatum declarationes,	*lib.1.*
De Spiritûs sancti amore,	*lib.1.*
Quibus prosint eleemosynæ,	*lib.1.*
De Baptismo Christi,	*lib.1.*
Comparationes Christi & Mariæ,	*lib.1.*
Insignium populorum Christi,	*lib.1.*
Difficultates ex tabernaculo,	*lib.1.*
De templo Salomonis,	*lib.1.*
Regum Juda & Israel tempora,	*lib.1.*
De Visione Ezechielis,	*lib.1*
De Templo Ezechielis,	*lib.1.*
De die Paschæ,	*hom.1.*
De Paracleti missione,	*hom 1.*

Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis, & in Chronico Hirsaugiensi, Balæus. *

* *Cent. 14 cap. 48.*

ANDREAS

Andreas Victorinus, natione Anglus, ad S. Victorem Parisiis, in Sacris literis & Philosophia eruditus, circiter annum Domini 115 . floruit. Divina volumina publicè legit. Cum Richardo, ejusdem ordinis & loci monacho contentavit; qui librum mordacem adversus illum edidit. Monumenta, quæ scripsit, hæc recensentur:

Super Genesin,	*lib.*
Super Exodum,	*lib.1*
Super Leviticum,	*lib.*
Super Numeros,	*lib.*
Super Deuteronomium,	*lib 1.*
Super Josue,	*lib.1.*
Super Judicum,	*lib.1.*
Super Regum,	*lib.1.*
Super Paralipomenon,	*lib.1.*
Super Ecclesiasten,	*lib.1.*
Super Parabolas Salomonis,	*lib.1.*
Super Esajam,	*lib.1.*
Super Hieremiam,	*lib.1.*
Super Danielem,	*lib.1.*
Super Jotiem,	*lib.1.*

Et super alios utriusque Testamenti, commentarios fecit. *Balæus.* *

* *Centur. 2. cap. 83.*

RICARDUS.

Ricardus de Pratellis, magni cujusdam in Galliis monasterii abbas, natione Anglus, unus inter doctissimos ejus seculi est habitus. Is ea, quæ in Sacris literis traduntur, sufficere Ecclesiæ credidit, sinè Paganorũ nugis. Conscripsit,

Expositiones in Josuam,	*lib.1.*
Super Judicum,	*lib.1.*
Super Ruth,	*lib.1.*
Super Sapientiam,	*lib.1.*

& alios utriusq; Testamenti libros cõmentatus est. *Balæus.* *

* *Cent. 13. cap. 26.*

PETRUS.

Petrus Cantor Parisiensis, obiit anno 1197. in monasterio Longi-pontis, non-procul a Parisiis sito. Socius fuit cujusdam Fulconis in prædicando. Miraculosè egit plurima; ità ut surdos, mutos, claudos, sanaret. Multos etiam ad restitutionem usurarũ docendo compulit. *Antoninus.* *

* *tit. 17 & 9. §. 29.*

FULCO.

Prædicator in Galliis, primò Petrum Cantorem; deinde, illo è rebus humanis sublato, Petrum de Roysiaco, associavit: & anno 1198. multos à peccatis luxuriæ & usuræ revocavit. Publicis quibusdam scortis persuasit conjugium. Quædam verò monasterium S. Antonii, prope Parisium, ingressæ, ut scilicet ibi castè viverent, more Monialium: quædam ejus hortatu labores diversos, & peregrinationes etiam, susceperunt. *Antoninus.* *

* *Ibid.*

II. PRÆMONSTRATENSES.

HUGO.

ASsiduus Achates Noberti, Ordinis Præmonstratensium architecti, ab illo, ad archiepiscopatũ Magdeburgensem vocato, eo in loco abbas constituitur, anno 1129. *Sigeberti Continuator.* Anno 6. pòst, ab Innocentio II. adeptus est privilegia. *Hedio.*

RICHARDUS.

Natione Anglus, Præmonstratensium abbas, claruit anno 1190. Scripsit prosâ & carmine nonnulla; quorum tituli sunt:

De Canone Missæ,	*lib.1.*
De Computo ecclesiastico,	*lib.1.*
De Mysteriis sacrorum,	*lib.1.*
Vita divæ Ursulæ,	*lib 1*

atque alia plura. *Balæus* *

* *Centur. 9. cap 34.*

SUGERIUS.

S. Dionysii abbas apud Parisienses, quendam agricolam captivum detinuit in tam arctâ custodiâ, ut ibi diem suum clauderet extremum. *Frisingensis.** Obiit ipse abbas, anno 1151. *Continuator Sigeberti.*

GUILHELMUS.

Aquitaniæ Dux, eremita stolidus, novi Wilhelmitarum ordinis pater [illegible] eremo, urbes incoluit, & p[illegible] sub mendicationis titulo. Pari[illegible] *Nauclerus.** [illegible] carnem gestavit: proprio corpori [illegible] Jacobum petiit. [illegible] Claruit anno [illegible]. *Chron. Hirsaugiensis.*

[illegible] AFFLIGEMENSES.

FULGENTIUS & FRANCO.

Fulgentius primus [illegible] bas, obiit circiter annum Domini [illegible] Hortator is fuit Franconi, [illegible] de Gratiâ Dei lib. [illegible] Cui Franco doctus, ingeniosus, & Poeta, succes[illegible] Scripsit,

De Gratia Dei, lib. 1.
De Statu futura gloria, lib. 1. carmine.
Epistolarum ad diversos, lib. 1.
Sermones de B. Virgine, lib. 1.

& alia quædam. *Bergomensis.** *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

SIGEBERTUS GEMBLACENSIS.

Natione Gallus, monachus Gemblacensis, vir nemine suo tempore eruditione inferior. Præceptor monachorum in monasterio Metensi aliquamdiu fuit: postea ad suum rediens monasterium, vitam ibi transegit. *Chron. Hirsaugiensis.* Carmine & prosâ oratione scripsit: inter quæ nonnulla sunt, quæ contra Hildebrandum edidit. Nam Heinricum IV. Imperatorem, contra eundem & Paschalem II. defendit: asserens, Papam non habere utrumq; gladium, neque juris aliquid super ipsum Imperatorem. Docuit, detestabilem esse hæresim in Papâ, politicorum dominorum subditos à juramentis absolvere. Narrat itidem tetra Paparum & cleri facinorum exempla. *Balæus.** Catalogum scriptorum illius recenset *Trithemius:*

Vitam Theodori episcopi, lib. 1.
De Translatione ejusdem, lib. 1.
Passionem S. Luciæ metricè, lib. 1.
Passionem Thebaeorum, lib. 1.
Gesta abbatum Gemblacensium, lib. 1.
Vitam sancti Theobardi, lib. 1.
Apologiam ad Imperatorem, lib. 1.
In Ecclesiasten heroico metro, lib. 1.
De illustribus Viris, lib. 1.
De Computo ecclesiastico, lib. 1.
Vitam Sigeberti Regis, lib. 1.
Vitam sancti Guiberti, lib. 1.
Vitam sancti Maclovii, lib. 1.
Contra Papam Gregorium, lib. 1.
Contra epistolam Paschalis Papa, lib. 1.
Historiarum post Eusebium, lib. 1.
Sermonum quoque, lib. 1.
Epistolarum ad diversos, lib. 1.

Obiit anno 1113. *Chronicon Sigeberti.*

LUCAS.

Abbas S. Cornelii ordinis Benedicti, vir doctus, nonnulla conscripsit, quorum tituli sunt:

Ad Milonem. [illegible] eccl. [illegible] episcopum, insigne opus.
In Cantica canticorum, lib. 1.
Sermones & Epistolas complures. Et quædā alia. *Trithemius.*

GUILIELMUS SIGNIACENSIS.

Vir doctrina præstans, abbas S. Theodori, ordinis Cisterciensium, [illegible] causâ abbatiæ abdicat; & monachus Signiacensis [illegible] fit. Is intimus amicus, illeque intimus D. Bernhardo [illegible].

Scripsit *Historiam Bernhardi*, sed ad finem nō perduxit.

Speculum fidei, lib.
Aenigma fidei, lib.
Sententiarum fidei, lib. 1.
De Naturâ animæ, lib. 1.
De contemplando Deo, lib.
De natura & dignitate Amoris, lib. 1.
De Sacramento altaris, lib. 1.
Contra Petrum Abælardum, lib. 1.
Meditationes pro novitiis, lib. 1.
In Cantica canticorum, semper ictum, lib.
In Epistolam ad Romanos, lib. 1.

& alia quæ sam. *Bergomensis.** *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

BURCHARDUS BALERNENSIS ABBAS.

Appendicem ad primum librum historiæ D. Bernhardi adjecit.

BERNHARDUS.

Abbas Bonæ-vallis, doctrinâ & eloquentiâ præstans, librum [illegible] Historiæ Bernhardi [illegible] Bonæ-vallensis per textum [illegible] ex Præfatione ejusdem [illegible] constat.

HUGO.

Monachus ordinis Cisterciensis, in monasterio Maceriæ; & postea abbas Bonæ-vallis, tantopere se-ipsum exinanivit, nullum suo corpori honorem habens, ut penè sensum & memoriam perderet. Temerariè cuidam novitio monacho, monastico ordini volenti renunciare, seipsum dedit fide-jussorem: si perseveraret, forent æternus Sanctorum esset socius. *Vincentius.**

GERARDUS DE MORIS ABBAS.

Nocte intempestâ simulacrum Bernhardi vidit circumire, illo morbo dnmi detento, & suo more caetare torpentes, ut majore spiritu psallerent. *In vitâ Bernhardi.**

HERMES S. NICASII.

Abbas religiosus, prudens, & literatus, non modò res Bergensium auxit; sed etiam monachos reformavit. idq; hac occasione factum esse fertur. Quendam Philippum, Hyprensium Vicecomitem, mortuum, de nocte fuisse visum supra suum sepulcrum stare; atq; ædituo, ut pultaret, jussisse, ac conquestum, parum refrigerii præstari defunctis, precibus piorum. Tandem ejectus anno 1170. Remis in monasterio reliquum vitæ transegit. *Chron. Fland.**

RUCELINUS.

Natione Brito, magister Petri Abelardi, claruit circiter annum 1137. Is primus scientiam vocum sive dictorum instituit; novamq; philosophandi viam invenit. In eum hoc conscriptum est decastichon; ut testatur *Aventinus:**

Quos Rucelinus docet, non vult Dialectica voces,
Jamq; dolens de se, non vult in vocibus esse.
Res amat, in rebus cunctis vult esse dicebus.
Voce retractetur, res fit, quod voce docetur.
Plorat Aristoteles, nugas docendo similes,
Res sibi subtractas per voces intitulatas:
Porphyrius gemit, quia res sibi lector ademit.
Qui res abrodit, Rucelinus, Boethius odit.
Non argumentis, nulloq; sophismate sentis,
Res existentes in vocibus esse manentes.

RUDOLPHUS.

Monachus modicè literatus, magnam collegit populi manum; præsertim in illis Galliæ partibus, quæ Rheno adjacent, contra Saracenos. Docuit, Judæos, tanquam Christianæ religionis hostes, trucidandos esse. *Frisingensis de gestis Friderici.**

PINSO.

Abbas in Gallia, à propriis subditis, nepote Vefelai civibus, instinctu Nivernensis Comitis, in suo monasterio obsidetur, una cum reliquis monachis. Verùm Regis Ludovici junioris auxilio liberatus est. *Robertus Gaguinus.**

POTHO PRUMIENSIS.

Presbyter Potho fuit; ut ex iis verbis apparet, quæ ex ipso suâ ipsius manu descripta hic adscribimus. *Hoc anno, quo mortuus est Rex Conradus, hoc est, M. C. LII. ego F. Potho, indignus presbyter Prumiensium, ad contemplandum decorem domus Dei, mentis oculos attentius sublevans, de statu ejusdem domus Dei, quantum in ipsum intellectu perspectum mihi datum* fuit,

Marginal notes: * lib. 1. [illegible] — * Gener. 4[illegible] — * lib. 10. — * Centur. 2. cap. 60. — * lib. [illegible] — * lib. 29. c. [illegible] — * lib. 4. c. [illegible] — * lib. 4. — * lib. 6. — * lib. 1. c. 37 — * lib. 6.

bus, secundum exemplar cœlestium, præsens opusculum scribere aggressus sum.

Scripsit & *de Magnâ domo Sapientiæ*, librum 1. Cæterùm sic ardenti spiritu, ac planè vegeto ingenio, susceptum argumentum Pothotractavit: ut domum hanc dominicam, qui-cum nec Crœsi, aut M. Livii Drusi domus, in comparationem venire potest, animo vidisse, ingenio complexus esse, ac dictione neutiquam aspernandâ, tanquam Pallas aureo lychno prælucens, illustrâsse videatur. *Johannes Alexander, in præfatione Pothonis libris præfixa.*

IV. CLARE-VALLENSES.

STEPHANUS.

Abbas præfuit circiter annum Domini 1113. Sub quo Bernhardus, cum fratribus germanis, factus est ejus loci monachus. *Vita Bernh.* Hypocrita insignis fuit. Nam panem, suo converso donatum à quodam sacrificulo Simoniaco, accipere noluit. *Vincentius.** [* lib.26.c.2.] Cùm totius Mundi fermè opes monasteriis influerent: convocavit multos abbates; exponens, quanta sit res periculi, tantis abundare opibus. Conscripsit Chartam charitatis, anno 1107. quam Pontifex Romanus ratam habuit. *Historia Ulmensis.*

BERNHARDUS.

Ex Burgundiâ originem traxit, natus Fontanis parentibus, nobilitate stemmatis claris; patre Tecelino, viro militari; & matre Alethe, ex castro oriundâ, cui nomen est Mons Barrus. anno salutis 1091. Puer, mox ab ineunte ætate, in ecclesiâ Castellionis, traditur erudiendus præceptoribus. Et quia ingenio valebat naturâ; & ad ingenium accessit ardens studium: brevi tempore insignem in studiis profectum fecit.

A' puero pietati deditus fuit. Nam cùm aliquando graviter dolore capitis vexaretur: mulierecula quædam accedens, suis carminibus ipsi mederi volebat. At ille ad lectum adsistentem repulit fortiter: & paulò pòst mitigationem sensit. *In Vitâ ejus.** [* lib.1.c.2.]

Vultu sereno fuit, habitu modesto; circumspectus in verbis, in opere timoratus; in sacrâ meditatione assiduus, in oratione devotus. *Ibid.** [* lib.3.c.1.]

Scripta ejus hoc ordine *Trithemius* recenset, *de Scriptoribus ecclesiasticis:*

De Consideratione ad Eugenium, lib. 5.
Meditationum suarum, lib. 1.
De contemptu Mundi, ad clericos, lib. 1.
De gradibus Humilitatis, lib. 1.
De Gratiâ & Libero arbitrio, lib. 1.
Ad Milites Templi, lib. 1.
Speculum vitæ religiosæ, lib. 1.
De Scalâ claustrali, lib. 1.
Ad Carthusienses, lib. 1.
De Conscientiâ, lib. 1.
De Ordine vitæ, lib. 1.
De duobus Oculis animæ, lib. 1.
De Præcepto & Dispensatione, lib. 1.
De Confessione peccatorum, lib. 1.
Ad Henricum Senonensem, lib. 1.
Ad Hugonem S. Victoris, lib. 1.
Contra Gerhardum, lib. 1.
Contra Hæreticum, ad Papam, lib. 1.
De Miseriâ hujus vitæ, lib. 1.
De Tentationibus & Otio, lib. 1.
De Voluntate, lib. 1.
Ad Cluniacenses apologia, lib. 1.
De gradibus Charitatis, lib. 1.
De Passione Domini, lib. 1.
De diligendo Deo, lib. 1.
In Psalmum, Qui habitat, lib. 1.
Super Magnificat, lib. 1.
In Cantica canticorum, Hom. 86. lib. 1.
Super Missus est angelus, lib. 1.
Ad Sororem suam, de modo vivendi, lib. 1.
Vitâ Malachiæ episcopi, lib. 1.
Epistolarum ad diversos, lib. 1.
Sermones plures, lib. 1.

Et quædam alia. Sed pleniorem catalogum ejus operibus, Basileæ impressis, habes præfixum.

Abbatem egit in Clara-valle. Et quanquam sæpenumerò ipsi offerrentur episcopatus; semper illos prudenter solitus est declinare. *In Vitâ ejus.** [* lib.2.c.4 & lib.3.c.1]

Ab ineunte ætate, quoties nummos habere poterat, clandestinas faciebat eleemosynas. *Ibid.** [* lib.1.c.2.]

A' fornicatione abstinuit, quanquam non defuit occasio. Nam nocte quâdam, puella nuda injecta est in lectum dormientis ad latus: & quamvis impudica ipsum irritaret suis illecebris, tamen ille continuit. Eodem modo, cùm iter faceret; & apud matronam quandam diverteret: illa ter ad lectum ejus venit. Sed ille ter clamitans, *Latrones, latrones,* se eam repulit. Cumque postero die socii arguerent, quòd toties eâ nocte latrones somniâsset, eorumq; somnum interturbâsset; respondit: Verè latro aderat. Nam hospita castitatem, irreparabilem thesaurum, mihi ablatura, ter venit. *Ibidem.** [* cap.3.]

Scripta Prophetica & Apostolica incredibili diligentiâ legit: earumq; intelligentiam, non ex rivis commentariorum; sed ex ipso fonte Scripturæ, depromendam censuit. Etsi igitur aliorum Patrum scripta diligenter evolverit: tamen illis longè ipsum fontem prætulit. Hinc est, quòd ad amicos per jocum dicere solitus est; se nullis, præterquam quercubus & fagis, usum magistris. *Ibid.** [* cap.4.]

Tantâ gravitate docere suos solitus est: ut ad ejus verba penitùs obstupescerent; & illa dura nimiùm viderentur. *Ibid.** [* cap.6.]

Errata sua non excusavit; sed accusavit potiùs. Cùm enim malè aliquando dixisset: *Tentationes in religiosum aut non cadere; aut, si incidissent, religiosum non esse æstimandum:* & hoc modo conscientias non parùm turbari animadverteret, lacrymis suam ignorantiam detestatus est: quòd perfectionem à fratribus scrupulosè exegisset, in quâ se-ipsum imperfectum inveniret. *Ibidem.*

Sacrilegii se solitus est accusare, (& rectè etiam addidisset homicidium) quòd corpus suum stulto fervore reddidisset imbecille, & penè inutile; ne & Deo & fratribus inservire posset. *Ibid.** [* cap.8.]

In tentatione Satanæ, & gravi morbo, ut jam de vitâ periclitari videretur; de propriâ justitiâ suorum meritorum prorsùs desperavit, fide in unico Jesu Christo salvatore hærens. Memorabilis quippe oratio est, quâ dixit: *Fateor, non sum dignus ego; nec propriis possum meritis regnum obtinere cælorum. Cæterùm duplici jure illud obtinens Dominus meus, hæreditate scilicet Patris, & merito passionis: altero ipse contentus, alterũ mihi donat: ex cujus dono, jure mihi illud vendicans, non confundor.* Et in omni necessitate ad orationem confugit. *Ibid.** [* cap.13.14.] Ac nihil se tantopere consolari testatus est, atq; mortem Filii Dei. *Ibid.** [* lib.3.c.6.]

Pacificus fuit, schismata ecclesiastica, & motus politicos, magnâ gravitate & autoritate sedans. Sic inter Episcopum & Populum Remensem transegit. *Lib.1.cap.14.* Romæ tumultum, à Petri Leonis consortio excitatum, prudenter compescuit. *Lib.2.cap.7.* Moguntiam profectus est: ut inter Imperatorem Lotharium, & Conradum successorem, transigeret. *Lib.4.cap.3.* Eodem modo, non multò ante finem vitæ, inter Metenses, & vicinos quosdam viros Principes, pacem fecit. *Lib.5.cap.1.*

Miraculorum, quæ edidit, non se autorem; sed ministrum tantùm esse, credidit; solique Deo, quicquid fecit, adscripsit: imò, se nihil boni aut velle, aut posse, nisi inspirante & operante Deo, & sensit, & dixit. Miracula non ad sui commendationem; sed potiùs aliorum commonitionem, fieri. *Lib.2.cap.4. & 7.*

Honores ecclesiasticos summos, quantum potuit, summâ cum modestiâ declinavit; nec illustribus donis ad superbiam abusus est. & quámvis ab omnibus reputabatur summus: ipse tamen se-se omniũ infimum esse judicavit.

Beneficus ad quoscunque, benevolus ad omnes fuit: ad amicos gratiam habens; ad inimicos patientiam. *Lib.1. cap.15.* Oppressis diligenter patrocinatus est: ac dicere solitus, se non esse suum; sed aliorum servitio deputatum. *Libro 2.cap.4.*

Quoties nihil foris erat, quod ageret; domi meditationi

Scripturæ

Scripturæ ſe-ſe totum dedit: adeò ut ſæpè alia nec audierit, nec viderit. Rurſus quoties foris alicui ſuccurrendum erat, intermiſsis ſtudiis ſeriò id fecit. Nullo unquam tempore otioſus fuit. Aut enim legit aliquid, aut meditatus eſt, aut oravit, aut concionatus eſt. *Lib.2.cap.7.*

Reliquos monachos humilitatem docuit: ut quamvis nihil ſibi eſſent conſcii, tamen non propterea ſe-ſe juſtos exiſtimarent. Deum enim ipſum judicare eos, quos juſtificat; & perfectiſsimum quemq; diſtrictum divini judicii examen ignorare. Eodem modo addidit: *Judicari ab humano die, non multùm curetis: neq, veſtra propria, neq, aliena judicia approbantes, ſub timore Dei ſic ſtate: ut nec vos quempiam judicantes aliquando extollamini, nec aliorum curantes judicia, excidatis in nugas: ſingula verò proſequentes, vos ſervos inutiles reputetis.*

Theobaldum Comitem, magnos facientem ſumtus, ad varias abbatias conſtituendas, novaq; templa ædificanda, rectè monuit: ut domeſticis fidei inſerviret; ut templis immortalibus ædificandis plurimum operæ impenderet: eleemoſynas ità faceret, ut ſemper aliquid ſuppeteret: aenodochia ipſum viſitare, cauſas pupillorum & viduarum tueri, bonis laudi, & malis terrori eſſe, jubebat. *Lib.2 cap.8.*

Patientia etiam in eo haud vulgatis fuit. Sic, cùm aliquando Epiſcopum quendam fuiſſet hortatus, ut de quibusdam Regem admoneret; illeque ſtatim primâ fronte reſpondiſſet: *Salutem, & non ſpiritum blaſphemiæ.* reſpondit: *Dæmonium non habeo, neque ſpiritum blaſphemiæ in me habere credo: ſed nec maledixiſſe cuiquam, aut maledicere velle me, ſcio, præſertim Principi populi mei.* Nec poſtea minus propterea dilexit Epiſcopum, quàm antea. Et cùm aliquando Clericus quidam illi alapam infringeret: non tantùm ſe de illo non ultus eſt, ſed etiam ſinè injuriâ juſsit eum deduci.

Increpatione rariùs; ut plurimum verò monitis & obſecrationibus, uſus eſt.

In colloquio modeſtus fuit. Quam virtutem ſolitus ità eſt prædicare; ut ſinè eâ dulce eſſe colloquium poſſe negaverit.

Peccantes arguere ſui eſſe officii ſolitus eſt dicere: idq; charitatè proximi flagitare. Et quamvis nihil ſæpiùs proficeret, & cum dolore nullam videret ſequi emendationem: tamen illud ad ſe reverti, quòd animam ſuam liberaverit, & mundus ſit à ſanguine hominis; cui verbum veritatis annuntiâſſet, ut à viâ malâ averteretur, & viveret. *Libro 3. cap.6.*

Unus eorum fuit, qui acriter pugnavit pro juſtificatione gratuitâ per ſolam fidem, contra operum merita & liberum arbitrium.

Papæ, Cardinalium, Epiſcoporum, aliorumque Clericorum, impietatem graviter reprehendit; eos Antichriſti miniſtros vocans. Item Prælatos dicit eſſe factos Pilatos, *ſuper Cantica canticorum.* Objicit etiam Eugenio, quòd, neglecto verbo Dei, humanas traditiones promoveat: quodque tyrannidem ſuper Eccleſiam exerceat. Reprehendit & ſuperſtitiones monachorum: ac dicit alicubi, ſe non credere, olim tantas ſuperſtitiones in monaſteriis fuiſſe. *In quodam Sermone*, pulcrè de Conjugio dicit: *Tolle de Eccleſiâ honorabile conjugium, & thorum immaculatū: nónne replebis eam concubinariis, inceſtuoſis, feminiſluis, mollibus, maſculorū concubitoribus, & omni denique genere immundorum?*

*Hugo Cardinalis** citat Bernhardum, hæc alicubi dicentem: *Videtur bone Jeſu, adversùs te conjuráſſe univerſitas Chriſtianorum: & illi in tua perſecutione primi ſunt, qui in Eccleſiâ tuâ videntur primatum tenere.* Catalogus teſtium veritatis.

* in Poſtilla ſuper Joh.2.

¶ Sed & opera ejus mala & ſuperſtitioſa occurrūt. Cùm adoleſcens in ſe ardorem libidinis ſenſiſſet; idque ex cujusdam puellæ intuitu: mox ſtagno aquæ gelidæ inſilit, atque tamdiu in eâ permanet, donec penè exſanguis efficeretur: hoc modo ſibi volens comparare, quod cœlibis non habebat. Rectius regulam Apoſtoli ſecutus fuiſſet: * *Melius eſt nubere, quàm uri. In Vitâ ejus.**

* 1 Cor.7. verſ.9.
* Lib.1.c.3.

Ipſe factus monachus, ſuis fratribus germanis, quos ſex habebat, itidem perſuaſit, & uni quidem inter eos, qui jam maritus erat, & filias ex conjuge ſuſceperat. Perſuaſit fratri ... conſenſit & conjunx, efficaci Satanæ illuſione impulſa: ut ille quidem monachus; illa monialis efficeretur. Præterea multos alios, verborum illecebris, eodem modo perſuaſit abdicare conjugibus, parvis liberis, & Ciſtercienſium monachorum ordinem accepiare. *Lib.1.cap.3.* Et cuidam Ducisſæ Lotharingiæ, ut monaſticam viveret vitam, autor fuit. *Lib.1.cap.15.*

Juſtum honorem ſuo corpori non attribuit: ſed tantopere id afflixit, ut ſub onere concidere videretur ſæpiùs. Nam vigilavit ſuprà quàm homini poſsibile eſt: & conqueri ſolitus eſt, nullum tempus ſe pejùs collocare, quàm quo dormitet. Deinde jejuniis, frigore, labore aſsiduo, ventriculi vim ita fregit: ut cibum aſſumtum adhuc crudum continuò rejiceret. *Lib.1.cap.7.*

Orabat ſtans die noctéque tamdiu: donec pedes corporis molem præ inediâ ferre non poſſent, & intumeſcerent. Cilicio ipſam carnem veſtivit. Cibus erat lac cum pane, vel pulmentum. Vino rariſsimè utebatur, eoque modicè; aquâ frequenter. Nocturnis diurniſque laboribus ſe ſupra vires excarnificavit. Et quid multa? tantus ſui corporis fuit carnifex: ut aliis ſolo anhelitu adeò eſſet moleſtus, ut ſolus habitare cogeretur. *Lib.1.cap.8.*

Divitias & comitatum, tanquam retia Diaboli, in ſorore germanâ, non ſecundùm ſcientiam, deteſtatus eſt. Nam cùm illa ad Clarevallem, ejus videndi causâ, veniſſet aliquando: colloquio & aſpectu eam non eſt dignatus; tantùm quòd comitatu aliquo veniſſet. quam tamen verè piam fuiſſe, res ipſa teſtatur. Dixit enim ad fratrem Andream, à quo duriùs increparetur: *Etſi peccatrix ſum, pro talibus Chriſtus mortuus eſt. Quia enim peccatrix ſum; idcirco conſilium & colloquium bonorum requiro.*

Sorori, cùm à viro eam ſeparare non poſſet, omnem Mundi gloriam, & in veſtitu cultum exquiſitiorem, interdixit, & ad vitam prorſus eremiticam illam hortatus eſt. *Libro 1. cap.6.*

Coluit deum Maozim, ad noviſsimum vitæ ſuæ articulum. *Lib.5.cap.1.*

Hoſtiæ incluſæ in monſtrantiâ, (uti vocant) extra uſum, vim ſanandi attribuit: quæ fœdiſsima idololatria eſt. Nam quendam, non procul à monaſterio, veneficiis ab uxore adulterâ graviſsimè excruciatum, ad altare duci jubet, & capiti ejus ſuperponit: ut hoc modo panis ille incarceratus ipſum liberet; ſicut & factum, efficaci illuſione Satanæ. *Lib.1.cap.11.*

Monaſterium exſtruxit Fuſniacum, in Laudunenſi territorio: ubi muſcas excōmunicavit, non ridiculè tantùm; ſed etiam impiè. *Cap.12.*

Leodii ſe-ſe Imperatori Lothario oppoſuit, poſcenti jus inveſtituræ ab Innocentio, qui eò venerat, Papæ tyrannidem contra Imperatorem defendens. *Lib.2.cap.1.*

Monachos otioſos alibi etiam ſeduló ſeminavit. Sic in Britanniam examen monachorum introduxit, & juxta Nannetum reſidere fecit, operâ Comitiſſæ Ermengardis. *Libro 2. cap.6.*

Præmonſtratenſium, Hoſpitalariorum, & Templariorum ordinibus, addidit ſplendorem: qui olerum loco fagi frondes deſumebant; & pane hordeaceo, admixto milio & viciâ, utebantur. *Robertus Gaguinus.**

* Lib.6.

Acerrimus propugnator ſedis Antichriſti fuit. Cùm enim Aquitaniæ Comes ab illâ defeciſſet: non ſolùm ſupplicans rogavit, ut cum eâ in gratiam rediret; ſed etiam hoſtiâ, quam deo Maozim antea obtulerat, in patinâ collocata extra templum adiit, interminans exitium, niſi Pontifici reconciliaretur, & reliqua Antichriſti Romani membra, quæ exterminaverat, in integrum reſtitueret. *Lib.2.c.6.* Ranulphum Ducem, ad committendum prælium cum Rogerio, Rege Siciliæ, pacem detrectante, adhortatus eſt, pro defenſione Innocentii II. promittens ei & victoriam, & triumphum. *Lib.2.cap.8.*

Juſſu Romani Pontificis, anno 1147. in Germaniâ prædicavit; expeditionem eſſe ſuſcipiendam Hieroſolymam versùs: (quod Crucem prædicare vocant Hiſtoriographi) aut ad liberandos fratres; aut ut ſuas pro illis animas ponerent, in pœnitentiam & remiſsionem peccatorum ſuorum. *Libro 3. cap.4.*

[illegible] liberaretur. [illegible] *ejus.**

Monasteria plura quàm [illegible] est [illegible] enim autor, qui post [illegible] rum con[illegible] monast[illegible] rum patrem [illegible] *5 cap. 2.* [illegible] *Ang.* numerat .4

[illegible] ite i monachum [illegible] rare.

N[illegible] in [illegible] ia carnis poss[illegible] videre [illegible] non vere esse religiosum. [illegible] monachis, ad que[illegible] buccinar[illegible] tus est se[illegible] minarium [illegible] de [illegible] præ se ferre, [illegible] est. *Libro 1 cap. 6.*

V[illegible] à mortui. Nam [illegible] Satan, in specie G[illegible] per defuncti [illegible] pareret no[illegible] qui [illegible] acerba & [illegible] communicatio, ant quam expiraret, sibi voluisset. Respondit nequam [illegible]: duos cacodæmones se in puteum volu[illegible] præcipitare profundissimum: & indè turbatum [illegible] B. [illegible] tro securr[illegible] liberatum fuisse. *Lib. 1. cap.*

Per Missam, signaculum crucis, itèm patinam impositam capitibus obsessorū, censuit Satanam posse ejici. Quibus omnibus usus est Mediolani apud mulierem quandam, quam spiritus nequam divexabat. Inter alia etiam hostiam patinæ imponens, ejus capiti superimposuit, hisce verbis: *Adest, inique spiritus, Judex tuus: adest summa potestas. Jam resiste, si potes. Adest ille, qui pro salute nostrâ passurus inquit: Nunc princeps hujus Mundi ejicietur forâs. In ejus igitur potestate [illegible] tibi, ut ab hac ejus ancillâ egrediaris. Lib. 2 cap. 3.*

Aquæ benedictæ vim ejiciendi dæmonia attribuit, si obsesso in os infunderetur. *Lib. 2 cap. 3.*

Chartulæ, appensæ collo dæmoniacæ, cui hæc verba inscripta erant, *In nomine Domini nostri Jesu Christi præcipio tibi, dæmon, ne hanc à modò mulierem præsumas attingere*: [illegible] pul[illegible] Satanam, ne rediret ad [illegible], quod prius [illegible] ederat. *Lib. 2 cap. 4.*

Ad Comitem [illegible], apud Petteniacū, dixit: *Quicquid extra Eccl[illegible], [illegible] Romanam, est, illud necessario judicio Dei interire: sicut ea, quæ extra arcam fuerunt, in diluvio absorpta sunt.* Accommodavit ibidem exempla Dathan & A[illegible]ron ad Romanam ecclesiam, qui ab eâ deficerent, non auferre impunè. Itèm: *Qui Papam Romanū persequitur, hunc ipsum Dei Filium persequi.* Cæterùm, semel atq; iterum eundem Comitem monuerat [illegible] Romano Pontifici Innocentio II. reconciliaretur, & episcopos, præsertim Pictavensem, sede pulsos, loco restitueret. Quod cum se facere po[illegible] negaret Comes: post cultum exhibitum deo Mao[illegible] hostiam patinæ imponit; Comitem for[illegible] stantem, tanquam excommunicatum [illegible] aggreditur verbis minacibu[illegible] *Supplicavimus ti[illegible] semel atq; iterum. & tu[illegible] [illegible] processit ad te Filius Virginis, qui est caput & dominus Ecclesiæ, quem tu persequeris. &c.*

R[illegible] manum [illegible] Deo eligi [illegible] uit. *Lib 2 [illegible] 6.*

A[illegible] rium, p[illegible] cultum dei Maozim [illegible] pu[illegible] Malach[illegible] Claravalle vitam [illegible] *[illegible] cap. 4.*

C[illegible] pani novam cen[illegible] virtu[illegible] curan[illegible] In quêm usum aquam con[illegible] t, ut [illegible] nem quo [illegible] cuntur. Itèm [illegible], statuit. [illegible] & [illegible] bus a[illegible] ar [illegible] *Ib.*

[illegible] uz [illegible] & [illegible] A [illegible] quos [illegible] c. tam [illegible] A [illegible] tam I [illegible]

Contra [illegible] A[illegible] de[illegible] tate el[illegible] divinæ [illegible] cente n[illegible] pugna [illegible] egit. *Libro [illegible]*

Eod[illegible] ebert[illegible] Pictavorum e[illegible] quis [illegible] ma'è [illegible] apud [illegible] *Ib.* Ea[illegible] dam H[illegible] monac[illegible] Tolo[illegible] non[illegible] de [illegible] *[illegible] em.*

G[illegible] dricus [illegible] & [illegible] moge[illegible] nitus, so[illegible] ab ipso e[illegible] ma[illegible] a[illegible] gre. *Ibid. [illegible] 9.*

O[illegible] in multis G[illegible] & G[illegible] ma[illegible] nentes [illegible] *[illegible]*

S[illegible] magn[illegible] a Pa[illegible] tarent. *[illegible]*

¶ Tantæ [illegible] m cum timore & am[illegible] entur [illegible] pers[illegible] ecclesiasti[illegible] æ. Ecclesia[illegible] idem [illegible] um sensum ej[illegible] & inte[illegible] gentiæ submiserunt: eodem modo & [illegible] *In Vita ejus.**

Peculiare etiam est, quod in Vita ej[illegible] indicatur [illegible] non habuisse inimicos. quod nec ipsi [illegible] nec sancti ejus Apostolis accidit. *[illegible]*

Stampis in Galli[illegible] concilio [illegible] & præci[illegible] Episcop[illegible] ad sedandu[illegible] Innocentium II. & Petrum Leonis, qui [illegible] Ana[illegible] vocant Tantæ i[illegible] fuit; utraq[illegible] ad illum rejiceretur. Pe[illegible] toto concilio, ut reciperent Innocentium: persuasit & Heinrico Angliæ Regi eodem modo. Carnoti[illegible] qui Innocentio erat iniquior. Remi Papa Innocentius eum, & publicis, & privatis de[illegible] rationibus adhibuit. *Lib. 2. cap. 1.*

Tanta sanctitatis illius opinio fuit [illegible] ut Mediolanen[illegible] omnia illa, quæ tetigisset, etiam sancta [illegible] Vellicabant [illegible] dos qu[illegible] erant, de vestimenti[illegible] & ad curandos morbos [illegible] *Lib. 2 cap. 2.*

Dæmonia sæpenumero ejecit, [illegible] mo[illegible] tavit. *Lib. 2 cap. 3.*

[illegible] tura interdum prædixit, quæ [illegible] Sic Theobaldo Comiti in magn[illegible] it, quinto men[illegible] pac[illegible] m [illegible] 4.

Ludovico F[illegible] Reg[illegible] [illegible] admittens adm[illegible] p[illegible] *Hæc [illegible] Rex [illegible]* Et [illegible] qu[illegible] *[illegible] agnus* [illegible]

[illegible] bal[illegible] du[illegible] Itera[illegible] ve[illegible] *Ib.*

¶ Mirac[illegible] fertur [illegible] nam [illegible]

*Lib. [illegible]

*Lib 6.

*Lib. 2. c. [illegible]

[illegible] pleraq; post [illegible] facta. Ne dubium [illegible] quàm [illegible] & onera [illegible] orationem [illegible]

[illegible] & [illegible] Guilelmo cuidam [illegible] Bernhardi charta [illegible] sensit injuriam.

[illegible] non quidem com[illegible] sed Deum [illegible] tus est, ut hominis tem[illegible] attigaret. Mox Eucharistiam in ore reti[illegible] ad inter [illegible]: donec & fateretur [illegible], & veniam peteret. Quo facto, sine difficultate deglu[illegible].

[illegible]iniaci, in novo quodam oratorio incredibilis muscarum multitudo [illegible] dientibus molesta fuit. Cumque nullum adversùs eas esset remedium, dixit: *Excommunico eas*, atque protinus eâ nocte omnes sunt mortuæ.

Claudum puerum, crucis signaculo signans, curavit: cùm primùm fuisset nonnihil reluctatus, & diceret hoc esse apostolicæ, non suæ virtutis. *Lib. 1. cap. 12.*

Cùm Catalauno discederet minus-idoneâ tempestate, accidit, ut equorum alter elaberetur. Tentant, qui una aderant, frustra eum comprehendere. Ideoque dixit: *Oremus.* atque vix recitata oratione dominicâ, sua sponte is rediit, seque suo sessori reddidit. *Cap. 14.*

Re[illegible]is, fœmina quædam filium dæmoniacum (ut putabatur) ad ipsum attulit, mutum, cæcum & surdum, qui [illegible] ante matrê penè interfecerat. Quem cùm primùm [illegible] castigâsset, propterea quòd matrê ausus fuisset lædere, caputq; demulsisset, incolumem matri restituit. *Ibid.*

Nicolao cuidam, clerico & monacho Clarevallis, roganti, ut sibi compunctionem & gratiam (uti vocant) lacrymarum impetraret; tantam, postquam orâsset, impetravit, ut semper oculi lacrymis maderent. *Cap. 15.*

Mediolani, mulierem reddidit incolumem, quæ septem [illegible]nis à spiritu immundo vexata fuerat, spiritumque fugavit. *Libro 2 cap. 2.*

Puero cuidam manum aridam in integrũ restituit; Albanensi episcopo apud illum intercedente, Mediolani. *Ibid.*

[illegible] Albanensis episcopus, febri laborans, cùm ea [illegible] quâ ab[illegible] perat, panem & aquam gustâsset [illegible] convaluisse [illegible]. *Ibid. cap. 3.*

Puellæ cuidam [illegible] ad [illegible] habuit, ut & oculos clauderet, & brachium [illegible] (siquidem [illegible] crucis [illegible] oculos aperuit [illegible] benedi[illegible]. *Ibid.*

P[illegible] adducta [illegible] quam [illegible] negotium [illegible] Bernhardi ho[illegible] : *Non me sy[illegible]* [illegible]

[illegible] Bernhardus [illegible]

[illegible] Innocentium [illegible] Innocentium [illegible] & remoto ad [illegible] omite finit [illegible] foras extr[illegible] Comit[illegible] & voce terr[illegible] An ne [illegible] Virginis [illegible] omnium dominum, [illegible] judicem, ita veniat ut [illegible] con[illegible] [illegible] intem [illegible] correi [illegible] affluen[illegible] dem, [illegible] episcopus videt [illegible] instant [illegible] hom nem [illegible] & reconciliaretur Papæ, & [illegible] restitueret. *Ibid. cap. 6.*

U[illegible] comparato exercitu [illegible] acceperat, rumor in Ga[illegible] pervenisset: allatus ad [illegible] est cæcus; & rogatus [illegible] opem [illegible] manum cæco imponit, addens hæc verba: *Si verbum prædicationis illius, de cruce accipiendâ, extitisset à Domino, ut tu illum, ratione istius cæci id innotesceret.* Et protinus puer dixit se videre. *Libro 3. cap. 4.*

Tolosæ, Clericum quendam regularium S. Saturnini, paralyticum, moribundum, & jam animam agentem sanavit, ubi primùm hoc modo orâsset: *Quid exspectas, Domine Deus? Generatio hæc signa quærit. Alioquin [illegible] apud eos nostra verba proficiemus; nisi abs te fuerint confirmata signis sequentibus. Cap. 6.*

In civitate Auxitanorum, quæ Vasconiæ metropolis est, miles quispiam multis diebus lecto decubuerat [illegible] cùm rumor signorum Bernhardi vero esset [illegible] invisere. Cumque aliquot dierum iter con[illegible] currit illi quidam in viâ, qui percunctabatur [illegible] faceret, & quâ de causâ? Q[illegible] indic[illegible], ju[illegible] mum redire: sic fore ut convalescat. Reversus itaq[illegible] mum, in universum sanitati est [illegible] est. De quo solitus est ipse etiam Bernhardus per jocum dicere: Hoc sibi sic imputandum, sicut ei, qui conscius omninò non fuerit. *Libro 4. cap. 1*

In V[illegible]lano castro, quod à Clarevalle sex distat milliaribus, mulier ultra tempus consuetum, aliquot mensibus, embryonem in lucem edere non potuit. Ducitur ad monasterium: causa adventûs indicatur ostiario. Is misericordia motus, accedit Bernhardum, nomine mulierculæ opem ab illo petens. Sed antequàm reverteretur, ecce, jam tum illa pepererat.

[illegible]onæ, in territorio Antisiodorensi, parturienti aquam præbuit benedictam. Eam postquam illa gustâsset, protinus parit, quæ antea viribus fuerat destituta pariendi.

In eodem territorio, febricitantibus panem præbuit benedictum, ad febrem depellendam: quem qui gustabant, convaluerunt.

Girardus quidam [illegible]ricus Clamecicensis stultitiam plebi[illegible] & ipse corripitur. Insequitur Bernhardum Antisiodorum[illegible] que, fatetur culpam: & multis [illegible] ab illo [illegible]

[illegible] fuga[illegible] Sic mi[illegible] [illegible] febrim ab[illegible] [illegible] Geraudi, Lemo[illegible] epilepsiâ laboranti, [illegible] [illegible] benedictus, immunis à corru[illegible] & [illegible] servari potuit. Sic Æ[illegible] [illegible] benedictum trad[illegible] *bonis tolle te [illegible] nihil deinceps de corruptione* [illegible] [illegible] Successor ab[illegible] annis undecim apud [illegible]

[illegible] cum [illegible] dan [illegible] onem jam ca[illegible] [illegible] tiros [illegible] Satanâ [illegible] ted eti[illegible] & [illegible] m [illegible] de et. Lo[illegible] citre mstant [illegible] gebant. Omnibus igi[illegible] casu con[illegible] um [illegible] mentem [illegible] quas ann[illegible] [illegible] copu[illegible] ndiderat, [illegible] & ba[illegible] [illegible] que dentem unum. Ad[illegible] pectus[illegible] superimponuntur. Quo facto [illegible] manicè exclamavit [illegible] monac[illegible]: *T[illegible] tolle, amovete Bernhardum.* Item: *Heu quam ponderosus factus es, Bernharde! quam gravis, quam intolerabilis [illegible] es mihi!* Et protinus liberatus est ille.

Sal bened[illegible], & anima[illegible] bus apponi[illegible] sit, ut à lue essent libera. *Ibidem.*

Gandi, ubi Caziacenses monachi degunt, juvenem claudum oratione & benedictione sanavit. In Algotio vico, itidem mulierem phreneticam.

In territorio [illegible] ano, apud Viride-folium, puer mancus & claudus à primâ ætate, ad cujusdam martyris memoriam, utriusque pedis & alterius manûs sanitatem acceperat. Eò cùm venisset Bernhardus, alteram manum, tanquam sibi reservatam, benedicendo curavit.

Caturci in Aquitaniâ, unus servorum Episcopi alterum oculorum amiserat, cui ubi imposuisset manum Bernhardus, visum illi restituit.

In [illegible] ago Eng[illegible] nensi, in loco, cui nomen est Castellare [illegible] post [illegible] dei Maozim, puerum claudum & [illegible] cum [illegible] dem, ut genua cubitis, in modum pilæ [illegible] lici [illegible] ent, & pedes natibus) crucis signo contingit, statim cura[illegible] membris protinus extensis.

In Le[illegible] novicensi pago, puero nato annos decem ab utero matris cæco, visum restituit: cùm sputo oculos ejus linivisset, & orâsset.

In Germaniâ, cùm crucem accipiendam prædicaret, plurima edidit. In agro Constantiensi, circa vicum quem vocant Doungnen, uno die undecim cæcos, mancos decem, claudos octodecim, curavit.

Constantiæ cæco cuidam, qui ab abbate Augiensi ad ipsum missus venerat, visum restituit. Item in loco Heversesheim cæco nato, surdo itidem & muto, opitulatus est.

Basileæ, ubi concionem ad populum habuisset, fœminam mutam, virum claudum, & aliam [illegible] um, curavit.

Spiræ, in præsentiâ Conradi III. [illegible] uero, abi manum impo[illegible] anit [illegible] em reddidit. [illegible] cæc[illegible] uidam mulieri, at[illegible] claudo nato [illegible] tulit, [illegible] ipse, puero pauperculos, propr[illegible] ad[illegible] duxit; ut e[illegible] scuraret.

Francoforti juvenem quendam, paraly[illegible] laborantem, sanavit. Eodem modo curavit paralyticam fœminam ibidem; & puerum surdum & mutum.

Ad ripam Rheni, in vico, qui Bobardus dicitur, paralyticum sibi oblatum sanitati restituit.

Trevitis, duæ sorores, quæ quatuor annis amborum oculorum lumen amiserant, oblatæ illi [illegible] quarum uti[illegible] cùm crucis signum impressisset; protinus illæ viderunt, & ipsum secutæ sunt.

Ibidem, ubi in basilicâ ad altare B. Petri apostoli missificaverat, claudum, cæcum, & surdam mulierem, sanavit.

Confluentiæ, claudum ambulare fecit.

Coloniæ, adolescentem claudum sanavit. Phreneticæ [illegible] mentem restituit integram. Moniali surdæ auditum [illegible] Mul[illegible] quæ toto quin[illegible] quenn[illegible] lterius oculi lumen amiserat & multum Medici e[illegible] verat, per signum cr[illegible] tuit. Et aliam etiam, in [illegible] [illegible] ntem, cuj[illegible] quasi contracti erant, in basilicâ [illegible] Petri curavit. [illegible] triduum [illegible] summatim [illegible] duod[illegible] bus, cæcis quinq., [illegible] bus surd[illegible] tulantes.

A[illegible] ad [illegible] & cæcis quatuor [illegible] tuit, in ter m[illegible] m.

[illegible] in Leodiensi territorio, oculos aperuit puero, qu[illegible] nam[illegible] ierat.

Can[illegible] sub Missâ, puerum surdum & mutum, ad se [illegible] avit.

In H[illegible] Alberto cuidam fabro, in loco, cui nomen est [illegible] opem tulit. Nam eâdem horâ, cum in [illegible] valle [illegible] et, cœpit habere [illegible]

E[illegible] vi[illegible] hydropicus ad Claram-vallem: cui [illegible] manu imp[illegible] orâsset [illegible] lum cingulo cinxit, mandans, ut, postquam convaluisset, cingulum re[illegible] Red[illegible] mo circa d[illegible] polica sanu[illegible] & gra[illegible] corpore reportans cum gratiarum-actione cing[illegible]

Paralyticum ex Mundis [illegible] oblatum, [illegible] liquando expectantem [illegible] tetigit, & curavit.

Sic rediens aliquando ad suum monasterium, præ foribus surdum & mutum reperit puerum. Expuit igitur, & tetigit linguam ejus, atque digitos in aures ejus immisit: & protinus curatus ille est.

Cum pertransiret vicum Malenvillam; puellam mancam tetigit, & sanavit.

In B[illegible] demonte puerum surdum & mutum, à duobus ad se allatum mi[illegible] bus, restituit in integrum.

In Ritoeln[illegible] ido, Simoni cuidam adolescenti claudo, restituit grad[illegible] facultatem.

Bar[illegible] super Albam, quatuor claudi, cæci duobus, surdi & muti itidem duobus, opitulatus est.

Barr[illegible] super Sequanam, cæcus, paralyticus, & claudus ab utero matris puer, ab illo sanatus.

Chalatæ puero paralytico, ita ut caput flectere non posset, nisi ab altero moveretur, medetur; tùm cum cruce tig[illegible]

Cistercii ad[illegible] allatus puer est, qui subito terrore audiendi facult[illegible] fuerat pr[illegible] atus: & huic sanitatē reddidit.

In dio[illegible] Bisuntinâ, in loco, cui nomen est Carus, mulier ela[illegible] da offertur [illegible] Orans igitur, & signans cruce, protinus e[illegible] erigit & sanat.

In Monaster[illegible] Moribundo [illegible] ordinis Cisterciensium monachum paralyticum visitat, & opem fert.

In Albæ-ripæ mona[illegible] erio, monachus quidā adolescens [illegible] vocis an[illegible] [illegible] aquam cum vino miscet, benedicit, & propinat: quâ haustâ, vocem ille recuperat, & cum al[illegible] psallere [illegible]

In monasterio Trium-fontium clerico cæco visum restituit.

In urbe Trecensi, puellam curvam erexit, ut liberè, quocunque vellet loc[illegible] rum, gradeetur. Ibidem mutam quandam puellam et epilephâ sanat: & sub Missâ cæcum puerum illuminat.

Argilleriæ, exactâ Missâ, fœminam claudam signatam cruce sanat.

In Rosnanio oppido, paralyticum cruce signat, & sanat.

In castro, quod Brena dicitur, fœminam claudam tetigit, & erexit.

In pago Senonico, apud castrum, quod Triangulum vocant, inter missificandum, fœminam, annis decem captam oculis, sanat; visumque ei restituit.

Apud monasterium, ubi Yona & Sequana confluunt, paralyticam fœminam [illegible] avit.

Cum Joviniacū castrū transiret, oblata illi fœmina cæca [illegible] pro quâ cùm orâsset, [illegible] eam recep[illegible] quamprimū [illegible] Eodem modo monoculus puer, ab illo curatus est ibid[illegible] [illegible] [illegible] centi claudo, facultatem gra[illegible] endi dedit. *Lib. 4. cap. 4.*

Pater qu[illegible] m filium suum, pluribus simul obnoxium malis, utpote [illegible] um, mente captum, claudum, surdum & mutum ad Clare[illegible] eatum monasterium. Ad quem illegressu [illegible] manum imposuit, atque quamprimùm red[illegible] [illegible]

In loc[illegible] qui Longus-campus dicitur, puellam [illegible] audam sanavit, cum [illegible] signans.

L[illegible] oni[illegible] basilicâ B. Mannetis martyris tùm-pri[illegible] mùm popul[illegible] ad faciendas eleemosynas in [illegible]

fuiſſet exhortatus, oblata [illegible] eſt mulier clauda: quam protinus curavit.

Ad Rutinenſe cœnobium, quod in Trevirenſium diœceſi [illegible]tum eſt, quidam Guntramus de Surâ, fœminam claudam repentem offerri fecit, ubi eo tempore miſsificabat Bernhardus. Cum [illegible] ræ nimia hominum multitudine, qui confluxerant, ipſi [illegible]ete non poſſet: in mediâ baſilicâ repentè convaluit.

Rutinæ, in ejus præſentiâ, eodem die, ſubita lux cœlitus delabi viſa eſt: ex [illegible] a claudæ duæ fœminæ, & cæci viri duo, ſanitatem rece[illegible]tunt.

Friburgi, in Conſ[illegible]nt[illegible]enti di[illegible]e eſt, cæco in [illegible] manum impoſuit: ex quo [illegible]umen rece[illegible]it.

In oppido S.F[illegible], in Seuonenſi territorio, ſurdæ mulieri manum im[illegible]uit, moxq; ill[illegible] ſanata eſt.

Metis, ubi[illegible] [illegible]illi ſurdus. Converſus igitur ad nobilem quendam Heinricum de Salinis, qui civitatis incólas graviter afflixerat, di[illegible]it: *Tu nos audire contemnis, quos [illegible] coram te audiet ſurdus.* ſiquidem antea eum ad pacem fuerat hortatus. Imponit ſurdo manum, ſignat, & [illegible]gitos auribus ejus immittit; protinusq; ſanat. Quod cum Heinricus [illegible] vidiſſ[illegible], ad pedes [illegible]ſius ſe-ſe proſt[illegible]nit, confitetur delictum, & pr[illegible]mittit omnia ſe poſtulata facturum.

Brenæ, cæcam fœminam, ſtipem mendicantem, prætériit. Eam aliquantulum intuitus, dicit: *Tu argentum petis, & Deus tibi viſum donabit.* Cumque eam tetigiſſet, viſum protinus illâ recepit.

In vico, quem Rivulium nominant, in diœceſi Remenſi, in ſenem quendam claudum mendicantem incidit. Prætergreſſus paululum ſubſi[illegible]it, eumque ad ſe adferri juſsit. Quod ubi factum, ait: *In nomine Domini, & ejus virtute, præcipio tibi; ut eas & ſis ſanus ab hac horâ.* Et convaluit protinus. *Lib.4.cap.5.*

Non diu ante obitum, Metim pacis faciendæ causâ ivit: ubi mulier, quæ octo annis vehementi tremore, & validis motibus, laborabat, ipſi oblata eſt. Pro quâ cum oráſſet, prorſus ea ſanata eſt.

Ibidem paralyticam, impoſitione manuum, & oratione, curavit. Cæco viſum itidem reſtituit.

In monaſterio S.Benedicti, paucis, à Metenſi civitate milliaribus, puerum claudum Monachi alebant; qui ſolo manuum miniſterio reptabat de uno loco ad alium. Eum curru impoſitum advehunt Metim: cui is ſanitatem reddidit, imponens illi manus, & pro eo orans.

Eodem tempore, alii etiam claudo, non procul ab illo monaſterio, opitulatus eſt.

Prope urbem Leucorum, plurimis videntibus, cæcam fœminam illuminavit. *Lib.5.cap.1.*

In monaſterio Bella-valle, quidam dæmoniacus erat: ad quem Pontius, ejus loci abbas, ſtolam, quâ inter [illegible] ſignificandi uſus fuerat Bernhardus, detulit: ut eâ dæmonium fugaret. Quid fit? Vix limen attigit cellæ, in quâ obſervabatur dæmoniacus; & exclamavit nequam ſpiritus: En egredior; recedo protinus: manere ultra non poſſum. Atq; [illegible]icente Pontio; Per nomen Domini, & ipſius beati viri meritum, cujus hæc ſtola fuit, tibi præcipio, exi citiùs; ne mor[illegible]is: Exivit protinus. *Lib.4.cap.7.*

¶ Hactenus maximam miraculorum congeriem recitavimus. Nunc ipſius etiam Bernhardi, de ſuis miraculis judicium adſcribendum ducimus, quod extat in *Vitâ ipſius.** Aliquando ad ſuos domeſticos oratione converſâ, dixit: *Plurimum miror, quid nam ſibi hæc miracula velint, aut quid viſum ſit Deo, talia aſſitare per talem. Nihil mihi videor, in Sacris paginis ſuper hoc genere legiſſe ſignorum. Siquidem facta ſunt aliquando ſigna, per ſanct[illegible]s homines & perfectos; facta ſunt & per fictos. Ego mihi nec perfectionis conſcius ſum, nec fictionis. Scio enim [illegible] orum mihi ne[illegible] [illegible]ere merita, qu[illegible] miraculis illuſtrentur: confido autem, nec ad eorum ſortem [illegible]ere, qui virtutes multas in nomine Domini operantur, & [illegible] ignorantur.*

[illegible] ne etiam multa [illegible]abuit [illegible] generis cum mira[illegible] [illegible] [illegible]gus [illegible]etur in Hiſtoriâ vitæ ipſius.

P[illegible] a[illegible] Domini [illegible] m h[illegible] [illegible]oo[illegible] [illegible] quant[illegible] [illegible]latetur. & [illegible]e [illegible] [illegible]ntem [illegible]

* lib.5.c.6

ab utero matris in lucem edi. Unde [illegible]ſi toto [illegible] tempore perſuaſum fuit, iſtam virginei partûs fuiſſe horam. *Libro 1.cap.2.*

Mat[illegible] ſuam poſt mortem con[illegible]ſus eſt ſe vid[illegible] ſerenâ faci[illegible] ſubridentem & c[illegible]ngratulantem f[illegible]iorum propoſito, qui monach[illegible] fact[illegible] fi[illegible]nt. *Cap.3.*

Aliquando foris, extra [illegible]m[illegible] [illegible]em, manè exiens, orabat Deum, ut ſuum, & rel[illegible] q[illegible] [illegible]ona horum, [illegible] obſequium benign[illegible] [illegible]ceret [illegible]m[illegible], c[illegible] [illegible]s oculi[illegible] ingentem [illegible]min[illegible]m multitudinem, div[illegible] [illegible]æ conditionis, ad [illegible] [illegible]unt[illegible] in vallem [illegible] [illegible]it confluere, eamq; imp[illegible]e; ut omnes cap[illegible] non poſſet. Quo uber[illegible]mus [illegible]tiorum monachorum proventus ſi[illegible]nificatus eſt. [illegible]*ap*

Nocte qu[illegible]dam puerum claritate fulgentem ſibi adſtare aliquand[illegible] vid[illegible]t, [illegible] [illegible]cipientem, [illegible]t omnia, quæ ipſi ſuggerentur, [illegible] loqueretur. [illegible]ſum enim Spiritum ſanctum eſſe qu[illegible] [illegible]queretur. *Cap.6.*

A[illegible] nocte [illegible] cum attentiùs ſolito oráſſet, & obdormiviſſet; audivit ſtrepitum, tanquam copioſæ multitudinis tranſeuntis. Evigilans, cellam egreditur, & abeuntes inſequitur. Conſiſtunt in fruteto, & alternatim canunt: quod ille cum voluptate audivit. Eo in loco poſtea oratorium conſtructum eſt. *Cap.7.*

Galdricum, avunculum defunctum, poſt aliquot dies, noctu vidit. Sciſcitatur, quo in ſtatu ſit? Reſpondet avunculus: In proſpero. Quærit iterum Bernhardus: quid cauſæ fuerit, ut in agone infremeret, & corpore terribiliter moveretur? Eâdem (ait ille) horâ, duo nequam ſpiritus, me in puteum profundiſsimum præcipitare nitebantur; unde ità contremui: verùm accurrente B.Petro, evaſi liber; ne qua mihi vis fieret. *Cap.10.*

Accidit, ut graviſsimè aliquando laboraret: ità quidem, ut finem vitæ ſuæ inſtare exiſtimaret. Tunc tale quid vidit. Stans in littore, viſus eſt videre navem rectà ad ſe navigare, quæ ipſum transveheret. Feſtinat ter ingredi: ſed recedit iterum, nec revertitur tandem. Hinc intellexit, finem migrationis ſuæ nondum adeſſe.

Eodem tempore, cùm ægrotaret; jubet ſuos ad baſilicam ire, & pro ſe orare. Orantibus illis; apparet illi Maria, ([illegible] credere fas eſt) duobus comitata miniſtris, Laurentio & Benedicto abbate, ad quorum altaria preces fiebant: quæ imponentes manus, omnem illi ægritudinem depellunt. *Cap.3.*

Stampas iturus ad concilium, vocatus à Rege Francorum, nocte vidit Eccleſiam magnam, unâ voce laudes Deo canentem. *Lib.2.cap.1.*

In urbe Noviomenſium, adductus eſt ad ipſum quidam puer, Herveius de Baugenceio, ex regio ortus ſtemmate, Epiſcopi illius nepos. Hunc nocte ſequente prævidit aliquando fore monachum. *Lib.4 cap 2.*

Lutetias Pariſiorum cùm aliquando veniſſet, tres ibi ſectatores ex clero invenit. Adventante primo, ſeorſim monachum aſsiſtentem alloquitur. Iſtum, (inquiens) ſicut nunc video venientem, nocturnâ viſione prævidi. *Ibid.*

Malachiæ etiam mortui, inter miſſandum, ipſi gloria revelata eſt: quam viſionem tamen nemini aperire voluit, quónam facta fuiſſet modo. *Cap.4.*

Viſus eſt etiam videre aliquando puerum, de quo ſpiritus nequam e[illegible]ivit, juxta Albam fluvium: qui ſequenti die, ut eum viderat, ipſi oblatu[illegible] eſt, mente captus, claudus, ſurdus & mutus. *Cap 5.*

q[illegible]m adhuc in carne viveret; apparuit cuidam Monacho no[illegible]no ægrotanti [illegible]ue mortis diem prædixit; quintum ſcilicet ab eo quo ſe [illegible]groto revelaret. *Lib.4.cap.* [illegible]

Quidam Guilhelmus de Monte-Peſſulano, monachus Grandi[illegible]ſylvæ, eâdem nocte, quæ Bernhardo poſtrema in hac vitâ fuit, viſus eſt ipſum in ſomnis videre, docentem ſe ad radices montis Libani. Jubetur Guilhelmu[illegible] [illegible] de mont[illegible]s conſiſtere, ſe aſcenſurum ad diſcend[illegible]m: [illegible]dem nul[illegible] hic ſcientia, nulla veri cognitio: ſurſum [illegible] plenitudo ſcientiæ, ſurſum notitia veritati[illegible] ſit. *Lib* [illegible] *ap* [illegible].

Præpoſito cuidam in vicino monaſterio a[illegible]uruit inquiens: Noveris, quia jam migro nec ul[illegible] mora[illegible], quo etiam di[illegible] obiit. *Ibidem*

Proximâ nocte, postquam corpus mortuum sepulturæ traditum fuit, cuidam in Clara-valle monacho apparuit, fulgente facie & vestitu. Quem cùm is comprehendere & remorari conaretur, dixit, se cujusdã fratris simplicis causâ venisse. Obiit verò sequenti die unus ex eorũ numero.

Aliquot diebus interjectis, rursus cuidam apparuit monacho: arguens eos, quòd ipsius causâ tantopere doluissent; monensque, ut in eâ doctrinâ atq; disciplinâ, quam à se acceperant, constanter perseverarent.

¶ Cùm igitur annos ætatis 64. explevisset: gravissimo ventriculi morbo laborare cœpit; ità ut nihil quicquam nutrimenti reciperet. accessit pedum tumor, qualis hydropicorum esse solet. Quibus incrementum accipientibus, tandem extinctus est, 13. Calend. Septemb. anno 1153. Hæc de se-ipso in quâdam epistolâ, quam ægrotus dictitavit ad Arnaldum Bonævallensem abbatem.

Moriturus, non propriis operibus confidit: sed se nudum operibus bonis, illisq; prorsus destitui, sensit, sicut eâdem epistolâ testatur, his verbis: *Orate Salvatorem, qui non vult mortem peccatoris, ut tempestivum jam exitum nõ differat; sed custodiat.* Item: *Curate munire votis calcaneum nudum meritis, ut is, qui insidiatur, invenire non possit, ubi figat dentem, & vulnus infligat.* Et paulò post, ad reliquos monachos, se servum inutilem dixit, & arborem sterilem; ex cujus vitâ nullus sibi fructus, nullus alteri cuiquam proveniret. *Lib. 5. c. 2.*

Ante obitum, tria hæc sedulò sectanda, suos monuit fratres: ut neminem offenderent; &, si fortè id fecissent, scandalizatos in viam reducerent: ut minùs suo sensui, quàm alieno, crederent: ut læsi de lædente vindictam non repeterent. *Raynulphus in Polychronico.**

* lib. 7. c. 20.

Sepultus est in Clara-valle, ante altare D. Virginis, indutus veste Malachiæ. Nam suo pallio Malachiæ exuvias induerat; ejus veste ad suã sepulturã sibi reservato. *Vita ejus.**

* lib. 5. c. 2. & 3.

Eum tandẽ Alexander III. canonizavit, & in numerum Sanctorum retulit: *sicut ex epistolis, Vitæ ejus adjectis, apparet.*

ROBERTUS.

Dunensis abbas, patriâ Burgensis, ab ipso Bernhardo, animam agente, Claræ-vallis denominatus est abbas atque successor. *Vita Bernhardi,** *Chron. Fland.*† Is concilio ad Aquas-pensiles interfuit. *Chron. Casinense.**

* lib. 5. c. 3.
† Lib. 5.
* lib. 4. c. 110.

RICARDUS FASTOLPHUS.

Ordinis Cisterciensis monachus, claruit circiter annum 1140. Is Anglus fuit, ex civitate Eboraco oriundus, probatæ vitę vir, admodum familiaris sancto Bernhardo, & Heinrico Murdacho: quorum operâ factus est abbas Fontanus. *Vita Bernhardi* vocat de Dunis. Tandem abbas Clarevallensis constituitur: quod multò antè monacho cuidam in Clarâ-valle fuerat revelatum. *In vita Bernhardi.** ubi præcentoris olim officio functus fuerat. Scripsit librum Homiliarum elegantem & lucidum. Itèm de Musicâ librum. *Balæus.**

* lib. 4. c. 3.
* Centur. 3. cap. 71.

GERARDUS.

Abbas Clarevallensis, à quodam Hugone de Baschoiis, ejusdem ordinis monacho, nocte quãdam ter cultello petitus, cùm in dormitorium iturus esset, eò quòd severè in ipsum vindicaverat, lethaliterq; vulneratus est, anno 1176. *Vita Bernhardi.** *Chron. Flandriæ.* † *Vincentius.** Vixit post accepta vulnera triduum; & recitatâ confessione, & sumtâ Eucharistiâ, exspiravit. *Continuator Sigeberti.*

* lib. 5. c. 3.
† lib. 5.
* lib. 29. c. 31.

PETRUS.

Monoculus, monachus Igniacensis primùm, in eodem monasterio unanimi consensu eligitur abbas. Indè ad Clarevallem citatus post Gerardum, tergiversatus aliquamdiu, venit tandem; & ibi abbas constituitur. *Vincentius.** Hypocrita autem insignis fuit.

* l. 29. c. 30 & 31.

Coluit Deum Maosim, & se aliorum intercessorem fecit: ut *Vincentius** de ipso narrat, quòd Missam pro Heinrico, Campaniæ Comite, celebraverit. Eodem modo Deum Maosim obtulit pro interfecto Gerhardo, rogatu aliorum abbatum. *Idem.**

* lib. 29. c. 30
* ibid. c. 3

Recenset præterea opera plenè monastica: ut, quòd communibus usus fuerit cibis, ac de illis-ipsis multum sæpè sibi subtraxerit, quod unico cucullo & tunicâ contentus vixerit, & ne quidem hyeme se-se pluribus adversùs frigus muniverit; quòd noctu strenuè vigilaverit; & similia. Ex vehementi capitis dolore, jacturam unius oculi fecit; cùm in Regia-valle abbatem ageret. *Idem.**

* cap. 32.

Tanta ejus sanctitatis opinio fuit: ut ipse Papa ei sit confessus, & Eucharistiam de manu ejus acceperit.

Visiones, seu efficaces Illusiones Satanæ, pro confirmandis idololatricis cultibus factas plures habuit. Tandem collectus est ad majores suos.

CUNRADUS.

Heinrici Bavariæ Principis filius, adhuc juvenis, Episcopo Coloniensi traditus est; ut istbic disciplinam monasticam, & bonas literas, addisceret. In quibus cùm adeò profecisset; ut ab omnibus diligeretur, & magnis honoribus dignus judicaretur: vitaturus dignitates, opes, gloriamq; Mundi, in Clarevallense cœnobium, aliquot sociis adhibitis, concessit: ubi monachum aliquamdiu egit. Indè peregrinatus est Hierosolymam; atq; cuidam eremitæ in loco deserto inservivit. Ibi cùm malè haberet; atq; ad Clarevallem rediret: in itinere Barris occubuit; ubi & sepultus est. *Chronicon Hedionis.**

* Par. 3.

BERNHARDUS.

Qui olim Vicedominus ecclesiæ Pisanæ, & in Clarevallense monasteriũ fuerat ingressus, ab Innocentio II. ad Aquas-Salvias accersitur, cum aliis nonnullis; ut isti præesse monasterio, circiter annum 1137. *Vita Bernhardi.**

* lib. 2. c. 9.

V. CISTERCIENSES.

ALBERICUS.

Abbas Cisterciensis, prę fuit annis 9. Obiit anno 1107. *Sigebertus.*

STEPHANUS.

Stephanus Hardungus, monachus ordinis S. Benedicti, ubi primùm ritus monasticos in Scherburnensi cœnobio Angliæ didicisset; in Scotiam, & indè in Italiam, contendit: ubi profanis studiis aliquamdiu incubuit. Posteà, peregratâ Româ atq; Italiâ, in Burgundiam rediit: & Molismense monasterium ingressus, denuò se in monachum ibi tondi fecit. Ubi cùm non omnia ad suum nutum fieri videret: adjunctis sibi 18. sociis monachis, Cistercium adiit, & ejus sectæ fundamenta ibi jecit. Scripsit

Chartam charitatis,	*lib. 1.*
Vitæ monasticæ ritus,	*lib. 1.*
Exhortationes ad suos,	*lib. 1.*

atque alia. Claruit anno 1107. *Balæus.**

* Centur. 2. cap. 83.

RAINALDUS.

Abbas Cistercii, obiit anno 1151. *Continuator Sigeberti.*

ALEXANDER.

Abbas Cisterciensis, à Papã Alexandro III. missus est ad Regem Galliæ, anno 1175. pro firmandâ pace inter Heinricum Angliæ Regem, & filium ejus, Regem juniorem. Sed parum effecit.

VI. CLUNIACENSES.

PONTIUS.

Abbas Cluniacensis arrogantissimus fuit. Nam in synodo Romanâ se Abbatem abbatum jactabat. Quam tamen dignitatem Casinensis minimè ei concessit: cum Cluniacenses à Casinensibus regulam Benedicti perceperint. *Chron. Casinense.**

* lib. 4. c. 62

Peregrinatus est Hierosolymam; spondens, si incolumis rediret, se velle Casinensem fieri monachum. Ad abbatiam fortè eo in loco aspiravit superbus monachus. Et ejus rei fidem facit, quòd, cùm aliquando Casinum venisset, omniaque ibi exquisitissimè perlustraret; dixit: Se malle Casini Decanũ, quam Cluniaci Abbatẽ agere. *Ibid.**

* cap. 77.

Pontificibus sui temporis charus fuit: ità ut ejus familiaritate mirificè delectarentur; multaque ipsi & dona, & privilegia, conferrent. *Bergomensis.**

* lib. 12.

Lanceam, quam latus Christi perfodisse fabulabatur, prætulit homo stolidus exercitui, prodeunti in bellum adversùs Saracenos, anno 1124. *Sigebertus, Vincentius.**

* lib. 26. c. 43.

PETRUS.

Pontio successit Petrus. Is unus eorum est, qui Ro-

manam nequitiam animadvertit, & accusavit etiam. *Catalogus testium veritatis.* Scripta ejus:

Revelationes multorum, lib. 1.
De Conversatione eremiticâ, lib. 1.
Epistola ad diversos, lib. 6.

Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.

ROBERTUS, HUGO, Stephanus.

Robertus Grossus, semilaicus, Comitis Flandriæ cognatus, per intrusionem Petro substituitur, anno 1158.

Sed eo paulò pôst mortuo, Hugo, ejus monasterii Prior, Abbas designatur.

Hunc subsecutus est Stephanus, qui anno 11 3. in Angliam vocatus a Rege est, ad concilium. Obiit sequenti anno.

RADULPHUS.

Comitis Theobaldi consobrinus, Prior de Charitate, Stephano successit, anno 1174. Præfuit triennio; & remotus est.

GALTERUS, & GUILHELMUS.

Galterus, Prior S. Martini de Campis, in locum Radulphi substituitur, anno 1177. Is Cluniacum, brevi tempore, magno ære alieno exoneravit. Obiit anno 1180.

Huic Guilhelmus, abbas Ramesiensis, successit. Is de proprio, magnam partem residui æris alieni, persolvit. Priorem de Stallo deposuit, habentem in equitatu 40. equos; mandans, ut tribus esset contentus. Sustulit 140. procurationes, quas ex consuetudine & liberalitate abbatum istius loci, Nobiles, quos Burgenses vocat *Continuator Sigeberti*, habere solebant. Obiit anno 1181. in Epiphaniis Domini.

Post Guilhelmum, THEOBALDUS: quo ad Hostiensem episcopatum translato, eandem abbatiam administrat filius Comitis de Claro-monte; cujus tamen nomen non exprimitur, anno 1185. *Sigeberti Continuator.*

RICHARDUS.

Monachus Cluniacensis, vir doctus, nonnulla conscripsit; quorum hi sunt tituli:

Historia temporum, lib. 1.
Epistolarum ad diversos. lib. 1.

Accedunt, quæ carmine edidit:

De Cluniacensi monasterio, car. 1.
De Angliâ, & ejus laude, car. 1.
De Londino, & ejus laude, car. 1.
De Mariâ-Magdalenâ, car. 1.
De D. Catharinâ, car. 1.
Epigrammatum, lib. 1.

Atque alia multa congessit. *Balaus.** Claruit anno 1160. *juxta Trithemium.* Alii rejiciunt sub finem hujus seculi.

* Cent. 13. cap. 19.

BERNHARDUS.

Morlenensis, monachus Cluniacẽsis, claruit anno 1140. Is, inter reliquos suos commilitones monachos, habitus est omniũ doctissimus. Scripsit prosâ & carmine nonnulla, & aliqua Petro suo abbati dedicavit; quorũ tituli sunt:

De Mundi contemtu, lib. 3.
Versus de Mundo, lib. 1.
De Verbi incarnatione, lib. 1.

Et alia nonnulla. *Balaus.**

* Cent. 10. cap. 49.

HISPANIÆ MOnachi.

ROBERTUS PAPILONENSIS.

Retenensis, natione Anglus, archidiaconus Papilonensis in Hispaniâ, claruit circa annũ Domini 1143. Is ubi literarum prima rudimenta in patriâ percepisset; in Galliis, in Italiâ, Dalmatiâ, & Græciâ, Scholas celebriores adiit. Tandem in Asiâ, inter Saracenos, linguam Arabicam exactè didicit. Indè reversus in Hispaniam, totum se Astrologiæ dedit. Rogatu Petri Cluniacensis abbatis, transtu[lit] in Latinum sermonem,

M[a]hameti A[l]coranum, lib. 1.
Super doctr[ina] Mahameti, lib. 1.
De Alcora[ni] versione. lib. 1.

Ad eruditos viros epistolas plures. Et alia quædam. *Balaus.**

* Centur. 2. cap. 80.

ALEXANDER GRANDISsylva.

Coloniensis, adjunctis sibi aliis triginta sociis, sectatus est Bernhardum, ejusque miraculorum inspector fuit. Is tandem abbas Grandis-sylvæ ab eodem constitutus est. *Vita Bernhardi.**

* lib. 4. c.

HEINRICUS TOLOSANUS.

Heinricus quidam monachus in partibus Tolosanis, de Sacramentis Ecclesiæ perperam docuisse fertur, & ipsis etiam Sacerdotibus multum derogâsse. Ex ejus dogmatibus secutum, ut Parvulis Baptismus negaretur, orationes & oblationes riderentur; Sanctorum invocationes, Sacerdotum excommunicationes, peregrinationes ad loca Sanctorum, basilicarum ædificationes, dies festi, consecrationes chrismatis & olei, & omnia deniq; Romanæ Ecclesiæ inventa, nihili haberentur. Ei se opposuit D. Bernhardus Tolosæ. Paulò pôst verò captus, & ab Alberico Ostiensi episcopo custodiæ traditus est. *Vita Bernhardi.**

* lib. 3. c. 5.

GERMANIÆ MOnachi.

I. FULDENSES.

GOTFRIDUS.

Aliàs Gothardus dictus, abbas istius monasterii constitutus est, anno 1096. Is, quia Heinrico IV. addictus fuit; eo sublato, in calamitates incidit. Nam apud filium, Imperii successorem, ex invidiâ traductus, (*ut Valentinus Muntzer in Chronologia refert*) quasi prodigaliter monasterii bona in quosdam laicos erogaret; neglectis fratribus, quos suo demenso defraudaret, ac loco motus, Coloniæ commoratur; ibiq; moritur: cùm 13. annis præfuisset, anno Domini 1109. *Bruschius.*

WOLFFHELMUS.

Wolffhelmus succedit. Is, ut homo industrius; ità etiam laboriosus & bellicosus fuit. Arcem Haselstein aliquamdiu obsidione cinxit; non sinè jacturâ rerum monasterii. Postea etiam confederatum abbatem Hersfeldensem, in obsidione Wartenburgi castri, juvat. Sed ibidem captus, deinceps toto triennio detinetur, in arce Missenburgo: quo exacto, ab Imperatore Heinrico V. liberatur. Eam postea arcem demolitus est abbas. *Muntzerus in Chronologia.* Tandem ad Imperatorem defertur, quasi bonorum monasterii decoctor; & loco movetur: cùm annis 5. præfuisset, anno salutis 1114. atque non multò pôst moritur. *Bruschius.*

EHRLOLFFUS.

Monachus Murbacensis, vir alioquin ingeniosus, prudentiæ atque facundiæ singularis, ab Heinrico V. per intrusionem substituitur. Res hic proprias negligenter egit; aliena verò curiosè tractavit. Ejus tempore, monasterium penitus collapsum est. Haselstenium & Missenburgium arces munire cœpit. Interfuit legationi, cũ Brunone Spirensi episcopo, ad Romanum Pontificem Calixtum II. missæ Imperii causâ: atq; cùm Wormaciam reversus esset, cùm prius Necromantiam didicisset, (*ut Muntzerus refert*) moritur, anno salutis 1122. cùm annis 8. præfuisset. *Bruschius.*

UDALRICUS.

Vir honestus atque liberalis, à Calixto II. consecratus, præficitur, anno 1122. Is ruinas monasterii reparare cœpit: cumque utramque porticum, & Orientalem, & Occidentalem, fermè absolvisset: mortuo Pontifice, à quo fuerat inauguratus, ecce ab Honorio II. legatus cum Lothario Fuldam venit, atque cives, reliquosque monachos, quamvis invitos, a juramẽto suo abbati præstito absolvit, eumq; loco movet. Amotus, Herbipoli reliquum ætatis degit, ad mortem usque. Præfuit annis 5. *Bruschius, Muntzerus in Chronologiâ.*

BERTHOUS.

Vel Bartochus, Schlicko vel Schliczius, Præpositus major, postquam Heinricus quispiam (de quo in Catalogo Frisingensium episcoporum) spontè resignâsset, circiter annum Domini 1133. abbas Fuldensis designatur. Vi

& inge-

& [illegible] facta e[illegible] mam con[illegible] b Innoc[illegible] tamum consecrationem [illegible] verò regalia accepit, sed etiam pot[illegible] estem [illegible] gestandæ mitræ annu[illegible] bacul & reliquorum [illegible] gnium [illegible] ntificalium. Lis [illegible] ipsis & Magdeburgen[illegible] archiepiscopi ministros fuit; uter eorum primum teneret locum: an abbas, an verò Magdeburgensis? Quæ tandem per Imperatorem (cujus Archicancellarius omni tempore est [illegible] ensis) diremta est, & Abbati primus designatus accubitus. Præfuit annis 2. *Bruschius, Muntzerus in Chronologiâ.*

C U N R A D U S.

Præpositus major ecclesiæ Fuldensis, cujus magna tùm temporis autoritas fuit, propter religionem, liberalitatem, & temperantiam [illegible] consilio D. Bernhardi abbas constituitur: eumque Cardinalis quispiam legatus protinus confirmat. Is montem D. Petri suis beneficiis locupletavit. Bellicis expeditionibus per Italiam, Galliam, Germaniam, cum Imperatore interfuit. Præfuit annis 7. & postea appositus est suo populo, anno 1140. Sepultus est in monte S. Petri, extra Fuldensem urbem. *Bruschius*

A L E R H O L F U S.

Alerholfum Cunradus III. quem secutus fuerat, omnibus consentientibus præfecit. Male autem præfuit. Inhumanus in omnes, durus in fratres fuit. Cumq; alia quoque mala suborirentur: per Eugenium III. remotus est, anno suæ gubernationis [illegible]. *juxta Muntzerum & Bruschium.*

R U G G E R U S.

Vir probus, omnium consensu eligitur in antecessoris locum, invitus, & quantum posset repugnans. Sed vicit tandem etiam Imperatoris majestas; quæ suam quoq; autoritatem interponebat. Eum Heinricus Bavarus, gener Lotharii, ad concilium Remense misit: ubi pro se illud obtinuit, ut privatam ipsi vitam agere liceret. Ideoque, cùm nondum anno integro præfuisset; in montem B. Virginis secessit, totum se-se vitæ contemplativæ dedens. *Bruschius. Muntzerus* refert, à Cunrado missum Romam; ibique mansisse.

H E I N R I C U S.

Hersfeldensis, ejus successor constituitur: in cujus electionem Imperator consensit. Cumque res Fuldenses suo tempore admodum videret affligi; sponte loco cessit, liberum fratribus permittens, quærêdi magis idoneum quempiam. Præfuit 2. annis.

M A R Q U A R D U S.

Bambergensis, ex Montis-monachorum cœnobio, concordibus suffragiis Fuldensium monachorum, in locum Heinrici delectus, confirmatur a Papâ Eugenio III. anno 1150. Is magnâ severitate gubernationi præfuit. Pro arce Haselstein, ab antecessoribus vi occupatâ, pecuniam erogavit. Fuldæ jus civitatis comparavit, atq; muro cinxit. Arcem Eberstein vi cepit. Turres duas suspendendis campanis exstruxit. Sanctuarium Orientale, & D. Virgini olim dicatum, instauravit. Totius anni spatio in aulâ Friderici hæsit, itâ quidem, ut nec à latere ejus discederet: ubi cum laboribus penè exhaustus fuisset, abbatiam resignat.

H E R M A N N U S.

Hersfeldensis, anno 1165. electus est abbas Fuldensis. Is Imperatorem per Italiam comitatus est. Magis enim rebus Imperatoris occupatus fuit, quàm Fuldensium. A' Paschali quodam antipapâ confirmationem accepit: à quo etiam privilegium adipiscitur, minores conferendi episcopatus. Præfuit annis 3. Obiit anno 1168. *Idem.*

B U R C H A R D U S.

Hersfeldensis monachus, Hermanno succedens, reliquis fratribus victum, atque reliqua necessaria, subtraxit. Bona illius ecclesiæ alienavit. Hostium suorum domos diruit, agrosq; ipsorum depopulatus est. Tandem clenodiis omnibus collectis quâ potuit celeritate, in Wetteroviam contendit. Ibi excommunicatus obiit. Sepultus est Rhete[illegible] in monasterio Monialium, [illegible] modicâ cellulâ. Præfuit 8. annis, *juxta Bruschium. Muntzerus* refert, ipsum Romam fugisse, atq; miserabili genere mortis [illegible] occubuisse.

R U G G E R U S II.

[illegible] virtute atq; probitate insigni præditus, succedit, & abbatiæ insignibus in Italia ornatur. Hospitale in [illegible] um [illegible] petuum Fuldæ exstruxit, & annuis reditibus donavit. C[illegible] m[illegible] præfuisset duobus annis, resignavit munus; & Mon. D. [illegible] gini factus est Præpositus, anno 1178.

C U N R [illegible] D U S.

Diaconus & Præpositus in S[illegible] lhofen, omnium consensu electus successor, anno [illegible] 9. in Italia ab Imperatore regalia [illegible] & postea Romæ primum sacerdo[illegible] consecratus, deinde abbas confirmatus est, ab Innocentio III. Crucem auream, mille talentorum pondo, rec[illegible] perat se-se Imperatori daturum, sed prohibitus à re[illegible] suo [illegible] est. Obiit anno 1192. cum præfuisset anni[illegible] 1[illegible]. *Bruschius Muntzerus* ejus gubernationi tribuit anno[illegible]

II. ALBAUGIENSES.

Huic monasterio hoc seculo præfuerunt abba[illegible]. Hermannus, qui omnium primus fuit, electus anno salutis 1145. præfuit 3[illegible] annis.

Albertus præest annis 3. & resignat.

Udalricus a Thann. oriundus ex familiâ Dapiferorum à Waldpurg eligitur anno 1183. præfuitque 8. annis, & resignat.

Ortolphus, Nobilis à Wyssenberg, etiam, cùm annis 5. præfuisset, suâ sponte cedit. At Udalrico mortuo, revocatur ad gubernationem, anno 1191. & præest alterâ vice, annis 12. laudabiliter. Obiit anno 1203. *Bruschius.*

III. ANHUSIANI.

Albertus, Anhusianus abbas, obiit anno 1127. cùm præfuisset annis 25.

Post hunc Leopoldus, 29. Cunradus, 25. Heinricus, 40. annos, eandem provinciam administrarunt. Quorum hic obiit anno 112[illegible]. *Bruschius.*

IV. AUGIÆ DIVITIS.

Rodolphus, Baro à Bottenstein, præfuit huic monasterio annis 9. Obiit anno 1132.

Ejus successor, Ludovicus, Comes à Pfullendorff, Suevus, à ministris propriis interficitur, anno 1136. cùm 4. annis præfuisset.

Post hunc Ulricus, Comes Lolleranus, moribus prorsus dissolutis præditus, tantùm uno anno ad gubernacula sedet.

Otto, Baro de Bottenstein, post tertium administratæ provinciæ annum, a Cunrado Imperatore loco motus est, an. 1140. Pauloq; pòst correptus morbo epileptico, obiit.

Fridillo, vel Fridoleus, Baro de Heydeck, anno 1141. præficitur; præfuitque annis 12. Succedit Ulricus frater ejus, anno 1162. factus ex Præposito Abbas. Post annos verò decem, incurabili morbo correptus, sponte resignavit.

V. BANTHENSES.

Baldninus, anno 1127. Banthensis monasterii fit abbas, per Othonem Bambergensem episcopum, evocatus eò ex Pritelingensi monasterio, prope Ratisbonam sito.

Cunradus, circa annum 1172. ibidem præfuit. Is arcem Steglitz dirui & solo æquari fecit: ne quis in-posterum ex illâ monachis Banthensibus molestus esse posset. *Bruschius*

VI. BURRONIENSES.

Otho præfuit annis 15. Obiit anno 1116.

Rudigerus succedit; præfuitq; annis 6. anno salutis 1122. è rebus humanis excedens.

Hunc subsecuti tres sunt, Wolpoto, Ottho II. (qui & Ezelinus dictus est) Wernherus: quorum hic diem clausisse postremum scribitur anno 11[illegible]9.

Eberhardus præfuit anni[illegible] [illegible]9. Obiit 1[illegible]8.

Fridericus, 25. ac anno 12[illegible] in vivis esse desiit.

VII. KEISERSHEIMENSES.

Ulricus, monachus Lucellensis cœnobii, primus Keisersheimii abbas constituitur, anno 1134. cùm monachos Lucellenses secū eò adduxisset. Monasticæ aût vitæ studiosissimus observator fuit. Præfuit annis 21. Obiit 1155.

Cui Cunradus succedit. Is quòd bonus fuerit œconomus commendatur. Præfuit annis 1[illegible].

Diethelmus, 9.

Post hunc Albertus, qui bonus fuit ar[illegible] tectus. Extruxit enim dormitorium atque templum, n[illegible] vem annorum spatio. Ille ære primus ibi Bibliothecam instituit. Præfuit anni 19. O[illegible] iit anno 1194.

Ebo præfuit an[illegible] Obiit anno 121[illegible].

IIX. CAMPIDUNENSES.

Hatto, vel O[illegible] N[illegible] derhofius ab Erisheim, vir placidus fuit, & [illegible] monasticam regulam ob[illegible] ravit. Electus est [illegible] am[illegible] unensis monasterii abbas anno [illegible] 25. O[illegible] nfirmam valetudinem, non diu præfuit, sed munus resigna[illegible] it.

Fri[illegible] ricus K[illegible] ingenstein, Augustanus, sapiens, honestus atq[illegible] ecund[illegible] s vir, eli[illegible] itur anno 1[illegible] 38.

Huic Robe[illegible] tus[illegible] adus Hennebergius à Scheydeck, nobi[illegible] is admodum devotu[illegible] & bonus œconomus surrogatur, anno 1152. Quinto die post electi[illegible] nem, obiit morte subitaneâ, in ipso itinere Romam v[illegible] ersus; cùm confirmationem a Papâ petiturus esset, 5. die Novembris.

Fridericus Vorburgerus ab Helmshofen, paulò post ipsi substitutus, bellum gessit cum Marquardo quodam Isnensi abbate, propter Aichacensis montis sylvas. Cumq; hic Campidunense monasterium [illegible] pugnâsset: Fridericus illum rursus ejecit.

Hunc subsequitur Berthold[illegible] bergerus de Sacro ligno, nobili stemmate n[illegible] & eruditus vir, anno 1185. Hunc *Brusch[illegible]* c[illegible] lum inter multos à continentiâ, quòd libi[illegible] non fuerit. Is Campidunis domum, ex quau[illegible] api[illegible] bus, in usum pauperum, exstruxit. Conjunxit p[illegible] onte Ileră amnem: t ondidit macellum & mola[illegible] Ite[illegible] gam arcem, infeliis reliquis monachis, quibusd[illegible] [illegible] bus vendidit.

IX. EBRACENSES.

Adamus, ex Coloniâ Agrippinâ oriundus vir & prudens, & probatæ virtutis, primus istius monasterii gubernator constituitur, anno 1127. Is, septem annorum spatio, templum sui monasterii exstruxit. Hoc tempore, alia to. istius ordinis monasteria, in Germaniâ cœperunt: quorum Adamus constitutus est primarius inspector. Loco Bernhardi Claravallensis, crucem prædicavit, passim oberrans; instructus ad hoc negotium literis Pontificis, & *d. l. 2. 40. Abbatis Claravallensis. *Frisingensis de Friderico.* * Præfuit annis 34. Bernhardus, & Albertinus quispiam abbas, in quibusdam epistolis, ipsum probatæ virtutis ac sapientiæ virum vocant. Obiit anno 1161.

Hunc Beregerus, Burchardus, & Nicolaus, sequuntur: sed quanto tempore præfuerint, ignoratur.

HERMANNUS

Successit Nicolao. Is anno 1194. ab Heinrico VI. privilegium consecutus est, contra Heinricum de Biebelriedt; qui bona monasterii ad se-se rapuerat: quo non tantùm restitutionem Ablati mandat Imperator; sed etiam, ne quis in-posterum isti monasterio quid abripere præsumat.

X. EICHENBRUNNENSES.

Chuno, dominus de Fachberg, primus hujus monasterii fundator, primus etiam præfuit abbas, circiter annum salutis 1120.

Hunc secuti, Goteboldus, Gebo, Idulphus, Cunradus, Geringus, &c.

XI. FABARIENSES.

GEROLDUS, & WERICHINUS.

Geroldus, bonus œconomus, & istius monasterii reformator præfuit anno 1110. Is contra Basiliensem episcopum Rodolphum obtinuit jus advocatiæ, & alias istius monasterii immunitates atque privilegia, implorans auxi[illegible] ium Paschalis II. Papæ.

Werichinus, aliâs W[illegible] erinherus, præfuit usq; ad annū 1127.

V[illegible] CRAMMUS.

A[illegible] Wichramus, confirmatu[illegible] st in abbatem ejusdem monasterii ab Hon[illegible] II. ann[illegible] 2[illegible]. Ui[illegible] eo fuerat Geroldi[illegible] in legat[illegible] ad Heinricum V. & Paschalem II. contra [illegible] im, quam Rodo[illegible] Ba[illegible] episcopus isti monast[illegible] o[illegible] adhuc [illegible] annum [illegible]

WERNHERUS.

Qui, & aliis Heinricus dicitur, magnum invenit thesaurum, [illegible] clenodiis, vestibus & libris, anno 1155. Accepit pri[illegible] egia a Friderico I. annu[illegible]

Ro[illegible] hu[illegible] anno[illegible] Sw[illegible] nus verò circiter annum 1180. præ[illegible]

Hos sequuntur Richard[illegible] Ul[illegible] icus Sigef[illegible] dus. Sed, præter [illegible] a nomina de[illegible] m[illegible] iuriæ prod tum est nihil.

XII. WALDSASSENSES.

HEINRICUS.

Primus abbas eligitur, 1134. anno, & unico tantùm præest.

Succedunt, Ulricus & Adeodatus; quorum uterque unum etiam annum abbatem egit.

GERLACUS.

Gerlacus succedit. Ei Cunradus Rex, in præsentiâ quorundam Episcoporum Moguntiæ, anno 1138. privilegia confert. At per eundem abbatem, monasterium ab exactionibus & advocatiis liberatur. Præfuit annis 25. Obiit anno 1163. *Bruschius.*

DANIEL.

In locum Gerlaci substituitur. Is Friderico Imperatori admodum familiaris fuit, quem in Siciliam, Apuliam, & Longobardiam, secutus est; domumque reversus, aliquot auri marcas, clenodia, atq; reliquias, secum attulit. Ambitum templi & Hospitale construxit. Privilegia primùm ab Alexandro III. deinde etiam à Lucio accepit, anno 1184. Deniq, & ab Heinrico VI. annis circiter pòst decē, in multorum Episcoporum & Principum præsentiâ, Herbipoli, privilegium adeptus est. Præfuit annis 33. Obiit anno 1196.

XIII. EINSIDLENSES.

GERO, & WERNHERUS.

Gero, an. 1101. abbas factus, magnis sumtibus saxeum pontem construxit, quo Sylii amnis utraq; ripa conexa est: vulgò Pontem Diaboli vocant. Præfuit annis 21.

Cujus successor Wernherus, Baro de Altpuren, annis 20. abbatiam administravit.

Post hunc Rudolphus, annis 29. abbatem egit.

WERNHERUS, & ULRICUS.

At Rudolpho sublato è vivis; duo invicem, per totum biennium, de illâ abbatiâ digladiantur. Wernherus II. Comes à Dockenburg, qui à cœtu monastico; & Warinus Sangallensis monachus, Comes à Rapperswil, qui à fratre Rudolpho erat abbas designatus. Sed utroque à Friderico I. Imperatore repudiato, Wernherus III. præficitur, anno 1173. Is cumulandis sui monasterii opibus admodum fuit studiosus, ità quidem, ut 200. marcis ejus gubernationis tempore sit auctum. Cùm annis 19. præfuisset, sponte se abdicat, anno 1192.

Succedit Ulricus, Comes de Rapperswil. præfuitque annis 14. At postea exauthoratur, anno 12[illegible]6.

XIV. ISNENSES.

Post Wernherum, Isnensis fuit abbas Marquardus. Is contra Campidunensem abbatem bellum (ut pau[illegible] antè meminimus) gessit: ac S. Hildegardis monasterium occupavit, inq; sua potestate tenuit horis sex. sed postea ejicitur rursus, cum insigni ignominiâ.

XV. MORTALENSES.

EBERHARDUS.

Primus hujus monasterii [illegible] æpositus fuit, annis 7. Obiit 15. Calend. Apri[illegible], anno [illegible]. Sub ejus imagine talis est inscriptio: *Iste plantavit.*

Post quem Ulricus, totidē [illegible] annis præfuit. Obiit 1184. [illegible] v. Calend. Maii. *Iste rigavit.*

Successit Gerlochus: sed post annos 2. volens, quieti causâ, cessit. Is semper usus fertur isto symbolo: *Gloriabor in infirmitatibus meis.* Tandem factus est paralyticus.

MANEGOLDUS.

Imagini Manegoldi, qui post Gerlochum ibidem eg[illegible] abbatem annis 14. inscriptum est: *Bonum certamen certavi, quia plus omnibus laboravi.* Obiit anno [illegible] *Brusch[illegible]*

XVI. B. M-

XVI. BAMBERGENSES.

GUMPOLDUS.

S. Emera[illegible] ambonen [illegible] cœnobio assumtus, præficitur cœnobio [illegible] in Monte-monachorum, año 1[illegible]4. [illegible] omni [illegible] nastica disciplina [illegible] conteidit. Con[illegible] se & exornâsse fertur prædium Gumpoldi-fontis. Resignavit jam tener illud munus, anno 11[illegible]. cùm 18. annis præfuisset [illegible] retentâ suâ pensione, reliquo vitæ tempore.

WOLFRAMUS.

Natione Bavarus, vir nobilis ex Hirsaugiensi monasterio accersitus, succedit Gumboldo. Ordinatur ab Otthone Bambergensi episcopo. 18. Calend. Aprilis. Ejus tempore, ordo Hirsaugiensis, abolito more Amorbacensium, introductus est: quâ in re hic abbas procul dubio multùm sudavit. Eumque & Otho episcopus adhortatus est; ut monasticæ disciplinæ rigorem promoveret: ita quidem, ut ad posteritatem etiam propagetur. Laudem verò eo meretur, quòd Bibliothecam congessit. Præfuit annis 11. Obiit anno salutis 1123. XI. Calend. Novembris.

HERMANNUS.

Eodem anno succedit. Is etiam magnâ librorum copiâ Bibliothecam auxit. Sacellum S. Trinitati condidit, & dedicavit supra portam majorem, anno 1141. Prædia parentum & fratrum emit marcis 150. eaque, per manus suorum fratrum, obtulit super aram S. Michaëlis. Ejus tempore mirum in modum crevêre bona monasterii. Munus suum gessit 24. annis. Obiit 1147. IV. Calend. Decemb. & sepultus est ante aram S. Petri.

HELMERICUS, & IMBRICUS.

Helmericus, ab Eberhardo II. episcopo Bambergensi, privilegium summæ immunitatis, instar Canonicorum summæ basilicæ, consecutus est. Donatus est etiam pluribus bonis à Cumberto quodam, & Bertholdo Comite Schwartzenburgio. Resignavit munus abbatiæ anno 13. qui erat salutis humanæ 1160.

Pòst Irmbertus, aliàs Imbricus dictus, præest annis 12. Obiit anno 1172.

WOLFRAMUS II.

Primus abbas infulatus fuit. Nam usum annuli, mitræ & infulę, sibi & successoribus consequitur, à tribus ordine succedentibus Papis; Clemente III. Alexandro III. Lucio III. Præfuitque annis 29. & postea collectus est ad majores suos, anno 1201.

XVII. SANGALLENSES.

MANIGOLDUS.

Per vim à Cunrado Zeringensi Sangallensibus abbas obtruditur. Eam intrusionem etiamsi ægrè ferret initiò Imperator Heinricus V. tandem tamen consensit; eumque confirmat adhuc juvenem. Præfuit annis 11. Obiit anno 1128. & sepultus est in sacello S. Oswaldi.

WERNHERUS.

Ex monasterii Custode constituitur Abbas, anno 1128. Eum Lotharius confirmavit. Coadjutorem habuit Heinricum quendam. Fuit autem vir gravis & prudens. At cùm monachos redigere in ordinem conaretur, apud quos honestas omnis, & literarum studia, tùm pene conciderant: nihil aliud effecit; nisi ut acerbissimo illorum odio se oneraret. Præposituram S. Leonardi suis sumtibus fundavit, & exstruxit ante muros Sangallenses. Obiit anno 1166. [illegible] I. Julii, cùm provinciam illam administrâsset annos 38.

ULRICUS.

Comes Veringensis, præficitur anno 1199. Is bona ejus monasterii strenuè abligurivit. Vix annum præfuit: & paralyticus subitaneâ morte extinctus est. Ejus loci Monachi hoc epigrammate eum intestati sunt:

Qui jam consumsit terram, quam nunc bene dormit
Fortasse vivus triv[illegible] es tempus in hornu.
Sed te ne damn[illegible] [illegible]res limina Galli,
Ira Dei rapsit matur[illegible] [illegible]ne e tolli.

XVIII. TREVIRENSES.

Abbatiam S. Matthiæ, hac ætate, administrarunt: Erwinus, vel Erverwinus, anni 13.

Eberhardus de Camberg, 19. qui magnificè dicitur illud monasterium illustrâsse.

Bertholphus II. 26. Absolvit ille ædificia ab antecessore inchoata.

Siboto, vel Sibodus.

Ludovicus [illegible] postquam Epternacense cœnobium per octennium rexisset Treviram commigrat. Ibi extru[illegible] Hospitale cœnobi[illegible] vicinum: præfuit [illegible] annis [illegible] O[illegible] anno 12[illegible]7.

¶ S. Maximini cœnobium, in eâdem urbe, rexerunt: Pocelinus. Berengosus, Gerhardus, S[illegible]erus, Arnoldus, Cunradus, Anselmus qui usq; ad annum [illegible] præfuit.

¶ S. Martini verò: Gotfridus. [illegible]erus, Gotfridus alter, & Reinherus.

XIX. AUGUSTANI.

BERENGARIUS, & GUNTHERUS.

Berengarius, Fuldensis monachus, à Sigefrido ejus loci episcopo, abbas præficitur Ulrichianis cœnobitis: Sed post annos 11. rediit Fuldam, anno 1107. ubi otio literario reliquum vitæ tempus attribuit.

Guntherus per [illegible]im iisdem rursus obtruditur: sed post biennium ignominiosè loco cedit.

EGINO, & WOLLERAMUS.

Egino, natus Augustæ, a puero in isto cœnobio educatus, succedit, anno 11[illegible]9. Is egregius concionator fuisse fertur. Eum verò Hermannus episcopus per vim ejecit. Proinde Romam ille contendit; & coram Papâ causam agit, atq; obtinet. Cum domum rediret, in itinere, Pisis, in Camaldulensi monasterio, obiit: cum 13. annis præfuisset. Ibi in templo S. Michaëlis sepultus est. Ei, post mortem, Udalschalcus quispiam monachus sole scripsit epicedion:

Hic patris occasus; dum vere Solis ad ortum
Tendit, & ad portum, qui nescit tempora casus
Est tibi gaudendum pro tam præstante coronâ.
Fili, mente bonâ: simul est quoq; mente dolendum.
Nam velut orbatus remanes patre spiritualis;
Et tibi causa mali reputatur, unde beatus.
Sic tamen est pia spes, hic quâ dolor alleviatur:
Est operum quoq; res, quâ justus quisq; beatur.
Nato reddit tibi pacem sinus ille paternus:
Illic jungat eis quoq; nos pater ipse supremus.

Eginooi Wollemarus, ætate gravis atque eruditus vir, substituitur, anno 11[illegible]2. Præfuit 4. annis, & aliquot mensibus. Obiit 1126.

UDALSCHALCUS.

Nobilis de Maysak, Eginonis individuus comes, vir præclarè doctus & religiosus, succedit. Is, inter Theologos sui temporis, habitus est unus è præcipuis; atq; bonus versificator, Musicus & componista. Quędam scripta reliquit; qualia sunt:

Liber de Musicâ.

Ligatâ oratione multorum Sanctorum historias complexus est: ut S. Afræ, S. Udalrici, S. Mariæ-Magdalenæ. idque non uno versuum genere; sed vario.

Epigrammata ejus, parietibus inscripta, ibi adhuc exstare refert *Bruschius* Præfuit annis 25. Epitaphium tale illi inscriptum est post mortem:

Mors animæ triplex, sed in hoc est corpore simplex.
Nam moritur vitiis; post ea supplicio,
Tertiò damnatur, dum corpus eo sociatur.
Ergo movendo perit, quod male semper erit.
Sed tria justorum sunt vita dona, laborum
Expers amor, & spes, quæ Deus ipsemet est.
Hic dum speratur, patria requies & amatur;
Illic percipitur, cu[illegible] Deus aspicitur.
Visio deinde Dei summum confert requies:
Quæ dum fine caret, gaudia semper habet.
Vos ergo patres vos in Domino rogo, fratres
Ut memores sitis quem cinerem teritis.
Vita mei transit, pars vivificanda remansit:
Ut spes unius, vita fit alterius.

HEZYLO

Bonus œconomus, multa prædia suo cœnobio emit, dum abbas fuit, annis 15.

Cui Udalricus, de Biberbach Nobilis, succesit. Auxit is Bibliothecam, & multas villas emit. Præfuit annis 10. Obiit 1174. IV. Non. Maii.

HEINRICUS II. abbatem egit ad annum [1]181.

MENIGOLDUS, & HEINRICUS.

Menigoldus, istius cœnobii Prior jam annos fermè 50. senex in locum Heinrici substituitur: præfuitque annis 6. & 8. mensibus: cumque in restaurando monasterio occupatus esset, quod flamma vorax ad cineres redegerat, moritur, anno 1188.

HEINRICUS III. qui à puero in eodem monasterio fuerat enutritus & institutus, eligitur a conventu Monachorum unanimiter, in locum Manigoldi. Præfuit annis 6. & totidem mensibus, quod totum tempus tribuit restaurationi monasterii. Obiit 1195.

Huic Erchenboldus succesit. Is ornavit marmore, auro & argento, cœnobium; in-primis verò lapideis pilis per ambitum positis. Obiit 1203. X. Calen. Februarii. *Brusch.*

XX. EPTERNACENSES.

GEBHARDUS, & GOTFRIDUS.

Gebhardus, anno 1110. IV. Calend. Maii, præficitur S. Wilibrordi monasterio Epternaei. Eũ Heinricus V. & Bruno archiepiscopus exautburarũt, anno 1122. III. Idus Decembr. quòd multipliciter cœnobio nocuerat; cùm præfuisset annis 12. Vixit deinde, postquam amotus loco fuerat, 20. diebus.

Godfridus substituitur. Sed cùm aliquandiu præfuisset; Prumiensis designatur abbas. At post annos 13. exauthoratus, ad priorem rediit locum. ubi cùm per triennium æger vixisset, appositus est majoribus suis, anno salutis 1155. cùm utrobique annis 33. præfuisset. Sepultus est ante aram omnium Sanctorum, cum hoc epitaphio:

Quòd caro sit vermis, quòd homo sit pulvis inermis,
Approbat illud homo, verme scatens in humo.
Hunc pater ad morem Godfridus, carnis honorem
Qui fugit ut fumus, mutat; & hic fit humus.
Provida mens, habilis complexio, sanguis herilis,
Huic dederant aditum culminis ad meritum:
Sed Geminos Phœbus cùm scanderet octo diebus,
Carnis deliquio transiit è medio.
Annis ter denis, & quatuor, haud modò plenis,
Abbatis titulo functus & huic tumulo.
Ast homo qui cineris sors, hic dum vivus, haberis,
Ad cineres hominis vota fer ipse cinis.

GERHARDUS.

Succesit, præfuitque annis 18. Resignavit postea id munus, posito baculo super altare S. Wilibrordi, anno Domini 1173.

Post quem Ludovicus, abbas S. Eucharii apud Treviros, ab Imperatore electus, præficitur. Exactis verò 8. annis, ac munere resignato, Trevirim redit, anno 1181. Discessurus successorem designat Godefridum Diaconum: qui à reliquis comprobatus, Epternacense monasterium annis 28. gubernat. Obiit anno 1210.

XXI. SCHWARTZACHIENSES.

Rupertus, qui anno salutis 1113. Schwartzachiensis factus est abbas, sui monasterii bona auxit, ab Heinrico quodam, Comite de Gerlachshausen, omnia in istâ viciniâ emens. Præfuit annis 22.

Poppo, uno tantùm anno.

Wolframus paucis mensibus.

Theodorus annis 5.

Gumbertus, 7.

Sigenhardus, 16. Is lapideum sarcophagum pro fundatoribus fieri curavit, & S. Johannis sacellum exstruxit. Obiit 1165.

Gosuinus. 13. Is cryptam infra ar[illegible] S. [illegible]rucis, & magnam ambitûs partem, condi[illegible]t. O[illegible]iit [illegible]

Dragobertus [illegible].

Godefridus. [illegible]iit

RUPERTUS TUI[T]IENSIS.

Temporibus Heinrici V. præfuit Tuiciensi cœnobio, Coloniæ vicino. Et is inter eruditis[si]mos hoc seculo habitus est. In primâ ætate in monasterio sancti Laurentii in Oesborg, prope Trajectum, literarum fundamentum jecit. De eo sua[v]iter nugatur *Trithemius, in libello, quem de Viris illustribus Germaniæ scripsit & in Chronico Hirsaugiensi:* quòd, inspirante B. Virgine, quam lacrymans assiduè preculis suis defatigârat, non solùm ingenium studiis aptum, quod prorsus ineptum antea habuerat; sed etiam omnis generis scientiam, sit consecutus: ut ipsum de se, multis in locis suorum scriptorum, testari dicit. Studium verò ipsi non defuisse, sacrarum præsertim literarum, idem refert: ita quidem, ut dormiens etiã, quasi aliquid legens, videret.

Scripsisse dicitur fermè infinita, sed horum meminerunt autores.

De Victoriâ verbi Dei,	*lib. 13.*
In Genesin,	*lib. 9.*
In Exodum,	*lib. 4.*
In Leviticum,	*lib. 2.*
In Numeros,	*lib. 2.*
In Deuteronomium,	*lib. 2.*
In Josue,	*lib. 1.*
In Judicum,	*lib. 1.*
In Libros Regum,	*lib. 5.*
In Esajam,	*lib. 2.*
In Hieremiam,	*lib. 2.*
In Ezechielem,	*lib. 2.*
In Danielem,	*lib. 1.*
In 12. Prophetas minores,	*lib 32.*
In Job,	*lib. 10.*
In Cantica canticorum,	*lib. 7.*
In Matthæum,	*lib. 13.*
In Evangelium Johannis,	*lib. 14.*
Apologeticum pro eodem opere,	*lib. 1.*
In Apocalypsin Johannis,	*lib. 12.*
De Processione Spiritûs sancti,	*lib. 9.*
De Officiis divinis,	*lib. 12.*
Meditationum,	*lib. 3.*
Disputationem Christiani & Judæi,	*lib. 1.*
In Regulam D. Benedicti,	*lib. 1.*
De quatuor difficilimis Quæstionibus,	*lib. 1.*
Sermonum,	*lib. 1.*
Epistolarum,	*lib. 1.*

Miraculis præterea clarus fuisse perhibetur. Obiit anno 1124 *juxta Trithemium.*

XXII. UTENBURGENSES.

HEINRICUS.

Ætate juvenis, stultus, ac sinè Dei timore, præficitur Utenburgensibus monachis, anno 1103. Is bona cœnobii dilapidavit: obiitq; anno sequenti.

RUPERTUS.

Ex cœnobio S. Georgii, quod est in Nigrâ-sylvâ, vocatus, succedit Heinrico. anno 1104. Is instaurator, reformator, & locupletator eximius hujus monasterii fuit. Dedicavit, quibusdam Episcopis adjuvãtibus, templum omnium Sanctorum. Nubilibus, humili loco natis, copiam fecit ingrediendi hoc cœnobium. Assumsit itidem Moniales: fortè quòd sine costâ vitam transigere fratres non potuerunt. Præfuitq; 41. annis. Obiit 1145. suæ verò ætatis anno 120.

ISINGRINUS.

De monasterio S. Ulrici Augustani huc transfertur, anno 1145. Is operationem erroris pro virili adjuvit: tantùm ut hoc cœnobium ditaretur magis magisq;. Nam per Salchonem quendam monachum, ad sepulcrum antecessoris Ruperti, qui jam miracula edere dicebatur, sedentem, ejus laudes decantari fecit: quo artificio ingentes opes corrasit. Privilegia nonnulla impetravit ab Eugenio III. quæ postea etiam à Friderico Imperatore confirmantur.

Translatione reliquiarum, ut corporis S. Totonis, & quorundam ex Coloniâ martyrum, coluit deos alien[os]. Biennio ante mortem, in furorem versus est, justo Dei judicio: quamvis ante mortem recuperavit sensus. Pr[æfuit] annis [illegible]3.

m

... mête captus fuit. Gernod ... quis ... ejus vices egit. Obiit anno 118 ...

... annis 13. ... monasticum gerit ... sponte munus resignat.

XXIII. WEIHEN-STEPHANENSES.

Meginhardus electus est anno 1117.

Sigmarus, genere nobilis, præfectus est ab Orthone episcopo, anno 1138. Is à Cunrado III. & Eugenio Papâ III. confecutus est privilegia ac monasticam provinciam administravit annis 9.

Guntherus successor, 1. Nam à quibusdam monachis de fastu accusatus, removetur.

Rapotho, 23. Is oculis captus resignat, anno 1172.

Sibotho, 2. & ipse spontè se abdicat.

Regimbotho, 8. Is morbo diuturno exhaustus, resignat, anno 1182.

Cui Alto Prior succedit; & præest annis 15.

XXIV. ZWIFALTENSES.

VDalricus, præfuit annis 43. Obiit anno 1153.

Pilegrinus, septimanis 9.

Haricus, annis 16.

Ernestus, Doctor Theologiæ, 9. Eum Adrianus IV. Papa Hierosolymam, & ad alia Palæstinæ loca, misit, ad prædicandum: ubi martyr factus est; & Antiochiæ sepultus, anno 1158.

Wernherus, 5.

Godefridus, 2.

Cunradus, 24.

Wernherus II. præfuit 4 annis.

Hermannus, 12. Obiit 1193.

XXV. SCHIRENSES.

SChirensem abbatiam Erchenwoldus, Bruno, Ulrici duo, Marquardus, & Gotoldus, usque ad annum 1135. rexerunt.

Hos secutus Ulricus III. prudens & religiosus, præfuit annis 25. Is à Papâ Alexandro III. impetravit usum mitræ & sandaliorum. Tandem oculis captus, reliquum vitæ tempus transigit privatus.

Post quem Eberhardus, aliâs Eckardus, homo nobilis quidem; sed levis & tumidus, præest annis 11. Sed removetur per Principes de Witteleinsbach, anno 1171.

Baldemarus idem munus gessit, annis 32. Ejus commendatur hospitalitas; & quòd bonus fuerit œconomus. At hypocrita insignis: qui non tantùm carne; sed & adipe, toto vitæ tempore, abstinuit. Is cœnobium igne consumtum instauravit. Obiit anno 1203. *Hæc Bruschius.*

ECKARDUS URAGIENSIS.

Primus abbas Uragiensis cœnobii, vir in divinis & profanis literis eruditissimus, Rhetor & Poëta insignis fuit. Scripsit libros 5. quos *Laternam monachorum* vocat, ad imitationem Boëthii, gemino stylo.

Itèm *Historiam rerum gestarum sui temporis.*

Itèm *aliquot Sermones* conscripsit, *variaq́; Epistolas ad diversos.*

Obiit anno 1130. & in eodem monasterio sepultus est. *Trithemius in Chron. & de Scriptoribus eccles.*

XXVI. MOGUNTINI.

BURCHARDUS.

BUrchardus quidam duas simul abbatias administravit; S. Jacobi, quæ extra muros Moguntinos est, & S. Disibodi: Ruthardo episcopo jubente. Quod muneris annis 6. gessit: obiitq́; anno 1113.

Post hunc, soli Disibodi cœnobio præfuit Adelhunus, annis 15.

Fulcardus, 8.

Conno, 19. Is Disibodi corpus ex terrâ eruit, sacrumque habuit.

Helingerus Cononi surrogatur. *Appendix Mariani Scoti*, quam adjecit *Dodechinus*, ejusdem cœnobii abbas: eaque annos 116. complectitur, ab anno ... 84. usq; ad 1200.

GOTFRIDUS.

Abbas S. Jacobi Moguntinensis, eùm primùm archiepiscopum ... habere ... , atque contra eum Fridericum Imperatorem interp... aliis cum quibusdam, quos ... adjunxerat, ... trucidare conatus est, ... sed tùm repulsus fuit. Sequente anno post, die nativitatis Johannis B... extra muros crudeliter illum interfecit. Anno tertio ... Imperatori, qui tùm Pascha Moguntiæ celebrabat, ... cumque se de objectis criminibus purgare non ... abbas à ... jubetur ... in exsilium, & Moguntiam ... jurare. *Trith. in Chronicon Hirsaug.*

XXVII. LEODIENSES.

THEODORICUS.

SAncti Trudonis Leodiensis abbas, ... circa an. ... Is unus eorum est, qui Romanorum clericorum scelera & vidit, & reprehendit. *Catalogus testium veritatis.*

RUDOLPHUS.

Ejusdem cœnobii abbas, vir in-primis doctus, circiter annum 1125. claruit. Carmine & prosâ oratione nonnulla conscripsit:

Contra Simoniacos, lib. 7.

Chronicon exacti temporis, lib. 1.

Carmina multa.

Quosdam Hymnos in laudem Sanctorum. *Trithemius, de Scriptoribus ecclesiasticis, & in Hirsaugiensi Chronico.*

RUPERTUS LIMPURgensis abbas.

Hypocrita insignis, anno 1124. non modò esu carnium; sed etiam piscibus, ovis, lacticiniis, & omnibus quæ vivere potuissent, suis interdixit: tantùm legumina, ut pisa, fabas, concedens. idque sibi divinitùs revelatum fuisse, horribili juramento, coram Spirensi episcopo Arnoldo, confirmavit: qui ejus revelationi fidem adhibendam negabat; nisi evidenti aliquo miraculo eam probaret. Mortuo Arnoldo, à Sigefrido successore, annis fermè 6. & aliis, graviter divexatus est; & tandem in exsilium pulsus, in Hassiam: unde postea revocatus, in proposito fixus permanet, usque ad vitæ exitum.

Lutetiis Parisiorum operam literis dederat. Scripsit: *In Cantica canticorum, lib. 4.* In quo opere omnia verba ad laudes B. Mariæ detorsit.

De Contemtu Mundi, lib. 1.

De S. Johanne Baptistâ, lib. 1.

Variarum suarum revelationum, lib. 1.

Itèm *Homilias quasdam de corporibus Sanctorum*, quæ in Limpurgensi monasterio cubare credebantur. *Trithemius.*

HEINRICUS IN Breitenaw.

Heinricus abbas in Breitenaw, vir doctus, multa solutâ atq; ligatâ oratione conscripsit.

Dialogum, in personâ Divitis epulonis, & Lazari in sinu Abrahæ quiescentis.

De Contemtu seculi.

Libellum complurium devotarum orationum.

De Conflictu virtutum & vitiorum.

De 12. abusibus.

De Lapsu primi hominis, & de tædio præsentis exsilii.

Opusculum de civitate, cujus nomen Dominus.

De Habitu Virginis, & Beatitudine.

De Resurrectione Sanctorum.

De cogitandâ Mortalitate.

De Domino nostro JESU Christo.

De Corpore Christi mystico.

De Fide catholicâ.

Librum, quem *Flosculorum* prænotavit.

Opus *Hymnorum complurium*, diversi generis carmine.

Epistolarum ad diversos volumen.

Varios insuper *Sermones*, atq; alia.

Claruit circiter annum 1132. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.*

XXIIX. HERBIPOLENSES.

CHRISTIANUS & MACARIUS.

CHhristianus, natione Scotus, prope Mogūtiam, Embrichoni, episcopo Herbipolensi, venit obviam: petens ut Herbipoli sibi & sociis locum concederet. qui postea, ejusdem Episcopi auxilio, in suburbio, in honorem S. Jacobi, monasterium, quod Scotorum appellant, & capellam novam, exstruxit.

Primus abbas fuit Macarius, qui vinum in aquam mutâsse dicitur. *Chron. Hirsaug.*

ECKBERTUS SCHONAUGIENSIS.

Eckbertus, abbas S. Florini in Schonaugiâ, diœcesis Trevirensis, ordinis S. Benedicti, frater B. Elizabethæ m[...]nialis. circiter annum 1163. in precio habitus est. Ex Canonico Bunnensi, consilio sororis, monachus primùm & ex monacho abbas fit. Eum clerus & majores civitatis Coloniensis, per literas vocarunt, ad examinandos Catharos, qui ex Flandriâ eò venerant: cum quibus acriter disputans, vicit eos tandem; ut etiam ora ipsis obstrueret. Scripta, quæ contexuit, hæc recenset *Trithemius*; inter quæ nonnulla fuerunt oratione ligatæ inclusa:

Adversus hæreses,	*lib. 1.*
In principium Evangelii Johannis,	*lib. 1.*
Super Magnificat,	*lib. 1.*
Super Missus est angelus,	*lib. 1.*
De obitu Sororis suæ,	*lib. 1.*
Meditationes,	*lib. 1.*
Sermones per annum,	*lib. 1.*
Laudes Salvatoris.	*lib. 1.*
Epistolarum ad diversos,	*lib. 1.*

Præfuit isti abbatiæ annis 18. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, & de Scriptoribus ecclesiasticis, Bergomensis.**

* *lib. 12.*

XXIX. HIRSAUGIENSES.

BRUNO.

SUevus natione, nobilibus & potentibus ortus parentibus, cùm aliquamdiu Spiræ Canonicum egisset, & vitam collegarum dissolutam vidisset, monachus factus est Hirsaugiæ. At Gebhardo ad Spirensem ecclesiam vocato, fit ipse abbas, anno 1105. ordinatus à Richardo Hostiensi. Cumque ad secularia negotia ineptus esset: totum se orationi, lectioni, meditationi, atque contemplationi, dedit. Numerum tamen prædiorum, censuum, redituumque, auxit. Missas frequenter celebravit: ac multos persuasit verborum illecebris, sicut facundiâ valuit; ut vitæ monasticæ se-se traderent. Obiit anno 1121. X. Calend. Aprilis: sepultusque est in ecclesiâ B. Petri & Pauli, ante altare S. Laurentii. Aliquantò pòst iterum exhumatus, miracula edidisse scribitur *a Trithemio*: ut quòd cæco visum restituerit.

VOLMARUS.

COnsentientibus monachorum suffragiis, tertio die post obitum Brunonis, abbas eligitur Volmarus. Et quamvis multùm reluctaretur; tandem precibus fratrum acquievit. Moguntiæ, in monasterio S. Albani, Adelbertus archiepiscopus eum ad illud munus ordinavit. Suevus genere fuit; & ab ineunte ætate literis operam dedit. Eloquentissimus suo tempore inter Suevos habitus est. Gravitatem insignem præ se tulit; atque acerrimus vitiorum hostis fuit. Præfuit annis 36. Obiit anno 1157. Sepultus est ante altare S. Michaëlis, in majori ecclesiâ.

HARTWIGUS.

VOlmaro succedit, communi monachorum suffragio electus eodem die, quo antecessor sepultus est. Is genere Francus fuit: cumque à primâ ætate ad literarum studia se contulisset, non mediocrem profectum fecit. Postea Canonicus Spirensis effectus, cùm sapienter vitam instituerit, Camerarius; nec multo pòst Præpositus, constituitur. Tandem, cùm spurcitiem reliquorū Canonicorū [...]cere videret indies; nullisque admonitionibus amplius esse locum: factus est monachus Hirsaugiensis, omnia, quæ habebat (erat autem mediocriter dives) [...] manus Volmari resignans. Electus in a[bb]atem, [...] [m]ul[t]ùm. & lacrymans quidem, reluctaretur, tandem assensum præbuit. A [G]unthero Spirensi episcopo consecrari noluit: sed ab Hillino Trevirensi. In eo itinere collocutus est cum S. Hildegarde: quæ breve illi vitæ tempus superesse prædixit: quod eventus comprobavit. Nam decessit post dies 56. quam abbas constitutus fuerat, anno 1157. Sepultus est in ecclesiâ majori, coram altari omnium Sanctorum.

MANEGOLDUS.

Sexagenarius, unanimi Monachorum consensu, in locum defuncti, eodem die, quo is sepultus erat, eligitur. Natione Francus erat, consanguineus Hartwigi. Inauguratus est à Gunthero, Spirensi episcopo. Is monasticam assumserat regulam sub Volmaro: in quâ aliquot annos versatus, Succentor ordinatur. quo tempore, amicorum sumtibus, plura, quàm 60. volumina conscribi curavit. Ex Succentore Prior; ex Priore Cellarius; tandem fit Abbas. Fuit autem homo religiosus, bene moratus; omne studium impendens augendæ Bibliothecæ.

Quadriennio pòst, gravis inter ipsum & reliquos monachos orta simultas est: ità etiam, ut propterea in contemtum adducerentur in totâ Sueviâ. Causæ erant, quòd Abbas suis familiaribus nimiùm indulgeret; at in reliquos monachos delinquentes, nimis durus animadversor. Sed utrinque ab Hildegarde per literas moniti, in gratiam redierunt. Præfuit annos 8. menses 4. & appositus est suis majoribus. Sepultus est ante altare S. Michaëlis.

RUPERTUS.

Natione Francus, honestis parentibus prognatus, ubi juvenis literarum rudimenta didicisset; Hirsaugiensis factus est monachus. Isthinc evocatus à Gotzaugiensibus cœnobitis, inter eosdem abbas constitutus est. Ejus functionis cùm eum tæderet; quòd nonnulli ejus admonitiones spernerent: Hirsaugiam rediit. Rursus in monasterio Schonremensi fit Prior. Indè revocatus, Manegoldo surrogatur, anno 1165. Monasticam disciplinam, quæ tùm temporis fermè tota corruerat, summo studio atque zelo conatus est restituere in integrum. Auxit & cœnobii reditus.

Coluit deos alienos, exstruendis templis. Nam in majori cœnobio Hirsaugiensi, ad plagam septentrionalem, Capellam pulcro tabulato construxit, in honorem S. Nicolai, magni archiepiscopi Myreorum: in quâ etiam frequenter deum Maozim colere consuevit.

Membrum Antichristi Romani haud-postremum fuit. Nam in illo schismate inter Imperatorem & Alexandrum III. Papæ partes sectatus est: ut & se, & monasterium, in discrimen adduceret.

Tandem senio confectus, abbatiam resignavit: cùm annis 11. præfuisset, Præposituram in Roche, reliquo vitæ tempore retinens, pro sui sustentatione.

CUNRADUS.

Comes de Kilberg, per monachos abbas designatur, anno 1176. Ordinari ab episcopo Spirensi noluit; quòd ille Imperatoris Friderici partibus adhæreret, contra Papam Alexandrum III. sed à Bambergensi. Doctus & honestus fuit, liberalis erga suos monachos, & hospites advenas. Præfuit annis 12. & febri correptus, anno 1188. transiit ad patres suos, in cellâ S. Gregorii in Richenbach. Sepultus est in majori cœnobio, ante altare omnium Sanctorum.

HEINRICUS.

FRancus, honestis natus parentibus, Cunrado succedit. unanimiter electus à reliquo Monachorum cœtu, anno 1188. Literatus fuit, & in Sacris literis, & in Philosophiâ doctus. Monachus factus, studiosus S. Benedicti regulæ exstitit observator. Laboriosus fuit, semper habens quod ageret: ut plantando vineas, hortulos excolendo, aut diversi generis arbores inserendo. Ecclesiæ altaribus singulis lampades appendit.

Cum Musicæ non esset ignarus; Cantoris functus est aliquamdiu officio. Postea abbas in Bruwiler fit: sed eam functionem resignans, quòd mores monachorum dissolutos cerneret, rediit Hirsaugiam ad pristinum munus donec abbas designaretur. Monachi laxas habenas con-

i[illegible] rigid[illegible] m[illegible] d[illegible]pl[illegible]ne exact[illegible] [illegible]: qu[illegible] n[illegible]m[illegible] [illegible]s tempor[illegible] i[illegible]mergeret.

Cum 4. ann[illegible] præfui[illegible] ve inter ipsum & reliquos mon[illegible]chos ortum [illegible] ut [illegible] verbera etiam [illegible] dev[illegible]: [illegible] quo Ad[illegible]bertus quispiam, abbatis fam[illegible] [illegible]s, graviter vulneratu[illegible] octavo die po[illegible] ex vulnere obiit. Illud tamen ab Otthone Spir[illegible]nsi episcopo, sopitu[illegible] postea est.

Tandem munus resignavit, anno 1196. postquam annis 8. præfui[illegible], pro sustentatione residui ætatis temporis, ac[illegible]ien[illegible] Præposituram in Roche: cum se toto [illegible]lo tempo[illegible] [illegible] dedisset, propter negligenter administratum m[illegible]. Tantùm autem mentes 6. superstes fuit. *Chronicon Hir[illegible]genſe.*

[illegible]UNRADUS *alius.*

Natione Suevus monachus Hirsaugiensis, ordinis S. Benedicti [illegible] doctus in sacris & profanis literis, Philosophus, Rhetor, Musicus, & Poëta insignis, claruit circiter annum 114[illegible] [illegible] sub fictitio nomine, eleganter multa scripsit & edidit opuscula, ita quidem, ut *Trithemius* illi Tullianam adscribat eloquentiam. quorum hi sunt tituli:

Speculum Virginum, lib. 8.
In Evangelia per annum, lib. 1.
De Vita spirituali, & fructu mortis, lib.
Matricularium, lib. 1.
De laudibus S. Benedicti, carmine, lib. 1.
Dialogon, lib. 1.
De Musicâ & Tonis, lib. 1.

Bergomensis, Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

THIEMO.

Hirsaugiensem Priorem Thiemonem, spiritum propheticum habuisse, multisque visionibus illustrem fuisse, *idem* testatur. Anno 1140. e vivis esse desiit.

XXX. LUNEBURGENSES.

HANNO.

Abbas Luneburgensis interfuit cōcilio apud Aquaspensiles, sub Lothario. *Chron. Casinense.**

BERCHTOLDUS.

Ibidem abbas, Heinricum Leonem, in Palæstinam supplicandi gratiâ peregrinantem, comitatus est, anno 1172. ubi & diem clausit extremum. *Continuator Helmoldi.*

XXXI. ILSENBURGENSES.

OTTHO, & MARTINUS.

Ottho, abbas Ilsenburgensis, quia detrectabat obedientiam Friderico Halberstadensi episcopo excommunicato, ejectus est cum reliquis monachis. Peregrinationem itaque suscepit Hierosolymam versùs: in quâ prope Andropolim occubuit, circiter annum 1104. Sepultus est in templo B. Virginis ibidem.

Exsilii comitibus reversis, & post annos 4. in integrum restitutis, Martinus quidam abbas eligitur; quem Catelenburgi consecravit Ruthardus Moguntinus: *ut in quodam veteri Chronica annotatur.*

HUGO CORBEIENSIS.

Monachus eruditus & ingeniosus, claruit anno 1135. Inter alia, quæ scripsit, edidit etiam opus, quod in quatuor divisit partes, utpote:

De claustro materiali, lib. 1.
De claustro spirituali, lib. 1.
De claustro animæ, & paradisi, lib. 2.

Bergomensis, Trithemius.*

XXXII. MAGDEBURGENSES.

EBERHA[illegible]US, & ARNOLDUS.

Eberhardus, primus abbas in monasterio Montis, ad Mag[illegible]burg ex urbis mœnia, constitutus est a Lothario [illegible]ne ann[illegible] 1135.

Ejusdem loci abbas Arnoldus, consilium Friderico Imperatori [illegible] 1[illegible]gge. [illegible] de intru[illegible]endo W[illegible]chmanno apud Magde[illegible]u[illegible] ann[illegible] 115[illegible] *Chro[illegible]ni[illegible]*

ANGLIÆ MONACHI.

I. CANTUARIENSES.

CLEREBANDUS, & Rogerius.

Clerebandus abbas electus fuerat, Cantuariæ monasterii S. Au[illegible] [illegible]em vul[illegible] An[illegible]orum Apostolum vocant. Verùm e[illegible] [illegible] b[illegible] ne[illegible]dictionem ac[illegible] [illegible] m e[illegible] [illegible]sset. *Balæus.**

R[illegible] G[illegible] monachus T[illegible] abbas Augustini electus est, anno [illegible] *Continuator Gebe[illegible]*

GOTCELINUS.

Natione C[illegible] Mo[illegible], & monac[illegible] Be[illegible] ni cœnobi[illegible]. U[illegible] [illegible] b An[illegible] R[illegible]fiæ; deinde etiam Cantuariæ in mo[illegible] A[illegible]gusti[illegible] vixit. Eruditionis suæ monumenta reliquit hæc:

Vitam D. Augustini, lib.
De Miraculis ejusdem, lib.
De translatione sua & sociorum, lib.
Vitam Laurentii archiepiscopi, lib.
Vitam Swithuni episcopi, lib.
Vitam D. Grimbaldi, lib. 1.
Vitam D. Erkenwaldi, lib. 1.
De origine S. Ivonis, lib. 1.
Vitam Ivonis episcopi, lib.
De translatione ejusdem, lib. 1.
Vitam D. Edgithæ, lib. 1.
Vitam D. Milburgæ, lib. 1.
Vitam D. Werburgæ, lib.

*Balæus.**

ELMERUS.

In eâdem urbe, in Servatoris cœnobio, Priorem egit multis annis Elmerus; qui veterum ac recentiorum scripta [illegible]igentiâ singulari, evolvit. Libelli, quos edidit, hi ferè sunt:

Homilia erudita, lib. 1.
Exercitia vitæ spiritualis, lib. 5.
De Bono vitæ claustralis, lib. 1.
Recordationes beneficiorum Dei, lib. 1.
Contra hujus Mundi miserias, lib. 1.
De Inquisitione Dei, lib. 1.
De Absentiâ vultûs Dei, lib. 1.
Epistolarum ad diversos, lib.

aliaque multa. Sub annum Domini 1[illegible]30. in admiratione fuit. *Balæus.**

ALEXANDER.

Ejusdem cœnobii alumnus Alexander, discipulus & diligens auditor Anselmi archiepiscopi olim [illegible] ejusd[illegible] dicta, ex ore ejus excepta, in libellum congessit, quem inscripsit Anselmo juniori, senioris illius nepoti. Claruit anno 1120. *Balæus.**

Inter eosdem & Samson, sub annum salutis 1170. vixit, diligens sacrorum librorum lector. in quibus tantum profecit: ut & ipse sæpiùs ad populum conciones haberet, Homiliarumque volumen contexeret: quod eruditum, pium, elegans opus, vocat *Balæus.**

RICARDUS PLUTO.

Cantuariensis monachus, Philosophus Historicus, & Theologus insignis, carmine & prosa conscripsit:

Ecclesiasticam historiam Anglorum, lib. 1.
Unde malum? carmine, lib. 1.
De Inquisitione boni, lib. 1.
De Gradibus virtutum, lib.
De Virginitate, lib.
De Bono mortis, lib.
De Loco & Tempore, lib.
De Arte [illegible]ica, lib.
In Canones Apostolorum, lib.
Super opera Philonis, lib. 1.

& alia plura: sub annum 1[illegible]. *Balæus.**

GUILHELMUS STEPHANIDES.

Secundùm Ranulphum Hygden [illegible] N[illegible] cus, Londini natus circiter annum 1[illegible] [illegible] ætate

Margin notes: * lib. 12. — * B 4. c. 110. — * Lib. 15. — * Cent. 2. cap. 9?. — * Cent. 13. cap. 17. — * Cent. 2. cap. 7?. — * Cent. 10. cap. 41. — * Cent. 13. cap. 18. — * Cent. 3. cap. 10.

bonarum ... fundamenta ... in Galliam profectus, est, uberioris eruditionis causa. Scripsit
De vita & passione Thomæ Becketi, lib. 1.
De visionibus post mortem, lib. 1.
De miraculis ejusdem, lib. 1.
Acta Heinrici ... lib. 1.
& alia quædam. *Balæus.*

* Cent. 3. cap. 57.

NIGELLUS WIREKER.

Monachus & Cantuariensis coenobii præcentor, floruit anno ... in ... eruditus, & multæ lectionis ... honestæ ... fuit. Vehementer Papam ... & tractas ... dignit... recensentur:
Speculum Stultorum carmine, lib. 1.
Monita ad amicum, lib. 1.
Adversus barbariem, lib. 1.
Super vitiis Curatorum, lib. 1.
Distinctiones utriusque Testamenti, lib. 1.
De abusu rerum Ecclesiæ. lib. 1.
Exceptiones ex Guarnerio, lib. 1.
Commentarios Numerorum, lib. 1.
& alia plura. *Balæus.*

* Cent. 3. cap. 50.

GERVASIUS.

Sub idem tempus, Gervasius, vir doctus, antiquitatumque studiosus, floruit in Servatoris coenobio. Scripta, quæ contexuit, hæc sunt:
Historia gentis Anglicæ, lib. 1.
Britannorum aborigine, lib. 1.
Saxonum & Northmannorum, lib. 2.
Vita Archiepiscoporum, lib. 1.
De Regnum calu Britanniæ, lib. 1.
De Sedibus pontificum, lib. 1.
De Monasteriorum constitutu, lib. 1.
& alia nonnulla. *Balæus.*

* Cent. 2. cap. 48.

EADMERUS.

Dorobernensis, auditor Anshelmi in coenobio Servatoris, præstigiator & sophista insignis, Anshelmo proficiscenti Romam socius itineris fuit, Urbano II. Tandem, in monasterio Albani, factus est abbas ditissimus. Scriptorum, quibus Romanæ bestiæ patronum egit, hi sunt tituli:
De Libertate ecclesiastica, lib. 1.
Historia novorum in Angliâ, lib. 6.
Vita Anshelmi archiepiscopi, lib. 1.
Vita Wilfridi archiepiscopi, lib. 1.
De D. Mariæ laudibus, lib. 1.
Institutu Christiana vita, lib. 1.
De Gestis sui temporis, lib. 1.
Querela super morte Anselmi, lib. 1.
& alia plura. Claruit anno 1121. *Balæus.*

* Cent. 2. cap. 68.

RADULPHUS.

Abbas S. Albani, ab ineunte ætate linguam Latinam, & artes politiores, addidicit, ad majora Anglorum gymnasia sese conferens. Carmine & prosâ conscribendo excelluit. Scripsit *Historiam Alexandri Macedonis,* lib. 1.
Licet nonnulli eam historiam Galfrido cuidam monacho adscribant.
Vitam B. Albani carmine heroico, lib. 1.
Obiit anno salutis 1151. & in eodem coenobio sepultus est. *Balæus.*

* Cent. 2. cap. 88.

JOHANNES.

Han... illensis, cognomine Archinceius, Liberalium artium Magister Oxonii. cùm Parisiis ... literis operam dedisset, & in seculo esset peregrinatus ... monasticæ ad Albani ... se ... literis ... adhuc ... exercuit ... fuerit. Quæ ... numerantur:
... lib. 9.
De ... lib. 1.
... lib. 1.
... lib. 1.
... *Idem.*

* Cent. 3. cap. 10.

GUALTERUS.

Albani monasterii Bibliothecarius ac Præcentor, Philosophus ac Theologus insignis, claruit anno 1180. Conscripsit *de Libero Ecclesiæ librum 1. Balæus.*

* Cent. 3. cap.

II. LONDINENSES.

RICARDUS.

Canonicus regularis, Londini in coenobio Trinitatis floruit, circiter annum ... ab ineunte ætate bonas literas adamavit, & tantopere profecit: ut Orator & Poeta sui temporis, inter præstantissimos, fuerit habitus. Interfuit expeditioni in Syriam, susceptæ a Ricardo Anglorum Rege: cujus admodum charus fuit.
Scripsit *Itinerarium Regis Ricardi* lib. 1.
in quo omnia, quæ passim in ... vidit, fideliter exponit.
Gesta ejusdem Regis, lib. 1.
Epigrammatum. lib. 1.
& alia nonnulla. *Balæus.*

* Cent. 3. cap. 44.

OSBERTUS.

Osbertus Claretius, primùm Monachus in coenobio S. Petri Londinensis, ordinis S. Benedicti, literatus & religiosus; postea Prior constitutus est, omnium monachorum suffragio. Scripta ejus hæc recensentur:
De vitâ Regis Eduardi, lib. 1.
De vita Ethelberti martyris, lib. 1.
Vita D. Edburga, lib. 1.
Miracula martyris Eadmundi, lib. 1.
Epistolæ ad diversos, lib. 1.
Aliud Epistolarum volumen, lib. 1.
& alia. *Idem.*

* Cent. 2. cap. 73.

III. WESTMONASTERIENSES.

GILBERTUS.

Anshelmi Cantuariensis discipulus, & Westmonasteriensis abbas: cùm peragratâ Galliâ & Italiâ, ubi & Antichristi sedem invisit, ad patrios lares pedem referret, in Judæum quendam Moguntinensem incidit; cum quo acre ipsi de Lege Dei certamen fuit. Scripsit
De Fide Ecclesiæ, contra Judæos, lib. 1.
Epistolas ad Anshelmum, lib. 1.
De casu Diaboli, lib. 1.
De Animâ quoque, lib. 1.
Super Esajam Prophetam, lib. 1.
Super Hieremiam Prophetam, lib. 1.
In Cantica Salomonis, lib. 1.
Homilias 47. lib. 1.
Ad Cantorem Sagiensem, lib. 1.
& alia plura. Obiit anno 1117. Westmonasterii sepultus. Nonnulli asseverant, ipsum olim fuisse Lunicensem in Hiberniâ episcopum. *Balæus.*

* Cent. 2. cap. 64.

LAURENTIUS.

Ex Dunelmensi Præcentore fit Præses: tandem Westmonasteriensis abbas constituitur ab Heinrico II. amoto Gervasio quodam, Stephani Regis ex fratre nepote. Religiosus & eruditus fuit. Carmine & prosâ exercitatus, plurima scripsit:
Hypognosticon ad Gervasium, lib. 9.
Sermones de Christi adventu, lib. 1.
De Christi natali, lib. 1.
De Assumtione Mariæ, lib. 1.
Super morte Amici, lib. 1.
Excusationem pro Milone, lib. 1.
Invectivam in Malgerium, orat. 1.
Pro Naufrago, orat. 1.
Pro Juvenibus compeditis, orat. 1.
Ad Hath. ... lib. 1.
Dialogorum in metro, lib. 1.
De ... endo Episcopo, lib. 1.
Orationes pro Laurentio, lib. 1.
Vitam Brigidæ, in prosâ, lib. 1.
De Cuthberto episcopo, lib. 1.
De Can... oribus, lib. 1.
De Virginibus, lib. 1.
Homelias eruditas, lib. 1.
& alia plura. Anno 116... *Idem.*

* Cent. 2. cap. 8.

. . D U L . H U S.

Eleemosynarius Westmonasteriensis, Benedicti regulas majori studio coluit, quam Euangelium Christi. Conscripsit

Homilias Epistolarum, lib. 1.
Homilias Euangeliorum, lib. 1.
De Peccatore, lib. 1.

atque alia quædam. Sub annum 1150. *Idem.*†

† Cent. 2. cap. 89.

RICARDUS VINTONIENSIS.

Monachus apud Vintoniam, Philosophiæ ac Sacrarum literarum cognitione, aliisque politioribus virtutibus ornatus, ita ut apud reliquos monachos magni fieret. In primis verò rerum in Angliâ gestarum exquisitam habuit notitiam: quarum *Historiam* contexuit, *tempora Ricardi Regis complectentem, ad Robertum ejusdem ecclesiæ Priorem*, lib. 1.
Epitomem rerum Britannicarum, lib. 2.

Claruit annum circiter 1190. *Idem.**

* Cent. 3. cap. 28.

IV. WIGORNIENSES.

SENATUS.

Senatus Bravonius, abbas Wigorniensis, literatus, Henrico II. Regi Angliæ, & Rogerio istius sedis Episcopo, propter eruditionem charus fuit. Scripta, quæ edidit, hæc recensentur:

Epistolarum opus, lib. 1.
Pallii pontificii ratio, lib. 1.
Vita Osvvaldi episcopi, lib. 1.
Vita Wolstani episcopi, lib. 1.

atque alia plura. Anno 1170. in æstimatione est. *Idem.**

* Cap. 4. 10.

FLORENTIUS.

Florentius Bravonius, Wigorniensis monachus, in Philosophiâ & Theologiâ insigniter doctus, Latino sermone hæc monumenta conscripsit:

Chronicon ex Chronicis, lib. 1
De regali Anglorum prosapiâ, lib. 1.
Appendices ad Marianum Scotum, lib. 1.
De rebus sui Cœnobii, lib. 1.

& alia nonnulla. Obiit anno 1117. *Idem.**

* Cent. 2. cap. 00.

GUILIHELMUS NOVOburgensis.

Guilihelmus Petrus, Bridlingtonæ natus, Novoburgensis monasterii Canonicus regularis, & Doctor Theologiæ, in Scripturarum interpretatione non usque-adeò infelix, claruit circa annum 1200. Tanto is studio doctrinas, & sacras, & profanas, prosecutus est, ut nunquam se à doctorum librorum lectione passus fuerit abduci. Cōtra Galfridum Monemutensem tantâ petulantiâ atque protervià scripsit, post mortem etiam, in quodam suorum Chronicorum proœmio, ut in hoc conductum putes. Scripsit

Historiam de gestis Anglorum, stylo satis eleganti, ab anno 1116. ad annum 1197. lib. 5.
De Anglorum Regibus, lib. 2.
In Cantica canticorum, ad Rogerum abbatem Bellendensem, lib. 1.
Commentarios alios, lib. 1.
Sermones eruditos, lib. 1.

atque alia nonnulla. *Balæus.**

* Cent. 3. cap. 41.

ODO BELLENSIS.

Odonem Cantianum, cum omnes monachos, in Servatoris cœnobio latitantes, & doctrinâ & virtute superaret Thomas, episcopus Cantuariensis, primùm ibi præsidem; deinde abbatem Bellensis monasterii, constituit. Scripturæ sanctæ fuit studiosissimus, scripsitque hæc sequentia:

In Pentateuchum commentarios, lib. 5
In capita primi Regum, lib. 1.
Singillatim in libros Regum, lib. 4
Super Psalterium, lib. 1.
In vetus Testamentum, lib. 1.
De Libro vitæ, lib. 1.
De onere Philistiim, lib. 1
Conciones in Euangelia, lib. 1.
De Moribus ecclesiasticis, lib. 1
De Vitiis & virtutibus animæ, lib. 3
De Inventione Milburgæ, lib. 1
Epistolarum ad diversos, lib. 1

atque alia nonnulla. Post mortem, à Romano Pontifice, in numerum Sanctorum ascitur. *Idem.**

* Cent. 2. cap. 57.

ADAMUS DORENSIS.

Abbas, Ordinis Cisterciensis, claruit circiter annum 12.. Is Musicus & Poëta magni nominis fuit, sed inflatus & superbus. Scripsit

Contra speculum Giraldi, lib. 1. carmine.
Rudimenta Musices, lib. 1

& alia quædam. *Idem* †

† Cent. 2. cap. 40.

V. FORDENSES.

ROGERUS.

Fordæ monachum egit Rogerus quidam, monastica superstitione supra modum tumens, suique ingenii præclaros fœtus edidit.

Revelationes Elisabethæ Schönaugiensis in ordinem redegit, easque suo abbati Balduino inscripsit, lib. 2.
De undecim-millibus Virginum Coloniensium, lib.
Encomium Mariæ, carmine, lib. 1.

*Idem.**

* Cent. 3. cap. 28.

MAURITIUS SOMMERSETUS.

Ejusdem cœnobii alumnus fuit, sub annum salutis 1190. Is, cùm Oxonii pluribus annis operā dedisset literis; tādem Fordæ suis contubernalibus artes, quas novit, exposuit.

Scripsit *de Schemate pontificali, ad Reginaldum Bathoniensem episcopum, carmine, lib. 1. Ex carminum lib. 1.* atque alia quædam. *Idem.*†

† Cent. 3. cap. 1.

VI. SALOPIANI.

ROBERTUS.

Salopiensis abbas, coluit deos alienos, veneratione exsuviarum Sanctorum. Nam Wenetridæ virginis exuvias, è Cambriâ translatas, singulari veneratione apud se retinuit: de quâ etiam libellum conscripsit, cui titulum indidit, *De vita Wenefredæ virginis, ad Guarinum Wigorniensem Præpositum.* Anno 1140. *Balæus.*†

† Cent. 2. cap. 70.

HEINRICUS.

Eodem tempore & loco claret Heinricus Saltereyensis, ex Huntingtonensi comitatu oriundus: qui ab ipsis fermè incunabulis superstitioni deditus fuit; deceptus à quodam Florentiano, Hiberniæ episcopo, & Gilberto abbate Cisterciensi. Scripsit

Super Purgatorio Patricii, lib. 1.
De Pœnis purgatorii, lib. 1.

Idem.†

† Cent. 3. cap. 77.

ADELBERTUS SPALdingensis.

Levita Spaldingensis cœnobii, vir eruditissimus, prudens, disertus, religiosus, & in omni conversatione mansuetus. Præterea ardens in eo studium fuit, legendi Sacras literas, & Patrum scripta. Edidit *Speculum quoddam de statu hominis, continens 150. capita.*

Ad Hermannum presbyterum, lib. 1.

& alia nonnulla. Anno 1160. *Balæus.*†

† Cent. 2. cap. 99.

ALANUS TEUKESBUriensis.

Abbas Teukesburii, Thomæ Beckero fuit familiaris, cùm æditiuum ageret in monasterio Servatoris Cantuariæ: ideoque in ejusdem laudem nonnulla conscripsit, his-ce titulis;

Exsilium & vita Thomæ, lib. 1.
Acta Clarendonensia, lib. 1.
Problemata sophistica, lib. 1.

& similes Antichristi feces. Obiit anno 1[illegible]. *Balæus* †

† Cent 3. cap. 46.

NICOLAUS.

Eodem ferè tempore Nicolaus Walkington in vivis fuit. Is juvenis, ut majori quiete bonis literis operam dare posset, c[illegible] m monachorum de Kirckeham, ordinis Cisterciensium, ingressus est. Scripsit

De Virtutibus & Vitiis, lib. 1.
Historiam Gualteri episcopi, lib. 1

alia quædam. *Idem.*†

† Cent 3. cap 15

GOTFRIDUS [illegible]NEN-
sis abbas.

Vir literatus in utroque scribendi genere, & prosâ & carmine, exercitatus, claruit circiter annum 1107. Scripta ejus sunt:

Epigrammata Satyrica, lib.1.
Nummi descriptio. lib.1.
De Primatum Angliæ laudibus, lib.1.
De diversis Hominum moribus, lib.1.
Disticha moralia, lib.1.
Tetrasticha moralia, lib.1.
Hexasticha moralia, lib.1.
Epistolæ elegantes. lib.1.

atque alia plura. *Idem.**

VII. FONTANI.

SERLO.

SErlo Grammaticus, frater Radulphi cujusdam abbatis de Parcho, Rhetor & Poëta haud-postremus, claruit anno 1160. Is, ex Eboracensi Canonico, Fontanus Monachus ordinis Cisterciensis; & tandem etiam Abbas ibidem factus est. Scripsit

De quodam Bello Scotico, lib.1.
De morte Sumerledi, lib.1.
In Orationem dominicam, lib.1.
De dictionibus dissyllabis, lib.1.
De dictionibus æquivocis, lib.1.

& alia quædam. *Idem.*†

ROBERTUS.

Fontanensis abbas, obiit anno 1180. Cui, ejusdem nominis Prior S.Petri super Dinant, successit eodem anno. *Continuator Sigeberti.*

GERVASIUS.

Monachus S.Mariæ Eboraci, in Fontano cœnobio, ordini Cisterciensium se-se totum mancipavit primùm. Postea Parshensis cœnobii primus designatus est Abbas. Edidit libellum, cui titulum indidit, *Speculum charitatis*, hortatu Ealredi abbatis. Itèm *Epistolæ ejus aliquot ad Ealredum* extant. *Balæus.**

IIX. MALMESBURIENSES.

GUILHELMUS.

GUilhelmus Sommerset, monachus ordinis S.Benedicti, Malmesburiensis Bibliothecæ præfectus, & ejusdem ecclesiæ Præcentor, unus ex doctissimis sui seculi fuit; & in eruendis antiquitatibus studiosissimus. Is nonnullas superstitiones immodicè extulit. Mores sui seculi graphicè ac genuinè depinxit. Scripta ab ipso edita hæc recensentur:

De Regibus Anglorum, lib.6.
De Pontificum gestis, lib.5.
Historia Novella, lib.3.
Itinerarium Johannis abbatis, lib.1.
In Threnos Jeremiæ, lib.4.
Vita Aldhelmi episcopi, lib.4.
De miraculis D. Andreæ, lib.1.
De miraculis S. Mariæ, lib.4.
Genealogia Henrici II. lib.1.
Chronicorum fragmenta, lib.1.
De serie Evangelistarum, lib.15.
Vita S.Patricii, lib.3.
Vita Dunstani archiepiscopi, lib.2.
Vita S.Benigni, lib.1.
Vita S.Indracti, lib.1.
De Virtutibus Sanctorum, lib.1.
Epitome Haymonis Floriacensis, lib.1.
Antiquitates Glascomæ, lib.1.
Antiquitates Malmesburiæ, lib.1.
De gente Wydenorum, lib.1.
Sermones & Epistolas, lib.2.

atque alia plura. Obiit anno 1142. *Balæus.*†

PETRUS.

Cognomento Baldwinus, ejusdem monachus, in utroque genere, carmine & prosâ, [illegible] anno 1[illegible]. Scripsisse fertur *Acta quorundam proborum vita Monachorum*, carmine & solutâ oratione. *Balæus.**

GUILHELMUS RUSHE-
fordensis.

Guilhelmus Rhievallensis, monachus de Rusheforde, ordinis Cisterciensis, vir religiosus, scripsit *Historiam Anglorum*, lib.1. quam dedicavit Eadredo, Rhievallensi abbati. Obiit anno Domini 1146. *Balæus.**

ADAMUS EVESHAMEN-
sis abbas.

Vir doctus, at superstitiosus fuit, Antichristi membrum: ipse frequentans Monialium claustra, aliis imposuit jugum importabile. Conscripsit sequentia:

Ad Monachos de Godestuve, lib.1.
De miraculo Eucharistiæ, lib.1.
Epistolas ad diversos, lib.1.
Sermones aliquot, lib.1.

atque alia quædam. Anno 1160. *Idem.**

IX. BATHONIENSES.

ATHELARDUS.

MOnachus Bathoniensis, Philosophus, Astronomus, Rhetor, & Poëta, haud-vulgariter doctus, facundus, linguis & artibus excellens, claruit anno Domini 1130. Juvenis Ægyptum & Arabiam peragravit; ut ea, quæ maximè cupiebat, addisceret. Scripsit, & ad posteritatem transmisit:

De Naturis rerum, seu Naturalium quæstionum, lib.1.
De Causis rerum naturalium, lib.1.
Sic & non sic, lib.1.
De septem Artibus liberalibus, lib.1.
Ezichmasarum ex Arabicâ transtulit, lib.1.
Euclidis Geometriam transtulit, lib.1.
De Astrolabio, lib.1.
Problematum quoque, lib.1.

atque alia nonnulla. *Balæus.**

X. RHIEVALLENSES.

GUALTERUS.

GUalterus Esper, Anglus, nobilitate stemmatis clarus, Stephani Hardingi discipulus, anno Domini 1132. ordinem Cisterciensium omnium primus in Angliâ plantavit, ad Rhievallem constructo monasterio. *Balæus.**

EALREDUS.

Rhievallensium monachorum abbas, genere, doctrinâ, & inculpatæ vitæ moribus, præclarus, floruit anno 1160. Is discendi cupidissimus fuit: atque ut amplum studiorum fructum assequeretur; solitariæ vitæ se totum mancipavit. *Balæus* eum alterum Bernhardum vocat: ut qui ingenio mitis, actione pius, & consilio modestissimus fuerit. Episcopatum, & alios Mundi honores, recusavit; ut ad prædicationem Euangelii esset expeditior. Davide, Scotorum Rege, usus est admodù familiariter. Certamina inter viros Principes, mirâ industriâ & felicitate etiam diremit. Confessiones D. Augustini pro immenso semper habebat thesauro. In scriptis planè Bernhardo similis fuit; quorum hi sunt tituli:

Vita Eadwardi Anglorum Regis, lib.2.
Vita Davidis Scotorum Regis, lib.2.
Vita Niniani Episcopi, lib.1.
Vita Margaritæ Reginæ, lib.1.
De Regibus Anglorum, lib.1.
De miraculis D. Eadwardi, lib.1.
Miracula Hagulstadensis ecclesiæ, lib.1.
Chronicon ab Adam usque ad Henricum, lib.1.
Sententiarum flores, lib.1.
Vita Eadwardi, carmine, lib.1.
Homiliarum justum volumen, lib.1.
In Euangelium accensa lucerna, lib.1.
De Prælatorum moribus, lib.1.
De Ministrorum officiis, lib.1.
De Abusionibus claustri, lib.1.
Centum Sermones synodales, lib.1.
Speculum charitatis, lib.3.
De vera Amicitiâ, lib.1.

De Ami-

De Amicitia spirituali, lib.3.
De Adventu Domini, lib.1.
De Militia Christianâ, lib.1.
Super onus Babylonis, lib.1.
De Oneribus Isaac, lib.1.
Dialogi plures. lib.1.
Inter Hominem & Rationem, lib.1.
De Institutione inclusarum, lib.1.
De quodam Miraculo, lib.1.
Super Cantica canticorum, lib.1.
De virtute Gualteri Esper, lib.1.
Contra quasdam episcoporum literas, lib.1.
Epistolas trecentas, lib.1.
De Lectione euangelicâ, lib.1.
De Christo duodenni, lib.1.
Super Lucam, lib.1.
De Virginitate Mariæ, lib.1.
De naturâ animæ, lib.1.
De Dotibus ejusdem, lib.1.

atque alia multa. Asscitus fuit, anno suę ætatis 57. in catalogum Papisticorum Sanctorum. *Balæus.**

* Cent.2. cap.99.

GUALTERUS DANIEL.

Ejusdem cœnobii Diaconus, claruit anno 1170. Is & celebris vitæ, & raræ eruditionis monachus fuit: ità etiam, ut suum præceptorem, Ealredum abbatem, multum vicerit. Philosophiæ ac Theologiæ operam dedit summâ curâ. Scripsit:

De Conceptione Mariæ, contra Nicolaum monachum, lib.2.
De Virginitate Mariæ, lib.1.
De vera Amicitiâ, lib.5.
De Onere jumentorum Austri, lib.2.
De honestâ Virginis formulâ, lib.1.
Epistolarum volumen, lib.1.
Centum Homilias, lib.1.
Centum Sententias, lib.1.
Super Missus est, lib.1.
Super aliquot Scripturæ loca, lib.1.

atque alia quamplurima. Rhievalli tandem obiit, & ibi sepultus est. *Idem.*†

† Cent.3. cap.4.

ROBERTUS BRIDLINtonensis.

Præses Bridlintonensis cœnobii, ab ineunte ætate, Sacrarum literarum lectioni intentus usque-adeò fuit: ut nullus Latinorum Theologorum fuerit, cujus scripta non viderit, legerit, intellexerit. unde etiam cognomen sortitus Scribę est, propter varietatem lectionis; ut *Balæus* conjectat. Scriptorum ab ipso editorum hi sunt tituli:

In Genesin commentarii, lib.1.
In Exodum, lib.1.
In Leviticum, lib.1.
In Numeros, lib.1.
In Deuteronomium, lib.1.
Super Psalterium, lib.1.
Breviarium in Psalmos, lib.1.
In Cantica canticorum, lib.1.
In 12. Prophetas, lib.12.
Super Apocalypsin, lib.1.
In Symbolum Athanasii, lib.1.
In Cantica Bibliorum, lib.1.
In Orationem dominicam, lib.1.
Super Matthæum, lib.1.
Super Job unum, lib.1.
Super Epistolas Pauli, lib.14.
De Operibus sex dierum, lib.1.
Dialogi plures, lib.1.
De Corpore & sanguine Domini, lib.1.
De Ecclesia catholicâ, lib.1.
Sermones quoque, lib.1.

& alia. *Idem.**

* Cent.3. cap.14.

ACHARDUS.

Hoc etiam seculo Achardus, ejusdem cœnobii alumnus, vir & literatus & honestus, vixisse putatur. Scripta, quæ edidit, hos titulos circumferunt:

De Christi tentatione, lib.1.
De S. Trinitate, lib.1.

atque alia plura. *Idem.*†

† Cent.2. cap.67.

GUILHELMUS.

Monachus Benedictinus Crolandiæ, claruit anno 1178. Multa, & carmine, & solutâ oratione, scripsit, quorum hęc sunt nomina atque tituli:

Vita Guthlaci, carmine, lib.1.
Vita Neoti, carmine, lib.1.
Vita ejusdem, prosâ, lib.1.
De translatione ejusdem, lib.1.
Vita Comitis Waldelphi, lib.1.
Gesta antecessorum ejusdem, lib.1.
De passione Waldelphi, lib.1.
De Comitissa Juditha, lib.1.
Miracula Waldelphi, lib.1.
De vitis Philosophorum, lib.1.
De legendis Ethnicorum scriptis, lib.1.
Vita D. Eadmundi Regis, lib.1.
Vita Birini episcopi, lib.1.
Super Bedam de Temporibus, lib.4.
Super Isidorum de Computo, lib.1.

& alia. *Idem.**

* Cent.3. cap.9.

XI. HAUGUSTALDENSES.

JOHANNES.

Johannes de Hexham, monachus Benedictinæ professionis, & Haugustaldensis cœnobii præses, floruit anno salutis 1160. Inerat in vultu ejus multum severitatis; in externis moribus candor, facultas & dicendi, & disputandi. Prælegit varia suis Monachis. Scripsit *Historiam 25. annorum,* lib.1.

De Signis & Cometis, lib.1.
Descriptionem Scotici belli, lib.1.
Conciones aliquot, lib.1.

& alia. *Idem.**

* Cent.3. cap.52.

RICHARDUS.

Ejusdem cœtûs alumnus & Prior, claruit anno 1190. Is, juvenis traditus Johanni de Hexham erudiendus, non parùm in literarum studiis profecit. Per omnia studuit, suo præceptori in moribus, in vitâ, in doctrinâ, fieri simillimus. Tandem etiam ei successit. Scripsit *Gesta Regis Stephani,* lib.1.

Gesta Henrici II. lib.1.
De Bello Standardico, lib.1.
Chronicon patrum ab Adam, lib.1.

aliaque nonnulla. *Balæus.*†

† Cent.3. cap.32.

HUGO RHEADINGENSIS.

Monasticæ vitæ eam præcipuè ob causam se mancipavit, ut bonis artibus invigilare posset. Quæsivit præceptores doctrinâ præstantes. Hinc factum est, ut in Theologiâ evaderet excellenter doctus: ac Rheadingensis abbas crearetur. Scripsit

Quæstiones plures, lib.1.
Ad Petrum Blesensem Epistolas plures.

& alia quædam. *Idem.*†

† Cent.10. cap.10.

ODO MUREMUNDENSIS.

Abbas, in Mathematicis disciplinis præcipuè excelluit. Scripsit *Dialogum quendam de Religione Christiana & Judaica,* lib.1.

De analyticis ternariis, lib.1.
Analytica numerorum, lib.1.
Chronicon quoque, lib.1.

& alia quædam. *Idem.*†

† Cent.3. cap.19.

SIMON DUNELMENSIS.

Monachus ac Præcentor, claruit circa annum salutis 1146. Is & Mathematicus, & Chronographus singularis fuit. Scripsit *De Rebus Anglorum,* lib.2.

De Obsidione Dunelmi, lib.1.
De Archiepiscopis Eboracensibus, lib.1.
De passionibus Martyrum, lib.1.
Epistolas ad Elmerum, lib.1.

Balæus.†

† Cent.2. cap.98.

XII. GLOCESTRIENSES.

NICOLAUS.

Nicolaus de S. Albano, abbas Glocestriensis, scripsit *de Conceptione Mariæ virginis, ad Hugonem quendam Remigii abbatem*, libros 2. in quibus asseruit, B. Virginem nihil habere ex Adamo originalis contagii. Et *Epistolas ad eundem*, aliaque nonnulla ejusdem generis. Floruit sub annum 1140. *Balæus.* †

† Cent. 2. cap. 79.

SERLO.

Abbas Glocestriensis, locum illum ex humili ad gloriosum provectum extulit. Glocestriesis religionis author fuit. Erga bonos humilem; erga malos terribilem se-se præbuit. De eo Godefridus, istius loci Prior, hos composuit versiculos; ut *Malmesburiensis* * testatur:

* li. 5. c. 82.

Ecclesiæ murus cecidit, Serlone cadente.
Virtutis gladium, buccina justitiæ.
Vera loquens, & non-vanis sermonibus utens,
Et quos corripuit, Principibus placuit.
Judicium præceps, contrarius ordinis error,
Et levitas morum, non placuêre sibi.
Tertius a Jano mensis, lux tertia mensis,
Cum voce suppressum vita levavit eum.

OSBERTUS.

Ibidem monachus, ab ineunte ætate, eloquentiæ & bonis artibus operam dedit: tantæq; fuit eruditionis in Theologia, ut quodammodò cum veteribus conferendum censeat *Balæus*. Scripsit aliquot libellos; quorum aliquos Gilberto Herefordensi episcopo inscripsit:

Super opus Judicum, lib. 5.
De Incarnatione Domini, lib. 1.
De Nativitate Christi, lib. 1.
De Passione ejusdem. lib. 1.
De Resurrectione quoque, lib. 1.

Hos verò scripsit per Dialogos:

In Genesim, lib. 1.
In Exodum, lib. 1.
In Numeros, lib. 1.
In Deuteronomium, lib. 1.

& alia plura opuscula. Anno 1140. *Balæus.* †

† Cent. 2. cap. 78.

THOMAS MONEMUTENSIS.

Chronographus fuit, & superstitionum promotor strenuus, anno 1160. Scripsit

Vitam Gulielmi martyris, lib. 7.
Miracula ejusdem, lib. 1.

atque alia quædam. *Balæus.* †

† Cent. 2. cap. 94.

GILBERTUS SEMPRINgamensis.

Ex Lincolniensi provinciâ oriundus, Jocelini equestris ordinis viri filius & hæres, corpore & animo deformis, vixit annos 106. Is ubi in Anglorum scholis parum didicisset, in Gallias contendit, studiorum causâ. Lincolniam reversus, nihil magis egit, quam ut superstitionibus hominũ animos dementaret fascinaretque. Exstruxit enim, toto suæ vitæ tempore, tredecim cœnobia.

Author fuit Gilbertinæ monachorum sectæ, anno 1148. ejusque regulas seu decreta examinanda obtulit Eugenio III. qui & confirmavit. Scripsit

Gilbertinorum constituta, lib. 1.
Exhortationes quasdam, lib. 1.

atque alia. Obiit anno 1189. & sepultus est Sempringamii. Deinde etiam in Sanctorum papisticorum catalogum relatus est. *Balæus.* *

* Cent. 2. cap 63. in Append. & Cent. 3. cap. 25.

CLEMENS LANTHONIENSIS.

Presbyter & Canonicus, & tandem etiam Præses & magister monachorum ordinis D. Augustini, propter eruditionem internem celebris habetur, anno 1170. Eum locum paulò post relinquens, qui Lanthonium Claudianum dicitur, Lanthonium Brechiniarum in Cambriâ petiit, locum ab omni strepitu remotum. Hic nõnulla exaravit; quorum hi sunt tituli:

Concordia Evangelistarum, lib. 12.
In Evangelia commentarios, lib. 4.
De Alis Cherubin. lib. 1.
In Canonicam Jacobi, lib. 1.
In Canonicas Petri, lib. 2.
In Canonicas Johannis, lib. 3.
In Canonicam Judæ, lib. 1.
Sermones eruditi, lib. 1.
Epistolas ad diversos, lib. 1.
Lecturas scholasticas, lib. 1.
De Orbibus astrologicis, lib. 1.

atque alia nonnulla. Tandem, subitaneâ perculsus paralysi, Lanthonii prope Glocestriam sepultus est. *Balæus.* *

* Cent. 3. cap. 2.

XIII. FISCANENSES.

GUILHELMUS.

Normannus, professione monachus Fiscanensis, claruit anno 1160. Is admodum literatus fuit, & propter eruditionem Heinrico II. Anglorum Regi, percharus; qui et suasor fuit conscribendæ historiæ: quod fecit. Scripsit igitur

Chronicon Germanorum, lib. 1.
Historiam de Anglorum Regibus, lib. 1.
Officiarium Ecclesiæ, lib. 1.

& alia nonnulla. *Balæus* †

† Cent. 13. cap. 20.

ROBERTUS.

Ejusdem cœnobii incola, sub annum 1180. Scripsit *Chronicorum opus, à Christo incarnato usque ad sua tempora,* lib. 1. *Balæus* *

* Cent. 13. cap. 29.

FANTIUS ABINDONENSIS.

Tuscus, Abindonensis monasterii ordinis Benedictini, abbas eruditus, claruit anno 1110. Scripsit

Anselmi episcopi vitam, lib. 1.
Epistolas ad diversos, lib. 1.

atque alia multa. *Idem.* *

* Cent. 13 cap. 16.

ROBERTUS.

Abbas in monasterio montis Michaëlis, patriâ Normannus, vir doctus, claruit anno 1158. Conscripsit

Chronicorum opus, lib. 1.
Gesta Walvvani, lib.
Gesta Merodoci, lib.

& alia ejusdem generis. *Idem.* †

† Cent. 13. cap. 22.

ODO.

Odo Shirton, seu de Ceritona, monachus Cisterciensis in Angliâ, floruit circiter annum Christi 1180. Is in patriâ primùm, deinde Parisiis, literarum studia non-infeliciter tractavit. Philosophus & Theologiæ Doctor fuit. Multis magnatibus, propter singularem rerum experientiam, fuit charissimus. Scripta ejus sunt:

Bestiarium, vel Brutarium, continens Æsopicas fabulas Latinè versas, & illustratas commentariis, lib. 1.
Opus de Parabolarum, lib. 1.
Homilias de Tempore, lib. 1.
Parabolarum aliud opus, lib. 1.
Pœnitentiale quoque, lib. 1.
Partium opus, lib. 1.
Narrationes quadam, lib. 1.

& alia nonnulla. *Idem.* *

* Cent. 3. cap. 18.

ROBERTUS.

Canonus, Crikeladæ, non procul ab Oxonio, natus, claruit anno 1170. Is, ubi Oxonii non sinè fructu literis bonis incubuisset, ubi & omnes titulos viri docti fuerat adeptus; Abbas Canonicorum regularium Fridiswidæ designatus est. Scripsit

Deflorationes historia naturalis ex Plinio, lib. 9.
De Connubio Jacob, lib. 1.
Opus de Matrimonio. lib. 1.
Commentarios in Genesin, lib. 1.
In Exodum, lib. 1.
In Leviticum, lib. 1.
In Numeros, lib. 1.
In Psalterium, lib. 1.
In Cantica canticorum, lib. 1.
In Regum, lib. 4.
In Ezechielem, lib. 1.
In 12. Prophetas, lib. 1.

In Evangelium Matthæi,	*lib.*
In Epistolas Pauli,	*lib.*
In Apocalypsin Johannis,	*lib.1.*
Speculum fidei,	*lib.4.*
De Benedictionibus Jacob & Mosis,	*lib.1.*
utriusq; Testamenti Sacramenta,	*lib.1.*
Sermones & Epistolas,	*lib.1.*
Sententiarum Theologicarum	*lib.2.*

atque alia plura. *Balæus.**

* Cent.3. cap.4.

V A L E R A M U S U R S I C A M-
panus.

Monachus Clarevallensis, primus fit Abbas Ursicampi, anno 1129. A' Simone Noviomagensi episcopo vocatus, aliquot comitatus monachis eò venit. *Chron. Flandriæ.** Ubi cùm tres abbatias alias fundâsset; migravit ad patres suos, anno 1142. *Continuator Sigeberti.*

* lib.5.

S A M S O N B U R I E N S I S.

Sceleratos Monachos, luxuque perditos, quos Hugo Novantus è collegio Conventriensi expulerat, restituit in integrum, anno 1198. *Balæus.*†

† Cent.13. cap.31.

XIV. MARIS-MORTUI
Abbates.

ALEXANDER, primus abbas Maris-mortui, tradidit se suamque domum abbati Ursicampi, anno 1138. *Continuator Sigeberti.*

STEPHANUS, abbas Maris-mortui, ex suo conventu Richardum de Blosevillâ, cum aliis monachis, misit Botum, in territorio Rothomagensi situm, ad primordia jacienda ordinis Cisterciensium, in illo loco. *Idem.*

XV. BECCENSES.

R O G E R I U S, & O S B E R T U S.

ROgerius, abbas Becci, vir religiosus, honestus, & literatus fuit. Archiepiscopatum Cantuariensem oblatum recusavit, causans adversam valetudinem. Multis ædificiis suum cœnobium exornavit, 30. illis annis, quibus abbatem egit. Obiit anno 1180.

Successit Osbertus, Bellimontensis Prior.

R O B E R T U S.

De Novoburgo, Dapifer & Justitiarius totius Normaniæ, opes, quas fermè innumeras habebat, in monachos & pauperes distribuens, ante obitum, uno mense monasteriū Becci, à se exstructum, ingressus est, induens cucullum de more. Sepultus est in capitulo Becci, anno 1160. *Continuator Sigeberti.*

B O N U S.

Quem rectiùs Malum dixeris, abbas Rugeii, anno 1174. ascitis scelerum sociis, Gaufrido de Poemio, & Radulpho de Hajâ, infestat Regis terram, castellis carentem. *Continuator Sigeberti.*

B E N E D I C T U S.

Prior Cantuariensis ad Servatorem, doctus & ingeniosus, tandem Petroburgensis fit abbas, anno 1177. Is, quantum potuit, studuit; mille excogitans mendacia, ut Thomas Becketus pro sancto coleretur. Scripsit *Miracula Thomæ martyris,* *lib.1.*
Vitam ejusdem, *lib.1.*
& alia quædam. *Continuator Sigeberti, Balæus.*†

† Cent.3. cap.32.

P H I L I P P U S R H E D O-
nensis.

Primus abbas, suæ ecclesiæ caput diruit; admonitus quâdam diabolicâ illusione: in quâ magnam pecuniæ vim reperit; quâ de integro totum illud, quod demolitus fuerat, exstruxit. Obiit 1181. *Continuator Sigeberti.*

G U I L H E L M U S R A M E-
siensis.

A' patriâ dictus Petroburgensis, monachus Ramesiensis, doctus, facundus & prudens, cujus cōsiliis sæpè usi sunt magnates: claruit anno 1118. Is inter Theologos summus suo tempore habitus est: ad cujus lectiones multi soliti sunt venire. Scripsit
Distinctiones Theologiæ, *lib.1.*

Commentarios in Cantica,	*lib.1*
Homilias notabiles,	*lib.1*
Euphrasticam expositionem,	*lib.1.*
Opus patrum,	*lib 1.*
Interpretationes vocabulorum,	*lib.1.*

atque alia plura. *Balæus.*†

† Cent.3. cap.28.

G I L B E R T U S S V V I N-
setensis.

Gilbertus de Hoylanda, genere Anglus, discipulus olim Bernhardi Clarevallensis, atque ejusdem familiaris, monachus Cisterciensis. Ei præcipua cura fuit studium Theologię. Cumque in Swinsetensi cœnobio abbatem ageret, singulis id postulantibus; sapientiam, quam maximo labore acquisiverat, liberaliter communicavit. Scripta ejus fermè recensentur:

In Cantica canticorum,	*lib.1.*
Vita D. Bernhardi,	*lib.1.*
Super Epistolas Pauli,	*lib.14.*
Super Psalterium,	*lib.1.*
In Evangelium Matthæi,	*lib.1.*
In Apocalypsin Johannis,	*lib.1.*
Sententia Theologica,	*lib.1.*
De Statu animæ,	*lib.1.*

& alia multa. *Balæus,* † *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

† Cent.3. cap.31.

R O B E R T U S.

Abbas Montis, cum Stephano Cluniacensi, & Benedicto Clusino, coluit amicitiam. Interfuit electioni Rolandi, Dolensium archiepiscopi. Opus Chronicorum Sigeberti Gemblacensis continuavit. Interfuit concilio Turonensi, anno 1163. habito ab Alexandro III.

H E R L U I N U S.

Monachus doctus, in Britanniâ cis-marinâ crucem prędicavit; & postea magnæ Anglorum multitudinis ductor Acconem usque fuit: ubi illi dispersi sunt, nihil egregii efficientes. *Antoninus.*†

† Tit.19. c.9. §.29.

W I G M O R U S.

A' frequenti concione dictus Homiliarius, vir doctrinæ multæ, edidit

Sermones per Adventum,	*lib.1.*
Sermones per totum annum,	*lib.1*

G O D V I C U S.

Qui & Gervasius, presbyter, patriâ Northumbrianus, doctus, claruit anno 1150. Scripsit *Vitam & visiones Orm;* quem librum Simeoni, Dunelmensis cœnobii pręcentori, dedicavit. *Balæus.*†

† Cent 10. cap.11.

R O G E R U S.

De Sarisburiâ, ab ineunte ætate bonas literas didicit: ubi ad maturiorem pervenit ætatem, summâ curâ incubuit in ministerio verbi laborare, moresq; hominum reformare, anno 1160. Scripsit

In Evangelia dominicalia,	*lib.1.*
Super Psalterium,	*lib.1.*

& alia. *Balæus.*†

† Cent.10. cap 50.

B I L I B E R T U S.

Britannus, tantæ eruditionis fuit, ut nomen sortiretur Universalis. Claruit sub Innocentio III. *Platina.*

HIBERNIÆ MO-
nachi.

T U N D A L U S.

TUndalus Magus, Hibernus nobilis & eques auratus, vixit circiter annū 1140. vel 1149. Is visiones habuisse dicitur, per spiritum propheticum: quæ cujus sint generis, facile est divinare. Nā scriptis superstitionem cultûs Maorum, & Purgatorii, mirificè confirmavit. Carthusianum ipsum præterea fuisse, fertur. Scripsit *libellum Apparitionum suarum. Balæus,*† *Vincentius.*

† Cent 2. cap.98. & Cent.14. cap.87.

C O N G A N U S.

Abbas Hibernicus, ordinis Cisterciensis, doctus, claruit circiter annum 1150. Is, ad confirmandas superstitiones, ac doctrinas dęmoniorum, fuit admodum idoneus. Ejus hor-

tatu & informatione, Bernhardus vitam Malachiæ descripsit *ut ipse testatur in præfatione.* Scripsit

Gesta Malachiæ archiepiscopi, lib. 1.

*Ad Bernhardum Clarevallensem Epistolas plures. Balæus.**

FLANDRIÆ MOnachi.

I. HYPRENSES.

GERHARDUS.

ROgatu civium Hyprensium, ecclesiis S. Martini & Petri præficitur, à Johanne Morinorum episcopo, anno 1101. Is statim, in Patris exstructo cœnobio, sodales sibi adscivit; qui juxta regulam D. Augustini viverent, populumque docerent. *Chron. Flandr.*†

HELMARUS.

Hyprensis abbas, testis additus est actioni, de nunquam reparandâ arce Tarvanicâ, anno 1142. *Chron. Fland.*

GARENBERTUS DOENENSIS.

Ex pago Vulpen, in agro Furnêsi sito, ex parentibus Beldralano & Raginalde natus est, circiter annum 1100. Is puer adhuc, cùm bonæ indolis esset, Canonicis S. Walburgis, in oppido Furnensi, erudiendus traditus est. Vitia, quæ illa ætas sectabatur, strenuè fugit. Ut Gallicam addisceret linguam; Cameraci quadriennium, & postea in oppido sancti Quintini aliquamdiu, commoratus est. Tandem, deserto suo domino Oylardo, in locum desertum, qui Boëni vulgò dicitur, secessit. Cumque ad ipsum hominum otiosorum manipulus confluxisset; ipsorum Abbas est creatus à Liethardo, Cameracensium episcopo. *Chronicon Flandriæ.**

II. BERGENSES.

INgelbertus. Bergensis abbas, Balduini Barbati, Comitis Flandriæ, ex filiâ nepos, obiit anno 1104.

Thomas, ejecto Hermete, à Johanne. Morinorum episcopo, factus est Bergensis abbas, anno 1120. *Chron. Fland.*†

Alfgerus, ibidem abbas, curavit transferri corpus D. Winnoci, per Milonem episcopum, anno 1128.

Alvisius, ejusdem monasterii abbas, sigillo confirmavit, arcem Tarvanniæ, à Theodorico Principe demolitam, nunquam reædificandam, anno 1142. *Ibidem.**

III. BERTINICI.

LANTBERTUS.

ABbas Bertinicus, juvit consilia Hermetis Bergensis, in reformandis monachis. Et inter Atrebatenses quoque, ac Blandinienses, reformatorem egit. *Chron. Fland.**

JOHANNES.

Abbas, defuncto Johanne Morinorum episcopo, successorem censuit constituendum Balduinum, Theodorici Principis fratrem. In quo proposito cùm pertinaciùs perseveraret, motus est loco, anno 1130. *Ibidem.*

SIMON.

Gandavensis, eodem anno successit. Is, anno 1132. interfuit dedicationi templi Bergensis monasterii.

LEO.

Abbas Lobiensis. Theodorici Comitis eleemosynarius, claro natus loco in Furnensibus. fit abbas Bertinicus, anno 1137. Is strenuè se-se opposuit Cluniacensibus monachis; qui eam domum sibi subjicere nitebantur: tantumque perfecit per alios apud Innocentium; ut ejus domûs Abbates perpetui a Romanis Pontificibus instituerentur. Interfuit, anno 1142. ut testis, transactioni de arce Tarvannensi. Superstitionum fuit plenissimus. Nam ex Syriacâ expeditione, particulam crucis Christi, in çrystallinâ phialâ secum attulit, anno 1150. quam asservandam tradidit Brugensibus, in templo B. Blasii. Cœnobium conflagratum restituit in integrum. Obiit anno 1163.

GODESCHALCUS.

Earundem cellarum abbas, Thomam Cantuariensem deduxit ex Morinis in Suessiones, anno 1165.

IOSSIO.

Monachus Bertinicus, obiit anno 1163. in cujus moribundâ facie quinque rosas floruisse, nugantur. *Chronicon Flandriæ.**

IV. DUNENSES.

LIGERIUS

ANachoreta in littore Furnensi, anno [illegible]7. vitam duxit solitariam: cumque plurimis inciperet esse admirationi; sectatores nactus est, quibus præfuit annis 20. in monasterio, quod construxit. Obiit anno 1128.

FULCO.

Natione Biturix, successit Ligerio; factusque primus istius loci abbas est. Ejus tempore, & domus illa splendidè exstructa, & additi sunt reditus. *Chronicon Flandriæ.*†

IDESBALDUS.

Ex Cantore fit Abbas Dunensis, anno 1157. *Idem.*†

ELIAS.

Magnâ vi pecuniæ Richardum Angliæ Regem juvit; ut se ex captivitate Heinrici VI. redimeret, anno 1193. *Idem.*†

V. FURNENSES.

NICOLAUS.

PRimus abbas Furnensium monachorum, ordinis Præmonstratensis, constitutus est, anno 1119. *Chronicon Flandriæ.**

HESBERIUS & BALduinus.

Fuerunt hi duo inter eosdem monachos præpositi. Nam illum ossa corporum quorundam Sanctulorum ex terrâ eruisse, hunc verò templa consecrâsse, narratur *in Chronico Flandriæ.**

VI. BLANDINIENSES.

SIgerus, abbas Blandiniensis, sacræ se dedens militiæ, in Asiam contendit, anno 1116.

Remoto autem Ansboldo, qui sceptrum monasticum acceperat a Sigero; Arnulphus, per Balduinum Principem, & matrem ipsius Clementiam, aliasque ecclesiasticas personas. designatur abbas, anno 1117. *Idem.*†

Ejusdem sedis abbas Sigerus, rebus humanis valedixisse scribitur anno 1159. *Idem.*†

RODULPHUS HASBAniensis.

Abbas D. Trudonis Hasbaniensis, religiosus & doctus, suâ sede pulsus anno 1112. ad Arnulphum Blandiniensem confugit; cùm aliquamdiu Gandavi substitisset.

Scripsit *contra Ambitionem & Simoniacam avaritiam*, libros 7. & alia historica & poëtica. *Chronicon Flandriæ.*†

VI. FORMOSELENSES.

ISAAC.

POst Alboldum, Formoselensis abbas creatur quidam Isaac, anno 1123. homo superstitiosissimus. Nam, inter reliquiarum multitudinem Româ allatarum, partem clavi dominici in pretio habuit. A' Romano Antichristo impetravit & privilegia quædam: locupletavitque, quantis potuit conatibus, suum monasterium. Dedicationem templi Bergensis juvit. *Idem.*† Transactioni de arce Sarvannæ interfuit, tanquam testis. Obiit anno 1169. cùm totis 47. annis præfuisset.

Successit ANDREAS, qui tantùm 13. præfuit mensibus. *Chronicon Flandriæ.**

GOSVINUS, nobili stemmate ortus, abbas & amplificator istius monasterii, obiit anno 1193.

Walterus, mox succedens, altero anno moritur.

Post quem Theodoricus abbatem egit, annis 5. *Idem.**

ALBOLDUS MIDDELburgensis.

Formoselensem abbatiam regendam susceperat Alboldus, anno 1100. Sed post annos 22. multo auro onustus, se-se ad Middelburgenses in Walachiâ monachos contulit; ubi deinceps abbatem egit. *Chron. Fland.**

FOLQUINUS TARVAnensis.

Abbas Tarvanæ, Isaacium, Caroli Principis parricidâ, ad se confugientem, recepit, & monastico induit habitu. anno 1126. ut ità, sancto tectus cucullo, homo sceleratissimus dignas sceleris pœnas effugeret. *Chron. Flandriæ.**

ARNUI-

ARNULPHUS ALDENburgensis abbas.

Diu multum . Romæ litigavit, apud Innocentium papam, cum Suessionensibus monachis: qui Aldenburgense monasterium incorporare & in Prioratum redigere conabantur. Bergense templum consecrare juvit. Præfuit annis 38. *Chronicon Flandriæ.* *

* lib. 4.

LAMBERTUS.

Abbas D. Gisleni, missus est legatus ad Fridericum Imperatorem, anno 1187. ut auxilium ab eo peteret, contra Heinricum Campaniæ Comitem. *Chronicon Flandriæ.* *

* lib. 6.

DANIEL CAMBERONensis abbas.

Unà cum aliis ad id electis, petitus est Flandriam, inter successores Philippi Elsatii, anno 1191. *Idem.* *

* lib. 7.

PETRUS.

Petrus de Abreissel, claruit circiter annum 1120. Is tantâ gratia habendi ad populum conciones præditus fuit: ut maxima hominum multitudo confluerei ad ipsum audiendum; & certatim opes innumeras penè conferrent, ad monasterium Fontis Ebrardi, cujus ille architectus fuit. *Malmesburiensis.* *

* lib. 5 cap. 5.

BERNHARDUS TIRUNENSIS ABBAS.

Deserto suo monasterio, asscitisq; sociis, eremum ingressus est, circiter annum 1120. Quâ re cùm multos fascinâsset, qui catervatim advolabant; eosq; opibus emunxisset: monasterium exstruxit; ubi majorem monachorum aiunt copiam, quàm in Tirunensi. *Malmesburiensis.* *

* lib. 5. cap. 5.

DE ABBATISSIS & Monialibus.

SIBYLLA.

Theodorici Flandriæ Comitis conjunx, in xenodochio D. Lazari Hierosolymis facta est monacha, anno 1159. marito reclamante & invito. *Chronicon Flandriæ.* *

* lib. 5.

AGNES.

In Palæstinâ, prope Hierosolymam, novum ordinem incipit, circiter annum 1110. *Polydorus de Inventorib. rerum.* *

* lib. 7. cap. 3.

CONSTANTIA.

Filia Rogerii, Regis Siciliæ & Apuliæ, monasticæ vitæ se emancipavit, in cœnobio Panormitano. sed post patris mortem, clàm à Cœlestino Pontifice educta, legitimo collata est matrimonio, Heinrico VI. Imperatori. *Chron. Bamberg.*

MARIA.

Stephani Anglorum Regis filia, Ramniestensis abbatissa, nupsit Matthæo, Theodorici Principis filio, anno 1161. Cui cùm duas peperisset filias, Idam & Mathildam; coacta est ipsum deserere iterum: ac tandem, longo interdicto compulsa, ad monasterium rediit, anno 1169. *Chron. Flandriæ.* *

* lib. 6.

SOPHIA.

Belæ Hungariæ Regis filia, desponsata est Heinrico, primogenito Cunradi Imperatoris, adhuc impuberi. Missa igitur à Parente in Germaniam, cùm ad Taurum Carinthiæ montem advenisset, excepta ab illis est, quos eò Cunradus miserat, & in Admuntense cœnobium adducta; donec solennes possent fieri nuptiæ. Sed de die in diem tempus extrahitur, & tandem etiam sponsus moritur: moritur & Bela. Geyta filius in regni administratione succedit. Cujus prima cura fuit, ut sororem ex monasterio extraheret; aliquoties mittens ei suos legatos. Verùm id frustra fuit. Tandem etiam vim minatur; nisi eam suâ sponte abbas, & reliquus conventus, traderet. Sed ne sic quidem effecit, quod voluit. Reginâ præferente monasticen rebus omnibus, & toto suæ vitæ tempore monachâ permanente. *In VitâOtthonis Bambergensis.* *

* lib. 3. cap. 25.

HILDEGARDIS.

Nobilibus parentibus H[illegible]to & Mechtilde, in Spaheimensi Comitatu ori[illegible], Juttæ moniali, in monasterio sancti Disib[odi], tradita erudienda. Cumque [illegible] hominibus, quæ er[illegible] a teneri usq; adeò annis ostentabantur, passim inclaresceret: Imperatores & Episcopi, inter quos & Patriarcha Hierosolymitanus [fu]it ejus se precibus per literas commendarunt. Præter ea, superstitiosa turba agminatim ad eã confluxit; præsertim nobiles puellæ, religionis habitum amplectentes. Cumq; locus ille tantam multitudinem non caperet: cœlitùs in collem sancti Ruperti, juxta oppidum Bingionũ, ubi Naha fluvius Rheno confluit, cum suo sodalitio commigrare jubetur. Illa, assumtis decem & octo Virginibus, magno cum planctu & lacrymis monachorum sancti Disibodi, inter quos hactenus vixerat, discedit: ac monasterio, fascinatorum hominum operâ, exstructo divino cultui se totum dedit cœtus ille, vel virgineus, vel fœmineus; Hildegarde abbatissæ munere fungente.

Libros, quos scripsisse fertur, hoc ordine recensent *Trithemius* & alii:

In Regulam S. Benedicti,	*lib.*
Triginta-octo quæstionum solutiones,	*lib. 1.*
Vitam S. Ruperti confessoris,	*lib.*
Vitam S. Disibodi episcopi,	*lib. 1*
Homilias 58. in Euangelia,	*lib. 1.*
De Sacramento altaris,	*lib. 1.*
Scivias, grande volumen,	*lib. 1.*
Vitæ meritorum,	*lib. 5.*
Compositæ medicinæ,	*lib. 1.*
Divinorum operum,	*lib. 1.*
Ad Moguntinos,	*lib. 1.*
Ad Colonienses,	*lib. 1*
Ad Treverenses,	*lib. 1.*
Exhortatorium secularium,	*lib. 1.*
Ad Sorores suas, explicatio Symboli Athanasii,	*lib. 1.*
Ad Monachos Griseos,	*lib. 1.*
Carmina diversa,	*lib. 1.*
Et S. Bernhardo,	*epist. 1.*
Epistolarum ad diversos 135.	*lib. 1.*

Quæ omnia, in Concilio Trevirensi, Eugenius III. in præsentiâ Bernhardi, approbavit, anno 115 .

Latini autem sermonis ignara fuit, ut ipsa testatur in libro, qui Scivias prænotatur, his verbis: * *Cum quadraginta-duorum, septemq; mensium essem; maxima coruscationis igneũ lumen aperto cœlo veniens; totum cerebrum meum transfudit: & totum cor, totumq; pectus meum, velut flamma, non tamen ardens, sed calens, ita inflammavit: ut sol rem aliquam calefacit, super quam radios suos ponit. Et repente intellectum expositionis librorum, videlicet Psalterii, Euangelii, & aliorum catholicorum, tam veteris, quàm novi Testamenti voluminum, sapiebam. non autem interpretationem verborum textûs eorum, nec divisionem syllabarum, nec cognitionem casuum aut temporũ habebam.* Cæterùm usa est viro quodam fideli: qui, ad evidentiam artis Grammaticæ, casus, tempora, & genera, quidem disponere; sed ad sensum, vel intellectum eorum, nihil omninò addere præsumebat, vel demere. Ac ad Adrianum Papam ipsa scripsisse dicitur; quòd in cœlesti visione sibi dictum audierit: * *Cùm desuper tibi ostensa, ad formam humanæ consuetudinis non protuleris in Latinâ linguâ; quia hæc consuetudo tibi non est data: ille qui limam habet, ad aptum sonum hominum explere non negligat.*

* lib. 1. Visio 1. cap. 1.

* lib. 2. Visio 1.

Et ad Wibertum, Gemblacensem monachum, de suis visionibus, in hunc scribit modum: * *Deus (inquit) ubi vult, ad gloriam nominis sui, & non terreni hominis, operatur. Ego quidem trementem timorem habeo, quoniam nullam securitatem ullius possibilitatis in me scio. Sed manus meas ad Deũ porrigo, quatenus velut penna, quæ omni gravedine virium caret, & quæ per ventum volat, ab ipso sustinear: nec ea, quæ video, perfectè scire possum; quàmdiu in corporali officio sum, & in anima invisibili: quoniam in his duobus homini defectus est. Ab infantia autem meâ, ossibus ac nervis, ac venis meis nondum confortatis, visionem hanc in animâ meâ, usq; ad præsens tempus, semper video, cum jam plus quàm septuaginta annorum sim. animaq; mea, prout Deus vult, in hac visione sursum in altitudinem firmamenti & in diversitudinem diversi aeris ascendit, atq; inter diversos populos se dilatat; quamvis in longinquis regionibus & locis à me remoti sint. Et quoniam hæc tali modo in animâ meâ video: ideirco etiam, secundùm vicissitudinem nubium, & aliarum creaturarum, ea conspicio. Ista autem nec exterioribus oculis video, nec exterioribus auribus audio, nec cogitationibus cordis mei, nec ullâ collatione quinq;*

* lib. 1. c. 8.

censuum ... sed tantum in animâ meâ, apertis exterioribus oculis, ita quòd nunquam in eis desit huius extasis passio; sed vigilanter die ac nocte ea video.

Inuehitur autem, in suis scriptis, Papisticorum spiritualium vitia acerrime. Alicubi inquit: *Nunc autem in populo spirituali lex neglecta est, qui bona facere & docere contemnunt. Magistri quoque, & Prælati, neglecta & rebellis iustitia, dormiunt.* In quadam visione apparet ei Ecclesia, in forma fœminæ, querentis à Sacerdotibus lacerasse suam esse pulvere conspersam, & vestem discissam. &c. Eos nec doctrinâ, nec exemplo, populo prælucere; sed contraria potius facere. eos innocentem agnum à se repulisse. Dixit quoque, omnia instituta ecclesiastica in peius inclinâsse: Sacerdotesque legem Dei non docere; sed destruere. Atque ob hęc horribilia scelera & impietates, grauissimas eis iram Dei, & tristes pœnas minatur & prædicit. *Catalogus testium veritatis.*

Religionis etiam instaurationem, eamque pientissimam, fore prænunciat: * *Tunc, inquit, infula Apostolici honoris diuidetur: quia nulla regio in Apostolico ordine inuenietur: & excepter dignitatem illius nomine vilipendent, aliosque sibi viros & archiepiscopos præficient: ita etiam, ut Apostolicus eo tempore, ex diminutione honoris, vix Romam, & pauca adiacentia, sub infulâ habebit. Hæc autem ex parte per bellorum incursionem evenient; ex parte quoque per communem concilium, & consensum spiritualium & secularium personarum. Tunc iustitia suâ rectitudine flabit: itaut, in diebus illis, homines ad antiquam consuetudinem, & disciplinas antiquorum hominum, honestè se convertent; & eas obseruabunt sicut antiqui.* Præterea Ordinem mendicantium, qui paulò post eam exortus est, vivis quasi coloribus depinxit.

Et in quibusdam literis ad Anastasium IV. dicit: * *Et tu Roma, velut in extremis iacens, conturbaberis; ita quòd fortitudo pedum tuorum, super quos hactenus stetisti, languescet. quoniam filiam Regis, videlicet iustitiam, non ardenti amore; sed quasi in torpore dormitionis, amas; itaut eam à te expellas. unde & ipsa à te fugere vult; si non revocaveris eam.* Attributa etiam sunt ei miracula quædam: idque more solenni ejus seculi.

Obiit tandem, anno salutis 1118. ætatis verò 82. xv. Calend. Octobris. *Vita eius.* *

*Marginalia: * ibid. — * in Chron. Hirsaug. — * lib. 3.*

ELISABETH.

Abbatissa Schonaugiensis, Treverensis diœcesis, Eckberto fratri suasit; ut ex Canonico Monachus fieret. Multas habuit revelationes; multa miracula edidit. Obiit anno 1162. Una fuit ex numero earum, quæ Prælatorum superbiam & avaritiam grauiter reprehenderunt.

Scripta, quæ post se reliquit, hæc sunt:

Viarum Dei opus utile,	*lib.*
De undecim millibus Virginum Coloniensium,	*lib.1.*
Revelationum diversarum,	*lib.2.*
Ad fratrem suum Eckbertum,	*lib.1.*
Epistolarum ad diversos,	*lib.1.*
Ad Hildegardem,	*lib.1.*

HILDEGUNDIS.

Monacha, mutato nomine se Josephum appellavit: medioque se monachorum Schonaugiensium agmini immiscuit, simulans se masculum. Ea illibata (si credere fas est) ad mortis tempus permansit. Obiit anno 1188. *Chron. Hirsaugiense.*

ANGLA.

In Bohemiâ, coætanea Hildegardis & Elisabethæ, visiones habuit & spiritum vatidicum: qui qualis sit, hinc patet; quòd Missæ cultum & Purgatorii terrorem, confirmat. *Balæus.* *

ADELHEIDIS.

Monialis in partibus Rheni, in oppido Bingen, claruit anno 1140. Illaque hac occasione facta est monacha. Cùm ad templum itura se-se exquisitè ornâsset: in viâ pedem arboris radici tanto impegit impetu; ut corrueret. Elevata à pedissequis, dixit: Fiat, quæso, hæc corporis mei offensio & casus, animæ meæ resurrectio & salus. Protinusque, deposito mundo muliebri, tugurinlum quoddam ad parietes ecclesiæ ingressa est; & toto vitæ tempore se in eo continuit. Frequenter rapta est in somnis, & didicit, quæ nô solùm eloqui ... quæ Latinè all dictaret. Multa etiam prædixisse fertur. *Nauclerus.* * *Historia ultimi ...*

*Marginalia: * Cent. 2. cap. 98. App. — * Gener. 39*

JUTTA.

Soror Megenhardi, Comitis Spanheimensis, in monte S. Disibodi, integros annos 24. vitam prorsus vixit eremiticam, inter Monachos [...] ubi & monasticâ religione Hildegardem imbuit. Miraculis clara fuisse dicitur: ut quòd aquam in vinum mutaverit, & aquas Glani fluminis siccis pedibus pertransiverit. Obiit anno 1136. XI. Calendas Januarii. *Chronicon Hirsaugiense.*

ANMETH.

Unà cum Hildegarde monasticum assumsit habitum, in monasterio S. Disibodi. *Appendix Mariani Scoti.*

MECHTILDIS.

Soror Bertholdi, abbatis Spanheimensis, apud S. Albanum Moguntiæ, annis 7. fuit inclusa. Postea, arch'episcopi consensu, Spanheimium migrat; ibique se, ad horâ mortis usque, totis annis 29. jejuniis, & demurmurationibus precularum, fatigat. Obiit anno 1154. *Chron. Hirsaug.*

CLEMENTIA.

Adolphi Comitis Hombergensis filia, cuidâ Craftoni Spanheimensi Comiti jam desponsata, ad monasticâ vitæ genus animû appulit: ideoque à sponso impetrato consensu, facta est monacha S. Irminæ, anno 1140. *Chron. Hirsaug.*

ADELHEIDIS.

Abbatissa Quedlinburgensis, vendidit Comitatum Somerburgensem Wichmanno, anno 1153. *Chron. Saxon.*

ADELA.

Comitissa, monialis Mareiniaci apud Anglos, familiariter nota fuit Petro Cluniacensi, ad quem de morte Regis Anglorum perscribit. *Lib. 3. epist. 15.*

DE PHILOSOPHIS, ATQUE

aliis huius seculi viris doctis; qui inter Ecclesiæ doctores locum non merentur, obiter tantum inserti.

BURGUNDIO.

Iudex & civis Pisanus, ex Græco in Latinum transtulit sermonem, librum Johannis Damasceni, quem de Orthodoxâ fide composuit, sub annum 1150. *Vincentius.* *

PETRUS.

Pisanus quispiam, vir eloquentissimus, & in Legum atque Canonum scientiâ nulli secundus, à Rogerio Siciliæ Rege vocatus est: ut in publico quodam consistorio, eloquentiæ flumine, S. Bernhardo silentium imponeret. Verùm est ad certamen. Succubuit Petrus; & palmam dedit Abbati. Tandem per eundem Innocentio reconciliatus est, cujus partes fuerat detestatus. *Vita Bernhardi.* *

WERNHERUS.

Jureconsultus, rogatu Mathildis, Welphonis II. Ducis Bavariæ conjugis, Leges Populi Romani, à Justino Imperatore invulgatas, & ad illud usque tempus neglectas, recognovit publicavitque. *Aventinus.* *

TAGRNO.

Historicus, expeditionem Friderici Imperatoris in Asiam, Theobaldi, Bathaviensis episcopi, jussu, descripsit. *Aventinus.* *

DANIEL.

Daniel Churche, sive Ecclesiensis, ex familiâ nobilissimi Anglorum Regis Heinrici II. oriundus, circiter annum 1180. floruit. Eques summi ordinis, & nobilitate clarus fuit: quem fides, pietas, aliaque animi dotes, ita Regi commendarunt; ut magno illum favore complecteretur. In aulâ Regis, plùs quàm 3[.] annos mansit. Accessit ad ista doctrina insignis. In utroque scribendi genere, & carmine, & prosâ, fuit peritus. Scripta, quæ edidit, hæc sunt:

De Morum comitate, lib.1. carmine eleganti.

Carmina rhythmica, lib.1.

& alia nonnulla. *Balæus.* *

COLMANNUS.

Colmannus Sapiens, ex Vitisaxonum gente oriundus, Historiographus perceleber & veridicus circa annum Domini 1200. claruit. Ad posteros hæc transmisit scripta:

Rerum gestarum Chronicon,	*lib.1.*
Catalogum Regum Angliæ.	*lib.1.*

*Marginalia: * lib. 27. cap. 83. — * lib. 2. cap. 2. — * lib. 6. — * lib. 7. — * Cent. 3. cap. 17.*

Dialogum de bellis Danicis, lib.1.
Angliæ descriptionem, lib.1.
& alia quædam. *Idem.* *

* Cent. 4. cap. 93.

G U L I E L M U S
Peregrinus.

Natione Anglus, floruit circiter idem tempus: vir doctus & studiosus; bonus Poëta fuit. Is interfuit expeditioni Syriacæ, non ut miles, sed ut peregrinus. Scripsit heroico carmine *Hodæporicon Ricardi Regis.* lib.1. *Balæus.* *

* Cent. 2. cap. 45.

D A N I E L M O R L E I E.

Daniel à Morleigo, natali oppido in Comitatu Nordofolgiæ, sic dictus, juvenis Oxonii studia diligenter tractavit. Isthinc Lutetiam Parisiorum abiit. Tandem Mathematicæ artis studio flagrans, Toletum in Hispaniam contendit, ad Arabum scholas; qui eâ ætate ejus artis doctissimi sunt habiti. In Angliam reversus, conscripsit

De inferiori Mundo, lib.1.
De superiori Mundo, lib.1.
Principia Mathematices, lib.1.

Claruit circiter annum salutis 1190. *Balæus.* *

* Cent. 3. cap. 29

G A L F R I D U S V I N E S A U F.

Seu de Vino salvo, et Normannis parentibus natus, claruit anno 1199. Is non in patriâ tantùm; sed etiam in Galliis & Italiâ, scholas Doctorum adiit: doctos legentes aut disputantes audire, & in rebus difficilioribus cum ipsis sermones conferre, consuevit. Eâ ætate inter eloquentissimos unus fuit. Scripta ejus:

De Arte dicendi, lib.1.
Ad Guilhelmum Cancellarium, lib.1.
De nova Poëtria, lib.1.
De statu Romanæ curiæ, prosâ & carmine heroico, ad Innocentium III. lib.1.
Monodia in obitum Regis, lib.1.
Ad Cæsarem, pro eo liberando, lib.1.
De rebus Ethicis, lib.1.

Balæus. *

* Cent. 3. cap. 38.

J O H A N N E S M E R C I A N U S.

Vir multæ lectionis, & in eruendis antiquitatibus studiosissimus, claruit anno 115[illegible]. Scripsit *de Merciorum Regibus,* librum 1. *Balæus.* *

* Cent. 2. cap. 85

C A R A D O C U S.

Lancavarensis, ex Cambria oriundus, claruit eodem tempore, quo Johannes. Is luculento sermone descripsit.

Britannorum successiones. lib.1.
Commentarios in Merlinum, lib.1.
Vitam Gildæ Albani, lib.1.
De situ Orbis, lib.1.

atq; alia plura. *Balæus.* *

* Cent. 2. cap. 87.

E A D M U N D U S G R Y M E.

Natione Anglus, floruit anno Domini 1180. Is, ubi in Anglorum gymnasiis aliquamdiu fuisset versatus; mediocrem in studiis progressum fecit. Individuus Thomæ Becketi comes fuit: ita quidem, ut eo tempore, cùm istius cædes fieret, hic Eadmundus quoq; vulnus acceperit. Scripsit & edidit *Vitam ejusdem Thomæ,* mendaciis apertissimis, & excogitatis prodigiis refertam, lib.1. *Balæus.* *

* Cent. 3. cap. 14.

R O G E R U S.

Herefordensis, in citeriori Cambriæ confinio procreatus, tantopere bonas literas adamavit: ut ne quidem unam horulam sineret præterire; in quâ non aliquid, ad eas assequendas, ageret: si modò per occupationes liceret. Is ubi Cantabrigiæ Philosophiæ & Mathematicæ studuisset, & artifex penè evasisset; hæc scripta edidit:

De Rebus metallicis, lib.1.
In Artem judiciariam, lib.1.
Theoricam Planetarum, lib.1.
De Ortu & Occasu signorum. lib.1.
Collectaneum annorum Planet. lib.1.
Expositiones Al[illegible]bidis, lib.1.

atq; alia. Claruit anno 117[illegible]. *Balæus.* *

* Cent. 3. cap. 13

[illegible] L H E [illegible] M U S.

C[illegible]us, Normannus, liberalium Artium candidatus, Poet[illegible]nus, & [illegible]luta oratione do[illegible]it anno 11[illegible]. I[illegible]m Papistici[illegible]is, impudenti audaciâ & furenti rabie, adversus Angliam carmine edidit, *Super morte Thomæ Cantuariensis,* lib.1. pluraq; alia. *Balæus.* *

* Cent. 13. cap. 24.

G U A L O.

Britannus ex Cambriâ natus, Poëta sui temporis insignis, claruit anno 1170. Commendatur à prudentiâ & doctrinâ. Studiorum causâ solitarium quæsivit locum. Is, cùm monachorum videret nequitias, easq; iniquo ferret animo, scripsit *Invectivas in Monachos avaros,* lib.1.
Carmina de diversis rebus, lib.1.
& alia plura. *Balæus.* *

* Cent. 3. cap. 3.

T H E B I T E S.

Astrologus & Mathematicus doctissimus, aliâs Benhorat dictus, genere Judæus, (*secundum quosdam:* alii Hispanum fuisse dicunt) claruit anno 1190. Scripsit,

De significationibus Planetarum, lib.1.
De capite & caudâ Draconis, lib.1.
Mathematum rudimenta quædam, lib.1.
De motu octavæ sphæræ, lib.1.
Demonstrationes in Almagestum, lib.1.
Additiones in sphærica Menelai, lib.1.
De Definitionibus, lib.1.
De Imaginationibus, lib.1.
De Magiâ naturali, lib.1.

& alia. *Balæus.* *

* Cent. 12. cap. 2.

A L F R A G A N U S.

Mathematicus coætaneus Thebitæ fuit. *Balæus.* *

* Ib. d.

C A R A D O C U S.

Lancarvanensis, Historicus, contexuit historiam Regum Britannicorũ, annorũ 460. usq; ad annũ 1150. *Balæus.*

J O H A N N E S P Y K E.

Sub initium hujus seculi claruit. Is, ut studiosus indagator antiquitatum Anglicanarum fuit; ità etiam eas ad posteritatem transmisit. Scripsit,

De Regibus Anglorum, lib.1.
De Regibus ex Danis, lib.1.

CAPUT XI.
DE HÆRETICIS.

A B E L A R D U S.

PETRUS Abelardus, (quem alii Bailardum, & Bajolardum, & Abailardum, nominant) è Britanniâ Galliæ oriundus, præceptorẽ habuit Rozelinum quendam. Audivit & Anselmum Laudunensem, & Gulielmũ Campellentem. Postea Parisiis Magistrũ indutus (*ut refert Otho*) Philosophiæ, & jocis, summam impertiit operam. In S. Dionysii monasterio, literis magis instructus, deinde ad docendum prodiit. Philosophus fuit summa eruditione, & acumine ingenii excellens. In Galliâ, in territorio Trecasino, solitus est legere. Theologiam autem ad Philosophiæ terminos, novâ quâdam ratione, attemperare studens, in odia Theologorum incurrit: qui eũ illicò in synodo damnassent, nisi, cavens sibi loco, appellatione ad Romanũ Præsulem, evasionem texisset. Verùm non evasit Romuleũ fulmen. Conjugem habuit, fœminam religiosam; Hebraicis & Latinis literis instructi[illegible]nam. Tandem monachus Cluniacensis factus, suum patrimonium convertit in Monialium cœnobium; titulumque Spiritûs sancti, in eo, quo docuerat loco, adscripsit. Conjugem porrò suam, primam ibi monialem constituit. *Chron. Hirsaugiense.*

Petrus Abbas Cluniacensis, egregium ei testimonium præbet, vocans eum servum & vere Christi Philosophũ, sæpè & semper cum honore nominandum. Sed verba ejus adscribemus: * *Cujus sancta, humilis & devota inter nos conversatione, quod quantumve Cluniacum testimonium ferat, brevis sermo non explicat. Nisi enim fallor, non recolo, vidisse me illi in humilitatis habitu & gestu similem: in tantum, ut nec Germanus abjectior, nec ipse Martinus bene-discernenti pauperior appareret. Cumq; in magno illo fratrum nostrorum grege, me compellente, gradum superiorem teneret; ultimus omnium vestitu incultissimo videbatur. Mirabar sæpe, & in processionibus eo me, cum reliquis, pro more, præcedente, pene stupebam; tanti tamque famosi nominis hominem, sic se-ipsum contemnere, sic se abjicere posse*

* lib. 4. Epist. 20. ad [illegible] jam ab batissam. Abælardi conjugem.

pessi. Et quia solet quorundam religionem professorum, qui ipsum, quem gerunt, habitum religiosum, nimium cupiunt sumptuosum: erat ille prorsus parcus in istis, & cujusq; generis simplici veste contentus, nil ultra quærebat. Hoc & in cibo, hoc & in potu, hoc & in omni cura corporis sui, servabat: &, non dico superflua, sed & cuncta nisi valde necessaria, tam in se, quàm in omnibus, verbo pariter & vita, damnabat. Lectio erat ei continua, oratio frequens, silentium juge: nisi cùm aut fratrum familiaris collatio, aut ad ipsos in conventu de divinis publicus sermo, eum loqui urgebant. Sacramenta cœlestia, immortalis Agni sacrificium Deo offerendo, prout poterat, frequentabat: imo, postquam literis, & labore meo, Apostolicæ gratiæ redditus est, pene continuabat. Et quid multa? Mens ejus, lingua ejus, opus ejus, semper divina, semper philosophica, semper eruditoria meditabatur, docebat, fatebatur. Tali nobiscum vir simplex & rectus, timens Deum, & recedens a malo, tali (inquam) per aliquantum temporis conversatione, ultimos vitæ suæ consecrans Deo, pausandi gratia (nam, plus solito, scabie, & quibusdam corporis incommoditatibus gravabatur) a me Cabilonem missus est. Nam propter illius soli amœnitatem, quâ cunctis pene Burgundiæ nostræ partibus præeminet, locum ei habilem, prope urbem quidem, sed tamen Arari interfluente, provideram. Ibi, juxta quod incommoditas permittebat, antiqua sua renovans studia, libris semper incumbebat: nec (sicut de Magno Gregorio legitur) momentum aliquod præterire sinebat; quin semper aut oraret, aut legeret, aut scriberet, aut dictaret. In his sacrorum operum exercitiis, eum adventus illius Evangelici visitatoris reperit: nec eum, ut multos, dormientem; sed vigilantem, invenit. Invenit eum verè vigilantem: & ad æternitatis nuptias, non ut fatuam, sed ut sapientem virginem, evocavit. Attulit enim ille secum lampadem plenam oleo, hoc est, conscientiam, refertam sanctæ vitæ testimonio. Nam, ad solvendum commune mortalium debitum, morbo correptus, eoq; ingravescente, in brevi ad extrema perductus est. Tunc vero, quam sanctè, quam devotè, quam catholicè, primo fidei, deinde peccatorum confessionem fecerit, quanto inhiantis cordis affectu, viaticum peregrinationis, ac vitæ æternæ pignus, corpus scilicet Redemptoris Domini acceperit; quam fideliter corpus suum & animam, hic & in æternum, ipsi commendaverit: testes sunt religiosi fratres, & totus illius monasterii, in quo corpus sancti martyris Marcelli jacet, conventus. Hoc Magister Petrus fine dies suos consummavit: &, qui singulari scientiæ magisterio, toti penè Orbi terrarum notus, & ubique famosus erat, in illius discipulatu, qui dixit, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, mitis & humilis perseverans, ad ipsum, ut dignum est credere, transivit. Hunc ergo, venerabilis & charissima in Domino soror, cui post carnalem copulam, tantò validiore, quantò meliore, divinæ charitatis vinculo adhæsisti, cum quo, & sub quo diu Domino deservisti: hunc, inquam, loco tui, vel ut te alteram, in gremio suo confovet, & in adventu Domini, in voce Archangeli, & in tubâ Dei descendentis de cœlo, tibi per ipsius gratiam restituendum reservat. Esto ergo in Domino memor ipsius; esto etiam, si placet, & mei: & sanctis sororibus, tecum Domino famulantibus, fratres congregationis nostræ, ac sorores, quæ ubiq; terrarum, pro posse suo, eidem, cui & tu, Domino famulantur, sollicitè commenda.

Epitaphium Abelardi.

Gallorum Socrates, Plato maximus Hesperiarum,
Noster Aristoteles, Logicis, quicunq; fuerunt,
Aut par, aut melior; studiorum cognitus orbi
Princeps, ingenio varius, subtilis & acer,
Omnia vi superans rationis, & arte loquendi,
Abelardus erat. Sed tunc magis omnia vicit,
Cùm Cluniacensem monachum moremq; professus,
Ad Christi veram transivit Philosophiam:
In quâ longævæ bene complens ultima vitæ,
Philosophis quandoq; bonis se connumerandum
Spem dedit, undenas Majo renovante Calendas.

CAPUT XII.
DE MARTYRIBUS.

UTHA.

Welphonem, Bojorum Ducem, conjugem ad Terram sanctam euntem, religionis ergò comitata, a Barbaris cum Dithmaro, [illegible] archymystâ, trucidatur, anno 1101.*

ARNOLDUS.

Anno primo Cunradi, (*secundum Hugonem*) quidam Arnoldus, (quem alii Arnulphum vocant) Cleri Romani luxum & superbiam publicè reprehendens, clam suspenditur. *Erfordiensis, Marianus in Chronico.* Fuerit autem vir presbyter, an monachus, an eremita, haud satis constat. *Platina in vita Honorii II.*

ALBERICUS.

Miles Belvacensis, pro fide Christi passus est martyrium: ut narrat *Vincentius.** Anno 1156. *Antoninus.*†

* Lib. 2. cap. [illegible] Tit. 17. c. 1. §. 9.

CAPUT XIII.
DE MIRACULIS,
Ostentis, & Prodigiis,

SUB HEINRICO IV.

AERE per Palæstinam infecto, ex cadaverum fœtore, ac (ut quidam referunt) veneno, quo Barbari fontes corruperant; aut cruore interfectorum, qui in cisternis confluxerant; pestis grassari cœpit, quâ multi fideles extincti sunt: inter quos & Gotfridus numeratur, Princeps virtutis gloriâ clarus; &, ob immaturum obitum, à reliquis luctu cohonestatus diuturno. Hierosolymis verò lues ita sæviit, ut 300. homines uno die absumserit: quos extra urbem sepulturæ mandarunt, & cadaveribus spatiosum campum, Joppen, parvo temporis spatio, compleverunt. *Hedio.*

In urbe Syracusanâ, terræmotu amplissima arx corruit; & suo lapsu infinitam hominum multitudinem oppressit, atq; extinxit. *Chronicon Germanicum.* Anno 1100.

¶ Anno 1101. conspectus est ab Oriente, versus Occidentem, volans ignis, non-modicæ civitatis instar. Præterea vermiculorum, quos papiliones, ob tabernaculorum formam, appellant, exercitus incredibilis multitudinis, qui duo triave milliaria in longitudine occupavit, (*ut Cuspinianus refert*) & tribus continuis diebus, a Saxoniæ quasi finibus, in Bavariam, volando contendit. *Urspergensis.*

Eodem anno, Veneta urbs, Duce Ordelapho Faledro, conflagravit, incendio latissimè effuso. Quod quidem magnâ dignum est admiratione, in eâ urbe, quæ divisa est frequentibus rivis: bis quoque die ad fluxum refluxumq; maris, aquâ vel plenis, vel redundantibus, magis quàm in aliâ, & contiguis habitatâ, ædificiis. *Blondus.**

* Dec. 2. lib. 4.

Primâ Quadragesimæ hebdomadâ, feriâ sextâ, circa vesperam, in Austrum & Occidentem, insolita stella lucere visa est; & vigintiquinq; dierum spatio splenduit, eâdem semper horâ. Huic ingens occurrit trabes ex Oriente. Deinde, in feriis Cœnæ Domini, conspectæ sunt duæ Lunæ, antequam dies illuxit: una in Oriente; altera verò in Occidente. *Bergomensis.** Non multò pòst, Cometa, flammis latè rutilantibus, exarsit, anno Domini 1103. *Sebastianus Franck.**

* lib. 12.
* Parte 4.

Eodem anno, primâ hebdomadâ mensis Martii, in foro Fuldensi, ingens subitò incendium est exortum: quo templum parrochiale, cum magnâ civitatis parte, conflagravit. *Chronicon Fuldense.*

¶ Anno sequenti, in episcopatu Spirensi, sanguis è panibus fluxisse visus est, nec-non in lenticularum edulio prodigiosè repertus. Circa solstitium æstivale, commutato in tempestatem aere, in pago Herbipolensi, decidisse fertur, inter grandinum lapides, tantæ magnitudinis glacies: ut, in quatuor divisa partes, tamen hominibus importabilis videretur. *Trithemius in Chron. Hirsaug. Ursperg. Erfordiensis.* Quanquàm hoc ad superiorem annum refert *Nauclerus.*

Vigiliâ natalis Domini, anno 1105. terræmotus magnus factus est Hierosolymis. *Sigebertus, Vincentius.** Biduo ante Christi natalem, tantus in Occasu Solis fulgor apparuit: ut solem ipsum, fuisse existimassent; si in Oriente accidisset. Præterea, duo orbes, in modum Solis, formâ & lumine quotidiano Soli similes, apparuerunt, omnium colorum specie radiantes, instar arcus cœlestis. *Sigebertus. Erfordiensis.*

* lib. 25. cap. 116.

¶ Anno sequenti, 4. Nonas Februarii, stella (quam *Appendix Mariani Scoti* Cometam fuisse prodit) interdiu apparuit [illegible] à tertiâ, usq; ad nonam, cubito quasi distans

Sol[...] mine. Sigebertus (De eadem, ut apparet) stellâ, Simeonis Dunelmensis monachi verba adscribimus: † *Anno Domini 1106. 14. Calend. Martii, ostensa est stella quadam insolita, & per vigintiquinque dies eodem modo, eademq; horâ, visa est lucere inter Austrum & Occidentem. Parva enim visa est, & obscura: sed splendor, qui de eâ exivit, valde erat clarus. & quasi ingens trabs, de Orientali & Aquilonari parte claritas ingessit se in eandem stellam. Quidã dixerunt, se plures insolitas stellas eo tempore vidisse.*

Terræmotum quoquoque magnum accidisse, & duos Soles apparuisse, *Epitome Mundi* refert.

Pridie Idus Februarii, apud Barum Italiæ oppidum, conspectæ sunt aliquot stellæ in cœlo, per diem nunc quasi inter se-se concurrentes, nunc quasi in terram cadentes. Toto autem tempore Carnis-privii, Cometa apparuisse scribitur, *à Vincentio*, † & *Chron. Saxoniæ.*

Cæterùm, multa hoc anno prodigia apparuisse, Autores plerique scribunt: quòd & Mare aliquibus in locis littus, præter solitum, viginti occupaverit passus, in aliquibus autem à littore in altum excesserit, centum. Præterea miræ magnitudinis Cometam exarsisse, qui, cadente Sole, statim in Occasu apparebat. *Platina in vita Paschalis.*

Et longum miraculorum catalogum, quæ circa hæc têpora accidisse feruntur, *Aventinus* texit: † *Crebra* (inquiens) *prodigia, superstitiosè & scrupulosè observata, animos hominum perturbarunt. Cælum ardere frequenter visum. Sol atque Luna, crebrò, præter solitum, defecerunt. Complures stellæ de cœlo in terram cadere visæ: faces ardentes, jacula ignita, ignis volans, sæpius per aëra ferri, conspecta sunt. Nova astra visa: papilionum castra, ignes vermiculi atque ignoti, per cælum volarunt; qui Solis lumen, in nubium morem, abstulerunt. Fulmine, grandine, vento, turbine, templa, ædes, casæ homines, pecora, agri afflicti: frumenta, legumina, poma, fruges attrita. Ignes cœlestes multivariam orti. Ignea acies, turma equitum, peditum cohortes, civitates, enses, gladii, arma cruenta in cœlo visa, invicem conflixêre. Diluvio, sterilitate, annonæ caritate, fame, pestilentia sæpius laboratum. Ignoto morbo, igne flammâ, ardore invisibili, homines exercitati, & absque adustionis nota extincti. Sanguinis rivos exstitisse ducunt. Sub ipsis flammis, cùm panis clibano esset impositus, ut coqueretur, cùm forte panem quidã frangeret, manantis guttas sanguinis invenit: quod Spiræ accidisse. Abbas attestatur. Signum immortale subito vestimentis hominum adhæsit. Fœmina, biennio uterum ferens, marem loquentem enixa est. Monstrosi partus editi, pecudes, homines, bicipites nati, &c.*

SUB HEINRICO V.

Multa in Oriente signa & prodigia, in cœlestibus visa sunt. Ater quadraginta dies, & eo ampliùs, Cometa, circa noctis initium, conspectus est; qui lõgè comam trahebat. Deinde, à Solis ortu, usque ad horam tertiam, visus est Sol duos habere collaterales: magnitudine quidem pares, at splendore minores. Iris quoque circa Solem, suis distincta coloribus, apparuit, anno salutis 1107. *Tyrius.*†

Postquam Rex Heinricus, in conventu Goslariensi, regni jura disposuit: præter expectationem ingens tempestas exorta, & fulgurum coruscatio, cum tonitruis, non modò Regem, totumque populum, graviter perturbavit: sed etiam fulgur regium ensem perstrinxit, imò partem ejus non-modicam absumsit, cum baltheo clypei, cujus corium interiùs in rugas convertit. Fertur etiam vulnusculum Regi, in summo pedis digito, inflixisse: quod retinuit, quamdiu superstes fuit. *Appendix Mariani Scoti. Chronicon Saxoniæ.* hæc anno 1111. facta asserit.

In Nordmanniâ, Cometes per aliquot dies apparuit. Non multò pòst, duæ Lunæ suo orbe plenæ visæ sunt: una ad Orientem, altera ad Occidentem coruscantes, anno 1108. *Polydorus Vergilius* † *Lycosthenes.*

¶ Anno 1109. in parochiâ Legiensi, porca enixa est porcellum, humanâ facie præditum. Alio etiam in loco, pullus gallinæ quadrupes natus est. *Sigebertus, Antoninus, Erfordiēsis, Polydorus.* Eodē anno, multi sacro igne afflati & consumti sunt; membris carbonum instar nigrescentibus. *Sigebertus.*

Et Tornaci nascitur agnus cum duobus capitibus, quatuor auriculis, totidemque oculis, & octo pedibus; sed uno tantùm corporis trunco. *Jacobus Meyer in Chronico Flandriæ.*

¶ Anno sequente, Junio mense, sextâ die, (*ut Petrus Diaconus. Continuator Chronici Casinensis, refert*) visus est Cometes, radios ad Austrum spargens: quo multi, Regis Heinrici expeditionem in Italiam portendi, conjiciebant. *Sigebertus Vincentius,* * *Antoninus, Cuspinianus.*

In vigiliâ Nativitatis Christi, versus Occasum, inter reliquas, stella maximi ignis, instar ardere visa est; non secùs, ac si fuisset ipse Phœbus: & quasi in Oriēte conspecta fuisset. *Chron. Saxoniæ*

Sterilitas terræ, hyems gravis, gelu diuturnum cum nive, (*ut ex Bibliotheca Watinensi Meyerus in Flandriæ Chronico annotat*) hunc annum insignem reddidere. Hæc *Raynulphus* ad annum Christi 1111. refert.

In monte Castriloco, templum S. Waldetrudis cum toto penè oppido periit incendio. Præterea, sancti Michaëlis de Periculo maris fanum, fulgure afflatum, cum contiguis ædificiis conflagravit. Domus etiam Walderici, episcopi Laudunensis, incensâ, Mariæ virginis, Johannis Baptistæ, & reliqua proximè vicina sacraria, simul sunt concremata, anno 1111. *Vincentius* † Anno 1112. *juxta Meyerum, in Flandriæ Chronico.*

Flumen Trenta, per integrum diem, spatio mille passuum, non fluxit: sed perinde, quasi aliò cursum flexisset, cã partem alvei, adeò per id intervallum viginti-quatuor horarum reliquit; ut homines per siccam arenam graderentur: postea verò, suo more fluere cœpit. *Polydorus.*

Raynulphus, * terræmotum apud Salopesium accidisse, stragemque maximam inter volucres mutuò-concertantes editam fuisse, narrat. Non multò pòst, magna flumina, ut pede sicco transiri potuerint, exsiccata apud Anglos; multisque in locis aquam defecisse penitùs: *idem* * testatur. Fluvii Trentæ, terræmotûs, & Cometæ, sub hoc anno, meminit & *Simeon Dunelmensis* *

¶ Anno 1112. matrona quędam monstrosum edidit partum in Angliâ; geminum scilicet puerum: qui à clune usq; ad superiores partes ità divisus erat; ut duo haberet capita, duo corpora integra ad renes, cum suis brachiis. qui sacro initiatus Baptismo, triduum tantùm fuit superstes. *Sigebertus Vincentius. & Antoninus.* Binâ vice ejusmodi mõstrosum partum editum, caninamque faciem alteram fuisse, *in Coenobiorum* scribitur *Chronico.* Eodem anno, Rotenburgium, juxta Neccarum civitas, terræmotu concidit. *Lycosthenes.* Præterea, plùs quã dimidia pars Moguntinę urbis incēdio periit, una cum bis mille hominibus: inter quos & Ducissa Lotharingiæ, Mathildis, numeratur. *Valentinus Muntzerus*

Eo-ipso anno, quo Heinricus, Angliæ Rex, Guithelmũ filium, Normannię Ducem designavit, VI. Idus Octobris, adeò magnam in Oceano, circa Insulæ oram, diminutionē aquarum factam, tradunt: ut per lõgum spatium unda, se-se in altum recipiens, siccum littus in æstuariis reliquerit: idq; durâsse totum integrum diem; ac pro miraculo habitum. Præterea ferunt, aliquot flumina, quæ ex æstu Oceani bis semper, horarum duodecim spatio, augentur minuunturque, ità decrevisse: ut bene-multis locis facilè transirentur. *Polydorus* *

Edissanum agrum, ob aëris intemperiem, & hostium perpetuos incursus, fames afflixit. *Tyrius* †

Hoc tempore, aves domesticæ, pavones, anseres, & gallinæ, extra urbes & pagos, in sylvas se recipientes, omnes redditæ sunt sylvestres. Piscium quoque in aquis interitus est subsecutus.

In Arabiâ, monstrum gemini corporis, mulier quędam enixa est, aversis valdibus, & corporibus sibi cohęrentibus: eâ quidem ratione, ut ante effigies esset hominis, cum cæteris membris humanis; retrò verò facies canis, cum reliquis membris caninis.

¶ Anno salutis 1113. IX. Cal. Maii, tãta cecidit nix, in agro Bracatensi, circa Tornacum: ut non modò summas arbores, & maximos ramos; sed totas quoque sylvas, fregerit ac deturbârit.

Et apud Ravennã & Parmã. Italiæ urbes, pluisse sanguinē in agris, & intra mœnia, Junio mense *Sigeberti Continuator, Vincentius, & Sibedelius* testantur. *Bonfinius. & Bergomensis* in Æmyliano & Flaminio agro, Idibus Juniis, idem accidisse, indicant.

Eodem anno, mēse Junio, tanta æstûs vehementia fuit:

Marginal notes: * an. sub. a. Hist. — * Lib. 25. cap. 16. — * lib. 3. — * Lib. 11. c. 5. — * Hist. Hist. — * lib. 26. cap. 1c — * lib. 26. cap. 11. — * lib. 7. cap 14. — * cap. 35. — * lib. 2. — * lib. 12. — * Lib. 12. c. 22.

... & arbores adustæ, ac spem sui fructus mentitæ sunt. Aliquæ etiam sylvæ ita exaruere: ut nativo calore inflammarentur. Postea gravissimis & diuturnis morbis homines sunt conflictati, in-primis autem ventris profluvio, & peste nocentissimâ. *Vincentius, Lycosthenes.*

¶ Anno 1114. tantus universam Syriam terræmotus concussit: ut multas urbes, & oppida infinita, dirueret funditùs; maximè autem circa Ciliciam, Isauriam, & Cœlesyriam. Nam in Ciliciâ Mamistram, cum multis oppidis, solotenus prostravit; Maresiamq; dejecit, cum suburbanis suis: ità ut quorundam vix etiam restarent vestigia. Quatiebantur turres & mœnia: majoribus ædificiis periculosiùs ruentibus, fiebat populorum strages infinita: & civitates amplissimæ, quasi agger lapidum constitutæ, tumulus erant oppresso um; & contritis habitatoribus vicem præstabant sepulcri. Fugiebat plebs, mente consternata, habitationem urbium, domiciliorum ruinam formidantes: & dum sub dio requiem sperant, timore concussi, somnos interrumpunt; oppressiones, quas vigilantes timuerant, in somnis perpessi. Nec erat hoc tam ingens in unâ tantùm regione periculum; sed usque ad extremos Orientis fines, hæc pestis latè se diffuderat. *Tyrius.**

¶ In suburbio Antiochiæ, Idibus Novembris, hiatus terræ nocturnis horis accidit: quo turres plurimæ, & vicinæ domus complures, sunt absorptæ, anno 1115. *Sigeberti Continuator, Antoninus.**

Goslariæ quoque, arx Imperatoris, fulmine concussa est: cùm adversus Saxones, ad sylvam Guelficam, die 11. Februarii, pugnaret.

In Paschate, cœlum vasto hiatu discissum, fulgorem nitidum demisit: qui cùm integram horam durâsset; aurei coloris imaginem in medio ostendit. *Chron. Saxoniæ.* Cujus prodigii & *Urspergensis* meminit, his verbis: *Valde mane, dominicæ resurrectionis die, cœlum à parte meridianâ apertum, tantam lucis effudit abundantiam: ut luna, quæ tunc clarissima noctium videbatur, lumen suum inæstimabili fulgore detergeret; & per unam vel amplius horam, (quod idoneis testibus comprobamus) omni Solis luce clarior permaneret. Ipso tamen spatio crux non-modica, per idem foramen dependens, apparuit: cujus tam auri, quam gemmarum, varietas evidenter discerni potuit.* Consentit & *Crantzius in Saxoniâ.*†

¶ Anno 1116. III. Nonas Januarii aliquibus in locis, gravissimo terræ motu, quarundam urbium partes, una cum templis, corruerunt. *Vincentius.*

S. Michaëlis templum apud Bambergenses, terræmotu concussum, Ottho, ejus loci episcopus, reparavit: *ut in Vitâ ejus scribitur.**

¶ Terræmotus, per dies quadraginta continuos, Italiam afflixisse; testatur *Raynulphus:** ac tùm villam quandam motam, ad alium procul-dissitum transvolâsse locum: anno 1117.

Subterraneorum motuum, & *Flandriæ Chronicon* meminit.

III. Calend. Februarii, tonitrua cum grandi turbine audita, fulgura creberrimè eodem tempore visa, *Urspergensis* refert.

Grandine, præter segetes prostratas, hominum & jumentorum maximus numerus corruit. *Chron. Saxoniæ.*

Eodem anno, Calend. Decẽb. exstiterunt nimia tonitrua & fulgura, cum pluviâ & grandine: Lunaque apparebat quasi sanguinea; postea obtenebrata. *Simeon Dunelmens.**

Mosa quoque, juxta Abbatiam fluvius, quasi pendens in aëre, fundum deseruisse visus est.

¶ In-primis verò Leodium civitas maximam cladem accepit. Nam 5. Nonas Maii, cùm vesperas in summo templo celebrarent Sacrificuli, repentino terræmotu, & tonitru, omnes ad terram prostrati; nec-non fulmine ad sinistrum templi latus ingresso, ingentes crustæ de muro hac-illàc sunt disjectæ. In turri quoque, post multas trabes fissas, tantus fœtor exstitit: ut, aromatum odore adhibito, difficulter potuerit propulsari. VII. Idus Junii, pluviâ nubes præter exspectationem rupta, a monte Roberti, nomine Claro, magnam Leodii partem oppressit: ita ut plurimas domos everteret, frumentique plurimum perderet. Triste præterea spectaculum erat, ... bus infantibus, quos complectebatur ... cum aliis octo hominibus: quos, diversis in locis, eadem nubes oppressit.

Ad vespertinas preces, Saturni die, cùm pulsaretur: cuidam, dum caput lavat, pueri manus fluido sanguine rubescere cœperunt. VII. Calendas quoque Julii, turbine satis vehementi & obscuro, civitas oopperta est: nubes verò decidens, summi templi tectum deturbavit; & imbribus totũ pavimẽtũ expoliuit. Nec mora, in eodem tẽplo, quendã de pulpito legentem aliquid, alium coram cruce adorantem, alium egressurum in ipso limine, fulmen extinxit. Turbines denique, venti, imbres, tonitrua, ignes cum flammis, creberrimè, præ cæteris urbibus, Leodium, ejusque cives, horribiliter afflixerunt: Anno Domini 1118. *Continuator Sigeberti, Vincentius,† Urspergensis, & Aventinus.** Etsi *Dodechinus, in Appendice Mariani Scoti,* superiorem terræmotum, anno Christi 1117. bis accidisse; & quidem in vigiliâ Johannis Euangelistæ, scribit: eoque per totum terrarum orbem, maximè verò in Italiâ, non modò plurima ædificia corruisse; sed integras quoque civitates, castella, & villas, unà cum incolis, terræ hiatu esse absorptas, montes scissos: fluvios terrâ deglutiente exsiccatos, ut pedibus transiri possent: Padum quoque de alveo suo, fornicis instar, in altum se extulisse, ut inter terram & aquam via pateret: & hoc pacto aquam diutiùs pendentem, tandem in semet-ipsam ingenti fragore demissam esse; qui per aliquot milliaria exaudiri posset. *In Chronico Hirsaugiensi,* ad 1116. Christi annum hæc rejiciuntur: quo etiam tempore, Infans præter naturam locutus esse, & signum in cœlo apparuisse, scribitur.

In oppido Veronensi, ædificiorum pars maxima corruit: hiatus etiam in illis partibus ingentes patuerunt; & arbores radicitùs evulsæ sunt; fumoque obtecta arborum loca. Infans locutus portentosa quædam prædixit; quæ postea rei probavit eventus. *Chronicon. Cassinense.*

Eodem tempore, duæ Lunæ quasi pugnam committere conspectæ sunt: modò enim congredi, modò resilire videbantur. utramque tandem atra nubes occuluit: moxq; post hæc horrendum tonitru subsecutum. *Chronicon Saxoniæ.* Erat annus 1118. tempestate fulguris, horrendo tonitu, supra modum insignis. *Chronicon. Flandriæ.* Idem & *Matthæus Parisius* testatur.

¶ Anno 1119. apud Honelam, juxta Sparliacum, natus est infans monstrosus; in modum piscis, nec brachia, nec coxas habens. *Chronicon Flandriæ.*

Imbres præterea perpetui, & aquarum vis atque inundatio, obstiterunt: quò minùs agros serere ac metere potuerint agricolæ: non modò in Poloniâ; sed in finitimis quoque regionibus. Hanc cladem denuntiavit tale prodigium: quòd cœlum, post occasum Solis, tres continuas horas ardere visum est. Secuti sunt etiam imbres alii, cum tempestatibus maximis. *Cromerus.**

Editus & Namuti hoc anno infans, duo quidem habens capita; sed reliquâ corporis compage simplex.

XIII. Calend. Januarii, sub primam noctis horam, igneæ acies in cœlo conspectæ sunt, à Septentrione versus Orientem: quæ per totum deinceps cœlum sparsæ, stupore spectatores affecerunt.

III. Idus Decembris, Luna deliquium passa, & sanguineo colore ad integram penè horam suffusa est. *Continuator Sigeberti.* Quanquàm hoc superiori anno contigisse, fertur *in Appendice Mariani Scoti.* Tempestas præterea vehemens, in natalitiis Christi exorta, integrum diem duravit.

Quæ, ab Antiocheno terræmotu, hucusque recensuimus miracula; videre licet ordine *apud Vincentium,* Antoninum† & Erfordiensem.*

Refert *Aventinus** ex *Æneâ Sylvio:* eo tempore, quo Mathildis Romano Pontifici testamento legavit id, quod Patrimonium Petri nominant; vocem hanc de cœlo exauditam esse: *Venenum melle-litum fœminam Christianis propinâsse.*

¶ Anno 1120. Julio mense, gravissima tempestas & grando, in diœcesi Trevirensi, plurima subruit ædificia. Habersladensibus verò tantum attulit detrimenti: ut novem mi-

* lib. 11. c. 23 — * Tit. 17. cap. 6. — † lib. 5. c. 39. — * lib. 3. c. 28. — * lib. 7. c. 15. — * lib. 2. — † lib. 26. cap. 26. — * lib. 6. — * lib. 5. — * lib. 26. 26. & 27. Tit. 17. c. 6 § 22. — * lib. 6.

[...]rium spatio terra nullas tulerit fruges, & avicularum genus, unà cum jumentis, interierit. *Crantzius in Saxoniâ,* Erfordiensis.*

Gandavi, 4 Nonas Majas, grassante incendium: quo maxima pars urbis, una cum templis divorum Michaelis & Nicolai, absumta est. *Chron. Flandr.*

Eodem anno, regnum Hierosolymorum, præter eas, quas ab hostibus circumquaque degentibus perpetiebatur injurias, locustarum & edacium murium, per quatuor annos jam fruges depascentium, ut panis ferè omnis defecerit, sensit morsus. *Tyrius.**

In ecclesiâ Vincelliacensi, in vigiliâ transitûs B. Mariæ Magdalenæ, (incertum quo justo Dei judicio) innumerabiles homines, promiscui sexûs, ætatis, atque ordinis, in ipso crepusculo, ecclesiâ subitò conflagrante, combusti sunt. *Antoninus.**

Sub idem tempus, magnâ immanitate in homines lupi sævière; quorum plurimos dilaniarunt. *Chronicon Germanicum.* Magna etiam terræmotûs vis in valle Tridentinâ fuit: quæ pleraque monasterii ecclesiæque oppida afflixit: adeò, ut plurimi etiam sub ruinâ perirent. Nam plerunque decies, sæpè decies-septies, aliquando vicies, per dies singulos, incolæ senserunt. *Chronicon Casinense, & Ottho Frisingensis.*

¶ Sequenti anno, in Swarzagiensi monasterio, loquela cuidam muto est reddita: quod plurimi, unà cum monasterii fratribus, sunt attestati. *Hedio. & Chronicon Germanica.*

Immensus præterea ignis, in Orientali plagâ, sex horarum spatio, flammas tantisper emisit: donec turbo ex Occasu, largo imbre illas extinxit. Secuta est non-multo pòst hyems sævissima: quâ non tantùm fruges corruptæ; (unde fames exorta est miserabilis) sed etiam homines, unà cum jumentis, perierunt. *Bonfinius Cuspinianus.*

¶ Feriâ septimâ, in hebdomadâ secundâ dominici Adventûs, aliâs clementiùs, aliâs inclementiùs, terra contremuit. *Sigeberti Continuator.* Anno Christi 1122.

Deinde, Nonis Aprilis, sub diluculum, innumerabiles stellæ de cœlo cadere, & quasi pluere visæ sunt, toto terrarum orbe. *Chronicon Casinense, & Chronicon Saxoniæ.* Secuta est magna annonæ caritas, arefactis segetibus, continuo trium mensium vernorum æstu ac siccitate. *Cromerus.**

¶ Anno 1123. Bergium oppidum, unà cum monasterio D. Winnoci, incendio deflagravit. Nonis Septembris. Combustum & cœnobium Heinonense, cum toto oppido, seditione Prætoris sui: salvo tamen thesauro & bibliothecâ. *Chron. Flandriæ.*

¶ In Purificationis Mariæ festo, Luna passa est deliquiũ. Quo multi magni nominis viri exciti, religionis ergò Hierosolymam petere statuerunt: siquidem variis obnoxii delictis ac criminibus essent; quorum veniam consequi cupière. Anno Domini 1124. *Hedio.*

Eodem anno, cœlitùs tactum Watanense cœnobium. *Chron. Flandriæ.*

Post Pentecosten, aere gelu terras afflixit: quo arbores & vites mirum in modum læsæ sunt. Prodigia quoque in Sole & Lunâ plurima acciderunt. In pago Dullefelt, puero sinistrum genu intumuit; & cruciatus gravissimos creavit, quo aperto, grana aliquot siliginis, hordei & avenæ, exciderunt. *Chron. German. & Lycosthenes.*

¶ Proximo abhinc anno, hyems solito asperior exstitit; & ob nivis sæpiùs cadentis copiam, adeò horrida & molesta: ut multorũ, tenuium præsertim, liberi, frigoris injuriâ enecti, & pisces in multis vivariis sint suffocati. Tanta enim spissitudo glaciei erat: ut plaustra, gravi pondere onusta, transmittere posset. In Brabanto, anguillæ innumerabiles, propter glaciem, paludibus relictis, in fœnilia se abdiderunt: ubi etiam hyemis asperitate extincti, computruère. Secuta est lues, quæ non modò in homines, sed etiam extera animantia, sævit. Magna quoque intemperies aeris fuit: quæ in Martium mensem usque se extendit, &, ob varias vicissitudines nivis, pluviæ, & gelu, non-parum detrimenti attulit. Nam vix Majo mense tandem arbores effloruerunt: ægrè terra, frigore diuturno oppressa, tandem herbas virides & gramina protulit. Imber autem, singulis mensibus penè deciduus, semina terræ commendata propemodum absorpsit, & spem agricolæ est frustratus. *Vincentius.* & Sigeberti Continuator.*

In Galliis magna fames grassata est; (quam ferè totam quoque Italiam invasisse, *Chronicon Martini* refert) in quâ Carolus, Flandriæ Comes, singularem munificentiæ gloriam consecutus est: quòd innumerabili tenuioris sortis multitudini, diversis in locis, necessaria victûs quotidie suppeditârit. *Continuator Sigeberti, Chron. Flandriæ.*

¶ Anno 1124. fulgore quodam cœlitùs demisso, Barbari, contra Balduinum Regem in acie stantes, prosternuntur. *Vincentius.**

¶ Pestis etiam maxima, & fames tanta, Germaniam simul afflixère; anno Christi 1125. ut tertia pars hominum interiisse credatur; & vix, qui cadavera sepelirent, superstites fuerint. *Cuspinianus.*

Maxima aquarum inundatio Romæ facta est, die Eleutherii: ut *Hedio annotat.* Et Wormaciæ pullus gallinæ quadrupes exclusus est. *autore Gigante.*

Hyems quoque asperrima sex continuis hebdomadibus fuit, & fames adeò invaluit: ut magna utriusque sexûs multitudo, passim inediâ perierit.

In Brachbanto villâ, quædam matrona quatuor masculos uno partu enixa est.

¶ In Gemblacensi parochiâ, quidam summâ coactus inediâ, cùm diversi generis frumenta moleret, dominicâ die, in familię usum: contra expectationem ardere visa est, justâ Dei indignatione; haud-dubiè posteris in exemplum, ne quis sabbatum temerè profanaret. Anno Christi 1126. *Vincentius,* & Continuator Sigeberti.*

SUB LOTHARIO.

Lotharius, Romam proficiscens, pro inauguratione impetrandâ, Osterburgum venit; ubi gravis excitata est seditio, inter cives ac regios ministros: quâ fervente, incendium exortum est, quo tota penè civitas periit; plurimi etiam homines cæde ac flamma sunt extincti. Hinc Cometes, 6. Nonas Octobris, apparuit. *Chronicon Saxoniæ.*

Eodem anno, Moguntium civitas, & cathedrale templum pulcerrimè ornatum, ac monasteria aliquot Spiræ & Argentorati, & tota penè Goslaria, & Salinæ Saxonum, conflagrarunt. Quæ incendia ad annum 1136. *Saxoniæ Chronicon* refert; & uno eodemque die accidisse narrat.

Præterquàm quòd hyems solito acerbior fuit: etiam ignis sacer, in Occidentali plagâ, vehementer grassatus est; & quamplurimos è medio sustulit. *Sigebertus, Schedelius.*

Quidam Johannes de Temporibus, vitam cum morte commutavit; qui Caroli Magni armiger fuerat, & annum ætatis 361. attigerat. *Johannes de Oppido.* Anno Christi 1128.

Eodem anno, mulier quædam in Liguriâ, porcellum humano capite enixa est. *Chronicon Fuldense.*

Trajecti, ipsis feriis Paschalibus, omnia templa, cum magnâ civitatis parte, incendio perière. *Chronicon Germanicum.*

In feriis Pentecostes, nix magna cecidit. *Chronicon Saxoniæ.*

Tyrus, urbs Syriæ, maximâ strage populi, motu terræ tota ferè subvertitur: & Gandavi, 6. Non. Maii, orto de nocte incendio, dimidia pars urbis, cum templis Michaëlis & Jacobo dicatis, periit. *Chron. Flandriæ.*

Fertur, hoc tempore, Calendis Julii, (*ut habet Chron. German.*) duos ad Solem circulos Padeburnæ conspectos esse: quorum interior ecclesiæ magnitudinem; exterior urbis fuerit complexus latitudinem. Evanescentibus his urbs Padeburna penè tota, cum ecclesiâ, conflagravit; versaque est lux meridiana in tenebras nocturnas. *Chron. Saxoniæ, & Metropolis Crantzii.*

In Occidentali plagâ, viris comam nutrientibus, subitò capilli circùm capita, multis miraculosè incensi, ardere cœperunt. *Chronic Hirsaug.* Cruentum quoque signum in aëre conspectum, & alia quamplurima, *Chronicon. German.* commemorat. Anno 1129.

Philippus puer, non multo pòst, quàm regio ornatus

esset diademate, Parisiis, equo dum vehitur, porcus equi gressum impedivit, illumque puerum præcipitem dedit: itàut Rex, caballo deturbatus, subitâ morte perierit; & Francos in luctum gravissimum conjecerit: 3. Idus Octobris, anno Christi 1131 *Sigebertus.*

Sequenti anno, Augusta Vindelicorum combusta est. *Chron. German.*

¶ Anno Christi ... IV. Nonas Augusti, horâ diei sextâ, eclipsis Solis facta est, adeò ut stellæ conspicerentur. *Chronicon Flandriæ.*

Angliam subterraneo motu concussam; & Solem obscuratæ Lunæ formam induisse, *Matth. Parisius* indicat. Secuta est post hæc magna aeris inconstantia atque inundatio; quæ mensem duravit integrum. *Sigeberti Continuator, Appendix Mariani Scoti, Chronicon Hirsaugiense.*

De eodem anno, *Johannes, Prior Hagustaldensis*, scribit: Stella cometæ, 8. Idus Octobris, apparet. Unde Rex (Angliæ) latusque regium ambientes, & alii quàm-plures, mirantes, & in cœlum oculos levantes, Solem ad-instar novæ Lunæ lucere conspexerunt: qui tamen non diu se uno modo habebat. Nam aliquando latior, aliquando subtilior; quandoque incurvior, quandoque erectior; nunc solito modo firmus, nunc movens, & ad modum vivi argenti motus & liquidus, videbatur.

Innocentio II. & Petro, Petri Leonis filio, de Romanâ sede decertantibus: in Galliâ innumeræ aves aperto cœlo dimicarunt; exanimesque in terram prolapsæ sunt. *Polydorus.**

* lib.11.

¶ Anno 1135. V. Calend. Novembris, magna fuit tempestas, quæ turres & ædificia quam-plurima prostravit. *Sigeberti Continuator, & Vicentius.*

Eodem anno, prodigia varia visa dicuntur; quæ Heinrici I. Regis Anglorum mortem, quæ paulò pòst consecuta est, denuntiâsse, creditum est. Nimirum, terra tantoperè mota est, ut ædificia quam-plurima corruerint: Eclipsis Solis & Lunæ præter modum facta est: Ignis in plerisque locis, maximo populorum terrore, per rimas terræ aliquot dies spirans, & flammas emittens, neque aquâ, nec ullâ re aliâ, extingui poterat. *Polydorus.** Unde non ità multò pòst, horrenda pestis, in toto penè Orbe subsecuta est. *Bergomensis.*

* lib.11.

Calor admodum æstuans, in Cisalpinâ Galliâ, tantam siccitatem dedit: ut, frugibus universis exsiccatis, valida ubique fames, in totâ etiam Italia (*ut Schedelius refert*) fuerit subsecuta. *Vincentius, Erfordiensis. Bergomensis, Gigas.* Et *Aventinus* inquit:* Annum æræ nostræ 1135. ferventissimum fuisse, amnes siccatos esse; sylvas cum montibus arsisse, fomitem, & quicquid alendo igni aptum est, in terram ingestum, mox ignem concepisse, literis proditur.

* lib.6.

Ejusdem siccitatis, ut & Rhenus sinè ullo periculo ubivis locorum transiri potuerit, meminit *Chronicon Coloniense*: sed ad annum 1130. refert.

V. Calendas Novembris, tanta est exorta tempestas: ut turres, & plurima ædificia, subverterit. *Vincentius.**

* lib.27.c.13

Præterea Oceanus, in continentem se-se effundens, bonâ Flandriæ & vicinarum regionum partem, cum internecione hominum atque pecudum, subitò submersit. *Continuator Sigeberti. Chron. Hirsaug.* annum habet 1134. & sequentem *Chron. Flandr.* Nam utroque exundatio facta ibidem narratur.

Combusta eodem tempore, Dei (ut ajunt) judicio, quinque cœnobia; Corbeja, D. Audoëni, D. Johannis Tarvannensis, D. Vedasti Atrebatensis, & Hainense. *Chronicon Flandriæ.*

¶ Anno 1136. tanto fulgore, tonitru, vento ac pluviâ, cœlum inhorruit: ut adesse Mundi dissolutionem, multi existimarent. Murus oppidi Audomarensis, sexaginta in longitudine pedum, convulsus ac dejectus est. Furnis, ubi viri tres unà equitabant, medius fulmine ictus interiit; reliquis intactis. *Chronic. Flandriæ.*

¶ Sequente anno, tanta fuit siccitas: ut major hominum memoriæ non fuerit. Etenim in multis regionibus flumina, quæ naves ferebant, ità sunt exiccata, ut pedibus transiri possent. Fontes ... noque & putei, per Galliam, planè sunt exiccati, & plurimi, aquæ penuriâ ... tabescentes siti perierunt. *Continuator Sigeberti, Vincentius, Johannes de Oppido, Martinus Polonus.*

SUB CUNRADO III.

Eclipsis Solis, cum terræmotu, per totam Angliam facta est, tanto cum horrore: ut cœlestia defecisse viderentur. Portendebat verò illa obscurationem puræ doctrinæ Christi. Anno Christi 1140. *Matthæus Parisius, Balæus.* Præterea bello & fame afflicta illa est. *Raynulphus.*

Imperator Constantinopolitanus, in venatione arcum vehementiùs intendens, sagittâ veneno illitâ, in sinistrâ vulnus accepit, atque exspiravit. *Continuator Sigeberti.*

¶ Anno 1141. Cemereellensis pagus, Fuldæ vicinus, totus in cineres redactus est: omnemque illum agrum dira fames afflixit. *Chronicon Fuldense.* Eidem anno arctiorem annonam ac famem quidam adscribunt; quæ continuos duodecim annos duràrit. *Chronicon Flandriæ.*

Hyems aspera admodum fuit; ut ibidem narratur: & tempestas maxima, 14. Calend. Februarii, monasteria, domos, & arbores, solo æquavit. *Appendix Mariani Scoti, & Continuator Sigeberti.* Hac tempestate, Flandricorum mercatorum naves ventis disjectas, vel submersas, ait *Meyerus in Chron. Flandriæ.*

Vermiculi extiterunt plurimi, in multis regionibus, adeò prope terram volantes; ut vel manu, vel etiam virgâ, tangi possent: magnitudine quidem muscis æquales; sed longitudine diductiores. Quorum tanta fuit multitudo: ut unius penè milliaris in latitudine; trium verò milliarium in longitudine, spatium occuparent: densitate autem suâ, ipsam Solis lucem obscurare videbantur. Secuta est hominum & pecudum inaudita lues, aëre corrupto: unde & illa tùm nata animantia, quæ mortua aëris intemperiem adauxerunt.

Globos igneos in aëre emicuisse, & postea condidisse se in aliâ cœli parte, ferunt: anno Christi 1143. *Lycosthenes.*

¶ Anno abhinc secundo, Cometes in Majo apparuit: quem sequenti anno secutus est terræ-motus ingens, vicibus quindecim, in urbe Moguntinâ. *Appendix Mariani Scoti.* Sed *Chronicon Hirsaugiense*, ista ad sequentem rejicit annum.

Fame permaximâ in Galliis grassante, Ecclesiarum Christi munificentia tanta fuit; ut multa modiorum millia in pauperes erogarent. In Lingonensi parochiâ apud Morinandum, ubi quam-plurimi quotidianâ stipe fovebantur, quidam nebulo, divendens carnes hominum à se jugulatorum coctas, deprehensus, & laqueo punitus est.

Apud Norvicum, Angliæ civitatem, puer aliquis, cui nomen Wilhelmo, a Judæis crucifixus est, & extra civitatem commmulams. Sed luce (ut perhibent) cœlitùs missâ, res innotuit fidelibus: qui repertum cadaver summo cum honore in urbem detulêre, & in templo sepelierunt, anno Christi 1146. *Cont. Sigeberti.*

Cùm rex Romanorum Natalem Domini Mersburgi celebraret, Moguntino archiepiscopo, & plerisque Saxoniæ Principibus viris præsentibus, frequente itèm populo & clero: iris quasi in cœlo apparuit, & cruces in medio conspectæ sunt. *Appendix Mariani Scoti.*

Ulysbonâ captâ, tres muti loquelam receperunt. VIII. Calend. Novembris, Sol defecit, sub horam diei quintam. *Continuator Sigeberti.* Et famem cum peste incredibili subsecutam esse, addit *Chronicon Hirsaugiense, & Appendix Mariani.*

Eo anno, quo Fulcherus Hierosolymorum factus est Patriarcha, ecclesia Sepulcri dominici & montis Sion fulmine icta est: visus est & Cometes per multos dies, & alia quædam apparuère signa. *Tyrius.**

* lib.

¶ Anno 1147. Imperatore expeditionem in Terram sanctam suscipiente, cum Principibus confœderatis, dira prodigia sunt conspecta: quibus varia belli incommoda denuntiabantur. Nam vespere quodam, nebulâ densissima cooperuit castra: & universa papilionum tegmina, quæ sub

[illegible] ac [illegible] faces, [illegible] tonitruū [illegible] gorem & [illegible] Deinde circa noctis medium [illegible] auctior erumpens, quicquid vallis humile continuit, tempor[illegible] momento elutum in mare projecit. *Continuator Sigeberti, Helmoldus, Cuspinianus, Annales Niceta.*

Lauduni, 4. Nonas Julii, tonitru facto, in monasterio S. Vincentii monachi [illegible] diurnos labores facientibus duos ex [illegible] fulmen corripuit & [illegible] medi[illegible] sustulit. Reliqui, tā[illegible] consternati, decubuere quidem, sed tamen primæ integritati sunt restituti. Fulmen etiam altaris linteū adussit, & sacrarium penetravit, ac aliis in locis multos homines, aliaque animantia, extinxit.

¶ In ter[illegible] Gebennensi, lupus quidam inusitatę magnitudinis ac feroci[illegible], in ipso hominum conspectu, triginta diversi sexus & ætatis homines devoravit, anno Christi 1148. *Continuator Sigeberti, Vincentius.*

Eclipsis Lunæ apparuit, 11. Calend. Aprilis, nonâ horâ noctis: quam statim ventorum intemperies est secuta, toto quatriduo. Audita sunt etiam crebra tonitrua & fulmina: quibus in territorio Verniorum, juxta Gandavum, Sacerdos quidam, celebrans Missam, afflatu periit.

Et apud Remenses cuidam clerico idem evenit, anno Domini 1149. Quo etiam tonitrua, fulgura, grandines & tempestates, multum damni dederunt mortalibus. *Continuator Sigeberti Vincentius Chronicon Flandriæ, Lycosthenes.*

¶ Ob tonitrua crebra, pestem, famem, hyemis asperitatem, insignis est annus 1150. *in Saxonia Chronica.*

Cùm terra hyemali gelu vehementer constricta esset: contra omnium expectationem, cespes quidam summæ longitudinis, in pago Suessionico, de terrâ avulsus, longe lateque ad alium locum est translatus. Quæ quidem res optimorum virorum, & inter hos nobilissimi Principis ac Comitis Theobaldi, migrationem ex mortalibus denuntiavit. Anno Christi 1151. *Continuator Sigeberti.* Fames etiam & lues maxima, homines in-primis afflixit. *Appendix Mariani Scoti.*

Terra contremuit in partibus Italiæ. *Continuator Sigeberti.*

¶ Mense Januario, magna aquæ inundatio in partibus Rheni fuit, anno Domini 1152. *Otho Frisingensis.* Reginoburgum, cum sex templis, conflagravit, 12. Calend. Maii. *Aventinus.*

Eodem anno, dimidia pars oppidi Andomari, cum templis Dionysii, Jo[illegible]nnis & Martini, surgente ex cœnobio D. Bertini incendio, Nonis Septembris conflagravit. Numinis ira, (*inquit Meyerus**) id accidisse creditū: propterea quòd ex duodecim monasteriorum antistitibus, epulis vinoque mersis, (eò enim convenerant, die Bertino sacro, ad solenne convivium) nemo inventus sit, qui ad nocturnas matutinâsve surrexerit preces.

Ter[illegible]m sanctam tamen graviter sub idem tempus afflixit: ita ut tritici modius quatuor veniret florenis. *Tyrius.**

Sequente anno, in Sole prodigium horribile conspectum est, 7. Calend. Februarii. *Appendix Mariani.*

Fama celebris est, Guilhelmum Cavillonensem Comitem, Ecclesiis infestum, & armis inerme Sacerdotum pecus o[illegible]nantem, dum frequenti Procerum convivio epula[illegible] [illegible] noto quodam, in equo pro foribus sedente, ev[illegible] catum, exili[illegible] [illegible]umque è vestigio cōscendere, è conspectu [illegible] oculraptum, nec deinceps usquam comparuisse. Et Ni[illegible] [illegible]tnensium Comitem, i[illegible]munitatis Ecclesiarum hostem [illegible] torquet[illegible] e sponte [illegible] terga vultu, obiisse. *Paulus Aemylius,** *sub Ludovico juniore.*

SUB FRID[ERI]CO BARBAROS[S]A.

Famis totam Europam a[illegible]gentis meminit *Platinâ in vita Anastasii II.* Sub[illegible] [illegible] *inquit Baleus** [illegible] flu[illegible] in A[illegible] ut [illegible] [illegible]. Et paulò antea eclipses erant, tam S[illegible] [illegible]x, *teste Massæo:* quas secuta sunt fulgura, tonitrua [illegible] ; tempestasque horrida e[illegible] commovit & [illegible]. Fames & pestis Scotiam invaserunt. *Boethius.*

R[illegible]bertus de Batuâ, [v]ir omni plenus nequitiâ, [illegible] [illegible] [illegible] ub[illegible] [illegible] quendam [illegible] admodum familiarem, cum ali[illegible] quopiam h[illegible]mine ac mu[illegible] intra domunculam con[illegible] [illegible] [illegible], ardente domo, & flammâ sup[er] capita eorum in modum [illegible] nubis, vo[illegible]itante [illegible] [illegible] manserunt. Quo[illegible] forâs exeuntes, cùm improbus i[llegible] [illegible] [illegible] [illegible] ctum erat, insequeretur, & in unum ex [illegible] gladium stringeret: subitò aliquis, quem nemo tamen cernebat, comam ipsius apprehendens, una cum equo, cui insidebat [illegible] tium hominem dedit præcipitem, maximumque ei terrorem incussit.

XI. Calend. Junii, in posteriori Geminorum parte Luna deliquium passa est, anno [1]154. *Continuator Sigeberti.* Obscuratus est eodem anno, Calendis Octobris, Sol per [in]tegrum diem. *Funccius in Chronologiâ.* Fuit itèm maxima aquæ inundatio. *Appendix Mariani Scoti.*

Gandavi, infan[s] bicep[s], quatuor manibus, & totidem pedibus, partu [ed]itus est. *Chron. Flandriæ.*

In Burgundiâ, 15. Calend. Februarii, plurima ædificia motu terræ conciderunt. Luna quoque defecit Dominicâ ante Natalem Domini, anno 115[illegible]. *Contin. Sigeberti.*

¶ Anno 1156. Calend. Octobris, [tri]um penè horarum spatio, circa Sole[m] [vi]si sunt tres circuli: quibus subindè evanescentibus, duo Soles creari videbantur. xv. Calend. Martii, unâ nocte ter contremuit terra, maximè in Burgundiâ. Toto Quadragesimæ tempore, sæpiùs subterraneæ accidēre motus: & castellum quoddam, non procul à Cluniaco situm, ab[s]orptum est; loco repleto aquâ profundissimâ. [illegible]. Calend. Julii, horâ primâ, Luna eclipsin passa est. *Continuator Sigeberti, Vincentius.*

Nix magna, & gelu asperrimum fuit: æstasq; sicca cum peste secuta est. Calendis Junii, grandinis vehementia & tempestatum vis adeò invaluit: ut non modò segetes perderet, arboresque dejiceret; sed ædificia quoque ac munitiones plurimas, humi sterneret; & campanas aliquot, turribus deturbatas, confringeret. *Urspergensis.* Signum quoque crucis in Lunâ apparuit. *Vincentius, Raynulphus in Polychronico.**

¶ Anno sequente [illegible]. Calend. Junii, circa meridiem, dimidiæ propemodum horæ spatio, circul[us] haud-parvæ magnitudinis, in Solis ant[ro]itu, ignei & cærulei colo[r]is, apparuit. *Sigebertus.*

Mense Julio, in Normanniâ, itidem fulgura & tempestates frequenter acciderunt, & pluribus in locis, fulminis afflatu homines extincti sunt. Subsecuta est inundatio maxima; quæ & frugum collectioni, & sationi postea impedimento fuit: cumque diutiùs duraret; multæ turres ac maceriæ, in Normanniâ, & Angliâ corruerunt. *Sigebertus.*

Nonis Septembris, (*ut Erfurdiensis habet*) cœlo serenissimo, tres Soles, & paucis pôst diebus, totidem Lunæ conspectæ sunt, & in Lunâ, medium locum occupante, crux maximi candoris apparuit. *Vincentius.* Unde Astrologi sunt vaticinati discordiam inter Cardinales, de creando Pontifice maximo; ac inter Electores ab Imperatore eligendo. Nec fefellit homines, summis ingeniis præditos, eventus.

Secuti quoque sunt terræmotus crebriores: quibus non tantùm urbes & castra; verùm etiam nationes quassatæ, concussæ, & omninò ever[s]æ sunt, anno Domini [illegible]. *Vincentius,** *Antoninus, Lycosthenes.*

Tiberis exundatio magna, cum Romanæ urbis malo. [illegible] mense Augusto, [illegible] quasi [c]irculus Solem circu[illegible] *Chronicon Germanicum.*

Su[illegible] [illegible]ei, W[al]demaro Canuti & [K]anuto Magni, filiis, de regno Dani[æ] [illegible] [illegible], visæ sunt Aquil[o]nem versùs [sp]ecies [q]uasi ignearum facularum, & humani cruoris similitudo [illegible] Nec fefellerunt portenta. Nā [illegible] [illegible] late [illegible] sunt [illegible]tata. *Helmoldus, Lycosthenes.*

¶ Anno sequente, ... infra octavas Paschæ, in Abrincatio ... quæ dicitur Landaaronis, ... meridiem, quasi de terra emergens turbo ... proxima quæque involvit & abripuit. Deinde, quasi columna quædam rubei & cærulei coloris, sub turbine ascendente in sublime stetit: & videbantur & audiebantur quasi sagittæ, ac lanceæ, in ipsam columnam defigi: licet intuentibus non appareret, quis eam agitaret. Super columnam, apparebant diversæ quasi species ... in eadem volitantium. Secuta est non-multo post ... ssima pestis: & dominum istius villæ absumsit, & ... Normanniæ, ac finitimarum regionum, loci grassata est. *Continuator Sigeberti.*

Sol quoque tum meridiem deliquium passus & fames valida est secuta. Magni præterea terræ-motus acciderunt, variis in locis: ita ut Antiochena urbs, cum Tripoli, cecideris, Damascus, cum multis aliis, sit subversa, & plus quam ... hominum perierint. *Chronicon Martini Poloni, Fasciculus temporum. Johannes de Oppido* addit, mare retrogradum esse conversum, & ultra quinque hominum millia ... in Sicilia. Et in Italia grandines, anterum ovi magnitudine acciderunt. *Bergomensis.* Tempestates itidem crebræ & fluviorum ... fuere maximæ, terræ fluvi ... maritimæ complures interierunt; domus integræ ... quibusdam in summitate sedentibus ... in ... alii, omnes perierunt. *Metropolis Crantzii.*

Hanc calamitatem mox alia subsecuta est, terræmotus scilicet, & tonitrua, prostrati bovis mugitum referentia. Fulgure multorum enses comburebantur, illæsis vaginis: & equitantium crura torrebantur, ocreis salvis: segetes concidebantur. *Chron. German.*

Eclipsis Lunæ facta est: quam obitus Reginæ Franciæ statim est secutus, anno 1160 *Iposthenes.* Anno eodem, Nonis Aprilis, urbs Frisingensis penitus, cum universis templis, tam majoribus, quam minoribus, Sacerdotumque cōtuberniis, justo Dei in idololatriā judicio, igni absumitur. Hanc calamitatē *inquit Radevicus**) nonnulla prodigiorum indicia præcesserunt. Quadam enim vice, in die Circumcisionis Domini, dum ad Missam solennem Presbyter altari majori assisteret; & jam ... secreti idómum resolvisset silentium: calix cum sanguine ita protius eversus & ... altare in conspectu omnium effusus est; ut nec stilla superfuisset. Sed prudentissimus Episcopus, omine sati nihil prosperum auguratum est: præsciens, jejuniis & litaniis divinam animadversionem prævenirí atque placari, persuasit. Per idem quoque tempus, monstra quædam quadrupedia, ... hantasmata ... & visa sunt, tam à clericis veracibus, quam a laicis, hinc-inde volare. Feræ bestiæ, utpote vulpes & lepores, pastophoria ecclesiæ, & officina Canonicorum ingressæ, velut domesticæ, laqueum sibi captionis imponi non abnuebant. Pueri ac puellulæ, per mediam civitatem sæpius processionem agentes, easque litanias imitantes, jocis suis gravia seria portenderunt. Nam & sequenti anno locus ipse, ubi major ecclesia & cathedralis sedes fabricanda erat, fulmine ictus, cœlesti igne conflagravit. Ululæ, upupæ, bubones, toto anno in tectis funebria personantes, lugubri voce aures omnium repleverunt: pilosi, quos Satyros vocant, in domibus plerumque audiri. Eadem fuit & Spirensis ecclesiæ, ferè iisdem diebus, fortuna. *Idem Radevicus.**

Gandavi natus est infans triceps, cum caudā pecudis. Et apud sanctum Audomarum, biceps virilis & muliebris sexus ... habens unicum, sed quatuor brachia. *Chron. Flandriæ.*

Terra contremuit, Calendis Januar ... in ... Constantino... castro sancti Laudi, circa horam pri... am, anno 161. *Continuator Sigeberti.*

Nia ... nusitata ... Medi ... ictibus duodecim ... corpora, sed etiam ... crimina quoque ... anno ... Bergomensis ... lum, duri ... Anno 116 *Chronicon German.*

Circa dies ... quando ... promotus ... sacerdotii gradum in ecclesiā Lubecensi, Conradus quod factum est annum salutis circiter 116 ... Calend. Martii: orta est tempestas maxima & totum, procellæ, fulgurum coruscatio, & tonitrui fragor: quæ passim multas ædes, aut incenderunt, aut subruerunt. Insuper tanta Mari exundatio oborta est, quanta non est audita a diebus antiquis: quæ involvit omnem terram maritimam ... & Hadelen, & omnem terram palustrem Albis & Wirræ, & omnium fluminum, quæ descendunt in Oceanum mare, & submersa sunt multa millia hominum & jumentorum. *Helmoldus.** Sub idem tempus grandinis, quā arbores, domorum fastigia, & homines non-pauci prostrati sint, mentio fit *in Saxonica Chronico.*

Apud Polonos, graviter fame laboratum est. *Cromerus.**

Mense Junio, in Britanniā, minore scilicet, in Recello, sanguis pluit, & de ripis cujusdam fontis ibidem effluxit anno ... Fame item & peste Cenomani, maximè in Aquitaniā, laborarunt. *Continuator Sigeberti.* Brugis concidit turris templi B. Mariæ. *Chronic. Flandriæ.*

¶ Anno 1164. apud Senonas die Parasceves, cùm Alexander Pontifex Romanus Missam celebraret, ... facta sunt ... & in recitatione Passionis dominicæ dum Lector pervenisset ad hæc verba, *Consummatum est;* fulgur tam stupendum cecidit, tantusque fragor intonuit, ut Alexander, relicto altari, & Lector, omissā lectione ac omnes qui aderant, fugā sibi consulendum existimarent. *Metropolis Crantzii, & Chronicon Cosinedromis.*

Præterea, Oceanus, in partibus inferioribus, limites suos egressus per milliaria 12. XIV. Calend. Martii, multa hominum millia utriusque sexus, & diversæ ætatis, maximè circa Vlingim, absorpsit. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi. Chronicon Saxonica* addit ventorum turbines, quibus multa ædificia concussa; segetum calamitatem maximam; & multorum infantum obitum, & tonitrua frequentia.

Eodem anno, Calendis Octob. trium penè horarum spatio, visi sunt tres circuli circa Solem: quibus inde evanescentibus, duo soles oriri videbantur. *Raynulphus.* Polydorus Virgilius.*

In episcopatu Dolano, mense Augusto, sanguinea pluvia decidit, anno 1165. *Continuator Sigeberti.*

¶ Instante Malcolmi, Scotorum Regis, fatali die, (obiit is anno 1165.) quatuordecim diebus, antequam ea è vitā decederet, Cometa duobus longissimis radiis ardere visus est. *Boethius.**

Eodem anno, in Norfolchiā & Sothfolchiā, terræ motus plurimos prostravit homines. *Matthæus Parisius.*

Præterea tempestate quādam, in Ruthenensi agro, homines graviter sunt afflicti. Lupi quoque, incredibili ferociā, parvulos ab uberibus maternis raptos, crudeliter devorarunt. *Vincentius.**

Friderici exercitus, qui Romam oppugnabat, maxima pars fame & peste occubuit, anno 116 ... *Helmoldus.**

¶ Anno abhinc quarto, in vigilia Natalis Domini, in Occasu, duæ stellæ ignei coloris, quarum una erat magna, altera parva, apparuere: fuerunt, initio quasi conjunctæ, postea disjunctæ, & longo spatio distantes, apparere desierunt. Civitas hinc Tiu oneusis, ac templum cathedrale, incendio perierunt.

Luna bis defecit: nimirum Nonis Martiis, primā horā noctis. Deinde 4. Calend. Septembris. Idibus ejusdem Mensis, Sol penè totus circa meridiem obscuratus est. *Continuator Sigeberti.*

Sequenti anno, tres Soles simul visi sunt in Occasu, Nonis Septembris, & post duas horas, deficientibus duobus, is, qui medius fuerat, solus recidit. & simili planè modo, anni ... proximis, tres Lunæ apparuerunt. Adhæc, terræmotus civitates plurimas & villas subruit, & multa hominum millia terræ hiatus deglutivit. *Chronicon German.* Anno ... *Bergomensis.*

¶ Urbs Siciliæ, Cathama, subterraneæ concussione subversa est, quo casu Episcopus cum clero Abbas item de

*Lib. 12. *Lib. 4. c. 13 *L. vid. c. 14. *Lib. 1. *Lib. 1. *Lib. 6. *Lib. 13. *Lib. 29. c. ... *Lib. ...

Mileto, cum [illegible]aginta monachis, & de plebe circiter 150. subitò interierunt. Plura etiam castella ejusdem insulæ commota sunt: & in partibus transmarinis, plurimi homines urbesque ceciderunt. Contremuit quoque Antiochia, & urbs Hierosolyma. *Vincentius.* * Sed de his Tyrii verba adscribimus. * *Anno Almarici Regis quinto, qui fuit Christi 1170. mense Junio, tantus tamq; vehemens, circa partes Orientales, terræmotus factus est: quantus qualisq; memoria seculi præsentis hominum, nunquam legitur accidisse. Hic universæ Orientalis tractûs urbes, antiquissimas & munitissimas, funditùs diruens, habitatores earum ruinâ involvens, ædificiorum fastus contrivit; ità ut ad exiguam redigeret paucitatem. Non erat usq; ad extremum terræ locus; quem familiaris jactura, dolorq; domesticus, non angeret: ubiq; luctus, ubiq; funebria tractabantur. Inter quas & provinciarum nostrarum, Syriæ & Phœnicis, urbes quam-maximæ, & serie seculorum antiquitate nobiles, solo-tenus dejectæ. In Cœlesyriâ, multarum provinciarum metropolim, olimq; multorum moderatricem regnorum, Antiochiam, cum populo in eâ commorante, stravit funditùs: mœnia, & in eorum circuitu turres validissimas, incomparabilis soliditatis opera, ecclesias, & qualibet ædificia, tanto subvertit impetu: quòd usq; hodie, ecclesia sumtibus immensis, & multis laboribus, continuâ solicitudine & indefesso studio, vix possunt saltèm ad statum mediocrem reparari. Ceciderunt in eâdem provinciâ urbes egregiæ; de maritimis quædam, Gabulum & Laodicea: de Mediterraneis verò, licet ab hostibus detinerentur, Nerea, quæ alio nomine dicitur Alapia, Cæsar, Haman, Emissa, & alia multa: municipiorum autem non erat numerus. In Phœnice autem, Tripolis, civitas nobilis & populosa, 3. Calendas Julii, tanto terræ-motûs impetu, circa primam diei horam, subitò concussa est: ut vix unus de omnibus, qui intra ejus ambitum reperti sunt, salutis via pateret. Facta est tota civitas, quasi agger lapidum; & oppressorum civium tumulus, & sepulcrum publicum. Sed & Tyrus, quæ est ejusdem provinciæ metropolis, terræ-motum violentior, absq; civium tamen periculo, turres quasdam robustissimas dejecit. Inveniebantur, tam apud nos, quam apud hostes, oppida semiruta; & insidiis hostium latè patentia. Sed dum quisq; districtis judicii iram sibi metuit, alium molestare pertimescit.*

Per Germaniam quoque terræ-motus maximi, & ingens aquarum inundatio facta est. Callina, Siciliæ urbs, terræ-motu quassata, concidit, cum magnâ hominum multitudine. *Lycosthenes.*

Fiscanensis ecclesia incendio conflagravit, anno 1170. 15. Calend. Julii: *ut Sigeberti narrat Continuator.*

Sacerdos quidâ in Danorum terrâ, quæ dicitur Alsse, sacco assistens altari, sublato calice, sumturus hostiam, vidit in calice sanguinis & carnis speciem. Consternatus itaque, pontifici a[c] clero calice exhibuit. Hic cùm multi affirmarent, divinitùs id fieri, ad confirmandam in plebe fidem: pontifex, secùs rem considerans, inquit, gravissimam Ecclesiæ imminere calamitatem, & plurimum sanguinis Christiani effusum iri. Cujus vaticinii veritatem eventus, post dies quatuordecim, comprobavit; exercitu Sclavorum irruente, ac omnia occupante, & ecclesias subvertente. *Idem.*

¶ Anno 1171. mare limites suos in Quadragesimâ excessit. Messis etiam multis in locis periit, à fluctibus absorpta.

Ossa cujusdā gigantis, in Angliâ, alluvione detecta sunt; cujus longitudo fuit pedum 50. *Sigebertus.* Pestis, in homines & pecora sævientis, meminit *Chronicon Saxoniæ.*

¶ Urbs Cenumanensis, castrum pontis Ursonensis, ac Norwicium, anno 1172. conflagrarunt, cum sede episcopali, & cellis monachorum. *Continuator Sigeberti.*

Anno eodem, Calendis Februarii, Henricus II. Marchio Austriæ, casu equi in glacie improvide lapsus, dum cum suis satellitibus voluptatis gratiâ obequitat, exspirat. *Cuspinianus in Austriâ.*

Eodem anno, in villâ Bemundâ, natus est agnus, unum habens caput, pedes tres, & duas caudas. *Erfordiensis.*

Anno 1172. mulier quædam, apud Xanthum, peperisse dicitur infantem, duo capita, [t]ria brachia, & tres pedes habentem. *Chronicon Cosmedromii.*

¶ A[nno] [illegible]. Calend. Januarii, crebra audita sunt tonitrua, & diversa loca, sacra & profana, horrendis fulminibus tacta sunt. *Vincentius.* * III. Idus Febr. igneas acies noctu in cœlo visendas se præbuisse, *Antoninus* testatur. *

Luna bis eclipsin passa est: postridie Marci Euangelistę, horâ noctis primâ. Deinde 14. Calend. Novembr. tertiâ noctis horâ, anno 1175. *Continuator Sigeberti.* Sub idem tempus Angliam pestis & fames afflixere. *Polydorus.*

Nix & gelu continuum fuit, à Natali[tiis] Domini, ad Purificationis Mariæ ferias. In vigiliâ Paschæ, circa meridiem, tantus ventorum impetus fuit: ut non modò domos, sed totas quoque sylvas, eradicârit, anno Christi [11]76. *Continuator Sigeberti.*

Eodem anno, 7. Idus Januarii, Oceanus, ruptis in Hollandiâ sepagulis, jumenta ferè omnia; hominum verò ingentem multitudinem, submersit: reliquis, procerarum arborum, vel domorum beneficio, ægrè salvatis. *Neubrigensis.**

Urbis Florentinæ major pars incendio periit. *Chronicon German.*

Sequente anno Sol defecit, Idibus Septēbris. *Vincētius.**

In æstate & autumno, tanta fuit siccitas: ut & sata agrorum, messis, & fœnum, perierit. In autumno, insitata aquarum inundatio accidit: & (*ut in Germanico Chronico habetur*) naufragia plurima audita sunt.

III. Calend. Decembris, sub noctem, exorta est tempestas maxima: & in ipsâ festi Andreæ celebritate, lux manè ab Oriente veniens, usque ad Occidētem apparuit. Pugnatum est tunc inter Christianos & Paganos, apud S. Georgium de Ramulâ. *Continuator Sigeberti.*

¶ Urbs Carnotum incendio periit, unà cum monasterio sancti Petri de Valle. Immune tamen ab hac calamitate fuit templum Mariæ sacrum, & collegium clericorum, anno 1178. Sanguinis quoque imbrem è cœlo fluxisse, tradunt *Polydorus Virgilius & Historia Anglica.*

Sidus immensum, plurimis circùm stellis paulò rubicūdiùs fulgentibus, noctem diemque perpetuò in Occidente fixum tenuit. *Boethius.* * Paucis exinde numeratis annis, in Natali Baptistæ, grando decidens, oves & capras occidit; ipsos etiam homines prostravit. Idibus Septembris, adeò Sol ipso meridie obscuratus est; cùm nulla tum eclipsis, nullæque cœlo nubes obductæ essent: ut pallidus esse horas propè duas appareret. In diœcesi Eboracensi, tonitruum & fulgurum impetu, monasteria quædam concidère. *Ibidem.*

Sequenti anno, Idibus Septembris, Sol defecit: & secuta est hyems asperrima. Aquæ etiam exundarunt; in-primis verò apud urbem Cenomanensem & Andegavensem: ubi, pontibus fluviorum ruptis, ædificia quamplurima, cum ingenti hominum multitudine, sunt acta. *Polydorus, & Chronicon Germanicum.*

Anno eodem, cùm Francorum Regis filia Constantinopolin duceretur, nuptui tradenda Imperatoris filio; universus comitatus, ad D. Benedictum, super Ligurim, divertit. Sed hospitibus jam ambitum meditantibus, incuriâ ministri ejusdam, ignem accendentis, universum cœnobium conflagrat. *Continuator Sigeberti.*

Sub obitum Manuelis Comneni, Constantinopolitani Imperatoris, mulier quædam, in Propontide habitans, puerum peperit, cætera perexilem & imbecillem; sed capite ingenti. Id principatûs multorum, quem omnis Imperii & disciplinæ contemtus sequitur, omen habitum. *Nicetas, sub Imperio Alexii Comneni, Manuelis filii.*

Diebus illis, (Alexio Comneno ad regni culmen sedente) Cometa in cœlo conspectus est: qui gravissimas clades, quæ consecutæ sunt, portendit; atque ipsum adeò Andronicum expressit. Nam serpentem sinuosum repræsentans, nunc porrigebatur; nunc in spiras se colligebat; nunc cum horrore intuentium, quasi inferiores ex alto devoraturus esset, humani sanguinis avidus, vastum rictum aperiebat. Sed cùm non ultra diei illius reliquum, & secutam noctem, durâsset; evanuit.

Accipiter quoque, aucupio exercitatus, albus, vincula pedibus gestans, qui plumi[s] in nido sæpè amissis repubue-

* li.29.c.17
* li.20.c.19
* li.29.c.17
* Ti.17.c.2 §11.
* lib 3.c.1.
* li 29.c.21.
* lib.3.11.

rat, ab Oriente, in ... maximum templum tetendit, ac Thomaiticam ædem ingressus, multos ad sui spectaculum attraxit. Erant etiam, qui eum comprehendere studerent: verùm ipse indè in magnum Palatium pervolavit; & super eo conclavi consedit, in quo recèns Imperio potitos, diademate redimitos, ab omni populo celebrari, moris est. Paulò pòst ad templum revertitur: & hoc circuitu ter peracto, tandem à quodam captus, ad Imperatorem affertur. Id auspicium quidam, planè ad Andronicum referentes, qui & sæpissimè in carcerem conjectus, & canus esset; eum statim pœnas gravissimas daturum, interpretabantur. Sed prudentiores, & sublimioribus præditi ingeniis, volatum illum ter repetitum, triennium significare asserebant; quo in Imperio exacto, Andronicus rursus in custodiâ & compedibus futurus esset. *Nicetas, sub Imperio Alexii Comneni Porphyrogeniti.*

¶ Sol deliquium passus est, 5. Calend. Februarii, anno salutis humanæ 1180. *Continuator Sigeberti.*

Magdeburgi duo templa, alterum Sebastiano, alterum B. Mariæ sacrum, cum duodecim sacellis, conflagrarunt. *Chronicon Saxoniæ.*

Mulier quædam, cùm feriâ quartâ vitam cum morte commutâsset, sabbato proximo vitæ restituta est.

Solis lumen defecit, tertiâ propemodum parte obscuratâ, unius æqualis horæ spatio, & 38. minutorum. Postea, 11. Calend. Januarii, eclipsata est Luna, noctis horâ tertiâ, & quidem paulò minùs, quàm medietas obtenebrata, duas ferè horas apparuit. *Continuator Sigeberti.*

Regni Hierosolymitani interitum, prodigia quædam denuntiâsse creduntur; quæ Lucii III. temporibus cœlo ostensa sunt. Atroces venti undique exoriebantur: Solis lux obscurata per aliquot horas: grando, ad instar ovi anserini, cœlo delapsa. Terra quoque, motibus tremoribusque crebris, ac horrendis, agitata. Nec mare obticuit, nuntians iram, solito majore redundans æstu. Ignis, in modum domûs ardentis, cœlo discurrebat. Jurares, omnia elementa, totumque Creatoris opificium, luam, facinora ac flagitia exagitare, & detestari. *Continuator Historiæ Belli sacri.** [* lib.24 c.1.]

¶ Augustæ, cœnobium Ulrico sacrum, die Alexio dicato, penitùs per Vulcanum in cineres redigitur, anno 1183. *Chron. German.*

In mediâ Quadragesimâ, terræmotus accidit in Gothiâ: & mense Aprili, Luna ex parte obscurata est, anno 1185. *Vincentius.*

Herebertus archiepiscopus, cum clero & familiâ, & magno civium numero, in Apuliâ, terræ-motu quodam absorptus est. *Balæus, ex Nicolao Triveto.*

Anno sequente, eclipsin Sol passus est: quem non modò pestis acerrima, in Poloniâ & Russiâ; sed etiam hyems adeò calida est subsecuta: ut terræ fructus solito maturiùs provenerint. Messis enim in Majo; vindemia autem in Augusto fuit. *Lycosthenes.*

In Carinthiâ, ingens locustarum multitudo, cum insigni corporis magnitudine, arborum germina & sata depasta, magnam terræ sterilitatem induxit: quam caritas annonæ, fames, & pestis, est subsecuta. *Cuspinianus.*

Sol iterum defecit in feriis Baptistæ, horâ diei sextâ, anno Christi 1187. *Funccius.* Exundationis præterea maximæ, *Chronicon Saxoniæ* meminit.

Anno abhinc quarto, horrenda Solis facta est eclipsis, 9. Calend. Julii. Ab horâ enim tertiâ, ad nonam usque, duravit. *Chronicon Martini Poloni. Bonfinius* scribit, hunc defectum apparuisse sequenti anno, post coronationem Heinrici VI.

¶ Isaaci Angeli temporibus, stellæ aliquando interdiu conspectæ sunt: aër turbulentus fuit: circuli, quos areas vocant, Solem ambiverunt: unde lumen ejus non purum, sed pallidius emicuit. *Nicetas, de Imperio Isaaci Angeli.** [* lib. 1.]

Ferunt, Ricardo, Anglorum Rege, funeri patris obviâ facto, sanguinem è naribus demortui subitò manâsse; quasi indignantis, propter impii filii adspectum. Mors ejus mirabili prodigio præcognita dicitur; sicut in credulũ vulgus jam tùm exiit. Paucis diebus ante mortem, ex quodam lacu in Normanniâ, pisces, noctu in terram exsilientes, tanto strepitu ferunt congressos: ut multi mortales accurrerint illuc, visum miraculum; nullumque piscem in lacu superstitem invenerint. *Polydorus.** [* lib. 19]

Dum Philippus, Francorum Rex, ad sacrum bellum iturus, Genuæ cum classe ventum exspectat; uno eodemque die, quinquies fulmen cœlo decidit. Ingressus mare, aliquamdiu prosperè cursum tenuit. at cùm jam ipsam Siciliam in conspectu haberet: tempestate vehementi exortâ, naves disjectæ sunt; aliæ fractæ, aliæ fluctibus submersæ, aliæ armamentis laceratæ & nudatæ. Tandem miserè jactatus Rex, Messanam venit. Dum ibi classem reficit: supervenit Richardus; qui ad Dunstabulum vicum, sereno cœlo, medio die, in aëre, crucem, & in eâ hominis pendentis imaginem, viderat. quod prodigium is rei benè gerendæ putat indicium. *Continuator sacræ Historiæ*, * *Neubrigensis.** *Ranulphus in Polychronica* * ad annum 1187. refert, & *Polydorus.* [* lib.2.c.8.] [* lib.4 c.8] [* lib 7.c.25]

Eodem anno, ecclesia Cicestriensis, cum universâ civitate, in favillas redigitur. *Matth. Parisius.*

¶ Pridie Idus Januarii, anno 1191. Christianis Acconem urbem, post Friderici Imperatoris obitum, obsidentibus, horrendo fragore cœpit cœlum frigidissimum intonare: decidebant grandines densissimæ: micabat cœlum ignibus crebris. indè imber vento permixtus, secutus fragor cadentium fulminum: vis magna aquarum ex aere se profundit: ipsa terra tremoribus concutitur; Acconensis muri partem magnam prosternit: sæva tempestas in mari orta, fluctus maris in molem & aggeres urbis illisit; submersit naves quatuor, triremes duodecim, annonâ & commeatu plenas: virorum quoque non-parvus numerus in iis absumtus. *Continuator Historiæ Sacri belli.** Et addit *Paulus Aemylius,** Regis Hierosolymitani cubicularium, visum sibi per quietem videre pergrandem aquilam, septem jacula unguibus uncis gestantem, copias Latinorum circumvolitare, ac vocem hujusmodi humanam edere; Væ Hierosolymis. [* lib. 2.c 9.] [* lib.5.]

Apud Rugianos, precibus Sacerdotum, (quos Absolon Roschildensis devictis illis populis præfecerat) complures infirmos subitò sanatos, *Saxo* asserit.* Et addit: Ibidem quoque nuper clarum inauditi generis miraculum incidit. Matrona quædam, à viro immerens adulterii insimulata, cùm, purgandæ infamiæ gratiâ, candenti laminæ dextram obtulisset, subitò ferrum, quod exceptura erat, perinde atque innoxiæ manûs contactum fugiens, neglecto pondere, in sublime se extulit; penduloque motu gradientis fœminæ incessum comitans, cùm ante aram jactandum erat, inter religiosam adstantium admirationem, proprio impulsu humi decidit. Ea res, & mulieris infamiam levavit; & visentium animos religioni proniores effecit. [* lib 14.]

Ludovico juniori, Francorum Regi, priusquàm illi nasceretur filius Philippus, hoc somnium oblatum est. Videre visus est filium calicem manu tenere, humani cruoris plenum, eumque suis Proceribus propinare; ex quo ipsi biberent imperterriti. *Robertus Gaguinus.** [* lib.6.]

SUB HEINRICO VI.

Fames in Galliâ vehementer grassata est. *Funccius.*

Apud Nongentum, in Pertico, militum acies ex aere in terram descendere visæ sunt: ibique factâ inter se pugnâ, iterum evanuerunt. Mense Novembri, Luna deliquium patitur. *Vincentius.** Eclipsis Solis meminit *Antoninus.* [* lib.20 c.58.]

In pago Belvacensi, inter Clarum-montem & Compendium, tantæ pluviæ, cum tonitruis ac fulminibus tempestatibusque, factæ sunt; ut omnem hominum memoriã superarint. Lapides enim, ad quantitatem ovorum, quadrãguli, mixtim de cœlo cum pluviâ cadentes, arbores fructiferas, vineas & segetes, omninò destruxerunt. *Antoninus.* Villæ quoque, in pluribus locis, à fulminibus dejectæ atque combustæ sunt. Corvi quoque & alterius generis aves, immensæ multitudinis, hinc-inde volitantes, ardentes carbones rostris portare visi sunt; quibus domos plurimas incendebant. *Flores temporum Gigantis.*

In episcopatu quoque Laudunensi, castrõ quoddã circa

Clarimontem

Glivimontem, fulminibus de cœlo penitùs destructum est, anno 1194. *Vincentius.**

Tantus etiam apud Thuringos æstus fuit: ut Unstrotum fluvium, multis in locis, sicco pede transire homines possent. *Chronicon Mersburgense.*

¶ Anno 1193. mense Januario, signum in cœlo terribile vidimus: *inquit Gulielmus Neubrigensis.** Nam circa primam noctis vigiliam, media inter Boream & Subsolanum cœli plaga itá rubuit; ut quasi ardere videretur: cùm nec levi obduceretur nubeculâ; sed sidera clarè micarent: eodem tamen rubore igneo, & quasi albentibus lineis intercisо, ità infecta, ut luce quâdam sanguineâ rutilarent. Cumque hæc horribilis species, per cunctos Angliæ fines, duarum ferè horarum spatio, oculos animosque, cum stupore intuentium, tenuisset intentos; tandem paulatim evanescens disparuit. Anni verò sequentis mense Februario, simillimum, plagâ cœli non-mutatâ, per universam Angliam, signum emicuit, post mediam noctem. Eodem anno, 4. Nonas Novembris, ante crepusculum matutinum, idem ipsum signum, in eâdem cœli plagâ, tertiò apparuit.

Anno 1195. Brunsvigæ, primarium templum fulgure tactum comburitur. Quo incendio, cùm humanâ arte non posset, per largum imbrem sedato, mox Heinricus Leo, præstantissimus Saxonum Dux, animam reddidit. *Chron. Saxoniæ.*

Eodem anno, tantâ violentiâ lego (*inquit Meyerus**) flavisse Africum; ut templa, turres, arbores, terræ æquaverit.

In Martio mense, subita & nimia aquarum fluminumq; inundatio facta, pluribus in locis villas destruxit, oppida diruit, & incolas magnâ ex parte extinxit: anno Christi 1196. *Vincentius, Antoninus.*

Et de hujus anni ventorum tempestate, & fame subsequente, hos (*inquit Meyerus in Chronico Flandriæ*) invenio triviales rhythmos:

Turbine ventorum fit magna ruina domorum:
Fabrica multarum confringitur ecclesiarum:
Decidit & multi generis radicitùs arbor.
Clade famis dira plures cœpêre perire;
Sævius in miseros nimium quæ quinque per annos:
Sex denis solidis emitur tritici corus unus.

Anno 1197. dum apud vicum quendam, qui Audelaicus dicitur, in Rothomagensi diœcesi, arcem exstruit Richardus, Angliæ Rex: ipso aliquando præsente, & operas urgente, largus imber, multo sanguine mixtus, cœlitùs destillat. *Neubrigensis.**

Terræ tremor, 4. Nonas Maii, orbem terrarum graviter concussit; casas, ædes, templa subruit. Apud Longionis, pagum Bojariæ, qui cum Hercinio jugo ad Bohemiam pertinet, annum & sex menses continuatus est. Incolæ relictis ædificiis, sub dio manere coacti sunt.

Apud Rossetum, dum Sacrificulus more solito Missam celebraret, vinum, in hominum conspectu, mutatum est in sanguinem, & panis in carnem. Sic olim Augustæ Rhetorum, hostia sacra in carnem cruentam versa est.

In Vermendesio, miles quidam, qui mortuus fuerat, revixit, multaque futura multis prædixit; & postea, etiam sinè cibo & potu, longo tempore vixit.

In Galliâ, circa festum Baptistæ, ros, in nocte de cœlo cadens, mellis dulcedinem superabat. Mense autem Julio, orta est tempestas valida: tantæq; magnitudinis lapides de cœlo ceciderunt: ut suo impetu, à Tremblaco usque ad monasterium Chale, & loca vicina, non segetes modò & vineas; sed ipsa etiam nemora, & hominum preciosa ædificia, destruxerint: anno 1198. *Vincentius,* Antoninus.*

Anno sequente, ingens terræ motus, tempore meridiano excitatus, aliquot diebus consequentibus, plurima ædificia, in Poloniâ & vicinis regionibus, conquassavit. *Cromerus.*

Sub ordinis Teutonici exortum, Aquilonares venti, continuos annos 12. apud Borussos magno impetu spirantes, maximarum tempestatum causa exstitère: quibus Prutenicæ naves penè omnes in nihilum redactæ sunt. *Chron. Borussiacum.*

DE MIRACULIS SUperstitiosis & fabulosis.

Hugo de S. Victore, infirmatus ad mortem, cùm vitio stomachi ad vomitum laboraret; ne Sacramento irreverentiam faceret, ait: *Ascendat filius ad patrem suum, & servus ad dominum suum, qui fecit illum.* Et Eucharistia disparuit. Et Deo suo spiritum reddidit. *Schedelius.**

ILLUSIONES ET MENDACIA, pro Sanctorum cultu & invocatione stabiliendâ.

Anno 1117. apud Cremonam, quidam infantulus, in cunis jacens, matrem, cibum familiæ parâtem, compellavit; ut a ventris curâ cessaret. Deum enim gravibus pœnis perversam hominum vitam ulcisci constituisse: sed Dei-genitricem, ante tribunal Christi adstantem, instantissimis precibus obstare. Hæc cùm dixisset, iterum conticuit. *Dodechinus, in Appendice Mariani Scoti.*

Ad corpus D. Benedicti, Cassini, Hugonis cujusdam crura fracta, in integrum restituuntur. *Chron. Cassinense.** Et quidam claudus, mutus, surdus, cæcus, curantur. *Ibidem.**

In castro Sanctorum septem fratrum, Albericus quidam, nobilis puer, cùm decimū ageret ætatis annum, morbo correptus, ad extrema perductus est. Quo tempore, diebus novem, & totidem noctibus, immobilis, ac sinè sensu, quasi mortuus jacuit. Hoc autem intervallo, a B. Petro apostolo, duobusq; Angelis, per loca pœnarum deductus, ad infernale barathrum devenit. Deinum ad paradisi amœna delatus, vidit Sanctorum mansiones: atque in cœlum sublevatus aëreum, à B. Petro sufficienter edoctus de veteri Testamento, de peccatorum pœnis, gloriâque Sanctorum, vidit arcana quædam, quæ loqui prohibitus est: sicque per provincias 72. ab eodem Apostolo deductus, vitæ redditus est. *Chronicon Cassinense.**

Johannes Patriarcha Indorum, Romam veniens, Calisto retulit; S. Thomam quotannis, in civitate Hulnâ, se conspiciendum semel præbere, ac sacram Cœnam distribuere: sed si qui indignè accedat, mox manum retrahere. *Schedelius.**

Ad Anshelmi Beluacensis sepulcrum, divinitùs lampades accensæ sunt: exceptâ unâ, cui usurarius quidam oleum subministrabat. *Idem.*

Sacro igne incensi, in Suessionensi urbe, in B. Mariæ templum convenère; ibique Dei misericordiam, & B. Mariæ opem implorarunt. Ad horum preces, mox advenit Maria, sanctorum spirituum agmina secum trahens, tanto strepitu; ut ter subterraneo motu templum concuti crederes: multique territi fugam capessunt. Sed cùm animum iidem recepissent, redierunt: moxque omnis languor sublatus est. Cæterùm erat in sanatorum numero puer quidam, annorum 11. bubulcus, qui se in Dei conspectum raptum asserebat; ibiq; Mariam, pro populi salute interpellantem, conspexisse; ipsamque hoc responsi indè reportasse: *Mater, tu es maris stella, fiat omnis voluntas tua.* Caussam etiam morbi tùm simul ibi proditam: quòd videlicet matris suæ templum non splendidiùs exornarent. [O extremam Pontificiorum impudentiam, confingendi mendacia, pro suâ religione stabiliendâ.] *Vincentius,* & Sigeberti Continuator.*

Contigit, ut vice quâdam S. Nicolai natalitia Vicelinus celebraturus, Paderburnæ, (cujus obsequio se totum manciparat) in oratorio S. Brigittæ, socios conveniret: ubi, vespertino & matutino officio, solenniter expleto, angelicæ voces à quibusdam auditæ sunt; psallentes juxta morem cleri Responsorium: Beatus Nicolaus jam triumpho potitus. *Helmoldus in Chronico Sclavorum.**

Heinricus Leo, Terram sanctam visurus, in magnum, cum universo comitatu, periculum in mari incidit: ita ut præsens mors omnium oculis obversaretur. Erat autem inter eos quidam bonæ conversationis homo; qui ob imminens periculum graviter anxiebatur: & inter ipsas mentis & pelagi fluctuationes, repentè somno depressus, vidit

adit autem [illegible] virginem pulcerrimam, quæ dixit ad eum: *Times maris periculum?* Et ille: *Domina,* inquit, *clarissima, tenent nos angustiæ: & nisi Deus cœli respexerit nos, quantocyus peribemus.* Et illa: *Confide,* inquit, *non peribitis: sed propter orationes cujusdam, qui in hac navi me invocare non cessat, ab instanti periculo liberi eritis.* Heinricus autem, Brunsuigensis abbas, notabatur. Nec eos fefellit visio. Nam salvi omnes periculum evasère. *Chronicon Sclavorum.** [* cap. 6.]

Mariæ beneficio, navicula quædam, in Rhodano submersa, e fundo reducitur, salvis mercibus & ipsis hominibus. Et mulier, quæ menses triginta uterum gesserat, ejusdem ope imploratâ, onere levatur. Nam fœtus putrefactus, aperto divinitùs umbilico, frustillatim indè exemtus est. *Vincentius.** [* li. 29. c. 4.]

Dum octavam Nativitatis beatæ Mariæ, aliquandò Bruno, Hildesianus episcopus, solennem ageret: in templo, inter boandum, ipsi vitendam se præbuit. Maria. Quam in genua procidens episcopus sic compellat: *O' cœli regina, quid ex sublimi ad me miserum homuncionem venire dignata es?* Cui illa respondit: *Ex animo lætor, quod, te autore, mea nativitatis memoria tantâ celebritate peragitur; unde & singularis meo Filio honor emergit.* His dictis, in teneras auras evanuit. Hinc deinceps, octava Nativitatis Mariæ, maximè sacra haberi cœpit. *Chronicon Saxoniæ.*

Trium Regum (quos vocant) ossa, expugnato Mediolano, Reinholdus episcopus, camelo imposita, Coloniam versùs misit: ac cùm in itinere camelum, cum tanto thesauro, perdidissent custodes; orationibus & jejuniis tantum obtinuerunt apud deum suum; ut per aëra camelus ille reversus, reliquo cœtui se adjungeret. [O' crassum & inauditum mendacium!] *Chron. Saxoniæ.*

Galdricus, beati Bernhardi avunculus, cùm in Claravalle aliquantos jam peragerer annos, fervens spiritu, & totius boni æmulator, ex hac luce migravit. Qui ante unam ferè horam mortis, turbatus ad momentum, & toto corpore terribiliter motus, intremuit: sed ad pristinam serenitatem reversus, vultu deinceps placidissimo exspiravit. Noluit autem Dominus, felicitum abbatis animum hujus rei cognitione fraudari. Siquidem post aliquot dies, idem Galdricus, apparens ei in visu noctis; cùm erga se omnia prospera esse sciscitanti respõderet, & in magnâ se-se gratularetur felicitate locatum; demum interrogatus est: Quidnam sibi voluit tam acerba illa in morte, tamq; repentina commotio? Dicebat autẽ, quòd eâ horâ duo spiritus nequam, velut in puteum horrendæ profunditatis, eum præcipitare parassent, unde territus ità contremuisset: sed beato Petro accurrente, ereptus, nihil sensisset deinceps læsionis. *Vita Bernhardi.** [* li. 1. c. 10.]

PRO ERRORE, QUO'D SANCTI mortui contemtum sui & violationem ulciscantur.

LOtharii Imperatoris Cancellarius, qui Casinensibus monachis malum crearat, apud Salernum decũbens, sæpiùs has voces iteravit: *Benedicte & Maure, cur me occiditis?* Ac inter hos ce clamores spiritum reddidit. Ejusdem anima, à Crescentio quodam monacho, in lacu igneo volutari, in somnis visa est. *Chron. Casin.** [* li. 4. c. 101. 102. 103.]

Miles quidam, in Mariam de Rochemador leve quoddam convitium jactitans, mox membris contractis prosternitur. Sed pœnitentiâ ductus, & ejus opem implorans, sanitatem recuperat. *Vincentius.** [* li. 29. c. 5.]

Cùm in ecclesiâ S. Stephani inventa fuissent corpora monachorum, Paulini & Augustini, Benedicti discipulorum, cum duobus aliis sepulta: dæmoniacus quidam illuc adveniens, clamare cœpit, ac dicere; *Paulinus & Augustinus, Benedicti discipuli, cum duobus sociis suis, hinc me ejiciunt.* Hæc dum crebrò per os illius Diabolus diceret, egressus cum sanguine est. *Chronicon Casinense.** [* li. 4. c. 24.]

Dum de pace agitur, inter Heinricum Anglorum & Philippum Francorum Reges: quidam introducti à Richardo, Heinrici Anglorum Regis filio, satellites, (quos illa ætas Coterellos appellavit) dum aleâ ludunt; quidam, perditis nummis [illegible] bemus in Deum, dum simulacrum Virginis, filium dextra gestantis, in templ[illegible] spicit, jacto in imaginem lapide, brachii partem à filio abrupit: ex quo profluens cruor, multis ægrotantibus remedium præstitit. Satelles autem, Virginis contemtor, à dæmonio mox abreptus, eodem die spiritum miserabiliter efflavit. Nemo igitur venerabiles imagines Sanctorum despiciat: quæ tametsi nihil in se divinitatis obtinent; sunt tamen ad monumentum virtutis populo exhibitæ: admonentque humanam mẽtem, imitari eorum spectatissimam vitam; quorum imagines in honore haberi videnr. *ut Robertus Gagninus** *loquitur.* [* lib. 8.]

PRO CONFIRMANDO ERrore, Sanctos mortuos, quid facere debeant, homines docere.

BEnedictus, Casinensium monachorum patronus, per quendam Hispanum eosdem monet: ut tum ipsi, tum omnes ejus terræ incolæ, nudis pedibus ad templum veniant, peccatorum veniam petitum, pœnis atrocibus jam imminentibus. Quo facto, terræmotus, qui alioqui plurima irrogabat damna, nihil eis attulit incommodi. Hæc cùm innotuissent, Benedicti scilicet interventu hisce malis ereptum fuisse: magno impetu ad ejus sepulcrum se prostravère obesi illi monachi; ipsius porrò intercessionem apud Deum expetentes. *Chronicon Cas.** [* [illegible]]

Vicelinus post mortem apparuit, primò Sacerdoti cuidam Volchardo, negligenti dare constitutas eleemosynas pro animâ ipsius. Deinde Virgini cuidam: quam jubet indicare Epponi; ut cesset flere propter ipsius mortem. Tertiò mulieri cæcæ, cui visum restituit. *Helmoldus in Chronico Sclavorum.** [* cap. 79.]

Anno Christi 1182. vel circiter, apparuit Domina nostra fabro-lignario, opus facienti in quâdam sylvâ; & obtulit ei sigillum imaginis suæ & filii sui, Salvatoris nostri, cujus talis inscriptio erat: *Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.* & dixit ei, ut ferret illud sigillum ad episcopum Podiensem: ut prædicaret in provinciâ suâ, & aliis circumquaque: ut omnes, qui vellent pacem tenere S. Ecclesiæ & filiis suis, facerent hujusmodi sigilla, & portarent, in signum pacis & innocentiæ, & dato sacramento, pacem tenerent; & inimicos pacis destruerent. Quod & factum est. Nam multi Episcopi, Consules, virique Consulares, mediocres & pauperes, hanc sectam amplexi, pacem colunt; & inimicos pacis persequuntur. *Continuator Sigeberti.*

PRO RELIQUIARUM cultu.

BArtholomæus, Laudunensis antistes, cùm suam ecclesiam, quæ igne absumta fuerat, reparare studeret: decem & quatuor ex universo clero elegit viros; qui feretrum S. Mariæ Laudunensis, aliarumque reliquiarum capsulas, per diversas provincias circumferrent. Per quas plurima tùm miracula facta, Laudunenses clerici prodidère: ex quibus *Vincentius*, (ut ipse ait) ædificationis (sed veriùs dixisset, ludificationis) causâ, hæc annotat. Apud Isoldunum, duo contracti, quorum calces natibus adhærebant, sanati. Buscenci, puer quindecim annorum, surdus & mutus, curatur. Turonis, mulier, quæ annos octo gravi cum morbo conflictata fuerat, jussu Mariæ, quæ ei in somnis noctu apparuerat, ad feretrum illud delata, sanitati restituitur: & juvenis surdus & mutus, organorum integritatem recipit. Monachus quidam, sui commodi gratiâ, minùs honorificè feretrum tractans, epilepsiâ corripitur: & major campana, turri ruptâ decidens, confracta est. Carnoti, duæ mulieres curantur: & captivus quidam vinculis liberatur. Tantum autem quæstum fecère hi mendici: ut indè ecclesia Laudunensis magnâ ex parte reparata sit. Sed cùm jam sumtus ad reliqua etiam ædificia deficerent; in Angliam mendicatum abierunt. Ibi, earundem reliquiarum beneficio, Johannes quidam surdus & mutus sanatur: vir quidam senex, annos duodecim visu privatur, aquâ lotus, quâ tinctæ fuerant reliquiæ, lumen recipit: & puella, ma-

num habens aridam, curatur. Tanta etiam [illegible] arum [illegible] fuit: ut piratas reprimerent [illegible] patiendi facultatem concede[illegible]it. Cantuariæ, cæci, surdi, muti quam-plures restituuntur. Ad Christi Kerkam cùm venissent: à [illegible] lero hospitium Mariæ denegatum est. sed iis discedentibus, draco, quinque habens capita, è mari prosiliens, & flammas sulfureas è naribus spirans, templum illud Sacerdotumque domos succendit. ac cùm in naviculam, clerici corrasam subitò deportassent supellectilem: eò magno impetu transvolat draco; eamque in cineres uno momento redigit. Excestriæ, sedecim infirmi curantur. Ac cùm quidam ad feretrum, osculandi gratiâ, accederet, oreque oblatæ partem pecuniæ surripuisset: ad desperationem compulsus, laqueo se strangulavit. Narrantur hæc miracula facta anno 1114. & sequenti. *Vincentius.**

[Sed quis sanæ mentis homo non detestetur hæc mendacia?] Ac *idem autor** testatur; fuisse quosdam, qui quæstûs gratiâ, per magiam, hæc miracula fieri, apertè contestati sint: sed mox aliò deflectit orationem. Denique, de Tundali visionibus, idem, verba facere cessans, subjungit: *Hæ visiones, & similes, apud doctores nostros calumniam patiuntur, &* [Tanta scilicet est mendaciorũ impudentia; ut ipsos eorum propemodum pudeat: attamen quæstûs gratiâ non contradicunt gravius.]

Cùm aliquando Cæsarii martyris caput Bernhardo offerretur; ut indè, quod vellet, eximeret: ipse dentem unum sibi dari petiit. Sed is nullâ vi vel arte erui valuit per monachos, fractis etiam cultellis. Tum Bernhardus; Orandum nobis est, ait: nec enim habere possumus, nisi martyr ipse concedat. Factâ oratione, facilimè ipse Bernhardus dentem evulsit. *In Vitâ Bernhardi**

PRO CONFIRMANDA MISsa Pontificiâ, Romanorúmque primatu.

CUm Armeniorum episcoporum, eorumque metropolitani, Legati, sacro altari, Eugenio Romano Pontifice Missam celebrante, Viterbii, adstarent intenti: unus ex eis, pontificali dignitate præditus, (sicut postmodum in plenâ curiâ retulit) in B. Martini octavâ, quando dedicatio ecclesiæ B. Petri celebrari solet, splendido fulgore radium Solis super caput Pontificis coruscare, & in ipso duas columbas, ascendentes & descendentes, vidit. Cumque diligentiùs hac illacque oculos circumferret; nullumque aditum, per quem lux illa transfunderetur, inveniret: deificum hoc esse cognoscens, ac ad obedientiam Romanę sedis ampliùs accensus, cunctis, quæ viderat, aperuit. At Romanus Pontifex, non suis hoc meritis attribuens, ipsius potiùs fide cœlitùs hoc sibi monstratum affirmabat: ut videlicet Ecclesia, à quâ ipse missus fuerat, sacramentorum virtutem, veritatis luce perfusam, cognosceret, & deinceps, quali ea reverentiâ ac formâ tractare deberet, addisceret. *Ottho Frisingensis.**

Ad Victuris Romani sepulcrum, cæca quædam mulier visum recepisse scribitur, *in Saxonia Chronico*. Sed fides penes Lectorem esto.

Devicto Rutgero, Neapolitano Rege, in Batensem urbem concessit Lutharius Imperator. Venit eò & Innocentius: ac cùm in feriis Quinquagenalibus Missæ officium idem peragerer, aurea corona in templo visa est, cui candens insidebat columba: sub coronâ thuribulum fumigans dependebat, ac juxtà duæ ardentes faces. Quo miraculo Papę Imperatorisque concordiam notari, multi credidêre. *Chronicon Saxoniæ.*

QUÒD REBUS CONSECRAtis insit singularis ac divina quædam virtus.

QUidam febri correptus, cùm aquam, qua reliquię [illegible] tæ fuerant, bibisset, sanatur. *Vincentius.**

Davidis Scotiæ Regis filium, adspersum aquâ benedictâ, Malachias sanavit; adjiciens: *Confide fili, non morieris hac vice.* Qui altero die pòst convaluit. *In Vitâ Malachiæ.*

Virum quendam pauperem, non longè à monasterio Clarevallensi habitantem, uxor adultera maleficiis cruciabat. Sicut enim ei in irâ & furore fuerat comminata; egerat per malignas incantationes: ut miser homo, consumtis car-

n[illegible] nec posset mori nec vivere sineretur. Sæpiùs denique, & [illegible]oci usum, & sensum omnem corporis, amittebat: iterumque redibat, non ad vitam; sed ad mortem prolixiorem crudeliter revocatus. Adducitur tandem homo ad virum Dei, in monasterio demorãtem: & huic tragœdia miserabilis explicatur. Qui vehemẽter indignans, tanti qui hostis malitiam tantum sibi in Christianum hominum usurpâ[illegible], vocas duos è fratri[illegible] [illegible] minem deportari, ibiq., superposito capiti ejus [illegible] Eucharistiam continente [illegible] ne Christiani jubet dæmone[illegible] proh[illegible] ut [illegible] cepit; & miserum ho[illegible] perfecta perfectæ redii[illegible] *Vitâ Bernhardi.**

Divertit aliquando nobilium [illegible] ram-vallem; ut videret locum [illegible] ejus abbatem. Propè autem [illegible] Quadrag[illegible] tempus: & illi ferè omnes juvenes [illegible] militiæ seculari, circumibant, quærentes execrabiles nundinas, quas vulgò [illegible] vocant. Cœpit itaque ab ei[illegible] pauco[illegible]os, qui ante Quadragesimam superererant di[illegible] ne a[illegible]rim uterentur. Quibus obstinato animo renuentibus, nec concedere acquiescentibus: *Confido*, ait, *in Domino, quòd ipse mihi dabit inducias, quas negastis.* Et accersito fratre, jubet ei cerevisiam propinari, benedicens eam, & dicens, ut potionem biberent animarum. Biberunt ergo pariter; quidam tamen inviti, præ amore seculi metuentes eum, quem postea sunt experti, divinæ virtutis effectum. Ut enim egressi sunt monasterii fores; mutuis se-se cœp[illegible]nt inflammare sermonibus: quia cor eorum a[illegible] [illegible] igitur Deo, & currente velociter verb[illegible], eadem horâ reversi, & conversi a vi[illegible], sp[illegible] militiæ dextras dederunt. *In Vitâ Bernhardi.**

Ad eundem, in urbe Mediolanensi, [illegible] Missarum solennia, puella quædam tenella quam vehementer [illegible] Diabolus vexabat, defertur. Is mox patinam calicis [illegible] quâ divina celebraturus erat mysteria, acc[illegible] [illegible] superfuso, orans intra se, & de Domini [illegible] confidens, ori puellę salubrem potum applicat, & corpori ejus stillam medicinalem infundit. Nec mora, quasi ureretur Satanas, infusionis illius virtutem ferre non potuit: sed urgente intrinsecus crucis antidoto, festinanter egrediens, vomitu sordidissimo tremebundus erupit. *In Vitâ ejusdem.**

In eâdem urbe, matronam quandam honoratam, multos annos dæmon quidam cruciârat, oculorum, aurium, & linguæ usu, ipsi adempto. Ea quoque ad Bernhardum deducta, superstitione multa adhibitâ, curatur. Invocato enim priùs di[illegible]no auxilio, ipse ad immolationem hostiæ salutaris accedit. Q[illegible] tamen eandem sacram hostiam signat; toties ad mulierem quoque conversus, eodem signo crucis edito, spiritum nequam athleta [illegible] impugnat. Nam & ille malignus, quot[illegible] adversus eum [illegible] signum crucis intenditur, perculsum se indicans, [illegible] vit: & recalcitrans cõtra stimulum, quidnam [illegible] prodit invitus. Expletâ autem Oratione dominica [illegible] hostem aggreditur. Patinæ siquidem calicis sacrum Domini corpus imponens, & mulieris capiti superponens, talia loquebatur: *Adest antique spiritus, [illegible] Adest [illegible] potestas. Jam resiste, si potes. Adest ille, qui pro salute nostra passurus inquit: Nunc princeps hujus Mundi ejicietur foras. Hoc illud corpus, quod de corpore Virginis sumtum est: quod in stipite crucis extensum est, quod in tumulo jacuit, quod de morte [illegible], quod videntibus discipulis ascendit in cœlum. In hujus ergo majestatis terribili potestate tibi, spiritus maligne, præcipio [illegible] ancillâ ejus egrediens, contingere eam d[illegible] non præsumas.* Cumq., eam invitus deseren[illegible], & ma[illegible] ultra [illegible] atrociùs afflictaret [illegible], quàm [illegible] tempus habens: rediens pater ad altare fractionem hostiæ salutaris ritè complevit, diffundendam [illegible] in populum pacem ministro dedit & confestim [illegible] & salus integra [illegible] dita est mulieri. Sic ille nequam divina mysteria quantæ sint efficaciæ & virtutis, non confessione, sed fuga coactus, ostendit. *In Vitâ Bernhardi.**

Multi hominum panes & aquam deferebant [illegible] ad Bernhardum: quibus benedictioni ejus sup[illegible] ofti[illegible]

necfessis sacramentalibus ea [illegible] rebant. Et puer quidam dæmoniacus, cùm ad pedes Abbatis diu quasi mortuus jacuisset: baculo ejus tactus, & cruce in tergo signatus, intremuit, & in eos, qui ejus curam agebant, [illegible]. Tandem in Be[illegible] delato, aqua benedi[illegible] inos per vim [illegible] fusa est: quâ receptâ, dæ[illegible] evolavit.

Febri[illegible] itant bus manu[illegible] imponens, & aquam consecratam bibendam por[illegible]gens, & cæcis signo crucis medicatur. *In Vita ejus.*

Alban[illegible] isis [illegible] opus cum ex eâ pat opside, quâ in cœnâ [illegible] fuerat [illegible] ardu[illegible] abbas, aq[illegible] beret; ex ardenti febre convaluit. *Ibidem.*

Et in Papiensi [illegible] dam [illegible] a quâ secundâ vice dæmone [illegible] iubet, hæc verba continentem: *In nomine Domini nostri Jesu Christi præcipio tibi, dæmon; ne hanc à modo mulierem præsumas contingere.* Quod mandatum ità expavit Diabo[illegible], ut mulieri nunquam deinceps appropinquare præsumserit. *Ibidem.*

Mulier quædam, cujus consuetudine turpi impurus spiritus per annos septem usus fuerat, baculo Bernhardi, quem in lectum juxta se deposuerat, liberatur. Minatur tamen acerrime quòd, discedente viro Dei, ipse in ejus supplicia reverteretur. Instabat dies dominica; & voluit vir Dei, per edictum episcopi populum in ecclesiam accersiri. Cumque ipsâ die maximus populus ad ecclesiam convenisset: inter Missarum solennia comitantibus episcopis, [illegible] Carnotensi, & Bricio Nannetensi, ipse ambonem conscendit; & ut omnes, qui in ecclesiâ erant, accensas candelas in manibus teneant, locuturus edicit. Quod & ipse cum episcopis & clericis faciens, inauditos Diaboli ausus publicè aperit, & fornicatorem spiritum, qui in tam horrenda inquinamenta, etiam contra naturam suam, exarserat, cum omnium fidelium, qui aderant, subscriptione anathematizat; & autoritate Christi, tam ad illam, quam ad omnes mulieres, deinceps interdicit accessum. Extinctis itaque sacramentalibus illis luminibus, extincta est deinceps tota virtus Diaboli: & mulieri, post confessionem communicanti, nunquam postea apparuit inimicus; sed irregressibiliter eliminatus aufugit. *Ibidem.*

Quidam civis Salernitanus, aquâ, quâ manus laverat idem abbas, sanitati restituitur. *Ibidem.*

Et in Tolosanâ provincia, multi infirmi, gustatis, quibus Bernhardus benedixerat, panibus, sanitatem recipiunt. *In vitâ Bernhardi.*

Aquam consecratam pariendi difficultate laboranti cuidam mulieri propinante Bernhardo, fœtus statim in lucem prodiit. *Ibidem.*

Quidâ lethaliter sauciatus, gustatâ buccellâ panis, Bernhardinâ consecratione insignis, valetudinem suam recuperat. Ejusmodi autem panis, per multos annos incorruptus servari potuit, nec colore, nec sapore mutato. *Ibidem.*

Consecrato sale pecorum morbos propulsat. Ejusdem pileus Petro, Afturensi episcopo, capitis dolores adimit. Cingulo ejus ligatus hydropicus curatur. Monachus quidam, linguæ usu aliquamdiu privatus, haustâ aquâ per Bernhardum sacratâ, & vino permixtâ, eam recuperat. *Ibidem.*

AD CONFIRMANDAM CONfessionem auricularem, & peccatorum omnium in aures Sacerdotum enumerationem.

Mulier quædam Cantuariensis, dies octo partûs doloribus cruciata, cùm Sacrificulo, jubente id in somnis B. Mariâ, fideliter peccata sua [illegible] censuisset, & de aquâ, quâ reliquiæ [illegible] fuerant, bi[illegible] fet: sanata est. Ac subjicit *Vincentius* * Nemo, nisi qui peccata sua prius confessus es[illegible] Mariam Laudunensi m sanari obtinuit.

Gu[illegible] annos natus quindecim, noctu, per visum qu[illegible] dum, in locum tormentorum infernâ [illegible] ft. Ac, cum [illegible] modis miserè homines excruc[illegible] randem ad ipsum Diabolum, in medi[illegible] quasi pro tribunali sedentem, defertur. Mox terrer[illegible] puerum accusans: Omnia [illegible] semper [illegible]

V[illegible] peccat[illegible]rum, quæ puer [illegible] tero confessus fuerat, nulla prorsus facta est mentio. Puer suadente ductore, cruc[illegible] signo se muniens, omni damnationis metu eximitur. *Vincentius.*

Puero quodam continuas effundente lacrymas, quæ nullâ consolatione vel arte medicâ curari poterant, Bernhardus, cùm priùs puer suorum peccatorum confessionem edidisset, solo osculo hoc morbi tollit. *In Vita ejus.*

PRO CONFIRMATIONE vitæ monasticæ.

Remitam quendam ab E[illegible] pastum, narrat *Gerhardus à Nazareth de Conversatione servorum Dei.*

Temporibus Calixti Papæ, [illegible] urbs conflagravit incendio: cumque ferè consumtâ urbe monaster[illegible] jam-jam imminere videretur, Monachi, sumto co[illegible] calicis, incendio il[illegible] objecerunt. Mirum [illegible] modum [illegible] citus ignis, ultrà progredi ausus non est. C[illegible] quoque visum est, ignem manu quâdam à monasterio [illegible]. Corporale il[illegible] ab ignis injuriâ prorsus mansit [illegible]. *Chronicon Casinense.*

¶ Agnes, Leopoldi Austriæ Marchionis conjunx, devota mulier, marito suadet: ut lo[illegible] aliquem designet, in quo laudes Christo dicantur, & [illegible] ejus genitrici Mariæ, pro monasterio condendo: ut [illegible] ericordiam à Deo consequerentur ambo. Id utriq[illegible] opus pro reconciliatione. Dum has inter se cogitationes meditantur (ex arce enim, in altissimo monte Cecio, ub[illegible] Leopoldus habitabat, unà, in fenestrâ arcis, cùm fluenta Danubii fortè sic contemplantes, conspiciebant levi Zephyro flante, [illegible] capitis Agnetis flammeolum, in nemus & sy[illegible] vam proximam, in ripâ Danubii, delatû. Quod cùm post mul[illegible] annos Marchio, dum venaretur, inter dumeta, insperatò [illegible] & recens inveniret, in frutice sambuci, post novem [illegible] nos sollicitæ non finè Dei Opt. Max. numine factum animo revolvens, lætus ac hilaris arripuit, & conjugi charissimæ [illegible] præ gaudio attulit. Quæ læta id accipiens: Charissime marite, is locus, inquit, est à Deo designatus, quem sibi vult dicari. huc opes nostras coogeramus; admissa scelera d[illegible] Deumque nobis propitiú reddamus. Mox advehuntur saxa; accersuntur architecti; secatur ligna; locus senticosus, arboribus & dumis delectis, purgatur, area constituitur, ac fundamenta firma pro templo & cœnobio jaciuntur. *Cuspinianus Austria.*

¶ Tundalus, in interius Beatorum domicilium deductus per Angelum, vidit plurima sedilia, de auro, & gemmis, & universis lapidum pretiosorum generibus, constructa, & pretiosissimis ornamentis coopertatin quibus sedebant seniores viri & fœminæ, vestiti sericis & stolis candidis, & variis & universis ornatibus; qualia nec antè viderat, nec cogitare poterat. Et erat facies uniuscujusque splendida, sicut sol splendens in meridie: & capillos habebant auro simillimos; & coronas aureas, iisdem gemmis ornatas. Sed & lectoria posita erant coram eis aurea, quibus superpositi erant aurei libri, aureis literis scripti: & cantabant Domino Alleluja, cum novo cantico, & tam dulci melodi[illegible] cunctorum præteritorum o[illegible] ivisceretur anima, quæ semel audiret voces eorum. Tunc ait Angelus ad Tundalum: Isti sunt Sancti, qui pro testamento Domini sua corpora tradiderunt, & in sanguine Agni laverût stolas suas: & continentes, qui de seculari vitâ ad Dei servitium conversi sunt, & qui, semet-ipsos cum vitiis & concupiscentiis crucifigentes, sobriè & justè & piè viserunt. Cùm autem Tondalus curiosiùs circumspi[illegible] vid[illegible] nasi castrum, & papiliones plurimas, purpurâ & abysso, auro & argento, & serico, mirâ varietate confectas, in quibus c[illegible] ordas & organa, tympana & citharas, cum organi & cymbalis canentes. Cætera qu[illegible] que omnium musicorum genera, suavissimis sonis audivit concinentes, & quæ sivit, quæ hæc essent? Cui Angelu[illegible] est religiosorum requies Monachorum & Con[illegible] Canonicorum, & Sanctimonialium; qui promissam obedientiam his, qui præsunt, hilariter & devote impendunt: & qui magis gaudent subesse, quàm præesse [illegible] voluntatem propriam relinqu[illegible] & alienæ obtem[illegible] ant: qui dum in corpore, cœlestia sapiunt qui terræ-

nant linguas suas, non solùm à malis, sed etiam à bonis, propter taciturnitatis amorem. Tunc ait Tundalus: Domine si tibi placet, volo propius accedere, & eos, qui intus sunt videre. Placet, inquit, ut videas eos, & audias: sed non intrabis ad eos. Isti quoque fruuntur præsentiâ sanctæ Trinitatis: & qui semel ad eos intrârit, omnium immemor præteritorum, ulteriùs non disjungitur à consortio Sanctorum, nisi fortè virgo fuerit, & conjungi mereatur choris Angelorum. Et accedentes propiùs, viderunt utriusque sexûs animas; quarum splendor & odor delectabilis: quæ assimilabantur Angelis, & sonis suavissimis omnium gloriam, quam antè viderant, superabant: omnia instrumenta, nemine tangente, sonos reddebant. Sed hanc omnem dulcedinem superabant voces ipsorum spirituum: quibus nullus labor erat in exsultatione vocum; nec labia videbantur moveri; nec manus ad instrumenta musica levare cernebant: & tamen ad libitum cujusque melos reddebant. Firmamentum, quod erat super capita eorum, multùm splendebat: de quo catenæ pendebant auri purissimi, virgulis argenteis intermixtæ, pulcerrimâ varietate contextæ: de quibus cyphæ, & phialæ, & tintinnabula, & cymbala, & lilia, & sphærulæ pendebant aureæ. Inter quas multitudo maxima versabatur Angelorum volantium & aureas alas habentium: qui levi volatu inter catenas volantes, suavissimum atque etiam dulcissimum audientibus reddebant sonum. Cùm ergo Tundalus, nimis delectatus, ibi vellet stare; dixit ei Angelus: Respice. Et respiciens, vidit unam arborem maximam & latissimam, frondibus viridissimam, floribus pulcerrimam, omniumque generibus fructuum & frugum fertilissimam: in cujus frondibus aves, multùm diversorum colorum, & diversarum vocum generibus, cantantes & organizantes, morabantur: sub cujus ramis lilia, & rosæ, & cunctarum herbarum specierumque odoriferarum genera, oriebantur. Et sub eâdem arbore viri multi, & fœminæ, in sellis aureis & eburneis, semper benedicentes & laudantes Dominum, pro universis beneficiis & donis suis. Et habebat unusquisque coronam auream in capite suo, mirabiliter ornatam; & sceptrum aureum in manu suâ. Et erant vestiti talibus vestimentis, quibus antè visi Monachi. Tunc ait Angelus ad Tundalum: Hæc arbor typus est sanctæ Ecclesiæ. Hi, qui sub eâ sunt, constructores & defensores sunt ecclesiarum: qui pro beneficiis, quæ sanctis ecclesiis largiti sunt, fraternitatem ipsorum consecuti sunt. quia, per illorum commonitionem, secularem habitum reliquerunt, & religiosè vixerunt. *Vincentius.**

¶ Quidam vir illustris apud Anglos, monachum induerat: sed postea facti pœnitens, vitæ genus mutare volebat. Dum hæc animo, diurno nocturnoque volvit tempore, aliquando, dum vesperi lectum petit, Diabolum in simiæ specie ibi conspicit: à quo multis verberibus afficitur. Clamore excitati fratres, eum semimortuum offendunt. Delatus in locum infirmis destinatum, mortuo per triduum non absimilis fuit. Si verò decumbenti Benedictus apparet; seque jubet sequi. Ille spiritu raptus sequitur: ac cùm altos conscenderet gradus, à multis dæmonibus impetitur, plagasque accipit, ut ægrè Benedictum ducem subsequi valeret. Tandem ad judicium coram beatâ Mariâ sistitur: ubi juramento obstringitur, se promissis fideliter staturum. Posthæc, per Benedictum reductus per florida, amœna, & suaviter-redolentia loca, multos Monachos habuit obvios, pulcerrimis redimitos coronulis: inter quos unus, Matthæus nomine, eum compellat; & abbatem suum, sub quo vixerat, ut vitam emendet, moneri jubet. *Vincentius.**

¶ Wilhelmo, Machariatensi monacho, animam efflante, pater monasterii per somnum vidit, a latere suo stellam in cœlum tolli. *Gerhardus à Nazareth.**

Fertur, ad sepulcrum Ranulphi eremitæ qui Tripoli obiit, temporibus Emanuelis, Constantinopolitani Imperatoris, multis redditam fuisse sospitatem. *Idem.**

¶ Mulier quædam de Castellione, Bernhardo, ejusque monachis, duodecim libras offerēs, & orationum suffragia suo marito graviter decumbenti implorans, eidem sanitatem impetrat. *In Vita Bernhardi.** Monachus quidam ægrotans, Bernhardi cucullo impositus, sanitatem recepisse: ac eiusdem stolà Diabolum ex quodam viro ejectum fuisse, scribitur *ibidem*.

** lib. 17. c. 100. & 104* — ** li. 29. c. 87. & 8* — ** cap. 20* — ** cap. 47* — ** li. 4. c. 1*

DECEPTIONES AD ERRORES de Exsequiis, Purgatorio, Operum meritis, & Inferno. corroborandos.

EXstat *apud Vincentium** longa, & multis ineptiis referta narratio, de Tundalo: cujus anima, tum in locum suppliciorum infernalium, tum beatorum, duce Angelo, deducta fuerit; ac in utroque loco multos notos viderit. Cæterum, in primo beatorum aditu, offendit magnam virorum & mulierum multitudinem, pluviarum & ventorum injuriam sustinentes; erantque tristes, famé & siti tabescentes: lumine quidem fruebantur; nulloque fœtore molestabantur. De his, quinam essent, quærenti Tundalo, respondet Angelus comes: Isti quidem non admodum mali fuerunt; sed non-valde honestè vixerunt, bonaque temporalia pauperibus non sunt largiti. Ideoque, per aliquot annos patientur pluviam, ventum, famem, & sitim: sed pòst ducêtur ad requiem. Euntes paululùm, venerunt ad portam; quæ ultrò aperta est eis. quam cùm intrassent, viderunt campum pulcrum, odoriferum, floribus plenum, lucidum, & satis amœnum: in quo multæ animæ erant, utriusque sexûs, exsulantes. & nox ibi nunquam fuit; neque sol illic unquam occidit: & est ibi fons aquæ vitæ. Tunc ait: Hîc habitant boni, sed non valde: qui de cruciatibus erepti, nondum merentur Sanctorum consortio conjungi. Fons iste vocatur vivens: sed qui ex hac aquâ gustaverit, vivet in æternum; nec sitiet unquam. Et procedentes paululùm, viderunt Laicos sibi notos: inter quos erât Concober & Donatus Reges. Quibus visis, ait anima ad Angelum: Domine, quid est hoc? Isti duo viri erant in vita suâ nimis crudeles; & inter se invicem multùm inimici. Quo ergo merito huc venerunt? Respondit Angelus: De hac inimicitiâ ante mortem pœnituerunt. Concober autem diu languit, & votum vovit, quòd, si vixisset, monachus fieret. Donatus autem, per multos annos in vinculis religatus, omnia, quæcunque habuit, dedit pauperibus: & ideò ejus justitia manet in seculum seculi. & tu etiam narrabis viventibus hæc omnia. Ulteriùs progressi, incidere in Cormacum Regem, sub quo Tundalus in seculo vixerat: qui in argenteo degens palatio, regio prorsus tractabatur more: tantaque amplius ibi erat gloria; ut vix major esse potuerit. Ministrorum copia assistebat maxima. Tunc ait Tundalus ad Angelum: Miror, domine, de tot ministris, inter quos nec unum de familiâ suâ recognosco. Ad hoc Angelus: Non sunt illi de familiâ suâ, sed pauperes Christi & peregrini, quibus Rex bona sua largiebatur: & ideò, per manus eorum, retribuitur ei merces æterna. Tunc ait Tundalus: Domine, passusne est dominus meus aliqua tormenta post mortem? Passus est, inquit, & quotidie patitur, & adhuc patietur. Exspecta igitur paululum, & videbis. Et cùm paululùm exspectâsset; obscurata est domus: & omnes habitatores ejus illicò consternati sunt. Et Rex contristatus, exivit cum fletu. Quem cùm Tundalus sequeretur; vidit hanc multitudinem, quam antè intùs viderat, expansis in cœlum manibus Deum devotissimè deprecantem, & dicentem: Domine Deus omnipotens, sicut vis, & sicut scis, miserere servi tui. Et respiciens, vidit Regem in igne usque ad umbilicum; & ab umbilico sursum cilicio indutum. Hanc pœnam inquit Angelus, quotidie patitur per tres horas; & per viginti horas & unam requiescit. Et hoc ideò, quia legitimi conjugii maculavit sacramentum: & ideò patitur ignem usque ad umbilicum. Cilicium verò portat: quòd jussit Comitem interfici juxta sanctum Patricium, & prævaricatus est jus-jurandum. Exceptis his duobus, cuncta ei crimina dimissa sunt.

¶ Alterius cujusdam anima, per Raphaëlem ad inferos deducta, videt hominem in sella ignitâ sedentem. in cujus os, mulierculæ ornatissimæ, ardentes faces immittebant. & per posteriora retrahebant. eosque cruciatus perpetuò

** li. 27. c. 98. & 99.*

patie-

patiebatur. Hic homo, inquit Angelus, carnis illecebris, gulæ, luxui, ac libidini, deditus fuit. Pòst videt hominē, quem Diaboli excoriabant vivum; saleque conspersum, & craticulæ impositum, assabant. Hic, inquit Angelus, in subditos crudelis fuit. Hinc alius oblatus, equo ardenti insidens; antè capram, post terga monasticam vestem gestans. Hic, inquit Angelus, de rapinis vixit, ac mulierculæ cuidam suam capram surripuit: tandem monachum simulatâ pœnitentiâ induere voluit. Posthæc videt diversi ordinis & sexus religiosos: quorum alii risu cachinnoque, alii conviciis, alii gulæ ac libidini explendæ, studebant; dæmonibus eos, ad similitudinem perpetratorum scelerum, ad hæc cogentibus. Denique Judam proditorem, omnibus dæmonibus damnatisque hominibus invisum, in imo barathro; ubi omnium ludibriis conviciisque expositus erat; conspicatur. Quas monasticas ineptias, cùm, contra interdictum, homo ille, ad se reversus, narrare adstantibus fratribus cœpisset; statim sanctus Benedictus baculo os ejus feriit: Et quia, inquit, loquendo peccasti, usu sermonis per dies novem privaberis. & injunctâ pœnitentiâ, discessit. Novem autem diebus exactis, rem omnem suo tandem abbati, ut jussus fuerat, aperit. Abbas verò, qui tacendi præceptum non acceperat, porrò in publicum produxit. *Vincentius.**

*lib. 29. c. 8. 9. 10.

¶ In agro Wormatiensi, videbatur per aliquot noctes armata multitudo equitum, euntium & redeūtium, & quasi ad placiti colloquia, nunc hîc, nunc illîc, turmes facere: citra nonam verò horam, cuidam monti, à quo & exisse videbantur, se reddere. Tandem quidam regionis illius, huic prodigiosæ concioni, signo crucis se muniens, appropinquavit: & mox quendam ex iis, per nomen omnipotentis, adjurat; manifestare causam postulans, qui sic appareret. Cui ille: Non sumus, inquit, ut putatis, phantasmata; nec militum, ut videmur, turbæ: sed animę militum, non longè antehac interfectorum. arma verò, habitus & equi, quia nobis priùs fuerunt instrumenta peccandi; nunc nobis sunt materia tormenti. & totum ignitum est, quod in nobis cernitis: quamvis id corporalibus oculis comprehendere non possitis. In hujusmodi comitatu, etiam Emicho, Comes de Lyningen, ante paucos annos occisus, apparuit: & ab hac pœnâ, orationibus & eleemosynis, fertur, se redimi posse, docuisse. *Nauclerus.**

*Gener. 38

¶ Frater quidam bonæ intentionis; sed durioris erga ceteros fratres conversationis, & minùs compatiens, quàm deberet; in monasterio defunctus est. Post paucos autem dies, Bernhardo apparuit, vultu lugubri, & habitu miserabili; significans, non ad votum sibi cuncta succedere. Interrogatus autem, quid sibi esset; quatuor dilaceratis se-se traditum querebatur. Ad quod verbum continuò impulsus est; & quasi præcipitanter expulsus, à facie Bernhardi. Qui graviùs ingemiscens, post tergum ejus clamavit: Præcipio tibi in nomine Domini; ut, qualiter tecum agatur, in proximo mihi iterum innotescas. Et conversus ad orationem pro eo, & oblationem hostiæ salutaris, aliquos etiam fratrum, quorum ampliorem noverat sanctitatem, eidem similiter subvenire monebat. Nec verò destitit; donec pòst, sicut præceperat, per aliam revelationem, cognitâ ejus liberatione, meruit consolari. *In vitâ Bernhardi.**

*lib. 1. c. 10.

PRO CONFIRMANDO ERRORE, *quod Eleemosyna, in pauperes & sacerdotes erogata, mereantur æternam felicitatem.*

TUndalus, in Beatorum domicilium per Angelum deductus, vidit choros Sanctorum, exultantium & dicentium: Gloria tibi, Deus Pater; gloria tibi, Deus Fili Dei; gloria tibi, Deus Spiritus sancte. Erant autem viri & fœminæ, vestiti candidis vestimentis & preciosissimis, sinè maculâ & rugâ, jocundi & hilares, semper gaudentes, & sanctam Trinitatem laudantes. Candor autem vestimentorum, sicut nix recèns percussa Solis radio: voces verò consonantes quasi musicum melos reddebant sonos. Claritas autem, jocunditas, amœnitas, hilaritas, pulcritudo, honestas, sanitas, æternitas, unanimitas, omnibus erat æqualis, & charitas. Odor illius campi, ubi erant illi, superabat omnia aromata & odoramenta. Tunc Tundalo ait Angelus: Hæc sunt gaudia conjugatorum, qui fidem cōjugii servaverunt, & familias suas in timore Dei bene & justè rexerunt; & bona sua pauperibus & ecclesiis Christi communicaverunt: qui in judicio audituri sunt; Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine Mundi. *Vincentius.**

*lib. 27. c. 100.

ILLUSIONES QUÆDAM *Satanicæ.*

IN Præmonstratensi ecclesiâ, fratri cuidam, altiùs de ineffabili Trinitatis mysterio cogitanti, in matutinis adstitit dæmon; tria habens capita, seque Trinitatem esse affirmans: & ob fidei suæ meritum, Trinitatis apparitione ipsum dignum habitum. Monachus, Diaboli deprehendens illusiones, conviciando eum à se abegit. *Continuator Sigeberti.* Sub annum 1121. *Vincentius.**

*lib. 26. c. 29.

¶ Narrat *Trithemius* de quodam dæmone: quòd familiariter, in diœcesi Hildesianâ, cum hominibus conversatus fuerit; maximè verò in aulâ Episcopi: ubi culinæ ministeria diligenter obierit. Sed ipsius autoris verba subjicere libet. *His temporibus spiritus quidam malignus, in diœcesi Hildesheimensi, multo tempore multis visibiliter apparuit, in habitu rustico, pileo caput opertus: unde & vulgò Pileatum appellabant eum rurales, hoc est, ein Hüdekin/ linguâ Saxonicâ. Iste spiritus Hütgin multa mirabilia fecit; & delectabatur esse cum hominibus, loquens, interrogans, & respondens familiariter omnibus: aliquando visibiliter, aliquando invisibiliter apparens. Neminem læsit, non priùs læsus sed injuriarum seu irrisionum memor, vicem irrogantibus sibi contumeliam impendit. Cùm Burcardus, Comes de Lucâ, per Comitem Hermannum de Winsenburg fuisset interfectus; & Comitatus ipse Winsenburgensis in direptionem videretur expositus: præfatus spiritus dormientem in lecto suo Bernhardum, Episcopum Hildesheimensem, accedens, eum excitavit, dicens: Consurge, ô calve; exercitum convoca: quia Comitatus de Winburg, propter homicidium vacuus, & desolatus, tuo facilè parebit imperio. Qui surgens, milites suos commonuit; Comitatum invasit, & obtinuit: quem Ecclesiæ Hildesheimensi, de Imperatoris consensu, in perpetuum conjunxit. Eundem quoque Pontificem, non-rogatus, idem spiritus sæpè de multis periculis avisare consuevit. In curiâ ejusdem Præsulis frequens apparens, coquis ministrare plerunque satis diligenter consuevit, crebrosq; in culinâ cum ipsis miscere sermones. Unde, cùm jam, ex consuetudine familiariter factus, à nemine timeretur: puerulus quidam, in coquinâ serviens, eum despicere, subsannare, & contumeliis afficere cœpit; &, quoties potuisset, immunditias coquinæ in eum effudit. Qui cùm sæpe magistrum coquinæ rogâsset, ut puerum ab injuriis suis compesceret, minitatus, se tandem contumelias ulturum. irridetur ab eo; dicente: Tu spiritus es, & puerum times? Cui dæmonium respondit: Quia puerum tuum ad petitionem meam emendare contemnis; ego, quantùm illum timeam, post dies paucos tibi ostendam. His dictis spiritus abscessit iratus. Non multò pòst, cùm die quâdam, post vesperam, puer solus in coquinâ fatigatus dormiret: venit spiritus, & suffocatum in frustra conscidit; ollæque impositum, ad ignem coquere cœpit. Quod magister coquinæ cùm percepisset, spiritus maledicere cœpit. qui exacerbatus, assaturam, postero die, pro episcopo & curialibus, ad ignem in verubus positam compressit desuper bufonibus horrendis, veneno & sanguine eorundem, adspersit: rursumq; contumeliis affectus, per pontem in foveam de alto illum præcipitavit. Supra muros civitatis, & castelli vigilias nocturno tempore diligentissimè peragens, omnes custodes vigilare coegit. Vir quidam longè profecturus, cùm uxorem haberet impudicam, quasi per jocum dixit ad spiritum Hutgin: Bone socie, tibi commendo uxorem meam, donec revertar: vide, custodias eam. Cumque, viro absente, cum adulteris mulier portionem suam poneret; & amatores multos successivè tentaret: ità se spiritus iste invisibiliter medium semper interposuit; projectisque in terram de lectulo viris, nullum pervenire vel ad tactum ipsius fœminæ, taceo de commixtione illicitâ, permisit. Sic mulier singulis noctibus, & ferè singulis toto tempore horis, novos semper amatores introduxit: quos tamen spiritus, mox ut eam contingere tentassent, procul in terram projecit. Tandem revertente marito, & adhuc longè à domo existente, spiritus commissarius lætus*

currit, dicens: Gratus est mihi valdè tuus adventus, quo liberer à tam inquieto labore, quem mihi imposuisti. Cui maritus: Quis ergo tu es? Ego sum, inquit, Hutgin, cui pridem abiturus uxorem commisisti tuendam. Ecce, custodivi eam tibi, licèt cum maximo & continuo labore, ab adulterio salvam. Sed oro te, ne illam mihi deinceps custodiendam tradere velis. Malo enim totius Saxoniæ porcos, quam unam ipsam uxorem custodire tuam: tantis me dolis circumvenire, tantis viis, totque modis, abuti suo corpore tentavit. Innumera quoque alia, tam fortiosa, quam ridiculosa, *spiritus iste miracula fecit: quæ omnia nec faciliè scribi possunt; nec si scriberentur, multorum credulitatem invenirent. Idiotam quendam & simplicem hominem clericum, ad synodum citatum, per annulum, factum ex foliis lauri, aliis quibusdam additis, aliquanto tempore doctissimum reddidisse, ferunt. Tandem à præfato episcopo Bernhardo, per censuras ecclesiasticas eliminatus, de provincia recedere compulsus est.* Hæc Trithemius. Sed quis episcopum ipsum Magiæ studiosum fuisse dubitabit?

CAPUT XIV.

DE REBUS JUDAICIS externis, sive politicis.

JUDÆORUM feces hoc etiam seculo manserunt, & in primariis quidem urbibus, inque multis regnis, sua habuerunt hospitia. utpote,

In Angliâ. Nam maxima eorum multitudo, passim in universo regno, diffusa fuit, ac, cùm nullibi ipsis locus sepulturæ concederetur, quàm Londini: eò omnia defunctorum corpora, multis cum molestiis & laboribus, perferre cogebantur. Quare, ut ab hoc incommodo vacui essent, ab Heinrico II. Rege mercâtur: ut, ubicunque degerent, eo loci agrum sepulturæ suorum assignatum haberent. *Polydorus.** [* lib 13.]

Eboraci & Lincolniæ suas etiam sedes habuisse, *idem* annotat.

Blesis habitantes Judæi, puerum Christianum in crucem egerunt, anno 1177. ipso die Cœnæ dominicæ. *Sigeb. Continuator.*

In Gallia Parisiis magnam Judæorum catervam latitâsse, *Sigeberti Continuator & Naucleru*s produnt.

Braiæ quoque eos vixisse, meminit *Vincentius.** [* li. 29. c. 5]

Prædicatione cujusdam monachi Rudolphi, Galliæ Germaniæque vulgus motum, ut contra Judæos, passim civitates vicosque incolentes, sæviret, eosque neci traderet. Verùm Cunradus Imperator profugos recipit, ac eis in suis municipiis, inprimis verò Norinbergæ, tutum hospitium concessit. *Frisingensis de gestis Friderici.** *Aventinus*† narrat. Bernhardi Clarevallensis beneficio, eos à vulgi furore, quod hoc hominum genus omnino excisum volebat, servatos. Nam is Deum mendacii non-arguendum asserebat; qui se reliquias eorum servaturum pollicetur. [* li. 1 c. 37 † lib. 6.]

Roma Nam Petrus Leonis, contra Innocentium in pontificem electus, auro, ex sacris imaginibus, templique ornamentis, quæ per Judæos undique conquisitos comminuebantur, conflato, fautores mercatus est. *Antoninus.*

Mediolanum, Friderico Imperatori per Judæos proditam, *Bergomensis** testis est. [* lib. 12.]

Constantinopoli. Nam Ducas quidam lapidibus obrutus, in Judæorum cœmeterio sepelitur. *Annales Nicetæ.*

Landeshutam, interioris Vindeliciæ civitatem nobilissimam, Judæis etiam inhabitandam concessit Ottho, Bojorum regulus. *Aventinus.** [* lib. 6.]

DE OPERIBUS EORUM contra Christianos.

COnjuncta sunt semper mendacia & homicidia. Simili pacto, utroque modo suam immanitatem occæcati illi homines exercuerunt, contra eos, qui suæ religioni addicti non fuerunt. Nam Norvici, puerum quendam, Christiano natum parente, Wilhelmum, ludibrio passionis dominicæ, in crucem egerunt; eumque occisum ante civitatis portam terræ mandarunt, anno 1146. *Antoninus.* Et Blesensem urbem incolentes Judæi sub annum salutis 1172. idem facinus perpetrarunt, ac occisum in cruce puerum, & sacco insutum, in Ligerim amnem projecerunt.

Braiæ degentes Judæi, hominem quendam Christianum, quem furti homicidiique insimulabant, captum, serto spineo coronant, per oppidum circumducunt; multisque verberibus affectum, tandem in crucem agunt: dominicâ illius loci, auro victâ, id permittente. *Vincentius,** *Gaguinus.** [* li. 29 c. 5] [* lib. 6.]

Parisiani etiam Judæi, Christiani hominis sanguine se polluisse leguntur, *apud Nauclerum.*

Ac testatur *Gaguinus,** hunc morem apud perditam gentem receptum fuisse, ut surreptum quotannis Christianum aliquem puerũ, in subterraneis locis, miserè affligerent; ac tandè eo die, quo Ecclesia Dei passionis dominicæ recolit memoriã, cruci affigerent. Idem & *Vincentius** annotat. Et *Petrus Cluniacensis*, de eorundem indefesso studio Christianis nocendi, inquit:* *Non de simplici agriculturâ, non de legali militiâ, non de quolibet honesto & utili officio, horrea sua frugibus, cellaria vino, marsupia nummis, arcas auro sive argento, cumulant: quantum de his, quæ Christicolis dolosè subtrahunt; de his, quæ furtim à furibus empta, vili precio, res carissimas comparant. Si fur nocturnus Christi ecclesiam fregerit; si sacrilego ausu candelabra, urceos, thuribula, ipsas etiam sacras cruces, vel consecratos calices, asportaverit: cùm Christianos fugiat, ad Judæos confugit: & apud eos, damnabili securitate se, non solùm latibula accipit, sed & quæ sacris ecclesiis furatus fuerit, Satanæ synagogæ vendit. Distrahit vasa corporis & sanguinis Christi, occisoribus corporis & effusoribus sanguinis Christi: qui & tunc eum inter mortales conversantem, quantis potuerunt, contumeliis & injuriis affecerunt: & nunc, in majestate divinitatis æterna sedentem, quantis audent, verborum blasphemiis lacessere non desistunt. Nec sacra illa vasa, quæ penes ipsos, sicut olim penes Chaldæos modo quo prædixi, captiva tenentur, licet sint insensibilia, injuriarum experti sunt. Senti plane in his, quæ non sentiunt, sibi-factas in vasis, Judaicas adhuc contumelias Christus. Quia, ut sæpè à veracibus viris audivi, eis usibus cœlestia illa vasa, ad ejusdem Christi nostrumq; dedecus, nefandi illi applicant, quos horrendum est cogitare, & detestandum dicere. Insuper, ut tam nefarium furum Judæorumq; commercium tutius esset, lex jam vetusta, sed verè diabolica, ab ipsis Christianis Principibus processit: ut, si res ecclesiastica, vel (quod deterius) aliquod sacrum vas apud Judæum repertum fuerit, nec rem sacrilego furto possessam reddere, nec nequam furem Judæus prodere compellatur. Manet inultum scelus detestabile in Judæo: quod horrenda morte suspendii punitur in Christiano. Pinguescit indè & deliciis affluit Judæus, unde laqueo suspenditur Christianus.* [* ibid.] [* li. 29 c. 2.] [* li. 3. ep. 33.]

¶ Fuere tamen aliqui, horum conatibus adversantes. Nam, Rudolpho monacho pro concione frigidam suffundente, nusquam ferè apud Gallos Germanosque ipsis tutò vagari licuit: *ut Frisingensis refert.* Et ad Ludovicum, Francorum Regem, scribens *Petrus Cluniacensis,** graviter eum monet, ut hoc hominum genus, Christianis maximè molestum, compescat, eorumque bona surrepta, in bellicos usus contra Saracenos convertat. *Si*, inquit, *detestandi sunt Saraceni, quia, quamvis Christum de Virgine, ut nos, natum fateantur, multaque nobiscum de ipso sentiant; tamen Deum, Deique Filium, quod majus est, negant, mortemque ipsius ac resurrectionem, in quibus tota summa salutis nostræ est, diffitentur: quantùm exsecrandi & odio habendi sunt Judæi; qui nihil prorsus de Christo, vel fide Christianâ sentientes, ipsum virgineum partum, cunctáque redemtionis humanæ sacramenta, abjiciunt, blasphemant, subsannant? Nec ad hoc ista dico; ut regalem vel Christianum gladium, in necem nefandorum illorum, exacuam: quia scriptum de eis in Psalmo divino recolo, loquente sic in Spiritu Dei Prophetâ:** Deus (*inquit*) ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos. *Non vult enim Deus prorsus occidi; non omnino extingui: sed ad majus tormentum, & majorem ignominiam, ut fratricidam Cain, vitâ morte deteriore servari. Nam cùm Cain, post fraterni sanguinis effusionem, Deo diceret;** Omnis, qui invenerit me, occidet me: *dictum est ei;** Non (*inquit Deus*) ut æstimas, morte morieris: sed gemens & profugus eris super terram; quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tuâ. *Sic de damnatis damnandisq; Judæis, ab ipso passionis mortisq; Christi tempore, justissima* [* li. 4 ep. 36.] [* Psal. 59 v. 11. 12.] [* Gen. 4. v. 14.] [* vers. 11. 15.]

Dei servum facit, & usque ad ipsum Mundi terminum factura est. Qui quoniam Christi sanguinem, utique juxta carnem fratris sui, fuderunt; servi, miseri, timidi, gementes ac profugi sunt super terram: quousque (juxta Prophetam) misera gentis reliquia, jam vocatâ gentium plenitudine, convertantur ad Deum; & sic (secundùm Apostolum) omnis Israel salvus fiat. Non, (inquam) ut occidantur, admoneo: sed ut congruente nequitiæ suæ modo puniantur, exhortor. Et quis congruentior ad puniendos illos impios modus, quàm ille, quo & damnatur iniquitas, & adjuvatur charitas? Quid justius, quàm ut his, quæ fraudulenter lucrati sunt, destituantur? quæ nequiter furati sunt, ut furibus, & (quod pejus est) hucusque audacibus & impunitis, auferantur? Et paulò post: *Auferatur ergo, vel ex maximâ parte imminuatur Judaicarum divitiarum malè-parta pinguedo: & Christianus exercitus, qui, ut Saracenos expugnet, pecuniis vel terris propriis, Christi Domini sui amore, non parcit, Judæorum thesauris, tam pessimè acquisitis, non parcat. Reservetur eis vita, auferatur pecunia: ut per dextras Christianorum, adjutas pecuniis blasphemantium Judæorum, expugnetur infidelium audacia Saracenorum. Serviat populo Christiano, etiam ipsis invitis, divitia Judæorum: sicut olim, cùm Deo placerent patres eorum, Deo jubente, sunt eis ad serviendum traditæ divitiæ Aegyptiorū. Hæc tibi, benigne Rex, scripsi amore Christi, tuiq́;, atq́; exercitûs Christiani, quia & stultum esset, nec offensâ (ut arbitror) divinâ careret: si sacra expeditionis, cui, juxta congruentem modum, impendendæ sunt res Christianorum, multò amplius non servirent pecuniæ profanorum.*

¶Ricardo Anglorum Rege, anno 1189. coronando Lundoniis, maximus Primatum totius regni confluxit cœtus: inter quos & Judæorum primi fuerunt. Hi enim, suis rebus metuentes novi Regis favorem amplissimis muneribus redimendum duxerunt. Sed Rex, edicto publicè proposito, aditu templi, dum coronaretur, & palatii, dum convivaretur, eos prohibuit. Verùm illi, turbæ immixti, simul in palatium regium se recipere tentant. Ibi agnitus Judæus quidam, ab homine Christiano repellitur. Mox & alii proditi pulsantur strenuè. Sparso autem per urbem rumore, Regem omnes Judæos extinctum velle; populus, qui tùm frequens ob coronationis solennitatem aderat, prædæ cupiditate accensus, arma induit: & Judæorum ædes, quas expugnare non valebat, succendit; & quoscunque obvios prosternit: Rege frustra cives ab armis recedere jubente. Sedato tumultu, Rex Judæis pacem edicto sancit: quæ tamen diuturna non fuit. Nam, ipso ad sacram expeditionem apud Normannos se accingente, iterum civium excanduit contra Judæos furor: non quidem religionis ergò; sed potiùs spe prædæ capiendæ. & quidem Linnæ civitatis incolæ initium fecerunt: idq́ue hac occasione. Ex Judæis quispiam ad religionem Christianam accesserat. quod illi indignè ferentes, in ipsum impetum facere non sunt veriti: sed beneficio Christianorum templi, quò se receperat, liberatur. Clamore autem fugientis exciti cives, arma quidem capessunt: sed Regis iram metuentes, nihil contra Judæos agunt. Cæterùm aderat tùm, in eâdem urbe, negotiatorum non-exiguus cœtus. Illi Judæorum turbam, quæ ad oppugnationem templi confluxerat, miserè trucidant; ædes expoliatas Vulcano tradunt; conscensisq́; suis navigiis, fugâ sibi consulunt. Cives a Rege in judicium vocati, omnem in profugos rejiciunt culpam: quâ tamen ipsi omninò non caruerunt.

Et apud Stanfordiam, eâdem ferè usi sunt fortunâ Judæi. Nam cùm, Quadragesimali tempore, sub ipsis nundinis, magna peregrinorum hominum, ac in-primis militum, qui cruce insigniti sacram sectabantur militiam, cohors eò convenisset; ac itineris tam-longinqui sumtibus destituerentur necessariis: mox conglomerato agmine, Judæorum domos coronâ cingunt; nonnullos ex eis captos trucidant, tandem effractis ædibus, prædâ ingenti potiuntur; cœptumq́; deinceps iter summâ securitate & hilaritate ingrediuntur: civibus, odio Judæorum, quiescentibus. Lincolnienses quidem, aliorum exemplis instigati, idem contra suos Judæos acturi erant; sed hi, consilio cognito, in arcem regiam secesserunt: ac, Præfectis regiis de seditionis autoribus diligenter inquirentibus, res minimè tum successit. At Eboracenses, nihil veriti Regis edictum, confederati Nobilibus, quos fœnore ad extremam paupertatem redegerat improba Judæorum gens, & sacris quibusdam militibus, noctu principis Judæorum ædes, Regis palatio conferendas, confringunt; trucidatâ familiâ, bonisq́; direptis, igni tradunt: ac, tenebrarum beneficio, clam facti autores in sua se recipiunt. Non multò pòst promiscua multitudo, impetu in Judæos facto, sinè discrimine, vel sexûs, vel ætatis, eos mactant; præter paucos, qui Christo per Baptismum nomina se daturos pollicerētur. Quin & arcem, quò se multi receperāt, oppugnant. Obsessi, de salute desperantes, suadente suæ Legis doctore primario, hoc consilii ineunt; moriendum esse pro Lege Domini. Ac, ne suis opibus oppugnantes ditarentur: vestes preciosas comburunt, vasa aurea latrinis committunt. Dictante verò inveterato illo doctore; ut viri, quibus constantior esset animus, uxores & liberos occiderent: Joceus quidam primarius, uxoris guttur cultro incidit; nec à propriis filiis manus abstinet. Joceum ipse Legis doctor jugulat. Morituri autem, ignem arci, quo cremarentur, subjecerant. Ex incendio nonnulli servari, ab oppugnatoribus trucidantur. Cæde peractâ, conjurati, cathedralem ecclesiam adeuntes, monumenta debitorum, quibus Christiani premebantur, à Judæis fœneratoribus regiis ibidem reposita, à custodibus resignari fecerunt: eaq́ue in medio templi comburunt.

Ricardus Rex, re cognitâ, tùm ob læsionem regiæ majestatis, tum ob magnam fisci jacturam, graviter indignatur. Fisco enim competebat, quicquid Judæi, quos fœneratores constat esse regios, in bonis habere videntur. Dato itaque ad Eliensem episcopum, Cancellarium suum, mandato; ut de seditionis autoribus justum supplicium sumeret: idem Episcopus, homo ferocis animi, & gloriæ cupidus, Eboracum civitatem cum numeroso exercitu adit; summâq́; diligentiâ de singulis inquirit. At, qui hujus tumultûs faces exstiterant, ad Scotos transfugerant. A Senatu verò Eboracensi, cùm præter suam voluntatem hæc acta esse, nec furentem multitudinem se cobibere potuisse, affirmaret, mulcta pecuniaria exigitur: nec quisquam ultimo supplicio affectus est. Acciderunt hæc anno salutis 1190. *Neubrigensis.**

* l. 4 c. 17 & seqq.

CAPUT XV.

DE ALIIS RELIGIONIBUS EXTRA ECCLESIAM.

DE JUDAISMO.

Est ex Judæis aliqui ad Christianam religionem conversi in Historiis legantur: tamen maxima eorum pars, non tam pietatis amore; quàm imminentium periculorum metu, postulatis magistratuum annuit. Nam (ut ex sequentibus patebit) manibus pedibusqne, (quod dicitur) ad sua ut sibi redire liceat sacra, contenderunt.

CAPITA DOCTRINAE.

De fonte erroris Judæorum, inquit Petrus Alphonsus: * *Quoniam video eos solam Legis superficiem attendere; & literam non spiritualiter, sed carnaliter, exponere: unde maximo decepti sunt errore.* Itèm ait, *eos Prophetarum dicta superficietenus exponere.* Itèm: *Judæi non tam Scripturam sacram allegant: quam quòd prætendunt subinde, Doctores suos sic sensisse, sic intellexisse.* Itèm, *per Veterum successores, ad nostrorum tandem Doctorum pervenisse notitiam.* Indè idem Autor inquit, hanc gentem alienam esse à cognitione divinâ.

* Tit. 1.

DE DEO.

1.

Deo corpus & formam adscribunt: & de ejus naturâ talia annotant; quæ ratione veritas abhorret. Hæc ipsorum opinio exstat in primâ parte doctrinæ; cujus vocabulum est, *Benedictiones.*

Dixerunt, Deum habere caput & brachia: & in ea sarie pyxidem gestare, ligatam corrigiâ; ipsiusque corrigiæ nodum, à posterâ capitis parte, sub cerebro firmatum: intra pyxidem verò quatuor esse chartulas, Judæorum laudes continentes. in summo autem sinistri brachii gestare aliam pyxidem, simili modo corrigiâ ligatam: chartamq́ue

ibi esse

continentem omnes laudes, quæ in prædictis quatuor ... riptæ dicuntur. *Petrus Alphonsus.**

Testimonia hæc proferunt.* *Videbis posteriora mea: facies enim mea non videbitur.* Tunc enim Moyses nodum corrigiæ vidit. Nodum autem ipsum alicujus pyxidis esse, necessarium est. De eâ autem, quam gestat in brachio, autoritas profertur ab Esajâ, dicente:* *Juravit Dominus in dexterâ suâ, & in brachio fortitudinis suæ.* Per Brachium enim fortitudinis, vult intelligi sinistram, in quâ illa pyxidis virtus continetur. *Ibidem.*

2.

Dicunt, Angelum, nomine Mitatron, singulis diebus capiti Dei imponere coronam. *Petrus Alphonsus.**

3.

Doctores in doctrinæ libro asserunt; quòd Deus in Occidente est tantùm: autoritate Esdræ illud confirmantes, dicentis;* *Exercitus cœli supplicat tibi.* exponentes hoc, quòd, cùm omnes stellæ in Occidentem decidunt, tunc exercitus cœli supplicat Deo: & quoniam hæc stellarum supplicatio fit in Occidente, ideò Deum in Occidente asserunt esse. *Ibidem.*

4.

Doctores in doctrinæ libro 3. Deum in loco asserunt, sex partibus terminato: affirmantes testimonio Danielis qui ait;* *Cùm egrederer, ecce princeps Græcorum ingressus est.* Concipiunt enim ex hoc, quia in loco tali est Deus, ubi introitus sit & exitus. *Ibidem.*

5.

Corporea Deo accidentia adscribunt. Dicunt siquidem, eum singulis diebus semel in die irasci: afferêres in medium testimonium David, dicentis;* *Fortis irascitur quotidie.* Primâ etiam horâ diei eum irasci asserunt: causam hujus iræ esse dicentes, quòd in illâ horâ Reges iniquitatis exsurgentes, diademata sibi imponunt, & solem adorant. *Petrus Alphonsus.**

Dicunt, eum de tali re irasci, de quâ se non possit ulcisci. *Ibidem.*

Ajunt præterea, quòd ipsius horæ, quâ irascitur, punctum nemo noverit unquã; nisi Balaam filius Beor. *Ibidem.*

Eosdem Judæorum errores & *apud Petrum Cluniacensem** videre licet.

6.

Nec hoc sufficit eis de Deo dicere: sed eum etiam quotidie semel in die plorare; & ab ejus oculis duas prodeuntes lacrymas, in magnum mare dicunt concidere. & has fulgorem esse affirmant illum, qui tempore nocturno de stellis videtur cadere. *Petrus Alphonsus.**

7.

Fletûs quoque ipsius, quem Deo indignè adscribunt, Judæorum captivitatem causam esse dicunt. quin-etiam, propter dolorem, eum ter in die ut leonem rugire asserunt; & propter id cœlum pulsare pedibus, more calcantium in torculari: more etiam columbæ quendam susurri sonitum dare; & quâque vice caput movere, & dolentis dicere voce: *Heu mihi! heu mihi! ut quid domum meam in desertum redegi; & templum meum cremavi; & filios meos in gentes transtuli? Heu patri, qui transtulit filios suos! & heu filiis, qui translati sunt de mensâ patris sui!* Dicunt etiam, quòd quidam Doctorum vestrorum hanc audierit vocem, in quodam loco ruinoso. Præterea, quòd tanquam parturiens invicem collidat pedes, & more dolentis manibus plaudat: & quia quotidie orat, ut misericordia ejus sit super iram ejus; & ut erat in populo suo in misericordiâ. *Petrus Alphonsus.* *Petrus Clun.* †

DE CHRISTO.

1.

Christum filium Dei non credunt.

2.

Deum ipsum esse, negant.

3.

Regum mundanorum more eundem regnaturum autumant; talemq; exspectant, juxta Hieremiæ vaticinium:* *Ecce dies veniunt, dicit Dominus. & suscitabo David germen justum: & regnabit rex, & sapiens erit; & faciet judicium & justitiam in terrâ.*

4.

Quòd non venerit; sed venturum, & terrenam ipsis libertatem redditurum, affirmant. *Petrus Cluniacensis.**

5.

Legem Mosaicam à Christo mutatam; quam Deus perpetuam fore prædixerat. ut de Agno Paschali:* *Celebrabitis eam diem solennem Domino, in generationibus vestris, cultu sempiterno.* Itèm:* *Custodi verbum istud legitimum tibi, & filiis tuis, usque in æternum.** *Docete filios vestros illa, ut meditentur, &c. ut multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum, in terrâ, quam juravit Dominus patribus tuis, ut daret eis, quamdiu cœlum imminet terræ.*

6.

Omnes de Gentibus ortos, quantum in eis est, repellunt. Dicunt enim, sibi tantùm Deum locutum; sibi legem datam, ad se missos Prophetas. Christum insuper post omnes mittendum; ejusque regnum non nisi ad Judæos pertinere, affirmant. *Cluniacensis.**

7.

Fabulam præterea de Christo blasphemam *idem Autor* recitat;* quam subjicere hic libet. *Dicunt Judæi (prout à quibusdam audivi) circa Vespasiani tempora suum Christum natum; & Romam, nescio qua arte, translatum. Ibi eum à canibus dilaceratum & corrosum, in cryptis vel specubus subterraneis latere; & corrosionis illius dolores ac vulnera, pro peccatis vel iniquitatibus Judaicis, tolerare. indéque dictum esse:** Vulneratus est propter iniquitates nostras; attritus est propter scelera nostra. *Vulnerum autem, & hos dolores in illis terræ visceribus toleraturum. donec, disposito à Deo tempore, inde exeat, & Judæos de universis gentibus congregans, ad primum suæ repromissionis terræ locum reducat. Tunc implerì omnia, quæ de Judæorum futurâ felicitate à Prophetis prædicta sunt: tunc illum suum Christum multis gentibus imperaturum: tunc pacem ubique absque ullius inquietudinis timore futuram: tunc eos in summis deliciis & gloriâ victuros, affirmant. Hunc olim cuidam ex ipsis, magno suorum doctori, in habitu mendici & miseri apparuisse, tradunt. Cumque is, cui apparuerat, tantam apparentis vilitatem ac deformitatem abhorreret: mutatum subito in speciosi hominis formam; vestésque vilissimas in pretiosa indumenta conversas. Jactant insuper, una manu eum mox prætendisse lapidem sapphirum; alterâ jaspidem: & ei, cui apparebat, dixisse. Quid miraris? En ego, en ego, ille vester Christus. tandiu à vobis exspectatus! in proximo est, ut veniam, propè est, ut appaream. Reducam enim vos de omnibus gentibus; congregabo de universâ terrâ; & reducam vos in terram vestram. Tunc implebitur in vestrâ Hierusalem, quod scripsit Esajas:** Paupercula, tempestate convulsa, absque ullâ consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos. & fundabo te in sapphiris, & ponam jaspidem propugnacula tua. *En sapphirus, in quo fundanda est Hierusalem! en jaspis, de quo vestræ civitatis propugnacula sunt construenda!*

DE CREATIONE.

1.

Judæi omnes animas in Mundi principio simul asserunt esse creatas; & in loco uno repositas: &, quòd-usq; incorporentur omnes, non esse diem venturum judicii: ex quo incorporabuntur, statim provenire finem Mundi. *Petrus Alphonsus.**

2.

Dicunt, & in suis, imò Satanæ synagogis, docent: quòd, quando Deus firmamentum hoc, quod oculis nostris conspicuũ est, fecit, non illud ex integro perfecit; sed cujusdam magni foraminis spatium, in Septentrionali ejus parte, imperfectum reliquit. Causam autem, cur hoc fecerit, valde congruam & rationabilem reddunt. Affirmant enim, hac providentiâ istud eum fecisse: ut, si quãdo procedente tempore aliquis exsurgens, Deum se esse, Deoque æqualem, diceret; Deus illi jam-dictam firmamenti imperfectionem objiceret, dicẽs: Si Deus es, ut ego; fac saltem ex parte, quod feci & ego. Feci ego majores firmamenti partes: fac & tu, si potes, hanc, quam imperfectam ego reliqui partem. *Petrus Alphonsus,** & *Petrus Cluniacensis.* †

DE PARADISO.

Dicũt, angelum mortis cuidam viro apparuisse, nomine

Josue, filio Levi, doctori: eique dixisse: Ad hoc venisse me scias, ut animam tuã suscipiam; & moriaris. Nequaquam, inquit ille, quod commones faciam, nisi priùs mihi paradisum ostenderis. Susceptum igitur angelus in alis suis, duxit ad locum, unde videret paradisum. Callidus autem ille, de alis ejus delapsus, in paradisum cadere se permisit. Angelus, deceptum se esse dolens, irato nimis vultu, Egredere, ait, ut moriaris. Nequaquam, ait ille, egrediar. Cumque secundò ac tertiò angelus ad ipsum cum magno clamore repeteret, & ille ejus verba negligeret: commotus nimiùm angelus, ad Deum pergens, hujus rei querimoniam fecit. Deus autem eum redire rogavit: ut hominem illum, ex Dei nomine, de paradiso egredi præciperet. Veniens itaque angelus ad paradisum, ait: Deus, ut egrediaris, præcipit. Juravit ille, & ait: Per Deum, non egrediar. Rediit angelus ad Deum, & dixit: Jure-jurando, se nunquam indè egressurum, firmavit. Dans itaque judicium Deus, respondit: Omnia volumina vitæ & actuum ejus revolve, & diligenter lege. Si quando eum jurâsse & perjurasse inveneris: modò quoq; nihil sibi jurâsse valebit. Si autem nunquam perjurum esse probaveris: non in hac vice timebis. Volumina itaque omnia angelus studiosè discutiens, nunquam perjurâsse invenit. Dimisit ergo eum victus: qui (ut dicitis) usq; in præsentem diem incolumis permanet atque vivus. *Petrus Alphonsus.**

* Tit. 1.

DE LEGE.

Ajunt, quòd Moses, pro Lege suscipiendâ, in cœlum ascenderit; & ibi taliter cum angelis altercatus sit. Dicebant enim (inquiunt) angeli: Legem hanc te minimè ferre sinemus, quam nobis plùs, quàm filiis Israël, necessariam scimus. Ad hæc Moyses, insolitâ visione perterritus, nihil respondere præsumsit: sed, Domino se confortante, ut securè responderet, & præcipiente, ait angelis: Cùm lex hæc regendorum corporum præcepta contineat, non satis considero, quid vobis, qui spiritualis tantùm creatura estis, sit necessaria. Angeli, quid ad hæc dicerent, non habentes, victi conticuerunt. De Moysis igitur victoriâ Deum risisse, & valde lætatum esse, dicitis, & ita Moysen, post triumphum, cum Lege alacrem descendisse. *Petrus Alphonsus.**

* Tit. 1.

MENDACIA JUDAEORUM ALIA.

1.

Dixerunt, quoniam Chore, dum eremum cum Mose & filiis Israël præteriret, trecentos habebat camelos onustos; nihil aliud ferentes, nisi solas claves thesauri ejusdem: quæ claves de vaccarum corrigiis factæ erant omnes; ut leviùs ferri possent. *Petrus Alphonsus.**

* Tit. 1.

2.

Dicunt, filiis scilicet Jacob patrem suum ad sepulcrum portantibus, filios Esau, similiter suũ patrem ad sepulcrum deferentes, cum magno comitatu eis occurrisse. Cumque utrinq; magnus esset exercitus; & singulæ partes sepulcrum sibi vendicare vellent: filium Dan montem ascendisse dicunt, & tantæ magnitudinis præcidisse lapidem; quanta multitudo esse poterat totius exercitûs Esau; ipsamq; molem capiti impositam attulisse: ut, super hostium cuneum eum projiciens, omnes uno prosterneret ictu. Cumq; adveniens jam ambos cuneos concordes invenisset, molẽ, quam attulerat, in mare projecit: cujus magnitudine aqua maris, terminos suos excedens, duas civitates sui effusione subvertit. & ipsæ sunt, quas longo tempore pòst Pharao, Rex Ægypti, filios Israël ædificare præcepit. *Ibidem.*

3.

Non minùs stupendum est illud monstrum; quòd Og, Rex Basan, videns ingentem exercitum Israël, sexcenta scilicet millia, & quatuor mi[illegible]ia, & 500. viros, à 20. annis & suprà, exceptis mulieribus & parvulis, qui supputari non poterant; molem inauditæ magnitudinis capiti suo imposuit, & cum eâ expeditionem totam prosternere voluit. Sed upupa, avis minima, m[illegible]i ipsi subsedit, & tamdiu rostro suo eam contulit: donec foram[illegible]ne magno, juxta quantitatem cap[illegible] ejusdem Regis, peracto, moles, caput transiliens, in ejusdem humer[illegible] subsedit. Capite autem sano, & toto corpore incol[illegible]m[illegible] [illegible]tat is adhuc à coll[illegible] sublevâsset: nisi adauctorum subitò dentium quantitas impedivisset. Mox enim, ut lapis in collum descendit, dentes sibi repentè ita sunt adaucti: quòd, cùm voluit jam sublevare, mini[illegible] potuit. Quod Moyses intuens (cujus corpus decem cubitos habuisse asseritis, & totidem ejus virgulæ adscribitis) se super terram, in modum salientis, decem cubitos erexit: ut eum in aliquo corporis loco cum virgâ percuteret. Si ergo computes decem cubitos, quibus à terrâ elevatus est; & decem ejus corporis cubitos; & decem alios, quos virga in altum porrecta habebat: à terrâ ad summitatem virgæ, triginta invenies. Sed cùm in tantum erectus esset Moyses: virgæ tamen summitas, quâ eum percutere intendebat, nequaquam ulteriùs attingere potuit; quàm ad eum nodum, quo sura jungitur pedi, quæ vulgò cavilla vocatur. In quo quidem cùm eum percussisset, continuò cadens exspiravit. *Ibidem.*

4.

Credunt, collectis jam ab universis Mundi partibus, & in suæ repromissionis terrâ congregatis jam à suo Messiâ Judæis, impletum iri illud, quod olim Abrahæ Deus promiserat: *Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in littore maris.* Hoc autem ità, ut unaquæque mulier unoquoque die unum filium pariat. *Petrus Cluniacensis.**

* lib. 2. c. 5.

5.

Omnes Christianos divino maledicto subjectos esse, ni Judæi efficiantur, contendunt. quia scriptum: * *Maledictus omnis, qui non permanet in sermonibus Legis hujus, nec eos opere perficit: & dicet omnis populus, Amen.* Ibidem.

* Deut. 27 v. 26.

DE LIBRIS EORUM.

Verba Doctorum vestrorum, non aliud videntur, quam verba jocantium in Scholis puerorum, vel nentium in plateis mulierum. *Petrus Alphonsus.**

* Tit. 2.

Hebraici Canonis Judæorum, quem & sacrum appellat, meminit *Petrus Cluniacensis**

* lib. 2. c. 4.

Thalmud propheticis libris, & edictis sententiis authenticis, præferunt: imò Deũ nihil aliud facere in cœlo, quàm legere assiduè scripturam illam, & de illâ cum sapientibus Judæis, qui eam composuerunt, conferre, putant.

DE RITIBUS ET CEremoniis.

Synagogas, in quibus sua sacra tractarunt, publicas habuerunt. Nam ejectis Lutetiâ Judæorum fecibus, synagogæ eorum ad divinum cultum, Regis jussu, convertuntur. *Erfordiensis.* In synagogis suis ipsos docere, *Petrus Cluniacensis* testatur.*

* lib. 2. c. 5.

Philosophicis studiis eosdem occupatos fuisse, *ex Vincentii narratione** patet, qui ait: Judæos quosdam astrologos, mense Septembri, anno 1186. validorum ventorũ turbines, terræmotum, hominum internecionem, & nescimus quæ alia mala, prædixisse: verùm eventum minimè respondisse. *Sigeberti Continuator*, apud quem harum prædictionum etiam mentio fit, ab Astrologo eas ait editas: verùm an is Judæus fuerit, non exprimit.

* lib. 29. c. 4.

Patronos habuerunt quosdam inter Ecclesiarum doctores, maximè verò Romanos Pontifices. Nam eorum aliqui, in ipsorum gratiam, decreta condidere: *ut ex Capite de Politia videre licet.*

REFUTATIO ERRORUM Judaeorum & per quos facta.

Horum autem ferociam compescuère etiam aliqui Ecclesiarum doctores. Nam Rudolphus quidam monachus, publicè pro concione, suum cœtum contra Judæos irritavit; eos tanquam Christianæ religionis hostes trucidandos, & e medio penitùs tollendos esse. Nec inefficax fuit ejus prædicatio. Nam vulgus apud Gallos Germanosque mox liberè in eos sævire cœpit: ut nusquam ferè Ipsis tutus esset locus. Verùm hosce Monachi stimulos Bernhardus, Clarevallensis abbas, tum literis, tum legatis, nonnihil repressit, & hoc ariete expugnavit: (*ut Aventinus indicat*) ne scilicet Deus mendacii arguatur, qui se reliquias eorum servaturum pollicetur. *Ottho Frisingensis, de gestis Friderici.**

* lib. 1. c. 37 & 38.

Contra Judæos Petrus Alphonsus factus ex Judæo Christianus, dialogos; & Petrus abbas Cluniacensis, librum, ediderunt: ubi graviter in extremam & maximè detestandam invehuntur pertinaciam; eorumque præstigias

refel-

rejiciunt, & contrarium ex Prophetarum testimoniis adstruunt.

DE DEO.

Contra 1.

Autoritas hæc nullum tibi confert patrocinium. Cùm enim Lex perhibeat, Deum Moysi dixisse, *Posteriora mea videbis*; & quoniam Deum mentiri non posse constat: ita postea factum, licèt Scripturâ tacente, non dubitemus. nusquam tamen Lex meminit, quòd Moyses in ejus posterioribus aliquid viderit. Qualiter igitur eum corrigiæ nodum (quod sinè risu vix dici potest) vidisse dicitis? Itèm, cũ puer posteriora, non solùm cervix; sed etiam quælibet corporis pars, convenientiùs intelligi possit: hoc, quòd vos cervicem eum vidisse asseritis, non ratione, vel Legis autoritate; sed solâ probatis voluntate. *Petrus Alphonsus.** [* Tit. 1.]

Itèm: Sed hoc concesso; unde, quæso, Moyses intelligere chartas potuit intùs contineri; nedum scisse eum dicas, quid in eis scriptum haberetur? Sed &, quod super hæc omnia admiratione dignissimum est, quòd in illa chartâ, ut creditis, nihil aliud scriptum est; nisi versus, quos Moyses longe pòst moriens, Israëliticum populum docendo, ex semet-ipso eum laudans, edidit; & post multa annorum curricula Salomon, Deum adorans, composuit de eorum laude: nulla est ratio, quare in Dei capite scriptum esse debeat credi. *Ibidem.*

Itèm: Si concedamus, Moysen horum quædam vidisse; quædam sancto revelante Spiritu cognovisse: cùm nec ipse Moyses usquam scriptum reliquerit, nec ullus post eum Propheta prodiderit: unde vestris doctoribus tam secretæ rei arcanum patuit? *Ibidem.*

Et vos Deum caput, brachia, & totam corporis formam habere, contenditis. Quòd si hoc est: igitur Deum longitudinis, latitudinis, & altitudinis, dimensionibus constare, necesse est fateamini. Si verò his tribus dimensionibus clauditur; sex nempe corporis partibus terminatur: quod est inconveniens; ut suo ostendetur in loco.

De corrigiâ autem, quâ eum in capite habere dicitis, duo tibi propono. Tua enim corrigia, aut est de ipso, aut aliunde. Si de ipso est: jà Deus à se divisus est. Si verò aliunde est: aut creator, aut creatura est. Si creator est: ergo duo sũt creatores. Si creatura est: jam quędam creatura major est quâdam parte creatoris: quod inconveniens est. Itèm quæro: hoc, quod in capite vel brachio gestat, utrùm necessitate aliquâ, an sinè necessitate, illud gestet? Si necessitate gestat: jâ creator indiget creaturâ: quod aliud est incõveniens. Nunc itaque apertè potes cognoscere, quod tibi ostendi, eâ, quâ postulabas, ratione; scilicet quod de corrigia creditis, quàm sit vile. *Ibidem.*

Contra 3.

Si Mundi saltèm figuram agnoscerent: non de Deo tam indigna sentirent. *Petrus Alph.** [* Tit. 1.] *Itèm:* Multò minùs credi debet; Orientis & Occidentis mutationem cœlestibus accidere creaturis: quibus nulla unquam intervenit obscuritas; sed sempiterna indeficientis luminis irradiat claritas. sicut David Propheta dicit:* [* Psal. 139. v. 12.] *Quia tenebræ non obscurabuntur a te; & nox, sicut dies, illuminabitur: sicut tenebræ ejus; ita lumen ejus.* & Daniel ipse inquit:* [* c. 2. v. 22.] *Revelat profunda & abscondita, & novit in tenebris constituta: & lux cum eo semper erit.* Cum etiam nulla in cœlo ascensûs vel descensûs possit esse localis mutatio: apertissimè igitur cuivis paret, quòd in cœlo nec Oriens sit, nec Occidens. Quo probato, fatuitas evidẽs est dicentium; quòd Dei locus Occidens est, ubi stellæ supplicant Deo. *Ibidem.*

Contra 4.

Quòd-si ità est: patet ergo, quia in loco consistat, sex partibus terminato. Si verò terminato circumscribitur loco: tũc aliquis locus vacuus est a Deo. Quod si est: quomodo scit, quod fit in alio loco, ubi ipse non est, aut quo modo operatur in eo? *Petrus Alphonsus.** [* Tit. 1.] *Itèm:* Volo igitur mihi respondeas: utrùm illa sapientia atque voluntas sint in eo, & cum ipso semper; an extra illum, & sic quandoque sine ipso? Si enim dicas, quòd in eo sint, & non extra illum: idem de eis proveniet, quod de ipso; quia non in omni erit loco. Quomodo ergo scire potest, quid [illegible] bi fit aut operari? Si verò dicas, extra illum esse, & omnem locum implere: tunc ab illo sunt diversæ. Sciunt enim aliquid, quod nescit ipse; & operantur per se, quod non operatur ipse. Igitur ipsæ creatrices: & non indiget Mundus Deo. *Ibidem. Et:* Si ità est: sequitur ergo, quòd illa sapientia atque voluntas, nõ æqualiter ubique consistant. Quicquid enim ità diffunditur; non eandem vim in ultimo, quam in suo habet principio: quod minimè convenit Deo. *Ibidem.*

Contra 5.

Vidésne, quàm absurdus sit sermo iste; & quoniam fatui sint, qui hæc protulerunt: cùm irę discretionem prorsus ignorent. quam si nossent, non hoc de Deo sentirent. *Petrus Alphonsus.** [* Tit. 1.] *Et:* Ità est, quãdo audito aliquo, quod displiceat, verbo, cholera rubea, id est, fel, fervet, & super epar diffunditur, & sanguini commiscetur. Indè siquidem homo calescit, & in facie pallescit. Hoc autem nulli convenit rei; nisi quæ ex quatuor componitur elementis. Deus autem talibus non subjacet lineamentis. *Ibidem.*

Itèm: In hoc autem verbo vobis-ipsis cõtrarii estis: cùm ex unâ parte Moyses eum vocet ariolum; vos etiam vocetis iniquum: ex alterâ verò parte eum prudentiorem Moyse esse significetis; quia punctum horæ noverit: quod Moysen latuit. *Ibidem. Et:* Vilescit tamen majoris fatuitatis comparatione; quâ dicitis, gallum, irrationale animal, ipsius horæ punctum quotidie scire. *Ibidem.*

Contra 6.

Hæc autem ratio Deum ex quatuor elementis ostendit compositum esse. Neque enim fiunt lacrymæ; nisi ex humiditatis abundantiâ descendentis de capite. Si verò ità est: ergo elementa sunt Dei materia. Omnis autem materia, prior est & simplicior formâ. Ergo & hæc priora & simpliciora Deo sunt: quod nefas est credere. *Petrus Alphonsus.** [* Tit. 1.]

Contra 7.

Dic, ô Moyses: cùm Deus oret; quem, quæso, adorat? seipsum, an alium? Si alium: is, quem adorat, potentior est eo. Si se-ipsum adorat: aut potens est ejus, propter quod orat; aut impotens. Si impotens est: frustra se adorat. Si verò potens: aut vult id, pro quo orat, aut non vult. Si non vult, pro nihilo orat. Si autem vult; non est necesse orare. Vides igitur, ô Moyses, quàm omninò sit gens hæc aliena à cognitione divinâ. *Petrus Alphonsus.*

Rationem suam ita exponunt: An nescis, Prophetas dixisse, Deum caput, oculos, nares, manus, brachia, & universa corporis lineamenta, habere? Ipsi etiam dixerunt, singulis diebus irasci, & ut leonẽ rugire, & multa alia; quæ illorum probantur autoritate. *Sed Petrus ita confutat:* Obscura sunt Prophetarũ dicta; nec omnibus satis aperta. Ob hoc etiam, ne, cùm in Prophetis talia invenimus, quæ secundùm literam accipientes, à rationis tramite exorbitemus; ea allegoricè interpretamur: ut ad rectitudinis semitam reducamus. Necessitas enim cogit nos agere: eò quòd aliter non potest literæ ratio stare. Vestri autem doctores non cognoverunt, ut oportuit, Deum: ideò dicta Prophetarum superficietenus exponẽtes, in eum erraverunt. *Itèm:* Corporea accidentia, quæ Deo adscribitis, non nisi corporeæ substantiæ, & rei imaginariæ, congruunt. Deum autem hujusmodi esse, indecens est credere. Non igitur convenit, quæ de Deo, tanquam corporeo, dicta sunt, ad literam solam exponere. Si enim quis hoc sentiat: & Scripturæ pariter, & rationi contrarius exstat. *Itèm:* Quoniam, si Deum imaginem aut similitudinem ullam habere dicamus, multis Prophetarum authoritatibus contraimus. Moyses enim dicit filiis Israël:* [* Deut. 4. v. 15. & seqq.] *Custodite solicitè animas vestras. Non vidistis similitudinem aliquam, in die, quâ locutus est vobis Dominus in Oreb, de medio ignis: ne forte decepti, faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem viri vel fœminæ, similitudinem omnium jumentorum, quæ sunt super terram; vel avium sub cœlo volãtium; aut reptilium, quæ moventur in terrâ, sive piscium qui subter morãtur in aquis.* Et Esajas Propheta ait:* [* cap. 40. v. 25.] *Cui assimilastis me, & adæquastis? dicit Sanctus.* Et rursus:* [* ib. vers. 18] *Cui similem fecistis Deum; aut quam imaginem ponetis ei?* Et iterum:* [* ca. 46. v. 5.] *Cui assimilastis, & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem?* David quoque

verba, Deum non esse localem, comprobant: ut per hoc consequenter, eundem corporeum non esse, innuant. Ait enim:* *Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tuâ fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Si sumsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextra tua.* Salomon quoque, idem sentiens, dicit: * *Ergóne putandum est, quòd vere Deus habitet super terram? Si enim cœlum, & cœli cœlorum, te capere non possunt: quantò minùs domus hac, quam ædificavi?* Et alibi: * *In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.* Et Hieremias:* *Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum? dicit Dominus. Numquid non cœlum & terram ego impleo? dicit Dominus.* Nunc liquidò advertere potes: quoniam, si Deum corpus, & omnia corporis membra habere, dicentes, Scripturas, quarum hoc autoritate volumus probare, superficie-tenus exponamus, omnibus supradictis testimoniis contraimus. *Ibidem.*

DE CHRISTO.

Contra 1.

Primæ autem de Christo hypothesi, quatuor opponit argumenta *Petrus Cluniacensis*, * quibus Christum Filium Dei esse demonstrat. Quorum primum *ex Esaja* sumtum est:* *Numquid ego, qui generationem aliis tribuo, sterilis ero? ait Dominus.* Si enim, inquit, Deus genuit: quantum ad illum quem genuit, necessariò pater est: & Filius Dei, quantum ad illum qui genuit, necessariò filius est. Æterna autem deitatis generatio, carnali generationi, aliquâ vel tenui similitudine, comparari non potest. Unde hoc propheticum testimoniũ cogit vos, non juxta quod homo est: sed juxta quod Deus est, intelligere & confiteri: Christum esse filium Dei.

Alterum argumentũ *Psalmus 2.** ipsi suppeditat. *Ego*, inquit, *constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum ejus. Dominus dixit ad me. Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Deitatem ipsius, quâ naturaliter est Dei Filius, indicat.

Tertium *Psalmus 110.* suggerit; ubi introducit David Dominum cuidam suo Domino loquentem, & inter alia dicentem:* *In splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferum genui te.*

Quartum *ex Proverbiis* desumtum est, ubi dicitur: * *Quis ascendit in cœlum, atque descendit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligavit aquas, quasi in vestimento? &c.*

Contra 2.

Ad secundam idem respondet. Filii Dei dicuntur, aut naturaliter, aut vocaliter. Sed Christus ante omnem creaturam, ex ipsâ Patris essentiâ genitus est. Ergo naturaliter Dei Filius est. Quòd-si naturaliter Dei filius est: atque non aliud, quàm Pater est, Pater autem Deus est. Non igitur aliud Filius, quàm Deus, esse potest.

Post hæc, Scripturæ testimoniis deitatem Filii probat. Ex Genesi.* *Pluit Dominus super Sodomam & Gomorrham sulfur & ignem, à Domino, de cœlo, &c.* Pluit planè Dominus a Domino, Filius a Patre, Deus à Deo: qui sicut habet, ut à Deo Deus sit, sicut habet, ut à Domino Dominus sit: sic ab ipso essentialiter habet, ut remuneret justos, puniat peccatores, glorificet bonos, condemnet profanos. Quod & tũc fecit, quando pluit super Sodomam & Gomorrham sulfur & ignem, à Domino, de cœlo. Nam nec pluere, ningere, tonare, & similia, alicui creaturæ conveniunt: sed ad solum creaturæ autorem spectant; qui facit ista, quando vult, prout vult, & producit.

Ex Psal. 45. * *Sedes tua, Deus, in seculum seculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ, præ consortibus tuis.*

Baruch cap. 3.* *Hic Deus noster est; & non æstimabitur alter ad ipsum. Hic invenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Posthac in terra visus est, & cum hominibus conversatus est.*

Itèm Esa. 9. * *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, &c.*

Micheæ cap. 5. * *Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Et egressus ejus ab initio, à diebus æternitatis.*

* Psal. 139 v. 7. & 199. — * 1. Reg. 8. v. 27. — * Prov. 15 v. 3. — * cap. 23. v. 24. — * lib. 2. c. 2. — * c. 66. v. 9. — * vers. 6. 7. — * vers. 3. — * c. 30. v. 4. — * cap. 19. v. 24. — * vers. 7. 8. — * vers. 36. 37. 38. — * vers. 6. — * vers. 2.

Ex Psalmum 72. *Deus, judicium tuum Regi da, &c.* de Christo Deo loqui asserit.

Denique Sibyllæ testimonium, de Christi Dei passione & resurrectione vaticinantis, subjicit. *Lib. 2. cap. 4.*

Contra 3.

Tertiam eorum opinionem, de regno Messiæ mundano refellit testimoniis. Zachariæ 9.* *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam.*

Esajæ 52. * *de Servo Dei exaltando.*

Daniel. 7. * *Potestas ejus, potestas æterna.*

Ezechiel. 37. * *Percutiam illis fœdus pacis; pactum sempiternum erit eis.*

Denique ipsam mortuorum resurrectionem, quam Judæi minimè negent, regni Christi æternitatem comprobare, *Petrus* indicat.

Contra 4.

Quartò, quòd Christus venerit; ex vaticinio Jacob, *Gen. 49.* * de sceptro Juda: *Danielis 9.* † de septuaginta Hebdomadibus: miraculis à Christo, & ipsis Apostolis, virtute Christi, factis, demonstrat. *Lib. 2. cap. 4.*

Contra 5.

Ad quintam hypothesin refellendam, ait: Æternum nõ semper intelligitur absque termino: Perpetuum non semper in Sacris accipitur absque fine, ut infinita exstant exempla: * *Stabiliam thronum ejus in æternum:* &, *Fidelis erit domus tua, & regnum tuum, usque in æternum.* Et hæc quidem exempla, ad probandam æternitatem finitam prolata, de semine David, de regno seminis David, Christiano sensu de Christo accipimus: eoque intellectu, sicut thronum, id est regnum ejus, terrenum negamus: sic non temporale, sed absque ullo fine æternum omnimodò affirmamus. *Lib. 2. cap. 4.*

Contra 6.

*Ad sextam.** Sicut stultum fuit, putare, pro rebus solummodò præsentibus & perituris, Deum tanta tamque miranda opera fecisse: (de Christi missione, ejusque operibus, loquitur) sic non minùs stolidum & pecuale est, sentire, universitatis autorem, Gentibus postpositis, de Judæis tantùm curâsse; nullique, præter ipsos, spem ad vitam respirandi dedisse. Non ità sensit, cui de omnibus cura est, Deus; nec tam arctis limitibus suam misericordiam clausit: ut pauxillum tumultuosæ ac sibi ingratæ gentis eligens, Gentium infinitatem abjiceret; & velut ad se non-pertinentes, per errorum devia, ad perditionis profunda perpetuò delabi permitteret. Dicebat eum, qui omne mortalium genus condiderat, omnium cõgruo tempore misereri; & Judæis, nequitiâ propriâ urgente, repulsis, plenitudinem Gentium ad salutem largâ benignitate vocare. *Omnes gentes*, inquit Psalmus,* *quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te, Domine.*

Denique fabulam illam, quam diximus, ipsius Diaboli instinctu prolatam esse, ait:* *O' humani generis feces!* (Judæos appellat Petrus) *talia vos leniunt, talia mulcẽt, talia pro Christo Antichristum vobis præstolari suadent?* Verè Satanas de vobis, ut homines de simiis, ludit: verè, ut jumentum vilissimum hamo stultitiæ, quò vult, trahit: verè, ut pater mendacii, multa vobis promittit, ut cuncta subtrahat: somnia dat, ut res auferat: fabulis pascit; quos Christo, pane angelorum hominumque, defraudat. Et quid dicam? deficiunt verba, ad tam profundam stolidorum hominum stultitiam confutandam. Ecce, caninum Christum nobis profertis: & quia à Judæis occisum erubescitis; canibus hoc imponitis. Nec istud nos diffitemur. Verè à canibus, verè ab immundis, verè ab oblatrantibus corrosus, ut dicitis, &, ut nos fatemur, occisus est Christus. Audiant ipse Christus in Psalmo: * *Circumdederunt me canes multi; concilium malignantium obsedit me: foderunt manus meas & pedes meos.* Nonne canes fuistis, quando canum more sanguinem sitistis, & nimiâ rabie penè linxistis, dicentes: * *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros?* Nonne latrastis; quando judici, scelus vestrum execranti, & declinare conanti, toties inclamastis: * *Crucifige, crucifige eum!*

* vers. 9. — * vers. 13. — * vers. 14. — * vers. 26. — * vers. 10. — † vers. 24. — * 2. Sam. 7. v. 13. & 16. — * cap. 3. — * Psal. 86 v. 9. — * cap. 3. — * Psal. 22 v. 17. — * Matth. 27 v. 25. — * Marc. 15 v. 13. 14.

DE CREATIONE.

Contra 1.

Christiani verò adstruunt, novas quotidie animas procreari, formatisque novit in ventre corporibus infundi. *Petrus Alphonsus.**

* Tit.2.

Contra 2.

Hoc autem quàm patens mendacium sit, nullius oculi aciem latet. Septentrionalis etenim poli axem altissimum, semper super nos, nec unquam occultari, conspicimus, ipsumque totum integrum perfectumque videmus. *Ibidem.*

DE PARADISO.

Considera, quæso, quàm risu-dignissima in hoc possunt notari termunculo. Quid enim plùs miremur? an fatuitatem angeli, qui callidam hominis artem non priùs agnovit? an hominem, audito per angelum Dei præcepto, cōtra ipsum præceptum ausum fuisse jurare? An dicamus, Dei impotentiam fuisse, quòd non, nisi per nuntium, eum de paradiso potuisset expellere? an adscribamus Dei ignorantiæ, quòd non aliter scire potuit, utrùm perjurus fuisset, nisi ejus vitæ libros revolvi juberet? *Ibidem.*

DE LEGE.

Quot, quæso, fatuitatis diversitates, in hac continentur lascivià? Quomodo enim Moyses, corporis mole depressus, altitudinem cœli conscendere potuit? aut quomodo, Deo dare Legem volente, Angeli prohibere? Quid iterum stolidius est; quam dicere, Deum Angelis victis exsultare, & puerili more ridere? Itèm: Si Angeli, ut dicitis, tam avidi illius Legis retinendæ erant: cur eam non priùs Deo quæsierant? vel quid contentionibus proderat eis desævire? Poterant enim Legem ipsam, etiam simul cum Judæis observare: nec erat ratio, cur eam Moysi deberent inhibere *Ibidem.*

MENDACIORUM RELIQUORUM *confutatio.*

Contra 1.

Computemus ergo, si placet, ô Moyses; & utrùm hoc stare possit, videamus. Demus ad minùs libræ sex claves, & quòd quisque camelus ad minus sexcentas tulerit libras; erantque claves, quas unus camelus ferebat, ter-mille sexcentæ. Fient itaque claves 300. camelorum, mille & octoginta millia. Sed cum quæque clavis ad minus unius sit arcæ: quot sunt claves; totidem procul dubio erunt & arcæ. Dentur itaque cuique camelo ad minus duæ arcæ: & erunt cameli, arcas ferentes, quingenti & quadraginta mille. Sed & secundum consuetudinem divitum, quibus major cura de custodiendis divitiis est: oportuit ad minus duos camelos unum habere custodem; qui thesauros cum summâ servans diligentia, vix etiam dormitaret: invenienturque camelorum custodes ducenti & quadraginta mille. Libro autem attestante didicimus, quomodo exercitus Chore, per domos, & cognationes, & familias suas, non erant nisi octo-mille sexcenti. *Petrus Alphonsus.**

* Tit.2.

Contra 2.

Nónne, quæso, hæc adinventio tibi justè summo risu digna videtur? Cùm enim Jacob filii duodecim adhuc tantummodò essent; viri Esau de tribu suâ jam 400. existebant. Nunc igitur, numero filiorum Jacob aucto; quantò major existimari potest filiorū Esau numerus fuisse? Tantam igitur oportuit eorum esse multitudinem: ut & filiis Jacob, & toti Ægyptiorum genti, quæ cum Joseph venerat, obsistere potuisset. Nunc igitur judica, quid horum admiratione sit dignius: scilicet, vel ubi tantum invenerit montem; vel quo monte tam miræ magnitudinis molem; vel quomodo in capite tanti ponderis gestare potuisset lapidem, ut tam magnam prosternere posset cohortem. *Ibid.*

Contra 3.

In hoc cognoscere quilibet potest; quòd à plantâ pedis, quam in terrâ fixam tenebat, usque ad nodum, in quo percussus est, triginta cubitos habebat. Ab eo igitur loco, usque ad summum, non minus quàm octingenti cubiti erāt: solumque caput decem cubitis facilè constare poterat. Unde sequitur, quòd avis illa molem ipsam decem cubitis perforavit. In quo facto quot sunt miranda? quídve potius mirer, cùm considero, stupeo. Ubi enim vel tantum lapidem invenire, vel qualiter tantum pondus potuit portare? Aut quomodo tam parvula avis tantum, tam durum, tamq; spissum saxi corpus, tam citò valuit penetrare? quóve pacto dentes ei tam citò rescere? Aut quâ ratione tam immensæ & inauditæ magnitudinis credendus est fuisse? præsertim cùm Lex dicat, lectum ejus ferreum non nisi novem cubitos habuisse. Quóve pacto tantus homo tam facili vulnere cecidisse? *Ibidem.*

¶ Et Politici suo nervo Judæos castigarunt. Nam Norvicenses, rei (*ut Balæus* * *habet*, Nordovicenses, cædis rei, in crucem acti; reliqua cohors urbe excedere jussa est.

* Cent. 2. c. 94.

Et Theobaldus, Carnotensis Comes, multos Blesensem urbem incolentes Judæos, quos pueros occidisse diximus, igni tradidit: iis solùm exceptis, qui religioni Christianæ colla submittebant. *Sigeberti Continuator*, ponit circa annum Domini 1190.

Et Philippus, Rex Francorum, ex Palæstinâ, ab oppugnatione Acconis urbis, regressus ad patrios lares, cū apud S. Germanum de Laio moram trahit; de cęde, in hominem Christianum, a Judæis apud Braiam commissâ, cognoscit. Mox eò cum comitatu advolat; portas viarumque exitus occupat; suisque custodiendos tradit. Ipse verò castrum ingressus, ex Judæorum cohorte, octoginta, & eo ampliùs, Vulcano devorandos tradidit: ut referunt, *Vincentius*, *Gaguinus & Naucleru*s, qui, Parisiis hæc accidisse, subindicare videtur. *Sigeberti Continuator* annum 1177. annotat.

Tandem verò Philippus Rex, de Judæorum immanitate, quâ quotannis Christianum mactarent puerum, edoctus, omnes Judæos comprehensos, auro, argento, vestibusque pretiosioribus, exspoliat. Ac cùm penè totius regni facultates fœnore exhausissent; & servos, famulas, ex Christianorum cœtu, domi suæ, contra Ecclesiæ decretum, alerent; hæratosque captivos intra domesticos parietes tenerent: Bernhardi autoritate, qui debita, quibus obstricti erant Judæis Christiani, remitti, & quintam eorum partem ad regium fiscum conferri, constituerat; omnibus facultatibus Judæos exuit, regnoque suo ad certum diem excedere jussit. quod Regis edictum, nullis Magnatum precibus infringi potuit. Iis tamen, qui ad Christianam religionem animum adjiciebant, & Baptismi sacris imbuebantur, & manendi libertatem concessit; & facultates restituit. Facta sunt hæc anno 1182. *teste Vincentio.** *Henrico Erfordiensi*, *Gaguino.** Verùm Aulici, (ut iidem haud obscurè produnt) muneribus corrupti, Regem a justâ severitate retrahere, summo conabantur studio: quique etiam tandem voti sui compotes facti sunt. Nam, in annum 1197. hoc hominum genus perditissimum, ab eodem Rege revocatum asserunt. *Antoninus.**

* li. 29. c. 25
* lib. 6.
* Tit. 17. c. 9. § 10

Denique nemo non hanc gentem abominatur: ut *Petrus Cluniacensis* testatur: * *Quas gentes*, inquit, *Judæi non imperāt? Quibus palàm Judæi non serviunt? Quod genus hominum non eos, ut vilissima mancipia, conculcat? Verè, sicut olim eis in Deuteronomio interminatus est Deus; cum, quantum ad religionem, cunctorum populorum caput exstiterint; nunc in caudam omniū gentium conversi sunt: qui nihil sibi tutum alicubi arbitrantes, etiam non-metuenda timentes, atq; ad omnes rerum eventus suspensi, ut fratricida Cain, vagi & profugi super terram. Pendet assiduè vita eorum ante ipsorum oculos: & multâ vi formidinis tremefacti, non credunt vitæ suæ.*

* lib. 2. c. 4.

DE GENTILISMO.

NEc Gētilium vanitas prorsus extingui potuit. Nam plurimis in locis eam viguisse, Historiæ produnt; quas subjicimus.

In Armeniæ confinio gentes quædam habitant; quæ filios suos recèns-natos, ad Armenos, ut baptizentur, mittunt: sed pòst patriam religionem docentur. *Otho Frising.**

* lib. 7. c. 32

In eas angustias Boleslaus, Polonum Princeps, Borussos adegerat: ut supplices pacē petere cogerentur. Quę quidē ejusmodi conditione ipsis concessa fuit: si, præter arma, ethnicas superstitiones quoque abjicerent. Placet cōditio: votique compotes facti, certatim, non tā amore religionis, quā metu cōpulsi, (ut paulò pòst eventus declaravit) Chri-

sto nomina dant. Nam exercitu dissipato, ad avitam religionem maxima pars redit: Christianorum ritus explodunt; Sacrificulos suos, aliosque tenaciùs inhærentes novę religioni ejiciunt; ac templa pristinis cultibus iterum procanant. Boleslai autem veriti indignationem, Legatos mittunt amplissimis cum donis: qui Regi nuntiarent, se in fide ejus manere, ipsiusque jussa facturos lubentes; modò ad patrios cultus religionemque sibi reverti liceat: pro quâ quidvis perpeti, omnes essent paratissimi. Muneribus & promissione splendidissimâ delinitus Boleslaus, sic Legatos dimisit; ut factum eorum approbâsse videretur. *Cromerus.**

* lib. 6.

Sclavos & Vindelicos, Paganos appellat *Sigeberti Continuator*, sub annum salutis 1169. Et Sclavorum terram, Satanæ sedem, & habitationem omnis spiritûs immundi, vocat. *Helmoldus in Chronico Sclavorum.** Apud Vandalos oppida & agros diis redundâsse, *Crantzius** testatur. Saxones, gentes quasdam, spurcitiis idolorum deditas, vicinas habere, *Ottho Frisingensis de gestis Friderici** indicat.

* cap. 70.
* lib. 3. c. 37.
* lib. 1. c. 48.

Rostochio a Waldemaro, Danorum Rege, capto; quædam statua, quam gens profana perinde ac cœleste numen, divinis honoribus colebat, incendio Regis jussu traditur. *Saxo Grammaticus.**

* lib. 14.

Finlandi idololatræ, ab Erico Suecorum Rege victi, fidem Christianam amplectuntur. *Gothica Historia.**

* lib. 19.

CAPITA DOCTRINAE.

De Deo.

Sclavi prosperam fortunam à Deo; bono adversam à malo dirigi, profitentur: ideoque malum deum suâ linguâ Diabol, sive Zerneboch, id est, nigrum Deum, appellant. *Helmoldus.**

* cap. 53.

Inter multiformia deorum numina, quibus arva, sylvas, tristitias atque voluptates, attribuunt Sclavi; non diffitentur unum Deum in cœlis, cęteris imperitantem. Illum prępotentem, cœlestia tantùm curare: hos verò, distributis officiis obsequentes, de sanguine ejus processisse; & unumquemque eò præstantiorem, quò proximiorem illi Deo deorum. *Ibidem.**

* cap. 84.

De Regimine sacro.

Habuerunt sacerdotes. Nam Mikæ Flaminis, qui sacris gentilibus Aldenburgi præfuerit, meminit *Helmoldus.** Et templi Cyzinorum & Circipanorum; quod ait fuisse celebertimum.*

* cap. 71.
* cap. 72.

Templa apud Rugianos, in quibus Viti aliorumque idola extiterunt, ob ædificiorum splendorem, *à Saxone Grammatico* commendantur.*

* lib. 14.

Apud eosdem, major Flaminis, quàm Regis, veneratio est. Ille enim responsa perquirit, & eventus sortium explorat. Ille, ad nutum sortium; & porrò Rex & Populus, ad nutum illius pendent. *Helmoldus.**

* li. 1. c. 80 & li. 2. c. 12

Apud Vandalos sacerdotis munus erat; de crimine suspectos, per ferrum, vel vomerem candentem, probare. *Crantzius in Vandalia.**

* li. 4. c. 26

De Ceremoniis & Ritibus.

Dæmoniis immolabant. Ut de Sclavis *Helmoldus** scribit; quòd Prove, Siwam deam Polaborum, & Radigast, sacrificiorum libamentis placent: quorum solennitates Sacerdotum aliquis, juxta sortium nutum, publicè denuntiat. Conveniunt tùm, utriusque sexûs, omnium ætatum homines: mactantur hostiæ, de bobus ovibusque: sæpiùs etiam Christiani homines miserè jugulantur; quorum sanguine in-primis suos deos delectari autumant, si adspergatur; & oraculis capessendis plurimum indè accedere emolumenti. Posthæc populus ad epulas & plausus convertitur. Circumgestatur tùm inter compotationes patera quædam: in quam conferunt verba quædam, sub deorum nomine prolata, boni scilicet atque mali: quorum ille prospera; hic verò adversa immittat. *Chronicon Saxon. Crantzius.**

* cap. 33.
* lib. 3. c. 37

Habuit eadem gens lucum quendam sacrum, firmissimâ sepe cinctum, ob deorum multitudinem maximè in deliciis: in cujus medio, mirandæ quædam stetêre quercus, Proven deo dicatæ; cui Flamen quidam præerat: ad quas varii sacrificiorum ritus peragebantur. Illic secundâ feriâ Populus, cum Flamine & Regulo, qui tùm ad tribunal sedere solebat, conveniunt. Atrium ingredi fas nemini erat, prętet sacerdotes, ac sacrificare-volentes, aut quem mortis periculum urgebat: cui tutum hic asylum dabatur. Tâtum enim sacris locis reverentiæ exhibent: ut nec hostium suorum sanguine ea pollui patiantur. *Ibidem.*

Suis diis munera offerebant: ut ex sancti Viti cultu apud Rugianos videre licet; de quo paulò pòst dicemus. Iidem populi, quascunque gentes armis subegerint, fano suo censuales faciunt: victoresque è præliis regressi, aurum & argentum in ærarium sui idoli conferunt; reliquam partem prædæ inter se partiuntur. *Helmoldus.** Wagirenses etiam, & omnes Sclavorum populi, tributa eò annuatim transmittunt. *Helmoldus.**

* cap. 37.
* lib. 2. c. 53

Et Borussi, devictis (sub annum salutis 1167.) Polonis, spolia diis suis, quibus victoriam acceptam referebant, consecrarunt: *ut Cromerus indicat.*

DE IDOLOLATRIA VITI.

Præ cæteris populis, ad maris Balthici litus, Rugiani magis dediti fuère cultibus. Maximè verò haud-vulgari superstitione Vitum coluerunt: cujus fanum primarium, ipsaque statua, in metropoli Archon fuit. Ac copiosus est *Saxo Grammaticus*,* in ejus idoli cultûsque descriptione; cujus verba, tanquam testis fide-dignissimi, adscribere visum fuit. *Medium*, inquit, *urbis planities habebat, in quâ delubrum, materiâ ligneum, opere elegantissimum visebatur: non solùm munificentia cultûs; sed etiam simulacri in eo collocati numine, reverendum. Exterior ædis ambitus, accurato cælamine renitebat; rudi atq; simplici pictura artificio, varias rerum formas complectens. Unicum in eo ostium intraturis patebat. Ipsum verò fanum duplex septorum ordo claudebat. E quibus exterior, parietibus contextus, puniceo culmine tegebatur. Interior verò, quatuor subnixus postibus, parietum loco, pensilibus aulæis nitebat; nec quicquam cum exteriore, præter tectum & pauca laquearia, communicabat. Ingens in æde simulacrum, omnem humani corporis habitum granditate transcendens; quatuor capitibus, totidemq; cervicibus mirandum, perstabat: è quibus duo pectus, totidemq; tergum, respicere videbantur. Cæterùm, tam antè, quam retrò collocatorum, unum dextrorsum, alterum lævorsum, contemplationem dirigere videbatur. Corrasa barba, crines attonsi figurabantur: ut artificis industriam, Rugianorum ritum in cultu capitum æmulatam, putares. In dextrâ, cornu vario metalli genere excultum gestabat: quod sacerdos sacrorum ejus peritus, annuatim mero perfundere consueverat, ex ipso liquoris habitu, sequentis anni copias prospecturus. Læva arcum, reflexo in latus brachio, figurabat. Tunica ad tibias prominens fingebatur: quæ ex diversâ ligni materiâ creata, tam arcano nexu genibus jungebantur; ut compaginis locus non nisi curiosiore contemplatione deprehendi potuerit. Pedes humo contigui cernebantur, eorum basi intra solum latente. Haud-procul frenum ac sella simulacri, compluraq; divinitatis insignia, visebantur. Quorum admirationem conspicua granditatis ensis augebat: cujus vaginam ac capulum, præter excellentem cælaturæ decorem, exterior argenti species commendabat. Solennis eidem cultus hoc ordine pendebatur. Semel quotannis, post lectas fruges, promiscua totius insulæ frequentia, ante ædem simulacri, litatis pecudum hostiis, solenne epulum, religionis nomine, celebrabat. Hujus Sacerdos, præter communem patriæ ritum, barba comaq; prolixitate spectandus, pridie, quàm rem divinam facere debuisset, sacellum, (quod ei soli intrandi fas erat) adhibito scoparum usu, diligentissimè purgare solebat; observato, ne intra ædem halitum funderet. Quo quoties capessendo vel emittendo opus habebat; toties ad januam procurrebat: ne videlicet Dei præsentia, mortalis spiritûs contagio pollueretur. Postero die, populo præ foribus excubante, detractum simulacro poculum curiosius speculatus, si quid ex inditi liquoris mensurâ subtractum fuisset, ad sequentis anni inopiam pertinere putabat. Quo annotato, præsentes fruges in posterum tempus asservari jubebat. Si nihil ex consueta fœcunditatis habitu diminutum vidisset; ventura agrorum ubertatis tempora prædicabat. Juxta quod auspicium, instantis anni copiis, nunc parciùs, nunc profusius utendum monebat. Veteri deinde mero, ad pedes simulacri, libamenti nomine, defuso; vacuefactum poculum recenti imbuit: si-*

* lib. 14.

mulaeq; propinandi officio, statuam veneratus, tum sibi, tum patriæ bona, civibusq; opum ac victoriarum incrementa, solennium verborum nuncupatione, poscebat. Qua finita, admodum ori poculum, nimia bibendi celeritate, continuo haustu siccavit, repletumq; mero, simulacri dextra restituit. Placenta quoq; mulso confecta, rotunda forma, granditatis verò tanta, ut penè hominis staturam æquaret, sacrificio admovebatur. Quam Sacerdos sibi ac populo mediam interponens, an à Rugianis cerneretur, percontari solebat. Quibus illam à se videri respondentibus; ne post annum ab iisdem cerni posset, optabat. Quo precationis more, non suum, aut populi fatum; sed futuræ messis incrementa, poscebat. Consequenter, sub simulacri nomine, præsentem turbam consalutabat: eamq; diutiùs, ad hujus numinis venerationem, sedulo sacrificii ritu peragendam, hortatus; certissimum cultûs præmium, terrâ marìq; victoriam promittebat. His ità peractis: reliquum diei pleniis luxuria epulis exigentes, ipsas sacrificii dapes, in usum convivii, & gulæ nutrimenta, vertère; consecratas numini victimas, intemperantiæ suæ servire cogentes. In quo epulo, sobrietatem violare, pium æstimatum est: servare, nefas habitum. Nummum ab unoquoq; mare, vel fœmina, annuatim, in hujus simulacri cultum, doni nomine, pendebatur. Eidem quoq; spoliorum ac prædarum pars tertia deputabatur; perinde, atq; ejus præsidio parta obtentaq; fuissent. Hoc quoq; numen, trecentos equos descriptos, totidemq; satellites in eo militantes, habebat: quorum omne lucrum, seu armis, seu furto quæsitum, Sacerdotis custodiæ subdebatur. qui ex earum rerum manubiis, diversi generis insignia, ac varia templorum ornamenta conflabat, eaq; obseratis arcarum claustris mandabat: in quibus, præter abundantem pecuniam, multa purpura, vetustate exesa, congesta fuerat Illic quoq; publicorum munerum ac privatorum ingens copia visebatur: studiosis beneficia, post cursum votis, collata. Hanc itaq; statuam, totius Sclaviæ pensionibus cultam, finitimi quoq; Reges, non absq; sacrilegii respectu, donis prosequebantur. Quam inter cæteros etiam Rex Danorum Sueno, propitiandi gratiâ, exquisiti culaedis poculo veneratus est, alienigenæ religionis studium domesticæ præferendo: cujus postmodum sacrilegii, infelici nece, pœnas persolvit. Alia quoq; fana, compluribus in locis, hoc numen habebat: quæ per supparis dignitatis, ac minoris potentiæ, flamines regebantur. Præterea peculiarem albi coloris equum titulo possidebat: cujus jubæ aut caudæ pilos convellere, nefarium ducebatur. Hunc soli Sacerdoti pascendi insidendiq; jus erat: ne divini animalis usus, quò frequentior, hòc vilior haberetur. In hoc equo, opinione Rugiæ, Suantevitum (id simulacro vocabulum erat) adversùm sacrorum suorum hostes bella gerere credebatur. Cujus rei præcipuum argumentum exstabat: quòd is, nocturno tempore stabulo insistens, adeò plerumq; manè sudore ac luto respersus videbatur; tanquam ab exercitatione veniendo, magnorum itinerum spatia percurrisset. Auspicia quoq; per eundem equum hujusmodi sumebantur. Cùm bellum adversùm aliquam provinciam suscipi placuisset: ante fanum triplex hastarum ordo, ministrorum operâ, disponi solebat: in quorum quolibet, binæ è transverso junctæ, conversis in terram cuspidibus, figebantur; æquali spatiorum magnitudine ordines disparante. Ad quos equus, ductandæ expeditionis tempore, solenni precatione præmissâ, à Sacerdote è vestibulo cum loramentis productus, si propositos ordines antè dextro, quam lævo pede, transcenderat: faustum gerendi belli omen accipiebatur. Sin lævum vel semel dextro prætulisset, petendæ provinciæ propositum mutabatur. Nec priùs certa navigatio præfigebatur; quàm tria continui potioris incessûs vestigia cernerentur. Ad varia quoq; negotia profecturi, ex primo animalis occursu, votorum auspicia capiebant. Quæ si læta fuissent: coeptum alacres iter carpebant, sin tristia: reflexo cursu, propria repetebant. Nec sortium eis usus ignotus exstitit. Siquidem tribus ligni particulis, parte alterâ albis, alterâ nigris, in gremium sortium loco conjectis: candidis prospera; furvis adversa signabāt. ... ne fœminæ quidē ab hoc scientiæ genere immunes fuère Quippe foco assidētes, absq; supputatione, fortuitas in cinere lineas describebāt. Quas si pares numerassēt: prosperarum præsagas arbitrabantur: si impares: sinistri prænuntias autumabant. Hæc Saxo.

¶ Suantevith, Rugianorum deum, inter omnia Sclavorum numina primatum obtinuisse, clariorem in victoriis, in oraculis reddendis efficaciorem, deorumque deum extitisse, *Helmoldus* * tradit. Cæterum, cunctis mercatoribus liber patebat accessus, negotiandique facultas: si illius terræ numini priùs suum cultum præstitissent. *Crantzius in Vandalia.* *

¶ Iidem etiam Arconenses turritā quandam, supra portam civitatis exstructam, signis tantùm aquilisque prætegebant. Inter quas erat Stanitia, (alii legunt Stuatica) magnitudine ac colore insignis: cui tantum venerationis à populo Rugiano tributum est; quantum penè omnium deorum majestas obtinuit. Eam enim præ se ferentes in humana divinaque grassandi potestatem habebant: nec quicquam eis, quod libitum foret, illicitum habebatur. Populari urbes, aras demoliri, fas ac nefas in æquo ponere, cunctosque Rugiæ penates aut ruinis, aut incendiis evertere, potuisset. tantumque superstitioni indultum est: ut exigui panni autoritas, regiæ potestatis vires transscenderet. Plectentes signo perinde, ac divino gestamini, honorem habebant: officiis damna; injurias obsequiis rependentes. *Saxo Grammaticus.* *

Apud eosdem, urbs Carentia, trium præpollentium fanorum ædificiis insignis erat. Iis tantum penè venerationis, privatorum deorum dignitas conciliaverat; quantum apud Arconenses publici numinis autoritas possidebat. Majus fanum, vestibuli sui medio continebatur: sed ambo, parietum loco, purpurâ claudebantur; tecti fastigio solis duntaxat columnis imposito. In templo ex quercu factum simulacrum erat, quod Rugiævithum vocabant, dei nomine: in cujus capite, septem humanæ similitudinis facies consedère; quæ omnes unius verticis superficie claudebantur. Totidem quoque veros gladios, cum vaginis, uni cingulo appensos, ejus lateri artifex conciliaverat. Octavum in dextrâ districtum tenebat. Hunc pugno insertum, firmissimo nexu ferreus clavus adstrinxerat; nec manui, nisi præcisæ, evelli poterat. Spissitudo illi supra humani corporis habitum erat: longitudo, viri staturam longè excedebat. Hoc numen perindè, ac Martis viribus præditum, bellis præesse, credebant incolæ. In proximâ æde Porevithum simulacrum colebatur, quinque capitibus instructum, sed armis carens. Tertia ædes, Porenutii idolo conspicua fuit. Hæc statua, quatuor facies repræsentans, quintam pectori insertam habebat: cujus frontem læva, mentum dextra, tangebant. *Saxo*, † & *Crantzius in Vandalia.* * Et *Helmoldus* inquit: * Inter multiformia Sclavorum numina, præpollet Zwantevith, deus terræ Rugianorum; utpote efficacior in respōsis: cujus intuitu cæteros quasi semideos æstimabant. Unde etiam, in peculium honoris, annuatim hominem Christicolam, quem sors acceptaverit, eidem litare consuevêrunt. Quin & de omnibus Sclavorum provinciis, statutas sacrificiorum impēsas illò transmittebant. Mirâ autem reverentiâ circa fani diligentiam affecti sunt: nam neque juramentis facilè indulgent; neque ambitum fani, vel in hostibus, temerari patiuntur.

PROVE, & PODAGA.

Præter lucos penatesque, quos in agris & oppidis Sclavorum magnâ frequentiâ videre licebat, in agro Aldenburgensi, ubi olim episcopalis fuerat sedes, Prove idolum cultum. Apud Polabos, Sivua, muliebre numen, dominabatur. Obotriti, Radigast idolum venerabantur. *Helmoldus.* * *Idem* ait, * multiplicem idololatriæ cultum apud Sclavos vigere: non enim omnes in eandem superstitionis consuetudinem consentire. Alii enim imaginarias simulacrorum formas in suis templis urbanis habēt; veluti Plunense idolum, cui nomen Podaga: alii deorum sylvas vel lucos inhabitant; ut est deus Prove: quibus nullæ sunt effigies expressæ. Multos & duobus, vel tribus, vel eo amplius, capitibus exsculpunt.

Cæterùm idolorum, quæ diximus, forma, *in Saxonica Chronico* describitur. Prove idolum, columnæ impositum stetit, alterâ manu vomerem, quo innocentia probari solebat; alterâ verò hastam cum vexillo tenens cujus tempora coronis redimita erant; aures prominentes; pedes ocreati; & sub alterius calce tintinnabulum pendebat. Radegasti, cujus Mechelburga erat domicilium, pectus clypeus, cui nigri bubali caput impressum erat, tegebat: manus, securi militari armata: capiti avicula insidebat. Sivua

Marginal notes: * lib. 1. c. 12. (left column, at Helmoldus) — * lib. 5. c. 12. & seqq. — * lib. 14. — † lib. 14. — * lib. 5. c. 12. 13. — * cap. 52. — * cap. 53. & 70. — * cap. 84.

bar. Sivua dea, alterâ manuum, quas tergo impositas gerebat, aureum malum; altera uvas, virenti pampino adhærentes, gestabat: coma verò ad suras usque dependebat.

FLINS.

Præterea aliud quoddam Vandalis, Lusatiam incolentibus, erat idolum, Flins nomine, (quâ voce silicem appellant Saxones) silici prægrandi impositum; eam, quâ mortis imago pingi solet, formam præ se ferens: sed longo pallio tectum, manu gestans baculum, cum tumente Suis vesicâ. At sinistro humero leo insidebat; per quem tandem à mortuis se excitandos credebant Barbari. *Chronicon Saxonica Germanicum.*

TRIGLAS.

Idolum triceps, Stetinenses coluerunt. Apud eosdem & equus generulus, nigri coloris, qui magno studio à quodam Sacerdotum curabatur, in precio fuit: à quo, in bellû ituri, rei eventum explorabant, certâ quâdam ratione. Sacerdos, cui equi cura commissa erat, novem hastas, spatio unius cubiti ab invicem distantes, in terrâ disponebat; ac per transversum freno equum ter ducebat, reducebatque: ac, si nullo pedum ad hastam offendisset, felicis belli ipsis omen erat. *In vitâ Otthonis.**

HERONITUS.

Qui linguâ Latinâ Mars dicitur, Wolgasti deus fuit: ac in omni prælio victores se-se, hoc prævio, futuros, confidebant incolæ. In cujus templo, miræ magnitudinis clypeus, eidem dicatus, de pariete dependebat; aureis laminis, miro artificio exsculptis, obtectus: quem nemini mortalium fas erat attrectare. *Ibidem.**

Pomeranos prægrandem Nucem sacro honore prosecutos, *ibidem* * indicatur.

IODUTE.

Cæso ad sylvam Welphonis, prope Mansfeldiam, exercitu Cæsaris, Saxones, qui Romano studebant Pontifici, victores in locum istum trophæum quoddam statuunt. Imaginem viri armati trunco imponunt: qui sinistrâ clypeum, equo candenti insignem; dextrâ verò clavam gerebat. Quod idolum postea à vicinis colonis divino honore cultum fuit, indito ei nomine Iodute: quasi ejus beneficio Saxones eo bello superiores extiterint. Pugnæ enim tesserâ ipsis fuerat, *Io adjute me.* Ibique conditum sacellum quoddam. *Chronicon Saxonica.*

Lucos & fontes Falderenses colunt: quam impietatem Vicelinus abrogat. *Helmoldus.**

Malleos Joviales, paganâ superstitione, Sueones colunt. *Gothica Hist.**

MORES GENTILIUM.

Conjugii leges transgrediebantur. Nam non solùm Uratislavus, Pomeranorum Dux, juxta Gentilium ritum, quatuor & viginti concubinas, præter legitimam conjugê, domi suæ alebat: sed & reliquum vulgus, plurium mulierculatum amore implicitum erat. *Chronicon Bambergense.*

Apud eosdem vulgare erat, recèns-natos infantes occidere; pythonissas accedere; immundo, morticino, suffocato, idolothyto sanguine animalium, vesci. Nam, ut deinceps iis rebus abstineant, monentur ab Othone Bambergensi. *Urspergensis.*

Fuit Sclavorum genti innata crudelitas, saturari nescia, impatiens otii; vexans regionum adjacêtia, terrâ marique. *Helmoldus.** Attamen nulla gens iisdem honestior, hospitalitatis gratiâ. In colligendis enim hospitibus, omnes quasi ex sententiâ alacres sunt: ut nec hospitium quenquam postulare necesse sit. Quicquid enim agriculturâ, piscationibus, seu venatione conquirunt; totum in largitatis opus conferunt: eò fortiorem quenquam, quò profusiorem, jactitantes, cujus ostentationis affectatio, multos eorum ad furta vel latrocinia propellit. Quæ utique vitiorum apud eos quidem venialia sunt: excusantur enim hospitalitatis palliatione. Sclavorum enim legibus accedens, quod nocte furatus fueris; crastinâ hospitibus disperties. Si quis verò (quod rarissimum est) peregrinum hospitio removisse deprehensus fuerit: hujus domum vel facultates incendio consumere, licitum est. atque in id omnium vota pariter conspirant: illum inglorium, illum vilem, & ab omnibus exsibilandum dicentes; qui hospiti partem negare non timuisset. *Idem.**

Juramenta difficulter iidem admittunt: ac jurare, ipsis quasi pejerare est. *Idem.**

Vandali in arboribus, fontibus, & lapidibus, jurabant. De criminibus suspectos, Sacerdoti per candens ferrum examinandos dabant. *Crantzius in Vandaliâ.**

¶ Rugiani crudeles sunt: omnibus imperare; sed nemini ipsi parêre volunt. In bellum ituri, quà sors ostendit, exercitum dirigunt. Hospitalitate insignes, & erga parentes maximè benefici habentur; in infirmorum curâ fideles. Mendicus apud eos nullus. *Helmoldus.**

¶ De Ungarorum moribus, in hunc modum *Otho Frisingensis* scribit: * Sunt Ungari facie tetri, profundis oculis, staturâ humiles, moribus & linguâ barbari & feroces: ut jurè fortuna culpanda, vel potius divina patientia sit admiranda; quæ, ne dicam hominibus, sed talibus hominum monstris, tam delectabilem exposuit terram. In hoc tamen Græcorum imitantur solertiam: quòd nullam rem magnam, sinè crebrâ & longâ consultatione aggrediuntur. Denique, cùm vilissima in vicis vel oppidis ibi, id est, ex cannis tantùm, rara ex lignis, rarissima ex lapidibus, habeantur habitacula: toto æstatis vel autumni tempore, papiliones inhabitant. Ad curiam Regis sui, singulis ex primoribus sellam secum portantibus, conveniunt; ac de suæ Reipublicæ statu pertractare & discutere non negligunt: hyemis algore in domicillis, qui habent, id-ipsum facientes. At omnes sic Principi suo obsequuntur: ut unusquisque, ne dicam manifestis illum contradictionibus exasperare, sed & occultis susurriis lacerare, nefas arbitretur. Hinc est, ut, cùm prædictum regnum per septuaginta, vel ampliùs, divisum sit Comitatûs: de omni justitiâ, ad fiscum regium, duæ lucri partes cedant; tertia tantùm Comiti remaneat: nullusque in tam spatioso ambitu, Rege excepto, monetam vel teloneum habere audeat. Quòd-si aliquis ex Comitum ordine, Regem vel in modico offenderit; vel etiam de hoc, quanquam non-justè, infamatus fuerit: quilibet infimæ conditionis lixa, à curiâ missus, eum, licèt satellitibus suis stipatum, solus comprehendit; in vinculis ponit; ad diversa tormentorum genera trahit. Nulla sententia a Principe, sicut apud nos moris est, per pares suos exposcitur. Nulla accusato excusandi licentia datur: sed sola Principis voluntas, apud omnes pro ratione habetur. Si quando verò exercitum Rex ducere voluerit: cuncti sinè contradictione, quasi in unum corpus, adunantur. Coloni quidem, qui in vicis morantur, novem-decimum, vel etiam septem-octavum, vel infrà, si necesse fuerit, cum supellectili ad bellum necessariâ instruunt; cæteris pro culturâ terræ domi relictis. Qui verò de militum ordine sunt; nullâ occasione, nisi gravissimâ, domi remanere audebunt. At in ipsâ Regis acie hospites, quorum ibi magna copia est, & qui apud eos Principes dicuntur, latus Principis ad muniendum ambiunt. Omnes penè tetri, tetris in armis procedunt: nisi quòd jam ab hospitibus, quos nunc solidarios dicimus, educati, vel ab eisdem etiam geniti, quandam, non innatam, sed quasi extrinsecùs affixam virtutem, trahentes; principes tantùm & hospites nostros, in pugnandi peritiâ, armorumque splendore, imitantur.

¶ Ravenellæ (urbs est Græcorum Imperatori parens, in vasto nemore sita) incolæ, qui & Servi dicuntur, filii sunt Belial, sinè jugo Dei, illecebris carnis & gulæ dediti, omnibusque immunditiis servientes, ipsisque beluis vitâ beluinâ agrestiores. *Helmoldi Continuator.**

A QUIBUS, ET QUOmodo propugnatus sit Gentilismus.

A Sacerdotibus gentilibus. *ut ex Helmoldo patet.** Otthoni, in Stetinensi orbe idola demolienti, Sacerdos quidam acriter restitit: verùm is tandem nocte crepuit medius. *In vitâ Otthonis.**

A QUIBUS, ET QUOMODO, CONTRA Gentilismum laboratum sit.

Et Doctoribus Ecclesiæ, aliqui maximo cum labore, vitæq; periculo sutces... nitatibus se opposuerunt; hominesque ... veritate cœlesti erudierunt. Cujus rei illustre satis testimonium est, Otthonis Bambergensis ad Pomeranos processio; & idolorum, quæ passim iidem venerabantur, demolitio: & Vicelini, apud Nordalbingos, vicinosq; populos, in exstirpando lucorum, fontium, idolorumque superstitioso cultu, fervor: de quo *Helmoldus in Sclavorum Chronico.** Hartwigus Hamburgensis ad Sclavos plures misit episcopos: qui plebeculam illam, deditam ethnicæ impietati, de salute erudirent. *Idem* *Geroldus, Aldenburgensis episcopus, cùm fortè in quendam Sclavorum lucum, quem maximè sacrum habebant, incidisset, cum Helmoldo Buzoviensi Canonico, ignem mox subjecit; totumque in cineres redegit. *Idem.** & *Chronicon Saxoniæ.*

¶ Et Politici contra idola egerunt. Nã Vandalorum idolum, Flins, Lotharius Imperator destruit. *Chronicõ Saxoniæ.* Adolphus Holsatorũ Comes, & Nicolaus Obotritorum Princeps, Kyzinorum & Circipanorum fanum celeberrimum, cum idolis, subverterunt. *Helmoldus.** Absolon & Jaimirus Dani, Rugianorum idola in Arcone & Carentiâ concidunt; eorumque cultu cunctiadeinceps interdicunt: *ut Saxo prodit,** & *Helmoldus.**

Finlandos armis Christianam fidem, abjectâ avitâ religione, amplecti cogit Ericus, Suecorum Rex. *Gothica historia.**

DE MAHOMETISMO.

QUantâ felicitate sacri Belli milites Terram sanctam, profligatis simul cum religione impiâ & blasphemâ Turcis, recuperarint; superiori Seculo diximus. Attamen multis in locis hoc virus mansit integrum. Nam Iconium, (*ut habet Sigeberti Continuator*) Tripolin, Gibeletum, Cæsaream, Mahumetani multos annos tenuerunt. *Bergomensis.* Iconii Sultani crebriùs meminit *Nicetas, sub Manuele Imperatore:* cum quo continuum gessit bellum.

Cum Turcis, Persiam incolentibus, perpetuum fuit bellum Hierosolymitanis Christianis: *ut ex Tyrio videre est.*

Ab Antiochenâ Ecclesiâ tres archiepiscopatus Turcæ avulserunt, Edissanum, Hieropolitanum, & Toritiensem: quorum (*inquit Tyrius**) ecclesias infidelitas & gentibus superstitio invitas detinet.

Leupus, Valentiæ & Musciæ Rex, gentilis & Agarenus, Heinrico Anglorum Regi splendidissima obtulit munera, sub annum 1136. Cujus religionis & subditos fuisse, certè non est, quòd quisquam dubitet. *Sigeb. Contin.*

Chasiorum, quæ Agarenis vicina gens est, summam erga suos magistratus reverentiam esse, *Nicetas de gestis Isaaci Angeli** refert.

Tyrum, Berythum, Sidonem, aliquamdiu hoc seculo Turci tenuerunt: unde tamen ejecti narrantur, *apud Tyrium.*

CAPITA ERRORUM MAhumetistarum.

De opinionibus eorum, in hunc modum *Ottho Frisingensis* scribit:* Constat, universitatẽ Saracenorũ, unius Dei cultricẽ esse; librosq; Legis, nec-non & circũcisionem recipere, Christũ etiã & Apostolos, & Apostolicos viros, nõ improbare: in hoc tantùm à salute longè esse, quòd Jesum Christum, humano generi salutem afferentem, Deum, vel Dei Filium esse, negat, Mahometq; seductorem, tanquam prophetam magnum summi Dei, veneratur & colit. Cujus seductionis, (ut ipse fabulatur) prædicationis tale apud eos traditur esse exordium: *Initium Evangelii Mahumet, filii Dei, propheta Altissimi. Lavamini, mundi estote.* Quod præceptum prædicta gens stolidè servans, secretiores corporis partes quotidie abluere solet.

Saraceni, Christum Deum Deique filium negant; mortemque ejus ac resurrectionem diffitentur. *Petrus Cluniacensis.**

DE RITIBUS, ET MORIbus eorum.

Circumcisionem sanctè observarunt: ut ex *Continuatore Historiæ Belli sacri** constat.

Saladinus Ægyptius, postquam Hierosolymam expugnâsset, Salomonis templum prius ingredi noluit, quàm aquâ rosaceâ lotum esset: *ut in Bambergensi Historia, & Continuatione Historiæ sacræ,** *scribitur.* Idem suis exuviis, terræ mandandis, præferri jussit pannum nigrum, de lanceâ suspensum; præcone has addente voces: *Saladinus, Asiæ totius dominator, ex tanto regno tantisq; opibus moriens, nihil aliud secum defert. Bergomensis.**

Gens Chasiorum, suos Principes ità vereri & observare, & in jussis eorum exequendis adeò alacris esse, dicitur: ut, si tantùm superciliо Magistratus innuerit; statim de rupibus se præcipitent, & in enses irruant, in undas desiliant, in ignem se conjiciant, & ad eos missi, quos eorum Principes occisos volunt, ut hospites & amici adeunt; & aut se habere, quod eis dicant; aut Legatos venire simulantes, sæpè dominorum suorum adversarios pugionibus occidunt: nullâ difficultatis & explorati supplicii ratione habitâ; etiamsi alterum non occiderint. *Nicetas de gestis Isaaci Angeli.**

A QUIBUS ET QUOMOdo propugnatum.

Et Sacerdotes, & Reges Ducesque, hæc venena, pro suâ quisque virili, propugnarunt. Nam eâ de causâ sumserunt arma Turcæ: ut, verâ religione è medio sublatâ, sua tantũ vigeret. Et cùm Tripolitanus Comes, odio Regis Hierosolymorum, se ipsis adjungeret; circumcidi prius eum oportuit: *ut ex Tyrio constat.*

Memorabile est, quòd Manuel Comnenus, Constantinopoleos Imperator, sub vitæ finem, anathema illud in Mahometi Deum, catecheticis tabulis inter cæteras sanctiones inscriptum, passim aboleri & exscindi; & à magnæ ecclesiæ tabulâ initium fieri, voluit. Ac, ne quid temerè in hac re facere videretur: honestum scilicet, ex Aulicorum cerebro natum, prætextum quendam adferebat: Agarenos nimirum, blasphemiis ejusmodi in suum deum, magis magisque irritari & offendi; & longiùs à piâ religione recedere. Insuper edictum suâpte autoritate, & Aulicorum eruditorum, quos tempori servire nôrat, ministerio, repugnantibus Sacerdotibus, proponit: quo & Mahometi delirium defendebatur; & superiores Imperatores, sacrorumque antistites, apertè taxabantur; qui Deum verum, ineruditè & inconsideratè, anathemate notari passi essent. & id decretũ in sacro Palatio publicè recitandum curat; Principibus Senatûs, & cognatis suis literarum studiosis, qui veluti viam præpararent atque applauderent, præmissis: *ut habent Annales Nicetæ Choniatæ, de rebus à Manuele gestis.**

A QUIBUS ET QUOMODO repugnatum.

Constantinopoli, Catecheticis tabulis anathema in Mahometi Deum inscriptum fuit: quem nec genuisse, nec genitum; sed holosphyron esse, affirmat. *Nicetas de rebus gestis Manuelis.**

Petrus Cluniacensis contra eandem sectam calamũ strinxit: ut ipsemet testatur, inquiens:* *Hoc ego de hoc præcipuo errore errorum, de hac fece universarum hæresium, in quam omnium diabolicarum sectarum, quæ ab ipso Salvatoris adventu ortæ sunt, reliquiæ confluxerunt, facere volui: ut, sicut lethali ejus peste dimidium pene Orbis infectum agnoscitur, ita, quam sit exsecrandus & conculcandus, detecta ejus stultitia & turpitudine, à nescientibus agnoscatur.*

Quomodo denique Politici magistratus in exstirpando hoc religionis genere, sudarint, sequenti Capite annotabimus.

CAPUT XVI.
DE MOTIBUS ET Mutationibus Politicis.

TUrbis & motibus admodum funestis, hoc Seculum superiori vix cedit. In Oriente enim, Turcæ suum regnum, quod sacrâ illâ expeditione graviter fuerat debilitatum, summo

conamine

conamine restaurare contenderunt. Præterea Constantinopolitani, tam domesticis, quàm cæteris bellis lanienisq; occupati fuêre. Occidentem verò intestina illa bella, quorum Romani Pontifices, eorumque mancipia, faces & turbæ exstiterant, (ut superiori Libro diximus) non minùs affligebant. Verùm de his initium faciemus.

IN EUROPA.

SUB HEINRICO IV.

CUnrado, qui contra Parentem, ad Imperii dignitatem, Pontificum quorundam instinctu, adspirârat, extincto; pax aliqua affulsit. præsertim cùm Paschalis Pontifex, tragico ferè multorum suæ farinæ hominum exitu, nonnihilà sævitiâ, quæ hæreditario quasi jure in Romanos præsules hac ætate devolvi videbatur, retraheretur: vel quòd alter filius Imperatoris, Heinricus, qui post Cunradum fuerat regio diademate ornatus, patris adhuc sectaretur partes. Præterea, apud Saxones, tumultuum faces primariæ, violento mortis genere, iisdem ferè diebus interierant. Reliquos Imperator benevolentiâ præmiisq; facilè placavit, & in officio continuit. Pacem in quadriennium initam *Sigebertus* refert.

Dehinc, Reginoburgum ad comitia contendit Imperator. Ibi cùm de Hermanni, Coloniensis archiepiscopi, cognovisset obitu, statim itineri accingit: eoque delatus, Fridericum successorem designat.

Heinricum pòst Limburgensem, patère detrectantem, suâ ditione exuit: verùm supplici, non modò reconciliatur; sed & totius Lotharingiæ Ducatum attribuit.

Indè in Robertum Flandrensem, Cameracum, liberam urbem, infestantem, movet. Sed hyemis asperitate, expugnatis tamen priùs aliquot Roberti castellis, Leodium, in hyberna, se recipere compellitur: anno 1102. *juxta Flandriæ Chronicon* Comitiis ibi celebratis, pax confirmata est: Roberto in Imperatoris verba (ut ibidem scribitur) jurante. Latrocinia, quæ jam tot annos, Imperii dignitate fluctuãte, invaluerant, prohibita; & latrunculorum receptacula diruta sunt. Quibus peractis, Reginoburgum cum filio Rege petit.

Sed inter eundum, pater, mutatâ sententiâ, Moguntiæ subsistit: at filius cœptum iter perficit.

Post hyberna verò, Romam pacis ineundæ gratiâ cum Paschali Pontifice, (quem, *Aventino teste*, ut pacis amatorem, a cæde & sanguine abborrentem, colebat) ire decreverat Imperator. Interim Paschalis, Romæ concilio celebrato, (*Nauclerus* Florentiæ factum asserit) non solùm approbat antecessorum suorum contra Imperatorem decreta; sed etiam atrociori excommunicationis fulmine contra ipsum sævit. Quo cognito, Imperator Romam proficisci desiit.

Cùm itaque, sub initium anni 1105. patri filius non adesset: Proceres nõ pauci, quos inter primi fuêre, Diethboldus à Vogburg, Berengarius à Sultzbach, Ottho, Welpho, & Heinricus, Bojorum Duces, & Albertus regius Cancellarius; filio, ut contra Parentem arma capiat, autores sunt. Ac mirâ arte, impium hoc consilium, ipsi imprudenti instillabant juveni. Mirari se, dicebant, quòd tamdiu durum Parentem ferre posset: nihil eum à servo differre: patrem senem esse, & regni molestiis invalidum: ac metuendum, si pater, Romanorum Pontificum hostis, & excommunicatione irretitus, moreretur; fore, ut alius ipsi præriperet Imperii dignitatem. nec sibi observandum, quod incautè jurârit: imò tùm demum se sanctificâsse, si juramentum, excommunicato juratum, (*ut loquitur autor vitæ Heinrici*) irritam faceret. Longum porrò erat filio, patris mortem exspectare. Specie igitur pietatis & religionis, (*ut Frisingensis loquitur*) filius à patre, contra jus naturæ & & fas legum, (*ut Vincentius & Urspergensis utuntur verbis*) defecit: ac in Romani Pontificis potestate se totum futurum, ejusque ac totius Christianæ Reipublicæ dignitatem quæ tot jam annos, patris sui contumaciâ, plurimùm sit periclitata, prò virili turaturum, promittit. Confluunt interim, ad Heinricum juniorem, Centauri Cyclopesque, quibus pax exosa, & ex rapto vivere animus erat: collaudantes ejus factum pietate plenum, (si diis placet) suamque ipsi operam addicentes. Quin & ecclesiarum Episcopi, (quos rectiùs Satanæ mancipia dixeris) igni oleum addebant: impietatem filii extremam, contra Parentem, suo suffragio comprobantes; quòd patrem terrestrem spirituali, Romano nimirum præsuli, jure postponeret.

Hisce turbarum facibus stipatus junior Heinricus, in Saxoniam contendit, ad veteres Parentis inimicos: à quibus perbenignè accipitur. Insuper Ruthardi Moguntini (qui octo annos apud Thuringos, ob cædem Judæorum & prædas, exsulârat) & Gebhardi Constantiensis arte, tota ferè Saxonia in ipsius venit potestatem. Uto Hildesianus, Heinricus Padebornensis, & Fridericus Halberstadensis, episcopi, qui patris antea foverant partes; ad pedes illius devoluti, veniam impetrant.

Revocat quidem filium pater, & mentione datæ fidei, debitæque pietatis, imò lacrymis largis: sed surdo fabulam narrat; filio subindè excommunicationem, quâ ab obedientiâ eximatur, contumaciter patri objiciente. At Heinricus pater, ubi hæc accepit, Paschali scribit, quẽ, ob pacis studiũ, aliasque virtutes, collaudat, studiosissimumq; concordiæ appellat: ac de tantâ filii perfidiâ conquerente aperit tandem, se amicum cum mandatis legâsse, cui fidem habeat: cum quo arcano sermone conferri, se denique certiorem fieri, quidnam sibi de eo sperare liceat, postulat.

Filius quoque splendidiores Romam mittit Legatos; Brunonem nimirum Trevirensem, Heinricum Magdeburgensem, Gebhardum Constantiensem, Ebethardum Eichstettẽsem, Othonem Bambergicum, & Wigbertum Comitem: qui Romanum Pontificem in Germaniam adducant. Verùm ii per Bojariam profecti, Tridenti, ab Alberto præside, in vincula conjiciuntur. Solus Gebhardus evasit; ac Mechtildæ operâ, ad Paschalem, in Italiam venit. Albertus Otthonem & Brunonem episcopos, cum Wigberto Comite, eâ lege dimittit: ut, petitâ ab Imperatore veniâ, cum eo in gratiam redeant. Hi cùm vix discessissent: Guelpho quidam, Bojorum Dux, Tridentum obsidet; & Albertum reliquos captivos reddere cogit. Qui omnibus exsuti rebus, Mersburgum ad Regem revertũtur.

Cæterùm, primum Heinrici junioris erat studium; ut episcopos, passim suis sedibus à patre pulsos, restitueret. Collectis itaque viribus, Heinricum Magdeburgicum primùm reducit: pòst Ruthardum Moguntinum restituere parat, in quâ urbe pater commorabatur. Ad urbis itaque mœnia, trans Rhenum tamen, filius castra ponit. Sed bonorum ope, qui ultrò citroque missi, parricidiale detestabantur bellum, absque prælio discessum est. Navigiis præterea, quibus exercitus traduci posset, destituebantur oppugnantes.

Indè Herbipolim profectus, Herlungum, quem olim pater ibi constituerat episcopum, urbe ejicit; eique Rupertum substituit. Sic eadem ecclesia Romano episcopo unita fuit.

Dehinc Norinbergam oppugnare cœpit: quæ, post alterum obsidionis mensem, in ipsius venit potestatem. Rerum successu, crevit temerario juveni & animus: solutoque exercitu, Ratisbonam, quæ hactenus in patris fide semper permanserat, nemine prohibente, se contulit.

Filii vestigia insecutus pater, Wirciburgi Herlungum restituit, ejecto Ruperto: fautorum filii ditiones, inter eundum, miserè vastat; &, omnium opinione celeriùs, Ratisbonam ingreditur. Nam maxima copiarum pars, civibus Imperatori faventibus, jam urbem tenebat.

Cùm de periculo suo commonefieret filius: mox urbe excedens, apud Suevos, Bavaros & Carinthios, militẽ cogit. Pater etiam, Bohemiæ Regis Borisboii, (seu Beroës) & Leopoldi Austriæ Ducis, se munit haud-vulgaribus præsidiis. Uterque autem exercitus, ad Reginum fluvium, qui eos disjungebat, opposita habebant castra. In vado levibus pugnis sæpè congressi sunt: ubi Hartwicus, qui patris erat partium, ferro occubuit. Tandem Bohemiæ Regem, & Leopoldum Marchionem, filius, pollicitationibus satis splendidis, domum pedes cum copiis referre, persuasit. *Otho Frisingensis.**

*lib. 7. c. 8. & 9.

Suos

Suos verò milites, quò eos in officio contineret, blandâ & fucatâ admodum compellat oratione; ut ex *Urspergensi* patet: *Grates*, inquiens, *ò boni commilitones, affectus circa me vestro summopere refero: unicuiq; vestrûm par pars referre, si res exegerit, non abnuo. Nemo tamen in hoc mecum velit, vel credat, fore fœderatum, ut dominum & patrem meum per se gloriatur occisum, vel unquam æstimet occidendum. Ego quidem Christianis mihi legibus subarratum regnû, ut heres & successor Augusti, tenere, (si tamen rerum omnium dominatori placuerit) cupio: parricida vocari, vel esse, nolo. Quod-si Pater meus Apostolicæ se subjecerit obedientiæ jugo: ego mox in his, quæ sua duntaxat mihi clementia concesserit contentus ero. sinetim, me non impugnatorem patris esse, sed paterni regni propugnatorem, noverint.* Verùm rei eventus, alium fuisse Regis animum, quàm os loquitur, satis superque testatur. Sed aulica sunt hæc strategemata.

A' suis desertus Imperator, & ipse, cùm jam viribus diffideret, ab armis discedere cogitur; arreptâq; fugâ, ad Bohemum contendit. qui, licèt turpiter eum priùs deseruisset; honorificè eum excepit, & usq; in Saxoniam deduxit: qui, odio in commiserationē verso, ad Rheni oram usque, salvum deducunt: *ut habet autor Vitæ Heinrici IV. cui Crantzius & Aventinus* adstipulantur.

De fugâ Imperatoris, reliqua nobilium virorum multitudo edocta; protinus à fide ipsius deficiunt, & ad felicius navis latus se inclinant. Reginoburgum filius revertus, patri fideles multâ benevolentiâ & auro sibi conciliat: Ulricum, qui patris autoritate episcopatum tenebat, loco movet; eiq; Hartwigum quendam substituit. Pòst in Franconiam profectus, Herbipolin in suam recepit potestatem. Indè digressus, Spiram occupat: ubi Cæsareâ gazâ potitur. *Urspergensis.*

Dum hæc geruntur; Romani adsunt Legati, Robertus Albanus, & Gebhardus Constantiensis, sub Calendas Januarias, ipsum Pontificem adventurum nuntiantes. Imperator mox, ad illud tempus, comitia Moguntiæ indicit. Filius, de die certior factus, multo milite instructus, eò abit. At eorum fraude, qui parentis metuebant vires; ac Moguntinum populum parenti favere, ac contra filii scelus (nec immeritò) exsecrari, norant; filius viliori veste, maximam præ se ferente humilitatem, jejunus, patrem accessit, Confluentiæ agentem: eiq; supplex factus, peccati veniam impetrat. Deinde juramentum dicit: se in potestate ipsius totum futurum; modò Pontifici Romano obtemperet. Imperator, fraudem filii non persentiscens, dimisso in filii gratiam exercitu; exiguo admodum stipatus comitatu, Moguntiam cum eo ire parat.

Bingo appropinquantibus, nuntius quidam offertur; Suevos & Bavaros, Imperatori adversantes, bellico apparatu ad comitia venisse, referens: præterea Episcopos, (quos inter Ruthardus Moguntinus, harum technarum fortè autor, facilè primas tenebat) pro concione non-obscurè plebi indicâsse: nolle se ullo pacto contagione polui; ejusq; hominis, cui sacris interdictum sit, colloquio, adspectu, sermone, conversatione, contaminari. Ibi patrem interpellat filius; ac, ut in vicinum oppidum ex itinere divertat, obnixè rogat: sanctè iterum promittens, se omnem moturum lapidem; ut, quoscunq; habeat adversarios, ipsi reconcilientur. At, ubi cum tribus aliis comitibus, oppidum ingressus esset pater: statim, reliquo comitatu exclusio, portæ obserantur; & Imperator inimicissimis traditur custodiendus, ubi, præter opprobria, injurias, minas, gladios in ipsius cervicem extentos, fame & siti, nefario scelere, ad mortem usq; maceratur: *ut ipsius Imperatoris epistola, ad Celtarum Regem scripta, loquitur.*

Filius, quasi re bene gestâ, cum tripudio Moguntiam properat. Populus, patri magis, quàm filio, favens, sævire cœpit. Indignissimum facinus clamitant plerique; Augustum in vincula à filio conjectum: inauditum scelus, haud levi universæ Reipublicæ malo expiandum esse, vociferantur: *ut in Vitâ Heinrici IV. scribitur.*

Urspergensis, Pontificiis plùs justo in hac causâ æquior, licèt filii perfidam impietatem, erga parentem, magno studio occultare conetur; tamen veritati etiam invitus testimonium dare cogitur. Ait enim, filium, Bingi commorantem parentem, & comitia Moguntina impedire volentem, monuisse: ut anathemate se expediat; in Rempublicam commissa corrigat; & ad saniorem mentem redeat: eique debitam ipsi promisisse obedientiam; sicque simul Moguntiam contendisse. Verùm nonnullos ex Consiliariis, filio fidelibus, ipsi suggessisse; patrem non, quæ paci communiq; tranquillitati, ac in-primis suis rebus, conveniant, spectare. Visum itaq; esse, ut pater cum suis, in munitissimo aliquo castello, extra Principum conventum, eorum sententiam præstolaretur: præsertim cum episcopi, ejus consortium, ratione anathematis, tantoperè fugerent. Cæterùm, ne quid novi moliretur pater, neve ultrò citroq; nuntiis patèret liber aditus; custodes à filio esse adhibitos. Indeq; (ut ejusdem verbis utamur) vulgarem stultitiam, patrem a filio dolo captum, & custodiæ mancipatum, circumquaque diffamâsse.

Superiori narrationi, & *Otthonis Frisingensis** testimonium (qui pauló pòst hæc tempora, ubi in recenti hominum memoriâ adhuc esse poterunt, vixit) fidem facit; Imperatorem in quodam castro positum, ac custodię mancipatum fuisse, asserentis.

** li 7 c. 11*

Præterea, *in veteri quodam de Bavariæ Ducibus Chronico*, reperimus scriptum; quòd Heinricus V. dolosè contra patrem Papæ confederatus, ipsum captivârit. Et *Antoninus* inquit: * Multi Principes, relicto patre, filio adhæserunt: ad postremum, cunctis illum relinquentibus, a filio capitur, & carcerali custodiæ mancipatur. Ubi, dum audientiam peteret, filius unà cum Principibus, dolo circumventum, cogunt Imperialia signa filio resignare.

** tit. 17. c. 6.*

Testatur *Sabellicus*, * patrem à filio prælio victum, captum, arctissimè vinctum, & deniq; mœrore & tristitiâ ad mortem compulsum.

** Enn. 9. lib. 4.*

In carcere patrem extinctum, *in veteri quodam Chronico, de rebus Coloniensium* scribitur.

Aderat jam comitiorum dictus dies, Calendæ nimirum Januarii, anni 1106. Coëunt Moguntiæ ecclesiarum præsules duo & quinquaginta, præter Richardum Albanensem, Romanæ curiæ Legatum; Principes, aliiq; Proceres. Varias ibi audires sententias de Imperatore, filii perfidiâ capto: ac, quò quis graviùs in eum debacchari valuit, eò majus pondus habuit oratio. Si quis leviorem dixerat sententiam; à reliquis mox convitiis exagitabatur. Tandem sententia excommunicationis, in Heinricum seniorem, à tot sibi succedentibus Pontificibus, terrificis verborum fulminibus lata, denuò promulgatur: imò universæ Ecclesiæ, toto terrarum orbe diffusæ, ejus consuetudine interdicitur. Acta Hildebrandi rata censentur. Heinricus, omnium suffragiis, Cæsar nuncupatur: cui mox Sacerdotes, ac reliqui Proceres, more majorum, juramentum dicunt. *Ursperg.*

Ex concilio Wigbertus, [illegible]nensis Marchio, ad Imperatorem captivum ablegatur [illegible] mandatis: siquidem suę vitæ consultum velit; mox Imperii insignia promat, ac Moguntiam perferenda tradat. Imperata facit pater; dat coronam, sceptrum, crucem, lanceam, gladium: eaq; ad filium deferuntur. Hac patris promtitudine minimè contenti Pontificii, filium, ut ipse regalia de patris manu accipiat, adigunt. Horum itaq; impulsu, mox Ingelheimum petit, suæ causæ addictis solùm stipatus hominibus; iis, quos patri nonnihil favere constabat, exclusis. Aderat huic comitatui & Pontificius legatus. In frequenti itaq; hominum coronâ, ad filium adducitur captivus pater: omnes circumsistunt, minantur, imò præsentem intentant necem: ni voti sui eos compotes reddat; regno spontè cedat, ipsiq; filio regalia manu propriâ tradat, omnibus spectantibus. Tantis angustiis constrictus senior Heinricus, quæcunque illi imperabant, & dixit, & fecit. Post hæc *ἄστοργος* filius, relicto in Ingelheim parente, ut ibi privati more viveret, discessit: *ut ex epistolâ Heinrici IV. ad Celtarum Regem, & Aventino, videre est.*

Helmoldus in Sclavorû Chronico * habet: ex concilii mandatis, tres episcopos, Moguntinum, Coloniensem, & Wormatiensem, ipsum Imperatorem, Ingelhemii consistentem, adiisse; ut ipsi invito Imperialia insignia auferrent.

** cap. 32.*

Ac licèt Imperator tùm, gravi coram ipsis oratione, de objectis criminibus, quòd scilicet Ecclesiæ dignitates venales habuerit, se purgârit; ipsis etiam accusatoribus Regis innocentiam contestantibus; (nam tres Legati, quos diximus, episcopi, ingenuè coram eo profitebantur, se absque ullo precio suas dignitates ab ipso accepisse) ac ad Principum judicium competens, ubi sibi comparere, suamq; causam coràm agere liceat, provocârit; ipsosq; simul beneficiorum acceptorum, fidei juramentiq; immemores, notârit: nihil tamen, apud furiosos illos præsules, Imperatoris orationem habuisse ponderis. Denique, cùm necessitati parendum esse videret Imperator; omni humano præsidio destitutus, secessit: moxq; regio indutus cultu, rediit; Legatosq; sic compellavit: *Hæc quidem Imperialis honoris insignia, mihi præstitit æterni Regis pietas, & Principum regni electio concors. Potens autem est Deus, qui me ad hoc culmen sua dignatione provexit, mihi conservare, quod concesserit, manumq; vestras a cœpto opere cohibere. Divinæ enim præsidio nos enixius cuncti oportet, omni scilicet militiâ & armis destitutos. Hactenus quidem, externis bellis implicati, semper in custodia nostra diligentiâ constitimus, omnes impugnationum jacturas, propitia divinitate, partim consilio partim virtute prælii, evincentes. Hoc autem intestinum malum, sicut nec suspectum habuimus, ita nec præcavimus. Quis enim in orbe Christiano, tantum nefas consurgere crederet: ut jurata Principi sacramenta fidelitatis irritentur: suscitetur filius adversùs patrem, postremò nulla beneficiis gratia, honestati reverentia, exhibeatur? Certè majestas Imperatoria, cum etiam erga hostes honestatis disciplinã servare consuevit: ut proscribendis, sive damnandis, vocationum sive induciarum remedia non negaverit, antè præmuniens, quam feriens; priùs invitans per gratiam, quam damnans per sententiam. At nobis, contra fas, vocationes & audientia negantur. Ideoq; præsocamur, ne audiamur. Quis tantam mentis alienationem, a fidelissimis amicis, maximè verò a pontificibus, crederet? Dominum ergo factorē Orbis vobis proponimus: ut ipsius terror vos coërceat, quos pietas non revocat. Quòd si nec Deum, nec honestatem vestram veremini: ecce præsentes sumus, violentiã explodere non possumus, necessarium est vim sustinere, cui refragari locus nō est.* Cœperunt ergo Pontifices hæsitare, quid agerent. Magnarum enim rerum ingressus, semper sunt difficiles. Tandem Moguntinus allocutus est socios, dicens: *Quousq; trepidamus, o socii? Nónne officium nostri est, Regem consecrare, consecratum investire? Quod ergo Principum decreto impendere licet; eo eundem autoritate tollere non licet? Quem meritū investivimus, immeritum quare non devestiamus?* Statimq; accepto conamine, Regem aggressi sunt; eiq; coronam de capite abripuerunt. Deinde sublatum de sede, purpurâ, cæterisq; quæ ad sacram investiturã pertinent, funditùs exuerunt. Tunc Rex, confusione circumdatus, ait ad eos: *Videat Dominus, & judicet: quia iniquè agitis contra me. Ego quidem luo peccata adolescentiæ meæ, recipie[illegible] Domine staterā æqui ponderis, ignominiam & confusione[illegible] antam nemo Regum, qui ante me fuerunt, sustinuisse dinoscitur. Non vos tamē ideo immunes a peccatis, qui levastis manus adversus dominum vestrum, & prævaricati estis jusjurandum, quod jurastis. Videat Dominus, & ulciscatur in vos, Deus, inquam, ultionum Dominus. Non consurgatis, neque crescatis; neq; prosperetur honor vester: sitq; portio vestra cum eo, qui tradidit Christum Dominum!* At illi, obturantes aures suas, perrexerunt ad filium; deferentes ei Imperialia, firmantesq; eum in regnum.

Crantzium autem * Helmoldi narrationem secutum, cuivis patet.

Ad pedes etiam Legati pontificii advolutus pater, orat & obsecrat: ut se anathemate eximat, Ecclesiæq; consortio reddat. Legatus autem denegabat; asserens, non hoc suæ potestatis esse: oportere eum ab ipso Apostolico absolutionis gratiam exspectare. *Vita Heinrici IV.*

Post hæc, ad Romanum Pontificem mittuntur Legati, non-vulgares viri: sed virtute, eruditione, & generis splendore maximè insignes, è cœtu, qui tùm coierat, deliguntur: tum Ecclesiarum præsules, tum seculi Principes: Bruno Trevirensis à Lotharingis, Heinricus Magdeburgicus à Saxonibus, à Francis verò Otcho Bambergensis, a Bavaris Eberhardus Eichstettensis, ab Alemannis Gebhardus Constantiensis, a Burgundis Curiensis. Quibus Imperator novus, suo nomine, Principes quosdam adjunxit. Hi mandata Romam perferenda accipiunt, de cōcilii senatus-consulto, quo Heinricus senior regno exutus, ab Ecclesiæ consortio exclusus, & filio sceptrum traditum.

Porrò magnâ crudelitate in Heinricianos, & Wigbertinos, (sic enim, Imperatori jam remoto & Clementi III. adhærentes, vocitabant) & Nicolaitas, Sacerdotū nuptias legitimas comprobantes, per Pontificios illos sævitū est. Quoscunq; episcopos offendunt, suis sedibus exturbant; ac contra suæ factionis homines substituunt. Wigberti cadaver, (quod Clementis III. antipapæ nōmen fuerat) post multos sepulturæ annos è terrâ erutum, in locum non-religiosum (ut ipsi judicant) deponitur. Eadem & reliquorum ferè fuit conditio. Nec deniq; fas erat cuiquam, contra Romani Pontificis immanem & stupendam crudelitatem, vel hiscere quidem. *Urspergensis, Crantzius.* *

Per fas nefasque sceptro potitus Heinricus V. dimisso conventu (quem diximus) Moguntino, Burgundiam invisit; Rheno contiguas perlustrans regiones: hos beneficio, alios injuriã, sibi subjiciens. Et cùm ad Aquas-ruffas (Alsatiæ est oppidum, armis & viris fortibus potens) Cæsareani multa superbè & avarè agerent in cives: ad arma conclamatum est. Fit utriusq; sexûs concursus maximus: ac furore arma ministrante, jacula, ligna, lutum, lapides, pulvisque, in adversarios mittuntur; ac perfidi, impii, parricidæq; proclamantur. Tandem Imperator cum suis fugâ sibi consulere cogitur; relictis ibi regalibus, quæ modò Parenti per vim extorserat. Judicium iræ Dei est, (*inquit autor Vitæ senioris Heinrici*) ut fugeres, qui patrem fugasti: & insignia perderes, quæ patri abstulisti.

Verum hoc Dei judicium, in perfidum filium, egregiè occultare novit. *Urspergensis.*

Filius, cùm hoc mali patrem sibi creâsse falsò suspicaretur, mox Ingelheimum contendit: ut eum arctiori constringat custodiã. Verùm pater per amicos, qui clàm ei addicti erant, certior factus, fugam arripit; novem cum viris comitantibus. In fugâ fortè incidit in Heinricum, Limburgensem Ducem, venationibus deditum: quem paulò antè ipse Imperator Ducatu suo exuerat; sed tamen eundem rursus ei jam concesserat. Agnitus à Duce Imperator fugitivus, mox in vicinam arcem recipitur: coactâq; octingentorum virorum manu, Coloniam usq; salvus deducitur. Colonienses perbenignè comiterq; eum, non ut privatum; sed ut summam Imperii adhuc tenentem, accipiunt foventque: ac præterea, ab ipso impetata, cupidissimè facturos se, pollicentur. Pòst Leodium commigrat, ad Otbertum episcopum: qui eum pari benevolentiã accepit. Indè ad Christianos Principes, & maximè ad Philippum, Franciæ seu Celtarum Regem, mittit literas: quibus suas calamitates explicat; eorumq; consilia opemq; expetit.

Pactus fuerat Rubeaquensibus Imperator junior pacem veniamque, si regalia redderent. Verùm iis receptis, immã vi oppugnatum castrum cepit, diripuit, incendit; miserèque incolas, nullâ vel sexûs vel ætatis habitâ ratione, concidit: *ut in Heinrici V. Vitâ scribitur.*

Posthæc, cùm Leodium sibi, domicilii locum, patrem delegisse cognosceret; & ipse eò magno apparatu ire parat, Paschalia sacra (ut simulabat quidem) ibi peracturus: sed pœnas de Episcopo & Lotharingię Duce sumere, quòd patrem, hostem Reipublicæ, recepissent; imò ipsum patrem opprimere, animus erat. Pater, de filii adventu edoctus, mox nuntium cum hisce mittit literis: *Si interrogem te, fili dulcissime, traditio hominum, an mandatum Dei pr[illegible]tius, magisq; tenendum sit? respondebis, nisi à vero deductus sis; similem esse jumentis, qui cœlestia terrenis, humanis divina non præferat. Cur ergo magis audis eos, qui tibi suggerunt, Persequere patrem tuum: quam verbū ipsius Dei, Honora patrem tuum? Isti te deceperunt, non instruunt: isti honori tuo non provident, sed invident. Isti, sub specie fidei, perfidiæ laqueos nectunt: non aliter pervenire poterant ad destructionem honoris tui; nisi per destructionem nostri. Fuerit sanè, ut, peccatis meis exigentibus, (quæ sententia adversariorum meorum est) abjecerit me Deus, ac regnum. Attamen tuum non erat, in abjectionem meam operam dedisse,*

& regnum,

* lib. 5. Sax. cap. 30.

* lib. 5. c. 21

& regnum, quod tibi paraveram, mihi præripuisse. Barbaræ regna tam inhumanum facinus damnant & devovent: ipsi Pagani abhorrent: & qui Deum nesciunt, quid in diligendis hominibus natura debeant, recognoscunt. Sed quid mirum si maligna surreptio seductilem & immaturam ætatem decepit: cùm etiam senes, & provectum animi statũ, ad malum mala consilia nonnunquam inflectant? Fortuna mea, aliorũ potius, quam tui sceleris est. Nam tu in manibus suadentium eras, non illi in tuis. Si antè injuriam addideris; non jam excusari poteris: cùm & factam crimen esse scias; & infectam non facere queas. Audivi enim, quòd Pascha Leodii celebrandum decreveris: quo in loco fides & pietas Episcopi me recepit; cùm non esset, qui vel beneficiorũ nostrorum recordaretur, vel fortunæ compateretur. cujus profectò beneficium in me, te decet regia liberalitate respondere: tantoq́; certior de ejus fide poteris esse, quantò fideliùs erga nos probatur egisse. Hic, nisi te fortè domo receperit; me secum in festivitate Paschali retinendum decrevit. At dixi; dignum & conveniens esse, ut ea festivitas nos jungat potiùs, quam dividat: te velle, te cupere, ut ibi tecum agam dies Paschalis lætitiæ. quod quidem & ego admodum cuperem, si non esset, quod timerem. Neq; enim non-possum non-timere eos; quos mihi vitam permisisse pœnitet: dum in manibus eorum mors & vita mea fuisset. Omnia mihi suspecta sunt, omnia timenda sunt; maximè in turbâ: ubi tantò difficilior est periculi cautio; quantò major sceleris occasio. inde est, quòd ex medio eorum, qui me oderunt, longè recessi; & in extrema regni tui finibus me contraxi: ut vel secessu loci tutus sim; vel, si fortuna mea postulaverit extraneam humanitatem expetere, citiùs regno tuo cedere possim. Precor ergo, ut, causâ patris tui, Paschalem curiam alibi disponas; & in domo ejus, qui me humanitatis gratiâ recepit, cum non liceat Imperatorem, saltem hospitem esse sinas: ne vel in meum ludibrium, vel in tuum opprobriũ, narretur; quòd, in solennitate dominicæ Resurrectionis, incerta hospitia fortuna mea quærere cogatur. Si feceris, quod postulo: maximas gratias habeo. sin autem non: malo villicus esse in externo regno, quàm ludibrio haberi in regno quondam meo.

Verùm filius, in sententiâ immotus persistens, trecentos equites, qui pontem Mosæ occupent, præmittit. Pater Heinricus ne quid mali Episcopo, Urbi, vel Heinrico Lotharingiæ Duci, qui tùm Episcopo aderat, crearet; dimitti se petit, ad Regem Francorum iturus. Sed ab Episcopo & Duce confirmatus, manet. Lotharingi filius, in ripæ crepidinibus, equitatum in insidiis locat: ipse cum paucis pontem transit; advenientesq́; Cæsareanos lacessit; simulatâq́; fugâ, eos in insidias usque pertrahit. Cæsareani intrepidè fugientes Lotharingos sequuntur. At ubi pontem superarunt: mox illi ex insidiis erumpunt; & à tergo Cæsareanos petunt. Advolat Heinricus Lotharingus cũ novis copiis; filioq́; contra hostem suppetias fert. Cæsareani, in fugam versi, cùm pontem transirent: ponderis gravitate is corruit; infinitaq́; hominum multitudo submergitur: ac inter Heinrici junioris copias, Bruno quidã Comes *(ut Vincentius refert)* occumbit. Hac clade acceptâ, Heinricus Imperator junior, cum reliquo comitatu, Coloniam petit: sed Friderico episcopo, quòd novo Imperatori faveret, jam à civibus urbe pulso, ipse quoque ab iisdem excluditur. Bonnam secedens, Paschalia ibidem celebrat. *Vita Heinrici, Helmoldus.**

* cap.33.

Postridie indè movens, Moguntum petit: vocat eò regni Proceres: eorumque suffragio, Heinricum Lotharingum, majestatis reum, proscribit, & Ducatu privandum censet. Reliquos, qui longiùs aberant, Principes, per legatos, hujusmodi literis compellat; quas hic inserere visum est: ut major sit rei veritas; magisque Pontificiorum fraudes, quas mirâ arte plerique Scriptorum tegere conantur, omnium oculis pateant. *Si per invasionem regnũ occupâssem: tamen resistentes potestati nostræ retunderẽ, in quantum possem. Nunc autem, cum in summâ regni dignitate vestris paruerim præceptis, ausus est quispiam impune, in publicam contumeliam, regnum & nos armis vexare. Cum enim Leodium iturus, ubi nobis curia Paschalis habenda fuerat, ad fluvium Mosam venissemus: Episcopus Leodiensis, & Dux Heinricus, de quorum fide & obsequii devotione multũ præsumebamus, nobis latenter insidias posuerant; & nostros inscios, & ad pugnam imparatos, cædebant, capiebant, fugabant. Quæ & quanta clades ibi acciderit, tàm pudet referre; quam multum dimittere. Igitur constrictus, & eventûs asperitate, & temporis articulo, Coloniam diverti. quæ cùm me recipere satis superbè refutaret; apud villam Bonnam, sanctum diem Paschæ utcunq; peregi. Cui unquam regiæ personæ tanta contumelia facta est? Nec solum me petit hæc cõtumelia: vos despecti estis. Isti præsumtores decreta vestra authoritatem habere nolunt; sua tantùm statuta firma esse volunt: denique, in quos totum regni pondus se reclinet, haberi cupiunt. Regem, quem constituistis, destituere parant: ut nihil eorum, quæ vos decrevistis, ratum sit. Igitur hæc injuria mea, regni potiùs est, quam mea. Nam unius capitis, licèt summi, dejectio, reparabile regni damnum est. Principum autem conculcatio, ruina regni est. An hæc impunè feremus? & ex ignobili patientiâ nostra, magis tumebit eorum superbia? Absit, ut, qui dicimur inhonorati, dicamur & inulti! Pauca dixisse sat est: desides animi prolixa cohortationis stimulo opus habent. Causa magis ad incitamentum facit, quam verba. Quia igitur, contra tam superbos hostes, R.P. viribus utendum est: expeditionem vobis, & rogando præcipimus; & præcipiendo rogamus. Cujus collectioni & tempus, Calendas Julias, & locum, Wirtzburgensem urbem, præfinimus.* Vita Heinrici IV.

De suo periculo certiores facti, Lotharingus, Colonienses, & Leodienses; cuncta, quæ ad bellũ usui esse poterant, curant; seseq́; ad resistendum parant: ac Heinrico seniori autores sunt; ut Imperii dignitatem, quam nõ ratione, sed minis convictus, amisisset, resumeret: *(ut in Vitâ ipsius legitur)* eâq; occasione plures Principum ad ipsum accessuros iterum: cùm apud quosvis, filii ac complicum, impietas exosa sit. Verùm Heinricus, gravibus in medium prolatis causis, quæ eum retrahebant, postulatis non annuit. Rem enim impossibilem fore: cùm priùs illud, quod tenuisset, armis tueri minimè contra vim potuisset: quid igitur opus esset, multo sanguine terram rigare? Se denique, causæ bonitate fretum, privatam vitam regiis molestiis præferre.

Collecto militum numero amplissimo, *(Ursbergensis viginti circiter millia fuisse scribit)* Heinricus filius primùm Colonienses petit: sed virtute civium sæpè erumpentium, & parvulis præliis cum hoste confligentium, non modò longiùs ab urbe castra ponere cogitur; verùm etiã, iisdem omnem commeatum intercipientibus, frustra eos dies viginti & unum obsidet. Ac ipsi obsessi omne robur in hostes convertissent; quò suam urbem ab obsidentibus vindicarent: nisi pater, semper de filio meliora sperans, cruentum dissuasisset bellum.

Dum hæc fiunt; pater ad filium, cum Legatis, literas in castra mittit: quibus sua in filium beneficia, & vicissim filii in se perfidiam, commemorat, ad Deum & jus provocat; seq́; decretis Romanæ sedis, ac cæterorum Principum acquieturum affirmat. In eandem fermè sententiam, & ad Archiepiscopos, Duces, cæterosq́; Principes, scribit: insuper hostium virulentiam, fraudes, vimq́; injustam inculcat; filium, ut ab armis discedat, moneant.

Lectis his in frequenti Procerum senatu literis, filius, ex consilio Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum, Comitum, ac reliquorum, Richwinum & Albertum ad patrem Legatos mittit: qui, fide publicâ interpositâ, ipsum in castra, ad colloquium, intra dies octo, adducant: ubi, armis repositis, lege potiùs, quàm ferro, coram Primatibus, disceptaret. Respondet per eosdem pater, quem Leodii offenderant Legati: Iniqua à se postulari; ut, exercitu dimisso, intra dies octo hostibus se crederet: cùm leges divinæ & humanæ, in minoribus negotiis, longius concedant spatium. Neq; rem tantam, absq; Moguntino, Trevirensi, & Bremensi, archiepiscopis, Frisingensi, Augustano, Curiensi, & Basiliensi, episcopis; atque his Ducibus, Magno Saxone, Theodorico Bohemo, Flandriæ & Burgundiæ Comitibus; transigi vel posse, vel debere. Hoc responso ad filium relato; iidem denuò ad Regem ire jubentur: ut, si verè pacem expetat, resq́; cordi ipsi sit, concitato cursu Aquisgranum, ad filium se conferat. Ob pestis violentiam, quæ exercitum infestabat, fortè mitiùs agere cum patre cœpit filius. Dum Leodii moram trahunt Legati, responsum ab Heinrico seniore exspectantes: ipse morbo corripitur; ac paulò pòst vitâ excedit, anno Imperii 53. ætatis verò 56. VII. Idus Augusti, anno Salvatoris 1106. Per

eosdem, filio annulum & ensem, paterni amoris pignus extremum, misit. *Vita Heinrici IV.*

¶ Variant hic autorum sententiæ nonnihil: quod brevibus annotandum nobis est. Nam *Urspergensis* ait, Legatos, à filio ad patrem (quem odioso nomine Ex-imperatorem vocat) missos, minùs honorificè acceptos, ac ægrè in Regis conspectum admissos fuisse: eosque tandem, nescimus per quos, liberatos è carcere, fugâ arreptâ, mortis periculum evasisse. Subjicit tamen, eosdem hoc responsi à seniore retulisse filio: *Tùm se eorum voluntati velle acquiescere: quatenus ad præsens ab armis discederetur, & in futurum, super hujusmodi simultatibus, curiale colloquiũ induceretur.* Sed quomodo (veniâ Urspergensis dixerimus) hæc ex Imperatore cognoscere potuerũt; quos paulò antè aufugisse dixit? Cæterum, solutâ ad Coloniam obsidione, bellum in Lotharingiam translatum esse: ubi obvia quævis prostrata; omniaq; prædæ fuerint. Sed, nunciatâ tandem Cæsaris morte, hoc Bellum sopitum fuisse.

Helmoldus * qui sanè non inter postremos hujus seculi Historicos censendus est, cuique fidem minimè derogamus, [illegible] mat, Patrem à filio in pugnâ captum, & in castris [illegible] ludibrio expositum fuisse. Insultabant, inquit, & amici [illegible] udebant & inimici. Ac cùm Spirensem episcopum, tum inter cæteros adstantem, compellaret; ut inter Canonicos Spirenses locum ipsi daret, (ò extremam Romani Monarchæ paupertatem!) quò victum habere possit: ingratus Episcopus, maximis olim beneficiis ab Imperatore affectus, recusavit. Tunc Cæsar suspirans, & illacrymans, ad circumstantes ait: *Miseremini mei, miseremini mei, vos saltem amici mei: quia manus Domini tetigit me.* O' magna (idem Autor inquit) Dei judicia, quæ completa sunt in tam præpotenti viro! Fuit autem ecclesiis admodũ bonus; his videlicet, quas sibi fideles persensit. Porrò Romanum antistitem Gregorium, & cæteros insidiatores honoris sui, sicut infestos habuit; ità etiam infestare studuit. Impulit autem eum ad hoc facinus (ut multi dicunt) gravis necessitas. Quis enim vel minimam honoris sui jacturam æquanimiter ferat? Legimus autem, quia multi peccaverunt: quibus tamen subventum est pœnitentiæ remedio. Certè David peccans, & pœnitens, Rex & Propheta permansit. Rex autem Heinricus, ad vestigia Apostolorum jacens, orans ac pœnitens, gratiis fundatus est: nec invenit tempore gratiæ; quod ille obtinuit duro Legis tempore. Sed disputaverint de his, qui scierint, vel ausi fuerint. Unum hoc scire licet, quia Romana sedes adhuc hodie sunt factum illud. A' tempore enim illo, quotquot regnarunt de stirpe illâ, omnibus modis nituntur humiliare ecclesias: ne resumant vires consurgendi adversùs Reges; nec inferre, quæ intulerunt patribus eorum. *Hæc Helmoldus.*

* cap. 33.

Gratissima erat Cæsareanis fama, de Heinrici IV. obitu: ac mutuò sibi quasi congratulantes illi, nominibus odiosis, quibus eum appellent, quasi certare videbantur: modò Archipiratam, modò Hæresiarcham; alii Nabuchodonosorem, Julianum apostatam, Aman, vocant. Et denique, (quod dictu nefas, horrendum auditu, & ab omni pietate alienissimum est) in mortuum ejus cadaver, immanitate prorsus diabolicâ, à Pontificiis carnificibus sævitum est. Nam Leodiensis præsul ejus exsuvias, in monasterio quodam honorificè conditas, è tumulo iterum eruere cogitur, ab archiepiscopis & episcopis. Quin & tantæ crudelitati [illegible] quidam Pontificius accessit. Quia, inquiunt, quibus vivis Ecclesia non communicat; illis etiam nec mortuis communicare possit. Quo facto, Spiram exsuviæ deferuntur; & in sacello quodam repositæ, ad quintum usq; annum, humanâ sepulturâ indignæ judicantur. Hic finis, hic interitus, hæc sors ultima tanti fuit Monarchæ: quo (*ut Urspergensis ait*) [illegible] nemo, iis temporibus, natu, ingenio, fortitudine & au[illegible], staturâ etiam, totâq; elegantiâ corporis, videretur fascibus Imperialibus aptior. Sexagies-bis acie collatâ cum [illegible] dimicavit. *Vincentius.* *

* lib. 25. c. 117.

SUB HEINRICO V.

POst patris obitum, quem diximus, miserabilem & tristem congratulabantur sibi Pontificii, de pace Ecclesiæ & Reipublicæ restitutâ: & *Urspergensis* ait, ultimum Heinrici IV. annum, qui erat Imperii quinquagesimus, verè jubilæum fuisse. Sed ante victoriam trophæum statuunt: ut ex sequenti historiâ patebit.

Sub initium Imperii sui, Heinricus V. primarias civitates, quas patris partibus ad extremum usque studuisse constabat, oppugnat: maximè verò Colonienses infestat; quos tandem, multis auri talentis ab ipsis erogatis, in deditionem accipit. *Frisingensis.* * Lotharingum captum in vincula conjicit; ejus Ducatum Gotfrido Barbato, Lovaniensium Comiti, attribuit: *ut habet Flandriæ Chronicon.* Deinde in Robertum Flandrensem movet; quem, cum toto populo, igni & ferro, suo jugo subjicit: *ut in Appendice Mariani Scoti scribitur.* Quamvis *Jacobus Meyer, rerum Flandricarum scriptor*, referat, Imperatorem, virtute Roberti, Orientis domitioris, territum, re infectâ, inglorium pedem indè retulisse: anno 1108.

* lib. 7. c. 13

Anno subsequenti, Moguntiæ, Domini natalẽ celebrans, Procerum simul agit conventum: in quo Fridericum Palatinum quendam Comitem, quòd Imperium affectâsset, Wirtziburgensi episcopo custodiendum tradit; & Gotfridum, Fuldensem abbatem, ejusdem facti conscium, suâ dignitate spoliat. Inde Reginoburgum contendit; ibiq; conventus [illegible]. Venit eò Almus Ungarus, à Colomanno fratre [illegible], Imperatorisq; opem implorat. Infesto igni [illegible] contendit: atque indè ad Polonos deflectit. *Ursperg. [illegible] Append. Mariani Scoti.*

[illegible] sunt: Paschalis, Romanum monstrum horrendum & ingens, ad Germanos iturus, ut rebus, tum in Ecclesiâ, tum in Republicâ, turbatis, suâ operâ succurreret: cum Germanos postulata, imò imperata, non mox facturos metueret; Burgundiam Galliasq; perlustrat: & Trecis concilio habito, inter cętera, scelerati Hildebrandi decreta rata habet: maximè verò, à laicis personis ecclesiasticas dignitates accipere, suo fulmine vetat.

Imperator contrà, licet ad illa comitia pontificalia vocatus non esset; ex Saxoniâ tamen, ubi cum Lothario Saxone bellum gerebat, (*ut Helmoldus ait* *) eò contendit; inque vicino loco substitit: ac per Legatos, jus illud Cæsareum, ecclesiasticas scilicet dignitates conferendi, à Carolo Magno usque deductum, sibi salvum relinqui, postulat. Verùm Pontifex, hunc locum tantæ causæ minùs-commodum ratus, ad synodum cogendam Romę, ubi ipse pro libitu dominabatur, evoluto anno integro, rejicit: ubi, Imperatore præsente, commodissimè res transigi possit. Cæterùm Episcopos Germanos, quos Imperatori, in conventu Moguntino, (*ut Crantzius indicat*) hoc consilii suggessisse cognorat, officii suspensione mulctat.

* cap. 40.

Exacto autem quod Papa dixerat, tempore; Heinricus, quam-maximo potest apparatu, expeditionem Italicam meditatur: eamque in Epiphaniâ Domini, Principibus, quos Ratisponam convocârat, regiâ autoritate indicit. Mense itaque Augusto, Rex, non solum armatis, sed etiam doctis viris. (quos inter David quidã Scotus fuit) qui pro arbitrio motus illos domesticos, & diuturna dissidia, componeret, munitus, bipartito agmine, ex Germaniâ in Italiam movet. Exercitûs pars, per juga Tridentina, pars Cottias alpes, in Italiæ campos penetrat. Eporediâ conjunctis copiis egressus Imperator, Novariam expugnat; & incendio tradit. Paduam pòst transit: & Placentiæ positis castris, stativa habet. Parmæ Mathilda, Welphonis Bojorũ Ducis uxor, in fidem ipsius se dedit. Inde rectà Florentiam contendit; ubi Natalem Domini sacrum agit: & quicquid, dum hoc iter perficit, ausum fuit resistere, perdomitat.

Post ferias natalicias, anni 1111. Aretium vi subegit: destructis eorum turribus, quas ad propulsandos Cæsareanos erexerant. Indè ad Aquam-pendentem procedit; ubi Legatos suos, Aretio ad Pontificem missos, cum Pontificiis offendit: qui Papam ad consecrandum Regem, promtum nuntiabant: si prius Episcoporum clientela se abdicet, à sacerdotibus & templis verò, ipse ducatus, præfecturas, vectigalia, prætoria, tributa, prædia stipendiaria, agros, vicos regios, jus cudendæ monetę, & hujusmodi Reipublicæ nervos, recipiat. Placuit eatenus conditio Imperatori: si in conventu Procerum & Pontificum, dato diplomate, con-

firmaretur. Conventione ex utriusque sententia factâ; Imperator Romam accedit. cui Pontifex, cum omni Clero, acpenè universâ Romanâ turbâ, occurrit: ac eo honore, quo tantum Principem decuit, exceptum, per portam [illegible] genteam, ad templum D. Petro sacrum, deducit. [illegible] lecto conventionis diplomate, statim tumultus exoritur. Nam Episcopi quidam, inter quos (*ut Aventinus autor est*) primas tenuit Cunradus Juvaviensis, inter Bojos præsule primarius, mox vociferari incipiunt, Paschali minimè fas esse, ecclesias, earumq; præsules, suis dignitatibus ac facultatibus, à Majoribus acquisitis, sibiq; relictis, spoliare. Ac, nisi Imperator obstitisset, Cunrado paratum fuisset exitium; Heinrico quodam, Bojorum Nobili, stricto gladio eius jugulum petente. Sic dies ille dominicus, jurgiis ac rixis, in multam usque noctem protractus est. Conticescentibus nonnihil turbis, Romani cives cruentum prælium meditantur: & noctis beneficio, quosdam Cæsareanos acerrimè invadunt. Verùm hi, Imperatore ipso opem ferente, impetum fortiter sustinentes, tandem in fugam actos Romanos in Tiberi submergunt.

Post triduum Imperator, dirutis priùs Romanorum propugnaculis, præsidiis suis hinc-indè dispositis, & Pontifice Romano cum sacrificulorum cohorte captis, urbe excedit; & ad mœnia tentoria figit. Ulrico, Aquilejensi patriarchæ, Romanus præsul custodiendus traditur. Hæc omnia, consilio Friderici, Cancellarii Imperatoris, qui postea Moguntinam sedem regendam accepit, gesta creduntur: *ut Frisingensis* * *testatur*.

* lib. 7. c. 14.

Sacra Paschalia tùm in castris peracta sunt. Ibi, bonis viris mediatoribus, seu (*ut Helmoldus testatur*) nece, quæ Cardinalibus intentabatur, Pontificem, pro libertate Ecclesiæ mori paratissimum, flectente, res tali pacto composita est: ut Imperator deinceps, sinè ullo precio, pontifices assumeret, Episcopi regia beneficia, quæ possiderent, retinerent. Res utrinque diplomate confirmatur. Octavo itaq; à Paschâ die, Romam, magno populi & cleri applausu, iterum ingressus, in D. Petri templo à Pontifice consecratus, Augustus salutatur Heinricus. *Urspergensis, Crantzius.*

Ottho Frisingensis, * vis Cardinalibus captivis intentatæ non meminit: sed Imperatorem pœnitentia ductum, auro, civium & ipsius Pontificis tum gratiam, tum coronationem, redemisse: anno Domini 1111. post resignata verò à patre Imperialia, quinto.

* lib. 7. c. 14.

His peractis, Romani, honesto comitatu, Augustum ad Alpes usque deducunt: qui in Germaniam reversus, Spiræ regio cultu patris funus curat. Dehinc in Reginaldū, qui eo hostem Imperii pronuntiârat, bellum movet: eumque, expugnato castro Barto, ubi latitabat, captivum abducit. Moguntiam reversus, nuptias cum Mathilde, Anglorum Regis filiâ, celebrat. Ibi Lotharius Saxo, ad pedes Imperatoris provolutus, veniam delictorum impetrat. Consternarant eò omnes ferè Imperii Principes, tum Imperatoris potentiâ territi, tum ob fœdus, quod cum Romano inierat Pontifice. Verùm Alberto, ejus loci archiepiscopo, incentore, plerique, in-primis Saxonum Proceres, contra Imperatorem, (*ut Helmoldus indicat*) eâ occasione, conspirant.

Postquam Italiâ excessisset Imperator, jamq; copias dimisisset: Romani, coactâ synodo, Paschalem e[illegible]adigunt: ut non solùm, quod imperatori dato scripto concesserat, retractaret; sed eum etiam anathemate feriret, atq, per universum orbem Christianum, per Legatos, hoc decreti ebuccinaret. Quod & factum est. Hinc novæ turbæ. Re ad Imperatorem delatâ, Moguntinum, ejus mali facem, ipse vinculis constringit. *Helmoldus.* *

* cap. 41.

Addidit igni [illegible]leum, quòd apud Saxones Sigfridus, (quem *Helmoldus* * vocat Stormariæ Comitem) Udalrici cujusdam Saxonum Principis defuncti bona hæreditario jure si[illegible] ars[illegible]at, præter Imperatoris voluntatem; qui ea suo fi[illegible] coadjecta [illegible]olebat. [illegible]e enim qu[illegible] [illegible]sque timoniis, qua[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]em[illegible] esse [illegible]bat. Lothari[illegible] m[illegible]nce[illegible] [illegible] [illegible]nem, Fridericum Comitem [illegible] [illegible] & [illegible] lovicum, à [illegible] [illegible] [illegible] ac [illegible] [illegible]et. His & Halber[illegible] [illegible] ep[illegible] & [illegible] [illegible] potens

* cap. 50.

apud Saxones vidua A[illegible] Moguntinus, à suis civibus vinculis solutus, quem (qu[illegible] *Helmoldus*, præ cæteris, in Cæsareanos crudelem extitisse [illegible]ic) Fridericus Coloniensis, [illegible] unrad[illegible] Juvaviensis suam addicunt operam: *ut habet Urspergensis*. Episcopi quos diximus, confederati, Coloniæ coëuntes (quibus & Theodoricus, Paschalis Legatus, aderat) ipsum Imperatorem, & ab eo constitutos Episcopos, diris devovent. *Avent[illegible]*.

Imperator quoque, cujus status petebatur, in maximo belli est apparatu: Coloniensium agrum igni & f[illegible] vastat. Pòst in Saxoniam contendit, eamque depopulatur. Occurrunt tùm ei, Lotharius Dux, Reingerus (quem alii Reinhardum vocant) Halberstadensis episcopus, [illegible]cus Comes de Ansberg, aliique confederati, & ad Sylvam Welphonis, (ut vocant) in agro Mansteldensi cruento prælio confligunt: in quo Saxones superiores extiterunt. Facta sunt hæc anno 1115. ipsis Calend. Februa[illegible]. Cecidit in eodem prælio, per manū Wigberti Comitis de [illegible]reutschen, Hoierus Comes Mansfeldensis, fortiter, & (*ut Urspergensis testis est*) leoninâ ferocitate Imperatoris partes, contra perfidos sacrificulos, defendens: c[illegible] (*ut Helmoldus & Saxonia Chronicon* testantur) de Saxoniæ Ducatu, spes ab Imperatore facta fuerat; si res ex sententiâ succederet. V[illegible]suntur hodie adhuc, in sacello ibidem exstructo, versiculi lapidi incisi, de anno & die pugnæ testificantes; quos adscribere libet:

Anno milleno, centeno, ter quoque quino,
Sylvam Welphonis perfundit unda cruoris:
Sunt ferè necati quadraginta-millia quinque,
Ipso nempe die Dionysii martyris almi.

Nonnulli tamen ex Historicis, omissis duobus postremis versiculis, hoc distichon substituunt:

Salvi Saxones, Francones, atq, Thuringi;
Heinrici Regis exercitus est superatus.

Extremæ autem crudelitatis indicium est; quòd Reinhardus, Halberstadensis episcopus, Cæsareanos, qui in prælio ceciderant, sepeliri vetuit. *Urspergensis.* Discedentibus verò indè Saxonibus, accolæ cadavera collecta terræ mandarunt. Unde hodie vicino pago nomen esse vulgò creditur *Todtendorff*, vel *Tondorf*. Duo etiam Vandalorum millia, Cæsareanis opem latura, Ottho Comes de Ballenstede, antevertit & dissipavit, multis cæsis. *Crantzius in Saxonia.* * *Chronicon Cosmodromii.*

* l. 5. c. 36.

Ex hoc conflictu, Saxonibus animus nimiùm crevit: ac plures eis accesserunt. Quò enim fortuna, (ut ille inquit) eò etiam favor hominum inclinat.

Rerum angustiis constrictus Imperator, ad comitia, sub Calendas Novembris celebranda, Principes Moguntiam vocat. At, præter unum atque alterum episcopum, Principum nemo comparet. Moguntini, arreptâ, quæ offerebatur, occasione, mox classicum canunt, & armati, Regis palatium oppugnant, Albertum in integrum restitui postulant. Imperator, suæ saluti consulturus, eorum postulatis annuit; ipseque urbe excedit. Ipso verò die natalitiis Christi Salvatoris insigni, ab Episcopis, quorum plures eò convenerant, Albertus Coloniæ consecratur episcopus: anno 1116.

Sub idem ferè tempus, Romæ, Paschalem Pontificem domestica mala haud-parùm afflixerunt. Petebat plebs Romana, ut in defuncti Petri locum, filius ejus, decem annorum puer, Præfectus designaretur. Quorum petitioni cùm refragaretur Pontifex: illi arma corripiunt. Pontifex, urbe excedere coactus, per Ptolomæum [illegible]ucadam, ab Ariciâ cum validâ manu acceitum, Romanos vicissim officium facere coëgit. *Naucler[illegible].* *

* Gene[illegible]

Cæterùm adsciverant Episcopi Germaniæ Theodoricum, quendam Pontificium ad Ungaros Legatum: ut is, Romanæ curiæ autoritate, Alberti consecrationem perficeret. Verùm dum is gratificari conatur sacrificulis, in itinere vitâ fungitur. Imperator, de Episcoporum conventiculo edoctus, ac in se excommunicationis fulmen mittendum metuens; Herbipoleos episcopum eò, pro sui defensione, mittit. Sed is, ad Imperatorem cum responso indè reversus, cùm alteri parti se magis addictum haud-

obscuris indiciis [illegible] Orientalis Franciæ Ducatus exstitit: quo C[illegible] Imperatoris ex sorore nepos, donatur: qui episcopi territorium [illegible]ro & igni postea sæpius infestav[illegible] M[illegible] *ut inquit Crantzius**) publicata sunt Romani Ponti[illegible], contra Imperatorem, mandata. Indeq; multorum ani[illegible] ab eo aversi sunt.

* lib. 5. c. 40.

Cæterùm Imperator scandala Principum declinaturus (*ut Urspergensis utamur verbis*) in Italiam cum totâ familia commigrat, & circa Padum subsistit. Inde ad [illegible] Legatos mittit, (quorum primus erat Cluniacensis quidam Abbas, Pontificis consanguineus) petitum, ut Pontificium fulmen, contra se emissum, amoveatur. Et Papam, ad concilii judicium causâ rejectâ, interim tamen excommunicationis vinculum laxâsse, *Helmoldus* testatur: cui [illegible] hac in parte H[illegible] florici contradicunt. Minimè tamen licèt Pontifici supplex fieret Imperator, cessarunt in Germaniâ motus. Nam Moguntinus, nil nisi sanguinem spirans, quoscunque potuit, contra Imperatorem, eique fideles, armavit. Imò ipse *Urspergensis* verba sibi deesse queritur, in hujus episcopi insidiis & seditionibus describendis: quibus plures episcopi ejecti, castella plurima destructa; regiones igni & ferro vastatæ; oppressiones pauperum, & Christianorum in Christianos, omnem barbaricam feritatem excedentes, mutuæ cædes factæ sint. Ac denique cùm, per Legatos, creberrimè supplex Pontificis reconciliationem efflagitaret Heinricus; solius Moguntini literis ad Papam, omnis ei spes veniæ præciditur.

Inter hasce turbas, Paschalis, è rebus humanis sublatus, ad majores suos descendit, anno 1118. Hujus vestigiis, Gelasius & Calixtus, successores, insistere magnis viribus conabantur. Cumque tandem, Pontificiæ factioni imparem se esse, animadverteret Imperator; suisq; rebus diffideret: cum Calixto Wormaciæ in gratiam rediit; omne investiendi jus ipsi concedens: anno 1122. Deinde in Hollandos movens, eos suo jugo subjicit. Ac tandem, cùm Heinrici, Anglorum Regis, soceri sui, consilio, universum regnum sibi tributarium facere attentaret; Trajecti, morbo correptus, diem claudit extremũ, omni prorsus sobole destitutus: anno regni sui 19. Imperii 14. qui fuit Christi 1125. *Otho Frisingensis.** *Urspergensis, Crantzius, Aventinus.*

* lib. 7. c. 16.

¶ Lotharius, Saxonum Dux, Monasteriensibus bellum admodum cruentum movit; quo tandem ab ipsis ejectum episcopum restituit, anno 1121. *Crantzius in Saxonia.**

* lib. 5. c. 41.

Apud Vandalos trucidato (ut superiori Seculo diximus) Crucone, vel Critone, Heinricus, Godeschalci filius, cum Sclavinâ ipsius conjuge, simul omni provinciâ potitur. Holsati, Stormarii, cæterique Vandalis contigui Saxones, de Cruconis obitu lætantes, Heinrico se adjungunt, fidemq; suã & in omnibus promittunt. At, qui Austrum, Orientemque versùs, Vandaliam incolunt, cùm ethnicæ suæ religionis mutationem metuerent; arma capiunt, & ex Critonis genere sibi Principem constituunt. Fortè Warcislaus est: ut ex *Vandaliâ Crãtzii** *colligere licet*. Contra hos Heinricus, in belli societatẽ, adsciscit Magnum Saxoniæ Ducem, Bardos, Holsatos, Stormarios atq; Thietmarsos: qui in Polaborum terrâ castra ponentes, in loco Smilnw, ubi Vandalorum vagabantur copiæ, prælium ineunt, Magno id jubente: ruptoque, arte militari, Vandalorum ordine, Saxones illos cædunt, inq; fugam conjiciunt. Ex eo tempore, Orientales Vandali, Heinrici dominio paruerunt: & latrocinia, quæ his populis quasi innata erant, inhibita sunt. At de religione mutandâ verbum nullum.

* lib. 3. c. 38.

Rugiani, amicorum calamitatem ulturi, Lubecam, quæ Heinrici sedes erat, oppugnant. Sed is, cùm præter opinionem hæc sibi acciderent, noctu, cum duobus aliis sociis, urbe excedit, subsidium quæsiturus. Urbani interim fortiter oppugnantium vim sustinent. Rediit ille post quatriduum, cum maximis copiis: Rugianos prosternit, paucissimis indè navigio elapsis. Ex eâ clade, quam Rugiani accepêre, vicinus mons Ranorum nomen sortitus est: *teste Marschalco*. At cùm ampl[illegible]imis Heinricus dominaretur po[illegible], Regis nomine cæteri Duce[illegible] eum ultro salutarunt.

Brita[illegible] etiam atq; Stoderani [illegible] tunc, qui Havelbergum & Bra[illegible]burgum incolunt) Heinrico bellum indixerunt, sed admodum infeliciter. idem enim armis eos perdomuit. *Helmoldus*. Waldemarus Heinrici filius, cùm pro juvenili ætate gra[illegible] [illegible] imperitaret Rugianis, occiditur. Pater, collectis undiq; in[illegible] bello eos petit. Verùm ipsi supplices facti, quater [illegible]e & quadringentis marcis pacem redimunt. At cùm solvendo non essent: [illegible] rarum enim tùm apud ipsos numismatum usum f[illegible]e. Autores produnt Heinricum iterum, adjuncto sibi Lothario Saxone, brumali tempore, per glaciem eosdem o[illegible]ugnat. Verùm, frigore nonnihil remittente, co[illegible]ias ipsi per glaciem reducunt, metu futuri periculi: ne ipsis, in hostium agris fortè laborantibus, omnis recedendi facultas denegaretur.

Nicolaus, Danorum Rex, Heinrico Vandalo, suo ex sorore nepoti, Godschalci filio, maternam ademerat hæreditatem. Heinricus, cùm nec jure, nec amicorum precibus, Regis avunculi animum expugnari posse, videret; armis correptis, quicquid Slesuico suberat, infestat. Rex, instructâ classe, ad Vandalorũ terram appellit. Elinus, Slesuici Præfectus, ut cum justo equitum numero adsit, jubetur. Rex, expositis militibus, vicinum quoddam littori oppidum (Zuarroto appellat *Crantzius*) diripit. At Elino, quem pecuniâ Heinricus sattaxerat, non comparente, facili labore, Sclavi equites, Danos pedites profligant. Postridie Dani, cùm fugæ eos puderet, prælium redintegrant: sed infeliciter admodum confligunt. Nam locorum ignari, paludibus immerguntur: multi trucidantur: reliqua multitudo, in fugâ salutis spem ponens, naves conscendit, aufugitque. Heinricus, felici pugnæ eventu erectus, à Danorum infestatione deinceps minimè abstinuit. Cui Canutus, Erici filius, Elino perfido in præfecturâ Slesuicensi substitutus, fortiter restitit: ac parum aberat, quin Heinricum incautum, in quodam suo castello, oppressisset, nisi, magno quidem cum periculo vitæ, ipse fluvio se committens, hostem delusisset. Canutus vicissim Sclaviam, quæ Heinrico parebat, omnem ferro ac igni perdit. Sed tandem Heinricus, omni robore exsutus, & Canuto reconciliatus, eodem intercedente, Regis quoq; gratiam meretur. Tanta præterea inter ipsos deinceps fuit conjunctio: ut Canutũ ex asse hæredem scriberet omnis suæ terræ, ob suorum liberorum inertiam. *Saxo Grammaticus, Crantzius in Daniâ*.*

¶ Apud Gallos, Ludovicus Crassus, quem pater adhuc vivus in regni consortium asciverat, contendit cum Primatibus quibusdam, Sacerdotum fundos tenentibus; & diuturnâ possessione, sui juris eosdem factos, asserentibus. Qui cùm, jubente Rege, ultrò cedere nollent: aperto Marte eos aggressus Ludovicus, duce Roberto Flandro, (qui omnibus, ob domitam Asiam, facilè terrorem incutiebat) ab armis & suo jure simul discedere, coëgit. Cæterùm Hugone quoq;, Pomponelli Comite, qui navibus transitum, nisi multo auro exoratus, non concedebat, ac præterea equos aliquot ad Regem perducendos intercepérat; & Vidone à Rupe-forti, cujus filiam uxorem duxerat Crassus, sed ob propinquam cognationẽ rursus dimiserat, qui Hugoni suppetias ferebat; & Umbaldo Bituriges infestante, domitis: Philippo patri Regi, summum otium securitatemque præbuit filius. Patre è vivis sublato, anno 1109. ad filium totius regni administratio devolvitur; Aureliani, Gilberto Senonum archiepiscopo, reliquis Galliæ pontificibus adstantibus, eum consecrante.

Novum Regem mox aliæ exceperunt turbæ, eæque intestinæ. Nam Vido (quem paulò antè diximus) novas res molitur, Odonem, Corvolientem Comitem, Regi familiarissimum, inter venandum cepit; [illegible] eum eius sit ditione. Rex, amici calamitate motus, Bornolium, quod Vido præsidio munierat, oppugnat: at deditione ejus, bellum finitum est. Hugonem etiam, Pureaci Comitem, Cornotensium agros depopulátem, captum, vinculis constringit.

At gravius bellum ipsi cum Heinrico Anglorum Rege fuit, ob Gisortianam arcem, ad Heptam flumen, utriusque regni limitem: quam modò Francus, modò Anglus, sui juris esse, vendicabat. Et quia perpetua belli materies erat; eoque Crassus illam destructam; Heinricus verò, rerum summâ apud Normannos etiam p[illegible] ca[illegible] integ[illegible] am servare volebat. Ad Gisortium pug[illegible] m[illegible], q[illegible]m

nox di-

[illegible] tandem Ang[illegible] dum se ex[illegible] Fran[illegible] Calvum m[illegible] inde [illegible] e altero [illegible] ortium [illegible] areut à Normannis, ex [illegible] um- gentibu[illegible]. Qu[illegible] [illegible] filio, [illegible] se [illegible] ente: liber [illegible] arcem, de quâ hactenus pugnatum [illegible] ità Normanniâ, Crassus ad Meldos bell[illegible] tran[illegible]: quòd ii cum Heinrico Anglo con[illegible] junxerant. ubi Robertus Fland[illegible] belli dux equo lapsus interiit. Bellum inter hosce duos potentissimos Reges, annos cõtinuos ferè tres, gestû esse, *Hector Boethius* * testatur.

E carcere, certis conditionibus, & fide interposita, liberatus Hugo, cum Carnotensibus gratiâ initâ, Puteacum, à Crasso solo æquatum, restaurat: & Theobaldi ac Stephani munitus subsidio, Thurium, Belsiæ oppidum, quod Frãco parebat, obsidet. Crassus, Hugonis perfidi[illegible] cognitâ, mox itinere converso, (nam ad Flandros ire parabat) Flandro & Rodulpho Viromanduo in societatem belli ascitis, Puteacum contendit. Acriter utrinq; dimicatum est. Illi, militum numero, hi verò, virtute prævaluêre, victoriâq; potiti sunt. Theobaldus, in gratiam Regis receptus, Carnotum retinet. At Hugo, turbarum fax, diruto Puteaco, exsilio mulctatur: Reliqui conjurationis socii, vel corpore, vel bonis, pœnas luebãt. Exinde Rex in Thomam Marlensem, ecclesiasticarum facultatum in Laudunensi diœcesi prædonem, armatas copias educit; eique Creciacum Noningentumq; eladimit: capti furcis plectuntur. Thomas, cum Viromanduo congressus, vulnus accepit: ex quo interiit. Mirũ sit (*inquit Paulus Aemylius*) vel singulos Francos Proceres Regi suo infensos infestosq; exstitisse; ac æquo propè Marte pugnâsse. Anglus Rex eos sollicitabat, juvabat, armabat. Ac ut undiq; Crassum premeret, cum Heinrico Cæsare fœdus icit: eiq; unicam filiam Mathildem, in spem regni, despondet: *Gaguinus.* *

¶ In concilio Remensi, Calistus Papa Heinricum Cæsarem ab Ecclesiæ consortio separavit. Eâ ignominiâ irritatus Imperator, universæ Franciæ, maximè verò Remis, excidium minitatur; omnemq; penè Germaniæ nobilitatem contra Francos educit. Ab alterâ parte Anglus, eosdem oppugnaturus, in armis est. Huic Almericus à Mõte-forti, à Rege opponitur. Germanas copias ipse Francorum Rex, tanto ardore ac pugnandi cupiditate, exspectavit: ut Imperator, animo fractus, suos reduceret. Sic utrinq; ab armis discessum fuit, anno 1124. mense Augusto *juxta Sigeb. Cont.*

Crassus, nõ multò pòst, Anglo bellum indicit. Verùm hic, oppidis partim fraude hostili, partim proditione popularium amissis; ille, Balduini Flandri, acerrimi ducis, nece motus, arma deponunt. *Aemylius.* *

Arvernorum Comes, qui Claromontensem urbem episcopo ademerat, Crassum denuò arma induere coëgit: qui eum facili labore compescuit. Arvernis quidem Guilhelmus, Aquitaniæ Dux auxilio venerat: verùm cùm is Crassi copias, quas habebat insigniter instructas, ex eminentiori loco contemplatus fuisset, ultrò pacem petiit. *Gaguinus.* *

¶ In Ungaria turbulenta fuit, ob Colomanni Regis & Almi fratris simultates: quæ jam, Aulicis frigidam suffundentibus, in apertum eruperant bellum. Nam utriusq; ad Tibiscum amnem castra adversa posita sunt; fluminis alveo eos disjungente. Cumq; jam-jam confligendum esset, saniores Proceres, exclusis bellorum ducibus, (quibus mutuæ laniena voluptati plerunq; sunt) infestos Ducum animos placant: *ut Bonfinius* * *annotat.* Attamen diversum alii testantur autores. Nam *Ursbergensis* ait, Almum, à fratre regno exturbatum, Heinricum V. Bathavii adiisse, ejusq; operam expetiisse. Cujus querelis motus Imperator, auxiliares pollicetur copias. Nam & Romani Imperii urbes quasdam maritimas Colomannus invaserat; & milites, Terram sanctam petentes, sæpiùs vexârat: *ut Cromerus indicat.* Contendit eò cũ infesto exercitu Imperator: Colomanũ urbes restituere, & cum fratre in gratiã redire, cogit; an. 1108.

Contra Ruthenos quos olim Roxolanos vocabant, idem Rex infelicissime pugnavit. Nam illi, cùm à Colomanno pacem multis lacrymis impetrare non possent, no-

[illegible] ctu incaut[illegible], & utrinq; [illegible] dormientes, ob[illegible] eosq; castris, vasis, [illegible] regalibus exutos, ad [illegible] ternecionem usq; cædunt. [illegible] cum paucissimis, fugâ elabitur.

Secutum [illegible] dehinc bellum cũ V[illegible] quorum Dux erat Ordeph[illegible]: ubi de Dalmati[illegible] maximè cruento, discepta[illegible] est administratione [illegible] etiam U[illegible] victoriam indè reportavit, ac Vene[illegible] to præstantissimo, adeò attriti [illegible] pacem, el[illegible] inducias quam-longissimas pe[illegible] ent. [illegible] induciæ ad annos quinq; dantur.

Cæterùm, recruduit quidem inter fr[illegible] Heinrici Imperatoris autoritate [illegible] Tandem improbis quibusdam R[illegible] Almo, Belâq; nepote, Stephani [illegible] nem sperare non licere: [illegible] matris exceptum, oculis privari [illegible] tari, mandavit. Cæ[illegible] cæculi cujusda[illegible] est [illegible] tectis & monstra[illegible] Reg[illegible] sævitiam delusit. T[illegible] animã efflaturus Rex, Benedictum quendam, ad trucidandum Almum, in Demesiense cœnobium [illegible] erat, mittit: sed per Monachos à cæde prohibetur. In[illegible] ob Monachorum, quam intentabant, vim, concitato [illegible] fugiens; ex equo elisus, cervicem fregit. quem canes insecuti, ita frustillatim dilaniarunt: ut ne minima quidem particula superfuerit. Tertio exinde die. Colomannus, ex capitis doloribus, exspiravit: anno regni 25. q fuit C[illegible]sti 1114.

Stephanus II. cùm post patris obitum an 8. aliorum ductu, rebus præfuisset, rès Ungarica bene habuit. verùm jugo excusso, patris vestigiis insistere maluit: cum asperitate, superbiâ, ferocitate & crudelitate, quasi imperare laborans. In Polonos & Bohemos bellum movet: illos quidem magnâ prædâ exsuis; ab his verò in fugam vertitur. A Ruthenorum bello, quod nõ tam restituendi ejecti Ducis, cui Bezen nomen erat; quàm ulciscendæ injuriæ gratiâ, (ut paulò antè diximus) susceperat, ægrè à ducibus retrahitur. Nondum exinde tribus exactis annis, Poloniam; deinde interiorem Mysiam; & universam ferè Macedoniam, cum Mysiâ superiore, infestavit: ac devastatis regionibus, in Thraciam & Græciam castra movit. Belli causa erat; quòd immitẽ eum & dirum Cõstantinopolitanus Imperator appellâsset. Verùm eo bello Ungarus victus, pacis conditiones accepit.

Almum, quem occæcatum diximus, idem in Thraciam relegârat: sed pòst ipsum extinctum Albam referre jubet; ibiq; honorificè justa ei perficit. Quam enim ex relegatione impiâ sibi conflârat invidiam; ex honore sepulturæ abolere volebat. Belam præterea filii loco adoptat: eumque regni hæredem (ipse enim sobole destituebatur) designat, Helenâ, Macedoniæ Principis filiâ, in matrimonium ipsi junctâ. Dysenteriâ confectus obiit Stephanus, anno regni 18. Christi 1131. *Bonfinius.* *

¶ Boleslaus Polonus, Bohemorum in suam terram irruptione irritatus, Moraviam unâ æstate bis infestam reddit; multâq; prædâ onustus, indè recedit. Pomeranos etiam, qui prædas in Poloniâ egerant, bello petens, Colbergum oppugnat; sed frustra: direptis tamen incendiisq; villis quam-plurimis, in patriam regreditur. Sed paucis interjectis diebus, præter expectationem, rursus Pomeraniam invadit, Suatoborum, maritimæ illius oræ Ducem, suum consanguineum, ob injustum & crudelem domina[illegible] vinculis constrictum, liberaturus. Verùm Pomeranis Ducem ultrò dimittentibus, exercitum reduxit Polonus.

Anno insequenti, Scarbimirus quidam Palatii Comes, cum prædatorum cohorte, Pomeranorum a[illegible] depopulatur. Hi vicissim, sua damna compensaturi, in Poloniâ prædantur. Scarbimirus, cũ suo comitatu, è convivio quodam nuptiali discedẽs, in vicinâ [illegible] lvâ feras insectatur: ibiq; fortè in Pomeranos incidit. Fit conflictus. Sed Scarbimirus, vulneribus confectus, cum paucis, qui supererant, spem salutis in fugâ posuit. Ad convivium, multo sanguine madidus, unoque orbatus oculo, reversus Scarbimirus venator, ab omnibus temeritatis incusatur: attamen arma iidem capessunt, amici injuriam ulturi. Ex fœdere R[illegible]si auxilia mittunt: ex Ungaris mercede milites conducuntur.

Dum hæc [illegible] Bohemorum Princeps contra Polonos bellum movere nunciatur, Boleslaus, quem hostium prius adoriretur, incertus, hinc [illegible] è distrahitur. Tandem Russis & Ungaris munitus, utrumque bellum persequi statuit. Scarbimirum Pomeranis cum exercitus parte opponit: ipse Bohemo occurrit. Verum his pedem rete [illegible] Boleslaus etiam suos reducit. Scarbimirus quoque miserè, nemine obstante, vastat Pomeraniâ, cum prædâ domum redit. Anno sequenti, rursus bellum facit Pomeranis Boleslaus: expugnatoque Bialogrado, urbe ditissimâ & opulentissimâ, Colbergâ, Camenum, Velenum, Cosminum, aliaque oppida, ultro [illegible] sese dedunt.

Domum regressus victor Boleslaus, ob hyemem instantem, copias dimittit. Interea de fratre Sbigneo, multis testimoniis convicto, quod cum Pomeranis fedus, contra datam fidem, inisset, cum suis consilia confert. Censent omnes, bello eum persequendum, ac è medio, tanquam Reipublicæ hostem, tollendum. At Sbigneus, per Balduinum Cracoviensem episcopum, & Jaroslaum Russorum Ducem, fratri supplex factus, veniam impetrat.

¶ Porrò, dum Imperatori, pro restituendo Almo Ungaro, operam præstat Bohemiæ Dux: Boleslaus Polonus, qui Colomanni partibus studebat, Bohemiā invadit; & Vasteone ac Mutinâ, quibus rerum summam Dux demandârat, profligatis, magnâ prædâ potitur. Nec dubium, quin majora damna ipsis intulisset: nisi conjugis morte, & Pomeranorum defectione, indè retractus fuisset: in quos omnem belli vim transfert. Duce Sbigneo, Pomerani noctu Polonos invadunt: verùm admodum infeliciter. Nam ii, fortiter hunc impetum sustinentes, magnam inter eos stragem edunt, capto Sbigneo, qui per castrensem Senatum capitis damnatur: sed, clementiâ fratris, in exilium ad Bohemos mittitur. Expugnato Veleno, milites, ob perfidiam, in omne hominum genus, sine sexûs & ætatis discrimine, desæviunt. Hoc bellum tandem hyems, quæ Boleslaum exercitum dimittere coëgit, diremit.

Anno insequenti, contra Polonos exercitum, è Germanis & Bohemis collectum, educit Imperator. Causa erat: quòd Colomanno Ungaro suppetias tulissent, & Bohemum è suis castris retraxissent. Lubus, arcem & oppidum, ac Recenum, capit. Indè ad Glogoviam transiit: in cujus oppugnatione, Bohemiæ Dux Suentopolcus, per equitem quendam Bohemum, consilio Boleslai, & præmio percussori proposito, occiditur. Bohemi, curandi funeris gratiâ, inviti ab Imperatore ex castris dimittuntur. Instante jam hyeme, Polonus, per Legatos, ab Imperatore pacis conditiones præscribi petit. Hic, ut Sbigneus in principatum suum restituatur, & ut Poloni tributarii sint Romano Imperio, postulat. Sed respuisse has conditiones Boleslaum, ac Martis aleam experiri maluisse, tandemque Cæsarem profligatum: *Cromerus* indicat. Verùm *Erfordiensis, Ursbergensis, Appendix Mariani Scoti*, Poloniam, hac tempestate, Romano Imperatori tributum, per multa secula negatum, solvere constam, testantur. Denique Bambergæ inter ipsos federa renovantur, & novâ affinitate confirmantur: Boleslao sororem: Uladislao ejus filio filiam Imperatoris, matrimonio sibi jungentibus.

¶ De Bohemiæ regno, Ottho Moraviæ Marchio, Suentopolci frater, & Uladislaus patruelis, (qui priùs, jurejurando interposito, Suentopolco successor fuerat designatus) digladiabantur. Borivoius, ea occasione arreptâ, principatum, unde ejectus fuerat à Suentopolco, repetit: & acceptis a Polono Boleslao auxiliaribus copiis, Pragâ & Vissegrado potitur. Imperator, ad se iter constituit, utrumque vocat: & Borivoium captum in vincula conjicit, Uladislaum Bohemiæ Ducem declarat. Verùm Imperator pro corona Romam contendit. Boleslaus fortunæ Borivoii [illegible] iterum, Bohemiâ [illegible] ulatur. C[illegible] quo, ad Cidlinam [illegible] nem con[illegible] Uladislai copiæ superiores extitêre. Prælium [illegible] Octob. anno 1111.

Ma[illegible], dum P[illegible] us cum C[illegible] bellum gereret, P[illegible] & Pomerani deprædantes à Magno [illegible] Comite [illegible] & [illegible] indulgerent [illegible] dantur. At Bol[illegible] pomanum eos [illegible] ratas, expeditionem in Pomeraniam suis indixit. Abeduc[illegible] exercitu, Naclum primo oppugnatur. Verùm, cùm incolæ de Prutenorum & [illegible] eranorum clade, quâ circiter viginti hominum m[illegible] z [illegible] hierant, certiores redderentur, d[illegible] onem ecerunt. Horum exemplum mox aliæ sex oppida secuta sunt. Quibus Suentopolcus, de Gryphum [illegible] apud [illegible] præfectus datur.

Exarsit deinde rursus Bohemicum bellum; Sobeslao Bohemo, contra fratrem Uladislaum Polonum arma [illegible] re suadente. Qui infesto exercitu in [illegible] Bohemiam, Clotzum oppidum exurit, & quæ [illegible] a prosternit; prædatur; igni & ferro omnia vastat. Et cùm ad Cidlinam fluvium adversa locata essent castra: Bohemi, nocte quadam intempestâ, ultrò discedunt. Polonus etiam commeatu deficiente, pedes referre cogitur. Cæterùm, ex insidiis eosdem Bohemis vellicantibus, multo sanguine utrinque dimicatum est, anno Domini 1114. juxta Hagecum.

Anno sequenti, pax inter eos sancita est. Borivoius, ab Imperatore è carcere dimissus, Boleslai operâ Bohemo reconciliatur; & Bohemici principatûs partem obtinet. In Prutenos tamen Boleslaus, ne sui domi otio torpescerent, bellum movet; eorumque agros impunè vastat. Tandem, sub annum salutis 1120. universam Pomeranorum terram domat, suoque subjicit dominio; populumque religionem Christianam, sepiùs jam receptam & repudiatam, amplecti cogit.

Revixit & inter Uladislaum Bohemorum, & Sobeslaum Moravorum, Duces, simultas: ac conductis utrinque copiis, prælium commissum est; in quo Sobeslaus victus, Boleslai opem implorat. verùm, eo, in reducendo Jarislao, Russorum Duce, occupato, nihil impetrat.

¶ Ad Angliæ statum nunc accedimus: cujus gubernatio, sub annum salutis 1101. ad Heinricum, Rufi defuncti fratrem natu-minorem, devoluta est: cùm ipse multâ benevolentiâ regni Proceres in suas partes alliceret. Verum ex bello Hierosolymitano reversus Robertus, frater natu-major, Normannorum Dux, amicis, maximè Ranulpho Dunelmensi episcopo, sollicitantibus, regnum repetit. Heinricus Rex, re cognitâ, tam navales, quàm pedestres copias cogit; fratrisque adventum præstolatur. Nec etiam Robertus Dux, quod è re suâ esset, negligit: impositoque in naves milite, classem regiam accedit; & oratione blandâ, donisque, maximam copiarum partem sibi adjungit. Rex, de fratris adventu & suorum defectione edoctus, pedestri itinere ei occurrit: & fortunæ casum, quicunque accidat, prælio experiri non abnuit. Sed principes Angliæ viri, a laniena fratres coërcent: certisque conditionibus pacem sanciunt: ut scilicet Heinricus, qui patre Rege natus esset, Angliæ regnum obtineret; & in singulos annos terna millia marcarum Roberto daret: &, qui prior sine liberis discederet, alterum hæredem testamento scriberet. Post hæc Robertus ad Normannos redit.

Robertus etiam quidam, Salopiæ Comes, cum suâ factione, nova turbandi regni consilia conferebat; sed capto Arundello, ubi ipse degebat, à Rege in exsilium ejicitur seditiosus. Secutus est exinde regni status pacatissimus.

Aliquantò pòst, cùm Robertus Normannus Heinricum Regem inviseret; marcarum (quas diximus) persolutione eum liberum pronuntiavit: fratre [illegible] iis inter pocula nimium instante. Sed pœnitet paulò pòst Normannum, in fratrem liberalitatis [illegible] se [illegible] circùmventum, apud quos [illegible] is queritur. Heinricus, ubi se à fratre traduci resciviт: armatorum manum, quæ Normanniæ fines vexarent, mittit. [illegible] os subsecutus Rex majoribus cum copiis: c[illegible] entoque, commisso prælio, fratrem universo regno e[illegible] & captum in pe[illegible] o carcere detinuit. Accidere hæc [illegible] no salutis [illegible] q. sic Normânnia Angliæ regno un[illegible]

Fulco Andegavensis Comes, Anglorum odio, & [illegible] berti amore, cujus vicem dolebat, in partibus transmarinis Constantiam, corruptis auro civibus, occupat. Rex, in Normanniam profectus, urbem recuperat; rapta non[illegible] vium ad [illegible] C[illegible] mitem commodis

afficit. Wallos etiam domuit; anno, postquam regnare cœperat, decimo-quarto.

¶ Nortmanniæ Ducem, Guilhelmum filium, Heinricus Rex designârat. is cùm aliquando cum fratre Ricardo, & Mariâ sorore. Angliam peteret: navis, per incuriam nautarum, scopulo illisa, pertracta est. quo casu centũ & quinquaginta circiter perierunt; uno duntaxat incolumi. Divinâ id factum ultione creditum fuit. Nam ii omnes ferè Sodomiticâ labe polluti dicebantur: cùm alioqui mare sùm esset pacatissimum; anno 1120. *Matthæus Parisius.* Hac arreptâ occasione, Robertus, Melani Comes. Nortmanniam turbat. Rex cum copiis advolat; & Roberti castrum quoddam primùm expugnat. Robertus interim, Almerico Monti-fortis Comite suppetias ferente, Nortmanniam igni & ferro depopulatur. Occurrit hosti Guilhelmus, regii exercitûs dux, ac Robertum, in insidias pellectum, capit. *Polydorus.*

¶ Apud Scotos, Edgarus, Donaldo ejecto, rerum summâ potitur, sub annum salutis 1098. fuitq; is omnium Scotorum primus Rex, sacrâ unctione inauguratus. Nullum autem, toto regni sui tempore, bellum gessit: ob probatam subditis virtutem, magis venerandus; quàm metu tantæ potestatis terribilis. Mortuus est anno regni sui nono. Cui, cùm liberis destitueretur, Alexander Fers (quod fortem sonat) suffectus est. Quem cùm Moravi & Rossi saeris rebus intentum cernerent; ejus ditiones, maximo cum maleficio, incursant. Alexander, collectâ quâdam cohorte, ex improviso eos opprimit; ac latronum duces captos capitis damnat. Vitæ præterea insidiatores habuit plurimos etiam inter domesticos: quos vel bello, vel variis tormentorum generibus, sustulit; pacemque in regno constituit: cui præfuit annos 17. Obiit sub annum salutis 1123. *Johannes Major,* * *Boethius.*†

* li.3.c.10. & 11.
† lib.12.

¶ Erico, Danorum Regi, tres erant filii: quorum Haraldus ex concubinâ, Canutus ex legitimâ conjuge, Ericus verò ex adulterio, nati erant. Pater, ad Terram sanctam profecturus, Nicolao fratri, ex concubinâ (*ut Helmaldus testis est*) nato, & filium Canutum, & regni administrationem, interea temporis demandat; usque-dum filius adolesceret. At nuntiata Erici Regis nece, qui in Cypro insulâ vitam cum morte commutârat; Haraldus ad Regium adspirat fastigium. Verùm, cùm multa insolenter absente patre egisset, rejicitur: ac omnium suffragio Nicolaus Danorum Rex creatur. Haraldus, repulsam passus, ad latrocinia se convertit; furum manipulum colligit; & in-primis fratri Erico damna infert. quos Canutus Sleluicensis compescuit; cuiq; fratrum suam paternæ hæreditatis portionem attribuens. *Saxo Grammaticus,* * *Crantzius.*†

* lib.13.
† li.5.Dan. cap 8.

SUB LOTHARIO.

Successit, in Romani Imperii administratione, Heinrico V. Moguntini conventûs autoritate, Lotharius, Saxoniæ Dux, (cujus superiùs jam facta est mentio) Gebhardi de Supplingeborg. Saxoniæ Comitis, filius; sed ab Heinrico Imperatore, Magno extincto, Saxoniæ Ducatu donatus. (*ut ex Saxoniæ Chronico Erfordiensis annotat*) moxq; ab Apostolicæ sedis Legato, qui comitiis aderat, consecratur. Astu & fraude Alberti Moguntini, (qui, *ut habet Cassinense Chronicon,* * ferali odio contra Heinricum accensus; & universam ejus cognationem, tanto honorum fastigio dejicere cupiebat) & Cunradi Salisburiensis, id factum, asserunt, *Otho Frisingensis de gestis Frederici,* * & *Aventinus* Anno 1126. *Chronicon Saxoniæ. Antoninus* habet 1127.

* li.4.c.89
* li.1.c.16.

At Fridericus Sueviæ, & Cunradus Franciæ, Duces, fratres germani, Heinrici V. ex sorore nepotes, (penes quos ipse insignia Imperii deposuerat) se neglectos dolentes Lothario bellum faciunt. Cunradus, quorundam Procerum suffragio, Imperator salutatus, & Mediolanum ab Italis accitus, per Anselmum archiepiscopum ibidem consecratur. Verùm Lotharius, non modò acriter resistere; sed utrumque opprimere penitùs conabatur: justo (*ut inquit Otho Frisingensis*) Dei judicio; qui, ex peccatis & prævaricatione patrum, senem ipsorum affligi patitur. Lothario militabat Heinricus, Bojorum Dux, cognomento Catulus: cui nuper filiam suam desponderat, celebratis, in sequenti Principum coronâ Mersburgi, nuptiis. Dos ei data Brunsuiga, Comitatusq; Northeimensis, & omnis ad Visurgum ditio: quæ omnia, eodem jure, ad Imperatorem devoluta olim fuerant. Ac is quidem primus ei ad Ducatum Saxoniæ aditus fuit: *ut ait Crantzius.** Dumq; in Saxoniâ commoratur Imperator cum genero: Fridericus quidam à Bogen, adjunctis sibi quibusdam Bojorum primariis viris, Reginoburgensium Præfectum occidit. Imperator, rebus cognitis, è Saxoniâ versùs Bavariam bellum movet: Norinbergam, quod præsidium locarant prædicti Duces, obsidione cingit. Sed iisdem obsessis in auxilium venientibus, Imperator recedit; Rheni oram perlustrat; ac Spiram, Limburgiumque, Friderici castellum, obsidet. Heinricus, relictis ad Falckenstein (quæ Friderici à Bogen arx erat) militum cohorte, socero suppetias fert; ac ultra Rhenum, contra incursiones Friderici Suevi, castra ponit: eumque noctu irruentem, cùm de eius conatibus edoctus esset, in fugam vertit. Groningam utique Moguntino præsule mediante, Spira tudei Imperatori cedit. Heinricus, ad obsidionem arcis Falckenstein [illegible]tus, eam expugnat, & diripit. Fridericus, c[illegible] manu, plerosque Sueviæ vicos, qui Heinrico parebant, [illegible] quos Memminga, Altorff, Ravensburg [illegible] diripit, & [illegible]ierit. Par pari refert Heinricus; ac Friderici, sorori suæ Judithæ mariti, ditiones igni & ferro vastas reddit. Posthæc Heinrici Ratisponensis episcopi agrum, quòd se inscio eum conscendisset sedem, ac Haimerani monachos spoliasset, & Othonis Wolfrathshusiani Comitis, Episcopi ex fratre nepotis, ditiones depopulatur. Albertũ Comitem a Calb, cũ Welphone fratre, Wittenbergo exuit; castellumq; igni tradit. Cunradum Saringium, Schönburgium oppugnantem, Lotharius Imperator superveniens recedere cogit. Tandem, cùm se imparem Welphoni esse videret: Albertus supplex veniam petit, & assequitur.

* li.6.Sax cap.4.

Posthæc, Heinricus Dux ad Wolfrathshusiũ castra ponit. At Ratisponensis episcopus, patriæ [illegible] calamitate motus, Ludolphum Austriacum, Fridericũ à Bogen, aliosque, in auxilium vocat. Ad Isaram amnem castra posita sunt. Sed persuadente Othone à Wittelsbach, Fridericus a Bogen, eique confœderati, veniam à Duce petunt. At Wolfrathshusium igni traditur. Tandem, episcopo Ratisbonensi Hochburgensem præfecturam eidem donante, Bavariæ pax restituitur. Præterea Lotharius in Imperio confirmatus est, Cunrado apud Italos latitante. *Urspergensis, Aventinus.* Hanc autem, inter Imperatorem & Fridericum, dissensionem, ad annos ferè decem protractam, narrat *Frisingensis de gestis Frederici.**

* li.1.c.20.

¶ Sed dum Germania intestinis turbata est bellis: Romæ duo, de sede pontificiâ, armis digladiantur; Anacletus, & Innocentius: quorum ille, Rogerii Siculi usus præsidio, hunc Româ ejicit. Is ad Lotharium in Germaniam fugit: à quo reverenter Leodii excipitur: & de se restituendo spe amplissimâ recreatur; modò Episcoporum clientelam reddat. Postulatis Pontifex annuere differt: ac tandem, Bernhardi Clare-vallensis instinctu, Imperator id petere desistit. Coguntur interea copiæ: quibus Romam deductus Innocentius, in æde Constantinianâ Lotharium Augustum salutat. In Leodiensi urbe id factum, *in Catalogo Leodiensium Episcoporum* annotatur, in vitâ Alexandri. Feliciter indè ad Germanos reversus Lotharius, Bambergæ comitia celebrat: quibus Cunradus & Fridericus, Bernhardi (quem diximus) intercessione, gratiam Imperatoris merentur. Indè ad Saxones profectus est: ubi Polonus & Danus ejusdem se subdunt Imperio, atq; in ejus verba jurant. Heinricum generum (*ut Crantzius* * *testatur*) Ducatu Saxoniæ donat. Halberstadiæ, Danorum regem, bello victum, Imperatori juramentum præstitisse, se, suosq; posteros, tantùm Romanorum Imperatorum autoritate, regia insignia accepturos: *in Casimdromo & in veteri Coloniensium Chronica* annotatur.

* l.6.Sax. cap 7.

In Italiâ iterum Innocentius cum Rogerio confligit; & superatur: ab eoque, cùm Cardinalium manipulo capto, regium nomen extorquet Rogerius.

Imperator, conscripto haud-vulgari militum numero,

denuò

denuò in Italiam redit. Heinricus Bavarus, mille-quingentis equitibus ſtipatus, ſocerum comitatur. Adeſt & cum juſtis copiis Cunradus, Imperatori jam amiciſsimus. Hi, conjunctis viribus, Gradam & Gariſtallum oppida in fidem accipiunt. Eâ etiam expeditione Cremonenſes & Mediolanenſes, qui diuturnum jam bellum geſſerant, ab armis diſcedere jubet Imperator; proſcriptis Cremonenſibus: quorum agri & villæ Cæſareanis prædæ ſunt; caſtella deſtruuntur. Papienſes, multo auro perſoluto, in gratiam accipit. Bononienſes & Æmylienſes, (quibus deſpectui fuerat Imperator, priori in Italiam expeditione, ob minùs inſtructum & copioſum exercitum) vi & armis ſupplices fieri cogit. Pòſt, uſq; ad Taurinum, totam citeriorem Italiam ſubigit. Citra Apenninum, Anconâ & Spoleto, aliiſq; urbibus & caſtellis potitur. Heinricus, cum exercitûs parte, Tuſciam perluſtrat: cumq; eam in ſuum redegiſſet jus; Romam contendit: & aſſumto armigero pontifice, Albam Beneventumq; expugnat.

Ex Barro, conjunctis copiis, profecti Imperator & Duces, Rogerium, antipapæ fautorem, petunt, eumq; omni exſuunt regno: cui Reginaldus (Rainonem vocat *Antoninus*) imponitur.

Rebus ſic feliciter geſtis, Imperatori in Siciliam trajicere animus erat. Verùm Germaniæ Principibus, quos amor patriæ, rerum adminiſtratio, & dulciſsimarum conjugum ac liberorum retrahebat deſiderium, detrectantibus; in Germaniam pedem refert. Tridenti morbo, ſeu (*ut Crantzius vult*) peſte correptus, in viliſsimo quodam tugutiolo in ſylvâ, animam reddit: poſtquam rerum ſummæ annis præfuiſſet 13. anno Chriſti 1138. in autumno. *Urſpergenſis.* Corpus in Saxoniam delatum, in Lutharià cœnobio humatur. Res ab eo geſtæ, in æs inciſæ, eodem recondunutur. *Ottho Friſingenſis,* Aventinus.*†

*li.7.c.17. & 1199. †lib.6.

Hujus Lotharii mores, (*inquit Urſpergenſis*) quidam his verbis deſcribit. Erat vir ille ſtrenuus belli ductor, præcipuus in armis, providus in conſilio, terribilis inimicis Dei & ſanctæ Eccleſiæ, veritatis amicus, juſtitiæ ſocius, injuſtitiæ inimicus: cujus probitas patuit in Siciliâ, viguit in Saxonia. Quamdiu vixit, totum Romanū Imperium, quod ejus cuſtodiæ deputatum fuerat, titubare non potuit. Hic, expulſo Petro Leonis, Innocentium Papam manu forti, invitis hoſtibus & adverſariis, in ſede ſanctâ reſtituit: ab eo quoq; reſtituto, conſecrationem Imperialem accepit. *Hac ille.* Et ipſe *Urſpergenſis* inquit: Hujus Imperatoris laus, eſt à vindicatâ religione & legibus.

¶ Gallus, rebus domi pacatis, in Flandriam eâ occaſione bellum movet. Carolus, Flandriæ Comes, eleemoſynis, quæ quotidie in egenos, graviſsimæ famis tempore, ex fiſco erogabantur, Tamardum quendã præfecerat. Is, cùm ea alieno multorum benevolentiam conciliaret, animosq; ſibi devinciret; criſtas ac ſpiritus ſumſit. Lambertum Stratenſem, Præfectum in æde Donatiani, qui plena habebat horrea, incuſabat; quòd tantæ calamitatis autor eſſet: cùm, ſuppreſſo frumento, fame-deficientes non ſublevaret. Fractis itaque, Comitis juſſu, horreis: ingentē frumenti vim, ditioribus pro juſto precio; egenis verò, gratis, diſtribuit Tamardus. At cùm pecuniam oblatam, quæ ſuæ avaritiæ non reſponderet, Lambertus accipere detrectaret; egenis ea reſtituta fuit. Quo beneficio Carolus & Tamardus, mirè ſibi populum addictum; Lamberto verò maximè infeſtum, reddiderunt. Igni oleum addidit Bertinianus abbas; Lambertum, quòd triennio integro nihil decimarum ſolviſſet, graviter accuſans. In aulam vocatus Lambertus, eo ipſo die Bertinianis eaſdem reddere jubetur: niſi pœnas non-leves experiri malit; omni ſimul dignitate amiſsâ. Tamardus præterea litem eidem ſimul movet: quod limites in ſuos terminos promotos fuiſſet. Lambertus, expoliatis à Tamardo horreis ſuis, cùm, quod Bertinianis penderet, non haberet; armis ſe tutari voluit: ac duce Burchardo filio, cum armatâ cohorte, Tamardi caſtellum expugnat, muros disjicit, civium bona diripit, & quoſcunque reſiſtentes trucidat. Cecidit inter hos & Tamardus. Carolus, re cognitâ, eam in Burchardum, non quidem pro delicti gravitate, fert ſententiam: ut limites, quo priùs ſteterant loco, reponantur; caſtellum reparetur; & ablatum duplex reſtituatur. Hinc contra Carolum excandeſcunt Stratenſes; ejusq; exitium tentant. Tandem, oblatâ occaſione, ipſum, in D. Donatiani æde, ad altare, confodiunt. Muliercula cujuſdam clamore, quæ ſtipem rogârat à Comite, Themardus Brugburgenſis, cum duobus filiis, excitus, accurrunt: ſed ſimul ibidem occumbunt. Regiâ direptâ, Donatiani ædem, in modum arcis, communiunt cædis autores. Proceres & plebs univerſa, mortem ſui Comitis ulturi, ad arma conclamant. Supervenit his Ludovicus Craſſus, Franciæ Rex: qui, expugnatâ Stratenſium urbe, novo & inaudito ſupplicii genere, turbarum cædiſq; tam atrocis faces afficit. Nulli conjuratorum temperatum; nec iis etiam, qui aliquâ neceſsitudine eos contingebant. Wilhelmus, Roberti Normanni filius, Flandriæ Comes à Rege datur. Eandem autem dignitatem plures ambibant, armiſque præterea attentabant. Sed Franco milite armatus Wilhelmus, Theodoricum Alſatienſem, qui acriùs rem agebat, bello ſuperat. Quâ quidem victoriâ elatus, nihil non audebat Wilhelmus; omniaque proſperè ceſſura ſperabat. verùm, cùm inconſideratius Aluſti mœnia, quo ſe Theodoricus, ea pugnâ elapſus, receperat, ſubiret; ex muro, telo ictus, interiit. Plurimorum inſuper is odia, propter exactiones immodicas, in ſe concitârat. Ac, cùm precibus Theodoricus Francum militem ſibi adjunxiſſet, Guilhelmus Hyptenſis, competitor, arma depoſuit. Sicque res Flandrica in unum coiit. *Paulus Aemylius,* Jacobus Meyer in Chronico Flandriæ.*

*lib.5.

Confecto hoc negotio, Francus in Borbonium parvam expeditionem facit: quem dominatum ſolus Hanno, ejecto defuncti fratris filio, appetebat. Sed is, armis depoſitis, Procerum judicio ſtare cogitur. Exinde Arvernorū Comitem, qui Epiſcopum urbe ejecerat, domat. Digreſſo Rege, Arverni novis motibus ſtudebant. Sed reverſus Francus, Ferrariam arcem, quæ è regione urbis eſt, occupat. Et Wilhelmus, Aquitaniæ Dux, qui obſeſsis auxilio venerat, pacis conditiones à Rege accipit. Theobaldus, Campanus Comes, cùm ob Vulgi Nobilitatisq; gratiam, quâ plurimùm valebat, Craſſum ſenem morbisque confectum, ac filium Ludovicum, jam Regem ſalutatum, rerumque ob ætatem imperitum, minùs revereri videretur; ab iiſdem bellis petitur. Bona-vallis, ubi Comitis ſedes erat, vi capta, ſolo æquatur. Eadem etiam Briconeti caſtelli fuit fortuna: cujus dominus cuncta, prædis latrociniiſque, infeſta paſsim reddiderat. Cumque jam Galliæ ab inteſtinis motibus quies data; & Ludovici junioris, cum Guilhelmi Pictonum Comitis filiâ majore, Leonorâ, nuptiæ peractæ eſſent: Craſſus rebus humanis excedit, anno 1138. *Paulus Aemylius. Gaguinus.**

*lib 6.

¶ Alphonſus VII. Hiſpaniarum Rex, ſub annum ſalutis 1121. creatus, cum vitrico Alphonſo, Aragonum Rege, cui mater Viraca iterum nupſerat, de regno bellum gerit. Nam Hiſpaniarum Imperator, vitricus dici volebat. Succedit hujus filius Sanctius, ejus nominis tertius, cognomento Deſideratus. Verùm, cùm uno præfuiſſet anno, hominem exſuit: cui frater Ferdinandus II. in regno ſuffectus, annos 17. præeſt, uſque ad annum ſalutis 1142. *Ritius de Regibus Hiſpaniæ.**

*lib.3.

¶ Ungarorum regno poſitus Bela II. quem oculis orbatum diximus, pacis ſtudioſus, & de honeſtis legibus, pro regni ſalute condendis, admodum ſolicitus fuit. Cæterùm Helena conjux graviùs in eos, qui excæcationis autores extiterant, animadvertit; ne quis poſtea in Principem virum tale quid tentare auderet: ſexaginta-octo variis tormentis necat; alios vel perpetuis carceribus, vel exſiliis longiſsimis, cum conjugibus & liberis, mulctat. Ungari, modū in pœnis irrogandis Reginam excedere, indigniùs ferentes, nova moliuntur: Borichium, adulterinum Colomanni filium, ad invadendum regnum cohortantur; ac auxilia pollicentur. Borichius, Ruthenorum & Polonorum ope ſtipatus, ad Seum fluvium caſtra ponit. Bela, Procerum conventu habito, quoſcunque nutare perſentiſceret, more reliquorum judicio capitis damnat: pòſt eductis copiis, eódem loci, caſtra adverſa locat. At Ungariæ Proceres, cum R-

thenorum & Polonorum Ducibus, utrinque fide præstitâ, in colloquium conveniunt: ubi Bullus Ruthenis & Poloni, ut arma ultrò deponerent, gra[illegible] persuasit oratione. Cæterùm Borichius, licet à suis [illegible] deseretur; cum Bela tamen prælio decertare non abnuit. sed admodum infelicem res sortita est eventum. Nam trucidatis copiis, ipse Borichius, cum paucis aliis, fugâ elapsus, ægrè vitam servavit. His factionibus sedatis, Rex otio & luxui se totum dat: tandé hydropisi correptus, nono regni sui anno, è vivis excedit; qui fuit Christi 1141. ut *Bonfinius* * indicat.

* li. 4. Dec. 2.

* lib. 5.

Aliter hæc narrat *Cromerus ex Duglosso*: * Boleslaum, inquiens, Polonorum Principem, Ruthenorum auxiliis stipatum, Stephani Ungarorum Regis filios, quos tamen nullos habuisse legitur, ut suprà indicavimus in regnum, contra Belam excæum, restituere voluisse. Verùm Ungarorum & Austriacorum copiis munitum Albertum, superioris annoniæ Marchionem, cui Belæ soror nupta fuerit, illis occurrisse, & stravisse. Sed nō moltò pòst, eorundem exulum precibus exoratum Polonum, denuò parâsse bellum, verùm admodum infeliciter: ut deinceps omni restituendi ipsos labore supersedetit. Cujus jam narratio magis fidem mereatur, penes Lectorem esto judicium.]

¶ Bohemorum Duce Uladislao mortuo; Sobeslaus, Populi ac Procerum favore, rerum summâ potitur. Ægrè id ferebat Otho, Moraviæ Marchio: ac, cùm viribus impar esset; Lotharii Cæsaris, qui nuper Imperii fastigium conscenderat, opem implorat, & impetrat. Verùm auxiliares illæ copiæ, ex Saxonibus collectæ ad Chlumecium oppidum, profligantur a Sobeslao: inter quos ipse Otho occubuit; & Sobeslaus cum Lothario, cui cum Cunrado Suevo bellum tùm erat, in gratiam rediit. Suorum Principum proditione, hanc stragem Cæsarem passum, *Vincentius & Antoninus* indicant.

Eâdem tempestate, & Volodor Polonos iterum bello attentat: sed in ipso rerum apparatu moritur. Cujus duo filii, Volodimirus & Rocislaus, bellum cœptum persequi volentes, paucos ad Polonorum fines exusserunt pagos. Sed cùm inter ipsos fratres dissidium suboriretur, domesticum ei genti fuit bellum. Posthæc Boleslaus ad sacras res animum adjicit: templa condit, ditat; & superstitiosis se dat peregrinationibus.

Ab Ungaricâ expeditione, ubi domesticum vigebat bellum, Boleslaus per Bohemum, qui in ejus regnum invasiones faciebat, retrahitur. At, cùm in eundem vindicandum, omnem belli vim collaturus esset: ab Ungaris, qui eum evocarant, priùs-cœptam expeditionem persequi exoratur. Dumque his morem gerit, & apud exteros rebus gerendis occupatur: majori vi Bohemus Silesiam infestat: fugatis, vel partim suâ sponte fugientibus militibus, quos præsidii loco reliquerat, cùm hostium impetus sustinere non valerent. At de domestico malo certior factus Polonus, relictâ Ungariâ, ad suos concitato cursu advolat: magnam, inter eundum, Moraviæ partem igni ferroque vastat. Ad Ungaricum bellum exinde non rediit: præsertim cùm Lotharium, Romanorum Imperatorem, adversæ parti suppetias laturum cognovisset. [illegible]

Anno sequenti, qui erat partæ per Christum salutis 1134. Polonus, Bohemorum ulturus injurias, rursus arma induit: ac conjunctis sibi Russorum copiis, hostium agros ingressus, miserè eos vastat. Bohemus, viribus impar, aperto Marte congredi supersedet. Cæterùm prædâ, eâq; haud-vulgari, contentus Polonus, exercitum demum reducit, ac dimittit.

Porrò Russi, sæpiùs se hactenus evocatos indigniùs ferentes, (eâ fortè elati opinione, quasi sine se Poloni rebus præclarè-gerendis inepti essent) res novas, duce Jaropelco, Kioviensium Principe, contra ipsos moliuntur: præsertim cùm duobus illis, Ungarico & Bohemico, bellis eos distentos scirent. De Russorum intempestivâ defectione & molitione, clàm edoctus Boleslaus, Procerum consilia, quid in tantis rerum difficultatibus agendum, inquirit. Præ cæteris Petrus quidam, opem, in opprimendo turbarum capite Jaropelco, promittit. Res ea sententiâ succedit: hostis fraude captus, vivus in Poloni manus traditur. Sed precio redimitur per fratris filium; ac datâ fide, suo Principatui restituitur.

¶ Posthæc in Bohemos bellum denuò movet Polonus. Sed Lotharius, interpositâ suâ autoritate, utrumque Principem, Bambergam ad se evocatum, cùm simultates omnes simul [illegible] non possent; ad triennium inducias paciscì persuadet: quò Bohemus, rebus domi tranquillis, Imperatori, in Italiam pro restituendo Romano præsule, contendenti, ex fœdere auxilia mittere posset.

¶ Dum abest Boleslaus, Ungarus quidam, Vislicensis oppidi Præfectus, ea pacto, Jaropelcum Russorum (quem diximus) Principem evocat: ut eum expeditis copiis certo die adsit, munitionemque à se accipiat. Confluxerat verò eò, proditoris hortatu, frequens hominum ex viciniâ multitudo, hostium adventu perculsa, cum iis, quæ chara habebat. Noctu intromissi hostes, miseram plebeculam magnâ crudelitate, sinè sexûs ætatisque discrimine, mactant: & oppido succenso, qui supererant, captivi abducuntur. Nec ipse proditor impunè evadit. Nam linguâ, oculis, & denique genitalibus, ab ipso Jaropelco privatur. Rei indignitate commotus Boleslaus, cogit exercitum; ac Russorum agros; nemine obstante, miserè vicissim depopulatus: pòst ad suos redit.

¶ Russi, cum Haliciensium Ducem Jaroslaum, quòd sua consilia Polonis proderet, suspectum haberent, eum ejiciunt. Is ad Polonos fugit. Halicienses, reliquorum instinctu, quasi facti pœnitentes, & sui Ducis desiderio maximè flagrantes, per Legatos Ducem sibi restitui petunt. Dictis fidem habet Boleslaus: ac minori apparatu, nihil suspicatus mali, eum reducit. Verùm illo, inter medios hostes, in terrâ hostili conclusò; pugna atrox committitur. Poloni, multitudine Russorum victi, cæduntur: ipse Boleslaus, gregarii cujusdam militis ope, fugâ elabitur. Hæc pugna infelix, quam suæ credulitati attribuebat, tantum dolorem angoremq; ei attulit: ut paulo pòst mortem obierit, cùm regnâsset annos 36. Acciderunt hæc anno salutis 1139. ut *Cromerus* * indicat.

* lib. 6.

¶ Angliæ res, hac tempestate, tranquilliores fuisse, patet: fortè ob Wilhelmi Flandriæ Comitis obitum; qui patri suo illatam ab Anglo Rege injuriam, armis se ulturum minabatur. *Polydorus* * tamen, eundem Regem, Galli, tùm Flandricis rebus occupati, aliquas regiunculas vastâsse, narrat; quòd Wilhelmum Flandriæ Comitem designâsset: sed quo eventu, porrò non indicatur. Febri occubuit Anglus, anno ætatis 67. salutis verò 1135. cùm regno præfuisset 35.

* lib. 11.

¶ Ad Vandalos nunc accedamus. Post Heinrici Vandalorum Principis fata, Zuentepolch & Canutus filii turbas movent: quorum ille, natu-maximus, sibi soli regnum rapiebat, adjunctisque Holsatis, fratrem in Plunensi oppido oppugnat Canutus, non armis; sed jure potiùs, litem ab Holsatis dirimi expetens, haud-parùm benevolos & æquos ipsos sibi reddit. Mox enim illi, depositis armis, fratres conciliant; partitâ inter ipsos provinciâ. Sed non multò pòst, trucidato in Lütilinburg, seu Lütkenburg, (*ut legit Crantzius* *) cùm insolentiùs ageret, Canuto; Zuentepolch rerum summâ solus, pro voto, potitus est. Et cùm Obotritis bellum indixisset: Holsatorum Stormariorumque auxilio, Werlo Ciniumque urbes, in suam redigit potestatem. Post hanc victoriam, dolo cujusdam Datonis, Holsati Nobilis, occiditur: nec-non ejus filius Zuinike, (Porcellum vocat *Crantzius*) qui solus supererat de Heinrici stirpe, apud Ertheneburg trucidatur. His sublatis, Canutus, Erici filius, Vandalorum principatu, ex Heinrici legato, potitus, regio diademate insignitur à Lothario Imperatore; Obotritorum (quos nunc Megapolenses vocamus) Regem eum appellante. Attamen Pribislaus, & Nicolotus, Obotritorum terræ Major, (*ut Helmodus loquitur* *) Heinrici fratrueles, contra eundem, pro repetendâ Heinrici terrâ, quæ ad ipsos jure hæreditario devoluta erat, arma sumserant. quibus novus & armatus Rex obviam procedens, utrumque capit. & cùm arctiori custodiæ, Slesulci, aliquamdiu eos detinuisset: tandem, datis obsidibus & magno auri pondere, in

* l. 6. Metrop. c. 44.

* cap. 49.

sua ver-

suá verba jurare facit; nunquam se deinceps, regni causâ, quicquam moturos: sicque liberos dimittit. *Helmoldus.** *Crantzius.**

Warcislao quoque, Orientalis Vandaliæ Principi, graves cum Danorum & Polonorum Regibus simultates intercedebant: quorum ille mari; hic terrâ eum petit. Orna, vel Cosna, *(ut Crantzius vocat)* & Julinum, oppida expugnantur. Tandem, cùm potentissimis duobus Regibus resistere non valeret Warcislaus; pacem petit. In colloquium verò admissus, statim, præter fidem datam, vinculis, jussu Magni, filii Danorum Regis, constringitur. Hoc factum gravi oratione Canutus reprehendit, perpetuam regio nomini perfidiæ notam inustam, asserens. Comprobatâ à primariis belli ducibus Canuti sententiâ, Warcislaus, vinculis solutus, ad suos remittitur. Cæterùm, ab eo tempore, Magnus à Canuto fit alienior, in-primis regiam dignitatem, quâ nuper potitus fuerat, ei invidens. Nec deerant Gnathones aulici, qui frigidam suffundebant; m omninò eum extinctum cuperet Magnus: maximè verò mater, ut, quod meditaretur, quàm-primùm perficeret, hortatrix ei fuit. Vocatur Canutus ad singulare colloquium, per Magnum, Roschildam. cui ille (licèt Ingiberga conjux, animo aliquid mali ipsi præsagiente, dissuaderet) morem gerit; dictoque die cum viris quatuor adest. Ibi cùm consedissent, dulcesque sermones miscerent: ex insidiis erumpunt sicarii; Canutumq; nefario scelere transfodiunt. *Saxo Grammaticus*, propriâ manu magnum hoc sceleris perpetrâsse, indicat. Maximi indè exsistunt motus. Haqninus enim & Petrus, Skyalmonis filii, atrocitatem facti ubiq; in cœtu hominum deplorabant; ac vestem, sanguine copiosissimo fœdatam, oculis objiciebant: quò magis eorum animi, contra Magnum cæsorem, irritarêtur. Nicolaus, Danorum Rex, Ringstadii, in conspectum populi, ob imminens ipsi periculum, priùs non audebat prodire: quàm sanctè populo jurâsset; se & aulâ regiâ, & universo regno, cædis autorem ejecturum, & proscripturum. Posthæc, homicidâ illo ad Gotthos exulatum abeunte, populus furere desiit.

Cæterùm, cùm ad suos rediisset Nicolaus; à domesticis, qui Magno perpetrandæ cædis autores fuerant, haud minori eum periculo petitur: indignum facinus esse vociferantibus, unicum filium, regni spem ac hæredem, metu quorundam hominum agrestium, ejici. Victus suorū importunitate Nicolaus Rex, filium ab exsilio, quod hactenus simulârat, revocat. Hinc & populi furor recrudescit: perjurii Rex incusatur. Ericus, Canuti interfecti frater, licèt ex concubinâ natus, paribus populi suffragiis Rex creatus, arma induit. Adest etiam Lotharius Imperator, cū frequenti exercitu; tam nefandam amici cædem ulturus: & ad Slesuicum castra ponit. Magnus, cùm suis rebus diffideret, dolo Imperatorem circumvenit. Nam, cùm se Romani Imperii militem perpetuò futurum juraret, multaq; simul auri talenta expenderet; ipsum placuit. At, cùm suas copias Imperator reduceret: Magnus, ex insidiis erumpens, non solùm milite eum cæsuit; sed insuper Imperatorem *(ut Saxo & Crantzius referunt)* turpem fugam capessere cogit.

Ericus, licèt ab Imperatore desertus esset, ac sæpiùs ipse quoque in fugam conjicêretur; (unde ignominiosè cognominatus est Pes leporinus, *Hasenfusz*, ut Saxonum habet idioma) acriter tamen portò instar: bellumq; summis viribus persequi attentans, hinc-indè auxilia conquirit. His motibus durantibus, superveniunt fortè, cùm in hybernis ageret Ericus, ex Norvegiâ missi Legati; majorem Canuti filiam, nondum nubilem, suo Regi uxorem petentes. Quorum votis cùm annuisset; ipse Ericus, Regis Norvegiæ novercam, uxorem vicissim accipit. Eductis ex hybernis militibus bellum terrâ mariq; restauratur. Nam Christiernus quidam, clarissimo loco apud Iutios natus, odio Magni a Nicolao deficiens, Erico suam operam addicit; ac terrestri prælio cum hoste contendit: sed infeliciter admodum. Nam ipse Ericus, in manus hostium vivus devenit; & Slesuicum missus, arctiori custodiæ mancipatur. Ericus mari bellum gerit. ac cum in conspectum Danicæ classis, cujus Magnus dux erat, veniret; suos, ut pugnam ineant, hortatur. Horum virtute Magnus in fugam conjicitur. Exinde ad Iutios Ericus, eventus terrestris prælii ignarus, contendit; ibiq; copias exponit. Sed ex insperato adveniens Nicolaus victor, multos ex iis, antequam ad naves redire possent, trucidat.

Militabat Erico & Haraldus frater, quem ex concubinâ supra natum diximus: verùm infelici hoc rerum eventu fractus, hostibus, à quibus splendidissimis invitabatur promissionibus, se adjungit. Ejus castra, Saxonibus, qui Roschildiæ erant, bellica instrumenta subministrantibus, Ericus expugnat. Dolo quodam Haraldus elabitur. Ex Iutiâ etiam Nicolaus movens, ad Weram pontem, gravissimo prælio Ericum vincit: & Haraldo, ut Saxones, qui Ericum contra se juverant, ad supplicium rapiat, permittit. quibus nares amputantur.

Bello superatus Ericus, ad Magnū, Nortvegiæ Regem, suum (ut diximus) privignum, fugit. Sed cùm is, Nicolai instinctu, ipsi insidias strueret: Reginâ dolum patefaciente, noctu clàm iterum discedit; custodibus, qui ei erant adhibiti, delusus. Slesuicum delatus, perbenignè à civibus excipitur. Quo cognito, Nicolaus cum filio urbem obsidione cingit. Adolphus, Holsatiensis Comes, ab obsessis interpellatus, auxiliares copias mittit: de quarum adventu edoctus Magnus, eisdem occurrit; ad Egdoram amnem ad unum omnes trucidat. Fluvii beneficio Comes evadit. Frustra a Danis oppugnabatur Slesuicum: tandemque, Solis calore, glacie nonnihil liquescente, illi ab incepto desistere compelluntur. Obsidione itaq; solutâ, Ericus ad Sconenses, quos semper huc-usque fidos habuit, fugit: ubi collectis copiis, Lundiæ, Regem Nicolaum, ubi Quinquagenales ferias celebraturus erat, incautum opprimere molitur; omnemq; commeatum eò deferendum intercipit. Danus, hostis adventu cognito, & suos educit. ac, cùm utrinq; atroci prælio, ancipitiq; Marte, diu confligeretur, Magnus tandem occumbit: fugâ salutem Nicolaus quærit. Crediderim *(inquit Saxo)* hanc victoriam humanis parùm viribus partam; sed Deo piissimi viri interitum ulciscente, cōcessam. Neq; bellum aliud crebriorem pontificum cruorem absumsit. Quippe Petrus Roschildensis, & Heinricus Sueticarum partium pontifex, omnesq; Iutiæ, præter unum, antistites, hoc prælio oppressi dicuntur. *Hæc Saxo.*

Filio orbatus Nicolaus, ut hosti æmulum objiceret; Haraldum post se Regem designat. Dehinc Slesuicum se confert: ut se rursus civium benevolentiæ, quos ob cędē a filio perpetratam habebat infensissimos, insinuaret. sed ab iis trucidatur. Sic pater & filius, justo judici Deo, & scelerum vindici severissimo, pœnas tandem dedère. Haraldi duo filii, Ericus & Bero, patrem, calamitate ejus moti, deserunt; victori Erico se adjungunt. Quos ille benignè exceptos, pòst, Christierni instinctu, clàm aquis submergit. Ipse Haraldus, qui aliquamdiu in Nortvegiâ delituerat, in Iutiam tandem venit: ibique Rex salutatur. Ericus, magnis cum difficultatibus, eductis navibus, quæ inter glaciem concretæ hærebant, eò contendit; incautum apud Slupetorp vicum opprimit; ipsumque cum filiis immaniter morti tradit. Solus ex filiis Olavus, sub veste muliebri, salvus in Nortvegiam defertur. His sublatis, Daniæ regnum ad Ericum victorem devolvitur. *Helmoldus,** *Saxo,*† *Crantzius.**
Annus verò quo solus Daniæ præesse cœpit Ericus, videtur fuisse 1135. vel circiter.

¶ Obiter & hoc annotandum venit: Adolphi à Schowenburg, (cujus paulò antè meminimus) Holsatorum Comitis, beneficio, Lubecanā urbem, (quæ olim ad Suartoviam sita fuerat, jamque inter Travenam & Vacenisam flumina exædificari cœpta) magna incrementa accepisse. Erat enim Adolphus vir bonus, ad concordiam amicitiamque cum vicinis colendam propensus; facileque ab omnibus amari obtinuit. *Historia Lubecensis.*

¶ Nec Gotthorum Sueonumque populi, usque-adeò à motibus bellicis immunes fuère. Nam Ingone Rege extincto, Gothi rerum summam Magno deferunt. Sueones contrà, penes quos Regem constituendi omnis potestas erat, *(ut Saxo indicat)* Ragualdum, hominem ferocem & arrogantem, rebus præficiunt. Verùm hoc à Gotthis trucidato,

* c. 50. * lib. 1. Vand. c. 31.

* c. 53. & 58. † lib. 13. * lib. 5. Dan. c. 9. & seqq. item lib. 3. Vand. c. 30.

cidato, Magnoregnum eessit: in quo (*ut Gotthica Historia habet*) plurimum turbarum dedit.

JOHANNES COMNENUS,
Imperator Constantinopolitanus.

Sub annum salutis 1117. è rebus humanis excedit Alexius Comnenus. Cæterùm, jam jamq; animam agēs, inter filios, quos habebat tres, natu-maximum Johannem, (quem Latini scriptores Calo-Johannem vocant) successorem in gubernatione designat; & Augustum, inter turbas non-mediocres, salutat. Irene enim mater acriter reluctabatur: quæ Nicephoro Bryennio, genero, eas partes dandas censebat. Et anno nondum revoluto, ad Bryennium desiciunt pleriq; cognati: qui ipsum Imperatorem incautum oppressissent; nisi solius Bryennii socordia irritum eum fecisset conatum. Ejus conjurationis princeps, erat Anna Cæsarissa, Bryennii conjunx. At domesticis litibus compositis; & Annâ, Axucho suadente, in gratiam receptâ: Persis, contra fedus cum patre suo ictum, Phrygiæ urbes ad Mæandrum fluvium infestantibus, bellum fecit; eosq; multis præliis devicit Johannes. Sozopolim Pamphyliæ urbem, aliaque oppida, secundo contra Barbaros bello idem cepit.

Anno regni sui 5. qui est salutis circiter 1121. annus, contra Scythas, qui Istrum transgressi Thraciam populabantur, copias educit; eosq; fundit. Non multò pòst Triballos; quos Servios vocant, prædæ assuetos homines, subigit.

Dehinc Hunnicum bellum secutum est. Hunni enim Branizobam & Sardicum spoliarant: eo quòd Imperator Almum, (*Nicetas* vocat Almucem) Stephani Hunnorum Regis fratrem, exsulem, (ut suprà meminimus) multâ benevolentiâ complexus fuisset. Quos Alexius terrâ mariq; adortus, magnâ clade afficit: multis eorum oppidis expugnatis; copiosâq; indè abductâ prædâ. Pacatis autem, quæ Occidentem spectabant, gentibus; in Persarmeniam exercitum ducit: expugnatâq; Castemone urbe, Satrapam eorum fugam capessere cogit. Sed, dum ex devictis hostibus triumphum domi agit Imperator: Tanismanius Cappadox Castremonem, trucidato præsidiario milite, expugnat. Eò denuò cum copiis profectus Imperator, præter Castemonem recuperatam, & Gangrâ, maximâ Ponti urbe, potitur. Quas tamen urbes Persæ, non multò pòst, in suam iterum redegère potestatem.

Lebunes, Armeniæ Princeps, Cōstantinopolitanorum quædam oppida subegerat; & Seleuciæ gravis erat. Ei bellum Indicit Johannes Imperator: & cum copiis in Ciliciam ingressus, Adanâ Tarsoq; urbibus, universâque potitur Armeniâ. Anabarzæ & Bacæ urbium expugnationes, præ cæteris difficiliores erant. Multis deniq; præliis, Turcis & Persis victis, post triennium, Byzantium rediit. Sed cùm denuò contra Persas bellum gereret: ad Neocæsaream, Johanne fratris filio ad Iconiensem Sultanum deficiente, magnâ clade affectus est. *Nicetas de gestis ejus.*

Gallorum in Asiam profectionibus plurimùm ipsum obstitisse, narrat *Cuspinianus*, ac eorum successus minùs ipsi gratos fuisse: ideoq; Venetos, Gallis conjunctos, afflixisse. Sed Dux Venetus commotus, Rhodum insulam capit: dehinc Samum, Lesbon, Andrum, & alia Graii Imperii loca opprimit. Cæterùm regno præfuit annos 24. menses 8. Vitæ finem ei attulit vulnus, ex venenatâ sagittâ acceptum, inter extremos digitos; dum aprum insectaretur, in Ciliciæ finibus, ubi tùm bellum gerebat. *Nicetas, Tyrius.** Annum salutis circiter 1142.

* li. 15. c. 22. & 23.

SUB CONRADO III.

ANno Incarnationis dominicæ 1139. cùm in autumno obiisset Lotharius; Moguntiæ conventus, ad Pentecosten, ut regni successor constituatur, indicitur. Verùm, cùm nonnulli Procerum, Heinrici Sueviæ Saxoniæque Ducis potentiam, quâ cæteris facilè præstabat, metuerent; dictum diem ad medium Quadragesimæ tempus retrahunt: & cùm quidem Confluentiæ coëuntes, Cunradum, Heinrici V. sororium, (cujus & suprà mentionem fecimus) Imperatorem salutant, præsente Theoduino quodam Cardinale, & Romanæ sedis Legato. Indè ad Aquas-Graneas ductus, regio diademate per eundem, Romanâ autoritate, insignitur. Coloniensis enim, cujus illæ partes erant, tùm Pallium nondum pro more redemerat.

Indignabantur alii Principes; in-primis Saxones, inter quos primas tenebat Heinricus (quem alii Catulum, alii Superbum vocant) se posthabitos: eoq; novum Imperatorem minimè recipiebant. His, ut Bambergam veniant ad Pentecosten, autoritate Imperatoriâ demandatur. Qui mādato parētes, Imperatori se ultrò subjiciūt. Solus Heinricus, penes quem Regalia (ut vocāt) reservabantur, aberat. Cui ut die, Petro & Paulo apostolis sacro, Ratisbonæ adsit, graviter indicitur. Ibi quidem Heinricus præstò est, & Regalia, multis (*ut Otto Frisingensis ait*) promissis victus, promit: sed à Cæsaris conspectu tùm prohibitus, ad comitia Augustæ brevi celebranda reverti jubetur. Non multò pòst fit ibi Principum conventus. Eò cum magno comitatu venit Heinricus; & ad urbis mœnia castra locat. Imperator in urbe erat. Ac, cùm frustrà, ultrò citroque commeantes amici, utrinque reconciliationem tentassent: (Imperator enim, quædam à Lothario accepta resignari ab Heinrico, postulabat; quæ tamen ipse reddere noluit) Imperator, cubitum se ire simulans, cum paucis clàm urbe excedit, Wirciburgum se conferens. ubi, in frequenti Procerum conventu, Heinricus læsæ majestatis reus judicatus, posthæc in Goslariensi cœtu proscribitur; & utroque Ducatu exsuitur. Saxoniâ Albertus, Comes de Ballenstedt & Soltwedel, sive Anhald, (*ut vult Crantzius*) qui, licèt viribus impar, diuturnum cum Heinrico, de eodem Ducatu, jam bellum gesserat, Cæsaris beneficio potitur. Luipoldus, quem Bavariâ donârat Imperator, primùm Reginoburgum occupat; pòst universos Bojorum fines ad Lycum amnem perlustrat, jus-jurandumque exigit. Interim Heinricus, Saxonum & Bavarorum quorundam ope, Alberto bellum infert; ejus castra diruit; agros vastat; ipsumque latebras capessere cogit. Exinde, dum in Bavariam, contra Luipoldum, bellum transferre attentat; in ipso apparatu, morbo correptus occumbit, non sinè veneni suspicione: *ut Saxonia Chronicon & Crantzius testantur.* Anno 1139. Heinricum, à cunctis ob contumaciam desertum, in paupertate vitam finiisse, *Antoninus* prodidit. Cæterùm Saxones, amore filii, qui supererat, parvuli, ejusdem cum patre nominis, cuique Leonis nomen postea inditum fuit, arma minimè deponunt; Alberto Saxoniam denuò infestante. *Otto Frisingensis.**

* li. 7. c. 22. 23. & 25.

Apud Bavaros, Ottho & Cunradus, Comites de Valejâ, fratres, Luipoldo resistunt. Quorum arcem cùm hic oppugnaret: Welpho, Heinrici defuncti frater, (qui eundem Ducatum, hæreditatis jure, ad se pertinere asserebat) supervenit; obsidentesq; trucidat; cæteros in fugam conjicit. Hoc successu animus victori crevit: ipsumq; Imperatorem ad Winsbergum (quâ urbe jam potitus, singulari clementiâ erga devictos, mulierum arte, usus fuerat) petit, & terga dare cogit. Ex fugâ Reginoburgum diverterat Luipoldus: sed indè, ob Otthonis Præfecti petulantiam, ad quam connivere videbatur, à vulgo ejicitur. Discedens, aliquot in urbe vicos priùs succendit. Collecto itaq; milite, agrisq; vastatis, urbem obsidet. Verùm illi auro pacē mercantur. Dehinc ad Lycum, adversantium agros & oppida perdit. Posthæc Ratisbonam, quæ ipsi sedes erat, remeans, Fruxinensem agrum nō sinè maleficio transit. Cùm ad Altaichium inferius devenisset; rebus humanis sinè hærede excedit, 12. Calend. Novemb. anno 1141.

Luipoldi dignitate potitur, autoritate Cæsaris, frater germanus, Heinricus Austriacus. Dehinc ad Saxones contendens Imperator, clementiâ & beneficiis eos sibi conciliat. Nam Heinrico puero, Catuli filio, Saxoniæ Ducatum attribuit: Albertum Marchiâ donat: & Gertrudin, Lotharii Imperatoris filiam, Heinrici viduam, Heinrico Austriaco, novo Bavarorum Duci, dat uxorem. At Welpho, pro Bavariâ sibi vendicandâ, denuò bellum movet: ejus partem igni ferroque vastat. Heinricus, collecto milite, in quoscunque Welphonis fautores sævit; arces villasque eorum destruens. Cui dum Welpho occurrere, apertoque Marte decertare parat: fortè nuntiatur Imperatoris cum

copiis adventus. Itaque suos ipse retrahit. Tota tunc Bavaria, Welphone concitante, bellis ardebat. Nam ad rebellandum, in-primis Cæsari, eum instigabant, Rogerius Siculus, (qui, mortuo Reginaldo, regnum receperat; ejectis, quicunque ei rebelles extiterant. proceribus) & Ungarorum Rex: quorum uterque suis rebus metuebat; nisi intestinis hostibus Imperator, aliique, detinerentur. Bavarorum rebus nonnihil pacatis; hortante Bernhardo Clarevallensi monacho, qui & Welphonem Imperatori reconciliârat, ad bellum sacrum itum est: ut suolo c dicemus. *Ursperg. Aventinus.*

In Palæstinâ morbo correptos Welpho, in Germaniam reportatur: ac cùm in itinere ad Rogerium Siculum appulisset; ab eodem, ut Conrado denuò bellum inferret, multo auro coëmitur. In Bavariam itaque reversus, novas dat turbas. Imperatoris quoddam castellum, Flochberg, obsidet atque oppugnat. Sed cùm minùs eam tè cupias reduceret: à Cæsareanis in fugam vertitur; plurimis sociorum captis. Tandem Fridericus Suevorum Dux, Welphonem Imperatori reconciliat. Non multò pòst, dum in Italiam expeditionem parat Imperator, pro Imperii diademate, (*ut vult Crantz.* *) Bambergæ moritur, 15 Calend. Martii, anno 1152. *Ursperg. Aventinus.* Imperialem benedictionem à Romano Pontifice nunquam accepit Cunradus. *Vincentius.**

lib 6. Sax. c. 14. *L. 27 c. 12.*

Holsatiam Vandali hac ætate, cùm exteris bellis detineretur Imperator, (cui primarii Saxoniæ Principes rùm militabant) turbâsse narrantur, *apud Crantzium*: quorum Princeps Pribislaus, contra pacta, (quorum supra meminimus) Zegebergam arcem, olim ab Imperatore Lothario sibi ereptam, invadit. Sed frustranrus fuit conatus, attamen monasterium vicinum igni tradit. Heinricus Comes de Badewide Holsatorum quorundam & Stormariorum ope, Plonensem, Lutkenburgensem, & Aldenburgensem, agros, ad maris usq; littus, depopulatur. Præterea Nobilis quidam, ex Critonis familiâ oriúdus, Rare nomine, furum manipulo cinctus, per Travennam amnem, Lubecam pervenit. Pribislaom, qui jam urbem receperat, & à suâ cohorte Rex declaratus fuerat, (*ut ait Marschalcus* *) bello petiturus. Quem cùm ibi non offendisset, nec, quia criùs resisterent, præstò essent: arcem vastat, magnâq; prædâ onustus regreditur. Rugianorum hæc fiebant instinctu: teste *Marschalco.* Inter hos verò motus, Pribislaus in vivis esse desiit, anno 1146.

li. 2. c. 18.

Anno sequenti, bellum, jussu Cunradi Imperatoris, paratur contra Nicolotum, fratris successorem. Principem ethnicæ religioni deditum. Milites, qui sirm tùm doctibos operam addixerant, cruce insigniti erant. Belli duces, Adelbero Bremensis Archiepiscopus. Heinricus Saxoniæ Dux. Cunradus de Sarngiâ. Albertus Marchio. Cunradus de Within, foère. Nicolotus, per exploratores cognitâ ab Adolpho Holsatiensi, ratione federis initi, sibi suppetias ferri postulat. s erùm ille hoc ei officii detrectabat. Nicolotus itaque, coactâ suorum moltitodine, antequàm hostes advenirent, terrâ mariq; Lobecam, quæ jam in Adolphi potestatem redierat, petit: ac cùm ipsarum nundinarum tempore, ineautos vinoque sepultos offenderet; impunè cives juata, ac extraneos mercatores, suis mercibus exsuit, pluribus trucidatis. Adolphus quoque, coacto milite, ad hostem contendit. At Vandali, per indicium de eorum cceptiones facti, naves conscendunt, & ad patrium solum remeant. Sacri (quos diximus) milites, in Vandalorû terram effusi, quibus & Ericus Danorû Rex in auxilium venerat, Dobinû atq; Deminû. Nicoloti propugnacola, oppugnant: sed frustra. Tandem doces, cùm incommoda, quę bellum comitantur, & Saxoniam simul tangere viderent, conditionibus agunt: quas licèt re pperent Vandali, parum tamen fidei ab ipsis præstitum: *sic Crantzius.** De Dano inquit *Saxo Grammaticus*,* ubi de hac ip sa expeditione loquitur: Non eadem virtute, peregrina & domestica bella confecit. Expeditionesenim, quas adversùm Sclavos ductabat, nõ tam timori eis, quàm ludibrio foère. Adeò enim apud eum inertia omnia, & futura fo re, ut ne à viro quidem edita putarentur. Infimi etiam quique, in solvêdâ militiâ, arbitrium sequebatur.

li 6 Sax. cap 12 & l 4 Vand. cap 3 & 4. *lib. 14.*

Sæpè liaarum, redeundum vociferantium, clamorem secutus, classem dimisit. Ob cujus mollitiem, animara Barbarorum atrocitas, non solùm eum foris pervagantem cõtemsit; sed etiam domi consistentem invasit. *Hæc Saxo.*

In regno Franciæ, quod pater Ludovico filio, qui Junior appellatur, pacatum rel queeat, Theobaldus Comes turbas movet. Dederat enim Innocentius Romanus Petrum quendam, præter Regis voluntatem, episcopum. Eâ ex re Francica Ecclesia plurimùm turbabatur. Petri & Pontificis partes agebat Theobaldus, contra Regem. Præterea Rodolphus, Viromandorum Comes, repudiatâ uxore, Petronillam, Leonoræ Reginæ sororem, matrimonio sibi junxerat. Repudiatæ rausam agebat Campanus quidam Comes: cujus precibus motus Romanus Pôtifex, Legatos, qui causam cognoscant, mittit. Illi Episcopis, divortii authoribus factis, Rodolpho & Petronillæ, aquâ & igni interdicunt. Hæc à Theobaldo fieri suspicatus Ludovicus, arma contra eum sumit: Victoriacum expugnat, & tam in puberes, quàm impuberes, sævit. Tandem, Bernhardo Clarevallensi intercedente, bellum sopitur; & sacra expeditio suscipitur. *Paulus Æmylius.**

lib. 5.

Alphonsus IIX. cognomento Bonus, Sanctii III. filius, post Ferdinandi obitum, Hispaniarum Rex creatos, Angliæ Regis filiam Elionoram accipit uxorem. Is Arabes gravi prælio fundit; ac ad Tolosam eosdem navali pugnâ superat; pluraque loca, quæ olim Arabes occubarant, eorum præsidiis ejectis, recoperat. Præfuit annos circiter 52. *Rivius.**

lib. 5.

Quatuor Bela, Ungarorum Rex cæcus, reliquit liberos: quorum natu-maximus Geyta, secundus ejus nominis, Procerum consensu & Populi votis, paternum decus accipit. Quòd is Procerum, & in-primis Pontificum consilio, regni administrârit, prædicat *Bonfinius.* Verùm quòd eundem, Heinricum Austriacû, gravi fudisse prælio, idem narrat; cæteri Scriptores non meminerunt. Hoc tamen constat; quòd Heinrici potentia & virtus ipsi formidolosa fuerit; eoque Welphoni, ut ei bellum intra suos faceret limites, autorem fuisse, ut paolò antè diximus.

Majores motus Poloniam hac ætate exceperunt, eâ occasione. Boleslaus moriturus, universum regnû in quatuor filios distribuerat, principatum verò, & rerum summam, penes Uladislaom, natu-maximum, constituerat. Caziminri filii infantuli, (is quintus erat) ratio nulla in distributione habita est: cùm & à patre neglectus esset. Hoc decreto. Magnatum suffragiis comprobato, euiq; post patris obitum sua cedit provincia.

Eodem etiam anno, qui erat salutis 1140. Bohemia suo Duce orbatur. Nam dom is Polonis bellum intentat, febre ab incepto retrahitur: quâ paulò pòst extinguitur.

Uladislaus divisum paternum regnum, tantumque dominatum sibi soli præreptom, admodum dolebat. Cujus ægrum & regnandi cupidum animom, Christiana conjunx, Heinrici V. Romanorum Imperatoris filia, ambitiosa & procax fœmina, magis inflammabat. Russorum itaq; copiis elàm acceitis, in fratrum ditiones grassatur: ne cuiquam fratrum obediant Poloni, edicit: contumaces vinculis, verberibus, & facoltatum direptione, coërcet. Fratres, omnia potiùs experiri, quàm armis rem gerere, magis consultum fore arbitrantes, ad Uladislai ejusque conjugis pedes devoluti, pacem petunt: sed frustrà. Abalienantur ob id Procerum animi. Sed ab apertâ rebellione terruit eos, in Petrum Comitem Scrinilensem, maximæ autoritatis virum, perpetrata sævitia: quem Uladislaus, instinctu Reginæ, linguâ & oculis privârat. Creverent tamen indies omnium odia. Interim ille, Rossorum magnis auxiliis fretus, Heinricum & Boleslaum fratres suis sedibus ejicit. Dehinc ad Mieci laum, qui Majorem (ut vocant) Poloniam tenebat, magnis itineribus contendit. Posnaniam, quæ portas ipsi præcluserat, obsidione cingit. Vastant Russi agros, exorunt vicos, miseresque homines mactant; nec sacris, nec profanis parcentes bonis. Sed inperveniunt, his incautis, libereque prædas agentibus, & poculis indulgentibus, tres fratres, cum parvâ militum manu, & occasiones hostem vellicandi captantes, extremum

agmen

agmen invadunt. Quos conspicati oppidani oblessi, portis & ipsi erumpunt, hoste que vino madidos cædunt. Uladislaus, cum paucis fugâ elap..., Cracoviam venit. At quò se belli fortuna, ut ille inquit eò & favor hominum inclinat. Omnes itaque, à victis ad victores, deficientes Poloni, eorum augebant exercitum. Acciderunt hæc anno 1145.

Uladislaus, cùm iratos fratres, ad oppugnandam Cracoviam, advenire cognosceret: fugam arripit in Germaniam; Cunradi Imperatoris, suæ conjugis fobrini, opem petiturus. Expugnatâ arce, Christina, quæ belli fax erat, cum tribus filiolis, sine maleficio dimittitur. Principatum tenuit Uladislaus annos fere septem. Sed hoc ejecto, Boleslaus, natu proximus, cognomento Crispus, rerum summâ potitur, erga fratres benevolus & liberalis: quo quidem magis eos sibi devinxit. *Cromerus*.*

Nihil non tentabat Uladislaus exsul, pro sui restitutione, apud Bohemum & Cunradum Cæsarem. Veruntamen domesticis malis, hoc Asiatico bello impedito; exsulis ratio haberi tùm non potuit. Legatis tamen missis, per Imperatorem sæpiùs restitutionem efflagitatam fuisse, prodit *Vincentius*.

¶ Eâdem tempestate Russicum bellum exortum est: quorum Dux Isiaslaus, fratrum conspiratione principatu ejectus, ad Polonos fugerat. Qui cum eum restituere vellent, ignaviâ Isiaslai, re infectâ domum redeunt. Tandemque Luki ab hostibus obsessus Isiaslaus, pacem impetrat.

¶ Cæterùm, expeditis in Terrâ sanctâ parùm feliciter negotiis, Imperator ex Germaniâ in Polonos bellū transfert: quod Boleslai quodam consilio, & opportuno simul nuntio, quod Imperatori adferebatur, de novis quibusdam in Germania motibus, ipso absente exortis, brevi finem accepit. Tentabat quidem sæpiùs deinceps Uladislaus bello Polonos; sed irriti tùm omnes exstitêre conatus, è rebus humanis Cunrado Imperatore sublato. *Cromerus*.

¶ Anglorum Rex Heinricus, nullo regni hærede masculo ex conjuge relicto, decedens, (nam Robertum, ex concubinâ natum, Glocestriæ Comitem designârat) atrocium bellorum causam præbet. Mathildim filiam, quæ sola ipsi superârat, Heinrici V. cōjugem, Gaufredo Andegavorum, Turonum & Cenomannorum Comiti, locârat. ex quo conjugio tres nati sunt filii, Heinricus, Gaufredus, & Guilhelmus: quorum natu-maximum Rex, cum marte, regni hæredem constituit: & cunctos proceres, habito concilio, in eorum verba jurare fecit. Verùm ipso Rege fene extincto, Stephanus Francus, ejus ex sorore nepos, Stephani Blesensis filius, (ad quē nuper, mortuo Eustachio socero, Bononiensis Comitatus, hæreditatis jure, devolutus fuerat) regnum occupat; duorum fratrum, Tbeobaldi Blesensis Comitis, & Heinrici Vintoniensis Episcopi, tum potentiâ, tum autoritate, fretus: licèt & ipse jam-dudum in verba Mathildis, ac filii, juràsset. Multorum itaque sibi conciliatâ benevolentiâ, Westmonasterii, 8. Calend. Januarii, in frequenti cœtu, Rex creatur, & per Wilhelmum, Cantuariensium præsulem, contra fidem datam Regi, consecratur. Voces præterea in vulgus jactatæ sunt, quibus Mathildis notabatur: *Nemini turpe esse, fœmina parere*.

Hector Boethius inquit,* Stephanum primùm veluti per cuniculos regnum invasisse. Nam cùm priùs ejus administrationem, usque-dum Heinricus pur adolesceret, postulasset; eamque, cùm reliqui Proceres æquam judicarent, petitionem facile obtinuisset: postea, firmatis aliquot arcibus præsidiis, regium nomen usurpâsse; ac indicto concilio, cunctos sibi jurare coëgisse.

Cæterùm, quò magis vulgi animos sibi devinciret: haud-vulgaria tributa, aliaque onera, remisit; venationes liberiores concedit; Primatibus quovis loco, pro arbitrio arces exstruendi, dat potestatem. Omnia denique, in Stephani imperio, mansuetudinis, humanitatis, clementiæ, plena erant.

Interim ex Nobilibus Angliæ nonnulli, quibus jus-jurandum violare religio erat: Davidem Scotorum Regem, ut armis hanc injuriam vindicaret rogant. Quorum precibus evictus David, sumtis armis, Angliam invadit. Carliolum & Novum-castrum, ... ad ... ant... capit.

* lib. 6.
* lib. 6.
* lib. 12.

Occurrit ei Stephanus. cujus instructas acies cùm e longinquo conspicaretur David: in gratiam cum eo redit, retento, pro captivorum dimissione, (*ut Johannes Major* * *indicat*) Comitatu Cumbriâ, in quo Carliolum urbs est.

Hector * nonnihil variat: Stephanus. inquiens, ne quid deesset, quò minùs omni ex parte regiam autoritatem ostentaret, Legatos in Scotiam mittit ad Davidem Regem, qui eum primo quoque tempore ad se accerent: ut Cumbriæ, Northumbriæ, Hundintoniæque nomine, se beneficiarium fassus, fidei juramentum præstaret: si imperium ejus aspernaretur, bellum indicerent. Scotus, se Mathildi juramento adstrictum respondet; quod violare nefas foret. Hoc responso motus Stephanus, Northumbriam depopulatur. Scotus vicissim, coacto milite, Angliam invadit: tantamque stragem in exercitu Stephani edit: ut ferme omni spe regni conservandi is deciderit. Captivos verò, omni beneficii jure, quod postulârat, remisso, redemit.

Post hæc, Stephanus Londinum redit, brumales ibi ferias agens. Sub hoc tempus, per universam ferè Angliam rumor quidam volitat, Stephanum esse mortuum: ex quo magni exorti sunt motus. Normanniam turbat Gaufredus, Hugo Bigotus Nordovicum; Balduinus Redversus Oxonium: alii alia loca occupant. Rex Balduinum, captâ Vecte insulâ, ubi latebat, exsilio mulctat: rebusque domi pacatis, cum fratre Theobaldo in Normanniam trajicit, ubi Gaufredum superat.

Cùm jam in Angliam victor rediisset Rex: constans de Scotis, quòd denuò in armis essent, fama spargitur. Resumtis itaque armis, Bedfordiam, quod in finibus Angliæ, sub ... dominio, oppidum est, post trigesimum obsidionis diem, expugnat. Sed ... de accepto damno certior factus, in Northumbricum agrum copias deducit: datâ militibus liberâ prædandi & sæviendi potestate. Hos ut compesceret Stephanus, magnis eò contendit itineribus. Ejus adventu territi Scoti, fugâ arreptâ pedem referunt.

Stupendæ Scotorum immanitatis, meminit *Ricardus, Hagulstadensis Prior, in Vitâ Stephani*; quæ fortè hoc tempore accidit. Fertur, inquit, quòd in quodam loco multos parvulos congregatos Scoti occiderunt, & eorùm sanguinem in quendam rivum effuderunt. Deinde, proh dolor, nobiles matronas, & castas virgines, mixtim cum aliis fœminis, & cum prædâ, pariter abduxerunt. Nudatas quoque & catervatim resticulis & corrigiis colligatas & copulatas, lanceis & telis suis compungentes, ante se abegerunt. Denique illi bestiales homines, adulterium & incestum, ac extera scelera, pro nihilo ducentes, postquam brutorum more illis essent abusi & pertæsi; aliis Barbaris pro vaccis vendiderunt, &c.

Et *Johannes Hagulstadensis*: Scoti, inquit, prægnantes mulieres cum parvulis dissecuerunt: virgines & viduas, occisis cunctis maribus, funiculis colligatas, nudas catervatim, sub jugo servitutis, in Scotiam abegerunt, año 1138.

Idem & *Guilhelmus Neubrigensis* * affirmare videtur, cùm inquit: David, Scotorum rex, aliàs quidem bonus & pius, Scotorum gentem, ex effrenatâ barbarie sanguinis avidam, & neque ætati, neque sexui, licèt eo nolente, & frustra prohibente, parcituram, Anglorum immisit provinciæ: dum pro nepte suâ, olim Imperatrice, cujus justam (ut credebat) partem fovebat, plùs justo æmulatur, &c.

Roberti, Glocestriæ Comitis, consilio maximè, in bello administrando, Mathildis utebatur. Is, dum Scotico bello detinebatur Stephanus, (nam ut Davidem Scotum suo subjiceret imperio, animus ipsi erat: quò deinceps exinde omni bellorum curâ libere esse posset) domi res novas molitur; multorum animos & studia à Stephano avellit, ipsique invidiam conflat. Conjuratione itaque Nobilium factâ, Bristollium, nobilissimum oppidum, aliaque loca, & naturâ & opere munitissima, occupantur. Hæc ut nuntiantur Stephano: omisso Scoto, domesticum bellum antevertendum statuit. Sed dum hoc compescendo laborat, & ... idem satis feliciter: Scotus vicissim Angliam infestat. Verùm Thurstinus, Eboracensis antistes, cui belli summam ... loci interim demandârat Stephanus, fortiter resistit; & in fugam Scotos miserè trucidatos vertit. Rebus domi ex

* lib. 5.
* lib. 12.
* lib. 1. c. 24

sententiâ pacatis; Stephanus anno, postquam regnare cœpisset, tertio, Scotis, quos jam omni ferè nervo resistendi destitutos sciebat, bellum intentat. Sed David per legatos, dato filio obside, pacem impetrat. Dehinc Ludlollium, Walliæ totius primarium oppidum, ab adversariis occupatum, expugnat Anglus.

Tanto rerum successu elatus Stephanus, etiam in eos, quos suorum honorum autores & fautores hactenus habuerat, petulanter agit: eosque ab ipsis odio haberi cœpit. Mathildis interea, quæ se Augustam appellabat, undecunque auxilia conquirit: ac post sextum, cum regnare cœpisset Stephanus, annum, cum Roberto fratre in Angliam venit. Certatim ad ipsam Principes deficiunt. Lincolniam, ubi sedem fixerat Augusta, contra hostem commeatu & vallis munit. Stephanus, eâ insectatus, oppidum oppugnat. Obsessis opem ferunt, Robertus & Arnulphus Cestrensis. Ibi, commisso cruento admodum prælio, Stephanus Rex à Cestrensi capitur, Mathildi traditus, Bristollium in carcerem mittitur. Gaufredus, Mathildis maritus, cognitâ victoriâ, Nortmanniam; David Scotus Northumbriam, occupant.

Post hanc victoriam, Mathildis Vintoniam abit: ubi, autore Heinrico episcopo, Stephani fratre, honorificè acclamationibus excipitur; ipsaq; urbem præsidio munit. Ad Oxonium, omnis provincia ultrò in ipsius venit potestatem. Londinum dehinc delata, obviis quoq; ulnis à civibus accipitur. Hic dum commoratur, Stephani conjux, cui etiam Mathildis nomen erat, pro salute viri supplex facta, probrosè rejicitur. Quę cùm precibus nihil impetraret: Eustachio filio, ut exercitum cogeret, suggerit. Matris consilio haud-difficulter paret filius. Londinenses etiam apud Augustam, de patrii sui injuriis, conquerentes, ac Edovardi leges restitui postulantes, ejus indignationem incurrunt. Cęterùm, tùm insidias sibi à populo fieri ipsa persensisceret Augusta, Oxonium clam fugit. Heinricus Vintoniensis, cùm plurimorum animos à victrice Mathilde averti cerneret; omnibus suæ diœceseos arcibus præsidia imponit: ipse verò in Vintoniensem se recipit arcem. Quem mox ibidem Mathildis, accito Scotorũ Rege Davide, obsidet. Eustachius cum copiis superveniens, cui Londinenses, omnesq; alii, qui Stephani erãt partium, conjuncti erant, obsidentes cædit. Robertus, qui Stephanum in vinculis tenebat, eâ pugnâ captus est. Permutatione autem factâ, uterq; liberatur: ab armis tamen tùm discessum non est. Nam Robertus, collecto iterum milite, Stephani operas, in exstruenda Vintoniensi arce, turbãs, ipsum in fugã conjicit. Rex vicissim Oxonium, ubi Mathildis latitabat, oppugnat. Sed cives, post tertium obsidionis mensem, postquam Regina, muliebri quâdam arte, hostium excubias, quas ob frigoris injuriam segniter agebãt, delusisset, obsidentibus oppidum tradunt. Sed cùm & arcem tentaret Stephanus; à præsidiariis militibus tantâ vi rejicitur: ut Oxonii tutus subsistendi locus ipsi non daretur. Ac dum aliò contendit, ex improviso à Roberto obrutus, in fugam vertitur. Londinum delatus, gravi oratione cives dehortatur: ne fœmineo jugo turpiter colla submittant, sed libertatem potiùs armis vindicent, quemcunq; tandem res sortiatur eventum. His dictis facilè eos in suam pellexit sententiam.

Lincolniam tenebat Arnulphus Cestrensis, quâ cùm facili labore se potiri posse Stephanus speraret, (præsidium enim inesse non-magnum, nòrat) noctu cum suis accedit. Obsessi, cùm rarũ cernerent militem, eruptione factâ cunctos profligant. Post biduũ verò, gratia inter ipsos rursum facta est. ac, cùm liberè Stephanum accederet Arnulphus; perfidiosè capitur: nec priùs dimittitur; quam omnia loca, quæ regiæ fuissent ditionis, restitueret. Eâ fortunâ elatus Stephanus, regiâ redimitus coronâ, Lincolniam ingreditur: quamvis multos ex suis fautoribus eâ, quam diximus, perfidiâ alieniores reddidisset; ut minus ei jã fidei haberẽt.

Delituerat apud Davidem, Scotiæ Regem, Lugubaliæ, (quæ vulgò Carleil dicitur) multos annos, Heinricus, Mathildis filius, quem avus maternus Angliæ Regem designãrat. Is, cognito patris Gaufredi obitu domum revertitur; & paternum dominatũ assequitur. Dehinc Nortmanniã invisens, ad omnia populum habet paratissimum. Inde haud-parùm cupiditas, regnum Angliæ recuperandi, in animo juvenili succrevit. Eò itaq; profectus, ab Optimatibus, quicunq; matris erãt partium, obviis (quod dicitur) ulnis excipitur. Erat autem, in Marlebrigiensi arce, Stephani quoddam præsidium: quam primùm omnium tentat Heinricus. Supervenit Stephanus, suis opem laturus: sed, dum aciem instruit, prælio, tam de vitâ, quàm regno, decertaturus cum adversario, Eustachius filius, quem habebat unicum, è rebus humanis excedit. Quo casu adeò fractus fuit Stephanus; ut omnem belli gerendi curam abjiceret. Optimates, Heinricum ac matrem adeuntes, hortantur & supplicant: ut æquis potiùs conditionibus, quàm armis, cum Stephano agerent. Annuunt illi. Fit, de utriusq; partis voluntate, Procerum Vallinfordiæ conventus; ac pax hac ratione initur: ut Stephanus, quo-ad-usq; viveret, Rex Angliæ, & Heinricus Nortmanniâ jam contentus esset, ac velut verus hæres illi succederet: Roberto & aliis, qui alterutram partem secuti essent, nullum suarum dignitatum sit periculum. Acciderunt hæc anno salutis 1153. Rebus dispositis, Heinricus cum matre in Galliam, ad paternum dominatum, abit. Anno sequẽti, 8. Calend. Octobris, è rebus humanis excedit Stephanus: cùm Angliæ præfuisset ann. 19. menses 11. Sub idem tempus, & Scotus in vivis esse desiit. *Hector Boethius*, † *Polydorus Virgilius*.*

* lib. 12.
† lib. 12.

¶ Ex sacrâ reversus expeditione Ludovicus, Francorum Rex, cum Elianora, ex quâ duas filias, Mariam & Alisam, susceperat, divortium facit. Causas autores non exprimũt. Ob sanguinis autem propinquitatem factum, *Boethius* * annotat. Repudiatam Heinricus regni Anglię hæres, uxorem ducit: & omni, cum eâ, Aquitaniâ & Pictaviâ potitur. Fuit ea res deinceps multorum motuum occasio. Nam urebat Ludovicum Heinrici potentia, & felicitas. Bellum itaq; ipsi indicit, & Novum-mercatũ oppidum expugnat. Quo cognito, Heinricus cum copiis in fines Galliæ exit; & ad Ligerim fluvium vasta reddit loca. Tandem, cùm aliquamdiu ancipiti Marte bellum gestum esset, cõcordia inita est: restitutis Novo-mercato & Wernone oppidis, quę Gallus in suam redegerat potestatem. *Ibidem.*

* lib. 12.

¶ Daniæ sceptro potitus Ericus, in Rugianos bellũ movet, missis cõ centum & quinquaginta navibus: quæ Arcbonensem urbem, terræ metropolim, omnium primùm obsident; & in tantas angustias cogunt: ut incolæ imperata se facturos promitterent. Illa verò erant: ut tributum penderent; &, religione barbarâ relictâ, veriorem amplecterentur. Datur mox genti Episcopus; catervatim Baptismi sacris se initiari patiũtur pleriq;. Verùm Erico ad suos reverso, cum religione antistes profligatur; & superstitio ethnica, cum idolo Viti, restituitur.

Eâdem tempestate, Haraldus quidam nobilis, è regio semine in Nortvegiâ se natum adstruens, à Magno, qui tùm rei summæ præerat, armis æquam regni partem extorquere conatur. Verùm indè ejectus ille, ad Ericum Danorum Regem, quem Magno, ob repudiatam ex fratre neptem, infestum sciebat, se recipit; ejus contra hostem implorans opem. Qui, expedito Rugiano bello, classem instruit, & in Norvegiam contendit. Magnus, collatis signis victus, oculis & genitalibus privatur; ac tandem monachum induere cogitur. Magni partes Siphardus quidam, Nortvegiæ primas, strenuè fuerat secutus. Is, ut Regi suo illatam vindicaret injuriam, nullam non captabat occasionem: tandem Haraldum, nocte quâdam, in pellicis amplexu transfodit: & è monasticâ cavernâ extractum Magnum regno restituit. *Crantzius in Norvegiâ.**

* li. 5. c. 78

Cæterum apud Danos, Ericus, rebus pacatis, Majorum leges, quæ inter bellorum tempestates, & armorum usum, penè interciderant, restituere summo conamine annititur: ac non tam fortitudinis, quam justitiæ laude, insignis haberi laborat. In quosvis enim delinquentes, nullâ personę aut dignitatis habita ratione, vel ferro, vel laqueo, prout res postulabat, animadvertebat. Quâ severitate facilè Magnatum odia incurrit: qui, conjuratione facta, Regis saluti insidiabantur. quem tandem, in tribunali sedentem, Plogus lanceâ transverberat, sub annum salutis 1140. Supererant,

ex regio apud Danos sanguine, nati tres pueri; Sueno Erici, Canutus Magni, & Waldemarus Canuti, filii. at cùm, ob immaturam ætatem, regno, maximis jam motibus exposito, commodè præfici nullus eorum posset: Procerum judicio, Ericus, Haquini filius, ex Erici filiâ nepos, animi fortitudine insignis, sceptro & diademate regio ornatur.

Interea Olavus, (quem suprà sub muliebri veste servatum diximus) ex Nortvegiâ reversus, paternas ditiones, hereditatis titulo, ab Erico reposcit. Cujus petitionem Rex hoc prætextu rejicit: patrem, contra antiquitatis legem, peregrino milite patriam turbâsse; ideoque justè bonis, juxta decretam sententiam, mulctatum. Hoc responso irritatus Olavus, salutem Regis impetit: eumque, in Lundensi hospitio, incautum ferè trucidâsset; nisi suorum accursu liberatus esset. Non multò pòst, ex Scaniâ Rege excedente, (ad Suecos enim, cùm voti compos non fieret, fugerat Olavus; minusque periculi jam esse, existimabant Dani) Olavus, in Arnensi valle, splendidis propositis edictis, cœtum quendam cogit; & vulgi favore conciliato, regium usurpat nomen. Cui Eskyllus, Lundunẽsis episcopus, mox bellum infert; verùm infeliciter. Nam suis cæsis, ipse captus est: at obsidibus datis, salutem paciscitur. Cæterùm, oblatâ fugiendi occasione; nullâ vel obsidum, vel jus-jurandi habitâ ratione, in pedes se conjicit, & ad Ericũ redit: moxque classi præfectus, Scaniam, quæ Olavum fovebat, oppugnat. Sed infelici iterum commisso prælio, vix fugâ sibi consuluit Episcopus, pontificaliũ sacrorum, quàm rei militaris peritior: *ut ait Saxo.* Olavus, partâ victoriâ; Episcopi & Regis opes passim invadit: Lundensibus novum dat pontificem. Exinde ad alia loca, quasi jam omnes labores, hostiumq; conatus, superâsset; liberè, paucis eum comitantibus, proficiscitur. Quo cognito, Ericus, contractis navigiis, ad Lundiam appellit; eamq; facili labore recuperat: fortissimos quoq; milites, ibi captos, aquis submergit; adulterinum episcopum laqueo suspendit; & sumtis, quæ Olavus reliquerat, armis, eundẽ insequitur; ac prælio victum in fugam conjicit.

Dehinc in Sialandiam, præter incolarum opinionem, bellum transfert Olavus: & cùm in Ramsola vico Eskyllum episcopum hærere cognovisset; acriùs instat: ac cùm ferro nihil proficeret, ignem subjicere parat. Dumq; per fenestram, culpâ deprecaturus, caput exereret episcopus; trucidat. Haud-longè quidẽ aberat Ericus: sed priusquam hæc ad ipsum perferretur fama, Olavus cum suis navigia conscenderat. Ericus, episcopi cædem ulturus, insequitur. Verùm apud Aristadium, pontis beneficio, Olavus evasit; quem post terga diruit. Erant & qui clàm vitæ Olavi insidiarentur: nunquam tamen res successit. Inter hasce turbas, Ericus, Bremensis episcopi, Hartuici, sororem, uxorem ducit. Tandem ad Thrutham amnem, commisso iterum cum hoste prælio, Olavus interiit. Cæterum, interjectis paucis annis, febri correptus & Ericus, monachum in Fioniâ induit. Ac, cùm tandem suos, desperatâ Regis salute, de successore circumspicere animadverteret, mœrore magis, quã morbi vi, expirat; sub annũ salutis 1150. vel circiter. *Saxo,* * *Crantzius.* *

* *lib.14.*
* *li 5.c.17. & seqq.*

SUB FRIDERICO I.
cognomento Barbarossâ.

CUm magnum apud quosvis, hac ætate, principes viros, Friderici Sueviæ Ducis (qui Cunradi III. ex fratre Friderico, nepos erat) nomen esset, ob animi robur, cõsilii promtitudinem, & comitatem: omnium Germaniæ, plurimorũq; Italiæ Principum, suffragiis, Francoforti Imperator designatur, anno 1152. Indè ad Aquas-Graneas deductus, per Arnoldum Coloniensem sacro oleo perfunditur. Mittuntur præterea ad Eugenium, Romanum Pontificem, Hilinus Trevirensis, & Eberhardus Bambergensis; qui ipsius electionem significarent: *ut Frisingensis, de gestis Friderici,* * *indicat.*

* *li.1.c 4.*

Turbata admodum erat tùm Germania; maximè apud Saxones & Bavaros: Heinrico Saxone, Guelphone, & Heinrico Austriaco, (quorum suprà mentionẽ fecimus) de Bavariæ Ducatu digladiantibus. Verùm hos dissidentes Imperator, pacis studiosus, hac ratione, in Herbipolensi conventu, mense Octobri, conciliat: ut Heinricus, (quem Leonem vocant) præter Saxoniam, & Bavariam teneret; quos Ducatus pater avusq; possedissent: Heinricus, Austriacus Marchio, Ducis nomine contentus esset. Guelphoni avunculo, Tusciam, Spoletum, Sardiniam, omnemq; Mechtildis terram, attribuit.

Veniunt eò ad Imperatorem Principes quidam Apuliæ viri, à Rogerio solo patrio ejecti, supplices sui restitutionem rogantes.

Eâdem tempestate, mortuo Palatino-Comite ad Rhenum, Hermanno, ejusdem Cæsaris autoritate, Cunradus frater; sed non germanus, surrogatur.

Sedatis apud Germanos motibus; Imperator, anno regni sui 3. (*ut refert Ottho Frisingensis de gestis Friderici* *) expeditionem Italicam suscipit: tum pro restituendis exulibus; tum ut pontificiis ceremoniis Augustus salutaretur: Octaviano & Jordane Cardinalibus id negotii in-primis urgentibus. Accedebat & hoc; quòd ipsa Roma intestinis affligeretur malis: quæ Cæsaris judicio tollenda erant. Nam Romani, precibus minisque Pontifici suo, Reipublicæ administrationem extorquere nitebantur; eamque penes solos Consules esse volebant. Sed resistit eorum conatui fortiter Hadrianus, Põtifex arrogantissimus, & dominandi libidine flagrantissimus. Inter hosce factionum tumultus, fortè Cardinalium cuidam unum atq; alterũ vulnus infligitur. Ejus injuriæ occasione, atrox anathematis fulmen in Romanos cives Pontifex immittit: quo tandem eos ad officium cogit.

* *li 2.c.11.*

Collecto itaque, sub principium mensis Octobris, ad Lycum amnem, copioso milite; Italiam, multis Germaniæ Principibus eum comitantibus, ingreditur Imperator. Inter eundem, Longobardos, imperata facere detrectantes, armis domat. Mediolanenses, quos ipse Imperator (*apud Frisingensem*) versutos & superbos vocat, cùm vicinarum civitatum, Cumæ & Laudæ, dominium, nec precibus, nec auro, ab Imperatore sibi redimere possent; exercitui Cæsareano, (qui ad milliare ferè Germanicum indè castra posuerat) quæ esui esse poterant, denegant. Quâ injuriâ commotus Imperator, Rosatum, arcem eorum, expugnat, & igni tradit. Milites Cæsareani, ad ipsa urbis mœnia progressi, quoscunq; offendunt, prosternunt. Indè motis castris, Ticinum amnem transeunt: destructis post se duobus pontibus; quò liberiùs in Mediolanensium urbes sibi grassari liceret. Incenduntur tria maximè munita eorum castella; Mũma, Gailarda, & Treca. Post Natale Domini, per Vercellas & Taurinum euntes, Cairam & Astam solo æquant.

Dum his occupatur Imperator, Papienses advolant Legati; de Terdonensium petulantiâ conquerentes. Ii enim, urbis suæ munitione, & Mediolanensium auxilio freti, vicinos plurimùm molestabant. Cùm ad eorum mœnia accessisset Imperator; tantâ vi ac fervore eos oppugnare cœpit: ut primo statim impetu muros milites conscenderent, urbeq; potirentur. Cæterùm, noctis & ingruentis tempestatis beneficio, cives, in arcem se recipientes, vitam servãt. Quam tandem, post multos labores, multo cum sanguine, obsidentes etiam capiunt.

Dehinc Papiam, triumphantis more, ingressus Imperator, ferreâ coronâ (*ut Cuspinianus refert*) insignitur. Triduanâ ibi lętitiâ peractâ, Apenninum transcendit; Longobardiam & Tusciam peragrat; rectaq; ad Urbem contendit.

Romæ appropinquanti, occurrit Senatûs Romani legatus, de ipsius erga Imperatorem voluntate & benevolentiâ summâ referens; si more solito ipse ingrederetur: nempe in curru aureo; purpuratus; hostibus, quoscunq; Roma haberet, domitis, currumq; præcedentibus; & deniq; Senatui quindecim argenti librarum millia distribueret. quod nisi præstiterit; nullũ ei in Urbem patère ingressum. Cui Rex subridens respondit: Grata quidem promissio; sed cara emtio: cùm hæc vires sanè nostras longè exsuperent. Sed magis fortè Romanis consultum foret; amicitiæ potiùs nostræ, quàm armorum, experimentum capere. *Helmoldus, Ottho Frisingensis de gestis Friderici.* *

* *li.2.c.21.*

Post hæc, Imperator Romã Pontificem, quem civibus

infensum sciebat, evocat; ejus in hoc negotio consilium periturus. *Crantzius*, Pontificem, cognito nimirum, cum tantâ armatorum multitudine, Imperatoris adventu, suâ sponte ipsum accessisse, narrat. Quem advenientem Imperator, qui tùm Sutrii hærebat, honorificè excipit: ac, cùm sinistrâ strepam tenuisset; quod, judicio Pontificis, dextrâ fieri debebat: non-levis inter eos, in ipso congressûs principio, exorta est disceptatio; ut alibi indicavimus. Tandem Pontifex, suam in coronando ipso operam quidem promittit: si scilicet priùs Romanę sedi Apuliam recuperaret; ac Wilhelmum Siculum, qui nuper (*ut Platina ait*) Beneventana suburbia, Ceperanum, Baucumque, Ecclesiæ Romanæ oppida, invaserat, domuisset. Dura hæc erat conditio; copiarum, quæ tùm unà erant, vires omnes longè excedens. Sed belli ducibus, quos penes se habebat Imperator, fidem interponentibus; brevi se instructiori apparatu adfuturos: Pontifex, ut eorum jam voluntati acquiesceret, permovetur. Post hæc, quâ ratione Romanorum insidias avertere, & Urbem sine injuria simul ingredi possint, deliberant. Mox communi consilio, noctu, nongenti loricati mittuntur ad B. Petri ædem. His Pontifex suos Legatos præmittit. Quibus cùm porta per custodes aperiretur; milites simul irrûpunt. Hos parvo interstitio subsecutus cum Pontifice Imperator, Urbem intrat; & in æde Petri Augustus solenni more consecratur: circumquaq; armatis viris templum cingentibus. Consecratione peractâ, Imperator mox Urbe iterum excedit; & in pratis Neronianis, ubi exercitûs aliqua pars substiterat, & tentoria fixerat, prandium sumit. Cumque liberiùs jam milites poculis indulgerent: Romani, arreptâ occasione, è Laterano in castra hostilem impetum faciunt. At Heinricus, Saxoniæ Dux, tantâ virtute resistit hostibus: ut intra Urbis mœnia, plurimis desideratis, se recipere cogerentur. Ob quam victoriam, Heinrici nomen, cui ferè soli victoria adscribebatur, apud quosvis tùm celebre est factum. Noctis beneficio diremtum tandem prælium, testatur *Ottho Frisingensis, de gestis Friderici*.* Hadriano intercedente, Imperator Romanis tandem reconciliatur. Adversùs Siculum arma movere, jam quidem appetebat Imperator: sed Principibus detrectantibus, ad Germanos pedem retulit.

* li.2.c.12.

Quo digresso, ipse Papa arma induit; magnâque regni parte Siculum exuit. Ac, cùm in belli societatem Constantinopolitanum Imperatorem pellexisset: (*Platina & Nauclerus* testantur, quòd spontè se obtulerit; numeratis Pontifici quinquies-mille auri libris, eâ lege: ut ipsi, rebus feliciter gestis, tres in Apuliâ civitates maritimæ cederent) Siculus, Pontifici per legatos supplex factus, pacem petit. sed ipse, prædæ dulcedine captus, omnes pacis cōditiones, Cardinalibus suadentibus, respuit. Siculus itaque, cùm armis sibi dimicandum esse videret: educto milite, & Emanuelis Constantinopolitani Imperatoris, & Romani Pontificis, copias fundit; & capto Pontifice, utriusque regni, Siciliæ Apuliçque, titulos extorquet. Sed postquam Pontifex Romam ex captivitate regressus esset: tutò ipsi, præ furore civium, liberum suæ Reipublicæ statū acriter postulantium, ibi versari non licuit. Urbe igitur excedens, & per Cassinates, Marsos, Reatinos, Narnienses, Tudertinos, iter faciens; ad Orvetum tandem subsistit. *Nauclerus*.*

* Gener.39.

In reditu, Imperator Spoletum captum funditùs evertit; pueris solùm & mulieribus sinè maleficio dimissis. Duplici enim de causâ, ipsius iram Spoletani incurrerant: & quòd fraudulenter pecuniam debitam solvissent; & Guidonem Tusciæ Comitem, dum Imperatoris nomine legatione quâdam fungeretur, ad ipsos ex itinere divertentem, vinculis constrinxissent. Pòst, totâ Italiâ peragratâ, Longobardos domat. In Veronensium agro duriùs tractantur Cæsareani. Sed pontem, dolo fabrefactum à Veronensibus, & insidias in montium angustiis locatas, astu superant. Accepto precio, rustici in devia loca, vix hominibus penetrabilia, milites, quorum dux erat Ottho Palatinus de Witelsbach, (*ut refert Nauclerus*) perducunt: ubi insidiatores, qui exercitum Imperatoris lapidibus erant oppressuri, reperti. Quorum multi ex iis, desperatâ salute, per præceps corruerunt. Sexingenti capti, diris affecti sunt suppliciis. Emensis his periculis, nocte illâ, in Tridentinorum agro stationes habuerunt.

Indè in Germaniam reversus Imperator, secundas nuptias cum Beatrice, Bisontini Comitis filiâ, celebrat: cùm anno superiori, Constantiensis concilii judicio, Adilam de Vogburg, ob sanguinis vicinitatem, repudiâsset. Eâdem tempestate, Ladislaum Bohemiæ Ducem, quòd fidelem ipsi in bello Italico navâsset operam, Regem designat: eâ tamen lege, (ut *Aventinus* ex diplomate Imperatoris refert) ne ea dignitas ad posteros transiret; sed ei honori successor exhæres foret.

¶ Bavaria minùs erat quieta; Heinrico Austriaco ad ejus Ducatum, quo Cæsaris sententia nuper exciderat, iterum adspirante. cui tamen ut pacem redderet Imperator, plurimùm laborat: & habito Ratisbonæ conventu, Heinrico Saxoni, cuncti Bavariæ Proceres, Cæsaris jussu, sacramento obligantur. Veniūt eò & Veronensium Legati, Urbis Episcopus cum duobus Nobilibus: & Cæsaris iram, quam ob locatas insidias conceperat, deprecantur; se inscii is hæc facta, sanctè jurantes. Quos tùm Imperator, persolutis priùs multis auri talentis, & subsidio contra Mediolanenses promisso, in gratiam recipit.

In eodem conventu, Arnoldus Moguntinus Archiepiscopus, & Hermannus Palatinus-Comes; qui, occasione belli Italici, quod Imperatorem remorabatur, igni ferroque se-se mutuò attriverant; causam dicere jubentur. Ac, cùm uterq; culpâ nō careret: Episcopo, ob senii morumq; gravitatem, & episcopalis ordinis reverentiā, pœna commerita condonatur: at Hermannus, cum aliis decem Nobilibus, qui consiliorum participes fuerant, canes per milliare Germanicum portare coguntur. Acciderunt hæc (*ut Aventinus* ex diplomatibus Cæsaris annotat) anno saluris 1156. regni Friderici 5. Imperii 2. mente Septembri. *Ottho Frisingensis, de gestis Friderici*.*

* lib.2.

¶ Interea Mediolanenses, multis ex Longobardis civitatibus, inter quas Brixia & Placentia primæ erant, in fœdus bellique societatem accitis, imperata detrectant. Papiam & Novariam urbes, suo jugo colla submittere recusantes, graviter bellis affligunt; destructo Vegevalo, aliisque Papiensium oppidis. Cumas atque Laudam funditùs evertunt. Terdonam, solo æquatam, contra Imperatoris edictum, restituunt. Cremona verò, quæ Imperatori fidelis erat, cruentum cum Mediolanensibus gerebat bellum.

His malis excitus Imperator, Mediolanensibus bellum indicit: omissâ in Wilhelmum Siculum expeditione, quam in comitiis Ratisponensibus Principes jurarant. Et Ottho Palatinus, cum ingentibus copiis jam præmissus, Græcos, Anconam, Ravennam, Ariminum tentantes, Italiâ ejicit: *ut Aventinus narrat*. Infesto itaque exercitu, in Italiam contendit Imperator. Primas copias ducebat Bohémus, regiâ nuper dignitate ab Imperatore donatus: ac is primo impetu Brixianos domat. Hunc sequitur Fridericus, Cunradi Regis filius. Post hunc ipse Imperator: quem Heinricus Bavariæ atque Saxonum Dux, Welpho, Heinricus Austriacus, Bertholdus de Zeringen, & Cunradus Imperatoris frater, comitabantur. Positis autem ad Padum fluvium castris; ex altero fluvii littore, conviciis Imperatorem quidam Mediolanensium proscindunt. Quibus irritatus ille, mox traducto exercitu, conviciatores ad Trecium, quod Mediolanensium erat castrum, insequitur; & admotis machinis, ad deditionem cogit. Solis mulieribus & parvulis, ut incolumes decedant, permittitur: cætera omnia prædæ fuerunt. Hinc Melegnanum se confert, Mediolanensium exspectans satisfactionem. Verùm, cùm ex alto Imperatoris bonitatem aspernarentur; ibi publicè hostes Imperii judicantur. Ex Longobardiæ civitatibus, auxiliaribus accitis copiis, mox Obertus, Cremonensis episcopus, cum triginta-milibus armatorum adest. Papienses & Novarienses quoque, maximum adducunt exercitum. Quibus stipatus Imperator, propiùs ad urbis mœnia accedit. Mediolanenses quidem infracto animo hosti occurrunt; sed in fugam vertuntur. Post hæc urbs obsidetur, & summis totius multitudinis oppugnat viribus:

suburbiis ignis subjicitur. In-primis Cremonenses & Papienses vineta, ficeta, & oliveta, perdunt: *ut Radevicus testatur.* Obsessi contrà strenuè suam tuentur urbem. At portâ Romanâ (quo nomine turris quædam munitissima vocabatur; cuiq; maximè confidebant) expugnatâ; fame præterea & peste ingravescentibus, animis franguntur. At, cùm nulla salutis spes affulgeret: per Boëmorum Regem, Ducem Austriæ, Coloniensem & Bambergensem Episcopos, Reinaldum Cancellarium, & Otthonem Palatinum, quorum authoritas erat summa, suadente Guidone Comite Blanderatensi, offensam deprecantur; & sinè ullâ pactionis conditione pacem postulant. Horum, quod diximus, precibus & intercessione victus Imperator, iram deponit: & cives armis exutos, nudisq; pedibus ad sua genua prostratos, in gratiam his conditionibus recipit. Cumarum & Laudæ restaurationem non prohibeant, nec iis inposterum molesti sint; sintq; liberæ civitates: Omnes Mediolanenses fidem Imperatori jurent & servent: Palatium Imperiale elevent & venerentur: Mulctam statutis temporibus solvant: Trecentos dent obsides: Novi Consules, à Populo constituti, per Imperatorem confirmentur: Legatos Imperatoris, urbem transeuntes, venerentur: Captivos restituant: Cum vicinis pacem colant. Annum, quo hæc facta sunt, *Urspergensis* annotat 1158. VI. Idus Septembris. Pax summâ populi lætitiâ confirmata est: *ut Radevicus de gestis Friderici* * *refert.*

* lib. 3.

Mediolanensibus domitis, Imperator Bohemum, Austriacum, Moguntinum, & Bertholdum, cum copiis ad suos redire permittit. Tantus enim terror omnem Italiæ ntam invaserat: ut, qui apertè rebellaret, nemo esset. Ipse Imperator, cum reliquo exercitu, omnia perlustrat loca; jus dicit; pacem constituit: quam si quis violare tentaverit, centum auri marcarum pœnam statuit. Tandem, Astensium quoque urbe, cum arce, expugnatâ, Germaniam revisit.

De Imperatoris ex Italiâ discessu edocti Mediolanenses, tributum solvere negant; Trecium, ubi præsidium relictum fuerat, recuperant; Cæsareosque ergastulis mancipant. Horum exemplo, omnis penè Longobardia arma induit; jugumque Cæsareum excutere laborat. Hadriano Pontificis instinctu, Mediolanenses adeò feroces extitisse, *Radevicus* * testatur. Revocatis itaque, quos priùs secum habuerat, belli sociis; tertiò in Italiam ire parat Imperator, in perfidos animadversurus. Qui cùm convenissent: rectà Mediolanum petunt; segetes maturescentes excidunt, pedibusq; conterunt; ac, quicquid ex superiori bello de arboribus vitibusq; relictum fuerat, succidunt; omnemque agrum circumquaq; devastant. Ac, cùm sæpiùs, ut causam dicerent coram Principibus, evocarentur ab Imperatore; ipsi verò comparère detrectarent; publicè hostes proclamantur: *ut Radevicus* * *indicat.* Cremonenses, de Cremensium civium injuriis, præter Imperatoris decretum, castri cujusdam munitionem prohibentium, & aquarum meatus intercipientium, conquesti, iisdem malum creant. Mox enim Imperator, ut vi rem agant, non solùm author est: sed insuper Cunradum fratrem, Bertholdum de Zeringâ, & Robertum quendam Comitem, cum justis copiis adjungit. Qui simul profecti, Cremenses oppugnant. Hi erumpentes, magnâ clade afficiuntur. Hostes, castris ad Urbis mœnia positis, arctiùs quidè eos; sed frustrà, aliquamdiu constringunt: nam oppidum erat munitissimum. Fridericus itaque, cùm jam Imperatrix, Heinricus Saxo, & Cunradus Augustanus, cum maximis copiis supervenissent, suis auxilio venit; omnemq; belli vim in eos convertit. At cives, Mediolanensium & Brixianorum subsidiis freti, ludibrio obsidentes habebant: quin & mulieres decantabant, inglorium indè Fridericum discessurum; sicut olim Lothario accidisset. Quâ injuriâ irritatus Imperator, acriùs eos oppugnare cœpit. Captivi utrinque de patibulis suspenduntur. Denique, cùm tantam obsidentium vim, subsidiis destituti, sustinere non valerent Cremenses: Imperatoris se dant fidei, vitæ solummodò pactione intercedente. Miseræ plebeculæ calamitate motus Imperator, vitâ cunctos donat; ac, quantum humeris unâ vice efferre liceret, permittit. Reliquæ facultates militibus cedunt. Oppidum verò funditùs diruitur: anno 1160. Multos menses obsidionem durâsse, *ex Radevico* * colligitur: qui 6. Calend. Februarii urbe potitum Imperatorem narrat. Ex Johanne quodam Cremonensi annotat *Urspergensis*; quòd eâdem tempestate, maxima Cardinalium, Procerum, Civitatumq; caterva, contra Imperatorem fœdus iecerint: quibus & Hadrianus Pontifex, acceptis priùs multis auri nummis, suam addixerit operam; ipsumque Imperatorem anathematis fulmine terrierit. Sed paulò pòst a muscâ suffocatur Papa. *Chronicon Cosmidromii* idem habet.

* li. 4. c. 18.

* li. 4. c. 24.

* li. 4. c. 36

Domitis Cremensibus, Mediolanum bellū omne transfertur. cujus incolas ut primâ quasi fronte Imperator terreret; hoc usus est strategemate. Papienses, qui bello strenui habebantur, propiùs ad mœnia accedere jubentur; quò hostes elicerentur. Imperator suos in insidias collocat. Illis urbe egressis, Papienses fugam simulant. Hos illi insecuti, longiùs ab urbe recesserunt. Mox Imperator, ex insidiis exsiliens, à tergo Mediolanenses petit. Ibi Papiensibus etiam terga vertentibus, atrox prælium commissum est: quo Mediolanenses, intra hostem conclusi, non-exiguam accepère cladem. Sexcenti ex iis viri fortes cæsi; centum-quinquaginta capti. Vulneratorum, & in aquis submersorum, numerus haberi non potuit. Placentini, qui & Cremensibus clàm auxilia miserant, ac Mediolanensium partibus studebant, frumentum aliaq; necessaria ipsis ministrando, hostes judicantur.

Cæterùm, cùm à Mediolanensium oppugnatione, per Romanum dissidium, Octaviano nimirum & Rolando de galerâ pontificiâ contendentibus, Imperator retraheretur: Tarentasinum archiepiscopum, Clarevallensem, Motemundensem, & cum his alios octo cucullatos abbates, mittit, eorum voluntatem exploratum. Quibus ille respondent: se juramento Papæ Cardinalibusq; obstrictos; sinè quorum voluntate fas sibi non esse, Imperatori pacem dare. Adeò (*inquit Cremonensis scriptor: verba apud Urspergensem & Naucleru m exstant*) conspiratio Mediolanensium & Brixiensium, cum Apostolico Adriano, juramentis firmata fuit: ut nullus ab altero recedere posset; vel Imperatoris gratiam, nisi omnibus consentientibus, requirere: & quòd, si moreretur Papa, de numero conspiratorum reliqui designarent sibi Pontificem. Quod & ipse Imperator in quâdam testatur epistolâ, quæ *apud Radevicum* * exstat.

* li. 4. c. 73

Compositis Romæ rebus, in Mediolanensium agrum Imperator redit; eumque tertiò vastat. Causa hujus mali hæc fuisse narratur *apud Naucleru m:* quòd Mediolanensium Princeps, Gualfagus, Alexandri pseudopapæ partibus addictus esset; eumque clàm foveret. Cumque sæpiùs confligeretur: Cæsaris copiæ plurimùm diminutæ sunt. His itaque laborantibus, Fridericus, Cunradi Regis filius, Dux Boëmorum, Regis (cujus suprà meminimus) filius, Daniel Pragensis, Reinaldus Coloniensis, Episcopi, cum novis copiis suppetias ferunt. Fit denuò atrox utrinque prælium. Imperator, equo confosso, pedes pugnat: tandem tamen victoriâ potitur. Captivi Mediolanenses nobiliores circiter mille, Laudam missi, frigore & fame torquentur. Quibus denique malis attriti Mediolanenses, urbem, primo die Martii, anni 1162. (*ut Erfordiensis indicat*) Imperatori sinè omni cōditione tradunt. Cives, supplices facti, in gratiam recipiuntur: omnisq; urbs solo æquatur.

His ad eum modum domitis, qui novarum rerum caput extiterant; Placentini, Brixienses, aliiq; confederati, ultrò ad officium redeunt: urbium tamen propugnacula dejicere coguntur; anno 1162. *Ottho Frisingensis, & Radevicus de gestis Friderici. Urspergensis. Nauclerus.*

¶ Cùm anno sequenti in Germaniam, reliquis belli ducibus eum comitantibus, reversus esset Imperator: mox Hugo Palatinus Comes de Tübingen, & Welpho Dux, arma induunt. Nam Hugo quosdam Welphonis milites, præter officium suum agentes, captos strangulârat; eorumq; castrum Moringen destruxerat. Welpho itaque pater, accito ex Tusciâ (quam beneficio Imperatoris tenebat) filio, Hugoni bellum indicit. Welphoni militabant, Heinricus Comes de Veringen, Augustanus, Spirensis,

Wormaciensis, episcopi, Bertholdus de Zeringen, aliique maximæ autoritatis viri. Ac, licèt his militum numero longè impar esset Hugo, cui Fridericus, Cunradi Regis filius, suppetias ferebat: in fugam tamen illos vertit. Tandem, Imperatore suam interponente autoritatem, pax utrinque facta est: quæ ad annum unum nondum duravit. Nam Welpho, recuperatis copiis, Palatini terram vastat; Kelmüntz & Wilar oppida destruit. Hugo, Friderici Ducis consilio, Boëmos in ausilium vocat: qui advenientes, omnem ferè Sueviam Bavariamq; in solitudinē redigunt. Tandem, cùm Imperatoris providētiâ Hugo in Welphonis manus traderetur, pax restituitur, anno 1156. *Urspergensis.* Hugonem in exsilium missum, narrat *Nauclerus.*

¶ Recruduit interim in Italiâ bellum, duorum Pontificum, Alexandri & Victoris, nomine: quorum uterque suâ factione muniebatur. Eò quartò jam contendit Imperator: Victori, è rebus humanis exemto, cujus ipse partes foverat, Calixtum surrogaturus; Alexandro ejecto. Premittit Rainoldum Coloniensem, & Christianum Moguntinum, cum justis copiis: ut Romam bello tentarent. Ipse Imperator Longobardos, & Januam in-primis, ad officium priùs cogit. Episcopis ad Tusculanum accedentibus, infinita Romanorum multitudo occurrit; pro Alexandri salute pugnatura. Verùm ex illis, ad duodecies-mille, à Germanis uno prælio cæduntur. Eodem die Januensem urbem expugnat Imperator: Anconam vocat *Nauclerus.* Adveniente Imperatore, conjunctis viribus, beati Petri domus, quam Romanorum præsidium ornabatur, oppugnatur & capitur; multo sanguine in templi atrio diffluente. Ac, cùm Alexander clàm urbe excessisset; Calixtus ejus locum occupat. Lateranensem urbem funditùs eversurus erat Imperator: sed, cùm ad quævis ejus postulata annuerent cives; ea servatur.

In eâ expeditione, cùm pestis suborta esset: primarii belli duces, Coloniensis, Verdensis, Spirensis, Ratisponensis, Pragensis, Leodiensis, episcopi; Fridericus Sueviæ Dux, Guelpho junior, Berengarius Comes de Sultzbach, aliiq; complures, extinguuntur. Germanos milites, haud-vulgaribus insignivit dignitatibus, in Italiâ, Imperator: *ut Urspergensis refert.* Dehinc ad Longobardos abit. Verùm, cùm eorum insidias metueret; in Germaniam se confert. Indicto autem in Bamberg Principum conventu, graviter Saxones tumultuantes reprehendit; quòd, motibus eorum fretos, Longobardos minùs habuisset fidos: ac dissidentium animos unit. *Helmoldus.** Accidère hæc, sub annum salutis circiter 1168. Post hæc à bellis aliquamdiu feriatur Imperator: ut *ex Urspergensi & Nauclero* colligere licet.

* li. 2. c. 1. & 11.

Gualtagus, Mediolanensium Princeps, ruptis, quibus detinebatur, ferreis vinculis, sub veste rusticâ in Italiam reversus, cives colligit: quorum ope, vicinis etiam civitatibus, & Græcorum Imperatore, sumtus subministrantibus, Urbem non modò restaurat; sed & aliam quandam dirutam restituit, indito ei, ab Alexandro Pontifice, in odium Imperatoris, nomine. Ab Alexandro enim, nuper anathemate percussus fuerat Imperator. Ex Longobardis etiam plurimi, suos judices, ab Imperatore datos, vel ejiciunt; vel neci tradunt.

Principiis obstandum ratus Imperator, collecto milite, nova itinere se accingit; ac quintò jam in Italiam bellum movet: Secusam oppidum, Lombardis federatum, diruit, Astenses in deditionem accipit. Post hæc, novam Alexandriam, ad quam, unius anni spatio, quindecies-mille viri confluxerant, tentat; sed frustrà: pluviis autumnalibus impeditus. Sicque obsidio ejus ad Pascha usque protrahitur. Tandemque, Heinrico Saxone, per fulmen Pontificium, in Imperatorem missum, à fide Imperatoris absterrito, & (ut *Urspergensis* autumat; cui & *Coloniense & Saxonia Chronicon* adstipulantur) pecuniâ acceptâ; Imperator, re infectâ, indè discedit: & in Germaniam, non sinè vitæ periculo, servi conditione sæpiùs assumtâ, redit.

Heinricus Saxo, qui priùs in Germaniam reversus fuerat, cum Zolerensibus & Veringensibus Comitibus, contra Imperatorem fedus iecerat apud Suevos: & ad cruentum maximè bellum omnia spectabant. Hunc Imperator crebriùs, sed frustrà, ad conventus vocatum, perjurii & læsæ majestatis damnat; Ducatum Noricum Otthoni Palatino de Wittelsbach donat. Saxoniæ gubernationē Bernhardus Anhaldinus accipit, anno 1170. ut paulò pòst dicemus. *Autores sunt, Urspergensis, Nauclerus, & Aventinus.*

¶ Graviter his contradicit *Crantzius*: qui illorum temporum Scriptores testari asserit; Imperatorem, in comitiis quibusdam, vehementer quidem institisse, obnixeque rogâsse, ne ipse Dux bello Italico deesse velit. Ducem etiam omnis generis officia promisisse; modò ipsi, propter senectam, apud suos manendi potestas detur: ipsumq; tandem, invito Cæsare, in suâ perstitisse sententiâ. In eoque bello, Christianum Moguntinum strenuam navâsse operam Imperatori: cujus maximè studio, Mediolanenses Cæsareo jugo subjecti sint. Præterea idem narrat: capto Mediolano, eâ condicione vitam civibus donatam; si è mulæ (detur dicto venia) posterioribus ficum dentibus eximant. Id facere detrectantes, mox capite mulctati sunt. Ejus verò rei obscenæ hæc fuisse perhibetur occasio: quòd iidem Imperatoris conjugem, quæ aliquando ad visendam urbem venerat, mulæ impositam, obversâ facie, per ludibrium urbe ejecissent. Indeque natum in Mediolanenses proverbium, Eccolafico. *Hæc Crantzius,* * *Chronicon Saxoniæ, Erfordiensis, Chronicon Coloniense.*

* lib. 6 Sax. c. 35. & 36.

Anno 1166. Heinricus Leo, Dux inclytus, super basin erexit Leonis effigiē, (quæ adhuc hodie exstat) in Brunsuig, quasi colossum suum; cùm ipse Leo vocaretur. *Erfordiensis.*

¶ Cæterùm, ut omni Italiæ pax, quæ multos jam annos, ob ambitiosos Romanorum Pontificum conatus, exsulârat, integrè restitueretur; quidam boni viri egerunt. Placuit, tum Imperatori, tum ipsis Italis, pius horum conatus. Scribuntur conditiones: placent & illæ. Verùm Italis, Alexandri quoque Pontificis, (quem Imperatorem excommunicâsse, urbesq; Italiæ ad defectionem solicitâsse, sæpiùs jam diximus) Emanuelis Græcorum Imperatoris, & Guilhelmi Siciliæ Regis, in pacis formulâ rationem haberi postulantibus; re infectâ iterum discéditur.

Anno itaque 1176. Imperator rursus in Italiam bellum movet: estq; ea sexta expeditio. Primùm verò Longobardos petit, Mediolanensibus, Alexandri acerrimis fautoribus, confederatos. Ubi nihil præclari utrinque (*ut Urspergensis indicat*) gestum est. Pòst Mediolanenses, cum equitum cohorte occurrentes, in fugam conjiciuntur. Sed sumto iterum animo, magnam in Cæsareano exercitu stragem edunt. Primarium vexillum, quod Aquilâ insigne erat, amissum. Ipse Imperator, hostium agmini immixtus, equo deturbatur: ac, cùm ab omnibus occisus crederetur; Itali ardentiùs, Cæsareani verò remissiùs, pugnant. Ipse tamen Imperator salvus evadit: tandemq; pacem cum Alexandro Venetiis init. *Nauclerus, Platina, Urspergensis.*

Hoc bello, Moguntinum à Montis-ferrati Marchione captum, scribit *Nicetas de gestis Manuelis.** Sed vide Pontificiorum adulatorum improbitatem, mirâ arte Alexandri flagitia reticentium. Nam de ipsius proditione, ac quâ tandem occasione inter ipsum & Imperatorem Venetiis pax constituta sit, quantâque immanitate collum Imperatoris supplicis Pontifex sceleratus calcâris, (ut in vitâ ejus plenius scripsimus) verbum nullum.

* lib. 7.

Imperator dehinc, fortè injuriæ illius turpitudine motus, armis depositis, quieti se dat; filiorumque commodis deinceps studet: Heinricum natu-maximum, successorem; Fridericum, Suevorum; Otthonem, Burgundiæ Ducem designat. Cunradus & Philippus, ex ephebis egressi nondum erant. Sub eodem otio Itali, ad curiam Constantiensem vocati, Imperatori, ejusq; filio Heinrico, fidem & obsequiū jurant; anno salutis 1183. regni. 32. Imperii verò. 29.

¶ Lucium, Alexandri in pestilentiæ cathedrâ successorem, pessima in Imperatorem molitum, narrat *Urspergensis.* Verùm in Veronensi conventu, cui etiam Imperator intererat, mortuo Pontifice; consilia ejus impia finem sortita sunt. Succedit Urbanus. Verùm, cùm & is antecessoris vestigiis insistere summo conamine laboraret; atq; ob id Turbanus, quòd scilicet Ecclesiæ turbas revocaret, vulgò, diceretur: è rebus humanis eximitur.

Demum

Demum in nuptiis Heinrici filii, cum Rogerii Siculi [illegible] filia Constantia Mediolani celebratis, pax inter Imperatorem, & Italiæ civitates, ad integrum restituitur, & stabilitur. Post hæc, Tusciæ civitates perlustrat, jus dicit: in primis verò Nobiles, quos civitatum Senatores suis castris velexuerant, vel suo jugo subjecerant, libertati restituit; eosq; Imperio subesse jubet.

Ad Germanos reversus, Norinbergæ comitia agit: pacem in Imperio sancit. Tandem, anno 1189. in Armeniâ, ubi contra Turcas pugnabat, in rapido quodam amne, in quem refocillationis gratiâ descenderat, submergitur. *Nauclerus. Tyrius* verò, hujus temporis autor, tradit, Imperatorem, dum Solephum amnem transmitteret, equo offendente, sellâ excussum fuisse; & inter tollentium manus exspirâsse.

¶ Saxoniam nunc ingredimur: quæ, Heinrico Duce Imperatori apud Italos militante, motibus non caruit. Sclavi enim, ea occasione freti, contra Leonis interdictum, (qui Nicoloto, ut te absente pacem coleret, injunxerat) Danos vicinosq; Saxones molestarunt: ac ipsâ Lubecanâ urbe ex improviso potiti fuissent, nisi Athelo sacerdos pensilem pontem, trans Vacenissam, illicò subtraxisset. Cæterum ea urbs rum Heinrico Leoni parebat. Nam cùm Bardevico, cum Leo dominabatur, ob vicinitatem, plurimùm officeret: Leo dimidiam ejus administrationem ab Adolpho efflagitabat. Sed cùm hic postulatis minimè annuere vellet: indignatus Leo, inhibuit, ne quid à suis subditis Lubecam importaretur; exterosq; negotiatores, cum maximo urbis damno, impedivit: ac remotatus est. Accessit huic malo & alterum; nempe totius urbis cõflagratio. Cumq; indè mercatores evocaret Leo; & ad Vacenissæ fluminis littus, intra ditionis, iisdem commodam castruendæ urbis locum assignaret: Adolphus, tempori & loco cedens, necessitate adductus, Lubecam, cum universâ ejus jurisdictione & dominio, Leoni cessit. *Historia Lubecensis.*

Ex Italiâ itaq; reversus, sub annum salutis 1158. Heinricus, Sclavis bellum indicit. Exstimulabat eum & hoc; quòd sæpiùs religionem sacram, contra fidem datam, iidem repudiassent. Nicolonus, Sclavorum Princeps, cùm tanto hosti se imparem esse cerneret; aliquot sua castra, quæ hostium vim sustinere non valebant, succendit: inter quæ fuerunt, Ilowe, Mechelburg, Suerinum, Dobinum. Ipse in Wurle, ad Warnovium amnem, se continet. Sed cùm hostes, qui ad Mechelburg castra posuerant, pabulis prohibere vellet; occiditur. Wereislaus verò & Pribislaus filii, desperatâ salute, navigiis discedunt. Sic facilè labore, omni Obotritorum terrâ potitur Heinricus Saxo. Suerino reparato & communito præfecit Guncelinum: eique & Ileborg attribuit. Kissinum Ludolpho cuidam Nobili Brunsuigensi; Malacow Ludolpho de Painâ, Mechelburg Heinrico de Scaten, donat. Ejectisque, qui supererant, Sclavis, ex Hollandiâ Frisiâq; incolæ substituuntur. *Helmoldus.* * An. 1158. vel circiter. *juxta Chronicon Saxonicum.*

* cap. 88.

Aliquantò pòst, Nicoloti filii, quos Kycinorum & Circipanorum terrâ iterum donârat Heinricus, suâ sorte non contenti; omnem suam terram ut recuperarent, annituntur. Sed Guncelinus hos conatus antevertit: Wereislaum in Werle (castrum munitissimum erat: Herulam vocat *Marschalcus* *) obsidet. Supervenit & Heinricus, cum Adolpho Holsatorum Comite. Ac, cùm acriùs arx oppugnaretur; Wereislaus sagittâ vulneratur: ac tandem, cùm spes nulla resistendi superesset, Heinrici fidei se dedit, per Adolphum Holsatû. Quem Dux secum Brunsuigam deduxit; Lubemaro cuidam veterano traditâ terræ illius administratione. Pribislaus, natu major, qui, in nemorum abditis, cum quâdam vagabatur cohorte, fratris calamitate motus, ab armis discedit. *Idem.* *

* B. 2. c. 40.

* cap. 93.

Carcetis pertæsus Wereislaus, fratrem per internuntios clam instigat: ut suæ fortunæ, quæ esset miserrima, meminit, si non aliâ ratione posset, armis ei subveniret. Pribislaus itaque, coacto milite, Mechelburgum expugnat, ibi ad unum omnibus masculini sexûs trucidatis incolis, (quos Flamingos vocat *Helmoldus*) urbs solo æquatur: ut adhuc hodie videre est. *Marschalcus.* Ab Ilow verò per Guncelinum [illegible]luntur. At Cutsinum & Malacow deditionem faciunt. Intantis rerum angustiis, Heinricus Saxonû Dux Waldemari classe, & Alberti Marchionis stipatus copiis advolat: & ad Malacow Wereislaum, quòd bel[illegible] fuisset, suspendio necat, in terrorem hostium. Ad D[illegible]num tandem atroci commisso prælio, superiores e[illegible]unt Saxones: quamvis ancipite Marte diu utrinque pugnatum fuisset. Dehinc Pomeraniâ, quòd eius Duces Sclavis [illegible] junxissent, victores subigere tentant. Sed cum ad Stolpensem urbem subsisterent: Heinricus Dux per nuntios B[illegible]unsuigam revocatur; ubi Cæsarei cum præ[illegible] tantu[illegible] sicq; bellum finem acc[illegible]t. *Helmoldus. Chronicon Saxonic.*

* Ir. 2. 2.

Ex[illegible] Heinrici potentia, qui [illegible] quotvis totius Imperii Princ[illegible] rabat, ex[illegible] cœpit. Fort[illegible] prosperè [illegible] comes est Invidia: quæ tandem [illegible] expeditione impedito, in publicum erupit. Conspirant Episcopi W[illegible] Magdeburgensis, Hermannus [illegible] Ludovicus Thuringiæ Do[illegible] Adelbertus Marchio [illegible] Otho Marchio de Canburg [illegible] frater eius, Adelbertus Comes-Palatinus de Sommersburg, Otho de Asle, Wedekindus de Dalenburg, Christianus de Aldenburg, Reinoldus C[illegible]ensis licèt Imperatoris castra sectaretur in Italiam, illorum consilia tam[illegible] vit. Obsidetur primùm A[illegible]nsleven. Christianus [illegible]enburgensis Bremam occupat: indeq, vicina loca infestat. Heinricus, de domesticis motibus [illegible] factus, omissa, quam meditabatur, in Italiam profectione [illegible] [illegible] & cum d[illegible] [illegible] Orientalem Saxoniam, usq; ad mœnia Magdeburgicæ [illegible] perlustrat. Dehinc Bre[illegible] urbem milit[illegible] quòd [illegible] faciliùs hostem admisissent. Ep[illegible] veritate moti, amicitiam [illegible] Lubecensis, conspirationis [illegible] autor [illegible] Hartwicus Bremensis, apud Magdeburgen[illegible] Ejus castra Horeborg & [illegible]borg [illegible] milites reliquerat, cùm iidem indè prædas [illegible] gerens, Dux solo æquat. Tota Saxonia, hoc bello cædibus, rapinis, seditionibusque ardebat. Inter has turbas, Angliæ Regis filiam uxorem accipit Heinricus. Clementiam enim sanguinis prætextu, nuper repudiârat. Ex Italiâ verò reversus Imperator, hos motus sedat, testimoniis Hamburgensi & Lubecano episcopis. *Helmoldus.* * *Saxo Grammaticus.* †

* lib. 2. c. 7. & seqq.
† lib. 14.

¶ Convenerat etiam inter Danorum Regem Waldemarum & Heinricum Saxonem, conjunctis viribus, contra gentes, quæcunq; subigendæ essent, pugnare, & æquâ lance prædam dividere. Verùm Danus, dum domesticis motibus impeditur Heinricus, ope Pomeranorum Rugianâ potitur terrâ. Dux itaque, prædæ partem, ex fœdere bellico, petit: quam cum Rex denegaret; ad arma conclamatum est. Heinricus, ex Sclavis coacto milite, Dano subjectas insulas vastat; & incolas abactos, pecorum more, divendit. Danus vicissim Cyreipanam regionem depopulatur: ejusq; filius Christophorus Aldenburgum ædes[illegible] tum; attamen ecclesiis & sacerdotibus parcit. Sed Sclavi, decuplâ ultione, damna à Danis illata vindicant. Tandem Rex, mutuorum motuum calamitate postulatis Heinrici annuit, Rugianæ terræ administrationem ex parte ei concedit. Et, ut firmius sit concordiæ initæ vinculû, Rex suo filio Ducis filiam, quæ jam vidua erat, (nam Fridericus, cui nupta fuerat, Rumæ peste obierat) uxorem petit, & impetrat. Pribislaus etiam quieti sedat: & Mechelburgum, Ilowe, & Rostochium, urbes exædificare cœpit. *Helmoldus.* *

* c. 13. & 14.
lib. 14.
Dan.
cap. 35.

Saxo Grammaticus, † & *Crantzius*, * dissensionis quidem inter Danum & Saxonê meminere, sed causam aliam annotant: videlicet, quòd Rex Bugislaum, qui Heinrici se dedisset fidei. Christianamq; religionê amplexatus fuisset, bello peteret: cùm priùs judicio publico eum illi necesse fuerit, coram Heinrico.

Hac tempestate Hannoveram, quæ tum pagus erat exilis, incrementa accepisse, tradit *Crantzius*.*

* 6. 6. Sax. cap. 16.

¶ Dehinc Heinricus Leo, rebus in Saxoniâ & Sueviâ, quæ ipsi (ut diximus) parebant, pacatis, ex itinere [illegible] ne

Hieroso-

Hierosolymam contendit; Wichmanno Magdeburgensi archiepiscopo, & Ecberto de Wolfenbüttel, regni gubernatione demandatâ. Indè anno revoluto reversus, Imperatoris gratiâ excidit: quòd, minus tantùm copiis, ipse, propter ætatem, bello Italico adesse recusaret. *In Chronico Cosmidromii*, & ea dissensionis causa inter eosdem refertur: quòd videlicet Imperator, cum quibusdam Præfectis quibus primariarum urbium administrationem interim Leo demandârat, pactus fuerat, quorum aliquos, vel promissionibus largis, vel minis, eò adegerat: ut, si fortè humanum quid Duci, in itinere tam longinquo, & plurimis periculis exposito, accideret, ipsi urbes tradantur. *In Chronico Coloniensi* constanter affirmatur: quòd, acceptâ à Mediolanensibus pecuniâ, Cæsaris castra Dux reliquerit. Sed, ut-ut se res habeat; ejus dissensionis occasione, majores in Saxoniâ motus exorti sunt. Ulricus enim, Halberstadensis episcopus, Duci infestissimus, cœlum terræ miscere cœpit; cunctosq; contra Ducem instigat. Ac licèt Dux de hac injuriâ quereretur apud Imperatorem: tamen prævaluit adversariorum factio; & proscriptionis, in Geilhusano conventu factæ, prætextu, ad arma conclamatum est.

Coloniensis omnem Westphaliam subigit, multis oppidis dirutis: ejusque Ducem deinceps se vocitat. Alvensleven, cui Bernhardus de Lippiâ præerat, Wichmannus Magdeburgicus tamen expugnat. Ulricus, quem diximus ign[illegible] leum addidisse, Ducem anathemate ferit. Ad cujus pedes provolutus Dux veniam quidem impetrat: sed Episcopus, quietis & otii impatiens, res turbare non desistit. Nam, dum Heinricus Westphaliam recuperat: ipse ex Halberstadio suos emittit in Heinrici agrum milites, qui cuncta igni ferroq; vastant. Advolat iterum Heinricus, ac prædatores tanto fervore in fugā conjicit, ut ejus milites, simul cum fugiente episcopali cohorte, urbē ingrederentur: quā ipsi mox succendunt. Episcopus captivus abducitur: sed non-multò pòst, cùm fidem sanctè jurâsset, Dux iterum ipsum dimittit. Dehinc in Thuringiam movet Heinricus, Northusam depopulaturus. Occurrens Ludovicus Comes-provincialis, capitur cum Hermanno fratre; cæsis eorum copiis. Posthæc victor, exustis Northusâ & Mulhusâ, (*ut habet Cosmidromii Chronicon*) Brunsuigam redit.

Imperator, felici eventu omnia ab Heinrico geri videns, ipse contra eundem belli fortunam experiri statuit. Ejus igitur adventus cunctis, Heinrico apud Saxones adversantibus, fuit gratissimus: multi etiam, qui huc-usq; in fide Ducis perstiterant, metu periculi, in Imperatoris castra transeunt. In qualcunq; Heinrici arces Cæsareani incidunt, expugnant. Nulla enim vel arcium, vel urbium, tantam vim sustinere valebat. Inter cæteras urbes, & Lubecâ potitur Imperator: quam multis privilegiis donatam, Imperialem civitatem esse jubet; & incentum rei testimonium, Aquilam donat: *juxta Chronicon Coloniense.*

Venit eò loci Waldemarus, Daniæ Rex, salutandi Imperatoris, confirmandæq; amicitiæ causâ. Danus Cæsaris filio impuberi, fide utrinq; interpositâ, filiam uxorem promittit: *ut Crantzius* refert.* Ibidem & Pomeraniæ Principes, Ducum nomine, clariores reddidit Imperator.

* *l. 6. Vand. & l. 6. Sax. c. 43.*

Cæterùm ipse Dux Stadii se continebat: ut, si fortè Imperator [illegible] idi expugnationem tentaret; ipse, rebus desperatis, navigio clam discedere posset. Sed mutato consilio, acceptâq; fide publicâ, se in conspectum Imperatoris admitti petit. Datur hoc ei: ac, cùm multa in sui purgationem dixisset; ad Principum conventum rem rejicit Imperator. At dicto die, in Quedelenborg, solus Bernhardus Anhaldinus, qui jam Ducatûs Saxoniæ gerebat insignia, Ducis causam, [illegible] turbat: ut re infectâ inde disc[illegible] re cogeretur. Indicitur alter conventus Erfordiæ [illegible] ad pedes [illegible] provolvitur Heinricus [illegible] non sine lacrymis levan[illegible] prima quidem spera[illegible] at, cùm [illegible] res penitùs transigi non posset: in [illegible] ut [illegible] autor [illegible] Patr[illegible] Imperatori[illegible] Dux & ad socerum [illegible] Regem, exsulatum [illegible] dimi[illegible] integrum restitut[illegible] e bello cete-

rat, Principibus viris: anno 1181. Remansit tamen Heinrico major Saxoniæ pars, illa videlicet, quæ hæreditario jure ad ipsum olim devoluta fuerat.

Westphaliam Coloniensis præsul obtinet, Philippus. Nam eam prædā captans, Duci, quacunq; ratione poterat, molestus erat. Pòst, in conventu Geilhusano, Westphaliæ Dux creatur ab Imperatore episcopus. *Chron. Coloniense.*

Denique, ad sacrum bellum iturus Imperator, (in quo concidit) Heinricū ab exsilio revocat, & eâ Saxoniæ parte, quam diximus, contentum esse, denuò hortatur. Verùm, Imperatore jam profecto; Saxonia iterum bellis ardere cœpit. Confluunt enim ad Heinricum plures, magni sanè nominis viri; de reditu gratulantes, operamque ipsi addicentes. Horum studiis excitus Heinricus, amissa recuperare tentat. Bardevicum, ubi Bernhardus Saxoniæ Dux præsidium locârat, pòst multos tandem labores, omnium primum vi occupat, anno 1188. die Simoni & Judæ apostolis dicato, ac solo æquat. Ex cujus urbis interitu, Lubecæ, Luneburgo, & Hamburgo, haud-exigua accessêre incrementa. Posthæc Lubecam oppugnat: sed cives, Bardevici fortunâ territi, urbem sponte tradunt. Lawenburg ejus quoque se dat fidei. Jamque omnis Holsatia, præter Segebergam, ad Heinricum redierat.

Reliquerat in Germania Imperator Heinricum filium, nuper regni successorem designatum. Is, coacto milite, Heinricum Saxonem petit: Brunsuigam, aliasq; ejus arces, infestat. Verùm re infectâ in Sueviam redit; Hartwico Magdeburgensi, quo instigatore Saxo usus fuisse credebatur, in exsilium acto.

Tandem, Moguntino archiepiscopo mediatore, Fuldæ, quò evocatus fuerat Saxo ab Heinrico Rege, pax certis quibusdam conditionibus statuitur. Verùm, filio Ludero, quem obsidem dederat Saxo, non multò pòst defuncto, pax simul sublata est. Adolphus Holsatiæ Dux, Adolphi (cujus suprà meminimus) filius, Tyri (sacrum enim bellum sectabatur) de amissâ suâ terrâ edoctus, concitato cursu ad suos redit, & manu coactâ, Lubecam, Stadium, aliaque loca, recipit. *Crantzius.**

* *lib. 5. & 6. Vand. et l. 6. & 7. Sax.*

¶ Galliæ turbandæ occasio fuit, Ludovici Regis divortium cum Leonorâ: quam Heinricus Andegavensis Comes, Stephani in Anglorum regno successor, uxorem duxit. Nam is mox bellum movet Franco; uxoris nomine Tolosanum Comitatū repetens. Tolosâ itaque, ejus Comitatus primariâ urbe, obsidione cinctâ; Francus occurrit, & oppugnatores profligat. Post id tempus, (*inquit Aemylius*) nunquam fida inter eos pax jungi potuit: sæpè arma posita; sæpe repetita: oppida utrinq; capta, vastati agri, levia prælia facta: dextræ junctæ, mox rursus enses stricti. Sed his tandem motibus utcunq; sedatis, Aniciensis & Cabillonensis Comites, ecclesiasticis viris bellum indicunt, ecclesiasq; spoliant: quorum utrumque Ludovicus armis compescit, Cabillonensi omni Comitatu exuto. Posthæc pax Galliæ rediit. Mortuo autem, sub annum salutis 1181. Ludovico, Philippus filius succedit: cui Philippus Flandriæ Comes, ex sorore neptem Elisam, uxorem despondet, Viromanduo Comitatu ei in dotē attributo. Verùm, cùm Flandrus pòst promissis stare nollet; exortum est indè bellum. Flandrus incursiones in interiorē Franciam facit, depopulaturque. Occurrit regius miles, hostemq; repellit. Et licèt in Ambianorum finibus opposita conspicerentur castra: tamen incruento prælio discessum est; eâ lege pace sancitâ: ut Viromanduis, usq;-dum viveret, Flandrus dominaretur; ejus morte ad Francum illi redirent. *Aemylius.**

* *lib. 5. & 6.*

¶ Ungaria iis annis, quibus, Friderico regnante, præfuit Geysa, uno prælio, eoq; insigni, graviter attrita fuit. Boritius quidam, Colomanni quondam Regis filius, ad paternum adspirabat regnum: multosq; ex Græcis Romanisq; Principibus, inter quos non-postremus erat Heinricus Saxo, suæ causæ addictos habebat, precio interveniente. Cohors itaq; militū quædam, ex Orientali Marchiâ egressa, Bosau, (quod & Bresburg) Ungariæ Regis oppidum, expugnat. Non multò pòst, Ungariæ Rex idem castrum obsidet, & recuperat. Ac, cùm Heinricum Saxonem ejus mali autorem suspicaretur; bellum ei indicit. Cogit utrinque

trinq; exercitus: ponuntur ad Danubii littus adversa castra: fit pugna atrox. Germani, pulveribus impliciti, cùm hostes agnoscere non valerent, fugam ex prælio arripiunt; seque in vicinum oppidum Hienis recipiunt, pluribus suorum desideratis. Major tamen Ungarorum strages fuit. *Ottho Frisingensis de gestis Friderici.**

* lib.1.c.30 & 32.

Deniq., cùm annis præfuisset 24. mensibus 3. designato prius natu-majore filio Stephano, ejus nominis tertio, successore, Geysa è rebus humanis excedit. Stephano negotium facessunt Belæ exercitus. Ladislaus enim, haud-vulgarium Optimatum suffragiis, coronâ potitus, sex mensibus imperat: sed subitaneâ morte extinguitur. Cujus fratri Stephano, cùm idem tentaret, bellum indicit Rex, hostemq; reprimit. & is etiam non multò pòst mortem obiit. Veneno eum extinctum scribit *Nicetas de gestis Manuelis Constantinopolitani.**

* lib.4.

Eodem anno, qui erat salutis 1173. & Stephanus, Geysæ filius, Rex, diem claudit extremum. Cui Bela frater succedit; & ad annum usq; Domini 1191. præest. Is cum Venetis de Dalmatiâ dimicat: sed, sacri belli occasione, inducias ad annos duos cum iisdem init. *Bonfinius.**

* Dec.2.li 7.

¶ Uladislaus, quem supra Poloniâ ejectum diximus, non destitit Fridericum Imperatorem de sui restitutione solicitare. Qui cum Italicâ expeditione distraheretur, per Legatos rem egit. Verum illi re infectâ redeunt. Expeditis autem Italiæ negotiis, in Polonos bellum movetur satis feliciter, anno 1157. mense Augusto. Nam copiis Germanorum, per Oderam fluvium, præter Polonorum opinionem, traductis, ipsi fugâ sibi consulunt: licèt Ruthenorum, Parthorum, Borussorum, & Pomeranorum, stipati essent auxiliis. Cæsareani, fugientes insecuti, cuncta in solitudinem igni ferroque redigunt. Extremo tandem suæ terræ casu motus Boleslaus, fit Imperatori supplex; gratiamq; certis conditionibus impetrat: quas tamen, (*ut Radericus* unquit*) violato sacramento mentitus est. Uladislaus, post tredecim annorum exilium, beneficio Imperatoris, in patriam reversurus, in ipso apparatu moritur. Christina conjunx in exsilio consenescit. Supererant tres ejus filii; Boleslaus, Miecislaus, & Cunradus: qui, quattuor post patris obitum, Imperatore precibus & minis instante, anno 1163. Silesiam omnem, ex fœdere patri promissam, in suam recipiunt fidem; eamque inter se dividunt. *Cromerus.**

* lib.3.c.1. & seqq.

* lib.6.

Dehinc Boleslaus, penes quem summa tùm rerum administratio apud Polonos erat, fratrum, & filiorum fratris, totiusque regni Senatûs consilio, bellum facit Pomeranis, a religione Christianâ tùm alienis: eosque & fidem amplecti, tributumque pendere cogit. Sed vix anno circum. Ǽo, [illegible] ad paganismum redeunt: nec Boleslaus deinceps, religionis gratiâ, bellum amplius facit. Nam pecuniâ, ad pristinam religionem redeundi, libertatem redemerunt. Sed cùm non multò pòst a Ducis fide penitùs defecissent, & Culmensem tractû Masoviamq. devastarent Borussi: rursus arma induit Boleslaus. Primum agmen Heinricus frater ducebat: quod in insidias Borussorũ delatum, miserè conciditur; ipso Duce simul occumbente.

Cæterùm Heinrici ditio, quæ Sendomiriensis erat, in Principum cœtu, Cazimiro, (quem suprà, in divisione regni paterni, nescimus quo consilio patris sui, neglectum diximus; quique jam virilem attigerat ætatem) adjudicatur. Liberis enim carebat Heinricus. Verùm Uladislai filii, qui Silesiam tenebant, ejus quoque partem, jure hæreditario, ad se devolutam asserentes, nova moliuntur. Accedebat & hoc, quòd arces quasdam Silesiæ munitas sibi reservaret Boleslaus. Bellum autem haud-dissimulanter parabant; Germanorum auxilia hinc-indè conquirentes. Quorum conatus Boleslaus benevolentiâ frangit: ac restitutis arcibus, bellum repressum est. Cazimirum quoq; Procerum nonnulli, contra Boleslaum fratrem instigabant. Verùm ii consultoribus perimis obsequium minimè præstitit. Post hæc quietum habuit regnum Boleslaus, [illegible] vitæ usque exitum. Unicum autem post se reliquit filium, Lescum nomine. Obiit anno salutis 1173. cùm Poloniæ principatum annos tenuisset 27.

Succedit Miecislaus frater, gravis & prudens: sed improbo quodam consultore usus, Heinricu Kelicio, tyrannum contra suos induit; exactionibus & suppliciis, ob res levissimas, atrocissimis irrogatis. Quarto itaq; regni anno, Magnatum consiliis reprobato Miecislao, Cazimirus sufficitur, anno 1177. Ad pristinam quidem dignitatem subindè aspirabat Miecislaus: sed tum ab exteris desertus; tum ab Othone filio, omni principatu exutus est. Pomeranorum ope suam quidem ditionem, connivente Cazimiro, recuperat: sed summâ rerum administratione se abdicare cogitur. Ottho etiam patri reconciliatur. Cazimirus, dum regno præest, quatuor Russiæ provincias, Brestensem, (cujus & *Vincentius* meminit) Drochicinensem, Uladimiriensem, & Præmisliensem, in suam potestatem redigit: (*ut ex Duglosso, Cromerus annotat*) & Miecislaum, Ruthenorum Ducem, à fratribus ejectum, forti manu restituit; fugato Ulodimiro.

Interim Miecislaus, regno abdicatus, subindè ad pristinam dignitatem aspirare non destitit. Lesco, Boleslai fratris filio, qui lento morbo absumebatur, persuadet, ut ipsum hæredem designet: quin & Cazimirum id-ipsum velle, constanter affirmat. Masovii itaque & Cujavii, jubente Lesco, in Miecislai verba jurant. Res quidem ad bellum spectare videbatur, postquam reversus esset Cazimirus: sed cùm ejus potentia viresq; omnibus formidolosa esset; hoc malû sinè sanguine sopitum est.

Cùm superbiùs Ruthenis imperitaret Miecislaus, suæq; gentis hominibus parùm fidens, Polonos impensiùs amaret foveretque; veneno è medio tollitur; & Ulodimirus revocatur. At Bela Ungarus, apud quem ille exul delituerat, ipsiusque auxiliis restitui petebat, mox ei vincula injicit: ac missus Andreas, Ungari filius, Haliciensi principatu facilimo labore potitur, cùm Ulodimiri se cautam agere aperiè profiteretur. Post biennium, è vinculis elapsus Ulodimirus, Haliciam pervenit. Cognitus à Russis, magno applausu excipitur, coactâque manu prædas agit. Cazimirus etiam rogatus, suppetias ferre, pro ipso restituendo, non detrectat. Mox Halicia, obsidione cincta, fame ad deditionem urgetur. Ungari, vitam pacti, discedunt. Ulodimirus arce & dominatu potitur. Filio illatam injuriam ulturus Ungarus, in Poloniam movet; agrosque finitimos vastat. Idem & Cazimirus Ungaris infert incommodi. Tandem triennes induciæ constituuntur. *Cromerus.**

* lib.6.

¶ De Stephani, Anglorum Regis, morte, certior factus Heinricus, Normanniæ Dux, mox advolat: gratusque omnibus hospes, Rex salutatur, anno 1154. estque ejus nominis secundus. Is, initio regni, dissipata bellis bona recuperat; & justos dominos, passim ejectos, restituit. Cumbriam Northumbriamque recipit. Wallos, defunctionem meditantes, excisis eorum sylvis, quibus confidebant, perdomat. Fratrem Gausiedum a juramento, quod patris jussu Episcopis præstiterat, ab Hadriano IV. absolutus, Comitatu Andegavensi exuit.

Revixit & inter Anglum & Francum Reges bellum, de Comitatu Aquitaniæ. ac, cùm uterq; exercitus in acie staret, jam jamque confligendum esset: Procerum rogatu, armis sepositis, pax inita est; quæ nova confirmatur affinitate. Nam Magarita, Franci filia, Heinrico, Angliæ Regis filio natu-maximo, nuptum traditur. Acciderunt hæc anno, quo regnare cœpit Heinricus Anglus, octavo; qui fuit Christi 1162. Hiberniam etiam, cum quadringentarum navium classe, ingressus domuit: barbarosq, incolarum mores cultiores reddere, conamine summo laboravit.

Arrogâs erat Heinrico Regi filius natu-maximus ejusdem tum patre nominis: maximè verò, cum à patre regni consors acceptatus esset cristas erigere cœpit. Nam peractâ coronatione ejus, pater regio convivio cunctos excepit. Ac, cùm pater ipse ferculum filio apponeret: insolenciùs risu circumstantes adspexit. Eboracensis præsul, hoc animadvertens: Lætare, inquit, optime Rex; non enim in universo orbe Principem facilè reperies, qui talem habeat ministrum. Cui novus Rex respondet: Ne mireris: non enim hoc contra decorum est, patrem, materno duntaxat

genere

genere clarum, mihi ministrare, qui & patre Rege, & matre Reginâ, natus sum. Frigidam suffundit Francus socer. Nam, cùm Heinricus aliquando, officii gratiâ, cum conjuge ipsum inviseret; autor ei fuit: ut, repudiatâ patris societate, solus rem gubernaret. quin & auxiliares ad eam rem copias pollicitus est. Regnandi cupidus adolescens, sceptra penitùs sibi tradi à patre postulat. Anglus per Legatos Francum hortatur; ut generum ab iniquo proposito cohibeat. Verùm ille superbè respondet: cùm se-ipsum jamdudum regiâ majestate abdicâsset; soli filio eam nunc jurè competere. Arma utrinque corripiuntur, Elionoræ instinctu, quæ, ob pellices, in maritum etiam odium conceperat. Gaufredus & Richardus, Heinrico fratri se conjungunt. Ab aperto bello eos hyems retrahebat. At primo vere Franci, conflictûs avidissimi, junctis cum Heinrico juniore armis, Nortmanniam, Aquitaniam, Britanniamque, vastant.

Guilhelmus Scotus, pauld antè in conventu Parisiensi Northumbriâ donatus ab Heinrico juniore, viam subigit. Verùm incolæ, exosi Scoti imperium, obsistunt fortiter; hostemque profligant.

Omnia præterea factionibus apud Anglos ardent: non parcitur sexui, non senibus, non pueris; neque sacris profanisq; abstinetur, in oppidorum espugnatione: modò ad patrem, modò ad filium, belli fortunâ se-se inclinante. Ad Alnevicum atrox prælium commissum: in quo Scotus ab Anglis, Heinrico patri adhærentibus, capitur, anno 1176. *Hector Boethius*, annum, quo hæc facta sint, habet 1174.

Tandem, infelici rerum eventu Richardus filius motus, patris se dat fidei. cujus exemplum cùm & cæteri imitarentur: pax Angliæ redit: quæ novâ affinitate stabiitur; Adelâ, Franci filiâ, Richardo desponsatâ.

Cæterùm malis consultoribus usus Heinricus junior, vix sopitum bellum denuò excitare moliebatur: quod tamen repressum est. ac non multo pòst diem ille extremum claudit. Aliquantò pòst, Gaufredus etiam Lutetiæ è rebus humanis excedit. *Neubrigensis.** [* lib. 3. c. 7.]

Heinrico filio Anglus Vellocassinum, dotis nomine, attribuerat: quod, illo mortuo, uterque Rex suo juri vendicare volebat. sed mediante Johanne Cardinali, ad pacificandos hos duos Reges, à Pontifice Clemente misso; pax æquis conditionibus sancitur. Tandem, calamitatibus magis, quàm morbo, confectus Anglus, anno ætatis 62. mortem obiit; salutis verò 1189. Regnum annis 35. mensibus 9. administravit. Et hic (*inquit Polydorus* *) Nortmannorum-Francorum, id est, externorum hominum, principatûs in Angliâ finis fuit; post annos 122. quàm Gulielmus I. regno Angliæ potitus est. [* lib. 13.]

¶ Davidi, apud Scotos, nepos ex filio Heinrico succedit, Malcolmus nomine, annum 13. agens: sub cujus regni initium, fames pestilensq; lues, tam in homines, quàm pecudes, sævierunt. Quâ occasione Sumerledus quidam regnũ invadit. sed Gillechristus, regius Præfectus, bello eum devincit; trucidatis ad duo-millia hostibus. Sumerledus fugâ vitam servat. Tandem suorũ odium in se concitat Malcolmus: eò quòd Anglo, contra Francum de Aquitaniâ certanti, tulisset opem. Domum itaq; reversus, à Thano Ernevallensi, aliisq; confederatis, in Berthâ oppido obsidetur. Cùm verò ipsum invitum, & arte quâdam per Anglum eò pertractum, cognovissent; obsidionem solvunt, veniamq; deprecantur. Dehinc Anglo Bellũ indicit Malcolmus; quod, post data acceptaq; utrinque vulnera, hoc modo finem sortitur: ut Scotus Cumbriâ Hundintoniâq; contentus esset; Northumbria Anglo cederet. Iis conditionibus Scoti minimè assentiebantur. Angusius Gallovidianus igitur Regi bellum facit: cui Gillechristus objectus hostem fundit. Moravos præterea, Gildone duce, plurima loca devastantes, per eundem, uno atq; altero prælio, ad internecionem usq; cædit. Domesticis motibus sedatis, Rex pacis munia tractat. Instante ejus obitu; Cometa duobus longissimis radiis ardere visus est. Extinguitur anno regni 12. salutis 1165. Cui Wilhelmus, frater germanus, cognomento Leo, succedit: qui cum Anglo, pro recuperandâ Northumbriâ, continuum bellum gerit; à quo & captus est, ut pauld antè meminimus. Sed indè liberatum, per fratrem Davidem, Leucestriæ Comitem, & ad suos reversum, graviores exceperunt turbæ. Nam Gilbertus quidam, assumto regio nomine, totius Scotiæ regnum subire, summis viribus connitebatur. Contra quem Gillechristus, cum exercitu missus, cruentissimo prælio eum devicit. *Hector Boethius.** [* lib. 13.]

¶ Dania etiam, hac tempestate magis, quàm unquam antea, turbata fuit. Nam Canutus Magni, & Sueno Erici, filii, ambitiosâ contentione regium appetebant nomen. Suenoni Sialandenses; Iutii verò, cum Eicillo summo Daniæ pontifice, Canuto adhærebant. Fit utrinque bellum. Episcopus, copiarum ducem agens, capitur, & in templo vinculis cõstringitur. sed metu ecclesiasticæ censuræ, multis ornatus muneribus, iterum dimittitur. Non multò pòst & Canutus, ad Slangentorp, Sialandiæ villam, bello superatus, fugam arripit; & ad Iutios redit.

Eâdem tempestate, Romanus Pontifex, passim per Germaniam literis missis, Vandalis, toties religionem abjicientibus, bellum inferri, quosvis hortatur. quibus cùm Dani simul deesse nollent: pax constituitur. Sed ea diuturna non fuit. Nam illo-ipso bello, Rugianis, Suenonis classem exurentibus, (cùm Danorum maxima multitudo egressa, terrâ pugnaret) non modò non obstiterunt Canuti milites; sed eâ clade delectari se, haud-obscurè prodiderunt. Relictâ itaque Dohini oppugnatione, Sueno Sialandiam occupat; Roskildiamq; muris & fossis, contra regni æmulum, munit. Hunc insequitur Canutus; ac noctu, amicorum ope, Roskildiâ potitur. Sed ad Thorstam villam commisso utrinquè prælio, & victoriâ modò ad Suenonem, modò ad Canutum inclinante; Sueno tandem superior exstitit.

Hac tempestate Waldemarus, Divi Canuti filius, Suenoni se conjungit; in ejus castris militiæ tyrocinium habiturus: à quo Slesuicensi donatus Ducatu, Canutum quendam, Heinrici filium, Canuto regni Danici æmulo militantem, ejusq; favore ad eundem Ducatum adspirantem, perdomuit. Ethlerus quidam, homo perfidus, Suenoni persuadet: ut Holsatis, à quibus auxilia mutuatus esset Canutus, bellum faceret; copiosas asserens haberi naves, quibus Eidoram trajicere posset. Paret fucati amici consilio Rex. Cumque ad amnem accederent copiæ, duæ tantùm aderant scaphæ. Quibus cùm exercitus partem transmisisset Sueno: mox ex insidiis prosilientes Holsati, eos trucidant. fugæ enim spes omnis præcisa erat. Interim Iutiam Canutus ingressus, perbenignè excipitur; militiæque sumtus impetrat. Viribus exhaustus Sueno, cum hoste congredi aliquamdiu supersedet: sed pòst, reparatis copiis, cum hoste manus conserit; eumque superat. Canutus ad Suerconem, Regem Sueciæ, vitricum suum, fugiens, aliquamdiu ibi delituit.

Dehinc Sclavis, piraticam exercentibus, Sueno bellum facit. Verùm, cùm semper ad regni æmulum respicere cogeretur, minori curâ illud administratum fuit.

Gravis erat Suerconi hospitis morâ, & Johannes filius ludibriis eum sæpiùs lacessebat. ideò in Poloniam profugit. Verùm ne iis quidem gratus fuit. Indè ad Heinricum Saxonem abiit: apud quem minorem spe suâ fortunam expertus; ad Hartwicum Hamburgensem divertit. à quo belli subsidia mutuatus, Wibergam, ubi Rex obsidionem ferre constituerat, fame expugnare tentat; omni commeatu eis intercepto. At nocte quâdam Suenonis milites, duce Waldemaro, ex urbe erumpentes, hostem incautum obruunt; eumque in fugam vertunt. Qui, reparatis ex Frisiis denuò viribus, in Daniam pòst redit. Sed iterum ejus cæduntur copiæ. Tandem ad Fridericum, Romanorum Imperatorem, se confert Canutus, infelix bellator: eiq; regni subjectionem, si restituatur, promittit. Imperator, suâ interpositâ autoritate, utrumq; Mersburgi adesse sibi jubet. Quibus comparentibus, litem hac ratione dirimit: (*ut Otho Frisingensis de gestis Friderici* * *annotat*) ut Canutus, Sialandiâ contentus, regio se abdicaret nomine; quo solus Sueno frueretur, Romanoque Imperio parêret. Et, ut utrique promissis starent; Waldemarus, qui Suenonem eò- [* lib. 2. c. 4.]

uique

tilque secutus fuerat, fidem suam interponit. Ad suos reversus Sueno, mox Procerum consilio Cæsari rescribit; pacisque conditiones, quas nemo ante se Daniæ Regum acceptisset, respuit; nec Canuto, ut convenerat, Sialandiam cessit: sed Iutiæ, Sialandiæ Scaniæq; provincias quasdam, Waldemaro comprobante, adscribit. Rebus ita compositis, luxui vitæque splendori magis indulgere cœpit Sueno: viris gravibus posthabitis, histriones ac saltatores, hominesq; leves, fovebat extollebatque. Accedit avaritia, miserorumq; expilatio. His studiis mox favorem plebis amittit. Cæterùm uxorem tùm duxit, Cunradi cujusdam Germanorum Principis filiam.

¶ Eâdem tempestate Johannes, Suerconis Sueciæ Regis filius, Caroli cujusdam Hollandiæ Præfecti, ex Danorum sanguine nati, conjugem, cum sorore, per insidias abripit; fœdéque, alternis noctibus, iisdem aliquamdiu abutitur: pòst domum eas remittit. Carolus, tantam contumeliam indignissimo (ut par erat) animo ferens, Suenonis cōtra Suecos implorat opem: eâ impetratâ, mox bellum Suecis indicit. Sed aëris inclementiâ (hybernum enim tempus erat) & Suecorum fortitudine, repulsus, nihil præclari gessit: lacerasq; reducere coactus est copias.

¶ Et vulgus Danicum, publicorum onerum, quæ modum omnem excedebant, impatiens, arma induit; & in Arnâ villâ confluit, ad quos placandos cùm Sueno accederet; parum abfuit, quin lapidibus fuerit oppressus. Sed pòst tumultûs incentores, aut ære, aut vitâ mulctat; multis vicis vastatis. Eâ occasione, & Canutus res novas molitur. at Waldemari metu, qui Regi addictus, & apud quosvis maximæ existimationis erat, reprimitur. Sed cùm hac res non succederet viâ, aliam tentavit faciliorem. Sophiam, sororem germanam eximiæ pulcritudinis virginem, cum amplissimâ dote, Waldemaro despondet. Tantâque inter se iidem deinceps necessitudine juncti mère: ut nulla unquā dissensionis offensa intercederet. Sueno, amici cum hoste conjunctionem molestè ferens, illum perfidiæ & proditionis insimulat: ac, nisi milites Waldemari amantes obstitissent, in vincula eum conjecisset. Deniq; habito colloquio, pax inter Suenonem, & Canutum, & Waldemarum, firmata est.

Eodem tempore, cùm & Vandali Daniam infestarent, Sueno pecunia pacem mercatur. Nam Heinrico Saxoni mille-quingentas argenti libras expendit; ut eosdem terrestri prælio lacesseret: quò à mari avocarentur.

Genuensium auxi[illegible]o, Balduinus Rex Antipatrida, Cæsaream Stratonis, occupat: Æ[illegible] [illegible] cohortes in Ramulæ urbis finibus, fu[illegible]t. Ac [illegible]um novas ex Occidentis partibus, in Christianorum subsidium, adventare cognosceret copias: lætu[illegible] [illegible] obviàm procedit, tutumque iter, præter Ptolemaida, Tyrum, Sidonem, Berytum, (quas urbes Barbarorum præsidia tenebant [illegible]rar, Hierosolymamque perducit. Sancti loci conspectis, Lusinianus Joppæ, na[illegible] consensâ domum redit. R[illegible] quos Duces, idem-molientes, adversi venti rejecerunt. Ascalonitæ Barbari Arabum Ægyptiorum[illegible] aux[illegible] stipati, Ramu[illegible] fines petunt, Latinos i[illegible] inco[illegible] oppressuri. Fit atrox a[illegible] [illegible] Marte utrinque pr[illegible]am. Cadunt duo Stephani, Ble[illegible]ensis & Burgundus. Rex, Philatebi beneficio, quo conjugis suæ salutem compensabat, ut modò diximus hostium manus evadit. Ramulensis urbs, à Barbaris expugnata, cunctis habitatoribus spoliatur: quorum aliqui atrocissimo mortis genere afficiuntur; alii pecudum more colligati, in perpetuam ab[illegible] guntur servitutem. Rex superatis m[illegible] [illegible] peri[illegible]lis, tandem Joppen, præter omnium exspectat[illegible]o[illegible]em, (constans enim de ipsius quoque nece rumor [illegible] [illegible] [illegible]. Mo[illegible] reparatis ibi viribus, hosti denu[illegible] occurrendum statuit: quem, bel[illegible]icis machinis exstruendis occupatum, [illegible] imp[illegible] obruit magnamque strag[illegible]m [illegible]it, hostibus te[illegible] dantibus. [illegible] præda amp[illegible]ima [illegible] Joppen [illegible]lata, inter [illegible] socios divisa est.

Nec reliqui Palestinæ Princi[illegible]s otio torpebant [illegible] quisque suum dominium latius subindè extendere pro[illegible] [illegible]rili annitebatu[illegible]. Tancredus enim, qui [illegible] [illegible] rat, coactâ suorum manu non-e[illegible] [illegible]. Ap[illegible]meam, [illegible] metropolin, Laodiceam po[illegible] [illegible] [illegible] exp[illegible]t. Balduinus de Burgo [illegible] D[illegible] [illegible], in omne[illegible] [illegible] nes, pro au[illegible]iando suo regno, intentus, vicini[illegible] B[illegible] maximè fuit formidabi[illegible].

Hi, conjunctis operis Carram, Mesopotamiæ urbem Edessæ vicinam, obsidentes, fame ad de[illegible]ionem [illegible] gunt: anno [illegible] 4. Sed dum, inter [illegible] certando [illegible] pr[illegible] urbem ingrederetur, moram aliquam traheren[illegible] : T[illegible]

[illegible] qui [illegible] ob- [illegible] mactant [illegible]. Edessanus Comes, [illegible] po[illegible] Benedicto, & [illegible] Joscelino [illegible] capitus est.

[illegible] anus Comes, [illegible] novas arc[illegible] ex- [illegible]: quas firmi muniebat [illegible] præsidi[illegible] tam Barbarorum [illegible] quàm [illegible] dominii gratiâ.

Sep[illegible] jam [illegible] fue[illegible], qu[illegible] Balduinus Rex. [illegible] Ba[illegible] non lacess[illegible] [illegible] Pedem inde ret[illegible], in [illegible] incidit: [illegible] eum [illegible] accepit. ac licèt a [illegible] etiam [illegible] tuos tamen indè sensit dolor[illegible]. Hæc contra [illegible] expeditio, suscepta est anno salutis [illegible]. *Tyrus.*

* lib. 10.

¶ Anno sequenti, reparatis viribus, maximè verò Ge[illegible] Balduinus, eandem urbem [illegible] cingit obsidione: quâ post viginti dies, certis utrinque conditionibus prolatis, potitur.

¶ Anno [illegible]. Rodoan quidam, Alapiæ Dominus, suorum & aliunde accitorum magnatum auxilio, Antiochenum regnum ferro igniq; infestum redit, sed a Tancredo, cui eju[illegible] urbis administrationē Bohemundus, ad Francos profectus, demandarat, in fugam vertuntur. At majores copias Ægyptius Calyphas, terrâ marique, contra Hierosolymorum Regem mittit. sed pedestres gladio; navales ventorum procellis, occubuère.

Ingens Bohemundum, ad Terram sanctam redeuntem, ex Franciâ aliisq; locis, secutus est exercitus: equitum ferè quinque-millia; peditum quadraginta-millia fuère. Ac, cùm sæpiùs, contra fidem datam, sacros milites Constantinopolitanus Alexius molestâsset; his pœnas luit. Epirum enim depopulantur; Dyrrhachii agrum vastum reddunt: usque-dum Imperator in ipsorum juraret verba. Hinc di[illegible] Hierosolymam petunt. Antiochiæ moram nectens [illegible]hemundus, è rebus humanis excedit, anno 1108. relicto filio parvulo in cunis, Antiochensis principatûs hærede, Bohemundo.

Occasione captivitatis Balduini Edesseni & Joscelini, Turcæ, ad Orientem habitantes, magnâ immanitate Mesopotamiam vastant: vicos quoscunque, tantam vim sustinere non-valentes, igni tradunt; occisis vel abactis incolis eorum, frustrà Tancredo repugnante. Cæterùm, cùm, post quintum annum, è captivitate duo illi se redemissent; Tancredus Balduinum Edessâ urbe prohibet; ac utrumq; præterea omni principatu privare m[illegible]litur. sed tandem, juramenti religione, quo rerum administratio ejus curæ interim demandata fuerat, in memoriam revocatâ, suâ sententiâ cedit. Illi, rerum summâ iterum potiti, Tancredo be[illegible]m indicunt. Sed is, Turcorum auxilio, Joscelinum in fugam vertit. Vicini Principes, ex mutuis laniienis plurimum emo[illegible]menti Turcis accedere perpendentes, bellum componunt.

Raimundo Tolosano extincto, W[illegible]helmus Jordanes rerum administrationem suscipit: multaque loca armis in suam redigit potestatē. Bertrannus, Raimundi fil[illegible] cum septuaginta Genuensium navibus superveniens, Wilhelmo bellum fa[illegible]it. Sed amicis suam auctoritatem interponentibus [illegible] ut Ar[illegible] & Antarado Wilhelmus contentu[illegible] ac Princi[illegible]is Antiocheni beneficiarium [illegible]ua Bertranno, Hierosolymo[illegible]m Re[illegible]iario cederent. Sed non-multo tem[illegible] [illegible] intentione quâ- [illegible] W[illegible] ad[illegible], & casu sagittâ [illegible] [illegible] it.

¶ [illegible] A[illegible], B[illegible]tensem urbem B[illegible]dui- [illegible] m[illegible] edit. [illegible]dem [illegible] qui [illegible] nus [illegible] titur [illegible]

[illegible] bus [illegible] egio[illegible] [illegible] doni [illegible] dimittit.

Sidonis calamitate ulturi Persici Turcæ mag[illegible] nibus Mesopotam[illegible] agantes damna ine[illegible] inf[illegible] m[illegible]ima: ac tandem a[illegible] ream [illegible] nente, urbem [illegible]gnant. Sed [illegible] Balduino Rege & Bertranno Tripo[illegible]tano su[illegible] entibu[illegible] stem in[illegible] prope[illegible].

Cæt[illegible] ivitatibus [illegible] Laodic[illegible] Alca[illegible] que, Tu[illegible]corum [illegible] meretur ju- [illegible] B[illegible] tunam [illegible] manda stat[illegible], eam [illegible] dione [illegible]. Sed cùm quatuor [illegible] in ejus [illegible]gnatione, [illegible] inde di[illegible]ceder[illegible].

¶ Ann[illegible] Turcorum [illegible]luvies, ex Persia ad- [illegible] omnem [illegible] & ad oram ma[illegible] mam, Tiberiadem, castra locat. Balduinus Rex, vocatis [illegible], Rogerio Antiocheno, [illegible] Tancredo superiori anno defuncto successerat & Tripolitano Comite suas contra hostes copias educit; & non-procul ab iisdem tentoria figit. Mendur (id nomen erat bel[illegible] principis inter Persas) aliquot equites, ad lacessendum Balduinum, præmittit: at majorem cohortem in insidiis ponit. Balduinus, in illos temerè impetum faciens, in fugam, quam simula- bant eos vertit. [illegible]umq; longiu[illegible] à castris processissent; i[illegible] qui latuerant, erumpunt: & magnâ quidem utrinq; clade pugnatur, penes Turcos tamen mansit victoria: Balduino, cum Arnulpho patriarchâ, ægrè elapsis.

Ejus belli occasione, Ascalonitæ Hierosolymam, militaribus viris destitutâ, affligunt, coronâ cingunt: horreaq; nuper frugibus referta incendunt. Sed cùm Regem adve- nire certò nunciaretur; omissâ obsidione, ad sua redeunt.

Porrò, cùm indies Christianorum exercitus [illegible] navigiis ad portum illum appellentibus, accresceret: Turcæ, suis viribus diffidentes, pedē referunt. Damasci, Persarum Princeps à sicariis interimitur, Doldequino, Damascenorum Rege, qui regno suo metuebat, consentiente.

¶ Anno sequenti, Persicus exercitus, duce Borsequino, in Damasceno agro castra ponit: unde & Antiochenos affligit. Sed Doldequinus, de cæde (ut diximus) suspectus vicinorum Principum, Christiano nomine insignium, per munera obsidesque amicitiâ conciliatâ & firmatâ, eorundem operâ hosti occurrit; ac retrocedere cogit.

Eâdem tempestate, Ascalonitæ Jo[illegible]pensem urbem oppugnant: sed civium fortiter-resistentiū virtute abiguntur.

Borsequinus, dilapsis, quæ prius contra ipsum in armis steterant, copiis, bellum redintegrat; & in Antiochenorum agro prædas agit: omniaq; oppida, munitionibus carentia, solo æquat. Sed Bohemundus Antiochenus, conjunctis cum Edesseno viribus, hostem profligat; omniaque vicissim prædâ exsuit.

¶ Ultimo regni sui anno, qui erat Christi 1118. expeditionem in Ægyptum suscepit Balduinus Rex, illatas hactenus sibi injurias ulturus. Cæterùm, Pharamiâ, urbe maritimâ, non-procul à Nili ostio, fortiter expugnatâ; in morbum, quo-cum & superiori anno fuerat conflictatus, recidit: eoq; extinctus est. Ejus exuviæ Hierosolymam delatæ, juxta fratrem, sub Calvariâ, regio cultu conduntur. Annos præfuit 18. Uxores habuit duas. repudiatâ enim priori conjuge, Siciliæ Regis viduam duxit: quam, conscientiæ stimulo agitatus, tertio anno rejecit; priori iterum assumtâ. *Tyrus.*

* li. 10. [illegible]

BALDUINUS II.

Balduinus de Burgo, Edessæ Comes, vir religiosus, & bellicâ fortitudine insignis, patrueli suo Balduino, in Hierosolymitano [illegible], succedit. & secundâ die mensis A[illegible]rili anno [illegible] consecratur. Huic Ægyptius Princeps, eâdem æstate superioris expeditionis cladem vindicaturus, bellum terrâ mariq; facit: cui Damascenus se adjungit. Ac, [illegible]ct in h[illegible]m conspectum etiam sua poneret castra Balduinus: nihil tamen utrinque præclari gestum est: hi, Barbarorum mu[illegible]titudinem, il[illegible] verò, Christianorum virtutem & felicitatem, timentibus. ac sinè prælio indè, post m[illegible]es tres quibus opposita semper steterant tentoria, di[illegible]um est.

¶ Anno [illegible] Turcomannorum (sic [illegible] *Tyrius* loqui- tur) [illegible]

tat [illegible] nquis [illegible]. Doldequinus Damal eno- [illegible], R[illegible] cum ingenti multitudine An[illegible] ad Alapiam castra locant. [illegible] A[illegible] nceps, non [illegible] pectat an[illegible] num adscitis [illegible], qua R[illegible] F[illegible] lymitanus Joscelinus [illegible] in Edessen C[illegible] (captivitatem Balduino [illegible] cesserat) & Pontius Tripolitanus, fulmini adstabant, temere cum hoste confligit: sed admodum infeliciter. Ad unum enim ferè omnes milites ipsius trucidantur; ipso Rogerio [illegible] occumbente. Sed dum liberè passim grassatur hostis exercitus, Balduinus Rex cum suis advolat. Instructis utrinque aciebus [illegible] forti er pugnatum est. Tandem Balduinus superior extitit [illegible] Regibus, cum infinitam suorum multitudinem cadere cernerent, [illegible] dantibus. Acciderunt [illegible] mense Augusto in [illegible] Assumptionis Mariæ. Hac [illegible] victoria, Antiochenus principatus in Balduini Regis venit [illegible] testatem, qui rebus [illegible] dem [illegible] positis, in regiam urbem regressus est.

¶ Anno sequenti reparatis viribus, Gazi bellum in eodem loco [illegible]. Sed dum Balduinus, cum Joscelino & Antiochenis primatibus, occurrere parat, Gazi apoplexia tactus interiit. Sicque expeditio finem suum sortita est.

¶ Anno 1122. Doldequinus Damascenus, associato sibi Arabum Rege, Antiochenos infestat: nam cùm ii Principe destituerentur, & Balduinus, qui eorum patrocinium agebat, rebus Hierosol[illegible] maxime [illegible] retur: omnium incursionibus [illegible] (fuère), & [illegible] Tiberiadensium fine in primis [illegible]. Sed Balduinus, re cognitâ, cum cohorte præter omnem hostium opinionem præstò est. Cujus adventu territus hostis exercitus, pedem refert. Balduinus cùm è re suâ, hostem longiùs persequi non esse, animadverteret; ad latus declinat: & Garazæ, quæ una Decapoleos est, firmissimam Damasceni arcem, superiori anno exstructam, funditùs evertit.

Paucis annis interjectis, & Balachus, Turcicus Princeps, Antiochenos depopulatur: Joscelinum & Galeramum captum carceri tradit. Balduinus Rex, qui afflictis auxilio venerat, cùm nocte quâdam, paucis eum comitantibus, loca illa perlustraret; ab hoste intercipitur: & eodem cum Joscelino & Galeramo carcere in quâdam arce, concluditur. Quinquaginta Armenii viri fortes & audaces, monastico habitu induti, arcem illam accedunt, & in Præfecti conspectum, de gravi [illegible] illata injuria questuri, se admitti petunt. Voti sui compotes facti [illegible], quas sub vestibus occultarant, præsidiarios milites trucidant, vinctosque liberant. Joscelinus, ut copias in subsidium cogat & adducat, emittitur. Sed vicini [illegible], de internecione suorum edocti, ad arcem accurrunt: Regem cum cæteris exitu prohibent. Balachus eâdem nocte somnio, quo à Joscelino oculos exsculpi sibi visus fuerat, exterritus, mox capite plecti, missis nuntiis, eundem jubet. Sed cùm rei gestæ veritatem ex iis redeuntibus cognovisset: subitò exercitum conscribit, arcemque oppugnat; & eosdem ad deditionem cogit. Regi quidem & Galeramo vita donatur: sed sicarii [illegible] variis tormentorum generibus interempti sunt. Joscelinus, quas interim Hierosolymis collegerat, copias adducturus; Antiochiæ rei eventum quidem cognoscit: sed suis diffidens viribus, arma deponit.

Balachus, occasione capti Regis, extrema quæque Terræ (ut vocant) sanctæ moliebatur: convocatoque per universam Ægyptum milite, eam intrat; & ad Ascalonam, quæ Turcis adhuc parebat, sedes figit. Classis ad Joppen appulit, eg[illegible] milites durâ obsidione urbem premunt. Cùmque jam [illegible] ad deditionem adegissent: Eustachius Grener, cui interim [illegible] Hierosolymitano regno rerum summa demandata fuerat, cum septem ferè millibus, obsi[illegible] auxilio venit. Obsidentes [illegible] tum conspectu territi, navigiis confestim discedunt. Hinc Ascalonam versùs iter instituit Eustachius: ubi hostem in acie stantem offendit: commisso prælio in fugam eum vertit; cunctis [illegible] prius gazis potitur. Dux Venetorum, Syriæ oram cum classe tenens, Ægyptios mari fugientes excepit: multas naves demergit, plures capit, reliquæ, numero quidem paucissimæ, fuga [illegible] stunt. Præterea in decem hostium naves omnis generis [illegible] onustas, [illegible] quæ in [illegible] ibus prædæ fuêre. [illegible] ad Ptolemaidem [illegible] applicuit. Paulò post hanc victoriam Eustachius rebus humanis excedit: cui Wilhelmus de B[illegible] magnanimus, Tiberiadensium Dominus, sufficitur.

Venetæ [illegible] opportuno, Hierosolymitani pluri[illegible] quod ad suum [illegible] benevolentiæ declarationem [illegible] ad [illegible] eret, intermi[illegible]. Conjunctis [illegible] bus, [illegible] anno [illegible] rum, urbem [illegible] & a[illegible] variis bellorum [illegible] pugnant. Nec [illegible].

¶ Interim Balachus H[illegible] coronâ [illegible] ejusque D[illegible] de ad-[illegible] lari facit. Joscelinus, hoste [illegible] vertens, exercitum, quantum [illegible] in eum ex [illegible] Ba[illegible] Joscelinus in[illegible] derat, [illegible] ignarus, [illegible] caput amp[illegible]. S[illegible] omni[illegible] event[illegible].

Hac victoriâ [illegible] milites assiduis [illegible] nantias [illegible] arduum intentatum relinquunt. Tandem [illegible] deditionem faciunt. nam quinquetantum [illegible] in urbe reperti sunt. Capta est urbs [illegible] anno 1124. Eo[illegible] anno Balduinus Rex, [illegible] Michaëlis tam redemptus, è carcere liberatur: post quam menses 18. regnum exsturus fuerat.

B[illegible] quinus, assumpto belli socio Doldequino Damasceno, Antiochenam agrum vastat. Occurrens Balduinus, [illegible] hoste, tamâ præda potitur: tum quinquennem filiam, quam pro sui redemtione [illegible] obsidem dederat, liberavit. Dehinc in Damascenum Regem, ob sæpius illatas injurias, animadvertit, ejus urbes aliquot vastando. Ascalonitas etiam qui superioribus annis Hierosolymitanos molestarant, [illegible].

¶ Anno 1126. demum Damasceno bellum indicit Balduinus: in [illegible] & [illegible] erior exstitit [illegible] hostium exercitum [illegible] arcibus [illegible] pugna [illegible]. Eâdem tempestate, & Bursequinus à suis confoditur.

Bohemundus junior, cùm jam annum ætatis egisset 18. Antiochiam à Rege reperit. quam nô modo Rex ultrò ei reddit; sed & filiam Halim ei despondet. Primum autem is virtutis suæ specimen edidit expugnatione Caphardan oppidi, ab hostibus olim sui Majoribus prærepti.

¶ Anno 113[illegible] Hu[illegible] de [illegible] T[illegible] mi[illegible] rum Hierosolymis [illegible] mus [illegible] ister qui, Regis jussu, ad Occidentales Principes, pro petendo auxilio, ablegatus fuerat, ingenti multitudine stipatus, redit. Quibus universam Terram [illegible] in incolentes Principes conjuncti, Damascum, urbem potentissimâ obsident: sed tum ab hoste, tum aëris intemperie divinitùs immissâ, inde profligantur.

Bohemundus, domum regressus, à Turcis, Antiochenos infestantibus, occiditur. Cujus nece cognitâ, Rex Antiochiam petit. Sed, contra fil[illegible] voluntatem [illegible] urbem a civibus admittitur. Expulsa Principissa, Laodiceâ & Gibulo urbibus contenta esse jubetur. Antiochenum principatum Rex Constantiæ, Bohemundi filiolæ, tutoribus ei adhibitis, attri[illegible]. Confirmatis rebus [illegible] Hierosolymam redit; morboque gravi correptus, [illegible] Fulconem generum regni successorem denomina[illegible] monastico habitu animam reddit: anno salutis 1131. [illegible] Calendas Septembris regni 13. Sub monte Calvariæ sub [illegible] & antecessores, reconditur.

Eâdem tempestate, & Joscelinus Edessenus in [illegible] defunctus ejusdem nominis [illegible] regno succede.

FULCO.

Turonensium, Cenomanensium, & Andegavensium Comes Fulco, sexagenarius [illegible] rebus [illegible] mestis, ad Terram sanctam, rel[illegible] arabs. Sed, dum hæc molitur, Bald[illegible] Regis Legati superveniunt, Regis [illegible] iam natu ma[illegible] matrimonio jungendam offerunt, dotem ei [illegible] successionem in regno si Regi superstes exierit: interim [illegible] & Ptolemaide urbibus contentus sit. Post annum itaque [illegible]

hunc

[illegible] R[illegible] P[illegible] con[illegible]antur a W[illegible]-

[illegible] regnum, cum Ponti[illegible] T[illegible] [illegible]o Com[illegible] affine, [illegible] dux, ad [illegible] dignitatem qua[illegible] pat[illegible] propter extremam insolentiam & contumaciam [illegible] erat, animum di[illegible]ranti, part[illegible] [illegible]tu. Nam ad Antiochenos Regem cont[illegible] m. [illegible]mes & a[illegible] [illegible] batur. [illegible] R[illegible] ho[illegible] fugam [illegible]ente. Antio[illegible]um tandem pr[illegible] [illegible] gratia [illegible]. R[illegible] [illegible]tod An[illegible]tiochiam [illegible]nerat, [illegible], [illegible] dam [illegible]andar.

¶ Ali[illegible] m[illegible] quod [illegible] o Antiochen[illegible] Turcæ m[illegible] [illegible] fimu[illegible] [illegible] rum [illegible] o la[illegible] re [illegible].

S[illegible] P[illegible] R[illegible] tiente a[illegible] Pr[illegible] L[illegible]gati [illegible] matrimoni[illegible] A[illegible] Quod con[illegible] [illegible].

¶ [illegible] Fulco[illegible] domesticum [illegible]vidium. Hug[illegible] enim J[illegible] [illegible] conju[illegible] [illegible]umque [illegible] non a [illegible] regno suo [illegible] detrectaret [illegible] suffragio ab [illegible] damnatur. Interim [illegible] constitutus Hug[illegible], A[illegible], Christian[illegible] [illegible] conjun[illegible]. [illegible] occasi[illegible] arreptâ, H[illegible] bellum [illegible] damna inferunt non exigua. Rex, [illegible]vocatis copiis J[illegible], ubi Hugo latebat, obsidet. Verùm, [illegible] bel[illegible] que intest[illegible] externis hostibus plurimum accedere emolumenti omnibus in con[illegible] (nam Tegelmelud Dan[illegible] Pancadeum civitatem, expugnatam, in suam interea redegerat potestatem) W[illegible]elmus Patriarcha medium se interponit; pa[illegible] inter utrumque autor est. quæ eâ lege sancitur, ut per tri[illegible] Hug[illegible] exredat. Qui in Apuliam delatus, a R[illegible] Garganensi Comitatu donatur: ub[illegible] à morte obi[illegible].

¶ [illegible] Tripolitanus, a Tur[illegible] conflictu quodam [illegible] Raimundum, succe[illegible]orem in regno habuit: qui [illegible] specimen illust[illegible] patris recens magno animi [illegible], & init[illegible] singulari felicitate in ho[illegible], ul[illegible]. Sed pòst Sangui[illegible], T[illegible] Princeps, [illegible] Tripolitanum mov[illegible], & Montem-Ferrandum [illegible] est [illegible] obsidet. Fulco Re[illegible] [illegible] cum hoste, sed infeli[illegible]ter, confligit. Nam [illegible] inter Montem-Ferrandum [illegible] Comes [illegible] captus est. [illegible] graviter [illegible] Barb[illegible] [illegible] intra castrum [illegible] [illegible]flet, am[illegible] [illegible] enim [illegible] [illegible] Nea- [illegible]

¶ [illegible] R[illegible] Barba[illegible] Ga- [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in capi[illegible] ad unum o- [illegible] mo- [illegible] [illegible] inter hæc [illegible]

[illegible] Sa[illegible] H[illegible] & [illegible] à Damasceno [illegible] S[illegible] conjux [illegible] pugnant & recuperatâ per[illegible] urbe, Ra[illegible] restituitur.

Cæterum, rebus regni pacatis, dum, ad Acconensem urbem, [illegible] Fulco R[illegible] quo lap[illegible], quarto di[illegible] avit, Idibus Novembris, anno salutis 1142. [illegible]

BALDUINUS III.

Patri surrogatur in regn[illegible] Balduinus filius, tredecim annorum puer, & per W[illegible] Patriarcham H[illegible] [illegible], cum [illegible] regni [illegible] [illegible] coronatur.

Med[illegible] anguin[illegible] inter E[illegible] & Antiochenum Principem [illegible] urbem, [illegible] [illegible] erat. Hac vi [illegible] Sanguinus [illegible] cogebat [illegible]. Sed noctequ[illegible] [illegible] solvitur. Pat[illegible] regn[illegible] Noradinus fili[illegible]

Prim[illegible] suo anno, Bal[illegible]nus astellum [illegible]dam tran[illegible] J[illegible]danem, à Tur[illegible] [illegible]panim, in [illegible] gitpotestatem. Anno [illegible] B[illegible] strensis urbis gubernatorem, à Damasceno Rege [illegible] [illegible] parat. Sed in[illegible] Nam copiæ, fa[illegible] fiti al[illegible] tam longinqu[illegible] itineri[illegible] exhaustæ, [illegible] ad quam o[illegible]pugnandam [illegible] inferre damni poterant. Præterea, tanta Turcorum [illegible] ad eam defendendam, confluxerat: ut co[illegible], quas adduxerat, etiam [illegible], ab iisdem jam iterum e[illegible] haud possibile foret. Revertente[illegible] Noradinus, Damasceni [illegible] gener, excepit; eorumq; [illegible] conatur. Sed ferro illi sibi viam aperiunt: ac demum post mu[illegible] labo[illegible] exsuperatos, ad patrios l[illegible] redeunt.

¶ Qui Edessam incolebant Christiani, cùm præ[illegible] [illegible]orum militum, ibi relictorum, numerus ob domesticos motus, quo regni causâ [illegible] Noradinus, [illegible] decresceret; civium porro augeretur: Joscelinum Comitem revocant, eumq; noctu in urbem intr[illegible] mittunt. Arc[illegible] verò, quæ erant intra urbem Turcæ obtinent. Noradinus, [illegible] cognitâ, cum exercitu, quantumcunque [illegible] universo regno cogere potuit, accurrit [illegible] urbem [illegible] unà cingit. Cives in maximis angustiis constituti [illegible] enim à præsidiar[illegible] militibus affligebantur [illegible] extrema quævi[illegible] tentanda pot[illegible] censent, qu[illegible] hostili[illegible] urbem tradendam. Stat sententia [illegible] exitum parandum. Ex urbe itaque agminat[illegible] [illegible] in host[illegible] [illegible] bivie[illegible] excipie[illegible] [illegible] plebeculam, sine [illegible] ætati[illegible] [illegible] mactant [illegible] salis Samosatum [illegible].

Dec[illegible] E[illegible] & [illegible] omnium [illegible] Eu[illegible] Pont[illegible] [illegible] magnate[illegible] ad[illegible] [illegible] B[illegible] val[illegible] [illegible] [illegible]gem, & R[illegible] [illegible] ricus [illegible] H[illegible] [illegible]lensis, E[illegible] Nori[illegible]orum Du[illegible] [illegible] Jal[illegible] Odoacer Styr[illegible] B[illegible] [illegible] mi. ac den[illegible] An[illegible], Pannonia, G[illegible]mani[illegible] tanta confluxit multitudo, ut numerum [illegible] *ut narrat Ottho Frisingensis de gestis* [illegible] Inter qu[illegible] & mulieres erant, non conjunctis pedibus, sed [illegible] instar divi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ac [illegible]

& seqq.

audaciores. Iis quidem Constantinopolitanus Manuel, non modò liberum per suam terram transitum; sed & omnium rerum venalium copiam, splendidâ oratione pollicetur: attamen clam insidias struit. Sæpiùs enim in extremis agminibus, Græcis Germanos lacessentibus, pugnatum est. Præterea, contra datam fidem, non modò forum hospitibus denegatum est: sed calce farinæ immissâ, panem pestiferum reddebant perfidi Græci. Et ut uno verbo dicamus: nullum mali genus fuit; quod Imperator, non vel ipse in eos machinaretur; vel aliis machinandi autor esset. Idem & Turci imitati sunt, Manuelis literis, ad bellum Alemannis faciendum, concitati. Quibus-cum fortiter congressi sacri-Belli milites, ad Meandrum fluvium, tantâ strage eos conciderunt: ut ossium tumuli crebri & alti, collium instar, adhuc conspiciantur: *ut Nicetas testatur de gestis Manuelis.** Anno salutis 1146. hæc suscepta est expeditio: *ut Tyrius * annotat.* Sed ut principium belli, & infelix, & difficile fuit: ita exitum fortitum est infelicissimum. Nam præter Turcorum injurias, & famem, quam perpessi sunt milites maximam, inglorii indè iterum discesserunt.

* lib. 1.
* l. 16. c. 25.

¶ Obsessa omniũ primùm Damascena urbs, anno 1147. xxv. die Maii, & pomœria, trucidatis iis, quos eò in insidias locarant cives, occupata. Obsessi, suis rebus diffidentes, de urbis quidem deditione cogitant: attamen unicum priùs medium tentandũ censent, quod & successit. Quosdam videlicet inter oppugnantes primarios Duces, multis talentis intervenientibus, sibi conciliant: quorum consilio & authoritate, exercitus ab eâ urbis parte, quâ primùm & quidem rectissimè oppugnari cœperat, discedit. Facilius enim ab eo latere, quod Austrum & Orientem spectabat, obsessis vim inferri posse, spem cunctis faciebant: quæ omnes fefellit. Isthic enim commeatu destituti, cum fame, sævissimo hoste, conflictabantur: nec ad priorem stationem, Damascenis ingentes trabes molesque objicientibus, reverti concedebatur. Sicque non sinè dedecore indè discessum est. Cæterùm, ejus mali ea perhibetur fuisse occasio: quòd Flandrensi Comiti, qui Francorum Regi militabat, de Damascenâ urbe possidendâ, si eâ potirentur, spes facta fuerat. Tantum bolum quidam Terræ sanctæ Principes sibi præripi ægrè-ferentes; castrorum translationis autores fuisse perhibentur. Alii, Antiocheni Principis suasu, nescimus cujus inter ipsum & Francorum Regem simultatis causâ, id factum narrant. Sed, ut-ut se res habeat: eâ perfidiâ non solùm moti Reges, ad sua inglorii pedem referunt: sed & reliqua Magnatum multitudo, in universis regnis, deinceps minùs de rebus Palæstinæ sollicita fuit.

Ab eo tempore, confidentiores semper fuère Turci; & cognito exterorum abitu, ipsi ad arma conclamant. Noradinus Antiochenũ depopulatur agrum. Raimundus Princeps, hostem propulsaturus, cùm minùs cautè se gereret, trucidatur: ejus caput, cum dextro brachio, à reliquo corpore dissectum, ad Calypham, maximum Saracenorum Principem, mittitur. Hac editâ strage, reliquam terram non sinè maleficio perlustrat: oppida expugnata, vel diruit, vel suo munit præsidio.

Joscelinus, Edessenus Comes, Antiochiam contendens, cũ longiùs à suo comitatu fortè secessisset; à Barbaris, prædas passim agẽtibus, intercipitur, & perpetuo carceri mancipatur. Aimericus quidem, Antiochenus Patriarcha, vocato in auxilium Rege, afflictis rebus subsidiũ ferre laborabat. sed urbe solùm defensâ, tantam hostium multitudinem foris reprimere minimè valuit: qui pro libidine interim, ad satietatem usque, impunè quævis perpetrabant.

Porrò, pace aliquantò pòst restitutâ, Gaza reparatur contra Ascalonitas: eaque militibus Templi custodienda traditur, ut indè hostes à prędis coërcerent & reprimerent.

¶ Præter Barbarorum bellum, quo universa terra multos jam annos attrita fuerat; & intestinum, inter Regem Balduinum & matrem, improborum quorundam instinctu, obortum est. Nam filius, cùm insciâ matre, dissuadentibus etiam Patriarchâ & aliis, se Regem coronari fecisset; regni divisionem ab eâdem extorquet. Re in Procerum conventu deliberatâ, & optione Balduino datâ, Rex Tyrum & Acconem urbes maritimas occupat: Hierosolymam, & Neapolin, matri gubernandas relinquit. Sed non multò pòst, instigãtibus iisdem improbis magistris, omni provinciâ matrem exturbare molitur: Neapoli vi expugnat; dehinc Hierosolymam contendit. Occurrit Fulcherus pontifex, ejusq; animum lenire studet: sed laterem lavat. Urbem Rex obsidet; & à civibus, regiâ indignatione territis, intromissus, arcem, quam mater tenebat, summâ vi oppugnat. Tandem, Neapolitanâ urbe contenta mater, Hierosolymam, regni caput, filio resignat.

¶ Dominio orbatus Edessenus Comitatus, de voluntate Comitissæ, quæ certos indè annuatim percipiebat reditus, & Regis Hierosolymitani, Constantinopoleos Imperator eo potitur. Quod cùm Noradinus cognovisset [illegible] to animo, in Græcos, quos effœminatos & molles [illegible] rat, exercitum ducit; eosq; omnes loco illo [illegible] serunt. eo bello, Antiochenæ ecclesiæ, tres archiep[illegible] tus, Edessenus, Hierapolitanus, & Turitiensis.

Non-minus periculum Antiochenæ imminebat urbi, quæ à viduâ regebatur: quam Patriarcha, (ut vulgi erat fama) quò solus ipse rerum summâ potiri posset, invitis omnibus, à secundis nuptiis retrahebat. Eodem tempore Raimundus, Tripolitanus Comes, ab Assassinis in quodam tumultu confoditur.

¶ Inter hæc erubuit, & ipsa Hierosolyma à Turcis tentatur. Nam Hyaroquini, quorum Majores olim eam tenuerant, undique conductis copiis, sociisque bellorum actis, Olivetum occupant. Sed cives præsidiarii, erumpentes, hostes terga dare cogunt. Fugientes Neapolitani cives [illegible] gladiis excipiunt: ac cæsa sunt ex Barbaris, eo die, ad quinque-millia: anno 1152. IX. Calend. Decembris, anno regni Balduini 9.

Tantâ victoriâ, & hostium spoliis ampli[illegible] [illegible] erecti illi, Ascalonam, unicum Ægyptiorum [illegible] rique, anno sequenti, mense Januario [illegible] sunt huic expeditioni, præter seculi Principes, Patriarcha Hierosolymitanus, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates plurimi. Obsessi, oppugnantium multitudine & robore territi, crebris nuntiis Calypham Ægyptium, de ferendo auxilio, sollicitant: qui, obsidionis mense quinto, expeditissimam mittit classem. Cujus adventu, & obsessis animus, qui jam penè ipsis interciderat, rediit. Sub idem tempus, Noradinus, Ainardo forti duce mortuo, Damascenorum universum regnum, profligato Rege, occupat. Dehinc Paneadensi urbi exercitum admovet, eâ spe, Ascalonæ obsidionem ità solutum iri: sed civium fortitudine inde repulsus est.

Ac iis Ascalonam oppugnantes milites, muri partem dejiciunt: sed, dum de primo in urbem ingressu inter se rixantur; magnâ clade acceptâ rejiciuntur, trabibus ruina reparatur: & cæsi milites, per funes ex muro suspenduntur. Quo spectaculo exciti duces belli, ecclesiarum nimirum præsides, summo conamine (licèt multi ex secularibus id dissuaderent) urbem tentandam, extremumq; periculum subeundum censent. Prævalet pontificum sententia. Mox tuba personat: ad arma coguntur milites: hostes ad pugnam provocantur. in quos vehementiùs milites irruentes, tantâ eos concidère strage: ut omne militiæ robur consiliumque obsessis perierit. Primarii enim ipsorum duces simul occubuère. Missis itaque ad Regem Legatis, supplices pacem petunt; ac urbem tradunt. Civibus libera discedendi potestas, cum universâ familia, conceditur. Capta est urbs anno 1154. die 12. Augusti. Præda amplissima inter milites, eorũq; duces, distribuitur. at Almerico, Regis fratri, Joppensi Comiti, urbis cessit dominium.

¶ Iisdem ferè diebus, apud Ægyptios, Calypham, quem ipsi numinis cujusdam loco colebant, Soldanus interfecit: quò suum filium, Noseradinum, ad eam honoris [illegible] nitatem eveheret. Sed populo arma contra homicidam corripiente, ipse cum filio fugâ sibi consulit, versùs Damascum iter arripiens. Recognitâ, vicini Damasco Christiani, perfugos adoriuntur: iisque cæsis, tantis spoliis potiuntur; quanta vix unquam visa fuerant. Noseradinus,

qui forte, in prædæ distributione, Templariis militibus contigit, ab iisdem Ægyptiis repetentibus venditur, sexaginta aureorum millibus: qui in minutissimas eum discerpierunt partes.

¶ Eodem tempore Rainaldus gregarius miles, (qui, ductâ in uxorem Constantiâ, Raimundi viduâ, Antiochenis imperabat) Cyprum, præter meritum, miserè depopulatur, & omnibus exuit facultatibus; plurimis, sine sexûs & conditionis discrimine, trucidatis.

Noradinus Paneadensem urbem, quæ Hemfredo, Regis Hierosolymitani constabulario, parebat, obsidione denuò cingit; graviterque obsessos affligit. qui tandem, re ad extremum perductâ casum, erumpentes, atroci prælio cum hoste confligunt. Sed à Barbaris fugam capessere coguntur: qui eos idem tanto impetu insequuntur, ut & portâ, totâque urbe, præ multitudine, potiantur. Cives in arcem, quæ munitissima erat, se recipiunt.

Rex Hierosolymitanus, cognitâ Paneadensium calamitate, suppetias fert. Quâ de re edoctus Noradinus, succensâ prius urbe, cum prædâ excedit. Liberati cives, regiis eos tutantibus copiis, mox urbis mœnia reparant. Noradinus interea, cum suis, in vicinâ sylvâ latitabat, in quasvis occasiones damna inferendi intentus. nec eum suæ spes fefellit. Nam Rex, dimissis pedestribus copiis, solo cum equitatu, & eo quidem non-satis copioso, proficiscebatur. In quos, Jordanem jam transituros, Barbari irruentes, ordinem turbant: & facto conflictu Barbari superiores extiterunt. Rex, cum paucissimis ex pugnâ se subducens, in Saphet oppido se occuluit. Nobilium virorum non-exiguus numerus, vivus in hostium manus venit. Acciderunt hæc anno 14. regni Balduini, qui fuit salutis 1150. XIII. Cal. Julii.

Post hanc victoriam, Noradinus, vir strenuus & impiger, contracto novo milite ex agro Damasceno, iterum Paneadem obsidet: eâ spe, Regis vires ex acceptâ clade ità fractas esse; ut nihil indè sibi periculi sit metuendum. Et (ut hoc obiter Lectorem moneamus) hanc ipsam urbem, ait *Tyrius*, in sacris monumentis, Lesem, Dan, & Cæsaream Philippi appellari.

Rex, quotcunq; milites cogere poterat, in auxilium mittit obsessis: idem & Antiochenus Princeps, & Tripolitanus Comes, præstant. Noradinus, horum adventu cognito, licèt urbis muros propemodum effregisset; jam-jamq; ad deditionem inclinarent Paneadentes: obsidionem solvit; & in ulteriores regni sui partes se confert.

¶ Inter hosce motus, Theodoricus, Flandrensium Comes, conjuge eum comitante, (quæ Balduini Regis ex patre soror erat) ad portum Berytensem, haud-parvo militum numero stipatus, appellit: anno (*ut habet Flandria Chronicon*) 1157. Terræ sanctæ Principes, tantorum hospitum adventu in spem erecti, mox quiq; exercitum cogere cœpit: vocatoq; in auxilium Armeniorum Principe, Noradinum, ad Neptam urbem castra habentem, petere statuunt. sed de desperato ejus morbo certiores facti, animum mutant; & Cæsaream, Syriæ quandam urbem, super Orontem fluvium, arctâ concludunt obsidione. Cives, negotiationibus magis, quàm bellicis rebus exercitati, & de sui Principis Noradini, quem decumbere nesciebant, potentiâ confidentes, minùs-prudenter bellum administrant. Haud-magno itaq; labore obsidentes urbem, licèt ea munitissima esset; primo statim impetu potiuntur. Cives, non defendendi; sed potiùs occultandi se gratiâ, intra arcem, quæ urbi contigua erat, confugiunt. Cæterùm, orto ex prædæ divisione inter duces dissidio; arce salvâ, ipsi, divite prædâ contenti, Antiochiam simul rediêre. Dissidii verò ea erat occasio. Balduinus Rex Theodoricum Flandrum eâ urbe, si caperetur, donârat. At cùm Rainaldus Antiochenus, suo eundem dominio subesse postularet: Theodoricus, Regibus solùm, non autem Principibus, se hactenus paruisse, asserens, id facere renuit. Principes porrò reconciliati, vicinum quoddam Antiochiæ oppidum, Arethusam nomine, expugnant. Dehinc quisque ad sua regreditur. Cum Rege Theodoricus Flandrus Hierosolymam proficiscitur.

Noradinus, qui jam, præter omnium opinionem, ex morbo convaluerat, de solutâ Principum expeditione certior factus, ipse rursus arma induit; & Suetam arcem, quæ Hierosolymorum Regis erat, graviter oppugnat. Obsessis Balduinus Rex cum Flandro suppetias fert: à quibus Noradinus confligens vincitur, Idibus Julii, anno 1157.

Eodem anno, Balduinus Rex Theodoram, Emanuelis Constantinopolitani Imperatoris ex fratre neptem, uxorem ducit.

Aliquantò pòst, Noradinus, Iconensis Soldani agros igne ferroq; perdit. Hierosolymorum verò Rex, eâ occasione, Damascenum agrum impunè depopulatur.

Rainaldus Antiochenus, qui, Aulicorum impulsu, prædas in fideles populos, inter Maresiam & Tulupam habitantes, egerat, ab Alapiensi Præfecto, dum reditum parat, capitur, anno 1160. IX. Calend. Decembris.

Principatûs administrationem Balduinus Rex in se, populo id petente, recipit. Sed, dum Antiochiæ aliquando commoratur, ante ingruentem hyemem, pro more, pharmaco quodam utitur; cui venenum immixtum credebatur: ex quo paulò pòst, dysenteriâ & febri simul correptus, interiit. Veneni suspicionem auxit; quòd pharmaci reliquum, cani porrectum, eum enecuit. Obiit anno regni 24. salutis 1163. Idibus Februarii; ætatis verò 33. Ob ejus obitum, non amici tantùm; sed & hostes doluerunt. Nam Noradinus, cùm ad hostiles irruptiones, dum exequiæ pararentur Regi, à suis instigaretur, dixisse fertur: Compatiendum est, & humanè indulgendum justo eorum dolori: eò quòd Principem amiserint; qualem reliquus hodie non habet Orbis.

AMALRICUS.

BAlduino, cùm is hæredibus prorsus destitueretur, Amalricus frater, Joppensis & Ascalonitanus Comes, clero & populo universo, ex magnatibus verò paucis assentientibus, substituitur; & 12. Calend. Martii, ab Almarico, patriarchâ Hierosolymitano, coronatur. Cæterùm, antequàm hoc fieret; à Patriarchâ & Johanne quodam Cardinale, pontificio Legato, conjugem, quæ quarto gradu eum attingebat, abjurare cogitur.

Huic Regi Ægyptii tributum pendere, omnium primi denegant. sed Rex, contra eosdem copias educens, ac prælium cum iis iniens, superior exstitit, fugatis hostibus: qui tamen, ne terræ suæ majora inferantur incommoda, ruptis Nili aggeribus, aditum intercluserunt. Dum in Ægypto moram trahit Rex: Noradini copiæ, cùm, rerum [illegible]rum successu elatæ, sinè majori aliquâ solicitudine, cubarent in finibus Tripolitanis, à cohorte quâdam Christianorum cæduntur. Noradinus, è strato exiliens, relicto gladio, & altero pede nudus, equo insidens, fugâ saluti suæ consulit. Tantam autem fugæ ignominiam postea deleturus, vires reparat; vicinorum opem undecunque conquirit, & Arethusam oppidum coronâ cingit militari. Obsessis Antiochenus Princeps, Raimundus junior Tripolitanus Comes, Galamannus Ciliciæ Præses, & Toros Armeniorum Princeps auxilia subministrant. Quo cognito, hostes indè recedunt. Quos verò illi acriùs, gloriolæ cupidissimi, insectantes, magnum sibi crearunt malum. Turci enim, locorum periti, cùm insequentes palustribus quibusdam locis conclusi essent, magnam inter ipsos stragem edunt. Belli duces, quos diximus, omnes capiuntur, præter Armeniorum Principem: qui & pedem retraxerat, & hostem longiùs persequi cæteros fuerat dehortatus sedulò. Dehinc ad prædictum oppidum reversus Noradinus, intra paucos dies illud expugnat, anno 1165. Posthæc, rerum successu & Regis absentiâ fretus, Paneadensem urbem petit: eâque, civibus liberâ discedendi datâ potestate potitur.

Ex Ægypto, bello feliciter administrato, reversus Rex, & ab Antiochenis, ut afflictis & penè jam desperatis rebus opem ferat, vocatus; eò mox, cum Flandrensi Comite, itineri se accingit: viris aliquot, prudentiâ insignibus, regni administratione demandatâ. Exacto autem ferè captivitatis anno, Princeps eorum, Regis studio, multo prius argento persoluto, liberatur. Eâdem tempestate Syraconus, Noradino militans, duo quædam præsidia, quorum alterum in Sidoniensi agro, alterum verò ultra Jordanem in

Arabiæ

Arabiæ finibus situm erat, expugnat. Hujus proditores, duodecim numero, qui de consortio fratrum Templi erant, Amalricus Rex de patibulo suspendit, anno 1166.

Aliquandò pòst, Syraconus, maximi Saracenorũ Principis omni stipatus militiâ, in Ægyptum, pro eâ subigendâ, descendit. Ægyptii, extremum sibi exitium intentari, seq; tantæ hostium multitudini impares fore, facilè animadvertentes; Hierosolymorum Regem in subsidium vocant: præter annuum tributum, ei pollicentes quadringẽta aureorum millia; si à tanto eos hoste securos redderet. Pactis utrinq; ritè confirmatis, arma induit Amalricus; & Syraconum, qui præcesserat, insequitur. Ad Nilum verò opposita locarunt castra. Syraconus enim cum suis flumẽ jam transierat. Mox ex navigiis & trabibus, quorum magnam copiam regio illa subministrabat, pontem super Nilum, Hierosolymitani exercitûs pars exstruit. Reliqua multitudo noctu, navigiis transportata, hostium cohortẽ, quæ insulam Mahelech ditissimam occupârat, trucidat: & qui gladium effugerant, aquis submerguntur omnes. Eâ clade animo fractus Syraconus, motis castris universis in solitudinem quandam clàm secedit. Rex, relictis ad pontem custodibus, magno animo, licèt militum numero longè inferior esset, cum Ægyptio milite subsequitur; & in arenoso quodam loco, hostem in acie stantem offendit. Ac omnium primùm in eam legionem, cui ipse Syraconus præerat, impetu facto, ea prosternitur: ipse Dux in fugam vertitur. Cum reliquis ancipiti prælio diu fuit dimicatum. Tandem & isti in fugam versi, in Impedimenta Regis, in quæ fortè inciderant, sæviunt: & prædâ quidem hi amplissimâ; illi verò victoriâ potiuntur. Hostes tamẽ Hugonem Cæsareensem captivum unà abduxêre.

Syraconus, ex fugâ iterum suis collectis, Alexandriam contendit: quem cives intra mœnia recipiunt. Rex subsequens, ad præterlabentem Nilum, quò commeatu eos intercluderet, castra tantùm ponit. Nam indè alimenta civibus apportabantur. Syraconus, famem persentiscens, relicto Salahadino cum mille equitibus, ipse cum reliquo milite, per solitudinem, nocturnis temporibus excedit; & superiores Ægypti partes, non sinè maleficio, peragrat. Hunc Rex insectari volebat: sed ab Ægyptiis ducibus, Alexandriæ expugnationem maturandam consulentibus, retrahitur. Admotis itaq; ad urbem machinis, muros turresq; concutiunt. Cives mercimoniis, non armis assueti, cædium, vigiliarum perennium, timoris, famisq; in-primis pertæsi, hospites, quos receperant, ejicere statuunt. Salahadinus, civium animo perspecto, patruum Syraconum, ut rebus afflictis citissimè opem ferat, revocat: civesq; ne moram impatienter ferant, orat, obsecrat. De quâ re obsidentes certiores facti, acriùs instant; hortos amœnissimos vastant; omnisq; generis machinas, ad expugnatiõnẽ profuturas, urbi admovent; obsessosq; premunt. Syraconus, opem laturus, cùm ad pontem Nili, nuper exstructũ, Hugonem, de Hybelim (qui ab Amalrico Rege repudiatam duxerat uxorem) residere offenderet; animo frangitur: & Hugonem Cæsareensem, quem secum captivum ducebat, ut ipso mediante pax utrinq; sanciatur, solicitat. Hugonis jussu, Arnulphus quidam nobilis, eodem prælio captus, Regem adit; ac rem omnem exponit. Placet cunctis Arnulphi sermo. Mox in obsidentium potestatem venit urbs. Salahadinus cum suis salvus dimittitur: ac utrinque omnes captivi restituuntur. Syraconus, relictâ Ægypto, ad suos retulit pedes.

Rebus ad hunc modũ pacatis, Rex victor ad suos quoque remeavit; & 12. Calend. Septembris, Ascalonem ingressus est: regni ejus anno 4. Christi 1167. Domum reversus Rex, cum maximo omnium applausu, novo perfunditur gaudio, Nam Mariam sponsam, Johannis Protosebasti filiam, Constantinopoli sibi adductam, domi offendebat. Quarto itaq; Calend. Septembris, Tyri, regio apparatu, nuptias celebrat.

Anno regni sui 5. Amalricus Rex, icto cum Constantinopolitano imperatore fœdere, Ægyptiis, regni illius opulentiâ exstimulatus, bellum infert; quod hoc prætextûs titulo ornabatur: Ægyptium Soldanum, contra fidem datam, Noradini fœdus amicitiamq; expetere. Belli fax primaria erat Gerbertus quidam, Hospitalis domûs Magister. Mense itaque Octobri, educti exercitus in Ægyptum contendunt. Primo impetu Beleis urbem (quæ alio nomine Pelusium dicitur) expugnant, 3. Nonas Novembris: & sinè sexûs ætatisque respectu, miseros cives jugulant, aut vinculis ligant. Dehinc Chairus urbs obsidetur. Præterea, classis Hierosolymitana Tapium civitatem diripit. Soldanus Amalrico, auri cupidissimo, vicies-centena millia promittit; si bellum avertat. Centena millia mox solvit; quibus filium & nepotem, Pelusii captos, redimit: pro reliquo, intra paucos dies solvendo, duos nepotes dat obsides. Cæterùm solutionem studiosè de die in diem differt: quò omne Ægyptium robur cogi, & Turcicum auxilium interim advolare posset. Ac, cùm jam imminere diceretur Syraconus, Turcorum Dux; Amalricus Rex, solutis castris, obviàm ei procedit: sed ab eâ viâ, quâ hostis proficiscebatur, aberrat. sicq; in Ægyptum venit Syraconus. Territus duorum exercituum multitudine Amalricus, in Syriam redire parat.

Syraconus jam-jam, quod superiori expeditione tentaverat, assequendi tempus & occasionem offerri optatissimam, facilè perspiciens, ad Chairum castra locat: amicum se simulat egregium. Soldanus hospitè excipit summâ benevolentiâ; invisit eum sæpius: sed tandem, jussu Syraconi, cùm visendi gratiâ veniret, occiditur à militibus. Sicq; Syraconus voti sui compos efficitur; & Ægypti Soldanus per Calypham designatur. sed vix anno exacto uno, è rebus humanis excedit. Cui fratris filius surrogatus, Calypham, summum Ægypti gubernatorem, clavâ interimit; omnemq; ejus progeniem penitùs exscindere laborat.

Cæterùm, illâ in Ægyptum expeditione, Rex non tam Ægyptiis, quàm suo regno, magnum malum creavit. Commercia enim interciderunt: &, quod majus est, erat nunc Noradino, acerrimo hosti, terrâ mariq;, loca sancta, pro arbitrio, nemine resistere valente, infestandi aperta fenestra amplissima: nec ullam occasionem ipse neglexit. Rebus itaque omnibus ad interitum tendentibus: ad Occidentis Principes communi consilio Legati mittuntur; Amalricus Patriarcha, Ernestus Cæsareensis Archiepiscopus, & Guilhelmus Acconensis Episcopus. sed obortâ tempestate subitaneâ, vix naufragium evadentes, post triduum revertuntur. Eæ pòst partes Friderico Tyrio, & Johanni Paneadensi, episcopis, demandantur. Sed hoc Lutetiæ Parisiorum defuncto, ille, post biennium, infecto negotio domum redit.

Anno Christi 1169. Constantinopolitanus Imperator, ut promiserat, copias ad bellum Ægyptiacum subministrat: quæ centum & quinquaginta navibus vectæ, ad Tyrum appellunt: ac præterea alias sexaginta, ad commeatũ portandum, paratas. Amalricus quoq; omnem ex universo regno militem cogit: ac dispositis regni negotiis, 18. Calend. Octobris, hospitibus conjunctis, Ascalonã solvunt. Nec pedestris exercitus exiguus erat. In Ægyptum delati, Damiatam obsident: sed frustrà in ejus oppugnatione uterq; exercitus desudat; civib' & Turcico præsidio fortiter mœnia tutantibus. Fame insuper Græca classis premebatur maximâ. Et oppidani, repletum quoddam navigium aridis lignis & sarmentis succendunt: flumine & vento secundo, in classem oppugnantium immittunt. quo strategemate quinque naves in favillas redactæ sunt. Tandem, pace utrinque factâ, discessum est. Rex, cum equestri quidem comitatu, salvus ad patrios regreditur lares: ex classe verò, paucissimæ naviculæ servatæ sunt. Reliqua navigia mare absorbuit.

Anno 1170. mense Decembri, Salahadinus Ægyptius Palæstinam bello petit, & Daron oppidum expugnat: arx tamen salva mansit; in quam, urbe amissâ, cives se receperant. Ex regiis etiam copiis, quæ obsessis suppetias laturæ advenerant, plurimi cæduntur. Posthæc in suum regnum Salahadinus rediisse scribitur: causæ tamen abitûs non indicantur, cùm tantus fuerit ejus exercitus; quantum Terra sancta in eum diem non viderat unquam. Soli e-

nim equites, ad quadraginta-millia fuisse reputantur.

Mortuo Thoro, Armeniorum Principe, ipsius ex sorore nepos Thomas, Procerum regni suffragio, sceptris potitur. At Melier, frater Thori, assumtis à Noradino Turcis, nepotem ejicit; sibiq; regnum, contra pietatē, (Christianus enim ipse, Turcis se conjunxit, eorumq; amicitiam sanctè deinceps semper coluit, maximo cum Christianorum malo) rapit.

Anno 1172. Montem-regalem (castrum est trans Jordanem) Salahadinus Ægyptius tentat. sed cùm res minimè succederet, ab incepto desistit; & patrios iterum invisit lares. Anno sequenti reversus, omnem traus Jordanem depopulatur provinciam.

Eodem ferè tempore Raimundus, Tripolitanus Comes, octavo captivitatis suæ anno, è vinculis, aureorum millibus octoginta liberatur: pro solutionis fide, obsides dantur.

E`rebus humanis exemto Noradino, año regni sui 29. mox Paneadem urbem Almericus Rex obsidet. sed defuncti Principis vidua, certâ pecuniæ summâ expensâ, & viginti equitibus ex carcere emissis, Regem placat: ut, solutâ obsidione, discederet. Dimissis copiis, cum familiari comitatu Tiberiadem venit: ubi dysenteria laborare cœpit. Hierosolymam indè delatus, curatâ dysenteriâ, in febrem incidit; quâ & extinctus est, anno Domini 1173. V. Idus Julii; regni 12. ætatis 38.

BALDUINUS IV.

Amalrico in regno succedit Balduinus filius, annorum 13. & elephantisi correptus; ex Agnete. pòst à patre repudiatâ, (ut suprà diximus) prognatus: & in Hierosolymorum templo, ab Almerico Patriarchâ, quarto à patris obitu die, diademate regio redimitur. Regni negotia, ob ætatem Regis juvenilem, Milo quidam de Planci, homo superbus & arrogans, administrabat. Verùm is non multò pòst à sicariis, quos æmuli subornarant, Accone trucidatur. Ejus dignitate Raimundus, Tripolitanus Comes. ornatur,

Iisdem ferè diebus, Noradinus, Damascenorum Princeps, obiit; relicto Meleialâ, impubere Filio, regni hærede. Cujus imperium detrectantes magnates, Salahadinum Ægyptium clam vocant; eiq; urbem produnt. Posthæc Cœlesyriam idem petens, Heliopoli, Emisâ, & Cæsareâ-magnâ, nullo cum labore potitur. Ardebat animus regni & gloriæ cupiditate: ideoq; Melesalam omninò ejectum volebat; &, ut toti Orienti imperitaret, manibus pedibusque laborabat. Sed Melesalam everti, & Orientis opes Ægyptiis conjungi, minùs è re Hierosolymitanorum erat. Tripolitanus itaq; cum copiis hosti objicitur.

Cotobedus, Parthorum princeps potentissimus, pupilli, cujus res agebatur, patruus, in subsidium aliquot equitum turmas mittit. sed illi ad Alapiam, ubi Melesala se cōtinebat, cæduntur. Tripolitanum etiam, obsidibus (quorum paulò antè meminimus) gratis ipsi restitutis, quos Emissa servabat, placat. Aliquantò pòst, & Rainaldus Antiochenus, & Joscelinus Edessenus, multo auro ex vinculis liberantur.

Anno Balduini quarto, Philippus Flandriæ Comes Hierosolymam venit. Aderant & Constantinopolitani Imperatoris legati. Tractatum est ibi de expeditione in Ægyptum. sed Flandro tergiversante, bellum non successit. Conspectis autem locis sacris, Flandrus, junctus Tripolitano Comiti, qui ab Ægyptiacâ eum retraxisse credebatur expeditione, Bohemundo, Hospitalariis & Templariis, circa Emissam & Cæsaream-magnam, hostium agros liberè depopulantur. Salahadinus enim, de expeditione in Ægyptum, quam priùs illi moliti fuerant, edoctus, omnes militiæ vires eò contulerat. Arethusam dehinc, quam Meleialæ, omni regno exuto, solam reliquerat Salahadinus, obsident; graviter oppugnant. Salahadinus, qui hactenus in procinctu, hostem exspectans, steterat, rei præclarè gerendæ occasionem divinitùs quasi sibi nunc offerri ratus; & Christiano exercitu Arethusæ expugnatione occupato, facilem, ad regnum Hierosolymitanum invadendum, patère sibi aditum. Rex, de hostium adventu præmonitus, vocato, qui supererat, milite, Ascalonem contendit. Barbarus, infinitâ cum comitante multitudine, in Christianam delatus terram, agros populatur; pecora abigit; cædem miserorum facit; vicos villasq; succendit: & haud-procul ab Ascalone tentoria figit. Ascalonitis prælium detrectantibus, ipse ferocior factus est. Qui Hierosolymis erant, de fugâ, si quà evadere liceret, cogitabant. Diffusis hinc-indè prædandi gratiâ hostibus, Ascalone Rex militem clàm reducit: ut inopinantem Salahadinum opprimeret. nec eum spes fefellit. Nam expetito priùs divino auxilio, in hostem impetū facit: ac cùm æquo aliquamdiu pugnatum esset certamine; tandem ad Regem inclinat victoria, Salahadino cum suis fugam arripiente. Præda victoribus cessit amplissima. Pugnæ dies erat 25. Novembris, anni 4. Balduini; salutis 1177. Divinitùs hanc victoriam contigisse, tum ex pugnantium multitudine impare constat; (Salahadinus enim equitum circiter millia viginti-sex habuit: Balduinus verò trecentos & septuaginta, cum paucissimis peditibus) tum quòd, cōtinuis imbribus hostis impeditus, suos ex fugâ colligere non valuerit. Præterea, fame & frigore, maxima hostium multitudo absumta est. Ab Arethusâ verò, re infectâ, oppugnatores discessère.

Sæpiùs deinceps, acceptam ulturus injuriam, Salahadinus in Christianam terram hostiles facit impetus: Sidoniensem agrum præ cæteris maximè affligit. Rex, arma corripiens, hostem reprimere tentat: ejusque cohortem quandam, prædas agentem, fundit. Salahadinus, de suorum clade edoctus, subitò advolat; & spolia omni metu sepo sito dividentes obruit; plurimos trucidat. Ottho militiæ templi Magister, & Hugo de Tiberiade, Tripolitani Comitis privignus, capiuntur. Rex cum reliquis fugâ elabitur.

Aliquanto tempore ab exteris hostibus quies jam fuerat terræ Sanctæ. Salahadinus enim, cùm Damascenorum regio, quæ integrum ferè quinquennium nullâ pluviâ rigata fuerat, omni alimentorum genere destitueretur; pacem cum Balduino sanxerat. Verùm domestici motus, quos regii amici ciebant, tranquillitatem illam diuturnam esse, passi non sunt. Tripolitanus Comes, cui regni administrationem demandatam diximus, Hierosolymam versùs iter faciens, & Biblii subsistens; æmulis apud Regem eum traducentibus, quòd regni diadema appeteret; non sinè dedecore pedem referre jubetur. Ejus rei autores primarii erant, Regis mater, mulier importuna, & ejusdem frater, regius Senescallus: qui, absente Comite, pro suo libitu Regem ducebant. At regni Principes, magnarum calamitatum telam indè facilè texi posse, animadvertentes; illis invitis, Comitem multo cum labore revocant, & Regi reconciliant. Sicq; hoc malum sopitum est.

Salahadinus, affulgente iterum belli gerendi commodâ occasione, paci, contra fedus initum, renuntiat: & convocatis copiis, ex Ægypto Damascum redire constituit. Rex, adventu hostium cognito, & ipse regni robur universum cogit: ac hosti, quem ad mare mortuum adventurum putabat, occurrere parat: & juxta veterem quandam urbem, cui Petra-deserti nomen, in secundâ Arabiâ sitam, castra ponit. Sed Salahadinus ab itinere instituto deflexerat: & in terram Regis delatus, ad Montem-regalem (arcis cujusdam nomen est) sedes fixit. Aberant autem à se invicem uterq; exercitus, ad milliaria triginta-sex. Qui circa Damascum, Bostrum, Emissamq;, degebant Turcici Satrapæ, cùm eo loci regnum Hierosolymorum defensoribus destitutum scirent; Jordanem transeunt; Galilææ partem deprædantur; & Buriam, castellum ad radices montis Thabor situm, haud-procul ab urbe Naim, præter civium opinionem, coronâ cingunt, & intra paucos dies expugnant. Cædes ibi plurimorum facta est: & quingenti circiter in vincula abducti sunt. Cùm ad Regalē-montem, fessum ex continuis itineribus militem, non sinè incolarum maleficio, refecisset: nemine obstante, Damascum usq; pervenit Salahadinus. Eò mox omnem Damasceni regni vocat militem: qui Ægyptiis conjunctus, Terram sanctam ingreditur. Barbarus exercitus ad viginti-

millia

æstimabatur. Balduinus, in extremis rerum angustiis constitutus, (Tripolitanus enim Comes, ex quo omnis belli talus pendère videbatur, acutâ decumbebat febri) cum septingentis equitibus, fortiter ad hostem, ad Froboles vicum residentem, procedit: factoq; prælio, superior evadit. Hostis enim, Christianorum fortitudine territus, terga dabat. Et gladio, & calore Solis intensissimo, maxima eorum pars cecidit. Salahadinus dehinc Damascum iterum contendit.

Hac cùm Salahadino res non succederet viâ; aliâ aggreditur: ex Ægypto classem vocat; & ad Berytensem urbē, quam oppugnare animus erat, appellere jubet. Advolat illa circa Calendas Augusti. Salahadinus pedestres copias adducit: ac terrâ marique urbem indefesso studio tentat. Præterea Salahadini frater, qui interim Ægyptio præerat regno, Darum (novissima regni Hierosolymitani, in finibus Ægypti, urbs est) depopulatur. Balduinus, Procerum consilio adhibito, periculosiori morbo, quo-cum Berytenses conflictabantur, medelam adhibendam statuit. Nam utrumq; hostem simul reprimere, vires non sufficiebant. Tyrum cum exercitu profectus, classem triginta-trium navium adornare jubet. Res intra dies septem mirâ celeritate perficitur.

Dum hæc Tyri aguntur: Salahadinus, cùm fortè excubitores intercepissent nuntium, literarum fasciculum ad obsessos deferentem, quibus, ut urbem strenuè tuerentur, monebantur, factâ ipsis certâ spe de auxilio ferendo; obsidionem solvit. Rex, de hostium abitu certior factus, Sephorum redit.

Salahadinus, gloriæ, ac longè lateq; dominandi libidine, supra modum ardens, in Mesopotamiam bellum transfert: & Euphrate transmisso, Edessam, Carram, & alias quam-plures civitates, Mussulæ dominio subjectas, partim auro, partim vi expugnat. Rex Hierosolymitanus, commodam hosti damna inferendi occasionem arripiens, Damascenum agrum hostili animo depopulatur: Patriarchâ, qui crucis lignum exercitui præferebat, simul eunte. Re feliciter gestâ, pedē referunt. Facta hæc sunt año 1180. mense Octobri.

Cumq;, externo bello implicitus, Salahadinus diutiùs abesset, denuò communi consilio in Damascenorum fines fit impetus, mense Decembri ejusdem anni. Bostro vicinæ villæ, per Tripolitanum Comitem, armentis spoliantur; abactis incolis. Rex, aliâ viâ cum maiori comitatu incedens, nulli loco, non hominibus, in hostium agro parcit. sed, cùm ipsam urbem Damascum attigisset, regressus est.

Ex Mesopotamiâ victor reversus Salahadinus, rectà Alapiam contendit: quæ totius regni robur putabantur, quāque ipse andivissimè expetebat. Tam itaq; obsidione cingit. Urbis dominus, Samare, & aliis quibusdam oppidis, ut per Legatos, inciis civibus, petierat, donatus, hosti eam tradit.

Tanto rerum successu Salahadini, Sanctæ terræ Principes in angustias coguntur: clâm militem alunt; quò vicino hosti, si necessitas fortè exigeret, resistere valerent. Sub hoc tempus Rex Nazarethæ in febrem incidit: & elephantiacus morbus indies magis magisq; ingravescebat. De vitâ itaq; ipse desperans, Guidonem Lusianum, cui nuper sororem viduam desponderat, Comitem Joppensem & Ascalonitanum, præsente matre & Patriarchâ, regni procuratorem constituit; salvâ sibi regiâ dignitate, retentâque Hierosolymâ, cum reditibus decem-millium aureorum, annuatim solvendorum. Jurâsse fertur & ipse Guido Regi, quòd, eo vivente, ad coronam nunquam adspiraret.

Cùm interea nonnihil respitâsset a bellicis laboribus Salahadinus; in terram Sanctam iterum movet: multa castella effringit; damnaq; habitatoribus infert infinita. Adversarius exercitus ad Sephorianum fontem considet: cui Pisani, Januenses, Veneti, Longobardi, cùm hyeme instante à navigatione prohiberentur, se conjunxerant. Aberat vix uno milliari hostis: urbium vicinarum habitatores, metu periculi, intra mœnia se continent; minusque commeatu exercitum juvant. unde & fame in Christiano exercitu laboratum est. At licèt sacris militibus sæpiùs commoda daretur occasio, cum hoste confligendi: tamen odio (ut ferebatur) contra Guidonem regni procuratorem concepto, reliqui Duces prælium detrectarunt, quàmvis semper alii prætextus afferrentur. Cumq; jam multos dies liberè hostes prædas egissent, ad sua redière.

Vix autem elapso uno mense, redit Salahadinus: machinis bellicis, quæ ad urbium expugnationem facerent, iisq; fortissimis & pluribus instructus; & per illustratis trans Jordanem locis, Petraeensem urbem (dum nuptias agerat Hemfredus cum Regis sorore) obsidet. Rex [illegible] accersit auxilio Tripolitanum Comitem: quē, repudiato Guidone, regni procuratorem iterum ordinârat. Cujus fortitudinem Salahadinus pertimescens, obsidionem solvit: cùm jam integrum mensem duriter eos pressisset.

Cæterùm, antequam ad hoc bellum iretur: Rex Balduinum, suum ex sorore Sibyllâ nepotem, annorum quinque puerum, in regno successorem, de communi Principum consilio, denominat, regni gubernatore Tripolitano designato: anno 1183. die 20. Novembris. Sibylla autem, quam diximus, Guilhelmo juniori, Montis-ferrati Marchioni, per tres menses matrimonio juncta, isto pòst in fata concedente, ex eo Balduinum filium posthumum progenuit: illaq; deinde Guidoni nupsit.

Hactenus quod de rebus Hierosolymitanis diximus, *Tyrius*, præsens rerum spectator, adeoq; fide dignissimus, nobis suppeditavit.

Ex eo autem tempore, regnum Hierosolymitanū semper in pejus ruere cœpit. In Rege enim Balduino, qui & corpore & consilio parùm valebat, nulla erat spes: in Rege puero nulla; qui, ob ætatem immaturam, tantæ dignitatis onus ferre non poterat. Guidonis & Raimundi Tripolitani simultates, regni rebus plurimùm obstabant. Præterea hic cum Barbaro amicitiam nimis suspectam contraxerat. Solius itaq; Guilhelmi, Tyri archiepiscopi, consilio Rex utebatur: qui, cùm a vicinis nihil restaret solatii, (Constantinopoli enim sceptrum terræ Andronicus miscebar,) a Philippo Franco, Heinrico Anglo, & Friderico Germano, auxilium rebus afflictis petendum consulebat. Mittuntur Legati ad Romanum Pontificem: quem omnium primum solicitandum censebat. Is omnem operam pollicetur largissimè; & quidem pro virili præstat. Nam per Legatos, quos ipse addebat, ad Francum, Anglum, ac Germanum Imperatorem, hospites illos deducit. Ab his omnibus, quidem spes amplissima facta est. At Balduinus, cùm ex Legatis domum regressis præterea nihil cognoscere liceret, mœrore & angustiâ magis, quàm dolore aut acerbitate morbi, extinctus est: anno ætatis suæ 25. regni verò 12. qui erat Christi 1185.

BALDUINUS V.

MOrtuo Rege, quæ jam sub cineribus lanterant scintillæ, in magnum exeunt incendium. Tripolitanus enim Raimundus, omnem regni administrationem, ac Regis pueri Balduini tutelam, sibi integram deberi, contendit. At Sibylla, defuncti Regis soror, & viventis mater, Guidonem maritum instigat; ut competitori nullo modo cedat. Minis autem, quod volebat, Guido extorquet à regni Proceribus. Sed paucis mensibus, septem nimirum, avunculo suo superstes fuit Balduinus; à matre (ut vulgò ferebatur) lento veneno regni cupiditate sublatus. Ejus obitum mater non priùs aperuit; quàm ab Heraclio patriarchâ, Episcopis, Proceribusq;, suum Guidonem regio diademate insigniri, magnis muneribus redemisset. Sic uno eodemque die Guido coronatur; & Balduini exuviæ terræ mandantur.

GUIDO.

TRipolitanus, cùm omni spe regni decidisset, irâ exæstuans, omnem movere cœpit lapidem; ut Guidoni ægrè faceret. Salahadinus animum ægrotum, & regnandi cupidum, magis impellit; eiq; suam operam addicit. Quod officii genus avidè arripit Raimundus. Fata enim Hierosolymitanum regnum appetebant. Salahadinus, missis nuntiis, Turcos, Saracenos, ac Ægyptios, arma capessere hortatur: utendum occasione omnium maximâ

discordia [illegible] icet Principium Christianorum. Ex prædâ divitias pollicetur amplissimas. Convolat ex omnibus locis subitò tantus, ad Acconensem urbem, (nam is dictus erat locus) exercitus, ut numerum ferè excederet omnē: ac, quibus per Hierosolymitanorum fines iter tutum non patebat, Tripolitanus per Tiberiadis, Nazarethanum, & Galilææ agrum, salvos deducit. Accon urbs primùm ab hoste obsidione cingitur: & omni telorum & machinarum genere impetus fit. Sed, dum in urbe expugnandâ toti intenti sunt Barbari: per aversam portam Templarii & Hospitalarii erumpentes, tanto oppugnantes à tergo concidunt robore; ut quindecim-millia Barbarorum circiter eâ pugnâ occubuisse putarentur. Barbaris Tripolitanus Comes, sed habitu mutato, fucatâq; facie, adfuisse creditur. Nec Christianis incruenta fuit pugna; præsertim primariis quibusq; viris succumbentibus. Incidit hæc pugna in Calendas Maii, anni 1187.

Cùm vi nihil præclari agere posset Barbarus; rem dolo tentat. Autor est Tripolitano, ut amicitiam cum Rege simulet. Placet viro consilium: moxq; Regis per Legatos ambit amicitiam. Barbarus Tiberiadem, quæ Tripolitano parebat, omissâ Accone, (res ex composito agebatur) oppugnat. Tripolitanus à Rege auxilium poscit. Conscribitur exercitus; omnisq; regni vis cogitur. Conjungit se his Tripolitanus. Mille-quingenti equites; quindecim-millia peditum æstimabantur. At hostium exercitus, equitum centum-viginti millibus, peditum verò centum sexaginta millibus, constabat. Ad sublevandam igitur Tiberiadis obsidionem profecti, ad Sophoritanum fontem castra ponunt. In itinere mox obvium habent hostē: qui in singulas occasiones intentus, commodissimis quibusq; locis regios arcendos statuebat. Pugna inita est: quam nox tandem diremit. Postridiè restauratur prælium: in quo Barbari, Tripolitani proditione, & turpi ex acie fugâ, superiores exstitère. Cum Guidone Rege, & Bonifacius, Montisferratō Marchio, vivus in hostium venit manus. Capta & sacro-sancta crux. Omnes hoc prælio Christianorum vires concidère. Templarii & Hospitalarii omnes, quos barbarus ceperat miles, trucidati sunt. Rainaldus Castellio, acinace per jugulum adacto, interemptus est.

Partâ victoriâ, cætera omnia prona fuère Barbaro. Ptolemaide, Biblio, & Beryto, spontaneâ deditione potitus est. In dedititios enim mitis liberalisq; erat Salahadinus victor; nec religionis Christianæ quenquam, præter Latinos, excedere jubebat: modò æquo cum cæteris jure vivere, ac tributum conferre, pollicerentur. Dehinc Ascalone, quæ sola hostium impetus acerrimos, dies novē, magno animi robore sustinuerat, omissâ, Hierosolymam itum est. Quæ urbs, regni caput, anno salutis 1187. VI. Nonas Octobris, obsidionis die 14. anno 89. postquàm de Barbaris olim recepta fuerat, cùm non superessent, qui propugnarent, victori Salahadino conditionibus reddita est: ut civibus incolumibus vel abire, vel manere liceret. Latinis ad habitandum urbs negata: Syris, Græcis, Armeniis, Jacobitis, Georgianis, & Nestorianis, stationes designatæ. Exinde Ascalonem iterum petit Barbarus; & eam quoque sub conditionibus accipit. Convenit, ut Rex ac Templariorum magister dimitterentur. Inter has turbas Tripolitanus, nocte quâdam mortuus, in cubili inventus est; & quidem (*ut Vincentius* * *annotat*) circumcisus. quod defectionis, non modò à Rege Guidone; sed etiā à Christianâ religione, certum est argumentum. Ac tres tantùm urbes Christianis, in hisce tumultibus, salvæ mansère, Tripolis, Tyrus, & Antiochia: omni circumjacenti ditione in solitudinem quandam redactâ. Hujus tamen urbis præsidium; avarus Patriarcha scelerate, precio, Barbaro prodidit.

* lib. 29 cap. 41.

Porrò eam, quam diximus, calamitatem multa præcessère prodigia: crebri horrendiq; terræ tremores, venti atroces, Solis defectus, grando frequens ad-instar ovi anserini, majore solito mare redundans æstu. Regis Cubiculario prægrandis aquila, septem jacula unguibus uncis gestans, & Christianorum copias circumvolitans, per quietem visa, & hujusmodi humanam vocem edens; *Væ Hierosolymis*. Accedebat [illegible] plebis obrutæ sceleribus mores. nec [illegible] integrè vixisse traditur.

Fama rerum in Oriente pessum euntium Romanum Pontificem extinxit; Reges optimatesq; mœrore implevit. Gregorius VIII. Urbani successor, Principes, ut opem ferant, per Legatos urget: ut terrâ mariq;, ad Hierosolymam recuperandam, contendat. Inter hasce curas, & Gregorius succumbit. Clemens III. qui ut ejus locum, ita & sollicitudines subit, cunctantes Principes instigat. Ex ipsâ terrâ sanctâ aderant Legati; inter quos Guilhelmus Tyrius. Heraclium Hierosolymitanum fuisse, *Arnulphus* * annotat. Sed quicunq; fuerit; ejus hortatu, Ravennas & Pisanus archiepiscopi, sacræ militiæ nomina dedère. Quibus Genuenses, cum ingenti navium vi, se conjungunt. Anglus & Francus septem-millia virorum subministrant. Dani, Frisii, Hollandi, conjunctis classibus, Jacobo Avenienli, qui Brabantinas ducebat cohortes, se adjungunt.

* lib. 4

Salahadinus, Occidentalium apparatu cognito, Guidonem Regem, quem contra fidem, Ascalonensibus datam, per annum adhuc in vinculis detinuerat, dimittit: accepto ab eo juramento, nunquam se regni jus armis prosequuturum, aut vindicaturum. Eâ verò ratione cæteros milites placatum iri sperabat. Sed Patrum sententia, hosti fidem servandam in hac re non esse, censebat: cum ipse Regem diutiùs, quam convenerat, captivum retinuisset. Guido Tyrum se confert, regio tumens nomine: sed à civibus excluditur. Conradus enim, Montisferrati Marchio, Græcorum advectus navibus, Tyrum, civibus orantibus, & in verba ejus jurantibus, defendendam susceperat; hostemq; inde fortiter repulerat. Guido, collectâ undiq; manu, ac Venetis Pisanisque fortuitò supervenientibus, Ptolemaidem coronâ cingit. Salahadini copiæ, indè eos arcere molientes, cruento prælio rejiciuntur: ac obsidentes, ob famem jam ferè corporibus deficientes, prædâ & amplissimâ, & lautissimâ, potiuntur. Tantâque ad eam urbem Barbari clade affecti, eorumq; vires adeò fractæ sunt: ut nec terrâ, nec mari, in Christianos aliquid moliri, tùm ampliùs sint ausi. Atrocissima hæc pugna, in Calendas Julii, anni 1189. incidit.

Fridericus Cæsar, nobilissimo validissimoq; cum exercitu ex Germaniâ profectus, Pannoniamq; emensus, ad Græcos defertur: à quibus satis inhumaniter tractatur. Nam præterquam, quòd commeatum denegant, extremum agmen subindè, datâ aliquâ occasione, vellicant. Sed perrupit Fridericus. Magnâ etiam clade Iconienses Turcos, vias occludere molientes, affecit; Iconio expugnato. Sed dum ab Armeniis discedit, Antiochiam iturus, in fluvio Selephio, equo offendente, vorticibus aquarum suffocatur, anno 1190. IV. Idus Junii. Principatum paternum Fridericus filius suscipit.

Imperatoris miserandum interitum lugentes copias, Salahadinus ex Improviso obruere nititur: sed equorum hinnitu, & armorum fragore, proditum consilium, minùs feliciter succedit. Nam in fugam vertitur hostium manus. Indè movens Fridericus, Antiochiam venit. Exercitus ibi, fame & morbo confectus, civium benignitate reficitur. Unde in ulteriorem Cœlesyriam profectus, (*ut narrat Nicetas de Isaaci Angeli Imperio* *) Laodiceam, seditione laborantem, & ad Ismaelitas inclinantem, pacat. Berytum quoq; nullo labore subigit: atq; aliis plurimis Syriacis urbibus, quæ prius Latinis paruerant, tùm verò ad Saracenos defecerant, potitus est. Tyrum delatus, patri regiâ pompâ funus facit. Ad Ptolemaidem regiis castris succedit: ubi pluribus laboribus exsuperatis, & ipse diem claudit extremum: paternoq; monumentò Tyri reconditur.

* lib. 2.

Tricesimus-tertius jam obsidionis agebatur mensis, quo Francus ex Siciliâ, navigatione secundâ, castris succedit: qui, veluti cœlo demissus, ab omnibus excipitur. Paucis interjectis diebus, & Anglus, Cypro insulâ, quæ ipsi in mari periclitanti receptum negaverat, vi armisque subactâ, & Rege Isaacio tyranno capto, vel (ut aliqui volunt) occiso, præstò est. Tunc universis viribus urbs oppugna-

[illegible]; & tande[illegible]m multo labore ca[illegible] [illegible] primu[illegible] Leopo[illegible]us Austriacus, ex[illegible] conscendit; ac ex turri quadam suum exerci[illegible] [illegible]m. Accurrens Anglus, hoc dejecto suum [illegible] bstituit. [illegible] hac injuria maximi mali inter utr[illegible]que occasio: ut suo locu[illegible] [illegible]imus. Ex altero latere, subito[illegible] turris ruinâ, militi[illegible] liber in urbem datur ingressus. Cives, rebus suis desper[illegible]tis, hostium se dedunt fidei, à quibus mox conditiones offeruntur: Redderent sacro sanctam crucem; ducenta millia Byzantiorum aureorum solverent; captivi omnes, quoscunque Salahadinus teneret, ad suos redirent. V[illegible]is Barbaris nihil aliud promissum, quàm ut salvi discederent. Capta urbs 4. Idus Julii, anno 1191.

Hanc victoriam pestis subsecuta est, quæ plus quinquaginta Pontifices Comitesq; absumsit. Francus, relictâ copi[illegible]um parte, quam Odoni, Burgundiæ Duci, regendam dabat, in patriam remeavit. Summa rerum tùm ad Richardû Anglum deferebatur: qui mox Ptolemaidis muros restitui jubet. Gazam Templarii muniunt. Franco abeunte; & Austriæ Dux, cùm ad æmulum belli summa delata esset, c[illegible]am discedit. Classem suam Veneti & Genuenses quoq; revocant. Pisani & ipsi profecti sunt. Salahadinus autem, amissâ Ptolemaide, [illegible]is rebus diffidere cœpit. Eâdem tempestate, Cunradus Tyrensis à duobus sicariis, dum otiosè in foro ambulat, interimitur.

Exinde de Hierosolymitanâ urbe tentandâ tractatur. Placet consilium. Educuntur Ptolemaide, quotquot superarant milites. Præcedebat Anglus: mox Franci incedebant: agmen claudebat Jacobus Avenensis. Barbarus regni caput peti non ignarus, terga adoritur. Sed illi, versis signis, strenuè hostium sustinuerunt impetus: cùm qu[illegible]sq; gloriæ laude exstimulatus, vel solus hostem reprimere attentaret. Pugnam nox diremit. Avenensis fortiter pugnans occubuit. Barbarorum tot millia interemta ferunt; quot, patrum memoriâ, unâ die, uno prælio cæsa, nemo tradit. Sed hyeme jam ingruente, Richardus Ascalonam, ne milites otio torpescerent, vallis & muris vestivit. Galli Tyrum in hyberna concessêre. Cæterùm Galli obsidionis intermissæ scribuntur autores exstitisse: ne, si quid præclari gereretur, in Richardum solum gloria recideret.

Vere jam appetente, coëunt iterum uterq; exercitus; & consilium de oppugnandis Hierosolymis exsequi tentant. dumq; rebus necessariis occupantur: Richardus, ut Normanniæ à Gallo turbatæ suppetias ferret, revocatur. Barbarus, hoc rumore cognito, qui jam animum ferè desponderat, confidentior factus est. Coactus igitur Richardus Salahadino pacem offerre, etiam has conditiones accipere compellitur: Dirueret muros urbium, quascunque post receptam Ptolemaidem instaurâsset. Præter Tyrum itaque, Ptolemaidem, & Antiochiam, nihil integri mansit Christianis.

[illegible]

PRofecto An[illegible] & [illegible] subsecuti. Obiit eodem tempore & [illegible] in Cypro insulâ; quâ ab Anglo donatus fuerat, [illegible]. Guidonem multo antè eam ab Anglo redemisse scribit. [illegible] Americ[illegible] frater, vir ambitiosus, parùm autem pru[illegible] suffectus est: & ductâ in uxorem Isabellâ, vidua[illegible] [illegible]ni, q[illegible]i Tyro & Ptolemaidi dominam [illegible]lum. & dotis nomine prædictas urbes, a[illegible] q[illegible] & [illegible]hadinus: cujus vel nomen cuiv[illegible]sset [illegible] quit is filios novem: quos, præter unum [illegible] phadinus patruus interemit omne[illegible].

In magnam spem, Salahadini nece, [illegible] Pontifex. Heinrico VI. persuadet ut assu[illegible] belli sacri tesserâ, in sancti[illegible] lu[illegible] labora[illegible] an[illegible] [illegible]stet. Heinricus, alii[illegible] regni n[illegible] [illegible] qu[illegible] [illegible] morbo impeditus C[illegible] Mo[illegible] [illegible]co Saxoni junior, [illegible] [illegible] jungunt Episcopi & P[illegible] [illegible] T[illegible] militem reficiunt. Her[illegible] [illegible] [illegible]larius, jussu Imperatoris, in Cyprum [illegible] coronaturus. Confecto negotio, ad Ptolemaidem militem reperit. Indè motus simul [illegible]ris Berytum oc[illegible]verunt, ejectis Barbaris. Indè Toronum oppugnant. sed ab auxiliaribus Barbarorum copiis in[illegible] abiguntur. [illegible]rim, dum ad Toronum occu[illegible]tur Duces, Bery[illegible] suam recipiunt potestatem Barbari, anno 11[illegible]7. Ex Joppen itum est: quam à Turcis desertam, C[illegible] [illegible]lites occupant, ac muniunt. Saraceno[illegible] eam iterum [illegible]tantes, fortiter repellunt. Ceciderêre tum Austr[illegible] & [illegible]num Duces. A Franco, licèt cum Anglo bellum gereret, Romanus Pontifex, recentem contra Barbaros militem mitti, extorserat: qui sub idem tempus Ptolemaidem delatus, vires reficiebat. Dux erat Simon, Montis-fortis Comes. Inter hæc, de obitu Heinrici Imperatoris rumo[illegible] spargitur: & Electorum alios Philippum, defuncti fratre alios Othonem Saxonem, Imperatorem designâsse: e quâ suffragiorum diversitate, bello ardere Germaniam [illegible]tam. Moguntinus, penes quem sacri belli administratio erat, dignitatis suæ nullam habitam rationem ægerrimè ferens, cum copiis ad patrios lares redit. Eorum discessu, Joppen expugnatam Barbari everterunt, trucidatis [illegible]u[illegible]num omnibus Christianis. Simon, pressis opem laturus, aëris inclementia prohibetur. Commodum tum [illegible] ut inter ipsos Barbaros orta sit disco[illegible]. E[illegible] induciæ factæ sunt: cautumq;, ne Tyro Pto[illegible] intra decennium malum inferrent. Ità rebus è[illegible] compositis, Simon suos è [illegible]yriâ deduxit: *ut [illegible]tibunt, Monachus Florentinus, Acconensis Episcopus de recuperatâ Ptolemaide, Heroldus, Continuator Historiæ de bello sacro,* [a] *Aemilius de Francis,* † *Neubrigensis de rebus Anglicis.*

[a] lib.1 & 3 lib.6.

DUODECIMÆ CENTURIÆ
FINIS.

LOCORVM S. SCRIPTVRAE QVI IN [illegible]ODECIMA ECCLESIASTI[illegible] HISTO[illegible]

Centuriâ explicantur, IND[illegible]X.

L O C O R U M   S C R I P T U R Æ   F I N I S.

RERUM ET VERBORUM IN DUODECI[illegible] [illegible] ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ CEN[illegible]

turiâ præcipue memor[illegible]m, [illegible] X.

cococi-

de m

F

G

VVvv

MONASTICI ORDINES.

DE MONACHIS ET ABbatibus huius seculi.

DE PONTIFICUM ROmanorum principatu atque tyrannide, præpostero item cultu ac libidinibus.

Q

R

RITUS.

S

SCHISMATA.

SOLENNITATES SEU festivitates hoc seculo in ecclesia celebratæ.

INDICIS DUODECIMAE CENTURIAE FINIS.

HISTORIAE
ECCLESIASTICAE
Centuria XIII.

PRÆFATIO.

MIRA & digna res obſervatione eſt; quòd eodem ferè tempore cœperunt in altum aſſurgere atque emergere, Papa Romanus, ſupra reliquas Chriſti Eccleſias ſe-ſe extollens, & Mahumetana religio, Turcicæque gentis Imperium. Creſcente etiam potentiâ & tyrannide Romani Præſulis, in rebus Eccleſiæ & facultatibus mundanis; crevit ſimiliter Mahumeti religio, & regni Turcici ampliatio. Nemo potuit arrogantiam & molitiones, quantúmvis nefandas, Pontificum Romanorum coeërcere: nemo etiam potuit progreſſus Turcicos impedire. Occidentem totum Romanus Antiſtes ſibi ſubjecit, atq; pedibus etiam Imperatores clariſsimos ferociter preſsit, omniaq; pro libidine in Eccleſiis & Regnis egit: Orientem totum ſubjugavit Turcica tyrannis, & pro ſuâ voluntate immaniter egit omnia. Papa, aſſumtâ triplici coronâ, ſe ſupremum orbis terrarum rectorem jactitat: Turca, pro ſuo faſtu, & ſe totius Mundi dominum gloriatur. Romanus Epiſcopus CHRISTUM honore ſuo, merito, cultu, ſpoliat; pervertit ejus ſacroſanctam fidem, & ſalutaria ſacramenta; damnat acerbiſsimè ſummum hunc Sacrarum literarum articulum, Solâ nos fide in Chriſtum, unicum Servatorem noſtrum, coram Deo juſtificari & ſalvari: Turcicum regnum itidem, contra Chriſtum totis viribus fertur; atque impugnat hoc-ipſum religionis & ſalutis humanæ caput, quòd fide in Chriſtum contingat vita æterna.

Iſta ex Hiſtoriis ſunt manifeſta; quæ monent, maximam inter illos duos eſſe cognationem: quia tot rebus conveniunt; licèt locis, & aliis quibuſdam proprietatibus, nonnihil varient. Cùm autem uterque quaſi conſpirarit contra Chriſtum: quis non videt, Antichriſti nomen utrique competere. nec refert, quòd alter, ut hypocrita, Chriſti in terris vicarius perhiberi velit: perinde ut lupus ovium paſtor dici cuperet. Nam contra Chriſti verbum pleraque agit; ac notas omnes Antichriſti habet: quas nullus Tyberis, nullum mediterraneum Mare ab ipſo, ſi vel totus in imum demergeretur, abluere poterit. Alter verò, de quo diximus, apertè ſe-ſe hoſtem Chriſti gerit; quamvis & ipſe non prorſus velit videri Chriſtum damnare: quia pro inſigni prophetâ, inter iſtos crudeles etiam hoſtes, Chriſtus cenſetur.

Currunt itaque hi duo ſimul, horribiliter in Mundo graſſantes; ac uterque ſuas partes, in Antichriſto exprimendo, non ſegniter expedientes: donec quidem ad eam metam acceſſerint, quam Chriſtus omnipotens eis præfixit; ultra quam ne pilum quidem unum excedent. Sunt verò uterque irati Dei ſigna: qui disertè in ſacris literis prænuntiavit; fore, ut, propter faſtiditam doctrinam veritatis, Antichriſti Romani, & Gogi atq; Magogi, hoc eſt, Saracenicam atque Turcicam tyrannidem, homines experiantur.

Teſtatur autem præſens iſta Eccleſiæ Chriſti hiſtoria, quæ Decimum-tertium ſeculum complectitur; quanta fuerit, in Oriente, Turcici Imperii potentia; & quàm latè ſubindè proceſſerit, incrementaque ſumſerit, quæ nullâ vi reprimi potuêre.

Quod verò ad potentiam & dominium Pontificum Romanorum attinet: videre licet, eum reverâ αὐτοκράτωρ fuiſſe; & non ſolùm in Eccleſiâ in ſuam redegiſſe poteſtatem omnia; verùm etiam in Politiâ libidinosè cuncta egiſſe, turbâſſe, mandâſſe. Eam verò horribilem transformationem, regni ſpiritualis in politicum, (cõtra luculentam Chriſti prohibitionẽ: *Reges gentium dominantur; Vos autem non ſic:*) non potuit non comitari labefactatio, convulſio, & obſcuratio doctrinæ cœleſtis, & omnium cultuum divinorum: etiamſi externa larva pietatis aliqua retineatur. Imò hæc-ipſa hypocritica religio, conſtans idolomaniis, & ceremoniis humanâ autoritate invectis, eſt veræ religionis peſtis & interitus. An non enim religionis prætextu, Pontificum, Sacerdotum, Phariſæorum & Scribarum Hieroſolymitanorum, univerſa cohors, univerſam religionem veram, & propheticam doctrinam, extinxit? Nam ipſi quoque, nimiùm ſe-ſe politicis imperiis immergebant: cùm quidem Deus inter Reges Juda, & Leviticum ſacerdotium, accuratis quaſi limitibus diſtinxiſſet.

Sed doctrinam ſpectare operæ precium eſt, quo loco in præſenti ſeculo fuerit. Fundamentum

mentum, non tantùm externorum cultuum; ſed etiam doctrinæ, erat Papa Romanus: qui omnia omnium dogmata ſibi volebat, citra omnem exceptionem ſubjici. Ac talis fuit hominum, ſive cæcitas, ſive conſternatio: ut omnes id jugum tulerint; multoque reverentiùs Papæ, quàm ipſi Deo, aut toti Eccleſiæ CHRISTI, ſua ſcripta ſubmiſerint.

Deinde, Normæ dicendi, & judicandi controverſias, conſtitutæ ſunt, Patrum ſcripta, & Conciliorum decreta. Verbi autem divini autoritas penè exolevit. Nam id ulteriùs non eſt receptum; niſi quatenus Patribus, aut Conciliis, conſonaret. Indè, non ex Sacris literis, Patrum ſcripta ſunt intellecta: ſed ex ſenſu hominum, verba Dei ſunt declarata. Unde etiamnum tales audiuntur voces, indignæ Chriſtianis hominibus: Sacram paginam eſſe obſcuram; Literam Biblicam eſſe materiam litis; genuinam Scripturæ divinæ ſententiam, ex Patrum aut Conciliorum ſcriptis hauriendam, ac determinandam. Id quod perinde eſt, ac ſi quis diceret, Solem à Lunâ illuminandum; ſeu potiùs opacâ nocte illuſtrandum eſſe diem. Quidquid autem lucis in Patrum commentariis eſt, id ex ſacris literis eſt. Reliqua verò, ex Patrum capitibus promanantia, ſunt tenebræ humanæ: quæ, luce ex Sacris literis emicante ac præfulgente, prorſus diſgregantur & exſpirant.

Inſuper & Ariſtotelicis argutiis plùs nimio attributū eſt, tantâ veſaniâ: ut etiam in Scholas, atque Suggeſtum, tenebroſa hominis gentilis ſcripta fuerint producta, & articulis fidei permixta. Et hoc quidem, in doctrinâ ſcholaſticâ, quaſi peculiare quoddam theatrum & regnum conſtituerunt. Nam hoc tempore omnes Scholas, omniaque pulpita, ſcholaſticæ illę diſputationes, ac rationes docendi, occuparunt. Et quidem ſuperiori ſeculo, Petrus ille Pariſienſis, ſententias de capitibus doctrinæ præcipuis, ex Patribus omnium maximè collegerat: unde Magiſter Sententiarum cognominatus fuit. Hoc verò ſeculo, non ſolùm ſententias ſuper ſententias gignunt, atque accumulant Eccleſiæ Doctores; ſed univerſam quoque Theologiam horribiliter obſcurant, & depravant.

De aliquot autem proprietatibus tantùm Scholaſticorum Doctorum, Lectores ſunt commonefaciendi: ut, veluti ex unguibus, leones diſcant cognoſcere, ac vitare. Sunt autem iſtæ.

1. Eſt academica Theologia: in quâ omnia in dubium, more Scepticorum, adducuntur. Certè quidem moderatas collationes in Scholis, quæ fiunt ad eruendam & confirmandam veram ſententiam, & ut rudiores diſcant præſtigias fanaticorum ſolidè ac graviter diſcutere, modò ſobriè & piè vivant, nemo (ut nos quidem opinamur) reprehenderit. ſed ea, quæ plana, illuſtria, certa ſunt, ſtudio quodam in dubium vocare; id verò nemo (ut exiſtimamus) pius probaverit: præſertim in docendi ratione; ubi fundamenta rerum ſimpliciter & perſpicuè tradenda ſunt.

2. Quæſtionum nullus eſt modus, nullus finis. Hinc Quæſtiones ſuper quæſtiones natæ ſunt.

3. Subtilitates immodicæ, & intricatiſſimæ, ſunt coacervatæ: & laudi fuit, profundiſſima ſcrutari; & perplexitates in medium afferre, in quibus ſumma ingenia ſe-ſe torquerent. Et hinc ſunt illa vaſta atque immenſa maria Quæſtionum, Subtilitatum, Reſolutionum: in quibus & natarunt ingenia humana; & tandem defatigata, ſubmerſa etiam ſunt.

4. Confuſio Philoſophiæ & Theologiæ in eis conſpicitur. Nam Ariſtotelis principia & ſententiæ, agminatim mixtæ ſunt rebus divinis: ità ut dilutam tantùm Theologiam, cæcitate ethnici & non-renati Philoſophi obtenebratam, ſeu potiùs cœno humano deformatam, tradant.

5. Studium linguarum eſt neglectum, quibus ſacræ literæ ſunt comprehenſæ. Non igitur ex fontibus Hebræis, aut Græcis, doctrinas hauſerunt, aut controverſias dijudicarunt; ſed ex translationibus qualibuscunque, & ſcriptis hominum. Conſtat autem, controverſias religionis, abſque cognitione earum linguarum, quibus Sacræ literæ traditæ ſunt, dirimi rectè non poſſe.

6. Neglectis Artibus liberalibus, & cultura elocutionis, barbaries ingens, in fingendis novis terminis, & vocabulis loquendi, paſſim inundavit: ita ut obſcuras ſuas quæſtiones, obſcuris ſuis verbis, & monſtroſâ ratione loquendi, magis adhuc involverent. Ac ſemper ità ſolet uſuvenire: ut, in monſtroſis dogmatibus defendendis, monſtroſa quoque verba excogitentur. Veritas autem divina, gaudet rerum & verborum perſpicuitate & luce.

7. Omnes Papam, uti idolum, venerantur, tali ſubjectione: ut nefas eſſe putent, vel le-

viter tantùm à Papâ dissentire. Itaque,sine discrimine,falsa dogmata omnia Antichristi Romani tutantur; & omnes suas sententias Papæ subjiciunt.

8. Tenebræ igitur multiplices,omnia capita doctrinæ Christianæ invaserunt. Extincta est doctrina euangelica; FIDE tantùm,sinè operibus,homines coram Deo justificari. Pseudapostolorum doctrina publicè regnavit; Bona opera meritoria esse salutis. Meritum Christi extenuatum est; quasi tantùm initium sit nostræ justificationis coram Deo: quia nimirum gratis recepti,suis operibus justitiam coram Deo adimpleant,& consequantur.

Doctrina de Bonis operibus, horribiliter est deformata.

Extincta est magna ex parte doctrina,de depravatione hominum per Peccatum originale. Nam asseruerunt,Hominem,faciendo quod in se est,posse mereri gratiam de congruo.

Ecclesiam tantùm ad Papam Romanum adstrinxerunt;ejusque potestatem super omnes gentes evexerunt.

Doctrina de Pœnitentiâ, horribiliter est depravata: quia discrimen Legis & Euangelii deletum fuit.

Invocatio Demortuorum, & profanatio Cœnæ Dominicæ aucta est.

Breviter, res ipsa docuit, doctrinam sinceram penitùs, à Scholasticis rixatoribus, esse suppressam.

Hæc videre atq; expendere in historiis,operæ precium est:ut ira Dei cognoscatur,quando lucem suæ veritatis, propter hominum peccata aufert; ac sinit homines, quasi labyrinthis variarum opinionum, seduci; ut nihil certi in religione, cui possint conscientiæ inniti,habeant: & vicissim, ut puritatem & perspicuitatem Verbi divini, omnes magnifaciant, expetant,tueantur. Nam nihil in hoc Mundo est preciosius, nihilque salutarius, Verbi divini luce: siquidem absque illo nemo salvari potest.

VERA DEI ECCLESIA NUNquàm penitùs deleri potest.

Vindice te, Mundum victrix Ecclesia, Christe,
Negliget; & feros fera videbit avos.
Te duce, terna velut salvo pede turba per ignem
Ambulat; ut fervens ignis in igne furit:
Te duce, sub tumidis sic tuta Ecclesia monstris,
Pressa quibus nimiùm sæpè laborat, erit.
Conspirent quámvis odio gliscente Tyranni:
Semper erit Christo parvus in Orbe locus.
Papa furens animis se colligit acer in arma,
Et modò relliquias vult abolere pias.
Turca fremens odiis in funera jurat eorum,
Qui grave de Christi nomine nomen habent.
Hic acuit rabiem; plenos fovet ille furores:
Hic multis pugnat viribus; ille dolis.
Quid faciunt stulti? Quantùmvis omnia tentent,
Propositumque premant corde furente malum:
Non tamen absument sociatis viribus ambo,
Quas verbi Christus semine pascit oves.
Semper bonos, populusque Dei, laudesque manebunt:
Salvus erit cœtus, te duce, Christe, tuus.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ CENTURIA DECIMA-TERTIA.

CAPUT I.

DOMINO nostro Jesu Christo præeunte ac ducente, DECIMUM-TERTIUM nunc seculum Historiæ ecclesiasticę ingredimur. Cōplectitur autem illud Ecclesiæ Dei statū interiorem & exteriorem, & alia quædam non ingrata futura lectori: cùm in fastigio Romani Imperii eminerent, Philippus Barbarossæ filius, Ottho IV. Fridericus II. Cūradus IV. Wilhelmus, Rudolphus, & Adolphus.

In Papatu autem multò plures fuère, nempe sedecim; qui Monarchiam ecclesiasticam, truculentis fulminibus, adversùs Magistratus politicos, & omnis generis homines, atq; insuper etiam cruentis armis, tenuerunt. Quantoperè autem Cęsares afflixerint, historia docebit: quomodo Ecclesiam Christi etiā oppresserint, res ipsæ loquentur. Nam regnum papale hac ætate excrevit in immensum, non solùm in Ecclesiā; verùm etiam in Politiā: adeò ut nihil non auderent ac perficerent Papa-cæsares illi Romani.

Cœperunt autem in-primis, atq; repentè, quasi ex equo Trojano, emicuerunt atq; invaluerunt, Scholastici doctores: qui exemplo, à Petro Lombardo, superiori seculo, in medium allato, disputationes subtiles, intricatas, & magnâ ex parte non necessarias, de rebus divinis, moverunt atque accumularunt. Nam omnia, more Academicorum & Scepticorum, in dubium, & quidem in publicam disceptationem, adduxerunt. Utq; tenebræ efficerentur majores: nebulis Scholasticis lux divina non tantùm adspersa; sed penitus obscurata est. Nec sunt, in illis ambitiosis certaminibus, res evolutæ; sed magis implicitæ & perturbatæ. Extinctâ igitur dexteritate ac perspicuitate dicendi; etiam facilitas discendi amissa est. ac fuerunt illa Scotistica maria, ac monstrosæ concertantium quæstiones ac responsiones, meræ carnificinæ discentium: quibus impediti, ætatem omnem, & oleum atq; operam, (quod dici solet) perdiderunt.

Ac docet ipsa Historia, veritatem divinam usque-adeò istis spinosis viais, & monstrosis terminis, labefactatam & amissam esse: ut pleriq;, neglectis Bibliis sacris, Aristotelem, veluti Prophetam aut Apostolum sanctum, in-primis colerent, & Patrum ingentia volumina tantùm volverent, ac recitare discerent. Nam, quæ in sacris monumentis traduntur, vulgaria, tenuia & vilia habebantur. Ille verò eximii, angelici, Seraphici Theologi gloriam merebatur, qui Aristotelem, aut hominum scripta, plenis buccis sonare & crepare posset.

Hinc sunt illa ingentia Commentaria, in Magistrum Sēntentiarum; Alexandri, Aquinatis, Alberti, Scoti: & Quæstiones infinitæ, quibus omnes Scholæ occupatæ fuerunt.

Ordines porrò novi complures, in hoc regno Papę tam efficaci atq; amplo, inventi sunt: utpote Franciscanorum, Dominicanorum, Sacciorum, Servorum Mariæ, Cælestinorum, Bethlehemitatum, S. Trinitatis, S. Claræ, Beghinarum, & similium. Nam obscuritatem doctrinæ cœlestis, comitantur errores in infinitum. Cùm enim via ad salutem unica sit Christus: necesse est, eos, veluti cæcos, passim vagari & alucinari, qui plures in cœlum vias quæritant.

Expeditio præterea in Terram sanctam, à Pontificibus Romanis, magis vi quâdam vehementi, quàm persuasione, urgetur. Quid autem illi Monarchæ ecclesiastici spectarint, non est obscurum: nempe, ut potentia ipsorum ecclesiastica augeretur. Nam reditus ingentes captabant. Multi autem præstantes viri, in eâ profectione, interierunt: inter quos etiam Ludovicus, Thuringiæ Landgravius, maritus S. Elisabethæ, fuit. Sed jam Lectorem, ad ipsam maximarum rerum cognitionem deducimus.

CAPUT II.

DE LOCO ET PROpagatione Ecclesiæ.

ACcuratâ locorum annotatione, ubi Ecclesia passim in orbe terrarum fuerit, deinceps supersedendum censemus: præsertim cùm ii, ex superioribus seculis, satis superq; jam noti sint. Memorabile autem est, quod Urspergensis, qui hac ætate vixit, annotat: per universam Alemanniam, divinum cultum magis viguisse, & ecclesiasticam dignitatem majori in precio habitam, quàm apud alias gentes: ubi per incentiva (ut loquitur) vitiorum, maximè verò luxuriæ, ea depravata erat. Ad propagationem igitur rectâ viâ accedimus.

SUB PHILIPPO ET OTthone IV.

Invaluerat jam Antichristi regnum, artificio Romanorum præsulum, qui suâ authoritate per fas nefasq; acquisita, totum ferè Orbem fascinarant. Sed neque hac etiam ætate, ullam neglexerunt occasionem, ampliandi sui regni. Sub specie enim propagandæ religionis, dominatum super longissimè distantes populos quæsiverunt. Ac, si fortè hac viâ res minimè succederet; politicos viros, ut religionis ergò arma caperent, incitarunt. quos quidem habuerunt promtissimos. Nec mirum: nam præmium vitæ æternæ, pro hoc labore, ipsis per impostores illos, maximis verborum ampullis, promittebatur. Sed, ut-ut se res habeat; non est dubium, aliquos, verbi divini prædicatione, veram salutis viam, ex ipso textu Biblico percepisse: quamvis tenebræ passim regnarent densissimæ.

Sic in terram Albingensium, (quos quidem Hæreticos Scriptores vocant) Innocentius III. Legatum quendam, Petrum de Novo castro (cui adjungebat duodecim Cisterciensis sectæ abbates) mittit, ad prædicandam inter eos fidem pontificiam. Eosdem & Didacus, apud Hispanos episcopus, comitabatur; secum ducens Dominicum, novi postea Monachorum ordinis inventorem. Hi quidem strenuè suum munus peragunt. Exacto autem prædicationis biennio, Didacus, quem multi ex Albingentibus amabant & colebant, curâ suæ Ecclesiæ ductus, domum redit: Dominico interim docendi munus universum imponens. Sed maxima Albingensium turba, summoperè istis reluctatur: in-primis verò Princeps eorum, Romanum Legatum, odio Pontificis, à quo excommunicatus erat, occidit. Cumq; res ex animi sententiâ minimè succederet, Papa indignatus, alterum gladium pro suo more vibrat, Regiq; Franciæ, per Gualonem Cardinalem, est instigator improbissimus; ut terram Tolosanam diripiat, & Albingenses horribiliter mactet. Cogitur igitur, ad Pontificis Romani arbitrium, mox exercitus ingens: qui contra Albingenses profectus, septendecim eorum millia trucidat. *Vincentius*, * *Chronicon Martini Capell. Epitome Mundi.*

* lib. 29 & 103. & 104.

¶ Sub Hierosolymorum Sultano Meledino, quosdam Syros, Armenios, Æthiopes Georgianos, ac multos Asiæ populos. Christianæ fidei cultores Hierosolymam incoluisse; in quorum gratiam ipse sepulcro Domini pepercerit, cùm muros urbis, & magnificentiora ædificia alioqui dirueret; *Continuator historiæ Belli sacri* * traditur.

* lib. 3 c. 5.

SUB FRIDERICO II.

Saracenis ex Maioricâ insulâ, & Valentiâ urbe, per Ferdinandum III. Hispaniarum Regem, expulsis; ea loca ad Christianam religionem reducta sunt. *Volaterranus, Blondus.* Anno 1227. *Platina in vitâ Gregorii IX.* Mauros vocat.

Scribit *Aventinus*, † Fridericum Imperatorem, Livoniis, Æstiis, Pintziis, Sennogallis, accolis Venedi atq; Codani; eò quòd, exploso falsorum deorum cultu, pietatem Christianam recepissent; privilegia, immunitates, & jus civitatis Romanæ, donâsse. Essoniam Christi religionem per Danum accepisse, ac Revaliæ sedem episcopalem constitutam, *Crantzius* testatur. † Livoniam, curante Innocentio Pontifice, Christi fidem amplexam esse, narrat *Blondus*. †

Cùm porrò Italiæ metueret Innocentius IV. ab irruptione Tartarorum, (nam ii finibus suis egressi, divisis agminibus, Christianas provincias, aliis Orientem, aliis Occidentem invadentibus, populari dicebantur) Ascelinum, monachum ordinis Prædicatorum, qui tùm quidē in magnâ erat hominum admiratione, cum tribus aliis fratribus cucullatis, Pontificiis instructum literis, ad Tartaros ablegat: ut eos à feritate, & hominum crudeli trucidatione, ad mores mansuetiores, & ad Christianam simul religionem, quantū possent, abducerent; atq; eos hortarentur, ne Turcas, in Romanę Ecclesię defensionem, potiùs opprimerēt: anno 1245. Hi igitur in Tartariam, post multas itineris difficultates, delati, in Baiothnoi castra, qui primo exercitui præerat, non admittuntur: sed per internuntios res agitur. Cùmq; Ascelinus Papæ dignitatē, quâ omnibus hominibus in universo orbe Christiano excelleret, superbè jactitaret: indignationem Barbarorum illi incurrunt; ac deniq;, cùm vitę periculo, rejiciuntur penitus. Baiothnoi tamē ejusmodi ad Papā rescribit literas. *Dispositione divinâ ipsius Chaami transmissum Baiothnoi verbum, Papa ità scias. Tui nuntii venerunt; & tuas literas ad nos detulerunt. Tui nuntii magna verba dixerunt: nescimus utrùm injunxeris eis ità loqui; aut à semetipsis dixerint. & in literas taliter scripseras: Homines multos occidistis, interimitis, & perditis. Præceptum Dei stabile, & statutum ejus, qui totius faciem Orbis continet, ad nos sic est. Quicunq; statutum audierint, super propriam terram, aquam, & patrimonium, sedeant; & ei, qui faciem totius Orbis continet, virtutem tradant. Quicunq; autem præceptum & statutum non audierint; sed aliter fecerint: illi deleantur, & perdantur. Nunc super hoc, istud statutum & præceptum, ad vos transmittimus. Si vultis super terram nostram, aquam, & patrimonium sedere: oportet, ut tu Papa in propriâ personâ ad nos venias; & ad eum, qui faciem totius terræ continet, accedas. & si tu præceptum Dei stabile, & illius, qui faciem totius terræ continet, non audieris: illud nos nescimus; Deus scit. Oportet ut, antequam venias, nuntios præmittas, & nobis significes, si venis, aut non: si velis nobiscum componere, aut inimicus esse: & responsionem præcepti citò ad nos transmittas. Istud præceptum per manus Aybeg & Sargis misimus, mense Julio, XX die. In territorio sitientis castri scripsimus. Vincentius.* †

Hinc igitur conjiciat pius Lector; non tam religionis propagandæ, quàm suæ dominationis amplianda gratiâ, superbum illud animal Romanum suos Legatos hinc-indè transmisisse. Et quidem huic rei fidem facit, quod Vincentius indicat, hosce monachos subindè in Christianos incidisse apud Tartaros. & in-primis Johannes monachus, itineris socius, inquit; quòd Cuinc Princeps clericos Christianos aluerit: qui in sacello, ad majus tentorium erecto, quotidie certis horis cantarint, more Græcorum. Cæterùm hanc peregrinationem Ascelinus, cum sociis, confecit annis 3. mensibus 7. *Vincentius.* † *Nauclerus.* †

Dum porrò Ludovicus, Francorum Rex, in Cypro insulâ, cum exercitu, qui ad Terram sanctam properabat, moram faceret: anno 1249. circa Natalem Domini, quidam Tartarorum Legati ei occurrunt; literas exhibentes Ercalthai cujusdam, Tartarorum primatis. Ii autem inter cætera Regi nuntiant; Chaam (quo nomine magnus Tartarorum Princeps appellatur) anno abhinc tertio, Christianam religionem amplexum; cum magnatum & plebis multitudine maximâ. Ercalthaum verò, quem diximus, qui ante multos annos Christo nomen per Baptismum dederat, jam religionis promovendæ gratiâ, magni Ducis jussu, bellum gerere contra adversarios ejus, Mahumetanæ scilicet religionis sectatores: eumq; in-primis Regis Francorum fidem benevolentiamq; expetere. Literarum, à Legatis exhibitarum, exemplar *apud Vincentium* † videre licet.

Paulò autem ante horum adventum, Connestabularius Armeniæ, ad Cypri Regem, de Tartaris ad hunc modum scribit. *De terrâ Caghat tres Reges in Bethlehem venerunt, Christum adorare: & Christiani sunt homines illius terræ. Ego siquidem ipse fui in ecclesiis eorum; & vidi Christum Jesum depictum: tres quoq; Reges; unum aurum, alium thus, & alium myrrham, offerentes. Per illos itaq; tres Reges habuerunt illi fidē Christi: ac per illos, Chaam, & omnes sui, modò facti sunt Christiani. Unde & ad portas suas habent ecclesias; pulsant campanas, ac percutiunt tabulas: ita ut, euntes ad dominum suum Chaam, primò quidem oporteat ire ad ecclesiam, & salutare Jesum Christum; post verò ire, & salutare Chaam. Invenimus & multos Christianos effusos per terram Orientis, & multas ecclesias pulcras & altas, antiquas: quæ vastata fuerant à Tartaris. Unde Christiani terræ illius venerunt in præsentiâ Chaam istius: quos iste cum honore magno suscepit, & libertate donavit; & ne quis verbo vel facto eos contristaret, prohiberi fecit. Et quia, peccatis nostris exigentibus, non habebat Christus, qui nomen suum prædicaret in illis regionibus: ipsemet pro se-ipso prædicavit; & nunc prædicat sanctissimis suis virtutibus ità, ut gentes illarum regionum credant in Christum. In terrâ verò Indiæ, quam beatus Apostolus Thomas convertit, est quidam Rex Christianus, &c. Vincentius.* †

Indè igitur Francus, ad Tartarorum Ducem, misit, per suos Legatos Tartaris adjunctos, tentorium quoddam ex purpurâ, in sacelli formam contextum: in quo arte singulari depicta erant, quæcunque Christus in corpore pro nobis gessit, aliaq; ad cultum divinum pertinentia: literis additis, quibus utrumque, & Ercalthaum, & magnum Ducem, hortabatur; ut eum, qui per gratiam suam ad cognitionem nominis sui eos vocaverat, debitâ reverentiâ colerent, & in ejus amore jugiter permanerent. *ut Vincentius*† *narrat, Gaguinus.* † Franci autem Legatos, duos monachos ordinis Prædicatorum fuisse, constat: sed nihil per eosdem in re Christianâ effectum. Nam (*ut Aemilius testatur*) vitiis hominum, & turpibus corruptissimi seculi moribus, quos inspexerant Legati, deterriti Tartari, locum prędicatoribus novis non dederunt. *Johannes de Oppido.*

Referunt præterea Autores plures; temporibus Innocentii IV. ad Lugdunense concilium, Tartarorum quosdam venisse; qui domi Christianam religionem edocti, tùm sacro Baptismate imbuti sint. *Paralip. Ursperg. Chronicon Martini, Blondus.* Quàmvis quidam in eo, quod Gregorio X. Papâ exsistente celebratum est, factum asserant concilio. *Continuator Historiæ sacræ.* †

¶ Porrò vix dici potest, quantos labores idem Rex, pro recuperandâ Terrâ sanctâ, & Ecclesiâ ampliandâ, sustinuerit. Nam Damiata, Ægypti urbs, per hunc capta, expulsis Barbaris, Christianorum fit domicilium: & Machumeri basilica Mariæ virgini dicatur; eiq; episcopus datur. Sed sesquiennio pòst ea Ægyptiis reddita est, anno 1221. discedentibus Christianis: qui cùm recenserentur à Meledino Sultano, septuaginta-mille hominum capita inventa sunt. Singuli enim Starlingum (numismatis genus est) numerare coacti sunt: ne quivis juris prætextu, Christiani, imperium & urbis possessionem liberam tenuisse, viderentur. *Continuator Historiæ de Bello sacro.* †

¶ Anno deinde hujus seculi 28. Fridericus in Orientem proficiscitur: ac rebus feliciter pro Ecclesiâ gestis, Hierosolymorum Rex inungitur; totaq; ei Palæstina restituitur. Solum autem templum dominicum Soldanus integrum sibi reservat. Sicq; non solùm pax Syriacis Christianis restituitur: sed & destructa restaurantur oppida, quæ Ecclesiæ sunt hospitia. Verùm eam pacem, & ecclesiarū incrementa, Grossoini turbant; vastatâ universâ Palæstinâ & Hierosolymâ: ut nihil, præter Tyrum & Ptolemaidem, ipsis reliquum esset. Mittuntur igitur ex Germaniâ Italiâq; denuò exercitus; quorum dux Ludovicus erat: per quem Damiata secundò capitur; templa Barbarorum

Mariæ

Mariæ virgini, aliisq; Divia, consecrantur: anno 1249. Verùm non-multò pòst, Rex captus, pro sui liberatione, eandem urbem Barbaris restituit. Cæterùm, dum in Ægypto bellum gerit Francus; Syriaci Christiani Cæsareâ, Joppen, Sidonem, aliaq; oppida recuperant: quæ, pulsis Barbaris, Christianis replentur. Et cùm, post factam pacem, annos quinq; in Palæstinâ subsisteret Rex; plurimi Saracenorum, ipsius sanctitate adducti, Christo nomen dederunt, Baptismaq; susceperunt. *Continuator Histor. Belli sacri.* †

† lib. 4.

Sub idem ferè tempus, per Aitonem Armeniæ Regem, virum pietate insignem, Mango Tartarus, persuasus, baptizatur, & Christo nomen dat, eo consilio: ut, Christianorum Syriacorum ope, Turcas Saracenosq; reprimere posset. Et Perside subactâ, Haalon, Mangonis frater, qui exercitûs dux erat, Docuscantonem puellam uxorem ducit: quæ Magorum, qui in Bethlehem olim Christum infantem venerant adoratum, soboles credebatur. Cujus hortatu, Mahometi templa omnia dirui jussit; afflixitq; passim ejus superstitionis sectatores. *Ibid.* †

† cap. 24.

¶ Borussos Waldemarus II. Danorum Rex, Christo nomina dare, vi & armis coëgerat. Sed cùm, indè pedem referens, Pomeranorum fines attigisset; ipsi ad pristinam relabuntur idololatriam. Eos verò tandem fratres Ordinis Teutonicorum, quibus Fridericus II. eam terram gubernandam tradidit, ad Papisticam deduxerunt religionem; Ottocaro Bohemo, Otthone Brandeburgico, Duce Austriæ, Marchione Moraviæ, aliisq; Principibus eos juvantibus, anno 1254. *Nauclerus,*† *Crantzius.*†

† Gener 42. † lib. 7. Vandal c. 21.

¶ Mirabile est, quod à pluribus Scriptoribus annotatur, de conversione cujusdam Judæi, in Toleto, Hispaniæ urbe. Is enim, pro ampliandâ suâ vineâ, rupem imminentem removere parat. Sed inter fodiendum, in concavitatem quandam incidit: ubi librum, ligneis foliis scriptum, ad longitudinem Psalterii, reperit: in quo triplici linguâ, Hebraicâ, & Græcâ, & Latinâ, legebatur, de triplici Mundo, ab Adam usque ad Antichristum. Initio autem tertii prædicebatur, nasciturum esse Christum ex Virgine; ac pro Mundi peccatis passurum. Eidem libro & hoc inerat; temporibus Ferrandi, Castellæ Regis, (qui quidem tùm ad gubernacula sedebat) librum repertum iri. Hæc legens Judæus, repudiatâ suâ religione, Christianus factus, cum omni familiâ baptizatur, circiter annum salutis 1238. *Chron. Martini Capellani, Fasciculus temporum, Paralipomena Chronicis Urspergensis addita.*

SUB WILHELMO.

A Cruciferis persuasus, vel (*ut Cromerus* † *vult*) eorum armis in tantas redactus angustias, Mandavus, Rex Lithuaniæ, Baptisma cum suis accipit, à Rigensi episcopo. Sed paulò pòst religionem abjicit. Non multò autè pòst Cruciferi Borussis bellum inferunt, quòd nuper Mandavo opem tulissent: & Sambiensis regionis incolas in suam redigunt potestatem; & ad Christianam religionem cogũt. Et, ut iidem in officio continerentur, duæ exstructæ arces, præsidio munitæ sunt.

† Lib. 9.

TEMPORE INTERREGNI.

Tuneto, Africæ urbe nobilissimâ, per Francos milites, & Carolum Siciliæ Regem, ad deditionem coactâ; hac conditione cives recipiuntur: ut, quotcunque teneantur apud eos captivi Christiani, liberentur; in omnibus totius regni civitatibus monasteria construantur; Monachis ubiq; locorum prædicandi libera sit potestas; & deniq; cuivis liberum sit, Christo nomen dare. Anno 1270. *Chronicon Mart. Capell. Gaguinus,* † *Æmylius,* * *Continuator Historiæ de Bello sacro.* †

† lib. 7. * lib. 7. † lib. 4. c. 17.

Boleslaus, Polonorum Dux, maximo exercitu comparato, Iazwingos ferè omninò delet; & exiguas reliquias ad fidem compellit Christianam, capitali pœnâ contumacibus propositâ. Quibus Gnesnensis archiepiscopus, autoritate & jussu Urbani IV. episcopum præficit, anno 1264. *Cromerus.* †

† lib. 9.

Judæorum quendam pontificem, Londini baptizatum, multa Christianis in Angliâ revelâsse, *ex Matthæo Parisio Balæus* annotat; anno 1259.

Azatinis, Sultani comitatus, in quo plurimi & bellicosissimi viri erant. Æni, (maritimum hoc est oppidum) Christiano baptismate regenerati, Romanæ militiæ adscripti sunt. *Gregoras.* †

† lib. 4.

SUB ADOLPHO.

Ejectis per Araphum ex Syriâ Christianis, penitusque Christiano nomine deleto; Heinricus, Cypri Rex, profugos recepit, ac benignè fovit: utque acceptam cladem aliquâ re mitigaret; Famaugustam, ad similitudinem Ptolemaidis, cũ splendidissimo templo, pro exsulibus exstruit. *Continuator Historiæ sacræ.* †

† lib. 5. 8.

DEFECTIONES.

A Christianâ religione nonnullos defecisse, Historiographi scribunt. Nã anno 1223. Diaconus quidam, Coventriæ natus, Oxoniæ exustus est: eò quòd circumcisus Judaicam duxisset uxorem; Christumq; ignominiosè blasphemâsset. *Ex Matthæo Parisio, & Nicolao Trivetho, Balæus annotat.* †

† Centur 3. cap. 24. in App.

Suentopelci suasu, Prussi religionem Christianam, quã inviti susceperant, rursus abjecerunt: Germanosq; & Polonos omnes, qui apud ipsos negotiabantur, vel sedes inter ipsos fixerant, certâ die trucidãt. idq; fit sub annũ 1240. *Cromerus.* †

† lib. 8.

Mandavus, Lithuanorum Dux, abjectâ religione Christianâ, quam simulatè ad tempus susceperat, infestior indies Christianis vicinis erat, anno 1254. *Cromerus.* †

† lib. 9.

Robertus, Susatensis Scholasticus & Canonicus, Judaicam amplexus religionem, inter Francofurdianos Judæos aliquamdiu vixit. Sed cùm, ultimo Adolphi Imperatoris anno, mortem obiisset; vasculo includitur, & ad sepulturam per rusticum curru clâm deportatur. Sed cùm ad pontem pervenisset: ex ultione divinâ ignis, qui nullâ arte vel aquâ extingui poterat, cadaver cum vasculo totum absumit. Judæi ideò hæc ei evenisse fingebant: quòd secundùm legem ipsorum minùs vixisset. *Erfordiensis,* † *Ptolomæus Lucensis.*

† cap. 96.

CAPUT III.
DE TRANQUILLITATE & Persecutione Ecclesiæ.

SUB PHILIPPO ET Otthone IV.

Fuit haud-dubiè & varia Ecclesiæ fortuna, Philippo & Otthone, de sceptro, multos annos digladiantibus: cùm uterque multos Episcoporũ sibi haberet addictos; qui se mutuò (ut fieri solet in ejusmodi dissensionibus) afflixerunt.

Petrum, Romanæ sedis Legatum, contra Albingenses prædicantem, Tolosanus Comes, quem idem, quòd dictis Hæreticis patrocinaretur, excommunicaverat, per servum suum occidi curat. *Vincentius.* †

† l. 29. c. 93. & 101.

Angliæ Episcopi, sub Johanne Rege, varias perpessi sunt calamitates. Gaufredum enim fratrem, Eboracensem antistitem, à quo ob avaritiam, & subditorum expilationes, reprehendebatur, suis rebus spoliat; & à se ablegat: nec ullo obsequio placari leniri ve potuit; ut ante duodecim menses eundem in gratiam reciperet. Idq; eo consilio fecit: ut reliquos, itidem læsos, à conquerendo absterreret. Præterea, omnes Cantuariæ degeneres monachos, ac plures sui regni episcopos, ejecit; Ecclesiarumq; bona in regium fiscum congessit: quòd Stephanum, à Romano Pontifice creatum Cantuariensem episcopum, suo suffragio juvissent; vel ejus jam sectarentur partes: quẽ Rex omninò admittere noluit. Rebus ita turbatis, Hugo, archidiaconus Wellensis, Lincolniæ renuntiatur episcopus. Verùm de suâ inauguratione solicitus, quam per Stephanum fieri cupiebat, ut Regem falleret astutè, hoc init consilii. Regi indicat, se Rothomagum iturum; ut ab illius loci antistite consecraretur. Rex, homini fidem habens, eundi potestatem ei facit. At in Normanniam delatus Hugo, à viâ, quæ Rothomagum duceret, deflectit, Romamq; petit: ibiq; a Stephano consecratur. Quod faci-

nus ut Johannes intellexit: inflammatus irâ, bona Hugonis publicavit; & vectigalia illius episcopatûs, à suis Præfectis intercipi jussit. Tandem, cùm regni primates, anno 1213. contra Francos arma capere detrectarent; nisi priùs Rex vinculo Pontificio, quo ob contumaciam constrictus erat, solveretur: Rex, necessariò mutatâ sententiâ, exsules ex Galliis revocat; & Cantuariensi supplex factus, veniam impetrat. *Polydorus.* † *Vincentius.* *

Episcopum quendam Sutrinum, qui Philippum Imperatorem, humiliter id petentem, à Pontificiâ excommunicatione, præter Innocentii voluntatem, exemerat; idem Pontifex, episcopatu privatum, in monasteriū quoddam detrusit: ubi, ad vitæ finem usq;, duriori constrictus custodiâ permansit. *Ursperge*nsis.

Apud Marrochium, quosdam monachos, Ordinis Minorum, prædicandi gratiâ hinc-indè vagantes, propter Christi nomen necatos, scribit. *Schedelius.* *

SUB FRIDERICO II.

Restituerat pacem Syriacis Christianis Fridericus Imperator: & optimè quidem Imperatoriis Præfectis, cùm Satrapis Saracenorum, conveniebat. Verùm Gregorius, superbus & inquietus, & ejus antecessor Cœlestinus, odio Imperatoris, Legatos Ægyptii Sultani, de renovando fœdere ad Fridericum missos, audire non modò prorsus renuit; sed &, hinc-indè missis præconibus, classicum cecinit. Navarræ Regem, illi, non multò post Anglum, ad arma capessenda incitabant; & hoc unum agebant, ut pacem in Syriâ perturbarent. sed tristis miserorum hominum laniena authores fuêre. Tandem, cùm cœlum terræ misceret Innocentius IV. omnia in Germaniâ turbando, Fridericum persequendo, &, ut alius constituatur Imperator, urgendo: Meledinus, Ægypti Sultanus, metu exterorum militum liber, per Grossoinos ex Babylone accitos, Gazam, quæ Templariis parebat, vastat; trucidatis, qui ibi erant, omnibus civibus, sinè discrimine sexûs & ætatis. Eadem Ascalonæ, aliorumq; locorum, quæ sub Hospitalariis erant, fortuna fuit. Denique, trucidatis juxta Tiberiadem Christianis militibus, quos diximus, Grossoini Hierosolymam occupant; sinè delectu omnes, nullâ conditionis habitâ ratione, mactant; templa ac sepulcrum Domini polluunt, vastant, atq; diruunt.

Excitus hac Christianorum calamitate Francus, cum exercitu in Ægyptum venit; Damiatam, fugatis Barbaris, recuperat; templa sacro cultui consecrat: sed paulò pòst captus, urbe cedere cogitur. Ac licèt Christianos, qui ubivis locorum captivi tenebantur, se ex vinculis dimissurum, promisisset Turqueminius Sultanus; quorum quidem duodecim erant millia: fidem tamen non servavit, sed quadringentis, & quidem non sinè precio, dimissis, reliquos trucidavit: adolescentes, quos vitæ dulcedo, & mortis metus, à martyrio dehortabatur, initiatos Mahometo, atque circumcisos, Volonum exercitiis imbuit. *Continuator Historiæ de Bello sacro.* *

¶ In Alsatiâ, quidam Nobiles, Innocentium III. impietatis damnantes, quòd Sacerdotibus uxores non permitteret, Episcoporum, Papæ mancipiorum, odium incurrunt: qui, uno die, centum sui idoli reprehensores igni tradunt, anno 1212. *Balæus ex Huldrico Mutio refert, de Actis Romanorum Pontificum.*

Cathanensem episcopum Adamum, apud Scotos, proprii cives, quorum aliquos, ob subtractas decimas, anathemate feriisset, priùs flagris fœdè cæsum, cremant, anno 1223. *Boëthius.* † *Johannes Major.* *

Regali Asindensi Ecclesiæ molestus erat Fridericus, Comes de Isenborg. Ab Engelberto igitur Coloniensi monitus, non modò non ab injuriâ destitit: sed & ferocior subindè factus, magis magisq; hostilem animum declarabat. Tandem, ab archiepiscopo, sacro fulmine percutitur. Id verò indignissimè ferens Comes, vitæ ejus insidias struere cœpit: ipsumq;, ad consecrationem cujusdam Ecclesiæ, in villâ Zuelme, tendentem, ex improviso obruit, ac viginti-octo concidit vulneribus. *Crantzius.* *

Borivoius Polonus, fines bonorum Episcopi & Ecclesiæ Posnaniensis invadit, neque ab aliis abstinet injuriis: præterea ipsum episcopum Paulum, qui ex condicto Sremum ad eum venerat, ut, certorum hominum arbitrio, iis de rebus cum eo transigeret, capit; & in vincula conjicit. Sed indè elabitur Episcopus. *Cromerus.* *

SUB INTERREGNO.

Mediocri fruebantur Syriacæ Ecclesiæ tranquillitate, ob Tartarorum societatem; qui Christi doctrinam amplexi erant. Præterea Abaga, Haalonis filius, Damasco profecturus, Guirbocæ Præfecto mandat; ut strenuam contra hostes Christianis operam navaret. Erat enim is totus Christianis addictus. Verùm, cùm Germani milites, qui nuper in subsidium advenerant Terræ sanctæ, nepotem ejus, qui prædam ipsis abripere conabatur, occidissent: non modò alieniori factus est animo; verùm etiam extremam eorum internecionem molitus est. Cæsaream enim expugnatam diruit incenditq;; ac hostili animo in cives sæviit. *Continuator Historiæ de Bello sacro.* *

Melecbemus quoq;, Ægyptius Sultanus, Syriacis Christicolis supremum minitabatur exitium: sed dum minas spirat, trucidatur. *Ibidem.*

Mandavus, quem suprà religionem Christianam amplexum esse diximus, ad vomitum reversus, coacto ex Lithuanis & Borussis ingenti exercitu, Christianos, Masoviam incolentes, crudeliter insectatur; omnemq; Cruciferorum terram horribiliter depopulatur: sub annum salutis 1269. *Funccius.*

Factâ, inter Alexandrum III. Scotiæ, & Magnum Norvegiorum, Reges, pace: Alexander suis militibus habenas nonnihil laxavit, ac, ut monachos virosq; ecclesiasticos affligerent, autor ipsis fuit. Hosce S. Andreæ episcopus cohibiturus, cùm excommunicationis fulmen in eos ejacularetur, ac de regiâ familiâ aliquos simul feriret, Regis gratiâ excidit, & ab eodem, ut vel in exsilium eat, vel cœptis desistat, jubetur. Multa præterea in S. Andreæ Priorem effunduntur maledicta: quo instigante, Episcopum eâ severitate usum fuisse, suspicio erat. Sed, cùm jam in exsilium ire pararet Episcopus: Rex, a sanioribus mentis viris admonitus, eum restituit, petitiâ delictorum veniâ, sub annum 1263. *Hector Boethius.* *

Sacris interdixerat Michaëli Palæologo Arsenius Patriarcha; quòd Johannem Lascarem oculis privâsset. Ad ultionem itaq; conversus ille, Sacerdotum cœtum cogit: ibi, in gratiam Michaëlis, damnatus Patriarcha, in exsiliū ire jubetur. *Gregoras.* *

SUB RUDOLPHO.

Philippus, Firmianus Episcopus, & Legatus pontificius, cùm liberius Ladislai, Ungarorum Regis, libidines redarguisset, in carcerem conjicitur: unde postea liberatus, ad Polonos transiit. *Cromerus.* *

Cùm nullæ Christianis, in Syriâ miserè afflictis ab Occidentalibus ferrentur suppetiæ, ob domesticas dissensiones: Saraceni, duce Bandogabare, Antiochiam expugnāt; pòst in Armeniam irruptionem faciunt; indeq; viginti-millia Christianorum, qui vinculis constricti erant, abducunt. *Continuator Historiæ de Bello sacro.* *

Abaga & Tangodar Saraceni, malum Christianis in Palæstinâ intentabant, & eorum templa demoliebantur: sed opprimuntur à suis. In hujus verò locum suffectus Argo, ex fratre nepos, destructa instauravit; & Christianos pio affectu fovit. Sed ea qualicunque halcyonia Melechsaites turbat: qui ut regni auspicia aliquâ Christianorum clade iniret, Mergathum, sive Marmeam, in Syriâ Phœniciæ urbem, quæ Hospitalariorum erat, expugnat. Cives tamen armati, & quantum quisque in humeris portare poterat, ferentes, discedere permittuntur. Urbs verò deletur fundiitus. Arcem Barbari servatam communiunt, anno 1285. Melechsaite mortuo, Alphir rebus potitur, infensissimus Christianorum hostis. Is, Tripoli per cuniculos in deditionem acceptâ, obvios quosq; prosternit: reliqua turba, dum prædæ inhiat hostis, fugâ sibi consulit. Urbe vastatâ, & solo adæquatâ, arci præsidium imponitur: quod Christianos, si fortè urbem reparatum adventarent, prohiberent. Sidonem quoque & Berytum idem diruit: sed Tyrios, urbem ultrò tradentes, incolumes

lumes abire permisit. Denique omnia à Christianis inhabitata loca, in suam accepit potestatem; Christianis fugatis: solâ Ptolemaide exceptâ. Quam tandem, exactis quinquennalibus induciis, vi expugnat Araphus Sultanus; homines miserè dilaniat discerpitq́; atque ad unum omnes Christianos ex Syriâ exturbat, nomenq́; Christianum delet. Urbem usque-adeò diruit; ut nullum ejus vestigium restaret. Accidit hæc clades anno 1291. *Continuator Historiæ de Bello sacro.* *

*lib. 5.

Eâ autem Christianorum clade, Tartari magis, quàm Europæi Principes, afficiebantur. Nam Cassanus, devicto Bandone suo consanguineo, qui regnum affectabat, Mahumeti religionem, quam simulanter ad id tempus probaverat, abjicit; & Christianum nomen amplectitur: Armeniiq́; rogatu, cujus filiam uxorem duxerat, Syriæ afflictæ opem fert; ejecto Melcenasare Ægyptio, in Syriâ Præfecto. Hierosolymam, in potestatem acceptam, restaurat cum Templo dominico; eamq́; Armeniis, Georgianis, cæterisq́; ex Cypro & latebris convolantibus, inhabitandam; Molai verò gubernandam concedit, anno 1298. Ipse, ob exortum domi bellum, in Persiam revocatus, suos Præfectos, quos in Syriâ reliquerat, ad Occidentales Principes legatos mittere jubet: qui fœdus cum iisdem ineant; ut communi animo consilioq́; sacrum recuperetur regnum. Tyrus etiam, ejus jussu restaurata, à Christianis militibus custoditur.

Bonifacius porrò, sibi honorificum futurum facilè perspiciens, regnum Hierosolymitanum, quod sub superioribus Pontificibus amissum fuerat, se Pontifice recipi, non flectendum sibi ratus est: Philippumq́; Pulcrum, Galliæ Regem, instigat per Apameensem episcopum. Sed cùm conviciis ab eodem impeteretur Rex, postquam difficiliorem se præberet; causatus Flandricum bellum: nihil obtineri potuit. Denique, ambitione Pontificis, res Syriacæ concidêre: quæ facilè recuperari tum potuissent.

Præterea Capcapo, quem Damasco præfecerat Cassanus, Occidentalium dissensiones etiam causam præbuerunt: ut, relicto suo domino, ad Ægyptium Sultanum deficeret. cujus ope Hierosolymam expugnat, sacra loca profanat: Cœnobitarum tamen precibus delinitus, Sepulcro dominico parcit. Hunc Molais tandem, cùm supplementa misisset Cassanus, in fugam conjecit, anno 1301. & qualiscunque pax Syriæ restituta est. *Continuator Historiæ de Bello sacro.* *

*lib. 5

¶ Imperabat Heinricus, Uratislaviensis Dux, Thomæ episcopo, & universo ordini sacro, certam pecuniæ summam, in usum bellicum. Sed cum ea denegaretur: omnes, quas sacrati illi viri habebant, possessiones invasit; ac decimas simul iisdem subtraxit; minas insuper, Episcopo suum restitui postulante, spirans. Ob id verò factum, Heinricus, per Jacobum, Gnesnensem archiepiscopum, excommunicatur; & in toto Ducatu sacris interdicitur. Irritatus hac severitate Dux, Episcopum suum cum Sacerdotibus Uratislaviâ pellit. Is verò Lugdunum profectus, Patrum, qui tùm in concilio erant, opem frustrà implorat. Reversus indè, Ratiboriam se confert: ubi à Cazimiro, in quintum usq́; annum, benignè fovetur. Id quoque ægrè tulit Heinricus; & in fautores Episcopi crudeliter sævit: ac cum Cazimiro, qui hostem suum foveret, expostulavit; additis etiam minis. quas cum ille contemneret; Ratiboriam obsidione cingit. Durante obsidione, vulgus, cùm de victu minùs sibi prospexisset, & foris bona in villis sibi diriperentur; majoraq́; ab hoste, si victoriâ potiretur, imminerent pericula; murmurare incipit. Episcopus, re cognitâ, ut omne ab urbe malum averteret, se hosti objiciendum statuit: sacrisque vestibus indutus, cum quibusdam sacerdotibus, exsilii comitibus, ad castra contendit. Quem a longè conspicatus Heinricus, è papilione exsiliens, ad Episcopi pedes se abjiciens, culpam deprecatur; & Episcopum in integrum restituit. Heincus post hæc vinculo excommunicationis liberatur, & interdictum tollitur.

Cromerus. *

*lib 10

DE POENIS PERsecutorum.

NOn impunè fuit illis, qui Ecclesiarum præsules preter culpam afflixerunt: graves enim dedisse pœnas leguntur. Cathanenses enim cives ferè quadringentos, cædis sui Episcopi reos, Alexander, Scotorum Rex, captos, Honorio III. urgente, (*ut Balæus indicat*) supremo affecit supplicio; cum filiis, quotquot ex ephebis excesserant. Impuberes verò virilibus privat: ne sceleratorum hominum proles diu superstes esset. Comitem verò Cathanensium, quòd non succurrisset imploranti auxilium, nec pòst de homicidii authoribus supplicium sumsisset, suo Comitatu exuit. Sed eundem, post aliquot annos, amicorum intercessione, & pecuniæ magnâ summâ expensâ, restitutum; cùm, se cædis minimè conscium fuisse, sanctissimè profiteretur; ministri ipsius, quos asperiùs tractaverat, noctu trucidant ac concremant. Periit igitur ille. (*inquit Boethius* *) eodem supplicii genere, (ut divinitùs factum videri possit) quo Adamum episcopum affecerant: cujus in mortem ipse haud-dubiè consenserat. *Johannes Major*, * anno septimo, ab eo tempore, quo Adamus occubuit, Comitem interemtum, narrat.

* lib. 13.

* lib. 4 c. 10

Fridericus, Comes de Ilenborg, quem Coloniensem præsulem interemisse diximus, ad supplicium raptus est. Nam evoluto post factam cædem anno, capitur; Coloniamq́; deductus rotâ conteritur: sitq́; nobile corpus corvorum esca. *Crantzius.* *

* lib 7 Metrop. c. 43

Non cessit impunè Borinolo Polono; qui episcopum Posnaniensem afflixerat. Nam Uladislaus Princeps, a custodibus in Sremensem arcem noctu intromissus, cum prædiatoriâ manu, ipsum cum suis complicibus obtruncavit; arcemq́; exussit. *Cromerus.* *

* lib. 8.

Ladislaus, Ungarorum Rex, à Cumanis in vincula conjectus, miserè occiditur. *Idem*, † *& Bonfinius.* *

† lib 10

* lib. 8. Decad. 2

Cum Christianis Syriacis exterminium minaretur Melechemus, Sultanus Ægyptius, à suis trucidatur. *Continuator Historiæ Belli sacri.* *

* lib. 4. c. 25.

Cùm, post Antiochiam expugnatam, & Armenios infestaret Bandagabar, Damascenus Sultanus; in conflictu quodam, sagittâ in incertum emissâ vulneratur: saucium vires verbaq́; destituunt: ex eoque vulnere is paulò pòst obiit.

Abaga etiam, dum contra Syriacos bellum parat, à suis domesticis opprimitur.

Tangodar autem, qui fratri successerat, olim Christianis ritibus initiatus & baptizatus, Nicolaus dicebatur: tamen commercio gentis a sanctis digressus, impiis se conjunxit; Christicolas omnes capitali odio insectans. Admonitus à piis, ne pergeret populum Dei tam nefariis conatibus molestare, non solùm non paruit; sed dominicas atque ædiculas sacras dirui fecit. Insanientem tandem populus trucidavit. *Ibid.* *

* lib. 5. c. 2. & 3.

CAPUT IV.

DE DOCTRINA.

EX Scholasticis doctoribus, aliquid colligendum est de doctrinâ. Monemus autem Lectorem, nos conatos esse optima ex eis seligere. Verùm, cùm in iis fons Israël sit multò cœno inquinatus; ideò fieri non potuit, quin aliquæ sordes etiam influxerint: quia nimirum sententiæ omnes non potuère prorsus mundari. Si quid igitur earum sordium prudens Lector invenerit: sciat. ex lutulentis fluviis, non potuisse omnia tam munda proferri: atque autoribus ea imputet; ac cum judicio quælibet censeat esse legenda, videlicet juxta normam verbi divini. Perplexitatem & monstrositatem, aliaque ejus generis, nemo miretur: quia monstrosæ disputationes ejusmodi Theologiam pepererunt.

DE SACRA SCRIPTURA, *seu Verbo Dei.*

Phrases.

AQua multis modis accipitur in sacrâ Scripturâ. Nam est aqua natura, doctrina, sapientia, gratia, culpa, pœna, miseria. Innocentius III. in Psal. 2. pœnitent.

¶ *Manus Domini diversa circa nos gerit officia. Quandoque creatoris. unde:* * Manus tuæ fecerunt me. *Quandoq; minantis. unde:* † Adhuc manus tua extenta. *Quandoq; protegentis:* * Subumbrâ manus suæ protexit me. *Quandoque largientis:* † Aperis tu manum. *Ibid.*

* Job. 10. vers. 8
† Esaiæ 5. vers. 25
* Esaia 49 vers. 2
† Psal. 145. vers 16.

¶ *Caro multis modis accipitur in Scripturis. Nam Caro dicitur homo. unde:* a Verbum caro factum est. *Et:* † Videbit omnis caro salutare Dei. *Pars hominis. unde:* * Palpate & videte: quoniam spiritus carnem & ossa non habet; sicut me videtis habere. *Animalis natura. unde:* † Alia est caro volucrum, alia piscium, alia jumentorum. *Et:* b Dat Deus escam omni carni. *Humana fragilitas. unde:* † Non permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est. *Et:* * Omnis caro fœnum. *Sensualitas unde:* c Spiritus concupiscit adversùs carnem. *Corruptibilitas. unde:* * Etsi novimus Christum secundùm carnem; sed nunc jam non novimus. *Voluptuosa conversatio. unde:* † Caro & sanguis regnum Dei nõ possidebunt. *Legalis observantia. unde:* d Qui volunt vobis placere in carne, hi cogunt vos circumcidi. *Terrena consideratio. unde:* † Caro & sanguis non revelavit tibi. *Literalis intellectus. unde:* * Spiritus est, qui vivificat; caro non prodest quicquam. *Conjugale opus unde:* * Erunt duo in carnem unam. *Ipsa fœmina. unde:* * Non ex sanguinibus, neq; ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis; sed ex Deo nati sunt. *Consanguinitas unde:* * Nemo unquam carnem suã odio habuit. *Culpa. unde:* † Dum appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas. *Et pœna. unde:* ‡ Carnibus meis saturamini. *Non est, inquam, sanitas: quia necessitati moriendi addicta est per peccatum, quia non est sanum quod leviter potest lædi.* Innocentius, in 3. Psal. pœnitentialem.

a Joh. 1. v. 14
† Luc 3. v. 6.
* Luc 24 vers 39.
† 1. Cor. 15. vers 39.
b Psal 136. vers 25.
† Genes 6 vers 3.
* Esaiæ 40. vers 6.
c Galat. 5. vers. 18.
* 2 Cor. 5. vers. 16
† 1 Cor. 15. vers. 50.
d Gala. 6 vers. 12.
† Matth 16. vers. 17.
* Johan 6. vers. 63.
* Genes. 2. vers. 24.
* Joh 1. v 13
* Ephes. 5. vers 29
† Ps. 27. v 2
‡ Job 19 vers 22.

¶ *Initium, seu Principium, multipliciter legitur in Scripturis. Dicitur autem principium Deus. unde:* † In principio erat Verbum: Deus Filius. *Principiũ temporis. unde:* * Antequã quicquam faceret, à principio ordinata sum. *Principium dignitatis. unde:* † Ipse est principium viarum Dei. *Principium virtutis. unde:* * Initium sapientiæ timor Domini. *Dicitur etiam principium cujuslibet rei exordium: unde Oseæ 1.* † &c. *Cum enim dicitur,* * In initio tu Domine terram fundasti: *potest intelligi, vel de principio temporum; quia terra simul fuit cum tempore creata: vel de principio rerum, id est, de Filio Dei, qui est omnium rerum initium; per quem, & in quo, Deus Pater terram fundavit.* Innocentius in Psal. 5. pœnitent.

† Joh. 1. v 1
* Prov. 8. vers. 22
† Job. 40. vers. 14.
* Psal 111. vers. 10.
† vers. 2.
* Psal 102. vers. 26.

¶ *Osculum, in sacrâ Scripturâ, significat unionem, charitatẽ, pacem, & reverentiam.* Innocentius lib. 6. Mysteriorum.

¶ *Pascha diversis modis accipitur in Scripturis divinis. Pro die. unde:* † Appropinquavit dies azymorum. *Pro horâ. unde:* * Quartâ-decimâ ad vesperam Pascha Domini est. *Pro agno, &c. Sanè Pascha Hebraicè dicitur Phase; quod est Transitus: Græcè verò* πάσχειν, *quod est pati.* Innocentius, Serm. ante Concil.

† Luc. 22 vers 1.
* Levit. 23. vers 5.

¶ Avertere; Convertere. *Sicut Deus tribus modis se avertit ab aliquo: primò, quando spiritualem subtrahit illi gratiam; secundò, quando temporalem irrogat ei pœnam, tertiò, quando vindictam infligit æternam. ita tribus modis se convertit ad aliquem: primò, quando gratiam et spiritualem infundit; secundo, quando temporalem pœnam remittit; tertiò, quando salutem concedit æternam.* Innocentius, Psal. 1. pœnit.

¶ *Vultus Dei multiplex. Vultus Dei Patris, est filius. unde:* * In lumine vultûs tui ambulavimus. *Cognitio. unde:* † Quæsivi vultum tuum; vultum tuum, Domine, requiram. *Propitiatio. unde:* * De vultu tuo judicium meum procedat. *Indignatio, Benignitas.* Innocentius Psal. 3. pœnit.

* Psal. 89. vers. 16.
† Psal. 27. vers. 8.
* Psal. 16. vers. 2.

¶ Misericordia. *Proprium Dei est, misereri: & ideò misereri non est aliud, quam misericordẽ esse.* Innocentius in Psal. 4. pœnit. itèm: *Misericordia Dei incomparabiliter, incomprehensibiliter, & ineffabiliter est magna.* Ibid. Itèm: *Misericordia & Miserationes Dei differunt. Quia misericordia Dei, est una, in naturâ: sed miserationes ejus multæ sunt, in effectu.* Ibid.

¶ *Triplex modus Occultationis invenitur; qui solet in revelationibus contingere. Quorum primus est, cùm intelligibilis Veritas alicui revelatur, per imaginariam visionem. Secundus modus occultationis est; quia in ipsâ imaginariâ visione proferuntur quandoque aliqua verba, expressè continentia veritatem. sicut est illud:* * Ecce virgo &c. *Quandoque verò, sub quibusdam figuratis locutionibus. sicut est illud:* * Egredietur virga de radice, &c. *Tertius modus occultationis est; quòd aliquando aliquis revelationem divinam frequentem & diuturnam habet. sicut dicitur de Mose,* * *quòd locutus est Deus ad Mosen facie ad faciem.* Thomas Aquinas in Job. cap. 7. Lect. 4.

* Esaiæ 7 vers. 14
* Esaiæ 11 vers 1.
* Exod. 33. vers. 11.

¶ *In sacrâ Scripturâ consuetum est dici, quòd aliquando Indurat vel Excæcat Deus; ex hoc, quod gratiam non largitur, per quam emolliatur & videat.* Ibidem.

Non est congruum divinæ bonitati, excæcare; nec mittere in securitatem peccandi: quia sic esset causa culpæ. Verborum, quæ dicuntur de Deo, quædam dicuntur positivè: ut Creare, Justificare, & hujusmodi. quædam negativè: ut Obdurare, hoc est, non-emollire; Subtrahere gratiam, hoc est, non-conservare. & sic in proposito. Excæcare enim Deus dicitur: non quia auferat lumen gratiæ propriè; sed quia non conservat, vel quia non dat; ac permittit hominem magis elongari à lumine. Thomas Aquinas super Apocalyp. cap. 2.

¶ *Partes corporeæ attribuuntur Deo in Scripturis, ratione suorum actuum, secundum quandam similitudinem.* Thomas Aquin. 1. parte Summæ, quæst. 3. art. 1.

Ira, & hujusmodi, attribuuntur Deo, secundùm similitudinem effectûs. Quia enim proprium iræ est, punire; ejus ira, punitio metaphoricè vocatur. Idem ibidem, art. 2.

In sacrâ Scripturâ, operationes naturæ Deo attribuuntur, quasi operanti in naturâ. secundùm illud Job: * Pelle & carnibus vestivisti me. Thomas ibidem, quæst. 105.

* c. 10. v. 11.

¶ *Dicere, dicitur essentialiter, & personaliter. & ideo dico sinè præjudicio, quòd Verbum dicitur tribus modis. Uno modo, secundùm quod convertitur cum dicto, manifestante intellectum dicentis: & sic dicetur generaliter, respectu cujuscunque dicentis. Alio modo, secundùm quod addit super hoc processionem, & distinctionem personalem à dicente: & sic dicere non convenit, nisi Patri; & Verbum esse, non convenit, nisi Filio. & sic accipitur à Sanctis propriè. Tertio modo, secundùm quod addit, super hæc duo, respectum ad creaturas: & sic significat personas; & notat essentiam. Et primo modo, unusquisque dicit se, & quilibet alium: secundo modo, solus Pater dicit filium solum: tertio, dicit Deus omnes creaturas. secundum quod dicitur;* * Dixit, & facta sunt: *id est, Verbum genuit, in quo erat ut fierent. Præterea, unum solum est Verbum: quia essentia divina non facit numerum cum aliquo, quod sit in divinis. sed tamen non est uno modo dictum, sed tribus modis, ut jam patet.* Albertus Magnus, super 1. Sent. Dist. 27.

* Psal. 33. vers. 9.

Magi ad Pharaonem; * Digitus Dei hic est: *hoc est, demonstratio divinæ virtutis & potentiæ.* Alb. Magnus, super 2. Sent. Distinct. 18.

* Exod 8. vers. 19.

¶ *Ager, in quo agit stultus,* * *est concupiscentia corporis: & Vinea, est gaudium hujus Mundi.* Albertus M. super 15. caput Lucæ.

* Prov 24. vers. 30.

Arare est, corda vomere verbi, & aratro disciplinæ, proscindere. Ibid. cap. 12.

¶ *Suscepit Israel: 1. in naturam: 2. in gratiam: 3. in defensionem: 4. in gubernationem: 5. in beatitudinem.* Albert. M. super 1. cap. Lucæ.

Signatum est super nos lumen vultûs tui: *hoc est, imago creationis, recreationis, & similitudinis divinæ.*

¶ *Custodire verbum, proficiscitur ex tribus: scilicet amotione contrariorum, adimpletione per verbum dictorum, tenaci memoriâ auditorum. Contraria verbo sunt; facientia verbum à corde evanescere, & facientia verbum in corde non fructificare.* Albert. M. super Lucam cap. 11.

¶ *Panis, scilicet intellectûs, qui est veritatis verbum: Panis affectûs, qui est virtutis firmamentum: Panis sacramenti, qui est animæ famelicæ verum viaticum.* Ibid.

Sunt adhuc alii panes spirituales: Panis pœnitentiæ, obedientiæ, doctrinæ, eleemosynæ, consolationis divinæ, devotionis in oratione.

¶ *Liber vitæ, tripliciter dicitur. Uno modo, exemplum vitæ*

agendæ: & sic Christus, secundùm humanitatem dicitur liber vitæ; quia in ipso debemus legere vitam, quæ nobis est agenda. Thomas Aquinas, super Apocal. cap. 3.

Dicitur aliquis scribi in libro vitæ dupliciter: aut quantum ad præsentem justitiam; aut quantum ad prædestinationem æternam. Primo modo dicitur aliquis in libro vitæ scribi; quia ejus merita scribuntur, id est, approbantur & acceptantur ad vitam, pro illo statu: ac patet. quia si sic decederent, salvaretur. Secundo modo dicitur scribi, non solùm quia ejus merita inscribuntur; sed quia ipse efficaciter ordinatur ad vitam, secundum prædestinationem divinam. Qui primo modo ibi scribitur, deletur, quantum ad præsentem justitiam, quando cadit in culpam mortalem: quia ejus justitia sive meritum jam non approbatur, ut habeatur apud Deum dignum vitâ, ut antè; quia merita non habet. Qui autem scribitur secundo modo, nunquam deletur: quia prædestinatio quassari non potest. Illa autem deletio præmissa, non dicit aliquam mutationem factam circa Deum; sed circa meritum, quia jam periit. Eâdem enim voluntate & rectitudine, quâ approbat hunc, dum habet merita; reprobat eum, dum est in culpâ. Thomas Aquinas, super 3. cap. Apocal.

¶ Triplex est Verbum. Unum increatum & generatum, quod est Filius. Alterum increatum, quod est ratio rei faciendæ. Et tertium incorporatum, quod est forma, per sapientiam Dei impressa rei naturali factæ. Albert. M. super Matth. cap. 4.

Est ergo triplex Verbum Dei. Primum est coæternum & consubstantiale quod generat quando intuetur se. Secundum quod est exemplar & idea, & ratio rerum: a quo fiunt res. Tertium, quod incorporatum est rebus: a quo est res. Ibid.

¶ Nomen, quod petitur sanctificari, est Patris. Est autem nomen duplex: personæ, & naturæ. Personæ nomen est, quod personam quamcunque demonstrat in esse personali distinctio: sive illa persona sit divina, sive humana, sive angelica. Et hoc nomen non est communicabile alicui: sicut nec ipsa discretio personalis, à qua imponitur. Et hoc vocatur nomen proprium, uni soli conveniens. Et in hoc nomine non communicant generans & genitus: nec communicare possunt, propter causam inductam. Est autem nomen naturæ, sub qua fit personalis discretio. Et hoc est nomen communicabile illis, quibus datur natura per modum, quo datur eis. Albertus M. in Matth. cap. 6.

¶ Deus dicitur esse vestitus & ornatus; juxta illud Psalmi 104.† Amictus lumine sicut vestimento. Lumen autem, quo dicitur Deus amictus & vestitus, est ipsemet: qui est lux, in qua tenebræ non sunt ullæ. Unde ipse est lux, quâ vestitur: ipse est lux, quam inhabitat Ægidius Columna lib. 2. Hexam. cap. 3.

[† vers. 2.]

Benedictio Dei, significat multiplicationem beneficiorum ejus. Idem, lib. 2. cap. 42.

Deus non dicitur indurare, impartiendo malitiam: sed cessando ab actu; & non dando gratiam. Exponendum ergo est, quòd Deus, quem vult indurat, hoc est, indurari permittit. Idem, de Prædestinatione, cap. 1.

Regulæ.

Non in opusculo aliquid affirmare intendo, quod non per sanctam Scripturam, per dicta Sanctorum, per opiniones probatas, affirmetur. Bonaventura, in vitâ Christi, cap. 42.

¶ In Scripturâ sunt septem modi loquendi: Historicus, tropicus, allegoricus, anagogicus, figurativus, & modus absolutus & dignativus. Thomas Aquin. in Apoc. cap. 6.

Scriptura idem dicit sub diversis vocabulis. Ibid. cap. 7.

In sacrâ Scripturâ nihil est, nisi rectum. Idem in Apocal. cap. 8.

Est consuetudo sacræ Scripturæ, ut res spirituales sub figuris rerum corporalium describat. Idem, super Job. cap. 1. Lect. 2.

Considerandum est, quòd aliqua veritas, quamvis propter sui altitudinem sit abscondita: revelatur tamen quibusdam manifestè, quibusdam verò occultè. Ibid. cap. 4. Lect. 3.

Autoritatem sacræ Scripturæ prætergredi non licet, loquenti de divinis. Thomas, contra errores Græcorum, cap. 10.

In Scripturis, spiritualia sub corporalium similitudine designari solent. Idem, in Compend. Theolog. tract. 1. cap. 179.

Scriptura rectè dicitur cœlum: quia celat in se divina secreta. Item clara est, per continentiam claritatis cœlestis. Item alta & solida: quia cessare non oportet veritatem catholicam. Idem in Apocal. cap. 14.

Verbum fidei, à Sanctis prolatum, gladius spiritûs manifestè dicitur. Aquin. lib. 1. contra Græcos.

Idem vocat sacram Scripturam, canonicam scripturam: 1. Summæ, quæst. 1. artic. 8.

Consuetum est in Scripturis, quòd res significata sortiuntur vocabula signorum, & è contrario. sicut illud: * Petra autem erat Christus. Idem, de Different. verbi divini & humani.

[* 1. Cor. 10 v. 4.]

Non debet disputari de his, quæ sunt fidei, quasi de eis dubitandum: sed propter veritatem manifestandam, & errores confutandos. Oportet enim, ad fidei confirmationem, aliquando cum infidelibus disputare: quandoque quidem fidem defendendo, secundum illud 1. Pet. 3.† Parati semper, &c. quandoque autem ad convincendos errantes secundum illud Tit. 1.* Ut sit potens, &c. Thomas Aquin. 2. secundæ, quæst. 10. artic. 7.

[† vers. 15.] [* vers. 9.]

Sacra doctrina utitur autoritatibus canonicæ Scripturæ, propriè, ex necessitate argumentando: autoritatibus autem aliorum Doctorum, quasi arguendo ex propriis, sed probabiliter. Innititur autem fides nostra revelationi, Apostolis & Prophetis factæ, qui Canonicos libros scripserunt: non autem revelationi, si qua fuit aliis Doctoribus facta. 1. parte Summæ, quæstione 1. articul. 8.

Non omnia nomina dicuntur de Deo metaphoricè; sed aliqua dicuntur propriè. Ibid. quæst. 13. artic. 3.

Nomina Deo attributa, licèt significent rem: tamen, quia significant eam sub rationibus multis & diversis, non sunt synonyma. Ibid. quæst. 13. artic. 4.

Intelligere Dei, est ejus substantia. Ibidem, quæst. 14. articul. 4.

Intelligere divinum, est ipsa substantia intelligentis. Unde verbum procedens procedit, & ejusdem naturæ subsistens: & propter hoc dicitur propriè genitum, & filius. Ibid. quæst. 27. artic. 3.

Omnes illæ corporales promissiones. (Lucæ 22 * Ut edatis & bibatis, &c. Matth 6. † Thesaurizate &c.) quæ in sacrâ Scripturâ continentur, sunt metaphoricè intelligendæ; secundum quod in Scripturis solent spiritualia per corporalia designari: ut ex his, quæ novimus, ad desiderandum incognita consurgamus. sicut Gregorius dicit in quadam Homiliâ: Sic per cibum & potum intelligitur delectatio beatitudinis: per divitias sufficientia, quâ homini sufficiet Deus: per regnum, exaltatio hominis, usque ad conjunctionem cum Deo. Idem, 1. secundæ, quæst. 4. artic. 7.

[* vers. 30] [† vers. 20.]

Ille dicitur aliter exponere sacram Scripturam, quàm Spiritus sanctus efflagitat: qui ad hoc expositionem sacræ Scripturæ extorquet; quod contrariatur ei, quod est per Spiritum sanctum revelatum. Unde dicitur Ezech 13. de falsis Prophetis * Qui perseveraverunt sermonem confirmare: scilicet per falsas expositiones Scripturæ. Ibid. quæst. 11. artic. 2.

[* vers. 6]

Ea, quæ in uno loco Scripturæ traduntur sub metaphoris, in aliis locis expressim exponuntur. Idem, 1. Summæ, quæst. 1. art. 9. Et: Conveniens est sacræ Scripturæ, divina & spiritualia sub similitudine corporalium tradere. Ibid.

In omnibus, quæ sic Scriptura tradit, (per modum narrationis historicæ) est pro fundamento tenenda veritas historiæ, & desuper spirituales expositiones fabricandæ. Ibid. quæst. 102. artic. 1.

¶ Omne dictum de Deo, connotans effectum increatum, significat divinam essentiam. Albertus M. super 1. Senten. dist. 35.

Laudare opera Dei debemus & admirari, sed investigare non possumus modum. Idem in Johan. cap. 9.

¶ Valde cavendum est, sic exponere Scripturam sacram, ne deridendi occasio infidelibus tribuatur. Ægid. Colum. lib. 1. Hexam. cap. 6.

Dicit secundùm Augustinum, valde periculosum esse, sacram paginam exponere de eo, quod aliquo tempore est futurum. Idem, lib. 2. cap. 3.

Valde est periculosum, fastidire libros pietatis, hoc est, libros sacræ Scripturæ, & Gentilium libros reputare. Ibidem.

Debemus nostram mentem, & nostrum intellectum, conformare Scripturæ sacræ, non è converso: & debemus hujusmodi Scripturam tenere super omnes ideas; imò debemus eam existimare super omnem capacitatem humanam. Ibid.

Sacra Scriptura cùm potest multipliciter exponi; illa expositio potissimè est accipienda, cui cætera suffragantur & consonant. Idem, lib. 2. c. 17.

Scriptura sacra multis æquivocationibus utitur, in operibus sex dierum. Ibid. cap. 23.

In Scripturâ sacrâ iste modus satis est usitatus, quòd pro plurali ponitur singularis Ibid. cap. 31. *Sicut Augustinus inducit: Quia in singulari Locusta & Rana nominata est in plagis, quibus Aegyptii sunt percussi: cùm esset, ut ait, innumerabilis locustarum numerus & ranarum.*

Ubi nos habemus Jumenta, antiqua translatio habet Quadrupedia. una ergo translatio exponitur per alteram. lib. 2. Hexam. cap. 39.

I. Non debemus sic exponere sacram Scripturam, ut illa sit sententia sacræ Scripturæ, quæ est nostra: sed magis è converso; ut illa sit nostra, quæ est sacra Scriptura.

II. Debemus plus existimare Scripturas sacras, quàm alias Scripturas. In-tantum quidem debemus in precio habere scripturas alias, in quantum famulantur Scripturæ sacræ. Ubi autem ei contradicunt, non debemus eas tenere, sed repellere.

III. Non solùm debemus plus existimare Scripturam sacram, quàm opinionem nostram; ut dicebat regula prima: & plus, quam scripturas Gentilium, ut docebat secunda: sed plus, quam capacitatem totius humani ingenii. Itaque, si tota capacitas, & tota subtilitas, quæ potest esse in omnibus hominibus, esset in uno homine: plus esset existimanda Scriptura sacra, quam tota hujusmodi capacitas.

IV. Quando multis modis Scriptura exponitur: debemus attendere, cui expositioni cætera consonant & concordant. Quia nihil dimittendum est in unâ parte Scripturæ sacræ, quod impediat aliam.

V. Obscuritates sacræ Scripturæ non debemus in aliquam partem ita pertinaciter asserere, quod aliqua labes Scripturæ sacræ possit attribui.

VI. Non debemus sacram Scripturam ita exponere, quòd aliis ridendi materia tribuatur.

VII. Si possumus salvare Scripturas sacras, per ea quæ naturaliter videmus: non debemus ad miraculum, vel ad potentiam divinam recurrere. Ægidius Colum. lib. 2. Hexam. cap. 13.

In sacrâ paginâ divinitùs inspiratâ, omnia credenda reducuntur & resolvuntur in ipsos articulos: ipsi verò articuli, secundùm quod hujusmodi, non reducuntur nec resolvuntur in alia. Idem, in tractatu de Arcâ Noæ.

In sacrâ paginâ, ipsi articuli fidei sunt minimi quantitate, & maximi in virtute. Nam quilibet articulus in se, est aliquo modo quid minimum; virtute tamen, quilibet est quid maximum: eò quòd omnia credenda, ut dictum est, creduntur & roborantur per ipsos articulos. Ipsi verò articuli sunt quædam minima, quæ non reducuntur in alia; sed omnia alia reducuntur & resolvuntur in ipsa. Ibid.

¶ *Scriptura sacra est à Deo. Omnis sapientia à Domino Deo est. Ergo omnis sapientia seu scientia est theologica & divina: quia Theologica scientia non est aliud, quam scientia divina. Item, Theologica, seu divina, aut dicitur divina, quia à Deo: & tunc omnis alia scientia est divina. aut dicitur divina, quia est de Deo: & secundùm hoc Philosophia prima est divina & theologica; quia est à Deo.* Alexander de Ales, Quæstione 1. memb. 2. parte 1. Itèm: *Quoniam doctrina sacra dicitur divina, seu theologica: quia à Deo, de Deo, & ductiva ad Deum. A Deo; quod convenit aliis sententiis; sed tamen hoc modo non convenit sacra Scriptura. Est enim verum, ut verum; & est verum & bonum. Utrumque autem est à Spiritu sancto. Sed cùm accipitur verum & bonum: illud bonum aut est ut bonum morale; aut ut bonum gratuitum. Si gratuitum: sic est assimilatio ad spiritum, qui est bonitas. Et ideo hujusmodi attentio est à Spiritu sancto, per modum ipsius. Hinc est, quòd antonomasticè, hoc est, per excellentiam, dicitur hæc Scriptura tradita, seu doctrina, à Spiritu sancto. In aliis verò sententiis, speculativis scilicet, est acceptio veri & veri. In practicis autem moralibus, etsi sit acceptio veri & boni: non tamen ut boni gratuiti; sed moraliter. unde non dicuntur editæ à Spiritu sancto. Item, de Deo dicitur esse illa scientia; & non sicut alia, velut Philosophia prima: quia non agunt de Deo secundum mysterium Trinitatis, vel secundum sacramentum humanæ reparationis. Itèm inductiva ad Deum, per principia timoris & amoris, ex fide misericordiæ & justitiæ Dei: quod non convenit alicui ex scientiis. & per hæc patet solutio ad objecta.* Ibidem.

¶ *Scriptura magis est authentica & plùs observãda, quando per manum publici tabellionis est confecta. Iste tabellio est Spiritus sanctus: scilicet qui ex nihilo fecit cælum & terram, & omnia elementa; & corpus Christi formavit in virginali utero; & de pulvere formavit corpora Christo.* Bonaventura, Diæta 3. salutis, de Præceptis, cap. 17. Itèm: *Ortus sacræ Scripturæ, non est per humanam investigationem; sed per divinam revelationem; quæ fluit à patre luminum, ex quo omnis paternitas in cælo & in terrâ nominatur. à quo, per Filium ejus Jesum Christum, manat in nos Spiritus sanctus: & per Spiritum sanctum, dividentem & distribuentem dona singulis, sicut vult, datur fides: & per fidem habitat Christus in cordibus nostris. Hæc est notitia Jesu Christi; ex quo originaliter manat firmitas & intelligentia totius sacræ Scripturæ.* In Prolegom.

Ipsum verbum Dei, quod est divina sapientia, singulis creaturis, secundùm aliquam determinatam mensuram, communicatur in quantum Deus per omnia opera sua suæ sapientiæ sparsit indicia. Thomas, in Summâ de Veritate, Materia 29. Quæstione 3.

¶ De Divisione Scripturæ, BONAVENTURA inquit: * *Sacra scriptura dividitur in vetus & novum Testamentum, & non in theoricam & practicam: sicut Philosophia. Secùs autem Philosophia: quæ non tantùm de veritate morum; verùm etiam agit de vero nudâ speculatione considerato.*

* Part. 2. de Latit. Script.

THOMAS Aquinas ait: * *Sacra pagina dividitur in vetus & novum Testamentum. Rursus novum dividitur, in Evangelicam & Apostolicam doctrinam. Intentio Evangelicæ doctrinæ consistit in contemplatione capitis, hoc est, Christi. Intentio Apostolicæ doctrinæ consistit in contemplatione corporis, id est, Ecclesiæ: & hoc tripliciter, &c. In Actibus, ostenditur primitivus status Ecclesiæ. In Epistolis, medius, id est, præsens status, informatur. In Apocalypsi, revelatus est status finalis.*

* Proœm. in Apoc.

¶ De discrimine Theologiæ & aliarum scientiarum, ait THOMAS: * *Propria hujus scientiæ cognitio est, quæ est per revelationem; non autem est per naturalem rationem. & ideò non pertinet ad eam, probare principia aliarum scientiarum; sed solum judicare de eis. Quicquid enim in aliis scientiis invenitur, veritati hujus scientiæ repugnans; totum condemnatur ut falsum. Unde dicitur 2. Corinth. 10,* † Consilia destruentem & omnem altitudinem.

* 1. Sũma. Quæst. 1. art. 6.

† vers. 5.

¶ De subjecto Theologiæ, ait BONAVENTURA: * *Theologia, tanquam scientia supra fidem fundata, & per Spiritum sanctum revelata, agit de eis, quæ spectant ad gratiam & gloriam, & etiam ad sapientiam æternam.* Itèm; † *Sacra doctrina, scilicet Theologia, principaliter agit de primo principio, scilicet de Deo trino & uno. De septem agit in universo: scilicet de Trinitate Dei, de creaturâ Mundi, de corruptelâ Peccati, de incarnatione Verbi, de gratiâ Spiritûs sancti, de Medicinâ sacramentali, & de statu finalis judicii.* Itèm; † *Sunt spiritualiter in Scripturâ quatuor genera præceptorum. scilicet quædam Ceremonialia: ut;* * Non arabis in bove & asino. *Quædam Sacramentalia: ut de Vitulâ rufa, & aliis sacrificiis, & Circumcisione. Quædam Judicialia: ut;* † Oculum pro oculo; dentem pro dente. *Quædam Moralia: ut decem præcepta Decalogi.* Itèm: * *Sacra scriptura principaliter est de operibus reparationis: unde & ipsa præcipuè agit de fide, spe, & charitate.* Itèm: † *Prophetia veteris Testamenti, de venturo Messiâ. À principio, conditionis naturæ; collata primis Parentibus in paradiso. dehinc, propter ligni vetiti esum, per divini decreti severitatem expulsis; superna misericordia non distulit, hominem errabundum revocare ad pœnitentiæ veniam; spem veniæ dando, per repromissum Salvatoris adventum. Et, ne fortè, per ignorantiam & ingratitudinem, tanta Dei dignatio nostræ saluti foret inefficax; in quinque seculi ætatibus, per Patriarchas, Judices, Sacerdotes, Reges, & Prophetas, ab Abel justo usque ad Johannem Baptistam, Filii sui adventum prænuntiare, promittere, & præfigurare, non destitit: ut per multa tempora & annorum millia, magnis, miris, & multiplicatis oraculis, intelligentias nostras ad fidem erigeret; & effectus per viva desideria inflammaret.*

* Part. 2. de Sentim. Script.

† Brev. loq. parte 1. c. 1.

† Centiloq. parte 3. cap. 32.

* Deut. 22. v. 10

† Exod. 21. v. 24.

* Itiner. mentis ad Deum. c. 4.

† de Ligno vitæ.

ALBERTUS Magnus: * *Duo sunt in verbo Dei. Unum quidem, quod aliquando acriter reprehendit & compungit: aliud, quòd ea, quæ supra sunt, promittit, vel comminatur. Et, si quis propter ista impatienter audiat verbum, nunquam suscipit verbum Dei.*

* in Luc. cap. 4.

ALEXAN-

ALEXANDER de Ales ait:* *Quòd materia divinarum Scripturarum est Christus.* Itèm:† *Quòd materia divinarum Scripturarum est Deus sive substantia divina. Unde, secundùm hoc, Theologia est scientia de substantia divinâ, cognoscenda per Christum in opere reparationis.* Itèm: *Materia verò de quâ est sacra Scriptura est divina substantia, cognoscenda per Christum in opere reparationis.* Itèm:* *Doctrina Theologia, est de substantiâ Dei, efficiente per Christum opus humanæ reparationis. Ideò partes primæ inquisitionis, sunt circa excellentiam divinæ sublimitatis: consequentes verò, erunt de Christo, & pertinentibus ad opus reparationis.*

(* Parte 1. Quæst. 1. memb. 2. † ibid. memb. 3. * ibid. memb. 5.)

THOMAS ait:* *Deum esse subjectum sacræ doctrinæ.*

(* 1. Summæ Qu. 1. art. 7.)

¶ De Veritate Scripturæ, ALEXANDER Ales inquit:† *Veritas est in sermone dupliciter: quantùm ad illud, quod dicitur, & quantùm ad illud, per quod dicitur. Quia sunt ad designationem alicujus facti, vel rei, secundùm veritatem: & isto modo assumuntur, non quantùm ad significationem primam; sed quantùm ad significationem secundam. Unde notandum, quod in historicis est veritas, quantùm ad significationem vocum: in parabolicis, quantùm ad significationem rerum.*

(† Parte 1. Qu. 2. art. 5.)

THOMAS ait:† *Scriptura divina, à Spiritu sancto edita, non potest falsum subesse: sicut nec fidei, quæ per eam docetur. Aliud est, ne aliquis ita Scripturam ad unum sensum cogere velit: quòd alios sensus, qui in se veritatem continent, & possunt salvâ circumstantiâ literæ Scripturæ aptari, penitùs excludantur. Hoc enim ad dignitatem divinæ Scripturæ pertinet; ut sub unâ literâ multos sensus contineat: ut sic & diversis intellectibus hominum conveniat, & unusquisque miretur, se in divinâ Scripturâ posse invenire veritatem, quam mente conceperit: & per hoc etiam contra Infideles faciliùs defendatur: dum, si aliquid, quod quisquam ex sacra Scripturâ velit intelligere, falsum apparuerit; ad alium ejus sensum possit haberi recursus. Unde non est incredibile, Mosi & aliis sacræ Scripturæ autoribus hoc divinitùs esse concessum: ut diversa vera, quæ homines possent intelligere, ipsi cognoscerent; & ea sub unâ serie literæ designarent: ut sic quilibet eorum sit sensus autoris. Vel, si etiam aliqua vera ab expositoribus sacræ Scripturæ literæ aptentur, quæ autor non intellexit; non est dubium, quin Spiritus sanctus intellexit, qui est principalis autor sacræ Scripturæ. Unde omnis veritas, quæ salvâ literæ circumstantiâ potest divinæ Scripturæ aptari, est illius sensus.* Itèm:* *Aeterni Patris Verbum, suâ immensitate universa comprehendens, ut hominem, per peccatum minoratum, in celsitudinem divinæ gloriæ revocaret, breve fieri voluit, nostrâ brevitate assumtâ; non suâ depositâ majestate. Et ut à cœlestis verbi capessendâ doctrinâ nullus excusabilis redderetur, quod per studiosos, & dilucidè per diversa Scripturæ sanctæ volumina, tradiderat, propter occupatos, sub brevi summâ humanæ salutis doctrinam conclusit. Consistit enim humana salus in veritatis cognitione; ne per diversos errores intellectus obstrueretur humanus: in debiti finis intentione, ne, indebitos fines sectando, à verâ salute deficiat: in justitiæ observatione, ne per vitia diversa sordescat. Cognitionem autem veritatis, humanæ salutis necessariam, brevibus & paucis salutis articulis comprehendit. Hinc est, quod Apostolus Rom. 9.* inquit:* Verbum abbreviatum, &c. *Intentionem humanam brevi oratione docuit: quò nostra intentio & spes tendere debet, ostendit. Humanam justitiam, quæ in Legis observatione consistit, uno præcepto charitatis consummavit. Plenitudo enim Legis, est dilectio. Unde Apostolus, 1. Corinth. 13.* in fide, spe, & charitate, quasi in quibusdam salutis nostræ compendiosis capitulis, totam præsentis vitæ perfectionem consistere docuit.* Itèm:* *Dubitatio quæ accidit in aliquibus circa articulos fidei, non est propter incertitudinem rei, sed propter debilitatem intellectûs humani.*

(† in Dist. Quæst. 4. art. 1. * Compend. Theol. c. 2. * vers. 28. * vers. 13. * 1. Summæ q. 1 art. 5.)

ALBERTUS:* *Verba Dei rumpi non possunt; licèt possint vilipendi.*

(* in Matt. cap. 6.)

¶ De Articulis fidei, inquit THOMAS:† *Quantum ad substantiam articulorum fidei; non est factum eorum augmentum per temporum successionem: quia, quæcunque posteriores crediderunt, continebantur in fide præcedentium patrum; licèt implicitè. Sed quantum ad explicationem, crevit numerus articulorum: quia quædam explicitè cognita sunt à posterioribus, quæ à prioribus non cognoscebantur explicitè. Unde Dominus dicit Mosi, Exod. 3.* † Ego sum Deus &c. *& cap. 6.** Nomen meũ Jehovah non indicavi eis. *Et David dicit:* † Super senes intellexi. *Et Apostolus ait ad Ephes. 3.** In aliis generationibus non est agnitum. Itèm:† *Omnibus articulis fidei inhæret fides, propter unum medium; scilicet propter veritatem primam, propositam nobis in Scripturis, secundùm doctrinam Ecclesiæ intelligentis sane: & ideo, qui ab hoc medio decidit, totaliter fide caret.*

(† 2. Secun-da Qu. 1. art. 7. † vers. 8. * vers. 3. † Psal. 119. v. 100. * vers. 5. † Ibid Qu. 5. art. 3.)

De Symbolis, ait BONAVENTURA:* *Quòd tria sunt fidei Christianæ symbola; videlicet Apostolorum, Nicæni concilii, & Athanasii.* Itèm, *quòd Apostoli, ad condendum symbolum, singuli singulas particulas posuerint.*

(* Centiloq. parte 3. cap. 38.)

¶ De Scripturæ excellentiâ, THOMAS ait:* *Papa non potest destruere canonicam Scripturam Prophetarum & Apostolorum, quæ est ecclesiasticæ fidei fundamentum.*

(* Contra Impugn. relig. cap. 4.)

ÆGIDIUS ait:† *Scriptura sacra praeminet scripturis Gentilium.*

(† lib. 2. Hexam. c. 13.)

¶ Quæ sint credenda, BONAVENTURA:* *Licèt per fidem adstringamur credere plurima, quæ sunt supra rationem, & generaliter omnia, quæ continentur & asseruntur in canone sacræ Scripturæ: specialiter tamen & propriè articuli fidei sunt credendi, qui continentur in serie Symboli Apostolici.*

(* Brevil. parte 5. c. 7.)

THOMAS ait:* *Prophetia hujus libri omnibus modis est credenda: quoniam angelico ministerio revelata, angelicâ autoritate commendata. nec solummodò commendatur ab Angelo; verùm etiam B. Johannis testimonio.*

(* in Apoc. cap. 2.)

ALBERTUS M.* *Ejus, qui à Deo exivit, sermonibus simpliciter est standum, & simpliciter & firmâ fide est illi credendum: quia ad intellectum verborum ejus non venitur, nisi per fidem.*

(* in Johan. cap. 3.)

¶ De fundamento fidei, THOMAS inquit:† *In disputationibus de articulis fidei, contra infideles, non ad hoc conari debes, ut fidem rationibus necessariis probes. Hoc enim sublimitati fidei derogaret: cujus veritas non solùm humanas mentes, sed etiam Angelorum, excedit. À nobis autem creduntur, quasi ab ipso Deo revelata. Quia tamen, quod à summâ veritate procedit, falsum esse non potest: nec necessariâ ratione impugnari valet, quod falsum non est. sicut fides nostra rationibus probari non potest: ita necessariâ ratione improbari non potest, propter sui veritatem. Ad hoc enim debet intendere Christiani disputatoris intentio, in articulis fidei: non ut fidem probet; sed ut fidem defendat. Unde & Petrus non dicit,* † Parati semper ad probationem; *sed.* Ad satisfactionem: *ut scilicet rationabiliter ostendat, non esse falsum, quod fides catholica confitetur.*

(† Opusc. 2. contra Græcos, c. 2. † 1. Ep. 3. v. 15.)

¶ De Profunditate Scripturæ, BONAVENTURA inquit:* *Habet etiam sacra Scriptura profunditatem; quæ consistit in multiplicitate mysticarum intelligentiarum. Nam, præter literarum sensum, habet in diversis locis exponi tripliciter: Allegoricè, Moraliter, & Anagogicè. Est autem Allegoria, quando per unum factum indicatur aliud factum; scilicet quod credendum est. Tropologia sive Moralitas est, quando per id, quod factum est, datur intelligi aliud, quod faciendum est. Anagogia, quasi sursum ductio est, quando datur intelligi illud, quod desiderandum est, scilicet æterna felicitas beatorum. Competit subjecto: quia ipsa est doctrina, quæ est de Deo, de Christo, de operibus reparationis, & de credibilibus, &c. Competit hoc etiam auditori: quia nullus convenient est ejus adjutor, nisi humilis, mundus, fidelis, & studiosus. Competit etiam principio, à quo est: quia est à Deo, per Christum & Spiritum sanctum, loquentem per ora Prophetarum & aliorum, qui hanc doctrinam scripserunt.*

(* Tom. 2. de Sublim. Script.)

¶ Verbum Dei publicè docendum, ALBERTUS ait:* *Verbum Dei in publico, non in angulis est proponendum.*

(* in Luc. cap. 4.)

¶ Scripturam sacram esse authenticam, BONAVENTURA docet:* *Nullus est, qui falli non possit, & fallere nesciat; nisi Deus & Spiritus sanctus. Hinc est, quod ad hoc, quòd Scriptura sacra modo sibi debito esset perfectè authentica, quæ non per humanam investigationem est tradita; sed per revelationem divinam. Ideò nihil in ipsâ contemnendum, tanquam inutile; nihil respuendum, tanquam falsum; nihil repudiandum, tanquam iniquum vel iniquum: pro eo, quòd Spiritus sanctus, ejus autor perfectissimus, nihil potuit dicere falsum, nihil superfluum, nihil diminutum. Et propterea cœlum & terra transibunt: verba Scripturæ sacræ non peribunt; quando impleantur, donec cœlum & terra transeant, tota.*

(* Parte 2. de Sublim. Script.)

THOMAS:* *Nec in Euangelio, nec in aliquâ Scripturâ authenticâ, fas est opinari, aliquod falsum adferri; nec quòd scriptores earum mendacium dixerint: quia periret fides certitudo, quæ autoritati sacræ Scripturæ innititur. In hoc verò, quòd in*

(* 2. Secunda qu. 110. art. 3.)

Evangelio, & in aliis scriptis sacris, verba aliquorum diverso modo recitantur, non est mendacium.

¶ De modo Scripturæ, inquit ALEXANDER: [† Part. 1. qu. 1. art. 1.] *Dicendum, quòd non est modus sacræ Scripturæ, modus artis vel scientiæ, secundùm comprehensionem rationis humanæ; sed per dispositionem sapientiæ divinæ, ad informationem animæ, in his quæ pertinent ad salutem.* Itèm: [* ibid. art. 2.] *Dicendum, quòd modus sacræ Scripturæ multiformis debet esse; & hoc triplici ratione. Prima ratio efficientis, hoc est, Spiritûs sancti; qui est, sicut dicitur Sapient. 7.* [* vers. 22.] *spiritus intelligentiæ multiplex. Unicus præterea, ut in scientiâ sacrâ modus efficientis appareat, debet esse multiplex seu multiformis. Secunda est ratio materiæ; quæ est multiformis sapientia Dei. Præterea ut materiæ modus respondeat, debet esse multiformis. Tertia est ratio finis; quæ est instructio in his, quæ pertinent ad salutem. Cùm ergo sint multiformes status hominum, in lege post legem, tempore prophetiæ, tempore gratiæ: & etiam in his statibus multiformis hominum: quia alii hebetes in his, quæ ad fidem; alii difficiles in his quæ ad bonos mores: & differentibus modis, alii in prosperis, alii in adversis, vitam agunt: alii in bonis, alii in peccatis: relinquitur, quòd instructio sacræ Scripturæ, quæ est ordinata ad hominis salutem, debet habere modum multiformem, ut modus respondeat fini.* Itèm: [† ibid. art. 3.] *Respondeo, quod, cùm veritas prima trina sit & una: modus scientiæ veritatis in uno, unus literalis; triplex spiritualis. Anagogicus, qui est sursum ducens in primum principium. Allegoricus, qui est annunciativus arcanorum primæ veritatis. Tropologicus vel Moralis, qui est ordinativus ad summam bonitatem. Unde Anagogicus ad Patrem, Allegoricus ad Filium, Moralis refertur ad Spiritum sanctum. Accipitur namque intellectuum hoc modo: quia aut est literalis exterior, aut spiritualis interior. Primo modo non mutatur. Secundo modo spiritualis variatur: quia aut refertur ad mores, aut ad fidem. & si ad fidem, aut ad fidem divinitatis, aut ad fidem humanitatis. Primo modo moralis; secundo modo anagogicus; tertio allegoricus.*

BONAVENTURA ait: [* Parte 2. de Sublim. Script.] *Ipsa sacra Scriptura, non tantùm habet altissimam materiam, per quam delectat, per quam in altum levat intelligentiam mentis: verum etiam ipsa est venustissima, & miro quodam modo intellectum nostrum delectat.* Itèm: [* ibid.] *Unus est sacræ Scripturæ communis modus procedendi authenticus; videlicet intra quem continetur modus narrativus, præceptorius, prohibitivus, exhortativus, prædictorius, comminatorius, promissivus, deprecatorius, & laudativus. & omnes hi modi, sub uno modo authentico reponuntur.*

¶ De modo interpretandi, ait ALBERTUS: [† in Luc. cap. 11.] *Intellectus sacræ Scripturæ sunt quatuor. Historialis, allegoricus, moralis, & anagogicus. & intellectus aliarum scientiarum quoque: ut sunt Physica, Ethica, & Scientia loquendi congruè & ornatè.* Itèm: [* super 1. Sent. Dist. 1.] *Quadruplex est expositio sacræ Scripturæ: Historialis, allegorica, moralis, & anagogica.*

¶ De exercitatione S. Scripturæ, ALBERTUS ait: [* in Iohan. cap. 7.] *Verbum Dei meditando decoquitur; per collationem cordis separatur; per discretam prædicationem & doctrinam, unicuique auditori proportionaliter distribuitur.* Itèm, *sacra Scriptura adeò limpida est; quòd nihil in eâ turbidum appareat.* Itèm: *Curemus rectâ fide credere & intelligere, quæ scripsit; rectâ operatione exercendo implere, quæ docuit: ut ad dona sempiterna pervenire valeamus, quæ promisit Dominus.*

¶ De Obscuritate Scripturæ, ait THOMAS: [* in Apoc. cap. 1.] *Quæritur; quare Scriptura edita est sub tantâ obscuritate: quæ utilius videretur, si apertè intelligeretur? Respondeo, ad hæc prædicta intelligendum: quod sapientissimè condita est Scriptura; ita quòd in quibusdam locis est aperta: ne omninò clausa videatur; & inde diffidentia intelligendi generetur: & ut simplices aliquid inde capiant; & ut per ea, quæ sunt plana, sit via ad explanationem clausorum. In quibusdam verò locis est occulta & velata; & hoc triplici ratione: scilicet propter indignos; ne sit eis locus pervertendi: itèm propter fastidiosos; quia multa fastidirent & contemnerent: nunc autem gratius, & preciosius, & sapidius est, cùm investigatur. & hoc exigit reverentia divinæ virtutis. Itèm propter diversos exponendi modos.* Itèm: [* ibid. c. 13.] *Licet veritas in novo Testamento sit revelata; in magnâ tamen obscuritate sumus, respectu patriæ. Videmus hic in ænigmate.* Itèm: *Quòd autem mysterium Dei sit nobis obscurum; hoc est à majestate Dei: id est, propter infinitatem divinæ majestatis, quæ à mortali clarè non potest cognosci.*

¶ De fine S. Scripturæ, inquit ALEXANDER: [* Part. 1. Quæst. 1. memb. 1.] *In sacrâ Scripturâ ponitur historia, non eâ ratione seu fine, ut significentur universales actus: sed conditiones particulares, ad informationem hominum, & contemplationis divinorum mysteriorum, significatione rerum. Hinc introducitur passio Abel; ut significetur passio Christi & Sanctorum: malitia Cain; ut significetur perversitas injustorum.* Itèm: [* Part. 1. Qu. 1. in proœm.] *Tota Christiana fidei disciplina, pertinet ad duo: ad fidem & intelligentiam Conditoris; & ad fidem & intelligentiam Salvatoris.*

THOMAS Aquinas ait: [* Proœm. super Apoc.] *Vox Dei virtuosa est, ad docendum interius.* Itèm: [† in Apoc. cap. 2.] *Sicut gladius carnem dividit, & separat membrum à membro, sic gladius verbi dividit bonos à malis.* Itèm *virtutem habet ad instruendum simplices, per historiam; perfectos, per allegoriam.* Et: [* in cap. 3.] *Tertio modo Liber vitæ dicitur id, quod est documentum vitæ agendæ, & promissio vitæ dandæ. & sic idem est, quod Scriptura.* Itèm: [† in cap. 10.] *Librum apertum, hoc est Scripturam, quæ est liber, in quo legitur, quicquid est salutis: & est liber apertus; quia ipse Dominus prædicando populis, manifestavit secreta mysteria Scripturæ.* Itèm: *In patibulo crucis implevit ea, quæ de humanâ redemtione fuerant præfigurata & prædicta.* Et: *Dicitur ergo Christus habere librum apertum in manu: quia scilicet habet Scripturam, ad opus fidelium informandorum, & prædicatorum de Scripturâ haurientium. Dicitur autem Scripturam habere: quia ipse est dux & princeps hujus Scripturæ: quia & ipse eam dedit; & ipse ejus intellectum ostendit. Quam Scripturam dicitur habere in manu: quia, quod docet in Scripturâ, & quod prædicavit, sicut legitur in Scripturâ, opere complevit. Vel in manu, id est, dominatione & potestate: quia ejus est, dare Scripturam; vel omninò subtrahere, si velit.* Itèm: [† in Iob. cap. 37.] *Hujus autem vox, non solùm ordinatur ad doctrinam hominum, quò eam audiant; sed etiam ad perfectionem naturalium operum, quæ ex præcepto divinæ sapientiæ fiunt.* Itèm: [* 3. parte Summæ, Qu. 1. ar. 3.] *Per sacram Scripturam divina voluntas nobis innotescit.* Itèm: [† ibid. Qu. 55. art. 5.] *Sacra scriptura est fidei fundamentum.*

ALBERTUS Magnus: [* in Luc. cap. 10.] *Omnis doctrina, finem habet conversionis ad Christum.* Itèm: [† in Ioh. cap. 8.] *Sic ergo sermo Domini, per hoc, quòd est veritas, liberat à coactione, & obligatione vanitatis: per hoc, quòd est sermo gratiæ, liberat à culpæ & iniquitatis servitute: per hoc autem, quòd est sermo omnipotentis Dei, liberat à servitute miseriæ. Primò dat libertatem naturæ, secundò dat libertatem gratiæ; tertiò dat libertatem gloriæ.* Et: [* ibid. c. 15.] *Sermo Dei, in sacramentis, & in doctrinâ, mundat & sanctificat.* Et, *si verbum detrahatur in sacramento ab elemento, elementum nihil facit.* Et: *Animas etiam convertit, & sapientiam præstat, quicquid in veteri Testamento continetur.* Et: [† in Matt. cap. 4.] *Vita dependet è verbo; non de pane: nisi secundum quod virtus verbi est in ipso. Cùm enim verbum Dei Patris consubstantiale sibi sit Filius: Verbum illud est ars plena rationibus, & ideis vivis & lucentibus: quæ in ipso sunt lux & vita omnium eorum; quæ per creationem, vel per naturam producuntur.* Itèm: [* ibid. c. 5.] *Sermo divinus monet nos de charitate fraternâ: cui non debemus recalcitrare; sed consentire.* Et: [† cap. 3.] *Divinum verbum, à quo procedit Spiritus vitæ in omnes stirpes.* Et: *Verbum Patris, ex Patre, paternum est in naturâ: ex virtute Patris, vivificum est, in potentia Spiritûs, quem spirat. Jactum ergo semen verbi de Deo sit in substantiâ; & Spiritus fit ostensivum, in potentiâ spirandi vitam.* Itèm: *Scias, quòd, cùm verbum Dei, virtutem in se habeat ejus, à quo procedit; quòd, quantum est de se, non pullulat; nisi in divinum aliquid.* Et: [† Præf. in Ioh.] *Verbum Dei prima lux est, & ratio manifestationis est intelligendi omnia, quæ manifestantur & intelliguntur. Et sic certissimum est probationis & demonstrationis principium: à quo omnia alia habent, quòd & sunt, & principia sunt.* Itèm: [* in Iohan. cap. 4.] *Quia agnitio Dei nobis per testamentum est promissa; in quo nobis promissus est Christus.* Et: [† cap. 6.] *Per verbi Dei rudimenta, pascuntur simplices; & per ejus subtilia, Prælati illuminantur, ad fidei defensionem & ædificationem.* Itèm: [* in Matt. cap. 16.] *Non erit sacra Scriptura contemplationis gratiâ; sed ut boni fiamus.*

¶ De Prophetiâ, ALEXANDER ait: [† Part. 3. Quæst. 77. memb. 3.] *Prophetia est divina revelatio, eventus immobili veritate denuntians. In Prophetiâ ergo sunt duo: revelatio & denuntiatio. Quantum ad revelationem, quæ est in cognitione, dignior est gratia prophetiæ, & actus prophetizandi eminentior: & majus est prophetizare, quàm prædicare. Quantum ad denuntiationem, gratia prædicationis est dignior.*

* in Matt. cap. 11.

De Prophetarum doctrinâ, ALBERTUS ait: * *Totum, quod prædicabant Prophetæ, sunt aut cantus exsultationis de Christo, vel gratiâ ipsius; vel præmissi gaudiorum, per quæ excitabantur ad spem & amorem: aut sunt de comminatione excidiorum, vel maledictionum, aut pœnarum æternarum.*

† Part 1 Qu. 1 art. 5.

¶ Parabola quid sit, ALEXANDER docet: † *Parabola est similitudo rerum; cùm, per rerum differentem similitudinem, ad id, quod per ipsum intelligitur, pervenitur.*

* Prolog. super Iob.

¶ De Jobo, ait THOMAS: * *Tota intentio in hoc versatur, ut, per probabiles rationes, ostendantur res humanæ divinâ providentiâ regi. Fuerunt autem aliqui, quibus visum est, quòd iste Job non fuerit in rerum naturâ: sed quòd fuerit quædam parabola conficta; ut esset quoddam thema, ad providentiæ disputationem. sicut frequenter homines confingunt aliqua facta, ad disputandum de eis. Et quamvis, ad intentionem libri, non multum referat, utrùm sic, vel aliter: refert tamen, quantum ad ipsam veritatem. Videtur enim prædicta opinio, autoritati sacræ Scripturæ obviare. Dicitur enim ex personâ Domini:* * Si fuerint tres viri in medio ejus, Noë, Daniel, & Job; ipsi justitiâ suâ liberabunt animas suas. *Manifestum autem est, Noe & Daniel homines in rerum naturâ fuisse. Jam nec de tertio, eis connumerato scilicet de Job in dubium debet venire. Dicitur:* * Ecce, beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis. *Sic igitur credendum est, Job in rerum naturâ fuisse. Quo autem tempore fuerit; vel ex quibus parentibus originem duxerit, & quis etiam hujus libri fuerit autor, scilicet ipse Job; utrùm hunc librum conscripserit de se, quasi de alio loquens; an alius de eo ista retulerit: non est præsentis intentionis, discutere.*

* Ezech 14. v. 14.
* Iac. 5. v. 11.

DE VETERI ET NOVO TESTAMENTO.

* in Apoc. cap 4.

¶ Sedilia dici, THOMAS ait: * *Sedilia, dicuntur libri utriusque Testamenti: quia in eis debet anima sedere, id est, quiescere & pasci.*

* ibid c. 5.
* de Regim. principum c. 2.
† 1. 2æ. summæ Qu. 102. art. 4.

De utriusque differentiâ, idem Thomas inquit: * *Vetus Testamentum occultè agit de redemtione hominis; Novum apertè.* Itèm: * *Vetus Testamentum vocat veterem Legem; Novum, novam legem, & legem Christi.* Itèm: † *Status veteris Legis institutus erat, ad figurandum mysterium Christi.*

* 2 2æ. Qu. 16. art. 1.
* ibid. Qu. 140. art. 1.

¶ Opinionem de veteri Testamento habet THOMAS: * *In veteri Testamento, non erant secreta fidei populo exponenda: & ideo, suppositâ fide unius Dei, nulla alia præcepta sunt in veteri lege data, de fide.* Et: * *Vetus Testamentum habebat temporalia promissa: Novum autem spiritualia & æterna. & c. ut Augustinus dicit contra Faustum. & ideò necessarium fuit, ut in veteri Lege populus instrueretur; qualiter pugnare deberet etiam corporaliter, pro terrenâ possessione acquirendâ. In novo autem Testamento, instruendi sunt homines, qualiter, spiritualiter certando, ad possessionem vitæ æternæ pervenirent. secundùm illud Matth. 11.* * Regnum cœlorum vim patitur, &c. *Unde Petrus præcepit:* † Adversarius vester Diabolus, tanquam leo, *&c. & Jacob. 4.* * Resistite Diabolo.

* vers. 12.
† 1. ep. 5. v. 8.
* vers. 7.

Malè etiam de veteri Testamento loquitur INNOCENTIUS: † *Vetus*, inquit, *Testamentum, quod hircorum & vitulorum fuit sanguine dedicatum, tēporalia promittebat: Novum autem quod est Christi sanguine consecratum, promittit æterna. & ideo Testamentum illud fuit vetus & transitorium: hoc autem novum est & æternum.* Sed constat, vetus Testamentum etiam spiritualia promisisse; de Messiâ nimirum, ejus regno & beneficiis.

† lib. 3. Decr. Con.

¶ De novo Testamento, THOMAS Aquinas ait: * *Vetustas revelata est in novo Testamento.* Itèm: † *Ad inveniendum nova nomina, antiquam fidem de Deo significantia, coëgit necessitas disputandi cum Hæreticis. Nec hæc novitas vitanda est: cùm non sit profana, utpote a Scripturarum sensu non discordans. Docet autem Apostolus,* † *profanas vocum novitates vitare.*

* in Apoc cap 15
† 1. Summæ Qu. 29. art. 3.
† 1. Tim. 6 v. 20.

¶ De duobus Testamentis, inquit BONAVENTURA: * *Primum Testamentum fuit Judæorum, qui præcepta observabant ex timore. & illud fuit revocatum. Secundum Testamentum fuit Christi, scilicet tempore gratiæ; in quo observabantur præcepta ex charitate. & illud fuit in morte Christi confirmatum. unde Christus dixit in suo ultimo Testamento,* * Hoc est meum præceptū. Itèm: † *In veteri Testamento, sanguine conferebantur terrena. In sanguine autem novi Testamenti, id est, passionis, confertur hæreditas æterna.* Itèm: † *Sacra scriptura dividitur in duo Testamenta, scilicet in vetus & novum. Vetus occurrit in multitudine librorū. Habet enim libros legales, historiales, sapientiales, & propheticales: ita quod primi sunt 5. secundi 10. tertii 5. quarti 6. ac per hoc in universo 26. Novum similiter Testamentum habet libros, his correspondenter, secundum quadruplicem formam. Nam Legalibus correspondent libri Evangelici; Historialibus, Actus Apostolici; Sapientialibus, Epistolæ Apostolorum, & maximè Pauli: Prophetalibus correspondēt libri Apocalypsis. ut sic sit mira conformitas inter vetus & novum Testamentum, non solum in continentia sensuum; verum etiam in quadriformitate partium. In cujus figuram & consignificationem, vidit Ezechiel rotas quatuor facierum, & rotam in medio rotæ: quia vetus est in novo, & e converso. Nam in libris legalibus & evangelicis, est facies leonis propter excellentiam autoritatis. In historialibus, est facies bovis, propter excellentiam virtutis. In sapientialibus, est facies hominis propter prudentiam sagacem. In libris prophetalibus, est facies aquilæ, propter perspicacem intelligentiam.* Itèm: † *Rectè sacra Scriptura dividitur in vetus & novum Testamentum; & non in theoricam & practicam, sicut Philosophia. Quia, cùm scriptura fundetur propriè super cognitionem fidei, (quæ virtus est fundamentum morum, ac justitiæ, ac totius rectæ vitæ) non potest in eâ sequestrari notitia rerum, sive credendorum, a notitiâ morum. Quoniam igitur Scriptura sacra est notitia movens ad bonum, & revocans a malo, & hoc est per timorem & amorem: ideo dividitur in duo Testamenta; quorum brevis differentia est, timor & amor.*

* Dist. 3. Sermon. de Præc. c. 29.
* Iohan 15 v. 12.
† Dom. 9. cap 50
· Part 2. de Lum. Scrip.
† ibid.

ALBERTUS Magnus: * *Utrumq; Testamentum referendum est ad obsequium Dei: Vetus, ut figura; Novum autem, ut veritas implens figuram.*

* in Luc. c. 1

ALEXANDER de Ales ait: * *Testamentum novum differt à veteri: quia ibi vetus homo, formidinis coarctatur angustiis. Per comparationem verò ad sententiam differunt: quia ibi veritas in figuratione; hic veritas in exhibitione. & hoc quantum ad figuralia.*

* Part 3. Dist 60. art. 1.

¶ De Revelationibus, ait THOMAS: * *Multipliciter aliqui cognitionem exquirunt eorum, quæ humanam excedunt industriam. Quidam enim manifesta responsa deposcunt, vel à Deo, vel a dæmonibus. Quorum primi pertinent ad propheticos viros: qui, quâdam privilegiata familiaritate Deo conjuncti, ab eo merentur instrui de futuris eventibus, aut de quibusdam naturalibus rebus. secundùm illud Amos 3.* † Non faciet Dominus Deus verbum, *&c. Revelat autem interdum vigilantibus, per manifestam visionem; interdum autem per somnum. secundum illud Numer. 12.* * Si quis fuerit inter vos propheta, &c. *Alii vero pertinent ad necromanticos: qui quibusdam incantationibus, & sacrificiis, a dæmonibus aliqua responsa exquirunt, vel sermone prolata, vel aliquibus signis demonstrata: & hoc vel in vigiliâ, vel in somno. Quandoque verò aliquorum occultorum exquirunt homines notitiam, quasi signum eorum accipientes ex quibusdam, quæ in aliis rebus considerantur. Cujus quidem inquisitionis diversæ sunt species. Exquirunt enim quidam occultorum notitiam, sive circa futuros eventus, sive circa ea, quæ expedit agere per considerationem cœlestium motuum; inspiciendo scilicet motus & situs eorum, ex quibus futura & occulta se cognoscere putant: quod pertinet ad Mathematicos sive Astronomos. Quidam verò occultorum notitiam exquirendam putant, considerando motus & voces aliquorum animalium, & hominum sternutationes: quod totum pertinet ad Auguria, sive ad Auspicia. Alii verò sunt, qui occultorum notitiam quærunt ex aliquibus, quæ ab hominibus dicuntur vel fiunt, sub aliquâ attestatione: quod quidem inquisitionis genus Omen propriè dicitur. Quidam vero quærunt occulta, attendendo quasdam figuras, in quibusdam corporibus apparentes; ut-puta secundum lineam manus humanæ: quod dicitur Chiromantia. vel etiam in spatula cujusdam animalis: quod dicitur Spatulantia. Tertio modo aliqui notitiam occultorum requirunt ex his, quæ per se geruntur, eorum considerantes eventum. Quod etiam multipliciter fit. Ad hoc enim genus pertinet Geomantia usus; per quem, quibusdam punctis descriptis, eos diversimode secundum quasdam figuras disponendo, aliquorum occultorum putant per hoc se notitiam posse acquirere. Pertinet etiam ad hoc genus, quod quibusdam schedulis reconditis in occulto, dum in quibusdam eorum diversa scribuntur, in aliis verò nihil*

* De Sortib. c. 3.
† vers. 7.
* vers. 6.

discernit, quid accipientibus schedulis contingere debeat, vel de eo quod oporteat fieri. Cui etiam simile est, quòd quibusdam festucis inæqualibus absconditis, diversa circa aliquos judicantur, ex eo, quòd majorem vel minorem accipiunt. Ad quod etiam aliqualiter pertinere videtur taxillorum projectio; vel si quid aliud fiat, per quod dijudicetur, qualiter aliquid sit dividendum; vel quid oporteat agere, ad cognoscendum aliquod præteritum occultum, vel futurum. Unde etiam duella videntur ad hoc pertinere: nisi in quantum per artem, vel virtutem, plerumque unus alium superat. Videntur etiam ad hoc pertinere judicia ferri candentis, vel aqua, vel alia hujusmodi.

DE DEO.

Phrases quædam.

NOmen Deus, penitus idem significat, cùm accipitur naturaliter, cùm accipitur adoptive; & cùm accipitur nuncupative. Semper enim significatur divina natura; cùm hoc nomen Deus dicitur, de Trinitate, vel de Viro sancto, vel de Idolo: sed tamen differenter est attributio. Nam cum dicitur, Trinitas est Deus: hic significatur divina natura, attributa ei, quod ipsa est. Cum verò dicitur de viro sancto, Deus, vel Dii: attribuitur divina natura, non ei, quod est; sed ei, cui per gratiam inest, sive per participationem. Cum vero dicitur ab idololatra, Idolum est Deus: significatur etiam divina natura; sed attributa rei, cui significatio sua non convenit, nec per identitatem, nec per participationem. Alexander de Ales, parte 1. quæst. 50. memb. 1. artic. 1.

*Scientia Dei tribus modis accipitur. Uno modo pro approbatione. Psal. 1.** Novit Deus viam justorum. *Alio modo pro simplici notitia: sed hoc duobus modis. Uno modo absolute, nō connotādo existentiā rei scitæ. Psal. 147.** Scientia ejus non est numerus. *Alio modo cōnotādo, secundū quod dicitur in Ecclesiastico:** Domino Deo, antequā crearentur, sunt cuncta cognita, & post perfectū. *Et hoc modo significatur (ut quidā dixerunt) divina scientia, ut visio, quasi transitus super rem. Primo modo, bona dicuntur subjecta divinæ scientiæ. Secundo modo bona & mala, entia & non-entia. Tertio modo, bona & mala: sed entia tantùm, secundum aliquod tempus præsens, præteritum, & futurum. Et secundùm hoc tripliciter dicitur Scientia.* Ibid. quæst. 24. memb. 4. artic. 5.

* vers. 6.
* vers. 5.
* cap. 23 v. 29.

Non est simile, de Præscientiâ Dei, & de præscientiâ hominis. Nam cum dicitur Præscire de homine, notatur ordo rei tēporalis, ad tempus præcedens. Sed antecessio temporis, ad tempus, non est infinita. & omninò dicendum, quòd non sequitur: Homo præscit hoc; ergo præscivit illud priùs. Sed cum dicitur Præscire de Deo, notatur ordo rei temporalis ad æternitatem. Antecessio autem æternitatis, ad tempus, est infinita. & ideo sequitur: Deus præscit hoc, ergo præscivit hoc priùs. Ibid. quæst. 24. memb. 7.

¶ *Dicendo Furorem & Iram de Deo, non significo affectum alicujus turbationis in eo; de quo non possunt ista, nisi divinam essentiam prædicare.* Innocentius, libro 2. myster. Missæ, cap. 62.

Una tantùm est Dei misericordia, non aliud quidem quam ipse misericors. Sed multi sunt ejus effectus; qui Miserationes dicuntur.

Quare Deus de cœlo in terram prospexerit. *Dominus*, inquit Innocentius, † *de cœlo prospexit in terram: ut salutem compeditorum gemitus exaudiret; qui gemebant & postulabant, ut Christus ad redemtionem humani generis adveniret; & solveret nos a nexibus criminum; & redderet filios interemtorum, id est, imitatores eorum, qui pro veritate sunt mortificati & interemti: ut multi Prophetæ in veteri Testamento, & Martyres omnes.* Itèm: *Nomen Dei multipliciter accipitur in Scripturis. Nam aliud est essentiale, quod communiter designat essentiam: ut Heloy, Adonay, Deus, Dominus, & hujusmodi. Aliud personale, quod specialiter appellat personam: ut, Pater, Filius & Spiritus sanctus, Christus, Jesus, & similia.*

† in Psal. 5.

¶ *Dicitur Deus iratus, in quantum facit effectum similem iræ. quia punit, qui est effectus iræ in nobis. quamvis in Deo passio iræ non possit esse.* Thomas, in Sūmâ de Veritate, mat. 2. quæst. 1.

Dextra Dei, est misericordia: Sinistra, justitia. Idem, in Apocal. cap. 1.

Præsidentia, Natura, Potentia, hæc tria omninò unum sunt in Deo. Præsidentia, quâ dominatur: Natura, quâ est Deus: Potentia, quâ potest operari, quicquid vult. Ibid. cap. 5.

Ira non est in Deo, quantum ad turbulentiam; nec quantum ad apparentiam signorum, quibus videtur iratus: licet in eo sit quantum ad effectionem; maximè autem, quantum ad ipsam pœnæ inflictionem. Itèm: *Ideo divina justitia dicitur furor iræ; quia, eā graviter & actualiter puniente, videtur Deus iratus, ad modum furiosi.* Ibid. cap. 19.

Similiter dicitur dare in corda pravorum, ut malè faciant: id est, permittit hoc cadere in corda ipsorum. unde negativè; non positivè, accipitur. Ibid. cap. 17.

Dicere, dupliciter accipitur. Nam quandoque refertur ad conceptum cordis; quandoque autem ad significationem, ut hujus conceptus alteri exprimatur. Secundùm igitur primum modum, dicere Dei, est æternum: & nihil est aliud, quam generare Filium; qui est Verbum ipsius. Secundo verò modo, temporaliter Deus aliqua dicit, diversimodè tamen. &c. Super Job. cap. 1.

In Scripturis, Deus venire ad hominem dicitur: quando ei sua beneficia largitur; sive intellectum ejus illuminando, sive inflammando, sive qualitercunque ei benefaciendo. Super Apocal. cap. 9.

Multa in factore consideranda remanent, quæ nobis occultantur: & hæc vocantur secreta sapientiæ Dei. Super Job. cap. 12.

*Tunc dicitur Deus aliquid scire, quando illius rei notitiam præbet. sicut dixit ad Abrahamum, Genes. 22.** Nunc cognovi. Compend. Theolog. tract. 2. cap. 58.

* vers. 12.

Non accipitur in Deo Dextra corporaliter; sed metaphoricè. Quia, in quantum Deus, dicitur sedere ad dextram Patris, id est, ad æqualitatem Patris: in quantum homo, sedet ad dextram Patris, id est, in potioribus bonis. In exposit. Symboli, cap. 9.

De ipso Domino multa corporalia, in Scripturis, per quandam similitudinem dicuntur. De Naturâ Angelorum, cap. 18.

Requies Dei accipitur, quantum ad hoc, quòd cessavit a novis operibus condendis: ita tamen, quod creaturam conditam conservat & administrat. 1. Summæ, Quæst. 72. artic. 3.

Amor, & Gaudium, & alia hujusmodi, cùm attribuuntur Deo, vel Angelis, vel Hominibus, secundùm appetitum intellectivum: significant simplicem voluntatis actum, cum similitudine affectûs, absque passione. 1. Secundæ, quæst. 22. artic. 3.

In Deo idē est Intelligere, & Esse: & ideò verbū, quod format intellectus divinus, non est aliquod accidens; sed pertinens ad naturam ejus. Unde oportet, quòd sit subsistens: quia, quicquid est in naturâ Dei, est Deus. De Different. Verbi divini & humani.

¶ *Manus & Brachium, virtutem, & virtutis opus, significant.* Albertus M. in cap. 1. Luc.

Posteriora Dei, sunt creaturæ Dei, & allegoria, in quibus videtur. Ibid. cap. 10.

Trahit Pater per filium, in revelatione veritatis: & trahit ad Filium per Spiritum sanctum, quando, per amorem veritatis verbi incarnati, Filius diligitur. Trahit ad Spiritum sanctum per Spiritum sanctum: scilicet quando per amorem Spiritûs, in donis suis percipitur. Et quia prima autoritas missionis est in Patre: ideo Pater per appropriatatem trahere dicitur. Trahit autem Filius ad Patrem per modum inducentis: quia veritas revelata inducit ad Patrem; quando amor, in cordis desiderio, docet & movit ad invocandum Patrem. In Johan. cap. 6.

Regulæ de Deo.

*Cùm à sacrâ Scripturâ non habemus determinatum de notationibus: ideò licet Magistris opinari; sed non licet eis asserere. Si enim quis asserat aliquid dicendo, quod non sit determinatum in sacrâ Scripturâ, vel quod non sequatur directè ex fide, mortaliter peccat: quia se constituit supra Deum. Judex enim est supra id, de quo habet judicare. Qui ergo suâ autoritate asserit aliquid de Deo, ponit se supra Deum: quia judicat de Deo, & ita peccat mortaliter. Hæc est superbia intellectûs, quam prohibet Apostolus, Rom. 12.** Alexander de Ales, parte 1. quæst. 68. artic. 2.

* vers. 3.

Facies Dei, dicitur præsentia Dei per gratiam. Secundùm hoc ergo, cognitio per faciem, erit cognitio per præsentiam, seu contemplationem gratiæ. Ibid. quæst. 2. artic. 4.

Potentia dicitur æquivocè in Deo: cùm dicitur potentia generandi, intelligendi, & creandi. Sed analogicè, hoc est, per prius & posteriùs, secundum rationem intelligentiæ. Ratio igitur intentionis divinæ potentiæ, secundum analogiam, est hæc: Divina potentia est potentia, cujus est per se actus. Per hoc, quòd dicitur per se, separatur intentio potentiæ in Deo, ab intentione potentiæ creaturæ: quæ, sive dicatur activa, sive passiva, non est principium ad actum per se. Ibid. quæst. 20. membro 2.

¶ *Nomen Dei est terribile, quantum ad potentiam; quæ attribuitur Patri. Admirabile quantum ad sapientiam; quæ attribuitur*

Filio.

Filio. Laudabile, quantum ad bonitatem, quæ attribuitur Spiritui sancto. Bonaventura, initio libri super Orat. dominicam.

¶ *Licet æqualiter conveniat tribus Personis, nomen divinitatis, & omnia essentialia: tamen quandoque, id, quod est commune omnibus personis, appropriatur alteri, ex speciali aliquâ ratione. Nomen ergo divinitatis hic attribuitur Patri: quia Pater est aliarum personarum origo, & habent ab ipso divinitatem, & omnia.* Thomas Aquin. super Apocal. cap. 14.

Tam clementer Deus humanæ consulit infirmitati: ut, quia eum, sicut est, non possumus agnoscere; nostra locutionis more se-ipsum nobis insinuet. Ibid. cap. 16.

Quædam de Deo dicuntur positive, ut creare, justificare: quædam negativè, ut cùm dicitur indurare, vel interponere, inducere. Hoc enim dicitur, non quia ipse immittat duritiem, vel faciat tentationi succumbere: sed quia non-emollit, & in tentatione constantiam non-tribuit, & sic homo succumbit. Ibid. cap. 17.

Quicquid de Deo absolute dicitur, non est aliud, quàm Dei essentia. Non enim est Deus magnus, vel potens, vel bonus accidentaliter, sed per essentiam suam. Et tres personas, id est, hypostases, non dicimus in divinis distinctas per aliquid absolutum; sed per solas relationes, quæ ex processione amoris & verbi proveniunt. Et quia processionem Verbi nominamus generationem; ex generatione autem proveniunt relationes paternitatis & filiationis: personam Patris à persona Filii distingui dicimus, solummodo paternitate & filiatione; omnia communiter & indifferenter de utroque prædicantes. Sicut enim dicimus Patrem verum Deum, omnipotentem, æternum, & quæcunque, similiter dicimus sic & Filium, & eadē ratio est de Spiritu sancto. Quia ergo Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, non distinguuntur in naturâ divinitatis, sed in relationibus solum: convenienter tres personas, non dicimus tres deos; sed unum verum Deum & perfectum profitemur. In hominibus autem ideo tres personæ homines dicuntur, & non unus homo: quia natura humanitatis, quæ communis est, differenter eis convenit, secundùm materialem divisionem; quæ omninò in Deo locum non habet. Unde in tribus sunt tres humanitates, numero differentes, & sola ratio humanitatis in eis communis invenitur. In tribus autem divinis personis, non tres divinitates numero differentes, sed unam simplicem deitatem necesse est esse: cùm non sit alia essentia Verbi & Amoris in Deo, ab essentia Dei. & sic non tres deos, sed unum Deum confitemur, propter unam simplicem deitatem in tribus personis. Opusc. 2. contra Græcos.

Circa divinitatem tria cognosce oportet: primò quidem essentiæ unitatem; secundò personarum trinitatem, tertiò divinitatis effectus. Compend. Theolog. cap. 2.

Essentialia attributa non sic appropriantur personis, ut eis esse propria asseratur: sed ad manifestandum personas. 1. Summæ, qu. 39. artic. 7.

Illud quod convenit naturæ divinæ secundùm se convenit tribus personis: sicut Bonitas, Sapientia, & hujusmodi. Sed assumere convenit ei ratione personæ Verbi; & ideo soli ei personæ convenit. 3. Summæ, quæst. 3. art. 2.

In divinis, masculinum genus refertur ad personam, neutrum autem refertur ad essentiam, vel naturam. In exposit. 2. Decretalis.

De Trinitate dicimus, Filius est alius à Patre, & non aliud. De Humanitate Christi cap. 2.

Deus est idem, quod sua essentia vel natura. 1. Summæ, quæst. 3. artic. 3.

Deus non solùm est sua essentia: sed etiam suum esse. Ibid.

Cùm processiones in divinis sint, in identitate naturæ: necesse, quòd relationes, quæ secundùm processiones divinas accipiuntur, sint relationes. 1. Summæ, quæst. 28. [illegible]

Si relationes non distinguuntur ab invicem realiter: non erit in divinis trinitas realis [illegible] Ibid. artic. 3.

[illegible] *relativæ in Deo, & subsistunt, & realiter ad invicem* [illegible] Ibid. quæst. 30. artic. [illegible]

[illegible] *in his, quæ de Trinitate loquimur, duos oppositos errores cavere, temperate inter utrumque procedentes, scilicet errorem Arii; qui, cum Trinitate personarum, posuit trinitatem substantiarum: & errorem Sabellii, qui posuit, cum unitate essentiæ, unitatem personæ. Ad evitandum igitur errorem Arii, vitare debemus in divinis nomen Diversitatis, & Differentiæ: ne tollatur unitas essentiæ. Possumus autem uti nomine Distinctionis, propter oppositionem identitatis. Unde, si cubi in aliqua Scriptura authentica, diversitas, vel differentia personarum invenitur: sumitur diversitas vel differentia pro distinctione. Ne autem tollatur simplicitas divinæ essentiæ: vitandum est nomen Separationis & Divisionis: quæ est totius in partes. Ne autem tollatur æqualitas, vitandum est nomen Disparitatis. Ne verò tollatur similitudo: vitandum est nomen Alieni & Discrepantis. Ad vitandum vero errorem Sabellii, vitare debemus singularitatem: ne tollatur communicabilitas essentiæ divinæ. Debemus etiam vitare nomen Unici: ne tollatur numerus personarum. Dicimus tamen unicum Filium: quia non sunt plures filii in divinis. Neque tamen dicimus unicum Deum, quia pluribus Deitas est communis. Vitamus etiam nomen Confusi, ne tollatur ordo naturæ à personis. Vitandum est etiam nomen Solitarii: ne tollatur consortium trium personarum. Nomen autem alius, masculinè sumptum, non importat, nisi distinctionem suppositi. Unde convenienter dicere possumus, quod Filius est alius à Patre: quia scilicet est aliud suppositum divinæ naturæ; sicut & alia persona, & alia hypostasis.* Summæ, quæst. 31. artic. 2.

Impossibile est, per rationem naturalem, ad cognitionem Trinitatis divinarum personarum pervenire. Ibid. quæst. 32. artic. 1.

Quinque sunt notiones in divinis: scilicet, innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio & processio. Harum autem duæ tantum sunt relationes. Quatuor autem proprietates sunt. Nam communis spiratio, non est proprietas: quia convenit duabus personis. Tres autem sunt notiones personales, constituentes personam: scilicet paternitas, filiatio, processio. Nam communis spiratio, & innascibilitas, dicuntur notiones personarum, non autem personales.

De Deo dicere non debemus, quod in sacrâ Scripturâ non invenitur, vel per verba, vel per sensum. Licet autem per verba non inveniatur in sacrâ Scripturâ, quod Spiritus sanctus non procedat à Filio: invenitur tamen quantum ad sensum; & præcipuè ubi dicit Filius, Johannis 16. † *de Spiritu sancto loquens:* Ille me clarificabit, &c. *Regulariter etiam in Scripturâ tenendum est: quòd id, quod de Patre dicitur, oportet de Filio intelligi; etiamsi dictio exclusiva addatur: nisi solùm in illis, in quibus Pater & Filius secundùm oppositas relationes distinguuntur. Cum enim Dominus Matthæi 11.* † *dicit.* Nemo novit Filium, &c. *non excluditur, quin Filius seipsum cognoscat. Sic igitur, cum dicitur, quod Spiritus sanctus à Patre procedit; etiamsi adderetur, quòd à solo Patre procedit: non excluderetur inde Filius. quia, quantum ad hoc, quod est esse principium Spiritus sancti, non opponuntur Pater & Filius; sed solùm quantum ad hoc, quod hic est Pater, & ille Filius.* Ibidem, quæst. 36. art. 2.

† vers. 26.

† vers. 27.

Nomen, Deus, quandoque supponit pro essentiâ, ut cùm dicitur Deus creat. Quandoque verò supponit personam: vel unam tantum, ut cùm dicitur, Deus generat: vel duas, ut cùm dicitur Deus spirat: vel tres, ut cùm dicitur, Regi seculorum immortali invisibili soli Deo. Ibid. quæst. 39. artic. 4.

In Deo secundùm rem non distinguitur scientia & essentia: nisi secundùm modum intelligendi. In Summâ de Veritate, mat. 2. quæst. 1.

In his, quæ de Deo confitemur, duplex est veritatis modus. Quædam namque vera sunt de Deo, quæ omnem facultatem humanæ rationis excedunt: ut, Deum esse trinum & unum. Quædam sunt ad quæ etiam ratio naturalis pertingere potest: sicut est, Deum esse, Deum esse unum, & alia hujusmodi. In Summâ contra Gentiles, cap. 3.

Dupliciter potest Deus considerari: vel in se, vel in effectibus suis. In se quidem, cùm sit ipsa essentia bonitatis; non potest non diligi. Unde ab omnibus videntibus eum, per essentiam diligitur: & in quantum quisque cognoscit, tantum diligit. Sed in aliquibus effectibus suis, in quantum sunt contrarii voluntati, (sicut sunt pœnæ illatæ, vel præcepta, quæ gravia videntur) ipse Deus refugitur, & quodammodo odio habetur: & tamen eo oportet, quòd illi, qui eum, quantum ad aliquos effectus, odiunt, in alio esse, libere diligant eum. sunt ipsi dæmones. Ibid. mat. 22. quæst. 2.

Non omne, quod de Deo dicitur, quia ratione investigari non potest, statim, quasi falsum, est abjiciendum: ut Manichæi, & plures infideles, putaverunt. Ibidem.

¶ *Essentia divina nullo modo debet dici nata. Quia nihil debet dici natum in tempore, quod non est natum in æternitate, ne nomen filiationis ad aliud transeat. & quia in nulla natura ita est,*

quod natura nascatur, sed nascitur hypostasis, sive substantia composita. Albertus Magnus, super 3. Sentent. Dist. 8.

Alietas in Deo esse non potest; nisi personarum, secundùm relationes originis distinctarum. Oportet, quod talis alietas sit inter Verbum & Deum. Idem in Johan. cap. 1.

Indivisa sunt opera Patris & filii; & sine Filio, Verbo suo, Pater non operatur. Ibid.

Proprium est spiritualis soli substantia; quòd, ubicunque est, sit tota in tota, & in qualibet parte tota. Ægidius Columna, lib. 1. Hexam. cap. 7.

Nominato Patre & Filio etiam non-nominato Spiritu sancto, intelligitur ibi Spiritum sanctum; tanquam nexus in his, quæ nectit, & tanquam amor, in re amatâ. Ibid. cap. 23.

Res in Deo sunt æternaliter, in mente angelicâ intellectualiter; in se-ipsis essentialiter; in rationibus obedientialibus materialiter; in rationibus seminalibus primordialiter, in elementis causaliter; in suis principiis terminative; in sua duratione perpetualiter.

Quicquid est in Deo, Deus est. Sic ergo Deus est vivus; & est ipsa vita: ea, quæ sunt in ipso, ut sunt hujusmodi, vivunt, & sunt ipsa vita. Ibid.

Quæ videmus per tempora explicari, fuerunt ab æterno in mente divina; & rationes eorum fuerunt in Deo. Et quia hæ rationes appropriate dicuntur esse in Filio: Deus-Pater dicitur omnia facere per Filium, & Filius dicitur esse ars Patris, plena omnium istarum rationum.

Dei agere, est Dei esse. Ibid. cap. 83.

Videmus, quod esse divinum, est esse omninò in actu; & in naturâ ejus non admiscetur potentialitas aliqua. In Quæst. de Resur. martyr.

Deus in cujus naturâ nulla admiscetur imperfectio, nec potentialitas, immediate dat rebus, quod sint: & dando rebus quòd sint, dat eis quòd moveantur. Ibid.

¶ *Quædam sunt nomina, quæ significant essentiam essentialiter: ut hoc nomen, Essentia. Quædam vero significant essentiam personaliter: sicut hoc nomen, Deus. Et ea, quæ significant essentiam in supposito, & per additionem nominum personalium, vel notionalium, ad supponendum pro aliquâ personâ, vel pro aliquibus: ut dicitur, Deus generat, Deus spirat. Sunt etiam alia quæ significant personam personaliter: ut ista nomina, Pater, Filius, & Spiritus. Sunt etiam alia quæ significant personam essentialiter: ut hoc nomen, Persona; & hoc quod dico, Mittere, & Mitti. unde in his verbis attribuitur aliquid personæ, ratione essentiæ; sive essentia in personâ.* Alexander, parte 1. quæst. 71. memb. 3.

¶ *Quamvis indivisa sint opera Trinitatis: Patri tamen attribuitur, quod est tribus commune, propter authoritatem principalem: vel potius, quia, cum in Trinitate Patri attribuatur potentia, Filio sapientia, Spiritui sancto benignitas; rectè Patri appropriatur, quicquid pertinet ad potentiam. Et certè nihil divinam potentiam evidentiùs manifestat; quam justificare impium, hoc est, trahere peccatorem.* Innocentius, Serm. 1. in convers. Pauli.

Licèt indivisa sint opera Trinitatis: opus tamen dilectionis Spiritui sancto specialiter attribuitur; qui est dilectio Patris, & Filii amor, & connexio utriusque. Idem Serm. in festo Purificat. Mar.

Deus vigilat, per misericordiam & justitiam; ad indulgendum & puniendum. Idem, Super Psal. 5. pœnit.

† Part. 4. Qu. 26. memb. 3.

¶ De Voluntate Dei, inquit ALEXANDER: † *Voluntas Dei dupliciter dicitur. Scilicet voluntas, quæ est essentia Dei: & hæc est voluntas beneplaciti; & hæc est immutabilis. Et voluntas signi: & hæc est mutabilis. Sic loquendo de Lege divinâ, dupliciter possumus dicere: quod uno modo est mutabilis, alio modo est immutabilis.*

* Part. 1. Quæst 2. memb 1. art. 2.

* art. 3.

¶ De cognitione Dei, inquit ALEXANDER: * *Dicendum, quòd est cognitio de Deo per modum positionis, & per modum privationis. Per modum privationis, cognoscimus de Deo, quod non est. Per modum positionis, cognoscimus quid sit. Divina enim substantia, in sua immensitate, non est cognoscibilis cognitione privativa.* Itèm: * *Per naturalem rationem, non potest haberi cognitio Trinitatis, secundum propria: tamen per naturalem rationem, adjutam per aliquam gratiam, aut gratis datam, aut gratum-facientem, potest. Et ratio hujus est; quia intellectus noster est obtenebratus, per originalem corruptionem. Deficit enim in his, quæ verissimè sunt; & ideò maximè circa intelligibilia deficit: & etiam de his, quæ minimè sunt; & ideò minimè-intelligibilia, sicut est esse motus & temporis, quæ habent debilissimum. quemadmodum sensus deficit in extremis; id est, maximè-sensibilibus, & minime. Hinc est, cùm esse divinarum personarum, in unitate essentiæ, sit maxime & verissimè; intellectus noster obtenebratus deficit. nec hoc est mirum.* Itèm: * *Per speculum & ænigma, significat similitudines, quæ valent ad intelligendum Deum in præsenti. Ergo in præsenti non potest videri sua forma sive secundum faciem.* Itèm: * *Cognitio, quâ cognoscitur potentiam, quanta est, propria est ipsius Dei; & excedit omnem cognitionem creaturæ. unde & de cognitione, quanta est, quæ pertinet ad ejus immensitatem, dixit Ambrosius: Plenitudinem divinitatis ejus nemo mente aut oculis comprehendit. & B. Gregorius super Job: Ejus effectiva à nullo plene videbitur.* Et: * *Cognitio divina, una est per hoc, quòd est lumen immutabile, in quo cognoscuntur causæ cardinales rerum, & quo illuminantur corda piorum. & hac cognitione non cognoscunt Dæmones; sed eâ privantur. Est alia cognitio, quæ est per effectus temporales virtutis divinæ. & hac cognitione possunt cognoscere, quæ quodammodò sunt vestigia, vel signa, ducentia ad cognitionem ipsius creatoris, vel redemtoris. Præterea est quædam cognitio, per effectus ipsius justitiæ. & hoc modo cognoscunt ipsi Deum, tanquam judicem. His ergo modis possunt Dæmones cognoscere Deum: alterâ verò privantur cognitione.*

* art. 4.

* memb. 2. art. 1.

* Part. 2. Quæst. 123 m. 3.

* Tract. de artic. fidei.

ÆGIDIUS ait: * *Deus cognoscitur tripliciter, in triplici lumine. Cognoscitur enim per creaturam, per scripturam, per essentiam. Cognoscitur etiam in lumine intellectus agentis sive in lumine nobis naturaliter-indito, & in lumine fidei; & in lumine gloriæ. Per creaturas ergo cognoscitur, in lumine intellectus agentis sive in lumine nobis naturaliter-indito. Per scripturas verò cognoscitur, in lumine fidei, quod non est nobis naturaliter inditum. Sed per essentiam cognoscitur in lumine gloriæ.*

* Breviloq. parte 1. c. 2.

¶ Quòd sit Deus, BONAVENTURA ostendit: * *Non tantum divinorum librorum autoritas prædicat esse Deum: sed omnis creatura, quæ circumstat nos, ad quam nos etiam pertinemus, universa ipsarum rerum naturâ proclamat, habere se præstantissimum conditorem: qui nobis mentem rationemq; dedit, quâ viventia non-viventibus, sensu-prædita non-sentientibus, intelligentia non-intelligentibus, immortalia mortalibus, potentia impotentibus, injustis justa, speciosa deformibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, incorporalia corporalibus, beata miseris, præferenda judicamus: ac per hoc, quoniam rebus creatis creatorem sine dubitatione præponimus. Oportet enim eum, & summè vivere, & cuncta sentire atque intelligere; mori autem, & corrumpi, mutariq; non posse, nec corpus esse: sed ipsum omnipotentissimum, justissimum, speciosissimum, optimum, beatissimumq; fatemur. Ecce, in his duodecim includuntur altissimæ nobilitates Esse divini: quæ tamen reducuntur ad tria; scilicet æternitatem, sapientiam & bonitatem: & hæc tria ad unum; scilicet ad sapientiam: in qua includuntur, mens generans, verbum proles, & amor nectens utrumque: in quibus fides dictat consistere beatissimam trinitatem. Et quoniam summa sapientia ponit trinitatem; ponit nihilominùs omnes prius habitas nobilissimas conditiones; videlicet unitatem, simplicitatem, & cæteras sequentes: necesse est, omnes prædictas nobilitates divino Esse, simul stare cum nobilissimâ Trinitate.*

* Part. 1. Quæst 7 memb. 1.

¶ Quid sit Deus, ALEXANDER ait: * *Trismegistum dixisse: Deus est sphæra intelligibilis, cujus centrum est ubiq; circumferentia nusquam.*

† Serm. 2 in festo omn. Sanct.

INNOCENTIUS ait: † *Quod Deus sit, scimus modò: sed quid sit ipse, nescimus. Scimus equidem, quòd sit Deus, sed nescimus quid sit.*

* lib. 1. Hexa. cap. 5.

† cap 8.

ÆGIDIUS inquit; * *quòd Deus sit actus purus, & essentialiter unus: quia est Deus unus, & pater omnium entium.* Itèm: † *Deus est actus purus, cui non admiscetur aliquid de potentiâ.*

† in Luc. cap. 12.

¶ Quòd sit Substantia. ALBERTUS: † *Cùm Deus dicitur substantia: intelligitur, quòd non est substantia, secundum quod apud nos vocatur substantia; sed super omnem substantiam.*

* Lib 2. Hexam. c 40

¶ Sapiens. ÆGIDIUS: * *Deus est virtus, sanitas, & sapientia nostra. Sub ipso semper esse debemus.*

* Brevil. parte 1. c 8.

BONAVENTURA: † *De Sapientiâ Dei hæc tenenda sunt: scilicet, quòd ipsa divina sapientia limpidissimè cognoscat omnia,*

bona

bona & mala; præsentia, præterita, & futura; actualia, & possibilia; ac per hoc, incomprehensibilia nobis, & infinita: ita tamen, quod ipsa in se nullo modo diversificatur; licet diversa nomina sortiatur. In-quantum est cognoscitiva in se, omnium possibilium dicitur Scientia, sive Cognitio: omnium, quæ in universo fiunt, dicitur Visio omnium, quæ bene fiunt, dicitur Approbatio. Eorum, quæ ab ipso Deo fienda sunt, dicitur Dispositio: eorum, quæ futura sunt, dicitur Præscientia, sive Prævisio: eorũ, quæ ab ipso Deo præmiandæ sunt, dicitur Prædestinatio: eorum, quæ damnandæ sunt, dicitur Reprobatio. Et quia ipsa non tantum est cognoscitiva; sed etiam ratio cognoscendi omnia: ideo, in quantum est ratio cognoscendi omnia, Lux dicitur: in quantum ratio cognoscendi visa & approbata, dicitur Speculum: in quantum est ratio cognoscendi prævisa & disposita, dicitur Exemplar: in quantum est ratio cognoscendi prædestinata & approbata, dicitur Liber vitæ. Est igitur Liber vitæ, respectu renatorum, ut redeuntium: Exemplar, ut exeuntium: Speculum, ut cunctorum: Lux verò respectu omnium. Ad Exemplar autem spectat Idea, Verbum, Ars, & Ratio. Idea, secundum actum prævidendi. Verbum, secundum actum proponendi: Ars, secundum actum prosequendi: Ratio, secundum actum perficiendi, quia superaddit intentionem finis. Quia vero hæc omnia unum sunt in Deo: ideo frequenter accipitur unum pro alio.

[* in Job. cap. 9.] THOMAS ait: * *Sapientia Dei, in tribus præcipuè commendabilis apparet. Primo in hoc, quod aliqua magna suo intellectu & sapientia metiri potest. Secundo Dei sapientia commendabilis apparet in hoc, quod res variabiles, & quasi in incertum fluentes, in certum ordinem reducit, & suæ gubernationi subditas esse facit. Tertio, quod Deus multa condidit, secundum suæ sapientiæ rationem, quæ mirabilia hominibus apparent, & eorum rationem investigare non possunt. & hæc præcipuè sunt, quæ in situ & dispositione stellarum apparent: quæ tamen a Deo sapientissimè & rationabiliter sunt instituta.*

[* Part. 1. Quæst. 2. memb. 1. art. 2.] ¶ Invisibilis. ALEXANDER: * *Deus est invisibilis naturâ; visibilis vero voluntate.* Itèm: *Propterea Deus invisibilis dicitur, ne corpus esse credatur: non, quia munda corda suæ substantiæ contemplatione fraudavit.*

[* Part. 1. Quæst. 5. memb. 1.] ¶ Simplex. ALEXANDER: * *Divina essentia est simplex omnimoda simplicitate: ità quod non est in eâ compositio essentialis, nec accidentalis. Omne enim compositum potest intelligi non-esse, quia potest intelligi resolubile. Sed divina essentia non potest intelligi non-esse, ideò nec composita esse.*

[* Part. 1. Quæst. 8. memb. 1. † Qu. 48. memb. 2.] ¶ Incircumscriptibilis. ALEXANDER: * *Divina essentia est incircumscriptibilis: quia non habet terminum, nec essentia, nec virtutis.* Itèm: † *Notis nominatur Deus privationibus, cum dicitur immensus Deus, infinitus, incircumscriptibilis. Imaginibus, cum nominatur dispositionibus spiritualium creaturarum: ut cum dicitur Spiritus sapiens, intelligens. Formis, cùm nominatur similitudinibus corporalium creaturarum: ut cum dicitur Leo, Ignis, & hujusmodi.*

[* in Luc. cap. 1.] ¶ Omniscius. ALBERTUS ait: * *Deus est, quem latère nihil potest: & curam habet de omnibus suâ charitate.*

[† L. 1. Hexa. cap. 28.] ¶ Liber. ÆGIDIUS: † *Deus agit ex libero arbitrio.*

[a in Psal. 4. pœnit. 8] ¶ Misericors. INNOCENTIUS: [a] *Proprium Dei est, misereri: & dico, misereri non esse aliud, quam esse.*

[b in Matt. cap. 5.] ALBERTUS: [b] *Duplex est in Deo misericordia: relaxans & liberans. Relaxans est, quæ quidem punit, sed citra condignum: & minor en pœnis, quam præcesserit malum meritum in peccatis. Et hæc misericordia Domini, superexaltat judicium Dei. Liberans autem est, quæ in toto liberat. Deponit enim omnes iniquitates per pœnitentiam, & dissimulat.*

[c Part. 1. Quæst. 48. memb. 2. art. 1.] ¶ Justus. ALEXANDER: [c] *Justus; quia facit justum. Bonus; quia facit bonum.*

[d Serm. in Dom. 2 Pascha.] ¶ Bonus. INNOCENTIUS: [d] *Bonitas Dei, est ipsa essentia. Quapropter ipse bonus est per naturam, Homo, per gratiam.*

[e Summa de Verit. quæst. 22. qu. 1. f in Job. cap. 10. g Psalm. 5. v. 7. h in Job. cap. 40. i Compend. Theol. cap. 109. k in Luc. cap. 1.] THOMAS: [e] *Deus, cum non habeat aliquis suæ voluntatis finem, nisi se-ipsum; & ipse sit ipsa bonitatis essentia: oportet, quod omnia a sua sint inclinata in bonum naturaliter.* Item: [f] *Deus, qui est summe bonus, odit ea, quæ contra se fiunt, & ipsa dispendit, se. undum illud:* [g] Odisti omnes, &c. Itèm: [h] *Bonitas Dei infinita est: cujus notitia perfecta non est, nisi apud Deum. Et ideò gloria in solo Deo est, in-quantum se-ipsum cognoscit.* Ex: [i] *Deus solus est sua bonitas, & essentialiter bonus. Alia vero dicuntur bona, secundum participationem aliquam ipsius.*

ALBERTUS: [k] *Semper est benefactivus Deus, & beneficentia largitatis ejus non finitur.* Itèm: [l] *Bona exeunt a Deo.* Itèm: [m] *Deus est bonus essentialiter, causaliter, exemplariter, & finaliter.* Itèm: [n] *In Deo est omnis boni plenitudo: in quo panis purissima & solida veritatis, refectio delicata dulcissima bonitatis, pinguedo charitatis, sapor deitatis, vinum sapientiæ.*

[l in Matt. cap. 11. m ib. c. 16. n ib. c. 22.]

[o L. 2. Hexam. c. 33] ÆGIDIUS: [o] *Bonitas in Deo, non est qualitas; sed est sua substantia.*

[p Part. 1. Quæst. 21. m. 1. a. 2.] ¶ Omnipotens. ALEXANDER: [p] *Omnipotens dicitur, quia omnia possibilia potest; quia posse, potentiæ est: & quia omninò potest. ut in hac ratione tangatur perfectio potentiæ divinæ, quãtũ ad illa, ad quæ est; & quantũ ad illud, cujus est. Per hoc, quòd dicitur posse omnia possibilia, quia posse potẽtiæ est: tãgitur perfectio potentiæ, quantum ad illa, ad quæ est.* Itèm: *Nam Angelus & Anima beata vult salutẽ electorũ, quam tamen facere non potest. Solus ergo Deus potest, quicqd vult, a se, vel ab alio fieri: & ob hoc dicitur omnipotens.* Ibid. Itèm: [q] *Dicendum, quod omnipotentia convenit toti Trinitati. Unde omnipotentia cõvenit Patri, Filio, & Spiritui sancto.* Itèm: [r] *Omnipotẽtia potest dici, prout includit potentiam creãdi omnes res de nihilo. & hæc potẽtia omnia antecedit; quia omnia ab ipso: & hæc potentia non potest cõvenire creaturæ, quia sic creatura esset a se, & antecederet ejus potentia suã essentiam. Alio modo potest dici omnipotentia, potẽtia faciendi naturalia omnia, & miracula. & hoc modo accipitur aliquando in Scripturis: sed hæc non est omnipotentia, secundum quod in primã creatione attribuitur Deo, sed secũdum primam creationem & principalẽ.* Itèm: [s] *Deus omnipotens dicitur: quia potest, nõ solum quæ sunt, vel fieri possunt; sed etiam, quæ fieri non possunt. Potest enim impossibilia, & multa, quæ sunt impossibilia secundum inferiorem causam, vel secundum naturam, sunt possibilia secundùm superiorẽ causam.* Itèm: [t] *Ratio omnipotentiæ, per quam determinatur est, scilicet de nihilo aliquid facere, & ducere de nihilo omnia ad esse. Sed ante illud, quod est de nihilo omnia facere est illud, de substantiâ suâ Filium producere. Cùm ergo producere de sua substantia sicut generare & spirare, antecedat facere: quia ab æterno Pater generat Filium, & Pater & Filius spirant spiritum sanctũ: non tamen ab æterno facit omnia de nihilo. Ergo generare, & spirare, non continentur sub omnipotẽtiã in Patre. Unde non pertinent ad omnipotentiam simpliciter, nisi ad omnipotẽtiam in Patre & ita, licet Filius, & Spiritus sanctus nõ generẽt, nihilominus sunt omnipotẽtes: quia possunt res de nihilo facere, quæ est summa & propriissima ratio omnipotẽtiæ. Si tamen appropriatur omnipotẽtia, quantũ ad hoc, quod est ab æterno aliqua producere, & producere de nihilo: sic appropriatur Patri, secundum illam primam rationem, secundum quam determinatur omnipotẽtia. Cùm autem dicitur, Pater habet potentiam generandi, duo dicuntur de Patre: scilicet, quod Pater habeat potentiam; & quod habeat relationem, scilicet generationem. Unde sensus est, Pater est potens, & est genitor. Cum verò dicitur, quod Filio non convenit, vel quod Filius non habeat potentiam generandi; hoc verum est: non quia non habeat potentiam eandem, etiam quam Pater habet; sed quia non habeat generare, non est in Filio potentia ut generet.*

[q ibid. art. 3. r art. 4. s ib. mem. 3. art. 1. t ib. mem. 1. art. 3.]

[a Breviloq. parte 1. c. 7.] BONAVENTURA: [a] *De omnipotentiâ Dei hæc, secundum doctrinam sacram, tenenda sunt: quod Deus est omnipotens: ita tamen, quod ei non attribuuntur actus culpabiles; utpote mentiri & male-velle: nec actus pœnales; ut metuere, & dolere: nec actus corporales, sive materiales; ut dormire, & ambulare, nisi forte transsumtivè: nec actus inconvenientes; ut posse facere majorem se, vel alium Deum sibi æqualem, vel infinitum actu & consilio. quia quodlibet parvum inconveniens apud Deum est impossibile. Licet tamen hoc non possit: est tamen omnipotens vere, & propriè, & perfectè.*

[* in Luc. cap. 1.] ALBERTUS: * *Dei potentia ultimata, infinita est & omnipotens, & plus-quàm omnipotens. Ut enim ita dicamus. Deus plus quàm omnia potest. Potest enim multa, quæ nunquam fuerunt, & tamen esse poterant, secundùm Dei potentiam infinitam. Et hoc ostendit in Filio: quia nihil majus facere poterat, quam hominem talem & tantum, quantus est ipse.* Itèm: * *In Deo potentia non est ante actum: & ideò Deus, unicum habens, adoptat in filios eos, qui conformes sunt imagini Filii.* Ex: † *Virtus divina semper, in se & aliis, potens est facere quæ vult.*

[* in Matt. cap. 16 † in Iohan. cap. 20]

[* L. 2. Hexam. c. 8 † ibid. cap. 33.] ÆGIDIUS: * *Deus ex libito voluntatis potuit producere, quæcunque ex quocunque elemento.* Itèm: † *Deus sex potest, quæ non possunt alia agentia. 1. Potest enim de aliquo facere nihil. 2. Potest de nihilo aliquid facere. 3. Potest augmentare, non rarefaciendo, nec aliquod corpus addendo. 4. Potest minuere, non condensando, nec*

aliquid de materia removendo. 5. Potest condensare non occupando locum minorem. 6. Potest rarefacere, non occupando locum majorē.

[* in Matt. cap. 8.] ¶ Immutabilis. ALBERTUS: * *Deus non sustinet mutationes affectuum, sicut terrena.*

[† in Apoc. cap 1.] ¶ Durabilis. THOMAS: † *Modus durandi in Deo triplex est, secundum Anselmum in Prosologio. Primus, quia per se durat æternaliter: alia autem hoc habent ab ipso. Alius modus est, quia Deus non potest intelligi habere finem. Tertius modus est, quia divina æternitas tota est simul: æternitas vero aliorum æternorum, non est tota simul. Et ita Deus quandoq; est ultra omnia. Ita, secundum causalem finalitatem, dicitur Deus esse novissimus: quia Deus est causa finalis omnium. Et ad ipsum, sicut ad causam finalem, omnia ordinantur: quia universa propter semet-ipsum operatus est Deus. Illud autem, ad quod omnia ordinantur, tenet rationem novissimi quia finis est. Hoc autem non est indignitatis, sed incommunicabilis & simplicis dignitatis. Quia Deo soli cōvenit esse causam omnium finalem.*

[† Serm. 3 de Nativ.] ¶ Perfectus. INNOCENTIUS: † *In Deo nihil est diminutū, tanquam infirmum; nihil est superabundans, quasi superfluum: sed totum est omnino perfectum, velut æternum.*

[* Lib. 2. Hexam. c. 11] ÆGIDIUS: † *Quicquid perfectionis est in omnibus aliis, est solius Dei.*

[* Itiner. mentis. c. 2.] ¶ Æternus. BONAVENTURA: * *Nihil est omnino immutabile, incircumscriptibile, & interminabile, nisi quod est æternum. Omne autem, quod est æternum, est Deus, vel in Deo.*

[* Lib. Hexa. cap. 21.] ÆGIDIUS: * *Deus non est in tempore, sed est supra tempus. Quia non continetur a tempore, sed magis continet tempus. Non enim opus habet Deus, ut ab aliquo contineatur, quia ipse continet omnia.*

[† in Apoc. cap 6] ¶ Verax. THOMAS: † *Deus veritas est; & ideò hypocrisin detestatur & damnat.*

[* in Luc. cap 1.] [† in Matt. cap. 4.] ¶ Infinitus. ALBERTUS: * *Deus incircumscriptus & indefinitus in loco est spiritus.* Itèm: † *Deus infinitus est; à nemine comprehenditur. Et ideo per eum transiens visio, per infinita vadit, & semper nova invenit. quod fieri non posset, si totus simul comprehenderetur. Sic enim dicitur a Sanctis: Quid est Deus? a nulla creatura videtur. Quia si, quid est, videretur, totus simul comprehenderetur. Sed visio angeli & hominis decurrit super pelagus substantiæ ejus, in infinitum. Et ideo semper nova invenit, quæ admiretur. Ipse autem sui-ipsius est & visor, & comprehensor. Sed omnis creatura visione, quā sub sua visione est, eum videns & admirans speculatur, sed non comprehendit.*

[* in Apoc. cap 15.] ¶ Rex omnium. THOMAS: * *Deus est rex omnium universaliter, per generalem dominationem. Ad commendandam tamen ejus bonitatem, quia non habet, nisi familiam sanctam, dicitur quandoque Rex sanctorum sive justorum, per familiarem dilectionem, & specialem gubernationem: quia familiariter diligit justos, & diligitur ab eis: & specialiter eos gubernat; quia subjiciunt se eius dominationi.*

[* in Iob. cap. 9.] ¶ Fortis. THOMAS: * *Fortitudo Dei omnem fortitudinem rerum naturalium excedit.*

[† Parte 1. Quæst. 2. memb. 3 art. 1.] ¶ De essentiâ Dei, ALEXANDER inquit: † *De essentiâ autem, nullo modo recipienda sunt determinationes notionales, sive ordinis naturæ. Hujusmodi enim ordo semper introducit distinctionem. Nunquam autem, cum essentia dicitur absolute, intelligitur in ea distinctio: quia sic sequeretur, quod esset differēs.* [* ib. Qu. 50. mēb. 2.] Itèm: * *Quæcunque de Deo dicuntur corporaliter, symbolice dicta sunt. Habent enim quandam excellentiorem intelligentiam. Simplex est enim Deus & infigurabilis. Oculos igitur Dei, & palpebras, & visionem quidem universorum, considerativam ejus virtutem, & quòd nihil cognitionem ejus lateat, intelligimus, ex eo, quod apud nos, per hunc sensum, perfectior & cognitio, & certitudo, innascitur. Aures autem, & auditum ejus, propitiationem, & nostræ susceptionem deprecationis: etenim his, qui deprecationem faciunt, per hunc sensum mites sumus familiarius eis aures inclinantes. Os autem & loquelam, demonstrationem voluntatis, quia apud nos per os & loquelam significantur, quæ in corde sunt cogitationes. Cibum vero & potum, nostrum ad ejus voluntatem concursum: etenim per sensum gustum naturæ replemus necessarium appetitum. Odoratum verò ejus acceptationem, quæ ad ipsum naturæ, intelligentiæ, & benevolentiæ: quia apud nos, per hunc sensum bonis cordis acceptatio innascitur. Faciē vero eam quæ per operationes, & demonstrationem, & manifestationem quia nostra manifestatio per faciem fit. Manus autem, perfectionem operis ejus, etenim nos, & utilia, & maxime pretiosiora, dirigimus manibus. Dextram autem id, quod in prosperis ejus auxilium: quia & nos magis in potioribus, & plurima indigentibus virtute, dextra utimur. Palpationem vero, certiorem ejus & valde subtilem occultorum dignotionem, & exquisitionem quia apud nos non possunt hi, qui palpantur in se-ipsis quid occultare. Pedes autem & incessum auxilium indigentium, vel inimicorum ultionem, vel alium quendam actum, & gressum, & præsentiam. Juramentum vero, certitudinem promissionum & comminationum: quia & apud nos per juramentum hæc, quæ ad-invicem sunt, certificantur conventiones. Iram autem & furorē, eam quæ ad malitiā est, inimicitiam & aversionem: etenim nos, contraria mentis nostræ odio habentes, irascimur & avertimur. Oblivionem autem, & somnum, & dormitionem, dilationem ejus, quæ ad inimicos ultionis, & consuetæ ad familiares auxilii retardationem. Et simpliciter dicendum, omnia, quæ corporaliter dicuntur in Deo, occultam habent quandam intelligentiam ex his, quæ sunt apud nos; ea, quæ sunt supra nos, edocentem.*

[* Part. 1. Quæst. 14. m. .. † ib. Qu. 15 memo. 6. art. 3.] ¶ De unitate Dei, inquit ALEXANDER: * *Unitas divini esse, nullo modo secum compatitur pluralitatem naturæ, nec divinitatis, nec bonitatis.* Itèm: † *Tres ergo rationes habet unitas prima: scilicet, quod est unitas in se, distincta per essentiam ab omnibus aliis: item est essentialiter in omnibus aliis, tanquam conservans & continens: itèm est simplicissima. & hoc est totum dictum, quod unitas primæ tres habet conditiones, secundum conditionem intelligentiæ.*

[† Lib. 2. de Myst. c. 62.] INNOCENTIUS ait: † *Unum essentialiter, totum omnes, quod singuli, naturâ, potentia, voluntate, & omnino quicquid secundum substantiam prædicatur. Hanc æternam & individuam Trinitatem laudant Angeli.* [* in Concil. Lateran. c. 1.] Itèm: * *Firmiter credimus & simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus æternus & immensus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis, Pater, & Filius, & Spiritus S. tres quidem personæ; sed una essentia, substantia, seu natura simplex omninò. Pater a nullo, Filius autem a solo Patre; ac Spiritus S. ab utroque, pariter absque initio semper & fine. Pater generans, Filius nascens, & Spiritus S. procedens.*

[† Breviloq. parte 1. 5.] BONAVENTURA ait: † *Quicquid est in Deo, est ipse Deus unus & solus.*

[† Compend. theolog. c. 8.] THOMAS inquit: † *Esse convenit Deo per suam essentiam, omnibus autem aliis convenit per participationem. Non enim alicujus alterius essentia, est suum esse: quia esse absolutum & per se subsistens non potest esse nisi unū.* [* de Trinit. fid. c. 1.] Itèm: * *Credimus essentiæ divinæ unitatē: secundum illud Deut. 6.* [† ve. 4.] † Audi Israël, Deus tuus, &c.

[* in Matth. cap 6.] ALBERTUS: * *Unum, quod est in Deo, dicunt unitatis fidem: duo personam & naturam: tria, tres personas.*

[† Lib. .. Hexam. .9.] [* Ibid. c. 33.] ÆGIDIUS: † *Deus est unus & simplex, à quo procedunt omnia alia: sicut omnes numeri procedunt ab unitate.* Itèm: * *Deus est tanta simplicitatis: quia sua essentia est sua potentia, & sua virtus. Ideo aliud, quæ immediate egreditur a virtute, dicitur immediate egredi a substantiâ: quia eadem est ibi substantia quæ sua virtus. Sed in creaturis non est tanta simplicitas, quod eadem non sit ibi essentia, quæ sua potentia vel virtus.*

[* Parte 1. Quæst. 44.] ¶ De Trinitate Personarum, ait ALEXANDER: * *Cùm dico personam Patris, dico habentem divinum esse non ab alio, & a quo alius habet idem esse, per generationem; alius vero, per processionem. Cum dico Filium, dico habentem divinum esse idem ab alio, per generationē; & a quo alius, per processionem. Cum dico personam Spiritûs S dico habentem idem esse divinum ab aliis scilicet Patre & Filio, per processionē. Est igitur idē esse Patris, & Filii & Spiritûs S. esse divinum: differentes tamē & incommunicabiles horum proprietates. Si ergo nihil aliud est esse personæ, quam habere esse rationalis naturæ ex incommunicabili proprietate: oportet necessario ponere, quod Pater est persona, & Filius est persona, & Spiritus S. Et quia est ibi habere esse divinum, ex tribus proprietatibus incommunicabilibus: necessario oportet ibi esse tres personas. Sic igitur patet, quod in divino esse, pluralitas est personarum secundum veritatem. Secundum hoc igitur dicendum; quod, licet persona substantiam dicat, & secundum substantiam dicatur: non tamen unitas substantiæ ponit unitatem personæ, nec pluralitas personæ pluralitatem substantiæ. Sicut enim pluralitas substantiæ non tollit unitatem personæ: ita nec pluralitas personarum unitatem tollit substantiæ.* [* ib. Qu. 45 memb. 4.] Itèm: * *Hypostasis nihil aliud est, quam res naturæ, sive habens naturam, sub discreta & incommunicabili proprietate.* [† ib. Qu. 47 memb. 2.] Item: † *Hypostasis est res, habens esse substantiæ singularis, cum proprietate incommunicabili.*

INNOCENTIUS inquit: † *In sanctâ & individuâ Trinitate, Patri attribuitur unitas, propter principium: Filio tribuitur æqualitas, propter medium: Spiritui sancto attribuitur connexio, propter consortium.* Itèm: * *Sanè in naturâ Dei est trinitas personarum; videlicet Pater, Filius, & Spiritus S.* Itèm: † *Tota trinitas, secundùm communem essentiam individua, & secundùm personales proprietates discreta.* Itèm: * *In sanctâ individuâ Trinitate, Patri appropriatur mens; Filio ratio, & Spiritui sancto voluntas.* Itèm: *In individuâ Trinitate gradus constituere non debemus, ut dicamus Patrem majorem, Filium minorem, & minimum Spiritum S. sicut impius asserit Arianus.*

BONAVENTURA ait: * *De Trinitate Dei tria sunt consideranda: scilicet, qualiter unitas substantiæ & naturæ simul stet cum pluralitate personarum; secundò, qualiter cum pluralitate apparitionum; tertiò, qualiter cum pluralitate appropriationum. De pluralitate Personarum, in unitate naturæ, hoc dictat recta fides esse tenendum; scilicet: In unitate naturæ sunt tres personæ, Pater, Filius, & Spiritus S. quarum prima à nullo est; secunda est à solâ primâ, per generationem; tertia à primâ & secundâ, per spirationem sive processionem. ità, quòd trinitas personarum, non excludat ab essentiâ divinâ summam unitatem, summam simplicitatem, immensitatem & æternitatem, incommutabilitatem, necessitatem, & etiam primitatem: quin potius includit summam fœcunditatem, charitatem, liberalitatem, æqualitatem, germanitatem. quæ omnia sana fides intelligit esse in beatâ trinitate.* Itèm: * *Si Deus perfectus est spiritus: habet memoriam, intelligentiam, & voluntatem, habet & verbum genitum, & amorem spiratum, qui necessariò distinguuntur: cùm unus ab altero producatur, non essentialiter, non accidentaliter; ergo personaliter. Dum igitur mens se-ipsam considerat: per se, tanquam per speculum, consurgit ad speculandum trinitatem beatam Patris, Verbi, & Amoris trium personarum coæternarum, coæqualium & consubstantialium. ita quod quilibet trium in quolibet est aliorum: unus tamen non est alius; sed ipsi tres sunt unus Deus.* Itèm: † *Deus est trinitas, Pater, Filius, & Spiritus S. Patri attribuitur majestas, Filio veritas, & Spiritui S. bonitas. In Patre est summa majestas humiliter adoranda: in Filio est summa veritas fideliter asserenda: in Spiritu S. est summa bonitas sincerè amanda.*

THOMAS ait: * *Ea, quæ dicuntur de Patre & Filio, quantum ad regnum dominationis, æquè conveniunt Spiritui sancto: unde etiam de ipso sunt æqualiter intelligenda. Ubicunque enim nominatur una persona, in his, quæ sunt essentialia, non personalia, vel notionalia, intelliguntur aliæ personæ.* Itèm: *In Patre ergo & Filio intelligitur Spiritus S. sicut nexus, & unitas, & charitas amborum.* Itèm: * *Dicit, laudem, ratione bonitatis, attribui Spiritui S. gloriam, ratione sapientiæ, attribui Filio, virtutem & honorem, ratione potentiæ, Deo Patri.* Itèm: † *Dicitur apud Græcos rectè & catholicè, quod Pater & Filius & Spiritus sunt tres hypostases. Apud Latinos autem non rectè sonat, si quis dicat, quòd sunt tres substantiæ: licèt hypostasis sit idem apud Græcos, quod substantia apud Latinos, secundum proprietatem vocabuli. Nam apud Latinos Substantia usitatius pro essentiâ accipi solet; quam tam nos, quam Græci, unam in divinis confitemur: propter quòd, sicut Græci dicunt tres hypostases, nos dicimus tres personas.* Et: † *Sicut nos dicimus in divinis pluraliter tres personas, & tres subsistentias: ità Græci dicunt tres hypostases. Sed quia nomen Substantiæ, quod secundum proprietatem significationis respondet hypostasi, æquivocatur apud nos; cùm quandoque significet essentiam, quandoque hypostasin: ne possit erroris esse occasio; maluerunt pro Hypostasi transferre Subsistentiam, quam Substantiam.* Et: † *Nomen Trinitas, secundum etymologiam vocabuli, videtur significare unam essentiam trium personarum: ut secundùm quod dicitur trinitas, quasi trium unitas. Sed secundum proprietatem vocabuli, significat magis numerum personarum unius essentiæ. Et propter hoc non possumus dicere, quod Pater sit trinitas: quia non est tres personæ. Non autem significat ipsas relationes personarum; sed magis numerum personarum ad invicem relatarum.* Itèm: *Non potest dici, quod trinitas sit trina: quia sequeretur, si trinitas esset trina; quòd tria essent supposita trinitatis. sicut, cùm dicitur, Deus est trinus; sequitur, quod sunt tria supposita deitatis.* Itèm: † *Alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti.*

ALBERTUS ait: * *Mutua est cognitio Patris à Filio, & Filii à Patre: à quâ non excluditur Spiritus S. Sed quòd Spiritus non nominatur in illâ perfectâ notitiâ & mutuâ, fit ideo: quia ipse non procedit, ut verbum & notitia; sed ut amor, connectens Patrem & Filium.*

* Serm. 1. de venis. Dom.
* Lib. 4. de Myst. c. 11.
* In Concil. Lateran. c. 1.
† In Psal. 4. pænit.
* Brevil. parte 1. c. 2.
* Itiner. mentis c. 3.
† Serm. de 10. Præceptis.
* In Apoc. cap. 11.
* Ibid. c. 19.
† Opusc. 1. contra err. Græc.
* 1. Summæ. Qu. 29. art. 2.
† Ibid. Quæst. 31. art. 1.
† In Expos. Decret.
* In Luc. cap. 10.

Itèm: * *Quæritur, utrum meliùs dicatur, alter Pater, alter Filius; vel alius? Et videtur, quòd Alter: quia Alius dicit diversitatem substantiæ; Alter autem diversitatem accidentis vel proprietatis. Cum igitur Pater & Filius differant proprietatibus suis, & non substantiâ: videtur melius dici, alter Pater, alter Filius, quam alius Pater, alius Filius. Ad hoc dicendum, quod Alter non ita congruè dicitur. quia, licèt proprietas sit in divinis, tamen proprietas est persona, & persona est subsistens hypostasis sive substantia.* Et: * *Non potest dici, Pater & Filius sunt unus: quia Unus, in masculino genere, significat ens formatum, quod convenit rationi personæ: in neutro autem, ens informe, quod convenit essentiæ. & ideo nec adjectivè, nec substantivè, potest dici, Pater & Filius sunt unus.*

ÆGIDIUS: † *In primâ productione rerum, significatur Trinitas; per Deum, & per Principium, & per Spiritum Domini, qui ferebatur super aquas. Nam cùm dicitur,* Deus in principio creavit cœlum & terram; *& postea subditur,* Spiritus Domini ferebatur super aquas: *in eo, quod dicitur Deus, intelligitur Pater: in eo, quod dicitur In principio, intelligitur Filius: in eo, quod subditur, Spiritus Domini ferebatur super aquas, datur intelligi Spiritus S.* Itèm: *In operibus sex dierum, insinuatur Trinitas, per Deum dicentem, & per videre quod esset bonum. Sic enim loquitur Scriptura de opere primi diei:* Dixit Deus, Fiat lux; & facta est lux: & vidit Deus lucem, quòd esset bona. *& sic de opere tertii diei:* Dixit verò Deus, Congregentur aquæ: factumque est ita. *& sic de opere quarti diei:* Fiant luminaria, &c. *In eo, quod dicitur Deus, intelligitur Pater. In eo, quod dicitur Dixit, id est, Verbum genuit, intelligitur Filius. In eo, quod subditur, Et vidit Deus quòd esset bonum, id est, complacuit sibi in re productâ; intelligitur Spiritus S.* Et: *Trinitas est indivisa substantia.*

¶ Tres personas unum esse Deum, ALEXANDER docet: † *In Deo intelligimus unitatem substantiæ, & multiplicationem personarum.* Itèm: * *Unitas divini esse, est unitas in pluribus. & hoc ostendit perfectionem ipsius, quod est unitas in pluribus, non multiplicata; sed manens eadem: non de illis; sed totum esse illorum.* Et: * *Ordo verò naturæ, secundum quam numerantur personæ divinæ, cogit unitatem essentiæ & personæ differre ratione talis. scilicet, ut proprium sit unitatis essentiæ, non distingui; unitati verò personæ conveniat, distingui, & esse in distinctione. Non distinguitur ergo persona ab essentiâ: quamvis distinguitur persona à personâ, ordine naturæ sive relatione.* Itèm: * *Cum dico, Pater est, Filius est, Spiritus S. est: idem dico esse, sive eandem essentiam. Hoc enim dicitur esse de Patre, quia Pater est essentia: & de Filio, quia Filius est essentia: & similiter de Spiritu sancto; quia Spiritus S. est essentia.* Itèm: † *Dicendum, quòd principium in ordine non semper ponit prius; sed solum quando est diversitas essentiæ, vel substantiæ ejus, à quo est aliquid, & ejus quod est ab alio: ut in causâ & causato. Sed in divinis est unitas essentiæ & substantiæ: & ideo non debet concedi, Pater est prior Filio naturâ: quia non est in illis altera essentia. Nec etiam prius & posterius debet accipi in divinis; quamvis sit ibi ordo: quia hæ dispositiones (ut dicit Philosophus) propriè sunt in tempore vel duratione; quæ à Trinitate removentur eo, quòd in personis est trinitas. Unde illæ differentiæ ordinis vel temporis, non cadunt in ordine naturæ immutabilis, quæ est in divinis personis; licet ordo naturæ mutabilis eas recipiat.*

INNOCENTIUS ait: † *Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, omnes & singuli, sunt solus & unus Deus, spiritus increatus, immensus, incommutabilis, summè-potens, summè-sapiens, summè-bonus. Spiritus, quia non constat in partibus: increatus, quia non incepit ex tempore: immensus, quia non circumscribitur loco: incommutabilis, quia non variatur affectu: summè-potens, cui nihil est impossibile: summè-sapiens, cui nihil est ignorantiæ: summè-bonus, cui nihil est invidentiæ. A quo omnia creata; per quem omnia formata; à quo omnia sunt conservata: creata per potentiam, formata per sapientiam; conservata per diligentiam.* Itèm: * *Sicut in Christo sunt tres substantiæ in unâ personâ: sic in Deo tres sunt personæ in unâ substantiâ. In tribus substantiis est aliud, sed non alius. In tribus autem personis est alius; sed non aliud: quia tres unum sunt; quod est æternum & simplex: quia nec principium habet, nec finem; sed est principium sine principio, & finis sine fine.*

BONAVENTURA inquit: * *Deus est trinus & unus: in essentiâ unus, & in personis trinus.* Itèm: † *Quia quælibet personarum unam habet proprietatem; per quam principaliter innotescit: ideo tres sunt proprietates personarum, quæ his nominibus exprimuntur propriè & principaliter, Pater, & Filius, & Spiri-*

* Super 1. Sentent. Dist. 2.
* Ibid. Dist. 31.
† L. 1 Hexa. cap. 23.
† Part. 1. Quæst. 4. memb. 3.
* Ib. Qu. 14. memb. 1.
* Ib. memb. 6. art. 1.
* Ibid. Quæst. 15. memb. 6.
† Ib. Qu. 46 m. 1.
† Serm. 3. in dedic. Templi.
* Serm. 2.
* Breviloq. de Profund. Script.
† Breviloq. parte 1. c. 3.

ta S. Cùm enim proprium sit Patris, esse innascibilem, sive ingenitum, esse principium, non de principio; esse patrem: innascibilitas notificat ipsum, per modum negationis; licet ex consequenti modum positionis: quia innascibilitas in Patre, ponit fontalem plenitudinem. Principium non de principio, per modum positionis cum negatione. Esse Patrem, per modum positionis & habitudinis, completè & determinatè. Similiter, cùm Filius sit Imago, Verbum, & Filius Imago nominat illam personam expressam, Verbum autem, ut similitudinem, expressius, Filius, ut similitudinem hypostaticam. Rursus, Imago, ut similitudinem conformem; Verbum autem, ut similitudinem intellectualem; Filius ut similitudinem connaturalem. Per hunc modum, cum proprium sit Spiritûs sancti, esse donum, esse nexum seu charitatem amborum, esse etiam Spiritum sanctum: Donum nominat ipsum, ut datum voluntarium & præcipuum; Spiritus sanctus, ut datum voluntarium primum & hypostaticum. Hinc est, quod per hæc tria nomina, quæ sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, trium personarum personales proprietates insinuentur. Itèm: [* parte 2. cap. 1.] *Deus est omnipotens, omnisciens, summè-bonus, essentiâ indivisus. Potentia attribuitur Patri, Sapientia Filio, Bonitas Spiritui sancto: Indivisio, ad Patris & Filii & Spiritûs sancti pertinet unitatem.* Itèm: [† part. 3. c. 3.] *In divinis est una natura, & tres personæ, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus S. Quarum prima a nulla est: secunda a prima solâ est, per æternam generationem: tertia a prima & secunda est, per communem spirationem. ita, quòd personarum trinitas non præjudicat unitati; nec essentiæ unitas præjudicat trinitati. In divinis etiam sunt duæ emanationes: una per modum naturæ, quâ generatur Filius: alia per modum voluntatis, quâ spiratur & procedit Spiritus sanctus. Tres hypostases: una Patris, una Filii, una Spiritus S.*

THOMAS Aquinas ait: [* Summ. de Veritat. 1 qu. 1.] *In Deo illa quatuor, Ens, Unum, Verum, & Bonum, sic appropriantur: quod Ens ad essentiam pertinet; Unum ad personam Patris; Verum ad personam Filii; Bonum ad personam Spiritûs sancti. Personæ autem divinæ, non solum ratione; sed re distinguuntur: unde ad invicem non prædicantur.* Itèm: [* ib. Qu. 5.] *Quàmvis in divinis ponantur plures personæ, vel proprietates: non tamen ibi ponitur, nisi unum esse. Quia esse, in divinis, non nisi essentialiter dicitur.* Itèm: *Quàmvis alio Pater sit pater; Filius filius, quia hoc est paternitate, illud est filiatione: tamen idem est, quo Pater est, & quo Filius est: quia utrumque est per essentiam divinam, quæ est una.* Itèm: [† lib. 4. contra Gent. cap. 18.] *Cùm Pater & Filius sint personæ subsistentes, & divinæ naturæ: Spiritus S. non connumeraretur iisdem; nisi ipse esset persona subsistens in divinâ naturâ. Connumeratur autem iisdem; ut patet Matth. ultim.* [* vers. 19.] *dicente Domino discipulis:* Euntes, docete omnes gentes; baptisate eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Itèm: [† ibid. c. 21.] *Cùm eadem virtus sit Patris, & Filii, & Spiritûs S. sicut & eadem essentia: oportet, quod omne id, quod Deus in nobis efficit, sicut à causâ efficiente, simul a Patre, Filio, & Spiritu sancto.* Et: [† cap. 26.] *Non est possibile, quòd sint in Deo, nisi duæ personæ procedentes: una per modum intellectûs, ut verbum, scilicet Filius: & alia per modum amoris; scilicet Spiritus sanctus. Est etiam & una persona non-procedens; scilicet Pater. Solùm ergo tres personæ in trinitate esse possunt.* Et: [† Compend. Theol. c. 50.] *In divinitate quendam trinarium ponimus; qui tamen unitati & simplicitati essentiæ non repugnat. Oportet enim concedi, ut existentem in suâ natura, & intellectum, & amatum a se-ipso. Aliter autem hoc accidit in Deo, & in nobis. Quia enim in suâ naturâ Homo substantia est; intelligere autem, & amare ejus, non sunt ejus substantia: Homo quidem, secundùm quod in naturâ suâ consideratur, quædam res subsistens est: secundum autem quod est in suo intellectu, non est res subsistens; sed intentio quædam rei subsistentis: & similiter secundum quod est in seipso, ut amatum in amante. Et sic ergo in homine tria quædam considerari possunt: Homo naturâ sua existens, & homo intellectu existens, & homo in amore existens. Et tamen hi tres non sunt unum: quia intelligere ejus, non est ejus esse: similiter autem & amare. Et horum trium unus, est res quædam subsistens; scilicet homo in natura sua existens. In Deo autem idem est, esse, intelligere, & amare. Deus ergo, in esse suo naturali existens, & Deus existens in intellectu, & Deus existens in amore suo, unum sunt. Unusquisque tamen eorum est subsistens. Et quia res subsistentes in intellectuali naturâ, Personas Latini nominare consueverunt, Græci verò Hypostases: propter hoc in divinis Latini dicunt tres personas; Græci verò tres hypostases. Patrem scilicet, & Filium & Spiritum S.* Et: [† ibid. c. 53.] *Relationes, quibus Pater, & Filius, & Spiritus S. ad invicem distinguuntur, sunt relationes reales; & non rationis tantum.* Et: [* cap. 54.] *Non est possibile, quòd (relationes, quibus Pater, Filius, & Spiritus S. distinguuntur) sint accidentaliter-inhærentes: tum quia operationes, ad quas sequuntur directè relationes, sunt ipsa Dei essentia; tum quod in Deo nullum accidens esse potest. Unde, si relationes prædictæ realiter sunt in Deo: oportet, quòd non sint accidentaliter inhærentes; sed subsistentes.* Item. [* cap. 61.] *Remotis per intellectum proprietatibus personalibus, non remanet hypostasis. Proprietates autem personales, sunt ipsæ personæ subsistentes. Nec constituunt personas, quasi præexistentibus suppositis advenientes: quia nihil in divinis potest esse distinctum, quod absolutè dicitur; sed solum quod relativum est. Relinquitur igitur, quod, proprietatibus personalibus remotis per intellectum, non remaneant aliquæ hypostases distinctæ: sed remotis notionibus non-personalibus, remanent hypostases distinctæ.* Itèm: [* cap. 66.] *Proprietates relativæ, sunt ipsa essentia divina. Proprietates enim relativæ, sunt ipsæ personæ subsistentes. Persona autem subsistens in divinis, non potest esse aliud, quam essentia divina. Essentia autem divina, est ipse Deus. Unde relinquitur, quod proprietates relativæ sunt, secundùm rem, idem quod divina essentia. Itèm, quicquid est in aliquo præter essentiam ejus, inest ei accidentaliter. In Deo autem nullum accidens esse potest. Proprietates igitur relativæ, non sunt aliud ab essentia divinâ, secundùm rem.* Itèm: [† de Artic. fid. c. 1.] *Tres sunt personæ divinæ in unâ essentiâ; secundùm illud, 1. Johan. ultimo:* [* vers. 7.] Tres sunt qui testimonium dant in cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus: & hi tres unum sunt. Et: [† 1 Sũma Quæst. 39. art. 2.] *Quia in divinis, multiplicatis personis, non multiplicatur essentia: dicimus unam essentiam trium personarum, & tres personas unius essentiæ.* Itèm: [* ib. art. 3.] *Sicut, propter pluralitatem suppositorum, Græci dicunt tres hypostases, ita & in Hebræo dicitur pluraliter Elohim. Nos autem non dicimus pluraliter, neque Deos, neque Substantias: ne pluralitas ad substantiam referatur.* Itèm: [* art. 6.] *Essentia divina non solum una est realiter, cum unâ persona; sed cum tribus: unde & una persona, & duæ, & tres, possunt de essentiâ prædicari ut si dicatur: Essentia est Pater, Filius, & Spiritus S. Et quia hoc nomen Deus per se habet, quòd supponat pro essentiâ: ideo, sicut hæc est vera, Essentia est tres personæ; ita hæc est vera, Deus est tres personæ.* Itèm: [† in expos. 1 Decret.] *Hoc est singulare fidei Christianæ, ut trinitatem personarum in unitate divinæ essentiæ fateamur. Sub hac enim professione, Christo per Baptismum sumus consignati.*

ALBERTUS ait: [* in Matt. cap. 4.] *Est autem unus Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus.* Et: [† ibid. c. 28] *Una est facies Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.* Itèm: *Deitas in tribus personis.* Itèm: [* in Ioh. cap.] *Omnis consonantia est inter Patrem, & Filium, & Spiritum S. Et quod à Patre accipitur, & Filius protestatur, hoc & per Spiritum veritatis docetur.* Itèm: [* ibid. c. 14.] [* ibid. c. 17.] *Pater, & Filius, & Spiritus S. non tantùm unum sunt substantialiter, & consonantiâ voluntatis; sed etiam sunt quadam naturâ unum; secundum quod natura dicitur, ex quâ pullulat, pullulans. Sic enim sunt unum in virtute seminati verbi: ut illud pullulet in cordibus audientium Apostolos.*

Ægidius ait: [† lib. 2 Hexam. c. 42.] *Laus ipsi Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto est unus Deus, benedictus in secula seculorum. Amen.*

¶ Quòd idololatræ ignorent Trinitatem, inquit ALEXANDER: [† Part. 1. Qu. 3. memb. 2.] *Idololatræ Deum in ratione communi non ignorant, quòd est ens, principium, omnipotens, dominus: tamen sub ratione propria ignorant, & ideo negant de Deo, quod est unus & trinus.*

¶ Hypostasis quid sit, exponit ALEXANDER: [* Parte 3. Q. 7. memb. 2. art. 3.] *Hypostasis est existentia vel substantia incommunicabilis, ex quibuscunq; distinguentibus.*

THOMAS ait: [* 3 Sũma. Quæst. 2. art. 3.] *Hypostasis significat substantiam particularem, non quocunque modo, sed prout est in suo complemento: secundum verò quod venit in unionem alicujus magis completi, non dicitur hypostasis; sicut manus vel pes. Et similiter humana natura in Christo, quamvis sit substantia particularis; quia tamen venit in unionem cujusdam completi, scilicet totius Christi, prout est Deus & Homo: non potest dici hypostasis, vel suppositum. sed illud completum, ad quod concurrit, dicitur esse hypostasis vel suppositum.*

De Personâ ALEXANDER ait: [† Parte 3. Quæ. memb. 2 art. 3] *Secundum rem &*

nomen.

nomen, Persona est substantia incommunicabilis, rationalis, distincta per proprietatem dignitatis.

THOMAS ait: * *Persona nihil aliud est, quam substantia individua rationalis naturæ.* Itèm: † *Nomen Personæ significat in divinis relationẽ, ut rem subsistentẽ in naturâ divinâ.* Itèm: * *Licèt in Deo non sit aliud, secundùm rem, Natura & Persona; differunt tamen secundùm modum significandi: quia persona significat per modum subsistentis. Et quia Natura humana sic unitur Verbo, ut Verbum in eâ subsistat, non autem, ut addat ei aliquid ad rationem suæ naturæ, vel ut ejus natura in aliud transmutetur: ideo unio humanæ naturæ ad Verbum Dei, facta est in personâ; non in naturâ.*

* Cop. Theol. Quæst. 2. cap 26. † 1. Summæ. Quæst 30. art. 1. * 3 Summæ Quæst. 2. art. 2.

DE PATRE.

Inquit ALEXANDER: † *Pater noster, dicitur communiter de tribus personis. Ad filiationem enim per gratiam, requiritur, quòd simus in esse gratiæ; & ad imaginem & similitudinem per gratiam. Quòd autem simus in esse gratiæ, hoc pertinet ad Patrem. Quòd verò ad imaginem; ad Filium, qui est imago Patris. Quòd autem ad similitudinem; ad Spiritum sanctum, qui est similitudo, per quam assimilamur Deo. Præterea, à Patre per Filium regeneramur; ab utroq; per Spiritum sanctum reformamur: ex quibus duobus est filiatio per adoptionem.* Itèm: * *Pater dicitur multipliciter. 1. Est enim Pater æternâ generatione. Esa. 53.* † Generationem ejus quis enarrabit? *2. Prædestinatione. Ephes. 1.* * Gratia vobis & pax à Deo Patre; qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum Dei. *3. Creatione. Mal. 2.* † Numquid non Pater unus omnium nostrûm? numquid non Deus unus creavit nos? *4. Imaginis participatione. Deuter. 32.* * Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit & fecit & creavit te? *Fecit, inquam, ad imaginem & similitudinem suam. Gen. 1.* † Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. *5. Redemtione. Esa. 63.* * Tu autem pater noster, & redemtor noster, à seculo seculorum. *6. Sacramentali regeneratione. Tit. 3.* † Per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritûs sancti. *1. Pet. 1.* * Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi; qui regeneravit nos in spem, &c. *7. Fidei instructione. Jacob. 1.* † Voluntariè, *id est, sine meritis nostris*, genuit nos verbo veritatis, *id est, fidei. Johan. 1.* * Dedit eis potestatem, filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus. *8. Gratiæ adoptione. Roman. 8.* † Accepistis spiritum filiorum, in quo clamamus Abba pater. *Gal. 4.* * Itaq; jam non est servus; sed filius: quòd si filius; & hæres per Deum, *id est, per opera Dei. Primo modo sumitur Pater personaliter: qui modus soli Patri convenit. Quartus modus similiter: qui modus soli Filio convenit, secundùm quod modus redemtionis fuit per mortem filii. Omnes alii modi tribus personis conveniunt. & in his modis sumitus Pater, toti convenit Trinitati. Nihilominus persona, quæ est Pater, conveniunt per quandam appropriationem, ratione primæ autoritatis. Pater igitur sumitur essentialiter: nihilominus rationem, quâ prima persona convenit primæ autoritas creationis & adoptionis, insinuat.*

† Parte 3. Quæst. 11. memb. 6. art. 2. * Parte 4. Quæst. 17 memb. 4. † vers. 8. * vers. 2. 5. † vers. 10. * vers. 6. † vers. 26. * vers. 16. † vers. 5. * vers. 3. † vers. 18. * vers. 12 † vers. 15 * vers. 5.

INNOCENTIUS ait: † *Deus generaliter, specialiter, & singulariter, dicitur Pater. Generaliter omniũ, per creationẽ: specialiter justorum, per adoptionem: singulariter Christi, per generationem.*

† Lib. 5. de Myst. c. 7.

BONAVENTURA inquit: * *Deus dicitur Pater, generaliter omnium, per creationem. Deut. 32.* † Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit, & fecit, & creavit te? *Fecit in corpore; creavit in animâ; possedit in utroq;. Dicitur & spiritualiter justorum, per adoptionem. Matth. 5.* * Estote perfecti, sicut & pater vester perfectus est. *Dicitur & Pater singulariter Christi, per æternam generationem. Johan 5.* Non solùm solvebat sabbatum; sed & patrem suum dicebat Deum. *Matth. 11.* † Neq; Patrem quis novit, nisi Filius. *Pater, primo modo, per impressam imaginem; secundo modo, per appositam gratiæ multitudinem, & tertio modo per æternam originem.*

* super Orat. domin. † vers. 6. * vers. 48. † vers. 27.

THOMAS ait: * *Autoritatem Patri tribuit majorẽ [illegible] reliquis personis: non quia sit dignior, vel potentior; cùm personæ sint sibi coæquales: sed quia origo, quia ab eo manans; ita a[illegible] quod totum accipiunt, & ideo est summa æqualitas: vel quia ei appropriatur potentia. Sedere autem in throno, secundùm potentiam & imperium, dicit, respectu creaturæ: tamen tota Trinitas in throno sedet, secundum virtutem.* Et: † *Tres proprietates Patri conveniunt. Una, quâ distinguitur à filio: & hæc est paternitas. Alia, quâ distinguitur à duobus, scilicet Filio & Spiritu S. & hæc est innascibilitas: quia Pater non est Deus procedens ab alio, Filius autem & Spiritus S. ab alio procedunt. Tertia est, quâ ipse Pater cum Filio, & Spiritu sancto distinguitur: & hæc dicitur communis spiratio. Proprietatem autem, qua Pater differat a solo Spiritu S. non est assignare: eo quod Pater & Filius, sint unum principium Spiritus S. Filio autem necesse est duas convenire: unam scilicet, quâ distinguitur a Patre; & hæc est filiatio: aliam, quâ simul cum Patre distinguatur a Spiritu S. quæ est communis spiratio. Non autem est assignare proprietatem, qua distinguatur solùm à Spiritu S. quia Filius & Pater sunt unũ principium Spiritûs S. Similiter etiam non est assignare proprietatem unam, qua Spiritus sanctus & Filius simul distinguantur a Patre. Pater enim ab eis distinguitur una proprietate; scilicet innascibilitate: in quantum est non-procedens. Sed quia Filius & Spiritus S. non unâ processione procedunt; sed pluribus: duabus proprietatibus a patre distinguuntur. Spiritus autem sanctus habet unam proprietatem tantùm, quâ distinguitur a Patre & Filio; & dicitur processio.* Et: * *Deus dicitur Pater, ratione spiritualis creationis: quia creavit nos ad imaginem & similitudinem suam; quã aliis inferioribus creaturis non impressit. Item ratione gubernationis. Quanquam enim omnia gubernet: nos tamen gubernat, ut dominos, alia, ut servos. Itẽ ratione adoptionis: quia aliis creaturis dedit quasi munuscula, nobis autem hæreditatem: & hoc, quia filii. Sed si filii, & hæredes.*

* in Apocal. cap. 5. † Cõp. Theol. cap 57. * super Orat. dom. n. cap. 2.

ALBERTUS Magnus inquit: † *Pater ab alio non est: & ideò neq; æternaliter, neq; temporaliter, nascibilis est.* Itèm: * *Non est pater ejus, ad quem non habet conformitatem imaginis. Habet autem conformitatem imaginis, in eâdem substantiâ, ad Filium; & in diversitate substantiæ, ad Hominem.* Et: † *Pater est, a quo fluunt omnia. & hoc pater ex hoc, quod Pater est, qui producet Verbum; quod est ars plena rationum omnium viventium. In quo Verbo, sicut in formali & effectivâ causâ, est, ut fiant & producantur omnia. Pater enim genuit Verbum, exsistens in omnibus splendoribus sanctitatis & sanctorum, hoc est, mundorum.* Itèm: * *Pater non obliviscitur substantiæ & proprietatis Patris; & affectûs filialis. Substantia enim Patris, ipsa dulcedo est; proprium, misereri & parcere.* Et: † *Pater consideratur tripliciter. Scilicet ut principium, non de principio; tam respectu personarum, quam respectu creaturarum: quia, etsi Filius & Spiritus sanctus creant; tamen hoc habent a Patre. Pater etiam accipitur in suâ proprietate. Et Pater accipitur, ut finis, in quem omnia referuntur, & a creaturis, & a personis: quia Filius in illum refertur, quod est, a quo habet ut sit; & similiter Spiritus sanctus.* Itèm: * *Omnis vitæ fons est Pater. Et hæc vita venam accipit in Filio; & fluxum in omnes in Spiritu S.* Itèm: † *Pater ideò est & vocatur; quia paterno spiritu format filium, ad similitudinem patris. Hoc enim fieri non potest: nisi spiritu paterno formaretur affectus, ad patris veram invocationem. Spiritus autem Patris æterni, est Spiritus idem Filii, plenitudine capitis manans ex ipso. & ideò in Spiritu illo cognoscitur, quia Pater est Filii pater: & in spiritu cognoscitur, quod Pater Deus est Filii Dei pater.* Et: * *Pater dicitur principium, non de principio: à quo alius, id est, Filius, qui dicitur principium de principio, id est, a patre, per quem omnia. Omnia enim per Filium Pater operatus est. Ipse enim est manus, & dextra, & fortitudo, & sapientia, & verbum Patris. Principium autem se dicit Filius: quia, licèt Pater & Filius & Spiritus S. sint unum principium omnis creaturæ, & Pater sit principium totius divinitatis: tamen, si principium in ratione causæ efficientis & formalis sumatur, tunc, secundùm modum intelligendi, Filio appropriatur ratio principii: quia ipse, in quantum virtus Patris, est formalis causa principii. Et sic quidem bonitas (quæ attribuitur Spiritui S.) ad causandum inclinat. Sic etiam Pater, cui attribuitur potentia, causat. Sed rationem causalitatis adhibet ars & sapientia, quæ Filio attribuitur. Et sic, secundùm rationem, Filius proxima causa est effectus.* Et: † *A natura Patris procedit, quicquid est in omnibus rebus.* Itèm: * *Pater, cum a nullo sit, non mittitur: sed dicitur principium totius divinitatis. & ideò potius a Deo petitur, sub nomine Patris, quam sub nomine Filii.* Itẽ: † *Pater principiũ est divinitatis.* Item: * *Pater est prima vita, per essentia divinæ virtutẽ: & ideo principiũ & causa est omnis vitæ.* Itẽ: *Pater est a se-ipso.* Itẽ: *Patris volũtas injusta esse nõ potest. Pater alius est in personâ, nõ in naturâ. Pater ab æterno genuit Filiũ: in quo splendebant omnes fulgores sanctorum. Quando me genuit, virtutẽ mihi dedit & sapientiã: quibus redimere volebat Mundũ*

† In Luca 2. ibid. c. 10. † cap. 11. * cap. 15. † super 1. Sẽt. Dist 48 * in Matth. cap. 16. † in Joh. v. 6. * ibid. c. 8. * in Matth. cap. 4. * ibid. c. 6. † cap. 10. * in Johan. cap. 1.

[lib. 1. Hexam. c. 10]

ÆGIDIUS ait: * *Pater est principium sine principio: Filius est principium de principio. non tamen duo principia; sed unum principium.*

DE FILIO.

[Part. 1. Quæst. 33. memb. 1. art. 1. — * ibid. — † Parte 1. Quæst. 1. memb. 3. — * Parte 1. Quæst. 49. memb. 3. art. 1. — † cap. 65. v. 1.]

ALEXANDER ait: † *Filius Dei, secundum humanitatem, Liber vitæ dicitur.* Et: * *Filius Dei dicitur speculum. Sapient. 7.* Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula. *Et dicitur speculum, non ad similitudinem speculi exterioris; sed interioris, scilicet imaginis, quæ est in anima.* Et: † *Christus deitate dicitur Deus; humanitate Homo, filiatione Filius.* Item: * *Similiter, cum dicitur;* Ego sum qui sum: *hoc pronomen Ego, supponit pro persona; scilicet pro Filio Dei, sicut dicit Glossa super illud Esaiæ:* † Ecce ego ad gentes. *Glossa: Filius loquitur, qui dixit Mosi: Ego sum qui sum. Magis autem supponit pro Filio Dei; quam pro alia persona: quia ibi agitur de liberatione humani generis, quæ facta est autoritate & ministerio Filii Dei. Et Moses magis intellexit de Filio Dei, quam de alia persona: quia ibi dictum est,* * Et descendi liberare eos. *Sicut in Daniele,* † *ubi dicitur,* Filius hominis veniebat, & usq; ad antiquum dierum pervenit: *intelligitur, quod Antiquus dierum est Pater, per hoc quod dicitur,* * Dedit ei potestatem & honorem. Et: † *Christo, in quantum est Filius Dei, dedit Deus nomen ab æterno excelsum, super omne nomen, aut super omne quod nominatur, in cœlo & in terra: sed in quantum homo, manifestando dedit illi. quia in Christo-homine manifestatum est illud nomen: & hoc est, quod præest creaturæ dignitate & potestate.*

[* Exod. 3. vers. 8. — † cap. 7. v. 13. — * vers. 14. — † Pa. 1. Quæst. 21. memb. 1. art. 4.]

¶ ÆGIDIUS, * *Filium Dei vocat Verbum coæternum; quia est principium de principio.*

[* Lib. 1. Hexam. c. 1.]

ALEXANDER: † *Verbum increatum triplicem habet actum. Unus est, quod Pater per ipsum omnia operatur.* Joh. 5. * Pater meus usq; modo operatur; & ego operor. *& ibid.* † Opera, quæ dedit mihi pater ut perficiam. *Alius actus est, quod Pater declarat se per Verbum: sicut dicit glossa Beda super Matthæi. Tertius actus est, quod verbo revelat Prophetis, quæ futura sunt verbo. Ergo, secundum quod operatur Pater per ipsum, assimilatur verbum, secundum quod est in ratione operantis. & sic dicitur Eccl. 36.* Initium omnis operis verbum. *Verbo autem, secundum quod revelat se Prophetis, scilicet prout est veritas, assimilatur verbum, quod est in ratione cognitionis. Est autem verbum, secundum quod fit revelatio divinæ bonitatis: & hoc est in cognitiva, extendente se ad opus. & non dico in cognitiva, quo-ad cognitivam quæ potest esse veri & falsi: sed quod ad visionem intellectualem, non imaginariam sive phantasticam: & quod ad intellectualem, quantum ad illam partem, quæ pertinet ad imaginem. Hujusmodi autem verbum medium est inter illud, quod est purè-optativum, & purè-cognitivum. & huic respondet Verbum increatum, in quantum Pater declarat se per ipsum. Est igitur verbum simpliciter optativum, quod assimilatur Verbo increato; in quantum per illud operatur Pater: & est verbum cognitivum simpliciter; cognitivum dico, quod est visionis, quod assimilatur Verbo increato; in quantum per ipsum fit revelatio Prophetis. Est etiam verbum medio modo se habens cognitivum, per modum visionis extendentis se ad opus: quod assimilatur Verbo increato, in quantum Pater declarat se per illud.* Et: * *Dei Filius, Verbum patris dicitur, per quem paterna claritas manifestatur. In Patre, omnis veritatis conceptio; in ejus Verbo, omnis veritatis prolatio; in Spiritu sancto, omnis veritatis auditio.*

[Parte 1. Quæst. 62. memb. 1. art. 1. — * vers. 17. — † vers. 36. — * ibidem. memb. 2.]

INNOCENTIUS inquit: † *Verbum Dei Patris, est Dei Filius. &c. Et hoc Verbum est conceptum, prolatum, & scriptum. Conceptum, secundum nativitatem divinam: prolatum, secundum humanam nativitatem: scriptum, secundum nativitatem gratuitam.*

[* Serm. 1. de Nat. Dom.]

ALBERTUS: * *Verbum est splendor Patris, loquens & manifestans omnia, quæ sunt in ipso. Et tunc Verbum solum fit intellectum: & è converso, solus intellectus fit, in universali virtute, verbum natum ex ipso. & non fit revelatio, nisi ab intellectu per verbum: quia omnia attribuuntur et ab intellectu. Et hoc verbum audientes, non in tota virtute, quæ ab intellectu procedit, percipimus, sed unusquisque sibi percipit proportionabiliter, secundum suam capacitatem & hoc præcipuè est de verbo, quo intellectus practicus se dicit & manifestat, in tota simul virtutis suæ operatione.*

[* In Matth. cap. 11.]

BONAVENTURA: * *Circa Verbum incarnatum, tria nobis sunt consideranda; scilicet unio naturarum, plenitudo charismatum, & perpessio passionum propter redimendum genus humanum. Circa naturarum unionem, hic tria nobis consideranda sunt, ad intelligendum incarnationis mysterium, scilicet opus, modus, tempus. De opere autem hæc tenenda sunt secundum fidem Christianam; scilicet, quòd incarnatio est operatio Trinitatis, per quam fit assumtio carnis a divinitate & unio divinitatis cum carne. ita, quod assumtio non tantum est carnis sensibilis, sed etiam spiritus rationalis, secundum potentiam vegetandi, sentiendi, & intelligendi. ita etiam, quod unio non fit in unitate naturæ, sed personæ: non humanæ, sed divinæ: non assumtæ; sed assumentis: non personæ cujuslibet; sed personæ solius Verbi in qua tanta fuit unio; ut, quicquid dicitur de Filio Dei, dicatur de Filio hominis, & è converso. his tamen exceptis, in quibus exprimitur unio, vel clauditur negatio.*

[* Breviloq. part. 4. c. 2.]

THOMAS: † *Processio Verbi, in divinis, dicitur generatio: & ipsum Verbum procedens, dicitur Filius.* Et: * *Nomen Verbi, in divinis, si propriè sumatur, est nomen personale, & nullo modo essentiale.* Item: † *Quia in Deo non est aliud Intelligere, quam suum Esse: consequenter, inquam, Verbum, quod in intellectu ejus concipitur, non est aliquod accidens, aut aliquid alienum ab ejus natura. sed ex hoc-ipso, quòd Verbum est, habet rationem procedentis ab altero; & ut similitudo ejus, cujus est verbum. Hoc enim in verbo nostro reperitur. Sed istud Verbum Dei habet ulteriùs, quòd non sit aliquod accidens; neq; aliqua pars Dei, qui est simplex; neq; aliquid alienum à divina natura: sed quoddam completum in divina natura, habens rationem ab altero procedentis.* Et: * *Verbum semper personaliter dicitur in divinis: cum non importet, nisi quid expressivum ab intelligente. Patet etiam, quòd Verbum, in divinis, est similitudo ejus, a quo procedit, & quod est coæternum ei, a quo procedit: cùm non fuerit prius formabile, quàm formatum, sed semper in actu: & quòd sit æquale Patri; cum sit perfectum, & totius esse Patris expressivum: & quòd sit coessentiale & consubstantiale Patri; cùm sit subsistens in natura ejus.* Item: † *Per Verbum incarnatum, Pater omnibus manifestatus est. Sed per Verbum ab æterno genitum eum manifestavit sibi-ipsi. Et ideo non convenit sibi nomen Verbi, secundum hoc tantum, quòd incarnatus est.* Itē: * *Sed quare dicitur Filius Verbum; cùm verbum transeat & evanescat? Idem autem dicitur Verbum Christus, secundum similitudinem verbi interioris, aut exterioris. Si interioris: Verbum interius, scilicet cogitatio, est inefficax per se; quia non elicit effectum per se. Sed Filius habet plenam efficaciam. Ergo. &c. Si exterioris; contra: quia Verbum exterius vanum est, & aërem percutit.* Resp. *secundum Augustinum, & secundum Anshelmum: quòd Filius dicitur Verbum Patris; quia emanat a Patre, per modum naturæ sive generationis; & repræsentat in se Patrem perfectissimè. Sicut verbum interius, scilicet cogitatio sive notitia, procedit sive nascitur de mente, & nihil menti similius, quàm ejus verbum, scilicet cogitatio vel intelligentia. &c. Itèm, dicitur principaliter Verbum, secundum similitudinem verbi interioris; ut dictum est. Dicitur etiam secundum similitudinem verbi exterioris; ut patet ex Glossa: licet non ita principaliter. Et hoc dicitur uno modo, per respectum ad creaturam quamlibet, quantum ad opus conditionis: quia, sicut aliquis facile profert verbum; ita Deus per Verbum, id est, Filium facit omnia. Item ex Glossa iterum, ideo etiam dicitur Verbū; quia Filius manifestavit hominibus Patrem, priùs ignotum.* Itèm: † *Verbum Dei non est aliquod accidens in ipso, vel aliquis effectus ejus: sed pertinet ad ipsam naturam ejus. Et ideò oportet, quod sit aliquid subsistens. Quia, quicquid est in natura Dei, subsistit.*

[† Summæ. Quæst. 34. art. 2. — * I. In. Quæst. 14. art. 1. — * Opusc. 3. contra Gen. cap. 3. — * de Diff. Verbi div. & hum. — † Summa de verit. manu. — * in Apocal. cap. 19. — † 1 Summ. Quæst. 14. art. 7.]

¶ Admirabilis. INNOCENTIUS: * *Vocatur nomen ejus, Admirabilis: verè gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in majestatibus, faciens prodigia &c. Consiliarius: quia consilium Patris invenit, sicut ipse testatur:* † Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. *De quo Propheta:* * Consilium Domini manet in æternum.

[* Serm. 3. de Nativit. — † Hier. 29. ver. 11. — * Esaiæ 40. vers. 8.]

¶ Imago Patris. ALEXANDER: † *Filius dicitur esse imago Patris, & habere in se expressam Patris similitudinem: eò quòd sicut a Patre manat plenitudo divinitatis; sic a Filio.* Item: *Dicendum igitur, quod propriè imago non dicitur, nisi unius solius: ut imago Achillis, non est nisi Achillis. Sed Spiritus S. a duobus est: unde neutrum eorum repræsentat. Sed Filius ab uno solo est; nec repræsentat, nisi unum tantum, a quo est.*

[* Part. 1. Quæst. 42. memb. 3. art. 2.]

THOMAS: * *Filius est perfecta imago Patris.* Item: † *In autoritate sacra Scriptura expressè habetur, quod Filius sit imago Patris.*

[* Summ. de verit. Quæstion. 1. materia 2. — contra Error. Græcor. cap. 10.]

Patris. Dicitur enim Coloss. 1. * Transtulit nos in regnum Filii, &c. qui est imago Dei invisibilis. Et Hebr. 1. * dicitur de Filio: Cùm sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus.

ALBERTUS: * Aeternus Patris est imago Dei indifferens. Itèm: * Christus, redemtor noster, ab aeterno habuit imaginem cælestis: & posterius accepit imaginem terreni, in utero Virginis, parentibus terrenis configuratam. Itèm: * Ad imaginem tria requiruntur. Primum, quod sit in altero: quia nihil sibi imago est. & ideò, cùm Pater ad nihil ante se, secundum ordinem naturæ, referatur, non potest dici imago. Secundum est, quod ducat in unum tantum. non enim potest esse immediata ductio imaginata in duos, ut duo sint: sed mediata potest; scilicet quod primo ducat in unū, & per consequens in alium. Unde Pater, ut est alius a Filio, in persona non potest habere imaginem, quæ ex æquo ducat in suam personam, & in personam Filii. & ideo Spiritus sanctus non potest esse imago, quia secundum ordinem naturæ refertur ex æquo ad utrumq;. nec potest etiam habere duas imagines, etiamsi poneretur Spiritus sanctus ab eo solo procedere: quia illæ imagines secundum unam rationem assimilarentur, & sic in se nullam haberent distinctionem. Tertium est, quod perfecte impleat. & hoc contingit Filio & Spiritui sancto æqualiter; licet non eâdem revelatione. quia Filio per filiationem, quæ est generatio: Spiritui sancto autem convenit per spirationem.

¶ Brachium. ALBERTUS: * Brachium, Filius incarnatus est. Quia, sicut brachium de corpore, & de brachio manus: sic Filius de Patre, & de Patre & Filio est Spiritus sanctus.

¶ Purpura. ALBERTUS: * Purpura significat ornamētum conversationis exterioris. Purpur enim ostreum est conchiliū, quod de mari legitur, & suo humore sericum vestimentum tingitur, quo Reges utuntur. Hoc autem Dominum Jesum signat: qui de mari, hoc est, multitudine amaritudinis, legitur; & suo cruore vestimentum corporis & conversationis, regnum ejus, rubricatur.

¶ Filius est a Patre. ALBERTUS: * Filius non est a se-ipso, sicut Pater, sed potius est natus a Patre. Itèm: Filius potest, quicquid pater potest; tamen nihil potest a se-ipso: quia hoc, quod potest, habet a Patre. Itèm: Filius a Patre accipit, per generationem, quid faciendum & exsequendum. Itèm: Filius nihil a se potest, in quantum est filius hominis: sed sicut audit a Patre, cujus divinitati sociatus est in unitate personæ Filii. Audit enim sic patrem in se manentem.

¶ De Generatione Filii, ait THOMAS: * Cùm Filius dicitur a Patre genitus, non ostenditur inæqualitas substantiæ, sed ordo naturæ. Itèm: * Cum per generationem sive nativitatem natura recipiatur: necesse est, sicut in Christo sunt duæ naturæ; ita etiam esse duas generationes sive nativitates: unā æternam, secundum quam accepit divinam naturam a Patre: unam temporalem, secundum quam accepit humanam naturā a matre. Et: * Filius non est genitus de nihilo, sed de substantiâ patris. Et: † Dei Filius est genitus de substantiâ Patris; aliter tamen, quam filius hominis. Pars enim substantiæ hominis generantis transit in substantiam geniti. Sed natura divina impartibilis est. Unde necesse est, quòd Pater, generando Filium, non partem naturæ in ipsum transfuderit; sed totam naturam ei communicaverit: remanente distinctione solum secundum originem. Itèm: Dicimus, quod Filius est genitus de essentiâ Patris, in-quantum essentia Patris, Filio per generationem communicata, in eo subsistit.

ALBERTUS inquit: * Generatio Filii æterna, non dicitur ideò æterna, quod nunquam consequitur finem: sed quia est tota simul stans & perfecta, nunquam in fieri, nunquam in factum esse, sed semper completa & perfecta: non interrupta; quia nihil interrumpitur, nisi tempus & temporale. Et generatio æterna, licet non sit ejusdem rationis omnino cum temporali; non tamen est nullo modo communis. quia est ibi communitas proportionis. & sic, in-quantum completa & perfecta, connumeratur improprie temporali perfectæ, perfectione temporis. Licet enim æternitas & tempus non univocentur in uno: tamen ordinantur ita, quòd unum sub alio, & tempus imitatur æternitatem, in quantum potest. Itèm: Generatio in divinis non dicit actum aliquem; qui, ut fieri, terminetur ad filium productum. quia secundum hoc esset successiva: & Filius ante fuisset in potentiâ, & postea in actu, & non esset æternus. Et: * Pater generando fecit sibi Filium æqualem. Et: * Pater, gignendo Filium, dat ei naturam divinam: & per consequens, dat ei nomen naturæ, & rationem, quod vere Deus dicatur.

* v.13.15. * vers. 3. * in Luc. c. 1. * ibid. c. 11. * super 1. Sēt. Dist. 28. * in Luc. c. 2. * in Luc. c. 21. * in Johan. cap. 5. * contra Error. Græc. cap. 10. * Cop. Theol. tract. 2. c. 23. * 1 Summ. Quæst. 41. art. 3. † ibid. q. 41. art. 3. * super 2. Sent. Dist. 3. * in Joh. c. 5 * in Matth. cap. 6.

¶ Filius est distinctus à Patre. ALEXANDER: * Filius, similitudo patris, notatur quod sit distinctus a patre; & quòd conveniat cum eo in aliquâ formâ, scil. in essentia: vel similitudo secundum rem, sive principale significatum, idem est, quod essentia.

¶ Est Deus. THOMAS: * Ipsum Verbum est Deus creans.

ALBERTUS: * Filius Dei, perfectus Deus est. Et quia perfectum in omni natura tale alterum est; qualis est ipse, qui genuit: ideò Filius Dei Deus est, & perfectus Deus est, & per omnia æqualis ei qui genuit.

¶ Coëssentialis Patri. THOMAS: * Verbum ejusdem naturæ cum Patre, & patri coæternum, unigenitum, & perfectum, confitemur. Itèm: * Cùm in nobis aliud sit, esse naturale, & intelligere: oportet, quod verbum, in nostro intellectu conceptū, quod habet esse intelligibile tantùm, alterius naturæ sit, quam intellectus noster, qui habet esse naturale. In Deo autem idem est, esse, & intelligere. Verbum igitur Dei, quod est in Deo, cujus verbum est secundum esse intelligibile, idem esse habet cum Deo, cujus est verbum. Et per hoc oportet, quòd sit ejusdem essentiæ & naturæ cum ipso: & quod omnia, quæcunque de Deo dicuntur, Verbo Dei conveniant. Et: * In regula Catholicæ fidei docemur, confiteri Filium consubstantialem Patri. Per quod duo includuntur. Primò quidem, ut non intelligatur Pater & Filius, secundum carnalem generationem; quasi per aliquam decisionem substantia Filii a Patre: ut sic oporteat filium non esse consubstantialem Patri. Secundo, ut etiam non intelligamus Patrem & Filium, secundum generationem intelligibilem, prout verbum in mente nostrâ concipitur; quasi accidentaliter superveniens intellectui, & non de ejus essentia existens. Item: * Patris & Filii una est natura & gloria.

ALBERTUS: * Nihil minus habet Filius, quàm Pater: quia filius est ars & verbum Patris, & imago invisibilis ipsius, nihil minus habens, quam ipse; eandem habens naturam, idem posse, idem nōsse, idem velle, & idem operari. Et: * Christus dicitur consubstantialis Patri; in cujus spiritu alios adoptat in filios.

ÆGIDIUS: * Christi divinitas communis, & una, & eadem est.

¶ Coæternus. THOMAS: * Cùm ponamus, Filium Dei naturaliter a Patre procedere: oportet, quod ita sit a Patre; quòd tamen sit ei coæternus.

ÆGIDIUS, * vocat Filium Dei veram & coæternam lucem Patri; per quam facta sunt omnia, & quæ illuminat omnem hominem.

¶ Coæqualis. ALEXANDER: * Nulla major potest cogitari potentia, quam ut ex Patre generetur Filius, per omnia æqualis sibi & consubstantialis. Itèm: † Dicitur Filius æqualis Patri; quia nec excedit, nec exceditur. Itèm: * Filius est æqualis Patri. in nullo minor ipso. neq; secundùm potentiam, neq; secundum sapientiam, sed per omnia æqualis.

THOMAS ait: * Diligenter omnibus consideratis, manifestè apparet; hoc nobis, de generatione divina, in sacris Scripturis proponi credendum: quòd Pater & Filius, etsi personis distinguantur; sunt tamen unus Deus, & unam habent essentiam seu naturam. Et: * Necesse est dicere, Filium esse æqualem Patri in magnitudine. Magnitudo autem Dei non est aliud, quam perfectio naturæ ipsius. Itèm: In humanâ natura Christus minor est Patre, & ei subjectus. Sed secundum divinam æqualis est Patri. Itèm: * Filius est æqualis Patri in potestate.

ALBERTUS: * Filius, in æqualitate Patris existens, quodammodo remota occasio fuit casûs per fœminam: eò quòd, ab æterno natus a patre, lusit in orbe terrarum; & deliciæ suæ, esse cum filiis hominum. Et: * In Dei naturâ, filius æqualis est Patri: & ideo, qui Patrem Filio meliorem credit; nec Filium cognovit esse filium per naturam.

¶ Pater est in filio. INNOCENTIUS: * Pater essentialiter est in Filio.

ALBERTUS: * Pater est in eo, substantiâ, & virtute, & opere. & ipsa persona Patris (quia pater est) cognoscitur in Filio: quia intellectus unius relativorum est in altero.

¶ Filius Dei & hominū filii discernuntur. THOMAS: * Aliis Sanctis datum est, esse deos, aut filios Dei, per participationem, ex influentiâ alicujus doni. &c. Sed Christo datum est, ut sit Dei Filius, non per participationem; sed per naturam. Item: * Filius hominis, qui a patre homine, per viam naturæ, procedit,

* Parte 1. Quæst. 6. memb. 3. art. 2. * Summ. de Verit. mo. ter. 4. q. 1. * in Luc. cap. 1. * Contra errores Græcorum & Cōp. Theol. cap. 4. * ibid. c. 42. * 1. Summ. q. 31. art. 3. * in Luc. cap. 10. * in Matth. cap. 3. * de Pœnit. cap. 7. * Disputat. Quæst. 3. art. 13 * Lib. 1. ... nam. c. 2. * Parte 1. Quæst. 12. memb. 1. † ad Quæstion 47. memb. 1. * memb. 2 * Summ. contra Gent. lib. 5 c. 10. * 1. Summ. q. 42. a. 4. * ibid art 6 * in Luc. c. 1. * in Johan. cap. 14. * Lib. 4. de Myster. * in Johan. cap. 13. * Cōp. Theol. tract. 2 c. 31 * Summ. de Verit. mo. ter. 4. q. 4.

non habet in se totam substantiam patris; sed partem substantiæ ejus recipit. Filius autem Dei, in quantum per naturam procedit à Patre, totam in se naturam Patris recipit: ut sint naturæ unius numero Pater & Filius.

DE MESSIA SEU CHRISTO.

† lib. 1. Decretal.

INNOCENTIUS ait: † Christus à chrismate dicitur, vel potius à Christo dicitur chrisma: non secundùm nominis formam; sed secundùm fidei rationem.

† in Apocal. cap. 2. † ibid. c. 7.

THOMAS: † Christus dicitur Manna, secundùm divinitatem; quia dulcissimus est ineffabiliter. Item: † Christus dicitur Angelus, propter reparationis mysterium: quia scilicet missus est ad humanam reparationem, per virtutem eruditionis, per exemplum conversationis, per sustinentiam passionis. Dicitur ergo angelus, in quantum homo: angelus, non naturâ; sed officio.

† in Luc. cap. 4.

ALBERTUS: † Christus dicitur Rex apum, hoc est, Sanctorum.

* Part. 3. Quæst. 10. memb. 4. art. 1.

¶ Vocatur Jesus. ALEXANDER: * Hoc nomen Jesus idem est, quod Salvator. Salvator autem tripliciter dicitur: vel ab actu salvandi. Secundùm quod dicitur à potentia salvandi; secundùm hoc convenit nomen ab æterno: & dicitur impositum ab æterno. Secundùm quod dicitur ab habitu salvandi; sic dicitur impositum ex tempore ab Angelo: quod convenit à principio conceptionis. Secundùm verò quod dicitur ab actu salvandi; secundùm hoc dicitur impositum à Joseph, ratione futuræ passionis: & hoc modo dicitur hoc nomen meruisse.

† Serm. 2. Nativit.

† Serm. de Assum. Mar.

INNOCENTIUS: † Ipse vocatur Jesus, vocatur Christus, vocatur Emanuel. Jesus, secundùm naturam divinam: Christus, secundùm naturā humanam: Emanuel, secundùm utramq;. Itē: † Cum Christus sit verus Deus & verus Homo; Deus de Deo ante secula genitus, & Homo de homine in seculo natus: quicquid ei veraciter attribuitur, aut convenit ei secundùm divinam naturam; aut secundùm humanam; aut secundùm utramque. Secundùm divinam, appellatur Jesus, quod interpretatur Salvator. Secundùm humanam, dicitur Christus; quod exponitur Unctus. Secundùm utramque, vocatur Emanuel; quod interpretatur, Nobiscum Deus.

* Tract. de Ligno vitæ.

BONAVENTURA ait: * Octavo die circumciditur puer, & vocatur Jesus: ut, sanguinis sui pro te precium non tardans fundere, tuum se verissimum salvatorem ostenderet, patribus repromissum, tam verbo quam signo; eisq; assimilatum per omnia, præter ignorantiam & peccatum: propter quod & circumcisionis accepit signaculum.

* de Humanit. Christi. cap. 6.

THOMAS: * Nomen Jesus est multæ & magnæ virtutis. Est enim pœnitentibus in refugium; ægrotantibus in remedium, pugnantibus in subsidium, orantibus in suffragium quia confert veniam à peccatis; gratiam sanitatis; victoriam tentatis; virtutem & fiduciam impetrandæ salutis.

* in Luc. cap. 1.

ALBERTUS ait: * Nomen Jesus à Deo Patre, per generationem æternam, Filio datum est; à Patriarchis præsignatum; à Prophetis promissum.

* Serm. in 2 Dom. Adv.

¶ Propheta. INNOCENTIUS: * Christus Propheta magnus; de quo legitur Deut. 18. Dicitur autem Christus propheta, tum propter occultorum intelligentiam, tum propter scientiam futurorum.

* Serm. in 3 Dom. post Pascha.

¶ Pastor. INNOCENTIUS: * Christus, pastor bonus, tribus modis nos pascit: videlicet alimento naturæ, cibo doctrinæ, & pabulo Eucharistiæ.

* Serm. de Nat. Mar.

¶ Vermis. INNOCENTIUS: * Christus dicitur vermis, propter vilitatem abjectionis; & propter proprietatem conceptionis.

* in Luc. cap. 1.

* in Matth. cap. 7.

¶ Emanuel. ALBERTUS: * Emanuel dicitur, in-quantum est Hominis & Dei filius: nobiscum habemus, quòd homo est; & cum Deo, quod Deus est. In hoc etiam nomine habemus quod speramus. Volumus enim habere mediatorem, redemptorem, reconciliatorem, precium & sacrificium. Et: * Emanuel, hoc est, Nobiscum-Deus, hoc est, in naturâ nostrâ Deus. Supra enim dictum est, quòd Jesus ex deitate est in humanitate; & ita causa nominis importatur per nomen Emanuel: quia salus est ex hoc, quod est nobiscum Deus.

* Tract. de Ligno vitæ.

¶ Christus olim fuit promissus. BONAVENTURA: * Pater misericordiarū & totius cōsolationis, suâ dignantissimâ miserationis abundantia, & charitate infinita, fidelibus Patribus promisit sub juramento: quòd Verbum suum unicum, quod erat in principio Deus apud Deum, & per quod facta sunt omnia, carne unionis humanæ, mirabiliter ex matre nasceretur in tempore; quod ineffabiliter ex ipso Deo Patre genitum est in æternitate. Et: A principio conditionis naturæ, collocatis in paradiso parentibus primis; deinde, propter esum ligni vetiti, per divini decreti severitatem, expulsis; superna misericordia non distulit, hominem errabundum ad pœnitentiam revocare, spem veniæ dando, per repromissum Salvatoris adventum. Et, ne forte, per ignorantiam & ingratitudinem, tanta Dei dignatio nostræ saluti foret inefficax: in quinque seculi ætatibus, per Patriarchas, Judices, Sacerdotes, Reges, & Prophetas, ab Abel justo usque ad Johannem Baptistam, Filii sui adventum prænunciare promittere, ac præfigurare, non destitit: ut per multa tempora & annorum millia, magnis, miris, & multiplicatis oraculis, intelligentias nostras ad fidem erigeret; & affectus per viva desideria inflammaret.

* Part. 1. Quæst. 74. memb. 1.

¶ Idem jam missus est. ALEXANDER de Ales: * Angelus mittitur, ut minister, vel nuntius; ad aliquid annunciandum, vel efficiendum. Unde, si nihil efficiatur; nihilominus tamen dicitur Angelus mitti. & hoc est, quia missio ejus, qui mittitur ut minister, non sumit rationem ex parte ejus, ad quem: sed sufficit, quod solum moveatur ad efficiendum; & hoc autoritate alterius. Sed Filius & Spiritus sanctus non mittuntur, sicut ministri; sed sicut donum mittitur alicui. Quando autem aliquid mittitur in ratione doni: donum illud non habet completam rationem missionis, donec habeatur & possideatur ab eo, cui mittitur. Unde non est completa ratio missionis in divinis personis; donec per aliquem effectum habeatur, & inhabitet creaturam, ad quam mittitur: nec vere manifestatur, ut missus; nisi habeatur & possideatur. Præterea, in missione oportet, quòd missus vel sit, ubi non erat prius; vel sit ibi alio modo, quàm prius. In missione autem Angeli, qui non est ubique, salvatur ratio missionis, sine autoritate mittentis, ubi non erat prius. Sed personæ divinæ cum non possint esse, ubi non erant prius; cum sint ubique: oportet, quod sint, ubi erant prius; alio modo tamen, quam prius: ita quod ille alius modus dicat mutationem, ex parte creaturæ; non ex parte missi. Unde oportet, quòd ratione mutationis creaturæ salvetur in ipsis ratio missionis: cùm non possit salvari totaliter ex parte missi. Hoc autem non est necesse in missione Angeli; ubi totaliter potest salvari ex parte missi: quia mutatio secundum locum potest convenire ei.

* Breviloq. par. 1. c. 3.

BONAVENTURA: * Tunc Pater mittit Filium, cum, faciendo eum nobis præsentem, per notitiam vel gratiam, innuit, quod ab ipso procedit. Pater nunquam dicitur mitti. Quia verò Filius producit & producitur; ideo mittit & mittitur. Quia verò Spiritus sanctus æternaliter producitur; sed non producit, nisi ex tempore: ideò ipsius est propriè mitti; mittere verò non competit sibi, nisi respectu creaturæ. Ex quo apparet, quod hæ sunt impropria, & exponenda; Spiritus sanctus mittit se, Spiritus sanctus mittit Filium, Filius mittit se-ipsum: nisi intelligatur, quantum est de Virgine natus.

* contra Error. Græcor. cap. 14.

* vers. 4.

* vers. 10.

* vers. 5.

THOMAS ait: * In missione divinæ personæ, duo sunt consideranda. 1. Autoritas personæ mittentis, ad personam quæ mittitur. 2. Effectus in creaturâ, cujus ratione persona divina mitti dicitur. Cùm enim persona divina sint ubique per essentiam, præsentiam, & potentiam, secundùm hoc persona divina dicitur mitti; secundum quod novo modo, per aliquem effectum, dicitur esse in creatura. Sicut filius dicitur esse missus in mundum; in-quantum modo incipit esse in Mundo, per visibilem carnem, quam assumsit, secundum illud Apostoli, Galat. 4. * Misit Deus Filium suum, &c. Dicitur etiam mitti spiritualiter & invisibiliter ad aliquem; in-quantum per sapientiæ donum in eo incipit inhabitare. de quâ missione dicitur Sapientiæ 9. * Mitte illam, scilicet sapientiam, à sede magnitudinis tuæ; ut mecum sit, & mecum laboret. Similiter & Spiritus sanctus ad aliquem mitti dicitur; in quantum ipsum inhabitare incipit per donum charitatis: secundum illud Roman. 5. * Charitas Domini diffusa est. Si ergo, in missione divinæ personæ, consideretur autoritas mittentis, ad personam missam: sic sola persona potest aliam mittere, à quâ est persona missa. Et secundùm hoc Pater mittit Filium, & Filius spiritum sanctum: non autem spiritus sanctus Filium. Si autem in missione personæ divinæ consideretur effectus, ratione cujus persona mitti dicitur: cùm effectus sit communis toti Trinitati: (nam tota Trinitas operata est carnem Christi; & operatur sapientiam & charitatem in Sanctis) tum potest dici, quòd persona mittitur à tota Trinitate. & sic intelligit Augustinus. Sed tamen sciendum est, quod, licet persona divina interdum, secundum quod dicitur missa persona, à quâ non procedit, non tamen persona, quæ à nullo procedit, potest i-

ct, quod

ci. quòd mittatur. *Pater enim, quia à nullo est; a nullo mittitur: licèt per aliquod novum gratia donum hominem inhabitet; & ad hominem venire dicatur: secundum illud Johannis 14.* * Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, &c. *Sic ergo in persona, qua mittitur, requiritur; quòd aeternaliter ab aliquâ persona procedat. sed non est necessarium, quòd aeternaliter ab illâ personâ procedat, a qua mittitur: sed sufficit, quod ab illâ persona sit effectm. secundum quam mittitur. Et hoc dico secundum modum, quo Augustinum loquitur de missione; nisi ab illâ, a quâ procedit aeternaliter. Unde Filius non mittitur a Spiritu sancto; nisi forte secundum quod est homo.*

¶ Christus descendit à Patre. THOMAS: * *Quomodo dicitur Christus descendisse de patris aequalitate, cum eam non amiserit?* Resp. *Duplici ratione. Unâ, quia, cum esset prius in aequalitate patris, humiliavit se ad carnis infirmitatem: & factus est minor Patre secundùm humanitatem; non tamen amissa aequalitate, secundùm divinitatem. Aliâ, quia, cum prius exsisteret in Patris aequalitate invisibilis & occultus; per assumtionem carnis, apparuit inter homines visibilis & manifestus.*

¶ Est Omnipotens. THOMAS: * *Non est credendũ, quòd in Dei-Filio sit aliquis potestatis defectus, cùm ipse dicat:* † Data est mihi potestas in cœlo & in terrâ. *Unde, quod ipse dicit,* * Sedere ad dextram meam vel sinistram, non est meum dare vobis; sed quibus paratum est a Patre meo: *non ostendit, quod Filius distribuendarum cœlestium sedium potestatem non habeat: cùm, per hujusmodi sessionem, participatio vitae aeternae intelligatur; cujus collationem ad se pertinere ostendit, cùm dicit Johan. 10.* * Oves meae vocem meam audiunt: & ego cognosco eas; & sequuntur me: & ego vitam aeternam do eis. Itèm: * *Ostenditur ex hoc, quod omnia Filio dicuntur esse data a patre. Non autem essent sibi data omnia; nisi omnis plenitudo divinitatis, quae est in Patre esset in Filio. Sic igitur ex hoc, quod sibi patrem dedisse asserit, se verum Filium confitetur: contra Sabellium. Ex magnitudine verò ejus, quod datur, Patri se confitetur esse aequalem: ut Arrius confundatur. Patet igitur, quòd talis donatio indigentiam in filio non designat. Non enim antè fuit Filius, quam sibi daretur: cùm generatio ejus sit ipsa donatio. neque plenitudo datis hoc patitur; ut indigere possit ille, cui constat esse donatum. Nec obviat praedictis, quod ex tempore Filio Pater dedisse legitur in Scripturis; sicut Dominus post resurrectionem dicit Discipulis:* * Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terrâ. Et: * *Homo non accipit ex tempore omnipotentiam, quam Filius Dei habuit ab aeterno, per ipsam unionem personae: ex quâ factum est, ut, sicut Homo dicitur Deus; ita dicatur omnipotens. non, quasi alia sit omnipotentia Hominis, quam Filii Dei; sed nec alia Deitas: sed eò quòd est una persona Dei & Hominis.*

¶ Christus est Deus. INNOCENTIUS: * *Quoniam ipse est Deus, id est, creator: ipse est Dominus, id est, redemtor: ipse est noster Jesus, id est, salvator. Tunc erit verissime noster; cùm erit omnia in omnibus, id est, sufficientia singulorum. Quoniam ipse est Deus, qui de nihilo nos creavit: ipse est Dominus, qui sanguine suo nos redemit, & suo munere nos salvabit: qui creando nobis dedit naturam, redimendo gratiam, & salvando confert gloriam.* Itèm: * *Jesus Christus est Deus benedictus in secula seculorum.*

THOMAS ait: * *Ex sacra Scriptura documentis Ecclesia catholica docta, Christum verum & naturalem Dei Filium confitetur, coaeternum Patri & aequalem: & verum Deum, ejusdem essentiae & naturae cum patre; genitum, non creatum, nec factum. Unde patet, quod sola Ecclesia catholica fides, vere confitetur generationem in Deo: dum ipsam generationem Filii ad hoc refert, quod Filius accepit divinam naturam a patre. Alii verò Haeretici, ad aliquam extraneam naturam, hanc generationem referunt.*

ALBERTUS: * *Tum quia homo creatura est, tum quia peccator est, satisfacere non potest: nec aliqua creatura simplex. Ergo necesse est, si debeat satisfieri, quòd satisfaciens sit creator, ut possit, & homo, ut debeat. Si debet satisfieri; aut alioquin praefinitio de homine frustraretur: ergo necesse est Deum incarnari.* Et: * *Jesus in se praesentiam habuit divinitatis.*

¶ Magnus. THOMAS: * *Christus Dominus magnus est per incomprehensibilitatem immensitatis, & interminationem aeternitatis. Alius, per exaltationem humanitatis, & sublimitatem majestatis.*

[Margin: * vers. 23. — * in Apoc. cap. 18. — * lib. 4 contra Gent. cap. 8. — Matth. 28. vers. 18. — * Matth. 20 vers. 23. — * v. 27. 28 — * ibid. — * Matth. 28. vers. 18 — * 3. Summ. ae. Quaest. 13. art. 1. — * lib. 2 de Myst. c. 62. — * Serm. 2. ante Concil. Later. — * lib. 4. contra Gent. cap. 7. — * super 3 Sent. Dist. — * in Matth. cap. 4. — * in Apoc. cap. 8.]

¶ Dat Spiritum sanctum. THOMAS: * *Dare gratiam, aut Spiritum sanctum, convenit Christo, secundùm quod Deus, autoritativè sed instrumentaliter etiam ei convenit, secundùm quod homo: in-quantum scilicet ejus humanitas, instrumentum fuit divinitatis ejus. Et ita actiones ipsius, ex virtute divinitatis, fuerunt salutiferae, utpote gratiam in nobis creantes, & per meritum, & per efficaciam quandam.*

¶ De Sapientiâ in Christo, inquit BONAVENTURA: * *In Verbo incarnato, Christo scilicet Domino nostro, fuit omnis sapientiae plenitudo: non solùm quantum ad cognita; verum etiam quo-ad cognoscendi modos & differentias. In Christo namq; fuit cognitio sempiternalis, ex parte deitatis; cognitio sensualis, ex parte sensualitatis & carnis; cognitio scientialis, ex parte mentis & spiritûs.*

¶ De proprietatibus Christi, inquit BONAVENTURA: * *Filio appropriatur veritas, species, ratio exemplandi, & omnis scientia: non, quia Filio sint hae quatuor proprietates propriae; cùm tribus personis sint communia: sed quia ducunt in cognitionem Filii personae: quae est a Patre, ut Verbum: quod est Patri aequale; & ideo summe pulcrum: in quo omnia praevisa & disposita exemplantur; a quo, tanquam primo & summo exemplari, fluit omne scire.*

¶ De Operibus Christi, ait THOMAS: * *Christus operabatur quaedam humanitùs; comedendo, & alia hujusmodi faciendo: & quaedam divinitùs, scilicet daemones ejiciendo mortuos suscitando, & alia hujusmodi: quae quidem agebat, & per virtutem propriae divinitatis; & per operationem Spiritûs S. quo secundum humanitatem erat repletus.*

¶ De Imitatione Christi, scribit ALBERTUS: * *Aliqua in Christo debemus imitari, & aliqua mirari. Quaecunque sunt opera virtutum, imitari debemus: quae autem sunt potestatis, imitari non possumus, nec debemus, sed admirari.*

¶ De Conceptione Christi, inquit ALEXANDER: * *De Spiritu sancto conceptus est: nec nativitas omnino per naturam; quia clauso utero exivit. Unde talis conceptus vel partus non fuit subjectus positioni siderum. Similiter autem, si habuit defectus nostros & miserias: non eas naturaliter contraxit; sed voluntariè assumsit.* Itèm: * *In conceptione Christi tria intelliguntur: in animâ scilicet Christi creationem, unionem, & gratiae collationem. & licet ista tria simul fuerunt tempore, tamen est ibi quidam ordo, secundum rationem intelligentiae. scilicet creatio ipsius animae; deinde unio ipsius & divinae naturae; tertiò collatio plenitudinis gratiae. Secundum hoc ergo dicitur divina natura in Christo esse, triplici modo: exsistendi scilicet modo communi, quo etiam dicitur aliis creaturis, per essentiam, praesentiam, & potentiam, inesse: modo speciali, scilicet quo dicitur esse in Sanctis per gratiam: modo singulari, quo dicitur fuisse singulariter in Christo per unionem. Ratione ergo creationis, non determinatur missio. Unde oportet intelligere prius natura vel tempore illud, ad quod fit missio; quam ipsum effectum, ratione cujus fieri dicitur missio: ita quòd missio Filii in carnem, determinatur penes ipsam unionem; in-quantum Filius Dei dicitur inhabitare ipsam animam Christi, & per consequens ipsam carnem, modo singulari: scilicet per unionem talem, in qua habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter.* Et: * *Filius dicitur conceptus operatione & virtute Spiritûs sancti, per appropriationem: eo quod, secundùm rationem, sit proximior ad actum conceptionis sive incarnationis; ut per quem, sive in quo, ad nos divina descendunt.*

THOMAS ait: * *Cum formatio corporis Christi deberet fieri per Spiritum sanctum: oportuit eam fœminam, de quâ Christus corpus assumsit, maxime spiritualibus donis repleri: ut per Spiritum sanctum, non solùm anima fœcundaretur virtutibus; sed etiam venter prole divinâ. Unde oportuit, non solùm mentem ejus immunem esse a peccato; sed etiam corpus ejus, ab omni corruptela carnalis concupiscentiae elongari. Unde, non solum ad concipiendum Christum, virilem commixtionem non est experta; sed nec antea, nec postea. Hoc etiam conveniebat ei, qui nascebatur ex ipsâ. Ad hoc etiam veniebat Filius Dei in Mundum, carne assumtâ: ut nos ad resurrectionis statum promoveret; in quo neque nubent, neque nubentur; sed erunt homines sicut Angeli in cœlo. Unde & continentiae & integritatis doctrinam introduxit: ut in fidelium vita resplendeat aliqualiter gloriae futurae imago. Conveniens ergo fuit, ut etiam in suo ortu vitae integritatem commendaret, nascendo ex virgine. & id-*

[Margin: * 3 Summ. Quaest. 8 a. 1 — * Breviloq. part. 4 c. 6. — * Centiloq. parte 3. c. 1 — * 3 Secunda Quaest. 14 art. 1. — * in Matth. cap. 4. — * Parte 3 Quaest. 23 memb. 3 art. 3 — * ibid. q. 71. memb. 1. art. 3. — * Parte 3. Quaest. 8. memb. 1 art. 3. — Cõp. Theol tract. 2. c. 37]

eo in

eà in Symbolo Apostolorum dicitur; Natus ex virgine Maria. Itèm: * *Beata virgo Maria, quæ materiam ministravit conceptui Filii Dei, vera mater Filii Dei dicenda est.* Itèm: *Maria materiam ministravit Spiritui sancto formandam.* Itèm: * *Spiritus sanctus formavit corpus Christi.* Et: * *Corpus Christi, quia non est consubstantiale Spiritui sancto, non propriè potest dici de Spiritu sancto conceptum; sed magis ex Spiritu sancto. sicut Ambrosius dicit, in libro de Spiritu sancto: Quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate ejus est. Ex substantia; sicut Filius, qui a Patre est: ex potestate, sicut ex Deo omnia. quomodo & in utero habuit Maria ex Spiritu sancto.* Itèm: * *Nullo modo debet dici Christus Filius Spiritus sancti; nec etiam totius Trinitatis.*

* ibid. q. 32. · * 3 Parte Summ. q. 6. art. 4. · * ibid. q. 32. art. 2. · * art. 3.

¶ Quare ex Virgine natus. ALBERTUS: * *Ratio, quare Christus de fœminâ virgine nasci voluerit: quia, sicut fœmina initium peccati & mortis fuit; ita fœmina initium & via salutis.* Itèm: *Ut generatio sua humana divinæ, quantum possibile est, assimilaretur: ut omnis generationis series impleretur: ut miraculum matris miraculo filii proportionaretur.*

* in Luc. cap. 1.

¶ Cur homo factus. ALEXANDER: * *Ad nostram redemtionem, propter quam factus est homo, non potuit fieri melior: quia melius fuit nostra miseria sananda, ut esset mortalis & passibilis.* Itèm: * *Assumtio carnis, non ordinabatur solùm ad ostendendam præsentiam Filii in carne; sed ad satisfaciendum pro humano genere, & ad reconciliandum humanum genus Deo. Oportuit autem quod ille, qui satisfaceret, esset Deus & Homo: & ideo Filius apparuit, ut unitus illi naturæ, pro quâ debebat satisfacere.* Et: * *Natura humana lapsa est peccato hominis: reparari debuit per hominem.*

* Parte 3. q. 2. m. 5. art. 5. · * ibid. q. 7. 4. · * Parte 3. q. 8. m. memb. 3.

INNOCENTIUS ait: * *Ipse Deus factus est homo; quatenus inter Deum & hominem legitime mediaret: utpote quod neutri parti suspectus existeret: utriusque generis in unâ persona naturam.* Itèm: *Licet aliter & aliter ab aliis & aliis assignetur, cur Dominus non angelicam; sed humanam naturam assumserit: &c. potest tamen subtilis indagator convenienter etiã intelligere, quòd Adam peccavit in Patrem, Eva in Filium, Lucifer in Spiritum sanctum. Sed, qui peccat in Patrem, remittitur ei: qui peccat in Filium, remittitur ei: qui verò peccat in Spiritum sanctum, non remittitur ei, neque in hoc, neque in futuro seculo. Ideoque Dominus, non naturam angelicam; sed humanam assumsit. Quod autem in assumtione non fuit, immutabile mansit.*

* Serm. 2. de Adv. Domini.

BONAVENTURA ait: * *Per Verbum incarnatum facta est salus & reparatio generis humani. non, quia aliter Deus non potuerit humanum genus salvare, vel liberare: sed quia nullus alius modus ita congruus & conveniens erat ipsi reparatori, & reparabili, & reparationi.*

* Brevilog. part. 4. c. 1.

ÆGIDIUS ait: * *Ex quo Adam & Eva peccaverunt, in quibus eramus omnes, &c. statim ipsi indiguerunt restauratione sive reparatione.*

* lib. 2. Hexaem. 41.

¶ De Incarnatione Filii Dei. ALEXANDER inquit: * *Naturam divinam assumere humanam, potest accipi dupliciter. Uno modo, ut natura divina consideretur secundum se, ut una in tribus personis: & hoc modo non est concedendum, divinam naturam assumsisse humanam, propriè sumendo assumere. Vel secundùm quod consideratur natura divina tota in unâ personâ, scilicet Filii: & hoc modo natura divina assumsit humanam, id est, sibi univit.* Et: * *Christus ergo, & de Virgine est natus, &, de carne Virginis, carnis substantiam accepit. Spiritus sanctus namque Virgini supervenit: ut, per ejus operationem, caro Christi de carne virginis formaretur.*

* Parte 3. q. 4. memb. 1. · * ibid. q. 5. m. 3. art. 4.

INNOCENTIUS ait: * *Cum tres sint, qui testimonium dant in cœlo; Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: cur Pater ipse non venit; aut Spiritum sanctum non misit? cur potiùs Filium destinavit? O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quã incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus! Quis cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? Disposuit tamen altitudo cœlestis consilii: ut Deus, qui in sapientia suâ Mundum creaverat, (secundum illud,* * Omnia in sapientia fecisti Domine) *ipso Mundum in eâdem sapientiâ recrearet.* Itèm: *Sed cur in similitudine carnis peccati, de muliere corpus assumsit; & non potius ex alia sibi materia novum corpus formavit: ut, sicut factus est primus à Deo; ita fieret & secundus? O altitudo divitiarum! Disposuit enim altitudo cœlestis consilii: ut, sicut per mulierem mors intravit in orbem, ita per mulierem vita rediret in orbem: ut, unde mors oriebatur, inde vita resurgeret.* Et: *Voluit Dominus, in suâ conceptione, totum humanæ conditionis modum implere. Primus fuit, ut homo fieret, nec de masculo, nec de fœminâ: sicut Adam. Secundus, ut homo fieret non de fœminâ; sed de masculo: ut Eva. Tertius, ut homo fieret de masculo & fœminâ: sicut Abel. Quartus, quod homo fieret de fœminâ; non de masculo: sicut Christus, quem decebat, ut secundùm humanitatem nasceretur de matre, sine patre; sicut secundùm divinitatem natus fuit de patre, sine matre.* Et: * *Corpus Christi assumtum est tabernaculum; in quo sub humanitate latet divinitas. de quo dicitur Psalmo 19.* † In sole posuit tabernaculum. Itèm: * *Ascendit Deus nubem levem; id est, assumsit carnem a peccato immunem: & intravit Aegyptum, id est, venit in Mundum.* Et: *Majus fuit, Deum hominem fieri, & de Virgine concipi; quam Deum, hominem factum, de Virgine nasci.* Itèm: *In incarnatione charitas evidenter eluxit: non solùm quia Deus, ineffabili charitate, Filium suum unigenitum incarnavit: verum etiam, quia Virgo, ex nimio charitatis ardore, Dei Verbum concepit, cùm ait:* * Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Et: * *Per hoc, quòd unus militum lanceâ latus ejus aperuit; & continuò sanguis exivit & aqua: probatur apertè, quòd Christus verum corpus habebat.*

* Serm. 1. de Adv. Domini. · * Psal. 104. vers. 24. · * Serm. in Ascens. Domini. · † vers. 5. · * Serm. de Purif. Mar. · * Luc. 1. v. 38. · * Serm. 1. Decret.

BONAVENTURA ait: * *De modo incarnationis, hoc tenendum est: quod Angelo, nuntiante Virgini mysterium incarnationis, perficiendum in ipsa, Virgo credidit, appetiit, & consensit: Spiritus sanctus in eam supervenit, ad sanctificandum & fœcundandum: cujus virtute Virgo concepit Dei Filium, quem virgo peperit, & post partum virgo permansit. Concepit autem non solum carnem; verùm etiam carnem animatam, & Verbo unitam: nulli peccato obnoxiam; sed omninò sanctam & immaculatam. Ratione, cujus mater Dei dicitur; & est virgo, & mater.* Itèm: * *De tempore incarnationis, hoc tenendum est: quòd, licet Deus in principio potuerit incarnari; noluit tamen nisi in fine temporum, præcedente lege naturæ & lege figuræ, post Patriarchas & Prophetas, quibus & per quos fuit incarnatio repromissa: post quos incarnari dignatus est tanquam in fine temporum & plenitudine; juxta quod dicit Apostolus:* * At ubi venit plenitudo temporis; misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege: ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Itẽ: * *Christus non tantùm assumsit humanam naturam; sed etiam defectus circa naturam. Assumsit enim pœnalitates corporales: ut famem, sitim, & lassitudinem. Assumsit & spirituales: ut tristitiam, gemitum, & terrorem. Nec tamen omnes corporales assumsit, sicut sunt defectus ægritudinum multiformium. Nec omnes spirituales, sicut sunt ignorantia, & rebelliones carnis ad spiritum. Nec qualitercunque: quia sic necessitatem patiendi suscepit; ut tamen nihil pati posset invitè: nec secundùm voluntatem deitatis; nec secundum voluntatem rationis. licèt passio fuerit contra sensualitatis voluntatem & carnis; sicut exprimit oratio Salvatoris, quæ dicit:* * Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Itèm: * *Notandum, quòd beata Virgo non statim post conceptionem peperit filium; sed decursis novem mensibus genuit Christum. quod non vacat mysterio: quia non est omnis spiritus credendum.*

* Brevilog. part. 4. c. 2. · * ibid. c. 4. · * Gal. 4. v. 4. · * ibid. c. 8. · * Matth. 26. vers. 39. · * Tract. de 5 festis v. Christi.

THOMAS Aquinas: * *Verbum incarnatum, habet aliquid simile cum verbo vocis; & aliquid dissimile. Et hoc quidem simile est in utroque, ratione cujus unum alteri comparatur: quia, sicut vox manifestat verbum interius; ita per carnem manifestatum est Verbum æternum. Sed quantum ad hoc dissimile: quia ipsa caro, assumta a Verbo æterno, non dicitur verbum; sed ipsa vox, quæ sumitur ad manifestationem verbi interioris, verbum dicitur. & ideo verbum vocis aliud est, à verbo cordis: sed Verbum incarnatum est illud idem, quod verbum æternum. sicut & verbum, significatum per vocem, est idem, quod verbum cordis.* Itèm: * *Cum hoc manifestum est, quòd Verbum Dei, quo omnia constituta sunt, & quo omnia in suâ integritate conservantur, sic nasci decuit; ut per omnia matris integritatem servaret. Conveniens igitur fuit, hanc generationem fuisse ex virgine. Neque tamen hic generationis modus, veræ & naturalis humanitati Christi derogat: licet aliter, quam alii homines, generatus sit.* Et: *Similiter etiam nec per hoc aliquid deperit dignitati matris Christi; quod virgo concepit & peperit: quin vera & naturalis mater Filii Dei dicatur. Virtute enim divina faciente, materiam naturalem ad generationem corporis Christi instauravit: quod solum ex parte matris requiritur.* Et: * *Cùm ex incarnatione divina consecuta sit salus humana;*

* Summ. de Verit. matur. 4. q. 1. · * lib. 4. contra Gent. cap. 45. · * ibid. c. 55.

non parum

non parum utilitatis prædicta incarnatio attulit Mundo. Nec oportuit, propter hoc, quòd ex incarnatione divinâ omnes homines salvarentur: sed tantum illi, qui prædictæ incarnationi adhærent per fidem, & fidei sacramenta. Est siquidem incarnationis divinæ virtus, sufficiens ad omnium hominum salutem. Sed quòd non omnes ex hoc salvantur, ex eorum indispositione contigit: quòd incarnationis fructum in se suscipere nolunt, incarnato Deo per fidem & amorem non-inhærendo. Itèm: Licet salutis totius generis humani, Dei incarnatio necessaria foret: non tamen oportuit, quòd Deus in principio Mundi incarnaretur. Primò quidem, quia per Deum incarnatum oportebat hominibus medicinam adferri contra peccatum. Contra peccatum autem alicui convenienter medicina non adfertur, nisi priùs suum defectum recognoscat: ut sic per humilitatem homo, de se-ipso non præsumens, jactet spem suam in Deum, à quo solo potest sanari peccatum. Et: * Johannes perhibuit testimonium Jesu Christi; quòd ipse est Jesus Christus, id est, humanatus. Hæc enim duo nomina incarnationem ostendunt. Jesus, dicit causam finalem, ad quid est incarnatus; quia ad salvandum: Christus, dispositionem mediam, ex parte humanitatis, scilicet unctionem gratiæ. Et: * Christus fuit verus homo; quia veram naturam hominis habuit, & etiam pœnam: tamen non habuit naturam peccatricem; sed similem peccati, ratione pœnalitatum. Itèm: * Ipse, secundùm quod auctoritatem & virtutem redimendi genus humanum habuit, ex se-ipso, in-quantum Deus. Itèm: * Humana natura in Christo, non est persona: quia assumta est à digniori, scilicet à Verbo Dei. Et: * Per humanitatem Christi, homines à peccatis liberantur. Et: * Nihil monstrosum & innaturale in Christi incarnatione fuisse, putandum est. Et: Incarnationis Christi finis, est reparatio humanæ naturæ. Et: * Simpliciter confitendum est, quòd Christus sic processit ex utero Virginis; quòd ex eâ carnem accepit. Et: * Ex præmissis colligere possumus, quòd in Christo (secundùm veritatem catholicæ fidei) fuit verum corpus nostræ naturæ, anima rationalis; & simul cum hoc perfecta Deitas. Hæ autem tres substantiæ in unam personam conveniunt; non autem in unam naturam. Ad ejus etiam veritatis expositionem, aliqui per quasdam vias erroneas processerunt. Considerantes enim quidam, quòd omne, quod advenit alicui, potest esse completum, si accidentaliter ei adjungitur; ut hominis vestis: posuerunt, quod humanitas accidentali unione fuerit in personâ Filii divinitati conjuncta: ita scilicet, quòd natura assumta se haberet ad personam Filii Dei, sicut vestis ad hominem. Ad cujus confirmationem inducebant, quod Apostolus dicit ad Philippenses; * quòd habitu inventus est ut homo. Rursus considerabant, quòd, ex unione animæ & corporis, efficitur individuum quoddam rationalis naturæ; quod nominatur persona. Si igitur anima fuisset in Christo corpori unita: videre non poterant, quin sequeretur, quòd ex tali unione constitueretur persona. Sequeretur ergo, in Christo duas esse personas; scilicet personam assumentem, & personam assumtam. In homine enim induto, non sunt duæ personæ: quia indumentum rationem personæ non habet. Ad hoc igitur excludendum, posuerunt quidam, animam Christi unitam nunquam fuisse corpori: sed quòd persona Filii Dei animam & corpus separatim assumsit. Sed hæc opinio, dum unum inconveniens vitare nititur, incidit in majus. Sequitur enim ex necessitate, quòd Christus non fuerit verus homo. Veritas enim humanæ naturæ, requirit animæ & corporis unionem. Nam homo est, qui ex utroque componitur. Sequeretur etiam, quòd caro Christi non fuerit vera caro; nec aliquod membrum ejus habuerit veritatem. Remotâ enim animâ, non est oculus, aut manus, aut caro. Sequeretur etiam, quòd Christus verè mortuus non fuerit. Mors enim est privatio vitæ. Manifestum est enim, quòd divinitas vitâ per mortem privari non potuit. Corpus autem esse non potuit; si ei anima conjuncta non fuit. Sequeretur etiam ulteriùs, quòd Christi corpus sentire non potuerit. Non enim sentit corpus; nisi per animam sibi conjunctam. Si Filius Dei humanam naturam, ut vestimentum, assumsit: nullo modo dici poterit persona humanæ naturæ: nec etiam dici poterit, quòd Filius Dei sit ejusdem speciei cum aliis hominibus, de quo tamen Apostolus dicit, * quod est in similitudinem hominum factus. Unde patet, opinionem esse totaliter evitandam. Et: * Finis assumtionis humanæ naturæ à Verbo Dei, est salus & reparatio humanæ naturæ. Et: * Cum corporis humani formatio natu-

*in Apoc cap.1.
*ibid. c.6
*cap.5.
*1 Secund. q.29. art
*Cap. Theol. wall 2 c.1.
*ibid. c.21.
*cap.24
*cap.23.
*ca.2.v.7
*ibid.
*cap.29.
*cap.35.

raliter fit ex virili semine: quocunque alio modo corpus Christi formatum fuerit; supra naturam fuit talis formatio. Solus autem Deus, institutor naturæ, est; qui supernaturaliter in rebus naturalibus operatur. Unde relinquitur, quod solus Deus illud corpus miraculose formavit, ex materiâ humanæ naturæ. Sed cùm omnis Dei operatio, in creaturis, sit tribus personis communis: tamen per quandam convenientiam, formatio corporis Christi tribuitur Spiritui sancto. Itèm: * Quamvis in corpus Christi, post resurrectionem, cibus non converteretur; sed resolveretur in præjacentem naturam: tamen Christus habebat corpus talis naturæ; in quod posset cibus converti. Et: * Quidam dicunt, quòd, etiamsi homo non peccasset, Dei Filius fuisset incarnatus. Alii verò contrarium asserunt: quorum assertioni magis assentiendum videtur. Ea enim, quæ ex solâ voluntate Dei proveniunt, contra omne debitum creaturæ, nobis innotescere non possunt: nisi quatenus in sacrâ Scripturâ traduntur; per quam divina voluntas nobis innotescit. Unde, cùm in Scripturâ ubique incarnationis ratio, ex peccato primi hominis, assignetur: convenientius dicitur, incarnationis opus ordinatum esse à Deo, in remedium contra peccatum; ita quod, peccato non exsistente, incarnatio non fuisset. Quamvis potentia Dei ad hoc non limitetur. potuisset enim, peccato non exsistente, incarnari. Itèm: * Ex hoc-ipso humana natura dignior est in Christo, quam in nobis: quia in nobis, quasi per se exsistens, propriam personalitatem habet; in Christo autem, exsistit in personâ Verbi. Et: * Christus dicitur homo, univocè cum hominibus aliis; utpote ejusdem speciei exsistens: secundùm illud Apostoli Philip. 2 * In similitudinem hominum factus. Pertinet autem ad rationem speciei humanæ, quòd anima corpori unatur. Non enim forma constituit speciem; nisi per hoc, quòd fit actus materiæ: & hoc est, ad quod generatio terminatur, per quam natura speciem intendit. Unde necesse est dicere, quod in Christo fuit anima unita corpori: & contrarium est hæreticum, utpote derogans veritati humanitatis Christi. Itèm: * Humana natura in Christo assimilatur habitui, id est, vestimento, non quidem quantum ad accidentalem unionem: sed quantum ad hoc, quòd videlicet Verbum per humanam naturam induitur, sicut homo per vestimentum, & etiam quantum ad hoc, quod vestimentum mutatur: quia scilicet formatur secundum formam ejus, qui induit ipsum, qui à suâ formâ non mutatur, propter vestimentum. Et similiter humana natura, assumta à Verbo Dei, est melior: id-ipsum autem Verbum Dei non est mutatum. Itèm: * Natus est Filius Dei, non putativus, quasi imaginatum corpus habens; sed corpus verum. Et hujus ratio triplicite potest assignari. Quarum prima est ex ratione humanæ naturæ, ad quam pertinet, verum corpus habere. Supposito igitur, quòd conveniens fuit, Filium Dei assumere humanam naturam: consequens est, quod verum corpus assumserit. Secunda ratio sumi potest ex his, quæ in mysterio incarnationis sunt acta. Si enim non fuit verum corpus; sed phantasticum: ergo nec veram mortem sustinuit: nec aliquid eorum, quæ Evangelistæ de eo narrant, secundum veritatem gessit, sed solum secundum apparentiam quandam. & sic etiam sequeretur, quòd non fuerit vera salus hominum subsecuta. Oportet enim effectum proportionari. Tertia ratio sumi potest ex ipsâ dignitate personæ assumentis: quæ cum sit veritas, non decuit, ut in ejus opere aliqua [illegible]lo esset. Unde & Dominus hunc errorem per se-ipsum excludere dignatus est, Lucæ ult. * cùm Discipuli conturbati & conterriti, putabant se spiritum videre, & non-verum corpus: & ideò se eis palpandum præbuit, dicens, Palpate & videte, &c. Et: * Lucæ ultimo; * Spiritus carnem & ossa non habet, &c. Caro autem & ossa, non ex materiâ cœlestis corporis; sed ex inferioribus elementis. Ergo corpus Christi non fuit cœleste; sed carneum & terrenum. Itèm: Ex his rationibus apparet, quare corpus Christi non debuerit esse cœleste. Primò enim, sicut veritas humanæ naturæ non salvaretur in Christo, si corpus ejus esset phantasticum, ut posuit: ita etiam non salvaretur, si poneretur cœleste; sicut posuit Valentinus. Secundò, quia hoc etiam derogaret veritati eorum, quæ Christus in corpore gessit. Cùm enim corpus cœleste sit impassibile & incorruptibile: si Filius Dei corpus cœleste assumsisset; non verè esuriisset, sitiisset, nec & passionem & mortem sustinuisset. Tertio etiam derogat veritati divinæ. Cùm enim filius Dei se hominibus ostenderit, quasi corpus carneum & terrenum habens: fuisset falsa demon-

*1. Summæ. q.51. art. 3
*3. Sum. q. 1. art. 3.
*ib. ; 2.a.2
*ib. art.5.
*vers. 7.
*art.6.
*ib. q.5. a.1
*vers.39.
*ibid. art.2
*vers.39

stratio, si corpus cœleste habuisset. Et ideo in libro de Ecclesiasticis dogmatibus dicitur: Natus est Dei Filius, carnem ex Virginis corpore trahens; & non de cœlo secum afferens. Item: * *Utilitas incarnationis, est justificatio hominis à peccato.* Et: * *Filius Dei humanam naturam integram assumsit: non solùm corpus; sed etiam animam: non solùm sensitivam; sed etiam rationalem.* Et: *Nihil eorum, quæ Deus in nostrâ naturâ plantavit, defuit naturæ humanæ assumtæ à Verbo Dei.* Item: * *Christus accepit naturam humanam absque peccato, in illâ puritate; in quâ erat in statu innocentiæ. & similimodo potuisset assumere humanam naturam absque defectibus.* Item: *Caro Virginis concepta fuit in originali peccato; & ideò hos defectus contraxit. Sed caro Christi ex Virgine assumsit naturam absque culpâ. & similiter potuisset naturam assumere absque pœnâ: sed voluit suscipere pœnam, propter opus nostræ redemtionis implendum: & ideò habuit hujusmodi defectus, non contrahendo; sed voluntariè assumendo.* Item: *Christus, in hujusmodi defectibus, assimilatus est aliis hominibus, quantum ad qualitatem defectuum; non autem quantum ad causam: & ideò Christus non contraxit hujusmodi defectus, ut alii.* Et: * *Christus defectus humanos assumsit, ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ: ad quod requirebatur, quòd haberet perfectionem scientiæ & gratiæ in divinâ. Illos autem defectus Christus assumere debuit, qui consequuntur ex peccato communi totius naturæ: nec tamen repugnant perfectioni scientiæ & gratiæ. Sic igitur conveniens fuit, ut omnes defectus, seu infirmitates magnas, assumeret. Sunt enim quidam defectus, qui repugnant perfectioni scientiæ & gratiæ: sicut ignorantia, pronitas ad malum, & difficultas ad bonum. Quidam autem defectus sunt, qui non causantur communiter totam humanam naturam, propter peccatum primi hominis; sed causantur in aliquibus hominibus, ex quibusdam particularibus causis: sicut lepra, & morbus caducus, & alia hujusmodi. Qui quidem defectus quandoque causantur ex culpâ hominis; putà ex inordinato victu: quandoque ex defectu virtutis formativæ. quorum neutrum convenit Christo: quia & caro ejus de Spiritu sancto concepta est, qui est infinitæ sapientiæ & potentiæ, errare & deficere nonpotens, & ipse nihil inordinatum in regimine suæ vitæ exercuit. Sunt tamen tertii defectus, qui in omnibus hominibus communiter inveniuntur, ex peccato primi hominis: sicut mors, fames, sitis, & alia hujusmodi. & hos defectus omnes Christus suscepit. quos vocat Damascenus naturales & indetractabiles passiones: naturales quidem, quia consequuntur communiter totam naturam humanam: indetractabiles autem, quia defectum scientiæ non important.* Item: *Christus curavit passibilitatem & corruptionem corporis nostri, per hoc quod eam assumsit.* Et: * *Christus non accepit activè ab Adam humanam naturam; sed solùm materialiter: activè verò à Spiritu sancto. Sicut & ipse Adam materialiter sumsit corpus ex limo terræ; activè autem à Deo. Et propter hoc, Christus non peccavit in Adam, in quo solùm fuit secundùm naturam.* Et: * *Manifestum est, quòd Filius Dei assumsit humanam naturam perfectam. Ad perfectionem humanæ naturæ pertinet voluntas: quæ est naturalis ejus potentia; sicut & intellectus. Unde necesse est dicere, quòd Filius Dei humanam voluntatem assumsit in naturâ. Per assumtionem autem humanæ naturæ, nullam diminutionem passus est Filius Dei in his, quæ pertinent ad divinam naturam; cui competit, voluntatem habere. Unde necesse est dicere, quòd in Christo sunt duæ voluntates: una scilicet humana; & alia divina.* Et: * *Apostolus dicit, ad Hebræos 2.* * Nusquam Angelos apprehendit, *scilicet filius Dei*: sed semen Abrahæ apprehendit. *Semen autem Abrahæ sumtum est ex Adam. Ergo corpus Christi fuit formatum de materiâ, ex Adam sumtâ.* Et: *Christus humanam naturam assumsit; ut eam à corruptione purgaret. Non autem purgatione indigebat natura humana; nisi secundùm quod imperfecta erat, per originem vitiatam, quæ ex Adam descendebat: & idcirco conveniens fuit, ut carnem sumeret ex materiâ ab Adam derivatâ; ut ipsa natura per assumtionem curaretur.* Item: * *Christus non assumsit carnem humani generis subjectam peccato; sed ab omni infectione peccati mundatam.* Item: * *Opus conceptionis commune est toti Trinitati: secundùm tamen modum aliquem, attribuitur singulis personis. Nam Patri attribuitur autoritas, respectu personæ Filii; qui per hujusmodi conceptionem sibi assumsit humanam naturam. Filio autem attribuitur ipsa carnis assumtio. Sed Spiritui sancto attribuitur formatio corporis, quod assumitur à Filio. Nam ipse Spiritus sanctus est Spiritus Filii; secundùm illud Galat. 4.* * Misit Deus Spiritum filii, *&c. Sicut autem virtus animæ, quæ est in semine per Christum, quæ in semine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum: ita virtus Dei, quæ est ipse Filius (secundùm illud 1. Corinth. 1.* * Christum Dei virtutem) *per Spiritum suum corpus formavit, quod assumsit. Et hæc etiam verba Angeli demonstrant, dicentis;* * Spiritus sanctus superveniet in te: *quasi ad præparandam & formandam naturam corporis Christi.* Et: * *Conceptio Christi tria privilegia habet: scilicet quòd esset sinè peccato originali; quòd esset non puri hominis, sed Dei & hominis: item quòd esset conceptio Virginis. Et hæc tria habuit à Spiritu sancto.* Item: * *Beata Virgo est vera & naturalis mater Christi.* Item: * *Unigenitus Dei Filius, suæ divinitatis volens nos esse participes, naturam nostram assumsit: ut homines deos faceret, factus homo. Et hoc insuper, quod de nostro assumsit, totum nobis contulit ad salutem. Corpus namque suum, pro nostrâ reconciliatione, in arâ crucis, hostiam obtulit Deo Patri. Sanguinem suum fudit, in precium simul & lavacrum: ut, redemti à miserabili servitute, à peccatis omnibus mundaremur.* Et: * *Licèt opera Trinitatis sint indivisa: tamen solus Filius incarnatus est.* Item: * *Christus nullum defectum peccati assumsit, nec originalis, nec actualis. Unde dicitur 1. Pet. 2.* * Qui peccatum non fecit, &c. Item: * *Triplex est Christi nativitas. Quarum una est æterna; quæ, quantum ad nos, est occulta. Alia est spiritualis; quâ scilicet Christus oritur, tanquam lucifer, in cordibus nostris: ut dicitur 2. Pet. 1.* * *Tertia est Christi nativitas temporalis & corporalis, secundùm quam visibilis processit nobis, ex utero virginali carne indutus.* Et: * *Humanitas est sicut quoddam organum divinitatis ejus; ut Damascenus dicit in 3. libro. Instrumentum autem non agit actionem agentis principalis, propriâ virtute; sed virtute agentis principalis. Et ideò humanitas Christi non causat gratiam propriâ virtute; sed virtute divinitatis adjunctæ: ex quâ actiones humanitatis Christi sunt salutares.* Et: * *Licèt Filius Dei dicatur, de Spiritu sancto, & ex Mariâ virgine, incarnatus & conceptus: non tamen dicendum est, quòd Spiritus sanctus sit pater hominis Christi; licèt beata Virgo ejus mater dicatur. Primò quidem, quia in beatâ Mariâ virgine invenitur totum, quod pertinet ad matris rationem. Materiam enim ministravit Christi conceptui, Spiritu sancto formandam: ut requiritur matris ratio. Sed ex parte Spiritûs sancti non invenitur totum, quod ad rationem patris exigitur. Est enim de ratione patris, ut ex suâ naturâ sibi filium connaturalem producat. Unde, si fuerit aliquod agens, quod faciat aliquid non ex suâ substantiâ, nec producat ipsum in similitudinem suæ naturæ; pater ipsius dici non poterit. Non enim dicimus, quod homo sit pater eorum, quæ facit per artem; nisi fortè secundùm metaphoram. Spiritus autem sanctus, est quidem Christo connaturalis, secundùm divinam naturam: secundùm quam pater Christi non est, sed magis ab ipso procedens. Secundùm autem naturam humanam, non est Christo connaturalis. Est enim alia natura humana & divina in Christo. Neque in naturam humanam versum est aliquid, de naturâ divinâ. Relinquitur ergo, quòd Spiritus sanctus pater hominis Christi dici non possit.*

ALBERTUS Magnus: * *Si Christus homo verus non fuisset; verè humana non esset passus. Solatia etiam, nisi verus homo fuisset, nullo modo quæsivisset. Sed dormit secundùm humanitatem; & semper vigilat, & insomnis est, secundùm deitatem.* Et: * *Causa assumtionis, fuit sacramentum redemtionis, cum omnibus ad hoc pertinentibus, & præordinatis à Deo. Dicitur autem assumtio, quia per passionem à Patro in cœlum assumtus est.* Item: * *Portavit Virgo Christum; sicut arbor fructum, succum ministrans ad fructûs formationem.* Item: * *In incarnatione sunt tria; scilicet operatio aut actio, & operatum ipsum, & cui fit unio. Operatio, aut actio, indivisibiliter est trium personarum: operatum autem ipsum, est corpus & anima, conjuncta naturali conjunctione: cui autem unitur, solus Filius est. Et sic accipienda sunt verba Damasceni: Superobumbravit super ipsam Virginem, Dei altissimi hypostasis, id est, hypostasin habens, Dei sapientia & virtus; qui Filius*

Marginalia: * ib. art. 4. * ib. q. 9. a. 1. * ibid. q. 14. art. 3. * ib. art. 4. * 3 Summ. q. 15. a. 1. * ibid. q. 18. art. 1. * ib. q. 32. a. 1. * vers. 16. * ibid. a. 7. * ibid. q. 32. art. 1. * vers. 6. * vers. 24. * Luc. 1. v. 35. * ibid. a. 4. * ib. q. 35. a. 4. * de Offic. corp. Christi. Lect. 1. * de Human. Christi c. 5. * ibid. c. 3. * vers. 22. * 3. Summ. q. 35. art. 2. * vers. 19. * 3. Sentent. q. 13. a. 1. * Comp. Theol. tract. 2. c. 30. * in Luc. c. 8. * ibid. c. 9. * ibid. c. 11. * super 3. Sent. Dist.

Dei, & qui Patri homousios velut divinum semen, & confixit vel constrinxit sibi-ipsi ex castis & purissimis sanguinibus, carnem animatam rationali & intellectuali animâ primitias nostræ massæ, non seminaliter; sed conditione per Spiritum sanctum. Et: * Christus assumpsit corpus & animam conjuncta. Corpus autem & anima conjuncta, sunt homo. Ergo Christus assumpsit hominem. Item: * Ad similitudinem hominum, in forma hominis factus, operatione Spiritus sancti omnia implevit quando omnibus electis formam suam, per spiritum adoptionis, indidit; donec omnes occurramus in virum perfectum, in mensuram plenitudinis Christi. Et: Christus similitudinem habuit formâ humanâ cum venenatis; nihil tamen habuit veneni seu peccati. Item: Christus similitudinem habuit carnis peccati, & tamen antidotum fuit contra peccatum. Et: Christus venit de altitudine naturæ nostræ in paradiso. Quia carnem accepit immunem à peccato: pœnalitatem tamen voluntariè assumpsit. & ideò dicitur, quod Christus non secundum legem concupiscentiæ; sed secundum corpulentam substantiam, tantùm descendit de Adam. Et: Corpus Christi quædam habet, in-quantum est corpus; quædam autem, in-quantum unitum divinitati. Item: * Suscepit omnia, quæ infirmitatis nostræ sunt, absque peccato: ut nos à peccato liberaret. Invenimus enim in Scripturâ, aliquando fortem, aliquando infirmum. Fortitudo Christi te creavit: infirmitas Christi te recreavit. Fortitudo Christi fecit, ut esses, quod non eras: infirmitas Christi fecit, ut, quod eras, non perires. Et: * Per hoc, quòd homo factus est, quod non erat, assumpsit: sed divinitatem non amisit; nec cum humanitate commiscuit. Item: * Hoc enim est gaudium, & finis incarnationis & legationis ejus: ut omnes veniant ad eum. Et: * Factus, dicit: quia factio activè est à principio agente extrinsecùs, quod de substantiâ suâ nihil ponit in facto. & sic Spiritus sanctus egit in conceptu Filii Dei: & ideò non est pater ejus secundum carnem. Et: * Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.] In eâ natum esse dicitur: quia in cæteris mulieribus, quod in eis nascitur, ex eis nascitur, & de eo quod est mixtum est; quia de semine viri. Sed in beatâ Virgine, quod in eâ natum est, ex eâ materialiter natum est; sed non de eâ potestativè; sed potestate Spiritus sancti. Et: Quidam quæstionibus vanis quærunt: Quare non assumpsit Jesus naturam nostram in sexu fœmineo? Ad hoc dicendum: quòd fœmina non est principium hominis; sed masculus, ex quo tota natura humana producta est. Et: * Patet, Christum assumpsisse naturam humanam. Item: * Christus sine virili semine natus est; & ideò non hominum; sed hominis, filius est. Et: * Non potuit purus homo impendere honorem debitum Deo pro peccato: nec debuit, nisi homo. Ergo ad hoc, ut fieret ista compensatio; oportuit quod esset Deus & Homo. Non fit recompensatio; nisi refunendo pœnam. Ergò necesse est satisfacientem pati pœnam. Non autem patitur pœnam, non-habens defectus ordinatos ad pœnam. Ergo oportuit defectus ad passionem ordinatos Christum suscipere.

ÆGIDIUS: * In Lege scriptâ hæc fuerunt distincta & specificata: de quâ gente deberet nasci Propheta & Mediator noster: quia de gente Judaicâ, juxta illud: * Prophetam suscitabit vobis Dominus de fratribus vestris. Et in quo loco: quia in Bethlehem, juxta illud: * Et tu Bethlehem in terrâ Juda, &c. ex te egredietur dux, &c. Et de quâ famulâ: quia de virgine, juxta illud: * Ecce virgo concipiet, &c. Item: † Si corpus Christi per aliam formam est corpus, & per aliam vivit; ita quòd per aliam formam sit in genere, per aliam in specie: cum genus de sua specie prædicetur: verum est dicere, quòd Christus est homo: ita verum erat, quòd Christus erat corpus.

INNOCENTIUS: * Oportuit, ut ex illo genere carnem assumeret: quod voluit per assumptam carnem curare. Et: * Verbum caro factum est, quatuor ex causis: ut superbos humiliaret; ut inimicos reconciliaret; ut servos redimeret; ut amicos nutriret.

¶ De Unione duarum naturarum in Christo, inquit A[illegible]: * Caro illa ass[illegible] unitate personæ. [illegible] de [illegible] uniebatur [illegible] carnis [illegible] unione nec in illâ unione con[illegible] ut [illegible] a, quam di [illegible], cui uniebatur, [illegible] uniebatur. I[illegible] una. Aut-

eundem formam communem, participatam ab illis: & hoc modo non est similitudo aliqua, inter naturam divinam, & humanam creaturam. Vel secundum convenientiam proportionis, unius ad alterum: & hoc dupliciter. Uno modo, comparando duo ad tertium, Et hoc modo justitia increata & creata conveniunt, sed non in aliquâ forma communi generis vel speciei: quia justitia increata, est substantia divina; justitia verò creata, est qualitas. Sed conveniunt in habitudine ad eundem effectum: qui est, reddere unicuique, quod suum est. Alio modo attenditur hæc similitudo, comparando unum ad alterum, ut si dicam, Deus est bonus, Creatura est bona: Bonitas increata, est bonitas per essentiam, sc[illegible] est [illegible] Deus: & ad hanc ordinatur bonitas creata. Hoc ergo, quod dico ordinari ad eam, facit convenientiam & similitudinem bonitatis creatæ ad increatam. Non tamen est dicendum, quòd bonitas increata sit similis bonitati creatæ; sed è converso: quia nunquam denominatur similitudo respectu alicujus deterioris; sed respectu majoris, vel æqualis. Sicut ergo domus in opere, similis est domui vel arti in mente; eo quòd facta est & ducta in esse secundùm illam: sed non dicitur è converso ars similis domui: ità creatura similis dicitur creatori; quia est ordinabilis illi: & non è converso. quæ similitudo attenditur in ordine vel habitudine unius ad alteram: & ex hoc sunt unibiles. Item: * Natura divina nullo modo passivo est unibilis: quia, quod est unibile, hoc modo est potentiale, respectu majoris perfectionis. Quia ergo non est potentiale, quòd potentia Dei perficiatur ex actu incarnationis: propter hoc, non est ponere, secundum rationem istam, naturam divinam unibilem. Si autem loquimur de potentiâ activâ, sic natura divina est unibilis humanæ: quia in Deo est potentia activa, ut sibi uniat naturam humanam. Unibilis igitur dicitur de naturâ divinâ, secundùm potentiam activam: scilicet quòd possit sibi unire naturam creatam. De naturâ verò humanâ dicitur secundùm potentiam passivam; eò quòd possit uniri. & in hoc fuit summa ostensio & manifestatio suæ potentiæ. Ponatur enim, quòd non possit unire aliquo naturam humanam; hoc non diceretur esse perfectionem in Deo. Et sic procedendum est, quòd natura divina & humana sunt unibiles. Item: * Natura humana & divina, non conveniunt genere, nec specie: tamen sunt in similitudine secundùm aliquem modum. non, quia divina natura assimiletur corpori: sed magis, quia ipsa natura corporea assimilatur divinæ, secundùm aliquam similitudinem; quia est condita juxta exemplar divinæ sapientiæ: & præterea est in participatione bonitatis divinæ, secundùm aliquem gradum, & ipsius bonitatis vestigium. Item: * In Christo fit gratia unionis humanitatis ad divinitatem. & ratio hujus est: quia non est possibile [illegible] naturâ humanâ, per donum conditionis naturæ, quòd elevetur & sponatur ad divinam unionem: & ideo necessaria est ei gratia, quæ elevet & disponat ipsam ad unionem divinam. Hanc autem gratiam, dicimus gratiam unionis. Et: * Una persona est in duabus naturis: ideò proprietates utriusque naturæ conveniunt personæ: & erat dicere, Deum mortalem & immortalem, Deum passum & non-passum, ratione personæ, & hujusmodi.

INNOCENTIUS: * Sicut anima rationalis & caro, unus est homo: ita Deus & homo, unus est Christus. Item: * Tres in Christo sunt uniones, quibus divinitas & humanitas Christi conjunguntur: unio carnis ad animam: unio divinitatis ad carnem, unio divinitatis ad animam. Quidam autem quartam unionem assignant; videlicet Deitatis ad compositum ex animâ simul & carne. Et: * Cum in Christo sint tres unita substantiæ, videlicet, divinitas, corpus, & anima: duæ tamen, id est, corpus & anima, fuerunt in morte divisæ. Nam divinitas à neutra est separata.

BONAVENTURA: * [illegible] autem incarnationem tota Trinitas fuit operata: per quam quidem incarnationem [illegible] assumptio carnis à divinitate, & unio divinitatis cum [illegible] vivificâ spiritu rationali, sc[illegible] tiam vegetandi [illegible] tiendi, & intelligendi. In [illegible] incarnatione, [illegible] est unio, in virtute naturæ [illegible] personâ: non humanæ [illegible] non assumtæ; sed assumentis: non personâ [illegible] sed [illegible] persona Verbi. Hæc verò unio tanta [illegible] ut [illegible] hominem; & Hominem Deum. ita q[illegible] per q[illegible] Filio Dei per naturam, dicatur de [illegible] & econtra: exceptis his, in q[illegible] exprimitur un[illegible] dicitur negatio. Non enim pot[illegible] quod [illegible] vinam naturam assumpserit [illegible] sic [illegible] & [illegible] a. Similiter na[illegible]

[illegible] ... tat [illegible] ... tate, sed verè dicitur de [illegible] ... to.

[illegible] ... O M A ... : Humana natura in Christo, ipsum Verbum [illegible] ... sua plena & efficacitum. ut semper [illegible] ... tum qui ne[illegible] ... infusum datur, ipsum Dei Verbum intelligatur. Itèm: * [illegible] & Homo, unus [illegible] ... stus. Et: Ex unione ad Verbum, anima Christi non elevatur ultra limites creaturæ. Unde non est infinita, nec habens virtutem infinitam per se, quamvis infinita cognoscat. Cognoscit enim illa infinita, finita efficacia. Itèm: * Christus est simplex, secundum divinam naturam; compositus autem secundum humanam naturam. Itèm: * Humana natura unita est Verbo, non quidem accidentaliter; neque etiam essentialiter, quasi pertinens ad divinam naturam Verbi, sed substantialiter, id est, hypostatice, quasi pertinens ad Verbi hypostasin vel personam. Itèm: * Cùm dicimus, Deum hominem fieri, non sic accipiendum est, ut Deus convertatur in hominem, sicut aer fit ignis, cùm in ignem convertitur. Immutabilis enim est Dei natura. Corporea autem sunt, quæ invicem convertuntur. Spiritualis autem natura in corpoream non convertitur, sed potest ei aliqualiter uniri, propter efficaciam suæ virtutis: sicut anima unitur corpori. Et licet humana natura ex anima constet & corpore, anima autem, non corporea, sed spiritualis naturæ sit: sicut ergo spiritualis natura unitur corpori, per efficaciam suæ virtutis: ità Deus potest uniri, tam spirituali, quam corporali. Et secundum hunc modum dicimus, Deum humanæ naturæ fuisse unitum. Itèm: * Si consideremus ipsum Christum, ut quoddam integrum suppositum duarum naturarum: ejus erit unum tantùm esse, sicut & unum suppositum. Quia verò operationes suppositorum sunt: visum est aliquibus, quòd, sicut in Christo non est nisi unum suppositum, ità non esset nisi una operatio. quod non rectè consideraverunt. Nam in quolibet individuo reperiuntur multæ operationes, si sunt plura operationum principia. sicut in homine alia est operatio intelligendi, alia sentiendi, per differentiam sensûs & intellectûs. sicut in igne alia est operatio calefactionis, alia ascensionis; per differentiam caloris & levitatis. Natura autem comparatur ad operationem, ut ejus principium. Nõ ergo est una operatio in Christo, propter unum suppositum, sed duæ, propter duas naturas, sicut è converso, in sancta Trinitate, est una operatio trium personarum, per unam naturam. Participat tamen operatio humanitatis in Christo, aliquid de operatione virtutis divinæ. Omnium enim eorum, quæ conveniunt in unum suppositum, ei, quod principalius est, cætera instrumentaliter deserviunt: sicut cæteræ partes hominis sunt instrumenta intellectus. Sic igitur humanitas in Christo, quasi quoddam organum divinitatis censetur. Patet autem, quòd instrumentum agit in virtute principalis agentis: sicut per actionem securis fit arca, in quantum securis dirigitur ab artifice. Ità ergo & operatio humanæ naturæ in Christo, quandam vim ex deitate habet, secundum virtutem humanam. Quòd enim tangeret leprosum, humanitatis actio fuit: sed quod actus ille curaret à leprâ, ex virtute divinitatis procedebat. Et per hunc modum, omnes ejus actiones & passiones humanæ, virtute divinitatis salutares fuerunt. Et: * Filius creaturam visibilem, in quâ apparuit, in unitatem personæ assumsit: sic, ut, quod de illâ creaturâ dicitur, de Filio Dei dici possit. Et sic, ratione naturæ assumtæ, Filius dicitur minor Patre. Et: * Si humana natura Verbo Dei non unitur in persona, nullo modo ei unitur: & sic tollitur incarnationis fides. quod est subvertere totam Christianam fidem. Quia ergo Verbum habet naturam humanam sibi unitam, non autem ad suam naturam divinam pertinentem: consequens est, quod unio [illegible] ... facta in Verbi personâ, non autem in [illegible] ... tur. Et: * Verbum [illegible] ... nam naturam, non in universal [illegible] ... in atomo [illegible] ... est, aut [illegible] ... alioquin oporteret, [illegible] ... ut libet homin [illegible] ... sicut conveni[illegible] ... Secundum [illegible] ... individuum in [illegible] ... etiam [illegible] ... rationem per [illegible] ... ad solum illu[illegible] ... quod existit [illegible] ... est [illegible] ... quæ [illegible] ... dam indivi[illegible] ... non [illegible] ... sist, sed in qu[illegible] ... hoc etiam potest significari [illegible] ... Non enim ma[illegible] ... per [illegible] ... humana natura, [illegible] ... cum per esse [illegible] ... sic [illegible] ... in per[illegible] ... at

propriam, & ideò facta est [illegible] ... stasis Christi, duplicat [illegible] ... lerari. Uno modo [illegible] ... dum [illegible] quod est in se, & sic est omninò [illegible], sicut & natura Verbi. Alio modo secundum rationem personæ vel hypostasis, quam pertinet [illegible] ... in aliqua natura: & secundum hoc persona Christi [illegible] ... in duabus naturis. Unde, licèt sit ibi unum subsistens: est tamen ibi alia & alia ratio subsistendi. & sic dicitur persona composita, in quantum unum in duobus subsistit. Itèm: * Indifferenter dicitur, quòd humana natura est unita divinæ, & è contra. Non autem dicitur divina natura assumta ab humanâ, sed è converso. quia humana natura adducta est ad personalitatem divinam: ut scilicet persona divina in humana natura subsistat. Et: * Non ponimus, quod ante unionem [illegible] ... homo (Christus,) & postea per meritum bonæ vitæ, obtinuerit Filius Dei: sicut posuit Photinus. Sed ponimus, quod à principio suæ conceptionis, ille homo verè fuit Filius Dei, utpote non habens aliam hypostasin, quam Filii Dei, secundum illud Lucæ: * Quod ex te nascetur sanctum, &c. Itèm: * Natura dicitur incarnata esse, sicut & assumens, ratione personæ ad quam terminata est unio. Non autem est communis tribus personis. Dicitur autem tota natura divina incarnata: non quia sit incarnata omnibus personis; sed quia nihil deest de perfectione divinæ naturæ, personæ incarnatæ. Et: * Divinitas unita est humanitati Christi, secundum personam; non secundum essentiam vel naturam: sed tamen in unitate personæ remanet distinctio naturarum. Itèm: * Sic facta est unio naturarum in personâ Christi, quòd proprietas utriusque naturæ inconfusa mansit: ità scilicet, quòd increatum manserit increatum; & creatum manserit infra limites creaturæ. Et: Nec in unione, quæ est secundum esse personale, natura comprehendit Dei Verbum, sive naturam divinam. quæ quamvis tota unita fuerit humanæ naturæ, in unâ personâ Filii, non tamen fuit tota virtus divinitatis ab humanâ quasi circumscripta. Et: Naturæ divina & humana, quamvis sint maximè distantes: tamen conveniunt, per incarnationis mysterium, in uno supposito: cui neutra illarum inest per accidens; sed per se. & ideò hæc propositio; Deus est homo; non est neque in naturâ remota, neque in natura contingenti, sed in naturâ naturali: & prædicatur Homo de Deo, non per accidens; sed per se, sicut species de suâ hypostasi: non quidem ratione formæ, significatæ per hoc nomen Deus; sed ratione suppositi, quod est hypostasis humanæ naturæ. Et: * In mysterio incarnationis, non est eadem natura divina & humana; sed eadem est hypostasis utriusque naturæ: & ideò ea, quæ sunt unius naturæ, non possunt de alia prædicari, secundùm quod in abstracto significantur. Nomina verò concreta, supponunt hypostasin naturæ: & ideò indifferenter prædicari possunt ea, quæ ad utramque naturam pertinent, de nominibus concretis. Sed illud nomen, de quo dicuntur, debet intelligere utramque naturam, sicut hoc nomen Christus, in quo intelliguntur ungens divinitas, & humanitas uncta: sive solùm divinam naturam, sicut hoc nomen Deus, vel Filius Dei: sive solùm humanam naturam, sicut hoc nomen Homo, vel Jesus. Unde Leo Papa dicit, in Epistola ad Palæstinos: Non interest, ex quâ Christus substantia nominetur: cùm, inseparabiliter manente unitate personæ, idem sit & totus, Hominis filius, propter carnem; & totus Dei filius, propter unam cum Patre deitatem. Et: Incarnatio magis importat unionem ad carnem, quam carnis proprietatem. Ità quæ [illegible] ... tam naturarum Christo, unita est alteri, in persona ratione unionis: ità natura divina dicitur incarnata, & humana [illegible] deificata. Itèm: * [illegible] ... Christus non est dicendus [illegible] ... situs, ex divinitate & humanitate tamen, per [illegible] ... humanitatis, & per unionem [illegible] ... sius Filii Dei cum homine [illegible] ... duæ naturæ in unâ personâ [illegible] ... sicut, per compositionem [illegible] ... & corporis, fiunt duæ naturæ, scilicet corporalis & [illegible] ... uno homine. [illegible] * Subjectum & accidens non [illegible] ... ut ex eis aliquod tertium constituatur. Unde [illegible] ... um, in tali unione non habet ut pars: sed est integrum qu[illegible] ... quod persona, hypostasis & suppositum. Accidens [illegible] ... tem tra[illegible] ... humanitatem [illegible] ... persona eadem [illegible] ... idem [illegible] ... tudinem quandam per [illegible] ... posita [illegible] ... est pe[illegible] ... postasi [illegible] ... di [illegible]

* Summa de Veritate, q. ... ; * Ibidem q. ...; * In Disput. Qu. de unione verbi, art. ...; * Ibid. ...; * Opusc. contra Err. Græcorum, cap. 6.; * ... Theol. tract. ...; * ... q. ...; * ... q. ... art. 2.; * Ibid. ...; * ... art. 2.; * Ibid. art. ...

dicere pro fundamento, quòd humana natura in Christo degenerat in accidens, & quòd accidentaliter Filio Dei [illegible] . Veritatem à fundamento non [illegible] . Et: * Quidam, ignorantes habitudinem hypostasis ad personam, licet concederent in Christo unam solam personam; posuerunt tamen aliam hypostasin Dei, & aliam Hominis: ac si unio sit facta in persona, non in hypostasi. Quod quidem apparet erroneum tripliciter. 1. Ex hoc, quod persona super hypostasin non addit, nisi determinatam naturam, scilicet rationalem. Secundum quod Boethius dicit, in libro De duabus Naturis: quòd persona est rationalis naturæ individua substantia. Et ideo idem est attribuere propriam hypostasin humanæ naturæ in Christo, & propriam personam. Quod intelligentes sancti Patres, utrumque in Concilio 5. apud Constantinopolim celebrato, damnaverunt, dicentes: Si quis introducere conatur, in mysterio Christi, duas subsistentias, seu duas personas, anathema sit. Nec enim adjectionem subsistentiæ vel personæ suscepit sancta Trinitas, incarnato uno de sancta Trinitate, Deo-Verbo. Subsistentia autem idem est, quod res subsistens; quod est proprium hypostasis: ut patet per Boethium, in lib. de duabus Naturis. 2. Quia dato, quòd persona aliquid addat supra hypostasin, in qua possit fieri unio: hoc nihil aliud est, quam proprietas ad dignitatem pertinens. Secundùm quod à quibusdam dicitur, quòd persona est hypostasis, proprietate distincta, ad dignitatem pertinente. Si ergo unio sit facta in persona, & non in hypostasi: consequens erit, quòd non facta sit unio, nisi secundùm dignitatem quandam. Et hoc est, approbante Synodo Ephesinâ, damnatum à Cyrillo, sub his verbis: Si quis in uno Christo dividit substantias, post adunationem, solâ copulans eas conjunctione, quæ secundùm dignitatem quandam, vel autoritatem quandam est, vel secundùm potentiam; & non magis concursu secundùm adunationem naturalem: anathema sit. 3. Quia hypostasi, cui attribuuntur proprietates & operationes naturæ, & ea etiam, quæ ad naturæ rationem pertinent, in concreto. Dicimus enim, quòd Hic homo ratiocinatur, & est risibilis, & est animal rationale. & hac ratione Hic homo dicitur esse suppositum: quia supponitur his, quæ ad hominem pertinent; eorum prædicationem recipiens. Si ergo sit alia hypostasis in Christo, præter hypostasin Verbi: sequitur, quòd de aliquo alio, quam de Verbo, verificarentur ea, quæ sunt hominis: puta, esse natum de Virgine, crucifixum, passum, & sepultum. Et hoc etiam damnatum est, approbante Concilio Ephesino, sub his verbis: Si quis personis duabus, vel subsistentiis, eas, quæ sunt in Evangelicis & Apostolicis scripturis, impartitur voces, aut de Christo à Sanctis dictas, aut ab ipso de se: & quasdam quidem velut homini, præter illud ex Deo Verbum specialiter intellecto, applicat; quasdam verò, velut Deo-decibiles, soli ex Deo Patre: anathema. Sic ergo patet, esse hæresin ab olim damnatam dicere, quòd in Christo sint duæ hypostases, vel duo supposita: sive quòd unio non sit facta in hypostasi, vel supposito. Unde inde in eadē Synodo legitur: Si quis non confitetur, carni, secundùm subsistentiam, unitum ex Deo Patre Verbum; unumq; esse Christū cum suâ carne, eundem scilicet Deum & Hominem: anathema sit.

ALBERTUS ait: * In persona Christi est verus Deus, cujus divinitas inseparabiliter est ab homine assumta. Item: * Sicut pellis lucerna, retinendo omnia propria, emittit ex se splendorem luminis; & non tegit ipsum: & videtur candens in lumine in se clauso, & non in colore proprio, quem tamen verè habet: ita resplenduit unita carni deitas in colore mortalis corporis, & color corporis in candore splendens videbatur, & non amittebatur. Item: * Filius Dei naturam nostram, in individuam vitæ consuetudinem, in unitate personæ, in utero virginis copulavit; habens tria bona conjugii: prolem quidem, filios Dei, quos redemit: fidem, quia nunquam naturam assumtam deseruit: sacramentum, quia eam deitati indissolubiliter conjunxit, unam in uno copulando. Item: * In duabus naturis verè Filius fuit; & in utraq; pater [illegible], Deum, sibi in identitate essentiæ, secundùm deitatem, & in inhabitatione summæ gratiæ, secundùm humanitatem, consubstantialis. Item: * Tria autem referuntur ad fidem divinitatis. quia etiam in divina & humana natura [illegible] & eadem manente, tres invenimus personas, & in uno Domino nostro Jesu Christo, tres veneramur substantias.

De Communicatione [illegible] ALBERTUS [illegible]: * De communicatione [illegible] quod hæc communicatio [illegible]

[illegible] assignantur convenire, & sunt dispensativè assumta, ad hominis reparationem. Cujusmodi sunt, infirmitas sive pœnalitas moriendi, patiendi famem, sitim, & alia hujusmodi, quæ hominis congruunt reparationi. Et: * Divina natura, seu Deitas, unitur Humanitati: non ut humanitas sit unum in ea; sed ut divinitas & humanitas sint unum, in persona divina. Et ideo, sicut natura, in ipsa unione, distinguitur à natura: ita & proprietas naturæ à proprietate naturæ. Inde est, quod, licet dicatur incarnata, id est, carni unita, non tamen dicatur, quòd sit passibilis, mortalis, mortua, vel passa. Sed cum dicitur, Persona unitur Humanitati, sive Deus: ratione Personæ, significatur humanitatis unio ad personam: non in aliquo alio, sed in ipsa persona. Inde est, quod proprietates naturæ humanæ, conveniunt divinæ personæ: ut sit dicere, Personam mortuam & passam, & ita Deum mortuum & passum.

THOMAS ait: * Circa mysterium incarnationis, fit communicatio proprietatum, pertinentium ad naturam. quia quæcunque conveniunt naturæ, possunt prædicari de persona, subsistente in natura illa; cujuscunque naturæ nomine significetur. Et: * Ea, quæ sunt divinæ naturæ, dicuntur de humana natura: non secundùm quod essentialiter competunt divinæ naturæ, sed secundùm quod participativè derivantur ad humanam naturam. Unde ea, quæ participari non possunt à natura humana, sicut esse increatum, aut omnipotentem; nullo modo de natura humana dicuntur. Divina autem natura, nihil participativè recipit ab humana natura. & ideo ea, quæ sunt humanæ naturæ, nullo modo possunt dici de divina natura. Et: * Omne nomen, significans in concreto naturam aliquam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. Cùm autem unio incarnationis sit facta in hypostasi, habente humanam naturam & divinam; & ideò, quicquid convenit divinæ naturæ vel humanæ, potest attribui illi personæ: sive secundùm quod pro ea supponit nomen, significans divinam naturam; sive secundùm quod pro ea supponit nomen, significans humanam naturam. Item: * Quicquid potest Filius Dei per naturam, hoc potest Filius hominis, propter personæ unitatem.

¶ Quomodo mortalis Christus. INNOCENTIUS: * Fuerunt, qui dixerunt, quòd Christus mortalis utique fuit: sed voluntate; non necessitate. In eo quippe, quòd immunis erat ab omni culpâ, liber erat ab omni pœnâ: ut nihil morti deberet, pro eo quod peccati nihil haberet. Sustinuit tamen spontè mortalitatem: quia mortem sustinere volebat. Quia, si mortalitatem non suscepisset; omnino mori non potuisset. Ut ergo probaret, quod mortalis erat, non necessitate, sed voluntate: quando voluit, mortalitatem deposuit, quando voluit immortalitatem recepit.

¶ Quomodo minoratus. ALBERTUS: * Christus non est minoratus ab Angelis, nisi dispensativè, & secundum quid: scilicet in eo, quòd passibilem naturam assumsit. Quæ verò illa unita est; & non nuda: ideò etiam in illa super omnia est, & non ordinabilis cum omnibus.

¶ De Potestate Christi, inquit THOMAS: * Secundùm hæc quatuor, habet Christus magnam potestatem, ad auxiliandum Ecclesiæ. In ipso enim, secundùm humanitatem, fuit & est plenitudo gratiæ: per quam habet robur, ad resistendum Diabolo, ne Ecclesiæ noceat. In ipso etiam est sublimitas præsidentiæ: quia, etiam secundùm quod homo, dux est ac princeps Ecclesiæ, unde eam defendere potest. Item, in eo est majestas divinæ naturæ, qua æqualis est Patri: & per hoc omnia potuit. Item, in eo est dominium autoritatis judiciariæ: per quam poterit de Diabolo vindictam accipere, de his, quæ contra Ecclesiam machinatur.

¶ De Officio & Ben[illegible] Christi, ait THOMAS: * Christus est salvator homi[illegible] verus: & ideo dignè adorandus.

ALBERTU[S] [illegible] Christus; qui totum, quod possederat Diabolus, simul [illegible] traxit ad se [illegible]. Et: Nunquam possent esse [illegible] ad [illegible] si esset [illegible] naturalis. Filius enim adoptio[illegible] natus: at [illegible] aliquis filius in nullum jus a[illegible] adoptivum. Et [illegible] dedit nobis in medicamentum, in cibum, in refugium in tentationum pectorum, in laborum præmium. Et: * Christus fuit pacem inter nos & Deum per Mediatoris officium: inter [illegible] & angelos [illegible] ruinæ angelicæ restaurationem: inter Judæos & Gentes

[illegible] & unius Ecclesiæ habitaculum. Item: Missus fuit Christus, ad prædicandum Evangelium. Item: Ad hæc duo venit Christus: ut scilicet curaret naturam, [illegible]endo & patiendo, & introduceret in regnum, resurgendo & [illegible]ndendo. Et: Christus veniens in carnem, sibi desponsavit nostram naturam & Ecclesiam. Et: Christus tollit Mundi peccata tulit. Et: Christus naturam, quam condidit, non venit subvertere. Item: Christus est ostium fidei & ecclesiæ. Item: Jesus autor salutis. Item: Filius non facit in opere, nisi quod Pater præordinavit. Item: Ipse est, cui omnia vivunt: & cui non pereunt moriendo corpora, sed mutantur in melius. Et: Christus hoc elegit, ut nos à maledicto Legis absolveret.

Legi se subjecit. BONAVENTURA: Non sufficit magistro humilitatis, (cum Patri per omnia esset æqualis) quod se ipsum subderet Mariæ virgini; nisi & se submitteret Legi: quatenus eos, qui sub lege erant, redimeret, liberaretque, à servitute corruptionis, in libertatem filiorum Dei. Propter quod & matrem, quanquam mundissimam, Legem purificationis voluit observare: & seipsum, omnium redemptorem, ut primogenitum, redimi, in templo Dei offerri, hostiam pro se dari; præsentibus & exsultantibus justis.

Cur circumcisus. ALEXANDER: Christus voluit circumcidi, sex de causis. Prima, ut se ostenderet filium Abrahæ, cui præcepta est circumcisio, & cui facta est promissio: Benedicentur in semine tuo omnes gentes, ut dicitur Gen. 22. Semen autem illud Christus est: ut dicitur Galat. 4. Unde, cùm tota posteritas Abrahæ circumcideretur; non crederetur Christus de semine Abrahæ, neque illa quæ erant implenda promissiones: nisi fuisset circumcisus. Secunda fuit, ut, per libertatem suam, servitutem Legis absorberet. Unde ea ratione voluit circumcidi, quâ voluit mori. Sibi enim vita conjunxit mortem; ut mortem destrueret. Unde vita mortificavit mortem: ut Osea 13. Ero mors tua, o mors. & 1. Cor. 15. Absorpta est mors in victoria. Tertia fuit, quia non venit, Legem solvere; sed adimplere: ut dicitur Matth. 5. Adimplevit enim legem: id est, veritatem umbris exhibuit. Eadem ratione sibi, qui erat liber, tanquam unigenitus Dei, & homo sine peccato, & inter mortuos liber, (ut dicitur in Psalmis) conjunxit servitutem & duritiam circumcisionis. Sed libertas sua fortior fuit, quàm illa servitus, unde illam destruxit. Per Christum enim cessavit circumcisio. Et hanc causam tangit Apostolus, Galat. 4. cùm dicit: Factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Quarta fuit, ut se ostenderet principium & causam sanctificationis, quæ fiebat per tria remedia contra peccatum: scilicet, per sacrificia, à tempore Abel usque ad Abraham; & per circumcisionem, ab Abraham usque ad Christum; & per baptismum in novo Testamento. Principium enim decet habere illud, quod confert. Unde decuit Christum esse baptisatum, & circumcisum, & sacrificatum sive oblatum; vel pro ipso sacrificari, ut patet Lucæ. Ipse etiam seipsum obtulit in passione. Unde ad Hebræos. Hoc fecit semel, seipsum offerendo. Quinta causa fuit, ut esset frater Judæorum; ut ostenderet se esse illum, de quo Moses dixit, Deut. 18. Prophetam de gente vestrâ, & de fratribus tuis, suscitabit Dominus Deus tuus: ipsum audies. Cùm enim missus fuerit ad oves, quæ perierant, domûs Israel: (ut dicitur Matth. [illegible]) occasionem haberent Judæi non recipiendi ipsum, nisi esset circumcisus. Unde & Paulus, Actor. 16. circumcidit Timotheum, propter Judæos, qui erant in illo loco. Voluit enim Judæis credentem præficere Episcopum. & cùm illi essent circumcisi, non recepissent eum, nisi esset circumcisus. Sexta causa quare fuit circumcisus Christus, ut esset causa terminandi sive removendi circumcisionem. Voluit enim fundi sanguinem suum, in pretium quandam nostræ redemtionis à peccato: ut, post effusionem sui sanguinis, nullius alterius sanguinis effusio requireretur, ad dim[illegible] peccati.

THOMAS: Christus [illegible] quidem, ut ostenderet veritatem [illegible] [illegible] hæresim, qui dicunt eum habuisse corp[illegible] Apollinarium, qui dicit corpus Chri[illegible] con[illegible] & contr[illegible] approbaret [illegible] [illegible] Abraha[illegible] qui circumcisionis [illegible] acceperat [illegible] fidei [illegible] quam de ipso habu[illegible] ut Judæi [illegible] [illegible] [illegible] in similitu[illegible]

[illegible] dinem carnis peccati advenerat, remedium, quo caro peccati consueverat mundari, non respueret. Septimo, ut, Legis onus in se sustinens, alios à Legis onere liberaret, secundum illud Galat. 4. Misit Deus Filium suum, &c. Et: Christus sicut [illegible] natus est; ita etiam pro nobis circumcisus est. Circumcisio Christi fuit nobis medicamentum sanitatis, ut scilicet spiritualiter circumcideretur, in signum & figuram salutiferæ circumcisionis, quæ erit in generali resurrectione; quando ab omni corruptione circumcidemur.

Quomodo peccatum factus Christus. THOMAS: Deus fecit Christum peccatum: non quidem ut peccatum in se haberet, sed quia fecit eum hostiam pro peccato. sicut Osea 4. dicitur: [P]eccata populi mei comedent: scilicet Sacerdotes, qui secundum Legem comedebant hostias pro peccato oblatas. Et secundum hunc modum dicitur Esa. 53. quod Dominus posuit in eum iniquitates omnium. Vel, fecit eum peccatum: id est, habentem similitudinem carnis peccati: ut dicitur Rom. 8. & hoc propter corpus passibile & mortale, quod assumsit. Item: Christus humanam naturam assumsit, cum quibusdam defectibus. Cujus ratio triplex est. 1. Ut pro nobis satisfaceret. Esaiæ 53. 2. Ut veritatem humanæ naturæ ostenderet. [illegible]p. 2. 3. Ut exemplar virtutum nos confirmaret. Hebræor. 12.

De Oratione Christi, ait THOMAS: Ipse, in quantum homo est, offert preces nostras sibi, in quantum Deus, & Patri, & Spiritui sancto.

De Merito Christi, inquit THOMAS: Meritum Christi, quantum ad sufficientiam, æqualiter se habet ad omnes, non autem ad efficaciam. Quod accidit partim ex libero arbitrio; partim ex divinâ electione: per quam quibusdam misericorditer effectus meritorum Christi confertur; quibusdam verò justo judicio Dei subtrahitur.

De Satisfactione Christi, inquit ALEXANDER: Verum est, quòd longè major & sufficientior fuit satisfactio, quâ Christus satisfecit pro peccato primi hominis, quàm ipsum peccatum. Non tamen hanc corruptionem pœnalem tollebat, propter causas prædictas. Unde, licet satisfactio Christi excessit, respectu culpæ: nihilominus dispensative provisum fuit humanæ utilitati, ut illa corruptio pœnalis tolleretur. Si autem quæreretur: Quare tanto satisfecit; cùm minor satisfactio sufficisset? Dici potest, quòd hoc fuit, quia culpa primi hominis conveniebat; & illi, pro quo satisfactum est, expediebat. Culpæ conveniebat, ut Deus fieret homo, & homo factus moreretur. Item: Christus moriendo satisfecit pro peccato primorum parentum; & offensam Dei placavit.

THOMAS ait: Hominis puri satisfactio, sufficiens esse non potuit pro peccato: tum quia tota humana natura per peccatum erat corrupta: nec bonum alicujus personæ, vel etiam plurium, poterat, per æquiparantiam, totius naturæ detrimentum recompensare. tum etiam, quia peccatum, contra Deum commissum, quandam infinitatem habet, ex infinitate divinæ majestatis. Tantò enim offensa est gravior, quantò major est ille, in quem delinquitur. Unde oportuit, ad condignam satisfactionem, ut actus satisfactionis haberet efficaciam infinitam, utpote Dei & hominis existens. Et: Certum est, Christum venisse in hunc Mundum; non solùm ad delendum illud peccatum, quod contractum est originaliter in posteros: sed etiam ad deletionem omnium peccatorum quæ postmodum superaddita sunt. non, quod omnia deleantur, quod est propter defectum hominum, qui Christo non inhærent, secundum illud Johannis 3. Venit lux in mundum; & di[l]exerunt &c. Sed quia ipse exhibuit, quod sufficiens fuit ad omnium peccatorum deletionem. Unde dicitur Roma. 5. Non sicut delictum, sic & donum.

De Passione Christi, A[LE]XANDER inquit: In Christo fuit pœna pa[ssi]onis in corpore, & pœna etiam compassionis in de[...]re pro [pecca]to humani generis. Cum voluntate maxima pati[...] [illegible] est complementum [illegible] quæ quidem erat [illegible] [illegible] [illegible]

nem peccatorum dupliciter: per modum meriti, & per modum satisfactionis. In peccato autem sunt duo; macula, & reatus. Macula, quæ est deformitas, vel dissimilitudo ad Deum: Reatus, obligatio ad pœnam. Est igitur passio meritoria deletionis maculæ: quia meruit nobis gratiam, & omne illud, quo deletur peccatum. Unde ad Roman. 8. Si proprio filio non pepercit; quomodo non etiam illo omnia donavit? *Et est etiam satisfactoria reatus pœna: secundum quod dicitur Esaiæ 53.** Verè nostros languores ipse tulit. Et: **Fideles, post passionem, fortiora arma habent defensionis & resistentiæ, contra omnem impugnationem Diaboli. Unde ad Ephes. 6.** In omnibus sumentes scutum fidei, ut possitis omnia tela nequissimi extinguere. *Habent etiam nomen Jesu, cujus nominis invocatio pellit dæmones: sicut dicitur Marci ultim.** In nomine meo dæmonia ejicient. Itèm: * *Deus Pater fuit causa efficiens mortis Christi, ut permittens, & non prohibens mortem, cùm posset: Christus verè, ut passionem voluntariè suscipiens, nec prohibens, cùm posset: Judas verò & Judæi, ut causa procurans: Crucifixores verò, ut causa inferens mortem.* Et: * *Unde non est inconveniens dicere, quòd passus est Deus, secundùm humanam naturam, & mortuus: non passus, non mortuus, secundùm divinam. Et, sicut de persona Christi simpliciter est verum dicere, quòd est Deus; & similiter, quòd homo: ità simpliciter erit affirmare de persona Christi, proprietates Dei & proprietates hominis, tamen secundùm diversas naturas.* Itèm: * *Passio Christi fuit, ut causa meritoria nostræ resurrectionis & felicitatis.* Itèm: * *Passio autem salutaris duos habuit effectus primos & principales; scilicet mundationem à culpa, & solutionem pretii: qui fiebant in fluxu sanguinis & aquæ de latere Christi. Johan. 19.* In fluxu enim aquæ, fiebat purgatio à culpâ: in effluxu sanguinis, solutio pretii, sive satisfactio damni; quod receperat Deus Pater ex amissione hominis. Illos duos effectus contulit Baptismo: cujus virtus est ex fluxu aquæ & sanguinis de latere Christi. Unde, sicut Christus lavit humanum genus aquâ lateris: sic & Baptismus habet virtutem laxandi à culpa. Sicut satisfecit pro homine effusione sanguinis: sic habet Baptismus virtutem tollendi reatum, sive debitum.* Itèm: * *Effusio sanguinis, facta est ad nostram redemtionem; aqua, ad peccatorum ablutionem, &c. In passione facta est redemtio nostra, effusione sanguinis: quod significatur in sacramento sub specie vini.*

INNOCENTIUS inquit: * *Christus in suâ passione obtulit se hostiam Deo Patri.* Itèm: * *Quintâ-decimâ die mensis primi, quæ tunc exstitit sextâ feriâ, passus est Dominus: & præcedenti nocte, videlicet quartâ-decimâ Lunâ primi mensis, ad vesperam, ut Legis figuras adimpleret, post typicum Pascha, corporis & sanguinis sacramentum instituit.*

BONAVENTURA inquit: * *Ipsemet Dei Filius, ut peccatum interficeret, tradidit in mortem animam suam.* Itèm: *Fructus sunt duodecim. 1. est dæmonum exactio: quia abstulit eis totum Mundi principatum. 2. est carceris inferni confractio. 3. est mortuorum & peccatorum suscitatio. 4. est captivorum liberatio seu redemtio. 5. est inquinatorum mundatio. 6. est cæcorum illuminatio. 7. est tepidorum & frigidorum calefactio. 8. est deformium & turpium decoratio. 9. est sitibundorum & sitientium potatio & recreatio. 10. est Patris placatio. 11. est janua paradisi apertio. 12. est hæreditatis cœli acquisitio & confirmatio.* Et: * *Christus passus est passione generalissimâ, quantum ad naturam humanam; non solùm secundum omnia membra principalia corporis; verùm etiam secundùm omnem animæ potentiam licèt nihil pati posset secundùm divinam naturam. Passus est passione acerbissimâ: quia non solùm dolendo, ut passus per vulnera; sed etiam condolendo, prout compatiens propter nostra delicta. Passus est etiam passione ignominiosissima: & propter patibulum crucis, quod erat supplicium pessimorum; & propter consortium iniquorum, videlicet latronum, cum quibus fuit deputatus. Passus est verè passione interemtoria, per separationem animæ à corpore: salvâ tamen unione utriusque cum deitate. Anathema enim est, qui dicit, Dei Filium naturam, quam semel assumsit, aliquando reliquisse.* Itèm: *Quoniam Christus Jesus in-quantum erat Deus, æqualis Patri, in formâ [illegible] in-quantum homo innocens, nullatenus erat debitor m[illegible] dum semel [illegible] in exinanivit & factus est obediens usque ad mortem: exsolvit Deo, quod non rapuit, per obsequium perfectæ satisfactionis, & obtulit sacrificium summæ suavitatis, pro perfecta Dei placatione.* Et: *Quia homo, volens esse sapiens ut Deus, peccavit in ligno vetito, volens delectari, ita quòd inclinatus est ad libidinem, erectus in præsumtionem: ac per hoc totum genus humanum infectum est, & perdidit immortalitatem, incurrit debitam mortem: hinc est, quòd, ut ad hoc homo repararetur convenienti remedio, Deus, factus homo, voluit humiliari, & in ligno pati; & contra universalem infectionem, pati passione generalissima; contra libidinem, passione acerbissima; contra præsumtionem, passione ignominiosissima; contra mortem debitam & contractam, pati voluit mortem debitam & non-contractam, sed voluntariam.*

THOMAS ait: * *Anima Christi tota patiebatur, passione corporali.* Et: * *Christus per suam passionem meruit, & sibi, & nobis. Sibi quidem gloriam corporis: quam quamvis per alia præcedentia merita meruit; tamen per quandam decentiam, propriè claritas resurrectionis est præmium passionis. Quia exaltatio est proprium humilitatis præmium.* Itèm: * *Christus pro suâ Ecclesiâ sanguinem suum fudit, & multa alia fecit & sustinuit: quorum æstimatio est infiniti valoris, propter dignitatem personæ.* Et: * *Pro omnibus mortuus est Christus, suspensus in medio latronum; significans, quòd bona, inter bonos & malos paratus esset dare: in medio cœlo passus, scilicet in aere; ostendens se mediatorem eorum, quæ in cœlis & quæ in terrâ: in medio discipulorum post resurrectionem apparuit; ut omnes & singulos in fide roboraret.* Itèm: * *Christus mortuus est, secundum humanitatem; & revixit, secundum divinitatem.*

Itèm: * *Christus pro omnibus est passus, secundùm sufficientiam; pro electis autem tantùm, secundùm efficaciam.* Et: * *Non dicimus, Filium mortis subjectum fuisse secundum divinam naturam, in quâ est æqualis Patri; quæ est fontalis omnium vita: sed secundùm nostram naturam, quam assumsit in unitatem personæ.* Itèm: * *Quòd unigenitum Dei Verbum passum & mortuum confitemur, non hoc ei attribuimus secundùm naturam divinam; sed secundùm humanam, quam pro salute nostrâ in unitatem personæ assumsit.* Et: * *Passio Christi est fons & causa remissionis peccatorum.* Itèm: * *Sicut Christus moriendo destruxit mortem nostram: ita suo dolore nos à doloribus liberavit; & ideo mori voluit cum dolore.* Et: * *Mors Christi est operata salutem nostram, ex virtute divinitatis unita; & non ex solâ ratione mortis.* Itèm: * *Pœnam Christus sustinuit satisfactoriam, non pro suo, sed pro nostro peccato.* Itèm: * *Per occasionem Christi nostra peccata expiantur.*

Itèm: * *Mors Christi fuit nostræ morti conformis, quantum ad id, quod est de ratione mortis, quod est, animam à corpore separari: sed quantum ad aliud, mors Christi fuit à nostrâ differens. Nos enim morimur, quasi morti subjecti ex necessitate naturæ, vel alicujus violentiæ nobis illatæ. Christus autem mortuus est, non ex necessitate, sed ex potestate, & ex propriâ voluntate. Unde ipse dicit, Johan. 10.* Potestatem habeo ponendi, &c. *Hujus differentiæ ratio est: quia naturalia nostræ voluntati non subjacent. Conjunctio autem animæ ad corpus, est naturalis: unde voluntati nostræ non subjacet, quòd anima maneret corpori unita, vel separaretur. Sed quidquid enim in Christo naturale erat, totum voluntati ejus subj[ace]bat, propter divinitatis virtutem; cui subjacebat tota natura. Erat [illegible] in potestate Christi, ut, quamdiu vellet, anima ejus unita corpori maneret; & statim cum vellet, separaretur ab eo.* * *Per passionem Christi consecuti sumus [illegible] per [illegible] remissionem, a potestat[e] [illegible] Deo re[illegible] janua cœli [illegible] apertio [illegible] passionem sustinuit [illegible] satisfactiones [illegible] & passiones oper[illegible] ad exp[illegible] peccatum.* Et: *Sicut Chri[stus] [illegible] in anima [illegible] corporis, habuit gratiam [illegible] in ad [illegible] mortis statu perveniret [illegible] per passionem ipsius liberamur quidem [illegible] cujuslibet pœn[æ] [illegible] men, quòd primum in anima recuperamus per adoptionem [illegible] quo adscribimur ad hæreditatem gloriæ immortalitatis ad[illegible] [illegible] habentes postmodum verò [illegible]*

[illegible]bus & morti Christi, in gloriâ & immortalitate perducimur ad vitam. Et: * Per mortem Christi, dicitur etiam destructa in nobis animæ mors, quæ est peccatum, secundum illud Roman. 4. * Traditus est in mortem propter delicta nostra, & mors corporis, quæ consistit in separatione animæ à corpore: secundum illud 1. Corinth. 15. Absorpta est mors in victoria. Itèm: * Per passionem suam, satisfecit Christus pro peccato humani generis. Et: * Licet Christus non sit passus, secundum quod Deus: tamen caro ejus est deitatis instrumentum, & ex hoc passio ejus habet quandam divinam virtutem, dimittendi peccata. Et: * Passio Christi sortitur effectum suum in illis, quibus applicatur per fidem & charitatem, & per [illegible] fidei sacramenta. Itèm: * Non solùm Christus mortem pati voluit, sed & alia, quæ ex peccato primi parentis in posteros perveniunt, dum pœnam peccati integraliter suscipiens, nos perfectè à peccato satisfaciendo liberaret. Horum autem quædam præcedunt mortem, quædam mortem subsequuntur. Præcedunt quidem mortem, corporis passiones, tam naturales, ut fames, sitis, lassitudo, &c. quàm etiam violentæ, ut vulneratio, flagellatio, & similia. Itèm: * Sicut Christus suâ morte mortem destruxit, ità suâ resurrectione vitam nostram reparavit. Est autem hominis duplex mors, & duplex vita. Una quidem mors est corporis per separationem ab animâ: alia, per separationem à Deo. Christus autem, in quo secunda mors locum non habuit, per primam mortem, quam subiit scilicet corporalem, utramq; in nobis mortem destruxit, id est, corporalem & spiritualem. Et: * Per Christi passionem & mortem, resurrectionis & ascensionis gloriam, à peccato & morte liberati sumus, & justitiam, & immortalitatis gloriam, hanc in re, illam in spe, adepti. Hæc autem, scilicet passio, mors & resurrectio, & etiam ascensio, in Christo sunt completa secundùm humanam naturam. Consequenter igitur oportet dici, secundum ea, quæ Christus in humanâ naturâ vel passus est, vel fecit, nos à malis, tam corporalibus, quàm spiritualibus, liberando, ad spiritualia & æterna bona promovere. Et: * Non debemus credere, quòd Dominus ità sustinuerit mortem, quòd deitas mortua sit; sed quòd humana natura in ipso mortua sit. Non enim mortuus est, secundùm quod Deus erat; sed quod homo. Itèm: Christus suâ passione fecit balneum in suo sanguine, quo peccatores lavaret. Et: * Mors Christi fuit in separatione animæ à corpore, sicut & aliorum hominum. Sed divinitas ita insolubiliter juncta fuit homini Christo: quòd, licèt anima & corpus separarentur ab invicem, ipsa tamen deitas perfectissimè, & animæ, & corpori adfuit. & ideo in sepulcro cum corpore fuit Filius Dei, & ad inferos cum animâ descendit.

ALBERTUS: * Christus non est passus tantùm in corpore, sed etiam in animâ. Et: * Ad quæstionem; An Christus necessitate, vel [illegible] lâ voluntate passus sit? dicendum, quòd necessitatem moriendi assumpsit. & assumere quidem est voluntatis, & non necessitatis, ordinatæ tamen ad hunc modum redemtionis. Sed assumtione factâ materiæ & naturæ, necesse fuit pati & mori, sed non necessitas personæ: quia persona omnipotens semper fuit; & repellere mortem potuit, si voluisset. Est autem necessitas illa naturæ, duobus modis distincta à nostrâ necessitate. quorum unus est, quia non est contracta, ut nostra: alius modus est, quia materia naturæ in nobis dupliciter disponitur ad patiendum, scilicet corruptione vitii, & passibilitatis. In Christo autem habuit tantùm alteram illarum [illegible] positionum, scilicet passibilitatis naturæ; non vitii. Itèm: * Crudele videtur, non dimittere peccatum, nisi in merito innocentis. Deus autem Pater non est crudelis contra Filium. Ergo videtur, quòd [illegible] debuit peccatum remittere quàm moreretur Filius. Dicendum ad hoc [illegible] quòd Pater non [illegible] Filii sanguinem [illegible] in eum. sed, cùm [illegible] suam nega[illegible] ceretur misericordiâ hu[illegible] redemtion[illegible] [illegible]ventem ad satisfa[illegible] de [illegible] homo [illegible] sicut dicitur Jo[illegible] [illegible]: * Non remitti[illegible] [illegible] pro nobis; licet a[illegible] [illegible] ab[illegible] lutè, & sine [illegible] Quorum [illegible] [illegible] maximè in Christ[illegible] [illegible] mors est. Al[illegible]

ratio fuit: quia, si pretiosa fuit in conspectu Domini mors sanctorum ejus; pretiosissima est mors Christi, & pretio plena. Tertia, utilitas totius redemtionis in genere humano. Oseæ: O mors, ero mors tua. Quarta est, honesta causa moriendi. Posuerunt enim super caput ejus causam, Jesus Nazarenus, &c. id est, hæc est mihi causa moriendi, quòd sum salvator, florens gratiâ & virtute redemtionis, rex confitentium & glorificantium Deum. Itèm: * Nullo modo separata fuit Deitas in triduo. Vinculum enim gratiæ unionis, inseparabiliter fortius fuit vinculo naturalis conjunctionis, animæ & corporis: & ideò, soluto vinculo naturali, remansit vinculum gratiæ. Et: * Christus in se, & pro aliis patiebatur, & Mundo crucifigebatur. Itèm: * Mors Christi supra naturam fuit in hoc, quòd propriâ potestate animam posuit; & iterum, quando voluit, sumsit. Et: * Christus punitus est propter peccata, non quæ fecit ipse; sed quæ fecerunt primi parentes, & posteritas eorum. Itèm: Detinere Filium Dei non poterat in morte. Si enim per necessitatem mortis corruptus fuisset; & non à corruptione conservasset: inutilis ejus mors nobis fuisset; & non nos liberasset. Itèm: Mors autem [illegible] dicitur transitus: quasi propriâ potestate transiens [illegible]quam à mortis vinculis, vel claustris, detentus fuit, sed omnia ista, per mortem & infernum transiens ad vitam [illegible] egit. Et: * Apparet, Christum secundùm humanam naturam passum: quia secundùm divinam naturam tradi non potest. Itèm: Sed dicendum, quòd Christus verè pro passione tristatus est, & contristatus: hoc est, simul in sensualitate, & ratione [illegible] corde, tristatus. Et magis etiam tristatus omnibus aliis [illegible]ctis. Quantò vita fuit melior & dignior: tantò etiam angustia mortis amarior. Itèm: * Christus mortuus est propter delicta nostra; ut nos à morte absolveret: ità resurrexit propter nostram justificationem; & ut nos ad immortalitatem secum educeret; & ut sua resurrectio nostræ resurrectionis causa esset. Itèm: * Mors Domini, occultatio est virtutis & operum divinitatis, & retractio ad interiora. & ideò [illegible] operationes divinitatis & virtutem ad exteriora reduxit.

¶ De Redemtione nostri ALEXANDER inquit: * Quod non est principium ad esse, nec est principium ad reparationem esse. Ideò Adam non potuit reparare naturam humanam: nec omnes alii possent, propter eandem impotentiam. Oportuit ergo, quòd reparator humanæ naturæ esset principium illius, & de genere illius, sicut ostensum est. Sed principium illius est Deus, res illius generis, est homo. Ergo reparator humanæ naturæ debuit esse Deus-homo, & non Adam. Et: Ista redemtio non potuit esse, nisi per satisfactionem, nec satisfactio, nisi per passionem. Ideò, secundum necessitatem causæ finalis, fuit necessitas patiendi in Christo.

INNOCENTIUS ait: * Redemtio propriè dicitur liberatio, quæ fit dato pretio. Homo namq; se-ipsum vendere potuit, in servitutem Diaboli; sed redimere non potuit se-ipsum à servitute Diaboli. Unde, ad redemtionem ipsius, necessaria fuit misericordia Domini. Itèm: * Pro solis prædestinatis effusus est, quantum ad efficientiam: sed pro cunctis hominibus effusus est, quantum ad sufficientiam. Effusio quippe sanguinis justi pro injustis, tam fuit dives ad pretium: ut, si universitas crederet in Redemtorem, nullum omninò Diaboli vinculo retineret.

THOMAS: * Si loquimur de redemtione humani [illegible]ris, quantum ad quantitatem pretii: sic qualibet passio Christi, sine morte, suffecisset ad redemtionem humani generis, [illegible] per infinitam dignitatem personæ. Et: * De redemtione [illegible] [illegible]ctâ per passionem Dei [illegible] est [illegible] duplicitor. Aut secundum sufficientiam. & sic passio redemit omnes: quia, quantum [illegible] de se omnes liberavit. Omnibus enim redimendis & [illegible] est, etiamsi essent infiniti mundi. Aut [illegible] efficientiam. & sic non omnes redemit per passionem: quia [illegible] adhærent redemtori: & ideò non omnes hab[illegible] [illegible] redemtion[illegible] [illegible] erat Deo, [illegible] per incarnationem [illegible]onem gratia humano generi co[illegible] [illegible] non potuit [illegible] consequi suppositis [illegible] quod Deus cum sit [illegible]

citi, quod in facto Dei considerandum est, quod convenienter fieri potuit, etiamsi alio modo illud Deus facere potuisset. alioquin omnia eius opera simili ratio tollit. Si enim consideretur, quare Deus fecerit cælum tanta quantitatis; & quare condiderit in tanto numero stellas: sapienter cogitanti occurret, secundum quod sic convenienter fieri potuit; licet aliter facere potuerit. Dico autem hæc, secundum quod credimus, totam naturæ dispositionem, & humanos actus divinæ providentiæ esse subiectos. Si aliquis ergo convenientiam passionis, & mortis Christi, pia intentione consideret; tanta scientiæ profunditatem inveniet: ut semper aliqua cogitanti plura & maiora occurrant, ita quod experiri possit verum esse, quod Apostolus dicit, 1. Corint. 1.* Nos prædicamus Christum crucifixum, &c. Primò ergo considerandum occurrit, quòd Christus humanam naturam assumpsit, ad lapsum hominis reparandum. Ea ergo oportuit Christum pati & agere, secundum humanam naturam, quæ possint remedium adhiberi contra peccatum. Peccatum autem hominis in hoc consistit: quòd homo, corporalibus adhærendo, spiritualia bona prætermittat. Hoc ergo decuit Dei Filium in assumpta humana natura ostendere, per ea quæ fecit, & passus est: ut homines temporalia bona vel mala pro nihilo ducerent; ne ob eorum inordinato affectu impediti, spiritualibus minus dediti essent.

ALBERTUS:* Perfecta Dei sunt opera redemptionis; sicut perfecta sunt opera creationis. Et speramus, quòd ita perficientur opera glorificationis: ut occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Et: Pretium redimens debet esse pretiosum, abundans sive copiosum, dapsile, non refutabile, damnum solvens, & pignus recuperans. Et:* Dominus opus redemptionis nostræ complevit. Et:* Tunc enim, cum clamore valido & lacrymis, obtulit pro nobis hostiam salutarem: in qua oblatione consummatum est opus nostræ redemptionis. Idem:* Peccando regnum cælorum amiseramus; & ideò nobis ad regnum cælorum, & coniunctionem divinam, nulla erat congruitas. Sed post Rex hoc fecit, ut iterum congrueret redemptio: quod incompetens erat damnatis per peccatum.

ÆGIDIUS:* Innocens natura per Adam est corrupta: per Christum verò, mediatorem Dei & hominum, est restaurata.

¶ Quomodò Christus descenderit, ALEXANDER explicat.* Descendere dicitur de Filio Dei, non propriè; sed transumptivè. Transumptum autem est verbum, ad significandam incarnationem. Nam sicut iste, qui descendit, tendit a sursum in deorsum: sic cum Deus factus est homo, qui super omnes res est naturâ, bonitate, dignitate, rem infirmam sibi univit. Nihil aliud ergo est descendere, quam in carne humili apparere.

¶ De Descensu Christi ad inferos, hanc opinionem habet BONAVENTURA:* Anima Christi, post passionem, descendit ad infernum sive ad limbum, ad liberationem, non omnium, sed eorum, qui inter membra Christi decesserunt per fidem vivam, vel per fidei sacramenta.

THOMAS ait:* Christus moriens ad inferna descendit, (ut in Symbolo continetur) sicut antè per Prophetam prædictum fuerat:* Non derelinques animam meam in inferno. Quod Petrus in Actis*. de Christo exponit. Licet Christus alio modo ad inferna descendit, non quasi peccato obnoxius: sed solus inter mortuos liber ad hoc descendit; ut, exspolians principatus & potestates, captivam duceret captivitatem: sicut fuerat prædictum Zach. 9.* Et:* Articulus fidei est, quòd Christus secundùm animam descendit ad inferos. Idem:* Anima Christi, separata à corpore, descendit ad inferos. Et:* Licèt Christus passus sit pro peccatoribus, & ad infernum descenderit: non tamen liberavit omnes; sed illos tantùm, qui sine peccato mortali erant. Illos verò, qui in mortali decesserant, dimisit. Et ideò nullus, qui cum mortali peccato illuc descendit, speret veniam. Idem:* Anima Christi descendit quidem ad inferos, secundùm locum: non autem, ut ibi pœnam subiret, sed magis, ut alios a pœna absolveret, qui propter peccatum primi parentis illic detinebantur; pro quo plene iam satisfecerat, mortem patiendo. Unde post mortem nihil patiendum restabat. Sed absque omni pœnæ passione, localiter ad infernum descendit: ut se vivorum & mortuorum liberatorem ostenderet. Ex hoc etiam dicitur,* [illegible] solus inter mortuos fuit liber: quia anima eius in inferno non subiacuit pœnæ, nec corpus eius corruptioni [illegible] autem Christus, descendens ad inferos [illegible] ra it, qui pro peccato [illegible] tenebantur: illos tantum reliquit, qui pro peccato proprio ibidem pœnis erant addicti. Et ideò dicitur ad infernum momordisse, & non absorbuisse: quia scilicet partem liberavit, & partem dimisit.

ALBERTUS:* Descensus ad inferos est de articulis Symboli Apostolorum. Descensus enim completur in liberatione eorum, qui in inferno sunt.

¶ De Resurrectione Christi, inquit ALEXANDER:* Quantum ad nos, non fuit conveniens, quod differretur resurrectio eius: imo necessarium erat, quòd resurgeret, quo ad nos quia ad faciendum fidem in nobis. Quia, nisi citò resurgeret, quasi nullus deinceps ipsum crederet esse Deum. Item necessarium erat, quòd citò resurgeret: ut daretur nobis forma & exemplar nostræ resurrectionis. Non enim possemus ita allici ad amorem beatitudinis: nisi exemplar nostræ resurrectionis videremus.

INNOCENTIUS ait:* Sicut leo, rugitu maximo, tertia die, suos catulos excitat: ita Deus Pater, immensa potentia, Filium suum tertia die suscitavit.

THOMAS ait:* Per stellam Luciferum, qui sua ortu diem lucere nuntiat, signatur Christus: qui, resurgens à mortuis, fidei lucem & claritatem nobis attulit; quia propter nos resurrexit. Et:* Totus sanguis, qui de corpore Christi fluxit, cùm ad veritatem humanæ naturæ pertineat, in corpore Christi resurrexit: & eadem est ratio de omnibus particulis, ad veritatem & integritatem humanæ naturæ pertinentibus.

BONAVENTURA:* Tertia die resurrexit a mortuis, resumendo corpus vivificatum: sed non tale, quale prius fuerat. Quia prius fuerat passibile & mortale: postea autem resurrexit impassibile & immortale, vivens in sempiternum.

¶ De Ascensione, ALEXANDER ait:* Ascensionis causa fuit gloria, quæ est in societate confruentium. & in hoc est magna gloria; & maximè in illo loco, qui plus participat operatione Dei & gratiæ: ubi congregata fuit beata anima cum Angelis, & simul videns Deum. Hanc enim gloriam adduxit ascensio: & sic patet, quòd ascensio est causa nostræ beatitudinis sive ascensionis.

INNOCENTIUS inquit:* Solus Christus ad cælum ascendit, sicut solus descendit.

THOMAS:* Sicut de Filio dicitur, quòd est natus, passus, sepultus: non tamen secundum naturam divinam, sed secundùm humanam: ita & de Filio Dei dicitur, quòd ascendit in cælum: non quidem secundum divinam naturam, sed etiam secundùm humanam. Nam, secundùm divinam naturam, nunquam à cælo discessit; semper ubique existens. Unde ipse dicit Johan. 3.* Nemo ascendit in cælum, &c. Per quod datur intelligi, quòd sic de cælo descendisse dicitur, naturam assumendo terrenam; quod tamen in cælo permansit. Ex quo etiam considerandum est, quòd solus Christus propria virtute cælos ascendit. Locus enim ille debebatur ei, qui de cælo descenderat, ratione suæ originis. Alii verò per se ipsos ascendere non possunt; sed per Christi virtutem, eius membra effecti.

ALBERTUS:* Ascendit, secundùm quod homo: quia sic hominibus formam filiationis communicavit, per quam in cælum exaltatur. Descendit autem, secundùm quod Deus: quia sic in forma humana visibilis apparuit; ut hominibus formam daret divinam. Idem:* Ascendit illuc, ubi prius fuit, in æqualitate Patris, secundùm quod fuit eadem persona ab æterno. In hac enim, quam assumpsit, nec commixtionem passus est, neque divisionem, neque mutationem aliquam sustinuit. Assumpsit enim, quod non erat; mansit, quod erat.

¶ De Sessione ad dexteram ALEXANDER ait:* Esse ad dexteram patris, nisi possit convenire alii a Christo: non tamen sedere ad eius dexteram: quia sedere importat [illegible] vel æqualitatem, & quandam communionem [illegible] beatitudinis cum Patre quod nulli alii a Christo convenit [illegible] esse ad dexteram, est esse in æterna beatitudine [illegible] convenit aliis multis quam Christo.

BONAVENTURA: Post 40. dies ascendit ad cælos ubi super omnem creaturam exaltatus, sedet ad dexteram Dei Patris. Quod dictum non intelligitur, quantum ad situm, qui non competit Deo Patri; sed quantum ad excellentiam bonorum, quia scilicet residet in potioribus bonis paternis.

THOMAS:* Sicut ascendere in cælum, convenit filio Dei secundum humanam naturam: ita additur alterum, quod [illegible]

[illegible] ad dextram [illegible]. Non enim sic cogitanda [illegible] dextra [illegible] corporalis [illegible] a dextra est potior pars animalis, datur [illegible] hoc intelligi [illegible] consideat Patri, non in aliquo minoratum ab ipso, [illegible] secundum divinam naturam; sed omninò in ejus æqualitate existens. Potest tamen & hoc ipsum attribui Filio Dei secundum humanam naturam: ut, secundum divinam naturam, intelligamus Filium in ipso Patre esse secundum essentiæ unitatem, cum quo habet unam sedem regni, id est, potestatem eandem. Sed quia Regibus solent aliqui assidere; quibus scilicet aliquid de regia potestate communicant: ille autem potissimus in regno esse videtur, quem [illegible] ad dextram suam ponit: meritò Filius, etiam secundum humanam naturam, dicitur ad dextram Patris sedere, quasi [illegible] omnem creaturam, in dignitate cœlestis regni, exaltatus. [illegible] tertio modo, sedere ad dextram, est proprium Christi, [illegible]: sedere ad dextram Patris, nihil aliud est, quam simul cum Patre habere gloriam deitatis, & beatitudinem, & judiciariam potestatem, immutabiliter & regaliter.

¶ De Mediatore, BONAVENTURA inquit: * Principium nostrum reparativum, Verbum scilicet incarnatum, nos reparat in quantum Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus. In [illegible] sui, habet salvare, in quantum Christus unctus, habet unctionis gratiam in alios derivare.

THOMAS: * Christus est mediator Dei & hominum, etiam secundum humanam naturam: in quantum cum hominibus habet passibilitatem; cum Deo verò justitiam, quæ est in eo per gratiam. Et ideò requiritur, præter unionem, habitualis gratia in Christo, ad hoc, quod sit mediator & caput. Et: * Dicitur Filius rogare vel orare, secundùm naturam assumtam, scilicet humanam.

Mediatorem debuisse esse innocentem, THOMAS docet: * Christus debuit esse a peccatoribus segregatus, quantùm ad culpam, quam venerat destruere; non quantum ad naturam, quam venerat salvare secundùm quam debuit per omnia fratribus assimilari, ut ad Heb. 2. dicitur. Et in hoc etiam mirabilior est ejus innocentia, quòd de massa peccato subjecta natura assumta, tantam habuit puritatem.

ALBERTUS: * Filius hominis non ex concupiscentiâ natus, & ideò peccatum non habens ex nativitate. Tangit etiam naturam in hoc, quæ pati potuit, in quantum filius hominis est. Traditus est à Patre, à se-ipso, à Discipulo, à Judæis. A Patre traditus est in reconciliationem: à seipso in hostiam: à Judâ Judæis: à Judæis Gentibus: à Gentibus in mortem.

¶ De Gratiâ Christo datâ, THOMAS inquit: * Christo data est gratia, non tantùm sicut singulari personæ, sed in-quantum est caput Ecclesiæ: ut scilicet ab ipso redundaret ad membra. Et ideò opera Christi hoc modo se habent, tam ad se, quam ad sua membra: sicut se habent opera alterius hominis in gratia [illegible], ad ipsum. Manifestum est autem, quod quicunque in [illegible] constitutus, propter justitiam patitur, ex hoc ipso meretur salutem, secundum illud Matth. 5. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Unde [illegible] non solum suam passionem sibi, sed etiam omnibus membris suis, meruit salutem.

¶ De [illegible]rantiâ extremi diei, ait THOMAS: * Non potest [illegible] Filius horam adventus sui ignoret, cum in eo [illegible] thesauri sapientiæ [illegible] scientiæ absconditi, ut Apostolus [illegible] id quod majus est, per [illegible] cognoscat, scilicet [illegible] quia Filius, inter homines homo [illegible], ad modum ignorantis se habuit, dum Discipulis non revelavit.

¶ [illegible] Adventu Christi [illegible] Quadruplex [illegible] adventus [illegible] facta [illegible] primum in [illegible] quartum in [illegible] igne judicii. [illegible] judicis.

[illegible] ad [illegible] & [illegible] An-

[illegible] generatione [illegible] carnis [illegible] sed gloriam [illegible] resurrectionis.

DE SPIRITU SANCTO.

ALBERTUS: * Spiritus autem dicitur, quia spirat, quia vivificat [illegible] illuminat; quia occultus est, & à carne & sanguine non percipitur. Sanctus autem dicitur, quia mundus est ab omni inquinamento & liber; quia sanctus, quia divinus [illegible].

[illegible] * Spiritus sanctus est vinculum & nexus, sive communio Patris & Filii: & hoc multiplici ratione. 1. [illegible] est amor, procedens à Patre & Filio communiter & uno modo. Amor autem nexus est & vinculum amantium. 2. Quia exit à Patre & Filio [illegible] unitate substantiæ cum Patre & Filio. Quod non posset esse, nisi eadem esset una substantia Patris & Filii. & ideò ostendit unitatem substantiæ Patris & Filii. Unde Augustin. in 15. lib. de Trinitate: Charitas, quâ Pater diligit Filium, & Filius Patrem, [illegible] communionem monstrat amborum. 3. Quia exit à Patre & Filio, per eandem habitudinem & relationem sive notionem; quæ est communis spiratio. 4. ratio est: quia ipse Spiritus sanctus est unio, sive communio, per quam nos unimur Deo, & communicamus ipsam summam bonitatem, & ipsa bona divina. Ipse enim amor est: amor autem est [illegible] donum. Quicquid autem donatur, proprio amore donatur. [illegible] ideò quia ab ipso omnia nobis donantur, per ipsum dicitur communio quatuor modis. Ergo dicitur communio sive unio, vel nexus Patris & Filii, effectivè; quia ei attribuitur effectus unionis, sive communionis Dei ad nos: relativè, quia ipse refertur ad Patrem & Filium, ratione unius habitudinis vel relationis, quæ est communis spiratio, secundùm quam est ab illis: ostensivè quia ipse ostendit unam & eandem substantiam esse Patris & Filii: quartò formaliter; quia ipse est amor Patris & Filii. Itèm: * Spiritus sanctus, non solùm per appropriationem est donum: sed etiam per suam proprietatem, est amor procedens à Patre & Filio. Quia amor est per proprietatem: quia illud, quo propriè datur aliquid alii, est amor. Unde amor est ratio doni, & est illud, quod primo donatur. quia, si ex aliâ causâ detur aliquid, quam ex pura liberalitate & amore, non est donum propriè: ut, si detur aliquid ex timore, non est donum; sed redhibitio. Similiter, si ex cupiditate detur, non est donum, sed quæstus. Ergo donum propriè respicit liberalitatem & amorem dantis. Quia ergo Spiritus sanctus est amor: ideò est donum: & quia est donum; ideò ipse est gratia. Itèm: * Gratia increata est Spiritus sanctus. & dicitur Spiritus sanctus gratia, secundùm quod dicitur donum & dicitur donum secundùm quod dicitur amor. Ipse enim Spiritus sanctus, secundùm proprietatem suam, amor est; & ut amor procedit à Patre & Filio. & ideò, quia donum est, ideò amor est: quia nihil est donum, nisi ratione amoris. Nam, si aliquid detur ex timore; non est donum propriè, imò redemtio. Similiter si detur ex cupiditate, non est donum, sed quæstus. Sed donum propriè est ex amore & liberalitate, & sine coactione. Unde in omni dono primò donatur amor. Et sic Spiritus sanctus dicitur gratia, quia donum: & dicitur donum, quia amor. Et hoc est illud gloriosum donum, de quo Johan. 14. * Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis. Spiritus sanctus eos facit gratos, quos facit [illegible] deformes: hoc autem facit, quia amor est.

ÆGIDIUS ait: * Spiritus est amor, nectens Patrem & Filium: & est amor, in quo diligit Pater filium, & e converso.

BONAVENTURA: * Spiritus sanctus est donum increatum, optimum & perfectum: quod descendit à Patre luminum, per Verbum incarnatum.

[illegible]NTIUS: * Spiritus sanctus est amor, & delectatio utriusque, ab utroque procedens: sed nec posterior, nec minor utroque tanquam [illegible] substantialis vel coæternus utrique.

[illegible] * Spiritus [illegible] in Scriptura, non nisi pro [illegible] sancto consue[illegible]. [illegible]: * Spiritus sanctus est amor [illegible] Filius quo [illegible] & nos diligimus. Ex [illegible] Spiritus [illegible] natura [illegible] ex in effectu.

¶ [illegible] scripturarum testimo[illegible] credentibus [illegible] verus sit [illegible] Patre & Filio [illegible].

[illegible] * A hac [illegible] inexplicabili [illegible] apert[illegible] & [illegible]

¶ Est hypostasis. THOMAS: * *Spiritus sanctus, quo nobis insinuatur divinus amor, non est aliquid accidentale in Deo; sed est res subsistens in essentiâ divinâ: sicut & Pater & Filius. & ideò in regulâ catholicæ fidei ostenditur coadorandus, & simul glorificandus cum Patre & Filio.*

¶ Coëssentialis Patri & Filio. INNOCENTIUS: * *Pater & Spiritus sanctus sunt ejusdem naturæ tantùm.* Et: * *Spiritus sanctus substantialiter est in utroque.*

THOMAS ait: * *Spiritus sanctus est Christo connaturalis, secundùm divinam naturam.* Itèm: * *Spiritus sanctus est ejusdem substantiæ cum Patre & Filio. quia, sicut Filius est verbum Patris; ita Spiritus sanctus est amor Patris & Filii, & procedit ab utroque. Et, sicut Verbum Dei est ejusdem substantiæ cum Patre: ità & Amor cum Patre & Filio.* Et: *Spiritus sanctus est æqualis Patri & Filio, quoad cultum.*

ÆGIDIUS: * *Spiritus sanctus est unus Deus cum Patre & Filio.*

¶ Innascibilis. ALBERTUS: * *Spiritus sanctus, quámvis ab alio sit; tamen nascibilis non est: & ideo Filius inconvenienter esset.*

¶ Imago Filii. ALEXANDER: * *Spiritus sanctus est imago Filii: quia convenit cum eo in essentiâ, & in proprietate, quia est, quia ipse ab alio, sicut Filius.*

THOMAS: * *Sciendum, quòd à sanctis Græcis duæ autoritates sacræ Scripturæ inducuntur, in quibus videtur dici, quòd Spiritus sanctus sit imago Filii. Dicitur enim Rom. 8.* * Quos præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui. *Imago autem Filii, nihil aliud videtur esse, quam Spiritus sanctus. Itèm 1. Corint. 15. dicitur:* * Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis, id est, Christi. *Per quam imaginem, intelligunt Spiritum sanctum: licet, in his authoritatibus, Spiritus sanctus non expressè imago dicatur. Potest enim intelligi, quòd homines conformentur imagini Filii, vel portent imaginem Christi, in quantum ipsi homines sancti, per dona gratiarum, ut sint similes Christo, perficiuntur: secundùm illud Apostoli, 2. Corint. 3.* * Nos autem revelatâ facie gloriam Domini speculantes, &c. *Hic enim imaginem non dicit esse Spiritum Christi; sed aliquid à Spiritu Dei in nobis exsistens. Sed quia præsumtuosum est, tàcerum Doctorum tam expressis autoritatibus contraire: possumus quidem dicere, Spiritum sanctum esse imaginem Patris & Filii: ita, quòd per imaginem nihil aliud intelligatur; quàm exsistens ab alio, & ejus similitudinem gerens. Si autem per imaginem intelligatur aliquid exsistens ab altero, ex ipsa sua originis ratione habens, quòd similitudinem gerat ejus, à quo exsistit, in-quantum est ab altero; ut Filius genitus, vel ut Verbum conceptum: sic solus Filius dicitur imago. De ratione enim Filii est, quòd similitudinem habeat Patris, in quacunque naturâ. Et similiter de ratione Verbi est; quòd sit similitudo ejus, quod verbo exprimitur: cujuscunque sit verbum. Sed non est de ratione Spiritûs vel Amoris, quòd sit similitudo ejus, cujus est, in omnibus divinis: sed hoc in Spiritu Dei verificatur, per essentiæ unitatem & simplicitatem, ex quâ oportet, quòd, quicquid est in Deo, sit Deus. Nec obstat ad rationem imaginis, quòd Spiritus sanctus non convenit cum Patre, in aliquâ personali proprietate: quia similitas & æqualitas divinarum personarum, non attenditur per proprietates personales; sed tantùm attributa essentialia. Neque enim inæqualitas & dissimilitudo, secundùm personalium proprietatum differentiam, in divinis dici debet: sicut Augustinus dicit, in libro contra Maximum. Cùm enim Filius dicitur à Patre genitus: non ostenditur inæqualitas substantiæ, sed ordo naturæ. Similiter etiam non obstat, quòd Spiritus sanctus est à duobus. Est enim à duobus, in-quantum sunt unum: cùm Pater & Filius sint unum principium Spiritûs S.*

¶ Coæternus. THOMAS: * *Sicut Filius Dei, qui est verbum Dei subsistens, est in naturâ divinâ, & Patri coæternus, atque perfectus & unicus: ita etiam hæc omnia de Spiritu sancto confiteri oportet.*

¶ De Processione, inquit ALEXANDER: * *Procedere potest intelligi dupliciter. Vel processio absolutè & decisè, aut cum superadditione alicujus dignitatis seu differentiæ. Secundùm primum modum, est proprium Spiritûs sancti: quia procedere Filii, non intelligitur sine superadditione alicujus dignitatis; quæ est, procedere secundùm principaliorem modum: sive procedere ab alio, ita ut etiam accipiat, quòd ab eo sit alius in procedendo. & ideò hujusmodi processio, generatio debet dici: cùm processio per generationem sit principalior, inter omnes modos procedendi. & ità denominatur à digniori, sive à differentiâ superadditâ. sicut Homo non dicitur sensibile propriè; sed rationale. Procedere verò præcisè vel absolute intellectum, hoc est procedere tantùm Spiritûs sancti.* Itèm: * *Procedere dicitur dupliciter. Uno modo dicitur procedere in motu locali: qui motus est ab aliquo in aliquid. Alio modo dicitur procedere, in exitu creati à causâ, vel motûs à movente. Secundùm primum modum, procedere requirit duplicem terminum; à quo, & in quem. Secundùm modum secundum, non requirit nisi unum; scilicet à quo. Unde & secundùm hos duos modos potest transsumi, ad processionem Spiritûs sancti, verbum Procedendi. Græci verò, verbum Procedendi transtulerunt à locali motu. Unde processionem Spiritûs sancti æternam intellexerunt ab aliquo in aliquem: & ideò secundùm hunc modum non concesserunt, quòd procederet Spiritus sanctus à Filio in Patrem. Quod non est conveniens: cum in ipso Patre sit ratio primi principii; & nihil habeat Pater à Filio. Si autem diceretur, quod procederet à Filio in Patrem: videretur Pater aliquid habere à Filio. Sed concesserunt, quòd procedat à Patre in Filium. in quo ostenditur quod est amor Patris ad Filium: & etiam insinuatur, quod Filius habet esse à Patre. Latini verò transsumunt verbum Procedendi, ab exitu sive processu creati à causâ. Unde dicunt, quod procedere est ab aliquo exire; quámvis non in aliquem. secundùm quod dicitur à mente & notitiâ procedere amor; quámvis non intelligitur in aliquid. Et secundùm hunc modum dicunt Latini, quod Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio: quia exit ab utroque, ut amor à notitiâ & mente.* Et: * *In hoc erraverunt Græci; quod posuerunt Spiritum sanctum à patre solo immediatè procedere; & nullo modo à Filio.* Et: *Græci autem in hoc erraverunt; quod crediderunt, & fecerunt solum comparationem ad verbum exterius, & spiritum exteriorem: videntes, quòd spiritus exterior non procedit à verbo exteriori; sed à dicente, sic dicentes de spiritu sancto.*

INNOCENTIUS ait: * *Spiritus sanctus à Patre procedit & Filio; & cum eis est verus & vivus Deus, benedictus in secula seculorum.*

THOMAS ait: * *Sicut Spiritus sanctus est à Patre, ità & à Filio: neque tamen sequitur, quòd Filius & Spiritus sanctus sint à Spiritu sancto: licèt & ipse habeat unam naturam cum patre.* Itèm: *Spiritus sanctus est à Filio, tanquam proprius character ejus. Quod habetur Joh. 16.* * *ex persona Filii, de Spiritu sancto dicentis:* Ille me clarificabit: quia de meo accipiet. *Constat, quod non accipiet à Filio Spiritus sanctus, quasi prius non-habens: quia sic esset mutabilis & indigentis naturæ. Constat ergo, quòd ab æterno accepit à Filio: nec potuit accipere aliquid, quod non sit ejus essentia ab æterno. Ergo accipit Spiritus S. essentiam de Filio. Rationes autem, quare de Filio acceperit Spiritus sanctus, ipsemet Filius subjungit, dicens:* * Omnia, quæcunque habet Pater, mea sunt: propterea dixi, quòd de meo accipiet. *quasi diceret: Quia eadem est essentia Patris & mea: non potest Spiritus sanctus esse de essentiâ Patris, quin sit de meâ essentia. Traditur enim in sacra Scripturâ, quòd Filius per Spiritum sanctum operatur, sicut habetur Rom. 15.* * Per me efficit Christus, *scilicet miracula & alia bona, dicit Apostolus,* in Spiritu sancto, *id est, per Spiritum sanctum.* Et: * *Necesse est dicere, Spiritum sanctum esse à Filio. Si enim non esset ab eo: nullo modo posset ab eo personaliter distingui.*

ALBERTUS ait: * *Spiritus sanctus à Christo procedit in plenissimo robore.* Et: * *Similiter autem Spiritus S. licet sit persona, per quam dona gratiarum distribuuntur: tamen ipso nomine non importat, nisi respectum processionis passive. Et ideò non ad nos sub hoc nomine; sed ad Patrem & Filium, secundùm quod Principium spirandi sunt, refertur. Et ideò dicitur Spiritus S. Patris & Filii spirantium spiritus, & non noster spiritus. Cùm autem absolute dicitur Spiritus: tunc essentialiter dicitur; & tunc noster dicitur spiritus: quia tunc non ponit respectum, nisi ad effectum suæ spirationis in nobis.*

¶ Quomodo per Filium operetur. THOMAS: * *Spiritus sanctus dicitur operari per Filium, secundùm humanam naturam, non secundùm divinam.*

¶ In quibus sit, & nō sit, Spiritus S. ALEXANDER inquit: * *Spiritus S. longè est ab infidelibus, & aliis malis: quia non format*

corum affectum. Sed tamen nihilominus illuminat intellectum eorum, & instituit ad veritatem perferendam: & hoc non propter ipsos, sed propter utilitatem aliorum. Itèm: * *Spiritus S. est in istis, eatione fructûs: quia eo fruuntur justi. Dona autem Spiritûs S. in injustis sunt, non sicut fructus; sed sicut dispositiones mentis, vel liberi arbitrii, ad fruendum. Anima enim non habet de se virtutem fruendi bono increato; sed per gratiam & virtutes.*

(* b. q. 73. m. 4. art. 1.)

ALBERTUS: * *Spiritus sanctus non habitat in corpore subdito peccato originali, neque etiam intrat in animam non-sanctificatam.*

(* in Luc. c. 1.)

¶ De Proprietatibus illius, ait BONAVENTURA: * *Spiritus S. appropriatur bonitas, usus, ratio fruendi, & voluntas sive benevolentia. Hæc quatuor appropriantur Spiritui sancto: non quia propria; cùm tribus personis sint communia: sed quia ducunt in cognitionem personæ Spiritûs Sancti, quæ est à Patre & Filio, ut amor & donum summè proficuum & communicativum, omnis nostri desiderii finitivum: ad quod bonum, tanquam ad summum finem, tendit omne velle rationabiliter ordinatum & inclinatum.*

(* Cbil. part. 3. c. 6.)

¶ De Missione Spiritûs sancti, inquit ALEXANDER: * *Plures sunt effectus missionis Spiritûs sancti. Et licèt non mittatur ad Angelos, quantum ad hunc effectum, qui est revocare aberrantem; sicut mittitur ad hominem, qui aberravit: mittitur tamen, quantum ad alios effectus. Unde non sequitur, si missio in hominibus est revocatio; quòd ad angelos non sit missio: qui quantum ad alium effectum dicitur mitti. Sicut non sequitur, si gratia hominibus datur ad justificationem à culpâ; & justificatio à culpa non est in Angelis: quin gratia sit in Angelis. Vel potest dici, quòd missio Spiritûs sancti sit ad Angelos ad revocationem aliquo modo: non quia aberrassent; sed ne aberrarent, vel aberrare possent. Nam natura, nisi per gratiam retineatur, semper est labilis in peccatum. Unde gratia confirmationis data est Angelis, ne de cætero possent errare per peccatum.*

(* Part. 1. q. 73. m. 3 a. 2.)

¶ De Donis Spiritûs S. ALEXANDER ait: * *Spiritus S. per quem abundat gratia in animâ Christi, quantum ad omnem gratiæ actum; in aliis Sanctis consimilem gratiam infundit. Et sicut est unus Spiritus capitis & membrorum, vivificans caput & membra: sic idem Spiritus, per quem in nobis est gratia, & in Christo.* Itèm: * *Spiritus S. qui sanctificat corpus Christi, sanctificat & corpora nostra, cùm sumus in fide & charitate.*

(* Part. 3. q. 11. m. 2.) (* ib. q. 12. m. 2 a. 2.)

THOMAS ait: * *Cùm datur Spiritus S. datur & ejus dona.* Et: * *Provenit in nos multiplex fructus à Spiritu sancto. 1. Quia purgat à peccatis. 2. Illuminat intellectum. 3. Juvat, & quodammodò cogit servare mandata Dei. 4. Confirmat spem vitæ æternæ: quia est sicut pignus hæreditatis illius. 5. Consulit in dubiis, & docet, quæ sit voluntas Dei.*

(* in Apo c. 5) (* Expos. Symb c. 11.)

ALBERTUS inquit: * *Omne opus divinum ornat; omni operi divino virtutes advehit & invehit; omni operi divino vitam indit; omne opus divinum innovat, & reducit ad novitatem; omni operi spirituali & divino dat intellectûs illuminationem; docet omnes tales ad veritatem, omnibus talibus filiorum confert adoptionem, omnes, quos adoptat, agit ad opera; omnibus eis est magnificus largitor donorum, omnes sic muneratos ducit in viâ; accendit desideria patriæ, reducit in securitatem patriæ.* Et: * *Spiritus sanctus est vivificator omnium, quæ inspirat.* Itèm: * *Inducit duos effectus, quos Spiritus S. operatur. Unus est in conversatione exteriori, quæ est indumentum virtutis. Alius est in ebriatione interiori, quæ ebrietas est amoris spiritualis.* Et: * *Spiritûs S. illuminatio, quando lumine suo format nos Spiritus ad suæ imaginis configurationem: ut illustrati ferre possimus præsentiam ipsius.* Itèm: * *Spiritus S. est spiritus bonitatis, gratiæ, & spiritus veritatis.* Et: * *Spiritus sanctus novas formas divinas dat omnibus à se generatis. Et quia talis Spiritus in Baptismo operatur: scire poteris quòd baptisati in novas formas filiorum Dei regenerantur.* Itèm: *Spiritus Patris cœlestis, in sacramento, per gratiã formas baptisatum, in formam & similitudinem patris cœlestis, & mutat cordis affectum ad eum, & movet ad eum invocandum.* Et: *Spiritus sanctus ad hoc per dilectionem Dei procedit; ut nos ad fontem reducat dilectionis.* Et: * *Spiritus sanctus per inspirationem docet omnem veritatem.* Et: * *Spiritus sanctus advocat & consolatur.* Itèm: *Unde etiam Prophetas, qui sunt doctores, inspirare dicitur, & ad amorem accendere, & ad veritatem dicitur illuminare. Ibid.*

(* in Luc. c. 1) (* ib. cap. 2.) (* ib. cap. 5.) (* ib. c. 9.) (* in Joh. c. 1) (* ibid. c. 3.) (* ibid c. 10.) (* ib. c. 14.)

DE OPERIBUS DEI.

THOMAS ait: * *Effectus, quos Deus operatur in rationalibus creaturis, secundùm duo considerari possunt. Uno modo, secundum virtutis suæ operationem, &c. Alio modo operatur Deus in rationalibus creaturis, per suæ sapientiæ doctrinam.* Et: * *Quámvis autem omnia divinæ providentiæ subsint: specialiter tamen solicitudo divina circa hominem apparet in tribus. Primò quidem, quantum ad hoc; quòd ei leges & præcepta vivendi dedit. Secundò, quantum ad hoc, quòd Deus hominem pro bonis præmiat, & pro malis punit. Tertiò, quantum ad hoc, quòd Deus eum virtutibus ornat; quibus contra fœditates peccati se mundum conservat.* Itèm: * *Considerandum est, quòd Deo unum solum proprium est opus, suæ bonitati conveniens; scilicet benefacere & misereri. Quòd autem puniat & adversitates inducat: hoc cõtingit propter malitiam creaturæ rationalis: quæ primò est in Diabolo inventa, & postea, per ejus suggestionem, est ad homines derivata.*

(* in Job. c. 40.) (* ib. c. 14.) (* ib. c. 40.)

ALBERTUS ait: * *Virtus operationis Patris, Filii, & Spiritûs S. est indivisa.*

(* in Luc. c. 9.)

ÆGIDIUS inquit: * *Aliter operatur Deus, & aliter agentia alia. Nam Deus operatur immediatè per suam substantiam: omnia autẽ alia agentia operãtur, mediãte aliqua qualitate, vel mediãte aliquo accidẽte.* Itèm: * *Deus, operando, nec mobilitate, nec labore aliquo fatigatur.* Et: * *Divina opera possumus dicere esse triplicia; juxta tria, quæ videmus per ordinẽ se habere, naturam, gratiam, & gloriam.* Et: * *In Deo possumus ponere duplex opus. Intrinsecum; cujusmodi est suũ intelligere, & suum velle: & à Domino hoc opus nunquam cessabit, & nunquam cessat, sed semper eodem modo se habet. Sed sunt hæc opera exteriora, sive isti exteriores effectus, qui sequuntur ad illud intelligere & velle: non ex naturali necessitate; sed ex sui arbitrii voluntate.*

(* lib. 2. Hex c. 33.) (* ib. c. 42.) (* cap. 41) (* cap. 42.)

¶ De Præsentiâ Dei, inquit ALEXANDER: * *Divina essentia est in omnibus rebus, secundum prædictos tres modos generales; scilicet essentialiter, potentialiter, præsentialiter. Et hoc patet ex authoritate Gregorii, super illud Cantici 5.* * Quo abiit dilectus tuus? *Deus communi modo omnibus inest, essentiâ, præsentiâ, potentiâ. Et istos tres modos tangit Propheta David, dicens in Psal.* * Si ascendero in cœlum, tu illic es. *Et per hoc tangens modum exsistendi Deum essentialiter. Per hoc autem,* Si descendero ad infernum, ades; *tangit modum exsistendi præsentialiter: quia adesse tangit præsentiam. Per hoc autem, quod dicit,* Et habitavero in extremis maris, illuc enim manus tua deducet me, *id est, potentia: tangit modum exsistendi potentialiter. Nec est intelligendum, quòd ita reddantur singula singulis; quin illis tribus modis sit etiam in cœlo, & etiam ubique: & sic appropriando tangit triplicem modum exsistendi in omnibus rebus.*

(* Part. 1. q. 10. m. 2.) (* vers. 17) (* Ps 139. v. 8. 9.)

THOMAS: * *Deus dicitur esse in re aliquâ dupliciter. Uno, per modum causæ agendi: & sic est in omnibus rebus creatis ab ipso. Alio, sicut objectum operationis est in operante: quod propriè est in operationibus animæ. Hoc igitur secundo modo Deus specialiter est in rationali creaturâ, quæ cognoscit & diligit illum, actu, vel habitu. & quia hoc rationalis creatura habet per gratiam, dicitur hoc modo esse in Sanctis per gratiam. Est autem singularis alius modus essendi Deum in homine per unionem.* Et: * *Per hos tres modos dicitur Deus in omnibus esse: per essentiam, potentiam, & præsentiam. Per essentiam quidem, in quantum esse cujuslibet est quædam participatio divini esse. Et sic essentia divina cuilibet exsistenti adest, in quantum habet esse; sicut causa proprio effectui. Per potentiam verò, in-quantum omnia in virtute ipsius agunt. Per præsentiam verò, in quantum ipse immediatè omnia ordinat & disponit.*

(* 1. Summ q. 8. a. 3.) (* Compend. Theol. c. 5)

ALBERTUS ait: * *Deus est quadrupliciter in creaturis: scilicet per essentiam & potentiam, & per inhabitantem gratiam, & per corporalem unionem & naturalem, & per gloriæ informationem. Et primo modo est in omnibus; secundo in sanctis; tertio modo in Christo; quarto in glorificatis. Sed cum homine dicitur esse; quando ei præstat auxilium per operationem.*

(* in Joh. c. 3.)

BONAVENTURA ait: * *Deus beatissimus, Angelis semper est in cœlis præsens: quia in eis semper habitat & apparet. Peccatoribus autem in terris, est modò ut absens; & quantum ad gratiam, & quantum ad notitiam. Ideò, cùm incipit apparere vel inhabitare, de præsente cœlis, & quasi absente nobis, fit*

(* Brevil. part. 1. c. 5.)

præsens

præscivit eum. & ideò, licèt in se non mutetur, tamen dicitur descendere nobis.

Quomodo ubique sit, ALEXANDER ait: * *Hæc, Deus est nusquam, non est recipienda sine determinatione. Negationes enim universales res sunt affirmationibus: & propter hoc, ex hac, non solùm videntur tolli à Deo aliæ conditiones existendi in loco, imò etiam repletiva, secundùm quam dicitur esse in loco. Et propter hoc, ut concedatur, oportet addi, Deus est nusquã, circumscriptivè, vel contentivè.* Et: *Deus est ubiq; & est in se-ipso. Dicitur enim esse in se-ipso: quia est per se ens, non-indigẽs alio.* Itẽ: * *Deus est ubiq; quòd Deus est præsens omnium; ubi totus est secundùm rationem situs ubi cõmuniter: totus, & secundum idem.*

[* Part. 1. q. 19. m. 1.]
[* ib. m. 2.]

THOMAS ait: * *Divina sublimitas attenditur, non loco: quia Deus loco non comprehenditur; sed perfectione & virtute.* Et: * *Dei proprium est, ubiq; esse: quia, cùm sit universale agens, ejus virtus attingit omnia essentia. Unde est in omnibus rebus. Virtus autem Angeli (cùm sit particulare agens) non attingit totum universum: sed sic attingit unum; quòd non attingit aliud.*

[* in Joh. c. 36]
[* 1. Sum. q. 52. a. 2.]

ALBERTUS: * *Deus per deitatem ubiq; est; quantumcunq; distet præsentiâ corporali.*

[* in Joh. c. 4.]

¶ Deus est causa causarum. THOMAS: * *Totus ordo causarum secundarum, & virtus earum, est à Deo. Ipse autem non producit suos effectus per necessitatem; sed liberam voluntatem. Igitur manifestum est, quòd præter ordinem causarum agere potest.*

[* Compend. theol. c. 135]

Habitat in Sanctis. BONAVENTURA: * *Deus habitat in justis, quantum ad gratiam: quæ est effectus beatissimæ Trinitatis, ad Deum reducens; & faciens nos habere Deum, & Deum haberi à nobis. ac per hoc Deus Trinitas in nobis dicitur habitare. Sedet in beatis, quantum ad gloriam: ratione cujus trinum in beatorum mentibus quiescit: in quorum potestativâ sedet, ut æquitas; in cognitivâ lucet, ut veritas; in affectivâ ardet, ut charitas.*

[* Centil. part. 1. c. 3.]

Odit peccatum. BONAVENTURA: * *Deus in-tantum peccatum odit: quòd propter peccata Mundi innocentem Unigenitum interfecit.*

[* Diaeta l. salutis.]

¶ De Voluntate Dei, inquit ALEXANDER: * *Duplex voluntas est. Est enim voluntas antecedens; & voluntas consequens. Voluntate antecedente, vult Deus omnes homines salvos fieri. Hæc enim est voluntas, quæ respicit creaturam rationalem salvabilem. Voluntas consequens, cum præscientiâ, quòd bono usurus est dono Dei, sic non vult omnes homines salvos fieri; sed electos solùm. & sic dicitur voluntas Dei rationalis. Si enim vellet alicui finaliter salutem, qui malè usus est per liberum arbitrium, non esset justa.*

[* Part. 1. q. 28. m. 2. a. 2.]

INNOCENTIUS ait: * *Voluntas Dei dupliciter intelligitur: & beneplacitum Dei æternum; & signum beneplaciti temporale. Beneplacitum Dei semper impletur. unde:* * Voluntati ejus quis resistet?

[* lib. 5 de Myster.]
[* Rom. 9. v. 19.]

BONAVENTURA inquit: * *Est voluntas Dei ad creationem.* Et: * *Voluntas Dei sic recta est; quòd nullo modo potest obligari: sic efficax; quòd nullo modo potest retardari: sic unica; quòd tamen hæc signa habet significari, quæ hoc versiculo continentur:*

[* Centil. p. 1. c. 6]
[* super Orat. domin.]

Imperat, & prohibet, permittit, consulit, implet.

Dicitur autem voluntas Dei ratione regulata providentia: quâ omnia, quæ in universo fiunt, irreprehensibiliter gubernantur. cùm nihil præcipiat, prohibeat & consulat, nisi rectè: nihil agat, nisi bene: nihil permittat fieri, nisi justé. Cùm autem voluntas Dei sit rectissima: nullus potest esse rectus; nisi conformetur ei. & nemo potest ei conformari; nisi sibi signis aliquibus innotescat, tanquam regula prosequendæ rectitudinis. Est etiam voluntas Dei efficacissima: ita quòd nullus potest aliquid efficere, nisi ipsâ coefficiente.

THOMAS ait: * *Sub omnipotentiam Dei non cadit, quod contradictionem implicat. Præterita autem non fuisse, contradictionem implicat. Unde, præterita non fuisse, non subjacet divinæ potentiæ.*

[* 1. Sum. q. 25. a. 4.]

ALBERTUS inquit: * *Voluntas Dei est omnipotens; & non nisi bona est, & bonum cuilibet facit.*

[* in Matth. 6.]

¶ De Apparitione Dei, inquit ALEXANDER: * *Pater apparuit, & in novo & in veteri Testamento, in aliquâ specie sensibili: sed magis distinctè in novo, quam in veteri Testamento. Unde magis fuerunt expressa signa in novo, quam in veteri Testamento. In veteri Testamento, in lege naturæ, fuit ostensio numeri personarum: ut in tribus viris, qui apparuerunt Abrahæ, Gen. 18.* * *Sed non exprimebatur distinctio vel proprietas personarum: ut in aliquo illorum innotesceret, quæ esset persona Patris, vel Filii, vel Spiritûs sancti. Similiter nec in aliis apparitionibus ostendebatur, quæ esset illa persona Patris, quæ apparebat. unde & indistinctè, & quasi confusè apparebant personæ. Sed in lege scriptâ magis distinctè apparebant: quia non solùm ostendebatur numerus personarum; sed origo, scilicet quod una ab aliâ. ut in visione Danielis; in qua apparuit Filius hominis, & etiam Antiquus dierum, à quo ille accipiebat regnum.* Et: *In novo autem Testamento, non solùm manifestatus est numerus sive distinctio personarum, in apparitione Patris, & Filii, & Spiritûs sancti, sed etiam origo & proprietas Filii, in hoc verbo.* * Hic est Filius meus dilectus. *Nec in aliquo signo visibili potuit ita manifestari persona Patris, sub proprietate, quâ est Pater: sicut in voce sive sono audibili. Magis enim exprimuntur verba, quam facta.* Et: *Filius apparuit in rationali creaturâ visibili, unitâ unitate personæ. Spiritus Sanctus irrationali creaturâ visibili, non unitâ unitate personæ. Pater verò in voce, tanquam in signo distincto ab utroq;. Similiter in transfiguratione, Pater in voce, Filius in propriâ specie, scilicet in humanitate; Spiritus sanctus in nube. Sed quando Spiritus sanctus solus apparuit, tunc apparuit utroq; modo: scilicet in sono, tanquam in signo audibili; & in linguis igneis, tanquam in signo visibili. Non autem congruebat, ut Filius appareret, nisi in creaturâ assumtâ, hoc est, in humanâ naturâ.* Et: *Apparitio autem Filii, post resurrectionem, fuit, ad ostendendam resurrectionem jam-factam. & ad hoc maximè necessaria fuit ostensio præsentiæ Filii: ut ostenderetur, quòd ille idem qui passus fuerat, vivebat post mortem. Unde addebat ad ostensionem factam in transfiguratione: quia illa ostendebat gloriam Christi futuram post mortem. Apparitio post resurrectionem, ostendebat ipsam resurrectionem jam-factam. Nullum erat ita certũ testimonium, sicut de visu: & ideo non necessarium fuit Patris testimonium; ubi evidens erat signum. Apparitio autem Spiritûs sancti, non solùm erat ad testimonium Christi, sed etiam illorum, per quos Spiritus debebat innotescere.* Itẽm: * *Columba, assumta à Spiritu sancto, vera res fuit; & verè erat in illa; & attestabatur veritati jam exhibitæ. Unde veritas illa faciebat similitudinem suam in sensu, & postea in imagine.* Et: *Quare in specie columbæ apparuit super Christum; & non super Apostolos? Dicendum, quòd specialiter ad significandam gratiam redemtionis: quæ fuit in ipso; & non in alio. Nam columba offerebatur à pauperibus, in redemtionem primogenitorum: sicut ostenditur Luc. 2. in oblatione parentum Christi pro eo.*

[* Part. 1. q. 74. m. 3]
[* vers. 2.]
[* Matth. 3. v. 17.]
[* ib. mem. 3.]

ALBERTUS ait: * *Quatuor modis apparet Deus in creaturis: scilicet per vestigium & imaginem: 2. ad manifestationem alicujus operationis 3. in gratia alicujus operatione. 4. per unionem.*

[* in Joh. c. 1]

DE CREATIONE.

DE Mundo, ait ALEXANDER: * *Mundus multipliciter accipitur. Aliquando enim pro universitate rerum corruptibilium & incorruptibilium, scilicet inferiorum & superiorum. & secundùm hunc modum, Mundus non est æternus, ex parte finis. Aliquando accipitur pro ipsâ variatione, quæ est in Mundo: sive sit secundùm localem motum, sive secundum alium motum, cum dispositionibus ordinantibus ad illum. & secundùm hoc dicitur 1. Corint. 7.* * Præterit figura hujus Mundi. *Aliquando accipitur pro ipsâ delectabilitate variabili. & secundùm hoc potest accipi illud 1. Joh. 2.* * Transit Mundus, & concupiscentia ejus. *Quartò verò modo potest accipi, pro ipsis principiis primis, quæ sunt in Mundo. & secundùm hoc potest dici Mundus æternus, ex parte finis: non ex eo, quòd est ex nihilo; sed ex conditoris dono.*

[* Part. 2. q. 14. m. 1. a. 1.]
[* vers. 31.]
[* vers. 18.]

De Naturâ, ALEXANDER inquit: * *Natura dicitur tripliciter. Uno modo, solitus cursus naturæ: alio modo, naturalis potestas, ut Deus faciat ex eâ quicquid vult: tertio modo, lex summa naturæ Deus ipse.* Et: * *Natura potest accipi dupliciter: scilicet substantia aliqua, vel dispositio ipsius substantiæ, secundùm quod natura appellatur substantia aliqua. sicut dicit Augustinus: quòd nulla est interposita natura inter mentem & Deum: ut scilicet aliqua substantia intellectualis, velut Angelus; per quem*

[* Part. 1. q. 21. m. 5. a. 2]
[* ibi q. 2. m. 3. a. 1.]

formetur & perficiatur aliqua mens, quemadmodum Philosophi mentiti sunt; dicentes, intelligentiam humanam educi in actum, & perfici per intelligentiam angelicam. Secundum verò quod natura dicitur dispositio substantiæ; sic non est inconveniens, dispositionem aliquam esse ex parte mentis, ad videndum Deum: ut utatur ibi se-ipsâ, sicut imagine quâdam, ad videndum Deum; vel etiam speciebus aliis intelligibilibus. Itèm: * *Natura est essentia, habens virtutem producendi ex se simile.*

(* Part. 1. q. 10. m. 3.)

¶ Quid sit Creatio, THOMAS docet: * *Creatio est productio alicujus rei, secundùm suam totam substantiam; nullo præsupposito, quod sit vel increatum, vel ab aliquo creatum. Unde relinquitur, quòd nihil potest aliquid creare; nisi solus Deus, qui est prima causa.* Et: * *Creare, est de nihilo aliquid facere. Facere autem est, de aliquo aliquid facere.*

(* 1. Sum. q. 65. a. 3.) (* Expos. Symb. c. 3.)

¶ Quotuplex sit Creatura, BONAVENTURA ait: * *Duplex est creatura: naturalis, & artificialis. & sic omnis creatura significat suum creatorem dupliciter. In creaturâ est signum naturale & positivum. Signum naturale dicitur in creaturis, quas condidit per se digna sapientia. Signum positivum dicitur in fabricis, & operibus sacramentalibus quæ constituunt Ecclesia.*

(* Diætâ 6. c. 19.)

¶ De impulsivâ, THOMAS inquit: * *Bonitas Dei est causa rerum, non quasi ex necessitate naturæ, (quia divina bonitas non dependet ex rebus creatis) sed per liberam voluntatem. Unde, sicut potuit, sine præjudicio bonitatis suæ, res non-producere in esse: ita absq; detrimento suæ bonitatis, potest res in esse non-conservare.*

(* 1. Summ. q. 104. a. 3.)

¶ Deum esse creatorem, docet ALEXANDER: * *Causæ superiores sunt, divina potentia, divina sapientia, & divina bonitas. Ex parte divinæ potentiæ, patet exordium Mundi & materiæ. Nam divina potentia est summa: & ideò non indiget materiâ subjectâ, ad operandum aliquid. Est igitur operans de nihilo, quia est totum causa sui operis: ut non requiratur aliqua possibilitas, ex parte subjectæ materiæ. Ideò mutatio prima, contra operationem divinam, non habet ante se aliam mutationem.* Itèm: * *Causa universalis omnium una est, scilicet Deus.* Itèm: * *Creatura causam dicimus esse Deum.* Et: * *Deus creaturas, & maximè rationales, condidit: & etiam modum & qualitatem in conditione observavit, ad sui magnificentiam declarandam, & creaturæ rationalis utilitatem. Nota ergo, quòd, etsi divina operatio non indigeat approbatione, pro eo, quòd, quicquid Deus facit, optimè facit: verumtamen, ad excitandam devotionem in mentibus fidelium, & compescendam rabiem in ore blasphemantium, & Deum in suis operibus inculpantium, multiplex potest assignari ratio, quia Deus fecit hominem vertibilem in malum. Una est, manifestatio divinæ potentiæ. Voluit enim Deus ostendere homini: quòd, sicut sine eo factus non erat; ità nec sine ipso persistere poterat. Ut ergo homo nosceret, quòd divinum posse, non solummodò est omnis potentiæ causativum; sed etiam omnis potentiæ conservativum: & quòd ille solus est indefectibilis & invertibilis: ideò placuit sibi, creaturam rationalem facere vertibilem; nec ipsam confirmare in bono: quo-usq; illi constaret, quòd ipse solus est, in quo non cadit non-posse. Secunda ratio est, manifestatio divinæ sapientiæ; quæ ostenditur ex tribus: scilicet ex ordine malorum cum bonis, sive ad bonum, virtutis ad actum proprium; meriti ad præmium. Ex vertibilitate enim hominis in malum, (quod quidem malum Deus ordinat cum bonis; & ex quo bonum elicit) divina sapientia manifestatur. Major enim sapientia est, scire ordinare bona cum malis, & elicere bonum ex malis; quàm solummodò ordinare bona cum bonis, & ex bonis elicere bona. Et ideò, cùm non deceret Deum facere mala; debuit talem facere creaturam, quæ posset in operando deficere, & malum committere: ut Deus, mala illa ordinando, suam sapientiam declararet.*

(* Part. 1. q. 12. m. 8.) (* ib. q. 18. m. 9.) (* art. 2. q. 8. m. 4.) (* ibi. q. 96. m. 2. a. 2.)

INNOCENTIUS ait: * *Deus suâ omnipotenti virtute, simul ab initio temporis, utramq; de nihilo condidit creaturam; spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam, quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus enim, & dæmones alii, à Deo quidem naturâ boni creati sunt, sed ipsi per se facti sunt mali.*

(* in Concil. Lateran. c. 1)

BONAVENTURA ait: * *Creatura est effectus Trinitatis creantis, sub triplici genere causalitatis. Efficientis; à quo est in creaturâ unitas, modus, & mensura. Exemplaris; à quo est in creaturâ veritas, species, & numerus. Finalis; à quo est in creaturâ bonitas, ordo, & pondus. Quæ quidem reperiuntur in omnibus creaturis, tanquam vestigium creatoris; sive corporalibus, sive spiritualibus, sive ex utrisq; compositis.* Et: * *Quod sit status in rebus, & ordo perfectus; necesse est, quòd omnia reducantur ad unum principium: quod sit primum, ut det cæteris statum; & perfectissimum, ut det cæteris omnibus complementum. Quoniam igitur primum principium, in quo est status, non potest esse, nisi unum solum: si Mundum producit, (cùm non possit ipsum producere de se-ipso) necesse est, quòd producat ipsum ex nihilo. Et quia productio ex nihilo, ponit esse, post non-esse ex nihilo producti, & immensitatem in virtute producente, ex parte principii: (cùm hoc sit solius Dei) necesse est, quòd creatura Mundi sit producta ex tempore, ab ipsâ virtute immensâ, agente per se & immediatè.* Itèm: * *Creatura Mundi, est quasi quidam liber, in quo relucet, repræsentatur, & legitur Trinitas fabricatrix, secundùm triplicem gradum expressionis, scilicet per modum vestigii, imaginis, & similitudinis. ita, quòd ratio vestigii reperitur in creaturis omnibus: ratio imaginis solùm in intellectualibus, sive spiritibus rationalibus: & ratio similitudinis in solis Deiformibus. ex quibus, quasi per quosdam scalares gradus, natus est intellectus humanus gradatim ascendere in summum principium, qui est Deus.* Et: * *Deus trinus & unus produxit creaturam purè-corporalem, ut est mundialis machina: creaturam purè spiritualem, ut est natura angelica: creaturam ex utrâq; compositam, ut natura humana.*

(* Brevil. pars 2. c. 1.) (* ibid.) (* cap. 12.) (* Centil. p. 3. s. 11.)

THOMAS ait: * *Creare, non-est proprium alicui personæ; sed commune toti Trinitati.* Et: * *Fides catholica confitetur, Deum res liberâ voluntate produxisse in esse: secundùm illud Psal.* * Omnia quæcunque voluit fecit. *Hoc igitur, quòd Deus creatura esse communicat, ex Dei voluntate dependet. Nec aliter in esse conservat: nisi in quantum eis continue influit esse.* Et: * *Prima rerum creatio, facta est à potentia Dei Patris, per Verbum. Unde & recreatio per Verbum fieri debuit, à potentiâ Dei Patris: ut recreatio creationi respondeat; secundùm illud 2. Cor. 5.* * Deus erat in Christo, Mundum reconcilians sibi. Et: * *Creatio Mundi non dependet ex aliâ causâ; nisi ex solâ voluntate Dei. Unde ea, quæ ad Principium Mundi pertinent, demonstrative probari non possunt; sed solâ fide tenentur.* Itèm: * *Secundùm fidem catholicam ponimus; quòd omnes substantias spirituales, & materiam corporalium, Deus immediatè creavit: hæreticum reputantes, si dicatur, per Angelum, vel aliam creaturam, aliquid esse creatum.* Et: * *Sicut artifex est causa fabricæ, ità Deus est causa cœlestium corporum: aliter tamen & aliter. Nam artifex fabricam constituit ex materiâ præjacente. Cœlestia autem corpora, ex materiâ præjacente fieri non potuerunt; sed simul, in eorum productione, fuit materia cum formâ producta.* Item: * *Dependet esse cujuslibet creaturæ à Deo: ità quod nec ad momentum subsistere possent; sed in nihilum redigerentur, nisi operatione divinæ virtutis conservarentur in esse.* Et: * *Deus immediatè omnia creavit, sed in ipsa rerum creatione, ordinem in rebus instituit: ut quædam ab aliis dependêrent; per quas secundariò conservarentur in esse: præsupposità tamen principali conservatione, quæ est ab ipso.* Et: * *Soli Deo convenit, esse creatorem. Nam creare illi causæ convenit, quæ aliam universaliorem non præsupponit. Hoc autem soli Deo competit. Solus igitur ipse est creator.* Itèm, *quantò potentia est magis remota ab actu: tantò oportet esse majorem virtutem, per quam reducatur in actum. Sed quantacunque distantia potentiæ ad actum detur: semper remanet major distantia, si ipsa potentia subtrahatur. Creare igitur ex nihilo, requirit infinitam virtutem. Sed solus Deus infinitæ virtutis: cùm ipse sit infinita essentia. Solus igitur Deus potest creare.*

(* 1. Sum. q. 45. a. 6.) (* ibi. q. 104. art. 3.) (* Ps. 115. v. 3) (* 1. Sum. q. 1. a. 8.) (* vers. 19.) (* Quodlib. 3.) (* in Disput. q. 1. art. 4.) (* in Job. c. 37) (* 1. Sum. q. 104. a. 1.) (* ib. a. 2.) (* Compend. Theol. c. 70.)

¶ De Materiâ Mundi, THOMAS scribit: * *Omnia sunt creata, id est, de novo facta: vel immediatè; ut ea, quæ in principio Mundi facta sunt simpliciter ex nihilo, & Angelus, Cœlum empyreum, & prima materia. Quædam mediatè, ut ea, quæ sunt ex materiâ. Illa enim materia prima facta fuit ex nihilo: ex quâ est omnis alia materia particularis.* Et: * *Non præexigit Deus materiam, ad suam actionem. Ipsius igitur est, producere res in esse ex nihilo; quod est creare. Et inde est, quòd fidei catholica eum creatorem confitetur.*

(* in Opusc. 4) (* Compend. Theol. c. 69)

ALBERTUS inquit: * *Creatio non est talis operatio, quæ possit habere instrumentum: quia omne instrumentum aliquid supponit, super quod operetur. Creatio autem est, aliquid de nihilo in ens producere.*

(* in Joh. c. 1)

[Marginal notes: Cent. part. 3.c.8. — lib. 1.c.3. — lib.1. Hex. c. 11. — Brevil. p. 2.c.2. — in Job c.8. — 1.Sent. q. 3.a.7. — in Job.c. 23. — in Brevilo. — Part. 2 q. 43 m.2 — 1. Sum. q. 66.a. 4. — super 2. sent. Dist.1. — in Job. c. 38. — lib. 2. Hex. c.12. — Part.1.q. 1.m 3. — Centil.p.3. c.3. — Compend. Theol. c. 101. — in Job.c.11. — in Matth. c.6. — in Disput. q.5.a.6. — lib. 2. Hex. c.3. — ibid.c. 60. — Centil.p.3 c.23. — Diacd. 5. c.24. — Brevil. p.7.c.7.]

BONAVENTURA:* *Universitas machina mundalis est producta in esse, ex tempore.*] Hic excluditur error, ponentium mundum aeternum. *Producta est ex nihilo.*] Hic excluditur error, ponentium aeternitatem circa materiale principium. *Et ab uno principio.*] Hic excluditur error Manichaeorum, ponentium pluralitatem principiorum. *Solo & summo.*] Hic excluditur error, ponentium, Deum produxisse inferiores creaturas, per ministerium intelligentiarum. *In certo pondere, numero, & mensurâ.*] In quo ostenditur, quòd creatura est effectus Trinitatis, creantis sub triplici genere causalitatis: scilicet efficientis ratione; cujus est in creatis unitas, modus, & figura: exemplaris ratione; cujus est in creaturâ veritas, species, numerus: finalis ratione; cujus in creatione est bonitas, ordo, & pondus. Omnis creatura constituitur in esse ab efficiente; formatur ad exemplar; ordinatur ad finem. ac per hoc est una, vera, & bona, modificata, speciosa, & ordinata; mensurata, discreta, & ponderata.

ÆGIDIUS:* *Cùm dicimus, quòd Deus ex nihilo fecit res: non est intelligendum, quòd ipsum nihil sit facta aliqua res. seu sit aliquid factum. ità quòd ibi, Ex, non teneatur causaliter; sed ordinaliter: & est idem, quod primò non materialiter, sed ordinaliter.*

¶ De Tempore, ait ÆGIDIUS:* *Creatio, propriè loquendo, non est facta in tempore; sed ante omne tempus, & per consequens, ante omnem diem: cùm ipsa dies sit tempus, vel pars temporis; & qualibet pars temporis sit tempus.*

¶ De modo creationis, BONAVENTURA inquit:* *Triformis fuit operatio divina, ad mundanam machinam producendam: scilicet creatio, quae appropriatè respondet omnipotentiae: distinctio; quae respondet sapientiae: ornatus, qui respondet bonitati largissimae. Et quoniam creatio est de nihilo: ideo fuit in principio ante omnem diem, tanquam omnium rerum & temporum fundamentum.*

THOMAS ait:* *Ipse novit locum illius.*] id est, se-ipsum: in quo plenè sapientia invenitur, sicut in primâ origine. Derivatur autem sapientia ab ipso in omnes creaturas, quae per Dei sapientiam fiunt: sicut ars derivatur à mente artificis, ad opera ejus. Unde dicitur, quòd Deus effundit sapientiam super omnia opera. Unde etiam ipsa universitas creaturarum, est quasi quidam sapientiae locus. Et ideò, ad ostendendum, quòd Deus cognoscit universitatem creaturarum, primò quidem hoc ostendit, quantum ad extremas creaturas, super quibus aliae continentur.* Et:* *Primas creaturas statim Deus perfectas produxit, absq; ulla dispositione vel operatione creatura praecedente. quia sic instituit prima individua, ut per ea natura propagaretur ad posteros.*

¶ De Corruptibilitate creaturarum, THOMAS ait:* *In inferioribus creaturis, discordia multiplex invenitur: tam in creaturis rationalibus, ut patet per contrarios motus humanarum voluntatum: quam in creaturis corporalibus; ut ex earum contrarietate apparet, per quam generationi & corruptioni subduntur. Sed in superioribus corporibus, nulla contrarietas reperitur. Unde & incorruptibilia sunt. Sic & superiores intellectuales substantiae, etiam summâ concordiâ superiorum creaturarum, ex potestate divinâ procedunt. quae superiores creaturas, in perfectâ suae unitatis participatione, constituit quasi sibi propinquiores.*

¶ De Ætatibus Mundi, inquit BONAVENTURA:* *Distinctiones septem aetatum, per signa facta, quae fuerunt in earum exordiis, ratione quorum correspondent diebus formationis Mundi. Prima aetas Mundi (in quâ facta est ipsius Mundi formatio, casus Daemonum, & confirmatio Angelorum) rectè respondet prima dies; in quâ facta est lux, & divisa à tenebris. Secunda (in quâ per arcam & diluvium salvati sunt boni, & deleti mali) respondet secunda dies; in quâ per firmamentum facta est distinctio aquarum ab aquis. Tertia (in quâ vocatus est Abraam, & inchoata Synagoga; quae fructificare & generare debebat prolem ad Dei cultum) correspondet dies tertia; in quâ apparuit terra, & protulit herbam virentem. Quarta (in quâ viguit regnum & sacerdotium, quia Rex David amplificavit cultum divinum) correspondet quarta dies; in quâ facta est formatio luminarium & stellarum. Quinta (in quâ transmigrantes inter populos multis vexati sunt & tribulati) correspondet dies quinta, in quâ facta est formatio piscium ex aquis. Sexta aetas (in quâ natus est Christus in effigie hominis; qui verè est imago Dei) correspondet sexta dies, in quâ formatus est homo primus. Septima (in quâ est quies animarum, non-habens finem) correspondet septima dies; in quâ requievit Deus, ab omni opere, quod patrârat.*

¶ Qualis sit Mundus creatus, ALEXANDER inquit:* *Informis ergo materia illa, quam de nihilo Deus fecit, appellata est primò caelum & terrâ: & dictum est.* In principio fecit coelum & terram: *non quia hoc jam erat, sed quòd hoc esse poterat: & caelum legitur postea factum. Quemadmodum si, semen arboris considerantes, ibi dicamus esse radices, & robur, & ramos, & fructus, & folia: non quia jam sunt, sed quia indè futura sunt: sicut dictum est,* In principio Deus fecit coelum & terram, *quasi semen caeli & terrae: cùm in confuso adhuc esset caeli & terrae materia. Sed quia certum erat, inde futurum caelum & terram; jam & in ipsâ materiâ caelum & terra appellata est.*

¶ Quae primùm creata, THOMAS ait:* *Communiter dicitur, quatuor esse primò creata: scilicet naturam angelicam, caelum empyreum, materiam corporalem informem, & tempus.*

¶ Creationem esse miraculum, ALBERTUS sic probat:* *Omnes operationes cadunt, vel in naturam, vel artem, vel miraculum. Constat autem, quòd miraculum non cadit sub aliis duobus. Ergo cadit sub miraculo. Et Chrysostomus dicit, quòd opus solius voluntatis divinae est miraculum. Creatio autem est solius voluntatis divinae. Ergo, &c.*

¶ De Terrâ, ait THOMAS:* *Sicut fundamentum est infima aedificii pars: ità etiam terra est infimum corpus, quod subjacet omnibus. & quia terra est praecipua materia humani corporis: materia autem tempore praecedit id, quod ex eâ fit: & multò magis ratio artificis, qui materiam condit.*

De Aquâ, ÆGIDIUS:* *Aqua in primordio non erat sic spissa, ut nunc est, sed erat quasi vaporosa, totum hunc aërem replens.* Et: *Totus aër erat plenus aquis nebulosis: & aqua, tum propter ejus raritatem, totum hujusmodi spatium occupabant; ut terra videri non posset. Ideò dicente Domino,* Congregentur aquae, &c. *fuerunt aquae condensatae secundùm suam naturam, & occupaverunt minorem locum: ut possint omnes hujusmodi aquae recipi in concavitatibus terrae. & ex hoc apparuit arida, id est, facta est terra visibilis.*

¶ De fine Creationis, inquit ALEXANDER:* *Propter hominem factus est Mundus.* Itèm: *Invisibilia Dei, scilicet virtus & divinitas, cognoscuntur per ea quae facta sunt.*

BONAVENTURA inquit:* *Quanquam Deus trinus & unus sit, incommutabilis, insensibilis, incircumscriptibilis, tamen reddit se per diversas creaturas, id est, per effectus multiplices, manifestum: ita quod in creaturis omnibus dicitur Deus esse, quantum ad naturam; scilicet per essentiam, praesentiam, & potentiam.*

THOMAS ait:* *Necesse est, omnium rerum factarum à Deo, ultimum finem, divinam bonitatem esse. Propter hoc omnia facta sunt; ut divinae bonitati assimilentur.* Itèm:* *Invisibilia Dei cognoscere non possumus; nisi per ea quae facta sunt: ea verò, quae facta sunt, multum deficiunt à virtute factoris.*

ALBERTUS ait:* *Omnia propter hominem creavit.*

¶ De fine Mundi, THOMAS ait:* *Finis Mundi non erit, nisi completo numero Electorum: cujus completio, est quasi quaedam executio totius divinae praedestinationis. Unde non competit, revelationem fieri de fine Mundi, nisi ei, cui fit revelatio de totâ praedestinatione divinâ: scilicet homini Christo, per quam tota divina praedestinatio humani generis, quodammodò impletur.*

ÆGIDIUS:* *Non possumus scire, neq; diem, neq; horam, neque annum, neque tempus; quando finietur Mundus.* Itèm:* *Quando completus est numerus electorum; cessabit motus.*

¶ De Paradiso, inquit BONAVENTURA:* *Homini datus est terrestris Paradisi locus, in tranquillam habitationem. Datum est ei lignum vitae, ad continuam vegetationem. Formata est ei mulier de latere viri, in consortium & adjutorium, ad immaculatam propagationem.* Itèm:* *Paradisus caelestis, est habitatio Dei, locus gaudii, locus lucis, & locus ordinati amoris.* Et:* *Gloria paradisi, est praemium substantiale, aut consubstantiale, aut accidentale. Praemium substantiale, consistit in visione, fruitione, & tentione unius summi boni; scilicet Dei:*

quem Beati videbunt facie ad faciem, hoc est, nudè & sine velamine, quo fruentur avide & delectabiliter; quem etiam tenebunt sempiternaliter. ut sic verificetur illud Bernhardi: Qui Deus futurus est, rationi plenitudo lucis, voluntati multitudo pacis, & memoriæ continuatio æternitatis. Præmium consubstantiale, consistit in gloriâ corporis: quæ secunda stola dicitur: quâ resumtâ, perfectius anima beata tendet ad summum bonum. Et hæc stola consistit in quadruplici corporis dote; scilicet in dote claritatis, subtilitatis, agilitatis, & impassibilitatis: quæ erunt secundùm plus & minus in diversis, secundùm majoritatem & minoritatem prius-habitæ charitatis. Præmium accidentale, consistit in quodam decore spirituali superaddito: qui quidem aureola nuncupatur; & (secundùm Doctorum sententiam) debetur triplici generi operum: scilicet martyrio, prædicationi, & continentiæ virginali. & in omnibus prædictis servatur gradus & distinctio, secundùm exigentiam meritorum.

* de Human. Christi c. 111. * Luc. 23. v. 43. † vers. 8. * vers. 13.

THOMAS ait: * *Quod dictum est latroni*, Hodie mecum eris in paradiso: * *intelligendum est de paradiso spirituali. Est enim triplex paradisus. Primus est terrestris; in quo Adam positus fuit, Gen. 2.* † *Secũdus cœlestis, de quo dicitur Ezech. 28* * In deliciis paradisi fuisti. *Tertius spiritualis, in quo sũt, qui divinâ gloriâ perfruuntur. & de isto dictũ est latroni,* Hodie mecum &c. *Quia Latro, & alii sancti Patres in inferno cum Christo existẽtes, divinâ ejus gloriâ perfruebantur.* Et: * *Paradisus fuit locus congruus habitationi humanæ, quantum ad incorruptionem primi status. Incorruptio autem illa, non erat hominis secundùm naturam, sed ex supernaturali Dei dono. Ut ergo hoc gratiæ Dei imputaretur, non humanæ naturæ: Deus hominem extra paradisum fecit; & postea ipsum in paradiso posuit: ut habitaret ibi toto tempore animalis vitæ; unde postmodum, spiritualem vitam adeptus, esset transferendus in cœlum.*

* 1. Summ. q. 102. a. 4.

* 1. Sum. q. 102. a. 1.

¶ De Ligno vitæ, ait THOMAS: * *Lignum vitæ, est quædam materialis arbor: sic dicta, quia ejus fructus habebat virtutem conservandi vitam, & tamen aliquid significabat spiritualiter. sicut & Petra in deserto, fuit aliquid materialiter; & tamen significavit Christum. Similiter etiam Lignum scientiæ boni & mali, materialis arbor fuit; sic nominata, propter eventum futurum: quia, post ejus esum, homo per experimentum pœnæ didicit, quid interesset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum: & tamen potuit spiritualiter significare Liberum arbitrium, ut quidam dicunt.*

* Compend. Theol. tract. 2. c. 4.

¶ De Ligno scientiæ boni & mali, *idem* inquit: * *Ligni scientiæ boni & mali esus, non ideò prohibitus est, quia secundum se malus esset: sed ut homo saltem in hoc modico aliquid observaret, eâ solâ ratione, quia esset à Deo præceptum. Unde prædicti ligni esus factus est malus, quia prohibitus. Dicebatur autem lignum illud scientiæ boni & mali: non quia haberet virtutem scientiæ causativam, sed propter eventum sequentem: quia scilicet homo, per ejus esum, experimento didicit, quid interesset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum.*

DE PROVIDENTIA DEI.

* Part. 1. q. 26. m. 1.

ALEXANDER scribit: * *Qui alius est, vel servator bonorum, vel malorum propulsor; quàm rector atque meditator mentium Deus? qui cùm ex altâ providentiæ speculâ respicit, quid unicuique conveniat, agnoscit; & quod convenire cognovit, accommodat.* Itèm: * *Providentia Dei dicitur propriè divina ratio, quâ cuncta gubernantur.* Et: *Providentia divina administrat inferiores creaturas, per superiores: quia inferiores, propter suum defectum, non sunt immediatè susceptibiles divinæ actionis. Sicut patet in oculo: qui non potest videre solem in rotâ; videt enim in medio, scilicet in aquâ, vel in speculo. Similiter providentia Dei administrat inferiores creaturas, per superiores: rationales autem creaturas per se; & etiam quasdam per alias: ut homines per angelos, & alios angelos per alios. Item, propter utilitatem illius, per quem est providentia, fit provisio per alium: ut Deus vult administrari pauperibus à divitibus, propter utilitatem divitum. Vult etiam quosdam doceri per alios: non propter primam; quia homo non est ex defectu, qui fit in Deo: sed propter defectum creaturæ, cui administratur; vel propter utilitatem illius, per quem aliis administratur vel providetur.* Et: *

* ib. mem. 3 a. 1.

memb. 6.

Providentia, quâ vult omnes homines salvos fieri, reducitur ad providentiam secundùm acceptationem. Sed hæc providentia multipliciter comparatur ad res. Uno modo comparatur ad res, quarum ipse Deus est tota causa. Nec, ad esse hujusmodi rerum, coëxigitur aliqua concausa; sicut liberum arbitrium, vel hujusmodi. Et in hujusmodi inducit providentia necessitatem; & similiter ipsa voluntas: & talia sunt in contradictione. Unde Rom. 9. * Voluntati ejus quis resistet? *quasi dicat, Nullus. Sed de hac providentiâ, vel volũtate, non intelligitur illud:* * Vult omnes homines salvos fieri. *Istud enim, secundùm aliquem salvum fieri, non est tale, quod habeat tantùm esse à divinâ providentiâ vel voluntate; sed etiam à libero arbitrio, cooperante vel coadjuvante. Et in talibus non inducit providentia vel voluntas necessitatem.* Et: * *Divina providentia formas rerum complectitur, quocunque modo producendarum in esse: sed Fatum solùm illorum, quæ mobiliter & temporaliter productura sunt in esse.*

* vers. 19. * 1. Tim. 2. v. 4.

* ib. q. 27 m. 3 a. 1.

THOMAS ait: * *Hoc ad divinam providentiam pertinet, ut cuilibet provideat de necessariis ad salutem: dummodò ex parte ejus non impediatur.* Itèm: * *Gubernatio providentiæ ex amore divino procedit, quo Deus res à se creatas amat. In hoc enim præcipuè consistit amor; quòd amans amato bonum velit. Quantò ergo Deus aliqua magis amat; magis sub ejus providentia cadunt.* Itèm: * *Sciendum est, quòd divina providentia tali ordine res gubernat: quòd inferiora per superiora dispensat. Corpora enim generabilia & corruptibilia, subduntur motui corporum cœlestium: & similiter inferiores spiritus rationales, mortalibus corporibus uniti, scilicet animæ, per superiores spiritus incorporeos administrantur.* Et: * *Deus, in quo est prima rectitudo, suâ providentiâ dirigens universa, inferiores creaturas per superiores dispensat.* Et: * *Sciendum, quòd, divinâ providentiâ sublatâ, orationis fructus tollitur, & cognitio Dei circa res humanas: quæ tamen necesse est ponere eos, qui regimen providentiæ concedit.* Itèm: *Est autem sciendum, quòd illi, qui providentiam negant, omnia, quæ apparent in rebus Mundi, ex necessitate caloris & frigoris, gravitatis & levitatis, & aliorum hujusmodi, provenire dicunt. Ideò ex iis potissimè providentia divina manifestatur, quorum ratio reddi non potest, ex hujusmodi materialibus principiis: inter quæ unum est, determinata magnitudo corporis hujus Mundi. Non enim potest assignari ratio, ex aliquo principio naturali; quare sol & luna, aut terra, sit tantæ quantitatis, & non minoris aut majoris. Unde necesse est dicere, quòd ista dispositio quantitatũ, fit ex ordinatione alicujus intellectûs.* Et: *Rursus, si omnia ex necessitate principiorum naturalium provenirẽt: cùm principia naturalia sint nobis nota: haberemus viam, ad inquirendum omnia, quæ in hoc Mundo sunt. Sunt autem aliqua in hoc Mundo, ad quorum cognitionem nullâ inquisitione possumus pervenire: utpote substantiæ spirituales, quot sint distantiæ stellarum, & alia hujusmodi. Unde manifestum est, non procedere omnia ex necessitate principiorum naturalium; sed ab aliquo intellectu res esse institutas.* Et: * *Aliter providentia divina operatur circa creaturas rationales; & aliter circa irrationales. In creaturis enim rationalibus, invenitur meritum & demeritum, propter liberum arbitrium. Irrationales autem, nec merentur aut demerentur pœnas, aut præmia: sed operatur Deus circa eas, ad eorum ampliationem vel restrictionem, secundùm quod competit ad bonum universi. Ex quâ quidem promissione seu ratione contingit, quòd Deus mare coercet; ne totam terræ superficiem occupet.* Itèm: * *Divina providentia omnia facta hominum prospicit: & sic nullus potest à pœnis esse immunis.* Et: * *Deus suâ providẽtiâ animalibus, scilicet brutis, exhibet auxiliũ.* Itẽ: * *In gubernatione duo sunt considerãda: scilicet ratio gubernationis, quæ est ipsa providẽtia, & executio. Quantũ ad rationẽ gubernationis pertinet; Deus immediatè omnia gubernat. Quantum autem pertinet ad executionem gubernationis; Deus gubernat quædã, mediantibus aliis.* Itèm: * *Credimus, totam naturæ dispositionem, & humanos actus divinæ providentiæ esse subjectos. Hac enim credulitate sublatâ, omnis divinitatis cultus tollitur.* Et: * *Omnia divinâ providentiâ regũtur.* Itèm: * *Effectuum contingentia, vel causarum, certitudinem divinæ providentiæ perturbare non potest. Tria enim sunt, quæ providentiæ certitudinem præstare videntur: scilicet infallibilitas divinæ præscientiæ, efficacia divinæ voluntatis, & sapientia divinæ dispositionis; quæ vias sufficientes, ad effectum consequendum, adinvenit. quorum nullum contingentia rerum repugnat.* Itèm: * *Omnia providentiæ divinæ subjacent, non in universali tantùm; sed etiam in singulari.* Itèm: * *Ad providentiam duo pertinent: scilicet ratio ordinis rerum provisarum in finem; & executio hujus ordinis, quæ gubernatio dicitur. Quã-*

* Summ. contra Gent. c. 19.

* Summ. de Verit. mas 14 q. 11.

* in Job. c. 1.

* ib. cap 4

* ib. c. 5.

* ib. c. 7.

* ib. c. 30.

* ib. c. 38.

* 1. Sum. q. 103 a. 6.

* Opusc 2 contra Græcos c 7.

* Compend Theol c. 123

* cap. 140

* 1. Sum q. 22 a 2.

* ibid. art 3

tum ad bonum primum; Deus immediatè omnibus providet: qui in suo intellectu habet rationem omnium, etiam numerorum & quascunque causas aliquibus effectibus præfecit, dedit eis virtutem, ad illos effectus producendos. Quantū autem ad secundū, sunt aliqua media divinæ providentiæ: quia inferiora gubernat per superiora. non propter defectū suæ virtutis, sed propter abundantiam suæ bonitatis: ut dignitatem causalitatis etiam creaturis communicet.

ALBERTUS: * Providentia divina providet corvis, & inutilibus animalibus: cùm major sit ei cura de Sanctis. Et: * Prævisio est futuræ cæcitatis, & non causa. Et ideò, cùm causalitas excæcationis fuerit ex parte eorum, & non in Deo ex parte ipsorum: fuit excæcatio. Et cùm voluntas excæcationis fuerit ex parte ipsorū: non fuit aliqua in peccato remanendi necessitas; sed voluntas: & non fuit aliqua causa desperationis.

* in Luc. c. 12. * in Job. c. 3.

DE PRÆSCIENTIA.

ÆGIDIUS ait: * Dicimus, Deū esse præscium omnium futurorum. Habet quidem præscientiam, tam de damnandis, quam de salvandis. Sed præscientia de damnandis, dicitur Præscientia tantùm: de salvandis verò, dicitur Prædestinatio. Cujus rei possumus duplicem causam assignare. Primò quidem, quia Deus sic scit bona; quòd ea causat: mala autē sic scit; quòd ea nō causat. Et: Sicut enim videmus, quòd modò homines, per divinum impulsum, & per divinam gratiam, destinantur, id est, mittuntur in vitam æternam: sic Deus, ab æterno prævidens tales in se ipso prædestinavit, id est, præmisit suâ gratiâ in vitā æternam. Malos autem, ut non impellit ad mortem, & ad miseriam: sic nec prædestinavit, nec præmisit eos ad mortem. Præscientia itaque salvandorum, sic est præscientia in Deo; quòd etiam est prædestinatio: quia tales, impulsu Dei, missi sunt in vitam æternam, per gratiam divinam. Sed præscientia damnandorum, in Deo ità est præscientia; quòd non est prædestinatio: quia Deus non mittit, nec impellit malos ad mortem, sed solum dimittit.

* de Prædest. & Præsc.

De Præscientiâ THOMAS ait: * Præscientia abusûs gratiæ, non fuit causa reprobationis in Judâ; nisi fortè ex parte effectûs: quamvis Deus nulli, volenti accipere gratiam, eam deneget. Sed hoc ipsum, quod est velle accipere gratiā, est nobis ex prædestinatione divina. unde non potest esse causa prædestinationis.

* Summ. de Verit. q. 2. art. 6.

De Fato, ait THOMAS: * Fatum est ordinatio causarum secundarum, ad effectus divinitùs provisos. Quæcunque igitur causis secundis subduntur; ea & fato. Si quæ verò sunt, quæ immediatè a Deo fiunt, (cùm non subdantur secundis causis) non subduntur fato: sicut creatio rerum, glorificatio spiritualium substantiarum, & alia hujusmodi.

* 1. Sum. q. 116. a. 4.

DE PRÆDESTINATIONE.

ALEXANDER ait: * Prædestinatio est in genere scientiæ beneplaciti, sive approbationis. Est enim scientia. Scientia autem dicitur dupliciter: scientia simplex; & scientia cum approbatione, sive approbationis. Scientia autem simpliciter, non est causa scitorum: sed scientia approbationis est causa scitorum, id est, approbatorum. In scientia beneplaciti vel approbationis, intelligitur scientia in rectitudine, & voluntas sive approbatio in obliquitate: & quia divina voluntas est causa sufficiens eorum, quæ ei subsunt, cointelligitur potentia. Secundum hoc ergo dicendum, quod prædestinatio est, secundùm rectitudinem, in genere scientiæ: non scientiæ, quæ est per modum speculativum, quæ est simplex notitia: sed scientiæ practicæ, quæ est per modum practicum, quæ conjuncta est voluntati, & causa operationis. Et indè est, quòd quandoque, in ratione prædestinationis, ponitur præscientia, quandoque propositum, quandoque præparatio. Et: Quatuor autem actus differentes, secundùm rationem intelligentiæ, intelliguntur in ratione prædestinationis; licèt non differant secundùm actū. Primus est, cognoscere, sive judicare: secundus, eligere, sive disponere, hoc est, cogitare ad faciendum: tertius est, velle, sive proponere facere: quartus est, voluntate firmâ in finem dirigere. Itèm: * Christus, secundum quod Deus, & sapientia æterna, est lumen nostræ prædestinationis, omnium prædestinatorum & singulorū. & cùm sit unum & idem lumen: tamen, quia ad multos est, qui sunt prædestinati; multipliciter accipitur respectus ad ipsum, ut dicatur hujus & illius lumē. Ratione verò cōnotati in prædestinatione, quod est tēporale, scilicet gratia, dicendum: quòd Christus, secundū quod homo, est lumen temporale nostræ prædestinationis. quia hoc superabundantia est ipsius superfluentis gratiæ; quā assumtus est in unitate personæ: ità quòd Filius Dei universalis est filius hominis, & unusquisque prædestinatorum, per participationem illius superfluentis gratiæ, est filius adoptionis. Unde gratia sua, est velut lumen in sole: nostra verò gratia, sicut radii comparati ad solem.

* Part. 1. q. 28. m. 1. a. 2. * Part. 3. q. 3. m. 4.

BONAVENTURA ait: * Prædestinatio sempiterna, vel æterna, in numero infinito: quia turbam illam magnam nemo dinumerare poterat. Electorum namque, numerus est nobis ignotus, & soli Deo agnitus, quia ipse solus Deus scit numerum. quia, ut dicitur 2. ad Timoth. 2. * Novit Dominus qui sunt ejus.

* Diatâ 9. c. 30. * vers. 19

THOMAS ait: * Prædestinatio, & electio, & reprobatio, est quædam pars divinæ providentiæ, secundùm quod homines, ex divinâ providentiâ, ordinantur in ultimum finem. Unde per eadem manifestum esse potest, quòd prædestinatio & electio necessitatem non inducunt: quibus & supra ostensum est, quòd divina providentia contingentiam à rebus non aufert. Itèm: * Prædestinatio respicit illum tantùm finem, qui est principalis rationalis creaturæ; utpote gloriam: & ideò prædestinatio non est nisi hominum, & eorum qui spectant ad salutem. Et: Sicut se habet providentia, ad impositionem ordinis: ita se habet prædestinatio ad ordinis exitum vel eventum. Quòd enim aliqui finem gratiæ consequuntur, non est principaliter ex propriis viribus; sed ex auxilio gratiæ divinitùs data. Itèm: * Ad inveniendum prædestinationis causam, oportet accipere, quod prius dictum est: scilicet, quòd prædestinatio est quædam directio in finem, quam facit ratio, à voluntate mota. Unde, secundùm hoc, posset aliquid esse prædestinationis causa, prout esset voluntatis motivum. Et: * Illi, qui finaliter à gratiâ deficiunt, nunquam prædestinati fuerunt. Itē: * Divina prædestinatio nunquā mutatur: sed tamē orationes, & alia bona opera, valēt ad consequendū prædestinationis effectū. Et: * Deus, qui omnes homines propter beatitudinem fecit, dicitur voluntate antecedente omnium velle salutem. Sed quia quidam suæ saluti adversantur; aliquot ordo suæ sapientiæ ad salutē pervenire non patitur, propter eorum defectum: implet in eis alio modo id, quod ad suam bonitatem pertinet; scilicet eos per suā [illegible]titiam damnans. Et sic, dum à primo ordine voluntatis deficiunt; in secundum labuntur: & dum Dei voluntatem non faciunt, impletur in eis Dei voluntas. Ipse autem defectus peccati, quo aliquis redditur dignus pœnâ, in præsenti vel futuro, non est volitus a Deo, nec à voluntate antecedente, nec consequente; sed est ab eo permissus. Nec intelligendum est ex præmissis, quòd intentio Dei frustrari possit. Quia istum, qui non salvatur, præscivit ab æterno non salvāndum, nec ordinavit ipsum ad salutem, secundùm ordinem prædestinationis, qui est ordo absolutæ voluntatis: sed quantum ex parte suâ est, dedit ei naturam, ad beatitudinem ordinatam. Et: * Quod prædestinatio, & electio, causam non habeant ex aliquibus humanis meritis, potest fieri manifestum: ut [illegible]ùm ex hoc, quòd gratia Dei, quæ est prædestinationis effectus, meritis non prævenitur; sed omnia merita præcedit humana: sed etiam manifestari potest ex hoc, quòd divina voluntas & providentia, est prima causa eorum, quæ fiunt. Nihil autem potest esse causa voluntatis & providentiæ divinæ: licèt effectuum providentiæ, & similiter prædestinationis, unus possit alterius esse causa. Itèm: * Liber vitæ, idem est, quod prædestinatio, sive præscientia; quâ disponit quosdam salvare. Et: Liber vitæ est prædestinatio, in quâ omnes salvandi prædestinati sunt. Et: Utrùm aliquis de hoc libro possit deleri? Dupliciter potest responderi. Uno modo, quòd propriè loquendo nullus deletur, vel deleri potest, de libro vitæ; propter divinæ dispositionis immutabilitatem. Sed dicuntur deleri illi, qui erant scripti secūdùm æstimationem suam: quando incipiunt agnoscere, se non fuisse ibi scriptos. Unde super illud Psalmi, * Deleantur de libro, &c. Glossa: Non sic accipiendum est, tanquam in hoc libro aliquem scribat Deus, quem postea deleat: sed ita accipiendum, Deleantur de libro meo, secundùm spem illorum, qui scriptos se putant; id est, constet ipsis, non illos ibi esse scriptos. Aliter potest dici, quòd in libro vitæ omnia scribantur merita, id est, approbantur: sed quorundam merita sunt in eis solum ad tempus; quorundam sunt finaliter: & isti sunt prædestinati. Dicitur ergo aliquis scribi in libro vitæ dupliciter: aut quantum ad præsentem justitiam; aut quantum ad prædestinationem æternam. Et: De prædestinato est loqui dupliciter: aut secundùm se & absolutè; aut in respectu ad prædestinationem. Primo modo accipiendo, potest homo, qui est prædestinatus, peccare finaliter: & coronam perdere; & sic damnari, ut patet: quia liberum arbitrium ha-

* Sum. contra Gent. c. 163. * Sum. de Verit. art. 6. q. 1. * ib. q. 6. * quæst. 3. * qu. 6. * ib. m. 23. q. 2. * lib. 3. contra Gent. * in Apo. c. 3. * 69 v. 29

bet, quo potest velle malum, & manere finaliter in eo. Secundo modo loquendo, non potest: quia non potest fieri, ut hæc duo simul sint, scilicet, quòd ille sit prædestinatus, & damnetur. Et:* Dispositio, quâ ab æterno Deus disposuit genus humanũ redimere, non potuit, nisi per Christum. Et:* Nullum cadere permittit Deus finaliter, qui ei vero corde adhæret, & in tentationibus & adversis, gratiæ subsidium fideliter & ferventer requirit. Et:* Æterna dispositio, licèt toti Trinitati conveniat, tamen Filio attribuitur. Quare in Filio Pater omnia disposuit, sicut in sua sapientiâ; & per ipsum in tempore perficit. Item quia disposuit per Filii passionem, dare vitam electis. Itèm:* Vocatio est triplex; scilicet prædestinationis, inspirationis, & prædicationis. & dicit, posteriores duas non habere semper effectum. Et:* Dilectio præsupponitur electioni, secundum rationem, & electio prædestinationi. Unde omnes prædestinati sunt electi. Itèm:* Prædestinatio est gratiæ præparatio, quâ ab æterno Deus homini Christo, & cunctis, quos præscivit conformes fieri imaginis Filii sui, bona sine meritis præparavit.

* in Apo c. 5. * Ibi c. 6. * cap. 13. * cap. 19. * 1. Sum. q. 23. a 1. * de Human. Christ. c 1.

Al[illegible]us ait:* Notitia Dei, vocatur Liber vitæ. Hæc autem notitia, quia æterna est, dicitur aliquando prædestinatio: & & sic notitia prædestinationis, dicitur aliquando liber vitæ. Et: Prædestinatio, notitia non tantum est de personis salvandis, sed etiam de meritis gratiæ, & de præmiis gloriæ. Et: Prædestinatio est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Et:* Quæritur, utrùm prædestinatio possit juvari orationibus Sanctorum? ut Gen. 25.* dicitur: Deprecabatur Isaac pro uxore suâ Dominum, eò quòd esset sterilis: qui exaudivit eum, & dedit conceptum Rebeccæ, cum tamen prædestinatum esset, quòd Isaac semen habiturus erat per Rebeccam, &c. Dicendum, quod prædestinatio potest dupliciter considerari: scilicet ex parte illâ, quâ æterna est; scilicet propositi & præparationis, & hoc est prædestinationi essentiale: & ex parte illâ non potest juvari orationibus Sanctorum. Potest etiam considerari ex parte effectus; qui est gratia in præsenti apposita: & hac potest juvari orationibus Sanctorum. Itèm:* Prædestinatio, in glossâ accipitur strictè pro eo, cujus non est, nisi præparatio Dei, &c. quod homo nullo modo operando præparat. Et hoc est, quod ita fit: quod omnino fit sinè nostro opere. Itèm:* Licèt autem voluntas Dei, quæ est beneplaciti, semper fiat, tamen oramus ut fiat. Quia aliquando ita præordinata est fieri, ut effectum juvent orationes Sanctorum: sicut & supra diximus, quòd & prædestinatio juv[atur] Sanctorum orationibus. Itèm:* Hoc est prædestinationis; [in] quâ est Deus ipse præparans: & nobis præparans, ut benevolentiam ostendat: & præparans à primâ Mundi constitutione; quia in mente sapientiæ ab æterno fuit; ut in præparatione potentiæ. Et:* Quamvis ab æterno, in domo Patris, receptacula Beatorum sint distincta: tamen, ut Beati intrent in ea sine impedimento, removeri oportet impedimenta & offendicula per Christi sanguinem.

* in Luc. c. 10. * super 1. Dist. 41. * vers. 21. * in Matth. c. 1. * cap. 6. * cap. 25. * in Job c. 14.

¶ De numero Prædestinatorum, Thomas ait:* De numero omnium prædestinatorum hominum quis sit, dicunt quidam: quòd tot ex hominibus salvabuntur; quot homines ceciderunt. Quidam vero, quod tot ex hominibus salvabuntur, quot Angeli ceciderunt; & insuper tot, quot fuerunt Angeli creati. Sed melius dicitur, quod soli Deo est cognitus numerus Electorum, in supernâ felicitate locandus.

* 1. Sum. q 23. a 7.

DE ANGELIS.

Albertus:* Angelus est nomen officii, ut Dei nuntius esse sciatur. Itèm:* Angelus est substantia intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo ministrans, secundum gratiam, non naturâ, immortalitatem suscipiens.

Al[e]x[a]nd[e]r:* Angelus est substantia incorporea, cujus esse non est in corpore per unionem, vel aliquo modo per dependentiam.

Ægidius:* Angelus est substantia spiritualis separata.

¶ Divisionem Th[o]mas habet:* Apud multos est receptum, esse quosdam spiritus b[o]nos quosdã vero malos. Quod authoritate s[a]cra Scriptura comprobatur. De bonis enim spiritibus, dicitur Hebr. 1.* Omnes sunt administratorii spiritus. De malis autem spiritibus, dicitur Matth. 12.* Cùm immundus spiritus, &c.

¶ D[e] O[r]igine [Angelo]rum, Alexander ait: Creatura angelica sim[ul cre]ata est cum aliis, & inter opera sex dierum, tanquam pr[im]um opus.

* in Matth. c. 2. * super 2. Sent. Dist. 3. * Part. 2. q 14. m. 2. * lib. 2. Hex. c. 32. * de Natura Angel. c. 19 * vers. 14. * vers 43. * Part 2. q 19. m. 2.

¶ Angeli non sunt corporei. [T]ho[ma]s:* Angeli non solum non sunt corpora, sed etiam non sunt spiritus corporibus uniti, qui sensibus modo percipiant: ut sic in eis inveniantur operationes animæ sensitivæ. Et: Quòd Angeli sint incorporei, canonica Scripturæ authoritate probatur, quæ eos spiritus nominat. Dicitur enim in Psalmo:* Qui facit Angelos suos spiritus. Consuevit autem Scriptura, nomine Spiritus, incorporeum aliquid designare: secundum illud Johan. 4.* Spiritus est Deus, &c. Sic igitur consequens est, secundùm sacræ Scripturæ sententiam, incorporeos esse. Itèm: Corporales figuræ, seu formæ, quæ in sacra Scripturâ Angelis interdum attribuuntur, per quandam similitudinem sunt intelligendæ. Et:* Angeli non habent corpora sibi naturaliter unita.

* de Nat. Angel. c. 1[?] * 104. * vers. 24. * 1. [Sum.] q. 51. a 1.

¶ De rationabilibus creaturis, ait Thomas:* Inter creaturas à Deo conditas per Verbum, primum gradum tenet creatura rationalis, in tantum, quod omnes aliæ creaturæ ei subserviunt, & ad ipsam ordinari videntur. & hoc rationabiliter: quia rationalis creatura dominium habet sui actus per arbitrii libertatem. Cæteræ verò creaturæ non ex judicio libero agunt, sed quadam vi naturæ moventur ad agendum. Ubiq; autem quod est liberum, præeminet ei quod est servum: & servi ad liberorum famulatum ordinantur, & à liberis gubernantur. Est autem duplex creatura rationalis, seu intellectualis: una à corpore separata, quem Angelum dicimus; alia corpori unita, quæ est Anima hominis. Et:* Intellectuales creaturæ cæteris sunt superiores. Manifestum est, quòd per creaturas intellectuales, omnes aliæ creaturæ gubernantur à Deo. Itèm: Cum, inter ipsas creaturas intellectuales, quædam aliis sint superiores; per superiores inferiores reguntur à Deo. Unde fit, ut homines, qui infimum locum, secundum naturæ ordinem, in substantiis intellectualibus tenent, gubernentur per superiores spiritus: qui ex eo, quòd divina hominibus nuntiant, Angeli vocantur, id est, nuncii.

* Opusc. contra [Gent]. c. 3. * Compend. Theol. c. 125.

¶ Angeli ad imaginem Dei sunt conditi. Albertus:* Angelus ad imaginem Dei in tribus potentiis creatus est; sicut & Homo.

* super 2. Sh. Dist. 12.

¶ De Excellentiâ illorum, inquit Albertus:* Videtur Angelus excellentior Homine: tum propter separationem à corpore: quia corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. tum quia Angelus est signaculum similitudinis Dei; Homo autem ad imaginem tantùm.

* super 2. Sent. Ligu. 3.

¶ De Loco Angelorum, Thomas ait:* Cælum empyreum est locus congruus Angelis, quantum ad eorum naturam: & ideò ibi sunt creati. Itèm:* Esse in loco, diversimode convenit Corpori, & Angelo, & Deo. Nam Corpus est in loco circumscriptive; quia commensuratur loco. Angelus autem, non circumscriptive; cùm non commensuretur loco sed definitivè; quia ita est in uno loco, quòd non in alio. Deus autem, neque circumscriptivè, neq; definitivè; quia est ubique. Itèm:* Angelus non potest esse simul in pluribus locis. Itèm:* Quòd Angeli dicuntur esse in cœlis, aut in aliquibus locis corporalibus: non est intelligendum, quod sint in eis corporali modo, scilicet per contactum dimensivæ quantitatis; sed spirituali modo, per quendam contactum virtutis. Proprius autem locus Angelorum, est spiritualis.

* 1. Sum. q 102. a 4. * ibid. q. 52. art. 2. * Ib. art. 3. * de Nat. Ang. c. 18.

Albertus ait:* Angelus definitivè est in loco: & cùm est in uno loco, non est in alio: & cùm est in cælo, non est in terrâ: & cum in medio, non est in extremis.

* in Luc. c. 1.

¶ De Pugnâ Angelorum, Thomas ait:* Ad videndum, qualiter unus Angelus alteri resistere dicatur: quòd divina judicia, circa diversa regna, & diversos homines, per Angelos exercentur. In suis autem actionibus, Angeli per divinam sententiam regulantur. Contingit autem quandoq;, quod in diversis regnis, vel in hominibus, contraria merita vel demerita inveniuntur: ut unus alteri subdatur, aut præsit. Quid autem super hoc ordo divinæ sapientiæ habeat, cognoscere non possunt; nisi Deo revelante. unde necesse habent, super his sapientiam Dei consulere. Sic igitur, in quantum de contrariis meritis, & sibi repugnantibus, divinam consulunt voluntatem, resistere sibi invicem dicuntur: non quia sint eorum contrariæ voluntates; (cum in hoc omnes concordent, quod Dei sententia impleatur) sed quia ea, de quibus consulunt, sunt repugnantia.

* 1. Sum. q. 113. a. 8.

¶ Cur Gen. 1. nihil de Angelis dicatur, Thomas ait:*

* de Nat. Angel. c. 17.

Sacra Scriptura in Genesi, loquens de principio creationis rerum, spiritualium substantiarum productionis expressam mentionem non facit: ne populo rudi, quibus Lex proponebatur, daretur occasio idololatriæ, si plures spirituales substantias super omnes corporeas creaturas, introduceret sermo divinus. Non potest etiam ex Scriptura canonica expresse haberi, quando creati fuerint Angeli. Quod enim post corporalia creati non fuerint, ratio manifestat: quia non fuit decens, ut perfectiora posterius crearentur. Et etiam ex autoritate sacræ Scripturæ colligitur expresse: dicitur enim Job cap. 38. Cùm me simul laudarent astra, &c. per quæ spirituales substantiæ intelliguntur.*

*vers. 7.

¶ Anima & Angelus non sunt idem. ALBERTUS:* *Anima & Angelus differunt specie, & hoc qualiter fit, notandum: quod in toto potestativo, partes specierum distinguuntur secundum ordinem potestatis, in plus & plus. & ideo, sicut rationale dicit speciem Animæ, ultra sensibile, secundum quod est in bruto: in quo sensibile est, ut species; cùm tamen in homine sit, ut potentia, &c. Intellectus Angelorum sine collatione & inquisitione est; & perficitur formis universi ordinis causarum naturalium, ex primo instanti creationis suæ. Noster autem intellectus non perficitur, nisi collatione & inquisitione. & ideò est in umbrá, respectu illius; & non habet species, nisi receptas, ad perfectionem scientiæ.*

*super 2. Sen. Dist. 1

DE BONIS ANGELIS.

De ordinibus Angelorũ, ait INNOCENTIUS: * *Novem sunt ordines Angelorum, &c. Dionysius quippe, tres esse ordines angelorum, tradit, trinos in singulis ponens: ut similitudo Trinitatis in eis inveniatur impressa. Sunt enim tres ordines superiores, tres inferiores; tres medii. Superiores, Seraphim, Cherubin, Throni. Medii, Dominationes, Principatus, Potestates. Inferiores, Virtutes, Archangeli, Angeli.*

*lib. 2. de Myst. c. 62

BONAVENTURA facit * *tres divisiones hierarchiarum:* videlicet *altam supercælestem, id est, divinam, aliam cælestem, id est, angelicam; aliam subcælestem, id est, ecclesiasticam vel humanam. 2. Epiphaniam, Hyperphaniam, & Hypophaniam. 3. In suprema hierarchia, quæ dicitur Epiphania, sunt Seraphim, Cherubin, & Throni. In mediâ, sive Hyperphaniâ sunt Dominationes, Virtutes, & Potestates. In infimâ, sive Hypophaniâ, sunt Principatus, Angeli, Archangeli.*

*Parte 3. Centil. c. 17.

THOMAS ait: * *Per Michaelem (cujus nomen interpretatur, Quis ut Deus!) intelliguntur majores in Ecclesiâ: qui debent magna opera facere, per quæ ostendatur magnitudo Dei, & quòd Deo nullus est similis. Per ipsum enim fiunt omnia opera magna suorum. Angeli, sunt minores sub majoribus, in minori officio pastorali; animas tamen zelantes: vel etiam simplices; subditi tamen, vita magni. Omnes tales Ecclesiam juvant, contra Diabolum & Dæmones, documentis, exemplis, meritis, orationum suffragiis.* Et: * *Spiritus quidam sunt boni: qui puritatem, in quâ creati sunt, conservantes, divinâ gloriâ perfruuntur, à Dei voluntate nunquam recedentes. Et hi quidem spiritus, in Scripturis interdum dicuntur Angeli, id est, nuntii; quia divina hominibus annuntiant: interdum autem Filii Dei dicuntur, in quantum Deo per participationem assimilantur. Mali autem spiritus quidam sunt; non per naturam, aut per creationem. cùm uniuscujusque naturæ autor sit Deus: nec summum bonum potest esse causa, nisi bonorum. Sed sunt mali, propter propriam culpam. Hujusmodi autem spiritus in Scripturis Dæmones dicuntur: & eorum primus dicitur Diabolus, quasi deorsum cadens; licèt et sit Satan, id est, adversarius. utrique igitur spiritus, homines ad aliqua agenda movent: boni quidem ad bona, mali autem ad mala.* Et pauló pòst: *Est autem differentia inter ea, quæ per bonos & malos angelos aguntur. Nam boni angeli nihil agunt, nisi ad quod divino jussu & voluntate moventur. In omnibus enim voluntatem divinam sequuntur. Mali verò suâ voluntate discordant a Deo: unde ea, quæ ipsi agunt, a Deo aliena existunt, quantum ad eorum intentionem. Et quia non consuevimus interrogare de iis, quæ nos facimus; sed de iis, quæ absque nobis fiunt: ideò non dicitur, quod Dominus aliquid quæsierit a filiis Dei; sed solùm à Satan.* Ibidem. Et: * *Tenet fides catholica, omnes Angelos bonos fuisse creatos: quorum quidam, per propriam culpam, ceciderunt a statu rectitudinis, quidam verò ad majorem gloriam pervenerunt.* Itèm: * *Prima hierarchia in tres ordines dividitur. Primi ordinis, Seraphim dicuntur, quasi ardentes & incendentes. Secundi ordinis, Cherubin dicuntur, à plenitudine scientiæ. Tertii ordinis, ab habendo in se Deum insidentem, Throni dicti sunt. Secunda hierarchia etiam in tres ordines dividitur. Primus ordo hierarchiæ hujus, dicuntur Dominationes. Secundus ordo hujus hierarchiæ, Principatus vocatur, secundùm Gregorium, vel Virtutes, secundùm Dionysium. Tertius ordo hujus hierarchiæ, est Potestatum. Tertia hierarchia, quæ immediatè nobis præficitur, etiam tres ordines habet. quorum infimi, Angeli dicuntur; ex eo, quòd hominibus nuntiant ea, quæ ad eorum gubernationem pertinent. Unde & hominum custodes dicuntur. Supra hunc autem est ordo Archangelorum: per quem hominibus ea, quæ sunt contra rationem, nuntiantur, sicut mysteria fidei. Supremus autem ordo hujus hierarchiæ, Virtutes secundùm Gregorium dicuntur: quia ea, quæ sunt contra naturam, operantur, in augmentum eorum, quæ nobis contra rationem nuntiantur. Unde ad Virtutes pertinere dicitur, miracula facere. Secundùm Dionysium verò, supremus ordo hujus hierarchiæ, Principatus dicitur. Ut Principes intelligamus, qui singulis gentibus præsunt: Angelos, qui singulis hominibus: Archangelos, qui singulis hominibus ea, quæ sunt ad communem salutem pertinentia, denuntiant.*

*in Apoc. cap. 12.

*super Job. cap. 1.

*ibid. c. 4

*Ep. Theol. cap. 1.

¶ Quales sint, ÆGIDIUS docet: * *Angeli habuerunt aliquam beatitudinem a principio, & habuerunt aliquam perfectionem, prout requirebat tempus illud. sed non fuerunt omninò perfecti; nec habuerunt beatitudinem gloriæ, a qua nullus cadit.* Itèm: *Angeli fuerunt creati in quâdam beatitudine innocentiæ, vel (ut multi dicunt) in quadam beatitudine gratiæ. Ideo Diabolus dictus est plenus sapientiâ, perfectus decore, & in deliciis paradisi fuisse.*

*lib. 1 Hex. cap. 28.

BONAVENTURA: * *Angelis à primordio suæ conditionis sunt quatuor attributa: scilicet simplicitas essentiæ; distinctio personalis propter rationem naturaliter insitam; memoria, & intelligentia; voluntas, & libertas arbitrii, ad eligendum bonum, & respuendum malum. Hæc quatuor principalia attributa, comitantur alia quatuor: scilicet virtuositas in operando; efficacitas in ministrando; perspicuitas in cognoscendo; & immutabilitas in eligendo. Immutabilitas, inquam, post electionem, sive in bono sive in malo. Substantia quippe spiritualis & incorporea, simplex, & omnis carens divisione quantitativa, cujusmodi est natura angelica, hoc ipso, quod est simplex & virtuosa in operando.*

*Centil. p. 3. cap. 13.

¶ De cognitione Angelorum, ait THOMAS: * *Quia imago Dei est in ipsâ naturâ Angeli impressa: per suam essentiam Angelus Deum cognoscit; in quantum est similitudo Dei. Non tamen ipsam essentiam Dei videt: quia nulla similitudo creata est sufficiens, ad repræsentandam divinam essentiam.* Et: * *Quidam totaliter subtraxerunt Angelis singularium cognitionem. Sed hoc derogat catholicæ fidei; quæ ponit, hæc inferiora administrari per Angelos: secundùm illud Hebr. 1.* * Omnes sunt administratorii spiritus. *Si autem singularium notitiam non haberent, nullam providentiam habere possent de iis, quæ in hoc Mundo aguntur: cùm actus singularium sint.* Itèm: * *In Angelis est duplex cognitio. Una quidem naturalis: secũdùm quam cognoscũt res, tum per essentiam suam; tum etiam per species innatas. Et hac cognitione, mysteria gratiæ Angeli cognoscere non possunt. Hæc enim mysteria, ex purâ Dei voluntate dependent. Si enim unus Angelus non potest cognoscere cogitationes alterius, ex voluntate ejus dependentes: multò minùs potest cognoscere ea, quæ ex solâ Dei voluntate dependent. Et sic argumentatur Apostolus 1. Cor. 2.* * Quæ sunt hominis, nemo novit; nisi spiritus, &c. *Est autem & alia Angelorum cognitio, quæ eos beatos facit: quâ vident Verbum, & res in Verbo. Et hac quidem visione, cognoscunt mysteria gratiæ: non quidem omnia, nec æqualiter omnes; sed secundùm quod Deus voluerit eis revelare.* Itèm: * *Angeli vident Deum per essentiam; & tamen non omnia vident. Inferiores enim Angeli purgantur a superioribus à nescientiâ; ut dicit Dionysius, cap. 7. Cælest. hierarch. Ipsi etiam nesciunt futura contingentia, & cogitationes cordium. Hoc enim solius Dei est.*

*1. Sum. q. 56. a. 3.

*ibid. q. 57. a. 2.

*vers. 14.

*ibid. a. 5

*vers. 11.

*ib. q. 12. art. 8.

ALBERTUS ait: * *Triplex est cognitio Angelorum, ut elicitur è verbis Augustini: scilicet vespertina; quâ cognoscunt res in proprio genere rerum: in quâ obumbrantur umbrâ privationis, trahentis ad occasum semper. Secunda, quâ cognoscunt res in seipsis. Et tertia, quæ est nobilior aliis, quæ est in Verbo,*

*super 3. Sent. Dist. 14.

¶ De Libero arbitrio Angelorum, THOMAS inquit:* *Major libertas arbitrii est in Angelis, qui peccare non possunt; quam in nobis, qui peccare possumus.* Et:* *Liberum arbitrium hominis flexibile est ad oppositionem, & antè, & post. Liberum autem arbitrium Angeli, flexibile est ad utrumque oppositum, antè, sed non post. Sic igitur Angeli boni, semper adhærentes justitia, sunt in illa confirmati: mali verò, peccantes, sunt in peccato obstinati.*

[* 1 Secund. q. 62. a. 8.] [* ib. q. 64. art. 2.]

¶ De confirmatione bonorum Angelorum, ait BONAVENTURA:* *Sicut Angeli à Deo aversi, statim sunt obstinati per impœnitentiam: sic ad Deum conversi, statim fuerunt confirmati per gratiam & gloriam, in voluntate; perfectè illuminati in ratione, secundùm cognitionem matutinam & vespertinam; perfectè fortificati in virtute, sive motivâ, sive operativâ, perfectè ordinati in operatione, sive contemplativâ, sive ministrativâ.* Et:* *Aliis apostatantibus, Angeli ipsi immobiliter Domino adhæserunt; ità quòd alii per malitiam irrevocabiliter obstinati, Angeli sunt, per gratiam & gloriam, in perfectâ voluntate confirmati. Simul enim tempore, non naturâ, gratiam & gloriam conversionis, & adhæsionis ad Deum, meritò perceperunt: ratione cujus fuerunt ad voluntatem stabiles & felices. In ratione sunt perfectè illuminati, secundùm cognitionem matutinam & vespertinam. Lux quippe divina, angelum illuminans ad cognitionem Dei, angelum facit lucem. Cognitio autem Dei in se, dicitur dies; quia purè est lux, tanquam cognitio & ratio cognoscendi. Lux autem angelica, divinitus illustrata, habet cognoscere creaturam, quæ respectu Dei tenebra reputatur. Ideò ejus cognitio dicitur vespertina, prout cognoscitur in se-ipsâ: dicitur matutina, prout ex illâ cognitione consurgit mens angelica in laudem Dei, cognitionem illam referens ad cognitionem, quam habet in verbo & virtute. In virtute sunt perfectè sanctificati, sive in operando, sive in exsequendo: & hoc, sive assumto corpore, sive non. In operatione sunt perfectè ordinati, sive contemplativâ, sive administrativâ. Duplex enim est vis angelica: contemplativa, quâ contemplantur Deum: & negotiativa, sive administrativa, quâ negotiantur circa salutem hominum.*

[* Breviloq. p. 2. cap. 8.] [* Pars 3. Centiloq. cap. 15.]

¶ De Angelorum officio, inquit ALEXANDER:* *Angelus est medius inter nos & Deum, & est minister vel nuntius, respectu nostri. Et ideò, quicquid efficit vel nuntiat nobis, vel quandocunque visibiliter apparet nobis; authoritate Dei facit. Et ideo in omni opere suo salvatur ratio missionis: quia omnes sunt ministri, & in ministerium missi. quia in Deo sunt; & Dei autoritate veniunt ad nos.* Et:* *Angeli, qui jam beati sunt, duplicem habent operationem. Unam, quâ contemplantur Deum: aliam, quâ ministrant nobis. Et secundùm illam, quâ contemplantur, non merentur, sed jam sunt beati, in substantiâ præmii. Secundùm verò ministerium, quo ministrant nobis, merentur excellentiam & augmentum ipsius præmii. Secundùm istum modum, magni consilii angelus, homo Christus, duplicem habuit operationem animæ, secundùm partem rationis. Unam, quâ contemplabatur gloriam divinitatis, secundùm quam erat comprehensor, & beatus: aliam, secundùm quam operabatur dispensationem nostræ redemtionis, in corpore mortali; secundùm quem modum merebatur.* Itèm:* *Effectus custodiæ angelicæ circa animas, multiplex est. Unus est, ut proficiat anima in bonum gratiæ. Alius, ut non cadat malum culpæ. Tertius est, ut, si cadat, postmodum resurgat; vel ne totiens cadat, vel in tantum malum cadat.*

[* Par. 2 q. 74. m. 1.] [* Par. 2 q. 16. m. 2.] [* ibid. m. 4 a. 4.]

THOMAS:* *Angeli, qui sunt deputati hominibus ad custodiam, nunquam totaliter hominem dimittunt. Sed dicuntur dimittere, in quantum ex justo Dei judicio, permittunt eum cadere in culpam & pœnam.* Itèm:* *Omnes Angeli, tam majores, quàm minores, hominem mortalem juvant; &c. ipsam Ecclesiam custodiunt.* Itèm:* *Hoc prælium signat bellum, quod est inter sanctos angelos, & reprobos angelos. Angeli enim boni pugnant pro homine; reprobi ad nocumentum hominis: & tandem reprobi succumbunt.* Et: *Michael archangelus, est princeps & præpositus Ecclesiæ: & ipse, & angeli qui sunt sub eo, Ecclesiam protegunt ab angelis malis.* Itèm: *Præliantur boni angeli contra malos angelos, suadentes bona hominibus, ac revelantes utilia, & roborantes contra vitia, orando pro ipsis, & dæmones arcendo ab eis.* Et:* *Finis Angelorum potest accipi dupliciter. Uno modo, secundùm facultatem suæ naturæ: ut scilicet cognoscant & ament Deum, naturali cognitione & amore. Et secundùm respectum ad hunc finem distinguuntur ordines Angelorum, secundùm naturalia dona. Alio modo potest accipi finis angelicæ multitudinis, supra naturalem facultatem eorum, quæ consistunt in visione divinæ essentiæ, & in immobili fruitione bonitatis ipsius. Ad quem finem pertingere non possunt, nisi per gratiã. Unde, secundum respectum ad hunc finẽ, ordines distinguntur in Angelis: completivè quidem, secundùm dona gratuita, dispositivè autem, secundùm dona naturalia. Quia Angelis data sunt dona gratuita, secundùm capacitatem naturalium. quod non est in hominibus. Unde in hominibus distinguuntur ordines, secundùm dona gratuita tantùm; & non secũdum naturam.* Et:* *Sancti Angeli sunt ministri divinæ sapientiæ. Unde, sicut divina sapientia permittit, aliqua mala fieri, per malos angelos vel homines, propter bona, quæ ex eis elicit: ita & boni Angeli non totaliter cohibent malos à nocendo.* Et:* *Beneficia, quæ dantur homini divinitùs ex eo, quòd est Christianus, incipiunt à tempore Baptismi: sicut perceptio Eucharistiæ, & alia hujusmodi. Sed ea, quæ providentur homini in-quantum habet naturam rationalem, ex-tunc ei exhibentur; ex quo nascendo talem naturam accipit. Et tale beneficium, est custodia angelorum. Unde statim à nativitate homo habet angelum, ad sui custodiam deputatum.*

[* Sum. de Verit. mat. 3 q. 7.] [* in Apoc. cap. 7.] [* ib. ca. 12.] [* 1. Sum. q. 108. a. 4.] [* ib. q. 109 art. 4.] [* q. 113. a. 5]

ALBERTUS ait:* *Angelicæ benignitatis est, paventem de suo adspectu, blandiendo consolari. E contrario dæmones, si quos de suâ præsentiâ terreri senserint, ampliori horrore concutiunt.* Et: *Angelus bonus semper ad cor loquitur, propter illuminationem divinam; cujus ipse est minister & exsecutor.* Itèm:* *Angeli ministrabant Christo, non ex indigentiâ, sed ex reverentiâ. Nobis autem ex indigentiâ nostrâ ministrant.* Et:* *Deus Angelis dispersit ministeria hominum; & per eos frequenter perficit corporales sanitates hominum.* Itèm:* *Angeli, ante judicium, omnes sunt in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.* Itèm:* *Hoc, quòd Angeli custodiunt nos, & obsequuntur nobis, non ostendit indigniorem eorum naturam: sed charitatem & obedientiam ipsorum; nostram autem indigentiam.*

[* in Luc. c. 1] [* in Matt. cap. 4.] [* ibid. c. 8.] [* ibid. c. 12.] [* super 1 Sent. Dist. 16.]

¶ De apparitione bonorum Angelorum, THOMAS ait:* *Propriè vocem non habẽt Angeli, nisi quando assumunt corpora. Potest tamen eorum locutio, quam habent secundùm se, dici vox, scilicet vox spiritualis. In ipsis enim est locutio spiritualis, quæ fit ad alios Angelos, per quosdam nutus spirituales, quos habeat loco vocis.* Itèm:* *Modus angelicæ apparitionis est triplex, secundùm triplicem visionem: intellectualem, imaginariam, & corporalem. Primo, videtur in propriâ substantiâ: & iste modus erit in patriâ. Secundo modo, videtur sub figuris quibusdam, & similitudinibus rerum corporalium: & sic apparuit Joseph in somnis. Tertio modo apparet in assumto corpore: & sic apparuit beatæ Virgini.* Itèm:* *Scriptura divina sic introducit interdum Angelos apparentes; ut communiter ab omnibus viderentur: sicut Angeli Abrahæ apparentes, visi sunt ab eo, & totâ familiâ ejus, & à Loth, & à civibus Sodomorum. Similiter Angelus, qui apparuit Tobiæ, ab omnibus videbatur. Cùm igitur Angeli, neq; corpora sint; neq; habeãt corpora naturaliter sibi unita: relinquitur, quod interdũ corpora assumant.* Et: *Angeli nõ indigent corpore assumto propter seipsos, sed propter nos: ut, familiariter cũ hominibus conversando, demonstrent intelligibilem societatem; quam homines exspectant, cum eis habendam in futurâ vitâ. Hoc etiam, quòd Angeli corpora assumserunt in veteri Testamento, fuit quoddã figurale indicium, quòd Verbum Dei assumturum esset corpus humanum. Omnes enim apparitiones veteris Testamenti, ad illam apparitionem ordinatæ fuerunt; quâ Filius Dei apparuit in carne.* Et: *Angeli assumunt corpora ex aere, condensando ipsum virtute divinâ; quantum necesse est, ad corporis assumendi formationem.* Et:* *Corpora assumta ab Angelis non vivunt. Itèm, nullo modo dicendum est, quòd Angeli per assumtorum organa sentiant.*

[* in Apoc. c. 5] [* de Nativ. Christi c. 1.] [* 1. Sum. q. 51 a. 2.] [* ibid. a. 3.]

De locutione Angelorum, ait THOMAS:* *Nihil est aliud, loqui Angelum ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare.* Et:* *Angelus loquitur Deo, vel consulendo divinam voluntatem; vel ejus excellentiam, quam nunquam comprehendit, admirando. Sicut Gregorius dicit, 2. Moral. quòd Angeli loquuntur Deo; cùm per hoc, super semet-ipsos respiciunt, in motum admirationis surgunt. Locutione, quâ Angeli loquuntur Deo, laudantes ipsum & admirantes, semper Angeli Deo loquuntur. Sed locutione, quâ sapientiam ejus consulunt super agendis, tunc ei loquuntur: quando aliquid novum per eos agendum occurrit; super quo desiderant illuminari.*

[* 1 Sum. q. 107. a. 1.] [* ibid. a. 3]

De esu Angelorum, inquit THOMAS: * *Propriè loquendo, comedere Angelis non convenit: quia comestio importat sumptionem cibi, convertibilis in substantiam comedentis. Et quamvis in corpus Christi, post resurrectionem, cibus non converteretur, sed resolveretur in præjacentem materiam: tamen Christus habebat corpus talis naturæ, in quod posset cibus converti. Unde fuit vera comestio. Sed cibus assumtus ab Angelis, neque convertebatur in corpus assumtum, neque corpus illud talis erat naturæ, in quod posset alimentum converti. Unde non fuit vera comestio, sed figurativa spiritualis comestionis. Et hoc est, quod Angelus dixit, Tob. 12.* * Cùm essem vobiscum, videbar quidem manducare.

(* 1. Sum. q. 51. a. 3. — * vers. 19.)

DE MALIS ANGELIS.

ALEXANDER ait: * *Diabolus & spiritus dicitur. Quòd dicatur spiritus, hoc imponitur ei à natura, & perfectione naturæ, in qua conditus est. Quòd dicatur Diabolus; hoc imponitur ei à malitiâ suâ & deformitate.* Itèm: * *Deus hujus seculi, intelligitur dupliciter. Uno modo intelligitur Diabolus, secundum quod Seculum dicitur, perversi amatores secularium: quorum dicitur diabolus Deus, non creando, sed principando, & eos ad mala agendo. Vel, Deus hujus Seculi, dicitur Deus, secundùm quod Seculum accipitur, pro universitate rerum mundialium. & tunc, quòd dicitur excæcasse mentes infidelium, intelligitur, non effectivè, sed permissive: secundùm quod dicitur Rom. 1.* * Tradidit eos Deus in reprobum sensum, *id est, tradi permisit.*

(* Part. 2. q. 9. m. 1. — * ibid. q. 1. memb. 3. — * vers. 28.)

INNOCENTIUS inquit: * *Diabolus, propter diversas proprietates, diversis animalium nominibus nuncupatur. Nominatur enim nominibus bestiarum, propter violentiam & oppressionem: nominibus reptilium propter astutiam & deceptionem: nominibus piscium, propter luxuriam & effusionem. His enim quatuor modis maximè tentat & superat.*

(* Serm. 1. de festo Nativ. Mar.)

THOMAS: * *Diabolus dicitur Stella, principaliter ratione scientiæ sive notitiæ, quæ magna est in eo. Non enim prorsus eam perdidit: sed tamen non habet tantam claritatem scientiæ, ut ante lapsum, qui in primordio Mundi cecidit de cœlo, propter superbiam.* Et: *Dæmones dicuntur angeli, tum ratione naturæ nobilis, quia naturam habent angelicam: tum ratione missionis; quia mittuntur a principe imperante, & a Deo permittente. quod tamen non dicitur propriè mitti.* Itèm: * *Diabolus colubro comparatur, propter malignitatis venenum: & tortuosus dicitur, propter calliditatem. Signanter autem dicit eum eductum, obstetricante manu Dei. Sicut enim obstetrix sic educit infantem quandoque mortuum; ut mater non lædatur: ita Deus sic eduxit Diabolum de medio angelorum, ut bonorum angelorum societas in nullo detrimentum sit passa.* Itèm: * *Diabolus dicitur esse Deus hujus Mundi, non creatione, sed quia seculariter viventes ei serviunt: eo modo, quo Apostolus loquitur Philip 3.* * Quorum Deus venter.

(* in Apoc. cap. 9. — * in Job cap. 26. — * 1. Sum. q. 63. a. 1. — * vers. 19.)

ALBERTUS: * *In sacrâ Scripturâ inveniuntur septem nomina Dæmonum septem vitia prætendentia: quæ sunt: Diabolus, Satanas, Leviathan, Asmodæus, Behemot, Apollyon, Dæmon.* Et: * Porci sunt Dæmones, qui spurcitiis delectantur.

(* in Luc. cap. 8. — * ibid. c. 15.)

¶ Unde sint Dæmones, INNOCENTIUS ait: * *Diabolus, & Dæmones alii, a Deo quidem naturâ creati sunt boni; sed ipsi per se facti sunt mali.*

(* in Concil. Later. ca. 1.)

THOMAS ait: * *In dæmonibus intelligitur, & natura, quæ est a Deo; & deformitas culpæ, quæ non est ab ipso. Et ideò non est absolutè concedendum, quòd Deus sit in dæmonibus, sed cum hac additione, in-quantum sunt res quædam.*

(* 1 Sum. q. 8. a. 1.)

¶ De Lapsu Diabolorum, inquit ALEXANDER: * *Angelus ille non fuit malus ex creatione, sive conditione; sed propriâ voluntate depravatus.* Et: * *Primum peccatum Diaboli fuit superbia; & radix ejus, avaritia vel cupiditas. Non est oppositio inter hæc, ad-invicem sic se habentia. Superbia enim quod est speciale peccatum, est amor sive appetitus propriæ excellentiæ: ita quòd hoc, quod dico, Propriæ, sonet in culpam. Quia potest aliquis amare præesse propter Deum, quod non est apostatare: nec tunc amat propriam excellentiam; sed excellentiam quasi communem. quia propter communem utilitatem appetit præesse. Sed apostatare est, cum homo proprium præesse appetit. & sic dicitur superbia amor propriæ excellentiæ. & sic fuit in primo peccato Diaboli: & ideo ejus primum peccatum fuit superbia; cum ejus radix fuit cupiditas: secundum quod in eo fuit appetitus propriæ excellentiæ.*

(* Part. 2. q. 109. m. 1. art. 4. — * ibid. m. 1.)

BONAVENTURA ait: * *De apostasiâ Dæmonum hoc est tenendum: scilicet, quòd Deus omnes angelos fecit bonos, tanquam medios, inter se summum bonum, & commutabile bonum quod est creatum: ita quòd, si converterentur ad amandum, quod est suprà, ascenderent ad statum gratiæ: si verò ad bonum commutabile, quod est infrà; hoc-ipso ruerent in malum culpæ & pœnæ: quia non est dedecus peccati, sinè decore justitiæ. Primus Lucifer inter angelos, præsumens de privato bono, privatim appetit excellentiam, volens aliis superferri: & ideò cecidit, cum cæteris consentientibus sibi. Cadens autem, factus est impœnitens, obstinatus & excæcatus, & exclusus à Dei contemplatione, & deordinatus in operatione; toto nisu conatur ad subvertendum hominem, per tentationem multiplicem.* Itèm: *Angelus fuit à Deo conditus, bonus quidem, sed non summus, proficiendus tamen, si affectu tenderet in summum. Et quoniam, per liberum arbitrium voluntatis, poterat tendere in summum bonum, vel converti ad bonum privatum: Lucifer suæ pulcritudinis & altitudinis consideratione excæcatus ad se diligendum. & suum privatum bonum, præsumsit de altitudine habita; & ambivit excellentiam propriam non obtentam: ac per hoc præsumendo, constituit se sibi, in se-ipso gloriando & ambiendo; constituit se sibi, summum bonum, in se-ipso quiescendo. Cùm autem ipse nec summum esset principium, nec summum bonum: necesse fuit, quòd de inordinato ascensu in descensum rueret; parti ratione & omnes in hoc consentientes.* Et: * *Angelus, ut vidit suam pulcritudinem præsumsit & consummatus est in ambitione: quia præsumere de se appetiit, quod erat supra se. atque consummatus est in invidia & odii aversione. quia, ex quo non potuit hoc obtinere, quod petiit, cupit odio & invidiâ contraire. & sic, in peccato Luciferi, superbia præsumtionis fuit prima generatione; superbia ambitionis fuit prima consummatione.*

(* Brevil. 3. c. 7. — * Centil. p. 1. cap. 3.)

THOMAS ait: * *Casus Diaboli excitat in eo invidiam & malitiam, ad tentandum homines: ne scilicet possent illuc ascendere, unde ipse irrevocabiliter cecidit.* Et: * *Per virtutem providentiæ ipsius, Diabolus superbiens de sua gloriâ privatus est: & sic eo percusso, boni angeli sunt spiritualia dona assecuti.* Itèm: * *Virtute divinâ, quando de cœlo cecidit per peccatum; & tunc Angeli, admirantes divinam majestatem, sunt purgati, per separationem ab ejus societate. Simpliciter etiam, in die judicii, quando Diabolus, cum omnibus membris suis, detrudetur in infernum; Angeli, & omnes Sancti, admirabuntur divinam potestatem.* Itèm: * *Peccatum primi angeli fuit aliis angelis causa peccandi: non quidem cogens; sed quadam quasi exhortatione inducens. Cujus signum ex hoc apparet: quòd omnes Diaboli illi supremo subduntur. ut manifestè apparet per illud, quod dicitur Matthei 25.* * Ite maledicti, in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis ejus. *Habet enim hoc ordo divinæ justitiæ ut, cujus suggestioni aliquis consentit in culpa, ejus potestati subdatur in pœna: secundùm illud 2. Petr. 2.* * A' quo quis superatus est.

(* in Apoc. cap. 9. — * in Job ca. 26. — * ibid. c. 41. — * 1. Sum. q. 63. a. 8. — * vers. 41. — * vers. 19.)

ALBERTUS ait: * *Qui se æqualem facere voluit Deo, cùm non esset, cecidit, & ex angelo factus est diabolus.*

(* in Joh. c. 3.)

ÆGIDIUS ait: * *Sicut primus Homo habuit quandam beatitudinem in statu innocentiæ, a quâ cecidit per peccatum: sic & Diabolus habuit quandam beatitudinem, à quâ cecidit per superbiam.* Itèm: *In angelis, per motum liberi arbitrii, facta est distinctio inter eos: quia per conversionem, qua est motus liberi arbitrii, facti sunt beati: & per aversionem, alii facti sunt miseri.* Et: * *Modica fuit morula, inter creationem & ipsius casum: ut dicatur mendax in principio; & dicatur in veritate non-stetisse. Quia, ut dicitur Ezech. cap. 28.* * *In deliciis paradisi fuit. Nam Diabolus in veritate innocentiæ, & in deliciis innocentiæ fuit: sed ita fuit modica morula inter illa, ut dicatur in veritate non stetisse.* Itèm: * *Supremus angelus, delectatus in se-ipso, ex sua pulcritudine cecidit.*

(* li. 1. Hex. cap. 12. — * li. 3. c. 2. — * vers. 13. — * ibid. c. 34.)

¶ Qualis sit Diabolus, inquit ALBERTUS: * *In dæmone notatur excellens posse, excellens nosse, & ad nocendum malitia.* Et: * *Diabolus tantò pejor est, quantò est ad agendum malum sagacior.*

(* in Luc. 10. — * cap. 11.)

¶ De potestate Diaboli inquit ALEXANDER: * *Mali angeli nullam habent potentiam, nisi solùm, quando eis permittitur. Coarctata est enim eorum potentia.*

(* Par. 1. q. 22. m. 6.)

THOMAS: * *Potestas Diaboli ad tentandum, dicitur clavis: quia aperit ingressum ad malum, & per hoc claudit ad bonum: aperit*

(* in Apoc. cap. 9.)

num: aperit ingressum ad gehennam, & claudit ad gloriam. Item: *De potestate tentandi, est loqui dupliciter. Aut quantum ad primam potentiam tentandi, quæ est liberum arbitrium. Et sic potestas tentandi fuit data omnibus angelis, in ipsa creatione; scilicet liberum arbitrium. Aut quantum ad usum malum, dicitur ei esse data potestas, id est, permissa post lapsum. Tunc enim potestatem, prius sibi datam ad bonum, convertit ad malum usum: quod non potuit, nisi permissus.* Et: *Diaboli potestas magna est, cùm non prohibetur à Deo, vel ejus angelis.* Et: * *Non enim Diabolo absolutè terræ dominium est concessum, ut scilicet liberè in terrâ facere posset, quod velit: sed, quicquid facere permittitur, ex divinâ dispensatione procedit, quæ omnia ex rationabili causâ dispensat. Unde hoc ipsum, quòd innocentes puniuntur, non dependet absolutè ex malitiâ Diaboli.*

ALBERTUS: * *In luxuriosis quiescit Diabolus.* Item: *Diabolus non accedit ad Sanctum; sed victus fugit ab eo: & illum vincit & interficit homo sanctus. Et ideo homo malus membrum & anima est Diaboli.*

¶ De operibus Diaboli, inquit INNOCENTIUS: * *Diabolus est malorum incensor. Primò, ignem tentationis incendit: quo anima liquefacta, quasi cera mollescit; cùm incipit delectari. Secundò, magis accendit ignem tentationis: quo magis anima calefacta, quasi cera liquescit, cùm incipit consentire. Tertiò, magis accendit: quo magis ac magis anima calefacta, quasi cera penitus evanescit; cùm incipit perpetrare.* Item: * *Tripliciter dæmon hominem vexat. 1. per culpam, auferendo gratuita. 2. per pœnam, lædendo naturalia. 3. per jacturam, inferendo discrimina.* Et: * *Diabolus quandoque hominem irritat ad bonum; ut de bono gravius malum eliciat. Contra hunc Dæmonis insultum, valet perseverantia: ut de bona fine bona claudantur initia.* Et: * *Ecce, quantùm Diabolus dolet de pœnitentiâ peccatoris; quantúmque laborat, ut eum revocet ad peccatum.* Item: * *Lucifer, in quantum est Satanas, retribuit non solùm mala pro malis, verùm etiã mala pro bonis: quoniam odium pro dilectione suâ retribuit creatori; quemadmodum de ipso legitur, & membris ejus:* * Superbia eorum, qui oderunt te, ascendit semper ad te. Item: *Cùm Diabolus conspicit peccatorem converti ad pœnitentiam, commovet irrisores, qui eum exprobrando confundant: & conjuratores inducit, qui eum conspirando subvertant: tales videlicet, quos ipse non facilè deprehendat; fictos videlicet laudatores.*

BONAVENTURA inquit: * *Diabolus, in quibus non invenit fidem catholicam vel fortem; in illis sculpit vel format figuram leonis, id est, peccatum superbiæ: in quibusdam draconis, id est, peccatum invidiæ: in quibusdam figuram canis, id est, peccatum iræ: in quibusdam figuram talpæ, id est, peccatum avaritiæ: in quibusdam figuram asini, id est, peccatum acediæ: in quibusdam figuram lupi, id est, peccatum gulæ: in quibusdam figuram ursi, id est, peccatum luxuriæ. Contra quod monet nos Apostolus, Roman. 12.* * Nolite conformari huic seculo. Et: * *Quoniam Diabolus, qui priùs erat sciens & rectus, per superbiam cadendo factus est versutus & invidus: ideò per invidiam tentare volebat, & per astutiam sciebat. & ideò tentavit, juxta quod potuit, & Deus permisit.* Et: * *Diabolus, licèt in omnibus tentationibus intentor soleat esse: tamen spiritualiter duabus tentationibus infestat nos; & maximè magis probatos in servitio Dei. cùm aut fidem veram conatur nobis auferre, & spiritu blasphemiæ subvertere: & hujusmodi cogitationibus nos infestat; quas naturaliter abhorremus; ut desperationem, vel nostri occisionem; & similibus: licèt quandoque & aliis ex causis ista proveniant.* Item: * *Sciendum, quòd adversarius, quando fortiter vincitur, aliquando diu exspectat, quòd de eodem vitio non impugnat; donec iterum dissuescat pugnare. & tunc iterum subitò improvisus ruit: ut improvidos tantò securiùs prosternat; quantò ad repugnandum inveniat paratiores.*

THOMAS: * *Mali angeli impugnant homines dupliciter. Uno modo, instigando ad peccatum. Et sic non mittuntur a Deo ad impugnandum: sed aliquando permittuntur, secundum justa Dei judicia. Aliquando autem impugnãt homines puniendo. Et sic mittuntur à Deo: sicut missus est spiritus mendax, ad puniendũ Achab regem Israël. Pœna enim refertur in Deum, sicut in primum autorem. Et tamen dæmones, ad puniendum missi, aliâ intentione puniunt, quam mittuntur. Nam ipsi puniunt ex odio & invidiâ: mittuntur autem a Deo, propter ejus justitiam.* Et: * *Diabolus inhabitare hominem, potest dupliciter intelligi. Uno modo, quantum ad animam alterò modo, quantum ad corpus. Quantum ad animam quidem; non potest Diabolus hominem inhabitare substantialiter. Quia solus Deus illabitur menti: nec ità Diabolus causat culpam; sicut Spiritus sanctus gratiam. Spiritus enim sanctus interiùs operatur: sed Diabolus exteriùs suggerit, quantum ad sensum, vel imaginationem. Dicitur tamen inhabitare affectu malitiæ: non solùm quando ex ejus suggestione peccatum perpetratur; sed etiam per peccatum quodcunque mortale. Quia ex quolibetcunque peccato mortali, homo servituti Diaboli adjicitur. Sed quantum ad corpus, Diabolus potest hominem substantialiter inhabitare: sicut patet in arreptitiis. Sed hoc magis pertinet ad rationem pœnæ, quam ad rationem culpæ. Pœnæ autem corporales hujus vitæ, non semper consequuntur culpam: sed quandoque non-peccantibus inferuntur; ut dicitur Johan. 9.* * *de cæco nato. & hoc est secundùm altitudinem incomprehensibilium judiciorum Dei. Unde non cum qualibet culpâ mortali, Diabolus inhabitat hominem substantialiter, etiam quantum ad corpus.* Et: * *Diabolus ardet igne invidiæ. Invidet enim saluti humanæ: quia videt hominem ad beatitudinem, quam ipse amisit, posse ascendere. & ideò, ardens dolore invidiæ, hominem tentat; ut eum ad tartara trahat.* Item: *Diabolus missus est in Gentiles, vel propriâ libidine, quâ nocere appetit, ipsum impellente in corda hominum: vel ab ipso Deo, non impellente; sed permittente: quia non potest nocere, nisi a Deo permissus. Et ideò potest dici missus a Deo, non ut agente; sed ut juste-permittente.* Et: * *Licèt tam malis, quàm bonis, nocere appetant dæmones: tamen existentibus in gratiâ non sic permittuntur nocere; ut eis, qui sunt in culpâ. Unde incredulis ante passionem magis nocere poterat, quàm bonis. Per passionem verò cohibitus est, quantum ad bonos: & etiam quantum ad malos; tamen credituros.* Et: * *Diabolus totus est ardens, ad perdendum animas. Unde meretur permitti tentare homines: unde sibi major pœna accrescat.* Et: *Licèt Diabolus sedeat per dominationem, in omnibus malis: tamen specialiùs dicitur sedere in falsis fratribus, qui fide carent; & tamen se veros fideles, & verbo, & simulato opera, mentiuntur.* Item: * *Præliantur mali angeli contra bonos angelos, immittendo hominibus occasionaliter, licet non causaliter, cogitationes malas; & persuadendo mala, & debiles reddendo contra vitia; & nocendo eis, quantùm possunt.* Et: * *Dæmones importunum garrulant in cordibus multorum, persuadendo fortiter errores, per se, & per alios hæreticos garrulatores: & mentis quietem auferunt; & morantur in locis lutosis & immundis, ut ranæ.* Et: * *Diabolus est plenus, in se & in membris suis, ad inventionem blasphemiarum & hæresium; quibus facit homines blasphemare Deum.* Et: * *Permittente Deo, dæmones possunt turbationem aëris inducere, ventos concitare, & facere ut ignis de cœlo cadat.* Et: * *Diabolus est causa mortis, culpæ, & gehennæ.* Et: * *Nota, quòd Diabolus sidet in omnibus injustis generaliter; specialiter autem in hypocritis, simulantibus sanctitatem.*

ALBERTUS: * *Angeli mali leguntur aliquando permissam sibi habere potestatem; non tamen leguntur sic dicere esse missos. Quia magis malitia voluntatis innituntur, in persequendo injunctum ministerium; quàm authoritatis potestatis. & ideò omni actu suo, & opere, semper peccant.* Et: *Maligni spiritus, quasi quidam latrunculi, iter nostrum obsident. & ideò via eligenda est, occasiones tentationum minùs habens.* Item: * *Semper grassantur in malitiâ, ideo non sufficit ei, quòd unum inferat nocumentum: sed infert multa; impetratâ licentiâ nocendi a Domino.* Item: * *Tentator est Diabolus, qui insidiando circumvolat, & promittendo decipit, & suadendo blanditur, & opprimendo rapit, & minando terret, & desperando frangit.* Et: * *Diabolus aut intendit experiri, quod nescit; aut propellere ad illicitum committendum. Et, si intendit experiri; tunc insidiando circumvolat. Si autem intendit propellere ad illicitum: aut hoc facit, quia a malo exitum impedit; & sic desperando frangit: aut quia retrahit ab eo, quod est verè bonum.* Et: *Diabolus nobis dicit per id, quòd in nobis seminarium suæ persuasionis immittit.* Item: *Diabolus illã reverentiam, in oratione Creatori debitam, semper usurpavit sibi, quæ Græcè λατρεία dicitur. Et ideò etiam idololatriam invenit, ut in idolis hoc servitium sibi exhiberetur.* Item: * *Diaboli voluntas semper est ad nocendum. Et, si aliquando prosit temporaliter: hoc non facit, nisi ut postea ampliùs noceat.* Et: * *Diaboli opus, & omniũ suorum ministrorum, est dispergere.* Et: * *Diabolus autor omnis perversitatis.*

Marginal notes: * in Job. c. 9. — * in Luc. c. 7. — * Serm. 1. in festo Pentec. — * Serm. in festo Mar. Magd. — * de Eleemos. c. 6. — * in Psal. 5. pænit. — * in Psal. 3. pænit. — * Psal. 74 v. 24. — * Dieta. 9. ca 47. — * vers. 2. — * Brevil. p. 3 cap. 2. — * de Profectu Religios. c. 3. — * cap. 56. — * 1. Sum. q. 114. a. 1. — * Quodlib. 3. a. 8. — * vers. 3. — * in Apoc. c. 8. — * ibid. c. 7. — * ibid. c. 6. — * ibid. c. 12. — * cap. 16. — * cap. 17. — * in Job c. 1 — * in Apoc. c. 1. — * cap. 2. — * in Luc. c. 1 — * ibid. c. 11 — * in Joh. c. 6 — * in Matt. cap. 4. — * ibid. c. 8. — * ibid. c. 12 — in Job c. 13

Quomodo

Quomodo cogitationes malas instillent diaboli, ALEXANDER ait: * *Dæmones dicuntur immissores aliquando, vel immissionem facere malarum cogitationum, in quantum mala sunt: non quia necessario inducant, vel potestatem habeant inducendi necessario; sed quia movent ad hoc. Nec malum ad aliud principium reducitur in suggestione; quam ad ipsum Diabolum.*

Quare Diabolus sit Homicida, ALEXANDER inquit:* *Homicida dicitur Diabolus ab initio, id est, ex quo homo fuit, quem decipiendo interfecit. Vel dicitur homicida ab initio, scilicet Mundi: id est, statim post initium, cùm hominem decepit; non ab initio sui esse.* Et: * *Nota homicidam, non solùm qui facto, sed qui verbo occidit, ut Diabolus primos parentes. & post sequitur homo mendax, qui non habet de proprio; sed ab alio accepit, id est, Diabolo.*

Mendax. ALEXANDER:* *Diabolus dicitur pater mendacii, quia ab ipso, & non ab alio, peccatum incepit: non per modum efficientis causæ; sed per modum deficientis à veritate.*

¶ Diaboli non convertuntur. THOMAS: * *Non pertinet ad rationem divinæ sapientiæ; ut ulterius dæmonibus gratia infundatur per quam revocentur à malo primæ aversionis, in qua immobiliter perseverant. & ideò, quamvis diversa eligant per liberum arbitrium; in omnibus tamen peccant: quia, in omni eorum electione, permanet malitia primæ electionis ipsorum.*

¶ Quibus non noceat Diabolus, THOMAS ait:* *Diabolus non potest nocere conversis: dummodò ei per fidem, amorem, & imitationem, adhærere nolunt.* Itèm: * *Arma, quibus excluditur hostis Diabolus, sunt studia & solertia, & Scriptura.*

BONAVENTURA:* *Ipse Diabolus contra nos inermis est: & solis astutis suggestionibus nos impugnat, suadendo ut peccemus; non cogendo. Benignus enim conditor noster, non dedit hosti nostro, posse nos vi ad peccatum impellere: quia nimis ferus esset contra nos fragiles; & vix possemus sine peccato subsistere. Sed tamen permittit eum nobis mala suadere: in nostro autem arbitrio est, si volumus ei consentire.*

¶ De pœnâ Diabolorum, ait THOMAS:* *Diabolus, per majorem superbiam, meruit majorem cruciatum infernalem, quam alii.* Et:* *Projectus est, id est, projicietur scilicet in infernum, in die judicii: ne deinceps aliquem possit tentare. Tunc in perpetuum detrudetur, cum dæmonibus, in profundo inferni.* Itèm: * *Dæmonibus duplex locus pœnalis debetur. Unus quidem, ratione suæ culpæ: & hic est infernus. Alius autem, ratione exercitationis humanæ: & sic debetur eis caliginosus aer.*

ALBERTUS:* *Lucifer, qui super astra cœli exaltare voluit solium suum, ad infernum detractus est, ad fundamenta laci.*

DE HOMINE.

ALBERTUS ait:* *Homo dicitur caro: quia inter tot partes hominis, quæ actu sunt partes, nulla habet tantum de animâ, sicut caro. Hæc est sensibilis & animata.* Itèm: *Homo est spiritus vadens, & non-rediens. Per se quidem vadit in peccatum: non autem redit de peccato, nisi gratiâ appositâ. Nisi autem fertur sit contra peccatum, iterum relabitur.*

¶ Unde sit homo, ALEXANDER inquit: * *Corpus primi hominis fuit conditum à Deo, ut ex textu Geneseos patet: non ab angelo, vel aliâ creaturâ.* Et: * *Cùm ipse Adam fuerit principium generationis omnium humanorum corporum, sive primus generator: verum est, nos fuisse ab uno, sicut à principio, & ex uno, sicut à principio materiali. Non ergo, propagatio materialis à primo parente, est tantùm in individuis generis humani, ratio seu causa dilectionis; sed potiùs formalis: quæ est similitudo aliqua occulta, vel manifesta, relicta individuis hujusmodi, ex virtute & operatione primi hominis generantis.* Itèm: * *Tota humana natura fuit in Adam; sed secundùm materiam, aut secundùm formam. Dicendum, quòd secundùm materiam: quia materia omnium corporum, sive materiale, quod est de constitutione omnium corporum humanorum, erat in corpore Adæ.*

THOMAS: * *Corpus nostrum secundum duo potest considerari. Uno modo, secundùm ejus naturam: alio modo, secundùm corruptionem culpæ & pœnæ. Natura autem corporis nostri, non est à malo principio creata; (ut Manichæi fabulantur) sed est à Deo. Unde possumus eo uti, ad servitutem Dei; secundum illud Rom. 6.* *

ALBERTUS:* *Deus, per creationem pater est omnium, quos fecit ad imaginem & similitudinem suam.*

ÆGIDIUS:* *Homo non est factus quocunque modo, sed quasi cum consilio est productus: ac si Trinitas inter se deliberaret de factione hominis, cum dicitur, Faciamus hominem.*

¶ De Materiâ hominis, INNOCENTIUS inquit: * *Formatus est homo de pulvere, de luto, de cinere, quódque vilius est, de spurcissimo semine: conceptus in pruritu carnis, in fervore libidinis; & quod deterius est, in labe peccati: natus ad laborem, timorem, & dolorem, quódque miserius est, ad mortem. Agit prava, quibus offendit Deum, offendit proximum & se-ipsum.*

BONAVENTURA ait: * *Omnis homo debet se pulverem & cinerem reputare, ex parte carnis, de quâ certum est, quod efficietur pulvis.* Genes. 3. * *Pulvis es; & in pulverem reverteris. Ex parte animæ, debet se quilibet pulverem & cinerem reputare; & præcipuè propter tria. Primò, propter utilitatem. Sicut enim cinis est vilis, quantumcunque fuerit de pretiosissima materiâ: sic anima valde vilis est ex culpâ; quamvis sit valde nobilis ex natura. Secundò, propter resistendi difficultatem. Quia, sicut cinis statim dispergitur, & non potest resistere modico flatui: sic homo non potest resistere modicæ tentationi; imò frequenter cadit ad sibilum modici verbi. Tertio, propter resurgendi impossibilitatem. Nam, sicut cinis non potest redire ad statum suæ materiæ: sic homo peccator non potest redire ad statum gratiæ, nisi solâ Dei virtute.* Itèm: * *Homo constat ex corpore & animâ simul, tanquam ex materiâ & formâ: quæ mutuum habent appetitum, & inclinationem mutuam.* Et: * *Corpus primi hominis, de limo terræ conditum & formatum, fuit animæ subjectum & proportionabile suo modo. Proportionabile, inquam, fuit, quantum ad æqualem complexionem, & quantum ad pulcram & multiformem organizationem, & quantum ad staturæ rectitudinem. Quamvis enim corpus & anima maximè distent: tamen infimum spiritus, & supremum corporis, sunt unibilia miro modo.*

THOMAS ait: * *Est autem humana conditio talis; quòd ex terrenâ materiâ corpus ejus compactum est.* Et: *Corpus humanum tantùm dicitur, quod ex terrâ & aquâ, gravioribus elementis, abundantiùs constat. quod ejus motus declarat. Unde dicitur quòd formavit Deus hominem de limo terræ. Hoc ergo luteum corpus, domus animæ dicitur: quia anima humana, quantum ad hoc, est in corpore, sicut homo in domo.*

¶ De formatione hominis, ALEXANDER ait: * *Formavit Deus hominem de limo terræ. quia, cùm esset limus; nondum venerat ad formam corporis humani, vel in parte, vel in toto. Cum autem jam erat costa, jam aliquid formæ corporis humani habebat. Sed quasi ædificium parabatur à summo artifice. Pedes enim, quasi rationem fundamenti tenent: costæ, quasi latera ad fines sunt: caput verò gerit vicem tecti. Et succedit hæc operatio, quæ facta est de costa, illi, quæ fit ex limo: quarum utraque à Deo immediatè.* Itèm: * *Corpus primi hominis erat optimè factum, & de optimis, imò potius optimum, in genere corporum: tum ratione finis, utpote spiritualis ministerio Deo serviturum, & consequenter beatificandum: tum quia principium omnium sui generis. Licet ergo non sit de optimis simpliciter: est tamen de optimis in genere corporum. Præterea, etsi non fuerit optimum per se: fuit tamen optimum in universo.* Et: * *Multis de causis mulier debuit formari de viro: quia omnes homines debuerunt esse ex uno, congruitate multiplici exigente. Nec tantùm corpus mulieris decens fuit formari ex viro; sed etiam ex costa. & potest multipliciter ratio hujus congruitatis assignari. Prima attenditur, secundùm exigentiam identitatis viri: secunda, secundùm exigentiam significationis, sive præfigurationis: tertia attenditur, secundùm officium paritatis: quarta ratio, secundùm exigentiam socialis amoris. Prima ratio sive exigentia patet sic. Si aliquod membrum debuit detrahi ad formandum mulierem: illud potissimùm fuit idoneum, in cujus subtractione, mutilatio non præberet deformitatem; nec ablatio damnificationem. Hoc autem fuit costa, inter omnia membra organica. Detractio enim costæ, nullam attulit deformitatem: quia costa fuit de membris occultis, nec aliquod attulit damnum. &c. Alia fuit congruentia præfigurationis, sive significationis. Modus enim formandi mulierem, fuit ordinatus ad instructionem nostram. Nam, sicut debuerat mulier fieri; ut suâ conjunctione cum viro, significaret conjunctionem Christi cum Ecclesia: sic & formari; ut suâ formatione signaretur formatio*

Ecclesia de Christo. unde Eph. 5. * Et erunt duo in carne unâ. Sacramentum hoc magnum, in Christo & Ecclesiâ. *Tertia ratio, fuit officium paritatis, in procreatione prolis. Officium autem illud, medium tenet inter illos, qui vacant hujusmodi operi. Quia ergo hoc officium, scilicet generationis, est officium paritatis & aequalitatis, mulier, quae formata fuit ad hoc officium exsequendum, de loco paritatis debuit formari, scilicet de latere, sive de costâ: hoc est, de loco, qui medium tenet inter supremum in corpore & infimum. &c. Quarta autem ratio, est conjunctio sive unio dilectionis.*

BONAVENTURA ait: * *Homini datus est duplex sensus: scilicet interior sive mentis, & exterior sive carnis. Datus est ei duplex motus: scilicet imperativus, imperans in voluntate, exsequutivus, exsequens in corpore. Datum est ei duplex bonum: unum visibile, alterum invisibile. Datum est ei duplex praeceptum: scilicet naturae & disciplinae. Praeceptum naturae,* * Crescite & multiplicamini. *Praeceptum disciplinae;* * De ligno scientiae boni & mali ne comedas. Itèm: * *Homo nudus formatus est: &, si in statu illo stetisset, nihil sibi prorsus appropriâsset. Homo verò lapsus, nudus nascitur, nudus moritur.*

¶ Qualis sit homo, THOMAS ait: * *Homo, licèt corrumpatur secundùm corpus; remanet tamen incorruptibilis secundùm animam, quae totum genus corporalium transscendit.* Et: * *Triplex est defectus humanae cognitionis. Unus quidem est, quia omnis cognitio a sensu procedit: & quia sensus corporis & corporalium sunt, non potest judex conscientiam accusati agnoscere. Secundus est, quòd homo, per sensus corporeos, nec etiam omnia corporalia conspicere potest. Non enim potest cognoscere, quae a remotis & in absconditis sunt. Tertius defectus humanae cognitionis est ex tempore: tum, quòd homo de die in diem plus cognoscit; tum etiam, quia per temporis longitudinem obliviscitur ea, quae novit.* Itèm: * *In duobus homo excellit omnes inferiores naturas: quorum unum, est virtus operativa. Est enim dominus sui actûs, per liberum arbitrium: quod nulli alii corporali creaturae competit. & secundum hoc, homo est potentior qualibet creaturâ corporali: unde & aliis utitur, propter se-ipsum. Aliud autem, in quo excellit, est cognitio intellectiva. quae cùm sit in mente: aliquod tamen indicium apparet in corpore; & praecipuè in facie, quam habet homo valdè diversam ab aliis animalibus. Ex his duobus apparet, quòd homo non sic corrumpitur, sicut alia, ut in perpetuum non sint.* Et: * *Divinam inspirationem in hac vitâ non possumus clarè percipere, sed cum quadam obumbratione sensibilium similitudinum.*

¶ De Ratione humanâ, ait THOMAS: * *Ratio fortior est inter omnes animae virtutes: cujus signum est; quòd aliis imperat, & eis utitur ad suum finem. Contingit autem, quod ratio interdum ad modicum absorbetur, per concupiscentiam, vel iram, aut alias inferiores vires: & sic peccat. Non tamen inferiores sic possunt rationem ligatam tenere; quin semper redeat ad suam naturam: quia in spiritualia tendit homo sicut in proprium finem.* Et: * *Cognitio hominis longè distat, a perfectâ comprehensione divinae essentiae eius, quia homo non potest, nisi inter opera cognoscere, quae in infinitum distant ab excellentiâ essentiae ejus: tum, quia etiam opera ejus perfectè homo non cognoscit.* Et ex hoc concluditur, *quòd Deus per suam excellentiam, hominis cognitionem excedit.* Et: * *In-quantum lumen rationis homini dedit Deus, quaedam seminaria sapientiae & scientiae naturaliter indidit rationi ipsius, in perceptione primorum principiorum.*

ALBERTUS inquit: * *Homo rationalis est, & intellectualis, & totus colens divina: quod proprium est hominis, & honor hominis.* Itèm: * *Et sic erat homo rationalis, & intellectualis, colens contemplationem. Homo enim est, qui colit intellectum.* Itèm: * *Homo ideò rationalis est, ut non tantùm agat bonum; sed etiam ex ratione sciat propter quid & qualiter agendum est.*

¶ De imagine Dei, ALEXANDER ait: * *Dicendum, quòd Deus dicitur fecisse hominem, ad suam imaginem & similitudinem: non, quia statim, cùm dedit ei imaginem, simul etiam dederit similitudinem: sed quia alterum dedit scilicet imaginem, & ad alterum habilem fecit, videlicet ad similitudinem, quam postmodum pro loco & tempore dedit. Unde, quantum est ex vi verbi, non potest concludi; quod simul & semel fuit in homine, imago Dei, & similitudo.*

INNOCENTIUS: * *In creatione, homo factus est ad imaginem Dei: sed in recreatione, Deus factus est ad imaginem & similitudinem hominis. Et certè illud majoris dignitatis est: hoc autem majoris dignationis exsistit.*

vers. 31. 32. — Concil. p. 3. cap. … — Gen. 1. v. 28. — Gen. 2. v. 17. — de Paupert. Christi. — in Job cap. 14. — ibid. c. 10. — ibid. c. 14. — ibid. c. 38. — in Job c. 7. — cap. 36. — ibid. c. 38. — in Joh. c. 1. — cap. 3. — in Mat. cap. 5. — Part. 2. q. 90. m. 1. — in Psal. 5. poenit.

THOMAS ait: * *Imaginem primi Parentis tripliciter quis potest habere. 1. Quod ad similitudinem naturae, sicut dicitur Gen. 5.* * Vixit Adam 130. annis, & genuit filium, ad imaginem & similitudinem suam. *2. Quantum ad culpam, de quo dicitur 1. Corin. 15.* * Sicut portavimus imaginem terreni, &c. *3. Quoad poenalitatem, sicut habetur Zach. 13.* * Homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum, ab adolescentiâ meâ. *Primam igitur Adae imaginem Christus assumsit, cum nostrâ naturâ, & nunquam deposuit: secundam verò nunquam habuit: tertiam quidem assumsit, sed in resurrectione deposuit.*

ALBERTUS: * *Homo factus ad imaginem & similitudinem Dei. Caelum autem & terra, non dicuntur facta ad imaginem, sed vestigia dicuntur divina.* Et: * *Primum exemplar, Deo simile, Verbum est Patris; imago Patris, Filius. Ultimum autem, homo factus est ad similitudinem & imaginem Dei.* Itèm: * *Imago triplex: creationis, recreationis, & similitudinis. & omnes has tres imagines habet in nobis Pater caelestis.* Itèm: * *Ad id quod objicitur; utrùm Homo, vel Angelus, sit ad imaginem Dei? dicendum, quod Imago dicitur ab imitatione. Potest ergo attendi imitatio imaginis, ad unitatem essentiae, in tribus personis tantùm. & sic Angelus est ad imaginem Dei; sicut & Homo: & etiam potentius simplicioribus, & etiam essentiâ simpliciori, exprimit unitatem in trinitate. Si autem attendatur ratio imitationis, ad unitatem essentiae in tribus personis, & ordo naturae personarum: tunc Homo erit ad imaginem; & non Angelus: quia Homo habet tres potentias in unâ essentiâ: & etiam Homo habet principium totius sui generis, & suae naturae; sicut in Patre est principium totius deitatis. & hoc non est in Angelo.*

ÆGIDIUS: * *Homo erat creandus, qui non solùm suo generi & speciei congrueret; sed & ad imaginem creatoris sui fieret.* Itèm: *Quando dicitur, Homo factus est ad imaginem & similitudinem Dei: datur intelligi, quòd homo, longe differenter ab aliis animalibus, est divinâ gratiâ decoratus. Nam imago Dei in nobis potest accipi secundum naturalia; sed similitudo Dei accipienda est in nobis, secundum gratuita. Ex eo enim, quòd habemus has naturales potentias, sive has naturales vires, scilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem: sumus ad imaginem Dei. Sed ex eo, quòd his superadditur divina gratia, vel superadduntur bona gratuita, sic conformamur: ut dicamur filii ejus, & dicamur sancti, ad similitudinem ejus.* Et pauld pòst: *Primus itaque homo fuit factus ad imaginem Dei, quantum ad naturalia: & similitudinem, quantum ad gratuita. quia fuit productus cum originali justitiâ, quae est donum gratuitum & supernaturale.*

¶ De Notitiâ Dei, ait ALBERTUS: * *Notitia Dei omnibus naturaliter impressa est: & circa illam pauci devians.*

¶ De Animâ hominis, inquit INNOCENTIUS: * *Quatuor animae status. Primus status est creationis: secundus vegetationis: tertius operationis: quartus resolutionis.* Itèm: * *Triplex vis animae. Rationalis, quae discernit inter bonum & malum. Irascibilis, quae abjicit malum. Concupiscibilis, quae appetit bonum.* Et: *Anima in homine accipitur multis modis: ipsa persona, praesens vita, spiritus rationalis, spiritus animalis, intentio mentis, & sensualitas carnis.*

BONAVENTURA ait: * *De animâ rationali haec in summâ tenenda sunt, secundùm sacram doctrinam: scilicet quòd ipsa est forma, ens, vivens, intelligens, & libertate utens. Forma quidem ens, non a se-ipsâ, nec de divinâ naturâ: sed a Deo, de nihilo per creationem in se deducta. Forma autem vivens, non ex naturâ intrinsecâ, sed se-ipsâ: non vitâ mortali; sed vitâ perpetuâ. Forma verò intelligens, non tantùm creaturam; sed etiam creatricem essentiam: ad cujus imaginem facta est, per memoriam, intelligentiam, & voluntatem. Forma libertate utens; quia semper est libera à coactione. A miseriâ & coactione libera fuit, in statu innocentiae, licèt non in statu naturae lapsae. Haec autem libertas à coactione, nihil aliud est, quàm facultas voluntatis & rationis: quae sunt potentiae animae principales.* Et: * *Propter haec tria fecit Deus animam rationalem: ut ipsa eum laudaret; & ut ipsi serviret; & ut ipsa in eo delectaretur & quiesceret.*

THOMAS ait: * *Non est in uno homine, nisi una anima.* Et: † *Non est possibile, esse plures animas in homine. Oportet igitur, quòd omnes potentiae animae, ad eandem animam pertineant.* Et: * *Anima rationalis non inducitur in esse à virtute, quae est in semine: sed a superiori agente. Virtus enim, quae est in semine, est virtus corporis cujusdam. Anima autem rationalis, excedit omnem corporis*

Opusc. 1. contra Graecos cap. 1. — vers. 3. — vers. 49. — vers. 5. — in Luc. 10. — ibid. c. 2. — ibid. c. 11. — Summ. 2. Sent. Dist. 2. — li. 2. c. 30. — in Mat. cap. 23. — Serm. in die Ciner. — in Psal. 1. poenit. — Brevil. p. 2. cap. 9. — de Reduct. Artium ad Theol. — Cõt. Gent. cap. 57. — cap. 89. — cap. 93.

naturam & virtutem: cùm, ad ejus intellectualem operationem, nullum corpus pertingere possit. Itèm: * Non credendum est, animam rationalem esse de substantiâ Dei, secundum quorundam errorem. Deus enim simplex & indivisibilis est. Non igitur animam rationalem corpori unit, quasi eandem a suâ substantiâ separando. Et: * Anima producta est a Deo immediate; non mediantibus Angelis.

* cap. 91.
* 1 Summ. Quæst 90. art 3.

Albertus ait: * Anima, est pars animæ, quæ animat corpus, vegetando & sensificando: a quâ dicitur animalitas. &c. Spiritus, est pars mentis nostræ superior; quæ ad imaginem Dei est insignita. Et: * Anima enim dupliciter dicitur: ab animalitate videlicet, & animositate. Dicta autem ab animalitate, est brutalis; in quâ nihil ultra commune genus animalium manifestatur: & hæc anima indiget cibis. Itèm: * Dicitur anima ab animositate; quæ est substantia spiritualis: quæ est interior homo in corde.

* in Luc. c. 1.
* in Matth. cap. 6.
* in Joh c. 11.

Ægidius: * Anima rationalis est forma corporum; & non corrumpetur, corrupto corpore: sed, post separationem à corpore, habet per se esse.

* lib. 1. c. 4.

¶ De Voluntate hominis, ait Thomas: * Homines, secundum conditionem suæ naturæ, habent mutabilem voluntatem: ut non solum diversa possint eligere, vel bona, vel mala, sed etiam, postquam unum elegerunt, possint ab alio resipiscere, & ad aliud converti. & hæc volubilis voluntas in homine manet, quamdiu corpori unitur, varietati subjecto. Cum autem anima a corpore fuerit separata: eandem mutabilitatem voluntatis habebit; quam naturaliter Angelus habet.

* Opusc. 2 contra Græcos cap. 5

¶ De Conscientiâ, inquit Thomas: * Testimonium conscientia habet tres gradus. Quorum primus est, quando alicui conscientia sua testimonium reddit, quod sit justus, secundum illud: * Ipse Spiritus, &c. Secundus gradus est, quando aliquis, etsi non præsumat se esse justum: tamen non reprehendit eum conscientia de aliquo peccato, secundum illud: * Nihil mihi conscius sum. Tertius gradus est, quando aliquis, etsi sit sibi conscius de peccato: tamen præsumit, vel quia non habuit malam intentionem, aut quia non fecit illud ex malitiâ vel dolo; sed ex ignorantia & infirmitate. Sed nec hoc testimonium valet homini contra Deum.

* in Job. c 9
* Roman. 8. vers. 16
* 1. Cor. 4. vers 4.

¶ Quomodo Immortalis conditus homo. Thomas: * Homo sic erat incorruptibilis & immortalis: non, quia corpus ejus dispositionem corruptibilitatis haberet; sed quia inerat animæ vis quædam, ad præservandum corpus a corruptione.

* 1 Summ q. 106. a. 1.

¶ De Unione corporis & animæ, inquit Innocentius: * Tanta est familiaritas inter carnem & animam in homine counita: ut utrumq; ab altero, nunc ad hoc, nunc ad illud, propriis illecebris instigetur.

* in Psal. 4. pœnit.

Thomas: * Humana natura ex animâ constat & corpore: anima autem, non corporea; sed spiritualis natura est.

* Opusc. 2. contra Græcos c. 6.

¶ De formâ externâ hominis, inquit Innocentius: * Quid est homo, secundùm formam; nisi quædam arbor inversa? Cujus radices, sunt crines: truncus, est caput cum collo: stipes, est pectus cum alvo: rami, sunt ulna cum tibiis: frondes, sunt digiti cum articulis.

* lib. 4. de trib. Animæ potent.

¶ De fine Hominis, inquit Alexander: * Corpus Adæ potest considerari, quantum ad statum unionis cum animâ, sive quo uniebatur; & quantum ad statum remunerationis. Prout consideratur in primo statu, erit finis duplex. Primus sive propinquus, unio cum anima: secundus sive consequens, aptitudo ad meritum beatificationis. Propter hoc enim fecit Deus corpus Adæ: ut animæ uniretur; &, mediante illa unione, efficeretur aptum ad merendum beatitudinem, cooperando ipsi animæ. Prout autem consideratur in statu conjunctionis, multiplex est ejus finis. Duplex ex parte animæ; & duplex ex parte illius. Ex parte animæ, est primus, exercitium bonarum operationum, ordinatarum ministerio ejusdem: non voluptatis, quæ nullo modo cadunt sub fine conditionis illius; neque unionis cum animâ. Non enim condidit Deus corpus illud, neque animæ univit, hoc fine: ut converteretur ad explenda opera voluptatis. Secundus, est augmentum meriti, in exercendo debite & ordinatè hujusmodi opera. Propter hoc autem voluit Deus, quod corpus animæ uniretur: ut anima, illo mediante, ordinate operaretur; & operando mereretur. Et: Corporis, est primus, obedientia & cooperatio animæ moventi: secundus, dignitas ad beatificationem. Propter hoc enim univit Deus corpus Adæ animæ: ut illi imperanti obediret, & operanti cooperetur, & sic obediendo, & cooperando effi ceretur dignum beatitudine. Ad hoc sequitur finis, obtinendus in statu remunerationis, quæ est beatitudo utriusque. Beatitudo enim unius corporis, dependet ex beatitudine animæ. Et: Respice universum Mundum istum; & considera, si aliquid in eo sit, quod tibi non serviat. Omnis natura ad hunc finem cursum suum dirigit: ut obsequiis tuis famuletur, & utilitati deserviat: tuisque oblectamentis pariter & necessitatibus, secundum affluentiam indeficientem, occurrunt, hoc cœlum, hæc terra, hic aer, hæc maria, cum his quæ in eis sunt universis, sequè explere non cessant. Corpus autem humanum servit animæ: & non solum in his, quæ simpliciter & absolute sunt ipsius animæ, cujusmodi sunt spiritualia tantùm; sed in his quæ spectant ad cultum Dei. Et non servit illi, ut instrumentum, sed ut organum: propter quod assequitur primum cum ipsa anima quod est finis ejus. Propter hoc enim conditum est; ut hujusmodi ministerio bonis finem consequatur. Unde secus est de hoc corpore, & de aliis quæ hujusmodi serviunt: quorum licet homo sit finis, non ex hoc sequitur, quod anima sit finis corporis, cujus est perfectio & motor. Et: Multipliciter conveniebat, ad manifestandam majestatem conditoris, quæ ex hoc manifestatur, ex ordine multiplici. Primò, propter ordinem producendi, ab imperfecto ad perfectum. Secundùm enim ordinem rectum, imperfectum præcedit perfectum: & primum est, quod est animale; deinde quod est spirituale. 1. Corinth. 15. * Secundo propter ordinem meriti ad præmium. Cum enim homo prius debebat poni in statu meriti, quam præmii: debuit tale corpus ejus fieri, quod esset aptius & efficacius ad merendum. Sed corpus animale, maximè competit status merendi; spirituale, status præmii. Et ideò prius animale, deinde spirituale. Tertiò, propter originem lapsûs ad resurrectionem. Quia enim habuit liberum arbitrium, potens labi & resurgere: debuit habere corpus, quod posset etiam labi in mortem: ut, postea animâ factâ invertibili, ipsum per resurrectionem omninò fieret immortale. Et ideò prius animale; deinde spirituale. Quartò, propter ordinem, qui attenditur in comparatione unius creaturæ ad alteram: ut, sicut homo in terris factus fuerat, ut servaretur perfectus ordo, ex comparatione hominum ad angelos, qui facti sunt in cœlis: sic & decebat, ut primò haberet corpus competens habitationi terrestri magis, quam cœlesti. Sed corpus competens terrestri habitationi, est animale; sicut cœlesti spirituale: & ideo prius animale; deinde spirituale. Quinto, propter ordinem principii ad principiata, in propagatione generis humani. Propter hoc enim conditum fuit corpus Adæ; ut ab eo propagaretur humanum genus, secundùm corpus, quod fieri non posset, nisi esset animale. Propter istum ergo multiplicem ordinem in prima conditione, scilicet propter ordinem imperfecti ad perfectum, meriti ad præmium, lapsûs ad resurrectionem, unius spiritûs rationalis ad alterum sive hominis ad angelum, principii ad principiatum; in genere hominum decebat animæ rationali dari corpus. Et: * Finis creaturæ rationalis, est summum bonum, quod est supra omnem naturam: finis verò aliarum creaturarum, est bonum creatum, quod est infra terminos naturæ. Ideo creatura rationalis magis indiget bono gratiæ, ut possit pervenire in suum finem; quam alia creatura. Itèm: * Deus condidit hominem, ut imperaret: non cupiditate dominandi; sed officio consulendi. Et: Homo conditus fuit, ut soli Deo subditus esset, & ei immediatè uniretur.

* Parte 2. q. 81. m. 2.
* vers. 46.
* ibid. q. 98. memb. 3. a. 2.
* Quæst 99. memb. 2.

Thomas ait: * Ab ipsâ primâ institutione, natura humana est ordinata ad finem beatitudinis: non quasi debitum finem homini, secundum naturam ejus; sed ex sola divinâ liberalitate. Et ideò non oportet, quod principia illius naturæ sufficiant, ad illum finem consequendum; nisi fuerit adjuta bonis superadditis ex divina liberalitate. Et: ultima perfectio, ad quam homo ordinatur, consistit in perfecta Dei cognitione: ad quam quidem pervenire non potest; nisi operatione & instructione divinâ, qui est sui perfectus cognitor. Hujusmodi autem perfectæ cognitionis statim homo, in sui principio, capax non est. Unde oportet, quòd accipiat per viam credendi aliqua, per quæ manu ducatur, ad perveniendum in perfectam cognitionem: quorum quædam talia sunt, quod de eis in hac vita perfecta cognitio haberi non potest, eò quod totaliter vim humanæ rationis excedunt. Quia illa oportet credere, quamdiu in statu viæ sumus. Videbimus enim ea perfectè in statu patriæ. Quædam vero sunt, ad quæ perfectè cognoscenda, in hac vita pervenire possumus: sicut illa

* Summ. de Verit. mater. 14. q. 10.

quæ de Deo demonstrative probata sunt. Quæ tamen a principio necesse est credere propter quinque rationes: quas Rabi Moises ponit: quarum prima est, profunditas & subtilitas illorum cognoscibilium, quæ sunt remotissima a sensibus. Unde homo principio non est idoneus, ea cognoscere perfecte. Secunda est, debilitas humani intellectus in suo principio. Tertia vero est, multitudo eorum, quæ præexiguntur ad istorum demonstrationem, quæ homo non nisi in longissimo tempore addiscere potest. Quarta est, indispositio ad sciendum, quæ accidit in quibusdam, propter pravitatem complexionis. Quinta est, necessitas occupationum, ad providendum necessaria vitæ. Ex quibus omnibus apparet, quod si oporteret per demonstrationem solummodo accipere ea, quæ necessarium est cognoscere de Deo, paucissimi ad hoc pervenire possent; & hi etiam non nisi post longum tempus. Unde patet, quod salubriter est omnibus via fidei provisa: per quam patet omnibus facilis aditus ad salutem, secundum quodcunque tempus. Itèm: * Deus est finis, sive causa finalis hominis, scilicet finis per se sive principalis: scilicet divina fruitio; sive Deus, in-quantum fruibilis. Et: * Officium hominis & angeli est servire Deo.

* in Apocal. cap. 11.

* ibid. c. 13.

ÆGIDIUS: * Homo non est factus ad terram, nec propter terram: sed ad cœlum, & propter eum qui cœlum fecit: & factus est dominus & possessor terræ.

lib. 2. c. 40.

¶ De statu primi hominum, inquit ALEXANDER: * Naturalis rectitudo, dignitas est corporis humani: & aderat ista dignitas homini, secundum triplicem statum: innocentiæ, gloriæ, gratiæ. Vestigium ergo innocentiæ, quod ad tria repræsentatur in hac rectitudine: quo-ad potentiam in præsidendo, sapientiam in loquendo, bonitatem in diligendo. Hæc tria, potentia, sapientia, & bonitas, erant conditiones hominis, quantum ad statum innocentiæ: antequam cecidit in infirmitatem potentiæ & tenebras ignorantiæ, & malitiam concupiscentiæ. Et: * Unde tres sunt status hominis; scilicet innocentiæ, lapsûs, & gloriæ: in quibus corpus & anima primi hominis, quandam paritatem in nobilitate communicabant. Sicut enim anima in primo statu, scilicet ante lapsum, sortita fuit esse nobile: in quo vivebat vitâ naturæ, integre roboratâ & sustentatâ vitâ gratiæ, quæ erat in potentiâ & habilitate ad esse ejus finale, & ultimatum nobilitate: similiter corpus, in illo statu, erat in integritate naturæ optimæ in genere suo: & mediantibus fructibus sibi datis ad sustinamentum, poterat perpetuari in esse illo, quo-adusque esset productum ad esse corporis nobilissimum. Unde, sicut anima in vitâ naturæ alebatur & sustentabatur gratiâ, quasi alimento spirituali, progressu ad suum esse optimum: sic corpus alimento corporali, fructibus paradisi. Itèm: * Primus homo duplicem habuit gratiam, in primo statu, hoc est, antequam habuit gratiam gratum-facientem scilicet gratis-datam, & communiter-dictam. ergo eo modo, quo dictum est, & gratiam superinfusam: quæ erat continua influentia virtutis a causâ primâ. Cùm ergo dicitur, quod primus homo poterat stare ex acceptis in conditione, absque gratiâ, hoc potest intelligi dupliciter. Vel ità, quòd excludatur continuatio divinæ influentiæ: vel ita, quòd excludatur oppositio novæ gratiæ. Primum simpliciter est impossibile. nunquam enim tentationi liberi arbitrii resistere posset: nisi Deus, suæ bonitatis influentiâ, illud in bono conservaret. Secundo modo veritatem habet, pro statu innocentiæ. Dicit enim Magister, 2. Sentent. 24. Distinctione 100. Illud adjutorium Domini, datum in creatione, quo poterat manere, si vellet, fuit libertas arbitrii, ab omni labe & corruptela immunis, atque voluntatis rectitudo, & omnium naturalium potentiarum; animæ sinceritas atq; vivacitas.

* Parte 2. q. 84. m. 2.

* ibid. q. 85. memb. 2.

* ibid. q. 96. artic. 1.

BONAVENTURA inquit. * Homo, cum sit omnium creaturarum corporalium nobilior, habet locum super omnia corpora: ad quem locum, ante peccatum, poterat per gratiam ascendere; quamvis non posset per naturam totaliter. Sed propter peccatum gratia fuit sibi ablata; & natura totaliter sauciata & ideo ad hoc, ut posset ad locum proprium remeare, indiget instrumento quodam, scilicet fide. Item: * Ad intelligendum, qualiter corruptela peccati intravit in Mundum; considerare oportet lapsum primi Parentis, traductionem culpæ originalis, & ortum sive radicem actualis peccati. Circa lapsum igitur primi Parentis, hæc tria nobis occurrunt consideranda: scilicet tentatio diabolica, culpa commissa, & pœna inflicta. Hæc igitur de tentatione sunt tenenda: videlicet, quod cum Deus hominem condidisset, in felicitate paradisi, in duplici sexu, scilicet virili & muliebri: Diabolus, invidens homini, assumtâ specie serpentinâ, aggressus est mulierem, primo quærendo * Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis? Secundo asserendo, dicens * Nequaquam moriemini. Tertiò promittendo. * Eritis sicut dii, scientes bonum vel malum. Volens ista tentatione dejicere mulierem infirmiorem, & per illam postea prosternere sexum virilem: quod & fecit, Domino permittente.

* Dist. 2. cap. 47.

* Breviloq. part. 3. c. 2.

* Gen. 3. v. 1. vers. 4.

* vers. 5.

THOMAS: * Immortalitas primi status erat secundùm vim quandam supernaturalem in anima residentem; non autem secundum aliquam dispositionem inhærentem corpori. Unde, per actionem caloris, aliquid de hujusmodi illius corporis poterat deperdi: & ne totaliter consumeretur, necesse erat, per assumtionem cibi, homini subvenire. Item: * Hoc videtur ad integritatem primi status pertinuisse: ut inferiores vires totaliter rationi subderentur. Quæ quidem subjectio, per peccatum primi Parentis est sublata, non solùm in ipso, sed etiam in aliis qui ab eo contrahunt peccatum originale. Itèm: * Justitia originalis, erat quoddam donum gratiæ, toti humanæ naturæ divinitùs collatum in primo Parente: quod quidem primus homo amisit, per primum peccatum. Unde, sicut illa originalis traducta fuisset in posteros, simul cum natura: ità etiam inordinatio. Sed alia actualia peccata, vel primi Parentis, vel aliorum, non corrumpunt naturam, quantum ad id quod natura est, sed tantum quantum ad id quod persona est, id est, secundum proprietatem ad actum. unde alia peccata non traducuntur. Item. * Homo, in statu naturæ integræ, non indigebat dono gratiæ superadditæ naturalibus bonis, ad diligendum Deum naturaliter super omnia: licèt indigeret auxilio Dei, ad hoc eum movente. Sed in statu naturæ corruptæ, indiget homo, etiam ad hoc, auxilio gratiæ naturam sanantis. Itèm: * Hominis sinè gratia duplex status considerari potest. Unus quidem naturæ integræ; qualis fuit in Adam ante peccatum: alius autem naturæ corruptæ, sicut est in nobis, ante reparationem gratiæ. Si loquamur de homine existente sub peccato: nullus in statu peccati existens, potest vitam æternam mereri: nisi priùs Deo reconcilietur, dimisso peccato, quod fit per gratiam. Peccatori enim non debetur vita; secundùm illud Roman. 6. * Stipendium peccati mors. Et: * Sic homo erat in statu innocentiæ institutus: ut nulla esset rebellio carnis ad spiritum.

* 1. Secund. q. 97. a. 1.

* Co. Theol. ad 2. cap. 40.

* 1. Summæ. q. 81. a. 2.

* ibid. q. 109. artic. 3.

* 1. Secund. q. 114. a. 2.

* vers. 23.

* 2. Secund. q. 163. a. 1.

ÆGIDIUS inquit: * Ante peccatum, hoc faciebat donum originalis justitiæ, quod in humano corpore, non possent homines humores corrumpere. Idea ante peccatum nihil esse poterat homini venenosum. Post peccatum itaque talia nocere cœperunt homini.

lib. 2. c. 40.

¶ De Lapsu hominis, ait BONAVENTURA * Quoniam homo sic factus erat; ut, per victoriam pugnæ, perveniret ad præmium quietis æternæ, licèt Deus sciret hominem tentationi succumbere, debuit tamen hominem permittere tentari ab eo, qui sciret, posset, & vellet. Quoniam ergo Diabolus, quia primò erat sciens & rectus, per superbiam cadendo, factus est versutus & invidus: ideò per invidiam tentare volebat, & per astutiam sciebat, & ideò tentavit, juxta quod potuit, & Deus permisit. Quòd igitur in tentando speciem serpentinam assumsit; dispensationis divinæ fuit: ut non solum deprehendi ejus versutia posset; verùm etiam, ut ex illa effigie, versutia diabolica in tentando, cunctis filiis Adæ innotescere posset. Rursus, quia tentavit de præcepto disciplinæ; hoc similiter fuit dispensationis divinæ: ut, sive vinceretur, sive vinceret, innotesceret meritum obedientiæ; sive demeritum inobedientiæ. Quod autem inceperit a muliere; hoc fuit versutia sua. quia facilius est vincere minus-fortem. unde & versutia hostis, ex infirmiori parte, aggreditur civitatem. Similiter modus, quo in tentatione processit, maxima versutia fuit: quia experiendo, impellendo, & alliciendo, processit. Experientiam enim sumsit in interrogatione, impulit in asseveratione, allexit autem in promissione. Primò, enim interrogavit de causâ mandati: ut rationem duceret in dubium. Secundo autem, dubitatione habitâ, Ne forte moriamur, coasseveravit ut irascibilem duceret in contemtum. Tertio promisit, ut concupiscibilem duceret in appetitum. & sic his tribus modis libertatem arbitrii traheret ad consensum. Item: * De culpa primorum Parentum sunt hæc tenenda: scilicet, quòd mulier, assentiens tentationi diaboli appetiit sapientiam & excellentiam ad modum Dei, appetiit nihilominus experiri suavitatem ligni vetiti; & tandem incidit in transgressionem mandati. nec his contenta, offerendo fructum ligni vetiti, induxit virum, qui nolens suas de-

* Breviloq. parte 3. c. 3.

* ibid. c. 3.

...tias contristare, mulierem non corrupit; sed per ejus consensum præbuit male suadenti; & oblatum pomum gustando, effectus est transgressor divini præcepti.

THOMAS ait: * *Ab intellectu divinorum, dupliciratione deficimus. Primò quidem, quia invisibilia Dei cognoscere non possumus; nisi per ea quæ facta sunt. Secundò, quia ipsum creaturarum ordinem, ad plenum comprehendere non possumus, secundùm quod à divinâ providentiâ dispensatur.* Et: * *Consecutum est etiam, (post lapsum) ut in corpore sentiret corruptionis defectus; ac per hoc homo incurreret necessitatem moriendi: quasi animâ jam non valente in perpetuum continere, vitam ei præbendo. Unde homo factus est passibilis & mortalis: non solùm quasi potens pati & mori; sed quasi necessitatem habens ad patiendum & moriendum.* Itèm: * *Mulier repromissam celsitudinem simul, & perfectionem scientiæ, concupivit. Accessit etiam ad hoc pulcritudo & suavitas fructûs, alliciens ad edendum. Et sic, metu mortis contempto, præceptum Dei transgressa est, de vetito ligno edendo. Et sic ejus peccatum multiplex invenitur. Primò quidem superbia; quâ inordinatè excellentiam appetiit. 2. Curiositatis; quâ scientiam ultra terminos sibi præfixos concupivit. 3. Gula; quâ suavitate cibi permota est ad edendum. 4. Infidelitatis, per falsam æstimationem de Deo; dum credidit verbis Diaboli, contra Deum loquentis. 5. Inobedientia, præceptum Dei transgrediendo.*

ALBERTUS ait: * *Primus homo per superbiam cecidit; & omnis posteritas cum eo.* Et: * *Qualiter corruptus fuit terrenus pater; tales sunt terreni filii, quos ad imaginem & similitudinem suæ corruptionis profudit.*

ÆGIDIUS ait: * *Sic enim imaginari debemus, quòd Deus fecit hominem rectum: sed ipse, per aversionem à Deo, infinitis se miscuit quæstionibus, & innumerabilibus modis peccandi se subjecit. Adam ergo creatus est rectus: quia in eo omnia inferiora superioribus erant subjecta. Caro enim in eo erat subjecta animæ: quia nullus morbus, nulla passio, nulla indispositio poterat insurgere in carne, quæ animæ repugnaret. Rursus, vires inferiores subjectæ erant superioribus: ut concupiscibilis & irascibilis, sic erant subditæ menti & rationi; ut nihil in eis insurgeret, nisi secundum ordinem & ductum rationis.* Itèm: * *Primus homo à latronibus, id est, Diabolo, fuit spoliatus gratuitis; vulneratus in naturalibus, & secundum ipsa naturalia sic vulneratus remansit, & factus est quasi semivivus; ut non haberet ea sic habilia ad bonum, ut priùs.*

INNOCENTIUS: * *Homo peccando spoliatus est gratuitis, & in naturalibus vulneratus.*

¶ De Pœnâ lapsûs, inquit BONAVENTURA: * *De pœna primorum Parentum hoc est tenendum; videlicet, quòd vir & mulier, statim post lapsum & culpam, senserunt pœnam rebellionis & erubescentiæ in carne: & ideò, ad operienda verenda, fecerunt sibi perizomata. Postea verò, divino judicio, vir incurrit pœnam laboris & angustiæ, pœnam famis & indigentiæ, pœnam mortis & resolutionis in cinerem. juxta quod dicit Scriptura;* * Maledicta terra in opere tuo, &c. *Mulieris verò duplicata est pœna: quia inflicta est ei pœnalitas multiplicium ærumnarum in conceptu; pœna doloris in partu; pœna subjectionis ad virum in convictu. ac per hoc, secundùm quod apparet, satis graviter punitum fuit peccatum illud, scilicet ligni vetiti esus; licet fuerit faciliter perpetratum.* Et: * *Quia homo, volens esse sapiens ut Deus, peccavit in ligno vetito, volens delectari; ita quòd inclinatus est ad libidinem, erectus in præsumptionem: ac per hoc totum genus humanum infectum est, & perdidit immortalitatem; incurrit debitam mortem. Hinc est, quòd ad hoc, quod homo repararetur convenienti remedio; Deus homo factus est, & voluit humiliari, atque ligno pati.* Et: * *Homines patiuntur, propter lapsum, pœnas naturales: de quibus dicit Gregorius, quod septem sunt sagittæ, naturam hominum molestantes: scilicet frigus, calor, fames, sitis, labor, morbus, & mors. Hæ sunt pœnæ naturales & generales: quæ à primis parentibus ad posteros sunt transfusæ, & in ipsis progenitoribus inchoatæ. Nam primi Parentes, statim post culpam, senserunt pœnam rebellionis & erubescentiæ in carne: & post, divino judicio, vir incurrit pœnam laboris & angustiæ, pœnam famis & indigentiæ, pœnam mortis & incinerationis. Mulieris autem duplicata est pœna: quia inflicta est ei pœnalitas multiplicium ærumnarum in conceptu, pœna doloris in partu, pœna subjectionis ad virum in convictu. Patiuntur etiam pœnas personales plures. Plurimi enim filiorum Adam patiuntur in membris diminutionem, quidam superfluitatem, quidam intrinsecam corruptionem; quidam extrinsecam deformitatem: quidam sunt paralytici; & alii sunt diversis infirmitatibus & ægritudinibus, & specialibus morbis, oppressi; alii leprosi, alii à dæmonibus obsessi. Patiuntur quoque pœnas temporales. Nam, teste Orosio ab Adam usque ad nos sunt secula transacta, nunc bellis gravia, nunc morbis corrupta, nunc fame tristia, nunc terrarum motibus terribilia, nunc inundationibus aquarum insolita, nunc eruptionibus ignium metuenda, nunc ictibus fulminum plagisque grandinum sæva, nunc parricidiis flagitiisque misera.*

ALBERTUS: * *Adam, decidens ab imitatione imaginis & similitudinis divinæ, genuit postea ad imaginem peccatoris; & non ad imaginem Dei.* Itèm: * *Pudeat hominem, non solùm Deo & angelis inferiorem; sed etiam in humanis honestatibus nullum; sed etiam bestiis per immundos actus inferiorem, alta sapere, & non humilibus consentire.* Itèm: * *Inimici sunt, caro & mundus; odientes autem nos, dæmones. Caro quidem, ut domesticus hostis, movet seditiones: Mundus autem consurgens, facit perturbationem & impeditionem: Dæmones, aperti hostes, insurgunt ad bella. unde dictum est:*

Mundus, caro, dæmonia,
Diversa movent prælia:
Incursu tot phantasmatum,
Turbatur cordis sabbatum.

¶ De corrupto Homine, inquit THOMAS: * *Cùm homo compositus sit ex naturâ spirituali, & carne terrenâ: malum hominis in hoc consistit; quòd, derelictis spiritualibus bonis, quæ secundùm rationem sequuntur, recte terra dicuntur.* Itèm: * *Homo, post corruptionem humanæ naturæ, perseverare non potest sine gratiâ Dei.*

De renato, idem THOMAS: * *Homo, etiam in gratiâ constitutus, indiget ut ei perseverantia à Deo detur.* Et: *Reparatio gratiæ Christi, etsi sit inchoata, quantum ad mentem; nondum tamen est consummata, quantum ad carnem. quod erit in patria: ubi homo non solùm perseverare poterit; sed etiam peccare non poterit.*

¶ De propagatione generis humani, inquit ALEXANDER: * *Quare conveniebat, genus humanum propagari ex uno, non ex pluribus. quarum (rationum) una sumta est à perfectione conditionis rerum; alia à sacramentorum expressione; tertia ab expeditione meritorum; quarta à commendatione divinorum judiciorum. Perfectio conditionis, sumitur à duobus: scilicet ab origine in producendo, & à sufficientiâ numerali in multiplicando. Una ergo ratio sumta est ab ordine propagationis: ut scilicet homo, modo propagandi, ordinem teneret eundem. Propter hoc conveniens fuit, cùm in conditione sive creatione rerum originalium conditi essent Angeli, ita quòd nullus ex alio esset propagandus, bruta verò ita, ut omnia erant propaganda ex duobus: quòd in genere hominum, quod est medium, tenens in ordine, unus esset conditus, ex quo alii propagarentur.*

INNOCENTIUS ait: * *Conceptus homo in pruritu carnis, in fervore libidinis, in fœtore luxuriæ; quodque deterius est, in labe peccati: natus ad laborem, dolorem, timorem; quodque miserius est, ad mortem: agit parva, quibus offendit Deum, proximum, & se-ipsum: agit turpia, quibus polluit famam, polluit conscientiam, polluit personam: agit vana, quibus negligit seria, negligit utilia, negligit necessaria.*

ALBERTUS ait: * *Omnes homines naturaliter, ex commixtione viri & mulieris nascuntur; præter Adam & Evam, & Christum, in quo fuit divina generatio.*

¶ De Conjunctione hominis ad Deum, THOMAS ait: * *Conjunctio hominis ad Deum est duplex. Una quidem per affectionem: & hæc est per charitatem; quæ quodammodo facit, per affectionem, hominem unum cum Deo: secundùm illud 1. Corinth.6.* * Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo. *Per hanc etiam Deus hominem inhabitat: secundùm illud Joh. 14.* * Si quis diligit me, sermonem meum servabit, &c. *Facit etiam hominem esse in Deo: secundùm illud. 1. Johan. 4.* * Qui manet in charitate, &c. *Ille igitur, per acceptum donum gratuitum, efficitur Deo gratus; qui usque ad hoc perducitur: ut, per charitatis amorem, unus spiritus fiat cum Deo; quòd ipse in Deo sit, & Deus in eo. Unde Apostolus dicit 1. Corinth. 13. quòd sine charitate cætera dona hominibus non prosunt: quia gratum Deo facere non possunt, nisi charitas adsit. Hæc autem gratia est*

Marginal notes (left): * in Job. cap. 14. — * in Compend. Theol. ver. lib. 2. c. 9 — * ibid. c. 6. — * in Joh. c. 13. — * ibid. c. 8. — * de Peccato orig. c. 2. — * lib. 2. Flo. ... c. 40. — * in Psal. 5. penit. — * Brevil. part. 3. c. 4. — * Genes. 3. vers. 17. — * ibid. p. 4. cap. 9. — * ibid. p. 2. cap. 3.

Marginal notes (right): * in Matt. cap. 1. — * in Luc. c. 9 — * ibid. c. 1 — * in lib. 3. sent. cap. 1. — * 1. Secundæ q. 109. a. 10 — * Parte 2. q. 82. m. 1 — * lib. 1. de contemptu Mundi c. 1 — * in Joh. c. 1 — * Cap. Theol. tract. 2. c. 30 — * vers. 17. — * vers. 23. — * vers. 16.

nium Sanctorum communio. Alia verò conjunctio est hominis ad Deum, non solum per effectum, aut per inhabitationem; sed etiam per unitatem hypostasis seu personæ: ut scilicet una & eadem hypostasis sit seu persona, Deus & Homo. Et hæc quidem conjunctio hominis ad Deum, est propria Jesu Christi.

¶ De humanâ miseriâ, inquit BONAVENTURA: * *Quid sumus, nisi pulvis & cinis, miseri & inopes, repleti multis miseriis, expositi omnibus periculis? & penè nihil in nobis, nisi labi continuè: & tamen, cum ista vilitate & miseriâ, Deo omnipotenti rebelles sumus; & pro dilectione & beneficiis reddimus ei contumelias & contemtum, inobedientes, negligentes, ingrati & elati.*

DE PECCATO.

INNOCENTIUS ait: * *Delictum in omittendo; Peccatum in committendo consistit. Delictum est, non-agnoscere faciendum: Peccatum, facere non-agendum.*

¶ De Peccato originali, inquit ÆGIDIUS: * *Quòd originalis noxa sit iniquitas & peccatum, satis aperit Psalmista, cùm dicit:* * Ecce, in peccatis conceptus sum, &c. Itèm: * *Dicitur enim concupiscentia; fomes peccati; lex membrorum, sive lex carnis; languor naturæ, & tyrannus.*

INNOCENTIUS: * *Vetustas hominis intelligitur culpa, quæ contrahitur originaliter ab Adam.*

¶ De duplici Malo, ait ALEXANDER: † *Malum est dupliciter malum; scilicet malum culpæ, & malum pœnæ.* Itẽ: * *Malum dicitur nihil esse; quia privatur ratione: quod est malum ordine, id est ad summum bonum, & a summo bono.* Itèm: * *Malum culpæ non est a Deo: sed malum pœnæ est a Deo, in-quantum est pœna.* Et: * *Dicendum, quòd malum est ex aliquo, & in aliquo. Quærendo verò causam efficientem, sive exemplarem; dicendum, quòd malum non est ex bono, tanquam efficiente vel exemplari: sed ex mutabili, quantum est ex nihilo. Loquimur autem hîc de malo, secundùm quod dicit defectum, sive naturalem, sive voluntarium.* Et: * *Malum est primò a Diabolo.* Et: *Malum esse inventum a Diabolo, non excludit, quin homo possit per se invenire peccatum, sicut habetur Esaja 3.* * Adinventiones eorum contra Dominum. *Sed quia Diabolus primò approbavit; & ita novit per approbationem: & sic invenit, id est, in notitiam per approbationem venit.*

THOMAS ait: * *Duplex est malum: malum culpæ, & malum pœnæ.* Et: † *Mala culpæ non sunt facienda, ut eveniant bona: sed mala pœnæ sunt inferenda propter bonũ:* Itèm: * *Malum culpæ, quod privat ordinem ad bonum divinum, Deus nullo modo vult: sed malum naturalis defectûs, vel malum pœnæ, vult.* Et: * *Deus est autor mali pœnæ; non autem mali culpæ.* Et: † *Deus est autor mali, quod est pœna; non autem mali, quod est culpa.* Et: * *Malum culpæ non est a Deo, sicut ab actore: sed est a nobis ipsis, in quantum a Deo recedimus. Malum autem pœnæ, est quidem a Deo actore, in quantum habet rationem boni; prout scilicet est justum, secundùm quod justè nobis pœna infligitur: licèt hoc primordialiter ex merito nostri peccati contingat.*

¶ Quid sit Peccatum, ALEXANDER inquit: * *Peccatum est, declinatio a primâ veritate.*

BONAVENTURA ait: * *Duæ inveniuntur definitiones peccati. Una est hæc: Peccatum est actus, incidens ex defectu boni. 2. Peccatum est demeritum pœnæ æternæ.*

THOMAS: * *Considerandum est, quòd, cùm peccatum sit obliquatio a lege Dei: non potest plenè cognosci peccatum, vel quantitas ejus; nisi lex Dei cognoscatur.* Et: * *Notandum, quòd offendere, contra omnia præcepta, est dupliciter. Aut primò & directè: & sic solum facit contra omnia præcepta, qui quodlibet præceptum transgreditur, faciendo actu.* Itèm: * *Peccatum non solum significat ipsam privationem boni; quæ est inordinatio: sed significat etiam actum sub tali privatione; qui habet rationem mali.* Et: * *Peccatum non est pura privatio; sed est actus, debito ordine privatus.*

ALBERTUS: * *Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum, contra legem Dei.* Itèm: * *Peccatum est actus, incidens ex defectu boni habitualis; sicut mortale: vel actualis boni defectu; sicut veniale. & hoc nemo diu caret.*

¶ Quòd triplex peccatum, dicit ALEXANDER: * *Peccatum autem est contra ordinem rationalis naturæ, aut est peccatum contra ordinem rationis, aut contra ordinem legis scriptæ. Peccatum contra ordinem rationalis naturæ, est peccatum originalis culpæ: & ejus sequela, peccatum veniale. Peccatum contra ordinem rationis, est peccatum actuale mortale: quod est malum secundùm se. Peccatum verò contra ordinem legis scriptæ, est peccatum, quod dicitur prævaricatio: quod est malum ex prohibitione.* Et: * *Peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantiâ, aliud ex certâ malitiâ, differenter sumitur. Hic sumitur pro malitiâ pœnæ, quæ ex peccato mortali consequitur: ibi verò sumitur pro malitiâ culpæ, non quæ necessariò præcedit peccatum in Spiritum sanctum. Sed dicitur certa malitia, cùm homo scienter peccat: eo modo, quo dicitur peccare ex certâ malitiâ; impugnando gratiam Spiritûs sancti, per quam fit remissio peccatorum in Ecclesiâ. Dicitur ergo certa malitia, quia certitudo præcedit, respectu hujus generis peccati: & ita differenter sumitur malitia: cùm dicitur, quòd quis peccat ex certâ malitiâ; & cùm dicitur, quod peccans cadit in malitiam pœnæ.* Itèm: * *Peccatum aliud mortale, aliud veniale, accipitur juxta illam definitionem: Peccatum est aversio indebita ad mutabile bonum. Vel potiùs ad illam, quæ ponitur: Peccatum est meritum pœnæ. Nam, secundum quod conversio est indebita ad mutabile bonum, potest esse dupliciter. Aut sub Deo: & sic est veniale. Aut præferendo Deo, sive contra Deum: & sic est mortale. In-quantum autem mortale, dicit reatum pœnæ æternæ: veniale verò, reatum pœnæ non-æternæ, quantum est de se. Secundùm hoc convenit ipsam accipi juxta istam; Peccatum est meritum pœnæ.*

INNOCENTIUS ait: * *Peccatum distinguitur in originale, veniale, & mortale. Hi sunt, serpens, mulier, & vir. Serpens, id est, concupiscentia, suggerit originaliter. Mulier, id est, sensualitas, comedit venialiter. Vir, id est, ratio, consentit mortaliter.* Et: * *Duo genera peccatorum: quorum quidam de sua desperant miseriâ, dicentes miserabiliter cum Cain:* † Major est iniquitas mea, &c. *Et eorum, quia desperabilis est infirmitas; ipsorum quoque sanitas desperatur.* Itèm: * *Novem peccatorum diversitates. Originale peccatum, mortale, veniale: item peccatum cogitationis, locutionis, operis: rursus peccatum fragilitatis, simplicitatis, malignitatis.* Itèm: * *Cave, ne peccatum facias in occulto: magis autem, ne facias in aperto. Quia peccatum secretum obest tantummodò facienti: manifestum verò & facienti obest, & imitanti.* Et: * *Peccatum duplex: originale, & actuale. Originale, quod absque consensu contrahitur: actuale, quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sinè consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur Sacramenti. Actuale, quod cum consensu contrahitur, sinè consensu minimè relaxatur.* Itèm: * *Culparum aliæ sunt originales, quæ contrahuntur: & aliæ actuales, quæ committuntur. De originalibus ait:* * Beati, quorum remissæ sunt iniquitates. *Et de actualibus addit:* Quorum tecta sunt peccata. *Cæterùm actuales culpas distinguit, in peccata cogitationum, locutionum, & actionum. De peccatis cogitationum præmittit:* Quorum tecta sunt peccata. *De peccatis actionum subjungit:* * Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum. *De peccatis locutionum annectit:* Nec est in ore ejus dolus. *Potest & aliter distingui in ista, ut per ea intelligantur tria peccata: originale, veniale, mortale. De originalibus ait:* Beati, quorum remissæ sunt iniquitates. *De venialibus addit:* Et quorum tecta sunt peccata. *De mortalibus:* Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum. *De originalibus dicit, quòd remittuntur: de venialibus, quòd teguntur: de mortalibus, quod non imputantur beato viro. Originale namq; peccatum, & appellatur iniquitas: ut iniquitatis vocabulum privativum sit æquitatis. Aequitas autem est, ut filius non portet iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filii: sed anima, quæ peccaverit, ipsa morietur. Originale verò peccatum, filii non committunt; sed contrahunt a parentibus: & tamē damnantur pro illis; ut dicere valeant:* * Patres nostri comederunt uvam acerbam; & dentes filiorum obstupuerunt. *Et quia, præter hujusmodi æquitatem, originale peccatum punitur; verisimiliter iniquitas appellatur: quamvis ex alia causa justa sit ejus pœna. Tunc autem originale peccatum est intensum in homine; cum & secundum reatum, & secundùm actum, exsistit in illo: ut reatus ad labem; & actus ad fomitem referatur. Verùm in baptisato labes mundatur; sed fomes relinquitur: quia transit reatus; & remanet actus. Et ideo remissum est post Baptismum; quod ante Baptismum erat intensum. &c. Veniale verò peccatum, non solum habetur cum vitiis; verùm etiam cum virtutibus exercetur: quia homo virtutibus præditus, sæpe committit veniale peccatum.*

Marginal notes (left column): * de Prof. Relig. sive... cap. 63. — * Serm. in festo Mar. Magdal. — * de Peccat. orig. cap. 1. — * Psal. 51. v. 7. — * Serm. 3. Domin. 2. Adven. — † Parte 2. q. 25. m. 3. — * Parte 2. q. 100. m. 1. — * ibid. m. 2. art. 2. — * ibid. c. ... — * ibid. a. 4. — * vers. 8. — * 1. Summæ q. 19. a. 9. — * ibid. q. 79 art. 4. — * 1. Summæ q. 19. a. 9. — * ibid. q. ..8 art. 6 — * ibid. q. 49. art. 2 — * 2. Summæ q. 19. a. 1. — * Parte 1. q. 41. m. 3. — * Centiloq. p. 1 c. 3. — * in Job. ca. 12. — * in Apocal. cap. 3. — * ibid. q. 75 art. 1. — * ibid. q. 72 art. 1. — * in Matth. cap. 5. — * in Evang. Hieron. super Lucam — * Parte 3. q. 58. m. 1. art. 3.

Marginal notes (right column): * Parte 2. q. 102. m. 3. art. 3. — * ibid. q. 123 memb. 3 — * Serm. in Cœna Domini. — * Serm. 3. in dedicat. templ. — † Genes. 4. vers. 13. — * in Psal. 1. pœnit. — * in Psal. 3. pœnit. — * lib. 2 de Cont. Mundi cap. 41. — * in Psal. 2. pœnit. — * Ps. 32. v. 1. — * vers. 2. — * Hierem. 31. vers. 29.

BONAVENTURA ait: * *Peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantiâ, aliud ex certâ malitiâ sive industriâ perpetratur. Quod aliis verbis in Euangelio dicitur: Est peccatum in Patrem; in Filium; & in Spiritum sanctum. In Patrem, cui tribuitur potentia, peccare dicitur; quando quis peccat ex infirmitate. In Filium, cui attribuitur sapientia, peccare dicitur; quando quis peccat ex ignorantiâ. In Spiritum sanctum, cui tribuitur bonitas, qui peccat ex industriâ, sive ex certâ malitiâ.* Et: * *Peccatum dividitur in originale & actuale; veniale & mortale; delictum & commissum. Et hæ sumuntur divisiones, penes causam formalem. Item, in peccatum cordis, oris, & operis. Item, in peccatum superbiæ sive inanis gloriæ, invidiæ, iræ, acediæ, avaritiæ, gulæ, luxuriæ. In concupiscentiam carnis, oculorum, & superbiam vitæ. In peccatum cogitationis, delectationis, consensus operis, & consuetudinis. Et hæ sumuntur penes causam materialem. Item, peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantiâ, aliud ex certâ malitiâ perpetratur. Item, peccatum aliud ex timore malè-humiliante, aliud ex amore malè-accendente: & hæ penes conditiones peccantis. Item, peccatum aliud in Deum, aliud in se, aliud in proximum: & hæ sumuntur penes circumstantias ejus, in quem peccatur.*

[* Breviloq. artic. c. 25.] [* ibid. c. 4.]

THOMAS inquit: * *Duplex est peccatum, impediens ab ingressu regni cœlestis; scilicet originale, & actuale. Per passionem autem Christi, liberati sumus ab utroque peccato.* Et: * *Est pejus, peccare publicè, quam occultè: tum, quia publicus peccator videtur ex majori contemptu peccare: tum etiam, quia peccat cum scandalo aliorum.* Et: * *Peccata spiritualia, sunt majoris culpæ, quam carnalia. Quod non est sic intelligendum, quasi quodlibet peccatum spirituale, sit majoris culpæ, quolibet peccato carnali: sed quia, consideratâ hac sola differentia spiritualitatis & carnalitatis, graviora sunt, quam cætera peccata; cæteris paribus. Cujus triplex ratio potest assignari. Prima quidem, ex parte subjecti. Nam peccata spiritualia pertinent ad spiritum: cujus est, converti ad Deum, & ab eo averti. Peccata verò carnalia, consummantur in delectatione carnalis appetitûs: ad quem principaliter pertinet, ad bonum corporale converti. Secunda ratio potest sumi ex parte ejus, in quem peccatur. Nam peccatum carnale, in-quantum hujusmodi, est in corpus proprium: quod est minùs diligendum, secundùm ordinem charitatis, quam Deus & Proximus, in quos peccatur per peccata spiritualia. & ideò peccata spiritualia, in-quantum hujusmodi, sunt majoris culpæ. Tertia ratio potest sumi ex parte motivi: quia, quantò est gravius impulsivum ad peccandum; tantò homo minus peccat. Peccata autem carnalia, habent vehementius impulsivum; id est, ipsam concupiscentiam carnis nobis innatam. & ideo peccata spiritualia, in-quantum hujusmodi sunt majoris culpæ.* Et: * *Peccatum dividitur in tria: scilicet peccatum oris, cordis, operis. Consummatio peccati est in opere. Sed prima inchoatio ejus, quasi fundatio, in corde: secundum autem gradum in ore, secundùm quod homo prorumpit facilè, ad manifestandum conceptum cordis: tertium autem gradum, jam in confirmatione operis.* Et: * *In eâdem specie peccati, invenitur omissio & commissio.* Item: * *Duplex est genus peccati; scilicet delictum, & omissum.* Et: * *Si non est alia ratio adversitatum præsentium; ut amici Job opinabantur: necesse est maxima peccata esse, quæ maximis afflictionibus puniuntur. Peccatorum autem quædam sunt commissa; quæ contra præcepta legis negativa fiunt: quædam omissa, quibus præcepta affirmativa negliguntur. Committitur autem aliquid contra præceptum legis tripliciter. Uno modo, quia est in nocumentum Proximi; ut furtum, homicidium, & hujusmodi: quæ propriè iniquitates dicuntur; quia æquitati justitiæ, quæ est ad alterum, contrariantur. Alio modo, secundum quod homo peccat in se-ipso, per deordinationem sui actûs; ut apparet in peccatis præcipuè gulæ & luxuriæ: & hæc dicuntur peccata, quasi deordinationes quædam hominis. Tertio modo committitur aliquid directè contra Deum; ut blasphemia, sacrilegium, & hujusmodi: & hæc, propter sui gravitatem scelera dicuntur.*

[* de Humil. Christi. c. 18] [* 1. Summæ. q. 84. a. 6.] [* 1. Secundæ q. 73. a. 5.] [* ibid. q. 72. artic. 7.] [* ibid. a. 6.] [* de Mod. confi. c. 28.] [* in Job. cap. 13.]

ALBERTUS: * *Debitum aliud ex omisso, aliud ex commisso. Ex omisso quidem: quia, quod debuimus, facere omisimus. Et hoc est tripliciter: omissum obedientiæ, concessi temporis, & omissum lucrum gratiæ concessæ, &c. Debitum commissi est, quod committendo nos debitores efficit: & hoc est peccatum transgressionis.*

[* in Luc. cap. 11.]

ÆGIDIUS ait: * *Justitia Dei exigit, ut, sicut est duplex peccatum, originale & actuale; ita duplex sit pœna, damni scilicet & sensûs. Pœna autem damni, respondet peccato originali: sed pœna sensûs ut communiter ponitur, respondet actuali. Hæ autem duæ pœnæ, habent se quodammodo ad invicem, sicut ipsa peccata. Nam, sicut contigit aliquos solum originale peccatum habere, qui nunquam actualiter peccarunt; aliqui verò, supra peccatum originale, plura peccata actualia addiderunt: sic aliqui punientur solùm pœnâ damni; aliqui verò, simul cum pœnâ damni, experientur pœnam sensûs.*

[* de Peccat. orig. c. 3.]

¶ De peccato omissionis, & commissionis, inquit ALEXANDER: * *Peccatum omissionis & commissionis, in diversis, quantum ad quantitatem peccati, se habent, ut excedentia & excessa: quia aliquando est majus peccatorũ omissio, quam commissio; aliquando è converso. Si verò fiat comparatio unius ad alterum in genere: majus malum est commissio, quam omissio. Nam arbor, quæ fructum malum facit, plùs nocet; quam illa, quæ nullum fructum facit. Commissio verò, est sicut arbor, quæ malum fructum facit: omissio autem sicut arbor, quæ non facit fructum bonum. utraque autem excidetur, & in ignem projicietur. Nihilominùs tamen, ad differentiam parvulorum non-baptisatorum, qui non faciunt fructum bonum, quia nullum faciunt, dicuntur omittentes facere fructum malum. Nam non-facere, cùm debet & possit, est fructus malus: sed non sic, sicut facere malum directè, ad cujus contrarium tenetur.*

[* Parte 2. q. 130. m. 8.]

BONAVENTURA inquit: * *Commissio est transgressio legis divinæ prohibentis, quantum ad præcepta negativa. Potest autem aliquid committi contra naturam; & hoc dupliciter: scilicet contra naturam communem hominibus & brutis; ut quòd masculus pro fœmina fit; & hoc est peccatum Sodomiticum: aut contra naturam particularem; ut in naturâ angelicâ & humanâ; & hoc est naturale judicatorium, dictans malum esse fugiendum.*

[* Centiloq. p. 1. c. 9.]

THOMAS ait: * *Sicut peccatum transgressionis opponitur præceptis negativis, quæ pertinent ad declinandum à malo: ità peccatum omissionis opponitur præceptis affirmativis, quæ pertinent ad faciendum bonum.*

[* 2. Secundæ q. 79. a. 3.]

¶ Deum non esse causam peccati, THOMAS ait: * *Quamvis quosdam peccatores Deus ad se non convertat; sed in peccatis secundùm eorum merita relinquat: non tamen eos ad peccandum inducit. Homines enim peccant per hoc, quòd deviant ab ipso, qui est ultimus finis.* Et: * *Non Deus præordinat ad peccandum homines reprobos; sicut prædestinatos præordinat ad merendum.* Item: * *Deus non est causa peccati. Relinquitur ergo, quod nihil aliud sit directè causa peccati humani, nisi voluntas. Sic ergo manifestum est, quòd Diabolus non sit propriè causa peccati; sed per modum persuadentis tantùm.*

[* contra Gent. lib. c. 9.] [* Summ. de Verit. m. 0. quæst. 4.] [* in disp. Quæst. de Causâ mal. artic. 3.]

¶ Unde sit peccatum, ALEXANDER inquit: * *Hæc corruptio, secundùm quod dicit defectum culpabilem, non est à Deo: sed secundùm quod nominat defectum pœnalem, sive pœnam, quâ punitur anima, est à Deo: quia fundatur in aliquo ente; scilicet in resistentiâ istius vis ad bonum, & pronitate ad malum: & per hoc ponitur ens quoddam.* Item: * *A' Diabolo, tanquam suggerente illud, unde venit excæcatio: à Deo autem est, ut est pœna justa; tanquam à justo puniente & permittente.* Item: * *Attendendo genus peccati, attendendo circumstantiam peccati, attendendo occasionem peccati, attendendo genus, tam angelus, quam homo, peccavit per superbiam; sed differenter. Homo enim peccavit, appetendo omnem scientiam Dei. Genesis 3.* * Eritis sicut dii, scientes bonum & malum. *Sed angelus appetendo peccavit omnipotentiam. unde Esaja 14.* * Ascendam in cœlum, &c. *In Deo enim sunt duo: scilicet omnipotentia, & omniscientia. Omnipotentiam autem suam, nunquam voluit communicare alicui creaturæ: quia secundùm illam est principium. Quia ergo angelus appetiit esse principium, & similis esse Deo in potentiâ; propter hoc appetiit id, ad quod nullo modo erat ordinatus: & propter hoc non habet excusationem aliquam; & propter hoc peccatum ejus est irremediabile. Scientiam autem omnem vult communicare creaturæ. Ad illam enim est homo ordinatus in gloriâ; sed non ad potentiam omnium. Unde & Christus, secundùm quod homo, non habuit omnipotentiam; sed habuit omniscientiam. Quia ergo summa inordinatio est, appetere illud, ad quod nulla creatura est ordinata: homo autem erat ordinatus ad scientiam, quam appetebat: ideò peccatum hominis est remediabile; peccatum angeli*

[* Parte 2. q. 18. m. 9.] [* ibid. q. 70. memb. 4.] [* Parte 3. q. 2. m. 2.] [* vers. 5.] [* vers. 13.]

*ibid. q. 3. memb. 13

non: quia illud appetiit, quod erat proprium creatoris. Et: * Invidia fuit causa casus Diaboli, & movens ipsum ad tentandum hominem: cujus felicitati invidebat: ut per peccatum demereretur humana natura assumptionem & nobilitatem ad Deum. Ex quo patet, quod Lucifer intellexit unionem humanæ naturæ ad Deum; non existente lapsu humanæ naturæ: & ipsum lapsum intellexit, ut impeditivum unionis; propter quod procuravit lapsum. Et: * Licet Diabolus fuerit inventor mali; tamen non dicitur per se causa mali, nisi in ipso: sed non dicitur causa mali in alio, sed occasionaliter. In hoc enim, quod homo, vel angelus concordat primo peccato, in hoc dicitur esse causa peccati. Quod autem dicitur, Inter apostasiam primi peccati, & ultimam pœnam ignis gehennæ, media sunt peccata, & pœna peccatorum: & sic videtur, quod prima apostasia sit causa omnis peccati: Respondendum est; quod prima apostasia dicitur illa, qua primus parens apostatavit a Deo, secundum illud Sapient. 10. * Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo, quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus. Illa autem apostasia, dicitur esse causa omnis peccati, per se, vel per inclinationem. Apostasia verò Diaboli, dicitur causa omnis peccati, per consensum, vel suasionem. Itèm: Diabolus dicitur caput malorum, propter duplicem proprietatem capitis. Prima proprietas, quod caput primum est & supremum in corpore: unde est quasi initium corporis. Sic Diabolus fuit initium malitiæ; cum primò peccavit per superbiam. Secundum quod malum inventum fuit a Diabolo. An enim superbia Diaboli nullum fuit peccatum? Sed tamen, si post illam malitiam non essent secuta malitia hominum, per suggestionem; vel aliorum dæmonum, per consensum: non ad hoc diceretur caput. Nec propter hoc Adam dicitur caput malorum. Non enim fuit primus malus; sed primus inter homines malos. Secunda proprietas est, quia quodammodo fluxit in membra, per suggestionem. Et: Nec ratione suggestionis, nec consensus, dicatur esse caput malorum hominum. In parvulis enim, in quibus est peccatum originale, solum est ratio membri ad caput; cum sint filii iræ: nec tamen ibi est suggestio ex parte ipsius Diaboli; vel consensus ex parte parvuli. Propter quod videtur universaliter dicendum; quod ratio capitis ad membra videtur esse per suggestionem, propinquam vel remotam; & consensum quidē, in ipsis, vel in parentibus. Parvuli ergo, licet non recipiant suggestionem, vel consentiant: suggestio tamen facta est primis Parentibus; & consensus secutus est in eis: ex quibus facta est quædam convenientia consequenter ipsorum parvulorum, in deformitate peccati, ad ipsum Diabolum, qui est origo peccati. Itèm: * Homo peccavit, Diabolo suggerente: & ex hoc una ratio est, propter quam ejus peccatum esset remediabile. Unde non propter se introduxit Scriptura peccati tentationis Diaboli. Decursus enim sacræ Scripturæ est, ad ostendendam totam seriem; secundum quam genus humanum per Christum est liberatum, & ad dignitatem restitutum. Quod autem agitur de peccato Diaboli, hoc non est, nisi ex quadam antithesi; vel ut ostendatur, ejus peccatum fuisse occasio peccati hominis.

*Parte 2. q. 109. m. 6.

*Syrach 10. vers. 14.

*ibid. q. 3. memb. 1

*de Causis pecc. a. 3.

Thomas ait: * Dicendum, quod Diabolus humani peccati causa esse potest, per modum disponentis vel persuadentis, interiùs aut exteriùs: aut etiam per modum præcipientis; ut apparet in his qui se manifestè Diabolo subdiderunt. Sed per modum perficientis, causa peccati esse non potest. Itèm: * Diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum: quia ipse instigavit primum hominem ad peccandum; ex cujus peccato consecuta est, in toto humano genere, quædam pronitas ad omnia peccata. Itèm: * Si Adam non peccasset; non generaret ex se filios gehennæ: ita scilicet quod ab ipso peccatum contraherent; quod est causa gehennæ. Possent tamen fieri filii gehennæ, per liberum arbitrium peccando. Vel, si filii gehennæ non fierent per peccatum: hoc non esset per hoc, quia essent in justitia confirmati; sed propter divinam providentiam, per quam a peccato conservarentur immunes. Et: * Offensa peccati mortalis procedit ex hoc; quia voluntas hominis est aversa a Deo, per conversionem ad aliquod bonum commutabile. Itèm: * Hoc modo (indirectè) dicendum est, quòd Diabolus est causa omnium peccatorum nostrorum; quia instigavit primū hominem ad peccandum: ex cujus peccato consecuta est, in toto genere humano, quædam pronitas ad omnia. Directè autem dicitur aliquid esse causa alicujus, quod operatur directè ad aliud. Et hoc modo Diabolus non est causa omnis peccati. Non enim omnia peccata committuntur Diabolo instigante, sed quædam ex libertate arbitrii, & carnis corruptione (sicut ut Origenes dicit) etiamsi Diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum & venereorum, & hujusmodi: circa quæ multa inordinatio contingit; nisi per rationem talis appetitus refrenetur: & maximè supposità corruptione naturæ. Sic ergo non est necessarium, omnia peccata ex instinctu Diaboli provenire. Si quæ tamen ex instinctu ejus proveniunt; ad ea complenda, eo blandimento decipiuntur homines nunc, quo primi parentes. Et: * Occasionaliter quidem, & indirectè, Diabolus est causa omnium peccatorum nostrorū; in-quantum induxit primum hominem ad peccandum: ex cujus peccato in-tantum vitiata est humana natura; ut omnes ad peccatum proclives simus. Directè autem non est causa omnium peccatorum humanorum; ita quòd singula peccata persuadeat. Itèm: * Voluntas, sine adhibitione regulæ rationis, vel legis divinæ, est causa peccati. Et: * Causa interior peccati, est & voluntas, ut perficiens actum peccati; & ratio, quantum ad carentiam debitæ regulæ; & appetitus sensitivus inclinans. Itèm: * Homo dupliciter est causa peccati, vel sui, vel alterius. Uno modo directè, inclinando scilicet voluntatem suam, vel alterius, ad peccandum. Alio modo indirectè, dum scilicet non retrahit aliquos a peccato. Deus autem non potest esse directè causa peccati, vel sui, vel alterius: quia omne peccatum, est per recessum ab ordine, qui est in Deum, sicut in finem. Deus autem omnia inclinat & convertit in se-ipsum, sicut in ultimum finem. Unde impossibile est, quod sit sibi, vel aliis, causa discedendi ab ordine, qui est in ipsum. Unde non potest directè esse causa peccati. Similiter etiam neq; indirectè. Contingit enim, quòd Deus aliquibus non præbet auxilium, ad evitandum peccata: quod si præberet, non peccarent. Sed hoc totum facit, secundum ordinem suæ sapientiæ & justitiæ: cùm ipse sit sapientia & justitia. Unde non imputatur ei, quod alius peccet; sicut causa peccati. Et: * Diabolus, qui jam peccaverat, videns hominem taliter institutum, ut ad perpetuam felicitatem pervenire posset, a quâ ipse deciderat; & nihilominus posse peccare: aggrediens hominem ex parte debiliori, tentans fœminam; in qua minus vigebat sapientiæ donum vel lumen, &c.

*1. Summæ. q. 100. a. 2.

*1. Summæ q. 8?. a. 2.

*1. Summæ q. 114. a. 3.

*1. Secund. q. 80. a. 4

*ibid. q. 75. art. 1.

*ibid. a. 3.

*ibid. q. 79 art. 1.

*Cōp. Theol. tract. 2. c. 3.

Albertus: * Omnis perversitas hominis oritur ex hoc, quòd caro præit & imperat spiritui. Nititur ergo Diabolus, quod spiritus non sit ductor operum & actor; sed carnalis concupiscentia: & hoc sub prætextu necessitatis; ut minùs advertatur.

*in Matth. cap. 4

Ægidius: * Non-faciendo, peccatum facimus. Habet enim peccatum, non causam efficientem; sed deficientem. Et: Ut defuit hominis actio a regulis rationis, vel a regulis divinis, ideò est obliqua & mala, & peccatum. Et: * Innocentibus & parvulis, liberi arbitrii usum non-habentibus, protoplastorum noxa imputatur ad culpam, &c. Isti namque parvulo si per originem, quam vitare non potuit, originale peccatum imputatur ad noxam: non ne fateri cogimur, esse peccatum aliquod, quod non voluntate, sed necessitate contrahitur?

*Lib. 2. Hexaem. c. 3

*de Peccato orig. c. 8

¶ De causâ materiali peccati, Alexander inquit: * Causa materialis, in quâ est peccatum, est ipsa concupiscentia. & propter hoc dicitur prima superfluitas concupiscentiæ. Cum enim concupiscit homo, quod concupiscendum est, modus est concupiscentiæ. Cum autem concupiscit homo, quod non concupiscendum est, superfluitas est concupiscentia. Hæc autem concupiscentia, est appetitus generalis.

*Parte 2. q. 106. m. 1. art. 1.

Subjectum peccati, Thomas dicit, * non solùm voluntatem esse; sed omnes illas potentias, quæ possunt moveri ad suos actus, vel ab eis reprimi, per voluntatem. Et: * Peccatum potest invenire in qualibet potentiâ, cujus actus potest esse voluntarius & inordinatus: in quo consistit ratio peccati. Manifestum est autem, quòd actus sensualitatis potest esse voluntarius; in-quantum sensualitas, id est, appetitus sensitivus, nata est voluntate moveri. Unde relinquitur, quod in sensualitate possit esse peccatum. Itèm: * Ab animâ origo peccati processit; & ea est subjectum peccati.

*1. Secund. q. 74. a. 2

*ibid. a. 3.

*Cōp. Theol. tract. 3. c. 2?

¶ De Formali peccati, Alexander ait: * Quid est justitia, nisi rectitudo voluntatis, a principio usq; in finem? Defectus autem istius formæ, sive carentia, nihil aliud est, quam peccatum. Restat ergo, quod ex parte causæ formalis hæc definitio sumitur: non quia peccatum habeat causam formalem; sed defectum formæ.

*Parte 2. q. 108. m. 1 art. 1.

Thomas inquit: * Sciendum est etiam, hominem tripliciter peccare. Sunt enim quædam peccata, quibus peccatur in Proximum: sicut homicidia, adulteria, furta, & alia hujusmodi. Quædam, quibus peccatur in Deum: sicut perjurium, sacrilegium.

*in Job. c.

gnum. blasphemia, & similia. Quædam quibus unusquisque in seipsum peccat, secundùm illud Pauli: † Qui fornicatur, in corpus suum peccat. In Proximum autem quis peccat dupliciter: occultè per dolum, & manifestè per vim. Itèm: * Omnia peccata conveniunt in aversione a Deo: licet ad invicem differat, secundùm conversionem ad diversa commutabilia bona.

[† 1. Cor. 6 v. 18.] [* 3. Sum q. 8. a. 7.]

¶ De Motibus ad peccatum, ALBERTUS: * Cogitatio effectiva sive operativa, sive practica Græco nomine, mos fuit esse, primus motus est ad peccatum: sed minima differentia est peccati, ita etiam quòd deletur per aversionem ab illicito concepto. & tunc dicitur conteri caput serpentis. Secundus motus est delectatio: tertius, consensus, vel dissimulatio rationis: quartus, voluntas perficiendi: & quintus, impetus ad opus. Itèm: * Quatuor sunt in peccato, quæ solus Deus dimittit. 1. Tenebras quidem, quas incurrit homo, per aversionem ab incommutabili bono. 2. Culpæ, quæ est crimen, quam committit contra gratiam beneficii. 3. Maculam; quam incidit in læsione & diminutione naturalis boni. 4. Reatum; quæ est obligatio ad pœnam æternam.

[* in Matt. cap. 4.] [* in Luc. cap 3.]

BONAVENTURA ait: * Quinque modis potest homo facere peccatum. Primò, quando peccatum perpetrat. secundo, quando ad peccandum invitat: tertio, quando peccantem defensat: quartò, quando peccantem acceptat: quinto, quando peccantem dissimulat, nec arguit, nec punit. & hoc est maximum periculum, quando quis aliquem castigare negligit.

[* Serm. de 10 præceptis.]

INNOCENTIUS: † Tribus modis peccamus: scilicet corde cogitando, ore loquendo, & opere perpetrando. Itèm: * Mortalitas humana septem modis delinquit: in corde, ore, opere, per ignorantiam, & impotentiam, per negligentiam, & invidentiam. Videlicet peccatum cogitationis in corde, peccatum locutionis in ore, peccatum exsecutionis in opere; delictum simplicitatis per ignorantiam; delictum fragilitatis per impotentiam, delictum securitatis per negligentiam, & delictum malignitatis per invidentiam.

[† lib. 2 de Myst. c. 9.] [* serm in festo Mar. Magdal.]

ALEXANDER: † Tripliciter peccatur: ex infirmitate, ex ignorantiâ, & industriâ. Majus autem peccatum est ex industria, cùm scienter quis peccat. Tale autem fuit peccatum Adæ. Sciebat sibi esse præceptum de non-comedendo, & tamen comedit. Ergo majus fuit peccatum. Itèm: * In peccato sunt duo scilicet aversio ab immutabili bono, & conversio ad commutabile. Ratione conversionis, inflicta est concupiscentia: quia illa solum inclinat ad bona commutabilia.

[† P. 2 q. 120. m. 4.] [* P. 2. q. 19. m 7.]

THOMAS ait: * In peccatore sunt duo consideranda: scilicet natura, quam Deus diligit; & culpa, quam odit.

[* 2. Sec. q. 164 a 1.]

ÆGIDIUS: † In peccato quatuor est considerare: videlicet peccantem, pœnam peccatis debitam, ipsum peccatum commissum, & Deum, qui offenditur pro peccato. Omnibus his declaratis vitiis, patet, decens esse, pro peccato temporali debere infligi pœnâ æternâ. Itèm: Sunt ergo in peccato duo: aversio ab incommutabili bono, & conversio ad commutabile bonum. Ex parte autem aversionis, peccatum est infinitum: quia avertit se ab incommutabili & infinito bono. sed ratione conversionis, est finitum: quia convertit se ad finitum bonum. Cum ergo peccatum in infinitum sit scilicet mensura delicti & peccati, debet esse mensura pœna, oportet hanc mensuram esse finitam & infinitam.

[† de Infer. mod. 15.]

¶ De gravitate peccatorum, THOMAS ait: * Secundùm diversitatem objectorum, attenditur diversitas gravitatis in peccatis. Peccatum, quod est circa ipsam substantiam hominis, sicut homicidium; est gravius peccato, quod est circa res exteriores, sicut furtum. Et adhuc est gravius peccatum, quod immediate contra Deum committitur; sicut infidelitas, blasphemia, & hujusmodi. Et in ordine quorumlibet horum peccatorum, unum peccatum est gravius altero, secundum quod est circa aliquid principalius, vel minus principale. Itèm: † Gravitas peccati dupliciter potest considerari. Uno modo, secundum suam speciem; alio modo, secundum circumstantias. Cùm quæritur in communi de duobus peccatis, quod sit gravius: intelligenda est quæstio de gravitate quæ attenditur secundum genus peccati. Genus autem, seu species peccati, attenditur ex objecto: & ideo illud peccatum, quod majori bono contrariatur, ex suo genere est gravius: sicut peccatum in Deum, quam in proximum. Manifestum est autem, quòd infidelitas est peccatum contra ipsum Deum, secundum quod in se est veritas prima, cui fides innititur. Schisma autem est contra unitatem Ecclesiæ; quæ est quoddam bonum participatum, & minus, quam sit ipse Deus. Unde manifestum est, quòd peccatum infidelitatis ex suo genere, est gravius, quam peccatum schismatis.

[* 1. Sec. q. 73 a. 3] [† 2. Sec. q 39. a. 2.]

ALBERTUS: † Quatuor peccati aggravationes; consensus, operis, consuetudinis, & blandimenti, quo peccator fovetur in peccatis: quæ sunt mors animæ.

[† in Iohan cap 11.]

¶ De necessitate peccandi, inquit ALEXANDER: † Necessitatem peccandi dupliciter potest intelligi aliquis habere: aut quia necesse habet, in peccatum cadere, aut quia necesse habet, in peccato permanere. Primo quidem modo reperitur necessitas in statu naturæ humanæ post lapsum: sed secundo modo in statu naturæ angelicæ. Si quis ergo recto intellectu velit arguere: ex hoc non habebis, quod Adam, si obedivisset, necessitatem habuisset permanendi in justitia, sicut habent angeli, qui non possunt labi: sed quòd statu illo manente, necesse esset, ipsum in aliquod opus bonum & laudabile exire.

[† P. 2. q. 93 m. 1 a. 3.]

¶ De permissione peccati, ait ALBERTUS: * Quando permittit Deus aliquod malum fieri; nunquam voluntas Dei est de malo, quod fit; sed potius de bono, quod inde ordinatur. sicut, quando permisit Martyres occidi, non voluit occisionem activam; sed voluit patientiam martyrum, & constantiæ fidei relinquere exemplum.

[* in Matt. cap 5.]

De effectu Peccati, inquit INNOCENTIUS: * Peccata nos debitores pœnæ constituunt. Tria ergo sunt debita, quæ petimus nobis dimitti: videlicet peccatum in Deum, peccatum in proximum, & peccatum in nos-ipsos.

[* lib 3 de Myst. c. 23.]

THOMAS ait: * Omnia peccata mortalia, habent in se convenientiam quandam, quod per eorum quodlibet homo separatur a Deo. Unde gratia, quæ Deo hominem conjungit, ab omni peccato mortali liberat; non autem ab omni veniali: quia venialia a Deo non separant. Et: * Homo per peccatum decidit a rationis dignitate, & contra rationem agens, irrationabilibus comparatur. Itèm: † Iniqua vita est causa damnationis. Et: * Hoc habet ordo justitiæ; ut pro peccato pœna infligatur. Et: † Consecuti sunt in homine per consequens (post lapsum) multi alii defectus. Abundantibus enim in appetitu inferiori inordinatis motibus passionum, simul etiam in ratione deficiente lumine sapientiæ, quo divinitus illustrabatur voluntas, dum erat Deo subjecta, per consequens affectum suum rebus sensibilibus subdidit: in quibus aberrans à Deo, multipliciter peccavit; & ulteriùs immundis spiritibus se-se subdidit, per quos credidit, in hujusmodi rebus agendis & acquirendis, sibi auxilium præstari. Et sic in humano genere idololatria, & diversa peccatorum genera, processerunt: & quò magis homo in his corruptus fuit; eò amplius a cognitione & desiderio bonorum spiritualium & divinorum recessit. Itèm: * Quòd, per actum singularem primi hominis, tota natura est vitiata, per accidens est consecutum: in-quantum, eo privato innocentiæ statu, per ipsum in alios derivari non potuit. Itèm: * Per peccatum primi parentis perditio in totum genus humanum devenit. Itèm: † In peccato sunt duo: scilicet culpa, quâ offenditur Deus; & pœna, quæ debetur pro culpa. Itèm: * Primi parentes, propter suum peccatum, privati sunt beneficio divino; quo humana natura integritas in eis conservabatur. Itèm: † Humanum genus, per peccatum primi parentis, meruit privari auxilio gratiæ. & ideo, quibuscunque non datur, hoc est ex justitiâ. Unde non est acceptio personarum apud Deum, ex hoc; quod non omnibus a principio Mundi legem gratiæ proposuit. Et: * Remanet quæstio; utrum defectus originalis justitiæ in his, qui ex primo parente prodierunt, rationem culpæ possit habere? Hoc enim ad rationem culpæ pertinere videtur; ut malum, quod culpabile dicitur, sit in potestate ejus, cui imputatur in culpa. Nullus enim culpatus de eo, quod non est in eo facere, vel non-facere. Non est autem in potestate ejus, qui nascitur, ut vel in originali justitiâ nascatur, vel sine ea. Unde videtur, quod talis defectus rationem culpæ habere non possit. Sed hæc quæstio de facili solvitur: si distinguitur inter personam, & naturam. Sicut enim in una personâ multa sunt membra: ita in una humanâ naturâ multæ sunt personæ; ut, participatione speciei, multi homines intelligantur quasi unus. Est autem hoc advertendum, in peccato unius hominis; diversis membris diversa peccata exercentur: nec requiritur ad rationem culpæ, quòd singula peccata sint voluntaria, voluntate membrorum, quibus exercentur; sed voluntate ejus, quod est in homine principaliter, hoc est, intellectiva partis. Non enim potest manus non-percutere aut pes non-ambulare, voluntate jubente. Per hunc igitur modum, defectus justitiæ originalis est peccatum naturæ: in quantum derivatur ex voluntate inordinatâ primi principii in natura humana, scilicet primi parentis. Et sic est voluntarium, habito respectu ad naturam, voluntate scilicet

[* Sum de Veritate 12.] [* in Iob. cap 40.] [† in Apoc. Dan. 10.] [* Opusc. 2. contra Gent c. 7.] [Compend. Theol. tract. 1 cap. 1. c. ...] [* ibid. c. 14] [* cap. 42] [† Expos. O ... cap 9] [* 2 Se. q 164 a. 2] [1. 2 Sec. q. 106. a. 3.] [* Compend. Theol. tract 3. c. 12.]

primi principii naturæ. Et sic transit in omnes, qui ab ipso humanam naturam accipiunt, quasi in quadam membra ipsius. & propter hoc dicitur originale peccatum, quia per originem a primo parente in posteros derivatur. Unde, cùm alia peccata, scilicet actualia, immediatè respiciant personam peccantem; hoc peccatum directè respicit naturam. Nam primus parens suo peccato infecit naturam: & natura infecta inficit personas filiorum, qui ipsam à primo parente suscipiunt.

ALBERTUS ait: * *Peccatum debitorem facit pœnæ.* Itèm: † *Perditio fit per peccatum; per reatum, qui peccatum consequitur, ad Diaboli & Inferni captivitatem.* Et: * *Peccatum hominis, non solùm mutavit naturam hominis, sed statum omnis creaturæ deterioravit. Et ideò, quæ ante peccatum sinè labore sua expleverunt officia; post peccatum laborem habent in explendo, ex inobedientiâ mobilis ad motores.* Itèm: † *Peccatum est iræ Dei causa.*

ÆGIDIUS ait: * *Duo contraxit Adam ex eo, quòd se avertit ab ipso Deo, videlicet necessitatem moriendi, & necessitatem peccandi. Quamdiu quidem stetit in suâ rectitudine, poterat non-mori, & poterat non-peccare. Poterat non-mori, quia, eo sic stante, nihil insurrexisset in corpore, quod repugnaret animæ. Poterat non-peccare, quia vires inferiores erant omninò subjecta superioribus. Acceperat enim Adam, per originalem justitiam, unde posset stare; poterat etiam per eam omnia peccata vitare. Eo autem peccante, & a Deo se avertente perdidit hanc originalem justitiam, & hanc rectitudinem; qua inferiora superioribus subjecta erant: & quia hujusmodi rectitudinem peccando perdidit; non potuit eam in posteros transfundere.*

BONAVENTURA: † *Malum, sive peccatum, punitur pœnâ multiplici: in præsenti, quantum ad animam, & quantum ad corpus. Quantum ad animam punitur in vulneratione naturalium & exspoliatione gratuitorum. Peccavit per rationalem primus Parens, scientiam indebitam appetendo: & ideò in naturali potentia est punitus, per ignorantiam. Peccavit in concupiscibili; appetendo cibum vetitum: & ideò in concupiscibili est punitus, per casum in malitiam, quæ dicitur pronitas ad malum. Peccavit in irascibili, appetendo indebitam potestatem: & ideo in irascibili est punitus, cadendo in infirmitatem. Ex tribus prædictis concupiscentia est conflata. Hæc autem quadruplex pœna, vulnerans animam per originale peccatum, ad posteros est transmissa.* Itèm: * *Peccator, qui non observat mandata primæ tabulæ, quæ ordinant ad Deum, non meretur habitare in cœlo, ubi Deus est. & qui non observat præcepta secundæ tabulæ, quæ ordinant ad proximum, non est dignus habitare in terrâ, vel in Mundo, ubi est Proximus. Et sic per consequens relinquitur, quòd habitet in inferno ubi est Diabolus.*

¶ De Phrasibus quibusdam, THOMAS inquit: * *Dicitur (Deus) tradere eos (impios) in reprobum sensum, in quantum non prohibet eos, quin suum reprobum sensum sequantur.* Itèm: * *Excæcatio & Obduratio duo important: quorum unum, est motus animi humani, inhærentis malo, & aversi a divino lumine. & quantum ad hoc, Deus non est causa excæcationis & obdurationis, sicut non est causa peccati. Aliud autem, est subtractio gratiæ: ex quâ sequitur, quòd mens divinitus non-illuminetur, ad rectè-videndum; & cor hominis non-emolliatur, ad rectè-vivendum. & quantum ad hoc, Deus est causa excæcationis & obdurationis.*

ALBERTUS: * *Circa hoc non vult Dominus actum, quem permittit; sed potiùs bonum, quod inde elicitur.*

DE ORIGINALI PECCATO.

BONAVENTURA ait: * *Peccatum originale est illud, quod cum naturâ traducitur. Ephes. 2.* † Omnes nascimur filii iræ.

THOMAS: * *Originale peccatum, cùm sit peccatum naturæ, est quædam inordinata dispositio ipsius naturæ: quæ habet rationem culpæ, in-quantum derivatur ex primo parente.* Itèm: † *Peccatum originale, dicitur esse peccatum naturale.* Itèm: * *Peccatum originale, est peccatum naturæ. Sed natura æqualiter in omnibus. Ergo & peccatum originale.* Et: † *Peccatum originale, dicitur peccatum totius naturæ: sicut peccatum actuale dicitur peccatum personale. Unde, quæ est comparatio peccati actualis, ad unam personam singularem; eadem est comparatio peccati originalis, ad totam naturam humanam, traductam a primo parente: in quo fuit primum initium, & per cujus voluntatem, in omnibus originale peccatum quasi voluntarium reputatur. Sic ergo peccatum originale est in animæ, in-quantum pertinet ad humanam naturam. Humana autem natura traducitur a parente in filium, per traductionem carnis, cui postmodum anima infunditur.* Et: † *Peccatum originale opponitur justitiæ originali; per quam superior pars animæ & Deo conjungebatur, & inferioribus viribus imperabat, & etiam corpus absque corruptione poterat conservare. Per Baptismum ergo tollitur peccatum originale, quantum ad hoc, quòd gratia datur, per quam superior pars animæ Deo conjungitur. Non autem datur animæ virtus, per quam possit conservare corpus absque corruptione, aut per quam possit superior pars animæ conservare inferiores, absque omni rebellione. Unde manet, post Baptismum, & necessitas moriendi; & concupiscentia, quæ est materiale in originali peccato. Et sic, quantum ad superiorem partem animæ participat novitatem Christi: sed quantum ad inferiores animæ vires, & ipsum corpus, remanet adhuc vetustas, quæ est ex Adam. Manifestum est autem, quod homo baptisatus non generat, secundum superiorem partem animæ; sed secundùm inferiores vires, & secundùm corpus. Et ideo homo baptisatus, non transfundit in prolem novitatem Christi, sed vetustatem Adæ. Et propter hoc, licèt non habeat peccatum originale, in-quantum est culpa; transmittit tamen peccatum originale in prolem.*

¶ Originale esse peccatum, ÆGIDIUS docet: * *Dubitabatur a multis; cùm omne peccatum sit voluntarium; & adeò sit voluntarium, quòd, si non est voluntarium, non est peccatum: quomodo originalis noxa, cùm non voluntate, sed quadam necessitate originis contrahatur, habeat rationem peccati; & maximè quomodo habeat rationem culpæ? Nam culpa, super peccatum, videtur addere voluntariam inordinationem. Concedimus enim, aliquando peccatum esse in agentibus naturaliter; dum tamen ejusmodi agentia contingat inordinatè agere, ut, si per actionem naturalem fiat sextus digitus in manu, vel cõtingat aliud aliquod monstrum; dicimus, peccatum esse in naturâ; non tamen ibi esse culpam. Videtur ergo culpa omninò importare voluntariam nequitiam & inordinationem.* Itèm: † *Dicamus ergo, quod originale peccatum, ratione, quâ dicit carentiam originalis justitiæ, non est formaliter culpa; sed magis est quædam habilitas ad culpam: ratione verò quâ dicit debitum habendi eam, habet, quod sit formaliter culpa. Ex eo igitur, quod tenemur vel debemus habere originalem justitiam; & non habemus eam; est nobis culpa originalis.*

¶ Unde sit, ALEXANDER ait: † *Originale processit ex actuali primi Parentis: actuale verò primi Parentis, processit ex suggestione Diaboli.*

BONAVENTURA ait: † *Ad intelligendum, qualiter corruptela peccati diffusa sit in Mundum, considerare oportet lapsum primi Parentis, traductionem culpæ originalis, & ortum sive radicem peccati actualis.*

¶ De propriis illius, THOMAS ait: * *In originali peccato duo sunt: quorum unum, est defectus originalis justitiæ; aliud autem, est relatio hujus defectûs ad peccatum primi parentis, à quo per vitiatam originem deducitur.*

ALEXANDER: * *In originali peccato, est carentia debitæ justitiæ, aliunde contracta; sicut est in parvulis: in actuali verò peccato mortali, est carentia debitæ justitiæ, quam homo sibi fecit.* Et: † *Ex lapsu in peccatum, triplex defectus ipsius animæ, secundùm tres vires: secundùm rationalem, irascibilem, & concupiscibilem. Secundùm rationalem, cecidit in ignorantiam: secundùm irascibilem, cecidit in superbiam, vel inobedientiam: secundùm concupiscibilem, in concupiscentiam.*

BONAVENTURA ait: * *In nobis quadruplex defectus est, unde ad malum pronisumus: Ignorantia, concupiscentia, malitia, & infirmitas. Ignorantia excæcat, ne verum agnoscamus; & erremus in judicio boni & mali. Concupiscentia emollit, ad appetendum & diligendum visibilia, & delectabilia carnis. Malitia exasperat & amaricat cor, ad iram, tristitiam, invidiam, & odium. Infirmitas debilitat, ad resistendum malo, & adhærendum bono. Hæc quatuor incidimus ex pœna primi peccati: & ea originaliter contrahimus ex peccato, ex quo nascimur filii iræ.*

ÆGIDIUS ait, † *tripliciter considerari parvulum istum, qui in originali concipitur peccato: 1. ut est aliquid in se. 2. refertur ad Parentes proximos 3. ut refertur ad Adam protoplastum.* Et: *In peccato ergo originali, tria est considerare. 1. carentiam ipsius originalis justitiæ. 2. infectionem animæ. 3. naturalem originem, per quam talis infectio contrahitur.* Itèm: † *Cùm ergo homines baptisati, adhuc in se-ipsis sentiant concupiscentiam, id est, aptitudinem ad concupiscendum; & cùm videant quandam legem*

in membris

Marginal notes (left): * in Luc. cap. 19. † ibid. c. 15. * in Matt. cap. 5. † in Iohan. cap 3. * de Pecc. orig. c. 2. † Centiloq p. 4. cap. 1. * Dietà 3. cap 18. * 1 Sec. q. 79. a. 1. * ib. art. 3. * in Matt. cap. 6 * lib. 2. de trib. ternar. pecc. † vers 3. * 1 Sec. q. 81. a. 1. † ib. q. 83. art. 2. * ib. q 82. art. 4. † in disput. Qu. 3 a 9. * in disp de pec. orig. c. 6

Marginal notes (right): * de Pecc. orig. c. 4. † cap. 6. † P. 2 q. 8. m. 2. † Brevil. p. 3. c. 2. * 1. Sec. q. 82. a. 4. * P. 2. q. 108. m. 1. a. 2. † P. 4. q. 7. memb. 2. art. 9. * de Prof. Religios. c. 12. † de Pecc. orig. c. 3. † ibid. c. 6.

in membris suis, repugnantem legi mentis suæ; & cùm ex hoc sit in eis quidam fomes peccati, & quidam languor naturæ; & ulterius sit in eis quodammodo quidam tyrannus: qui ex hoc habent quandam promptitudinem, ut serviant peccato qualitercunque accipiatur originale peccatum, non videtur, quod dimittatur in Baptismo. Sciendum ergo, quòd originale peccatum est carentia justitiæ, cum debito habendi illam. Sic enim requirebat ordo naturæ institutæ; ut, ad consequendam salutem, necessaria esset originalis justitia. Quare, cum originalem justitiam, secundùm ordinem illum, deberemus consequi in quantum essemus membra ipsius Adæ: patet, quòd salutem consequi debueramus, secundum ordinem naturæ institutæ, existentes membra ipsius Adæ. Peccante itaque Adam, ordo ille non solùm fuit interruptus, sed etiam quodammodo fuit in contrarium permutatus: ita quod, sicut ex Adam protoparente, secundùm naturam institutam, nati fuissemus innocentes & habentes originalem justitiam, sic, secundum naturam corruptam, ex Adam nascimur naturâ filii iræ, & privamur illa rectitudine naturali. Itaque secundum hunc ordinem, quem habemus ab Adam, non solùm salutem non consequimur; sed in ipso morimur: quia in ipso peccavimus omnes. Oportuit igitur, quòd per alium ordinem consequeremur salutem.

¶ Peccatum originis non esse substantiam, BONAVENTURA docet: * *De corruptelâ peccati in summa tenendum est: quòd peccatũ non est natura aliqua; sed defectus & corruptela, quâ scilicet corrumpitur modus species, & ordo in voluntate creata: ac per hoc peccati corruptio est cõtraria ipsi bono: non tamen habet esse, nisi in bono, nec ortum trahit, nisi à bono: quod quidem bonum, est liberum arbitriũ voluntatis. & ipsum nec est summè malum; cùm possit velle bonum: nec summi bonũ, cum possit declinare in malũ.*

* Breviloq. p.3.c.2.

THOMAS: † *Impossibile est, malum esse aliquam naturam. Nam omnis natura, vel est actus, vel potentia, aut compositum ex utroque.*

† Compend. Theolo. 115

¶ Quomodo propagetur, ALEXANDER ait: * *Peccatum traducitur per naturam corruptionis: gratia verò per Spiritum Sanctum. Sicut ergo videmus continuationem ab Adam, usque ad ultimum filium Adæ, & hanc continuationem facit natura. & quia ipsa corrupta fuit in Adam, ideo corrupta est in omnibus aliis: & ideo per ipsum et aducitur corruptio originalis in filiis Adæ.*

* P.3.q.12. m.2.

INNOCENTIUS: † *Hoc quibusdã absonum videtur, quàm vix probabiliter dici possit, unum esse in animâ originale peccatũ: quod tamen minus-propriè peccatum dicitur; & complectitur in se duo, videlicet labem & fomitẽ. Labes est fœditas corporis, ex quâ anima est immunda: propter quã est visione divina indigna; vel potius carentia divinæ visionis est digna, secundum quod legitur:* * Beati mundo corde, &c. *Et ab hac fœditate vel immunditiâ, purgatur anima parvuli, ex aquâ & Spiritu, per Baptismũ. Fomes autẽ, est infirmitas seu languor naturæ: quædã videlicet passibilis qualitas, sive quædã privatio, ex quâ primi motus peccandi sive cõcupiscendi procedunt. Et talis qualitas, vel privatio, manet etiã post Baptismũ. Unde dicitur, quòd originale peccatũ transit reatu, quantũ ad labẽ, & remanet actu, quantũ ad fomitem, ex quo surgant actus vel motus peccandi, sicut è cõtrario solet dici, quòd actuale peccatũ transit actu, & remanet reatu. Et attenditur hujusmodi qualitas & privatio circa vim cõcupiscibile, præcipuo modo corruptã atque fœdatam, quoniam ex concupiscentia procedit prurium, circa januam humanæ propaginis, per quam et ansfunditur originalis causa peccati.*

† in Psal. 4 pœni.

* Matth.5. v.8.

THOMAS inquit: * *Ex hoc ipso, quod homo de muliere per concupiscentiam carnis nascitur, maculam contrahit.* Itèm: † *Peccatum originale in Adam, quod est peccatum naturæ, derivatum est à peccato actuali ipsius, quod est peccatum personale: quia in eo persona corrumpit naturam, qua corruptione mediante, peccatum primi hominis derivatur ad posteros: secundùm quod natura corrupta corrumpit personam. Sed gratia non derivatur à Christo in nos, mediante natura humana; sed per solam personalem actionem ipsius Christi.* Itèm: * *Peccatũ Adæ non derivatur ad alios, nisi per carnalem generationem.* Et: *Peccatum Adæ qui constitutus est à Deo principium totius naturæ, ad alios per carnis propaginem derivatur.* Et: † *Per virtutem seminalem, traducitur humana natura à parẽte in prolem; & simul cum naturâ, naturæ infectio. Ex hoc enim fit iste, qui nascitur, consors culpæ primi Parentis: quòd naturam ab eo sortitur, per quandam generativam motionem.*

* in Ioh. cap 35

† 3 Sum. q 8. a.5.

* ib. q.19 a.4.

† 1 Sec. q. 81. a.1.

ALBERTUS: † *Objiciunt autem quidam, quod secundum hoc, homo factus, purgatus à peccato, deberet generare filium non in peccato existentem, quia generavit in forma spiritûs, quem habet, & habet Spiritum S.* Resp. *Omnis homo in natura est Adam vitiatus, & per hanc naturam vitiatam generat vitiatum, & regeneratione indigentem: quia hoc vitium naturæ non purgatur sanctitate personæ; quamdiu in naturâ remanet lex concupiscentiæ. Et ideò, sicut circumcisus generat præputiatum; & sicut granum, à palea purgatum, generat paleatum granum: ita existens in gratiâ, generat eum, qui in originali nascitur peccato, propter legem concupiscentiæ, remanentem in naturâ vitiatâ, à qua nullus liberatur, nisi per regenerantis spiritum gratiæ.* Itèm: * *Peccatum originale trahitur à primis parentibus.* Itèm: † *Peccatũ primi hominis originaliter transit in posteros: propter quod etiam pueri mox nati deferũtur ad Baptismũ, tanquam ab aliqua infectione culpæ abluendi.* Et: * *Corruptio originalis peccati, traducitur per actum generationis. Unde potentiæ, quæ ad hujusmodi actum concurrunt, maximè dicũtur infectæ. Hujusmodi autem actus deservit generativæ, in-quantũ ad generationem ordinatur. Habet autem in se delectationem tactûs, quæ est maximum objectum concupiscibilis. Et ideò omnes partes animæ dicuntur esse corruptæ per peccatum originale. Specialiter tres prædictæ (potentia generativa, vis cõcupiscibilis, & sensus tactus) dicũtur esse corruptæ & infectæ.* Itèm: † *Quia omnis corruptio, culpa & pœnæ, provenit in nos per carnalem propagationem, ex primo peccato primi Parentis: ideò circumcisio fiebat in membro regenerationis.*

† Sup. Iohan. cap.3.

* Ibid. a.9.

† 1. Sec. q. 81 a 1.

* ib. q 83 a 4.

† ib. q.102. art.5.

ÆGIDIUS: † *Sicut homo non fuit priùs in paradiso positus, sed conditus: sic nos ex primordiali generatione nostra corporea, cum in peccato nascimur, non habemus, quod simus filii Ecclesiæ; sed ex regeneratione spirituali.*

† de Parad. c.6.

¶ Omnes nasci sub peccato, THOMAS docet: * *Primo modo, ante reparationẽ, dominabatur Deus hominibus: quia subjecti erant homines dominio peccati, omnes universaliter secundum aliquem, scilicet vel quãtum ad culpam, vel quantum ad pœnam, sive reatum pœnæ, ad minus scilicet carentiæ divinæ visionis. Post reparationẽ autem super eos, qui perfectè sibi adhærent, dominatur secũdo modo scilicet quia culpa mortalis eos nõ premit, nec reatus pœnæ sensibilis, nec reatus carentiæ divinæ visionis.* Itèm: * *Certum est, quod ex conditione fragilitatis humanæ, nullus homo est immunis à peccato, quantumcunque justus appareat: sed tamen in viris justis non sunt peccata gravia & mortalia, sed sunt in eis peccata levia & venialia, quæ ex negligentia & surreptione proveniunt.* Itèm: * *Non oportet, quod omnia peccata alia (quàm originale) vel primi parentis, vel etiam cæterorum, traducantur in posteros, quia primum peccatum primi Parentis sustulit donum totũ, quod supernaturaliter erat collatum in humana naturâ, personæ primi parentis: & sic dicitur corrupisse vel infecisse naturam. Unde peccata consequentia, non inveniũt aliquid hujusmodi, quod possint subtrahere à tota natura humana: sed auferunt ab homine, aut diminuunt aliquod bonum particulare, scilicet personale: nec corrumpunt naturam; nisi in quantum pertinet ad hanc vel illam personam. Homo autem non generat sibi similem in personâ; sed in naturâ: & ideò non et aducitur à parente in posteros peccatum, quod vitiat personam; sed primum peccatum, quod vitiavit naturam.* Itèm: † *Secundùm fidem catholicam firmiter est tenendum; quòd omnes homines, præter solum Christum ex Adam derivati, peccatum originale ex Adam cõtrahũt: alioquin nõ omnes indigerent redẽtione, quæ est per Christũ.* Et: *Sicut peccatũ Adæ traducitur in omnes, qui ab Adam corporaliter generantur: ita gratia Christi traducitur in omnes, qui ab eo spiritualiter regenerantur per fidem & baptismũ: & non solùm ad removendum culpam primi Parentis; sed etiã ad removendum peccata actualia, & ad introducendum in gloriã.* Et: † *Peccatum originale omnium hominũ, fuit quidem in ipso Adam sicut in primâ causâ principali: secũdum illud Apostoli, Rom.5* * in quo omnes peccaverunt. *In semine autẽ corporali est peccatũ originale sicut in causâ instrumentali: eò quod, per virtutẽ activam seminis, traducitur peccatũ originale in prolem, simul cum humana natura. Sed sicut in subjecto, peccatum originale nullo modo potest esse in carne, sed solum in anima. cujus ratio est: quia hoc modo, ex volũtate primi Parentis, peccatũ originale traducitur in posteros per quandã generativã motionem; sicut à voluntate alicujus hominis derivatur peccatum actuale, ad alias partes ejus. In quâ quidem derivatione potest attendi, quòd, quicquid provenit ex motione voluntatis peccati, ad quãcunque partem hominis, quæ quocunque modo potest esse particeps peccati, vel per modum subjecti, vel per modum instrumenti, habet rationem culpæ. Sic ergo, cùm anima possit esse subjectum culpæ, caro autem de se non habet, quòd sit subjectum culpæ: quicquid*

* In Apoc. cap 3.

* in Iob. cap.6.

* Compend. Theol. tract. cap.13.

† 1. Sec. q. 81 a.3.

† ib. q 83 a 3.

* vers 12

A pervenit à corruptione primi peccati ad animam, habet rationem culpæ. Quod autem pervenit ad carnem, non habet rationem culpæ, sed pœnæ. Sic igitur anima est subjectum peccati originalis, non autem caro.

† super 2. Sentent. Dist. 30.

ALBERTUS: † Originale peccatum est in omnibus, lege concupiscentiæ ab Adam progenitis: & qualiter sit hoc intelligendum; quod duplex est corruptio in corpore ex peccato. Una est quæ principium agens & causam habet in corpore; sed actum habet ex culpâ primi parentis: & hæc est fames, sitis, infirmitas, mors, & hujusmodi. & hæ dicuntur naturales defectus: quia, licet actus eorum sit ex culpa, tamen potentia est ex naturâ: & vocatur à Magistro Corruptio passibilitatis. Alia est corruptio, quæ secundum actum & potentiam est causata ex culpâ primorum Parentum: & non est in corpore, in-quantum est ex contrariis, nec in-quantum est corpus hominis; sed in-quantum defluxit à gratiâ innocentiæ, per culpam. Hic autem defectus est habitualis concupiscentia, cœspersa in organis, prout sunt mobilia ab animâ rationali, secundum legem naturæ sibi insertam. Huic enim legi contrariatur ista lex membrorum, faciens difficilè-mobilia in bonum, & facilè-mobilia in malum, ex libidine mali, ut nunc habitualiter sparsa in corpore.

* P. 4. q. 5. m. 1.

Parvulos etiam hac labe infectos, ALEXANDER inquit: * Parvulus, dum est una caro per quandam continuationem cum matre, subjacet legi originalis peccati, quod per carnem contractum est.

† 3. Sum. q. 68. a. 9.

THOMAS ait: † Pueri ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt: quod patet ex hoc, quod sunt mortalitati subjecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertransiit: ut Apostolus dicit.

† P. 2. q. 122. m. 5.

¶ Quomodo peccatum originis sit in hominibus, ALEXANDER docet: † Originale peccatum, in primis parentibus, & in ipsis parvulis descendentibus, quodammodo tamen conveniunt. Conveniunt enim quo-ad pœnam, quæ est carentia visionis Dei. Differunt tamen, quia in eis persona corrupit naturam: quo-ad parvulos verò, persona ex naturâ corrumpitur. Originalis ergo culpa fuit in primis parentibus, sicut in subjecto. Fuit etiam causa, transmittendi originalem culpam in parvulos. Ad objectum ergo dicendum est: quòd, licèt utrobique esset originalis culpa, in primis parentibus erat à se; in parvulis verò, erat ab ipsis. Cùm autem objicitur in contrarium, quod originale transmittitur per fœditatem carnis, vel per libidinem quæ est cum propagatione: hoc intelligitur de originali propriè-dicto, quod est in parvulis; non de originali secundum quod effectivè dicitur, in-quantum est origo, per quam fiunt parvuli peccatores.

* P. 3. qu. 3. m. 11.
* ib. q. 69. m. 1.

¶ De effectu originalis peccati, inquit ALEXANDER: * Duplex corruptio ex originali peccato: scilicet corruptio naturæ, & corruptio personæ. Et: * Pœna originalis peccati, est carentia visionis Dei: Actualis verò peccati pœna est, gehenna perpetua cruciatus. Unde si primum dimitteretur alicui, altero non dimisso: talis non careret visione Dei, propter originale dimissum; & cruciaretur in gehennâ perpetuò, propter reatum criminis actualis. Et: †

† P. 2. q. 94. m. 2.

Nunc verò, quia virtus illa maximè exivit rationis imperium, dum ratio amisit originalis justitiæ vinculum & retinaculum, per quod imperabat viribus inferioribus: ideò laxatis sibi habenis, toto impetu & conatu se præcipitat in delectabile sibi oblatum: non propter intensionem virtutis moventis; sed propter defectum virtutis retardantis. Unde, sicut equus lascivus, rupto freno, velociùs currit & impetuosiùs, quàm cùm infrenatur & detinetur à suo sessore, licèt non habeat majorem virtutem: sic in proposito intelligendum est se habere. Itèm: * Quam-maxima fuit pœna istius peccati, scilicet corruptio humani generis. Et: † Adam & Eva voluerunt rapere divinitatem, & amiserunt felicitatem. Itèm: * Originalis culpæ duplex fuit debita pœna. Una, quæ est carentia visionis Dei. & quia hæc non fuit promovens, sed suffocans: ideò hoc removetur in Baptismo, cum culpâ. Alia verò pœna fuit pronitas. & hæc non fuit pœna suffocans, sed promovens illi, cui infligebatur. Itèm: * Originale, quo-ad carentiam debitæ justitiæ, est culpa tantùm; ita quòd non est pœna respectu alicujus, quod sit in ipso originali: nihil tamen prohibet, ipsam esse pœnam, respectu voluntatis humanæ, in Adam peccantis. Cum ergo quæritur, utrùm originale peccatum, secundum idem, sit pœna, & culpa? dicendum est, quod secundum carentiam debitæ justitiæ est culpa, secundum concupiscentiam verò est pœna. nihilominus tamen, secundùm ipsam

* ib. q. 120. m. 3.
† memb. 4.
* ib. q. 122. m. 1.
* ib. mem. 2. art. 4.

carentiam, potest esse pœna: non alicujus, quod sit in ipso peccato originali, sed ejus, quod fuit in peccato primorum parentum. & potest dici voluntarium; quia voluntate primi Parentis seminatum: & potest dici pœnale, & ita involuntarium; quia justè à Deo inflictum. Quòd autem dicitur justum & injustum, ad diversa referuntur. Injustum enim dicitur, ratione peccantis: justum autem, ratione pœnam infligentis. Injustitia enim dicitur, respectu ipsius Adæ, vel parvuli in Adam peccantis: justitia verò, Dei, pœnam infligentis. Et: * Cum peccatum originale sit culpa & pœna: ab aliâ causâ trahit rationem culpæ, & ab aliâ rationem pœnæ. Rationem pœnæ trahit à fœditate vitiosâ, quæ est in carne. Quàm citò enim anima infunditur carni; tam citò fœdatur: sicut à vitio vasis vinum corrumpitur. Rationem verò culpæ, trahit à carentiâ debitæ justitiæ.

* memb. 4.

* Dietâ 2. cap. 47.

BONAVENTURA inquit: * Homo, cùm sit omnium creaturarum corporalium nobilior, habet locum super omnia corpora: ad quem locum, ante peccatum, poterat per gratiam ascendere, quamvis non posset per naturam totaliter. Sed, propter peccatum, gratia sibi fuit ablata, & natura totaliter sauciata. Itèm: * Quoniam certissimum est, quòd à nostrâ origine multiplicem trahimus miseriæ pœnam: certum est, quòd omnes nascimur natura filii iræ, ac per hoc privati rectitudine originalis justitiæ: quam privationē vocamus originalem culpam. Et quia omnis culpa dicit recessum à bono incommutabili, & accessum ad bonum commutabile: & recedere à bono incommutabili, est recedere à summâ virtute & bonitate; accedere autem ad bonum commutabile, est plùs debitum illum per amorem tendere: hinc est, quod perdens originalem justitiam, incurrit infirmitatem, ignorantiam, malitiam & concupiscentiam. Et: * Originale peccatum privat animam vitâ gratiæ, & omnium virtutum rectitudine habilitante; & pronam quodammodò reddit ad omne genus culpæ: & traducitur aliunde: & parvulum facit concupiscibilem; & adultum, actu concupiscentem, redigit etiam in diabolicam servitutem, & in potestatem principis tenebrarum.

* Brevil. p. 3. c. 5.

* ib. p. 6. cap. 7.

* 1. Sec. q. 81. a. 2.

THOMAS: * Primum peccatum corrumpit naturam humanam, corruptione ad naturam pertinente: alia verò peccata corrumpunt eam, corruptione pertinente ad solam personam. Itèm: † Totum donum justitiæ originalis est sublatum. Itèm: * Per peccatum non potest totaliter tolli, quòd sit rationalis: quia jam non esset capax peccati. Et: † Peccatum originale hoc modo processit: quòd primò persona infecit naturam; postmodum verò natura infecit personam. Christus verò, converso ordine prius reparat, quod personæ est; & postmodum simul reparabit in omnibus, quod naturæ est. Et ideò culpam originalis peccati, & etiam pœnam carentiæ visionis divinæ, quæ respiciunt personam, statim per Baptismum tollit ab homine. Sed pœnalitates præsentis vitæ, sicut mors, fames, & alia hujusmodi, respiciunt naturam, ex cujus principiis causantur, prout est destituta originali justitiâ. Et ideò isti defectus non tollentur; nisi in ultima reparatione naturæ, per resurrectionem gloriosam.

† ib. q. 82. art. 4.
* ib. q. 85. art. 2.
† 3. Sum. q. 69. a. 3.

ALBERTUS ait: * Sententia mortis ad omnes, originali peccato natos, prolata est.

* in Joh. 2. cap. 11.

¶ De pœnâ peccati originalis, ALEXANDER ait: † Cùm Dominus non puniat creaturas, pro absentiâ justitiæ, in quibus justitia esse non debet; sed solùm illos, in quibus debet esse: non ideo punit pro nihilo: quia punit pro debito habendi, cùm absit, quod adesse debet. Dicit autem sic: licèt pariter nihil sit absentia justitiæ, & ubi debet esse justitia, & ubi non debet esse: punit tamen Deus peccatores, non pro nihilo; sed propter aliquid. Creaturas autem, in quibus justitia esse non debet, non punit pro absentiâ justitiæ, hoc est, pro nihilo: quia non est aliud, quod ab illis exigat; nec ordo congruus universitatis rerum hoc expostulat. Sic itaque, cùm punit Deus pro peccato, quod est absentia debitæ justitiæ, quæ nihil est; non omninò punit pro nihilo. Et verum est: quia, nisi sit aliquid, propter quod puniri debeat, omninò non punit pro nihilo. Itèm: † Originale habet utrumque in se; & culpam, & pœnam. Culpa, est carentia debitæ justitiæ; sive deformitas quædam, quâ ipsa anima deformatur. Concupiscentia verò, est ipsa pœna: quæ in parvulis dicitur concupiscibilitas; in adultis verò, dicitur concupiscentia actus. Itèm: * Duplex est pœna. Una est pœna illata; ut pœna gehennæ. & hæc absolutè dicitur esse à Deo: quia Deus punit illâ pœnâ. Unde absolutè dicitur esse à Deo: quia iste damnabit, prout nominatur pœna illata. Alia autem est pœna, quæ dicitur pœna

† P. 2. q. 80. memb. 2. art. 3.

† ib. q. 122. memb. 2. art. 2.
* P. 2. q. 29. m. 4.

contra-

contrala hac est illa, quæ obrahitur cum peccato: & talis pœna est excæcatio. Ipsa enim cum peccato mortali contrahitur.

[† in disp. de Pœna pecc. orig. a. 4.] THOMAS ait: † *Absque omni dubio secundum fidem catholicam, tenendum est, quod mors, & omnes hujusmodi defectus præsentis vitæ, sunt pœna peccati originalis.*

[* de Pecc. orig. a. 4.] ÆGIDIUS: * *Patet ergo, quod, sicut propter peccatum originale punimur; sic est culpa: & sic voluntarium. Punimur autem, ut sumus membra Adæ. ideo sufficit, quod per hoc peccatum peccavimus in Adam, & quod fuerit voluntarium in ipso.*

¶ In Baptismo non omninò tolli peccatum originis. [* P. 2. qu. 123. m. 2.] ALEXANDER ait: * *In baptismo non tollitur, sed relinquitur homini ad exercitium: contra quod pugnans exercitatur, & promovetur etiam. Quod patet: quia ipsi sic exercitato redditur corona pro certamine; quæ aliter non redderetur eidem. sicut dicit Apost.* [† vers. 5.] 2. Tim. 2. † Non coronabitur, nisi qui legitimè certaverit. *Unde, si aliter fieret homo beatus, & non-certans contra illam pravitatem: nunquam tamen redderetur ei corona pro certamine; quod valde est ipsi homini gloriosum.*

[* Sum. contra Gentil. 4. cap. 52.] THOMAS ait: * *Considerandum est etiam, quod, licèt aliquis, per gratiam sacramenta, sic ab originali peccato mundetur, ut ei non imputetur ad culpam, (quod est, personaliter ipsum a peccato originali liberari) non tamen natura totaliter sanatur. Et ideò, secundum actum naturæ, peccatum originale transmittitur in posteros.* [* 1. Sec. q. 109. a. 9.] Et: * *Humana natura licet per gratiam sanetur, quantum ad mentem: remanet tamen in ea corruptio & infectio, quantum ad carnem, per quam servit legi peccati, ut dicitur Rom. 7.* [† vers. 25.] † *Remanet etiam quædam ignorantiæ obscuritas in intellectu secundum quam, ut & dicitur Rom. 8.* [* vers. 26.] * *quid oremus, sicut oportet, nescimus. Propter varios enim rerum eventus. & quia etiam nos-ipsos non perfectè cognoscimus, non possumus ad plenum scire, quid nobis expediat: secundum illud Sapien. 9.* [* vers. 14.] * Cogitationes mortalium, &c. *Et ideo necesse est nobis, ut a Deo dirigamur & protegamur, qui omnia novit, & omnia potest. Et propter hoc, etiam renatis in filios Dei per gratiam, convenit dicere:* Et ne nos inducas, &c. Fiat voluntas tua, &c. [* 1. Sec. q. 81. a. 3.] Itèm: * *Peccatum originale per Baptismum aufertur reatu; in-quantum anima recuperat gratiam, quantum ad mentem: remanet tamen peccatum originale actu, quantum ad fomitem, qui est inordinatio partium inferiorum ipsius corporis: secundùm quod homo generat, & non secundum mentem. Et ideo baptisati traducunt peccatum originale. Non autem parentes generant, in-quantum sunt renovati per Baptismum; sed in-quantum retinent adhuc aliquid de vetustate primi peccati.*

¶ Opinionem, peccatum originis non contrahi à matre, [† 1. Sec. q. 81. a. 5.] THOMAS habet: † *Peccatum originis non contrahitur a matre, sed a patre. & secundum hoc si. Adam non peccante, Eva peccasset: filii originale peccatum non contraherent. e converso autem esset: si Adam peccasset, & Eva non peccasset.*

[* 3. Sum. q. 27. a. 1.] Aliam opinionem de Mariâ, THOMAS exponit: * *De sanctificatione B. Mariæ, quod fuerit sanctificata in utero, nihil in Scriptura canonicâ traditur: quæ etiam nec de ejus nativitate mentionem facit. Sicut tamen Augustinus, in Ser. de Assumt. ipsius Virginis, rationabiliter argumentatur, quod cum corpore sit assumta in cælum, quod tamen Scriptura non tradit. ita etiam rationabiliter argumentari possumus, quod fuerit sanctificata in utero. Rationabiliter enim creditur, quod illa, quæ genuit Unigenitum a Patre, plenum gratiæ & veritatis, præ omnibus majora privilegia gratiæ acceperit. Unde legitur Lucæ 1.* [† vers. 28.] † Angelus ei dixit, Ave Maria, gratiâ plena. *Invenimus autem, quibusdam aliis hoc privilegialiter esse concessum, ut in utero sanctificarentur: sicut Jeremias, cui dictum est:* [* Jerem. 1. v. 5.] * Antequam exires de vulvâ, &c. *& sicut Johannes Baptista, de quo dictum est Lucæ.* [† vers. 15.] † Spiritu sancto replebitur, &c. *Unde rationabiliter creditur, quòd B. Virgo sanctificata fuerit, antequam ex utero nasceretur.* [* de Human. Christi c. 3.] Et: * *Beata virgo, in sua sanctificatione fuit ab originali peccato purgata: in Filii sui conceptione, totaliter a fomite mundata, in sui verò assumtione, ab omni miseriâ liberata.* [* Expos. Salut. angel.] Itèm: * *Maria purissima fuit, & quantum ad culpam; quia ipsa virgo nec mortale, nec veniale peccatum incurrit: item quantum ad pœnam. Tres enim maledictiones datæ sunt hominibus, propter peccatum. Prima data est mulieri: scilicet quod cum corruptione conciperet, cum gravamine portaret, & in dolore pareret. Sed ab hac immunis beata Virgo: quia sine corruptione concepit, in solatio parturivit, & in gaudio peperit Salvatorem. Secunda data est homini, scilicet quod in sudore vultus sui &c. Ab hac immunis fuit beata Virgo: quia, ut dicit Apostolus 1. Corinth. 7.* Virgines solutæ sunt, &c. *Tertia fuit communis viris & mulieribus: scilicet ut in pulverem reverterentur. Et ab hac immunis fuit beata Virgo: quia cum corpore assumta est in cælum. Credimus enim, quòd post mortem resuscitata fuerit, & portata in cælum.*

DE ACTUALI PECCATO.

[† P. 3. q. 1. m. 5. a. 2.] ALEXANDER inquit: † *Peccatum actuale fit ab actu personæ, ex ipsâ: peccatum verò originale, ex vitio naturæ ipsius personæ, & non ex ipsa, sed ex alio. Quia persona corrumpit naturam; sed natura non corrumpit personam. Ideo non sequitur, quòd, si persona posset satisfacere pro actuali; quòd possit satisfacere pro originali, quod est minus: quia originale & actuale non sunt peccata ejusdem generis. & ideo non est propria comparatio, secundum majus & minus, inter ea.*

[* Breviloq. p. 3. c. 8.] BONAVENTURA ait: * *Peccatum actuale, est actualis inordinatio voluntatis. Illa autem inordinatio, aut tanta est; quòd ordinem justitiæ exterminat. & hoc modo dicitur mortale peccatum: quia natum est auferre vitam, separando ipsam a Deo; per quem vivificatur anima justa. Aut est tam modica, quod ordinem illum non perimit; sed tamen in aliquo perturbat. & tunc dicitur veniale peccatum: quia de ipso adipisci citò veniam possumus, pro eo, quod gratia non tollitur per ipsum, nec inimicitia divina incurritur.* [† ibid. p. 2. c. 14.] Et: † *Peccatum operis, est transgressio legis divinæ, per inordinationem extrinseci motûs mentis. Ad peccatum operis, reducitur peccatum consuetudinis. Peccamus enim cogitatione, delectatione, consensu, verbo, opere, & consuetudine.* [† ibid. c. 10.] Itèm: † *Peccatum cordis, est transgressio legis divinæ per deordinationem intrinseci motûs mentis. Differentiæ ejus sunt, peccatum cogitationis, delectationis, & consensûs. Ad peccatum cogitationis pertinet, error, pravum judicium, & acceptio personarum. Error quidam est infirmantis; qualis est in febricitantibus, quibus dulcia videntur amara. quidam est infirmitatis originalis, quo corrumpitur ratio in judicio, & frequenter deviat. Iste error, quia non est voluntarius, non est peccatum; sed pœna peccati. Quidam est error perversæ voluntatis, cujus est, habere falsa pro veris. Talis autem error, aut est contra fidem, aut bonos mores: & ille semper est peccatum. Si non est contra fidem, aut bonos mores: tunc aut accidit in his, quæ sunt supra judicium humanum, ut judicare de intentionibus cordium. & sic semper est peccatum: quia tunc usurpat, quod solius Dei est. Pravum judicium, est ex errore proveniens temeraria sententia, vel suspicio mali de occultis aliorum.*

[† in Ps. 3. pœnit.] ¶ Divisionem habet INNOCENTIUS: † *Actualia peccata, in venialia & criminalia distinguuntur.*

[* Breviloq. p. 3. c. 8.] ¶ Unde iit, BONAVENTURA inquit: * *De ortu peccati actualis, hæc in summa tenenda sunt: videlicet, quòd peccatum actuale originem trahit, a liberâ voluntate uniuscujusque, per suggestionem, delectationem, consensum, & operationem. juxta quod dicit Scriptura:* [† Iac. 1 v. 14. 15.] † Unusquisque tentatur, a concupiscentiâ suâ abstractus & illectus: deinde concupiscentia, cùm conceperit, peccatum parit: peccatum autem, cùm consummatum fuerit, generat mortem. *Si autem suggestio & delectatio sistatur circa consensum; est veniale peccatum. Si verò consequatur consensus & opus, in his, quæ divina lege prohibita sunt, peccatum est mortale consummatum. Quod-si medio modo fit, ut consensus sine opere sit: aut quia vult in opus procedere; sed non potest: tunc voluntas pro facto reputatur: tamen minus culpabilis est, quam si in ipso facto deprehenderetur. Aut quia non vult in opus procedere; sed quia vult interius voluptati indulgere: & tunc manducat mulier; sed non vir. & licet non sit peccatum plene consummatum: est tamen inter mortalia computandum. quia muliere manducante, totus homo damnari meretur: quod maxime habet in peccatis carnalibus.*

[* in Iohan. cap. 8.] ALBERTUS: * *Omne peccatum ex voluntate, sicut ex radice, procedit.*

[* 1 Sec. q. 83. a. 2.] ¶ De formâ, THOMAS ait: * *Peccata actualia sunt peccata personalia.*

[* in Matt. cap. 4.] ALBERTUS: * *Peccatum actuale, in-quantum contrarium est gratiæ, culpa vocatur: in-quantum autem contrarium est virtuti, vocatur vitium. Et in actu interiori, vel exteriori, verbi vel facti consideratum, vocatur peccatum, habens tres effectus: quorum unus, est privatio boni naturalis, & sic vocatur malum. Ex illâ autem privatione, surgit deformitas: &, quo-ad hanc, vocatur macula: non quidem positive, sicut est nigredo vel albedo, sed potius privative, sicut mutilatio auget maculam, vel cæcitas. quia, cum peccatum*

[illegible] e maculam, quæ positive aliquid [illegible] omne quod ponitur, est ens; & omne ens est a [illegible] sset aliquid, esset a Deo, quod [illegible] unde [illegible] mutilatio & est defectus nasi [illegible] ita peccatum est privatio naturalis boni [illegible] malum [illegible] deformitas sive macula animæ [illegible] pitudo. [illegible] in effectu [illegible], in quantum est carens rectitudine [illegible] obl[illegible] ad pœnam, & vocatur reatus.

¶ Quomodo sit voluntarium, ALBERTUS inquit: * Omne peccatum est voluntarium, sed non uno modo voluntarium, sed multipliciter. Quoddam enim est voluntarium, quod sola voluntate causatur, nullo alio inclinante ad peccandum, nec interiori, nec exteriori: & sic primum peccatum Dæmonis fuit voluntarium. Alio modo dicitur voluntarium, quod causatur a sola voluntate interius inclinante, licet habeat exterius inclinans: & sic dicitur peccatum primorum Parentum. Aliquando dicitur voluntarium peccatum, cujus actus est voluntarius, sed cum voluntate inclinat [illegible] ad alia, interius & exterius. & sic dicuntur actualia peccata mortalia in nobis. Aliquando dicitur peccatum voluntarium, voluntate causante causam primi peccati, licet non ipsum peccatum. Aliter dicitur voluntarium peccatum, quod in singulari potest prævenir[illegible] voluntas, [illegible] non in universali.

¶ De [illegible] peccatis, BONAVENTURA inquit: † Peccata oris [illegible] mendacium, in quo veritas destituitur, perjurium in quo veritas contemnitur, contentio, in qua veritas impugnatur. Est enim contentio veritatis impugnatio cum confidentia clamoris. Mendacium est falsa significatio vocis, cum intentione fallendi. Et nota, quod, cum mentiri sit contra mentem ire, potest homo mentiri, dicendo falsitatem ex certa scientia. Item, potest homo mentiri, dicendo veritatem: quia, quamvis sit verum, quod loquitur, tamen aliud sentit in conscientia. Item, potest homo dicere falsum non mentiendo, nec peccando, ut quando fallitur, adhibita tamen debita diligentia.

¶ De Contemtu peccati, BONAVENTURA ait: † [illegible] peccati, est motus voluntatis spontaneus, vel motus animi liber sui. Et cum nihil ita sit in potestate nostra sicut consentire, vel dissentire: hinc est, quod consummatur ibi omne peccatum. Initiatur enim in cognitione, crescit in delectatione, perficitur vero in consensu & voluntate.

¶ De Tentatione, ait BONAVENTURA: * A Carne, a Mundo, a Diabolo & a Deo, procedunt tentationes. A carne tentamur, quando naturalibus vitiorum motibus ad peccandum sollicitamur, ut cum luxuria vel gula nos tentat. Item a carne tentamur, quando delicata caro nostra, horrendo labores, retrahit nos, ne in studiis spiritualibus, & virtutum conatibus, sicut expedit, exerceamus. Et sic dupliciter nos impugnat caro: dum aut appetit mala, aut retardat ad bona. Licet autem ira, & invidia & inanis gloria, non videantur esse in carne, sed in spiritu: tamen a carnis corruptione oritur corruptio spiritualium affectionum. Et licet dicatur, quod Dæmones hujusmodi vitia suggerant hominibus: tamen nos habemus tentationum materiam intra nos: ut, etiamsi non adessent dæmones, ipsa tamen concupiscentia nostra pareret peccatum, si ei consentiretur. In nobis est omne, quod peccamus.

THOMAS ait: * Sed considerandum est, quod interior tentatio non subito hominem prosternit; sed paulatim: cum per negligentiam aliquis, in se-ipso peccati initia reprimere non curat. Exterior autem tentatio, hominem plerumque subito prosternit: sicut David, ad aspectum mulieris, in adulterium prorupit; & etiam multi in tormentis fidem negaverunt.

¶ De Superbia ait THOMAS: † Omnis malitia hominum a superbia initium habet. Item: Inter cuncta vitia, Deus maxime superbiam detestatur: quia superbi Deo rebellant.

¶ De Pœnis, BONAVENTURA inquit: * Omnes actualiter peccantes, qui erunt damnati punientur pœna triplici. Propter aversionem a bono incommutabili, carentia visionis Dei: propter conversionem ad bonum commutabile, pœna incendii materialis: propter pugnam voluntatis & rationis, pœna vermis. Ut sic, ex hac multiplicitate pœnarum a[illegible], [illegible] & [illegible], & æternaliter crucientur [illegible] tormentor[illegible] in sæcula sæculorum.

¶ In [illegible] ne [illegible] est [illegible] actuale peccatum, GUILIELMUS: † In parvulis [illegible] originale peccatum, & non actuale: cum usu rationis careant.

THOMAS ait: [illegible] nisi peccatum originale: quod non consistit in actuali [illegible] inordinatione voluntatis, sed in quadam habituali [illegible] naturæ. [illegible] remittitur eis peccatum cum habitu[illegible] immutatione, per [illegible] gratiæ [illegible] tum, non autem cum actuali. Sed adultis [illegible] quorum actualia peccata quæ consistunt in deordinatione actualis voluntatis non remittuntur [illegible], etiam in Baptismo sine actuali immutatione voluntatis quod fit per pœnitentiam.

De Ma[illegible] [illegible] * Beata virgo nullum actuale peccatum commisit, nec mortale, nec veniale.

¶ De Mortali peccato [illegible] ALEXANDER [illegible]: * Peccatum mortale duo facit, quia vulnerat in naturalibus, & spoliat gratuitis. Quantum ergo ad [illegible], dicimus, quod nullo modo convenit veniale cum mortali [illegible] quantum ad primum, convenit cum illo, quamvis [illegible] ut vulnerare dicitur. Secundum hoc solebat dici [illegible] veniale [illegible] sit nemini mortale vulnus. Item: * Mortale [illegible] dum est, quod aut fit animo malignantis, aut fit causa [illegible], aut ex quadam intentione gloriæ & honoris. [illegible] gnitatis, ut qui volunt injuste vincere, vel animos simp[illegible] subvertere, secundum hunc modum est mortale peccatum, & secundum hunc modum prohibetur ab Apostolo cum dicit * N[illegible] contendere verbis, &c. & dicit Glossa Contentionibus vocem, nisi subvertere audientes, dum verbosius par vel superior videtur esse [illegible] tholico. Contentio, animus stabilitatis sæpe generat [illegible] dicitur Job [illegible] in Gloss. Inquisitionibus non videntur veritatem asse[illegible] sed victores videri. Hoc autem posset esse [illegible] quadam levitate in hunc ubi non est periculum: & tunc non dicimus mortale peccatum. Si vero causa necessitatis, tunc non est peccatum, secundum quod dicitur Prover. * super illud, Non contendas [illegible] hominem frustra: non vetat contendere adversus eum, qui male facit, ut corrigatur: quia hoc frustra non fit, quod certa necessitas cogit. Si fiat autem exercitationis, non est peccatum mortale: etsi aliquando propter modum contingat esse veniale. Si vero causa eruditionis, nec [illegible] est peccatum: secundum quod dicitur Proverb. 29. † Vir [illegible] cum stulto contenderit, &c. Gloss. Doctor fidelis & sapiens, si cum infideli & contumace contenderit, sive tormenta reproborum, vel gaudia narret bonorum frustra erga insensatum laborat. Si vero fit ex quadam titillatione honoris vel gloriæ, veniale videtur peccatum. & secundum hoc videtur accipi illud Luc. 22. † Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse major. & dicit Gloss. Non est incredibile, quod honore invicem se prævenendo certarent, sed qualibet ex causa contenderint: non qui adhuc carnales gesserint; sed quid spiritualis magister jusserit, au[illegible]mus, ex quo accipitur, quod carnales erant, contendendo de prælatione honoris. Item: * In peccato mortali sunt duo, aversio a summo bono, & conversio ad bonum defectibile. His autem duobus respondent alia duo offensa Dei, & libido peccati. Quibus duobus respondet duplex pœna infinita: scilicet damni, & sensus. Istis [illegible] duobus respondent duo, in satisfactione, ex parte pœnitentis: dolor perpetuus de offensa, & sustinentia pœnæ exterioris, [illegible] divina misericordia, conferente gratiam, quæ utrumque [illegible] electorum efficitur Deo acceptum. Quia enim peccator peccando offendit illum, qui est bonitatis simpliciter æterna & infinita, oport[illegible] quod in suo infinito & æterno puniatur, dolendo pro offensa [illegible] & detesta[illegible]. Quia vero divina misericordia præven[illegible] satisfactionem pœnitentis, gratiam conferendo & reatum infinitum indulgendo: possibile est pœnitenti, satisfacere opere interiori dolendo de offensa, & opere exteriori, de libidine habita in actu peccati. Et in utraque istarum concurrunt, ex parte Dei, misericordia & justitia: misericordia, indulgendo reatum infinitum simpliciter, quantum ad pœnam damni, & quantum ad pœnam sensus, & justitia, exigendo pœnam aliquam.

INNOCENTIUS ait: † Est quoddam peccatum mortale, pro quo non est orandum: quia nec in hoc, nec in futuro seculo remittitur. Item: * Mortale peccatum quandoque dimittitur, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam: quandoque dimittitur quantum ad culpam, sed non omnino quantum ad pœnam.

BONAVENTURA: † Circa ortum peccatorum capitalium, hoc est in summa tenendum videlicet, quod peccatorum actualium unum est initium, duplex radix, duplex fomentum, septiforme caput sive capitale peccatum. Unum est ca[illegible] initium [illegible] superbia juxta quod Scriptura dicit * Initium omnis peccati superbia. Duplex radix: scilicet timor male humilians & amor male accendens. Triplex fomentum secundum tria, quæ sunt in Mundo [illegible] concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum & superbia vitæ. Septiforme vero caput, scilicet superbia, invidia, ira, acedia.

Marginal notes: * supra 2 [illegible] Dist. 42. — † Centiloq. p. 2. cap. 12. — † Centil. p. 1. cap. 41. — * de Prof. Religios. c. 3. — * in Job. cap. 4. — † in Job. cap. 40. — * Brevil. p. 6. c. 7. — de Sacram. bapt. c. 4. — * 3. Sum. q. 80. c. 8. — * 3 Sum. q. 27. a. 4. — * P. 3 q. 29. m. 8. — * P. 2 q. 141. m. 2. — * 2 Tim. 2. v. 14. — * vers. 10. — † vers. 9. — † vers. 24. — * P. 4. q. 14. m. 1. — Serm. 2 [illegible] — * in P. al. 2. pœnit. — † Brevil. p. 3. c. 9. — * Syr. 10. v. 5.

acedia, avaritia, gula, luxuria. Inter quæ, quinque præcedentia, sunt peccata spiritualia; duo verò ultima, sunt carnalia.

† Serm. de Verit. mat. 15. q. 5. * ib. mat. 17. q. 4. † in disput. de charitate a. 6. † in Apoc. cap. 18.

THOMAS ait: † *Non quilibet contemtus facit peccatum mortale; sed contemtus Dei solum. Per hoc enim solum avertitur homo à Deo.* Et: * *Quando conscientia in aliquo non est probabilis, tunc debet eam deponere. sed tamen, dum manet, si contra eam facit, mortaliter peccat.* Itèm: † *Qui peccat mortaliter, non diligit Deum super omnia, sicut diligendus est ex charitate: cùm aliquid aliud præferat amori Dei, propter quod Dei mandatum contemnit.* Et: † *In mortali peccato, in quo quis decidit, est quatuor attendere: scilicet actum malum interiorem, item delectationem actûs; item injuriam sive offensam, per præmissa contra Deum commissam; itèm finalem impœnitentiam, quæ facit, quòd peccatum deinceps est indelebile in perpetuum. Quantum ad primum & secundum, plùs cruciabitur peccator, quàm se in peccatis glorificavit, vel oblectavit: quia pœna non transit, sicut actus transit vel delectatio: item pœna erit acerbior, quàm delectatio. Quantum autem ad tertium, tantùm cruciabitur, faciendo comparationem in genere non in specie, quantum se glorificavit & oblectavit: quia, secundùm quantitatem injuriæ vel offensæ, erit quantitas tormentorum, comparando in genere. id est, si multum offendit, multum cruciabitur: sin minùs, minùs. & sic accipitur, quod dicitur,* * Quantùm glorificavit, &c. *quasi dicat: Quantum offendit vel peccavit, in glorificando & delectando se, tantum &c. Quantū autem ad quartum; respondet pœna culpæ in inferno, secundum durationem: quia, sicut macula offensæ semper manebit in animâ, sic pœna est perpetua.* Et: * *In peccato mortali, sunt duo: scilicet aversio ab incommutabili bono, & conversio ad commutabile bonum inordinata. Ex parte ergo aversionis ab incommutabili bono, consequitur peccatum mortale, reatus pœnæ æternæ: ut, qui contra æternum bonum peccavit, in æternum puniatur. Ex parte autem conversionis ad bonum commutabile, in-quantum est inordinata, consequitur reatus alicujus pœnæ: quia inordinatio culpæ non reducitur ad ordinem justitiæ, nisi per pœnam. Justum enim est, ut, qui voluntati suæ plus indulsit, quàm debuit, contra voluntatem suam aliquid patiatur. Sic enim erit æqualitas. Unde Apoc. 18.* † *dicitur:* Quantùm glorificavit se, & in deliciis fuit, &c. *Quia tamen conversio ad bonum commutabile est finita, non habet ex hac parte peccatum, quod debeatur ei pœna æterna. Unde si sit inordinata conversio ad bonum commutabile sine aversione à Deo; sicut est in peccatis venialibus: non debetur peccato pœna æterna; sed temporalis. Quando igitur per gratiam remittitur culpa: tollitur aversio animæ à Deo; in-quantum per gratiam anima Deo conjungitur. Unde & per gratiam simul tollitur reatus æternæ pœnæ: potest tamen remanere reatus alicujus pœnæ temporalis.* Itèm: * *Culpa mortalis utrumq; habet; & aversionem à Deo, & conversionem ad bonum creatum. Sed aversio à Deo est ibi, sicut formale: conversio autem ad bonum creatum est ibi, sicut materiale. Remoto autem formali cujuscunq; rei, tollitur species: sicut remoto rationali, tollitur species humana. & ideo ex hoc ipso dicitur culpa mortalis remitti; quòd per gratiam tollitur aversio animæ à Deo, simul cum reatu pœnæ æternæ. Remanet tamen illud quod est materiale, scilicet inordinata conversio ad bonū creatum: pro quo debetur pœnæ temporalis reatus.* Itèm: * *Deliberatus cōsensus in his, quæ suo genere sunt mortalia, est mortale peccatum: & ideò ratio superior semper mortaliter peccat, si actus inferiorum virium, in quos consentit, sint peccata mortalia.*

* Apoc. 18. v. 7. * 1. Sum. q. 86. a. 4. † vers. 7. * ib. q. 86. art. 4. * 1. Sec. q. 74. a. 10.

ALBERTUS: † *Peccata mortalia introducunt ad mortem.*

ÆGIDIUS: * *Quicunq; in peccato mortali decidit, in perpetuum damnabitur.*

† in Matt. cap. 15. * de Inferno c. 12.

¶ De Veniali peccato; inquit THOMAS: † *Ille, qui venialiter peccat, quamvis non conformet in actu suam voluntatem divinæ; conformat tamen habitu. Nec tenetur, ut semper in actum exeat: sed pro loco & tempore tenetur, ut nunquam contrarium agat. Peccans enim venialiter, non agit contra conformitatem prædictam, sed præter eam. Unde non sequitur, quod peccet mortaliter.* Et: * *Veniale dicitur triplex. Uno modo ex causa: quia scilicet habet aliquam causam veniæ, quæ diminuit peccatum. & sic peccatū ex infirmitate, vel ignorantia, dicitur veniale. Alio modo ex eventu: sicut omne peccatum, per pœnitentiam, fit veniale. id est, consequitur veniam. Tertio modo dicitur veniale ex genere: sicut verbum otiosum. & hoc solum veniale opponitur mortali.* Itèm: † *Venialiter peccans non facit, quod lex prohibet; nec prætermittit id, ad quod lex per præceptum obligat: sed facit præter legem, quia non observat modum rationis, quam lex intendit.* Et: † *Peccatum mortale, habet reatum pœnæ æternæ: peccatum autem veniale, reatum pœnæ temporalis.*

† Sum. de Verit. mat. 23. q. 7. * 1. Sec. q. 77. a. 8. † ib. q. 88. art. 1. † ib. art. 4.

ALBERTUS: * *Infirmitas autem est, ex multitudine venialiū, & impedimento secularium curarum.* Et: † *Dicitur enim veniale peccatum, veniâ dignum, tribus modis: genere, eventu, & circumstantiâ. Genere quidem, quod secundùm totum genus humanum veniâ dignum est; & non morte æternâ: sicut verbum otiosum. Eventu autem, sicut quod in se est quidem mortale; sed tamen, per eventum sequentem, factum est veniale: sicut peccatum omne, post pœnitentiā, fit veniale. Circumstantiâ verò, sicut quod, licèt in se mortale sit; tamen habet circumstantiam, ex quâ magis congruat ipsum remitti.*

* in Matt. cap. 10. † ibid. c. 12.

ÆGIDIUS: * *Si aliqua peccata venialia committuntur, propter hæc peccata non damnabimur: quia adhuc manet fundamentum, quod est Christus; quo manente perire non possumus.*

* de Inferno c. 12.

¶ De peccato in Spiritum sanctum, ALEXANDER inquit: * *Similiter peccatum ex ignorantiâ dicitur peccatum in Filium: quia per illud disconvenit homo à Filio, qui est Dei sapientia. Peccatum autem in Spiritum S. dicitur peccatum ex malitiâ: quia per illud disconvenit homo à Spiritu sancto, qui est summa bonitas.* Itèm: † *Peccatum dicatur remissibile; & peccatum in Spiritum sanctum dicatur irremissibile: tamen ex differenti ratione. Peccatum enim illud dicitur remissibile, maximè propter statum ipsius personæ: peccatum verò in Spiritum sanctum, irremissibile, ratione additionis ipsius peccati: & ideò peccatum in Spiritum sanctum, dicitur peccatum ex certâ malitia. Illæ enim differentiæ peccati, cùm dicitur, Peccatum in Patrem, &c. sunt differentiæ, non primæ peccati; sed cùm superadduntur aliquæ conditiones malæ, inclinantes ad peccatum: sicut sunt, ignorantia ex parte intellectûs; malitia ex parte affectûs; & infirmitas ex parte carnis. vel, infirmitas, contrà potentiam; ignorantia, contra scientiam; malitia, contra bonitatē.* Itèm: † *Peccatum in Spiritum sanctū, dupliciter dicitur. Uno modo, secundùm quod addit conditionem super genus peccati: alio verò modo prout est genus quoddam peccati. Secundùm quod addit conditionem super genus peccati, dicitur; quòd peccatum in Spiritum sanctum, est quodcunque mortale peccatum, ex certâ malitiâ, cum mentis pertinaciâ. & hoc modo posuerunt illas tres conditiones, ad esse peccati in Spiritum sanctum: ut peccatum in Spiritum sanctum sit peccatum ex industriâ, quâdam conditione superadditâ. Alio verò modo, secundùm quod dicit Augustinus, non quodcunq; peccatum est in Spiritum sanctum: sed ubi per se impugnatur ipsa gratia Spiritûs sancti, in quâ fit remissio peccatorum. Et hoc modo dicūtur quædam peccata specialiter in Spiritum sanctum. Et secundùm hoc dicitur ille peccare in Spiritum sanctum, qui recusat esse in unitate corporis Christi, quod vivificat Spiritus sanctus; secundum quod in eo fit remissio peccatorum. & hoc modo continet in se impugnationē veritatis agnitæ, & supernæ gratiæ, & quædam alia peccata spiritualia.* Itèm: * *Desperatio tunc est peccatum in Spiritum sanctum, quando nec habet per se occasionem ex infirmitate, nec ex ignorantiâ; sed scienter de misericordiâ Dei desperat: nullâ stimulante carnis humanæ fragilitate; sed peccatorum immensitate. Non negatur ergo, quod aliqua desperatio possit procedere ex infirmitate, vel ignorantia: sed talis procedit ex certâ malitiâ. Ad secundum verò dicendum, quod, licèt spes determinet actum virtutis: non tamen in perfectione, sed in imperfectione. Desperatio tamen, quæ opponitur ei, determinat peccatum in consummatione malitiæ. Unde Bernhardus: Quemadmodum perfectionem sapientiæ sibi vendicat amor Dei: ita desperatio omnem malitiæ consummationem. & sicut ex notitiâ tui venit in te timor Domini, & ex notitia Dei amor ejusdem: ita de ignorātiâ tui, superbia; de oblivione Dei, desperatio. Hæc autem cōsummatio malitiæ, est in desperatione, prout est peccatum in Spiritum sanctum. Ad tertium verò dicendum; quod præsumtio, quando directè impugnat justitiam Dei (quasi Deus esset misericors, & non justus) est peccatum in Spiritum sanctum: non propter hoc, quòd possit Dei misericordiam excedere suum peccatum; sed quia possit misericordia Dei esse sine justitiâ: non asserendo in intellectu; (hoc enim esset infidelitas) sed sic afficiendo, quòd unum esset sine altero. Ad quartum verò dicendum, quod invidentia fraternæ gratiæ, secundùm quod est peccatum in Spiritum sanctum, attenditur; cùm homo scienter gratiam fraternitatis: neq; movetur ad hoc ex levitate, vel ex aliquâ infirmitate. Unde non est dicendum, quòd omne odium fratris, vel invidia in fratrem, sit peccatum in Spiritum sanctum. Ad quintum verò dicendum, quòd, cùm aliquis impugnat veritatem priùs-agnitam; potest, per seductionem aliorum, cadere in*

* P. 3. q. 85. m. 3. † P. 3. q. 109. m. 4. a. 2. † ib. q. 173. m. 1. * ib. mem. 3.

errorem, & impugnationem illius veritatis, & defensionem falsitatis. & tales non dicitur peccare in Spiritum sanctum. secundum quod dicit Augustinus contra Manichæos: Qui resistunt contumaciter, & pestifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt; cum tamen credant, contrarium habere veritatem. Possunt enim dici hæretici, & non peccantes in Spiritum sanctum: si ex falsâ credulitate, & ignorantiâ, hoc faciunt. Ad sextum verò dicendum: quòd obstinatio tunc est peccatum in Spiritum sanctum, quando tenaciter malo adhærent: non ex ignorantia, aut infirmitate, sed ex ipsâ animi malignitate. Et dicitur Matth. 12. in Gloss. Cùm, diabolicâ obstinatione, de dispersione à congregatione, ad congregationem nunquam reditur; tunc judicatur peccatum in Spiritum sanctum.

† ib. q. 174. m. 4.

Itèm: † *Peccatum in Spiritum sanctum, sicut dictum est, sub duplici ratione sumebatur. Uno modo, quo erat peccatum per se distinctum: alio modo, secundùm quod dicebat aggravationem super genus peccati. Secundùm primum modum, non omne peccatum potest esse peccatum in Spiritum sanctum; sicut non omne peccatum est aliquid sex dictorum peccatorum. Secũdo verò modo potest illud peccatum fieri in Spiritum sanctum, per aggravationem circumstantiæ. Sed distinguendum est: si motus peccati originem habet ex fragilitate, vel ignorantia; non propriè dicitur peccatum in Spiritum sanctum: licet ulterius progrediatur, per aggravationem circumstantiæ. Sed si nec fiat ex fragilitate, nec ex ignorantiâ, sed solùm ex certa malitia: tunc dicetur peccatum in Spiritum sanctum. Si autem aliquis motus, qui diu durat, primo fit ex infirmitate, deinde progrediendo ex industriâ: non propter hoc dicendum est, quòd idem sit peccatum in Patrem & in Spiritum sanctum: sed secundùm unam partem motûs, dicetur peccatum ex infirmitate; secundum aliam, in Spiritum sanctum.*

† Dietâ 1. cap. 4.

BONAVENTURA ait: † *Blasphemia, peccatum est in Spiritum sanctum, quæ non remittitur in hoc seculo, neque in futuro, &c. Sunt autem sex peccata in Spiritum sanctum: quorum invidia est unum, scilicet invidentia fraternæ gratiæ; impugnatio veritatis agnitæ, præsumtio de impunitate, obstinatio mentis, desperatio, & finalis impœnitentia. Dicuntur enim peccata in Spiritum sanctum; scilicet quia impugnant gratiam Spiritûs sancti.* Itèm: † *De peccatis finalibus sive irremissibilibus, cujusmodi sunt peccata in Spiritum sanctum, hoc est tenendum: quòd, licèt omne peccatum generaliter fiat contra Deum trinum & unum; appropriatè tamen dicitur peccatum, & aliquid esse in Patrem, aliquid in Filium, aliquid in Spiritum sanctum. Hoc autem peccatum in Spiritum sanctum irremissibile dicitur, in hoc seculo, & in futuro: non, quia in hoc seculo non possit dimitti: sed quia rarò dimittitur, aut vix in hoc seculo, quantum ad culpam; modicum autem, & quasi nihil, fiet remissio sibi in futuro, quantum ad pœnam.*

† Brevil. p. 3. c. 11.

* Sum. de Verit. mat. 24. q. 11.
* in disp. de Cam. a. p. c. a. 14.

THOMAS ait: * *Peccatum in Spiritum sanctum non dicitur irremissibile, quia in hac vita non posset remitti; sed quia non facilé.* Et: † *Ille dicitur loqui verbum irremissibile in Spiritum sanctum, qui corde, ore, & opere, sic remissioni peccatorũ repugnat, ut in peccato perseveret usq; ad mortẽ.* Et: *Desperatus, qui dicitur peccare in Spiritum sanctum, putat se suâ malitiâ exsuperare divinã bonitatem: non quantum ad opinionem; (sic enim peccaret peccato infidelitatis) sed quia habet se ad modum ita putantis, inquantum, ex consideratione suorum scelerum, de divinâ bonitate diffidit.* Itèm: * *Peccatum in Spiritum sanctum, dicitur esse insanabile, ex perfectâ inhæsione voluntatis ad peccatum. Qui enim peccat per ignorantiam, non eligit peccatum, nisi per accidens. Eligit enim id, quod est peccatum; quod tamen nescit esse peccatum. Qui verò peccat per infirmitatem, eligit, quod est peccatum per se: sed tamen ex causâ de facili transeunte, scilicet propter impetum passionis. Sed ille qui ex certa malitia peccat, eligit peccatum, ut secundum se appetibile. Et ideo talis insanabilitas, pertinet ad gravitatem peccati.*

* ib. de Avaritia. a. 2.

† super 2. Sentent. Dist. 41.

ALBERTUS ait: † *Peccatum in Spiritum sanctum dicitur dupliciter: scilicet ab objecto, circa quod est peccatum; & à causâ movente ad peccatum. Ab objecto scilicet, quando est contra personã Spiritûs sancti: etiam contra personam Filii; & pauciores contra personam Patris. In causa movente ad peccatum, habet contrarietatem ad bonitatem Spiritûs.* Et: † *Divina natura in Christo, manifestatur actionibus potentiæ, & sapientiæ, & bonitatis, non humanis, sed divinis. Et cognoscens, hos actus esse proprios Spiritui sancto, & divinæ naturæ: & tribuens spiritui immundo, non peccat ex infirmitate, neq; ex ignorantia, sed contra conscientiã ex certâ malitiâ. Et hoc peccatum vocatur impugnatio veritatis agnitæ, & proprium Spiritui sancto effectum. Et ideo illud nullam remissibilitatem habet, ex congruitate peccati.*

† in Matt. cap. 12.

¶ De peccato irremediabili, ALEXANDER ait: † *Irremediabile contrarie est, quod habet contrariam dispositionem ad remittendum, sive quod nullo modo potest remitti. Primo modo dicitur irremediabile peccatum Angeli, & peccatum damnatorum. Secundo modo dicuntur irremissibilia peccata in Spiritũ sanctum, scilicet desperatio, præsumtio, invidentia fraternæ gratiæ, propositum non-pœnitendi, peccata ex certâ malitia. Ista enim sunt sub dispositionibus contrariis ad remissionem. Illis autem ablatis, possunt remitti.*

† P. 3. q. 1. m. 1. a. 1.

THOMAS ait: † *Peccatum Diaboli fuit irremediabile: quia nec aliquo suggerente peccavit, nec habuit aliquam pronitatem ad peccandum, ex præcedenti suggestione causatam: quod de nullo hominum peccato dici potest.* Item: * *Angelorum peccatum remedium habere non potuit: quia, secundum immutabilitatem suæ naturæ, impœnitibiles sunt ab eo, in quod semel convertuntur.*

† 1. Sent. q. 10. a. 4.
* Opusc. 2. contra Græcos c. 5.

DE LIBERO ARBITRIO.

ALEXANDER inquit: * *Liberum arbitrium est quod fit gratiâ est. & hoc in Deo. In creaturâ autem libertas est, quâ scilicet habet potestatem faciendi.* Itèm: † *Liberum arbitrium facultas est voluntatis & rationis.* Itèm: * *Et si convertatur liberum arbitrium, & facultas voluntatis & rationis: non tamen propter hoc datur intelligi, quòd ista facultas sit oppositorum. Intelligitur autem per hoc, quod sequitur; quâ bonum eligitur, gratia assistente. Præterea duplex est facultas voluntatis & rationis. Est enim quædã facultas voluntatis naturalis, quæ est determinata ad unũ tantùm: & ista nõ convertitur cũ libero arbitrio. Est alia facultas voluntaria, quæ se habet ad opposita. & hæc cõvertitur cũ libero arbitrio: & hæc determinatur per hoc, quod sequitur, quâ bonũ eligitur.* Itèm: † *Licèt in animâ sit eadem potẽtia bene-operandi & male, eadẽ et potentia, scilicet voluntatis & liberi arbitrii, fuit bona & mala: non tamen est eadem potentia effectiva vitæ spiritualis, & mortis. Nam vita est à Deo: mors à nobis. Licet ergo eadem sit potentia bene-operandi & male: non tamen est eadem potentia effectiva vitæ & mortis. Præterea, si diceretur, quòd eadem esset potentia vitæ spiritualis & mortis, quia eadem est potentia bene-operandi & male: non tamen sequeretur ex hoc, quòd eadem esset potentia mortalitatis, & immortalitatis ipsius corporis. quia, ex parte corporis, non est principium effectivum, neque coeffectivum, sive cooperativum vitæ corporalis, sicut est ex parte animæ vitæ spiritualis: quantum autem ad aliquid, est simile. Nam, sicut nec mortalitas, nec immortalitas, ab eadem potentiâ; licèt in eâdem fuit: nec mors & vita ab eadem: nam hæc à libero arbitrio, illa autem à Deo. idem tamen est principium, sive potentia susceptibilis utriusque, scilicet vitæ & mortis spiritualis; ut voluntas, aut liberum arbitrium.* Itèm: † *Impossibile fuit, hominem primum, vel aliquam creaturam rationalem, habere liberum arbitrium invertibile ad malum: quia hoc repugnat naturæ ipsius creaturæ rationalis, & à parte principii initialis, & à parte termini finalis. Quod sic patet. Si liberum arbitrium creaturæ rationalis, fieret naturaliter invertibile ad malum: aut hoc esset propter ipsius arctationem ad bonum; aut propter ipsius determinationem ad bonum. Si propter arctationem, ut scilicet faceret bonum, sicut lapis tendit deorsum: jam reverâ nec liberum arbitrium esset liberum, nec opus ejus laude dignum: & ita ineptum esset ad finem, propter quem est factum, scilicet ad præmium gloriæ. Si autem inflexibile, esset ad malum, propter determinationem ad bonum; quia sic potens esset per naturam propriam in bonum, ut non posset verti in malum, sicut est de libero arbitrio divino, quod ad sola bona determinatum: jam tale liberum arbitrium careret vanitate, per naturam suam. Ergo jam non esset creatura, nec productum ex nihilo: & ita hoc esset contra naturam principii initialis, quantum ad hoc, quòd dicimus, creaturam rationalem ex nihilo esse productam. Repugnante ergo naturâ rationalis creaturæ, & ex parte principii initialis, & ex parte termini finalis; impossibile fuit, primum hominem, vel aliam creaturam rationalem, habere liberum arbitrium, per naturam invertibile ad malum. Per naturam, dico, propter illos, qui habent hoc per beneficium gratiæ perfectæ: sicut illi, qui jam gaudent beatitudine.* Itèm: * *Liberum arbitrium, est principium omnis mali culpabilis, si attendimus ad potentiam.* Et: * *Dicitur liberum arbitrium, quia in suâ sit positum potestate, agendi quod velit,*

* P. 1. q. 22. m. 2.
† ib. q. 29. memb. 5. art. 1.
* P. 2. q. 73. m. 2. a. 2.
† ib. q. 93. memb. 2.
† ib. q. 96. m. 2. a. 3.
* ib. q. 100. m. 5. a. 4.
* ibid. m. 3. art. 2.

velit, vel non-agendi; & agendi sic vel sic. Itèm: † *Liberum enim arbitrium hominis, ita liberum est; quòd in voluntate ejus fuit peccare, & non-peccare; & ita sequi suggestionem Diaboli, & non-sequi.* [† ib. q. 109. in. 4. a. 3.]

INNOCENTIUS inquit: † *Divina misericordia, non solùm prævenit & præparat, verùm etiam subsequitur, & prosequitur voluntatem humanam. Prævenit in spirando, subsequitur adjuvando: præparat, ut incipiat; prosequitur, ut perficiat.* [† Serm. de uno Martyre.]

THOMAS ait: * *Natura humana potest dupliciter considerari. Uno modo, in sui integritate; sicut fuit in primo Parente, ante peccatum. Alio modo, secundùm quod est corrupta in nobis post peccatum primi Parentis. Secundum autem utrumque statum, natura humana indiget auxilio divino, ad volendum vel faciendum quodcunque bonum, sicut primo movente. Sed in statu naturæ integræ, quantum ad sufficientiam operativæ virtutis, poterat homo, per sua naturalia, velle & operari bonum, suæ naturæ proportionatum; quale est bonum virtutis acquisitæ: non autem bonum superexcedens; quale est bonum virtutis infusæ. Sed in statu corruptæ naturæ, etiam deficit homo ab hoc, quod secundùm suam naturam potest: ut non possit totum hujusmodi bonum implere, per sua naturalia. Quia tamen natura humana, per peccatum, non totaliter corrupta est, ut scilicet toto bono naturæ privetur: potest quidem, etiam in statu naturæ corruptæ, per virtutem suæ naturæ, aliquod bonū particulare agere, sicut ædificare domos, plātare vineas, & alia hujusmodi: nō tamen bonū sibi cōnaturale, ita quòd in nullo deficiat. Sicut homo infirmus potest, per se-ipsum, aliquē motū habere: non tamen perfectè potest moveri motu hominis sani, nisi sanetur auxilio Medicinæ. Sic igitur virtute gratuitâ, superadditâ virtuti naturæ, indiget homo, in statu naturæ integræ, quātū ad unum, scilicet operandum, vel volendū bonū supernaturale: sed in statu naturæ corruptæ, quantum ad duo, scilicet ut sanetur, & ulteriùs ut bonum supernaturalis virtutis operetur, quod est meritorium. Ulteriùs autem in utroque statu indiget homo auxilio divino: ut ab ipso moveatur ad benè agendum.* Et: † *Homo non potest se præparare ad lumen gratiæ suscipiendum; nisi per auxilium gratuitum interiùs moventis.* Et: * *Apostolus dicit, ad Galat. 2.* † Si data est lex, quæ posset justificare, &c. *Pari ergo ratione, si homo haberet naturā, per quam posset justificari, Christus gratis, id est, sine causa mortuus est. Sed hoc est inconveniens dicere. Ergo non potest se-ipsum justificare: hoc est, redire de statu culpæ ad statum justitiæ.* Itèm: † *Deus reliquit hominem in manu consilii sui: non quia liceat ei facere, quod velit: sed quia ad id, quod faciendum est, non cogitur necessitate naturæ, sicut creaturæ irrationales; sed liberâ electione, ex proprio consilio procedente.* [* 1. Sec. q. 109. a. 2.] [† ib. art. 6.] [* ib. a. 7.] [† vers. 21.] [† 2. Sec. q. 104. a. 1.]

ALBERTUS: * *Ex se enim nihil homo habere potest, sinè gratiâ.* [* in Matt. cap. 18.]

¶ De viribus Liberi arbitrii, sic scribit ALEXANDER: * *Liberum arbitrium, secundùm duplicem rationem, comparatur ad gratiam; scilicet in ratione recipientis, & in ratione operantis: & utrumque est voluntatis, seu liberi arbitrii, scilicet recipere gratiam, & cum gratiâ operari. Dicendum ergo, quod, secundùm quod operatur ad ipsam, in ratione recipientis, secundùm hoc dicitur gratia operans: nec ipsum arbitrium dicitur cooperans ipsi, secundùm hanc rationem; quia non cooperatur ei in hac ratione. Secundùm autem, quod ipsum liberum arbitrium agit per gratiam, secundùm hoc operatur ad gratiam, in ratione cooperantis: & secundùm hoc dicitur gratia cooperans; quia simul liberum arbitrium operatur cum gratiâ.* [* P. 3. q. 69. m. 3. a. 3.]

INNOCENTIUS: * *Gratia principaliter operatur: cui secundariò cooperatur arbitrium; juxta quod dicit Apostolus:* † Gratiâ Dei sum, quod sum. Itèm: * *Ad casum sufficit sibi homo, quia solus præcipitare potest se-ipsum: sed jam confractus, ex casu non potest per se-ipsum surgere solus; sed alio indiget adjutorio.* [* Serm. de uno M. P.] [† 1. Cor. 15. v. 10.] [* super Ps. 2. pœnit.]

BONAVENTURA: † *Prima præparatio, quæ fit ad gratiam gratum-facientem, est cogitatio, vel apprehensio: & illa non potest fieri absque gratiâ gratis-data. & ratio hujus est: non quia gratia gratum-faciens præexigat necessariò dispositionem gratiæ datæ: sed quia ipsa est quid divinum, & res existens super liberum arbitrium, & etiam supra naturale judicium: ideò liberum arbitrium, vel voluntas libera, non assurgit ad ipsam, vel petendam, vel cognoscendam; nisi aliquo modo adjuvetur desursum, & excitetur. & ideo, per additionem gratiæ gratis-datæ, quæ tenet medium inter gratiam gratum-facientem & naturalem judicium, disponitur & excitatur ad ipsam gratiam gratum-facientem.* Itèm: * *Liberum arbitrium, licèt sit sub Deo potentissimum, potest tamen per se in peccatum corruere: sed nullatenus potest resurgere, sine adjutorio divinæ gratiæ, quæ dicitur gratia gratum-faciens. Illa autem gratia, licèt sit sufficiens remedium contra peccatum: non tamen infunditur adulto; nisi adsit liberi arbitrii consensus.* [† de Resurr. hom. à pecc. ad gratiam.] [* Brevilo. P. 5. c. 3.]

THOMAS: † *Absque omni dubitatione, hominem liberi arbitrii ponere oportet. Ad hoc enim & fides restringit: cùm sine libero arbitrio non possit esse meritum, justa pœna, vel præmium. Ad hoc etiam inducunt manifesta indicia, quibus apparet, hominem liberè eligere unum, & aliud refutare.* Et: *Homo, per virtutem rationis, judicans de agendis, potest etiam de suo libero arbitrio judicare: in-quantum cognoscit rationem finis, & ejus quod est ad finem, habitudinem, & ordinem unius ad alterum. Et ideò non est solum causa sui-ipsius in movendo; sed etiam in judicando: & ideò est liberi arbitrii; ac si diceretur liberi judicii, de agendo vel non-agendo.* Itèm: *In opere hominis, est duo invenire: scilicet electionem operum; & hoc semper in hominis potestate consistit: & operum gestionem, sive executionem; & hoc non semper in hominis potestate est: sed, divinâ providentiâ gubernante, propositum hominis ad finem quandoque perducitur; quandoque non. Et ideò homo non dicitur esse liber suarum actionum; sed liber suæ actionis, quæ est judicium de agendis: & hoc ipsum nomen liberi arbitrii demonstrat.* Itèm: † *Inducitur nobis, quòd convertamus nos ad Deum: quia hoc facere possumus; sed non sinè divino auxilio. Unde etiam ab eo petimus, Threnor. 5.* * Converte nos ad te, Domine; & convertemur. Itèm: *Aperire cor nostrum Deo possumus; sed non sinè divino auxilio: ut petitur 2. Machab. 1.* † Adaperiat Dominus cor vestrum. Et: * *Homo indiget auxilio gratiæ, non solùm ad merendum, sed etiam ad hoc, quod se ad gratiam præparet: aliter tamen ac aliter.* Et: *Per hoc quòd hominis est se ad gratiam præparare per liberum arbitrium, non excluditur necessitas auxilii divini.* Itèm: † *Dicendum, quòd homo est liberi arbitrii: alioquin frustra essent consilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, præmia & pœnæ.* Itèm: *Verbum illud Apostoli, Roman. 9.* † Non est volentis, neque currentis, &c. *non sic est intelligendum, quasi homo non velit, & non currat: sed quia liberum arbitrium ad hoc non est sufficiens; nisi moveatur & juvetur a Deo.* Et: † *Homo peccando liberum arbitrium dicitur perdidisse, non quantum ad libertatem naturalem; quæ est à coactione: sed quantum ad libertatem, quæ est a culpâ & miseriâ.* Itèm: * *Homo potest per se-ipsum ruere in peccatum: sed ad meritum proficere non potest, nisi auxilio divino.* [† Sum. de Ver. ... mat. 24. q. 1.] [† ibid. q. 15.] [* vers. 21.] [† vers. 4.] [* Quodlib. 1. a. 7.] [† 1. Sum. q. 83. a. 1.] [† vers. 16.] [† ib. art. 2.] [* ib. q. 114. art. 4.]

ALBERTUS: † *Liberum arbitrium potentia activa est: & secundùm quod conjungitur his, quæ informant actum, sic fiunt actus ejus: & si conjungitur in deliberando, & conversione ad bonum naturæ, fit actus ejus adductivus illius boni; & habet hoc bonum finem. Si autem conjungitur cum bono virtutis politicæ, erit actus ejus informatus ab illo bono: & si conjungitur actus ejus bono gratiæ, erit iterum habens formam, & finem illud bonum. Si autem non conjungitur alicui horum; sed potiùs deflectitur ab omnibus his: tunc incidit peccatum, ex infirmitate & privatione eorum, quæ ad opus rectum exigebantur.* Itèm: † *In voluntate nostra est, obicem fidei ponere, vel consentire ad credendum. Et per consequens, in voluntate nostrâ est, in peccatis mori, vel de peccatis exire.* Itèm: *Liberum arbitrium Deus in nullo cogit.* [† super 2. Sent. Dist. 2.] [† in Johan. cap. 4.]

ÆGIDIUS ait: * *Sicut in paradiso erat arbor scientiæ boni & mali: sic in animâ sanctâ est liberum arbitrium; per quod possumus benè & male agere.* [* de Paradiso c. 3.]

¶ De imbecillitate Liberi arbitrii, inquit ALEXANDER: † *Semper potest homo eligere bonum, gratiâ assistente: non tamen potest semper facere bonum, ipsâ assistente. Unde semper est posse, non tamen semper facere. & hoc propter fomitem peccati, qui in ipso est, inclinans ipsum ad malum; & avertens à bono: quia ponit in eo difficultatem faciendi bonum. Propter quod exclamat Apostolus, Roman. 7.* * Quod nolo malum, hoc ago, &c. *Et iterum:* † Video legem in membris meis repugnare, &c. *Potest ergo homo, per gratiam assistentem, eligere bonum, & vitare malum quodlibet, in singulari; sed non quodlibet malum in universali: quia potest, per ipsam, vitare hoc verbum otiosum, & hunc motum concupiscentiæ carnalis, & sic de quolibet singulariter per se.* [† P. 3. qu. 70 m. 3.] [* vers. 19.] [† vers. 23.]

¶ Quòd Liberum arbitrium providentiæ Dei subsit,

ALEXANDER ait: † *Deus dedit libero arbitrio, ut consentiat, vel non consentiat, si velit: & quicquid faciat, sive bonum, sive malum, semper ordinat ipsum providentia. Unde subsunt providentiæ secundum ordinationem. Quia non cogit liberum arbitrium, licet sub ipsa sit, sed permittit ei facere, quicquid vult. Sed in bono ipsum adjuvat, instillando gratiam; in malo autem non.*

DE LEGE.

ALBERTUS ait: * *Lex a ligando dicitur: quia coactivo sermone ligat ad implendum ea, quæ præcipiuntur à legislatore. Et sic dicitur Lex mandatorum.* Et: *Lex dicitur a ligando: quia ligat pœnis & præmiis ad implendum.*

¶ Divisionem Legis, ALEXANDER tradit: * *Triplex ergo est genus præcepti in Lege: scilicet morale, quod pertinet ad Decalogum, (quod significatur ibi per Decem verba) & ceremoniale, atque judiciale.* Itèm: † *Triplex genus mandati in Lege: scilicet ceremoniale, morale, & judiciale. Et triplex qualitas, respondens singulariter illis tribus: ut dicatur mandatum sanctum, quantum ad ceremonialia, justum, quantum ad judicialia, bonum, quantum ad moralia. Unde per hoc vult ipse Apostolus notare, quasi proprias dispositiones mandatorum, secundum sua genera. Ratio tamen boni currit per singula: propriè tamen dicitur sanctum, respectu ceremonialium. Ad hoc enim fuerunt ceremonialia, ut parati essent ad cultum divinum: & hoc respicit sanctum. Judicialia verò erant ad puniendum malos: & hoc respicit justum. Moralia verò conservabant bonitatem, secundum ramos charitatis; qui sunt dilectio Dei & Proximi.*

INNOCENTIUS † *facit triplicem legem: Naturæ, Scripturæ, & Gratiæ. Indidit Deus legem naturalem mentibus hominum, ab ipso creationis exordio, geminum continentem mandatum. Unum affirmativum, quod, ad præstandum beneficia, docetur in Evangelio:* † Quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, &c. *Alterum negativum, quod, ad vitandum injurias, legitur in Tobiâ:* * Quæ tibi odis fieri, &c.

BONAVENTURA ait: † *In Lege Mosaicâ, sunt præcepta judicialia, figuralia, & moralia, utpote decem præcepta Decalogi, in duabus tabulis conscripta digito Dei. Lex autem Evangelica, judicialia temperat auferendo, figuralia evacuat adimplendo, moralia consummat adjiciendo. Adjicit autem documenta instrumentia, promissa excitantia, & consilia perficientia: cujusmodi sunt consilium paupertatis, consilium obedientiæ, & consilium castitatis: ad quæ implenda invitat Dominus noster Jesus Christus eum, qui vult esse perfectus.*

THOMAS: † *De Lege est loquii, quantum ad moralia: & quantum ad hoc, servanda est Lex simpliciter, ut:* Si vis ad vitam ingredi, &c. *Matth. 19.* † Itèm, *quantum ad sensualia, sive ceremonialia: ut de agno, hœdo. Et hæc possunt attendi secundum literam: & sic non sunt observanda; quia umbra cessat, veritate præsente. Vel secundum spiritum, scilicet quantum ad spirituale significantur: & sic lex servanda est, quantum ad ceremonialia: quia illa sunt facienda, quæ per sensualia significantur implenda a nobis, præter veritatem credendorum, quam Christus exhibuit in se-ipso.* Itèm: † *Lex divina, secundùm quod est in sapientia Dei, ad omnia particularia & minima se extendit.* Itèm: * *Mandatorum divinorum aliud est ceremoniale: ut de oblatione vitulæ rufæ, & similia. Aliud judiciale: ut de emtione servi. Aliud morale, directè pertinens ad veritatem morum & vitæ: ut Decalogus. Sed Christus, Deus & Homo, Legifer noster, Rex noster, figuras per veritatis exhibitionem adimplens, ceremonialia generaliter abrogavit, judicialia derogavit; moralia prorogavit. Et secundùm hoc, finis Legis, Christus, ad justitiam omni credenti, rigorem mansuetudine temperans, judicialibus derogavit. Matth. 5.* * *Moralia quidem confirmans, & ampliùs interpretando, moralia propagavit.* † Itèm: * *Præceptorum, quæ in sacrâ Scripturâ inveniuntur, quædam sunt de substantiâ Legis; quædam verò sunt præambula ad Legem. Præambula quidem sunt ad legem illa; quibus non existentibus, lex locum habere non potest. Hujusmodi autem sunt præcepta, de actu fidei, & actu spei: quia per actum fidei mens hominis inclinatur, ut recognoscat auctorem legis talem, cui se subdere debeat. Per spem verò præmii, homo inducitur ad observantiam præceptorum. Præcepta verò de substantia Legis sunt, quæ homini jam subjecto, & ad obediendum parato, imponuntur, pertinentia ad rectitudinem vitæ. Et ideo hujusmodi præcepta, statim in ipsa legislatione proponuntur, per modum præceptorum: quia, nisi homo jam crederet & speraret; frustra ei lex proponeretur. Sed sicut præceptum fidei proponendum fuit, per modum denuntiationis & commemorationis: ita etiam præceptum spei, in prima legislatione, proponendum fuit per modum promissionis. Qui enim obedientibus præmia promittit, ex hoc ipso incitat in spem. Unde omnia promissa, quæ in Lege continentur, sunt spei excitativa.* Itèm: * *Quadruplex lex invenitur. Prima dicitur lex naturæ: & hæc nihil aliud est, nisi lumen intellectûs, insitum nobis a Deo, per quod cognoscimus, quid agendum, & quid vitandum. Hoc lumen, & hanc legem, dedit Deus homini in creatione. Sed licet Deus homini in creatione dederit hanc legem, scilicet naturæ: Diabolus tamen in homine superseminavit aliam legem, scilicet concupiscentiæ. Quousque enim, in primo homine, anima fuit subjecta Deo, servando divina præcepta: etiam caro fuit subdita in omnibus animæ, vel rationi. Sed postquam Diabolus per suggestionem, retraxit hominem ab observantia divinorum præceptorum: ita etiam caro fuit inobediens rationi. Et inde accidit, quòd, licet homo velit bonum, secundum rationem; tamen ex concupiscentia ad contrarium inclinatur. Et hoc est, quod Apostolus ad Roman. 7 dicit:* * Video aliam legem, &c. *Quia ergo lex naturæ, per legem concupiscentiæ, destructa erat: oportebat, quod homo reduceretur ad opera virtutum; & retraheretur a vitiis: ad quæ necessaria erat Lex scripturæ. Sed sciendum, quod homo retrahitur a malo, & inducitur ad bonum, duobus: scilicet timore, & amore. Primum enim, propter quod quis maximè incipit vitare peccatum, est consideratio inferni, & extremi judicii. Et ideo dicitur Eccles. 1.* † Initium sapientiæ, &c. *Et ibidem:* * Timor Domini expellit peccatum. *Hoc ergo modo retrahitur homo à malo, & inducitur ad bonum, per legem Moysis. Sed quia modus iste est insufficiens: & Lex, quæ data erat per Moysen, hoc modo scilicet per timorem, retrahebat a malo, insufficiens fuit. Licet enim coerceret manum; non coercebat animum. Imo est alius modus retrahendi a malo, & inducendi ad bonum, modus scilicet amoris. Et hoc modo fuit data lex Christi, scilicet lex Evangelica, quæ est lex amoris.* Quartam legem, vocat *legem charitatis.*

ALBERTUS ait: * *Quinque leges homini proposita. Una fuit exemplar: quæ est lex rectitudinis divinæ justitiæ in mente Dei, ad quam homo rectificatur. Alia in corde: quæ est lex naturalis justitiæ, scripta in corde hominis. Tertia scripta: quæ est lex mandatorum Dei. Quarta, inventa per rationem: quæ est lex civilis & humana, quam opinio hominum genuit. Quinta, quæ est lex charitatis: quæ finem & terminum nescit; quia ex affectu facit, quicquid potest & expedit.*

¶ De æternâ Lege, inquit ALEXANDER: † *Lex æterna potest considerari secundùm respectum ad bona vel mala; vel secundum quod respicit bona tantum. & hoc dupliciter: quia potest considerari, secundùm quod respicit bona generaliter, vel bona specialiter, quæ sunt bona rationalis creaturæ tantùm. Quantum ergo ad primam rationem, convenit ei hæc ratio. Lex æterna est, quâ justum est, ut omnia sint ordinatissima. Lex enim æterna, secundum quod est jus ordinandi, respicit bona & mala. quia Deus bona facit & ordinat: malum autem non facit, sed ordinat. Unde ordinare est actus communis ipsius legis, respectu bonorum & malorum: & ita hæc est notio ipsius, prout respicit bona & mala. Secundum autem quod respicit bona generaliter; seu sint bona rationalis creaturæ, seu irrationalis; convenit ei ista ratio. Lex æterna est lex omnium artium, & lex omnipotentis artificis. Inquantum enim est ars omnipotentis artificis, respicit causam divinam, quæ est ars & causa omnium bonorum. Secundùm autem quod respicit bona rationalis creaturæ tantùm; convenit ei ista definitio: Lex æterna est summa ratio, cui semper obtemperandum est.*

THOMAS ait: * *Lex æterna nihil aliud est, quàm ratio divinæ sapientiæ, secundum quod est directiva omnium actuum & motionum.* Itèm: † *Omnes leges, in-quantum participant de recta ratione, in-tantum derivantur a lege æternâ.* Itèm: * *Legi æternæ subduntur omnia, quæ sunt in rebus à Deo creata: sive sint contingentia, sive sint necessaria. Ea verò, quæ pertinent ad naturam vel essentiam divinam, legi æternæ non subduntur, sed sunt realiter ipsa lex æterna.* Itèm: * *Quòd ratio humana sit regula voluntatis humanæ, ex quâ ejus bonitas mensuretur; habet ex lege æterna, quæ est ratio divina. ut in Psalmo dicitur:* † Multi dicunt, Quis ostendit nobis bona? &c. *quasi diceretur: Lumen rationis, quod in nobis est, in-tantum potest nobis ostendere bona, & nostram voluntatem regulare; in-quantum est lumen vultûs tui,*

id est,

id est, a vultu tuo derivatum. Et: * In his, quæ aguntur per voluntatem, regula proxima est ratio humana: regula autem suprema, est lex æterna. Quando ergo actus hominis procedit in finem, secundùm ordinem rationis & legis æternæ; tunc actus est rectus: quando autem ab hac rectitudine obliquatur; tunc dicitur peccatum.

* ib.q.21. a.1.

¶ Quid sit Lex, ALEXANDER ait: † Lex est principium ordinis rationalis creaturæ.

† P.3.q.26. memb.3.

¶ Unde sit, idem ALEXANDER ait: * Lex Moysi data est a bono Deo. Itèm: † Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terrâ Aegypti, de domo servitutis.] In quo ostenduntur duo: qui loquatur in Decalogo, & cui loquatur. Loquitur Deus-Trinitas, unus in essentia; trinus in personis: & homo est, cui loquitur. Quòd dicitur, Ego sum Dominus Deus tuus: nomine Domini intelligitur potentia; in qua magnificatur Pater: nomine Dei, qui interpretatur [Greek] Græcè, id est, videns, intelligitur sapientia; in quâ magnificatur Filius: in pronomine possessivo, quod loco determinationis additur, scilicet Tuus, insinuatur bonitas, per cujus participationem efficitur meus vel tuus; in quâ magnificatur Spiritus sanctus. Insinuatur ergo per ista tria vocabula, Dominus Deus tuus, Pater & Filius & Spiritus sanctus: unitas vero essentiæ per hoc, quod singulariter dicitur, Ego sum.

* P.3.q.28. m.1.a.5. † ib.q.19. memb.5.

BONAVENTURA ait: † Præcepta Dei sunt leges summi Imperatoris, edita in consistorio Trinitatis: quæ leguntur a Doctoribus, per catholicam prædicationem; repetuntur a Scholaribus, per bonam operam. Sunt enim præcepta divina, æterna; sicut donatio inter vivos: & irrevocabiliter donatur vita æterna illis, qui inter vivos, id est, in statu gratiæ, observant mandata divina. Itèm: Decem præcepta scripta sunt in tribus locis: in lapidibus marmoreis, in profundo pectoris, & in pergameno humani cordis. In scriptura marmoris, duo fuerunt tabularum paria, prima post scripturam, fuerunt fracta: instar illarum, fuerunt alia renovata. Itèm: Præcepta Dei, scripta sunt in triplici nostri corporis parte, quasi pro sempiterno & continuo memoriali. Scripta enim sunt in manibus; ubi sunt decem digiti: in pedibus; ubi sunt decem articuli: & in quinque sensibus; ubi sunt decem organa: sicut sunt duo oculi ad videndum, duæ aures ad audiendum, duæ nares ad odorandum, duæ fauces ad gustandum; duæ manus ad tangendum. Per quod patet, quod præcepta divina debent in nobis dirigere gressus affectionis. Itèm: * Præcepta moralia, fuerunt conscripta digito Dei, in duabus tabulis lapideis; & in signum geminæ charitatis, divinæ scilicet & humanæ.

† Diætâ 3. cap.17.
* Centiloq. p.3.cap.15.

¶ De formâ Legis, ALEXANDER inquit: * Ad quamlibet legem concurrunt tria; scilicet authoritas, veritas, & bonitas. & hoc secundum tria, quæ concurrunt ad hoc, quòd sit lex: scilicet principium legis, forma legis, & finis. Ratione principii, debetur ei authoritas: quia non potest esse principium legis, nisi habens authoritatem. Ratione vero formæ, debetur ei bonitas: quia lex nunquam fertur sine recta ratione. Itèm, ratione finis, debetur ei bonitas: quia lex non est nisi ad bonum.

* P.3.q.26. m.4.

BONAVENTURA ait: * Præcepta sunt descripta indelebiliter, distincta rationabiliter, edita universaliter.

* Diætâ 3. cap.17.

THOMAS ait: † Duplex est modus divinorum mandatorum. Quædam enim sunt affirmativa; quædam vero prohibitoria.

† de duob. Præcep.
charit. c.3.

¶ De summâ Legis, BONAVENTURA inquit: * Salvator noster asserit, totam Legem Prophetasque, pendere in duobus præceptis ejusdem; scilicet in dilectione Dei & Proximi. quæ duo uniuntur in uno sponso Ecclesiæ, Jesu Christo: qui simul est Proximus, & Deus; simul frater, & dominus, simul etiam Rex & Amicus; simul Verbum increatum, & incarnatum, formator noster, & reformator; [Greek] & [Greek]. Qui etiam summus Hierarcha est, purgans, illuminans & perficiens sponsam, scilicet totam Ecclesiam, & quamlibet animam sanctam.

* de Itiner. mentis ad Deum. c.4.

THOMAS: † Unicuique præcipitur, ut Deum diligat, quantum potest. Quod ex ipsa forma præcepti apparet, cum dicitur: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Unusquisque autem hoc observat, secundùm suam mensuram: unus quidem perfectiùs, alius autem minus perfectè.

† contra Retrahentes ab ingressu relig. c.6.

¶ Quibus sit Lex data, ALEXANDER ait: * Lex enim errantibus & male-agentibus posita est. sicut dicit Apostolus, 1. Tim. 1. † Non est justis posita lex, sed injustis. Qui verò ducem habent Spiritum, non errant: & ita sub lege non sunt.

* P.3.q.60. m.10.a.1. † vers.9.

¶ Cur servanda sit Lex, BONAVENTURA: * Quatuor sunt, quæ debent nos movere ad observandum mandata Dei. Primum est, authoritas mandantis. Secundum est, obstinatio mentis. Tertium est, transgressionis periculum. Quartum est, irreprehensibilitas mandatorum.

* Serm. de 10. Præcep.

¶ De fine Legis, ALEXANDER ait: † Lex est ad vitam; & jubet bona, & mala prohibet, & facit peccatum cognoscere. Unde dicitur sancta, id est, sanctum docens mandatum: justa, id est, justificans peccatorem: & bona id est, utilem vitam acquirens. Sed quòd non sequatur bonum, sed peccatum, ex lege, hoc non est ex lege, sed ex faciente. Et: Datur secundùm ordinem divinæ justitiæ: quia semper datur, vel ut perversus puniatur, vel ut peccare volens coerceatur. & utrumque est bonum: nam & ipsa divina justitia punit malos in supplicio. Itèm: * Lex dicitur ministratio damnationis: non ut ostendatur mala, sed ut ostendatur malum, cujus est occasio illi, qui non habet gratiam. Et: † Sicut medicina non est causa mortis, si ostendat venena mortifera; licet his mali homines abutantur, ad mortem suam, vel aliorum: sic lex quæ venena peccatorum demonstrat, & hominem, libertate sua abutentem, quasi freno cohibet, & composito gressu incedere docet, non est efficiens causa peccati; sed potius vitium hominis, id est, fomes. Itèm: † Data est enim lex propter transgressiones: ut, peccata notando, transgressiones innueret; & de transgressione convinceret transgressores.

† P.3.q.28. m.1.a.2.
* ib. art.5.
† P.3.q.60. m.3.a.5.
† ib.m.10. art.1.

THOMAS ait: † Lex divina ad hoc ordinat hominem; ut sit totaliter subditus Deo. Sed sicut homo subditur Deo amando, quantum ad voluntatem: ita subditur Deo, credendo, quantum ad intellectum, non autem credendo aliquid falsum: quia a Deo, qui est veritas, nullum falsum homini proponi potest. Unde qui credit aliquod falsum, Deo non credit. Ex lege ergo divina, ordinantur homines ad fidem rectam. Itèm: † Est duplex regula humanæ vitæ. Prima quidem est lex naturalis, a Deo mentibus hominum impressa: per quam naturaliter homo intelligit, quod est bonum, ex similitudine divinæ bonitatis: in quo primò attendendum est, quod homo, secundùm suum posse, imitetur, in suis affectionibus & operibus, divinæ bonitatis operationem, secundum illud: * Estote perfecti, &c. † Estote imitatores, &c. Secunda autem regula humanæ vitæ, est lex exterior, divinitùs tradita. Et: * Ad Legem pertinet, dirigere humanos actus, secundùm ordinem justitiæ: in quo etiam separatim dat lex nova legi veteri, interiores actus animi ordinando, secundùm illud Matth. 5. † Nisi abundaverit justitia, &c. Et ideo dicitur, quòd Lex vetus cohibet manum, Lex nova animum. Itèm: * Alius est finis legis humanæ, & alius divinæ. Legis enim humanæ finis, est temporalis tranquillitas civitatis. Finis autem legis divinæ, est, perducere hominem ad finem felicitatis æternæ. qui quidem finis impeditur per quodcunque peccatum: & non solùm per actus exteriores; sed etiam interiores. Et ideo illud, quod sufficit ad perfectionem legis humanæ, ut scilicet peccatum prohibeat, & pœnam apponat, non sufficit ad perfectionem legis divinæ: sed oportet, quòd hominem faciat totaliter idoneum, ad participationem felicitatis æternæ. quod quidem fieri non potest, nisi per gratiam Spiritûs sancti: per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ legem adimplet. Gratia enim Dei, vita æterna: ut dicitur Roman. 6. * Hanc autem gratiam lex vetus conferre non potuit. reservabatur enim hoc Christo: quia, ut dicitur Johan. 1. † Lex per Moysen, &c. Et inde est, quòd lex vetus bona quidem est; sed imperfecta: secundum illud Hebr. 7. * Nihil ad perfectum adduxit lex. Itèm: † Virtus peccati dicitur Lex, inquantum scilicet per legem occasionaliter peccatum est augmentatum; & quasi ad maximum sanum posse pervenit.

Summ. contra Gent. cap.118.
† in Iob. cap.23.
* Matth.5. v.48.
† 1 Cor.11. v.1.
* 1.Sec.q. 101.a.3.
† vers.20.
* ib.q.98. a.1.
* vers.23.
† vers.17.
* vers.19.
† 1 Sec.q. 33.a.3.

ALBERTUS ait: † Accusat in extremo judicio legulator, per legis transgressum vel omissum præceptum.

† in Joh.c.5.

¶ Esse sub lege, quid sit, exponit ALEXANDER: * Esse sub lege potest dupliciter accipi: vel prout dicit necessitatem coactionis, vel voluntatem obediendi. sicut dicimus, quod aliter est filius sub patre, & servus: quia servus sub patre est, necessitate timoris: filius autem, voluntate obediendi. Justi ergo sunt sub lege, voluntariè, & non necessitate coactionis. Unde Psalmus: * In lege Domini voluntas ejus. Glossa: Aliud est in lege esse, aliud sub lege. Qui in lege est, secundum legem agit, voluntariè obediens legi: qui autem sub lege est, secundùm legem agit, necessitatis timore coactus. Et hoc modo non est justus sub lege; sed primo modo, ut dictum est. Unde primo sensu dicitur ad Galat. * Misit Deus Filium suum, factum sub lege: scilicet voluntariè, & non necessitate coactione.

* P.3.q.26. m.8.a.3.
* Ps.1. v.2.
* c.4. v.4.

¶ De Legis impletione, ait ALEXANDER:* *Quantum ad moralia, Christus adimplevit legem multipliciter: intellectum moralium profundius manifestando; ad illa adimplenda gratiam præstando; usum in illis revelando, occasionem peccati tollendo.*

* P.3.q.16.m.b.

THOMAS:* *Christus suâ doctrinâ adimplevit præcepta legis tripliciter. Primò quidem, verum intellectum legis exprimendo: sicut patet in homicidio & adulterio: in quorum prohibitione, Scribæ & Pharisæi non intelligebant, nisi exteriorem actum prohibitum. Unde Dominus legem adimplevit, ostendendo etiam interiores actus peccatorum cadere sub prohibitione. Secundò, adimplevit Dominus præcepta legis, ordinando, quomodo tutius observaretur, quod lex vetus statuerat. Sicut lex vetus statuerat, ut homo non perjuraret: & hoc tutius conservaretur, si omnino à juramento abstineat, nisi in causâ necessitatis. Tertiò, adimplevit Dominus præcepta legis, superaddendo quædam perfectionis consilia, ut patet Matth. 19.* ubi Dominus dicenti, se observasse præcepta veteris Legis, dicit:* Vade, vende, &c.

* 1. Sec. q. 107. a. 2.
* v. 21.

Legem etiam à nobis putat impleri posse, THOMAS:† *Lex divina non inducit ad impossibile: inducit autem ad perfectionem; secundùm illud Matth. 5.** Estote perfecti, &c. *Ergo videtur, quod aliquis in hâc vitâ possit esse perfectus.* Itèm: *Cùm id, quod cadit sub præcepto, diversimodè possit impleri: non efficitur transgressor præcepti aliquis ex hoc, quod non optimo modo implet; sed sufficit, quòd quocunque modo impleat illud. Perfectio autem divinæ dilectionis, universaliter quidem cadit sub præcepto: ita quod etiam perfectio patriæ non excluditur ab illo præcepto, ut Augustinus dicit. sed perfectionem præcepti evadit, qui quocunque modo perfectionem divinæ dilectionis attingit. Est autem infimus divinæ dilectionis gradus, ut nihil supra eum, aut contra eum, aut æqualiter ei, diligatur: à quo gradu perfectionis qui deficit, nullo modo implet præceptum. Est autem alius gradus perfectæ dilectionis, qui non potest impleri in vitâ: à quo qui deficit, manifestum est, quod non est transgressor præcepti. & similiter non est transgressor præcepti, qui non attingit ad medios perfectionis gradus, dummodo attingat ad infimum.*

† 2. Sec. q. 184. a. 2.
* v. 48.

¶ De Lege naturæ, ALEXANDER inquit:* *Lex naturalis est à lege æternâ, tamen secundùm propinquius & remotius: secundùm quod natura, in quibus est, se habet secundùm propinquius & remotius ad Deum.* Itèm: *Est enim lex naturalis triplex. Quædam, quæ respicit ordinem rationalis creaturæ, de quâ habetur ad Roman. 2* † Cùm gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, &c. *& etiam ibi dicit Glossa: Lex naturæ, quâ intelligit unusquisque, & sibi conscius est, quid sit bonum, & quid malum. Item est lex naturalis, respiciens ordinem creaturæ irrationalis sensibilis. de qua dicit Isidorus: Lex naturalis est, quam natura docuit omnia animalia. Item est lex naturalis, respiciens ordinem omnis alterius creaturæ, scilicet irrationalis & insensibilis.* Itèm:* *Lex naturalis est principium, ad omne jus morale; secundùm quod vita hominis debeat ordinari.*

* P. 3. q. 26. m. 3. a. 4.
† vers. 14.
* ibid. m. 4. a. 1.

THOMAS ait:* *Lex naturalis nihil aliud est, quàm participatio legis æternæ in rationali creaturâ.*

* 1. Sec. q. 91. a. 2.

ALBERTUS:† *Deus dedit duplicem legem: unam scriptam in lapidibus, & aliam scriptam in cordibus Sapientum. Et in illâ, quæ scripta erat in cordibus Sapientum, unum mandatum arguebatur ex alto.*

† in Matt. ca. 5.

¶ De discrimine divinæ Legis & humanæ, inquit ALEXANDER:* *Solùm de illis judicat lex temporalis, quæ sunt ad suum finem, vel contra ipsum. Liberos ergo judicat, quos non invenit contrarios paci inter homines: quæ pax est finis ipsius. Sed lex æterna non solùm respicit pacem istam; sed etiam pacem hominum ad Deum: & propter hoc judicat reos, quos temporalis liberos; (sicut fornicatores, & hujusmodi) & punit eos. Et ita imperfecta est lex temporalis, respectu legis æternæ, & non contraria.*

* P. 3. q. 26. m. 7. a. 3.

THOMAS ait:† *Hæc est differentia inter legem divinam & mundanam: quia lex mundana judicat dicta & facta tantùm, sed lex divina judicat etiam voluntatem seu animum. Et ratio hujus est: quia illa est per homines; qui judicant ea, quæ apparent exteriùs, sed divina est à Deo, qui exterius interiusque conspicit.*

† de duob. præcept. char. c. 28.

¶ De Legibus humanis, ait ALEXANDER:* *Omnis lex humana, & omnes leges, quantum ad id, quod habent justum & legitimum in se, tractæ sunt à lege æternâ; sicut omne id quod bonum est in creatura, tractum est ex bonitate primâ; & quod verum, veritate primâ.*

* P. 3. q. 26. m. 7. a. 3.

THOMAS ait:† *Lex humana in-tantum habet rationem legis, in-quantum est secundùm rectam rationem: & secundùm hoc manifestum est, quòd à lege æternâ derivatur. In-quantum verò à ratione recedit, sic dicitur lex iniqua: & sic non habet rationem legis; sed magis violentiæ cujusdam. & tamen in ipsâ lege iniquâ, in-quantum servatur aliquid de similitudine legis, propter ordinationem potestatis ejus, qui legem fecit, secundùm hoc etiam derivatur à lege æternâ. Omnis enim potestas à Domino Deo est, ut dicitur Rom. 13.* Itèm:† *Omnis lex humanitùs posita, in-tantum habet de ratione legis, in-quantum à lege naturæ derivatur. Si verò in aliquo à lege naturali discordet: jam non erit lex; sed legis corruptio.* Itèm:* *De ratione legis humanæ est, quòd sit derivata à lege naturæ. & secundùm hoc dividitur jus positivum, in jus gentium, & jus civile. Ad jus gentium pertinent ea, quæ derivantur ex lege naturæ, sicut conclusiones ex principiis: ut justæ emtiones, venditiones, & alia hujusmodi, sine quibus homines ad-invicem convivere non possunt. Quæ verò derivantur à lege naturæ per modum particularis determinationis, pertinent ad jus civile, secundùm quod quælibet civitas aliquid sibi accommodè determinat.* Itèm: *Leges positæ humanitùs, vel sunt justæ, vel injustæ. Siquidem justæ sint, habent vim obligandi in foro conscientiæ, à lege æternâ, à quâ derivantur: secundùm illud Proverb. 8* † *Injustæ autem sunt leges dupliciter. Uno modo, per contrarietatem ad bonum humanum, vel ex fine: sicut cùm aliquis Præsidens leges imponit onerosas subditis, non pertinentes ad utilitatem communem, sed magis ad propriam cupiditatem, vel gloriam. Vel etiam ex actore: sicut cùm aliquis legem fert, ultra sibi commissam potestatem. Vel etiam ex forma: cùm inæqualiter onera multitudini dispensantur, etiamsi ordinentur ad bonum commune. & hujusmodi magis sunt violentiæ, quàm leges. Unde tales leges non obligant in foro conscientiæ, nisi forte propter vitandum scandalum, vel turbationem, propter quod etiam homo juri suo debet cedere: secundùm illud Matth. 5.* Alio modo leges possunt esse injustæ, per contrarietatem ad bonum divinum: sicut leges tyrannorum, inducentes ad idololatriam, vel ad quodcunque aliud, quod sit contra legem divinam. & tales leges nullo modo licet observare, quia sicut dicitur Act. 4.* Obedire oportet Deo, &c. Et:† *Jus divinum, quod est ex gratiâ, non tollit jus humanum, quod ex naturali ratione est. Ideò distinctio fidelium & infidelium, secundùm se considerata, non tollit dominium & prælationem infidelium super fideles.*

* 1. Sec. q. 93. a. 3.
† ib. q. 95. a. 2.
* ib. a. 4.
† vers. 15.
* vers. 41.
* 2. Sec. q. 10. a. 10.

¶ De differentiâ Legis & Euangelii, ALEXANDER inquit:† *Secundùm considerationem severitatis, dicitur Lex & Euangelium differre: quia illa, dicitur Lex iræ; istud verò, Lex misericordiæ. Rom. 4.** Lex irã operatur. *Glossa: Ut reos faceret temporali pœna. Exod. 21.* † Oculum pro oculo, &c. *& ita iram operatur. Et Lucæ 10.* Samaritanus infundit vinum & oleum. Vinum, austeritatem Legis; oleum, misericordiam & lenitatem Euangelii, notat. Et juxta hanc differentiam, dicitur Lex Moysis, Lex timoris; Euangelium verò, Lex amoris. Unde Augustinus contra Adamantium: Brevissima differentia Legis & Euangelii, timor & amor. Et Hebr. 12.** Non accessistis ad tractabilem ignem, & turbinem, & tubæ sonum; (*loquitur de latione Legis*, pro quo Moses dicit: Exterritus sum & tremebundus. Sed accessistis ad Sion montem, & testamenti novi Mediatorem. *Itèm. juxta eandem considerationem, lex Moysis, dicitur lex servitutis; Lex verò Euangelii, lex libertatis. Roman. 8.** Non accepistis iterum spiritum servitutis in timore; sed spiritum adoptionis filiorum. *Et Jacob. 1.** Qui perspexerit in lege perfectæ libertatis, &c. *Nota ergo, quòd lex Moysis est lex iræ, in comminatione, seu in pœnarum determinatione; lex timoris, in affectione; lex servitutis, in executione. Itèm. secundùm considerationem bonitatis differunt Lex & Euangelium: quia lex Moysis est lex imperfectionis boni; lex verò Euangelii, est lex perfectionis. Hebr. 7.** Nihil ad perfectum adduxit lex. *& Matth. 5.** Non veni solvere legem; sed adimplere. *Glossa: Implet Christus legem; dum præmissis ad inchoationem vitæ agendæ, superaddit plura, ad perfectionem moralium præceptorum. Et secundùm hanc considerationem, dicitur Lex prohibere manum tantùm, Euangelium verò, voluntatem seu animum. Unde in Psalm. 19.** Lex Domini immaculata, convertens animas. *Glossa: Nam, quod ait animas, id est, voluntates: non solummodò manum, ut vetus lex; quæ manum maximè, non animum, cohibebat. Hac etiam ratione, dicitur Lex Moysis, lex factorum; Euangelium verò, lex fidei. Roman. 3.** Exclusa est gloriatio tua: per quam legem? factorum? non: sed per legem fidei. *Glossa: Lex cohibet manum; non animum.*

† P. 3. q. 60. m. 6. a. 2.
* vers. 15.
† vers. 24.
* vers. 34.
* v. 18 &c.
* vers. 15.
* vers. 25.
* vers. 19.
* vers. 17.
* vers. 8.
* vers. 27.

Item,

Item, secundùm hanc considerationem, dicitur Lex litera occidens; lex Evangelii spiritus vivificans. 2 Corinth.3. [vers. 6.] Litera occidit; spiritus autem vivificat. Et Augustinus, lib. de Spiritu & Litera: Litera, quæ occidit, certè est Decalogus; in illis duabus tabulis scriptus. Quia Lex subintravit, ut abundaret delictum. Rom.5.* [vers. 20] Itèm, secundùm eandem considerationem, dicitur Lex continere præcepta non-bona, Evangelium verò continet præcepta bona. Quia (sicut dicit Isidorus, in libro Differentiarum) præcepta Legis non-bona sunt, Evangelio comparata: quia in eis quædam inutilia, infirmioribus sensibus agenda, permissa sunt: ut libellus repudii, & cupiditas Israelitarum, spoliis Aegyptiorum satianda, permittitur. Notandum igitur, quod per tria ostenditur maximè imperfectio Legis. Primò ex hoc, quod non prohibebat mali causam; scilicet voluntatem. Secundò ex hoc, quòd præbebat mali occasionem: secundùm quod dicitur litera occidens. Tertiò, propter malorum quorundam permissionem. Quæ tria potissimè monstrant Legis imperfectionem: contraria verò, Evangelii perfectionem. Item, secundùm considerationem remunerationis, differunt Lex & Evangelium: quia in Lege est promissio temporalium; in Evangelio, æternorum. Unde Heb.7.* [vers. 22.] Melioris testamenti sponsor factus est Christus. Glossa: Melius est novum Testamentum, quam Vetus: quia meliora bona promittit, id est, æterna; Vetus verò, temporalia. Et Isidorus, in lib. Different. In veteri lege, Chanaan regnum, & promissiones temporalium rerum, continentur. Esa.* [vers. 19.] Si audieritis me, bona terræ comedetis. In Evangelio verò, vita æterna, & regnum cœlorum, promittitur. Matth.3.* [vers. 2.] & 4.† [vers. 17.] Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum. & Matth.5.* [vers. 3] Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Itèm, secundùm considerationem latoris, differunt Lex & Evangelium: quia Evangelium est lex universalis, Lex Moysis, lex particularis. Lex enim Moysis seminis Abrahæ data est: secundùm quod dicitur ad Galat.3.* [vers. 16.] Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Et Deut.4. Quæ est alia gens sic inclyta, ut habeat ceremonias, justa judicia, & universam legem? Evangelium verò datum est omni generi hominum. Unde Marci ultimo:* [vers. 15.] Prædicate Evangelium omni creaturæ. Et Matth. ult.* [vers. 19] Ite, & gentes omnes docete. Hi ergo sunt modi differentiarum Legis & Evangelii. Itèm:* [ibid. a. 4.] Lex Moysis rectè dicitur lex timoris, iræ, & servitutis. Lex iræ dicitur: quia in pœnis habuit districtionem; raram verò miserationem. Unde ad Rom.4.* [vers. 15.] Lex iram operatur, id est, pœnam. Ad hoc enim data est, ut reos faceret temporali pœnâ: secundùm illud, Dentem pro dente, &c. Exod. 21.* [vers. 24.] Lex verò timoris dicitur: quia plurimas habet comminationes, paucas promissiones: sicut patet ex serie legis. Lex verò servitutis dicitur: quia in commotionibus præceptorum semper pro ratione supponit dominium divinæ majestatis. Unde ad præcepta supponitur, Hoc facite: & hoc, Ego sum Dominus: ut Exod. 20.* [vers. 2] quasi dicat: Ego dominator; & vos servi: & ideo estis obnoxii, meis obedire mandatis. Itē: Evangelium verò rectè dicitur lex amoris, lex misericordiæ, lex libertatis. Lex misericordiæ seu clementiæ dicitur: quia in pœnis Legis habet misericordiam & relaxationem. Unde & mulieri, deprehensæ in adulterio, dicitur: Vade, & ampliùs noli peccare: Joh. 8.* [vers. 11.] Lex verò amoris dicitur: quia plurimas habet promissiones; raras comminationes: sicut patet ex serie Evangelii. Promissionibus autem generatur amor. Lex verò libertatis dicitur: quia in monitionibus præceptorum, pro ratione supponit gratiam divinæ paternitatis. Unde Lucæ 6.* [vers. 27 & 36.] postquam dixit, Estote misericordes, & benefacite; & diligite inimicos vestros: subjunxit.* [vers. 35] Ut sitis filii patris vestri, qui in cœlis est. quasi dicat: Hoc facite in libertate filiali; non in obnoxietate servili: intuitu paternitatis, non intuitu damnationis.

¶ De abrogatione Legis, inquit Alexander:* [Parte 4 q. 6 m. 3 art. 2.] Prima causa cessationis legalium, fuit Christus.

De judicialibus, ait Thomas:* [1. Secund. q. 104. a. 3.] Judicialia præcepta non habuerunt perpetuam obligationem: sed sunt evacuata per adventum Christi; aliter tamen, quam ceremonialia. Nam ceremonialia a Deo sunt evacuata: ut non solùm sint mortua; sed etiam mortifera observantibus, post Christum. Præcepta autem judicialia, sunt quidem mortua; quia non habent vim obligandi: non tamen sunt mortifera. Quia, si quis Princeps ordinaret in regno suo illa judicari, observari; non peccaret: nisi fortè hoc modo observarentur, vel observari mandarentur; tanquam habentia vim obligandi, ex veteris legis institutione. Talis enim intentio observandi, esset mortifera. Itèm: Præcepta judicialia non fuerunt instituta ad figurandum; sed ad disponendum statum illius populi. Christo jam veniente, judicialia præcepta obligationem amiserunt. Lex enim fuit pædagogus, ducens ad Christum: ut dicitur Galat. 3.* [vers. 24.]

De ceremonialibus, ait idem Thomas:* [1. Secunda q. 103. a. 2] Finis præceptorum ceremonialium est duplex. Ordinabantur enim ad cultum Dei pro tempore illo; & ad figurandum Christum. Sic igitur rationes præceptorum ceremonialium veteris legis, dupliciter accipi possunt. Uno modo, ex ratione cultûs divini; qui erat pro tempore illo observandus. Alio modo possunt eorum rationes assignari, secundùm quod ordinantur ad figurandum Christum.

¶ De distinctione Decalogi, ait Innocentius:* [Serm. 1. de Advent.] Decalogus legis, in duabus tabulis scriptus. Altera continet dilectionem Dei; reliqua Proximi.

Thomas:* [1. Secund. q. 100. a. 4.] Præcepta Decalogi diversimodè à diversis distinguuntur. Esychius enim, Levit. 26.* [vers. 26] super illud, Decem mulieres in uno clibano coquent panes; dicit, præceptum de observatione Sabbati, non esse de decem præceptis: quia non est observandum secundùm literam, secundùm omne tempus. Distinguit tamen quatuor præcepta, pertinentia ad Deum: ut primum sit, Ego sum Dominus Deus tuus: secundum sit, Non habebis deos, &c. Et sic etiam distinguit hæc duo Hieronymus in Ose. 10. super illud, Propter duas iniquitates tuas. Tertium verò præceptum esse dicit, Non facias tibi sculptile. Quartū verò, Non assumes nomen Dei tui, &c. Pertinentia verò ad Proximum, dicit esse sex: ut primum sit, Honora patrem: secundum, Non occides: tertium, Non mœchaberis: quartum, Non furtum facies: quintum, Non falsum &c. sextū, Non concupisces. Sed primo hoc videtur inconveniens, quòd præceptū de observatione Sabbati, præceptis Decalogi interponatur; si nullo modo ad Decalogum pertineat. 2. Quia, cùm scriptum sit,* [Matth. 6. vers. 24.] Nemo potest duobus dominis &c. ejusdem rationis esse videtur, & sub eodem præcepto cadere, Ego sum Dominus, &c. & Nō habebis &c. Unde Origenes, distinguens etiam quatuor præcepta, ordinantia ad Deum, ponit ista duo pro uno præcepto: secundum verò ponit, Non facies sculptile: tertium, Non assumes: quartum, Memento &c. Alia verò sex ponit, sicut Esychius. Sed quia, facere sculptile vel similitudinem, non est prohibitum; nisi secundùm hoc, ut non colantur pro diis: (nam in tabernaculo Deus præcepit fieri imaginem Seraphim, ut dicitur Exod. 25.* [vers. 18]) convenientiùs Augustinus ponit sub uno præcepto, Non habebis &c. & Non facies sculptile. Similiter concupiscentia uxoris alienæ ad commixtionem, pertinet ad concupiscentiam carnis: Concupiscentia autem aliarum rerum, quæ desiderantur ad possidendum, pertinet ad concupiscentiam oculorum. Unde etiam Augustinus ponit duo præcepta, de non-concupiscenda re aliena, & uxore aliena: & sic ponit tria præcepta in ordine ad Deum; & septem in ordine ad Proximum. Et hoc melius est. Itèm:* [1. Secunda q. 100. a. 7.] Illa præcepta, quæ sunt purè moralia, habent manifestam rationem: unde non oportuit, quod aliqua ratio adderetur. Sed quibusdam præceptis additur ceremoniale, vel determinativum præcepti moralis communis: sicut in primo præcepto, Non facies sculptile: & in tertio præcepto determinatur dies Sabbati. & ideo utrobique oportuit rationem assignari. Et:* [Ibid. q. 72 art. 6.] Necesse fuit, in Lege Dei proponi diversa præcepta; affirmativa, & negativa: ut gradatim homines introducerentur ad virtutem: prius quidem, abstinendo a malo; ad quod introducimur per præcepta negativa: & postmodum, faciendo bonum; ad quod inducimur per præcepta affirmativa. Et tamen affirmativa, & negativa, non pertinent ad diversas virtutes; sed ad diversos gradus virtutum.

Bonaventura:* [Dist. 3. cap. 7.] Præcepta affirmativa ligant semper, sed pro loco & tempore. Negativa verò ligant, & semper, & ubique. Itèm:* [Serm. de 10 Præcep.] Omnia mandata, aut sunt affirmativa, aut negativa. Affirmativa sunt, ut homo faciat bonum: negativa, ut homo vitet mala. Sed impossibile est, ut homo vitet malum; nisi per timorem: & quòd faciat bonum; nisi per amorem. Propter hoc, ad observantiam mandatorum duo sunt necessaria; scilicet timor, & amor. Itèm: In secunda tabula continentur septem præcepta. Unum est affirmativum; & sex sunt negativa. Ratio: Quia omnia mandata reducuntur ad duo: Hoc faciat alii, quod sibi vis fieri; Non facias alii, quod tibi non vis fieri.

¶ De Dilectione Dei, inqt Bonaventura:* [de Prof. Relig. c. [illegible]] Diligere

debemus Deum super omnia, propter tria. Quia bonum est in se: nec tantummodò bonum, sed etiam ipsa bonitas est. Quia nihil melius cogitari vel esse potest: ex quo omne, quod aliquo modo bonum est, bonum est. Si enim omne, quod bonum est, diligendum est, in-quantum bonum: ille, qui summe bonus est, & infinitum bonum est, summè, & (si possibile esset) in infinitum diligendus est, juxta meritum dignitatis ejus. Itèm, quia ipse prior dilexit nos: & plus diligit nos, quam nos ipsi nos. Itèm: * *Deus est diligendus toto corde, quia creator: tota anima, quia redemptor: tota mente, quia remunerator.*

* super. Orat. domin. cap. 22.

ALEXANDER: * *Dilectio aliter est gratiæ; aliter est naturæ. Naturæ est, maxime instituta ex quadam habilitate & rectitudine, respectu boni. Gratiæ vero est, in-quantum captivatur affectus in obsequium Christi, diligendo, sicut intellectus per fidem, sive credendo. Tunc autem captivatur intellectus in obsequium Christi, quando contra id, quod dictat ratio, assentit primæ veritati. Sic & affectus; quando id, ad quod diligendum naturaliter inclinatur, amore Christi paratus est odire: vel è converso, ut quando id, ad quod odiendum naturaliter inclinatur, paratus est amare. Et talis est affectus, qui contemnit honores, divitias, & omne delectabile carnis, & amat odientes se & persequentes, propter Deum. Et hujusmodi affectus non est à natura; sed solum à gratia. Non tamen, in statu naturæ conditæ fuisset illa dilectio. Alia est doctrina, quia quandoq; dilectio est à cognitione naturali; & illa similiter est naturalis: alia est à cognitione fidei. Et differt hæc cognitio ab illa: quia cognitio naturalis cognoscit Deum summe-bonum, propter diffusionem suæ bonitatis in effectibus causatis. sed fides dictat Deum summe-bonum, propter communicationem suæ bonitatis in divinis personis. Et utraque cognitio dicit Deum summè-bonum, & summe-diligendum: sed melius fides, sive cognitio gratuita. Per hunc modum, utraq; dilectio est summa, respectu Dei: sed modo nobiliori, dilectio gratuita. Alia est doctrina, quia dilectione naturali diligit Deum animus, sive affectus rectus: quia bonum sibi & summe-bonum, & omne bonum, quod est, & quod habet, ab ipso est; & nihil esset, nisi per ipsum. ideò plus illum diligit, quam se-ipsum. Sed dilectione gratuita diligit quis Deum; quia simpliciter bonum: & quia summe-bonus summe-diligit. & quia ipse homo non est bonus, nisi in-quantum est ad Deū; diligat se propter Deum, scilicet dilectione gratuitâ. Et sic triplex est doctrina. Prima est à parte modi diligendi: secunda, à parte cognitionis disponentis, sive principii: tertia, à parte motivi. Et sic patet, quòd primum homo poterat diligere Deum dilectione naturali, ratione, quâ erat in optimâ habilitate & rectitudine naturali, respectu boni; & ratione, quâ habebat cognitionem naturalem, bene disponentem ad hoc; & ratione, quâ Deus erat sibi summè-bonum: non tamen hoc poterat dilectione gratuitâ.*

* Parte 2. q. 69. m. 1.

ALBERTUS: * *Ex toto corde, ex totâ mente, & ex totâ anima, præcipitur diligi. hoc est, ex tota cordis voluntate, ne alliciatur: ex totâ mentis intentione, ne decipiatur: ex omnibus animæ viribus, ne abstrahatur diligi.*

* in Johan. cap. 21.

¶ De Dilectione Proximi, ait BONAVENTURA: * *Dilectio Proximi ex dilectione Dei nascitur: quia propter Deum, & in Deo, & secundum Deum, est Proximus diligendus. Propter Deum: quia ipse mandavit. 1. Johan 4* * Hoc mandatum habemus a Deo; ut, qui diligit Deum, diligat & fratrem suū. *In Deo: id est, eâ affectione diligere debet Proximum, quâ Deum; id est, eâ formâ. Secundùm Deum: id est, ad hoc diligere debemus Proximum, ad quod nos diligit Deus; id est, ad salutem animæ, & profectum in spiritu. Hoc est verè, & pure & ordinate diligere. Verè; & non ficte: sicut illi, qui verbo tantum & linguâ diligunt; non opere & veritate. Purè; & non ex carnali-affectione: non pro utilitate propria; non ex casuali affectione, & seculari societate tantùm. quæ etsi non sint semper malæ, tamen non sunt meritoria; nisi ex spirituali dilectione accipiant condimentum. Ordinatè: ut non ad vitia & commoda carnis, & temporalem prosperitatem, sed ad æternam salutem.* Itèm: * *Dilectionis Proximi primus gradus esse videtur; Nullum odire, nulli malum cupere. nullius velle bonum impedire, in necessitate Proximo auxilium subventionis non-subtrahere: & breviter, ut nulli faciat malum, vel cupiat, cum voluntatis consensu; & bonum Proximo optet; & faciat, sicut sibi velle deberet, si indigeret. In his duobus consistit impletio illius præcepti:* Diliges proximum tuum, sicut te-ipsum: *scilicet,* * Quod tibi odis ab alio fieri, tu ne alteri facias: *&,* * Quæcunq; vultis, ut faciant vobis homines; hæc & vos facite illis. Hæc est Lex, & Prophetæ. *Hoc enim docet Lex naturæ & Scripturæ pariter, secundùm expositionem sanctorum orthodoxorum.* Itèm: * *Charitas debet habere tria: scilicet speciosam puritatem, fructuosam bonitatem, candidiosam veritatem. Debet enim charitas esse puritate speciosa, ut non sit immunda: bonitate fructuosa; ut non sit dilectio vana: veritate radiosa, ut non sit dilectio ficta.* Itèm: * *De diligendis hæc tradenda sunt: quod, licet omnia opera divina sunt valde bona; quatuor tamen sunt ex iis propriè ex charitate diligenda: scilicet Deus æternus, quod nos sumus, Proximus noster, & corpus proprium. In quorum dilectione, servandus est ordo & modus: ut Deus primò diligatur, & super omnia & propter se: secundò, quod nos sumus, sub Deo, & pro Deo: tertiò, Proximus noster, sicut & nos: quartò, corpus nostrum, infra nos & infra Proximum, tanquam bonum minus præcipuum. Ad hoc autem exsequendum, datur unus charitatis habitus; & duplex mandatum: in quo pendet universitas Legis & Prophetarum, non solum quantum ad vetus Testamentum, verum etiam quantum ad novum.* Itèm: * *Amor, Dilectio & Charitas, inter se distinguuntur. Nam Amor competit rationalibus & irrationalibus creaturis: Dilectio verò, & Charitas, dicitur rationalibus convenire. Item, differunt etiam Dilectio & Charitas. Nam dilectio, quasi de diversis electio, rationalibus convenit, sive justis, sive injustis: charitas verò solùm est justorum.* Itèm: * *Ut imaginem ac similitudinem majestatis divinæ considerans, in cunctis hominibus, ita omnes diligas intima charitatis affectu: omniumq;, & maximè infirmorum, & quorumcunque indigentium, curam geras; dummodò circa spiritualia tibi non fiat noxia distractio: sicut bona mater diligit atq; curat unicum filium prædictum.* Itèm: * *Tripliciter quis Proximo suo nocet: perversitate operis, falsitate sermonis, & improbitate voluntatis. Et propter hoc Legislator primo prohibet nocumentum, quod provenit ex perversitate operis. Perversitas autem operis, quâ quis injuriatur alii, est triplex. Aut enim quis injuriatur alii in propriâ persona; aut in conjunctâ personâ, aut in temporali substantia.* Itèm: * *Affectus dilectionis datus fuit homini, ut diligeret Deum super omnia, & se, & Proximum suum, propter Deum, & secundum Deum; & omnia opera sua diligeret propter factorem, quodlibet juxta suam dignitatem: ut uteretur ministerio creaturæ, ad Dei voluntatem, & suam æternam salutem; & horum omnium delectationem & usum referret, ad creatoris dilectionem & cognitionem: donec ad ipsum perveniret, in quo sibi vivunt omnia, scilicet externâ ratione. Sed ille affectus quasi extinctus est: dilapsus est ad amorem carnis & turpis dilectionis.*

* de Prof. Relig. c. 26.
* vers. 21.
* ibid. c. 23
* Tob. 4 v. 16
* Matth. 7 vers. 12.
* Diat. 7. cap. 30.
* Breviloq. part. 5 c. 8.
* Centiloq. p. 3. c. 46.
* In Regula volentium in Christo vivere.
* Serm. de 10. Præcep.
* de Prof. Relig. c. 8.

¶ De Timore Dei, BONAVENTURA inquit: * *Timor Dei est sicut bonus ostiarius, qui diligenter custodit ostium cordis; ne intret inimicus, id est, Diabolus: & etiam sicut bonus justitiarius, qui perimit maleficos, & suspendit: sicut bonus terrarius & speculator, qui evigilat exercitum.* Itèm: *Timor Dei habet septem effectus. 1. Curat hominem a culpâ perpetratâ. Est enim sufficiens medicina, contra omnia peccata. 2. Custodit hominem à culpa futurâ. 3. Abjicit temporalia vel terrena; quæ sunt sæpè peccandi materia. 4. Contemnit & sustinet temporalia mala; ut evadat æterna. 5. Gratiam & bona opera introducit. 6. Super omnia facit fugere & evadere supplicium gehennæ: facit etiā alios ad melius fugiendum: facit etiam hominem montes & colles transire, ut possit Diabolum fugere, & inferni præcipitium cavere. 7. Meretur stipendium vitæ æternæ. Hominem namq; humiliat; & sic, secundum regulam Salvatoris, ad gloriam exaltat.*

* Diat. 5. cap. 32.

THOMAS ait: * *Timor Dei triplex est: scilicet servilis, qui habet oculum tantùm ad pœnam. in hoc timore est voluntas peccādi; licet actus cohibeatur: qui tamen sequeretur; si separaretur impunitas. Itèm initialis, qui habent oculum partim ad pœnam, partim ad offensam divinam; sed principaliter ad offensam. Itèm filialis, qui habet oculum ad offensam simul & reverentiam; principaliter tamen ad reverentiam.*

* in Apocal. cap. 14.

ALBERTUS: * *Timor alius est initialis: qui est initiū sapientiæ, & donum Spiritûs S. Timor servilis: qui est, quando fasces judicis sic timentur; ut tamē præsentia ipsius ametur: qui sic timet pœnam; quod etiā amat gloriā. Timor filialis: qui timet offensam, cum filius patrē nolit offendere. Timor sponsalis: quia sponsa, si non semper se decorā & speciosā exhibeat, timet differri amplexus spōsi.*

* in Luc. c. 1.

¶ De Spe, ait THOMAS: * *Spes nostra in duobus consistit: scil. in eo, quod exspectatur post mortem; & in auxilio Dei, quo*

* Opusc. 2 contra Saracen.

in hac

hac vitâ juvamur, ad futuram beatitudinem, per opera liberi arbitrii promovendam.

¶ De Confessione, THOMAS ait: * Quando honor Dei, vel utilitas Proximi, hoc exposcit: non debet esse contentus homo, ut per fidem suam ipsi veritati divinæ conjungatur; sed debet fidem exterius confiteri. Itèm: In casu necessitatis, ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem suam aliis propalare: vel ad instructionem aliorum fidelium, sive confirmationem, vel ad reprimendum infidelium insultationem. Sed alio tempore instruere homines de fide, non pertinet ad omnes fideles. Itèm: * Deus, qui omnia videt, & cujus sunt omnia, & actum operis, & confessionem oris, & devotionem cordis, requirit.

* 2. Secund. q. 3. a. 2.

* in Apocal. cap. 13.

¶ De Divinatione, THOMAS inquit: * Divinatio non dicitur, si quis pronuntiet ea, quæ ex necessitate eveniunt; velut in pluribus, quæ humanâ ratione prænosci possunt: neque etiam, si quis futura alia contingentia, Deo revelante, cognoscat. Tunc enim non ipse divinat, id est, quod divinum est, facit; sed magis, quod divinum est, suscipit. Hoc autem constat esse peccatum. Unde divinatio semper est peccatum.

* 2. Secund. q. 95. a. 1.

¶ De Magiâ, THOMAS ait: * Imagines, quas Astronomicas vocant, ex operatione dæmonum habent effectum. cujus signum est, quòd necesse est eis inscribi quosdam characteres; qui naturaliter ad nihil operantur. Non enim est figura actionis naturalis principium. Sed in hoc distant astronomicæ imagines à necromanticis, quod in necromanticis fiunt expressæ invocationes, & præstigia quædam: unde pertinent ad expressa pacta, cum dæmonibus inita. Sed in aliis imaginibus sunt quædam tacita pacta, per figurarum seu characterum quædam signa. Itèm: * Si simpliciter adhibeantur res naturales, ad aliquos effectus producendos, ad quos putantur naturalem habere virtutem: non est superstitiosum, vel illicitum. Si verò adjungantur, vel characteres aliqui, vel aliqua nomina, vel aliæ quæcunque vanæ observationes; quas manifestum est naturaliter efficaciam non habere: erit superstitiosum, & illicitum. Et: Ad dominium divinæ majestatis pertinet, cui dæmones subsunt; ut eis utatur Deus, ad quodcunque voluerit. Sed homini non est potestas super dæmones commissa; ut eis licitè possit uti, ad quodcunque voluerit: sed est ei contra dæmones bellum indictum. Unde nullo modo licet homini, dæmonum auxilio uti per pacta tacita, vel expressa.

* 2. Secund. q. 96. a. 2.

* ibid. a. 2.

De Astrologiâ, idem THOMAS ait: * Si quis consideratione astrorum utatur, ad præcognoscendos futuros casus, vel fortuitos eventus; aut etiam ad cognoscendum per certitudinem futura opera hominum: procedit hoc ex falsâ & vanâ opinione. & sic operatio dæmonis se immiscet: unde erit divinatio superstitiosa & illicita. Si verò aliquis utatur consideratione astrorum, ad præcognoscendum futura, quæ ex cœlestibus causantur corporibus; puta siccitates & pluvias, ac alia hujusmodi: non erit illicita divinatio, nec superstitiosa. Itèm: * Sunt aliqui, qui res humanas fatali necessitati siderum subdunt, contra illud, quod dicitur Jerem. 10. * Secundum autem hunc errorem, tollitur orationis fructus. Nam, si necessitati siderum vita nostra subjicitur: non potest circa hoc aliquid immutari. Frustra igitur orando peteremus, vel aliqua bona consequi; vel liberari à malis. Et: * Error est Mathematicorum, dicentium homines fatalibus stellis obligatos: ita scilicet, quòd eorum opera sint necessitati stellarum subjecta. Et: * Virtus cœlestium corporum, ad immutanda corpora inferiora, se extendit. Et ideò, si aliquis judicio astrorum utatur, ad prognoscendum corporales effectus, putà tempestatem & serenitatem aëris, sanitatem vel infirmitatem corporis, vel ubertatem & sterilitatem frugum, & similia, quæ ex corporalibus & naturalibus causis dependent: nullum videtur esse peccatum. Nam omnes homines, circa tales effectus, aliquâ observatione utuntur corporum cœlestium. sicut agricolæ seminant & metunt certo tempore, &c. nautæ navigationem vitant in plenilunio, vel etiam in Lunæ defectu: Medici, circa ægritudines, criticos dies observant; qui determinantur secundùm cursum Solis & Lunæ. Unde non est inconveniens, secundum aliquas alias occultiores stellarum observationes, circa corporales affectus, uti astrorum judicio. Hoc autem oportet tenere, quod voluntas hominis non est subjecta necessitati astrorum. Alioquin periret hominis liberum arbitrium: quo sublato, non deputarentur homini bona opera, ad meritum; neque mala ad culpam. Et ideò certissimè tenendum est cuilibet Christiano, quod ea, quæ ex hominis voluntate dependent, (qualia sunt omnia humana opera) non ex necessitate astris subduntur. Et ideò dicitur Jerem. 10. * A signis cœli &c. Sed diabolus, ut homines pertrahat in errorem, immiscet se operationibus eorum, qui judicia astrorum intendunt. Et ideò Augustinus inquit, 2. de Doctrinâ Christianâ: quod tales astrorum observationes referendæ sunt, ad quædam pacta cum dæmonibus habere: secundum illud, 1. Corinth. 10. * Nolo vos fieri socios dæmoniorum. Et ideò certo tenendum est, grave peccatum esse, circa ea, quæ à voluntate hominis dependent, judicio astrorum uti.

* 2. Secund. q. 95. a. 5.

* Op. Theol. part. 2. c. 6.

* vers. 2.

* de Artic. fidei. 4.

* 1. Summ. q. 37. a. 2.

* vers. 2

* vers. 20.

De Idololatriâ, ALEXANDER ait: * Idololatria est exhibitio honoris, soli Deo debiti, creaturæ. Itèm: * Idololatria enim tunc dicitur esse, quando aliquid numinis creditur inesse creaturæ; & ei servitus exhibetur, quæ propriè debetur creatori. Unde, diligere aliquid supra Deum, dicitur dupliciter: vel cùm diligitur contra voluntatem Dei, & contra ejus præceptum. & hoc modo non dicitur idololatria. Alio verò modo dicitur aliquid diligi supra Deum: quando honor exhibendus est Domino in adoratione; & hujusmodi exhibetur creaturæ. & hoc modo, non cum omnis amore indebito creatura est idololatria. Per hoc patet, quòd aliter est idololatria, respectu amoris, qui est charitas; & aliter, respectu amoris illiciti. Amor enim charitatis, secundum quod in Deum refertur, ad latriam pertinet: sed non dicit totam rationem latriæ. Debemus enim Deo amorem, non tantum super omnia; sed etiam fidem, & majestatis reverentiam, & sacrificiorum exhibitionem. Amor autem indebitus creaturæ potest exhiberi, sine illis. Itèm: * Licet non ponat, Deum esse summum bonum, summè-potentem, summè-sapientem: hoc non convenit idolo, vel spiritui in idolo præsidenti. Nihilominus tamen ratio humana, respiciens ad effectum, & non diligenter, sed particulariter, & per hoc decepta, incidit in idololatriam. &c. Quòd-si homo pertractaret secundùm rationem rectam: inveniret, creatorem & gubernatorem esse colendum; creaturis verò nullatenus cultum divinum esse exhibendum. secundum quod dicitur Sapientiæ 13. * Si specie rerum delectati, deos putaverunt: quantò magis dominator eorum speciosior est, &c. Quia verò respiciebant, in aliquibus necessitatibus, ad aliquam virtutem adjutricem, secundum quod æstimabant, nec elevabant intellectum ad summam causam, à quâ est omne adjutorium, & universaliter esse & bonum: ideò in idololatriam & superstitionem incidebant. Itèm: * Idololatria dicitur esse causa omnis mali, per occasionem; non essentialiter. Non enim necesse est, peccantem peccato idololatriæ, cadere in alia genera peccatorum: sed, si in-tantum desipit ratio humana; ut creaturam pro creatore colat: verisimile est, ut in aliis desipiat; in quibus, propter delectationem alicujus boni mutabilis, contemnitur majestas Dei præcipientis. Ad illud verò, quod objicitur, quòd idololatria est causa, initium & finis, omnis mali; dicendum est: quod ex aliâ & aliâ causâ, dicitur esse initium, & causa, & finis. Initium enim dicitur; quia ab illo peccato facta est inchoatio malorum, in ipsis Gentilibus. Causa verò, quia disponebat magnitudo illius erroris, ad corruptionem errorum, in aliis generibus peccatorum. Finis verò; quia propter hoc, ut placerent spiritibus in idolis præsidentibus, & ab eis impetrarent, secundum quod credebant, plurima mala perpetrabant. Itèm: * Peccatum idololatriæ causa est, sive occasio, peccati contra naturam: ut notetur, quòd ad deordinationem hominis, respectu naturæ ultimæ, sequatur deordinatio voluntatis humanæ, respectu naturæ particularis. Et est illud peccatum, non tantum peccatum; sed pœna peccati, & ideo dicitur, quod Deus tradidit eos in reprobum sensum, id est, permisit tradi. In-quantum enim est peccatum, est à mala voluntate hominis: in-quantum autem est pœna, est à Deo. & rectè punitur in illo, ut ex hoc intelligat enormitatem sui peccati. Si enim tanta enormitas est, facere contra naturam propriam: quantò magis est facere contra naturam increatam; à quâ est principium esse humani? Itèm: Peccatum idololatriæ maximum est; eò quod maximè opponitur rectitudini fidei. Destruit enim totaliter primum, quod est in fide, scilicet credulitatem Dei omnipotentis, creatoris cœli & terræ.

* Parte 3. q. 19. a. 3.

* Parte 2. q. 176. m. 4.

* ibid. q. 178. memb. 2.

* v. 3. 4. 5.

* ibid. m. 4.

* ibid. m. 3.

BONAVENTURA inquit: * Idololatria est falsa & superstitiosa protestatio majestatis divinæ, in idolo. Idololatriæ duæ sunt species. Una est in rebus naturalibus: alia in rebus artificialibus. &c. Committitur autem tripliciter, scil. protestatione cordis, ut credere de creaturâ, quòd sit omnipotens, quod est proprium Creatoris: confessione oris; ut est, non solùm credere, sed etiā verbis exprimere: exhibitione operis; ut fit in reverentiâ & in sacrificiis.

* Centiloq. p. 1. s. 40.

¶ De Juramento, inquit BONAVENTURA: * Primò juramentum

* Serm. de 10 Præcep.

ramentū debet fieri in Veritate unde dicit: Non assumes nomē Domini Dei tui in vanū, *h. e. sine veritate. Intelligendū aūt est, quòd est duplex juramentum. scil. assertorium, & promissorium.*

THOMAS ait: * *Assumitur ab homine divinum nomen tripliciter. Uno modo, per modum juramenti, ad propria verba confirmanda: alio modo, per modum adjurationis, ad alios inducendum: tertio modo, per modum invocationis, ad orandum vel laudandum.* Itèm: *Duplex est modus jurandi. Unus quidem, per simplicem contestationem: sicut cùm aliquis dicit, Est mihi Deus testis, vel, Coram Deo loquor, vel per Deum; quod idem est, ut dicit Augustinus. Alius modus jurandi est, per exsecrationem: dum scilicet aliquis se, vel aliquid ad se pertinens, ad pœnam obligat; ut sit verum quod dicitur.* Et: * *Duplex est juramentum. Unum quidem, quod fit per simplicem contestationem; in quantum scilicet testimonium Dei invocatur. Et hoc juramentum innititur divinæ veritati, sicut & fides. Fides autem, per se quidem, & principaliter est de Deo, qui est ipsa veritas: secundariò autem de creaturis; in quibus veritas Dei relucet. Et similiter juramentū principaliter refertur ad ipsum Deum; cujus testimonium invocatur: secundario autem assumuntur ad juramentum aliquæ creaturæ, non secundum se; sed in-quantum in eis divina veritas manifestatur. Alius autem modus juramenti est per exsecrationem. & in hoc juramento inducitur creatura aliqua, ut in quâ divinum judiciū exerceatur. & sic solet homo jurare per caput suum, aut per filium suum, aut per aliquam aliam rem, quam diligit: sicut & Apostolus juravit, 2. Corinth. 1.* * *dicens:* Ego testem Deum invoco in animam meam.

[* 2. Secund. q. 89. a. 1] [* ibid. a. 2.] [* vers. 23.]

¶ De Blasphemiâ, ALEXANDER ait: * *Blasphemia propriè dicta est in Deum. Quod aut dicitur in Sanctos, vel in creaturam, hoc est, quia in illis blasphematur Deus, qui est conditor creaturæ, & rector & dator sanctitatis. Directè ergo, & indirectè, omnis blasphemia est in Deum. Ponitur iterum definitio blasphemiæ talis: Blasphemia est, per quam de Deo ipso falsa dicuntur.*

[* Parte 2. q. 48. m. 1.]

ALBERTUS: * *Blasphemia est impositio falsi in Deum. Quæ duobus modis fit: vel quando Deo attribuitur, quod non convenit, vel quando aufertur ab eo, quod sibi soli convenit.*

[* in Luc. c. 5.]

¶ De Sabbato, THOMAS inquit: * *Præceptum de sanctificatione Sabbati, literaliter intellectum, est partim morale, partim autem ceremoniale. Morale quidem, quantum ad hoc; quòd homo deputet aliquod tempus vitæ suæ, ad vacandum divinis. Inest enim homini naturalis inclinatio ad hoc, quòd cuilibet rei necessariæ deputet aliquod tempus: sicut corporali refectioni, somno, & aliis hujusmodi. Unde etiam spirituali refectioni, quâ mens hominis in Deo reficitur, secundùm dictamen naturalis rationis, aliquod tempus deputet homo. Et sic, habere aliquod tempus deputatum, ad vacandum divinis, cadit sub præcepto morali. Sed quantum in hoc præcepto determinatur speciale tempus, in signum creationis mundi, sic est præceptum ceremoniale. Sic etiam ceremoniale est, secundum allegoricam significationem; prout fuit signum quietis Christi in sepulcro, quæ fuit septimâ die: & similiter secundum moralem significationem, prout significat cessationem ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deo & secundum hoc, quodammodò est præceptum generale. Similiter etiam ceremoniale est secundum significationem anagogicam, prout scilicet præfigurat quietem fruitionis Dei, quæ erit in patria. Unde præceptum de sanctificatione Sabbati, ponitur inter præcepta Decalogi, in-quantum est præceptum morale, non in-quantum est ceremoniale.* Itèm: * *Opus corporale, pertinens ad conservandam salutem proprii corporis, non violat sabbatum. Non enim est contra observantiam Sabbati, quòd aliquis comedat, & alia hujusmodi faciat, quibus salus corporis conservatur. Et propter hoc Machabæi non polluerunt sabbatum, pugnantes, ad sui defensionem, die sabbati; ut legitur 1 Mach. 2. Similiter nec etiā Elias, fugiens a facie Jezabel in die sabbati. Et propter hoc etiam Dominus, Matth. 12. excusat Discipulos suos; qui colligebant spicas in die sabbati, propter necessitatem, quā patiebantur. Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad salutem corporalem alterius, non est contra observantiā sabbati. Unde dicitur Joh. 7.* * Mihi indignamini, quia totum hominem &c. *Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad imminens damnum rei exterioris vitandū, non violat sabbatum. Unde dicit Dominus Matthæi 12.* * Quis erit ex vobis homo, &c. Itèm: † *Observatio festorum non impedit ea, quæ ordinantur ad hominis salutem, etiā corporalem. Unde Dominus arguit Judæos, dicens Joh. 7.* * Mihi indignamini, quia totum hominem &c. *Et inde est quod Medici licitè possunt omnes medicari, in die festo. Multò magis autem observanda est salus Reipublicæ, per quam impediuntur occasiones plurimorum, & innumera mala corporalia & spiritualia; quam salus corporalis unius hominis: & id est, pro tuitione Reipublicæ fidelium, licitum est justa bella exercere, in diebus festis: si tamen hoc necessitas expostulat. Hoc enim esset tentare Deum; si quis, imminente tali necessitate, vellet a bello abstinere. Sed necessitate cessante, non est licitum bellare, in diebus festis.*

[* 2. Secund. q. 122. a. 4.] [* ibid. q. 123. art 4.] [* vers. 23] [* vers. 11.] [† 2. Secunda. q. 40. a. 4.] [* vers. 23.]

¶ De sanctificatione Nominis divini, ALBERTUS ait: * *Sanctificatur nomen divinum in nobis, sex modis. 1. Emundatur, per immundantium & inquinantium abjectionem. 2. Depuratur autem, per impurorum separationem. 3. Manifestatur, per obscurantium ipsum illuminationem. 4. Clarificatur, per venustantiū ipsum appositionem. 5. Confirmatur, per inscriptionem. 6. Per fortissimam cordis impressionem.*

[* in Luc. cap. 11.]

¶ De Exercitiis pietatis, ait BONAVENTURA: * *Servus Dei in his quatuor exercitiis debet versari: ut Deo intendat, orando, psallendo, meditando, studendo devotioni: aut de Deo tractet, legendo, studendo, secum conferendo, disserendo, docendo: aut pro Deo laboret, operando serviendo, corpus castigando, & virtutibus studendo: aut corporis refectioni moderatè indulgendo quiescendo, dormiendo, cibum vel potū sumendo, ad hoc, ut corpus possit spiritui servire.*

[* de Prof. Relig. c. 32.]

¶ De Simoniâ, THOMAS ait: * *Simonia hæresis dicitur, secundum exteriorem protestationem: quia in hoc quod aliquis vendit donum Spiritus sancti, quodammodo protestatur, se esse dominum spiritualis boni: quod est hæreticum.* Itèm: *Accipere pecuniam pro spirituali sacramentorum gratia, est crimen Simoniæ. Accipere autem aliqua, ad sustentationem eorum, qui sacramenta Christi ministrant secundum ordinationem Ecclesiæ & consuetudines approbatas, non est Simonia, neq; peccatum. non enim sumitur, tanquam preciū mercedis, sed tanquam stipendiū necessitatis.*

[* 2. Secund. q. 100. a. 1]

¶ De Honore Parentum, ait ALEXANDER: * *Honor aliquando est actus reverentiæ, & idem honorare, quod revereri. Secundum quem modum exponitur, Levit. 19.* * Unusquisque patrem & matrem timeat, *id est, revereatur. Secundum quem modum dicit Apostolus:* * Honore invicè prævenientes. *Aliquando Honor est actus obedientiæ: & sic honorare idem est, quod obedire. Secundùm quam significationem, exponitur hoc præceptum Deut. 21.* * Si invenerit homo filium contumacē; qui non audiat patris & matris imperium, & coërcitus obedire contemserit: apprehendent eum. *Aliquando honorare dicitur actus obedientiæ. Secundùm quod Dominus exponit illud præceptū, Matth. 15.* * *ubi Dominus arguit Scribas, qui filios Hebræorum docuerant, ut voverent res suas Deo; & sic subtraherent a beneficio parentum: cum dicitur;* Deus dixit, Honora patrem & matrem. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri & matri; Munus, quodcunq; est ex me, tibi proderit: & non honorificaverit patrem suum, &c. & irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram. *Ponit ibi Dominus verbū, quod Scribæ & Pharisæi docuerant filios Judæorum, ut patribus indigentibus responderent: ut postulanti patri beneficium filius responderet;* Munus, quodcunq; est ex me, tibi proderit. *quasi diceret: Quicquid possum dare ex me, hoc est munus, quod ex me tibi proderit, id est ad utilitatem tuam erit, & perfectum, & beneplacitum. Hoc autem dicentes, subinferebant, se nihil posse dare; cum omnia devovissent. Itèm nota, quod est pater spiritualis, temporalis, & naturalis. Spiritualis, ut Prælatus clericis; cui debetur honor Rom. 13.* * Cui honorem, honorem. *Pater temporalis, secularis Princeps laicus, cui debetur honor 1. Pet. 2.* * Regem honorificate. *Pater naturalis, qui generat, cui etiam debetur honor, secundùm quod dictum est. Tot ergo modis accipitur, Honora patrē.*

[* Parte 3. q. 4 ... 5] [* vers. 3.] [* Rom. 12] [* vers. 18] [* vers. 4. & c.] [* vers. 7.] [* vers. 17]

¶ De Otio, inquit ALEXANDER: * *Otium secundùm quod dicitur improba voluntas, quiescendi ab opere justæ necessitatis, & piæ utilitatis, quandoq; veniale peccatum est; quandoq; mortale. Veniale peccatum est, cum sit delectatio in aliquo, quod est citra Deum, quod est apparens delectabile: mortale verò, cùm præponitur aliquod commutabile bonum incommutabili.*

[* Parte 2. q. 126. m. 2]

¶ De Irâ, ALEXANDER: * *Irasci, secundùm se non est malum, sive peccatum: unde non semper est malum culpæ. Imo alicubi dicitur, quod est bonū gratiæ, sicut patet Eph. 5.* * *super illud:* Irascimini, & nolite peccare. *Glossa: Irascimini vobismet-ipsis de præterito peccato, quod est pœnitentia. Quid est enim homo pœnitens; quam irascens sibi, ut accipiat veniam: id est, de se-ipso exigit pœnam. Et postea sequitur: Indignamini vobismet-ipsis tanta vehementiâ,*

[* Parte 2. q. 156. m. 2.] [* vers. 26.]

mentia, ut peccare desistat : quia super hanc etiam non occidit se justitia; sed potius illi irradiat illud. Ergo etiasci determinat bonum gratia, quia virtuosum est illud. Item aliquando determinat bonũ natura. Sic loquitur de ipsâ damnatione, cùm dicitur: Quod ira est fervor sanguinis, &c. Item aliquando determinat malum pœna, scilicet secundùm quod importat pœnam quandam. quod aliquando dicitur cum culpa, aliquando sine culpa Prout sine culpa & turbatione. sic fuit in Christo. Christus enim assumsit pœnalitates nostras & angustias, ad liberationem generis humani : sed sine perturbatione accepit illas. Item aliquando dicitur malum culpa secundùm quod habetur Matth. 5. * super illud : Omnis qui irascitur fratri suo. Glossa: Subitus motus, cui non consentitur propassio est : accedente consensu, passio est, mors in domo. Et tangit ibi iram venialem & mortalem. Venialis dicitur propassio: mortalis, cui consentitur. Nam sic dicit Glossa, eodē capite,* super illud; Qui viderit mulierem : Propassio est subitus motus, sine deliberatione boni vel mali operis. Passio, est affectatio deliberati animi, si fit locus perficiendi. unde ira propassio est venialis : quia hæc est motus iræ primus. qui non est in potestate nostrâ; cui non præbetur consensus. Unde Glossa super illud, Irascimini, dicit: Si motus animi surgit, qui non est in potestate nostrâ; non ei consentiat ratio : venialis enim ira est, qui non ducitur ad effectum.

* vers. 20
* vers. 28.

¶ De Invidiâ, BONAVENTURA inquit: * Invidia est tristitia alienæ felicitatis, & in adversitate lætitia.

THOMAS ait: * Invidia nihil aliud est, quam tristitia de prosperitate alienjus.

* Diet. 1 cap. 4.
* .. Job. cap. 5.

¶ De Tristitiâ, ALEXANDER: * Tristitia dicitur esse peccatum ad mortem, dupliciter. Uno modo, quando terminatur in desperationem veniæ. & tunc propriè dicitur esse peccatum ad mortem: & hoc modo est peccatum in Spiritum sanctum. & irremissibile. Alio modo dicitur tristitia esse ad mortē; quia scil. ordinat ad mortem culpæ quia sicut bona tristitia, quæ est pœnitentia, ordinat ad vitam : ita tristitia seculi ordinat ad mortem hoc est ad culpam. Et hoc modo dicitur 2. Cor. 7. * quod tristitia seculi mortem operatur. Sed hoc modo non est peccatum maximum. & irremissibile: quia in multis accidit, qui sunt ad hoc dispositi; sicut in Melancholicis. Unde multoties contingit, ex infirmitate melancholiæ, vel etiam alia: & ideo non dicitur maximum esse peccatum, nec irremediabile.

* Parte 2. q. 17. m. 8.
* vers 10.

¶ De vindictâ, ALEXANDER ait: * Expetere vindictam privatæ personæ non est licitum : expetere verò vindictam, personæ Judicis uno modo est licitum; alio modo illicitum. Licitum, ex charitate & zelo justitiæ : illicitum ex odio & libidine iræ. Licitum, desiderio correctionis. illicitum, desiderio afflictionis. Et hoc est, quod dicit Augustinus, super Matth. 5. Non prohibetur vindicta quæ fit ad correctionem. Sed hoc etiam non conceditur, nisi ei, cui potestas ordine data est. & sine ira : ut patri in filium. Ad illud ergo, quod primò objicitur; quod non peccat qui justè vult vindicare. nec qui exigit debitum; dicendum : quòd si privata persona per se vellet vindicare, cùm non habet vindicatiam potestatem, vellet vindicare injustè. Injusta est enim vindicatio, quæ à non-habente vindicativam potestatem infertur.

* Parte 3. q. 47. m. 2.

¶ De Rixâ, seu Contentione, ait THOMAS: * Rixa videtur esse quoddam privatum bellum quod inter privatas personas agitur, non ex publicâ aliquâ authoritate: sed magis ex inordinata voluntate & ideo rixa semper importat peccatum : & in eo quidem, qui alterum invadit injustè. est peccatum mortale. Inferre enim nocumentum Proximo, etiam opere manuali, non est absq; mortali peccato. In eo autem, qui se defendit, potest esse sine peccato; & quandoq; cum peccato veniali; & quandoq; cum peccato mortali : secundum diversum motum animi ejus; & diversum modum se defendendi. Nam, si solo animo repellendi injuriam illatam, & cum debitâ moderatione, se defendat, non est peccatum : nec propriè potest dici rixa, ex parte ejus. Si vero cum animo vindictæ, vel odii. vel cum excessu debitæ moderationis, se defendat; semper est peccatum. sed veniale quidem, quando aliquis levis motus odii vel vindictæ se immiscet; vel cum non multum excedit moderatam defensionem : mortale autem, quando obfirmato animo in impugnantem insurgit, ad eum occidendum. vel eum graviter lædendum.

* 2 Secund q. 41. a 1

¶ De Homicidio, THOMAS inquit: * Occisio hominis prohibetur in Decalogo, secundùm quod habet rationem indebiti. Sic enim præceptū continet ipsam rationē justitiæ. Lex autem humana hoc concedere non potest quod licitè homo homo indebitè occidatur. Sed malefactores occidi. vel hostes Reipublicæ, hoc non indebitū. Unde hoc non contrariatur præcepto Decalogi : nec talis occisio est homicidiū. quod præcepto Decalogi prohibetur : ut Augustinus dicit, in 1 de Libero arbitrio. Quādo filii Israel, præcepto Dei, tulerunt Aegyptiorū spolia, non fuit furtū quia hæc eis debebantur, ex præcepto Dei. Similiter & Abraham, cùm consensit in homicidiū : quia debitum erat, eū occidi per mandatū Dei, qui est dominus vitæ & mortis. Ipse enim est, qui pœnā mortis infligit omnibus hominibus, justis & injustis. pro peccato primi Parentis : cujus sententia si homo sit executor, authoritate divina : non erit homicida; sicut nec Deus. Et similiter etiā Oseas, accedens ad uxorē fornicariam, vel mulierem adulterā non est mœchatus vel fornicatus: quia accessit ad eam, quæ sua erat, secundum mandatū divinum; qui est author institutionis matrimonii. Sic ergo præcepta ipsa Decalogi, quantum ad rationem justitiæ, quam continent, immutabilia sunt. sed quantum ad aliquam determinationem, per applicationem ad singulares actus; ut scilicet hoc vel illud sit homicidium, furtum vel adulterium, aut non; hoc quidem est mutabile quandoque, sola authoritate divina : in his scilicet, quæ à Deo solo sunt instituta, sicut in matrimonio, & in aliis hujusmodi. Item: * Principibus, habentibus publicā authoritatem, solum licet malefactores occidere; non autem privatis personis.

* 1 Secund. q 100. a 8
* 2. Secund. q 64 a 3.

¶ De Infirmitate & Malitiâ, dicit ALEXANDER: * Infirmitas respicit pœnam animæ; secundum quod contrahit debilitatem quandam carnis adjunctæ. Malitia vero dicit defectibilitatem voluntatis. secundum se-ipsam; quæ tamen nascitur ex corruptione voluntatis præcedentis. Et ita differt ratio potentiæ: secundùm quod Infirmitas dicitur defectus potentiæ; & secundum quod Malitia dicit defectibilitatem potentiæ, quæ est voluntas, propria corruptione.

* Parte 2. q 102 m 3 artic. 3.

¶ De Bello, ait THOMAS: * Quòd aliquod sit justum, tria requiruntur. Primò quidē, authoritas Principis, cujus mandato bellum est gerendum. Non enim pertinet ad privatam personam, bellum movere : quia potest jus suum in judicio superioris persequi. Similiter etiam, convocare multitudinem, quod in bellis oportet fieri, non pertinet ad privatam personam. Cum autem cura Reipublicæ commissa sit Principibus : ad eos pertinet, Rempublicam civitatis, vel regni. seu provinciæ sibi subditæ, tueri. Et sicut licitè eam defendunt materiali gladio, contra interiores quidem turbatores, dum malefactores puniunt; secundum illud Apostoli, Roman. 13. * ita etiam gladio bellico ad eos pertinet Rempublicam tueri, ab exterioribus hostibus. Unde & Principibus dicitur in Psalmo : * Eripe pauperem & egenum, &c. 2. Requiritur causa justa : ut scilicet illi, qui impugnantur, propter aliquam culpam, impugnationem mereantur. 3. Requiritur, ut sit intentio bellantium recta: quâ scilicet intenditur, vel ut bonum promoveatur; vel ut malum vitetur. Potest autem contingere, ut, si sit legitima authoritas indicentis bellum, & causa justa, nihilominus, propter parvam intentionem, bellum reddatur illicitum. Item: Exercitia hominum, ad res bellicas spectantia, non sunt universaliter prohibita : sed inordinata exercitia & periculosa, ex quibus occisiones & deprædationes proveniunt. Item: * Insidias licitum est uti in bellis justis: nec propriè hujusmodi insidiæ vocantur fraudes; nec justitiæ repugnant, nec ordinatæ voluntati.

* 2. Secund. q. 40. a. 1
* vers. 4.
* 81. v. 4.
* ibid. a. 3.

¶ De Fornicatione, ait ALEXANDER: * Fornicatio aliquando accipitur generaliter, pro quocunque peccato mortali. secundum quod accipitur in Psalm. * Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Aliquando vero accipitur pro peccato carnis communiter. secundum quod accipitur 1. Corinth. 6. * Aliquando vero pro illicito concubitu cum soluta; & hoc propriè: & sic dividit contra adulterium, & alia. Aliquando vero accipitur pro concubitu in secundis nuptiis. Et hoc modo dicit Chrysostomus: Secundam quidem accipere, licitum est, juxta præceptum Apostoli; secundùm autem veritatis rationem, est fornicatio. Sed tamen, permittente Deo, publicè & licenter committitur, fit honesta fornicatio. Et hoc modo fornicatio dicit divisionem suæ carnis in plures; & non determinat peccatum. Reliquis autem modis, peccatum determinant, vel generaliter, vel specialiter, vel specialissimè.

* Parte 2. q. 104 m 2.
* 73 v 27.
* vers. 13.

THOMAS ait: * Duplex est fornicatio. Spiritualis, & hæc est in omni mortali: cùm scilicet anima recedit à suo Sponso. Corporalis: & hæc aliquando dicitur communiter, scil. pro actu illicito carnali. Item: * Licèt aliqui credant adulterium esse peccatū; tamen non credunt, simplicem fornicationem esse peccatum mortale.

* in Apoc cap. 9
de duob. .. ac ch .. c. 23.

Contra

Contra quos Apostolus, Hebr. 13. * [vers. 4.] & 1. Cor. 6. * [vers. 9.] A regno autem Dei non excluditur aliquis; nisi per peccatum mortale. Sed fortè dices: Non est ratio, quare sit peccatum mortale; cùm non detur corpus uxoris, sicut in adulterio. Dico, quòd si non detur corpus uxoris: datur tamen corpus Christi; quod sibi datum fuit, & consecratum in Baptismo. Ulterius sciendum, quod alii dicunt, commixtionem viri & uxoris non esse sine peccato: quod est hæreticũ. Apostolus Hebr. 13. * [vers. 4.] Talis autem conjunctio, aliquando non solùm sine peccato est, sed etiam est ad meritum vitæ æternæ, habentibus charitatem: aliquando est cum peccato veniali; aliquando cum mortali. Quando enim cum intentione procreandæ prolis, tunc est opus virtutis: quando autem cum intentione reddendi debitũ; tunc etiam est opus justitiæ. Quando autem est causâ exercendæ libidinis; tunc est cum veniali: quando scilicet non excedit limites matrimonii. Quando autem excedit; ut scilicet, si posset, extenderet se ad aliam: tunc est mortale. Et: * [2. Secundæ q. 154. a. 2.] Fornicatio, & omnis concubitus, qui est præter uxorem, est peccatum mortale. Itèm: Nihil excludit a regno Dei, nisi peccatum mortale. Fornicatio autem excludit: ut patet per Apostolum, Galat. 5. * [vers. 21.] ubi, præmissa fornicatione, & aliis quibusdam vitiis, subdit: Quòd, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ergo fornicatio simplex est peccatum mortale.

¶ De Adulterio, ALEXANDER: * [Parte 2. q. 166. m. 1.] Adulterium propriè dicitur, cùm ad alienum thorum fit accessus. Nihilominùs tamen dicitur adulterium, cùm conjugatus, vel conjugata, ad personam solutam accedit. Extenso autem vocabulo, dicitur adulterium aliquãdo cum propria uxore: sed hoc est secundum quandam juris interpretationem. Dicitur enim adulterium, cùm ita ardenter diligit uxorem suam; ut, si esset uxor alterius, non minùs carnaliter commisceret se cum eâ. Similitudine ergo adulterinæ libidinis, dicitur adulterium: non quia pœna adulterii ei debeatur, secundùm illud, quod dicitur: Quod adulterium secundum locum tenet in pœnis.

¶ De Superbiâ, ALEXAND. * [Parte 2. q. 119. m. 2.] Superbia est, si creatura velit assimilari creatori. Hoc Diabolo & Homini fuit initiũ perditionis.

INNOCENTIUS ait: * [Serm. 1. de Adv.] Hæc duo vitia, superbia & cupiditas, sunt radix omnium malorum. Nam de Superbiâ legitur, Eccles. 10. * [vers. 15.] Initium peccati superbia est. De Cupiditate, Apostolus 1. Timoth. 6. * [vers. 10.] Radix omnium malorum, est cupiditas.

BONAVENTURA inquit: * [Diæt. 1. c. 3.] Superbia est primum, ac principale, ac capitale vitium. Itèm: Superbiæ sunt septem filiæ: scilicet præsumtio, ambitio, inobedientia, irreverentia, erubescentia boni, & irrisio bonorum vel simplicium, vana gloria, & hypocrisis. Itèm: * [de Prof. Relig. c. 10.] Triplex est superbia. Prima, sibimet-ipsi nimis placere, & majorem reputare, quàm sit in veritate: & hoc est initium omnis peccati. Secunda est, appetere & studere aliis placere, & major velle ab eis credi, quàm sit justior: hæc est inanis gloria. Tertia est, ambire, & aliis præesse, & sub se velle eos esse.

THOMAS: * [in Apocal. cap. 2.] Ex superbiâ omne genus peccati provenit; & extinctio totius boni in homine. Unde, qui superbiam odit, à multis peccatis est procul.

¶ De Humilitate, BONAVENTURA: * [Diæt. 7. cap. 36.] Humilitas est brevis scala devotionis; brevis schola perfectionis; brevis via salutationis. Brevis scala; si vis ascendere: brevis schola; si vis addiscere: brevis via, si vis incedere. Itèm: * [de Prof. Religiosor. cap. 23.] Humilitas est, ex intuitu propriæ conditionis vel fragilitatis, voluntaria mentis inclinatio. Itèm: * [ibid. c. 29.] Triplicem humilitatem debemus habere: in nobis, ad Proximum, & ad Deum. In nobis debemus esse humiles, nosmet-ipsos, ex consideratione propriæ vilitatis, despiciendo: ut omnia, quæ in nobis despicabilia agnoscimus, tam in naturalibus defectibus, quàm fortuitis, & maximè in culpabilibus & vitiosis, diligenter attendamus; & ex eorum intuitu apud nos humiliemur. Secundò, in nobis simus humiles, mores & gestus humiles habendo, & verba humilia & responsa. Tertiò, ut in humilibus obsequiis, operibus & officiis, nosmet-ipsos exerceamus; in quibus apparet vilitas, & quæ alii horrent & despiciunt: ut sordes purgare, rusticalia opera facere, & vestibus vilioribus contentos esse, & cibis, ac aliis similibus. Unde David. 2. Reg. 6. * [vers. 22.] Ludam, & vilior fiam, plus quam factus sum; & ero humilis in oculis meis. Itèm: * [ibid. c. 31.] Ad Proximum debemus esse humiles, primò, meliores & digniores ipsos nobis reputando: non eos despiciendo, vel temere judicando. Secundo honore exteriori invicem prævenientes, reverendo, inclinando locum primum ubiq; præbendo: non eis detrahendo, sed obediendo, obsequendo, promovendo: & eos apud cæteros exaltare, & facta eorum commendare, laudare & extollere; dummodo bona sint: & mala eorum tegere, non fictè; sed purè. Tertiò, patienter eorum infirma opera tolerare, & læsiones sustinere, si quas inferunt nobis; & malum pro malo non reddere, nec odium, nec jurgia, nec clamores, contra eos exercere, & correptiones eorum patienter suscipere. Item: * [cap. 32.] Ad Deum debemus esse humiles, primò, ut ipsum esse Deum, ac dominum & judicem nostrum, humiliter cognoscamus; & ei in omnibus obediamus, sicut servi domino suo, & opus factori suo. &, si peccaverimus ei, ut citò & indignè pœniteamus, & satisfaciamus, & emendemus. Secundo, ut flagella ejus humiliter toleremus, & non remurmuremus correpti, sed justum ejus judicium commendemus, & nos correptione dignos agnoscamus, dicendo: * [Mich. 7. vers. 9.] Judicium Domini portabo; quoniam ipsi peccavi. Tertiò, ut de beneficiis ejus non extollamur: sed agnoscamus, quòd non pro merito nostro; sed purè pro suâ bonitate, dilexit nos, & elegit nos, & vocavit nos, & justificavit ac magnificavit nos.

ALBERTUS: * [in Luc. c. 1.] Humilitas ab humo dicitur: eo quod se in humum, in infimo, prosternit. Spernit enim Mundum; spernit nullum: spernit se-se; spernit se sperni.

¶ De Mendacio, ALEXANDER: * [Parte 2. q. 123. m. 1.] Mendacium accipitur dupliciter. Uno modo, prout definit Augustinus: Mendacium est falsa vocis prolatio, cum intentione fallendi. & sic est species peccati. Alio modo dicitur mendacium, defectus a summa veritate: & hoc modo peccatum dicitur mendacium. Omnis enim peccans, à summâ veritate deficit; sicut deficit a summa bonitate. Itèm: * [ibid. q. 139. memb. 3.] Mendacium duo importat in se: falsam vocis significationem, & fallendi intentionem. Quantum ad falsam vocis significationem, opponitur veritati; secundùm quod veritas distinguitur a bonitate. Prout autem ponit intentionem fallendi, opponitur veritati, prout veritas est sub bonitate. Qui a enim habet intentionem fallendi, fallax est. Fallax autem, non est verax: veracitas autem, est species bonitatis. Itèm: * [ibid. m. 5.] Uno modo falsa vocis significatio, cum voluntate falsum enunciandi: alio modo, enũtiatio falsum enunciare volentis, ut fallat: tertio modo, libido perseverans mentiendi.

¶ De Misericordiâ, BONAVENTURA: * [Diæt. 7. cap. 39.] Misericordia facit hominem decenter conversari, prudenter operari, abundanter remunerari. Itèm: Misericordia est virtus, quæ cunctas superat, modus, qui reum liberat, clavis, quæ cœlũ reserat. Itèm: Septem sunt opera misericordiæ corporalia; & septem spiritualia. Corporalia sunt ista: scilicet esurientem pascere, sitientem potare, nudum vestire, hospitem colligere, infirmum visitare, vinctum liberare, mortuum sepelire. Septem spiritualia sunt ista: scilicet peccata dimittere, peccantem corrigere, pro peccante orare, ignorantem instruere, hæsitantem confirmare; lugentibus consolationem præbere, & ad omnes afflictos cordis compassionem habere.

¶ De Avaritiâ, inquit BONAVENTURA: * [de Invidia. c. 4.] Avaritia est immoderatus amor pecuniæ, acquirendæ, vel retinendæ.

¶ De Usurâ, THOMAS: * [in disput. de Avarit. art. 4.] Dare pecuniam mutuò ad usuram est peccatum mortale. Nec ideò est peccatum; quia est prohibitum: sed potius ideo est prohibitum; quia est peccatum secundum se. Est enim contra justitiam naturalem: & hoc patet, si quis rectè consideret usuræ rationem. Dicitur enim usura ab usu: eò scilicet, quod pro usu pecuniæ precium quoddam accipitur; quasi ipse usus mutuatæ pecuniæ vendatur. Item: Quando aliquis pecuniam mutuat sub hoc pacto; quod restituatur sibi pecunia integra, & ulterius pro usu pecuniæ vult certum precium habere: manifestum est, quod vendit seorsim usum pecuniæ, & ipsam pecuniæ substantiam. Usus autem pecuniæ, ut dictum est, non est aliud, quàm ejus substantia. Unde vendit id, quod non est: vel vendit idẽ bis, scilicet ipsam pecuniã, cujus usus est consumtio ejus. Et hoc est manifestè contra rationem justitiæ naturalis. Unde, mutuare pecuniam pro usurâ, est secundum se peccatũ mortale. Et eadem ratio est de omnibus aliis rebus, quarũ substantia per usum consumitur: sicut patet in vino, tritico, &c. Itẽ: Iste, qui dat usuram patitur injustum, non a se-ipso; sed ab usurario: qui, licèt non inferat ei violentiam absolutam, infert ei tamen violentiam quandam mixtam: quia scilicet necessitatem habenti accipere mutuum, gravem conditionem imponit: ut scilicet plus reddat, quam sibi præstetur. Et est simile, si quis alicui in necessitate constituto venderet rem aliquam multo amplius quàm valeret; esset injusta venditio: sic & usurarii mutuatio est injusta. Itèm: * [de Usuris. cap. 1.] Usura, secundum rationem propriam, dicta est res quæ ex usu æris acquiritur, propter quod dicunt Philosophi usuram dictam, quasi usu æris acquisitam. Unde & illud

[illegible] Psalm. 14. * [illegible] ad [illegible] Theologi verò, considerantes [illegible] & [illegible] subtiliter [illegible] ponentes nomina, [illegible] designantia [illegible] hujus nominis significationem ad incrementa, quæ [illegible] ex usu omnium rerum, per similem usum & rationem; & non tantum pecuniæ. Et ideò vocant Doctores omnem superabundantiam cujuslibet rei, quam parit usus similis ei, à quo primò dicitur usura sicut habetur Ezech. 22.* Et sic accipit ibi usuram & superabundantiam cujuslibet rei, quæ usuræ rationem habet. Significat ergo primò nomen Usura, incrementum, quod parit pecunia, ex usu suo: Secundariò autem significat superabundantiam, quam parit qualibet res ex usu suo, similiter cum usu pecuniæ. Itèm: * Sicut [illegible] aliquis propter pecuniam mutuatam, vel quacunq; alià re, quæ ex ipso usu consumitur pecuniam accipit, ex pacto tacito vel expresso, [illegible] contra justitiam: ita etiam, quicunq; ex pacto, tacito vel expresso, quodcunq; aliud acceperit, cujus precium pecuniâ mensurari potest, simile peccatum incurrit. Si verò accipiat aliquid hujusmodi, non quasi exigens, nec quasi ex aliquâ obligatione, tacita vel expressa, sed sicut gratuitum donum; non peccat. quia etiam, antequam pecuniam mutuasset, licite poterat aliquod donum gratis accipere. Recompensationem verò eorum, quæ pecuniâ non mensurantur, licet pro mutuo exigere; puta benevolentiam & amorem ejus, qui mutuavit, vel aliquid hujusmodi.

¶ De Concupiscentiâ. ALEXANDER inquit: * Concupiscentia dicitur, cujuslibet vis apprehensivæ appetitus, secundùm comprehensionem. Unde rationalis dicitur concupiscere verum, concupiscibilis, præcognitum bonum, irascibilis gloriosum, sensibilis appetitus delectabile Spiritualiter verò. Concupiscentia dicitur multis modis. Nam dicitur appetitus ordinatus, & inordinatus vel indifferens. Ordinatus dicitur, concupiscentia innata superioris partis: secundùm quam dicuntur etiam Mali concupiscere beatitudinem. Inordinatus secundùm partem inferiorem, quæ est sensualitas ex corruptione fomitis. Itèm: * Actus originalis peccati dicitur concupiscentia: secundùm quod dicitur, peccatum remanere actum, & tolli reatum, in Baptismo. Sed concupiscentia dupliciter se habet. Cum est in suo summo: & tunc dicitur regnare peccatum in mortali corpore. Et hoc modo non manet concupiscentia actu, cùm dimittitur originale peccatum per Baptismum. Per gratiam enim Baptismi, tollitur culpa originalis peccati: & debilitatur vitium originalis concupiscentiæ, & extenuatur; ut jam non regnet. Alio verò modo dicitur concupiscentia diminuta, quæ adhuc est; ut habeat spiritus, cum quo pugnet. & hoc modo dicitur concupiscentia, actus originalis peccati. Et ideo dicitur, quòd concupiscentia reatu dimittitur in Baptismate, non ut non sit; sed ut non imputetur peccatum. Unde post Baptismum remanet pœna, non culpa. Itèm: * Concupiscentia est fomes. & dicitur fomes, quia fovet ardorem peccati. Ipse enim fomes ardet in nobis.

¶ De Vanitate, INNOCENTIUS: * Duplex est vanitas. Una naturæ; quæ est mutabilitas conditionis: altera culpæ; quæ est vitium seu peccatum.

¶ De Ignorantiâ, ait ALBERTUS: * Quòd ignorantia non sit peccatum, nituntur quidam probare sic. Ignorantia pura privatio est: Nullum peccatum est pura privatio: Ergo ignorantia secundùm se non est peccatum. Resp. Talis ignorantia non est absolutè nihil; sicut nunc malum, quando est peccatum: quia relinquit subjectum, & debitum ad actum scientiæ: & hoc debitum inducit reatum, cùm sit tempus solvendi. Et, si quæritur; Quando est debitum? dico, quòd in quolibet opere necessario ad salutem, cum facit perversè, quod ex scientiâ juris divini deberet aliter fieri. Et similiter in aliâ ignorantiâ, quoties perversè egreditur in actum sui officii, ex defectu scientiæ: quia tunc est debitum actus scientiæ [illegible].

ALEXANDER: * Ignorantia uno modo dicitur esse peccatum actuale in eo, qui non curat scire, quod tenetur scire. & sic continetur sub actuali peccato, prout est à voluntate non-curandi. Alio verò modo dicitur ignorantia originalis culpa: prout originale peccatum reddit [illegible] arbitrium culpabile, quo-ad ignorantiam, ex parte rationis: quo-ad concupiscentiam, ex parte voluntatis. Et hæc est [illegible] Hugonis, secundùm quod trahimus [illegible] Parent[illegible] originalem concupiscentiam, cum ignorantia. Tertio verò modo, dicitur ignorantia habere quandam [illegible] convenientiam [illegible] convenientiâ cum actua[illegible] transit reatu, & remanet actu: ut in Sacerdote, de quo diximus [illegible]. Aliquando verò transit actus, & manet reatus: ut in illo, qui voluit nescire, & postea addidicit, sed non convertitur de voluntate priori culpabili. & transit actus: quia non remanet jam ignorans: & manet reatus, quia adhuc remanet culpa. [illegible] modo habet mediam rationem: licet sub actuali peccato simpliciter continetur, secundùm quod est peccatum. [illegible]: Peccatum ignorantiæ dicitur multipliciter. Vel cùm peccat aliquis, & nescit se peccare: & tunc dicitur peccare ex ignorantia. [illegible] cùm nescit, & non curat scire. [illegible] peccat gravi peccato, & postea non sentit, quòd graviter peccavit: [illegible] redditur quasi insensibilis, respectu culpæ & pœnæ. Est ergo ignorantia, disponens ad peccatum sequens. & ignorantia materia ipsius peccati, sive circa quod est peccatum: & est ignorantia, consequens peccatum, aggravans ipsum.

¶ De Conscientiâ. ALEXANDER inquit: * Conscientia tripliciter accipitur. Aliquando enim accipitur pro eo, quod scimus: & sic conscientia nec est potentia, nec habitus. Sed [illegible] scibile in anima propriè dicitur potentia, vel habitus. & sic accipitur à Johanne Damasceno, cum dicitur conscientia lex [illegible] intellectûs. Aliquando verò accipitur pro eo, quo conscii sumus: & sic dicitur habitus, quo scilicet conscimus. & sic procedebat secunda objectio; quæ dicebat, quòd conscientia est scientia. Tertio modo accipitur conscientia, pro ipsâ potentiâ, habente vel recipiente illud, quod conscimus: secundùm quod dicitur, quod lex mentis nostræ scripta est in conscientiâ. & sic dicitur conscientia, naturalis potentia animæ.

¶ De Circumstantiis factorum, inquit ALEXANDER: * Circumstantiæ verò, sumtæ juxta attributa negotio, sunt hæ. Prima, est ipsum genus actionis: ut præsentis occisio. Secunda est, cujus rei causâ factum sit. Tertia, est locus. Quarta, tempus. Quinta, modus. Sexta, occasio. Septima, facultas. Octava, eventus. Nona quæ consequuntur ipsum factum. Locus consideratur, in quo res gesta sit: utrum sit sacer, an profanus; publicus, aut privatus. Tempus: ut dies & nox, solennis aut ferialis, jejuniorum aut extra jejunium. Modus est, in quo consideratur, quemadmodum factum sit: utrùm vi, an suasione: & ita de aliis conditionibus. Occasio, est pars temporis, habens in se idoneam alicujus rei faciendi, vel non faciendi, opportunitatem. Facultas est quo aliquid facilius fit; aut sine quo aliquid fieri non potest. Eventus, est exitus alicujus negotii in quo quæri solet, quid ex quâ re evenerit, eveniat, eventurumq; sit.

¶ De novæ Legis præceptis, ait THOMAS: * Præcepta novæ Legis dicuntur esse majora, quam præcepta veteris Legis, quantum ad explicatam manifestationem: sed quantum ad ipsam substantiam præceptorum novi Testamenti; omnia continentur in veteri Testamento. Unde Augustinus dicit contra Faustum: quòd pene omnia, quæ præcepit vel monuit Dominus, ubi adjungebat, Ego autem dico vobis, inveniuntur in illis veteribus libris. sed quia non intelligebant homicidium, nisi peremtionem corporis humani: aperuit Dominus, omnem iniquum motum, ad nocendum fratri, in homicidii genere deputari. Et quantum ad hujusmodi manifestationes, præcepta novæ Legis dicuntur majora, præceptis veteris Legis. Nihil tamen prohibet, majus in minori contineri: sicut arbor continetur in semine. Itèm: * Præcepta novæ Legis, sunt graviora præceptis veteris Legis, quia in novâ Lege prohibentur interiores motus animi, qui expressè in veteri Lege non prohibebantur in omnibus: etsi in aliquibus prohiberentur; in quibus tamen prohibendis, pœna non apponebatur.

¶ Decalogum esse normam vitæ nostræ, BONAVENTURA docet: * Decalogus sacer, qui datus est Moysi in Monte Sinai, ostendit, quomodo nos debemus servare mandata Dei & custodire. Volo vobis ostendere, quòd, sicut octo Partes orationis, sunt fundamentum omnium eorum, quæ exprimi possunt per sermonem in Grammaticâ; & decem Prædicamenta sunt fundamentum omnium eorum, quæ determinantur in Dialecticâ: sic decem Præcepta sunt fundamentum & regula omnium legum & bonorum, quæ sunt in moribus. Nec voluit Dominus, quòd sine ratione data essent decem præcepta Moysi. Et: ut magis clarum sit hoc, quod dicam nota, quod omnis lex non mandat, nisi justitiam. Est enim lex regula justitiæ. Sed justitia est [illegible] quam homo habet ordinari ad Deum; & alia quâ ordinatur ad Proximum. Et secundùm hoc, fuerunt duæ tabulæ datæ Moysi. prima, & secunda. In primâ continentur mandata [illegible]

[illegible] ad [illegible] [illegible], ordin[illegible] ad P[illegible]m.

DE EUANGELIO.

A[L]BERTUS ait: *Euangelizare, est bonum nunciare. Quod omnibus bonis melius, est denuntiatio nova redemtionis.* Item: *Euangelizatio est eorum, quæ proponuntur ex divino oraculo. Et ideo dicitur bona nuntiatio: quia quod ex ore [illegible] Dei, & Angelorum ac Sanctorum annuntiatur, [s]emper est [illegible] num [illegible] ad hoc, quod [illegible] autos reddit, si terret: vel ad bo[num] quod allicit: si promittit: vel qui[a] instruit ad veritatem, si [n]untiat al[i]qui[d] [cr]edivimus.* I[tem]: *Euangelium, bonum nuntium, quod conducit ad regnum: & i[d]eo annunciati [illegible] exhortativè, ita quòd regnum conducat, debet prædicari & doceri.* Et: *Euangelium non habet veritatem, nisi divinam.*

AL[EXANDER] inquit: *Euangelium idem est, quod bonum nuntium. Nuntium relationem ad dominum habet mandantem, & Nunti[u]m denuntiantem. Unde Euangelium ad utrumque habet respectum propter qu[o]d dicuntur esse [illegible] Christi, & Johannis.* Item: *Aliter [o]peratur Deus in Euangelio, aliter in Baptismo. In Euãgelio seu doctrina euangelicâ, Deus inf[un]dit veritatem in mentem Euangel[i]stæ, qui postea eã transfudit in mentes audientium. Ipsa igitur veritas est euangelica quæ quia a Deo erat in mente Euang[eli]stæ, d[ic]itur ibi esse ipsius Dei: quia denuntiatur ab ipso Euangelista in mentes audientium, dicitur esse Euangel[i]stæ. Non est sic in baptismo. non enim transfunditur munditia primò à Deo in baptizantem, & postea ab eo in baptizatum imò immediatè gratia primò & per se purgans, transfunditur sive infunditur a Deo. Quia igitur illud, quod principale est in Baptismo, est a Christo immediatè: ideo dicitur Baptisma Christi, non Petri, vel Pauli.*

INNOCENTIUS ait: *Euangelica prædicatio, de Domino Jesu Christo procedit.*

THOMAS inquit: *Euangelium potest dici tripliciter: scilicet propriè sive appropriatè, communiter, & concessivè. Propriè sive appropriatè dicitur Euangelium, doctrina sive nuntiatio Salvatoris: sicut dicit Augustinus. Communiter autem, eam doctrina Christi, quam Prædicatorum novi Testamenti, qui expressius & plenius annunciaverunt ea, quæ sunt salutis, dicitur Euangelium. & sic accipitur Rom. ultimo.* Et sic accipitur hic. *unde Euangelium dicitur in litera, doctrina sive prædicatio salubrium, facta a prædicatoribus. Concessivè autem dicitur Euangelium, doctrina quorumcunque salubria annunciantiũ, sive in veteri Testamento, sive in novo.* Item: *Euangelium dicitur æternum, quia promittit æterna.* Et: *Lex Euangelii, dicitur Lex nova.*

¶ De Effectu illius. THOMAS ait: *Id, quod est potissimum in lege novi Testamenti, & in quo tota virtus ejus consistit, est gratia Spiritûs sancti, quæ datur per fidem Christi. & ideò principaliter. Lex nova, est ipsa gratia Spiritûs sancti, quæ datur Christi fidelibus. Et hoc manifestè apparet per Apostolum, qui ad Roman 3.* dicit: Ubi est ergo gloriatio tua? &c. *Ipsam enim fidei gratiam, legem appellat. Et expressius ad Roman. 8.* dicitur: Lex spiritûs vitæ, &c. Item: *Ad legem Euangelii duo pertinent. Unum quidem principaliter; scilicet ipsa gratia Spiritûs sancti, interius data. & quantum ad hoc, nova lex justificat. A-liud pertinet ad legem Euangelii secundariò. [scil]icet [do]cumenta fidei, & præcepta, ordinantia affectum humanum, & humanos actus. & quantum ad hoc, lex nova non justificat.*

DE JUSTIFICATIONE.

De Justitia Dei. ALEXANDER ait: *Justitia Dei dicitur tripliciter. Uno modo, respectu exigentiæ meritorum scilicet secundum quod tribuit unicuique secundum meritum. Alio modo, respectu impletionis promissorum & sic dicitur facere de justitia, quando implet quod promisit. Tertio modo, respectu exigentis per[fe]ct[ionem] [illegible] [qu]ia dat uni[cuique] perfectionem, fo[rmam] [illegible] ex[ig]entiam [c]onservationem, & regimen. Secundum hoc utitur [illegible] Dei, respectu perfectionis creaturarum, & regimi[nis] & conservationis earundem. Sed in opere [c]reationis [illegible] [illegible] [illegible] justitia Dei: cùm [c]reatio sit eductio de non-[esse] ad esse. Ergo in operibus creationis nõ est justitia [illegible]* [illegible] ad Roman. 3. Nunc aut[em] [illegible] a De[illegible] [illegible] est [illegible] Justitia Dei dici-

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] malum creatur[illegible] [illegible] scende[illegible] ad [illegible]

¶ De dupl[ici] [justiti]â, A[LEXANDER] [ait]: *Dup[lex] [illegible] [just]itia [e]st enim [illegible] rectitudo [illegible] in conditi[one] [illegible] ipso, prout dicitur [illegible] [illegible] [illegible] [rat]iones sim per[so]na. [illegible] [illegible] [illegible] lu, qua provenit ex gratia gratum [fac]ien[te] [illegible] in actu ver[s]alu pe[cc]ati, et [illegible] [illegible] [Du]plex e[st] [inj]ustitia. Una, quam [illegible] [illegible] habent [illegible] dico de justitia [illegible] ex[illegible] [illegible] in arvulo baptizato fit justitia, mediante Ch[rist]o. Si[c] duplex est injustitia. Una, quam sib[i] [f]acit ut homo a[d]ultus peccans. Alia, quæ sibi fit ex alio: ut parvulus ex peccato Adæ.* It[em]: *Justi[ficatur] [illegible] duobus modis: vel habitu justitiæ vel ab actu sive e[x]erc[itio] justitiæ.*

¶ Qui[d] sit Justificatio. IN[NOCE]NTIUS docet: *Justi[fi]cando & aufertur culpa, & confertur gratia.*

THOMA[S]: *Justificatio importat transmutationem quandam de statu injustitiæ ad statum justitiæ. Et hoc modo loquimur hîc de justificatione impii: secundum illud Apostoli, Rom. 4.* [illegible] qui non operatur &c. *Et quia motus nominatur ma[gis] a termino ad quem, quam a termino a quo: ideo hujusmodi transmutatio, qua aliquis transmutatur a statu injustitiæ, per remissionem peccati, sortitur nomen a termino ad quem, & vocatur justificatio impii.*

¶ De efficiente justificationis. AL[EX]AND[ER] ai[t]: *S[i] Deus debet exigere in pœnâ, quantum commissum est in culpâ: patet, quod debet exigere pœnam infinitam pro peccato Adæ. Aut, [si] admittat satisfactionem: debet fieri satisfactio a tali personâ, in quâ sit infinitum bonum, & a qua sit ordinatio [to]tius humanæ naturæ. Sed nulla pura creatura est hujusmodi: & propter hoc de justitiâ non fuit, ut per puram creaturam fieret hu[jus]modi satisfactio.* Item: *Christus igitur medius seu mediator e[st] conveniens, & concilians: cujus participatione & beneficentia, homo miser & mortalis fieret beatus & immortalis.*

INNOCENTIUS ait: *Inter Deum & hominem, gravis erat inimicitiarum discordia: quoniam homo servum subtraxit & abstulit Deo: quem tradidit & subjecit Diabolo. Pax igitur inter eos fieri rationabiliter non poterat: nisi damnum quod intulerat, restauraret. Homo verò nihil habebat, quod dignè Deu recompensaret pro damno: quia, si quid Deo de rationabili sublatâ substantiâ restitueret, minus esset. Sed hominem non poterat dignè restituere: quia justum & innocentem abstulerat, & neminem, nisi peccatorem, inveniebat. Videns itaque De[us], hominem suâ virtute non posse jugum damnationis evadere; primò prævenit eum per solam misericordiam ut deinde liberaret etiam per justitiam. ut ergo Deus placari posset ab homine: Deus dedit homini gratis; quod homo pro debito redderet Deo. Dedit igitur Deus homini hominem, quem restitueret homo pro homine: qui, ut recompensatio digna fieret, prorsus non solum esset æqualis, sed major. Quocirca Ver[b]um caro factum est: ut daretur hominibus Deus-homo.* Item: *Quis enim dubitet, quin Deus misereri velit illius, quem talem & tantum fecit creando, quem talem & tantum fecit redimendo? Magnum est, quòd creavit: sed majus, quod redemit.*

T[H]OMAS ait: *Humanitas Christi est instrumentalis [cau]sa justificationis: quæ quidem causa nobis applicatur spi[ritu]al[iter] per fidem, & corporaliter per [sa]cramenta [illegible] [illegible] Christi, & spiritu & c[or]p[or]e [illegible]. Ad hoc etiam, ut effectum [just]ificationis, quæ est per [Chr]istum, in nobis percipiamus. [illegible] Cum in infinitum Deus creaturam excedat: erit peccantis mortaliter contra Deum infi[nit]a offe[n]sa, ex parte dignitatis ejus qui per peccatum quodammodo [illegible] [illegible], cùm [illegible] Deus contemnitur, [illegible] p[illegible] [illegible] ejus. Unde, ad hanc offensam abol[en]dam non [illegible] in[illegible] vires humanæ, sed req[u]iritur [illegible] na[illegible] [illegible]. L[illegible]* Peccata remitt[er]e solus [De]us pot[est]. [illegible] [illegible] [illegible] enim contra aliquem commi[ttitur] [illegible] [illegible] contra quem committitur. Peccat[illegible] [illegible] [illegible] ad culpam non [illegible] ab homine [illegible] [illegible]

[illegible] nunc agimus de peccatis [illegible] prout imputa[illegible] [illegible] a Deo. [illegible] igitur solus remittere peccata potest. Adhuc, sicut per peccata homo deordinetur ab ultimo [illegible]: remitti non possunt, nisi homo r[illegible]dinetur in [illegible]. Ho[illegible] autem fit per gratuita d[illegible]na: quæ sunt [illegible] a Deo [illegible] excel[illegible] [illegible]ultatem [illegible] [illegible] Solus igitur [illegible] peccata remittere [illegible]: * Singulare meritum A[illegible] [illegible] hominum, [illegible] poterat, ad totam naturam [illegible] [illegible]: autem per actum singula[illegible] [illegible] hominu[illegible] natura [illegible] vitiata, per ac[illegible] [illegible] est [illegible]. [illegible] in-quantum [illegible] [illegible] statu, per ipsum [illegible] per pœnitentiam [illegible] ad [illegible] ad pristinam inno[illegible] [illegible] justitia donum concessum e[illegible] [illegible] etiam [illegible] est, quod originalis justitia status [illegible] donum gratia. Gratia autem meritu non [illegible] gratia a Deo datur. Sicut igitur primus homo, à [illegible] ipso, originalem justitiam non ex merito habuit, sed ex divino done: ita etiam, & multo minùs, post peccatum, eam [illegible] potuit p[illegible], vel quodcunq; aliud opus agendo. Et: * Illa dona sunt hominibus divinitus gratis data; quæ & ordinem naturæ excedunt, & meritis non acquiruntur. Quamvis & ea, quæ pro merito divinitùs dantur, interdum gratiæ nomen vel rationem non amittant: tum quia principium merendi fuit à gratiâ, tum etiam superabundantius dantur, quam merita humana requirant. sicut dicitur Roman. 6. * Gratia Dei, vita æterna, &c. Hujusmodi autem donorum quædam quidem, & naturæ humanæ facultatem excedunt, & meritis non redduntur: nec tamen ex eo ipso, quòd homo ea habet, redditur Deo gratus: sicut donum prophetiæ, miraculorum, operationum, scientia & doctrina, vel si quæ alia divinitùs conferuntur. Per hæc enim, & hujusmodi, homo non conjungitur Deo: nisi fortè per similitudinem quandam, prout aliquid de ejus bonitate participat. Itèm: * Virtus Christi est sufficiens, ad salutem totius humani generis. Itèm: * Ante adventum Christi, homines Christo incorporabantur, per futurum adventum: cujus fidei signaculum erat circumcisio, ut Apostolus dicit, Rom. 4. * Ante verò, quam circumcisio institueretur: solâ fide, (ut Gregorius dicit) cum sacrificiorum oblatione; quibus suam fidem antiqui Patres profitebantur, homines Christo incorporabantur. Post adventum etiam Christi, homines per fidem Christo incorporantur: secundum illud Ephes. 3. * Habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Sed alio signo manifestatur fides rei jam præsentis, quàm demonstrabatur, quando erat futura. Et ideo, licèt ipsum sacramentum Baptismi non semper fuerit necessarium ad salutem: fides tamen, cujus Baptismus sacramentum est, semper necessaria fuit.

Alb[illegible]: * Christus salutem nostram perfecit. Et: * Christus suo Mundum cruore redemit. Et: † Christus, sicut creator est omnium; ita salvator est omnium. Itèm: Filius hominum, in humanitate nostram salutem est operatus. Itèm: * In Christo J[illegible] salvatore, est receptio salutis. Et: * Ille Deus & homo, mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, qui potens est salvare per hoc, quod est homo, est ille jure & naturâ salvator. Et: * Per opus redemtionis, adoptamur in Filios Dei. Non autem potest adoptio in filium, nisi per filium naturalem, fieri. Et paulò antè: Sicut per Filium est facta creatio: sic per eandem personam debuit fieri recreatio.

¶ De Remissione peccatorum, inquit Alexander: * Remissio peccati potest esse tripliciter. Vel quantum ad deletionem culpæ: & hæc convenit soli Deo. & hoc est per gratiam gratum-facientem: & ratione hujus dicitur dari Spiritus sanctus. Alio modo est remissio peccati, quantum ad solutionem pœnæ: & hæc est collata à Christo homini. Tertio modo dicitur peccatum remitti, quantum ad commutationem pœnæ: & hæc est collata Ministro. Est enim Prælatis data potestas, taxandi pœnam pœnitentis, & commutandi pœnam purgatoriam, in temporalem proportionalem. [illegible]ed ratione hujus, non dicitur dari vel mitti Spiritus sanctus: sed hæc sequitur ad missionem Spiritûs sancti.

Innocen[illegible] ius ait: * Peccatum [illegible] duobus modis remittitur: quo-ad meritum culpæ & [illegible]-ad debitum pœnæ. Itèm: * Per remissionem peccatorum [illegible] atur impius, & [illegible] justificatur iniquus.

Th[illegible]mas ait: * Peccatum remitti nihil aliud est, quàm peccatum non-imputari. Et: * Non hoc habet divina justitia, ut homo, post peccatum, maneat immobiliter in eo. Adhuc, ex divinis bene[illegible] in periculum hominis non [illegible]gatur, & præcipuè ex maximis. Esset autem periculosum homini, mutabilem vitam agenti, gratiam accipere, si post gratiam mutare posset præsertim cum peccata, quæ gratiam præcedunt, remittuntur per gratiam, quæ interdum majora sunt his, quæ post gratiam susceptam homo committit. Non est igitur di[illegible], quod peccata hominis irremissibilia sint, sive ante, sive post commit[illegible]tantur.

Albe[illegible]tus: * Deus remittit peccata, quo-ad culpam [illegible] pœnam: quia operatur sine [illegible] [illegible] & sine [illegible]mento quibus ipse virtutem suam non alligavit.

¶ Meritis su[illegible] [illegible] justificari, Inno[illegible]entius docet: * Cum nemo justificetur, nisi ex dono gratiæ: patet, quod nullus justificatur ex merito vitæ. Nam infusio gratiæ propriè justificatio appellatur: quam Deus nulli concederet, si eum secundum meritorum exigentiam judicaret.

¶ De Gratiâ Dei, ait Innocentius: * Verius videtur, quòd per gratiam veniatur ad veniam; quam per veniam ad gratiam.

Thomas inquit: * Justificatio, secundùm unam causam communem, inest parvulo & adulto: scilicet secundùm gratiam: quæ tamen recipitur in parvulo & adulto diversimodè, secundùm diversam utriusq; conditionem. Omne enim, quod recipitur in aliquo, est in eo, per modum recipientis: & inde est, quod in adulto requiritur gratia, cum usu liberi arbitrii: non autem in parvulo. Et: * Hoc ipsum gratis aliquis nostrùm consequitur, quod efficaciâ meriti Christi consequitur. Et, * Remissionem peccatorum dicit gratis dari. Itèm: * Donum Christi est potentius, quam delictum Adæ: quia restituit hominem in altiorem statum, quam Adam ante peccatum habuit; scilicet statum gloriæ, qui est absque periculo peccandi.

Alber[illegible]us: * Non fit remissio peccatorum, nisi per gratiam. Itèm: * Gratia nunquam nobis deest, ex pietate Patris cœlestis. Sed nos aliquando, ex iniquitate propriâ, desumus gratiæ. Et: Viscerosa, quam Pater habet ad filios, charitas sive pietas; & tangens intus & inclinans misericordia, & super malitiâ præstabilis clementia; & penitus emendans justitia. Hæc enim quatuor in Deo, remittunt omne peccatum. Viscerosa quidem charitas, inclinat affectum: misericordia movet, & turbat, & fluere facit benignè ad miserum: clementia deponit rigorem, & inducit præstandi veniam propositum: justitia autem, ut stabilis sit remissio, quandam exigendo emendationem, perficit peccati purgationem.

¶ De Misericordiâ Dei, inquit Alexander: * Quando peccat peccator, se ad pœnam æternam obligat. Cum autem divina misericordia eum justi[illegible]: remittit omnem culpam, & reatum pœnæ æternæ; quæ inseparabiliter adhæret culpæ. Sed quia misericordia non potest præjudicare justitiæ; cujus est, mala punire: ideo sic solvit a culpâ & pœnâ, ut tamen remaneat obligatus ad aliquantulam pœnam temporalem.

¶ De Mediis justificationis, Thomas ait: * In opere justificationis, homo aliquid operatur, ministerio tantùm, per hoc, quod adhibet Sacramenta. Unde Sacramenta justificare dicuntur, instrumentaliter, & dispositivè.

¶ De necessariis ad salutem, ait Thomas: * Aliquid est necessarium ad salutem, dupliciter: uno modo absolutè, alio ex suppositione. Absolutè quidem necessarium est ad salutem illud, sine quo nullus salutem consequi potest: sicut gratia Christi, & sacramentum Baptismi, per quod aliquis in Christo renascitur. Ex suppositione autem, est necessarium sacramentum pœnitentiæ, quod quidem est necessarium omnibus peccato subjacentibus.

¶ Quorum peccata remittãtur, vel non, [illegible]o[illegible]as ait: * Non possunt per pœnitentiam deleri peccata damnorum & etiam hominum damnatorum: quia a[illegible] eorum [illegible] confirmati in malo: ità quod non potest eis displicere peccatum, in-quantum est culpa, sed solum displicet eis pœna, quam patiuntur: ratione cujus aliquam pœnitentiam [illegible] [illegible] infructuosam habent secundum illud Sapient. 5. * unde talis pœnitentia non [illegible] cum spe veniæ, sed cum desperatione. Tale autem non potest esse aliquod peccatum hominis viatoris: cujus liberum arbitrium flexibile est ad bonum, & ad malum. unde dicere, quòd aliquod peccatum sit in hac vi-

* in diss. de Peccato venia. 11.
* Compend. Theol. c. 145
* in Luc. c. 9
* in Psal. 7. pœn.
Serm. de una Virg.
* Sum. de Veritat. 28. q. 2.
* ib. in. 29. q. 7.
* in Apoc. c. 1.
* in diss. de Pecc. Orig. a. 6.
* in Matt. 3.
* ib. c. 6.
* Part. 4. q. 84. m. 3. a. 2.
* in diss. q. 3. a. 4.
* 3. Sum. q. 84. a. 5.
* 3. Sum. q. 86. a. 1.
* vers. 3.

[illegible] e quo [illegible] pœnitet [illegible] enim e [illegible] Primò quidem, quia per [illegible] &c. tollitur libertas arbitrii. Secundò, quia derogaretur [illegible] gratia, per quam [illegible] tur in usumq; pe- [illegible] ad pœnitendum, secundum illud Proverb. [illegible]. Qui [illegible] re- [illegible] per veram pœnitentiam, a [illegible] pe [illegible] atum remit- [illegible] ri amerroneum. Primò quidem, quia repugnat divinæ misericordiæ, [illegible] dicitur Joelis [illegible]. Vincerctur enim quodammodo [illegible] ab homine: si homo peccatum delere vellet, quod Deus delere non-vellet. Secundò, quia hoc derogaret virtuti passionis Christi, per quam pœnitentia operatur, sicut & cætera sacramenta, cùm scriptum sit [illegible] Johan. 2. Ipse est [illegible] tio pro peccatis, &c. Unde simpliciter dicendum est, quod omne peccatum, in hac vita per veram pœnitentiam deleri potest.

¶ De Ablatione gratiæ, [illegible] THOMAS: *Propriè loquendo, Deus nunquam aufert gratiam ab aliquo: sed dicitur auferre, negative non positive, [illegible] quia non conservat gratiam ei, qui prius habebat [illegible] [illegible] ei, qui non habebat, sed permittit magis [illegible] [illegible] gari a statu [illegible].*

N. [illegible] de Justificatione.

Malè definit ac di[illegible] justificationem ALEXANDER: * *Justificatio*, inquit, *nihil aliud est quam reditus de injustitia ad justitiam. Et justificatio duplex. Una, ad quam homo facit: alia, ad quam non facit, sed est sic. Et debet esse, quòd injustitia, quæ hominis sit, removeatur per justificationem, ad quam facit aliquid.*

Charitati, & ul[illegible]is operibus tribuit justificationem ALEXANDER: * *Charitas, ex parte difficultatis, meretur dimissionem pœnæ; & ex parte intentionis boni, meretur vitam æternam. Parte igitur charitate existente, motus charitatis in inimicum, ratione difficultatis, erit magis meritorius dimissionis pœnæ motus verò charitatis in amicum, ratione intentionis boni, erit magis meritorius vitæ æternæ.* Item: * *In justificatione requiruntur, ex parte justificantis Dei, gratia gratum data, similiter ex parte nostra dolor attritionis. Unde, ad consummatam justificationem, quæ fit solutio a culpa & a pœnâ, requiritur triplex dolor, scilicet antecedens justificationem, & coexistens, & subsequens. Primus est dolor attritionis: secundus est dolor contritionis: tertius est dolor satisfactionis. Et, sicut contritio quodammodo est ex motu liberi arbitrii, qui est ex instinctu fidei formata: sic attritio ex motu liberi arbitrii, qui est ex instinctu fidei informis. Unde præparatio ad justificationem debet esse, secundum convenientiam ad tria, quæ requiruntur ad justificationem.*

BONAVENTURA ait: * *Ad justificationem impii, quatuor concurrunt: scilicet infusio gratiæ, expulsio culpæ, contritio, & motus liberi arbitrii. Expellitur igitur culpa a Dei dono, non à libero arbitrio: non tamen sine libero arbitrio. Nam gratiæ gratum-dantis est, liberum arbitrium revocare a malo, & excitare ad bonum. Et liberi arbitrii est, consentire, vel dissentire: & consentientis est, gratiam suscipere: & suscipientis, cooperari eidem, ut tandem perveniat ad æternam salutem.* Item: * *Sine abundantia meritorum & bonorum operum, nemo quis potest esse concivis civium supernorum.*

THOMAS ait: * *Qui non est in gratia sive in charitate, non meretur aliquâ voluntate vel passione vitam æternam. Nec ille etiam, qui est in charitate, meretur vitam actione vel voluntate non-informatâ charitate. Qui autem non est in charitate, sed propter Deum, patitur, devotione quâdam informali, adverta[illegible] licet non mereatur: tamen per hoc disponitur ad statum gratiæ, in quo poterit mereri.* Item: * *Nota quinq;, quæ circa justificationem considerantur. Primum est, dignatio Dei, peccatorem excitantis. Secundum consensus seu motus liberi arbitrii, se disponentis. Tertium, infusio gratiæ, animam justificantis. Quartum meritum justificati, in gratia proficientis. Quintum, [illegible] [illegible]ationis animam reficientis.* Et: * *Homo, cooperando gratiæ per contritionem, confessionem, satisfactionem, dilectionis fervorem lavat se-ipsum.* Item: * *In justificatione impii, simul est motus liberi arbitrii in Deum, qui est actus fidei, per charitatem formatus in Deum: & motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus pœnitentiæ.*

A[illegible] inquit: * *Venialia peccata multis remediis abluuntur, [illegible] licet, infusione pectoris, oratione dominica, signo [illegible], aspersione aquæ benedictæ, confessione communi, quæ fit in primo & [illegible] [illegible] Missam [illegible] Epi[illegible]. Præter hæc autem habet eamodi [illegible] communia [illegible] mortalia, sicut contritionem, & communionem [illegible] Eucharistiæ & confessionem specialem, & eleemosynæ largitatem, & condonationem injuriæ, quam [illegible] alter.* Item: * *Duplex est justitia [illegible] [illegible] autem condignis, nihil p[illegible] [illegible] peccatoribus, quæ [illegible] justificatione [illegible] [illegible] in [illegible] peccatoribus [illegible] opera de genere bonorum, quæ in quibusdam aliis peccatoribus non [illegible].*

[illegible] ait: *Notandum [illegible] justificationis hujusmodi. Procedit timor, introducit an[illegible] [illegible] & inducit d[illegible] [illegible] pudor & adduc[illegible] [illegible] [illegible] Deleta sunt ei peccata [illegible], &c.*

¶ De Justificatione [illegible] ait A[illegible]: * *Justificatio est exhibitio justitiæ [illegible], de qua [illegible] quæ [illegible] conjungitur ad [illegible] sicut ad [illegible] animatum. [illegible] autem justificatio duo [illegible] modis: active & passive. [illegible] quidem, quando aliquis per judicium reducitur ad justitiam, non-tenens justitiam. Active autem duobus modis scilicet per judicem, & quando aliquis per se-ipsum, sine judicio, reddit alicui, quod suum est.*

DE FIDE.

ALEXANDER inquit: * *Fides, quâ creditur, est lumen animarum: quo quantò quis magis illustratur; tantò magis est perspicax, ad inveniendas rationes, quibus probantur credenda.* Item: * *Fides est donum gratuitum, cum imperfectione. Unde non solùm dicit perfectionem, imo etiam nominat imperfectionem. Nam fides est qua assentit veritati, quam non videt. Hoc, quod dico, assentire veritati, perfectionis est: sed hoc, quod dico, Quam non videt, imperfectionis est.* Et: * *Fides dicitur dupliciter. Est enim fides, quæ colligitur ex rationibus: & est fides, qua homo assentit veritati propter se, ex gratiâ, & non propter rationem. Et hæc secunda fides, non est natura; sed ex natura: imo principium ejus est gratia. Prima ergo fides, est natura: assentit enim natura bene veritati propter rationem, vel propter testimonium. Unde istud assentire, est in lege naturali: & ista fides, sic collecta ex rationibus, vel testimoniis, non est virtus.* Item: *Credere, est assentire veritati primæ, propter se.* Item: * *Fides, hoc est, apprehensio & assensus veritatis divinæ, necessaria est ad salutem. Et causa est: quia cognitio Creatoris necessaria est ad salutem. Et sicut rationalis creatura debet dilectionem summæ majestati; ità assensum primæ veritati.* Item: * *Fides dicitur fundamentum: & non solùm fundamentum, sed primum fundamentum. quia est primus habitus, quo homo super se ascendit: ut sic ascendendo, habitet in ædificio spirituali & cœlesti. & sic unitur cum primo. Præterea, prior est naturâ aliis virtutibus theologicis: & motus ejus essentialiter præcedit, ad generationem motuum aliorum. Unde, ratione quâ est primus habitus, quo homo ascendit supra se, ut sic uniatur primo; & ratione quâ alias præcedit, quæ uniunt Deo, & motus ejus essentialiter motus aliarum: dicitur primum fundamentum. Præterea fides propriè dicitur fundamentum: charitas radix propriè. Alia enim est ratio fundamenti, & radicis. Fundamentum est, quo stat res in esse. Radix est, quo vegetatur & crescit, usque ad terminum debitum.*

INNOCENTIUS ait: * *In domo gratiæ, fundamentum est fides, de qua dicit Apostolus:* † Fides est substantia rerum sperandarum. *Tectum est charitas; de quâ Jacobus ait:* * Charitas operit multitudinem peccatorum. *Ostium, obedientiâ, de quâ Dominus ait:* * Si vis intrare ad vitam; serva mandata. *Pavimentum, humilitas, de qua Psalmista:* * Adhæsit pavimento anima mea. *Quatuor laterales parietes, sunt quatuor principales virtutes, justitia, fortitudo, prudentia, temperantia. Fenestræ sunt, hospitalitas cum hilaritate & misericordia cum largitate.* Item: * *Fides Christi, quæ justificat impium, revera mundat a culpa, sed non semper ab omni pœna.*

BONAVENTURA inquit: * *Omnes, qui salvati sunt, per ministerium ipsius Christi [illegible] licet per fidem, salvati sunt: quia*

qui eni-

[illegible] *ad cœlum* [illegible] *duodecim articulos per A-* [illegible] *duodecim* [illegible] *e, qui cœlum* [illegible] *usque ad cœlum empyreum,* [illegible] *terminatur. Latera autem istius scal-* [illegible] *humanitas. Ista autem scala, fuit per Christum Deum & hominem fabricata: sed nobis fuit per duodecim Apostolos revelata.* Et: * *Fides est virtus, quâ ea, quæ ad fundamentum religionis pertinent, firmiter creduntur.* [illegible] * *Fides debet esse vivens, non mortua.* Item: * *Fides debet etiam esse cœlestis, non terrea: id est,* [illegible] *bus bonis, non de operibus terrenis anxia:* [illegible] *& divina, non humana ratione innixa.* Item: *Fides debet* [illegible] *non infirma contra persecutiones, & pericula universa, & diabolica nocumenta.* Et: * *Fides est fundamentum morum & justitiæ, ac totius rectæ vitæ.* Item: * *Licet per fidem astringamur credere, quæ sunt supra rationem, & generaliter omnia, quæ continentur & asseruntur in canone sacræ Scripturæ: specialiter tamen, & propriè articuli fidei sunt credendi, qui continentur in serie Symboli apostolici. qui quidem uno modo sunt duodecim; si habeatur respectus ad eos, qui Symbolum ediderunt: alio modo quatuordecim, si consideremus, qui radicaliter sunt credendi, tanquam omnium credendorum fundamenta.* Idem, attribuit vocabulo Fidei decem significationes. Dicit enim, quòd *vocabulum Fides aliquando sumatur pro Sponsione. 1. Timoth. 5.* * Primam fidem irritam fecerunt. *Aliquando pro Fidelitate. Hierem. 7.* * Periit fides & sanctitas detersa. *Aliquando pro Scientiâ. Roman. 14.* * Omne, quod non est ex fide, peccatum est. *Aliquando pro Sacramento fidei. Augustinus dicit:* Parvulos habere fidem, non est aliud, quam fidei habere sacramentum. *Aliquando pro Acceptione conclusionis, per rationem probatæ. Boethius dicit:* Argumentum est ratio, rei dubiæ faciens fidem. *Aliquando pro Cognitione comprehensionis. Roman. 1.* * Justitia Dei revelatur fide in fidem. *Gloss. In fidem speciei, quæ fides dicitur, quia fidentissima & certissima est. Aliquando pro Habitu fidei informis. Jacobi 2.* * Fides sine operibus mortua est. *Aliquando pro Habitu fidei formatæ. Roman. 1.* * Justus ex fide vivit. *Aliquando pro Actu fidei. Et sic dicit Augustinus:* Fides est credere, quæ non vides. *Aliquando pro Objecto fidei. Unde dicitur in Symbolo:* Hæc est fides catholica, &c. Item: *Differunt spes & fides. Fides est bonarum rerum & malarum: Spes est tantùm bonarum. Est etiam Fides rerum præteritarum, præsentium, & futurarum: Spes tantùm futurarum. Item, Fides est rerum propriarum & alienarum: Spes est solummodò propriarum.* Item: * *Duo sunt fundamenta fidei: scilicet notitia creatoris, & redemtoris. Isti sunt duo radii, sive duo oculi, dirigentes nos semper in viam mandatorum.*

Thomas ait: * *Ad justificationem impii, non sufficit cognitio naturalis, sed requiritur fides Jesu Christi.* Et: * *Fides est* [illegible] *& fundamentum omnis boni.* Et: † *Fides dicitur altare. Nihil enim Deo est acceptum, quod non offertur spiritualiter in fide.* Item: * *Fides facit justos mortem subire, vel paratos esse.* Item: *Fides enim est, quæ docet & juvat pati adversa, fugere vitia, agere bona, ostendit præmium simul & supplicium, & alia motiva ad bonum: & sic vincit.* Item: * *Quamvis lex vetus non sufficeret ad salvandum homines, tamen aderat aliud auxilium à Deo hominibus, per quod salvari poterant; scilicet fides Mediatoris: per quam justificati sunt antiqui Patres; sicut etiam nos justificamur. & sic Deus non deficiebat hominibus, quin daret eis salutis auxilia.* Et: * *Qui in veteri Testamento Deo accepti fuerunt per fidem, non justificabantur, nisi per fidem Christi.* Item: * *Sanguis Agni, liberans ab exterminatore, linitus super liminibus domorum, significat fidem passionis Christi, in corde & ore fidelium: per quam liberamur à peccato & à morte.* Item: * *In fide, si consideremus formalem rationem objecti, nihil est aliud, quam veritas prima. Non enim fides, de qua loquimur, assentitur alicui, nisi quod est à Deo revelatum. Unde ipsi veritati divinæ fides innititur, tanquam medio. Si verò consideremus materialiter ea, quibus fides assentitur, non solum est ipse Deus, sed etiam multa alia: quæ tamen sub assensu fidei non cadunt, nisi secundum quod habent aliquem ordinem ad Deum: prout scilicet, per aliquos divinitatis effectus homo adjuvatur ad* [illegible] *fruitionem.* Et: * *Fides non habet* [illegible] *nem rationis naturalis, demonstrantis id, quod creditur: habet tamen inquisitionem quandam eorum, per quæ inducitur homo ad credendum, puta quia sunt dicta à Deo, & miraculis confirmata.* Et: * *Gratia facit fidem, non solùm quando fides de novo incipit esse, sed etiam quamdiu fides durat. Deus semper operatur justificationem hominis, sicut sol semper operatur illuminationem aëris.* Item: * *Intelligendum est, quòd fides nostra non habet autoritatem, neque ab Angelis, neque ab aliquibus miraculosis signis: sed à revelatione Patris, per Filium & Spiritum sanctum. Licet etiam Angeli ea, quæ sunt fidei nostræ, revelarint aliquibus, ut Zachariæ & Mariæ, & etiam Joseph: & etiam, ad fidei robur, miracula plurima facta sunt.* Et: * *Fides principaliter consistit in confessione sanctæ Trinitatis, & specialiter gloriatur in cruce Domini nostri Jesu Christi.* Item: * *Fides est prælibatio quædam illius cognitionis, quæ nos in futuro beatos facit. Unde & Apostolus dicit, quòd est substantia sperandarum rerum: quasi jam in nobis sperandas res, hoc est, futuram beatitudinem, per modum cujusdam inchoationis, subsistere faciens. Illam autem beatificantem cognitionem circa duo cognita Dominus consistere docuit: scilicet circa divinitatem Trinitatis, & humanitatem Christi. Unde ad Patrem loquens.* * Hæc est vita æterna, ut cognoscant, &c. *Circa hæc duo tota fidei cognitio versatur: scilicet circa divinitatem Trinitatis, & humanitatem Christi. Nec mirum: quia humanitas Christi via est, quâ ad divinitatem pervenitur. Oportet igitur & in viâ viam cognoscere, per quam possit perveniri ad finem: & Dei gratiarum-actio sufficiens non esset, nisi viam, per quam salvati sunt, cognitionem haberent. Hinc est, quod Dominus dixit discipulis.* * Et quò ego vado scitis, & viam scitis. Item: * *Fides facit quatuor bona. Primum est, quòd anima per fidem conjungitur Deo. Nam per fidem, anima Christiana facit quasi quoddam matrimonium cum Deo. Oseæ 2.* * Sponsabo te mihi in fide. *Secundum, quia per fidem inchoatur in nobis vita æterna. Nam vita æterna nihil aliud est, quam cognoscere Deum. Unde dicit Johann. 17.* * Hæc est vita æterna, &c. *Hæc autem cognitio Dei hîc incipit, per fidem: sed perficitur in futurâ vitâ, in quâ cognoscemus eum, sicut est. Tertium, quia fides dirigit vitam præsentem. Quartum, quia fides est quâ vincimus tentationes. Hebræor. 11.* * Sancti per fidem vicerunt regna. Et: * *Fides est omnium bonorum spiritualium fundamentum: secundum illud Apostoli Hebr. 11.* * Est autem fides substantia, *id est, fundamentum,* rerum sperandarum. *Est enim fides, per quam anima vivificatur per gratiam: secundum illud Apostoli, Galat. 2.* * Quòd autem nunc vivo, &c. *Et Abacuc 2.* * Justus ex fide, &c. *Ipsa est, per quam anima à peccatis purgatur. Actor. 15.* * Fide purificans corda, &c. *Ipsa est, per quam anima justitia. Roman. 3.* * Justitia autem Dei, per fidem, &c. *Ipsa est, per quam anima Deo desponsatur. Oseæ 2.* * *Ipsa est, per quam homines in Dei filios adoptantur: Johann. 1.* * *Ipsa est per quam acceditur ad Deum: Hebræor. 11.* * *Ipsa denique est, per quam homines æterna vitæ bravium consequuntur. Johan. 6.* * Item: *Duplex est actus fidei, scilicet corde credere, & ore profiteri: secundùm illud Roma. 10.* [illegible] * *Objectum fidei, est res divina non-visa.* Item: *Meritum fidei consistit in hoc, quòd homo, ex obedientia Dei, assentitur illis, quæ non videt: secundùm illud Roman. 1.* * Ad obediendum fidei in omnibus gentibus.

Item: * *Fides est quidem habitus; & tamen augetur. Unde Discipuli Domino dicunt,* Domine, adauge nobis fidem: *ut habetur Luc. 17.* Item: * *Per fidem applicatur nobis passio Christi, ad percipiendum fructum ipsius: secundum illud Roman. 3.* * Quem proposuit Deus propitiatorem &c. *Fides autem, per quam à peccatis mundamur, non est fides informis, quæ potest etiam esse cum peccato: sed est fides formata per charitatem: ut sic passio Christi nobis applicetur, non solum quantum ad intellectum, sed etiam quantum ad effectum & per hunc etiam modum peccata dimittuntur, ex virtute passionis Christi.* Et: * *Ad fidem duo requiruntur. Quorum unum est, ut homini credibilia proponantur. quod requiritur ad hoc, quod homo aliquid explicitè credat. Aliud au-*

* ib. q. 2. a. 1. * ibi. q. 4. a. 4. Opusc. 7. contra Græcos. * Opusc. 2. 1. * Compend. Theol. c. 2. * Johan. 17. v. 3. * Joh. 14. v. 4. * Exposit. Symb. c. 1. * vers. 20. * vers. 3. * vers. 33. * Exp. 1. Decret. * vers. 1. * vers. 20. * vers. 4. * vers. 9. * vers. 22. * vers. 20. * vers. 12. * vers. 6. * vers. 40. * vers. 10. * 4. Sum. q. 7. a. 1. * vers. 5. * 1. Sec. q. 52. art. 1. * vers. 5. * Sum. q. 49. a. 1. * vers. 25. * 2. Sec. q. 6. a. 1.

tem, quod ad [illegible] est assensus credentis, ad ea, quæ proponuntur. Quantum ergo ad primum horum, necesse est, quod fides sit à credito. Ea enim, quæ sunt fidei, excedunt rationem humanam & non cadunt in cognitionem hominis, nisi Deo revelante. Sed quibusdam quidem revelantur immediatè à Deo: sicut sunt revelata Apostolis & Prophetis. Quibusdam autẽ proponuntur à Deo, mittente fidei prædicatores: secundum illud Roman. 10.* Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Quantum verò ad secundum, videlicet ad assensum hominis, in ea quæ sunt fidei, potest considerari duplex causa. Una quidem, exterius inducens: sicut miraculum visum, vel persuasio hominis inducentis ad fidem. quorum neutrum est sufficiens causa. Videntium enim unum & idem miraculum, & audientium eandem prædicationem, quidam credunt; & quidam non credunt. Et ideò oportet ponere aliam causam, scilicet interiorem: quæ movet hominem interius, ad assentiendum his, quæ sunt fidei. Hanc autem causam Pelagiani ponebant, solum liberum arbitrium hominis. & propter hoc dicebant, quod initium fidei est ex nobis, in-quantum scilicet in nobis est, quod parati sumus ad assentiendum, quæ sunt fidei: sed consummatio fidei est à Deo, per quam nobis proponuntur ea, quæ credere debemus. Sed hoc falsum est. quia, cùm homo, assentiendo his quæ sunt fidei, elevetur super naturam suam, oportet, quòd hoc insit ei ex supernaturali principio, interius movente, quod est Deus. Et ideò, quantum ad assentiendum, quod est principale fidei, est à Deo, interiùs per gratiam movente. Itèm: * Fides Christi est justitiæ principium & causa. secundùm illud Roman. 7.* Justitia Dei per fidem Jesu Christi. Et: * Fides nostra in duobus principaliter consistit. Primò quidem, in verâ Dei cognitione: secundùm illud Hebræi. * Accedentes ad Deum oportet credere, &c. Secundò, in mysterio incarnationis Christi: secundùm illud Johann. 14.* Creditis in Deum, & in me credite.

Albertus: * Fides est ex auditu verbi; quantum ad cogitare de credito, circa quod est fides: & est ab illuminatione divinâ, quantum ad consensum in creditum, quod est in fide. Et sic fides est donum Dei. Itèm: * Prudentia Justorum est, non de Legis operibus justitiam præsumere; sed ex fide salutem quærere: ut, quamvis in Lege positi Legis jussa perficiant, gratiâ tamen Dei se salvandos per Christum intelligant. Et: Video, quod fides est fundamentum rerum sperandarum. Itèm: * Fides ex auditu, &c.] Auditus hic sumitur, pro auditu interiori Spiritûs, dantis intellectum fidei. Et ille sequitur primum auditum exteriorem; & sequitur fidei accessum. Et: * Fides simplex est, astutiâ naturalium, vel secularium scientiarum, non innititur: & est vera, quæ super autoritatem divinam; & non super humanam opinionem, fundatur. Et: * Fides in corde, & in Ecclesiâ, destruit hæreses & schismata, & concupiscentias vitiorum spiritualium & carnalium, quando convalescit. Semen enim arvinum potentius efficitur; & omnia destruit Diaboli plantata adulterina. Itèm: * Tria ad fidem exiguntur. 1. Quod viva sit, per devotionem & calorem charitatis. 2. Quòd efficax sit, in inducendâ salute. 3. Quòd non sit seducibilis, sed tanta, in credulitate articulorum. Itèm: * Tria facit fides. In eo, quod est prima naturâ, fundat nos in veritate: in eo autem, quòd est cognitio quædam certa, firmat nos in veritate: in eo autem, quod est simplex lumen, simile veritati primæ, dat simplicem scientiam credibilium. Itèm: * Fides non nisi per signa probari potest. Demonstratio enim non habet locum in fide: quia demonstratio cogit ad consentiendum. Fides autem non est, nisi credere volentis. Itèm: Demonstratio non habet locum, sed evacuat fidei meritum. Et ideò fides, quæ est supra rationem, probatur per signum, quod est ultra naturæ virtutem.

¶ Unde sit Fides, Thomas inquit: * Homo, exterius enuntians, non causat fidem: sed Deus, qui voluntatem mutare potest. Causat enim fidem in credente, inclinando voluntatem, & illuminando intellectum lumine fidei, ut non repugnet his, quæ prædicante proponuntur. Itèm: * Adjuvatur à Deo aliquis ad credendum, tripliciter. Primò quidem, per interiorem vocationem: de qua dicitur Johann. 6.* Secundò, per doctrinam & prædicationem exteriorem: secundum illud Apostoli, Roman. 10.* Tertiò, per exteriora miracula: ut dicitur 1. Corint. 14.† Quòd signa data sunt infidelibus, ut scilicet per ea provocentur ad fidem.

¶ De Prædicatoribus [illegible] ait: [illegible] cavendum est, ne ad ea, quæ fidei sunt, aliquis demonstrationes adducere præsumat propter duo. Primò quidem, quia in hoc derogat excellentiæ fidei, cujus veritas omnem rationem humanam excedit. Secundò, quia, cùm plerumque tales rationes frivolæ sint, dant occasionem irrisionis infidelibus, dum putant, quod propter rationes hujusmodi his quæ sunt fidei, assentiamus. Itèm: * Quia fides est de his, quæ non videmus, oportet cognitionem fidei eorum, de quibus est, ab eo derivari, qui ea per se videt. Hoc autem Deus est, qui se-ipsum perfectè comprehendit & naturaliter suam essentiam videt. De Deo enim fidem habemus. Oportet igitur ea, quæ per fidem tenemus, à Deo in nos pervenire. Cum autem quæ à Deo sunt, ordine quodam agantur in manifestatione rerum, quæ sunt fidei, ordinem quendam observari oportuit: scilicet ut quidam immediatè à Deo reciperent, alii verò ab his; & sic per ordinem usque ad ultimos. Itèm: * Qui tenet ea, quæ sunt fidei, & non assentit eis, propter autoritatem catholicæ doctrinæ, non habet habitum fidei. Qui autem propter doctrinam catholicam alicui assentit, omnibus assentit, quæ doctrina catholica habet: alioquin magis credit sibi, quam Ecclesiæ doctrinæ. Ex quo patet, quòd, qui deficit in uno articulo pertinaciter, non habet fidem de aliis articulis, (illam dico fidem, quæ habitus est infusus) sed tenet ea, quæ sunt fidei, quasi opinata.

¶ De Diffidentiâ, Bonaventura inquit: * Diffidentia est duplex: quædam proveniens ex perversitate; quædam pusillanimitatis. Ex perversitate venit, quando habet incredulitatem, vel desperationem annexam. utpote cùm quis de Deo diffidit: vel quia non credit Deum curare humana, tanquam infidelis: vel quia existimat, se derelictum à Deo propter peccata sua, tanquam desperatus. Et talis diffidentia, & sollicitudo procedens ex ipsâ, omnibus prohibetur: & confidentia, illi opposita, cunctis præcipitur. Diffidentia autem ex pusillanimitate proveniens est, quæ habet annexam remissionem amoris divini, & intentionem timoris humani. & hæc stare potest cum charitate imperfectâ, non cum perfectâ. & ideò hæc pusillanimitatis diffidentia, & sollicitudo ex ipsâ proveniens, evangelicis & perfectis viris inhibetur: & confidentia eidem opposita, à perfectionis magistro injungitur: quatenus prædicatores veritatis, algorem pusillanimitatis, sollicitatis pro cibo, refugiant; & ardorem charitatis, confidentis de Deo, cum promtitudine ad perferendum paupertatis incommoda, constanter assumant.

¶ Duplicem fidem facit Thomas: * Formatam, & informem.

Albertus inquit: * Fides enim vivit per opera: quantitatem accipit per dilectionem.

DE SPE.

Bonaventura ait: * Spes est futuræ beatitudinis certa expectatio, ex Dei gratiâ & ex meritis proveniens. Est spes, sicut columna domum firmans; sicut galea caput armans; sicut anchora navem servans: est etiam sicut arbor fructuosa, sicut gemma pretiosa; sicut mola virtuosa. Itèm: * Spes est triplex: scilicet spes veniæ, spes gratiæ, spes gloriæ. Spes gratiæ est, quâ quis non confidit de viribus propriis, nec de divitiis, sed solùm de gratiâ Dei. Spes gloriæ, est certa & secura expectatio finis & æterni boni, ex gratiâ & meritis proveniens.

Itèm: * Spes est virtus, quâ spiritualia & æterna bona sperantur, hoc est, cum fiduciâ expectantur. Item, vocabulo Spei etiam multas attribuit significationes. Aut significat affectionem: ut Boethius, Gaudia pelle, pelle timorem, spemque fugato, nec dolor adsit. Aliquando habitum virtutis: & tunc spes non habet ortum ex meritis; sed ex eâ merita oriuntur. Aliquando virtutis actum: & tunc spes oritur ex intuitu meritorum. Nemo enim rectè se sperat ad beatitudinem perventurum, nisi qui Deo servit, vel servire proponit. Aliquando virtutis statum: & tunc spes ex meritis comitantibus habet ortum. Roman. 5. * Probatio operatur spem, id est, certitudinem. Aliquando virtutis terminum, id est rem speratam, scilicet beatitudinem sempiternam: & tunc spes ex gratiâ & meritis præcedentibus habet ortum. Item: * Spes data est homini, quâ confidat de bonitate Dei: ut speret à Deo gratiam consequi in præsenti, & gloriam in futuro

Marginal notes: * verf. 15. — * ib q. 104 a. 6. — * verf. 22. — * ib. q. 174 a. 6. — * verf. 6. — * verf. 1. — * Prolog. in Luc. — in Luc. c. 1 — * ibid. c. 6. — * ib. cap. 11. — * ib. c. 13. — * ib. c. 17. — * super 3. Sent. Dist. 23. — * in Prol. Hieron. super Joh. — * Sum. de Verit. mat. 27 q. 3. — * Quodlib. 2. a. 6. — * verf. 45. — * verf. 18. — * Sum. [illegible] 154. — * [illegible] de haer. 12. — * in Apol. Pauper. — * 2. Sent. d. 7. a. 1. — * in Matth. c. 15. — * Exposit. Symb. c. — * Diæt. [illegible] 50. — * Centil. 1. c. 37. — * verf. 4. — * de Prof. Relig. [illegible]

quam per aeternum, si poeniteat, & temporalem sustentationem, sicut ei expedit & conservationem a malo, conservationem in bono. Quod spes modo confusa est ut aut minus sperent homines, quam debent, aut plus, quam justum est.

DE BONIS OPERIBUS.

QUod sint facienda, THOMAS ait: * *Die ac nocte serviendum est Deo, vel actu operis, vel laudis, vel orationis, vel meditationis, vel alio actu bono, in prosperis & adversis.*

ALBERTUS: * *Perlucida enim debet esse lucerna, per corporis castitatem, & bonae famae claritatem.*

¶ De Cultu Dei, inquit ALEXANDER: * *Est autem cultus Dei, quo nunc desideramus eum videre, credimusque, & speramus visuros: desideramus charitate; credimus fide; speramus spe. Secundum tres virtutes, pietatis disciplina formatur.*

THOMAS: * *Duplex est cultus Dei, interior, & exterior. Cum enim homo sit compositus ex corpore & anima; utrumque debet applicari ad colendum Deum: ut scilicet anima colat interiori cultu; & corpus exteriori. Unde dicitur in Psalmo:* * Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. *Consistit autem cultus interior in hoc, quod anima conjungatur Deo per intellectum & affectum.* Et: * *Interior cultus consistit in fide, spe, & charitate.* Item: * *Exterior cultus non consistit in aliquo signo; sed solum in laude Dei, quae procedit ex interiori cognitione & affectione: secundum illud Esajae 35.* *

¶ Unde sint bona opera, docet ÆGIDIUS: * *Omnia opera bona, sunt opera ipsius Dei, juxta illud:* * Omnia opera nostra operatus es, Domine. *Nam, secundum Apostolum,* * *non sumus sufficientes, cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Opera itaque nostra bona, non debent appropriari nobis: & non sunt propria nobis; sed magis sunt ipsius Dei, juxta illud, quod dicitur in Evangelio.* * Et: † *Sine Deo non possumus esse, neque justi, neque opera justitiae facere. Homo igitur positus fuit in Ecclesiam, ut custodiret illam: &, ut Deus custodiret hunc hominem, faciendo eum operari opera justitiae, sine qua nihil possumus facere, &c.*

¶ Qui possint illa praestare, THOMAS ait: * *Fides, spes, & charitas, sunt virtutes hominis; prout est factus particeps divinae gratiae.*

¶ Quae ad bonum opus requirantur, BONAVENTURA inquit: * *Ut bonum opus bene fiat, requiritur bonus finis: quem qui omittit, fraudatur. Requiruntur & aliae circumstantiae, ut locus, tempus, modus: quas qui omittit, utique negligit.*

¶ De Confessione veritatis, ait THOMAS: * *Si turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifesta, absque aliqua utilitate fidei, vel fidelium: non est laudabile, in tali casu, fidem publicè confiteri. Unde Dominus dicit, Matt. 7.* * Nolite dare sanctum canibus &c. *Sed si utilitas fidei aliqua speretur, aut necessitas adsit: contemta perturbatione infidelium, debet homo fidem confiteri. Unde Matth. 15.* * *dicitur, quod, cum Discipuli dixissent Domino quod Pharisaei, audito ejus verbo, scandalizati sunt, Dominus respondit:* Sinite illos, scilicet turbari, caeci sunt.

¶ De operibus mortuis, inquit ALEXANDER: * *Opera mortua dicuntur dupliciter. Vel quia sunt causae mortis aeternae: cujusmodi sunt peccata mortalia; de quibus Hebraeo. 6.* * Jacientes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis. *Et Hebraeorum 9.* * Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, *id est, ab operibus mortalibus. Vel quia non habent vitam gratiae: habent tamen vitam naturae, ornatam gratia gratis-data, & bonitatem moris: quae quodammodo sunt Deo accepta & Deo appropinquantia. Et quia haec tendunt ad complementum gratiae gratum-facientis, & ad suam perfectionem: potest dici, quod haec habilitant ad gratiam. Et licet opera hominis sint mortua; quia carent vita simpliciter: tamen sub his conditionibus considerata, non habent oppositum cum operibus vivis: quia quadam vita vivunt: unde disponere possunt ad vitam simpliciter, quantum bonum.*

¶ De effectu bonorum operum, ait ALEXANDER: * *Opera facta in charitate, valent ad septem. Primum est, jucunditas mentis. Unde Psal.* * In via testimoniorum tuorum delectatus sum. [illegible] * Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. *Secundum est, stabilimentum & confirmatio charitatis. Ecclesiastici* [illegible]. * Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. *Tertium est, augmentum gratiae. Proverb. 11.* * Alii dividunt propria, & ditiores fiunt. *Quartum est, purgatio a peccato. Proverb. 15.* * Per misericordiam & fidem purgantur peccata. *Quintum est, debilitas fomitis. Job. 8.* * Tu, si diluculo consurrexeris, ad Deum & omnipotentem fueris deprecatus; si mundus & rectus incesseris: statim evigilabit, & paratum reddet habitaculum justitiae tuae. *Sextum est, vitatio pigritiae. Proverb. ult.* * Consideravit semitas domus suae; & panem otiosa non comedit. *Septimum est, repulsio tentationis diabolicae.*

THOMAS: * *Justus bene-operans comedit; quia in operando delectatur & Dominus convivatur cum eo, quando delectatur in ejus meritis.*

¶ De Charitate, ait THOMAS: * *Charitas non sufficeret ad merendum bonum aeternum; nisi praesupposita idoneitate merentis, quae est per gratiam. Aliter enim nostra dilectio non esset tanto praemio condigna.* Item: * *Perfectio hominis in charitate consistit, quae hominem Deo conjungit.* Et: * *Meritum vitae aeternae primò pertinet ad charitatem; ad alias autem virtutes secundario: scilicet quod earum actus a charitate imperantur.*

¶ De Eleemosyna, INNOCENTIUS ait: * *Eleemosyna tripliciter erogatur. Ex corde, per compassionem: ex ore, per correptionem: ex opere, per largitionem.* Item: *Eleemosyna danda est ordinate: primo nobis, secundò proximis. Crudelis enim est, qui aliis compatitur; & sibi non miseretur.* Item: * *Vera eleemosyna de vera charitate procedit. Sicut ergo volumus nobis ab aliis, in nostris necessitatibus, subveniri: sic & nos debemus aliis, in suis necessitatibus, subvenire: ut, sicut nos ita proximos diligamus. Nisi enim eleemosyna ramus de charitatis radice procedat: non habet progressionem, vel humorem, ut suavem vel maturum fructum producat.* Item: *Videtur profectò de his eleemosyna facienda; quae juste possides, & rationabiliter acquisisti, secundum illud Sapientis:* * Noli offerre munera prava, &c. Item: * *Verum inter ea, quae acquiruntur injuste, quaedam sunt, in quibus transfertur dominium; quaedam, in quibus non transfertur. De illis ergo, in quibus transfertur dominium, etiam in negotiatione, militia, & hujusmodi, licitè eleemosyna erogari potest: quia, cùm tua sint effecta, licet offenderis, illicite acquirendo: jam tamen, quasi de tuis, licite poteris erogare. De illis autem, in quibus dominium non transfertur, (ut de furto, rapina, sacrilegio, & usura) non licet eleemosynam erogare. quia, cum sint aliena, non tua: teneris ea his, quorum sunt, restituere, non autem ea, invitis dominis, contrectare. Unde Zachaeus bene dixit, distinguens, Lucae 19.* * Ecce, dimidium bonorum, &c.

THOMAS ait: † *Victus, qui ministratur praedicatoribus, quasi debita merces laboris, potest ab iisdem pauperibus misericorditer & meritorie dari: non ut debita merces, sed quasi subsidium charitatis.*

ALBERTUS: * *Eleemosyna alia spiritualis, & corporalis.*

¶ De Perfectione hominis, INNOCENTIUS inquit: * *Perfectio vitae, consistit in duobus: in declinandis vitiis, & in exercendis virtutibus.*

THOMAS ait: * *Prima via perveniendi ad perfectionem est, ut aliquis studio sequendi Christum, dimissis divitiis paupertatem sectetur.* Item: * *Possibile est aliquem perfectionem acquirere, sine propriarum divitiarum abjectione actuali.* Item: * *Perfectio dicitur in aliquo consistere, dupliciter: uno modo, per se & essentialiter; alio modo secundario & instrumentaliter. Per se quidem, & essentialiter, consistit perfectio Christianae vitae in charitate: principaliter quidem, secundum dilectionem Dei, secundario autem, secundum dilectionem Proximi: de quibus dantur praecepta principalia divinae Legis. Non autem dilectio Dei & Proximi cadit sub praecepto, secundum aliquam mensuram; ita quod id quod plus est, sub consilio remaneat: ut patet ex ipsa forma praecepti, quae perfectionem demonstrat. ut cum dicitur:* Diliges Dominum Deum tuum &c. *Totum enim & perfectum, idem sunt. & cum dicitur* Diliges Proximum, &c. *unusquisque enim se maxime diligit. Et hoc ideò est, quia finis praecepti charitas est, ut Apostolus dicit, 1 Timoth. 1.* * *In fine autem non adhibetur mensura sed solum in his, quae sunt ad finem. Et sic patet, quod perfectio essentialiter consistit in praeceptis. Secundario autem, & instrumentaliter, perfectio consistit in consiliis: quae omnia, sicut & praecepta or-*

dinantur ad charitatem, [illegible] aliter & [illegible]ter. [illegible]am præcepta alia a præceptis charitatis ordinantur ad removendum ea, [illegible] sunt charitati contraria, cum quibus [illegible] non potest charitas esse. Consilia autem ordinantur ad removendum impedimenta actus charitatis, quæ tamen charitati non contrariantur: sicut est matrimonium, occupatio negotiorum secularium, & alia hujusmodi. Et inde est, quòd in collationibus Patrum dicit Abbas Moyses: Jejunia, vigiliæ, meditatio Scripturarum, nuditas ac privatio omnium facultatum, non perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt: quia non in ipsis consistit disciplina illius finis, sed per illa pervenitur ad finem. Item: Sicut homo habet quandam perfectionem secundum naturam statim cum nascitur, quæ pertinet ad rationem speciei [illegible] est autem alia [illegible] ad quam per augmentum adducitur: ita etiam est quædam perfectio charitatis, pertinens ad ipsam speciem charitatis, ut scilicet Deus super omnia diligatur, & nihil contra eum ametur. Est autem alia perfectio charitatis, etiam in hac vita, ad quam aliquis per aliquod spirituale augmentum pervenit: utputa, cùm homo etiam de rebus [illegible] abstinet, ut liberius divinis obsequiis vacet.

DE PŒNITENTIA.

[* Proœm. in 7. pœn.] INNOCENTIUS ait: * *De occupationibus & solicitudinibus seculi sæpe grandis culpa contrahitur: quæ debet profectò per gravem pœnitentiam expiari.* Itèm: [* in Psal. 1. pœn.] * *Homo, qui cecidit per offensam, resurgit per pœnitentiam.* Itèm: *In corporalis mortis articulo, non minus est tanta doloris acerbitas, tanta molestia passionis, quòd moriens in-tantum memoriâ privetur, & nullorum valeat meminisse: licet non sit de aliquo desperandum, donec fuerit in ista vita, tutum tamen non est, ad supremum mortis articulum pœnitentiam differre. Sed tunc securum est hominis pœnitere, cum prævalet ipse peccare.*

[in Apoc. 6.] THOMAS ait: * *[illegible]ine pœnitentiâ non est salus peccatori.*

¶ Quid sit, GUILIELMUS ait: [* de Sacram. Pœnit. 14.] * *Est autem pœnitentia, præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere.*

[* Parte 4. q. 12 m. 3.] ALEXANDER inquit: * *Pœnitentia est virtus, consistens in detestatione mali, quod commissum est.* Itèm: [* Parte 4. q. 8 a. 1.] * *Cùm enim pœnitentia duo habeat, commissa flere, & flenda non-committere: quantum ad primam partem, est expulsiva morbi jam-contracti: quantum ad secundam partem, præservativa a morbo futuro. Si enim instituta fuit ante peccatum; hoc fuit ad præservandum a morbo: si verò fuit instituta post peccatum, in ipsâ expulsione; hoc fuit ad curationem peccati.*

[* in Matth. cap. 4.] ALBERTUS: * *Est autem pœnitentia sacramentum, destruens peccatum actuale commissum. Et hoc quidem, in quantum contrarium est gratiæ, culpa vocatur.* Itèm: [* in Joh. 25.] * *Pœnitentia est, præterita mala deplangere; & eorum suggestionibus aditum ulteriùs non indulgere.*

¶ Quotuplex sit, THOMAS ait: [* 3. Sum. q. 84. a. 8.] * *Duplex est pœnitentia: scilicet interior, & exterior. Interior quidem pœnitentia est, quando quis dolet de peccato commisso. Et talis pœnitentia debet durare usque ad finem vitæ. Semper enim debet homini displicere, quòd peccavit. Si enim ei placeret peccasse, jam ex hoc ipso peccatum incurreret; & fructum veniæ perderet. Pœnitentia verò exterior est, quando quis exteriora signa doloris ostendit; & verbotenus peccata sua confitetur Sacerdoti absolventi; & juxta ejus arbitrium satisfacit. Et talis pœnitentia non oportet quòd duret usque ad finem vitæ, sed usque ad determinatum tempus secundum mensuram peccati.*

¶ De partibus pœnitentiæ, ait INNOCENTIUS: [* in Psal. 1. pœnit.] * *Pœnitentia debet tres habere partes: contritionem in corde, confessionem in ore, & satisfactionem in opere. In contritione, debet habere pœnitens, timorem de pœnâ, dolorem de culpa, & amorem de gratia.* Itèm: [* in Psal. 3. pœnit.] * *Tria sunt verâ pœnitentiæ necessaria: dolor compunctionis in corde, pronunciatio confessionis in ore, & flagellum satisfactionis in opere. Dolor compunctionis, non debet esse per saltum, sed continuus: non levis, sed gravis: quia pœnitere, est pœnitentiam tenere.*

[* Tract. 6. cap. 11.] BONAVENTURA: * *Partes ejus integrales sunt; contritio, confessio, satisfactio. Partes ejus [illegible]inales sunt, jejunium, eleemosyna, oratio.* [* Brevil. p. 6. c. 10.] [illegible] *partes integrales sunt: contritio in animâ, confessio in [illegible], satisfactio in [illegible]: ex quibus tunc pœnitentia integratur, cùm peccator omnem mortalem culpam perpetratam, [illegible] verbo accusat, & animo detestatur; proponens, nunquam [illegible] peccatum. [illegible] autem debito modo concurrentibus, cum absolutione factâ ab eo, in quo est ordo & potestas clavium & jurisdictio, absolvitur homo a peccato, & reunitur Ecclesiæ, [illegible] reconciliatur [illegible] mediante clave sacerdotali, per cujus etiam judicium, non tantum fieri habet absolutio, verùm etiam excommunicatio & relaxatio: quæ propterea habet fieri ab Episcopo, tanquam ab Ecclesiæ sponso.*

[* 3. Sum. q. de fidei.] T[illegible]: * *Contritio, confessio, satisfactio, ponuntur partes pœnitentiæ [illegible] sacramentum est pœnitentia, cujus quasi materia, sunt [illegible], quibus tres partes pœnitentiæ. Quarum prima est cordis contritio ad quam pertinet, quod homo doleat de peccato commisso, & proponat se de cætero non peccaturum. Secunda pars est oris confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter, non dividens ea diversis sacerdotibus. Tertia pars est satisfactio pro peccatis, secundùm arbitrium Sacerdotis: quæ quidem præcipuè fit per jejunium, & orationem, & eleemosynam. Forma autem sacramenti, sunt verba absolutionis, quæ sacerdos profert, cùm dicit: Ego te absolvo. Minister hujus sacramenti, est Sacerdos, habens authoritatem absolvendi vel ordinariam, vel ex commissione superioris. Effectus hujus sacramenti, est absolutio a peccato.* Itèm: [* Expos. Symb. c.] * *In pœnitentiâ tria debent esse. Primum, dolor in cogitatione: secundum, pudor in confessione: tertium acerbitas in satisfactione. quæ quidem expiant pœnam æternam.*

[* Parte 4. q. 58 a. 1.] ALEXANDER: * *Ut aliquis pœniteat, tria requiruntur. scilicet dolor de admissis, voluntas subjiciendi se divinæ justitiæ, in satisfaciendo, & voluntas non-peccandi ulterius. Unde ad hoc, quòd aliquis esset susceptibilis pœnitentiæ virtutis: oporteret, quòd habilis sive aptus esset ad dolendum de commisso, si contingeret eum committere: & ad subjiciendum se divinæ justitiæ per satisfactionem, & ad nolendum ulteriùs peccare.*

[* in [illegible]] ALBERTUS ait: * *Quatuor ad pœnitentiam pertinent. Primum est, opus satisfactionis. secundum est, voluntarium & affectatus dolor, & afflictio pœnitentiæ assumptæ. tertium, quòd fit digne. Et hoc fit in confessione: in qua ponderantur afflictiones, ad species peccatorum, & ad pondus eorum. Quartum, perseverantia in cordis compunctione.* Itèm: *Partes potestativæ tres sunt: contritio, confessio, & satisfactio.*

¶ De efficiente Pœnitentiæ, inquit ALEXANDER: [* Parte 4. q. 10 a. 1.] * *Originis pœnitentiæ virtutis, causa effectiva est Deus; dispositiva a nobis. quia, qui creavit nos sine nobis, non justificat nos sine nobis.*

[* 3. Sum. q. 84. a. 1.] THOMAS ait: * *Donum Dei est, cùm aliquis convertitur ad fidem.* Itèm: *In sacramento Pœnitentiæ, sunt actus humani pro materia, qui proveniunt ex inspiratione internâ.* Et: [* ibid. a.] * *Solus Deus per authoritatem a peccato absolvit, & peccatum remittit. Sacerdotes tamen faciunt per ministerium: in-quantum scilicet verba Sacerdotis, in hoc sacramento, instrumentaliter operantur, in virtute divinâ, sicut & in aliis sacramentis. Nam Matthæi 16.* [* vers. 19] *dixit Petro:* Quodcunque solveris, &c. *Et Johannis 20.* [* vers. 23] *dixit discipulis:* Quorum remiseritis, &c. *Ideò tamen Sacerdos potius dicit,* Ego te absolvo, *quam,* Ego tibi peccatum remitto: *quia hoc magis congruit verbis, quæ Dominus dixit, virtutem clavium ostendens, per quas sacerdotes absolvunt. Quia tamen Sacerdos, sicut minister, absolvit: convenienter apponitur id, quod pertinet ad primam authoritatem Dei, scilicet ut dicatur: Ego te absolvo in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti; vel, per virtutem Christi, vel, authoritate Dei, sicut Dionysius exponit. Quia autem hoc non est determinatum ex verbis Christi, sicut in Baptismo, talis appositio relinquitur arbitrio Sacerdotis.* Itèm: [* In Jo[illegible]] * *Deus non statim hominem finaliter damnat, sed multoties monet.*

¶ Pœnitentes in gratiam recipi, INNOCENTIUS docet. [* Serm. de Convers. Pauli.] * *Quis enim dubitet, quin Deus misereri velit illius, quem talem & tantum fecit creando, quem talem & tantum fecit redimendo? Magnum est quod creavit: sed majus, quòd redemit.* Itèm: *Deus non solùm recipit pœnitentes; verùm etiam attrahit peccatores.*

[* 2. 2. q. 11. a. 4.] THOMAS: * *Ecclesia quidem, primò revertentes ab hæresi, non solùm recipit ad pœnitentiam, sed etiam conservat eos in vitâ: & interdum restituit eos dispensativè ad ecclesiasticas dignitates, quas priùs habebant, si videantur verè conversi. & hoc pro bono pacis, frequenter legitur esse factum. Sed quando recepti iterum labuntur; videtur esse signum inconstantiæ eorum circa fidem: & ideò ulteriùs redeuntes, recipiuntur quidem ad pœnitentiam, non tamen, ut liberentur a sententia mortis*

[illegible] *sub* [illegible] *alicujus, in-qua* [illegible] *tum est mor* [illegible] *quia* [illegible] *vos fieri* [illegible] *vel ista ratione ju-* [illegible]

A[illegible] *tentes respicit respe. in misericordia, du-* [illegible] *lve* [illegible] *cornu eorum. Electos & per* [illegible] *los respicit oculo* [illegible] *Peccatos fuit adulter, homi-* [illegible] *proditor* [illegible] *& tamen ad pœnitentiam receptus nec propter* [illegible] *p* [illegible] *atum evacuata est promissio.*

¶ D[illegible] ecs esse peccatori, THOMAS ait: * *Circa pecca-* [illegible] *quædam est. Quidam enim sunt occulti, quidam vero manifesti* [illegible] *et per evidentiam facti, sicut publici usurarii aut publici raptores, vel etiam per aliquod judicium ecclesiasticum* [illegible] *. Manifestis ergo peccatoribus, non debet, etiam pœni-tentibus sacra communio dari. Unde Cyprianus scribit ad quen-dam: Pro dilectione tua me consulendum existimasti, quid mihi videatur de histrionibus, & mago illo, qui apud vos constitu-tus adhuc in* [illegible] *dedecore perseverat* [illegible] *an talibus sacra com-munio,* [illegible] *Christianis, debeat dari? Puto, nec maje-stati divinæ, nec evangelicæ doctrinæ congruere, ut pudor & honor Ecclesiæ tam turpi & infami cogitatione fudetur. Si vero non sunt manifesti peccatores, sed occulti: non potest eis pe-tentibus sacra communio denegari. Cùm enim quilibet Chri-stianus, ex hoc ipso quòd est baptizatus; sit admissus ad domi-nicam mensam: non potest ei jus suum tolli; nisi pro aliqua causa manifesta. Unde super illud 1. Corinth. 5.* * Si quis inter vos frater nominatur; *dicit glossa Augustini: Nos à communione quenquam prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo judicio ecclesiastico, aut seculari, nominatum atque convictum. Potest tamen Sacerdos qui est conscius cri-minis occulte monere peccatorem occultum, vel etiam in publi-co generaliter omnes ne ad mensam Domini accedant, antequam de peccatis pœniteant, & Ecclesiæ reconcilientur. Nam post pœ-nitentiam & reconciliationem, etiam publicis peccatoribus non est communio deneganda, præcipue in articulo mortis. Unde in Concilio Carthaginensi legitur, scenicis atque histrionibus, cæte-risque hujusmodi personis, vel apostatis conversis ad Deum, reconci-liatio non negata.*

¶ De excusatione peccati, INNOCENTIUS inquit: * *Sunt quidam, qui peccatum utique confitentur, non tamen adver-tis* [illegible] *quia retorquent illud in Proximum, vel in Diabolum, vel in Deum. Sicut primi Parentes.* Mulier, *inquit Adam,* * quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. *Quidam vero deputant illud fato, vel eventui, aut naturæ. Sicut quidam Hæretici, mentientes duas naturas esse in homine: unam bonam, secundum spiritum, a bono Deo, &c. alteram verò ma-lam, a Deo malo principe tenebrarum. Vel sicut alii mentiuntur, dicentes ex dispositione stellarum* [illegible] *quam constellationem appel-lant, contingere. Alii prorsus fato asserentibus, quòd omnia casu contingant. Universis tamen de vanitate convenientibus in id-ipsum, quoniam arbitrii perimunt libertatem, cùm ad casum suf-ficiat sibi homo, quia solum præcipitare potest se-ipsum: sed jam con-fractus ex casu, non potest per se-ipsum surgere solus, sed alio indi-get adjutorio.*

¶ De Impœnitentiâ, INNOCENTIUS ait: * *De impœni-tentia dicitur, quod tanta est hujus peccati pœna, quòd humilita-tem postulandi veniam subire non possit. Hoc est enim peccatum in Spiritum sanctum: hoc est peccatum ad mortem, de quo Johannes inquit.* * *Impœnitentia ex desperatione nascitur, aut ex præsum-ptione oritur: & quantum in ipsâ est, aut derogat Dei justitiæ, aut detrahit Dei misericordiæ.* Item: *In profundum iniquitatis devenerunt, & absorpti penitus à peccato, non-cogitantes de culpa, effecti sunt sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, post suas concupiscentias abeuntes.*

A[illegible]ERTUS: * *Impœnitentia nihil aliud videtur, nisi con-tinuatio* [illegible] *peccati usque ad mortem, sine pœnitentia.*

¶ De De[illegible]eratione, INNOCENTIUS: * *Tanto est criminis* [illegible] *ut peccator, desperans de venia, vix unquam de Deo* [illegible] *detur ad pœnitentiam* [illegible] *quam a se contemnendo projecit per superbiam. Justo quidem* [illegible] *animadversione punitur peccator: ut moriens* [illegible] *obliviscatur sui, qui, dum viveret, oblitus est Dei.*

¶ Q[illegible] Pœnitentia iterari possit, ALEXANDER ait: * *Iterari potest, dum est in hac vitâ: sed quotiens potest, infra di-cetur* [illegible] *ratio, quare pœnitentia possit* [illegible] *Baptismus non: est triplex. Una est, quia in Baptismo imprimitur character qui est indelebilis; in Pœnitentia non. Secunda ratio est, quia Baptismus est contra morbum non iterabilem, qualis est morbus originalis: sed Pœni-tentia* [illegible] *iterabilem, qualis est morbus peccati a-ctualis. Unde* [illegible] *debet optari morbo, &c. Tertia ratio est, quia Baptismus habet totam* [illegible] *passione: Pœ-nitentia non,* [illegible] *ab actu nostro. & ita Baptismus non iteratur, sicut nec* [illegible] *Pœnitentia verò iteratur* [illegible] *quod volun-tas nostra convertitur & revertitur.* [illegible] *Ba*[illegible] *omnis pœna remittitur, in Pœnitentia non. & si Ba*[illegible] *iteraretur, daretur nobis occasio peccandi* [illegible] *non sic est in Pœnitentia, quia bene punit.*

¶ De p[illegible] Pœnitentia ait AL[illegible]NDER: * *Volentes pœnitere solenniter de* [illegible] *debent, in capite Quadragesimæ, secum archipresbyterum & p*[illegible] *ante fores episcopales ecclesiæ præsentare ep*[illegible] *unde pedibus* [illegible] *& tu in ecclesiam introductus ep*[illegible] *cum omni clero, septem pœni-tentiæ Psalmos, in terram prostratus cum lacrymis, pro eorum ab-solutione, decantet. Tunc* [illegible] *ab oratione juxta quod Cano-nes jubent manum eis imponat, aquam benedictam spargat, cine-rem prius mittat: deinde cilicio capita eorum operiat. & cum gemitu & crebris suspiriis denunciet eis quod sicut Adam proje-ctus est de paradiso* [illegible] *ipsi pro peccatis ab ecclesia a*[illegible] *tur. Postea jubet* [illegible] *ecclesia expellant. Clerus vero* [illegible] *in sudore vultus tui vesceris pane tuo. In sacra* [illegible] *Domini, rursus ab eorum decanis, & ab* [illegible] *ecclesiæ liminibus præ-sententur. Hoc autem fiet quibet an*[illegible] *ecclesiæ in-troitus est interdictus, & erunt in e*[illegible] *usque ad octavas Pa-schæ nec communicabunt aliis in Eucharistia, nec* [illegible] *& post exibunt de ecc*[illegible] *: & ita repræsentabuntur in sequenti an-no tali die. & ita in omni anno quousque, ne dixi, interdictum est eis introitus ecclesiæ. & hanc faciunt Presbyteri, sed illam reconci-liationem quæ fit in fine pœnitentiæ reservabunt episcopo, cui soli competit. Talis autem pœnitentia, non nisi pro gravissimo pecca-to, debet injungi.*

¶ De Contritione, BONAVENTURA ait: * *Contritio est prima pars pœnitentiæ: & debet esse septiformis. Nam debet esse morosa & intenta, non perfunctoria. solitaria, non publica. inte-gra, non diminuta: ordinata, non confusa. propria, non aliena: ge-mebunda, non delusoria: justa, non simulata. Et hæc septem sunt in verbo Esaiæ 38.* * Recogitabo tibi omnes annos meos in a-maritudine animæ.

THOMAS inquit: * *Contritio prius turbat animum per do-lorem, & sic evacuat humorem peccati: cujus signum aliquando est resolutio in lacrymas.* Item: * *Contritio est dolor de peccato, cum proposito abstinendi.*

¶ Pœnitentiæ non esse locum in alterâ vitâ, ÆGIDIUS ait: * *Post diem judicii, non est amplius tempus miserendi, & ul-terius pœnitentiam agendi, neque merendi, neque demerendi. Pro-pter quod, quamdiu sumus in vita ista, quia possumus pœniten-tiam agere, multa dicuntur nobis per comminationem, ut con-vertamur a viâ malâ.*

DE ORATIONE, seu INvocatione.

THOMAS ait: * *Oratio odoramentum dicitur: quia ad mo-dum thuris odorifera ascendit ad Deum, & in ejus* [illegible] *suaviter redolet.*

BONAVENTURA: * *Licèt Deus sit liberalissimus & promtior ad dandum, quam nos ad accipiendum: tamen a nobis vult orari; ut occasionem habeat largiendi dona gratiæ S*[illegible] *aucti. Vult autem orari non solum oratione mentali* [illegible] *cujus* [illegible] *mentis in Deum: verum etiam vocali, quæ est petitio decentium a Deo.*

¶ Quotuplex sit, AL[illegible]A[illegible]ER ait: * *Aliqua oratio pure-mentalis est, aliqua pure-vocalis, aliqua media sive mixta.* [illegible] *re-mentalis, quando labia non moventur,* [illegible] *cor ad Deum* [illegible] *tur. Pure-vocalis, quando aliquis nihil cogitat de his quæ dicit, nec in generali, nec in speciali, &c. In his orationibus, est concedendum simpliciter quòd melior est mentalis. Alia est mixta, in qua* [illegible] *tatur mentaliter & vocaliter. & de hac distinguen*[illegible] *est. Quia aut verba illa impediunt affectum, qui sic in*[illegible] *est quod immediate fertur*

Margin notes: * 3. Sum [illegible] · vers 11 · * in Ps. 2 [illegible] · * Gen. 3. [illegible] · * de Bon [illegible] 6. · * 1. ep. 5 v. 16. · super [illegible] · pen. · * 4. q. 6 2. · * Par. 4. q. 64. m. 1 · * Dietà 2 de Contrit. · * vers 15 · * in Apoc cap. 9 · * Expos Symb. a 12 · * de Inform. cap. 1. · * in Apoc. cap. 5 · * Breuil. lib. 4 c. 10. · * P. 4. q. 90. art. 4.

[illegible] in Deum [illegible] tale adhuc [illegible] mentalis. Aut vero [illegible] ... [illegible] & am[illegible] ... animatur & [illegible] ultimo modo u- [illegible]. Et multi sunt tales [illegible] maxime qui non sunt [illegible] in spir[illegible] [illegible] ad quorum affectus provocandos sunt oratio[illegible] [illegible] instituta.

In Psal. 7 prae.

[illegible]ius ait:* Potest inter Orationem & Obsecrationem distingui, ut Oratio sit, quæ cum supplicatione proponitur, ut: Exaudi, quæsumus, Domine, supplicum preces. Obsecratio vero quæ cum adjuratione profertur, ut: Per crucem & passionem libera nos, Domine.

2. Sec. 83. a. 12.

THOMAS:* Duplex est oratio: communis & singularis. Communis quidem oratio est, quæ per ministros [illegible] in persona totius fidelis populi Deo [illegible]tur. [illegible] est quæ [illegible]ertur a singulari persona cujuscunque, sive [illegible] [illegible] alis orantis.

In Matt. cap. 6.

ALBERTUS:* Oratio dupliciter dicitur. Aut enim est expositio aut effusio petitionis, sive [illegible] [illegible]ca, quæ in oratione est invocatio divina. Et primo quidem modo, oratio est petitio decentium a Deo. Et [illegible]ntur decentia, quæcunque Deus d[illegible] quæ ad decorem regni pertinent. Invocatio autem orationis est potius secundum orationis [illegible] [illegible]tem, quando vocatur Deus in nos.

Parte 4. q. 88 a. 9.

De [illegible] tribus orationis ALEXANDER inquit:* Justi autem oratio perfecte ex tribus integratur. Primum est, consideratio propriæ miseriæ: secundum, consideratio divinæ clementiæ: & tertium est, recursus ad postulandum illum, qui potest, scit, & vult [illegible] affluenter.

In Matt. cap. 2.

ALBERTUS [illegible]:* Adoratio in duobus consistit: in prostratione, & oratione. Prostratio, toto corpore facta, recognitionem significat quòd homo de se nihil est, nisi pulvis & cinis. Resurrectio autem significat quod erigit [illegible] ex pulvere [illegible] manu creatoris & plasmatoris. Item:*

ibid. c. 7

Perfe[illegible] invocatio consistit ex tribus: ex devotione & fide cordis, ex confessione oris, & operis attestatione.

In Joh. c. 4

De Adoratione, inquit ALBERTUS:* Adorator est, qui ad [illegible] tendit, quod adorat. Verus autem adorator, qui non est fictus, sed intus per devotionem est, qualis apparet exterius. Item: Ad verum adoratorem exiguntur quatuor. 1. ut cor sit cum labiis in cogitatione. 2. Quòd sit mens cum oratione, in delectationis intentionem. 3. Quòd non confidat in orationis rhetorica persuasionem: hoc est, quòd oret in simplicitate. 4. Quod oratio non impediatur contrariâ operatione. Item: Ad orationem apponit: 1. rectitudinem cordis, 2. rectitudinem intentionis, 3. rectitudinem simplicitatis, 4. rectitudinem operis. Item: Adoratio enim oil, quæ virtute & fervore devotionis ascendit; quæ calore charitatis ignescit, & fragrantiâ aromatum omnium virtutum, coram Deo odorem spargit. Item: In spiritu adorat, qui a carne, & carnis desideriis, & phantasticis conceptionibus, abstrahitur; in quibus animales homines occupantur. Item: Adoratio sive Latria, est cultura Dei. Non ergo Pater quærit localiter adorantes, sed talem cultum exhibentes. Pater est spiritus: igitur nec imaginem, nec locum quæris, in quibus adoretur.

Par. 4. q. 92. a. 1.

Quis sit orandus, ALEXANDER ait:* Absque dubio Deus orandus est: cum multiplex est oratio. Una est eadem, quâ est amandus & venerandus. Amandus est enim Deus, & venerandus: quia ipsum amari & venerari dignum est, utile est, & necessarium. Dignum est, propter eius majestatem & bonitatem: utile est, propter supernam obtinendam felicitatem. necessarium, propter vitandam æternam [illegible]atem. His eisdem rationibus orandus est quia eum orar[illegible] [illegible]gnum, utile, & necessarium est. Di[illegible]m, quia ipse est [illegible] & [illegible] principium & finis. Principium collativum, conservativum, & consummativum, omnium charismatum spiritualium, utpote a quo est influentia omnis boni. Finis, ad quem est ordinatio & congressio omnis boni. Ideo rationalis creatura debet ipsum honorare ut principium, [illegible] quo exeunt: ut finem, ad quem redeunt. Honorat autem ipsum, ut principium & datorem gratiæ, in desiderio orat[illegible] pro [illegible] [illegible] honorat ut finem [illegible] in re[illegible]tione laudis & [illegible] gratiarum actione pro acceptis [illegible] modum etiam est orare [illegible] quia hoc ipso, quod mens orat exercet se ad [illegible] desiderium. Item:*

ib. q. 96 art. 1.

[illegible] de [illegible] et efficeorationis [illegible] initium.

Sermo in dedic. Templo.

I[illegible] [illegible]:* Adorandi sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Et adorandi [illegible] amoris fervore exteriori, id est, in fa[illegible] [illegible] co[illegible] & [illegible] d[illegible] S[illegible] tura ut tan- [illegible]ri [illegible]retur in domo [illegible] patrià: de qua [illegible]tur B[illegible] [illegible] domo [illegible] Domine, in secula [illegible]bunt. It[illegible]: [illegible] Dei Patris imago quam un[illegible] Patre d[illegible] [illegible] venerar[illegible] [illegible]licet, unigenitum Jesum Chr[illegible] [illegible] est [illegible] quasi Deus adorandus [illegible] [illegible] dem [illegible] cum Patre, qui genuit, & Spiritu [illegible] [illegible] [illegible] alibi in Evangelio:*

Psal. 84 In Sermo. de Epiphan.

Joh. 4. v. 23.

Ve[illegible] ad[illegible] [illegible] Tanta [illegible] [illegible] m & humanam naturam ut, in hypostasi Verbi, p[illegible] assumentem [illegible] divinitatis [illegible] [illegible] itas etiam adoretur. It[illegible] Omnis agit Dei [illegible] adorare. Patrem a[illegible] Spiritum a[illegible] [illegible] F[illegible] quia [illegible] essentialiter est in F[illegible] [illegible] F[illegible] in Patre Sp[illegible] sanct[illegible] [illegible]stantial[illegible] [illegible] æque.

lib. 3 de Myst.

In Apo. lib. ca. 19

THOMAS [illegible]:* [illegible] adorandus, qui solus per se est immortalis & a quo alii. Et:* Christus [illegible] salvator hominum, C[illegible] [illegible] & [illegible] adorandus.

In Matt. cap. 6.

A[illegible]:* [illegible] nominem alium dirigendus est pius [illegible] [illegible] onis [illegible]ctus; nisi ad [illegible] Patrem. Et: [illegible] oratio igitur ad Deum.

In Psal. 4. Pen.

Quæ sint petenda, I[illegible]OC[illegible]IUS ait:* Hæc sunt [illegible] petenda sunt, quæ [illegible] quæ decent, & quæ expediunt: justa, honesta & necessaria. ne, si forte petieris injusta, fiat tua oratio in peccatum. [illegible] verò petieris inhonesta, non accipias, eo quòd male petas: & si petieris inutilia dicatur tibi, [illegible] quid petis.

super [illegible] dom.

de Relig. c.

BONAVENTURA ait:* Oportet ut tria petamus: panem quotidianum, similiter & necessaria corpori; & sacramentum visibile, & invisibile verbum Dei. Item:* Omnia, quæ petimus orantes, sunt ista. Aut oramus pro malis, quæ fecimus, ignoscendis: aut pro malis, quæ patimur, amovendis: aut pro bonis, quæ cupimus, adipiscendis: aut cùm gratias agimus pro acceptis, vel promissis, quæ nobis Dominus concedat adipisci, qui est benedictus in secula. Amen.

q. 83. a. 2.

THOMAS:* Non est necessarium, nos Deo preces porrigere, ut ei nostras indigentias, vel desideria, manifestemus: sed ut nos ipsi consideremus in his ad divinum auxilium esse recurrendum. Item: Deus nobis multa præstat ex suâ liberalitate, etiam non petita: sed quod aliqua vult præstare nobis petentibus, hoc est propter nostram utilitatem: ut scilicet fiduciam quandam accipiamus recurrendi ad Deum, & ut recognoscamus, eum esse bonorum nostrorum authorem. Unde Chrysostomus dicit: Considera, quanta est [illegible] co[illegible] [illegible]licitas, quanta gloria attributa orationibus [illegible] [illegible] [illegible]um Deo, cum [illegible] [illegible] miscere colloquia; optare quod velis, quod desideras postulare.

in Matt. cap. 7.

ALBERTUS:* Oratio est petitio decentium a Deo. Petitur triplex bonum: temporale, infirmitatis solatium: virtutis, ad meriti profectum; & gloria, in præmium.

lib. 2. de Myst. c. 4

Per Christum esse orandum, INNOCENTIUS docet:* Christus orationes inspirat animo: ut per ipsum offeratur incensum dignum, in odorem suavitatis. Ipse nos prævenit in benedictionibus dulcedinis: ut ejus donum sit nostrum meritum.

in [illegible] cap. 2.

THOMAS ait:* Per Christum orationes justorum exaudiuntur. Unde & in orationibus Ecclesiæ, petitur orationum exauditio, per ipsum Filium. Unde dicitur, Per Dominum nostrum, &c.

P. 4. q. 19. art. 1.

Etiam pro aliis orandum esse, ALEXANDER dicit:* Est orandum pro aliis. Cujus triplex ratio potest assignari. Prima est, propter eorum necessitatem, quibuscunque potest quasi commembris compati & succurri. Secunda, propter divinam voluntatem. Tertia propter propriam utilitatem.

2. Secund. q. 83. a. 7

THOMAS:* Etiam pro peccatoribus orandum est, ut convertantur: & pro justis, ut perseverent, & proficiant. Orantes tamen, non pro omnibus peccatoribus exaudiuntur; sed pro quibusdam. Exaudiuntur enim pro prædestinatis; non autem pro præscitis ad mortem. Sicut etiam correctio, quâ fratres corrigimus, effectum habet in prædestinatis; non in reprobatis, secundum illud Eccles.* Nemo potest corrigere, &c. Et ideo dicitur 1 Johan. 5.* Qui [illegible] fratrem &c. Sed sicut nulli, quamdiu vivit hic, subtrahendum est correctionis beneficium, quia non possumus prædestinatos distinguere a reprobatis: ita etiam nulli est denegandum orationis suffragium.

vers. [illegible]

vers. 16

Expos. rat. dom. cap. 1.

Quæ ad orationem requirantur, THOMAS docet:* Quinque in oratione requiruntur. Debet enim esse oratio secura, recta, ordinata, devota, & humilis. Secura quidem ut cum fiducia adeamus ad thronum gratiæ e[illegible] Jacob. 1.* Postulet autem in fide, &

vers. 6

[illegible] t [illegible] tem [illegible] re [illegible] oratio nostra, ut petat [illegible] aut Deo, qua [illegible] [illegible] veniunt. Debet etiam esse [illegible] a [illegible] or [illegible] inata. [illegible] autem de [illegible] corde ut [illegible] t ualia [illegible] [illegible] calestia terren [illegible] d. fide- [illegible] & ora [illegible] [illegible] an: [illegible] ndum [illegible] Matt. [illegible] .* Q [illegible] primũ, & [illegible] itè [illegible] Pon [illegible] tur quatuor conditiones, qui [illegible] cen- ur [illegible] [illegible] semper aliquis impet [illegible] at quod p [illegible] it [illegible] ut scilicet pro se petat [illegible] essaria ad sal [illegible] tem, piè, & pe [illegible] veranter.

AL[illegible]:* Sex spectantia ad orationem. [illegible] Ora [illegible] ad [illegible] litudinem [illegible] egregatio. 2. Spiritus orantis elevatio. 3. Fo ma, quam [illegible] ecet habere orationem 4. Orantis in oratione perseverantia [illegible] tempus, quo ad orationis & [illegible] rett congruitatem 6. Finis orationis.

Quomodo sit orandum: INNO[illegible] docet:* De [illegible] de puro Deus est adorandus: non ut quidam adorant, qui Deum in prosperitate glorifi[illegible], sed in adversitate blasphemant. Adorandus est Deus de conscientia bona: non ut quidam adorant, qui contra Deum gravissime peccant; & tamen illi sacrificant. Adorandus est Deus de fide non ficta. non ut quidam adorant, qui rectè dicunt, sed pravè vivunt. Adorandus est igitur Deus corde, ore, & opere. Corde, per devotionem super omnia diligendo: ore, per confessionem super omnia collaudando: opere, super omnia famulando. Itèm:* Debet esse oratio fidelis, humilis, pia, devota, intenta, compendiosa, assidua, & discreta. & quæ talis est, procul dubio meretur exaudiri. Item: Quod debeat esse humilis; Sapiens protestatur. Eccles. 5.* Oratio humiliantis se penetrat, &c. Quòd debeat esse pia, ut petat ea, quæ pertinent ad animæ salutem, Dominus ait:* Petite, & accipietis, &c. Quod debeat esse devota, ut suaviter tanquam incensum redoleat Psalmista demonstrat, Psalm. 14.* D[illegible]rigatur oratio mea, &c. Quòd debeat esse intenta, ut non tam ex ore, quam corde procedat dicit Scriptura:* Delectare in Domino. &c. Quòd compendiosa, Dominus ait:* Orantes, nolite multa loqui &c. Quod assidua, dicit Paulus:* Sinè intermissione orate, &c. Quod discreta, ipse Christus perhibet, dicēs:* Quærite primùm regnum cœlorum. Qui taliter orat, nonnunquam obtinet apud Dominum, non solùm id, quod petit; sed aliud quiddam, & amplius. Itèm: Quidam jacendo orant; quidam sedendo, quidam stando.

BONAVENTURA ait:* Qui orat, debet clamare, sicut clamat parvulus, qui vult ubera: sicut clamat catulus, cũ sentit verbera: sicut clamat populus, cùm videt pericula. Itèm: In oratione debemus os cordis aperire, sicut rheumaticus aërem; sicut pullulus matri, sicut infantulus nutrici. Itèm: Hoc in oratione observent: ut quod orantes dicũt, ex animo semper dicant. non enim vocibus; sed rebus, agetur apud Deum: & qui ad orationem est negligens, suæ nimirum ingratitudinis & tepiditatis est testis. Frustra profectus virtutum sinè oratione speratur. Itèm:* In ipso omnium suarum operationum initio, Dominum invocare, & suam intentionem ad Deum dirigere, assuescant. Instent orationi frequenter: quæ novam plantulam in horto Domini fovet, provehit, & confirmat. Discant igitur, unà saltèm diei vel noctis hora, tempus & otium vendicare: quando ad se reversi, mentisq; cubiculum introgressi, orent in abscondito patrem suum; & in corde contrito & humiliato universorum Domino familiariter assistant. Itèm:* Qui orationis studio vult intendere, assuescat primo aliquando orationi vacare, deinde sæpius ad orationem recurrere, deinde in oratione persistere diutiùs; tandem frequenter, quàm cum libet, in oratione incumbere; nec pro fastidio vel levitate desistere: nisi quando corporis debilitas, vel urgens necessitas, vel rationabilis utilitas, inde avocat. & iterum revertatur in idipsum [illegible] ne, per diutinam abstractionem, redeat in desuetudinem o[illegible] andi, & refrigescat affectus. Percurrat quoque singulos modos orandi, & diversis modis suas petitiones formet, & diversas petitiones attentet [illegible] ut tandem in aliquo devotionis affectum concipiat, & illi, quamdiu sibi sapit, inhæreat. Itèm:* Divinum auxilium comitatur eos, qui petunt ex corde humiliter & devotè. & hoc [illegible] ad ipsum suspirare, in hac lacrymarum valle, quod fit per ferventem orationem. Oratio igitur, mater & origo est sursum actio[illegible] in Deum.

TH[illegible]:* Ipse (Christus) salvator est, non solùm quando facit, quod petimus, verùm etiam quan[illegible] non facit. Quoniam, quod videt peti contrarium [illegible] [illegible] [illegible] n [illegible] tendo exhibor[illegible] [illegible] [illegible] em. Novit enim Medicus, quid pro[illegible] a, quid contra salutem suam petat ægrotus.

A[illegible]BERTUS:* Et nota, humilem debere esse orationem.

¶ C[illegible]m fide orandum esse, THOMAS ait:* Oratio innititur principaliter fidei: non quantum ad efficaciam merendi, quia sic innititur prin[illegible]ipaliter charitati: sed quantum ad efficaciam impetr[illegible]di, quia per fidem habet homo notitiã omnipotentiæ divinæ & misericordiæ: ex quibus oratio impetrat, quod petit.

¶ Formul[illegible] orationis apud INNOCENTIUM extat:* Oremus ergo fratres & filii Dominum nostrum Jesum Christum. ut, qui tentatoris superavit astutias, ipse nos liberet ab insidiis tentatoris, nec permittat nos in tentationem induci: sed, si quando nos tentatio nos apprehendat humana, non permittat usque ad consensum tentari. qui cum Patre & Spiritu S. vivit, & regnat Deus per omnia secula seculorum.

BONAVENT[illegible]A:* O Domine, omnia mea opera es operatus: in conspectu tuo nihil sum, nihil possum [illegible] de tuo munere [illegible] [illegible] quod subsisto: sinè te nihil agere poss[illegible]m. Tibi, clementissime Pater misericordiarum [illegible] quod tuum est, offer[illegible], tibi [illegible]ommendo, [illegible] committe [illegible] me m[illegible]gnum, & ing[illegible]atum omnibus donis tuis, per te mihi collatis, humiliter reco[illegible]o. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum-actio ò beat[illegible]ssime Pater, majestas æterna qui me per tuã infinitam pote[illegible]tiam de nihilo creasti [illegible] te laudo; te glorifico, [illegible] tibi gratias ago. O beatissime Fili, charitas paterna, qui me per tuam a[illegible] sapientiam, de morte æterna liberasti: te benedico, te sanctifico, te adoro O beatissime Spiritus alme, me, per tuam benedi[illegible]ctam pietatem & clementia[illegible] de peccato ad gratiam, de seculo ad vitam religiosam, de exsilio ad patriam, de labore ad requiem, de m[illegible]ro [illegible] ad jucundissima & deliciosissima beata fruitionis dulce[illegible] [illegible] [illegible], du[illegible] Jesu [illegible] [illegible] qui cum Patre & Spiritu sancto, &c.

¶ De Exaudítione precum, THOMA[illegible] ait:* Vult Deus implere desideria rationalis creaturæ, quæ perfectissimè divinam bonitatem participat, inter cæteras creatu[illegible]as. Sua autem voluntas, est perf[illegible]ctissi[illegible] [illegible] causa rerum. Ad bonitatem ergo divinam pertinet ut impleat desideria rationalis creaturæ, sibi per rationem proposita. Itèm: Hoc maximè commendabile in hominibus apparet: ut juste-petentibus assensum non denegent. Ex hoc enim vocantur liberales, clementes, misericordes, & pii. Maximè ergo hoc ad divinam bonitatem pertinet [illegible] ut pias orationes exaudiat.

ALBERTUS:* Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Itèm:* Deus peccatores, qui manent in peccatis non exaudit ad fructum vitæ æternæ.

¶ De Gratiarum-actione, INNOCENTIUS ait:* Nos, fratres, tanta gratiæ non simus ingrati, sed Redemptori nostro dignissimas grates, pro tanta gratia, referamus: humiliter implorantes, ut, qui particeps factus est nostræ naturæ, faciat nos participes suæ gloriæ.

BONAVENTURA:* Sunt adhuc duæ species orationis; scilicet gratiarum-actio, & vox laudis, large sumto nomine orationis, secundùm quod Oratio dicitur pia mentis in Deum intentio. Gratiarum-actio est oratio, bona à Deo data sentire & pro his eum laudare, corde, voce, & opere. Gratias agimus, cum bona, quæ accepimus, gratiæ, non merito adscribimus. Laudare Deum, est Deum laudabilem intelligere; & ejus magnificentiam cum exsultatione & admiratione extollere: vel pro eo, quod in se ipso est, vel pro his, quæ facit. Gratias Deo agimus, cùm de bono, quod nobis ab ipso prœstatur, ejus bonitatem commendamus. Ad gratiarum-actionem pertinet, beneficia, quæ accepimus, diligenter recolere, subtiliter intelligere, fideliter confiteri, studiosè servare, benefactorem diligere, & ejus offensam cavere: & gratiam acceptam non otiose negligere, sicut ille piger servus, qui abscondit pecuniam domini sui; sed ad id, ad quod datur, eam exercere; & inde non insolescere vel extolli.

ALBERT[illegible]:* Gratiarum actio nihil est aliud, quàm bono[illegible] [illegible] habitorum, ad ipsum, à quo habentur, relatio, & m[illegible]ficentiæ, & liberalitatis, & virtutis ejus, propter hoc [illegible]audatio.

¶ De Effectu orationis, AL[illegible]ANDER inqu[illegible]:* Inter omnes a[illegible]us nostros, summè necessarium nobis est, orare: qu[illegible] orat[illegible] est omnium bonorum nostrorum inchoatio, promotio, & consummatio. Quia orationis exercitium bonum cooperativum [illegible] ut potè in quo est peccatorum cognitio, cordis humiliatio, desideriorum inflammatio, & meritorum consummatio.

BONAVEN[illegible]URA [illegible] it:* Pro principali exercitio, orationis exercitium debemus habere. Nil [illegible] aliu necessarium cuius cantum exc[illegible] [illegible] [illegible] tantum delectari, quantum orare [illegible] q[illegible]a

oratio facta cum longa, minùs conversari cum Deo. Nam licet corde tepido ad orationem accedamus perseverantibus tamen, repentè infunditur gratia, pinguescit pectus, replet viscera pietatis inundatio, &c. sicut si quis premat lac concepta dulcedinis, uberadare non tardabunt ut experiamur, quibus studium est frequenter orare. Et: *Tria possumus petere. Duo sunt præsentis temporis, id est, bona corporis, & bona animæ: tertium, est beatitudo vita æterna. Orandum est ergo pro necessitatibus tamen cum intentione semper perveniendi ad aliud. Et qui sic orat, non illa videtur petere; sed illud, pro quo alia postulamus. Sed frequentius & ardentius, pro Dei gratia impetranda, & pro vita æterna, ardentissimè & continuè, & toto corde. Sit igitur oratio, quæ pro temporalibus est restricta circa solas necessitates: et quæ pro virtutibus animæ, sit libera & pura: quæ pro spiritualibus est, sit in omni humilitate fundata confisa de sola misericordia divina.* Item:* *Frequens oratio, est efficax remedium contra omnia vitia, quia oratio elevat mentem supra se ad Deum, & impetrat ab ipso curationem languoris vitiorum & sanitatem virtutum.* Item:* *Oratio iram judicis placat.* Item:* *Oratio est quasi speculum: nam clarius facit hominem agnoscere defectus suos, [illegible] profectus. Quia conscientia lucidius sibi de se ipso repræsentat: vel ex profectu in fiduciam spei læta erigitur vel ex defectus consideratione compungitur. Oratio quoque mentem à terrenis magis levat & elongat, quàm cætera actiones.*

Thomas ait:* *Oratio dominica, & hujusmodi alia, non solùm ad delendum peccata venialia valent, sed ad remissionem mortalium: quamvis non ita sufficiant ad deletionem mortalium sicut venialium.* Et:* *Non propter hoc oramus, ut divinam dispositionem immutemus, sed ut id impetremus quod Deus disposuit, per orationem Sanctorum esse implendum: ut scilicet homines postulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens ante secula disposuit dare.* Et:* *Per orationem homo Deo reverentiam exhibet: in quantum scilicet ei se subjicit, & profitetur orando, se eo indigere, sicut autore suorum bonorum.*

Albertus ait:* *Oratio est utilis & bona fragilitati nostræ expediens.*

¶ De Impedimentis orationis, Innocentius ait:* *Principaliter tria sunt inter cætera, quæ orationem ad Deum transire non sinunt: videlicet sartago, murus, & nubes. Hæc est, concupiscentia carnis; id est, luxuria, in qua velut sartagine caro frigitur. Concupiscentia oculorum; id est, cupiditas, in qua opes, velut lapides in muro, congeruntur. Et superbia vitæ, id est, jactantia, quæ velut nubes sicca aqua circumfertur à ventis.*

¶ De loco orationis, ait Albertus:* *Adoratio non debet esse localis.* Item: *Deus, quia adoratur, non est localis. In templo. Quod in figura demonstrationis cœlestium ad locum orationis Deus: non quod ibi localiter adorandus esset tantùm; sed quod ibi in typo cœlestium dispositio demonstraretur, propter quæ Deus esset adorandus.*

¶ Non rectè inter λατρείαν & δουλείαν discernit Innocentius. Duas inquit,* *species servitutis. Una, quæ debetur soli Deo creatori, & dicitur λατρεία. Et altera, quæ creaturis impenditur, & dicitur δουλεία. Utramque speciem determinat Dominus, dicens:* Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & Deo, quæ sunt Dei. *Ad latriam pertinent templa, altaria, sacrificia & hujusmodi.* Item:* *Sacra Scriptura duas species adorationis distinguit; Latriam, & Duliam. Latriam soli creatori debemus impendere. Duliam verò quibusdam creaturis possumus exhibere.* Nam in Scriptura inde [illegible] inter utraque Deo tribuimus: ut videre est Matt. 4. v. 1[illegible]. & Rom. 1. v. 6. 2[illegible] & c. 14. v. 6. Col. [illegible] v. 24. 1. The[illegible] 1. 9.

¶ Tuentur plerique [illegible] scriptores Invocationem Sanctorum, contra [illegible] & honorem Dei. ut Innocentius:* *[illegible] Mariam. Qui ergo jacet in nocte culpæ, re[illegible] Lunam, deprecetur Mariam; ut ipsa per Filium cor [illegible] ad compunctionem illustret.*

Bonaventura:* *Ut gloriosam reginam, Domini nostri matrem be[illegible] summo hab[illegible] omni tempore venerationis affectu [illegible] in cunctis [illegible] tatibus periculis & pressuris, ad eam, tanquam ad [illegible] refugium, te [illegible] ipsius tutela præsidium [illegible] erant. devotissimè ac securè tuam [illegible] (quia mater misericordia, quotidie es studens specialem & singularem reverentiam exhibere. Et ut tua devotio sit ei accepta, & reverentia grata: ipsius puritatem ac munditiam omni virtute, mente & corpore illibata, in te-ipso servando, toto conatu nitaris, humilitate & mansuetudine, ejus vestigia imitari.*

Thomas ait:* *Sanctos in patria orare pro nobis.* Probatque ex 2. Machab. ultimo:* *Hic est, qui multum orat pro populo.* Item:* *Oratio porrigitur alicui dupliciter. Uno modo quasi per ipsum implenda; alio modo, sicut per ipsum impetranda. Primo quidem modo, soli Deo orationem porrigimus. Sed secundo modo orationem porrigimus sanctis Angelis & hominibus: non ut per eos Deus nostras petitiones cognoscat; sed ut eorum precibus & meritis orationes nostræ sortiantur effectum. Et ideo dicitur Apocal. [illegible] quod ascendit fumus de orationibus Sanctorum, de manu angelorum, coram Deo. Nam à sancta Trinitate petimus, ut nostri misereatur: ab aliis autem Sanctis quibuscunque petimus, ut orent pro nobis.*

Albertus:* *Sancte Petre ora pro nobis; synecdochica est locutio: ponitur enim anima pro toto Petro.*

¶ De reliquiis Sanctorum non rectè docet In[illegible]:* *Requiescunt & in sacris templis Sanctorum reliquiæ qui nobis suis precibus assequuntur, quod nos nostris meritis non valemus. Et ideò, fratres, diligenter attendite, quàm solicitos & devotos ante Sanctorum reliquias, coram Angelis Domini, vos oportet in templo Domini adorare.*

DE SACRAMENTIS.

De voce, inquit Alexander:* *Nomen Sacramenti aliquando largè accipitur, ut dicatur, quodcunque sacramentum, quod est sacræ rei signum. Secundum hunc modum, non appropriatur istis sacramentis, quæ signant sacramenta novæ legis. Alio modo dicitur Sacramentum, quod est institutum ad significandum, & exprimitur quòd ad hoc institutum est. & hoc modo dicitur Circumcisio sacramentum, & similiter comestio Agni paschalis. Unde dicitur Genes. 17.** Ut sit in signum fœderis inter me & te. *Et Rom. 4.** Abraham accepit signũ Circumcisionis, signaculũ justitiæ. *Alio modo dicitur, quod factum est vel acceptum, ad significandum gratiam aliquam remediantem; licet non exprimatur ibidem. Et hoc modo Mare rubrum divisum, acceptum est ad significandum; licèt non ibi exprimatur. Aliquando verò dicitur Sacramentum quod sanctificatum, est factum ad significandum sicut est de aqua expiationis. Et hoc modo ultimo Mare rubrum non dicetur sacramentum, sed Aqua expiationis.*

Innocentius inquit:* *Sacramenta non haberent similitudinem rerum, quarum sunt sacramenta, non diceremus propriè sacramenta. Sicut sacramentum Baptismi, quod est ablutio carnis exterior, similitudinem habet significati, quod est ablutio mentis interior.*

¶ Quid sit, Alexander ait:* *Sacramentum est sacræ rei signum.*

Bonaventura ait:* *Sacramenta sunt signa sensibilia, divinitus instituta tanquam medicamenta, in quibus, sub tegumento rerum sensibilium, divina virtus secretius operatur: ita quòd ipsa ex similitudine repræsentant; ex institutione significant; ex satisfactione conferunt, aliquam spiritualem gratiam, secundum intellectum infra ponendum, per quam anima curatur ab infirmitatibus vitiorum. Et hæc principaliter ordinantur, tanquam ad finem ultimum: valent tamen ad humiliationem, eruditionem, & exercitationem, sicut ad finem, qui est sub fine.*

¶ Extra verbum Dei, ex Magistro suo, asseverarunt, septem esse Sacramenta. Innocentius:* *Profunda ergo & fecunda mistica & magnifica sunt septenarii Sacramenta, quæ non solum à Theologis, verum etiam à Philosophis commendantur.*

Bonaventura dicit,* *quod septem sint, secundum correspondentiam ad gratiam septiformem: quia, per septenarium temporis nos reducit ad principium, quietem, & circulum æternitatis, sicut ad octavam resurrectionis universalis. Horum sacramentorum janua est Baptismus, deinde Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Unctio extrema, Ordo, & Matrimonium: quod licet ultimò collocetur, propter morbum concupiscentiæ anne-*

[Margin notes, left column: * de Prof. Relig. c. 44. * ib. ca. 66. * Tom. de Verit. mat. 13. q. 4. * 2. Secunda q. 83. a. 2. * ibid. a. 3. In Matt. cap. 6. * [illegible] Psal. [illegible] * in Joh. c. 4. * lib. 3. c. 4. * Matt. 22. v. 21. * Serm. 6. in [illegible] templi. * Serm. 2. in [illegible] Assumt. Mar. * in Reg. Christ[illegible] valent[illegible]. Right column: * 3. [illegible] * ibid. a. 4. * super 3. Sent. Di. 22. * Serm. 1. Dedic. templi. * Part. 4. q. 6. m. 1. art. 1. * vers. 11. * vers. 11. * [illegible] * Par. 4. m. 1. * Breviloq. p. 6. cap. * Prœm. [illegible] * Brevil. p. 6. [illegible]]

[illegible] *ante omnia sal[illegible] parat[illegible] peccatum*

[illegible]OMAS ait: * *Sunt Sacramenta legis nova septem: [illegible] Baptismum, Confirmatio, Eucharistia, [Pœ]nitentia, [Ex]trema unctio, Ordo, & Matrimonium. Quorum [illegible] ae, ordinantur ad perfectionem unius hominis in se-ipso [illegible] duo scilicet Ordo & Matrimonium, qua ordinantur a[d] [illegible]ionem & multiplicationem totius Ecclesiæ. Vita enim spiritualis, conformatur vita corporali. In vitâ corporali perficitur homo. 1. per generationem, qua nascitur [2]. per augmentum, quo perducitur ad quantitatem, & virtutem perfectam: 3. per cibum quo sustentatur hominis vita & virtus 4. indiget sanatione. Sic est in spirituali. Primo enim indiget homo regeneratione, qua fit per Baptismum, secundum illud Johannis 3.* Nisi quis renatus fuerit, &c. 2. Oportet, quod homo accipiat perfectam virtutem, quasi quoddam spirituale augmentum, scilicet per sacramentum Confirmationis ad similitudinem Apostolorum quos Spiritus sanctus, in eos veniens, confirmavit. Unde Dominus dixit eis, Lucæ ultimo:* Vos sedete in civitate Hierusalem &c. 3. Oportet, quod homo spiritualiter nutriatur per Eucharistiæ sacramentum: secundum illud Johannis 6.* Nisi manducaveritis carnem, &c. 4. Oportet, quod homo sanetur spiritualiter, per Pœnitentiæ sacramentum: secundum illud Psalmi;* Domine sana animam meam, &c. 5. Spiritualiter simul & corporaliter, per sacramentum Extremæ unctionis, sanatur: secundum illud Jacobi ultimo,* Infirmatur aliquis in vobis, &c. Quantum autem ad communem Ecclesiæ utilitatem, ordinantur duo sacramenta; scilicet Ordo & Matrimonium: per qua Ecclesia multiplicatur corporaliter.* Item:* Per septem Sacramenta, consequimur remissionem peccatorum*

ALBERTUS etiam * *septem Sacramenta asserit, nec esse plura. Aqua enim benedicta, & benedictio, & hujusmodi, non justificant ex opere operato, sed potiùs ex opere operante: item, non habent specialem formam verborum, in quâ fiant: item, non sunt ad hoc instituta. Et hæc tria exiguntur in omni Sacramento: ut ex opere operato justificet; & ex institutione significet, & ex sanctificatione verbi conferat invisibilem gratiam.*

¶ De Authore Sacramentorum, BONAVENTURA inquit:* *Ortus Sacramentorum, est Jesus Christus, Dominus noster: usus autem eorum est actus exercitativus, eruditivus, & humiliativus: fructus autem est, hominum cura & salus. Patet etiam, quæ sit causa efficiens sacramentorum, quia divina institutio: quæ materialis; quia signi-sensibilis repræsentatio: quæ formalis, quia gratuita sanctificatio: quæ finalis, quia hominum medicinalis curatio. Et quia denominatio fit à formâ & fine; hinc est, quod dicuntur Sacramenta, quasi medicamenta sanctificata. Per hæc enim anima, à fœditate vitiorum, reducitur ad sanctificationem perfectam. Et ideò, licèt sint corporalia & sensibilia, sunt tamen medicinalia, & ad hoc veneranda, tanquam sancta: quia sacra significant mysteria, & ad sacra præparant charismata, & à sacratissimo Deo data; sacrâ institutione & benedictione divinitus consecrata, ad cultum sacratissimum Dei, in sacrâ Ecclesiâ constituta: ita ut meritò dici debeant Sacramenta.* Item:* *Institutio Sacramentorum Deum decuit, & nobis expediens fuit. Decuit quidem divinam misericordiam, nobis providere remedia, non solùm quæ facerent ad remissionem culpæ; sed etiam pœnæ. Decuit divinam justitiam, quæ à nobis exigit aliquam humiliationem: quam exhibemus per signorum sensibilium observationem. Decuit divinam sapientiam: quæ in sensibilibus decrevit remedia invenire; ex quibus contigit naturam hominis torrere. Nobis expediens fuit: quoniam enim eramus cæci, quo-ad rationalem; ideò data sunt sacramenta sensibilia, ad eruditionem. quoniam eramus elati, quo-ad irascibilem; ideò data sunt sacramenta corporalia, ad humiliationem. quoniam eramus proni ad malum, quo-ad concupiscibilem; ideò data sunt sacramenta plura, ad exercitationem.*

THOMAS:* *In Sacramento operatur Deus invisibiliter; Homo autem exterius visibiliter: & ipsum Sacramentum visibiliter suscipitur.* Item:* *In forma Sacramentorum, non minus facit verbum à peccatore, quàm à justo prolatum: quia non operatur ibi meritum hominis, sed passio Christi, & virtus Dei.*

ALBERTUS:* *Ex Christo Sacramenta Ecclesiæ fluxerunt.* Et:* *Sacramenta non sunt Ministrorum, sed sunt Christi. & impius est Minister, qui bona Christi subtrahit [illegible] Dei.* Et [illegible]

[Chr]istum sacramenta passionis & resurrectionis ip[sius] [illegible] qua[illegible] tanquam [illegible] operantur & faciunt in sacramentis Ecclesiæ & d[ant] [illegible] virtutem quâ nos regenerant.*

¶ Duo [Sacr]amenta [à] Christo instituta, ALEXANDER dicit:* *Duo instituit per se-ipsum, scilicet sacramentum Baptismi, quod est maximæ necessitatis & efficaciæ, & sacramentum Eucharistiæ quod similiter, propter quotidianam infirmitatem, est maximè necessarium, tanquam reparativum quotidianæ infirmitatis. Sacramentum verò Confirmationis & Extremæ unctionis, dedit per Apostolos nisi fortè intelligatur, quod impositione manus factâ parvulis intelligatur confirmatio.*

I[SIDORUS] [illegible]:* *De latere Christi duo præcipua Ecclesiæ sacramenta fluxerunt, videlicet redemtionis in sanguine, & in aquâ sacramentum regenerationis.*

THOMAS ait:* *Color viridis in iride, qui est aquaticus, signat Baptismum. per colorem rubeum signat sanguinem dominicum per quæ duo transit ad nos protectio divinæ propitiationis. Vel per rubrum colorem dona Spiritus sancti in Baptismo suscepta, quæ igne spirituali rubere faciunt animam.* Et:* *Ex latere Christi fluxit aqua, ad abluendum, sanguis autem, ad remedium: & ideò sanguis competit sacramento Eucharistiæ; aqua autem sacramento Baptismi: quæ tamen habet vim ablutivam, ex virtute sanguinis Christi.*

¶ De fine & usu Sacramentorum, inquit ALEXANDER:* *Sanctificatio, quæ est in aqua Baptismi, & in aliis sacramentis ordinatur ad sanctificationem animæ rationalis. quia motus sanctificationis non terminatur, nisi in substantia Sacramentum autem est velut adminiculum, seu via, ad hoc, ut anima sanctificationem recipiat. Quia ergo missio respicit terminum non viam, & non viam: in illa sanctificatione, quâ sanctificatur aqua, potiùs dicitur mitti ad rationalem creaturam, ad quam ulteriùs ordinatur illa sanctificatio quàm ad ipsam aquam; aquæ enim sanctificatio, quæ est in aquâ, fit sicut via: illa verò sanctificatio, quæ est in rationali creatura fit ut terminus.* Item:* *Sacramentorum una utilitas, est eruditio: ut per illud, quod foris in sacramento est ad invisibilem virtutem, quæ intùs in re sacramenti constat cognoscenda, mens humana erudiatur.* Et:* *Sacramenta ordinata sunt ad intellectum gratiæ, & ad remedium, quod per gratiam datur.* Item:* *Multa sunt, à quibus Sacramenta dicuntur habere virtutem. Unum est, ipsa institutio Salvatoris, qui instituit illa ad sanctificandum. Aliud est, forma verborum Christi & Ecclesiæ. Tertium est, ipsa debita actio Ministrorum. Quartum est, ipsa passio Christi, cum resurrectione. Quintum est, ipsa fides Ecclesiæ, de Creatore & Salvatore. Institutio autem, est tanquam causa prima: Minister, est tanquam causa secunda, accipiens virtutem à primâ: verba sunt, per modum instrumenti, debita actio, tanquam dispositio ex parte ministrorum: passio cum resurrectione, sicut quæ dat virtutem, ad gratiam justificantem à pœnâ, quantum est in se. & est dispositio ex parte Salvatoris, ad plenè salvandum fides autem, est ex parte suscipientis, tanquam dispositio, vel ipsius Ecclesiæ.* Item:* *Sacramenta sunt adminicula, sive adjumenta virtutum. Quia enim homo infirmus est, & non potest expeditè exsequi opera virtutum per se: providit sapientia summa, humanæ infirmitati, beneficia Sacramentorum: ut illorum subsidio meliùs haberet se, in exercitio virtutum.*

BONAVENTURA ait:* *Sacramenta ab initio ad curationem hominis sunt instituta, & semper cum morbo hominis cucurrerunt, & usq; in finem seculi perdurabunt. Sed alia fuerunt in lege naturæ, alia sub lege scripta, alia sub gratiâ, & in his omnibus, illa, quæ posteriora sunt, evidentiora, & effectu gratiæ digniora. In lege enim naturæ, fuerunt oblationes, sacrificia, & decimationes. In lege autem scripta, introducta est expiatio, & superaddita est decimationum, oblationum, & sacrificiorum multiformis distinctio. In lege autem nova statuta sunt sacramenta numero pauciora, utilitate potiora, virtute efficaciora, pœnitentiâ digniora: in quibus est impletio simul, & evacuatio sacramentorum omnium præd[ict]orum*

THOMAS ait:* *Quia mors Christi est quasi universalis causa humanæ salutis. universalem autem causam oportet applicari, ad unumquemq; effectum necessarium fuit, exhiberi omnibus quædam remedia, per quæ eis beneficium mortis Christi quodammodò conjungeretur. Hujusmodi autem esse dicuntur Ecclesiæ sacramenta. Hujusmodi autem remedia oportet cum aliquibus visibilibus signis tradi primò quidem, quia, sicut cæteris rebus, ita etiam homini. Deus providet secundum ejus conditionem est autem talis hominis conditio, quod ad spiritualia & intelligibilia capienda,*

[illegible] media [illegible] sub [illegible] trad. It[illegible] * Cùm [illegible] bilia Sacramenta ex passione Christi efficaciam habeant, [illegible] passionem quodammodo repræsentēt: talia ea esse oportuit, ut [illegible] salutis facta per Christum. Hæc autem salus ante [illegible] incarnationem & mortem, erat quidem promissa sed non exhibita. Sed Verbum incarnatum, est salutem huiusmodi operatum. Sacramenta igitur, quæ [illegible] incarnationem Christi præcesserunt talia oportuit, ut significarent, & quodammodo repromitterent [illegible]. Sacramenta autem quæ [illegible] passionem [illegible] talia esse [illegible] ut salutem hominibus exhibeant & non solùm [illegible] signando demonstrent. Item * Quia gratiam ex [illegible] consequi [illegible] possumus [illegible] per Christum [illegible] deo sacramenta per quæ gratiam consequimur ipse [illegible] omnia instituit: [illegible] se ipsum [illegible] Baptismum, Eucharistiam, Ordinem ministrorum novæ legis, instituendo Apostolos & septuaginta duos discipulos, & Pœnitentiam, & Matrimonium [illegible] Confirmationem etiam promisit, per Spiritus sancti [illegible] em: & ex eius etiam institutione, Apostoli leguntur ole[illegible] infirmos ungendo sanasse, ut habetur Matthæo.* Quæ sunt novæ legis sacramenta. Et * In sacramentalibus homo non operatur nisi sicut instrumentum Dei. Unde effectus sacramentales non excluduntur, propter culpam quamcunque conferentis sacramentum. Et. * Sacramenta ad quosdam spirituales effectus necessarios in vitâ Christianâ ordinantur. Sicut Baptismus ordinatur ad quandam spiritualem regenerationem, quâ homo moritur vitiis, & fit membrum Christi. Item * Omnia sacramenta Ecclesiæ virtutem habent, & effectum per fidem passionis Christi ex fide, & per fidē prosunt solum fidelibus ad salutem.

*ibid. c. 57 · *1. Sec. q. 108. a. 2. · *verf. 13. · *2. Sec. q. 39. a. 3. · *3. Sum. q. 62. a. 2. · *de Sacr. Euchar. cap. 1.

Albertus ait: * Effectum habent sacramenta, ministrata per Christum, si in forma Ecclesiæ ministrentur. Item: * Sacramentum est signum, quod præter speciem, quam ingerit sensibus, aliud facit in notitiam venire. Et usus eius est tetm. in significando doctrinam spiritualem Et: * Per sacramenta dimittuntur peccata.

*in Luc. c. 9 · *in Matt. cap. 20. · *in Joh. cap. 2

Ægidius: * Per sacramenta recipimus gratiam. Et: Sicut ex latere Adæ dormientis facta est Eva: sic ex latere Christi dormientis in cruce formata est Ecclesia. Quia inde sacramenta ecclesiastica assumserunt suam formationem, perfectionem, & virtutem. Et: Per Sacramenta, fit perfecta, merito passionis Christi spiritualis propagatio.

*in 2. c. 41

¶ De differentia Sacramentorum veteris & novi Testamenti, inquit Alexander: * Licèt in lignis, in aqua, vinum & oleum, sint convenientia in Sacramento novæ legis; non tamen sanguis. In veteri enim Testamento, sanguis erat in signum. in novo autem Testamento, est ipsa res, scilicet sanguis Christi, in passione quæ dedit virtutem sacramentis novæ legis.

*P. 4. q. 8. m. 3. a. 1.

Innocentius inquit: * Hæc est differentia inter legalia & inter euangelica sacramenta: quòd illa significabant tantum, & non justificabant: hæc autem significant, & justificant. Verùm quandoque largè, quandoque strictè Sacramentum accipitur &c. Sacramētum & active, & passive dicitur: quasi sacrum signum vel sacrum signatum. Nam nomine Sacramenti, quandoque signum rei, quandoque res signi, variè nuncupatur. Secundum quod Sacramentum accipitur pro re signi; Sacramentum dicitur a sacro & secreto, quasi sacrum secretum.

*[illegible] c. 39

Thomas: * Quædam sacramenta novæ legis, habuerunt in veteri Testamento figuralia sibi correspondentia. Nam Circumcisioni respondet Baptismus; qui est fidei sacramentum. Convivio verò agni paschalis, respondet in nova lege sacramentum Eucharistiæ. Omnibus autem puri[illegible]ationibus veteris legis, respondet in novâ lege sacramentum Pœnitentiæ. Consecrationi autem Pontificis & Sacerdotum, respondet sacramentum Ordinis. Sacramento autem Confirmationis, quod est sacramentum plenitudinis gratiæ, non potest respondere in veteri lege aliquod sacramentum. quia nondum advenerat tempus plenitudinis, eò quòd neminem ad perfectum adduxerat Lex. Similiter autem & sacramento [illegible] quod est quædam immediata præparatio ad introitum gloriæ, cuius aditus nondum patebat in veteri lege: prout [illegible] naturæ; non autem prout est sacramentum [illegible] Christi & Ecclesiæ, quæ nondum erat facta. Itèm. * Fuer[illegible] in veteri lege quæ[illegible] sacramenta, id est, sacra rei [illegible] paschalis & alia sacramenta legalia quæ [illegible] significabant Christi gratiam. non [illegible] eam [illegible] ant [illegible] Apost[illegible] vocat ea egena &

*1. Sec. q. 102. a. 5. · *de Arch. fidei. c. [illegible] · *verf. 9.

[illegible] forma [illegible] non poterant. Sacramenta [illegible] novæ legis, [illegible] etiam. In eis enim virtus Christi, [illegible] etiùs operatur salutem ut dicat [illegible] Sacramentum novæ legis, est invisibilis gratiæ [illegible] ejus similitudinem gerat, & causa existat.

DE BAPTISMO.

Alexander inquit: * Baptismus est janua sacramentorum, quo instructi in fide filii iræ [illegible] Dei efficiuntur.

Albertus: * Baptismus est signum fidei, quod est signaculum, quo Christo consignamur.

¶ De duplici Baptismo, Innocentius ait: * Duplex nobis Baptismus in Euangelio commendatur in aquâ videlicet, & igne sed in aquâ materiali, & in igne spirituali. ne vel aqua ignem extinguat, vel ignis aquam consumat. De utroque baptismo Johannes dicebat. * Ego baptizo vos aquâ, &c. Uterque sanctificatur in verbo: uterque sanctificatur in spiritu Nomen, id est, invocatio Trinitatis, sanctificat aquam: ut tangens corpus sanctificet cor. Item: * Triplex legitur esse baptismus, ablutionis, compunctionis, & passionis. Ablutionis in aqua, compunctionis in lacrymis, passionis in sanguine.

Guilielmus: * Scias triplicem baptismum fore. Est Baptismus flaminis, id est, Spiritûs sancti. quo confitentes Christum, & contriti, in necessitate baptizantur. Alius est Baptismus sanguinis. quo martyres, pro Christi fide morientes, baptizantur. Sed tertius est Baptismus fluminis sive aquæ; quo fideles quotidie & pueri baptizantur, & regenerantur.

*P. 4. q. [illegible] m. 1. · *in Luc. [illegible] · *Serm. 2 in festo Pentec. · *Matt. 3. v. 11. · *Serm. in festo Pur. [illegible] · *de Bapt. cap. 2.

¶ Unde sit virtus Baptismi, Albertus docet: * Descendit enim Spiritus, per effectum, in sanctificationem aquæ, quibus contulit vim regenerativam quia ubique præsens est per essentiam, potentiam, & præsentiam.

*in Joh. [illegible]

¶ Quis debeat baptisare, ait Bonaventura: * Dispensatio sacramentorum, est hominis apud [illegible] ut rationalis, ut ministri Christi, ut ministri salutis.

*Brevil. p. 6. cap. 2.

De Baptismo in casu necessitatis, malè & inepté ait Thomas: * In casu necessitatis, quilibet potest baptizare. Et quia nullo modo est peccandum, pro eodem est habendum, si sacerdos absque pretio baptizare non vellet, ac si non esset, qui baptizaret. Unde ille, qui gerit curam pueri, in tali casu licitè potest eum baptizare; vel a quocunque alio facere baptizari. Posset tamen licitè aquam a Sacerdote emere, quæ est purè elementum corporale. Si autem esset adultus, qui baptismum desideraret, & immineret mortis periculum, nec sacerdos eum vellet sine pretio baptizare, deberet, si posset, per alium baptizari. quod si non possit ad alium habere recursum, nullo modò deberet pretium pro baptismo dare, sed potius absque Baptismo recedere. Suppleretur enim ei ex baptismo flaminis, quod ei ex sacramento deesset. Item: * Minister sacramenti Baptismi proprius, est sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In articulo tamen necessitatis, non solum Diaconus, sed etiam laicus, & mulier, imò & Paganus atque Hæreticus, potest baptizare: dummodò servet formam Ecclesiæ, & intendat facere, quod Ecclesia facit. Si verò extra articulum necessitatis aliquis a talibus baptizetur: recipit quidem sacramentum; & non debet iterum baptizari: non tamen recipit gratiam sacramenti; quia ficte deputantur, utpote contra statum Ecclesiæ sacramentum recipientes. Et: * Baptismum a Schismaticis recipere non licet, nisi in articulo necessitatis. Quia melius est, cum signo Christi exire, a quocunque detur, etiamsi sit Judæus, vel Paganus quàm sine hoc signo, quod per Baptismum confertur.

*2. Sec. q. 100. a. 2. · *de Artic. fid. c. 30. · *2. Sec. q. 39. a. 4.

¶ Qui sint baptizandi, Thomas ait: * Nemo renascitur, nisi primò nascatur. Sed Baptismus est spiritualis quædam regeneratio. Non ergo debet aliquis baptizari, priusquam ex utero nascatur. Itèm: * Puer potest etiam invitis parentibus consentire fidei, & baptizari; non autem, antequam habeat usum rationis. Unde de pueris antiquorum patrum dicitur, quòd salvati sunt in fide parentum: per quod datur intelligi quòd ad parentes attinet providere pueris de sua salute præcipuè antequam habeant usum rationis.

*3. Sum. q. 68. a. 11 · *2. Sec. q. 10. a. 12.

De Freneticis, ait idem: * Sacramentum Baptismi non est exhibendum ægroto, dum non est suæ mentis compos, etiamsi prius habuit votum Baptismi: nisi quando timetur periculum mortis

*Summ. de [illegible] art. q. 3

De fre-

De Judæorum liberis, ait idem THOMAS:* *Hoc Ecclesiæ usus nunquam habuit, quod Judæorum filii, invitis parentibus, baptizarentur. Quamvis fuerint retroactis temporibus multi catholici Principes potentissimi, ut Constantinus, Theodosius, & alii plures, quibus familiares fuerunt sanctissimi Episcopi, ut Sylvester Constantino, & Ambrosius Theodosio: qui nullo modo hoc prætermisissent ab eis impetrare, si hoc esset consonum rationi. Et ideò periculosum videtur, hanc assertionem de novo inducere: ut, præter consuetudinem in Ecclesia hactenus observatam, Judæorum filii, invitis parentibus baptizarentur.*

¶ De materiâ Baptismi, THOMAS ait:* *Ex institutione divinâ, aqua est propria materia Baptismi.* Et:* *Aqua Baptismo repræsentat interiorem mundationem, quæ fit à peccatis, per virtutem Baptismi.* Et: *Materia Baptismi, est aqua vera & naturalis: nec differt, utrùm sit frigida vel calefacta. In aquis autem artificialibus, sicut est rosacea, & aliis hujusmodi, non potest baptizari.*

De forma, inquit ALEXANDER:* *Est etiam causa formalis, scilicet tinctio, sive ablutio. & hoc attendi potest dupliciter. Vel respectu subjecti, cùm dicitur ablutio: vel respectu materiæ, cùm dicitur tinctio in aquâ. Unum est respectu ejus, quod abluitur; aliud respectu ejus quo abluitur.* Et:* *Baptismus debet fieri in confessione fidei Trinitatis.*

GULIELMUS ait:* *Forma sacramenti Baptismi est hæc: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti.*

BONAVENTURA ait:* *De integritate sacramenti Baptismi, hoc est tenendum; quòd ad hoc quòd aliquis baptizetur verè & plenè, requiritur expressio formæ vocalis, à Domino institutæ, quæ est hæc: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Amen. absque omissione vocabuli, & sine interpositione vocabuli; absque præposteratione ordinis supradicti, & sine commutatione nominum prænotati; requiritur immersio, vel ablutio, per elementum aquæ, in toto corpore, vel saltem in digniori parte: ita quòd expressio & mersio fiat ab uno simul, & ab eodem, & in eodem tempore. Quibus concurrentibus, si non sit fictio in baptizando, datur eis gratia regenerans, rectificans, & purificans ab omni culpâ.*

THOMAS ait:* *Latini baptizant sub hac formâ: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Græci autem sub istâ: Baptizetur servus Christi N. in nomine Patris, &c.* Item:* *Immersio non est de necessitate Baptismi.*

De ritibus Baptismi diversis, ait GULIELMUS:* *Dupliciter datur Baptismus, secundùm usum diversorum Ecclesiarum. Quandoque datur per immersionem; ita quòd totus puer immergitur in aquâ: quandoque etiam datur per adspersionem; quando puer adspergitur, & super eum aqua infunditur.* Item: *Secundùm diversarum Ecclesiarum, quandoque fit terna immersio vel adspersio, quandoque unica. Et in his consuetudo Ecclesiarum est servanda.*

¶ Semel sufficere baptizari, THOMAS ait:* *Nunquam ille, qui est baptizatus, debet ulteriùs baptizari.* Item:* *Qui peccat post Baptismum, non est rursus baptizandus: potest tamen rursus converti per pœnitentiam.*

¶ De alienâ fide in Baptismo, ait BONAVENTURA:* *Hoc quotidie contingit in pueris, qui baptizantur: qui si ante annos discretionis moriantur; in alterius fide gratiam suscipiunt, quâ per meritum Christi salvantur.*

THOMAS inquit:* *Pueri non in fide propriâ, sed in fide Ecclesiæ, baptizantur.*

¶ De fine & usu Baptismi, ait ALEXANDER:* *Per virtutem Baptismi, in parvulis est Deus per inhabitantem gratiam.* Item:* *Gratia baptismalis delet originale peccatum, quantum ad culpam, & quantum ad pœnam suffocantem; & non quantum ad pœnam promoventem. Ad idem enim tendit gratia baptismalis, & pœna promovens; scilicet ad consecutionem vitæ æternæ. Additur etiam à quibusdam, quòd in Baptismo dimittitur omne peccatum, quantum ad pœnam; ut nulla debeatur post Baptismum pro originali. &, si aliqua pœna remanet, hoc est ad exercitium bonum. Dimittitur ergo originale peccatum, quantum ad culpam, & quantum ad damnum concupiscentiæ, quæ est pœna in præsenti; & quantum ad carentiam visionis Dei, quæ est pœna in futuro. Sunt aliæ pœnæ, ut fames ut sitis, ut mors, & concupiscentia non-dominans, quæ omnes remanent, ad exercitium bonum. Pœnæ enim istæ reducunt ad memoriam adjutorem in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis. Faciunt enim cogitare de miseriâ hujus incolatûs: ut sic homo defleat peccato suo. Humiliant etiam irascibilem, ne homo extollatur per superbiam: cohibent secundùm concupiscibilem, ne defluat homo per concupiscentiã. & sic valent ad reformationem imaginis divinæ.* Item:* *Originale simpliciter tollitur in Baptismo, quoad culpam, licèt non quoad pœnam. Tollitur enim reatus originalis primò, & diminuitur fomes.*

INNOCENTIUS ait:* *In baptisato labes mundatur, sed fomes relinquitur: quia transit reatus, & remanet actus. & ideò remissum est post Baptismum, quod ante Baptismum erat intensum.* Item:* *A labe purgatur anima parvuli, ex aquâ & spiritu, per Baptismum. adulti verò, non solùm per Baptismum regenerationis in aquâ, verùm etiam per baptismum compunctionis in lacrymis, sive passionis in sanguine. ut gratiâ Baptismi manente, non sit ultrà visionis indigna; sed potius digna visione divinâ.* Item: *Tria pertinent ad effectum Baptismi: Remissio culpæ, relaxatio pœnæ, & infusio gratiæ.* Item: *Sacramentum Baptismi, si dignè sumatur, liberat omninò à culpâ pariter & à pœnâ. unde sacramentum regenerationis à Domino appellatur: quia per hoc homo regeneratur in gratiâ, liberatus à culpa pariter & pœnâ: quia natus fuerat in irâ, culpæ simul subjectus & pœnæ.* Item:* *Sacramentum Baptismi, quod ad invocationem individuæ Trinitatis, videlicet Patris & Filii & Spiritûs sancti, consecratur in aquâ, tam parvulis, quam adultis, in formâ Ecclesiæ, à quocunque ritè collatum. Et si post susceptionem Baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum, per veram pœnitentiam semper potest reparari.* Item: *Originale remittitur in Baptismo etiam non-consentientis; ut parvulis, secus de actuali.*

THOMAS ait:* *Baptismus, & alia sacramenta Ecclesiæ, sunt quædam remedia contra peccatum. Exhibetur autem Baptismus, secundùm communem Ecclesiæ consuetudinem, pueris recenter-natis. Frustra ergo exhiberetur; nisi in eis esset aliquod peccatum. Non est autem in eis peccatum actuale: quia carent usu liberi arbitrii, sine quo nullus actus homini in culpam imputatur. Oportet ergo dicere in eis esse peccatum per originem traductum: cùm in operibus Dei & Ecclesiæ nihil sit vanum & frustra. Si autem dicatur, quòd Baptismus infantibus datur, non ut à peccato mundentur, sed ut ad regnum Dei perveniant: quò pervenire non possunt sine Baptismo, cùm Dominus dicat Johan. 3.** Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei: *hoc vanum est. Nullus enim à regno Dei excluditur, nisi propter aliquam culpam.* Item:* *Vitâ spirituali privatus est homo, in suâ origine, per peccatum originale. Et ad hæc, quæcunque peccata sunt addita, abducunt à vita. Oportuit ergo Baptismum, qui est spiritualis regeneratio, talem virtutem habere: quòd etiam peccatum originale & omnia actualia peccata commissa, tollat. Et, quia signum sacramenti sensibile, congruum debet esse, ad repræsentandum spiritualem sacramenti effectum: fœditatis autem ablutio, in rebus corporalibus, faciliùs & convenientiùs fit per aquam: idcirco Baptismus convenienter in aquâ confertur, per verbũ Dei sanctificata.* Item:* *Conjunctio nostri ad Christum in Baptismo, non est secundùm nostram operationem, quasi ab interiori; quia nulla res se-ipsam generat, ut sit: sed à Christo, qui nos regenerat in spem vivam. Remissio peccatorum in Baptismo fit, secũdùm potestatem ipsius Christi, nos sibi conjungentis perfectè & integrè: ut non solùm impuritas peccati tollatur; sed etiã solvatur penitùs omnis pœna reatus: nisi fortè per accidens in his, qui non consequuntur effectum sacramenti, propter hoc, quod fictè accedunt.* Item: *Considerãdum est, quòd Baptismus efficaciam habeat ad remissionem peccati, etiam antequam actu suscipiatur; dum est in proposito ipsum suscipiẽdi: licet postmodum pleniorem effectũ conferat & in adeptione gratiæ, & in remissione culpæ, cùm actu suscipitur: & quandoq; in ipsa susceptione Baptismi confertur gratia, & remittitur culpa ei, cui priùs remissa non fuit.* Item:* *Triplex est effectus Baptismi. Primus est, sinceritas à culpa. Baptismus enim à culpâ purificat: & ideò dicitur Mare. Secundus, claritas, innocentia, sive sapientia. quia Baptismus clarificat animam, ad cognoscendum Dominum per fidem. Tertius, firmitas contra vitia; maximè quando gratiæ baptismali suscepta cooperatur homo, sustinendo viriliter suscepta.* Item:* *Per Baptismum, in quo operatur Deus interiùs, & dispensatur exteriùs, consignatur non solùm anima, sed etiam corpus per Baptismum dedicatur Deo.* Item:* *Christiani, Regis characterem in Baptismo susceperunt; ac adoptati sunt per gratiam baptismalem, & per*

Marginal notes (left): * Quodlib. art. 7. — * 3 Sum. q. 66 a. 3. — * de Artic. fid c. 14. — * P. 4. q. 11 m. 1. — * ib. q. 11. m. 1. — * de Bapt. cap. 2. — * Brevil. 6 c. 7. — * 3 Sum. q. 66. a. 8. — * ib. q. 66. art. 7. — * de Bapt. cap. 2. — * de Artic. fid. c. 14. — * 4 contra Gent. cap. 71. — * de Vitâ Christi ca 23. — * 3 Sum. q. 69. a. 8. — * P. 4. q. 12 m 5. — * P. 3. q. 122. m. 6.

Marginal notes (right): * P 4. q. 3 m 7 a 2. — * in Psal. 2. pænit. — * in Psal 4 pænit. — * in Concil. Lateran. — * li. 4 contra Gent. cap. 50. — * vers. 5. — * ibid. c 59 — * ibid. c 72 — * in Apoc cap 4. — * ibid. c. 7. — * ib. c. 16.

prædestinationem ad regnum æternum. Et: * Sicut peccatum Adæ non derivatur ad alios, nisi per carnalem generationem: ita meritum Christi non derivatur ad alios, nisi per generationem spiritualem, quæ fit in Baptismo, per quem homines Christo incorporantur: secundùm illud Galat. 3. * Omnes, quotquot in Christo baptizati &c. Et hoc ipsum est gratia quòd hominis conceditur regenerari in Christo: & sic salus est ex gratiâ. Itèm: * Per Baptismum novæ legis homines interiùs per Spiritum sanctum baptizantur: quod facit solus Deus. Et: * Per passionem Christi aperitur cœlum hominibus, sicut per causam communem apertionis cœlorum. Oportet tamen, hanc causam communem apertionis cœlorum singulis applicari, ad hoc, quòd cœlum introëant. quod quidem fit per Baptismum secundùm illud Roman. 6. * Quicunque baptizati sumus in Christo, &c. Et: * Per Baptismum, pueri liberantur à peccato originali, & ab inferno. Itèm: * Baptismus est regeneratio quædam spiritualis. Sicut enim vita carnalis non potest haberi, nisi homo carnaliter nascatur: ita vita spiritualis vel gratia non potest haberi, nisi homo renascatur spiritualiter. Hæc autem generatio fit per Baptismum. Johann. 3. * Nisi quis renatus fuerit, &c. Et est sciendum, quod, sicut homo non nascitur, nisi semel: sic & semel tantùm baptizatur. Unde & Sancti addiderunt: Confiteor unum Baptisma. Virtus autem Baptismi est, quod purgat ab omnibus peccatis; & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam. Et inde est, quòd nulla pœnitentia imponitur baptizatis, quantumcunque fuerint peccatores. Et, si statim moriuntur post Baptismum, immediatè evolant ad vitam æternam. Itèm: * Per Baptismum renatis cœlum aperitur; gratia Spiritûs sancti infunditur, & in filios Dei adoptantur. Et: * Manifestum est, quòd mors Christi satisfactoria fuit sufficienter pro peccatis, non solùm nostris, sed etiam totius Mundi: ut dicitur 1. Johann. 2. Et ideò ei, qui baptizatur, pro quibuscunque peccatis, non est aliqua satisfactio injungenda. Hoc enim esset injuriam facere passioni & morti Christi; quasi ipsa non esset sufficiens, ad plenariam satisfactionem pro peccatis baptizandorum. Et: * Per Baptismum aliquis moritur veteri vitæ peccati; & incipit quandam vitæ novitatem: secundùm illud Roman. 6. * Consepulti sumus Christo per Baptismum, &c. Itèm: * Primùm, ex peccato Adæ, peccatũ originale contrahunt. quod patet ex hoc, quòd sunt mortali tali subjecti. quia peccatum primi hominis in omnes pertransiit: ut Apostolus dicit. Unde multò magis pueri possunt per Christum gratiam accipere, ut regnẽt in vita æternâ. Ipse autem Dominus dicit, Johan 3. * Nisi quis renatus &c. Unde necessarium fuit, pueros baptizare: ut, sicut per Adam damnationem incurrunt nascendo; ita per Christum salutem consequantur renascendo. Et: * Ex passione Christi, Baptismus sortitur virtutem emundandi peccata. Itèm: * Per Baptismum cœlum aperitur. Et: Spiritus sanctus in Baptismo operatur, & baptizati in novas formas filiorum Dei regenerantur. Itèm: Jesus, author salutis fontem baptismalis aquæ, jam ex suo baptismo virtutem regenerativam habentis, derivare volens. Et: Christus aquas Baptismi sanctificavit, & vim regenerativam contulit iis.

Albertus ait: * Baptismus Christi, est sanctificatio nostri baptismatis, & regeneratio nostra regenerationis. Et: * Per spiritum, qui datur in Baptismo, vincitur Diabolus, & tentationes ejus. Et: Baptismus dicitur purificatio; quæ quinque perficitur. 1. Verbo prædicationis. 2. Ex quo conficitur, est aqua, quæ est Baptismi materia. 3. Est Spiritus, qui in Sacramento operatur, per modum ignis purificãtis. 4. Quod operatur, est sanguis Christi. 5. Quod operatur in Baptismo contra obicem, ad gratiã baptismalem consequendam, Devotio pœnitentiæ, quæ vim habet ex passione Christi. Et: * Per Baptismum ingredimur in januam Ecclesiæ, & ordinat nos ad tria: scilicet ad esse per regenerationem, & ad operari, quia ordinat animales sensus ad spiritualia, in operibus & verbis, secundùm activam. & reordinat nos ad superiora; ut quiescamus in iis, tanquam in fine nostrarum actionum, in contemplativa. Et: * Per sacramentum regenerationis, filii adoptionis regenerandi sunt. Itèm: * Regeneratio non operatur, nisi in vocatis & illuminatis: & virtutem efficiendi trahit à passione & resurrectione Christi. Itèm: Jesus, generatos in generatione corruptâ, sua generatione salvat. Itèm: * Sic enim, per Sacramẽtum fidei, dat fidelibus potestatẽ filios Dei fieri. Itèm: Sic enim denuo nascimur nativitate divinâ: quia prima nativitas est innocẽtiæ, per patrem Deum secunda, post lapsum, est nativitas & forma Filii Dei, per regenerationis sacramentum. Itèm: Aqua Baptismatis lavat in salutem eos, qui renascuntur ad gratiã; sed non eos, qui adhuc matris concupiscentiæ adhærent umbilico. Et: Baptismus operatur regenerationem. Hoc enim passionis Christi est sacramentum.

Ægidius: * Sicut homo priùs nõ fuit in paradiso positus, sed conditus: sic nos ex primordiali generatione nostrâ corporali, cùm in peccato nascimur, non habemus, quòd simus filii Ecclesiæ, sed ex regeneratione spirituali secundùm quam ab hoc peccato absolvimur. Sicut igitur Adam extra paradisum formatus fuit, & per Deum in paradisum positus: sic nos nascimur extra Ecclesiam, sed per divinam gratiam, & regenerationem in Baptismo, in Ecclesiam collocamur. Itèm: * Hoc ergo modo, scilicet per Christum, nobis dimittitur originale peccatum in Baptismo, non quia nobis restituatur originalis justitia sed quia remittitur nobis debitum habendi. Et: Baptismus hoc facit, quod per Baptismum consepulti sumus morti Christi; & facit nos membra Christi: ut jã non ulterius dicamur esse de ordine ipsius Adæ terreni. Itèm: Homo baptizatus, ab originali mundatus, generat filium, ab originali non-mundatum. Et: Homo baptizatus non generat in eo, quòd est spiritualiter regeneratus, & ab originali absolutus sed generat ex eo, quod est carnalis generatus, & in originali conceptus.

¶ De Baptismo Christi, inquit Alexander: * Per hoc, quòd baptizatus est, instruxit alios ad simile: quod non cõgruebat, secundùm quod congruebat illo Baptismo baptizari, quo peccata non dimittebantur, cum ipse non tãtùm sine peccato esset; sed etiã venit ad tollẽdum peccata. Nec itiam est simile de nobis, qui nascimur cum peccato. Fuit enim ejus actio, quo-ad hoc, nostra instructio. Si Dominus humiliavit se ad Baptismum servi: nos, qui indigemus, humiliemus nos ad Baptismũ conservi. Præterea, Johannes instruxit, quos baptizavit, Baptisma suũ non sufficere ad salutem; sed Baptisma Christi. In hoc autem, quòd instruxit, Baptisma Johannis esse appetendum, instruxit, Baptisma Christi magis appeti debere.

Bonaventura ait: * Cùm ad tricesimũ ætatis suæ annum Salvator pervenisset, volens operari salutem nostram, cœpit priùs facere, quàm docere: & primùm inchoans à janua sacramentorũ, & fundamento virtutum, baptizari voluit à Johanne: ut exempla monstraret perfectæ justitiæ; & vim regenerativam aquis conferret, contactu mundissimæ carnis.

Thomas ait: * Christus baptizari voluit; ut suo Baptismo consecraret Baptismum, quo nos baptizaremur.

¶ De Baptismo Johannis, ait Thomas: * Baptismus Johannis gratiam non conferebat; sed solùm ad gratiam præparabat, tripliciter. Uno quidem modo per doctrinam Johannis, inducentem ad fidem Christi. alio modo, assuefaciendo homines ad ritum Baptismi Christi: tertio modo, per pœnitentiam præparando homines, ad suscipiendum effectum Baptismi Christi.

DE CONFIRMATIONE.

Gulielmus inquit: Materia hujus Sacramenti, est oleum olivarum & balsamum simul mixtũ, & vocatur Chrisma, quod à solis Episcopis cõsecretur. & anno quolibet renovatur: & vetus debet igne concremari. Forma autem hujus Sacramenti, est talis Consigno te signo crucis; & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen. Solis autem Episcopis pertinet hoc sacramentum ministrare: eò quòd sunt in gradu altiori; & ad eos pertinet, adscribere fideles ad pœnum spiritualem, ad quem eliguntur confirmati.

DE CONFESSIONE auriculari.

Thomas inquit: * Cõfessio debet esse integra, ut omnia peccata, quæ habes in memoriâ, aut quæ oblitus fueras confiteri, & modo recordaris, integrè dicas. non partẽ uni confessori, & partem alteri. Si oblitus es, quando confiteris, aliqua peccata, & postea die sequenti, vel aliâ die, recordaris: si potes, debes recurrere ad eũdem confessorem, ut confitearis. Si non potes habere copiam, aut alium: alioquin sufficit bona voluntas. Quòd si non ex oblivione; sed ex malitiâ vel verecundiâ oblitus es, vel omisisti confiteri aliquod peccatum: teneris recurrere ad primum confessorem. &, si vis recurrere ad alium, teneris confiteri omnia peccata priùs-confessa, & illud quod priùs omiseras, & omnia quæ postea commisisti, primâ confessione facta: & teneris confiteri de mendacio, aut simulatione, quam commisisti: quia dedisti intelligere confessori tuo, quòd primo fuisti confessus. Itèm: * Confessio debet esse plena: quia debet continere circumstantias, aggregantes peccata.

Innocentius: * Peccator debet omnem omninò peccati circum-

Marginal notes (left): * 3. Sum. q. 19. a. 4. — * vers. 27. — * ib. q. 38 art. 2. — * ib. q. 39 art. 5. — * vers. 3 — * ib. q. 52 art. 7. — * Expos. Symb. c. 18 — * vers. 5. — * de Human. christi c. 4 — * 3. Sum. q. 68. a. 5. — * ib. q. 7. — * vers. 4 — * ib. a. 9. — * vers. 5. — * 3. Sec. q. 102 a. 5. — * in Joh. c. 3. — * in Luc. c. 3. — * ib. cap. 4 — * super 4 Sen. Dist. 8 — * in Matt. cap. 4. — * ib. cap. 1. — * in Joh. c. 3

Marginal notes (right): * de Paradiso c. 6. — * de Pecc. orig. c. 5. — * P. 4. q. 9. m. 6. a. 1. — * de Ligno vitæ. — * 3. Sum. q. 39. a. 5. — * 3. Sum. q. 38. a. 3. — * de Modo confes. c. 3. — * ib. cap. 4. — * Serm. 2. de Martyr.

circumstans [illegible] confite[illegible] quæ magis pec[illegible], [illegible] tempore, in numero, in persona. [illegible] * Nos autē secundum [illegible], reddamus [illegible] nostrum [illegible], omnem omnino peccati circumstantiam conquerentes, secundum quod magis peccavimus in loco, in tempore, in numero, in persona; secundum [illegible] sententiam, secundum [illegible], secundum ordinem, si facile, si frequenter, si manifeste, si perseveranter.

BONAVENTURA: * Quia nemo est, qui disciplinam & justitiam observet, ut nihil penitus negligat vel omittat: ideo necessarium est ut ad pœnitentiæ lavacrum recurrens, cum dolore & gemitu, sæpissime tua accusationis instillas. In qua quidem accusatione seu confessione integrè & veraciter, & pure, sine omni velamine excusationis, vel [illegible] seu palliationis per ordinem omnes tuos recensendo defectus, narrando primò omissiones, quas in his, quæ sunt ad Deum, fecisti, & maximè in oratione, quantum ad duplicem ejus partem, mentalem scilicet & vocalem. &c.

DE CLAVIBUS.

THOMAS ait: * Potestas clavium, est virtus sacramentalis, quæ principaliter residet in Christo, instrumentaliter autem, seu ministraliter, in Sacerdotibus claves habentibus.

ALBERTUS: * Claves quidem sunt, non scientia discernendi, & potestas ligandi, ut quidam dicunt: sed potius discernendi authoritas inter lepram & lepram, & judicandi de peccatis. Sed scientia præit ad clavis executionem.

¶ Cui data sit clavium potestas, ALEXANDER ait: * Potestas [illegible] vendi & ligandi clavis, est tradita primò beato Petro, & post alios Apostolis, & per eos vicariis eorum. Potestas autem solvendi & ligandi à peccato, est solius Dei, propriè & per se loquendo: & quodammodo cooperativè est ipsorum Sacerdotum. Itèm: * Potestas clavium data est Ecclesiæ à Domino, primò Apostolis; & per Apostolos aliis.

¶ De Excommunicatione, inquit ALEXANDER: * Communio triplex est. Quædam spiritualis omninò, & hæc est, quantum ad dilectionem interiorem: quædam corporalis; & hæc est, quantum ad exteriorem conversationem: quædam medio modo; & hæc est, quantum ad sacrorum susceptionem, & præcipuè quantum ad Sacramentum altaris. Dico ergo, quòd à primo nullus potest, nec debet excludi, quamdiu est viator: nec excommunicatio dicit privationem illius communicationis. Quantum ad sacramentalem, excluditur quilibet, qui dicitur excommunicatus, sive majori, sive minori. Quantum ad conversationem exteriorem; attenditur excommunicatio major: in quâ negatur communicatio secundum actus legitimos, qui attenduntur in osculo, in salutatione, in convivio, in oratorio. Itèm: * Quædam enim est excommunicatio præservativa, quædam est curativa. Prima excommunicatio, etsi fieri jubeatur, ad libertatem Ecclesiæ conservandam, sicut secunda, propter delicti emendationem: tamen prima principaliter fit ne ad cavendum à culpâ; quia non modicum gravis culpa est, in Ecclesiam peccare: secunda autem principaliter infertur, ad puniendum contumaciam.

BONAVENTURA ait: * Excommunicatio, est animadversio gladii spiritualis Ecclesiæ, à communione Sacramentorum, & fidelium separatio. Excommunicationis duæ sunt species. Una quæ dicitur major; excludens à sacramentis & legitimis actibus fidelium, hoc versiculo comprehensis:

Os, orare, vale, communio, mensa, negatur.

Alia, quæ dicitur minor, separans à sacramentis. Itèm, Excommunicatio quædam infligitur à jure, & hæc est præservativa: quia, licèt videatur esse ad libertatem Ecclesiæ conservandam; principaliter tamen est, ad culpam præcavendam. Quædam infligitur à judice, & hæc est curativa: nam licet videatur esse, propter emendam principaliter faciendam; tamen est propter contumaciam confringendam. Pœna sustinentis excommunicationem est multiplex; quæ hisce versibus continetur:

Gratia subtrahitur magis ac magis, obice rupto;
De vitio cadit in vitium, suffragia perdit
Ecclesiæ; Satanæ vexandus traditur ille:
Quem ligat ex propriis anathematis ictio culpis.

Circumstantia verò, præservans personam participantem cum excommunicato, ne excommunicationis vinculo involvatur, est multiplex: ut hisce versibus continetur:

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse,
Hæc anathema quidem faciunt, ne possit obesse.

Utilitas excommunicantis; ut quando petit quod sibi debetur: ex. [illegible] at, ut quando secum tractat de correctione. Lex matrimonii, quæ ligat virum & uxorem. Humile, id est, humilitas: ut servi & [illegible], non emancipati servi, ancilla, rustici, mancipia & alii obnoxiis adstricti. Res ignorata: ut quando nescitur esse excommunicatum, cum quo participat. Necesse: ut peregrini & pauperes, ac cæteri viatores.

THOMAS: * Quomodo dicitur atrium, quod est foris templum, ejici foras? Quod enim extra est quomodo ejici potest? Itē. Quomodo dicitur ejici excommunicando, secundum Glossam: cum excommunicatio non ita citò sit ferenda, cum vel non est certa contumacia vel quando aliud remedium potest haberi? Itèm, Fit-ne aliud per excommunicationem, nisi quòd ostenduntur esse extra Ecclesiam? Videtur quod non, per Glossam, quæ dicit, Excommunicando ostendo esse foràs. Item, ejectio de Ecclesia, fit per mortale. Eo enim ipso, quo peccat quis mortaliter, ejicit se de unitate fidelium quæ est per gratiā & charitatem. Sed cōtra, quia excommunicatus est extra communionem penitus. 1. Cor. 5. * Quid enim mihi de his qui foris sunt judicare? Ergo non potest eos, qui foris sunt excōmunicare. Resp. Ad primum dicendum: quod atrium quod est foris secundum veritatem, præcipitur ejici, quantum ad manifestationē, id est, manifestari esse foràs: quod fit excommunicando, ut dicit Glossa; vel prædicando. Vel, qui sunt extra Ecclesiam, quantum ad cōmunionem charitatis, quia non sunt sub unitate gratiæ & charitatis cum fidelibus præcipiuntur ejici, per exclusionem à cōmunione Christianæ societatis, quæ est in simul-loquendo, bibendo, comedendo, & simul sacramenta Ecclesiæ participādo: quæ exclusio fit per excommunicationem. Itèm, ad aliud dicendum: quod hic loquitur de obstinatis qui cessare nolunt, nec ad statum gratiæ redire, & quorum crimen notorium, vel legitimis testibus probatum, vel confessione propria in judicio detectum: & non invenitur aliud efficax remedium. Licet enim in brevi sermone dicatur, Ejice: intelligēda sunt tamen in præcepto divino, vel angelico, circūstantiæ debitæ, quas debet attendere qui excommunicat. Hic enim ostenditur, quod spiritualis gladius Ecclesiæ sunt feriendi, qui magnis offensis contēnunt corrigi. Itèm, ad aliud dicendum: quòd triplex est communio fidelium in Ecclesiâ scilicet unitiva charitatis, itèm, sacramentalis participationis, & quâ communicant, tam in Sacramentorū participatione, quàm in conversando per mutuam loquelam, cibum & potum, & sic in aliis. Et secundùm hoc est triplex excommunicatio, sive ejectio de Ecclesia. Una est, per quodlibet mortale tollit primam communionem, quantum ad hanc, nihil facit excommunicatio primò & per se; nisi quod eam manifestat. & sic accepit Glossa. Alia est excommunicatio sive ejectio, quæ dicitur minor & hæc tollit secundam communionem, scilicet sacramētorum. Sed de hac sola non est hic sermo. Hanc tamen ejectionē facit Ecclesia ferendo excommunicationem minorem. Tertia est, quæ dicitur major: quæ privat sacramentis & suffragiis Ecclesiæ, & societate fidelium in loquelâ, & aliis hujusmodi: nisi in casibus à jure exceptis. Et hanc ejectionem facit Ecclesia, propter perversitatē malorum: ut corrigantur, propter confusionem, & damni considerationem; vel ut alii, ne attentent similia, terreantur. Et: * Ex excommunicatione pœna, quæ fit malis, multi proficiunt, & gradatim ad Deum accedunt.

Seditiosum est, quòd de excommunicatione THOMAS ait: * Quam-citò aliquis per sententiā denuntiatur excommunicatus propter apostasiam à fide ipso facto eius subditi sunt absoluti, a dominio ejus, & juramento fidelitatis, quo ei tenebantur.

¶ De Absolutione, ait THOMAS: * Patet ex dictis Salvatoris, quod habēs claves absolvit. Præsumtuosum est ergo, ut dicant [illegible]: ut Sacerdos dicere non possit, Ego absolvo te: quem Dominus absolvere constituit. Magis autem ex verbis Domini colligitur, hanc esse debitam formam absolvendi, Ego te absolvo. Sicut enim Dominus dixit Discipulis: * Euntes docete, & [illegible] ita dicit, † Quodcunq; solveris, &c. Unde, sicut conveniens est forma Baptismi, ut Minister dicat: Ego te baptizo: quia Dominus ministro actum baptizandi attribuit: ita conveniens forma est, ut dicatur, Ego te absolvo: quia Dominus ministro actum absolvēdi attribuit. Itèm: Dei est, authoritate peccata dimittere: Hominis autem est, ministerium ad remissionē exhibere: dum in personâ Christi peccata remittit. Ejusdem etiam hæc fuit sententia: Nihil valere absolutionem Sacerdotis; nisi homo sit à Deo vivificatus per gratiam, & suscitatus à culpâ. Itèm: Licèt homo non possit dare gratiam: potest tamen dare gratiæ sacramentum; per quod fit remissio peccatorum.

* Serm. de Cant. Pass.
* in Regulis.
* de Virtu absolut. cap. 3.
* in Albert cap. 16.
* P. 4. q. 80 [illegible]
* [illegible] 6. art 3.
* P. 4. q. 81. m. 2.
* ib. m. 3.
* Concil. p. [illegible] cap. 27.
* in 4. sent. cap. 11.
* [illegible]
* ib. ca. 16
* 2 Sec. q. 12. a. 2.
* de Forma absolut. c. 2.
* Matt. 28 v. 19.
† Matt. 16 v. 19.

DE COENA SACRA.

ALBERTUS ait:* Octo notantur circa Corpus sacramentũ. 1. Institutionis authoritas. 2. Materia sacramẽto conveniẽs. 3. Gratiarum actio. 4. Sacramenti fractio. 5. Exercitium sacramenti, & communio. 6. Sacramẽti hujus, quæ in forma est, propria institutio. 7. Incredimendo propria virtus 8. Quod datum sit in æternæ memoriæ & dilectionis firmitatem. Itèm:* Eucharistia, viaticũ dicitur, tribus de causis 1. Quia viatorum est ad viam præparatio. 2. Quia non est sacramentum hoc, nisi in via. 3. Quia est memoriale quoddam viæ Domini, transeuntis ad passione pro nobis. Item,* Novi testamẽti sacramentũ Eucharistia dicitur, hoc est, Bonagratia: eò quod continet eum, qui est & author, & causa, & vas omnis gratiæ, secundùm corpus, & animam & deitatem.

¶De Materia Cœnæ. ALEXANDER inquit:* Multiplex est ratio, quare Corpus Christi sub istis speciebus (scilicet panis & vini) convenienter significatur; & in nullo sacramento Legis Moysis una est, expressa similitudo signi ad signatũ. unde 1. Corinth. 11.* Hoc facite, quotiescunq; facitis, in mei cõmemorationem. Glos. Porrò species illa visibilis, sacramentum est geminæ rei; contentæ, & signatæ: & species illa utramque rem significat, & utriusq; gerit expressam similitudinẽ. Nam, sicut panis, præ cæteris cibis, corpus reficit & sustitat; & vinũ hominem lætificat, & inebriat: sic caro Christi interiorẽ hominẽ, magis cæteris gratiis, spiritualiter reficit & saginat; quẽ & sanguis Christi spiritualiter lætificat, & sic inebriat, ut sobrium reddat. unde Psalmus:* Calix meus inebrians quàm præclarus est! Habet etiam similitudinem cum re significatâ tantum; quæ est unitas fidelium. quia, sicut ex multis granis conficitur unus panis; & ex pluribus racemis vinũ confluit: sic ex multis fidelium personis unitas Ecclesiæ cõstat. Alia ratio est consuetudo sive generalitas alimenti, quo vita naturæ sustentatur. Hominis enim convenientissimè conducunt ad illud, quo vita spiritualis in omnibus nutritur. Itè:* Cùm autẽ objicitur, quòd ibi non est simile aliquid Christo in specie, dicendũ: quòd, sicut panis ut repræsentat corpus Christi, solũ ratione substãtiæ panis, sed proprietatũ panis: sic nec corpus Christi, quod intelligitur, demõstratur pane, tantum ratione substãtiæ ejus, sed ratione proprietatũ panis. Panis autem, cũ proprietatibus suis, habet similitudinem analogiæ cum corpore Christi. Nec requiritur, quòd, ubicunque est demonstratio ad intellectum, quòd sit per demonstrationem alicujus simpliciter ejusdem in specie: sed sufficit similitudo analogiæ.

INNOCENTIUS inquit:* Patet, quòd substantia corporis & sanguinis Christi, est sacramentum, & res: sed alterum sacramenti res, & alterum res est sacramentum. Cernuntur ibi species panis & vini. & creditur veritas carnis & sanguinis. Itèm: Christus voluit remanere cum Apostolis, non solùm per inhabitatem gratiam, nec per divinam tãtum essentiam, verum etiam per corporalem præsentiam. Et ideò istud sacramentum instituit. in quo præsens est ipse nobiscum, sub aliâ quidem formâ, sed in propriâ verè substãtiâ.

THOMAS:* Nota, quòd sacramentũ Eucharistiæ est excelsum dignitate: quia in eo verè est, & verè sumitur ipse Christus, verus Deus & homo. & ideò non debet sumi, nisi a dignis; qui scilicet triumphent de vitiis, & sint sinè macula culpæ mortalis. Itèm: Ex magnâ gratiâ & liberalitate Dei est, quòd dat nobis se-ipsum in cibum in hoc sacramento. Et:* Conveniens est usus hujus Sacramenti; ut seorsim exhibeatur fidelibus corpus Christi in cibum, & sanguis in potum. Et:* Sacramenti Eucharistiæ materia, est panis triticeus, & vinum de vite modicâ aquâ permixtum, ita quòd aqua transeat in vinum. Nam aqua significat populum, qui incorporatur Christo. De alio autem pane, quàm tritici, & alio vino, non potest confici sacramentum.

ALBERTUS:* Christus sãguinẽ in potũ, & corpus in cibũ dedit.

¶Commentũ Transsubstantiationis, ad stabiliendũ Missæ sacrificium, proximè-præcedentibus seculis ab idololatris excogitatum, isto seculo publicè, per Innocentiũ Papam, in Concilio Lateranensi stabilitum, apud Doctores Pontificios passim obtinuit. Sic enim scribit ALEXANDER:* Est autẽ multiplex ratio, quare congruat, quòd panis convertatur in corpus Christi, & nõ maneat simul sub signo cum corpore Christi. una ratio est, idololatriæ vitatio. Si enim sub sacramento maneret panis fortasse quoq; adoraretur indistinctè cũ Domino. Alia est, efficacior deductio ad ipsum Christũ comprehendendum & venerandũ. Tunc mediatè deduceretur: quia primò deduceretur ad cõprehensionem panis, & post ad cõprehensionem Domini. Alia est, spiritualior refectio. Modo illa refectio est spiritualis omnino: nec esset in parte carnalis, quia tunc cibus assumeretur, & non solũ spiritualis. Alia est, veritatis insinuatio: scilicet ut credatur, quod sit tãtũ cibus animæ, nõ corporis, & quod hoc cibo sit unio spiritualis & corporalis. Itèm:* Ipsa elementa, virtute verborum, convertuntur in corpus & sanguinẽ Christi: nullâ factâ mutatione circa Christũ, neq; generationis, neq; corruptionis, neq; augmenti, vel diminutionis, vel alterationis, neq; mutationis secũdùm locũ.

INNOCENTIUS inquit:* Sicut panis in corpus, ita profectò vinum transsubstantiatur in sanguinẽ. Itèm:* Cum Sacerdos plures simul benedicit Oblatas; unam pro omnibus in manibus accipit. Nam & in unum Christi corpus omnes simul hostiæ cõvertuntur. Itèm:* Ante consecrationẽ, accidens est in subjecto; quoniã exsistit in alio: sed post consecrationẽ, accidens est sine subjecto, quoniã in alio non exsistit per se. Transit enim substãtia: sed remanent accidentia. Sicut enim ibi substantia corporis est, ubi forma corporis nõ videtur: sic ibi forma panis videtur, ubi substantia panis non est. nec est alius ibi panis, nisi caro Christi, quæ nomine panis aliquãdo designatur: juxta quod Dominus ait, Johan 6.* Panis, quẽ ego dabo, &c. Itèm: Si quæratur, Quid à mure comeditur, cũ sacramentũ corroditur? vel quid incineratur, cùm sacramẽtum crematur? Resp. Quòd, sicut miraculosè substantia panis cõvertitur in corpus dominicũ cùm incipit esse sub sacramẽto: sic quoq; miraculosè revertitur, cũ ipsum ibi desinit esse. nõ, quòd illa panis substantia revertatur, quæ trãsivit in carnẽ: sed quòd ejus loco alius, miraculosè creatur: quãvis hujus accidẽtia sinè subjecto possunt sic corrodi, sicut edi. Itẽ:* Porrò, cũ panis transsubstãtietur in corpus, & utiq; rationali spiritu animatũ: videtur, quòd panis trãssubstãtietur in hominẽ, & pari ratione in Christũ transsubstãtiatur; & ita in creatorẽ.

BONAVENTURA:* In sacramento Eucharistiæ, non tantùm significatur verum Christi corpus, & verus sanguis; verùm etiam continetur veraciter sub duplici specie, panis scilicet & vini: tanquam sub uno, & non tanquam sub duplici sacramento. Hoc autem post consecrationem sacerdotalem, quæ fit in prolatione vocalis formæ, à Domino institutæ: super panem scilicet, Hoc est corpus meum, super vinum verò, Hic est calix sanguinis mei. Quibus verbis, cum intentione conficiendi, à Sacerdote prolatis, transsubstantiatur utrumque elementum, secundùm substantiam, in corpus & sanguinem Jesu Christi, remanentibus speciebus sensibilibus: in quarum utraq; continetur totaliter; non circumscriptibiliter, sed sacramentaliter, totus Christus. in quibus etiã proponitur nobis ut cibus. Quem qui dignè accipit, nõ solùm sacramẽtaliter, sed etiam per fidem & charitatem spiritualiter manducando, corpori Christi mystico magis incorporatur, & in se-ipso reficitur & purgatur. Qui verò indignè accedit, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans sanctissimum corpus Christi.

THOMAS:* Dicendum est, quòd verum corpus Christi esse incipiat in hoc Sacramento per hoc, quòd substantia panis convertitur in substantiam corporis Christi, & substantia vini in substantiam sanguinis ejus. Itèm: Sciendum tamen est, quòd prædicta conversio panis in corpus Christi, alterius modi est ab omnibus cõversionibus naturalibus. Nã in qualibet conversione naturali, manet subjectum, in quo succedunt sibi diversæ formæ, vel accidentales, sicut cùm album in nigrũ convertitur: vel substantiales, sicut cum aer in ignem. unde cõversiones formales nominantur. Sed in conversione prædictâ, subjectũ transit in subjectum, & accidentia manent unde hæc conversio substantialis nominatur. Itèm: Hinc autem manifestum est, quòd in conversione prædictâ panis in corpus Christi, non est aliquod subjectum commune, permanens post conversionẽ: cùm transmutatio fiat secundùm primum subjectũ, quod est individuationis principium: necesse est tamen id remanere: ut verum sit quod dicitur, Hoc est corpus meum. Quæ quidem verba sunt hujus conversionis significativa, & factiva. Et quia substãtia panis non manet, nec aliqua prior materia: necesse est dicere, quòd maneat id, quod est præter substantiam panis, etiam post conversionem prædictam. Itèm: Accidit in hac conversione contrarium ei, quod in naturalibus mutationibus accidere solet: in quibus substantia manet, ut mutationis subjectum; accidentia verò variantur. Hic autem è converso, accidens manet, & substantia transit. Hujusmodi enim conversio, non potest propriè dici motus, sicut à naturali consideratur; et subjectum requiret: sed est quædam substantialis successio. Itèm:* In consecratione Sacramenti altaris, mutatur in corpus Christi tota substantia panis: sic tamen quòd manent panis accidentia, (id est, color, sapor, & hujusmodi) Christi corpus circumstantia, & nostrum

sensum

fit in objecta. Talis mutatio est supernaturalis; & dicitur proprie conversio, sive transsubstantiatio. Et: *Ista transsubstantiatio, id est, conversio panis in corpus Christi, sive in carnem, fit in instanti finitionis & complexionis illorum verborum Christi: scilicet, Hoc est enim corpus meum. dummodo iste, qui profert, sit Sacerdos, & intendat facere, quod facit Ecclesia, & prædicta verba cum tali intentione proferat, super materiam debitam, scilicet panis de frumento. Et idem intelligendum est de conversione in sanguinem; quod similiter fit in continenti, completis his verbis: Hic est enim calix, &c.* Et: *Panis vel vinum in Christi corpus substantialiter convertuntur: ideoque Christus, Deus & Homo perfectus, sub modico panis & vini specie continetur.*

¶ De Formâ, THOMAS ait: *Forma sacramenti Eucharistiæ sunt ipsa verba Christi, dicentis; Hoc est corpus meum: &, Hic est calix sanguinis mei novi & æterni testamenti, mysterium fidei; qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Quia Sacerdos, in persona Christi loquens, hoc conficit sacramentum. Minister autem sacramenti hujus, est sacerdos: neque aliquis alius potest corpus Christi conficere.*

¶ De unâ tantùm specie dandâ Laicis, THOMAS scribit: *Quæritur, Quare populus non accipit sanguinem sub specie vini? Hujus triplex est ratio. Prima est, ad habendum vas congruum, hujus sanguinis contentivum. Sicut enim vinum, vas specialius & diligentius præparatum, in quo conservetur, exigit, quam panis: sic sub specie vini sanguis Christi sumendus, solis Sacerdotibus conceditur, tanquam vasis ad hoc specialiter consecratis, & sacrâ religione constrictis, & virtutum pulcritudine excellentius præornatis. Secunda ratio est, vitandi periculi effusionis, propter multitudinem, quæ se circa altare comprimit. Hinc est, quòd Dominus in Cœnâ, Apostolis paucis, & ut suis sacerdotibus, non solùm corpus in specie panis, sed & sanguinem in specie vini, dedit. Tertia ratio est, ad præcavendum erroris periculum. Si enim populus rudis acciperet sanguinem sub specie vini; vix crederet eum esse sub specie panis: cum tamen veraciter sit sub utraque specie. Nam sicut, sub specie vini consecrati, Christi est sanguis, per transsubstantiationem; ita ibi est corpus, per annexionem: & sicut, sub specie panis, est corpus Christi, per transsubstantiationem; ita ibi est sanguis ejus veraciter, per annexionem. Hæc enim duo, corpus Christi & sanguis; imò hæc quatuor, corpus, sanguis, anima, & deitas, jam ultra non possunt separari. Unde, sicut sumit Sacerdos sanguinem Christi sacramentaliter de calice: sic populus sumit eum intellectualiter de ipso corpore Christi: & est eis tam utilis & tam dulcis; ut Sacerdotibus, qui sumunt eum, sub specie vini de calice.*

¶ De manducatione duplici, ait THOMAS: *Sacramentalis manducatio, per quam sumitur solum sacramentum, sine effectu ipsius. Spiritualis manducatio, per quam quis percipit effectum hujus sacramenti; quo spiritualiter homo Christo conjungitur, per fidem & charitatem.* Item, *facit triplicem modum manducationis: sacramentalem tantùm, item spiritualem tantùm, & sacramentalem & spiritualem simul.*

De spirituali esu, inquit INNOCENTIUS: *Caro Christi, nisi spiritualiter comedatur; non ad salutem, sed ad judicium manducatur.*

¶ De Indignorum manducatione, ait THOMAS: *Peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest; & non solum justus.* Et: *Peccator sumit corpus Christi sacramentaliter, sed non spiritualiter.*

¶ Sæpiùs utendum esse Cœnâ, THOMAS monet: *Per sacramentum Baptismi, configuratus homo morti Christi, in se suscipiens ejus characterem. & ideò, sicut Christus semel mortuus est, ita solùm semel debet homo baptizari. Sed per hoc sacramentum, non recipit homo Christi characterem, sed ipsum Christum, cujus virtus manet in æternum. Unde ad Hebr. 10. dicitur:* Unâ oblatione consummavit, &c. *Et ideò, quia homo quotidie indiget salutifera Christi virtute; quotidie potest laudabiliter hoc Sacramentum suscipere. Et quia præcipuè Baptismus est spiritualis regeneratio: ideo, sicut homo semel nascitur carnaliter, ita debet semel spiritualiter renasci per Baptismum. Sed hoc sacramentum est cibus spiritualis: unde, sicut corporalis quotidie sumitur, ita & hoc sacramentum quotidie sumere laudabile est. Unde Dominus, Luc. 11. docet petere panem nostrum quotidianum, &c.*

¶ De Fine & usu Cœnæ, ALEXANDER ait: *Sacramentum altaris habet in se plura. Habet enim memoriam dominicæ passionis; ex qua facta est liberatio. & ratione hujus, Agnus paschalis, qui datus fuit in memoriam liberationis de Aegypto, significat illud Sacramentum etiam dominicum, viaticum est spirituale: quo sustentari debemus in vitâ præsenti quousque perveniamus ad patriam. & ratione hujus significationis Manna: quod erat cibus populo Israel, quousque tangeret fines terræ promissionis. Sacramentum etiam dominicum est ostensivum charitatis, quam Filius Dei nobis exhibuit, ratione cujus Holocaustum, quod est totum incensum, significat. Sacramentum etiam dominicum, valet ad deletionem venialium peccatorum, sine quibus vita ista decursu non agitur.* Item: *In hoc sacramento signatur Christus, ut est cibus, perfectè manducantes reficiens, sacramentaliter & spiritualiter. Perfecta autem refectio, non est in pane tantum, nec in vino tantum: sed in utroque. Reficit autem hoc sacramentum, non quoscunque; sed manducantes spiritualiter. Manducare autem spiritualiter, est recognoscere & reficî circa ejus passionem; quæ fuit in corporis ejus multiplici afflictione, & sanguinis effusione, in quo manifestatur immensa Dei charitas. & in hoc anima perfectè reficitur, & delectatur. Et ideò utrumque distinctè signatur, scilicet corpus & sanguis. Præterea, delectatio & refectio non est in passione, quia passio; sed quia nostra redemptio. Nos enim nostra utilitas delectat: quæ est redemptio nostra, corpore & sanguine Christi.*

INNOCENTIUS: *Per hujus sacramenti virtutem, universæ virtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Ipse enim in hoc sacramento sumitur totus & integer; qui est fons & origo totius virtutis & gratiæ.*

BONAVENTURA ait: *Sicut illi educti sunt de Aegypto, post comestionem Agni paschalis; & per adspersionem sanguinis ejus, liberati ab angelo exterminatore: sic nos educimur de servitute diabolicâ, per esum carnis Verbi incarnati in sacramento altaris, & per sanguinem ejus in Baptismo.*

THOMAS: *Dominus dicit, Johann. 6.* Panis quem ego dabo, caro mea est, pro Mundi vitâ. *Sed vita spiritualis est per gratiam. Ergo per hoc sacramentum gratia confertur.* Et: *Finis sacramenti est, animam fidelem spiritualiter cibare; & contra malum, & ad bonum, confortare. Causa hujus efficiens, est corpus Christi.* Et: *Duplex est effectus corporis Domini: scilicet bonitatis, quo-ad bonos; severitatis, quo-ad malos. & tamen ipsum semper immutabile, & bonum in se manet: sed, justo Dei judicio, effectus ejus mutatur in his, qui malè eo utuntur.* Augustinus: *Sancta malis possunt obesse. quia, qui manducat corpus Domini indignè, judicium sibi manducat: non, quòd res illa mala sit; sed quia malus, quod bonum est, male accipit. Hujus rei exemplum est in sole, & in vino. Nam eandem Solis lucem, quam oculus sanus ad delectationem & confortationem, æger suscipit ad turbationem. Et vinum, quod sanus homo ad jucunditatem & confortationem; febricitans accipit ad majorem infirmitatem, vel certè ad mortem.* Et: *Manducationis spiritualis effectus triplex est: peccatorum remissio, ab æternâ morte sanatio, vera corporis Christi ad salutem æternam participatio.* Et: *Quia per passionem & mortem Christi, homines à peccato purgantur: ut hujus tam immensi beneficii jugis in nobis maneret memoria; Filius Dei, passione appropinquante, suæ passionis & mortis memoriam, fidelibus suis reliquit jugiter recolendam, suum corpus & sanguinem tradens Discipulis, sub speciebus panis & vini. quod usque nunc, in memoriam illius venerandæ passionis, ubique terrarum Christi frequentat Ecclesia.* Et: *Sicut in vita corporali, postquam homo natus est, & vires sumsit, necessarius est ei cibus, ut conservetur & sustentetur: ita in vita spirituali, post habitum robur, necessarius est ei spiritualis cibus, qui est corpus Christi Johan. 6.*

ALBERTUS ait: *Prima, principalis, & propria utilitas hujus sacramenti est, ut, sicut homo per esum pomi vetiti perdidit vitam; ita recuperat per esum ligni vitæ spiritualis. Et hæc præstante dicitur propria: quia homo multipliciter cecidit à vita; scilicet per culpam originalem & actualem, & per ostium concupiscentiæ debilitantis, & per deperditionem spiritualium in pietate & bonitate, & hujusmodi, quæ quasi humor quidam vegetant & infundunt animam. Contra culpam autem, sunt Baptismus & Pœnitentia; & contra debilitatem concupiscentiæ, est Confirmatio. Ad restaurandum autem spirituale robur deperditum, est cibus spiritualis Eucharistia. 2. ut sit nutrimentum hominis spiritualis. 3. ut uniat membra corporis Christo capiti, per charitatem. 4. ut augeatur meritum fidei; quæ in hoc sacramento supra omnia exaltatur; eò quòd ratio hic sine fide nihil potest.*

3. Est dilatatio charitatis: quia est in memoriam redemtionis & liberationis nostræ. Et: * Hic est panis Eucharistia, qui efficaciam habet ex virtute deitatis dulcedinem, ex condimento gratiæ; vitam ex anima conjuncta cum corpore & sanguine. Itèm: Hic panis origine cœlestis est, substantialiter deificus est, causaliter vivificus est, sacramentaliter unitivus; effectu viaticus est; speciebus æternæ fruitionis designativus. Item: * Hoc enim sacramento nos sibi Christus univit, & sic spiritus vitæ conjunxit: ut spiritu vitæ omnes vivificemur. Et: Non possumus Christo uniri, nisi per carnis suæ manducationem, qua sibi incorporamur. Itèm: Sicut caro accipitur vivificum restaurativum spiritualis, & divinæ vitæ in nobis deperditæ: ita per sanguinem accipitur intimorum adspersio, & emundatio contra omnem sorditatem impedientem.

*in Matth. c. 6.
*in Johan. 6.

¶ De aquæ mixtione, ait THOMAS: * Vinum, quod offertur in hoc sacramento, debet aquæ misceri: primò quidem propter institutionem. Probabiliter enim creditur, quod Dominus hoc sacramentum instituit in vino permixto aqua, secundùm morem illius terræ. Unde & Proverb. 9. * dicitur: Bibite vinum, quod miscui vobis. 2. Quia hoc convenit repræsentationi dominicæ passionis. Unde dicit Alexander Papa: Non debet in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola, offerri, sed utrumque permixtum: quia utrumque ex latere ejus in passione profluxisse legitur. 3. Quia hoc convenit, ad significandum effectum hujus sacramenti, qui est unio populi Christiani ad Christum. 4. Quia hoc competit ad ultimum effectum hujus sacramenti, qui est introitus ad vitam æternam. Itèm: * Admixtio aquæ ad vinum, non est de necessitate sacramenti.

*3. Sum. q. 74. a. 6.
*vers. 5.
*ibid. art. 7

DE MISSA.

INNOCENTIUS ait: * Missa dicitur, & ministerium, & mysterium id est, officium, quod profertur; & sacrificium, quod offertur.

*lib. 6. de Myst. c. 6.

THOMAS: * In Missa duo est considerare: scilicet ipsum sacramentum, quod est principale; & orationes, quæ in Missa fiunt, pro vivis & mortuis. Quantum ergo ad sacramentum: non minùs valet Missa Sacerdotis mali, quam boni: quia utrobique idem conficitur sacramentum. Oratio autem, quæ fit in Missa, potest considerari dupliciter. Uno modo, in-quantum habet efficaciam, ex devotione Sacerdotis orantis. & sic non est dubium, quod Missa melioris Sacerdotis magis est fructuosa. Alio modo, in-quantum oratio in Missa profertur a Sacerdote in persona totius Ecclesiæ, cujus Sacerdos est minister: quod quidem ministerium etiam in peccatoribus manet. Unde & quantum ad hoc, est fructuosa non solùm oratio Sacerdotis peccatoris in Missa, sed etiam omnes ejus orationes, quas facit in ecclesiasticis officiis, in quibus gerit personam Ecclesiæ: licèt orationes ejus privatæ non sint fructuosæ. Itèm: * Tres sunt Missarum differentiæ: ut scilicet alia dicatur pro Sanctis, alia pro vivis, alia pro defunctis fidelibus. Missa pro Sanctis finem habet; Ite, missa est: pro vivis; Benedicamus Domino: pro defunctis; Requiescant in pace. Item: Causa Missæ est tripartita: scilicet honor Sanctorum, salus vivorum, & requies defunctorum. Item: * Ante celebrationem hujus sacramenti, primò quidem præmittitur præparatio quædam, ad dignè agenda ea, quæ sequuntur. Cujus præparationis prima pars, est laus divina, quæ fit in introitu. Secunda pars, continet commemorationem præsentis miseriæ: dum misericordia petitur, dicendo, Kyrie eleison, ter quidem pro persona Patris: ter autem pro persona Filii, cùm dicitur, Christe eleison: ter pro persona Spiritus sancti, cùm subditur ter, Kyrie eleison: contra triplicem miseriam, ignorantiæ, culpæ, & pœnæ. Tertia pars commemorat cœlestem gloriam, ad quam tendimus post præsentem vitam & miseriam, dicendo, Gloria in excelsis Deo: quæ cantatur in festis; intermittitur autem in officiis luctuosis. Quarta autem pars continet orationem, quam Sacerdos pro populo facit. Secundò autem præmittitur instructio fidelis populi: quæ etiam instructio, dispositivè quidem fit per doctrinam Prophetarum & Apostolorum; quæ in Ecclesia legitur per Lectores & Subdiaconos. Post quam lectionem cantatur à choro Graduale, quod significat profectum vitæ, & Alleluja, quod significat spiritualem exsultationem, vel tractus in officiis luctuosis. Perfectè autem populus instruitur, per doctrinam Christi in Evangelio contentam; quæ a summis ministris legitur, scilicet a Diaconibus: & quia Christo credimus, tanquam divinæ veritati; secundùm illud Johann. * Lecto Evangelio, Symbolum fidei cantatur. Sic igitur populo præparato & instructo, consequenter acceditur ad celebrationem mysterii, quod quidem & offertur, ut sacrificium, & consecratur, & sumitur, ut sacramentum. Primò peragitur oblatio, 2. consecratio materiæ oblatæ, 3. ejusdem perceptio. Circa oblationem verò duo aguntur, scilicet laus Populi, in cantu Offertorii, & oratio Sacerdotis, qui petit, ut oblatio populi sit Deo accepta. Deinde circa consecrationem, quæ supernaturali virtute agitur, primò excitatur populus ad devotionem, in præfatione, unde & monetur, sursum corda habere ad Dominum. & ideò finita præfatione, populus devotè laudat deitatem Christi, cum Angelis dicens, Sanctus, &c. & humanitatem, cum Pueris dicens: Benedictus, qui venit, &c. Deinde Sacerdos commemorat, primò quidem, pro quibus hoc sacrificium offertur, scilicet pro universali Ecclesia, pro his qui in sublimitate sunt constituti: 1. Timot. 4. & specialiter quosdam, qui offerunt, vel pro quibus offertur. 2. Commemorat Sanctos, quorum patrocinia implorat pro prædictis, cùm dicit: Communicantes & memoriam venerantes. Petitionem concludit, cum dicit: Sit hæc oblatio, pro quibus offertur, salutaris. Deinde accedit ad ipsam consecrationem: in qua primò petit consecrationis effectum, cùm dicit, Quam oblationem tu Deus, &c. 2. Consecrationem peragit, cum dicit: Qui pridie quàm &c. 3. Excusat præsumtionem, per obedientiam & mandatum Christi, cum dicit. Et memores, &c. 4. Petit, hoc sacrificium peractum, esse Deo acceptum, cùm dicit: Supra quæ propitio, &c. 5. Petit hujus sacrificii & sacramenti effectum. Primò quidem, quantum ad ipsos sumentes, cùm dicit: Supplices te rogamus. 2. Quantum ad mortuos, qui jam sumere non possunt, cum dicit: Memento & Domine, &c. 3. Specialiter, quantum ad ipsos sacerdotes offerentes; cùm dicit: Nobis quoque peccatoribus. Deinde agitur de perceptione sacramenti, & 1. præparatur Populus ad percipiendum: primò quidem, per orationem communem totius populi, quæ est Oratio dominica, postea per privatam, quam specialiter Sacerdos pro populo offert, cùm dicit; Libera nos, quæ sumus, Domine. 2. Apparatur Populus ad pacem, quæ datur, dicendo, Agnus Dei. In Missis tamen defunctorum, in quibus sacrificium offertur, non pro pace præsenti; sed pro requie mortuorum pax intermittitur. Deinde sequitur perceptio sacramenti: primò percipiente Sacerdote, & postmodum aliis dante. ultimò autem, tota Missæ celebratio in gratiarum-actione terminatur.

*Frossf. Myst. c. 1.
*3. Sum. q. 83. a. 4.
*vers. 46.

DE SACRIFICIIS.

THOMAS: * Sacrificium propriè dicitur aliquid factum in honorem propriè Deo-debitum, ad eum placandum

*3. Sum. q. 48. a. 3.

¶ De divisione Sacrificiorum, ALEXANDER ait: * Spirituale fuit sacrificium devotionis, & amoris salutis humani generis: quod sacrificium obtulit in mente. Corporale fuit sacrificium mortis, quam sustinuit in cruce; vel quæ repræsentatur in sacramento, sub panis specie. Necessariò igitur fuit præfiguratio sacrificii spiritualis, quod obtulit in abdito devotæ mentis, & quo-ad hoc, fuit figura sacrificii thymiamatis, quod offerebatur in altare interiori: & præfiguratio sacrificii corporalis, quod obtulit in carne; & hoc dupliciter, ut dictum est. Sensibiliter in cruce, & quo-ad hoc, erat figura sacrificii carnis sensibilis: & insensibiliter in altari sub specie panis & vini; & quo-ad hoc, erat figura sacrificii in se insensibilis, frugum, & panis, & vini. Utrumque autem sacrificium offerebatur super altare exterius, quod dicitur altare holocaustorum. Itèm: Duplex est sacrificium carnis Christi. Unum, quod ipsemet obtulit in cruce, ut ipse sacerdos: de quo dicit Apostolus, Hebr. 7. * Pontifex sanctus, innocens, impollutus. Ideò competebat ut figura hujus offerretur ab innocente & justo Abel. Aliud, quod offertur à ministro in sacramento, sub panis specie. Ideò, quia illud sacrificium potest offerri à malo ministro & peccatore, primò figura ejus sacrificii præcessit in Cain injusto, & peccatore.

*P. 4. q. 51. m. 2. a. 2.
*vers. 26.

¶ De fine Sacrificiorum, ait ALEXANDER: * Institutio sacrificiorum, sive in lege naturæ, sive in lege Moysis, fuit, ad significationem & figuram sacrificii redemtionis in Christo. Itèm: * Illa sacrificia, & signa fuerunt illius veri sacrificii, & signa fuerunt sacrificiorum spiritualium, quæ adhuc in nobis geruntur. Itèm: Principaliter ergo signa erant veri sacrificii: secundariò signa spiritualium sacrificiorum, quæ debemus illi rependere; & tamen propter nostram utilitatem. Hæc enim est mortificatio vera, Jesum in corpore nostro circumferre: ut vita

*P. 4. q. 2. m. 4. a. 3.
*ib. a. 5.

ejus in

ejus in nobis manifestetur. Principaliter autem indicabant futurum esse sacrificium, quod esset ad expiationem originalis peccati, & aliorum peccatorum: & sic ad Christum referebantur. Secundariò verò indicabant sacrificia spiritualia: ut, quibus satisfaceremus ei, ad meritum vitæ æternæ congruerent. Hæc enim sacrificia spiritualia sunt, quæ requirit Deus. Itèm: Sacrificia autem data sunt, ad significandum illud, quod futurum erat in remedium peccati originalis, & etiam actualis. & ideò, adveniente illo, non oportuit manere, quod ductivum erat ad illud: cùm ex sua vi non haberet illum effectum.

DE ECCLESIA.

ALEXANDER inquit: * Ecclesia est congregatio fidelium, colentium Deum. Itèm: * Est enim Ecclesia congregatio fidelium. Fideles autem dicuntur, qui fidei sacramentum susceperunt. Membrum autem Ecclesiæ dicitur, duobus modis: vel merito, vel numero. Merito dicitur simpliciter: numero, secundum quid. Per fidem enim formatam, est membrum Ecclesiæ merito: & sic, quod est membrum Ecclesiæ, est membrũ Christi, & è converso. Membrum Ecclesiæ numero, est per sacramentum fidei. Hujusmodi autem membra, non sunt in corpore Ecclesiæ, ut ibi remaneant, si obdurentur in peccato: sed tanquam mali humores, ut inde expellantur.

[Marg.: Part. 2. q. ... m. 7. ... 3. q. 109. m. 7. a. 7.]

INNOCENTIUS: * Cœlestis civitas Dei, est ecclesia triumphantium: terrestris Dei civitas, est ecclesia militantium. Itèm: Particularis Dei domus est, sancta mater Ecclesia, de quâ legitur: * Domum tuam, Domine, decet sanctitudo.

[Marg.: * Serm. 2. in dedic. Tepli. * Psal. 92. v. 5]

ÆGIDIUS ait: * Sicut Ecclesia dicta est paradisus Dei, ita potest dici vinea Dei: ad quam continuo operarios mittit; ut reddat singulis suos denarios. Positus est ergo homo in Ecclesia, quæ dicitur paradisus; ut custodiat hunc paradisum: ne per peccatum perdat illum. Statim enim, cùm quis peccat mortaliter, quantum ad Deum, separatus est à communione Ecclesiæ.

[Marg.: de Paradiso c. 6.]

THOMAS: * Ecclesia Dei, est Dei templum spirituale. Et: * Ecclesia est idem, quod congregatio. Unde Ecclesia sancta est idem, quod congregatio fidelium: & quilibet Christianus, est sicut membrum illius Ecclesiæ. Et: * Ecclesia congregatio fidelium est.

[Marg.: * in Apoc. 1. 3. * Exposit. Symb. c. 12. * Compend. Theol. c. 147]

ALBERTUS: * Ecclesia dicitur congregatio: & illa est rationalium, quæ congregantur proprio motu. & ideò, utentes ratione ad lumen fidei, in unam congregantur fidem.

[Marg.: * in Luc. c. 4.]

¶ Distinctio Ecclesiæ, in militantem & triumphantem, exstat apud THOMAM. *

ALBERTUS: * Alia triumphans, alia militans.

[Marg.: * 1. Sec. q. 102. art. 4. * in Luc. c. 1.]

¶ De Partibus Ecclesiæ, THOMAS ait: * Tres sunt partes Ecclesiæ: scilicet pars in exsultatione, pars in peregrinatione, & pars in exspectatione. In exsultatione sunt Sancti, qui Christi vestigia sunt secuti: in peregrinatione sunt vivi, subjacentes varietati & tribulationi: in exspectatione sunt fideles defuncti, qui exspectant opem & requiem.

[Marg.: * Expos. Missæ c. 1.]

¶ Unde sit Ecclesia, THOMAS inquit: * Christus inhabitat Ecclesiam suam, in justis, per gratiam. Inhabitat enim in eis, & regit eos. Et: * Sponsus Ecclesiæ, propriè loquendo, Christus est, de quo dicitur Johan. 3. * Qui habet sponsam, sponsus est. Ipse enim de Ecclesiâ suo nomine filios generat. Alii autem, qui sponsi dicuntur, sunt ministri Sponsi; extrinsecus cooperantes ad generationem spiritualium filiorum: quos tamen non sibi; sed Christo generant. Qui quidem ministri in-tantum sponsi dicuntur, in-quantum vicem veri Sponsi obtinent.

[Marg.: * in Apoc. 1. 4. * contra impugn. Relig. c. 4. * vers. 29.]

ALBERTUS ait: * Christus instituit Ecclesiam. Itèm: * Ecclesia, à Christo gubernata, crucis gubernaculo, navis dicitur. Et: * Origo Ecclesiæ est in cælo, & conversatio, & finis.

[Marg.: * in Luc. c. 7. * ib. c. 8 * ib. c. 20]

ALEXANDER: * Tota Trinitas movet & regit Ecclesiam, & infundit gratiam, quæ sentiat per fidem, & moveatur per charitatem. unde in ratione regentis & influentis se habet ad ipsam.

[Marg.: * art. 2. q. 12. m. 2. a. 1.]

¶ De Materiâ Ecclesiæ, THOMAS ait: * Corpus Ecclesiæ constituitur ex hominibus, qui fuerunt à Principio Mundi usq; ad fine ipsius. Itèm: * Diversitas statuum & officiorum, non impedit Ecclesiam; quæ perficitur per unitatem fidei, & charitatis, & mutuæ subministrationis: secundum illud Apostoli, Ephes. 4. * Ex quo totum corpus est compactum, scilicet per fidem; & connexum, scilicet per charitatem; per omnem juncturam subministrationis, dum scilicet unus alii servit.

[Marg.: 3. Sum. q. 8. * 2. Se. 2d. q. 63. a. 2. * vers. 16.]

¶ ALBERTUS. * Christus describit suos in æternitate, quinq; modis: per definitam in se prædestinationem, per appositam eis justitiam præsentem, per privilegiati meriti dotam, per sui verbi in conscientiâ & corde doctrinalem picturam; & per æternæ beatitudinis ad se-ipsum conformitatem.

[Marg.: * in Luc. c. 2.]

¶ De bonis Ecclesiæ, ALBERTUS: * Ecclesia quatuor habet, quæ secundùm pietatem est in professione: autoritatem in potestate clavium, & jurisdictionem. & generalitatem, tam in congregationum multitudinem, quam in regulam: quibus regitur veritatis; quibus nulla potest falsitas hæresis obviare.

[Marg.: * in Matth. c. 16.]

ÆGIDIUS ait: * In Ecclesia est lignum vitæ, scilicet Christus, qui est Dei virtus & Dei sapientia. Nam de hac Ecclesiâ scriptũ est, quòd est lignum vitæ his, qui apprehendunt eam. Itèm: * In præsenti Ecclesia est salus, & Sanctorum redemtio.

[Marg.: * de Parad. c. 6. * de Arca Noa.]

¶ Unam esse Ecclesiam, INNOCENTIUS ait: * Una est fidelium universalis Ecclesia, extra quam nullus omninò salvatur: in quâ idem ipse sacerdos sacrificium Jesus Christus. Itèm: * Una est Ecclesia septem gratiis distributa, vel septem charismatibus insignita, quam ille pacificat & adunat. Sicut enim panis ex multis granis conficitur, & unum vinum ex multis racemis confluit: sic corpus Christi ex multis membris componitur, & unitas ecclesiastica ex diversis personis consistit.

[Marg.: * in Concil. Lateran. * li. 4. c. 36]

THOMAS ait: * Non est, nisi una Ecclesia, in quâ homines salvantur: sicut extra arcam Noa nullus salvari potuit. Et: * Sicut in naturali corpore, operatio unius membri cedit in bonum totius corporis: ità in corpore spirituali, scilicet Ecclesia. Et quia omnes sunt unum corpus, bonum unius alteri communicatur. Apostolus Rom. 12. * Singuli autem, alter alterius membra. Inter alia verò membra Ecclesiæ, principale membrum est Christus: quia est caput. Ephes. 1. * Ipsum dedit caput, &c. Bonum ergo Christi, communicatur omnibus Christianis, sicut virtus capitis omnibus membris. Et hoc communicatio fit per sacramenta Ecclesiæ.

[Marg.: * Expos. Symb. c. 12. * ib. c. 13. * vers. 5. * vers. 22.]

ALBERTUS: * Una est Ecclesia, uno Spiritu sancto vivificata, mota, sensificata & communicata. Et: * Legis, & Prophetiæ, & Evangelii, non sunt tres habitationes; sed una, quæ est Ecclesia. Et: * De multis fidelibus, à peccato depuratis, una fit Ecclesia.

[Marg.: * in Luc. c. 3. * in Matth. c. 15. * ib. c. 26.]

¶ Sanctam esse, THOMAS inquit: * Ipsa sancta mater Ecclesia, & sponsa, & uxor pariter dicitur. Sponsa, quia cælesti sponso, Christo videlicet, spirituali dilectione copulatur.

[Marg.: * in Apoc. cap. 21.]

¶ De initio Ecclesiæ, inquit ALEXANDER: * Ab Abel dicitur incepisse Ecclesia justorum, sicut Ecclesia malignantium à Cain. Et ratio hujus est. quia, quamvis Adam fuerit primus justus: tamen, si propter hoc ab ipso diceretur incipere Ecclesia justorum, tunc eodem modo, cùm ipse fuerit primus homo peccator, deberet dici, quod ab ipso incepit Ecclesia malignantium. Sed hoc non erat decens, ut ab eodem diceretur incipere Ecclesia utraque: & ideo rectè distinguuntur duo: ut ab eo, qui nunquam fuit injustus, sed justus, primo inciperet Ecclesia justorum; cujusmodi fuit Abel: & econtra ab eo, qui finaliter fuit malus, similiter inciperet Ecclesia malignantium; cujusmodi fuit Cain. Hac ergo ratione conveniebat, ut in ea totius justitiæ forma servaretur: quia in divina dispositione & dispensatione facta est. Itèm: * Ecclesia dicitur incepisse ab Abel: quia fides ejus, in sacrificio, quod obtulit Domino, accepto, manifestabatur. & hoc fuit primum signum sacrum, ex parte hominis, de quo legitur in Scriptura. Alia ratio adjuncta est, continuitas sanctitatis. Tertia causa, quia ipse fuit primus martyr: & Ecclesia solet dedicari in sanguine martyrum. illi enim firmaverunt fidem Ecclesiæ. Quarta causa est, propter testimonium Christi, dicit Matth. 23. * A sanguine Abel justi, &c.

[Marg.: * Part. 3. q. 95. m. 4. * Part. 4. q. 4. m. 1. * vers. 35.]

¶ De duratione Ecclesiæ, scribit ALEXANDER: * Quod autem Ecclesia perseveret in bonis, usq; ad finem Mundi, accipitur ex hoc, quod dicitur Matth. ultimo * Vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Sed, Deum esse nobiscum, arguit semper aliquem esse justum: cum justis enim dicitur esse. Sed exsistente aliquo vel aliquibus justis, semper usq; ad finem Mundi est ipsa Ecclesia. Ergo usq; ad finem Mundi durabit Ecclesia. Itèm: Imo sicut Arcturus, dum versatur, erigitur: sic Ecclesia, dum versatur per tribulationem, erigitur. Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum. Itèm: Ecclesia signatur per naviculam Petri. Sed de navicula Petri legitur, quòd pene mergebatur, nunquam autem mersa est: imò adest Dominus consolatio. Ergo Ecclesia nunquam desinit esse. Item, Ecclesiast. 40. *

[Marg.: P. 4. q. 5. m. 3. * vers. 20. * vers. 12.]

Fides

Fides in seculum stabit. *Sed fidem in seculum stare, quid aliud est, quam, quamdiu durabit seculum, permanere? Ergo semper durabit Ecclesia, durante seculo. Item Matth. 6.** [vers. 10.] Adveniat regnū tuum; *id est, regnum militantis Ecclesiæ veniat ad regnum triumphantis: quod erit, cùm tradiderit regnum Deo & Patri. Sed regnum militātis Ecclesiæ venire ad regnum triumphantis, quid aliud est, quam regnum militantis permanere, usquequò sit triumphās? Ergo erit usq; in finem seculi. Præterea dicitur Oseæ 2.** [vers. 19.] Sponsabo te mihi in fide, & sponsabo te mihi in sempiternum. *Ergo matrimonium Christi & Ecclesiæ durabit in sempiternum ergo & Ecclesia. Quòd autem sit matrimonium Christi & Ecclesiæ, Ephes. 5.** [vers. 31. 32.] Erunt duo in carne unâ. Hoc sacramentum magnum est: ego autem dico, in Christo & Ecclesiâ. *Sicut ergo, cùm est copula carnalis subsecuta, inseparabilis est conjunctio viri & mulieris: ita inseparabilis est conjunctio Christi & Ecclesiæ. Semper ergo durabit Ecclesia.* Itèm: *Simile est in corpore naturali, & corpore mystico. Sed in corpore naturale non sic est, nisi per miraculum; quòd vivat unus homo, & post moriatur, & iterum vivat. nec ergo sic erit in corpore mystico Ecclesiæ, quia vivat, & post moriatur, & deinde vitam resumat. Restat ergo, quòd continuatur corpus mysticum Ecclesiæ in vitâ. Aut ergo, usq; in finem seculi, durabit corpus Ecclesiæ militantis, & implebitur semper numerus usq; ad finem Mundi: aut prius implebitur numerus prædestinatorum, & post aliquantul um tempus, erunt tantùm mali. Quòd autem postea tantùm sint mali, otiosum esset: cùm jam sit impletus numerus prædestinatorum. Deus autem nihil facit frustra; sicut dicitur Hiob 5.** [vers. 6.] Nihil in terrâ sinè causâ fit. *Ergo post impletionem bonorum, nullo tempore erunt omnes mali.*

¶ De Gloriâ Ecclesiæ, THOMAS ait:* [3. Sum. q. 8. a. 3.] *Ecclesiam esse gloriosam, non-habentem maculam neq; rugam, est ultimus finis, ad quem perducimur per passionem Christi. Unde hoc erit in statu patriæ; non autem in statu viæ: in quo si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos-ipsos seducimus, ut dicitur 1. Johann. 1.** [vers. 8.] *Sunt tamen quædam, scilicet mortalia, quibus carēt illi, qui sunt membra Christi, per actualem unionem charitatis. Qui verò his subducuntur, non sunt membra Christi actualiter; sed potentialiter: nisi fortè imperfectè per fidem informem, quæ unit Christo secundùm quid, sed non simpliciter, ut scilicet per Christum Homo consequatur vitam gratiæ. Fides enim sinè operibus mortua est, ut dicitur Jacobi 2.** [vers. 26.] *Percipiunt tamen tales à Christo, quendam actum vitæ, qui est credere, sicut si membrorum mortificatum moveatur aliqualiter ab homine.*

¶ Quomodo sit universalis Ecclesia, THOMAS ait:* [Exposit. Symb. c. 12.] *Ecclesia est catholica, id est, universalis. 1. quantum ad locum: quia est per totum Mundum, contra Donatistas. Rom. 1.** [vers. 8.] *2. Est universalis, quantum ad conditionem hominum: quia nullus abjicitur; nec dominus, nec servus; nec masculus, neq; fœmina. 3. Est universalis; quantum ad tempus. Nam aliqui dixerunt, quòd Ecclesia deberet durare usq; ad certum tempus. Sed hoc est falsum: quia hæc Ecclesia incepit à tempore Abel; & durabit usque ad finem seculi. Matth. ultimo.** [vers. 20.]

¶ De Fundamento Ecclesiæ, ALBERTUS inquit:* [in Luc. c. 13.] *Ecclesia utiliter radicata est in Sacramentis, & doctrinâ Prophetarum.* Itèm:* [ib. c. 4.] *Fundamenta omnium ecclesiasticorum sunt tria: Veritas, Potestas, & Operatio. Veritati innititur doctrina Ministrorum. Potestati divinæ innituntur Sacramenta. Operationi innititur officium prædicationis, & authoritas ministeriis.*

¶ De externo cœtu, THOMAS ait:* [in Apoc. c. 6.] *In Ecclesiâ sunt cœtus falsorum fratrum, hypocritarum, qui boni filii Ecclesiæ videntur, & veri fratres justorum, in gratiâ, sanctitate; sed sunt, per fidem fictam, & vitam simulatam, falsi fratres. & ideò dicuntur equum Diaboli, qui sedet in eo; per eos procedit ad nocendum Ecclesiæ.*

ALBERTUS:* [in Matth. c. 22.] *Ecclesia enim præsens congregat bonos & malos.*

¶ Quomodo non erret, THOMAS inquit:* [2. Sec. q. 1. a. 9.] *Ecclesia universalis non potest errare: quia à Spiritu sancto gubernatur; qui est spiritus veritatis. Hoc enim promisit Dominus Discipulis, Johan. 16. dicens:** [vers. 13.] Cùm venerit ille spiritus veritatis, &c.

¶ De consuetudine Ecclesiæ, ait THOMAS:* [Quodl. 2. a. 7.] *Maximam authoritatem habet Ecclesiæ consuetudo, quæ semper est in omnibus æmulanda. Quia & ipsa doctrina catholicorum Doctorum, ab Ecclesiâ authoritatem habet. Unde magis est standum consuetudine Ecclesiæ; quàm vel authoritate Augustini, vel Hieronymi, vel cujuscunq; doctoris.*

¶ De Capite Ecclesiæ, inquit ALEXANDER:* [Part. 3. q. 12. m. 2. a. 1.] *Christus potest dici caput, secundùm prædictas metaphoras: eò scilicet quòd sit in ratione moventis regnum, sicut rex, in ratione dignissimi & providentis Ecclesiæ: & quia est in eo plenitudo gratiæ, quantum ad omnem sensum spiritualem gratiæ, sicut omnes sensus sunt in capite. Tamen propriâ ratione dicitur caput, per rationem influentiæ: ut, sicut ab ipso capite est influentia sensûs & motûs, secundùm diversas partes ejus: quia ab anteriori parte capitis fluunt nervi, per quos fluit sensus ad membra: à posteriori verò parte fluunt nervi, per quos fluunt motus ab animâ ad singula membra. Similiter Christus in Ecclesiâ influit sensum & motum spiritualiter: sensum influit per fidem, motum verò per amorem. Influit enim sensum fidei, & motum amoris. Et illâ ratione dicitur propriè caput Ecclesiæ. Unde, secundùm quod videmus quòd caput quodammodò gerit vicem animæ, in movendo corpus, & consulendo ei per sensum: ita est de Christo, respectu Ecclesiæ. quia sic se habet ad ipsam, in ratione moventis, & consulentis, per sensum gratiæ, quem ei influit unde ad Coloss. 1.** [vers. 18.] Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Itèm:* [ibid. art. 1.] *Ita Christus, mediator Dei & hominum, in Patriarchis & Prophetis præmisit manum, antequam appareret in carne, vinculis Legis superbum populum constringentem, sive comprimentem. Tempore autem nascendi, secutum est caput corporis Ecclesiæ: cui adhæserunt omnes fideles credendo. Relinquitur ergo, quòd fuit caput fidelium, & præsentium, & antiquorum.* Itèm:* [Part. 4. q. 4. m. 2.] *Corpus Ecclesiæ nunquam fuit acephalum, sed semper habuit Christum caput, secundùm divinitatem, & secundùm humanitatem. Licèt enim Christus, ratione humanitatis, non esset à principio Mundi: tamen fuit ratione fidei de divinitate & humanitate. & ratione illius, fit colligatio membrorum ad caput, & etiam inter se. Oportet enim ad hoc, quòd in Ecclesiâ militante sint membra inter se, communem habere fidem, & gratiæ conformitatem, sive charitatis, quantum ad Christum: & quòd Christus, secundùm quod homo, licèt tempore secutus sit, fuerit caput.*

THOMAS ait:* [in Apoc. cap. 12.] *Christus est caput Ecclesiæ, ipsam regens, ei providens, in eâ influens sensum fidei, & motum dilectionis & operationis.* Itèm:* [Compend. Theol. c. 30.] *Ex hoc, quòd à Christo ad alios gratia & veritas derivantur, convenit ei, ut sit caput Ecclesiæ. Nam à capite in alia membra, quæ sunt ei conformia in naturâ, quodammodò sensus & motus derivatur: sic à Christo, & gratia, & veritas, ad omnes homines derivatur.* Et:* [3. Sum. q. 8. a. 6.] *Coloss. 2.** [vers. 19.] *Caput Ecclesiæ est, ex quo corpus per nexus & conjunctiones subministratur, &c. Sed hoc soli Christo convenit. Ergo solus Christus est caput Ecclesiæ.* Et: *Christus est caput omnium eorum, qui ad Ecclesiam pertinent; secundùm omnem locum, & tempus, & statum.* Itèm: *Christus est caput Ecclesiæ, propriâ virtute & authoritate. Alii verò dicuntur capita, in-quantum vicem gerunt Christi: secundùm illud 2. Corinth. 2.** [vers. 10.] Nam & ego, quod donavi, &c. *Et secundùm illud 2. Corinth. 5.** [vers. 20.] Pro Christo legatione fungimur.

ALBERTUS:* [in Luc. c. 1.] *Caput Ecclesiæ, Christus est: Barba, adhærens ori, Apostoli: Vestimentum, Ecclesia: Fimbria sive ora vestimenti, quilibet simplex de Ecclesiâ.* Et:* [ibid. c. 7.] *Christus Deus est caput Ecclesiæ: ex quo charismata fluunt in Ecclesiæ Prælatos, & potestas, contra quam nec portæ inferorum prævalebunt.*

¶ De regimine ecclesiæ, ait THOMAS:* [in Apoc. c. 4.] *Per doctrinam scriptam ab Evangelistis, & regitur, & protegitur Ecclesia.* Itèm: *Deus per remedia sacramentalia ordinat & regit Ecclesiam.*

¶ De effectu Ecclesiæ, THOMAS ait:* [in Apoc. c. 1.] *Ecclesia honorificat Christum; id est, ipsum honorando ostendit. Deinde, in Ecclesiâ, ipsius Domini ineffabilis bonitas, sapientia, & potestas ac dominatio, excellenter apparet.* Itèm:* [ib. c. 12.] *Dupliciter parit Ecclesia filium: scilicet vel spiritualiter, & sic peperit, & quotidie parit fideles, per virtutem doctrinæ, & exemplum vitæ: vel corporaliter; & sic peperit Christum per Virginem.*

¶ De Hæreticis, GULIELMUS inquit:* [cap. 15.] *Hæretici in scilicet contra Deum falsa sentiendo; contra articulos fidei prædicando, docendo apertè, vel secretè: & omnes fautores & consentientes Hæretici reputantur.*

ALEXANDER: * *Communiter hæreticus potest dici, quicunq; Scripturam aliter intelligit, quam sensus Spiritûs sancti [illegible] *[illegible]tat. Propriè, secundum quod hæreticus dicitur, quicunq; ali[illegible] temporalis commodi, &c. Proprissimè, cum superadditur ipsa pertinacia, in defendendo falsitatem; vel impugnando veritatem* Itèm: *Tria enim concurrunt ad perfectam hæresin: ipsa falsa credulitas, quæ est ex parte rationis, & perversa voluntas, quæ ex parte concupiscibilis; & pertinax defensio sive impugnatio, ex parte irascibilis.*

¶ De Apostatis, ALEXANDER: * *Propriè Apostatæ dicuntur, qui à religione fidei, & eorum quæ ad fidem contingunt, ad contrarium fidei se convertunt. sicut faciunt illi, qui honorem divinum execrandis personis attribuunt. Similiter potest dici de illis, qui se faciunt circumcidi, ponentes in circumcisione legali: qui priùs fuerunt Christiani.*

¶ De Schismaticis, THOMAS: * *Propriè Schismatici dicuntur, qui propriâ sponte & intentione se ab unitate Ecclesiæ separant, quæ est unitas principalis. Nam unitas particularis aliquorum ad invicem, ordinatur ad unitatem Ecclesiæ: sicut compositio singulorum membrorum in corpore, ordinatur ad totius corporis unitatem. Ecclesiæ autem unitas in duobus attenditur: scilicet in connexione membrorum Ecclesiæ ad invicem, seu communicatione; & iterum in ordine omnium membrorum Ecclesiæ ad unum caput, secundùm illud Coloss. 2.* * Inflatus sensu carnis, &c.

¶ De Regno Dei. ALEXANDER inquit: * *Regnum Dei dicitur multipliciter. Dicitur enim 1. Ecclesia militans, quia regitur. Matt. 13.* * *2. Ecclesia triumphans, quia regnat. Matt. 8* † *3. Gratia fidei. Luca 17.* * *4. Gloria spei. Matth. 2[illegible].* † *5. Intellectus Scripturæ. Matth. 21.* * *6. [illegible] patria. Matth. 13.* † Itèm, *Christus ipse dicitur regnum Dei. Luc. 11.* *

INNOCENTIUS: * *Regnum cælorum: cujus definitio multifariè [illegible] in Scriptura, aliud est supra nos; aliud circa nos, aliud infra nos; & aliud extra nos. Quod supra nos, Ecclesia triumphantium. Quod circa nos, Ecclesia militantium. Quod infra nos, Fides recta. Quod extra nos, Lex divina.* Itèm: * *Regnum Dei dicitur, & militans Ecclesia, quia regitur; & triumphans Ecclesia, quia regnat.* Itèm: *Regnum Dei dicitur, & gratia fidei, & gratia spei. Rursus, regnum Dei dicitur, & intellectus Scripturæ, & lætitia patriæ.*

ALBERTUS ait: * *Regnum Dei dicitur tribus rationibus. Unâ quidem, quia primum exemplar ejus Deus est; à quo progreditur. 2. Quia omne, quod perficit & constituit regnum, illud divinum est: sive sit finis, sive bonum, sive lex, sive gradus ordinis. 3. Quia finis ejus Deus est. Ex Deo enim est, & per ipsum, & in ipsum.* Itèm: * *Tria sunt in regno Dei. Substantia, quæ consistit in [illegible] & justitia: Virtus, quæ consistit in potestate gratiæ: Opus, quod consistit in conversationis honestate.* Et: * *Regnum Dei dicitur, potestas regni Dei, vincens contrariam tyrannidem Diaboli.* Itèm: * *Regnum Dei dicitur, potestas perfectæ justitiæ; per quam Deus regnat in nobis.* Itèm: * *Regnum gratiæ Dei, in potestate seculari non ruit: neq; in unâ parte Mundi; sed in toto Mundo: quia totum Orbem obtinebit.* Et: *Non enim regnum cælorum est, sicut regna aliarum potestatum. Aliarum potestatum regna & leges, coactivâ obligant virtute: cælorum autem regna, virtute quadam amativa nos alliciunt, & obtinendo nos vendicant sibi: nec uni cælesti celsitudini conformant, sed omni.* Itèm: * *Regnum cælorum, origine cæleste est. Potestas autem regni istius, invincibilis est, in omni justitiâ quâ agit regnantes; quâ dirigit operantes; quâ revincit insurgentes. Potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur. Ordo ejus mutabilis est, in officiorum congruitate, in urbanitatum honestate.*

DE ANTICHRISTO.

OPiniones incertas de Antichristo habet THOMAS. Ut; * *Quòd Elias & Enoch mittendi sunt [illegible] prædicandum tempore Antichristi: scilicet, quia unus est de tempore ante legem scilicet Enoch, alius de tempore sub lege. & per hoc erit eorum testimonium solidum.* Itèm: *Notandum, quòd post mortem Antichristi prædicabunt sancti prædicatores; & fideles magnificabunt Deum cujus potestas, in destructione Antichristi jam manifestata erit, & ampliùs apparebit in judicio instanti.* Itèm: * *Diabolus revelabit Antichristo thesauros absconditos auri & argenti.* Itèm: *Nota, inquit, quòd, cùm Antichristus per aliquod tempus, scilicet per tres annos & dimidium, in magnâ potestate regnaverit, [illegible] morte interficietur, in monte Oliveti, in papilione & in solio suo; in illo loco, contra quem ascendit Christus ad cœlos.* Itèm: * *Post mortem Antichristi dabitur Ecclesiæ pax, quæ tamen parùm durabit.* Itèm: *Nota, quòd, sicut dicit Glossa, post mortem Antichristi dabuntur quadraginta-duo dies, ad pœnitendum eis, qui titubaverunt in persecutione Antichristi: [si]cut habuerunt Judæi quadraginta-duos annos.* Itèm dicit, * *Antichristum suos habiturum præcursores, qui ejus adventum significabunt.* Et ex Glossâ asserit, * *tempore Antichristi venturos Eliam & Enoch in publicum, ad testificandum veritatem catholicam: quos, ubi testimonium suum finierunt, sit interfecturus Antichristus.* Itèm: * *Nascetur Antichristus in Babylone, de tribu Dan, juxta quod ait Jacob:* * Fiat Dan coluber, &c. *Et cùm venerit Hierosolymam, circumcidet se, dicens Judæis: Ego sum Christus vobis promissus. Tunc confluent ad eum omnes Judæi; & reædificabunt templum, à Romanis destructum. Et ibi sedebit, ostendens se, tanquam sit Deus.*

¶ Quid sit, THOMAS ait: * *Antichristus erit principale caput multitudinis perversorum.* Itèm: *Antichristus est omnium temporum caput, quia ejus apparens potentia, redundabit in exaltationem aliorum perversorum, potestatem scilicet resurgendi.*

¶ De Doctrinâ, & Operibus Antichristi, THOMAS ait: * *Doctrina Antichristi, est sicut fumus obtenebrans, & involvens se huc & illuc, quasi diffundens.* Et: * *Antichristus, & sui, facient secundum simulationem facta Christi: ut fidem Christianorum pervertant, & eos Antichristianos faciant. Simulabit enim Antichristus mortem, & resurrectionem, & ascensionem, & finget Spiritûs sancti missionem.* Et: * *Antichristus, & ejus coadjutores, dominabuntur aliis hominibus malis, qui trahent eos ad mala, & detinebunt eos in ipsis. Et jam quasi regnant super malos præsentes: licet nondum appareat Antichristus. Ipse enim Antichristus, licet nondum manifestè venerit; caput est etiam malorum nunc similiter.* Itèm: *Multus sanguis fidelium, in diversis partibus, effundetur per ministros Antichristi, procurante Diabolo.* Et: * *Antichristus, per Principes seculares, puniet nolentes sibi adhærere, & suorum prædicatorum doctrinam recipere.* Itèm: *In principio, cùm natus erit Antichristus, antequam potestatem suam dilataverit, prædicatio fiet: sed post, cùm erit in magnâ sui dominatione, tunc prædicatio erit particularis, non generalis, ut modò, nec ita solennis, ut modò.* Itèm * *Antichristus dicet se dominum terræ: cùm solus Deus verus sit universorum dominus.*

ALBERTUS: * *Antichristus signis mendacibus usurpabit.* Itèm: * *Antichristus erroris & mendacii operator.* Itèm: * *Simulationem sanctitatis prætendet Antichristus.*

¶ De Doctoribus contra Antichristum. THOMAS ait: * *Septem Angeli, vel prædicatores, tempore Antichristi. Primus prædicabit contra Judæos, qui Antichristum recipient. Secundus contra Gentiles, qui Christicolas affligent. Tertius contra pseudo-apostolos Antichristi, qui Scripturas pervertent. Quartus contra ipsum Antichristum, qui se supra Deum extollet. Quintus contra infideles, quos Antichristus sibi subjiciet. Sextus contra divites, qui similiter Antichristo obedient. Septimus contra dæmones, qui prædicta mala fieri suggerent.*

DE MINISTERIO
Verbi.

ALEXANDER ait: * *Portare peccata populi, est tripliciter. Uno modo, curam animarum suscipiendo. Unde Numer. 18.* * *dicitur Aaron & Sacerdotibus.* Tu, & domus patris tui, sustinebitis peccata sacerdotii vestri. *Alio modo, pro peccatis orando. Numer. 8.* * Tradidi Levitis, & Aaron & filiis ejus, ut serviant mihi in tabernaculo: & orent pro eis, ne sit in populo plaga. *Quomodo Monachi, & alii Religiosi, portant peccata populi. Tertio modo, contra peccatores zelo Dei pugnando, & fidem Christianam supportando & defendendo. Secundum quem modum de Levitis dicitur, Exodi 32.* * *cùm ipsi vindicassent idololatriam Vituli conflatilis:* Consecrastis manus vestras Domino, ut [de]tur vobis benedictio. *Per hunc modum, Templarii, & Hospitalarii, qui pugnant contra hostes fidei Christianæ, consecratas habent manus Domino: ut meritò possint benedictionem percipere decimarum.*

¶ Unde sit ministerium. THOMAS ait: * *Secundum eandem rationem providentiæ, quâ in se-ipso Dei filius, homo factus, infima pati voluit; etiam suos Discipulos, quos humana*

salutis ministros instituit, voluit in Mundo esse abjectos. Unde non elegit literatos & nobiles, sed illiteratos & ignobiles, pauperes, scilicet piscatores: & eos mittens ad salutem hominum procurandam, jussit paupertatem servare, & persecutiones & opprobria pati, & etiam mortem pro veritate subire: ne eorum prædicatio, ad aliquod terrenum commodum composita videretur, & ne salus Mundi ascriberetur humanæ sapientiæ, aut virtuti, sed solùm divinæ. Unde ut etiam ea desuper virtute divina, mirabilia operarentur quæ tamen secundùm Mundum videbantur abjecti. Itèm: * *Quia Christus corporalem sui præsentiam erat Ecclesiæ subtracturus: necessarium fuit, ut alios institueret sibi ministros, qui Sacramenta fidelibus dispensarent.* Itèm: * *Ipse Christus sanctis prædicatoribus dat directionem, ad prædicandum, & annunciandum communiter peccatoribus, pœnas eis debitas.*

* lib. 4. contra Gent.
* in Apoc. c. 13.

Qualis debeat esse Minister, THOMAS ait: * *Ad hoc debet habere prædicator scientiam, cum authoritate & vitâ: ut prædicet hominibus ea, quæ sunt salutis.* Et: * *Charitas, magnanimitas, severitas, humilitas, stabilitas, strenuitas. Hæc omninò sunt necessaria Pastori. Charitas necessaria est, ad diligendum: magnanimitas, ad sustinendum, sive patiendum: severitas, ad malum exstirpandum: humilitas, ad fastum declinandum: stabilitas, ad finaliter perseverandum: strenuitas, ad ferventer agendum.* Et: * *Quatuor prædicatori sunt necessaria: vita ad ædificandum, scientia ad docendum, promptitudo sive zelus ad proficiendum, authoritas ad exsequendum.* Itèm: *Prædicator debet habere claritatem in scientiâ, & ardorem in vitâ. Claritatem etiam in exemplo; & ardorem in animo.* Itèm: * *Licèt sint diversa prædicandi officia, & diversæ prædicationes, secundum prædicatorum diversitatem: tamen unitas est in origine, & fine. Origo est Scriptura sacra, unde debet omnis prædicatio sumi. Finis, est honorificatio divina, in ejus laude, & humanâ salute.* Et: * *Sancti prædicatores suâ doctrinâ generant spiritualiter Christum, sive ejus fidem, in cordibus aliorum.* Item: * *Prælati debent resistere, non solum lupis, qui spiritualiter interficiunt gregem; sed etiam raptoribus & tyrannis, qui corporaliter vexant: non autem materialibus armis in propria personâ utendo; sed spiritualibus, secundum illud Apostoli:* * Arma militiæ nostræ, &c. *Quæ quidem sunt salutares admonitiones, devotæ orationes, contra pertinaces excommunicationis sententia.*

* in Apoc. c. 14.
* ib. c. 2.
* ibid. c. 8.
* ib. c. 16.
* ibid.
* Sec. q. 40. a. 2.
* 2. Cor. 10. v. 4.

ALBERTUS: * *Sic debet se demonstrare Doctor ecclesiasticus, ingredientibus in domum Ecclesiæ quod in ipso non appareat nisi lumen, & quod ab ipso omnia alia, quæ sunt in domo, illuminentur & ostendantur.*

* in Luc. c. 11.

¶ De Vocatione, ait ALBERTUS: * *Vocatio duplex: interior, & exterior. Exterior, voce facta est & fit Salvatoris: interior, appositione gratiæ datæ.*

* in Matth. c. 4.

¶ De officio Doctorum, ait THOMAS: * *Nota, quantum ad materiam prædicationis; quod debet esse præmeditatio de vero, honesto, & salutifero. Nam circa illud, quod prædicandum est, hæc tria sunt attendenda: scilicet veritas, quia falsa non sunt prædicanda, &c.*

* in Apoc. 6.

INNOCENTIUS: * *Inter cætera siquidem, quæ ad pastorale spectant officium, sancta prædicationis virtus excellit.* Itèm: * *Duo sunt maximè necessaria Sacerdoti, splendor vitæ, & splendor scientiæ: ut videlicet tam exemplo, quàm documento, resplendeat. Debet & propter documentum pollere scientia.* Itèm: * *Prædicatio de diversis autoritatibus & rationibus confirmatur. Debet enim providus concionator, secundum diversitatem rerum & personarum, formare sermonem: ut modò loquatur de virtutibus, modò de vitiis: quandoque de præmiis, quandoque de pœnis: aliquando de misericordiâ, aliquando de justitiâ: interdum simpliciter, interdum subtiliter, secundum historiam & secundum allegoriam, secundùm anagogen & tropologiam: per authoritates & rationes, per similitudines & exempla: ut singula quæque locum teneant sortita decenter.* Itèm: * *Duo præcipuè necessaria Prælato, charitas, & sapientia: charitas, ad informationem honestæ vitæ: sapientia verò, ad eruditionem veræ doctrinæ. Nam qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur.* Itèm: * *Sacerdos sit discretus & cautus, ut more periti Medici, superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens, & peccatoris circumstantias, & peccati: quibus prudenter intelligat, quale illi consilium debeat exhibere &c.* [illegible] *ut verbo, vel signo, vel alio quovis modo,* [illegible] *toremi sed,*

* in Præfat.
* Serm. 3. in festo Sy.
* Serm. 2. in [illegible] & Pauli.
* Serm. 4. in consecrat. Pontif.
* in Concil. Lateran.

prudentiori consilio indiguerit; illud absque ullâ expressione personæ cautè requirat.

BONAVENTURA ait: * *Officium prædicantis verbum Dei est, propriè errantes dirigere, & ad viam salutis revocare. In cujus personâ verbum Dei, promissum peccatoribus errantibus, est authenticè proclamatum, cùm dicitur:* * Hæc est via, ambulate in ea. Itèm: * *Prælatus Ecclesiæ, quanto sublimiùs præest, tantò sanctius vivat, solicitius invigilet, & fructuosius gregem pascat.* Itèm: *Sacerdotale præcipuum opus est, reductio plebium subjectarum in Deum, per septiformem influxum hierarchicum, scilicet per eruditionem credibilium, per instaurationem virtutum, per exhibitionem exemplorum, interventionem precum, curationem plagarum hostilium, prænuntiationem insidiarum, & repulsationem hostilitatum. Et hoc quidem septiforme opus sacerdotale, Scriptura sacra declarat, per septemplicem metaphoram; scilicet architecti, agricolæ, pastoris, fidejussoris, medici, speculatoris, & ducis.* Itèm: * *De Prælatis tres regulas nota. Prima, Ecclesiastici 32.* * Rectorē te posuerint; sta inter illos, quasi unus ex iis. *Secunda, 1. Thessalon. 2.* * Facti sumus parvuli in medio vestrûm, tanquam si nutrix foveat filios suos. *Tertia, ipse Dominus, Lucæ 22.* * Ego autem in medio vestrûm sum, sicut qui ministrat. *Secundùm has tres regulas, Rector inter subditos sit, quasi unus ex illis: communis in victu, in vestitu, in labore, & in aliis exterioribus. Sit sicut parvulus in medio eorum: ut ex hoc, quod præest eis, non putet se sanctiorem vel aliis sapientiorem, vel digniorem, vel viliorem, vel obligatiorem, in reddendo rationem, pro se, vel pro illis. Sit quasi ministrans in medio eorum: infirma eorum portando, & curando, & exemplo præeundo.*

* Prolog. in Diæt. salut.
* Psal. 30. 21.
* in Apol. Paup.
* de Profectu Relig.
* vers. 1.
* vers. 7.
* vers. 27.

ALBERTUS: * *Prædicator veritatis non suam debet afferre, sed ejus, qui misit eum, doctrinam.*

* in Luc. 10.

BONAVENTURA: * *Veri prædicatores dicuntur, quorum prædicatio habet autoritatem, veritatem, & utilitatem. Falsi sunt, qui habent horum contraria: vel simpliciter, vel in parte.*

* de Pauper. Christi.

¶ Non debent esse bellatores, THOMAS docet: * *Bellica exercitia maximè repugnant illis officiis, quibus Episcopi & Clerici deputantur, propter duo. Primò quidem generali ratione, quia bellica exercitia maximas inquietudines habent: unde multùm impediunt animum a contemplatione divinorum, & laude Dei, & oratione pro populo; quæ ad officium pertinent clericorum. & ideò, sicuti negotiationes, propter hoc, quod nimis implicant animum, interdicuntur clericis: ita & bellica exercitia: secundum illud 2. Timot. 2.* * Nemo militans Deo, &c. *2. Propter spiritualem rationem. Nam omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris ministerium, in quo sub sacramento repræsentatur passio Christi: secundùm illud 1. Corinth. 11.* * Quotiescunque manducabitis panem, &c. *Et ideò non competit eis, occidere, vel effundere sanguinem, sed magis esse paratos, ad propriam sanguinis effusionem pro Christo: ut imitentur opere, quod gerunt ministerio. & propter hoc institutum est, ut effundentes sanguinem, etiam sine peccato, sint irregulares. Unde Clericis non licet omninò bella gerere; quia ordinantur ad sanguinis effusionem.* Itèm: *Licet, exercere bella justa, sit meritorium, tamen illicitum redditur clericis, propter hoc, quòd sunt ad opera magis meritoria deputati.*

* 2. Sec. q. 40. a. 2.
* vers. 4.
* vers. 26.

¶ De vita Ministrorum, ait INNOCENTIUS: * *Vivamus, fratres charissimi, non solùm castè; sed etiam cautè. Castè; ne contaminemus unctionem ardinis, quam accepimus. propter quod dicitur, Si sacerdos peccaverit, qui unctus est, &c. Cautè; ne corrumpamus alios per exemplum.* Itèm: *Custodiamus itaque sanctimoniam cordis & corporis: sicut decet Dei ministros, & Dei sacerdotes.*

* Serm. in Consecr.

¶ De Peccatis Ministrorum, inquit INNOCENTIUS: * *Peccatum Sacerdotis maximum judicatur: tum propter officii dignitatem; tum propter perversitatem exempli.* Itèm: *Peccatum Sacerdotis, totius multitudinis peccato coæquatur.*

* ibid.

¶ De Mercenariis, ait THOMAS: * *Qui aliud, quam fructum animarum, & honorem Dei, per prædicationem quærunt, Mercenarii dicuntur: sive vera, sive falsa annuntient, & sive missi, sive non-missi. Sed Pseudoapostoli, vel Pseudoprophetæ dici non possunt: nisi quando non sunt missi vel falsa annuntiant.*

* contra impugn. Relig. 22.

¶ De malis Ministris, inquit THOMAS: * *Militia mea* [illegible]

* 14 Genes. 77.

non impedit, quin fideles fa... tem per Sacramenta consequantur à Christo. Item: Esset etiam ... malis ministris abstinendum. quod non esset: nisi in eis ordinis pot... manerct, propter quam eis obeditur. Habent ergo potestatem dispensandi Sacramenta etiam mali.

¶ De fugâ Pastorum, ait THOMAS: * Ubi subditorum salus exigit personæ Pastoris præsentiam; non debet pastor personaliter suum gregem deserere: neque propter aliquod commodum temporale; neque etiam propter aliquod personale periculum imminens. cùm bonus pastor animam suam ponere teneatur pro ovibus suis. Si verò Subditorum saluti possit sufficienter, in absentiâ pastoris, per alium provideri: tunc licet pastori, vel propter aliquod commodum Ecclesiæ, vel propter personæ periculum, corporaliter gregem deserere. Unde Augustinus dicit, in Epistolâ ad Honoratum: Fugiant de civitate in civitatem servi Christi, quando eorum quisquam specialiter à persecutoribus quæritur: sed ab aliis, qui non ita quæruntur, non deseratur Ecclesia. Cùm autem omnium est commune periculum: hi, qui aliis indigent, non deserantur ab his, quibus indigent. Si enim perniciosum est, nautam in tranquillitate navem deserere: quantò magis fluctibus? ut dicit Nicolaus Papa.

¶ De effectu Ministerii, inquit INNOCENTIUS: * Tanta virtutis est prædicatio, quòd animam revocet ab errore ad veritatem, & à vitiis ad virtutes, prava mutat in recta, aspera convertit in plana; instruit fidem erigit spem; roborat charitatem, evellit nociva, plantat utilia; & fovet honesta.

THOMAS ait: * Homo Christianus, cùm beatitudo illa est per Christi sanguinem acquisita. & qui pro eâ assequendâ Spiritus sancti arrham accepit, indiget aliâ spirituali curâ; per quam dirigatur ad portum salutis æternæ. Hæc autem cura, per ministros Ecclesiæ Christi, fidelibus exhibetur. Item: * Vox Prædicatorum per hoc est acceptabilis & efficax: quòd scilicet carnem suam mortificant; sicut aliis docent. Item: * Circa publicam denuntiationem peccatorum, distinguendum est. Aut enim peccata sunt publica, aut sunt occulta. Siquidem sunt publica non est tantùm adhibendum remedium ei, qui peccavit, aut melior fiat; sed etiam aliis in quorum notitiam devenit, ut non scandalizentur. & ideò talia peccata sunt publicè arguenda: secundùm illud Apostoli 1. Timoth 5. † quod intelligitur de peccatis publicis; ut Augustinus dicit in libro de Verbis Domini. Si verò sint peccata occulta: sic videtur habere locum, quod Dominus dicit; † Si peccaverit in te frater, &c. Quando enim te offendit publicè coram aliis: non solùm in te peccat; sed etiam in alios, quos turbat. Sed quia etiam in occultis potest parari proximorum offensa: ideò adhuc videtur distinguendum esse. Quædam enim peccata occulta sunt, quæ sunt in nocumentum Proximorum, vel corporale vel spirituale: putà si aliquis occultè tractet, quomodo civitas tradatur hostibus. vel si Hæreticus privatim homines à fide avertat. Et quia ille, qui sic occultè peccat, non solùm in te peccat, sed etiam in alios. oportet statim procedere ad denuntiationem, ut hujusmodi nocumentum impediatur: nisi forte firmiter aliquis æstimaret, quod statim per secretam admonitionem posset hujusmodi mala impedire. Quædam verò peccata sunt, quæ solùm sunt in malum peccantis, & ejus in quem peccatur: vel quia à peccante solum læditur; vel saltèm ex solâ notitiâ. & tunc ad hoc solum tendendum est, ut fratri peccanti subveniatur.

DE TRADITIONIBUS humanis.

THOMAS ait: † Apostoli, familiari instinctu Spiritûs sancti, quædam tradiderunt Ecclesiis servanda. quæ non reliquerunt in scriptis, sed in observatione Ecclesiæ, per successionem fidelium unde ipse dicit, 2. Thessal. 2. † State, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, scilicet ore prolatum: sive per epistolam, scilicet scripto transmissam.

¶ De prohibitione carnium, GUILHELMUS inquit: † Illi cibaria sumenda in jejuniis, quæ concupiscentiam non movent; vel minùs movent. Unde carnes animalium, & Lacticinia, cùm multùm conformentur complexioni hominum, & finitim convertantur in materiam seminis; prohibita sunt, maximè in Quadragesimâ. Quia verò pisces non ita conformantur complexioni hominum, nec ita citò in materiam seminis convertuntur sicuti carnes; ideò non sunt prohibiti.

¶ De Votis, inquit THOMAS: † Si simpliciter, per votum, totum vitam suam dedicet Deo, ad implenda ea, quæ sunt opera perfectionis: propter Deum simpliciter se-ipsum servum constituit; & per hoc ponitur in statu perfectionis. unde & totum se ideò vovendum, holocaustum offerre dicitur. Item: † Quædam sunt, quæ in omnem eventum sunt bona, sicut opera virtutis, & alia bona quæ possunt absolutè cadere sub voto. Quædam verò in omnem eventum sunt mala; sicut ea, quæ secundùm se sunt peccata: & hæc nullo modo possunt sub voto cadere. Quædam verò sunt quidem in se considerata bona, & secundùm hoc possunt cadere sub voto: possunt tamen habere malum eventum, in quo non sunt servanda. Et: † Maceratio proprii corporis, putà per vigilias & jejunia, non est Deo accepta, nisi in-quantum est opus virtutis. quod quidem est, in-quantum cum debitâ discretione fit: ut scilicet concupiscentia refrenetur, & natura non-nimis gravetur. Et sub tali tenore, possunt hujusmodi sub voto cadere: propter quod & Apostolus, Rom. 12. † postquam dixerat, Exhibeatis corpora &c. addit, Rationabile obsequium vestrum. Sed quia in his, quæ ad ipsum pertinent, de facili fallitur homo in judicando: etiam talia vota congruentiùs, secundum arbitrium superioris, sunt vel servanda, vel prætermittenda. Ita tamen, quòd, ex observatione talis voti, magnum & manifestum gravamen sentiret, & non esset facultas ad superiorem recurrendi: non debet homo tale votum servare. Vota vero, quæ sunt de rebus vanis & inutilibus, sunt magis deridenda, quàm servanda. Item: † Votum est ordinatio quædam eorum, quæ quis vovet, in divinum cultum, seu obsequium. Et sic patet, quod vovere propriè est actus latriæ seu religionis. Item: † Si puer, vel puella, ante pubertatis annos, nondum habeat usum rationis, nullamodo potest ad aliquid se voto obligare. Si verò ante pubertatis annos attingit usum rationis potest quidem, quantum in ipso est, se obligare; sed votum ejus potest irritari per parentes, quorum curæ remanet adhuc subjectus. Quantumcunque tamen sit doli capax, ante annos pubertatis, non potest obligari voto solenni religionis, propter Ecclesiæ statutum, quod respicit id, quod in pluribus accidit. Post annos autem pubertatis possunt jam se voto religionis obligare, vel simplici, vel solenni, absque voto parentum. Et: † Votum est promissio, Deo facta, de aliquo, quod sit Deo acceptum. Et: † Triplex commune votum invenitur; scilicet votum paupertatis, continentiæ & obedientiæ usque ad mortem. Per votum paupertatis, primam perfectionis viam Religiosi assumunt; omni proprietati abrenuntiantes. Per votum autem continentiæ, aggrediuntur viam secundam, matrimonio perpetuo abrenuntiantes. Per votum autem obedientiæ, maximè viam tertiam assumunt; voluntatem propriam abnegando.

¶ De Consiliis, THOMAS ait: † Quia optimum hominis est, ut mente Deo adhæreat, & rebus divinis: impossibile autem est, quòd homo intensè circa diversa occupetur: ad hoc, quod liberiùs in Deum feratur mens hominis, dantur in divinâ lege consilia, quibus homines ab occupationibus præsentis vitæ, quantum possibile est, retrahantur, terrenam vitam agentes. Hoc autem non est ità necessarium homini ad justitiam: ut sine eo justitia esse non possit. Non enim virtus & justitia tollitur; si homo, secundum ordinem rationis, corporalibus & terrenis rebus utatur. Et ideò hujusmodi divinæ legis admonitiones, dicuntur consilia; & non præcepta: in-quantum homini suadent, ut propter meliora minùs-bona prætermittat. Occupatur autem humana sollicitudo, secundùm communem modum humanæ vitæ, erga tria. Primò quidem, circa propriam personam, quid agat, aut ubi conversetur. Secundò autem, circa personas sibi conjunctas, præcipuè uxorem & liberos. Tertiò, circa res exteriores procurandas, quibus homo indiget ad sustentationem vitæ. Ad amputandam ergo sollicitudinem circa res exteriores, datur homini, in lege divinâ, consilium paupertatis: ut scilicet res hujus Mundi abjiciat, quibus animus ejus, sollicitudine aliquâ implicari posset. Hinc est, quod dicit Dominus Matth. 19. † Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: & veni, sequere me. Ad amputandam autem sollicitudinem uxoris & filiorum, datur homini consilium de virginitate, vel continentiâ. Ad amputandam sollicitudinem hominis, etiam circa se-ipsum, datur consilium obedientiæ, per quam homo dispositionem suorum actuum committit superiori. Et: † Consilium non datur, nisi de meliori bono. Dantur autem consilia, in lege divinâ, de paupertate, continentiâ, & aliis hujusmodi. Hæc igitur meliora sunt, quàm matrimonium, & temporalia possidere. Item: † Hæc differentia est

† 2. 2æ. q. 88. a. 2. — † ibid. — † vers. 1. — † ibid. art. 3. — † ib. a. 9. — † ib. a. 22. — † de Perfect. vitæ spirit. c. 11. — * Sum. contra Gent. c. 130. — † vers. 21. — † ib. c. 139. — † 2. 2æ. q. 108. a. 4.

inter Consilium & Præceptum: quòd præceptum importat necessitatem, consilium autem in optione ponitur ejus, cui datur. Et ideo convenienter in Lege novâ, quæ est lex libertatis, supra præcepta, sunt addita consilia: non autem in veteri Lege, quæ erat lex servitutis. Oportet ergo, quòd præcepta novæ Legis intelligantur data de his, quæ sunt necessaria ad consequendum finem æternæ beatitudinis; in quem lex nova immediatè introducit. Consilia verò oportet esse de illis, per quæ melius & expeditius potest homo, constitutus inter res Mundi hujus, & spiritualia bona, in quibus æterna beatitudo consistit: ita quod, quanto plus inhæret uni eorum, tantò plus recedit ab altero: & è converso. Qui ergo totaliter inhæret rebus hujus Mundi, ut in eis finem constituat, habens eas, quasi rationes & regulas suorum operum, totaliter excidit a spiritualibus bonis. Et ideo hujusmodi inordinatio tollitur per præcepta. Sed quod homo totaliter ea, quæ sunt Mundi, abjiciat, non est necessarium, ad perveniendum in finem prædictum: quia potest homo, utens rebus hujus Mundi, dummodo in eis finem non constituat, ad beatitudinem æternam pervenire: sed expeditius perveniet, totaliter bona hujus Mundi abdicando: & ideo de hoc dantur consilia Euangelii. Bona autem hujus Mundi, quæ pertinent ad usum hujus vitæ, in tribus consistunt: scilicet in divitiis externorum bonorum, quæ pertinent ad concupiscentiam oculorum: & in deliciis carnis, quæ pertinent ad concupiscentiam carnis: & in honoribus, quæ pertinent ad superbiam vitæ, sicut patet 1. Johann. 2. † *Hæc autem tria totaliter derelinquere, secundum quod possibile est, pertinet ad consilia euangelica: in quibus etiam tribus fundatur omnis religio, quæ statum perfectionis profitetur. Nam divitiæ abdicantur per paupertatem: deliciæ carnis per perpetuam castitatem: superbia vitæ, per obedientiæ servitutem. Hæc autem simpliciter observata, pertinent ad consilia simpliciter proposita. Sed observatio uniuscujusque eorum, in aliquo speciali casu pertinet ad consilium secundùm quid, scilicet in illo casu. Puta cum homo dat aliquam eleemosynam pauperi, quando dare non tenetur, consilium sequitur, quantum ad factum illud. Similiter etiam, quando aliquo tempore determinato a delectationibus carnis abstinet: ut orationibus vacet, consilium sequitur, pro tempore illo. Similiter etiam, quando aliquis non sequitur voluntatem suam, in aliquo facto, quod licitè posset facere, consilium sequitur in illo casu: puta, si benefaciat inimicis suis, quando non tenetur: vel si offensam remittat, cujus justè posset exigere vindictam. Et sic etiam omnia consilia particularia, ad illa tria generalia & perfecta reducuntur.* Et: *Consilia, quantum de se, sunt omnibus expedientia. Sed ex indispositione aliquorum contingit, quòd aliquibus expedientia non sunt, quia eorum affectus ad hoc non inclinatur. Et ideo Dominus, consilia euangelica proponens, semper facit mentionem de idoneitate hominum, ad observantiam consiliorum. Dans enim consilium perpetuæ paupertatis, Matthæi 19.* † *præmittit:* Si vis perfectus esse, &c. *& postea subdit.* Vade, & vende, &c. *Similiter, dans consilium perpetuæ castitatis, cùm dixit; Matthæi 19.* † Sunt eunuchi, &c. *statim subdit,* Qui potest capere, &c. *Et similiter Apostolus, 1. Corinth. 7. præmisso consilio virginitatis, dicit:* † Porrò hoc ad utilitatem, &c. Et: † Consilia ad vitæ perfectionem pertinent: non quia in eis principaliter consistat perfectio: sed quia sunt viæ quædam, vel instrumenta, ad perfectionem charitatis habendam.

† vers. 16. † vers. 21. † vers. 12. † vers. 35. † Contra impugn. relig. c. 6.

¶ De Paupertate, inquit ALEXANDER: † *Laudabilis est mendicatio voluntaria, quâ quis se paupertati exponit, ut Redemptori suo se conformet; & ut cultui divino, mente liberiori, & euangelizationi vacet, depositâ seculi sollicitudine, & Proximum ædificet & ad pietatem provocet.*

† P. 4. q. 107. m. 2. a. 2.

THOMAS: † *Abrenuntiatio propriarum facultatum, dupliciter considerari potest. Uno modo, secundum quod est in actu. & sic in ea non consistit essentialiter perfectio, sed est quoddam perfectionis instrumentum. Et ideo nihil statum perfectionis prohibet esse, sine abrenuntiatione propriorum. Alio modo potest considerari secundùm præparationem animi: ut scilicet homo sit paratus, si fuerit opus, omnia dimittere, vel distribuere & hoc pertinet directè ad perfectionem.*

† 2. Sec. q. 184. a. 7.

¶ De Obedientia ait BONAVENTURA: † *Obedientia est schola Salvatoris, & nobile genus martyrii, palma triumphalis, & scala paradisi. Item: Obedientia, est navis ad cælum transiens, clavis cælum aperiens, avis ad cælum ascendens. Item est etiam summa in merito, vicina Deo, proxima cæli.*

† Dist. 4. c. 22.

¶ De Jejunio, ait INNOCENTIUS: † *Triplex est solenne jejunium, quod generaliter indicit Ecclesia. primum, in 4. temporum observantia, secundum, in Quadragesima, tertium, in festivitatum vigiliâ.*

† Serm. 1. in die Cin.

BONAVENTURA: † *Triplex jejunium in sacro eloquio commendatur: scilicet Bonum, Melius, & Optimum. Bonum est, quando quis jejunat, pro satisfactione peccati. Melius, quando quis jejunat, ad honorem Dei. Optimum, quando quis jejunat, cum exercitio boni operis.*

† Dist. 2. c. 26.

THOMAS: † *Jejunium assumitur principaliter ad tria. 1. quidem ad carnis concupiscentias comprimendas. 2. Ut mens hominis elevetur ad superiora. 3. Ad satisfaciendum pro peccatis.*

† De Moribus Chr. c. 10.

¶ De Consecrationibus, scribit THOMAS: † *Ecclesia, & altare, & alia hujusmodi inanimata, consecrantur: non quia sint gratiæ susceptiva; sed quia ex consecratione adipiscuntur quandam spiritualem virtutem, per quam apta redduntur divino cultui: ut scilicet homines exinde devotionem quandam percipiant; ut sint paratiores ad divina: nisi hoc propter irreverentiam impediatur. Unde & in 2. Machab. 3.* † *dicitur:* Verè eo virtus quædam est in loco. Nam ipse qui habitat in cœlis, visitator & adjutor est loci illius.

† 3. Sum. q. 83. a. 3. † v. 38. 39.

¶ De Horis canonicis, inquit THOMAS: † *Divina officia in septem horas canonicas distinguuntur: scilicet matutinam, primam, tertiam, sextam, nonam, vesperas, & completoriam.*

† De Offic. Sacerd.

¶ De Crucis veneratione, inquit THOMAS: † *Quòd crux Christi honoretur, hoc fit eodem honore, quo Christus honoratur: sicut purpura Regis honoratur eodem honore, quo Rex.* Item: † *Nos adoramus, adoratione latriæ, imaginem Christi, qui est verus Deus: non propter ipsam imaginem, sed propter rem, cujus imago est.*

† 2. Sec. q. 103. a. 4. † 3. Sum. q. 25. a. 3.

¶ De Maria virgine, ALBERTUS dicit: † *Si ergo circumdatum es tenebris; & abscondita est tibi via tua: respice illuminatricem, invoca Dei genitricem, & nomina Mariam.* Et: † *Maria enim & illuminat Sanctos in gloria, & fluctuantibus in procellis tentationum, in dubiis est prævia, & omnium justorum, quibus meretur gratiam, domina; & pœnitentium, & gementium, propitiationis indulgentia.*

† in Luc. c. 1. † in Mat. c. 1.

¶ De Papâ, THOMAS ait: † *Caput (Ecclesiæ) est ipse Christus, cujus vicem in Ecclesia gerit Summus pontifex. & ideo schismatici dicuntur, qui subesse renuunt summo Pontifici, & membris Ecclesiæ ei subjectis communicare recusant.* Item: † *Ad illius authoritatem pertinet editio Symboli; ad cujus authoritatem pertinet, finaliter determinare ea, quæ sunt fidei, ut ab omnibus inconcussâ fide teneantur. Hoc autem pertinet ad authoritatem Summi pontificis, ad quem majores & difficiliores Ecclesiæ quæstiones referuntur: ut dicitur in Decretis. Unde & Dominus, Lucæ 22.* † *Petro dixit, quem Summum pontificem constituit:* Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos. *Et hujus ratio est: quia una fides debet esse totius Ecclesiæ: secundum illud 1. Corinth. 1.* † Id ipsum dicatis omnes, &c. *Quod servari non posset; nisi quæstio fidei, de fide exorta, determinetur per eum, qui toti Ecclesiæ præest: ut sic ejus sententia a tota Ecclesiâ firmiter teneatur. Et ideò ad solam authoritatem Summi pontificis pertinet, nova editio Symboli: sicut & omnia alia, quæ pertinent ad Ecclesiam, ut congregare Synodum generalem, & alia hujusmodi.* Item: † *Cum Summus pontifex sit caput, in corpore mystico, omnium fidelium Christi, & à capite fit motus & sensus in corpore vero, propter quod oportet dicere, in Summo pontifice esse plenitudinem omnium gratiarum, quia ipse solus confert plenam indulgentiam omnium peccatorum.* Item: † *Summo sacerdoti, successori Petri, Christi vicario, Romano pontifici, omnes Reges populi Christiani oportet esse subditos, sicut ipsi Domino Jesu Christo.* Et: † *Hoc privilegium Christus Romanæ Ecclesiæ contulit, ut omnes ei, sicut Christo, obediant.* Item: † *Papa habet plenitudinem potestatis in Ecclesiâ.* Et: *Papa habet immediatam jurisdictionem in omnes Christianos quia Romana Ecclesia, nullis synodicis constitutis, cæteris Ecclesiis prælata est, sed euangelicâ voce Domini [illegible]*

† 2. Sec. q. 39. a. 1. † ib. q. 1. a. 10. † vers. † vers. 10. † lib. 3. de Regim. Princip. c. 10. † ib. c. 19. † contra impugn. † alleg. ib. c. 4.

verbi nostri, primatum obtinuit: ut habetur in Decreto, Dist. 21. c. Quamvis. Item: Authoritate Apostolica fedis, universalis Ecclesia gubernatur. Item: † Christus, ut suam potestatem magis ostenderet, in ipsa Roma, qua caput Mundi erat, etiam caput Ecclesia sua statuit, ut exinde fides derivaretur.

DE MIRACULIS.

BONAVENTURA inquit: † Miraculum est opus arduum & insolitum, supra spem & facultatem admirantis consistens.

THOMAS ait: † Illa, qua a Deo fiunt prater causas nobis notas, miracula dicuntur. Et: † Miraculum dicitur, quod fit prater ordinem totius natura creata. Hoc autem non potest facere, nisi Deus. Quia, quicquid facit Angelus, aut quacunque alia creatura propria virtute; hoc secundum ordinem natura creata: & sic non est miraculum. Unde relinquitur, quod solus Deus miracula facere possit. Et: † Dicitur aliquid miraculum, per comparationem ad facultatem natura. Et ideò, secundùm quod magis excedit facultatem natura; secundùm hoc magis miraculum dicitur. Excedit autem aliquid facultatem natura, tripliciter. 1. Quantum ad substantiam facti: sicut, quod duo corpora sint simul, vel quòd sol retrocedat; aut quod corpus humanum glorificatur. Quod nullo modo natura facere potest. Et ista tenent summum gradum in miraculis. Secundò aliquid excedit facultatem natura, quantum ad id quod fit: sicut resuscitatio mortuorum, & illuminatio cacorum, & similia. Potest enim natura causare vitam: sed non in mortuo: & potest praestare visum, sed non caco. Et hac tenent secundum locum in miraculis. Tertiò excedit aliquid facultatem natura, quantum ad modum & ordinem faciendi: sicut cùm aliquis subitò, per virtutem divinam à febre curatur, absque curatione & consueto processu natura in talibus: & cùm statim aer divinà virtute in pluvias densatur, absque naturalibus causis; sicut factum ad preces Samuelis & Elia. Et hujusmodi tenent infimum locum in miraculis.

ALBERTUS: † Miraculum dicitur elevatio supra omnem potentiam, prater divinam.

¶ Quotuplicia sint, THOMAS inquit: † Miraculorum quadam non sunt vera; sed phantastica: quibus ludificatur homo, ut videatur ei aliquid, quod non est. Quadam sunt vera facta; sed non habent veram rationem miraculi. quia fiunt virtute aliquarum naturalium causarum. & hac possunt fieri per Damones. Sed vera miracula non possunt fieri, nisi virtute divinâ. Operatur enim ea Deus, ad utilitatem hominum: & hoc dupliciter. Uno quidem modo, ad veritatis pradicata confirmationem: & secundum hunc modum, possunt etiam Mali miracula facere. Alio modo, ad demonstrandam sanctitatem alicujus: & sic fiunt tantum a Sanctis vel in vitâ eorum, vel etiam post mortem; sive per eos, sive per alios. Legitur enim Actorum 19. † quòd Dominus faciebat virtutes per manum Pauli; & etiam, dum super languidos ferebantur ejus sudaria, recedebant ab eis languores.

BONAVENTURA: † Differunt miracula Diaboli, à miraculis Dei vero, quatuor modis: scilicet ex parte principalis agentis. Nam in miraculis Dei, operatur virtus potentia infinita: in miraculis Diaboli, virtus creatura. Ex parte Ministri: quia miracula Dei fiunt per publicam justitiam: scilicet per fidem justificantem, qua publicè pradicatur; vel signa publica justitia: ut in peccatoribus, qui per fidem aliquando fiunt miraculaoperati. Miracula Diaboli fiunt per privatos contractus, & arcana quadam: quia sic inventores artis magica cum damonibus pepigerunt. Ex parte finis. Quia miracula Dei fiunt ad hominum utilitatem, & Dei gloriam: Miracula Damonum & Magorum, ad deceptionem & fraudem. Ex parte facti. Quia miracula Dei sunt excellentia; ut suscitare mortuos, illuminare cacos, & similia. Miracula Diaboli sunt vilia: ut facere muscas, bufones, & serpentes.

¶ Unde sint, THOMAS ait: † Divinitùs conceditur homini miracula facere: primò quidem & principaliter, ad confirmandam fidem & veritatem, quam docet. Quia enim ea, qua sunt fidei humanam rationem excedunt: ideo non possunt per humanam rationem probari. sed oportet, quòd probentur per argumentum divina virtutis. 2. Ad ostendendam potentiam Dei in homine per gratiam Spiritus Sancti. Galat. 3. † Et: † Sancti dicuntur miracula facere, ex potestate gratia; non natura. Quod patet per illud, quod Gregorius in 2. Dialogo dicit: Qui filii Dei ex potestate sunt, (ut dicit Johannes) quid mirum, si signa facere ex potestate valeant? Item: † Quod cacus illuminari potest, vel mortuus resurgere, non est naturalis potentia; sed divina. Item: † Quod ad umbram Petri sanarentur infirmi, vel ad tactum reliquiarum alicujus Sancti, aliqua agritudo pellitur, non fit per aliquam formam, his corporibus inditam; sed solum per operationem divinam: qua his corporibus utitur, ad tales effectus. Et: † Illud, quod excedit naturam creatam, non potest fieri virtute alicujus creatura. & ideo si quid fieri oportet, quod sit supra naturam; hoc fit immediatè à Deo: sicut suscitatio mortui, illuminatio caci, & catera hujusmodi.

ALBERTUS: † Miraculum facit Deus, Angelus, Homo, diversis modis. Deus enim facit, authoritate, & prima potestate operante: Angelus autem, per ministerium, & praparatione materiam: & Homo, per invocationem. Mali autem homines operantur miracula, in sanctitate Ecclesia; licet non in sanctitate persona. Quia Deus, ad invocationem horum, facit ea propter fidem Ecclesia confortandam; & quandoque propter fidem Ecclesia probandam; sicut fiet in temporibus Antichristi.

¶ De Fide miraculosâ, THOMAS inquit: † Attribuitur operatio miraculorum fidei; secundum illud 1. Corinth. 13. † Et hoc propter duo. 1. quia ordinatur ad fidei confirmationem. 2. quia procedit ex Dei potentiâ, cui fides innititur. & sicut, prater gratiam fidei necessaria est & gratia sermonis, ad fidei instructionem: ita etiam operatio miraculorum, ad fidei confirmationem.

¶ Quæ requirantur in miraculis, THOMAS ait: † In operibus miraculosis, tria consueverunt inveniri. Quorum unum est, ex parte potestatis agentis: quia solâ divina virtute fieri possunt. 2. In quibusdam operibus miraculosis invenitur, quòd forma inducta est supra naturalem potentiam talis natura: sicut in suscitatione mortui, vita est supra naturalem potentiam talis corporis. Tertio modo, in operibus miraculosis invenitur aliquid, prater solitum & consuetum ordinem, causandi effectum.

¶ De Fine, ait THOMAS: † Ad fidei robur, miracula plurima facta sunt.

ALBERTUS: † Miracula fiunt propter infideles, ut convertantur. Sed illi, qui miracula faciunt, illa facere non possunt, nisi Deus ut operans sit cum ipsis.

¶ De Creatione, & Justificatione, inquit THOMAS: † Creatio, & Justificatio impii, etsi à solo Deo fiant; non tamen, propriè loquendo, miracula dicuntur: quia non sunt nata fieri per alias causas. & ita non contingunt prater ordinem natura: cùm hac ad facultatem natura non pertineant. Arduum dicitur miraculum, non propter dignitatem rei, in qua fit; sed quia excedit facultatem natura. Similiter etiam insolitum dicitur: non quia frequenter non eveniat; sed quia est prater naturalem consuetudinem. Supra facultatem autem natura dicitur aliquid, non solum propter substantiam facti; sed etiam propter modum & ordinem faciendi. Supra spem etiam natura miraculum esse dicitur: non supra spem gratia qua est ex fide; per quam credimus resurrectionem futuram.

DE LIBERTATE Christianâ.

ALBERTUS ait: † Plenè libertas gloria, à Diabolo, & peccato, & a morte, demonstrata est in capite Christo.

DE CRUCE.

INNOCENTIUS inquit: † O' quanta Mortales angit anxietas, affligit cura, sollicitudo molestat, metus enervat, tremor concutit, horror abducit, dolor affligit! Denique, boni & mali, omnes mundanis cruciatibus affliguntur, & mundanis afflictionibus cruciantur. Item: Justi [illegible] Mundum tanquam exsilium, clausi in corpore, tanquam in carcere. Item: † Militia est vita hominum super terram. An non vera militia est? cùm multiplices hostes semper undique insidientur, ut capiant, persequantur, ut perimant, Damon & Homo, Mundus & Caro? Damon cum vitiis & concupiscentiis: Homo cum bestiis: Mundus cum elementis: Caro cum sensibus. Item: † Quis unquam vel unicum diem totum duxit in suâ delectatione jucundum, quem in aliquâ parte diei, reatus conscientia, vel impetus ira, vel motus concupiscentia, non turbaverit?

de Ligno Crucis.

BONAVENTURA: † *Verus Dei Christiq; discipulus, qui Salvatori omnium, pro se crucifixo, perfectè configurari desiderat, ad hoc potissimùm attento mentis conatu debet intendere: ut Christi Jesu crucem circumferat jugiter, tam mente, quàm carne.*

in Matt. c. 8.

ALBERTUS: † *Regnum Christi non est de hoc Mundo, sed potius in Mundo pressuram habebunt, & vincula, & carceres.*

lib. 3. c. 20. Serm. 3. Dom. 1. in Quadrages.

¶ De tentationibus, inquit INNOCENTIUS: † *Deus tentat: Homo tentat: tentat Diabolus. Deus, ut probet: Homo, ut sciat: Diabolus, ut fallat.* Itèm: † *Tres sunt, qui tentant: Deus, Dæmon, & Homo. Deus semper tentat ad bonum. Dæmon ad malum: Homo quandoque ad bonum, quandoque ad malum. Deus tentat, ut probet: Dæmon, ut fallat: Homo, ut investiget. Dæmon principaliter tentat per voluptates, per opes, & honores.*

in Luc. c. 13.

¶ De causis afflictionum, inquit ALBERTUS: † *Multis de causis aliquis punitur. unde versus:*

Ut probet, aut purget, aut puniat, aut tueatur,
Aut Christi pateat gloria, pœna datur:
Ut fit in exemplum, terror vel pœna parentum:
Ut fit sobria mens, cauta memorq; Dei.

in Job. c. 25. in Matt. c. 5.

Itèm: † *Optimum est, persecutionum causam omnium habere dominum.* Itèm: † *Contra Ecclesiam pugnatur tribus modis: odio, verbis, & cruciatu corporis. Et econtra Ecclesia benefacit, diligit, & orat.* Item. *Licèt pati sit miserum; tamen pati propter justitiam, est gloriosum: & prout attingit gloriam; sic habet beatitudinis præmium.*

ibid. c. 10.

Itèm: † *Est autem triplex vexatio. Una, quæ est per errores diversos jactatio, ex defectu doctrinæ proveniens. Secunda est inquietatio de peccato in peccatum præcipitatio. Tertia est, ex iniquâ oppressione & spoliatione.*

in Luc. 17.

Et: † *Quatuor sunt persecutiones Ecclesiæ: Tyrannorum, Hæreticorum, falsorum Christianorum; ultima etiam Antichristi, conflatus ex omnibus tribus.*

de Hum. Chr. c. 12.

THOMAS ait: † *Tentat Dominus; tentat Homo; tentat Diabolus: sed aliter Dominus, aliter Homo, aliter Diabolus. Tentat Dominus, ut erudiat: tentat Homo, ut discat: Diabolus, ut seducat. De tentatione Dei dicitur in Psalmo:* † Proba me Domine, & tenta me. *Tentatio ergo Dei probatio est: sicut tentavit Deus Abrahã. Gen. 22.* † *Quod autem dicitur Matt. 6.* * Ne nos inducas in tentationem: *intelligendum est, Ne nos permittas vinci à tentatione.*

25. vers. 2. † vers. 1. * vers. 13.

Expos. Symb. c.

Itèm: † *Omnis tentatio vel est à Diabolo, vel à Mundo, vel à Carne. Diabolus enim tentat, ut non obediamus Deo, nec subjiciamur ei. Mundus tentat, vel alliciendo prosperis, vel terrendo adversis. Caro verò tentat inducendo nos ad delectationes vitæ præsentis momentaneas.*

1 Sum. q. 114. a. 2.

Et: † *Homo dicitur tentare, quandoque quidem, ut sciat tantùm. Et propter hoc, tentare Deum, dicitur esse peccatum: quia homo, quasi incertus, experiri præsumit Dei virtutem. Quandoque verò tentat, ut juvet: quandoque verò, ut noceat. Diabolus verò tentat semper, ut noceat, in peccatum præcipitando. Et secundum hoc dicitur proprium officium ejus, tentare. Nam, etsi homo aliquando sic tentet; hoc agit, in-quantum minister est Diaboli. Deus autem tentare dicitur, ut sciat; eo modo loquendi, quo dicitur scire, quod facit alios scire. Unde dicitur Deuteronom. 13.* † Tentat vos Dominus Deus vester, ut palam &c. *Caro & Mundus dicuntur tentare, instrumentaliter, seu materialiter: in quantum scilicet potest cognosci, qualis sit homo, ex hoc, quod sequitur vel repugnat concupiscentiis carnis, & ex hoc, quod contemnit prospera Mundi & adversa: quibus etiam Diabolus utitur ad tentandum.*

† vers. 3.

in Matt. c. 4.

ALBERTUS: † *Aliud est, tentari à Deo, per tribulationem: & aliud, tentari à Diabolo, per illicitorum suggestiones. Et primum quidem possunt petere aliqui magni viri, experti vires suas, ut bic urat, & bic secet: ne forsitan vadant mundi in ignem purgatorii, vel inferni. Secundum nullus debet petere: quia hoc non [illegible] pœnâ; sed in illicitis suggestiis.*

in Job. c. 4.

THOMAS ait: † *Omnes adversitates hominibus divino judicio inducuntur. Sed quibusdam ad ultimam condemnationem, qui sunt incorrigibiles: quibusdam autem ad correctionem, qui per adversitates emendantur.*

Opusc. a novo Gramos. [illegible]

Et: † *In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvantur opera Diaboli: ut dicitur 1 Johan. 3.* † *Unde & Diabolus, versâ vice, ad hoc totum suum conatum apposuit & apponit, ut ea quæ sunt Christi dissipat. Quod quidem primo per Tyrannos facere tentavit, [illegible] ministros corporaliter occidentes: sed postmodum per Hæreticos, per quos spiritualiter plurimos interfecit.* [illegible] *Quicquid facere per-*

lib. c. 9.

mittitur Diabolus, ex divinâ dispensatione procedit: quæ omnia ex rationabili causâ dispensat. Unde hoc ipsum, quod innocentes puniuntur, non respondet absolutè ex malitia diabolica: sed ex sapientiâ Dei permittitur. Unde, si peccatum non est causa punitionis innocentium, non sufficit hoc ad malitiam Diaboli reducere.

Prooem. in Apoc.

Itèm: † *De tribulatione vel pœnâ loquimur, aut in quantum merè afflictiva, aut in-quantum amoris declarativa ac promotiva, aut in-quantum culpæ præteritæ purgativa; aut in-quantum futuræ cohibitiva; aut in-quantum meriti accumulativa. Primo modo, non placet Deo tribulatio in justo vel alio: nec sub hac ratione eam permittit, sed sub aliqua ex quatuor rationibus sequentibus. Non ergo delectatur in pœnis nostris, sed in utilitate nostrâ, consequente ex ipsis.*

ibid. c. 14.

Itèm: † *Omnis pœna ex justitiâ Dei est, in-quantum pœna: licèt ex misericordiâ sit temperatio pœnæ & quod infertur ad correptionem.*

2. Sec. q. 109. a. 10.

¶ De Perseverantiâ in Cruce, ait THOMAS: † *Perseverantia tripliciter dicitur. Quandoque enim significat habitum mentis, per quem homo firmiter stat: ne removeatur ab eo, quod est secundùm virtutem, per tristitias irruentes. Alio modo potest dici perseverantia, habitus quidam, secundùm quem homo habet propositum perseverandi in bono, usque in finem. Alio modo dicitur perseverantia, continuatio quædam boni, usque ad finem vitæ. Et ad talem perseverantiam habendam, homo in gratia constitutus, non quidem indiget aliquâ aliâ habituali gratiâ; sed divino auxilio, ipsum dirigente & protegente contra tentationum impulsus. Et ideò, postquam aliquis est justificatus per gratiam, necesse habet à Deo petere perseverantiæ donum: ut scilicet custodiatur à malo, usque ad finem vitæ. Multis enim datur gratia; quibus non datur perseverare in gratiâ.*

Serm. 3. in Dom. 1. Quadrages.

¶ Quò sit confugiendum in Cruce, INNOCENTIUS monet: † *Quotiens nobis graves tentationes emergunt; recurramus ad testimonia Scripturarum: in quibus invenimus, & speculum quod miremur, & exemplum, quod imitemur.*

in Ap. c. 6.

THOMAS ait: † *Recurrendum est ad doctrinam sacræ paginæ, in adversis temporibus.*

in Ps. 3. pœnit.

¶ De Consolatione, INNOCENTIUS inquit: † *Dum sperant in tribulationibus, non deficiunt, credentes à Domino se liberari.*

de Prof. Relig. c. 31.

BONAVENTURA ait: † *Debemus cogitare, quòd nemo in hac vitâ sine adversitate vivit: & qui seculo serviunt, sæpius graviora tolerant. Item, quanta Sancti sustinuerunt, & maximè, & super omnes, ipse Dominus noster Jesus Christus. Et, si ipse tanta passus est pro nobis: non est indignum, si nos aliqua toleramus pro ipso, & pro magnâ gloriâ nostrâ; & pro merito peccatorum nostrorum: pro quibus utilius hîc modica pati debemus, quàm in futuro plura & acerbiora.* Itèm: *Bonus Dominus, sciens quam utilis homini tentatio & tribulatio, priùs ostendit ei consolationes dulcedinis: quibus postmodum in tentatione confortetur, ne deficiat; & alliciatur, ut semper ad eas desideret; & non desistat eas acquirere, donec demùm recuperet, quod amisit.*

ib. c. 3.

Itèm: † *Contra tentationes, ista maximè valent remedia. Primum ut consolentur, quod non timeant illas tentationes: quia magis proficiunt ad meritum patientis, quam ad detrimentum. Secundò, quòd patienter tolerentur: sicut scilicet Satanas visibiliter, vel sensibiliter, aliquem turbaret. Tertio, quòd caveantur, nec ratiocinando eis resistatur: quia ex hoc magis quasi ventilata inflammantur, sed si ad alia tractanda se convertit homo; quibus abstractus à se, obliviscatur passionis suæ: sicut corporali passione laborans, si habet, quo occupatus obliviscatur sui, leviùs interim torquetur. Quartum, ut orationibus suis, & aliorum bonorum hominum, misericordiæ divinæ remedium imploret.*

ibid. c. 7.

Itèm: † *Omnibus tentationibus his quatuor modis est resistendum. Primum est, cogitationes avertere, alias occupationes assumendo; quibus obliviscatur homo impugnationis, quantum potest. Secundùm, vias & occasiones tentationis fugere & declinare; maximè carnales: quæ appropinquantes sibi incendunt, ut ignis. Tertium, patienter & humiliter virgam Domini sustinere, ut & si dignum judicet [illegible] ne & labore, & patienter toleret, confidens, quòd ei proveniet in bonum. quia sic citius placabilis erit ei Dominus, & purgabitur à peccatis & emundabitur à vitiis; & dotabitur virtutibus, [illegible] scientia, & meritis, & gloria. Quartus modus est, orationi [illegible] cumbere, & auxilium superna virtutis, per se & aliorum [illegible] gia, implorare: quia nec nostris meritis, nec viri[illegible] ne [illegible]*

tiâ, possumus de tot hostibus triumphare, vel sine lethali vulnere transire, nisi protecti manu Dei, & ejus adjutorio confortati.

THOMAS: † *Per hoc, quòd permittit mala esse in Mundo, divina bonitas magis declaratur in bonis, & sapientia, in ordinatione malorum ad bona.*

ALBERTUS: † *Instantia persecutoris non vincitur, nisi spes in adjutorio Dei habeatur.*

¶ De fine & usu Crucis, INNOCENTIUS ait: † *Fornax beatorum interior, est afflictio pœnitentiæ: per quam pœnitentes purgantur ab antiquitate. Exterior est, tribulatio patientiæ: per quam patientes in charitate probantur.*

BONAVENTURA ait: † *Qualibet afflictio, vel tribulatio adversitatis, est efficax remedium contra vitia: ut labor, infirmitas, persecutio, tentationes, infamia, & similia. Quia, sicut lima purgat & splendere facit metallum: ita tribulatio, & angustia, & afflictio, abradit rubiginem vitiorum.* Item: † *Signum specialis dilectionis videtur, cui dat Dominus adversa pati: quasi impartiri ei dignetur partem oneris sui portandi; sicut ille Simon Cyrenæus crucem dominicam portavit.*

THOMAS: † *Ideò Deus justos tribulari permittit, ut probentur. Psalm. 66.* † Quoniam probasti nos, &c. *Justus per adversa probatur, & notus fit, non Deo, sed sibi: ut infirmitatem vel virtutem suam cognoscat, indè proficiat in bono: & etiam alii ædificentur per ejus exemplum; & iterum glorificent Deum.* Item: † *Quæritur; Quare permittit Deus hominem tentari? Multis enim est tentatio causa lapsûs & damnationis. Ergo non decet Deum hoc permittere, &c.* Resp. *Dicendum, quòd rectissime permittat hominem tentari: & hoc multiplici ratione. Una ratio est, introductio humilitatis ex sui cognitione. quia, cùm videt, se per se non posse resistere; humiliat seipsum in conspectu Dei: cognoscit etiam per tentationem, utrùm sit fortis, an debilis, & ex utroque habet causam humilitatis. Secunda, excitatio devotionis in ferventi oratione. quia tunc cognoscitur homo currere ad liberatorem. Tentatio enim augetur, & vincitur; nisi Deus subveniat.* Et: *Quæritur; Quare Dominus cultores suos sic vexat aliquando flagellis; malos autem dimittit quandoque in prosperis & deliciis?* Resp. *Primum est ex divinâ misericordiâ: ex quâ est, quòd electos, quos scit perseveraturos finaliter, reservat ad vitam. & ideò, ne devient à semitâ, restringit eos sub loco disciplinæ adversorum: vel, per ipsa adversa, purgat offensam peccatorum præteritorum; vel, per eadem, facit magis idoneos ad percipiendum præmium.* Item: † *Impii puniuntur ad exterminium: justi ad profectum.* Item: † *Passiones Sanctorum proficiunt Ecclesiæ: non quidem per modum redemtionis; sed per modum exempli & exhortationis: secundum illud 2. Corinthiorum 1.* † Sive tribulamur, pro vestrâ exhortatione, &c.

ALBERTUS: † *Quinque modis infirmitates & tentationes contingunt. 1. Ut justis merita per patientiam augeantur. 2. Ad custodiam virtutis, ne superbia tentet. 3. Ad corrigenda peccata. 4. Ad gloriam Domini manifestandam. 5. Ad initium pœnæ æternæ.*

ÆGIDIUS: † *In vitâ ergo præsenti, in experimento videmus, quòd flagellationes & percussiones divinæ, vel sunt purgationes vitæ præsentis, quia per eas homines convertuntur, & boni fiunt: vel sunt initium carentiæ felicitatis æternæ; quia per eas homines non correpti, sed potius indurati, morientes ad inferna descendunt.*

¶ De differentiâ, inquit INNOCENTIUS: † *Flagellantur justi & injusti: quia multæ sunt tribulationes justorum. Verùm illi flagellantur; ut, si pœniteant, corrigantur: si non pœniteant, condemnentur. Ipsi verò tribulantur ut purgentur a malo, & probentur in bono. quia, quod facit flagellum grano, & ignis auro: idem efficit vero justo tribulatio. Multa verò dicuntur flagella peccatorum: quia & in carne flagellantur exteriùs; & in mente flagellantur interiùs. Flagellantur in vitâ præsenti, & in vita futura: flagellantur ex culpa, & pœna: flagellantur a Deo, & Homine, a Mundo, & dæmone.* Item: *Ei omnis Christi; enim Mundi, omis Diaboli. primum gratia: secundum pœna: tertium culpa.*

¶ De fugâ in persecutione, inquit ALBERTUS: † *Docet nos Christus suo exemplo, quòd in personali persecutione declinemus rabiem furentium contra nos: quando grex non quæritur.*

DE SCANDALIS.

THOMAS ait: † *Quod Græcè* Σκάνδαλον *dicitur; nos Offensionem, vel Ruinam, & Impactionem pedis, possumus dicere. Contingit enim, quod quandoque aliquis obex ponitur alicui, in viâ corporali; cui impingens disponitur ad ruinam: & talis obex dicitur scandalum. Et similiter, in processu viæ spiritualis, contingit aliquem disponi ad ruinam spiritualem, per dictum vel factum alterius: in-quantum scilicet aliquis, sui admonitione, vel inductione, aut exemplo, alterum trahit ad peccandum: & hoc propriè dicitur scandalum.* Item: *Dictum vel factum alterius, potest esse dupliciter alteri causa peccandi. Per se quidem, quando aliquis suo malo verbo, vel facto, intendit alium ad peccandum inducere: vel, etiamsi ipse hoc non intendat; at ipsum factum est tale, quod de sui ratione habet, quòd sit inductivum ad peccandum. putà, cùm aliquis publicè facit peccatum, vel quod similitudinem habet peccati. Et tunc ille, qui hujusmodi actum facit, propriè dat occasionem ruinæ. unde vocatur Scandalum activum. Per accidens autem aliquod verbum, vel factum unius, est alteri causa peccandi: quando, etiam præter intentionem operantis, & præter conditionem operis, aliquis male-dispositus, ex hujusmodi opere inducitur ad peccandum. puta, cùm aliquis invidet bonis aliorum. Et tunc ille, qui facit hujusmodi actum rectum, non dat occasionem, quantum in se est: sed alius sumit occasionem; secundum illud Roman. 7.* † *& ideo hoc est scandalum passivum; non activum: quia ille qui rectè agit, quantum est de se, non dat occasionem ruinæ, quam alter patitur.* Et: † *Quod dicitur, Necesse est ut veniant scandala; non est intelligendum de necessitate absolutâ, sed de necessitate conditionali: quâ scilicet necesse est, præscita vel prænuntiata a Deo evenire scandala, necessitate finis: quia utilia sunt ad hoc; ut, qui probati sunt, manifesti fiant. Vel, necesse est evenire scandala, secundum conditionem hominum, qui sibi a peccatis non cavent. Sicut, si aliquis Medicus, videns aliquos indebita diætâ utentes, dicat; Necesse est talos infirmari. Quod intelligendum est sub hac conditione; si diætam non mutent. Et similiter necesse est evenire scandala; si homines conversationem malam non mutent.* Et: † *Scandalum activum propriè est: cùm aliquis tale aliquid dicit vel facit; quod de se tale est, ut alterum natum sit inducere ad ruinam.*

ALEXANDER: † *Dicendum est, quod prædicta ratio est Scandali activè dicti. Scandalum autem passivè dictum, aliam habet rationem. Est enim scandalum passivè dictum, cùm aliquis dat sibi occasionem ruinæ, ex dicto vel facto alterius; sive sit rectum, sive non rectum. Matt. 15.* † *ubi dicitur:* Scis, quia Pharisæi audito verbo scandalizati sunt?

BONAVENTURA: † *Scandalum, est dictum vel factum minùs-rectum, præbens aliis occasionem ruinæ.* Σκάνδαλον *græcè, latinè dicitur Obex. Sicut enim ad obicem, in viâ positum, læditur pes euntis: sic dictum vel factum minùs-rectum, est obex infirmis in viâ morum. Scandalum aliquando dicitur obex; scilicet dictum vel factum minùs-rectum: aliquando dicitur actio, sive impactio illius, qui scandalizat: aliquando dicitur casus & ruina illius, qui scandalizatur. Est autem duplex differentia Scandali: scilicet activum, quo quis aliis dat occasionem ruinæ spiritualis. Passivum est, ipsa ruina, facta ad obicem mali exempli alterius: ut cùm fornicatur quis exemplo alterius.* Item: † *Propter alterius scandalum, non debemus recedere a veritate justitiæ. Secundò quia de interiori munditia magis, quam de exteriori honestate, curare debemus. Tertiò, quod spiritualiter vivere debemus: ità quòd verba Domini non videantur nobis extranea, sicut illis discipulis, qui recesserunt: sed potiùs cognoscamus, ipsa esse vitæ æternæ; ut simul cum duodecim discipulis ipsum imitemur perfectè.*

ALBERTUS: † *Scandalum duplex: activum & passivum. Scandalum activum est duplex. Quando aliquid agitur, per quod directè aliquis causam sumit, per dictum, vel per factum, mortaliter peccandi: sicut cùm aliquis perversè docet; & alius doctrinam ejus imitatur. Secundo modo dicitur scandalum activum, uti libertate conscientiæ in his, quæ non sunt peccata; sed tamen*

in peccata possunt interpretari. Scandalum passivum est, quod efficitur ab alio. [illegible] est triplex. Aliquando enim infirmus, ex dicto vel facto alterius, conturbatur: & aliquando turbatur, quia audit vel videt hoc, quod putat contra legem Dei esse; cùm tamen non sit: sed ex consuetudine tali, & malo intellectu, sic judicat. Aliquando procedit ultra conturbationem, usq. ad ejus, quod vidit, vel audivit, imitationem: & sic est ruina, sive casus in mortale peccatum. Tamen perversi accipiunt aliquando occasionem offensionis vel casus ex bonis factis. It: † Quidam Scandalum sic distinguunt: scilicet quod est scandalum materiale & formale. Materiale vocant, in quo aliquis sua culpa, non facientis vitio, ruendi accipit occasionem. & hoc modo discunt Christum scandalizare. Formale autem, quando suo vitio dat ruendi occasionem. Item: † Provenit autem scandalum ex duobus. Quorum unum est dictum vel factum minus rectum, exterius materiam prebens & occasionem ruinæ. Alterum autem provenit ex principio mali interius: quod est fastus cordis; ex quo surgit contemtus alterius.

DE CONIUGIO.

ALBERTUS ait: † Matrimonium multipliciter consideratur. scilicet in-quantum est officium naturæ, & in-quantum est bonum Ecclesiæ. & quo-ad hoc, potest sufficienter esse, per consensum in maritalem copulam. Sed tertio modo est in remedium, & sic ponitur sub clavibus Ecclesiæ. & est in dispensatione Ministrorum. & quo-ad hoc, habet formam in facie Ecclesiæ expressam, & accipit benedictionem Ecclesiæ: ut sit medicina, ex vi clavium ipsius Ecclesiæ.

¶ Quid sit, ALEXANDER ait: † Matrimonium habet dictamen naturæ: ut sit mutuus consensus viri & mulieris, in individuam vitæ consuetudinem, ad procreandum prolem ad cultum Dei.

BONAVENTURA: † Matrimonium est legitima conjunctio maris & fœminæ, individuam vitæ consuetudinem retinens. Hæc autem conjunctio, non solùm fuit post peccatum, verùm etiam ante peccatum. Sed prius institutum fuit sacramentum conjugii in officium: nunc autem, non solum in officium; verùm etiam in remedium contra libidinis morbum. Prius significabat conjunctionem Dei & animæ: nunc autem, præter hoc, significat [illegible] unionem Christi & Ecclesiæ, & duarum naturarum in unitate personæ. Introducitur autem hæc conjunctio tripliciter per [illegible] consensum animorum, ex parte utriusq. personæ, exterius [illegible] atque signis sensibilis: consummari autem habet in copula [illegible]. Nam per verba de futuro, habet matrimonium initiari: per verba de præsenti, ratificari: sed per carnalem copulam habet consummari.

ALBERTUS: † Cùm autem matrimonium sit conjunctio maris & fœminæ legitima, individuæ vitæ consuetudinem retinens: actus prohibitus (qui contra leges est matrimonii) dupliciter fuit matrimonio contrarius. Legitimæ enim conjunctioni, repugnat mœchia: & individuæ vitæ consuetudini, repugnat repudium.

¶ Quotuplex sit, INNOCENTIUS inquit: Solet dici carnale conjugium, quod est inter virum & fœminam, initiatum, ratum, & consummatum: initiatum in desponsatione, ratum in consensu; consummatum in copula.

¶ Unde sit, THOMAS ait: † Causa efficiens matrimonii, est mutuus consensus, per verba de præsenti expressus. Et: † Deus est author institutionis conjugii. Item: † Matrimonium (sicut legitur in Genes.) instituit, ut esset unus unius in matrimonio. Et qui non est in matrimonio, actum illum non nisi damnabiliter exercere potest. Hoc enim ostendit Dominus in illa institutione matrimonii. Item: † Deus virum & mulierem in matrimonium conjunxit.

INNOCENTIUS: † Matrimonium in veritate contrahitur, per legitimum viri & mulieris consensum.

ALBERTUS: † Fœminam in suam dat se sponso, & econverso [illegible] in suum [illegible] sponsæ: & hi vocantur conjuges. Et paulo [illegible]: In jure enim uterq. pariter obligatus est debito.

¶ [illegible] sit [illegible] THOMAS inquit: † Non solùm divinitus [illegible] sed in duobus naturaliter esse, in humana specie, maris & fœminæ conjunctionem. Item: Cùm instinctus naturalis in specie humana, ad hoc, quod conjunctio maris & fœminæ [illegible] unius opportet [illegible] lege divina ordinatum esse. Lex autem divina supernaturalem quandam rationem apponit, ex significatione inseparabilis conjunctionis Christi & Ecclesiæ: si est unius unius. Sic igitur inordinationes, circa actum generationis, non solùm instinctus naturali repugnant; sed etiam leges divinas & humanas transgrediuntur. Quia verò necesse est, ad id, quod est optimum in homine, alia omnia ordinari, conjunctio maris & fœminæ, non solùm sic est ordinata legibus, secundum quod ad prolem generandam pertinet; ut est in animalibus: sed etiam, secundum quod convenit ad bonos mores; quos ratio recta disponit: vel quantum ad hominem secundùm se; vel secundùm quod homo est pars domesticæ familiæ, aut civilis societatis. Ad quos quidem bonos mores, pertinet individua conjunctio maris & fœminæ. Sic enim fidelior amor unius ad alterum erit: dum cognoscunt se indivisibiliter conjunctos. Erit etiam utriusque sollicitior cura, in rebus domesticis: dum se perpetuo commansuros, in earundem rerum possessione, æstimant. Subtrahuntur etiam ex hoc discordiarum origines: quas oporteret accidere, si vir uxorem dimitteret, inter eum & propinquos uxoris: & est firmior inter affines dilectio. Tolluntur etiam adulteriorum occasiones: quæ darentur, si vir uxorem dimittere posset; aut èconverso. Per hoc enim daretur via facilior, sollicitandi matrimonia aliena. Item: † Matrimonium, secundùm quod consistit in conjunctione maris & fœminæ, intendentium prolem ad cultum Dei generare & educare, est Ecclesiæ sacramentum. Unde & quædam benedictio nubentibus, per ministros Ecclesiæ, adhibetur. Et sicut in aliis sacramentis, per ea quæ exteriùs aguntur, spirituale aliquid figuratur: sic & in hoc sacramento, per conjunctionem maris & fœminæ, conjunctio Christi & Ecclesiæ figuratur; secundum illud Apostoli, Ephes. 5. † Et quia sacramenta efficiunt, quod figurant: credendum est, quòd nubentibus per hoc sacramentum gratia conferatur, per quam ad unionem Christi & Ecclesiæ pertineant. quod eis maximè necessarium est: ut sic carnalibus & terrenis intendant; quod a Christo & Ecclesiâ non disjungantur. Quia igitur, per conjunctionem maris & fœminæ, Christi & Ecclesiæ conjunctio designatur: oportet, quod figura significato respondeat. Conjunctio autem Christi & Ecclesiæ, est unius ad unam perpetuo habendam. est enim una Ecclesia, secundum illud in Cantico, capit. 6. † Una est columba mea perfecta. Nec unquam Christus a suâ Ecclesiâ separabitur. Dicit enim ipse, Matth. ultimo. † Ecce, ego vobiscum sum, usque ad consummationem seculi. & ulteriùs, semper cum Domino erimus: ut dicitur 1. Thessalon. 4. † Necesse est igitur, quod matrimonium, secundùm quod est Ecclesiæ sacramentum, sit unius ad unam indivisibiliter habendam. & hoc pertinet ad fidem, quâ sibi invicem vir & uxor obligantur. Sic igitur tria sunt bona matrimonii, secundùm quod est Ecclesiæ sacramentum: scilicet proles, ad cultum Dei suscipienda & educanda, fides, prout unus vir uni uxori obligatur, & sacramentum, secundùm quod indivisibilitatem habet matrimonialis conjunctio, in-quantum est conjunctionis Christi & Ecclesiæ sacramentum. Et: † Forma matrimonii, consistit in quadam indivisibili conjunctione animorum: per quam unus conjugum, indivisibiliter alteri fidem servare tenetur. Finis autem matrimonii, est proles generanda, & educanda. Ad quorum primum pervenitur, per concubitum conjugalem: ad secundum, per alia opera viri & uxoris, quibus sibi invicem subsequuntur ad prolem nutriendam. Et: † Est in matrimonio perpetua obligatio unius ad alterum: ad quam significandam, ab Ecclesiâ solennis benedictio nuptiarum exhibetur.

ALBERTUS: † Uxor non est, nisi sit legitimè conjuncta. Et hujus causa est; quia omne, quod commune est plurium, oportet lege ordinari. quia aliter amor privati boni induceret ad hoc, quod unus faceret injuriam alteri. Matrimonium autem commune est plurium: & ideo lege determinandum est, quod sit legitima conjunctio.

BONAVENTURA: † Coitus conjugalis, alius est licitus, alius fragilis, alius importunus. Licitus est triplex. Quidam fit causa prolis generandæ, ad cultum divinum: & hic est Theosebia virtutis, quæ dicitur Pietas. Quidam causâ reddendi debitum. & sic est justitia. Quidam causâ fornicationis vitandæ: & hic est cautela; de quo Apostolus, 1. Corinthior. 7. † Fragilis est ex fragilitate proveniens; cùm quis in uxore quærit [illegible] conjugalem delectationem: non causâ prolis habendæ, nec debiti [illegible]

sar-

nec ... ationis vitanda, sed causâ delectationis in conjuge Impetuosius est, qui ex libidine solâ procedunt, metas honestatis & rationis excedit & ideo mortalis est, quinque modis. Primò, quando fit propter satiandam libidinem, & meretricias delicias. Secundo quando fit prater naturalem modum. Tertiò, quando fit in tempore prohibito. Quartò, cùm fit in loco prohibito. Quintò, cùm accedit vir ad prægnantem mulierem, vicinam partui, aut in fluxu menstruo laborantem. Simplex fornicatio, est luxuria, quâ solutus cum solutâ naturali usu fœminæ commiscetur; ità quod solutus excludat vinculum matrimonii, consanguinitatis, ordinis, voti, religionis: & hoc cum muliere solutâ, quæ unius vel paucorum libidini se exponit. Meretricium, est commercium nefarium cum muliere, quæ multorum patet libidini. Nam meretrix propriè dicta est, quæ multorum libidini se exponit. Adulterium, est alterius thori violatio. Incestus, est lubricum carnis, contra sanguinitatem, affinitatem, votum, commissum.

* in dissput. quæst. de Poten. vendalib. c. 7.

¶ De conjugio Sacerdotum, ait THOMAS: * *In Sacerdote, uxorem ducere, est contra præceptum, de voto continentiæ implendo: non autem in Laico, qui non vovit. Et sic illud, quod est vel veniale, vel nullum peccatum in laico, est peccatum mortale in Sacerdote.*

DE MAGISTRATU.

* P. 4 q. 137. m. 3.

ALEXANDER inquit: * *Per potestatem homo Dei vicem gerit, & sine potestate ordinata non regitur universitas: & ideo ei per se debetur reverentia.*

* lib. 1. de Regim. princ. cap. 8.
* lib. 3. c. 25.

THOMAS: * *Rex, populum gubernando, minister Dei est: dicente Apostolo, Rom. 13. quod omnis potestas à Domino Deo est: & quod est minister Dei, vindex in iram ei, qui male agit. Et in libro Sapientiæ, Reges Dei esse ministri describuntur.* Itèm: * *Reges & Principes, vices Dei gerunt in terris: per quos Deus Mundum gubernat, sicut per causas secundas. Unde & Samuel Propheta, spretus in dominio, cùm querelam proponeret coram Deo, responsum habuit, quòd non ipsum Israeliticus populus spreverit, sed Deum, cujus videlicet vices gerebat. Et in Proverbiis dicitur:* * Per me reges regnant. Et: * *Potestates seculares, quando inferunt pœnas, ad retrahendum à peccato; in hoc sunt Dei ministri.*

* c. 8. v. 15.
* 2 Sec. q. 19. a. 3.
* p. 2. q. 137. m. 3 a. 6.

¶ De honore Magistratûs. ALEXANDER ait: * *Honor exhibendus est Prælatis, ratione qua a Deo acceperunt potestatem.* Itèm: *Honorandus est; licèt sit malus: sed non honore vel reverentia, quæ debetur Deo; vel cum conscientiâ dictante contrarium.*

* l. 3. de Regim. Princ. cap. 7.

¶ De Tyrannis, inquit THOMAS: * *Tyranni sunt instrumentum divinæ justitiæ, ad puniendum delicta hominum: sicut Rex Assyriorum super Israeliticum populum, & Rex Gotthorum, flagellum Dei super Italiam.*

* sup. 2. Sét. Dist. 44.

¶ De duplici Potestate, ait ALBERTUS: * *Duplex est potestas: scilicet ordinata, secundùm gradus potestatis ecclesiæ, vel civilis; et huic potestati non est resistendum quo-ad obedientiam. Est etiam potestas usurpata: quæ est potestas ministri, quo cadit nec Dominus. & huic non est resistendum, quo-ad hoc, quòd non sustineamus, si Dominus velit. Sed bene possumus resistere, quo-ad obedientiam, si possumus. Talium enim potestas iniqua est: & iniquitati semper est resistendum. Si tamen Dominus velit, flagellum sustinendum est.*

* de Prof. Relig. c. 24.

¶ De Officio Magistratûs, inquit BONAVENTURA: * *Strenuum magisterium, est efficacim remedium contra vitia: ut cogaris facere quod invitissime faceres, & dimittere, quod libenter faceres; & nihil habere nisi quod tibi datur; nihil agere, nisi quod tibi jubetur; nec loqui, nec esse, nisi ad nutum alterius: & nihil dissimuletur, quidquid negligis, quin asperè reprehendaris & puniaris: donec curvitas propria voluntatis, plene in te ad formam rectitudinis reflectatur.*

* 2. Sec. q. 62. a. 7.
* in Job. cap 20.
* in Matth. cap. 12.

THOMAS: * *Principes terræ propter hoc potestate publicâ potiuntur; ut sint justitiæ custodes.* Et: * *Non est sic in judicio aliquibus miserandum, quod justitia relinquatur.*

ALBERTUS: * *Regis officium est, cogere ad observantiam legis; non violare legem.*

* 2. Sec. q. 108. a. 1.
* vers. 7.

¶ De Vindictâ publicâ, inquit THOMAS: * *Nihil est expectandum à Deo, nisi quod est bonum & licitum. Sed vindicta de hostibus est expectanda a Deo. Dicitur enim Lucæ 18.* * Deus non faciet vindictam electorum? &c. *Ergo vindicatio non est per se mala & illicita.* Itèm: *Vindicatio fit per aliquod pœnale malum, inflictum peccanti. Est ergo, in vindicatione, considerandus vindicantis animus. Si enim ejus intentio feratur principaliter in malum illius, de quo vindicta sumitur; & ibi quiescat: non est omninò licitum. Quia, delectari in malo alterius, pertinet ad odium; quod charitati repugnat, qua omnes homines debemus diligere. Si vero intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum, ad quod pervenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem peccantis, vel saltem ad cohibitionem ejus, & ad quietem aliorum, & ad justitiæ conservationem, & Dei honorem: potest esse vindicatio licita, aliis debitis circumstantiis servatis.* Et: *Ille, qui secundùm gradum sui ordinis vindictam exercet in malos, non usurpat sibi, quod Dei est, sed utitur potestate sibi divinitus concessa. Dicitur enim Rom. 13.* * *de Principe terreno, quòd Dei minister est, vindex in iram ei, qui malè agit. Si autem præter ordinem divinæ institutionis, aliquis vindictam exerceat: usurpat sibi id, quod Dei est; & ideò peccat.*

* vers. 4.

DE MORTE.

* in Luc. cap. 12.

ALBERTUS ait: * *Certum est, nos morituros: sed incerta est hora mortis, locus, & modus. Et ideò Sapiens hæc omnia incertà dimisit: & semper eum mors paratum inveniat.*

* in Job. c. 38.

¶ Quid sit, THOMAS inquit: * *Mors est corruptio corporis viventis: & sic propriè ad hominem pertinet, cui præsens sermo dirigitur. Portæ mortis, sunt causæ corruptionis, quantum ad virtutes cœlestium corporum, per quas primò proceditur ad talem effectum. Est autem difficilimum cognoscere, quis sit periodus vitæ, & permanentiæ cujuslibet rei. & ideò portæ mortis apertæ nobis non sunt: quia non possumus, in corporibus cœlestibus, cognoscere propriam causam corruptionis cujuslibet rei. Morti autem competunt tenebræ: tum quia per mortem homo privatur corporali visu, cujus cognitio est per lumen: tum etiam, quia per mortem homo in oblivionem, quasi in tenebras quasdam, vadit.* Et: * *Mors corporis nihil aliud est, nisi separatio animæ ab ipso.* Et: * *Quia mors est quædam privatio vitæ: proprius effectus mortis attenditur, circa remotionem eorum, quæ contrariantur nostræ saluti: quæ quidem sunt, mors animæ, & mors corporis. Et ideò per mortem Christi, dicitur destructa etiam in nobis animæ mors, secundùm illud Rom. 4.* * *& mors corporis, quæ consistit in separatione animæ a corpore; secundùm illud 1. Corint. 15.* *

* Cõp. Theol. tr. 3. c. 43.
* ad Roman. Christi. c. 19.
* vers. 25.
* vers. 54.
* in Luc. cap. 8.

ALBERTUS: * *Mors est privatio vitæ, corruptio principiorum naturæ; exspiratio spiritûs, exhibentis virtutes vitales in corpore, destructio organicorum instrumentorum animæ. Et ideò, secundùm naturam, impossibilis est regressus à morte ad vitam.*

* Serm. de Conv. Pauli.
* in Psal. 1. pœnit.

¶ Quotuplex sit, INNOCENTIUS ait: * *Mors corporalis, spiritualis, & gehennalis. Mors corporalis extinguit naturam: spiritualis adimit gratiam: gehennalis impedit gloriam.* Et: * *Mors quadruplex. Naturæ, separat corpus ab animâ: culpæ, separat animam a Deo: gehennæ, separat corpus & animam a gloriâ: gratiæ, separat corpus a Mundo.*

* lib. 3. de trib. æternavite pœnis.

BONAVENTURA: * *Duplex est mors; scilicet naturæ, & culpæ. Quo-ad mortem naturæ, anima dicitur immortalis: sed quo-ad mortem culpæ, moritur.*

* Cõp Theol. tr. 2. cap. 33.

THOMAS: * *Est hominis duplex mors. Una quidem mors est corporis, per separationem ab anima, alia per separationem à Deo. Christus autem, in quo secunda mors locum non habuit, per primam mortem, quam subiit, scilicet corporalem utramque in nobis mortem destruxit, id est, corporalem & spiritualem.*

* Brevil. p. 4. c. 9.

¶ Unde sit, BONAVENTURA: * *Quia homo, volens esse sapiens ut Deus, peccavit in ligno vetito, volens delectari: ita quòd inclinatus est ad libidinem, erectus in præsumptionem. ac per hoc totum genus humanum est infectum; & perdidit immortalitatem; incurrit debitam mortem.*

* in Apoc. cap. 20.
* in Job. c. 4.

THOMAS: * *Diabolus causa est mortis, tam spiritualis, quàm corporalis.* Itèm: * *Mortem corporalem homo necessariò patitur, ex eo, quòd terrenum habet fundamentum. & secundùm hoc potest designari duplex mors: scilicet naturalis, (in hoc, quod dicit:* Consumentur velut à tineâ. *Sicut enim tinea vestimentum corrodit, quæ ex vestimento nascitur: ita mors naturalis, ex causis interioribus corporis exoritur) mors violenta. (in hoc, quod subditur:* De manè usque ad vesperam, &c.) *Mors naturalis potest per aliqua naturalia signa prænosci: sed mors violenta omninò ignota est.* Itèm: * *Mors ex peccato primi Parentis provenit.* Et: † *Proxima causa mortis, & aliorum defectuum, est peccatum.* Et: * *Naturalis mors divinâ potestate inducitur, propter peccatum originale.* Itèm: *Primi Parentes fuerunt a Deo*

* Cõp. Theol. tr. 0. cap. 52
* 3 Sum. q. 14 a. 4.
* 1 Sec. q. 94 a. 3.

[illegible], non solum sicut quædam persona singulares; sed sicut quædam principia humanæ naturæ, ab eis in posteros derivandæ; simul cum beneficio divino, præservante a morte. & ideò per eorum peccatum tota humana natura, in posteris, tali beneficio destituta, mortem incurrit.

ALBERTUS: * Vir & mulier sibi & Diabolo consentientes, induxerunt mortem. Et: * Porta mortis inferni, peccatum est. Et: * Per peccatum inciderunt in mortem.

¶ De corporali morte, INNOCENTIUS ait: † In corporalis mortis articulo, nonnunquam est tanta doloris acerbitas, tanta molestia passionis: quòd moriens in-tantum memoriâ privetur, ut nullorum valeat meminisse.

THOMAS: * Mors corporalis quandoque accidit per interiorem corruptionem, sicut cum aliquis ex ægritudine moritur, quam Deus immittit pro peccato: quandoque verò accidit ex violentiâ gladii.

¶ De Meditatione mortis, BONAVENTURA inquit: * Consideratio mortis facit in homine sex bona. 1. Facit peccata vel vitia fugere. 2. Facit Mundum contemnere. 3. Facit seipsum despicere; &, propter resolutionem ad terram, in suiipsius cognitionem venire. qui modus cognoscendi, secundum Philosophum, est certissimus inter omnes. 4. Facit vitam præsentem rectè regere. 5. Facit rectè temperare præsentem lætitiam. 6. Facit rectè dividere præsentem & futuram vitam. Qui enim ponit se in articulo mortis, & eum diligenter considerat, quasi in medio præsentis & futuræ vitæ se collocat: & ideò rectè videt, quid spernere, & quid eligere debeat. Itèm: * Continua mortis & operum retributionis meditatio, facit vitia timere, & virtutibus insistere. Itèm: Ideò Deus voluit nos semper incertos esse de horâ mortis: ut pauca de tempore cogitaremus; sed omni horâ timeremus multa perdere de æternis, ad quæ semper properare debemus sine intermissione.

¶ Omnibus moriendum esse, THOMAS ait: * Omnes homines ad mortem tendunt, sicut homo ad suam domum. nec tamen per mortem totaliter consumitur: quia remanet anima immortalis.

¶ De Animæ morte, THOMAS: * Prima animæ mors, est in peccatis; secunda, in pœnis gehennalibus.

¶ De apparitionibus mortuorum, ait THOMAS: * Quòd mortui viventibus apparent, vel contingit per specialem Dei dispositionem, ut animæ mortuorū rebus viventium intersint: (& est inter divina miracula computandum) vel hujusmodi apparitiones fiunt, per operationes bonorum vel malorum Angelorum, etiam ignorantibus mortuis: sicut etiam vivi ignorantes, aliis viventibus apparent in somnis, ut Augustinus dicit. Unde & de Samuele dici potest, quòd ipse apparuit per revelationem divinam; secundùm hoc, quod dicitur Ecclesiastici 46.* quod dormivit, & notum fecit Regi finem vitæ suæ: vel illa apparitio fuit procurata per dæmones.

DE RESURRECTIONE.

ALBERTUS inquit: * Certum secundum catholicam fidem nobis est, resurrectionem ejusdem carnis numero, in quâ nunc vivimus, esse futuram, & unumquemque in eâ tum recipere bona & mala secundum quod meruit: quàm quòd Sol orietur cras. quòd enim Sol orietur quandoque fallet, [illegible] quandoque stabit. Illud autem a divina veritate est acceptum. quæ non fallit nec fefellit, nec fallere, nec falli potest.

ALEXANDER: * Secundum cursum naturæ, non debet esse resurrectio, ante innovationem Mundi. Per passionem igitur Christi, ait meritum, & nostræ justificationis & nostræ resurrectionis, & gloriæ, quo-ad corpus, & quo-ad animam. Unde [illegible] restituitur homo, per illam in pristinam dignitatem [illegible] productus: quia duplex erat [illegible] et animarum in limbo, & corporum in ci[illegible] vendam tentationem animarum. apparuit [illegible] apud inferos. [illegible] ad solvendam tentationem [illegible] oportuit [illegible] anima & corpore: quod fiet post innovationem. Pri[illegible] animarum, factum est statim [illegible] innovationem Mundi [illegible]

parebit in judicio, innovato Mundo. Innovatio autem non debet esse, nisi completâ mortali generatione.

THOMAS: * Duplex est resurrectio. Una corporalis; quâ anima iterum conjungitur corpori: alia spiritualis; quâ iterum conjungitur Deo. Et hæc quidem secunda resurrectio, locum in Christo non habet: quia nunquam ejus anima, per peccatum, fuit separata a Deo. Per resurrectionem igitur suam corporalem, utriusque resurrectionis, scilicet corporalis & spiritualis, nobis est causa.

¶ De causâ Resurrectionis, ALBERTUS ait: * Triplex est causa nostræ resurrectionis: scilicet efficiens æquivoca, efficiens univoca habitualis, & efficiens univoca actualis. Causa efficiens æquivoca dicitur, quando causa cum effectu non sunt ejusdem speciei: sicut dicitur, quod Sol generat hominem. & sic Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sunt causa efficiens nostræ resurrectionis. Causa verò efficiens univoca dicitur, quæ efficit simile sibi in specie: sicut Homo generat hominem. & sic Christus resurgens, est causa efficiens nostræ resurrectionis, secundùm habitum tantùm. Causa verò efficiens secundùm actum, sive actualis, erit Christus in judicio, portans insignia nostræ redemtionis: unde ibi statim sequitur nostra resurrectio. Et: * Filius Dei æqualis authoritate judicat & suscitat cum Patre: quamvis Filius hominis, in-quantum Filius hominis est, judicat & suscitat, ministerio, sub Patre.

Omnes resurrecturos esse, docet INNOCENTIUS: * A somno mortis corporalis, resurgunt omnes: a somno mortis spiritualis, resurgunt quidam: à somno mortis æternalis, resurgunt nulli. Itèm: * Omnes cum suis propriis corporibus resurgent, quæ nunc gestant: ut recipiant secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. illi, cum Diabolo pœnam perpetuam, & isti, cum Christo, gloriam sempiternam.

BONAVENTURA ait: * Omnium corpora hominum, in generali resurrectione, resurgent: nullâ in eis existente distantiâ, quantum ad ordinationem temporis; sed magis quantum ad ordinationem dignitatis. Nam mali surgent, cum suis deformitatibus & pœnalitatibus, miseriis & defectibus, quos habuerant in statu vitæ. In bonis autem natura servabitur, & vitia detrahentur & omnes resurgent integro corpore, & plenâ ætate, & debitâ mensurâ membrorum. ut sic omnes Sancti occurrant in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

THOMAS: * Omnia corpora mortuorum resurgent, quantumcunque videantur absorpta. Itèm: * Omnes boni & mali resurgent, cum omni integritate, quæ ad perfectionem hominis pertinet. Non enim erit ibi cæcus, vel claudus, vel aliquis defectus. Itèm: Omnes resurgent in ætate perfectâ; id est, triginta trium vel duorum annorum. Cujus ratio est: quia, qui nondum pervenerunt ad hoc, non habent ætatem perfectam, & senes jam hanc amiserunt. & ideò juvenibus & pueris addetur, quod deest: senibus verò restituetur.

ALBERTUS: * Boni resurgent, & immutabuntur ad gloriam: alii autem mali, incorruptibiles quidem, hoc est, sine diminutione membrorum, resurgent; sed non immutabuntur: quia corpora tetra, & passibilia, & pigra, & animalia, habebunt in pœnâ æternâ.

¶ De Corporibus resurgentium, BONAVENTURA inquit: * Mali non in melius mutabuntur: sed in bonis natura servabitur, & vitia atque defectus detrahentur. Omnes resurgent in integro corpore, plenâ ætate, & debitâ mensurâ membrorum, in eisdem corporibus numero, & eisdem partibus constituti. salvâ totius nativitate naturæ, non solùm quantum ad membra principalia, & humiditatem radicalem, verùm etiam salvis capillis, & cæteris membris, quæ ad corporis decentiam pertinebunt: ita quod, in quascunque auras pulvis humani corporis dispersus fuerit ad eandem redibit animam, quæ hominem priùs, ut viveret & cresceret, animavit.

THOMAS: * Non resumet anima, in resurrectione, corpus cœleste, vel aereum, vel corpus alicujus alterius animalis, ut quidam fabulantur: sed corpus humanum, ex carnibus & ossibus compositum, corpus organicum, eisdem organis, ex quibus nunc constat. Itèm: * Sancti habebunt corpora glorificata, in quibus erit quadruplex partitio. 1. Claritas. 2. Impassibilitas. 3. Agilitas. 4. Subtilitas.

¶ Quando

¶ Quando in futura, THOMAS ait: * *Finito Mundo, in hac omnia vana deficient, erit resurrectio fidelium, & ingressus in regnum.* Item: * *Resurrectio omnium hominum, fiet in fine seculi hujus.*

ÆGIDIUS ait: * *Horâ crepusculi creditur futura resurrectio.*

DE EXTREMO JUDICIO.

ALBERTUS ait: * *Extremum judicium frequenter vocatur dies Domini: & nox, propter horrorem tribulationis ac angustia, in quibus corda obtenebrantur, quòd non habent effugium.*

THOMAS: * *Judicii actus, & judicii effectus, est collectio electorum in gloriam.*

¶ Quotuplex sit judicium, monet INNOCENTIUS: * *1. Judicium authoritatis, quo judicat tota Trinitas juxta quod legitur:* † Judica Domine nocentes me. *2. Judicium manifestationis unde:* * Pater non judicat quemquam, &c. *Quia solus Filius in judicio apparebit: &, secundum appropriationem, magis ad sapientiam, quam ad potentiam vel benignitatem, videtur judicium pertinere. 3. Judicium discretionis. unde:* * Ego in judicium veni in hunc Mundum. *4. Discussionis. unde* * Si æquitas judicii quæritur, &c.

¶ Qui sint judicandi, ait THOMAS: * *Exercet judicium & in eos, qui in præsenti seculo vivunt; & in eos, qui ex hoc seculo transeunt moriendo. In finali autem judicio, judicabit simul vivos & mortuos. Sive per vivos intelligantur justi, qui per gratiam vivunt, per mortuos autem, peccatores, qui à gratiâ exciderunt. sive per vivos intelligantur, qui in adventu Domini vivi reperiuntur, per mortuos autem, qui antea discesserunt.*

¶ De Judice, ALEXANDER inquit: * *Ipse, vel tota Trinitas, judicabit, potestate authoritatis. Filius Dei, in quantum homo, judicabit potestate excellentiæ.* Item: * *Ipse judex Christus dicitur terribilis, duobus modis. Terribilis enim potest dici, in accessu ad judicium, vel terribilis in remunerando. Utroque ergo modo erit terribilis, ipsis reprobis, in judicio: quoniam & in accessu ejus ad judicium, & in remuneratione, incutiet eis timorem damnationis æternæ. Primo autem modo, scilicet in accessu ad judicium, erit terribilis reprobis: sed blandus erit bonis, facto judicio, sive in remuneratione. Et propter hoc non dicitur ipse terribilis justis: sed dies ejus, in qua accedet ad judicium. ipse tamen erit blandus & benignus in remunerando, quia supra condignum remunerabit ipsos. Dicitur autem terribilis ipsis bonis, in accessu ejus ad judicium, propter hoc, quòd incutiet eis timorem quendam reverentiæ; non terrorem damnationis, ut malis.*

INNOCENTIUS ait: * *Ille judex est valdè timendus, cujus sapientiam nihil potest latere; cujus justitiæ nihil potest resistere.*

BONAVENTURA: * *Sinè dubio judicium universorum futurum est: in quo Deus Pater per Dominum nostrum Jesum Christum, judicabit vivos & mortuos, bonos & malos, tradendo unicuique secundum exigentiam meritorum. In hoc autem judicio, fiet apertio librorum, scilicet conscientiarum: quibus merita universorum, sibi-ipsis, & cæteris, innotescent, faciente hoc virtute illius libri vitæ, Verbi scilicet incarnati: qui in formâ deitatis non videbitur, nisi à bonis, in formâ vero humanitatis, (in quâ & sententiam promulgabit) videbitur tam à bonis, quam à malis: licet terribilis in eâdem formâ appareat reprobis, & blandus justis.*

THOMAS: * *Tota Trinitas judicabit authoritate: licèt solus Filius corporaliter appareat. Sed quomodo venire potest, qui ubique est? Resp. Est venire secundum locum: & sic Christus secundum humanitatem veniet ad judicium. Item secundum manifestationem, vel effectum: sive sit effectus misericordiæ, sive justitiæ. & sic, non primo modo, veniet Trinitas quia se per effectum justitiæ manifestabit.* Et: * *Quia potestas judiciaria ad Christi exaltationem pertinet, sicut & resurrectionis gloria: Christus in judicio apparebit, non in humilitate, quæ pertinebat ad meritum, sed in formâ gloriosâ, ad præmium pertinente. Unde dicitur in Evangelio,* * *quòd videbunt Filium hominis venientem in nube, &c. Visio autem claritatis, ipsis Electis quidem, qui eum dilexerunt, erit ad gaudium: Impiis autem erit ad confusionem & luctum. Quia judicantis gloria & potestas, damnationem timentibus, tristitiam & metum inducit.* Et: * *Non solùm Christus in illo judicio judicabit, sed etiam alii quorum quidam judicabunt solâ comparatione: scilicet boni minùs-bonos, & mali magis-malos: secundum illud Matth. 12.* * Viri Ninivitæ, &c. *Quidam vero judicabunt, per sententiæ approbationem. & sic omnes justi judicabunt: secundum illud Sapient. 3.* Judicabunt Sancti nationes. *Quidam verò judicabunt, quasi judiciariam potestatem accipientes à Christo secundum illud Psalm. 149.* * Gladii ancipites in manibus eorum. *Hanc autem ultimam judiciariam potestatem Dominus Apostolis repromisit, Matth. 19.* *

¶ De Angelorum officio in hoc judicio, inquit ALEXANDER: * *Angeli judices non erunt; tamen habebunt multiplex ministerium. Habebunt enim ministerium congregandi ad judicium, & suscitandi mortuos. Et ideo dicit Apostolus* 1. Thess. * Quia ipse Dominus veniet, in jussu & in voce Archangeli, &c. *Venient ergo Angeli ad illud officium. & de isto officio vel ministerio habetur Matth. 13.* * *ubi dicit Dominus, quod messores sunt Angeli; scilicet congregantes ad judicium, & suscitantes. Et istud erit ante separationem. Unde ipsi convocabunt ad judicium, & congregabunt. Item, habebunt ministerium separandi: secundùm quod habetur, Matth. 25.* * *Quia Angeli venient cum eo: quod dicitur ratione hujus ministerii. Unde sequitur post* * Et separabit eos ad invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis. *& istud fiet ministerio Angelorum. Et Matth. 13.* * Mittet Filius hominis Angelos suos: & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem; & mittent in caminum ignis. *Similiter testificatio erit ministerium eorum quia testes erunt. Similiter post judicium, habebunt ministerium mittendi ad pœnas: sicut habetur Matth. 13.* * Quia mittent eos in caminum ignis. *Sic igitur multipliciter habebunt ministerium circa judicium antecedens vel sequens ipsum: sed nec ipsi judicabunt; unde nec ipsi discutient, neque definient.*

De Apostolis, ait idem ALEXANDER: * *Apostoli autem fient assessores, & veritatis testes judicabunt: quia annuntiaverunt fidem Christi, & fuerunt testes ipsius in hac vita. & sicut hic testes ejus fuerunt: ita erunt testes ipsius in judicio, contra reprobos. Unde erunt judices, sicut assessores, non quòd proferant sententiam, vel quòd causam discutiant, sed assidebunt ibi ut testes & socii.*

¶ De tempore judicii, ait ALEXANDER: * *Mediâ ergo nocte, scilicet cùm valdè obscurum erit, id est, occultum, veniet. Dicit enim Dominus, sicut fur in nocte, ita veniet. Potest tamen non incongruè intelligi mediæ noctis tempore venturus.*

THOMAS ait: * *Voluit Deus tempus extremi judicii esse occultum: ut homines solicitè vigilarent; ne fortè tempore judicii imparati inveniantur. Propter quod etiam voluit, tempus mortis uniuscujusque esse ignotum. Talis enim in judicio unusquisque apparebit, qualis hinc per mortem exierit. Unde Dominus dixit, Matth. 24.* * Vigilate, quia nescitis, &c.

¶ De formâ judicii, INNOCENTIUS inquit: * *In judicio revelabuntur & manifesta fient occulta cordium; & aperta erunt abscondita tenebrarum.*

THOMAS: * *In die judicii omnia erunt clara, &c. & magna ibi fient, in retributione malorum, & bonorum Dei. Quia præsentes dies sunt quasi nostri, ad merendum; sed ille dies erit Dei, ad judicandum, sive retribuendum.*

¶ De Accusatoribus ait ALBERTUS: * *Accusatores sunt in judicio plures. 1. Conscientia per peccati testimonium. 2. Legislator, per legis transgressum, vel omissum præceptum. 3. Custodiens Angelus, per custodia sua perditum effectum. 4. Diligens Prælatus, per solicitudinis suæ opus perditum. 5. Malè-ædificatus Proximus, per malum sibi datum exemplum. 6. Omnes creaturæ, per vitium suæ perditum obsequium.*

¶ De variis adventibus Christi, inquit INNOCENTIUS: * *Quatuor leguntur adventus Christi duo visibiles; & duo invisibiles. Primus visibilis, fuit in carne. Alius visibilis, est ad diem judicii; quando judicabit bonos & malos: quando statuet oves à dextris, hœdos verò à sinistris.*

THOMAS ait: * *Possumus distinguere triplicem adventum Christi: scilicet in carnem, in mentem, & ad judicium. Unde Bernardus: Triplicem adventum Christi novimus: ad homines, in homines, contra homines. In primo, venit in carne & infirmitate: in secundo, in Spiritu: in tertio, in gloriâ & majestate.*

In primo.

In primo, ut … a vidimus nostra in ſecun … o, eſt requies & … atio noſtra: in … me, apparebit vita noſtrâ.

DE VITA ÆTERNA.

INNOCENTIUS ait: * *In æternâ vitâ, erit vita ſine morte, dies ſine nocte: ubi erit ſecuritas ſine timore, jucunditas ſinè dolore, tranquillitas ſinè labore: ubi erit pulcritudo ſine deformitate, fortitudo ſine debilitate, rectitudo ſine perverſitate: ubi erit Chriſtus ſine malitiâ, veritas ſinè fallaciâ, felicitas ſine miſeriâ: ubi erit gaudium, quod nec oculus vidit, &c.* Item: * *Sancti duplicem glorificationis ſtolam habebunt, unam ſpiritus: & alteram carnis. Stola ſpiritus in tribus conſiſtit cognitione, dilectione, delectatione. Stola carnis conſiſtit in quatuor: claritate, ſubtilitate, agilitate, impaſſibilitate.*

* Serm. 3 in omnium Sanctorum. * in feſto Gregor.

BONAVENTURA: * *Duodecim ſunt fructus gloriæ immortalis: ſanitas abſque infirmitate; juventus ſinè ſenectute; ſatietas ſine faſtidio; libertas ſine ſervitute; pulcritudo abſque deformitate; impaſſibilitas, & immortalitas; abundantia ſinè indigentia; ſecuritas abſque timore; cognitio abſque ignorantiâ; gloria ſine ignominiâ; gaudium ſinè triſtitiâ. Sed de iſto gaudio etiam cauſa ſunt notanda, quare Sancti gaudebunt: ſcilicet loco amœnitas quam poſſidebunt, jucunda ſocietas in quâ regnabunt, corporis glorificatio, quam habebunt; Mundus, quem contempſerunt, Infernus quem evaſerunt. Item in illâ cœleſti gloriâ, conſideranda ſunt alia tria, multis ſuſpiriis affectanda: ſcilicet amœniſſima civitas, amantiſſima ſocietas, ampliſſima felicitas. Civitas iſta eſt glorioſiſſima ſpecialiter in tribus: habet enim figuram valde ſpecioſam, menſuram ſpatioſam, ſtructuram valde pretioſam.*

* Diæt. 9 cap. 50.

THOMAS: * *Sicut homo ſuam primam perfectionem, ſcilicet animam, acquirit ex verbo Dei: ita ultimam ſuam perfectionem, quæ eſt perfecta hominis felicitas, immediatè habet à Deo, & in ipſo. Quod patet ex hoc quod naturale hominis deſiderium in nullo alio quietari poteſt, niſi in ſolo Deo. Innatum eſt homini, ut ex tanto deſiderio quodammodo moveatur, ad inquirendum cauſas: nec quieſcit illud deſiderium, quouſque perventum fuerit ad primam cauſam, quæ Deus eſt. Ergo oportet, quòd, ſicut prima perfectio hominis, quæ eſt anima rationalis, excedit formas materiæ corporalis: ita ultima perfectio, ad quam homo poteſt pervenire, quæ eſt beatitudo vitæ æternæ, excedit facultatem totius humanæ naturæ.* Item: * *Finis totius humanæ vitæ, eſt beatitudo, quam omnes appetunt. Unde, in quantum in rebus humanis eſt aliquid, participans quamcunque beatitudinis cognitionem, veræ vel apparentis, habet principalitatem quandam in genere finium.* Item: * *Hæc beatis cedent in cumulum gaudii, ſcilicet plenitudo ſuæ gloriæ, plena ſocietas cœleſtis curiæ, & complacentia divinæ juſtitiæ.* Item: * *Cum gloria datur in patriâ & verè, qui ibi erunt, beati erunt, cum propter plenitudinem totius dulcedinis, tum propter ſecuritatem inamiſſibilitatis.* Et: * *Poſt reſurrectionem, ex hoc ipſo, quòd anima glorificata erit, per viſionem Dei apertam, & plenam fruitionem, corpus glorioſæ animæ unitum, glorioſum reddetur, impaſſibile, & immortale.* Et: * *In ultimo ſtatu, poſt reſurrectionem, anima communicabit quodammodò corpori ea, quæ ſunt ſibi propria, in quantum eſt ſpiritus: immortalitatem quidem, quantum ad omnes, impaſſibilitatem verò & gloriam, & virtutem, quantum ad bonos: quorum corpora ſpiritualia dicentur. Unde, poſt reſurrectionem, homines cibis non indigebunt.* Item: * *Dicitur Johan. 14.* * In domo Patris mei manſiones multæ ſunt &c. *Per quas, ut Auguſtinus dicit, diverſæ meritorum dignitates intelliguntur, in vitâ æternâ. Dignitas autem vitæ æternæ, quæ pro merito datur, eſt ipſa beatitudo. Ergo ſunt diverſi gradus beatitudinis; & non omnium eſt æqualis beatitudo.* Item: *In ratione beatitudinis duo includuntur, ſcilicet ipſe finis ultimus, qui eſt ſummum bonum; & adeptio vel fruitio ipſius boni. Quantum igitur ad ipſum bonum, quod eſt beatitudinis objectum & cauſa, non poteſt eſſe una beatitudo alia major: quia non eſt niſi unum ſummum bonum, Deus ſcilicet, cujus fruitione ſunt homines beati. Sed quantum ad adeptionem hujuſmodi boni, vel fruitionem poteſt aliquis alio eſſe beatior: quia, quanto magis hoc bono fruitur, tanto beatior eſt. Contingit autem, aliquem beatius frui Deo, quam alium, ex eo, quod eſt melius diſpoſitus vel ordinatus ad ejus fruitionem: & ſecundum hoc poteſt aliquis alio beatior eſſe.* Et: * *Vita æterna nihil aliud eſt quam cognoſcere Deum. Unde dicit Dominus, Johan. 17.* * Hæc eſt vita æterna, &c. *Hæc autem cognitio Dei* incipit hîc per fidem, ſed perficietur in vitâ futura, … ſcimus eum, ſicuti eſt.

* in diſtinct. de Veritate Theologiæ … 4. 10. * ib. de Avaritia. a. 3. * ibid. a. 6. * ibid. a. 19. * c. Theol. … 1. 4. * 1 Sum. q. 97 a. 2. * ibid. q. 5. a. 2. * verſ. 2. * Kanoſs. … cap. 1. * verſ. 3.

ALBERTUS: * *Sanctorum converſatio eſt cum Angelis in cœlo.* Item: * *Eſt autem hæc requies animarum, in viſione veritatis, in amore bonitatis, & in … ſecuritate æternitatis. Primum reſpondet fidei; ſecundum charitati; tertium ſpei.*

* in Luc. * in Matt. cap. 11.

ÆGIDIUS: * *In ipſo cœlo empyreo, quaſi in quâdam flammâ, non ab ardore, ſed à ſplendore, … corpora beatorum … lucidiora iſto cœlo. & erunt quaſi quidam ignes, & quaſi quodam ſtellæ illum cœlum ſe mutuò videntia in ipſo cœlo. Quia propter diaphaneitatem, & propter ſplendiditatem propriorum corporum, unum non celabitur altero: ſed ſimul gaudebunt, & lætabuntur ex mutuâ viſione.*

* li. 2. Hex. cap. 23.

¶ De Sinu Abrahæ, ALBERTUS ait: * *Sinus Abrahæ, eſt regnum cœlorum, in quo beati collocantur, in manſionibus ibi à Chriſto paratis.*

* in Luc. cap. 1.

DE INFERNO.

ALEXANDER inquit: * *Infernus uno modo dicitur locus, & eſt nomen loci infimi, deputati animabus damnatis. & hoc modo dicebantur Sancti deſcendiſſe ad inferos, vel in infernum, & anima Chriſti. Alio modo dicitur actus, & maximè pœnalis: ut magis ſit nomen pœnæ, quam loci. & ſecundum hoc, Dæmones, exiſtentes in iſto aere caliginoſo, dicuntur eſſe in inferno, ratione pœnæ.*

* P. 3. q. … m. 4.

INNOCENTIUS ait: * *In ſacrâ Scripturâ, Infernus quandoque dicitur, miſeria præſentis vitæ. Quandoque vitiorum profundum. Quandoq; impius, qui trahit alium ad interitum. Quandoque hiatus terræ. Quandoque locus pœnarum: cujus duæ ſunt partes; inferior, & ſuperior. Superior, dicebatur limbus inferni, vel ſinus Abrahæ. Inferior autem, dicitur Tartarus, vel Gehenna. In hoc quidem inferno, nullus Domino confitetur. Infernus eſt & ipſe Diabolus.*

* in Pſal. 2. pœnit.

BONAVENTURA ait: * *Infernus non eſt habitatio Dei; ſed dæmonum. Ipſa namque habitatio, loco gaudii, habet remorſum conſcientiæ: loco lucis, habet tenebras ignorantiæ. loco amoris ordinati, habet ignem concupiſcentiæ.*

* Diæt. 5. cap. 24.

THOMAS: * *Dicitur autem Infernus, abyſſus; quia caret candore, & omni gaudio; & quia caret fundamento, id eſt, fine pœnarum.* Et: * *Infernus quandoque nominat locum, aliquando nominat ſupplicium.*

* in Apoc. cap. 9. * … Hebr. … 21.

ALBERTUS: * *Infernus dicitur ſuperbia Diaboli.*

* in Luc. c. …

¶ Qualis ſit Infernus, INNOCENTIUS ait: * *Damnatorum reſtis ex tribus funiculis contexitur, qui ſunt: Obſcuritas tenebrarum, acerbitas pœnarum, diuturnitas miſeriarum.* Item: * *Sicut ovis non carpit herbam; ſed paſcit: ut herba ſemper renaſcatur ad paſtum: ita Infernus non conſumit hominem, ſed affligit: ut homo ſemper vivat ad mortem.* Item: * *Pœnæ autem infernales ſecundum diverſa peccata ſunt diverſæ. Prima eſt ignis: ſecunda frigus. De his dixit Dominus,* † Ibi erit fletus & ſtridor. *Fletus, propter fumum ignis: ſtridor, propter frigus. Tertia, fœtor. Quarta, vermes indeſinentes. Quinta, mallei percutientes. Sexta, tenebræ palpabiles, exteriores & interiores. Septima, confuſio peccatorum. Octava, horribilis viſio dæmonum, qui videbuntur in excuſſione ſcintillarum, de igne aſcendentium. Nona, ignea catena, quibus impii ſingulis membris conſtringentur. Prima, eſt concupiſcentium: ſecunda, malitioſorum: tertia, luxurioſorum: quarta, invidorum: quinta, eorum, qui in hoc ſeculo per flagella non meruerunt caſtigari, quia tentaverunt & exacerbaverunt Dominum: ſexta, eorum, qui in tenebris ambulantes, ad lumen verum, ſcilicet Chriſtum, venire contempſerunt: ſeptima, confitentium peccata ſua, & pœnitentiam contemnentium: octava, illorum, qui in hoc ſeculo libenter vident mala, & faciunt: nona, illorum, qui per ſingula vitia ſunt defluxi, qui ambulant in deſideriis ſuis, & eunt poſt concupiſcentias ſuas.* Item: * *Erit tanta in reprobis mentis oblivio; tanta cæcitas animi; tanta confuſio rationis: ut rarò, vel nunquam, ad cogitandum quicquam de Deo, poſſint aſſurgere. nedum ad conſitendum valeant aſpirare.*

* Com. … * Serm. … conv. Pauli. * lib. 3 de Contemptu Mundi. cap. 4. † Matt. 22. verſ. 13. * ibid. c. 7.

BONAVENTURA ait: * *In Scripturâ, novem pœnæ infernales inveniuntur. Pœna prima, eſt ignis: ſecunda, vermis. Ignis ardebit carnem: vermis ardebit mentem. Tertia pœna, eſt fœtor. IV. Frigus. V. Fames maxima. Ibi enim eſt tanta inopia quod neque guttam aquæ poterunt habere. VI. Tortor, vel potius tortores. VII. Horror. IIX. Tenebræ, in quibus incarcerabuntur*

* Diæt. 5. cap. 49.

& liga-

[illegible]tur reprobi. Item: Pœna, & quasi principalis, erit do[illegible] quia in illis pœnis non solum erit acerbitas, sed contrarietas. Deinde, quatuor sunt causæ doloris. Prima est, quia amiserunt [illegible]na temporalia hujus Mundi. Secunda causa, quia tempus perdiderunt. Damnati enim darent libenter totum Mundum, pro uno momento temporis si possent habere, ad pœnitendum. Tertia [ca]usa est, quia visionem & gloriam Dei perdiderunt. Quarta causa est, quia inferni vilitatem & miseriam acquisierunt. Est enim locus infernalis tenebrosus & perniciosus: quod erit maxima pœna divitibus, & hominibus voluptuosis, & magnatibus: quia in vita habuerunt domos sine fumo; ibi erit summus sentinum. Præterea, ibi est pœnarum diuturnitas. Pœnæ infernales erunt diuturnæ, imò sempiternæ. Deinde in inferno est pœnarum universitas. Sunt enim quidam dicere volentes, quòd in inferno universæ partes hominis, tam corporis, quam animæ, post diem judicii, erunt in igne. Nunc autem videmus, quòd homo non posset, sine maximo tormento, ignem in parte unius digiti sustinere, per unam horam. quantus ergo dolor, quando totus homo ardebit in igne? Ultimò, istæ pœnæ infernales erunt inutiles, & infructuosæ. Pœna enim præsentis vitæ brevis est, levis, & fructuosa: sed illa erit longissima, & gravissima, & infructuosa. Quia, etsi damnatus flendo tantum de lacrymis emitteret, quantum est de aqua in mari: non sufficeret, ad lavandam maculam unius peccati mortalis. Item: * Pœna infernalis est in loco corporali deorsum: in quo æternaliter affligentur omnes reprobi, tam homines, quam spiritus mali. Affligentur autem eodem igne corporali, qui cruciabit & affliget spiritus, & etiam corpora: nec tamen corpora illa consumet, sed semper affliget alios plùs, & alios minùs, secundùm exigentiam meritorum. Hujusmodi autem afflictioni ignis conjuncta erit pœna vermis & carentia visionis Dei. itáque in his pœnis erit varietas, & cum varietate acerbitas; & cum acerbitate interminabilitas: ut ad reproborum supplicium, tormentorum fumus ascendat in sæcula sæculorum.

* Brevil. p. 7. c. 6.

THOMAS ait: * Corpora damnatorum erunt incorruptibilia, quamvis sint passibilia. Incorruptibilitatis autem prima causa, & principalis, est justitia divina: quæ conservabit corpora damnatorum in pœnis perpetuis. Item: * Damnati, in inferno existentes, post diem judicii, memores erunt gloriæ Sanctorum, quam ante judicium, & in judicio, viderunt: & sic cognoscent, eos esse in maxima gloria, quamvis non videant ipsos beatos, nec gloriam eorum: & ita invidia torquebuntur. Et sic afflictio, quæ est in eis nunc, ex tali visione, manebit, visione sublata: de quo etiam magis dolebunt; videntes se etiam visione Sanctorum indignos reputatos. Item: * Maxima pœna erit, hominem a beatitudine excludi: post hanc autem, virtute privari, & perfectione quacunque naturalium virtutum animæ, ad bene agendum: dehinc naturalium potentiarum deordinatio: post hoc autem, corporis nocumentum: demum autem, exteriorum bonorum sublatio. Et: * Illi, qui sunt in Inferno, retinebunt perversam voluntatem, aversam a Dei justitia in hoc, quòd diligunt ea, pro quibus puniuntur; & vellent eis uti, si possent. & odiunt pœnas, quæ pro hujusmodi peccatis infliguntur. Dolent tamen etiam de peccatis, quæ commiserunt: non quia ipsa odiant, sed quia pro eis puniuntur. Sic ergo talis detestatio divinæ justitiæ, est in eis interior cordis blasphemia. Et credibile est, quòd post resurrectionem erit in eis etiam vocalis blasphemia: sicut in Sanctis, vocalis laus Dei.

* Quodl. 7. a. 11.
* Quodl. 8. a. 16.
* Contra Gent. cap. 145.
* 2 Sec. q. 13. a. 4.

ALBERTUS: * Pœna æterna est ideò, quia voluntas peccandi est æterna. Cum enim aliquis, causâ finalis impœnitentiæ, in peccato moritur: voluntas ejus in malo obstinatur; & in æternum, propter hoc, gratiæ insusceptibilis efficitur. & ideò nunquam peccatum aliquod ab eo solvitur: & cùm pœna peccatum insequatur; consequens est, ut in æternum puniatur.

* in Matt. cap. 7.

ÆGIDIUS ait: * Ignis inferni, in virtute Dei, agit in animam intentionaliter, immutando ipsam, secundum quem modum eam affligit & cruciat. & ut magis ad punctum descendamus, dicamus, quòd animæ peccatorum, quia suam rationem & [su]um intellectum, supposuerunt rebus materialibus, & sensibus: dignum est, ut intellectus in eis fungatur vice sensûs. Et sicut naturalis ignis potest immutare sensum, causando intentionalem immutationem: sic ignis inferni causabit, virtute divinâ, intellectum animæ separatæ, vel causabit, in intellectu spiritûs maligni, intentionalem quandam immutationem, propter quam verè affligitur anima: sicut verè affligitur caro, propter immutationem intentionalem, factam in sensu. Item: Sicut Deus, in beatis, est omnia in omnibus: quia, quicquid homo desiderabit erit in Deo, sive suum desiderium [i]mpletum: sic ignis in[ferni], in animâ separatâ, est quodammodò omnia in omnibus, quantum ad afflictionem: quia ille, [vi]rtute divinâ, affligit intellectum, qui fungitur vice sensûs, ut [quod] non po[ssi]t de aliquo cogitare. Dicemus ergo, quòd sic affligitur anima per ignem, sicut nunc caro per ignem.

* de Infern. cap. 12.

¶ De Animabus veterum THOMAS ait: * Ad infernum animæ omnium hominum de[scende]bant, etiam justorum, ante Christum: licet justi ibi pœnas sensibiles non paterentur, sed solum tenebras. alii verò, & pœnas, & tenebras. Item: * [O]mnes Antiqui, ante Redemptoris adventum, ad inferna descendebant: sed quidam, adversitatibus pressi in vitâ. non ju[cun]dè, [sed] per multas amaritudines, ad inferna descendebant, sicut Jacob [ai]t: Descendam ad filium meum lugens in in[fe]rnum. Sed [et] qui prosperitate vigent usque ad mortem, qu[i] ad pu[n]ct[um], ad inferna descendunt, propter multa ina[nia q]u[æ faciun]t.

* in Job. cap. 10.
* ibid. cap. 21.

ALBERTUS: * Dicendum, quod limbus Patrum erat in tenebris, quo ad hoc, quod visionem Dei non habebant: [...] quod lucis habuerunt gratiam interiorem, propter [...] fidem, [et] spem, quâ Redemptorem exspectaverunt.

* in Luc. cap. 16.

ÆGIDIUS: * Ante Christi passionem, erat clausa janua regni cœlestis: quia nondum solutum erat pretium pro peccato primi hominis, prout fuit infectio totius humanæ naturæ: pro quo purus homo satisfacere non potuit.

* de Infern. cap. 15.

¶ De Gaudio [Beat]orum super impiis, inquit idem THOMAS: * De damnatione Impiorum est loqui tripliciter, aut in quantum afflictio, aut in quantum pœna infertur ex divino judicio, aut in quantum, post ipsorum damnationem, complebitur Sanctorum retributio. Primo modo non gaudent Sancti de malorum damnatione: non enim placet eis eorum [...]. in afflictio. Sed secundo modo & tertio, exsultant de e[orum d]amnati[one], per comparationem ad divinam justitiam cui concordant, & ad propriam gloriam quam amant.

* in Apoc. 18.

¶ Qui sint in inferno, THOMAS ait: * Diabolus detinet animas reproborum in inferno. & ita Diabolus tenet eas simul, & Infernum.

* in Apoc. 20.

ALBERTUS: * In inferno projici jubentur servi nequam.

* in Matth. 25.

¶ De loco Inferni, ait THOMAS: * Quidam sunt [...] terrâ: ut dæmones, & damnati homines. Item: * Infernus est [...] sub terram.

* in Job. [...]
* in Apoc. 9.

ÆGIDIUS ait: * Est itaque Infernus, corporalis locus, quia est locus infimus. & ille ignis est corporalis ignis. Anima autem, exuta corpore, non est localiter, id est per commensurationem, sicut corpora, quæ commensurantur loco: sed solum per applicationem virtutis ad infernalem ignem.

* de Infern. cap. 14.

¶ De Purgatorio inquit ALEXANDER: * Ut anima purgetur igne purgatorio, requiritur, quòd ignis ille habeat virtutem supra naturam, quod sit aliquid purgabile in anim[a], & gratia fides, quâ vitium, vel labes animæ, purgabilis sit. Quia, nisi esset gratia, ignis ille non haberet potestatem purgandi, sed solum puniendi. Item: * Licet ignis purgatorius non opponatur reatui: tamen, in quantum data est sibi ipsi virtus purgandi animas, a reliquiis peccati aliquibus, ignis purgatorius, & ipsa anima, habent quodammodò illud genus oppositionis, quæ est inter activum & passivum. Unde ignis purgatorius, non dicitur purgare pœnam sive reatum, ad quem tenetur ex commissione peccati, sed ipsam animam, aliquo modo maculatam ex peccato commisso.

* P. 4. q. 80. m. 3. a. 5.
* ibid. q. 83. m. 4. a. 4.

INNOCENTIUS ait: * Non puniar me igne purgatorio: in quo tanta erit incendii vehementia, quòd quasi fortè [...] etiam in electos. cùm minor pœna, quæ erit in [illo ign]e, [exce]dat major quamlibet pœnâ, quæ est in hoc Mundo.

* in Psal. 3. pœn.

BONAVENTURA: * Ignis purgatorius est ignis corporalis, quo tantum spiritus justorum qui in hac vita non [im]pleverunt pœnitentiam, & satisfactionem condignam affliguntur, secundum plus & minus; secundum quod plus de cremabili secum ex hac vitâ traxerunt. Affliguntur autem minus graviter quàm in inferno, & magis graviter quàm in hoc Mundo. Non tamen graviter, quando sperent, & sciant se non esse in inferno: [...] licèt, præ pœnarum magnitudine, hoc aliquoties non advertant. Hac autem afflictione, ab igne corporali eis inflicta, purgantur spiritus a reatibus & sordibus, & etiam reliquiis peccatorum: quibus sufficienter expurgatis, immediatè evolant & introducuntur [...]

* Brevil. p. 7. c. 2.

riam Paradisi. de * facit tres locos, sive receptacula, post hanc vitam, ad peccata hominum punienda, secundùm triplex genus peccati. Est enim locus purgatorius: & hic debetur peccato veniali. Est limbus: & hic debetur peccato originali. Est infernus: & hic debetur peccato mortali.

* Centiloq. p. 4. c. 8.

Thomas ait: * Est universalis Ecclesiæ consuetudo, quæ pro defunctis orat. quæ quidem oratio inutilis esset: si Purgatorium post mortem non ponatur. Non enim orat Ecclesia pro his, qui jam sunt in termino boni vel mali. sed pro his, qui nondum ad terminum pervenerunt. Item: * Remissio venialis peccati in Purgatorio, quantum ad pœnam, est ex parte purgatorii: quia hoc patiendo exsolvit, quod debet; & ita cessat reatus. Sed quantum ad culpam, non remittitur per pœnam: nec secundùm quod actus sustinetur, quia non est meritoria; neq; secundùm quod recogitatur. Non enim esset motus charitatis, quòd aliquis detestaretur peccatum veniale, propter pœnam: sed magis esset motus timoris servilis, vel naturalis. Remittitur ergo in purgatorio veniale, quantum ad culpam, virtute gratiæ. Item: Status Purgatorii, medius est quidem, quantum ad aliqua, inter statum præsentis vitæ, & statum gloriæ: non tamen quantum ad hoc, quòd sit ibi culpa sine pœnâ; vel pœna sine culpâ. Item: * Una pars est, quæ incepit pœnitentiam, & complevit: huic statim redditur paradisus. Alia, quæ incepit; sed non complevit: huic debetur purgatorium. Alia, quæ nec incepit finaliter, nec complevit: cui debetur infernum. Et: * Similiter etiam contingit, aliquos ex hac vitâ decedere, sine peccato mortali, sed tamen cum peccato veniali: per quod ab ultimo fine non avertuntur, licèt circa ea, quæ sunt ad finem, indebitè inhærendo, peccaverint. Quæ quidem peccata, in quibusdam viris perfectis, ex fervore charitatis purgantur: in aliis oportet, per aliquam pœnam, hujusmodi peccata purgari. Quia ad vitam æternam non perducitur; nisi qui ab omni peccato & defectu fuerit immunis. Oportet igitur ponere purgatorias pœnas, post hanc vitam. Habent autem istæ pœnæ, quod sunt purgatoriæ, ex conditione eorum, qui eas patiuntur: in quibus est charitas; per quam suam voluntatem divinæ voluntati conformant: ex cujus charitatis virtute, pœnæ, quas patiuntur, eis ad purgationem prosunt. Unde in his, qui sine charitate sunt, sicut in damnatis, pœnæ non purgant; sed semper imperfectio peccati remanet: & ideò pœna semper durat.

* li. 4. contra Gentil. cap. 91.
* in disput. de Peccato veniali, ar. 11.
* in Apoc. cap. 9.
* Compend. Theol. c. 181.

Albertus: * Purgatorium igitur, alius est ex ordine justitiæ, determinantis locum pœnitentiæ eis, qui in culpâ est, & ad plenum non satisfacit; & alius ex dispensatione. Primo modo, non est nisi unus locus purgatorii: quem puto esse superiorem partem inferni, habentem in se affligens ad purgationem, cum aliquâ consolatione spei, de futura per misericordiam liberatione. Ex dispensatione autem, multa sunt loca purgatoria.

* sup. 4. Sententiarum, dist. 20.

Ægidius ait: * Præter Paradisum & Infernum, est dare tertium locum, id est, Purgatorium. Cùm enim multi decedant cum charitate & gratiâ: tamen, quia non sufficientem pœnitentiam egerunt in hoc Mundo de peccatis suis, & quia nullum malum impunitum, sicut nec bonum irremuneratum: oportet, sic se habentes post hanc vitam, alias pœnas tolerare, & paradisum introire; ut salvi fiant sic, quasi per ignem. Non ergo omnes pœnæ purgatoriæ sunt, ut videtur Plato sensisse, prout ei Augustinus imponit. quia in vitâ istâ pœnæ purgatoriæ sunt: quia aliqui flagellantur in vitâ istâ, nec ex hoc pœnitent: sed ex hoc incipit quasi eorum damnatio. Et: Est ergo triplicem locum dare: videlicet Paradisum, qui est decedentium cum gratiâ, & non-habentium ad purgandum. Est & Purgatorium: qui est decedentium cum gratiâ, & habentium ad purgandum. Est & Infernus damnatorum: qui est decedentium sine gratiâ, & non-valentium Purgatorium recipere. Item: Præter Paradisum, Infernum, & Purgatorium, est dare Limbum puerorum, qui est quartus locus. Sed decedentes in actuali peccato, digni sunt, ut tormentis & pœnis æternis plectantur. Insuper, præter omnia hæc tria loca, ante Christi adventum, erat dare alium locum, scilicet sanctorum Patrum Limbum. Omnibus enim, ante Christi passionem, erat clausa janua regni cœlestis. ideò ibant ad Limbum sanctorum Patrum: quem Christus exspoliavit, ducens secum ad cœlos captivatos. Nunc autem nullus ad talem locum accedit.

* de Inferno. cap. 15.

CAPUT V.

DE HÆRESIBUS.

ALBIENSES.

Hæreticos Albienses, alii Albianos, alii Albingenses, alii Albigesios nominant: vel ab autore, ut Sabellicus censet, vel a loco Galliæ, sic dicti. Albanos igitur, cum hisce Albingensibus, unam & eandem sectam fuisse, existimamus. Vocarunt eos & Bagnolenses, Bajolenses, Concordenses, vel Cozorenses. *Bernhardus Lucelburgensis, & Antoninus.**

Exorti sunt circa annum Domini 1206.

Primùm quidem cœpit ista hæresis Romæ. *Sabellicus,* Hermannus Schedel.**

* Part. 4. tit. 11. c. 7.
* Enn. 9. lib. 6.
* Antoni.

Sed postea latè propagata est hæc secta. In-primis verò Tolosanum Comitatum occupavit: in quo non tantùm plebeii homines, sed etiam illustres viri, huic se sententiæ adjunxerunt.

Angliam quoque ista hæresis invasit, *teste Londinensi Chronico.*

Dolendum autem est, capita & fundamenta hujus sectæ, non esse à Scriptoribus accuratè consignata. Multa enim sunt, quæ suspicionem movent, longè aliter ipsos docuisse; quàm adversarii ipsorum annotarunt. Sed nos hæc recensemus, sicuti sunt in literas relata.

Quædam autem à Manichæis, quædam verò ex Origene περὶ ἀρχῶν, eos sumsisse, ferunt. Sic igitur docuerunt.

De Deo.

Duo esse principia; Deum videlicet bonum, & malum: hoc est, Diabolum, qui omnia corpora creet; & bonum Deum, qui animas creet. *Cæsarius Cisterciensis.**

* in Dialog. dist. 5.

De Cœna Domini.

Christi corpus non aliter esse in pane, quàm aliis in rebus. *Aemylius.**

* lib. 6.

De Baptismo.

Baptismum abjiciunt. *Cæsarius.*

De Oratione in templis.

Ire in ecclesias, vel in eis orare, nihil prodesse. *Cæsarius.*

De Ecclesiâ.

Episcopos papales, cœtum sceleratorum, & Ecclesiam pontificiam, cœtum infernorum esse.

De Conjugio.

Matrimonia damnabant: promiscuos concubitus eosq; nefarios, sanctos ducebant.

De Resurrectione.

Corporum resurrectionem negant. Quicquid beneficii mortuis, à vivis impenditur, irrident. *Cæsarius.*

De Animâ.

Animas defunctorum hominum transire asserunt, per diversa corpora; etiam animalium & serpentum, si malè vixerint: sin bene, in Principis, aut alterius illustris personæ, corpus. *Cæsarius.*

De Cibo.

Carnem comedi prohibent. *Vincentius.**

* li. 30. c. 9.

Porrò, tribuit *Bernhardus Lucelburgensis* Albingensibus planè Cynicos mores: quòd nimirum Euangelium, urinâ conspersum, de muro in hostes projecerint, multis additis convitiis.

¶ Albanensibus tribuuntur ista dogmata, ex libro Inquisit. Hemerici.

De Veteri Testamento.

Vetus Testamentum non esse a Deo.

De Deo.

Duo esse principia: unum bonum; alterum malum. Bonum Deum vivificare, & non occidere. Malum Deum vilificare, & occidere corpora.

De Christo.

Christum non esse Deum. Non assumsisse carnem de Virgine; sed è cœlo carnem duxisse.

Quòd non fuerit verus homo; nec verè comederit: nec habuerit veras pœnalitates: non passus sit in cruce, nec resurrexerit; nec ascenderit.

De Spiritu sancto.

Hominem posse dare Spiritum sanctum.

De Mundo.

Mundum semper fuisse, semper futurum.

De Homine.

Quòd ante Christi adventum, non fuerint aliqui boni homines.

De Animâ.

Deum nec creare, nec infundere animas.

De Mose.

Quòd Moses fuerit malus.

De Adam.

Quòd Adam non fuerit à Deo.

De Peccato.

Peccatum non esse à libero arbitrio.

De Peccato originali.

Peccatum originale esse nihil.

De Confessione.

Post peccatum, non posse aliquem confiteri.

De Sacramento.

Sacramento obesse malam vitam Prælatorum.
Sacramentum altaris, & extremæ unctionis, esse nihil.

De Baptismo.

Baptismum nullius esse efficaciæ.

De Ecclesiâ.

Ecclesiam non posse aliquid possidere, nisi in cōmuni.
Non posse excommunicare.
Non debere persequi malos.
Non posse facere constitutiones.

De Matrimonio.

Conjugium esse malum.

De Usurâ.

Usuram non esse prohibitam.
Ablata non restituenda.

De Resurrectione.

Non esse resurrectionem corporum.

CONFUTATIO.

Innocentius III. Papa Romanus, ad istam hæresin exstirpandam, anno Domini 1207. duodecim Abbates, Cisterciensis ordinis, in terram Albiensium mittit. Estq; bis etiam additus Didacus, Oxoniensis episcopus: qui secum habuit Dominicum; à quo postea novus ordo est institutus, atq; cognominatus: *ut habet Martini Chronicon.*

Synodalis epistola Concilii Basiliensis narrat, Dominicum, apud fanum Jovis, sub judicibus deputatis, publicè cum Albingentibus disputâsse. Utinam verò historia ejus colloquii extaret! Ex eâ enim judicium, de totâ controversiâ, planius fieri posset.]

Sed quia Albienses, istorum Legatorum doctrinæ & institutioni cedere nollent: Pontifex Romanus etiam arma in eos excitat; ac jubet, cædibus ac vastationibus, crudelissimè Hæreticos de medio tolli. Utq; hoc eò ardentiùs fieret: cruce eos donat atque insignit, atq; peculiariter sanctificat; qui arma adversùs Albienses sumerent: magnosque reditus passim indicit atque corrogat; quibus exercitus foveri possint. Curam autem belli gerendi, pro suo pontificali culmine, (scilicet pro more S. Petri, qui Malcho aurem in horto præcidebat) Leopoldo VI Austriæ Duci, & Simoni Comiti Montefortis, demandat. Hisce porrò ex Hispaniâ, Italiâ, Galliâ, & Germaniâ, plurimos alios adjungit. Nam Monarchæ illi pontificiali, sanctitatis nomine omnia imperanti, quilibet eo tempore obtemperare studebat; imò & cogebatur. Habet autem & Legatos suos Pontifex in exercitu, qui, ejus loco, consilia bellica gubernarent.

Biteras igitur primùm copiæ ducuntur. Legati autem papales, atro carbone deditos isti sectæ notant: jubentque, ut vel sponte suâ urbe excedant; vel ex eâ pellantur. Id verò cùm non fieret: urbs vi capta, & promiscua cædes facta est; hoc est, innocentes cum nocentibus sunt trucidati.

Carcasso deinde occupatâ, solis vestibus incolæ jubentur egredi: reliqui prædæ patent.

In Castro Minervæ, centum-quinquaginta viri cremati sunt vivi.

A Albiæ anno [illegible] initio desiderunt. verum cùm dogmata [illegible], de quibus controvertebatur, retinerent, capite plexi sunt autores defectionis.

Vauro quoque vi capto, Præfectus reste suspensus est: Nobiles secuti percussi: nec mulieribus, Pontificis Legati pepercerunt. Nam Giraldam, ejus oppidi principem fœminam, in puteum præcipitatam, saxis desuper injectis, enecarunt. *Vincentius* ait, eam ex fratre vel filio concepisse.

B Carcum, Apistagium, Galliacum, Caufacum, Fanum Marcelli, Fanum Antonii, Modacum, & alia oppida, vi expugnata sunt, ingenti strage editâ.

¶ Eodem tempore, Parisiis, quatuordecim, inter quos etiam sacerdotes erant, hæreseos istius arguuntur; ac decem igni traduntur. *Vincentius.** [* l. 29. c. 106.]

Londini, unum de hac sectâ combustum esse, circa annum 1210. *Balæus ex Londin. Chronico* refert.

¶ Anno Domini 1211. Pennente Agenois castrum, diu obsessum, traditur. Septuaginta-quatuor milites suspendio perimuntur: cæteri, revocare detrectantes, igni comburuntur. *Vincentius.** [* l. 30. c. 2.]

C ¶ Anno 1213. Francis aliis bellis implicitis, Albienses respirare iterum incipiunt. Raimundo, Tolosatium Comiti, & Petrus, Tarraconensium Rex, in auxilium venit. Is cùm ad Mirellum super Garumnam accessisset: mox Fulsatium Convenarumque Comites, cum suâ nobilitate, se ei jungunt. Simon autem, apud quem erant pontifices Tolosatium, Agatensium, Lodovensium, Convenarum, pulsi in exsilium, quàmvis esset impar viribus; jubet illos pontifices preces fundere: ipse, prælio se committens, victoriâ

D potitur: viginti-millibus hominum cæsis ex parte adversâ; ex suis autem militibus vix uno desiderato: *ut Scriptores quidam annotant.*

Vincentius autem ità narrat: * Regem Arragonum, & Comitem S. Ægidii, & Comitem Fali, Simonem Montisfortis obsedisse, in castro Murello: ibique commisso prælio, Simonem fudisse circiter 17000. hominum; tantùm octo ex suâ parte amissis. [* l. 30. c. 9.]

¶ Avenionenses, isti sectæ adstipulantes, Ludovicus IIX. Rex Francorum, cùm aliâ ratione ab eâ sententiâ deduci

E non possent; anno demum septimo, bello adortus, mœnia solo æquavit; trecentasque domos evertit. Indè digressus, cùm animo statuisset, ulteriùs Albienses persequi, morbo correptus, obiit. *Michael Ritius.* * Facta sunt hæc circiter 1228. annum Domini. *Robertus Gaguinus, & Polydorus Virgilius.* [* lib. 2. de Reg. Franc.]

¶ Duravit autem ista hæresis, ab anno septimo, usque ad ultimum pontificatûs Innocentii III. *Blondus.** [* l. 6. Dec. 2.]

ALMARICANI.

F Almaricus Carnotensis fuit. *Martinus.* Parisiis sua dogmata sparsit. *Vincentius.** Circa annum Domini 1204. sub Ottone IV. *Cæsarius.** *Tilius* annum 1208. assignat. [* l. 9. c. 107.] [* Dial. dist. 5]

DOGMATA ALMARICO ASSIGNATA, sunt ista.

De Deo.

Deum esse essentiam omnium creaturarum, & esse omnium. *Martinus.*

G *Itèm:* Sicut lux non videtur in se; sed in aëre: sic Deus, nec ab angelo, nec ab homine, videtur in se, sed tantum in creaturis. *Martinus.*

Itèm: *Deum esse animam cœli. Thomas Aquinas.*

De Patre.

Patris potestatem duràsse, quamdiu viguit lex Mosaica. *Vincentius.** [* l. 29. c. 107.]

Robertus Gaguinus * *sic refert.* Patris omnipotentiam Christi adventu desiisse: Christi verò doctrinam, Spiritûs sancti accessu exoletam esse. [* lib. 6.]

De Creaturis.

H Ideò finem omnium dici Deum; quia omnia sint reversura in eum: ut in Deo immutabiliter quiescant; & unum individuum atque incommutabile in eo permaneant. *Martinus.*

Itèm: Sicut alterius naturæ non Abraham, alterius

[illegible] ed unum & [illegible] em sunt [illegible] ita omnia esse unum. *Martinus.*

De Ideis.

Ideas in mente di[v]inâ, & creare, & creari. *Martinus.*

De Homine.

Si homo non pecc[a]sset, in duplicem sexum partitum non fu[i]sse, nec gen[er]âsse. Sed quemadmodum angeli, ita & homines multiplicatos fuisse. I[t]ẽm, post resurrectionem, utrumque sexum vicissim [illegible]vendum. Et talem fuisse Christum, post resurrectionem *Martinus.*

De Peccato.

In charitate constituti[s] nullum peccatũ imputari. *Martinus. Vincentius fi[c] recitat:* Id, [illegible] peccatum esse, si fieret in charitate, jam non esse peccatum dicendum.

De Sacramentis.

Sacramenta novi Testamenti, [v]iguisse tantùm ad missionem usq; Spiritûs sancti, quemadmodum Sacramenta veteris Testamenti, tantùm ad Christum usq; mansissent. Baptismum itaque & Eucharistiam, locum ampliùs non habere. *Vincentius.*

De Cœnâ sacrâ.

Corpus Christi non aliter esse in pane altaris, quàm in alio pane, & in qualibet re. *Cæsarius.*

De Membris Christi.

Quemlibet teneri credere, se esse membrum Christi; & hunc e[ss]e unum de articulis fidei. *Vincentius.*

De Verbo.

Unumquenque, per gratiam Spiritûs sancti, tantùm interiùs, sine aliquo exteriori actu, inspiratam, salvari posse. *Vincentius.*

Item: Deum locutum fuisse in Ovidio; sicut in Augustino. *Cæsarius.*

De Vita licentiâ.

Omnem turpitudinem perpetrabant, hoc ipso prætextu: quia in charitate constitutis nullum peccatum imputetur. *Martinus.*

De Statuis & Altaribus.

Altaria, Sanctos, statuas & imagines thurificare, idololatriam esse. *Cæsarius. Lutzelburgensis.*

De Resurrectione.

Resurrectionem corporum non futuram. *Cæsarius, Lutzelburgensis.*

De Inferno.

Paradisum & Infernum negabant. Sed qui haberet cognitionem Dei in se, quam ipse, haberet in se paradisum. Qui verò peccatum mortale haberet; infernum haberet in se, sicut dentem putridum in ore. *Cæsarius, Lutzelburgensis.*

CONFUTATIO.

Opponunt autem, sese, primùm Parisi[i]s, episcopus Petrus, & Schola in eo loco: eumque damnant. Hac igitur necessitate adactus Almaricus, ad Romanum præsulem [i]ter suscipit. Sed jubetur Parisios reverti; atque ibi recan[ta]re quæ protulerat. id quod ore magis, quam corde, præstitit. Nam nihilominùs in suâ sententiâ perseveravit: ac multos habuit suæ sententiæ adstipulatores. *Vincentius.*[*] *Robertus Gaguinus.*

¶ Postea & Innocentius III. anno Domini 1215. in Concilio Lateranensi,[*] his verbis Almaricum damnat: *Reprobamus etiam & damnamus perversissimum dogma impii Almarici: cujus mentem sic pater mendacii excæcav[it], ut ejus doctrina, non tam hæretica censenda sit, quam in[s]ana.*

cap. 2[illegible]

¶ Parisiis igitur subornatur ab Episcopo & Guarino fratre, Regis Philippi Consiliario, quidam Magister Radu[l]phus de Namurcio, cal[li]ditate mirâ præditus. Is, fictâ simplicitate, ad præ[ci]puos hujus sectæ homines accedens, sin[u]l[a]te eju[s] [illegible] esse [illegible] [illegible]utatur dogmata & se[cr]eta omnia [illegible] ac deprehendit, sacerdotes, clericos, & laico[s] utriusque sexû[s] [illegible] sententiæ deditos. Eos igitur omnes prodit. Convocato autem con[cil]io, convicti, degradati [illegible] [illegible]ti igneq; extra portam sunt combusti. [M]ulieri[bu]s tamen, ac simp[l]icioribus, qui ab aliis seducti fuerunt, [ve]nia data est. *Vincentius. Robertus Gaguinus. Nauclerus. & alii.*

¶ Huc referendum existimamus quod [illegible] narrat: Anno Domini [illegible] in [illegible], errorem, tum [illegible]ter nobil[es], tum [pl]ebejos, inva[sisse], [l]icitum es[se] carnem in Quadragesima, & sexti[s] [illegible] anni comed[ere]. *Item* Quicquid peccarent homines [me]mbris infra um[bili]cum, licitum id [e]sse; quia fieret se[cundu]m naturam. Ac mi[si]sse eos quotanni[s] Mediolanum, ejus e[rr]oris authoribus, aliquem censum. Circiter oct[og]inta ver[ò], ab Episcopo Argentinensi captos, igniq; tradito esse.

¶ Forte & Desiderius Longobardus huc pertinet: quem ideò Hæresiarcham vocant, qu[o]d statum eorum damnârit, qui, relictis omnibus, sponte suâ paupertatis ordines suscipere voluerunt. Nam ordines humano[s] pro articulis fidei, hoc seculo plerique habuerunt. *Bernhardus. Lutzelburgensis.*

JOHANNES DE ARGENTINA.

ANno Domini 12[illegible]. sub Friderico II. Imperatore, Cunradus Portuensis, in Alemaniam ablegatus, ut excitaret cruce-signatos, ad negotium de Terrâ [san]ctâ recuperandâ, prædicatores aliquot emittit, ad hominum animos inflammandos. Inter eos autem est unus J[o]hannes de Argentinâ dictus, qui gravissime in peccata invehitur: idque eo fine, ut plures ad [su]sceptionem cruci[s] adigeret. Docebat enim, crucem suscipientes, hoc est, isti professioni & bello se-se dedentes, omnia sua scelera expiare; & animas flagitiosas ex purgatorio liberare. Hac doctrinâ nonnulli abusi, petulanter dixerunt: *Faciam igitur scelera; & postea crucis receptione ero ab iis emundatus.* Sic Engilbertus, archiepiscopus Coloniensis, interfectus esse fertur. *Urspergensis sub Friderico.*

PSEUDO-CHRISTUS.

ANno Domini 1222. Pseudochristus quidam, stigmata vulnerum in corpore suo ostentans, Oxonienti Synodo oblatus est, Stephano Cantuariensi archiepiscopo. Nec defuit ei Maria, ejusdem farinæ. Sed damnatus est in eâ Synodo, quia docuerat se Christum esse; & (*ut Ranulphus habet*[*]) apud Albirburgk crucifixus. *Balæus,*[*] *ex Londinense Chronico & Lelando.*

[illegible] *[illegible] cap. [illegible] Append.*

FLAGELLANTES.

ANno Domini 1261. in Thusciâ, Romæ, & passim in Italiâ, circiter mille-ducenti confluxerant: qui bini & bini incedentes, etiam Argentoratum venerunt; semet-ipsos, denudato tergis, immaniter flagris cædentes. Accesserunt autem Argentorati mille-quingenti. *Argentoratense Chronicon & Paralipomena Urspergensis.*

Anno 1298. venerunt Argentoratum viginti-octo, albis vestibus, facie coopertâ: qui ad omnes ecclesias eundo, se-se flagellabant. *Ibidem.*

ALGAZEL.

DOcuit, hanc solam pœnam reddi peccatoribus; ut affligantur pro amissione ultimi finis. *Thomas.*[*]

[illegible] Gent. [illegible]

PATARENI SEU GAZARI.

IN partibus Tholosanis, hæretici fuerunt, Patareni, Pa[illegible]eni, Passageni, Paterini, & Gazari dicti, fortè [a]b autoribus. Qui, Hominem in statu conjugali salvari non posse, docuerunt.

Hinc igitur apparet, Catharos, Tatianos, & Martianos fuisse. Refutati sunt in Concilio Lateranensi.

Romæ, in Cœnâ Domini excommunicantur. *Extra de Hæreticis, c. Excommunicamus.*

MARONITÆ.

A Marone cognominati sunt Maronitæ.

Unam duntaxat in Christo esse voluntatem, & operationem, docent.

Utuntur linguâ Chaldaicâ, vel Saracenicâ. Ac fuerunt a reliquâ Ecclesia, rciter annos quingentos, separati. Tandem verò abjurat[â] hæresi se Romanæ Ecclesiæ iterum adjunxerunt. ac fuit [e]orum Patriarcha in Conci[li]o Romæ, sub Innocentio III. *Bernhardus Lutzelburgensis.*

ARMENI.

DE Armeniis quoq; in superiori Centuriâ dictum est. Quæ nam autem dogmata, & quo ritus [ha]buerint, [In]nocentio[*] adscribemus.

[illegible]

D[illegible]

De Christo.

N[illegible] modo [illegible] ced[illegible] uni[illegible] Chri[illegible] esse[illegible].

[illegible] Christum resurrexisse in vespere sabbati Paschae.

De Conjugio.

Docent, uxorem defuncti sacerdotis non posse alii nubere an[illegible]us.

De Purgatorio.

De Purgatorio nihil credunt.

RITUS.

Armeni in sabbato Paschae comedunt ova; & caseum [illegible]e pe[illegible]e. [illegible] n. post Pascha comedunt carnes, per omnes sextas ferias, quae sunt septem usq; ad Pentecosten. Diem natalis Domini ne[illegible]unt; nullaque festa vel vigilias custodiunt; nec quatuor tempora noverunt. Per totam Quadragesimam nec celebrant, nisi die sabbati, vel dominicâ: quia dicunt, hominem jejunium frangere, quoties celebrat. Propter hanc etiam causam, in sextis feriis non celebrant: ne scilicet jejunium frangant. Diebus autem, quibus carnem comedunt, celebrant: quia tunc non jejunant.

Multa verò faciunt jejunia, in septimanâ ante Septuagesimam; quod dicitur jejunium S. Zargnis: à secundâ feriâ, usque ad sabbatum, jejunare incipiunt; & in sabbato, & in dominicâ die, carnes comedunt. Idem & in hebdomadâ sequenti faciunt, in quartis & sextis feriis.

Oleum & pisces non comedunt; nec bibunt vinum: nec etiam, per totam Quadragesimam, plus faciunt illum. qui in Quadragesimâ comedit pisces vel oleum, aut bibit vinum, a[illegible]erunt, quam [illegible]los, qui ad lupanar vadunt.

Porrò, in septimanâ ante Quinquagesimam, ità strictè jejunant: quòd in secundâ feriâ penitus abstinent. In die Martis tamen, aliquid sinè oleo & vino manducant: & in die Mercurii iterum jejunant. In die Jovis, comedunt semel. In die Veneris, omninò nihil. Et in sabbato, comedunt carnes. E[illegible] quidem jejunium faciunt majores.

Infantes autem duorum mensium, sacrificio communicant, & quos[illegible] et ind[illegible]enter.

In sacrificio aquam non apponunt: in lepore & urso, & corniculis, & hujusmodi, sicut Graeci, judaizant: & in calicibus vitreis & ligneis celebrant. Quidam etiam celebrant sinè paramentis, & sacerdotalibus vestimentis omninò: quidam cum infulâ: quidam cum Diacono & Subdiacono. Sed, si [illegible]od festum in sabbato, vel dominicâ eveniat, commemo[illegible]onem inde faciunt tantum: sed (ut dictum [illegible]) nullum celebrant festum.

Si uxor alicujus adulteraverit, statim episcopus dat ei licentiam, accip[illegible] alia[m]: & accipit.

Monachi quoque & Abbates, & Episcopi, potationibus vacant; etiam plùs quàm laici. Sunt etiam Monachi ac Presbyteri, publici usurarii, & Simoniaci. Multiq; illorum sacerdotes in di[vi]nationibus errant, & inspectione granorum, & hujusmodi. &c.

DE DISSENSIONE INTER GEORgianos & Armenos.

Dicunt (*inquit Vincentius* *) Georgiani; quòd in articulis 30. discordant à fide catholica ipsi Armeni: tantumq; odium inter Georgianos & Armenos exsistit; quòd Georgianus dicit: Si quis nostrûm habeat spinam in pede infixam, transiens ante Armenianorum ecclesiam; spinam sustinere, nec se ad pedem suum evellendi causa inclinare debet: ne per hoc videatur ante Armenianorum ecclesiam, ab omnibus Christianis vilipendendam, inclinare.

Bernhardus Lutzelburgensis sic scribit: Armeni proprium habent primatem quem Catholicum appellant; cui obe[illegible], ve[l]uti alteri P[apae]. In celebratione natalis Domini errant: quia in die E[piph]aniae nativitatem Domini celebrant. Quadragesimam observant strictè: Sacerdotes eorum in [illegible]s, aquam [v]ino non apponunt: sicut nec Graeci. C[lerici] [po]rtant coronas latas & rotundas: & Laici eo[rum] [illegible] capi[illegible] in modum crucis. In sextis feriis carnes comedunt: & Surianis contrariantur.

MANICHAEI.

PEtru[s] Martyr V[eronensis] Parentes habuit, qui haeresin Manichae[or]um sectabantur. *Hermannus Schedel.* *

ARIANI.

HOc etiam tempore Arianos fuisse, haec-ipsa historia testatur: quia anno Domini 125[illegible] pridie Calendas Maii, Petrus Martyr Veronensis, ab Arianis trucidatur. *Hermannus Schedel, & Bergomensis.* *

DE BEGARDIS ET BEGINI[S].

BEgardi, Beginae, & Bi[z]ochi, Fratricellorum sectae accensentur, sub Johanne X[X]II.

DOGMATA.

Ad vitae licentiam pleraque eorum dogmata pertinent. Cùm autem in *Clementinis, tit. de Haereticis,* * recenseantur: inde putavimus describenda esse, his verbis.

Primò, quòd homo, in vitâ praesenti, tantum & talem perfectionis gradum possit acquirere: ut reddatur penitus impeccabilis; & ampliùs in gratia proficere non valeat. Nam (ut dicunt) si quis semper posset proficere; posset aliquis Christo perfectior inveniri.

Secundò, quòd jejunare non oportet hominem, nec orare; postquam gradum perfectionis hujusmodi fuerit assecutus. quia tunc sensualitas est ita perfectè spiritui & rationi subjecta; quòd homo potest liberè corpori concedere, quicquid placet.

Tertiò, quòd illi, qui sunt in praedicto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, non sunt humanae subjecti obedientiae; nec ad aliqua praecepta Ecclesiae obligantur. Quia, (ut asserunt) ubi spiritus Domini, ibi libertas.

Quartò, quòd homo potest ità finalem beatitudinem, secundùm omnem gradum perfectionis, in praesenti assequi; sicut eam in vitâ obtinebit beatâ.

Quintò, quòd quaelibet intellectualis natura in se-ipsâ naturaliter est beata: quodque anima non indiget lu[mi]ne gloriae, ipsam elevan[te] ad Deum videndum, & eo beatè fruendum.

Sextò, quòd, se in actibus exercere virtutum, est hominis imperfecti: & perfecta anima licentiat à se virtutes.

Septimò quòd mulieris osculum cùm ad hoc natura non inclinet, est mortale peccatum. Actus autem carna[lis] cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est; maximè cum tentatur exercens.

Octavò, quòd in elevatione corporis Jesu Christi, non debent assurgere, nec eidem reverentiam exhibere: asserentes, quòd esset imperfectionis eisdem, si à puritate & altitudine suae contemplationis tantum descenderent, quòd circa ministerium, seu sacramentum Eucharistiae, aut circa passionem humanitatis Christi, aliqua cogitarent.

DE RITIBUS EORUM.

Capitio demisso incedunt: faciem semper cooperiunt: lautè bibunt & comedunt: convivia quaerunt: consortium mulierum non respuunt: in ecclesiâ sedent in terra, vultu verso ad parietem: oculos ad coelum non elevant. *Bernhardus Lutzelburgensis.*

NICOLAITAE.

ANno Domini 1230. in Italiâ, Longobardiâ, Galliâ, Alemaniâ, prope Coloniam, & multis aliis in locis, non tam nomine, quàm re-ipsâ, erant Nicolaitae. Existimamus autem Begardos & Fratricellos fuisse.

Horum impudicos mores *Trithemius* ita describit: * Erant eis matres, uxores, & filiae, omnibus semper communes. Ecclesiam & Praelatos contemnebant. Carnes etiam in Quadragesimâ manducabant: & multa mala faciebant, in errorem suum trahentes, quoscunque potuissent. Singulis annis, ex Alemanniâ, Galliâ, Italiâ, censum annalem transmittere Mediolanum, ubi diversarum haeresium & errorum primatus agebatur, solebant. Capti autem quidam ex eis in civitate Argentinensi, coram omni populo & clero confessi publicè fuerunt, quod tantus eo-

* *ibid.* * *Antas. 6* * *lib. 19.* * *c. Ad nostrum.* * *in Chron. Hirsaug.*

[illegible] nume [illegible] omni [illegible], ut [illegible] ci [illegible] ai e M[illegible]iolanum statueret omni nocte hospitem tecta e[illegible]rum inveniret [illegible] cui [illegible] d[illegible]o [illegible] niæ essent communia, mater uxor, h[illegible]. Habebantq; [illegible] una par[illegible]ula circa [illegible] ad m[illegible]rum aut supra tecta per quæ habitationes c[illegible]m[illegible]icum suorum invenire poterant.

ABBATIS JOACHIMI
errores.

*cap. 2.

IN Concilio Lateranensi,* quod anno Domini [illegible] Innocentius III. cel[illegible]ravit, recitatur [illegible]ror Joachimi, post ejus mortem. Ver[illegible] hæc sunt.

Damnamus ergo & reprobamus libellum sive tractatum, quem Abbas Joachim edidit, contra magistrum Petrum Lombardum, de unitate seu essentia Trinitatis, appe[illegible]ans ipsum hæreticum & in[illegible]anum. pro eo, quòd in suis di[illegible] Sente[illegible]tiis: quomodo quadam summa res est, Pater & Filius & [illegible]piritus sanctus, & illa non e[illegible] generans, neque genita nec procedens. Unde asserit, quòd ille non tam trinitatem quam quaternitatem, adstruebat in Deo: videlicet tres personas, & illam communem essentiam, quasi quartam. man[illegible] protestans, quòd nulla res est, quæ sit Pater & Filius & [illegible]piritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura. quamvis concedat, quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sunt una essentia, una substantia, unaq; natura. Verum unitatem hujusmodi, non veram & propriam, sed quasi collectivam & similitudinariam esse fatetur: quemadmodum dicuntur multi homines unus populus. & multi fideles una Ecclesia. juxta illud: Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. &:* Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum illo. item:* Qui plantat, & qui rigat, unum sunt. &:* Omnes unum corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum:* Populus meus & populus tuus unū sunt. Ad hanc autem sententiam adstruendam. illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euangelio.* Volo, Pater, ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus: ut sint consummati in unum. Non enim, ut ait, fideles Christi sunt unum, id est, una quædam res, quæ communis sit omnibus: sed hoc modò sunt unum, id est, una Ecclesia, propter catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnum, propter unionem indissolubilis charitatis. Quemadmodū in canonica Johannis epistola legitur:* Quia tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Statimq; [illegible]ungitur:* Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis: & tres sunt unum. Sicut in codicibus quibusdam invenitur.*

*Acto. 4. vers. 32.
*1 Corint. 6 vers. 17.
*1 Corint. 3. v. 8.
*Roman. 12 vers. 5.
*[illegible] v. 4.
*Johan. 17. v. 21, 22, 23.
*cap. 5. v. 7.
*vers. 8.
*cap 99.

¶ *Henricus Erfurdiensis, in suo Chronico,** plures opiniones Joachimi consignat. Sic enim inquit:

Invenitur etiam liber, qui dicitur Euangelium æternum, vel Doctrina Joachimi, erroribus plenus: de quo breviter hæc extrahuntur.

Errores primæ partis Euangelii, quæ appellatur Præparatorium in Euangelium æternum.

Primus est: *quod Euangelium æternum, quod idem est quod doctrina Joachimi, excellit doctrinam Christi, & omne vetus & novum Testamentum.*

Secundus est *quod Euangelium Christi, non est Euangelium regni, ac per hoc nec ædificatorium Ecclesiæ.*

Tertius est. *quod novum Testamentum sit evacuandum, sicut vetus evacuatum est.*

Quartus est: *quod Euangelium Christi non durabit in virtute sua, nisi per sex annos proximè futuros, id est, usque ad annum Domini 1260. id est, usque ad annum Richardi Regis Romanorum 6. Ex quo claret, quod liber iste anno Friderici II. ultimo, vel 44 publicatus est.*

Quintus error est *quod illi, qui erunt ultra tempus prædictum, non tenentur recipere novum Testamentum.*

Sextus est *quod Euangelio [illegible] Christi aliud Euangelium succedit & similiter per contrarium, sacerdotio Christi aliud sacerdotium suc[illegible]et.*

[illegible] *est simpliciter [illegible] idoneus, ad instruendum homines de spiritualibus; n[illegible] qui nudo pedibus [illegible]unt*

[illegible] quæ [illegible]ellatur Concordantia veteris & novi Testamenti [illegible] veritatem contra hos errores.

De primo [illegible] *hujus partis, extrahitur iste: Q[illegible] quantumcunque Dominus affligat Judæos in hoc Mundo, tamen aliquos reservabit, quibus benefaciet in fine & manentibus in Judaismo*

Secundus est: *quod Ecclesia nondum peperit nec pariet filios, ante [illegible] nem re[illegible] n, quod [illegible]etur post sex annos proximè sequentes. & per hoc datur intelligi quod religio Christiana, quæ jam multos peperit vocatos ad [illegible]em Christi, non est Ecclesia.*

De secundo libro *ejusdem partis, errores isti extrahuntur.*

Primus est: *quod Euangelium Christi neminem ducat ad perfectum.*

Secundus est: *quod, adveniente Euangelio Spiritûs sancti, sive clarescente opere Joachimi quod dicitur Euangelium æternum, evacuabitur Euangelium Christi.*

Tertius est: *quod spiritualis intelligentia novi Testamenti, etsi judicat, temerarium est judicium & non est acq[illegible] tandum judicio ejus: & quòd ipsa Romana Ecclesia animalis est, & non spiritualis.*

Quartus est. *quod tertius ordo electorum qui s[illegible] undum hunc librum est ordo Religiosorum) non tenetur e[illegible]xponere [illegible] pro defensione fidei, ac pro conservatione cultus Christi in aliis hominibus.*

Quintus est: *quod recessus Ecclesiæ Græcorum à Romanâ Ecclesia, fuit de Sp[illegible] [illegible] ac per hoc intelligi. quod viri spirituales non tenentur obedire [illegible] Romanæ, nec acquiescere ejus judicio, etiam in his, quæ Dei sunt.*

Sextus est: *quod Papa Græcus magis ambulat secundum spiritum, quàm Papa Latinus. & per hoc magis est ei adhærendum, quam Papæ Romanæ Ecclesiæ.*

Septimus est: *quòd sunt Filius operatur salutem Populi Latinus sive Populi Romani, quia ipsi m repræsentat: ita Spiritus sanctus operatur salutem Populi Græci, quia ipsum repræsentat. ac per hoc datur intelligi, quod Pater salvat populum Judaicum, quia ipsum repræsentat.*

Octavus est: *quod, sicut veniente Johanne Baptistâ, ea, quæ præcesserunt, reputata sunt vetera, propter nova supervenientia: ita adveniente tempore Spiritûs sancti, sive tertio statu Mundi, ea, quæ præcesserunt, reputabuntur vetera, propter nova supervenient. per quod datur intelligi, quod novum Testamentum reputabitur vetus, & projicietur.*

De tertio libro *hujus partis, unus error extrahitur: videlicet. quod Spiritus sanctus accepit aliquid ab Ecclesia, sicut Christus, in quantum homo, a Spiritu sancto.*

De quarto libro *ejusdem partis, in primo tractatu, inveniuntur errores duo.*

Primus est, *studium enumerandi & concordandi genealogias carnales, quæ fuerunt in primo statu Mundi; & spirituales status secundi Mundi. contra Apostolum, dicentem:** Rogavi, ut denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, neq; intenderent fabulis & genealogiis interminatis.

*1 Tim. 1. v. 3. 4.

Secundus est, *studium manifestandi momenta & tempora eorum, quæ venient in secundo statu Mundi. contra id Actorum** Non est vestrum, nosse tempora, vel momenta, &c.

*cap. 1. v. 7

In secundo verò tractatu ejusdem libri, errores inveniuntur duo.

Primus est: *quòd Christus, & sancti Apostoli ejus, non fuerunt perfecti, in vitâ contemplantium.*

Secundus est *quod activa vita, usque ad Joachim fructuosa fuit sed modo fructuosior non est. Contemplativa vero, ab ipso Joachim fructificare cœpit, & amodo, in perfectis successoribus ipsius, perfectius manebit. & per hoc datur intelligi, quod ordo electorum ad quem pertinet a[illegible] vita, amodo non fructificabit, in ædificatione & conservatione Ecclesiæ: sed ordo Monachorum amodo in hoc fructificabit.*

De quinto libro [illegible] *partis, in tractatu de [illegible] diebus, inveniuntur quatuor val[illegible] [illegible] diligenter examinanda*

P[illegible]imus est: *quod [illegible] de ordine Religiosorum futurum [illegible] præ[illegible]eretur omnibus or[illegible]dinibus, dignitate & glori[illegible] in quo implebitur promissio primi [illegible]: Et dominabitur a ma[illegible] ad mare. & quod dicta promissio prius non convalescet, quam ordo clericorum desinet parere.*

Tertius est: *quod ordo parvulorum est ille ordo, in quo implebitur dicta promissio.*

Qua[illegible]

Quartum est: quòd, sicut in primo statu, commissum fuit regimen totius Ecclesiæ, à Patre, aliquibus de ordine conjugatorum; in quo autorizatus fuit iste ordo: & in secundo statu, commissum fuit aliquibus de ordine clericorum à Filio, in quo ab ipso glorificatus fuit iste ordo: sic in tertio statu, committetur alicui, vel aliquibus, de ordine Monachorum, à Spiritu sancto, in quo ab ipso Spiritu ille ordo clarificabitur.

Item, in eodem quinto libro, in tractatu de Job, invenitur unum valde suspectum: videlicet, quòd nulli, qui præsunt collegiis monachorum, diebus istis cogitare debent de recessu à secularibus, & parare se ad revertendum, ad antiquum populum Judæorum.

Item ibidem, in tractatu de Joseph & Pincerna, cui somnium aperuit, invenitur: quòd prædicatores quidam erunt dignitatis & autoritatis majoris, quam primitiva Ecclesia Apostoli.

*Item, in eodem tractatu, de generibus hominum, videlicet Israeliticis, Aegyptiis, Babyloniis, invenitur: quòd prædicatores & doctores religiosi, quando infestabuntur à clericis, transeant ad infideles: & timendum, ne ad hoc transeant, ut congregent eos in prælium contra Romanam Ecclesiam, juxta doctrinam beati Johannis, Apocal.16.**

* vers.14.

¶ *Notandum autem est, quòd pluribus videtur liber iste, qui dicitur Evangelium æternum, non fuisse Joachim: sed aliquis, vel aliqui moderni temporis, composuerunt illum.*

Item in eodem libro invenitur; quòd sacramenta novæ legis evacuabuntur, in tertio statu Mundi. Quia per evacuationem Sacramenti altaris, infert evacuationem aliorum Sacramentorum.

Item ibidem, in tractatu de historia Judith, invenitur; quòd Sacramenta novæ legis durabunt à modò, nisi per sex annos. Hæc ex Evangelio æterno. Quæ quidem cuilibet Lectori æstimanda relinquimus.

REFUTATIO.

In Concilio Lateranensi, * Joachimus his verbis refutatur.

* cap.2.

*Nos autem, sacro & universali Concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro: quòd una quædam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres simul personæ; ac singulatim quælibet earundem. & ideò in Deo trinitas est solummodò, non quaternitas: quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, sive natura divina; quæ sola est universorum principium, præter quod aliud inveniri non potest. & illa res non est generans, neque genita, nec procedens: sed est Pater, qui generat, Filius, qui gignitur, & Spiritus sanctus, qui procedit. ut distinctiones sint in personis; & unitas in natura. Licèt igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud: sed id, quod est Pater, est Filius, & Spiritus sanctus, idem omninò; ut, secundum orthodoxam & catholicam fidem, consubstantiales esse credantur. Pater enim, ab æterno filium generando, suam substantiam ei dedit; juxta quod ipse testatur:** Pater, quod dedit mihi, majus est omnibus. *Ac dici non potest, quòd partem suæ substantiæ illi dederit; & partem retinuerit ipse sibi: cùm substantia Patris indivisibilis sit; utpote simplex omninò. Sed nec dici potest, quòd Pater in Filium transtulerit suam substantiam, generando: quasi sic dederit eam filio; quòd non retinuerit ipsam sibi. alioquin desiisset esse substantia. Patet ergo, quòd sine ulla diminutione Filius, nascendo, substantiam Patris accepit: & ita Pater & Filius habent eandem substantiam. & sic eadem res est, Pater, & Filius; nec non & Spiritus sanctus, ab utroque procedens.*

* Johan 10. vers 29.

Cùm ergo Veritas, pro fidelibus suis, ad Patrem orat; Volo, *inquiens*, ut ipsi sint unum in nobis; sicut & nos unum sumus: *hoc nomen unum, pro fidelibus quidem accipitur; ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro personis verò divinis; ut attendatur identitatis in natura unitas, quemadmodum Veritas alibi ait:** Estote perfecti, sicut & Pater vester perfectus est. *ac si diceret manifestiùs: Estote perfecti, perfectione gratiæ; sicut pater vester cœlestis perfectus est, perfectione naturæ. utraque videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam, non potest tanta similitudo notari; quin inter eos major sit dissimilitudo notanda.*

* Matth 6 vers.48

Si quis igitur sententiam sive doctrinam præfati Joachimi, in hac parte, defendere vel approbare præsumserit, tanquam hæreticus ab omnibus confutetur. In nullo tamen, per hoc, Florentino monasterio, cujus ipse Joachim exstitit institutor, volumus derogari: quoniam & ibi regularis institutio est; & observantia salutaris. maximè cùm idem Joachim, omnia scripta sua nobis assignari, mandaverit, Apostolicæ sedis judicio approbanda, seu etiam corrigenda; dictans epistolam, cui propria manu subscripsit: in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quàm Romana tenet Ecclesia; quæ cunctorum fidelium, disponente Domino, mater est & magistra.

GEORGIANI.

Vincentius narrat, * in Georgia universalem episcopum (nam octodecim ibi ait episcopatus esse) chrismales episcopos creare; eorumque opera chrisma & sacramenta vendere.

* li.30.c.9

Steriles fœminas, mediante pecunia, à maritis separare.

Monachos quoq; eorum, Simoniacos & usurarios esse.

Cancellariam Georgiæ à monachos emi, & possideri.

DAVID DE DYNADO.

FAcit Davidis de Dynado mentionem, *Thomas de Aquino.**

* lib 1 contra Gent. cap 7.

Docuit, Deum esse idem, quod prima materia. Ratio est: quia, si non essent idem; oporteret differre ea aliquibus differentiis: & sic non essent simplicia. Nam in eo, quòd per differentiam ab aliquo differt, ipsa differentia compositionem facit.

¶ *Thomas* respondet: ex ignorantia ista nasci. Nam differens ad aliquid dicitur: est enim aliquo differens. Diversum aliquid dici, quod non est cum alio idem. Differentia igitur in his quærenda est, quæ in aliquo conveniunt. Quæ autem in nullo conveniunt, non differunt; sed diversa sunt. Deus autem, & materia, in nullo convenientiam habent. Ergo non sunt differentia; sed diversa.

RAYMUNDUS LULLUS.

RAymundus Lullus Catallanus, ultra quingentos errores sparsit: quos Petrus archiepiscopus Terracensis, & Nicolaus Emerici, confutarunt.

Unus est: quòd Deus multas habet essentias.

Item: quòd Deus Pater est, antequam Deus Filius. Et quòd divina essentia non est otiosa; sed essentiat: natura naturificat: bonitas bonificat, &c. Et quòd Spiritus sanctus est conceptus de Patre & Filio.

Item, interficientes hæreticos sunt injuriosi, & vitiosi. Et quòd Deus, quando sibi apparuit crucifixus, contulit sibi, pro hujus seculi tenebris illustrandis, artem istam; quæ est generalis ad omnem scientiam, & naturalem, & medicinam, & ad jura; & valet specialiter ad destruendum errores. *Bernhardus Lutzelburgensis.*

ARNOLDUS DE VILLA-NOVA.

FUit is quidem Medicus professione, in partibus Catalloniæ. Sed in religione tales ei tribuuntur errores:

Quòd natura humana, à Deo assumta, est æqualis Deo in omnibus suis: & quòd tanta sit humanitas Christi, quanta divinitas; & tantum possit.

Quòd Diabolus ingeniosè fecit, totum populum Christianum deviare à veritate Domini Jesu Christi.

Quòd fides, quam habet, est talis, qualis fides dæmonum.

Quòd totus populus Christianus ducitur ad infernum.

Quòd omnes claustrales sunt extra charitatem, & damnantur.

Quòd omnes falsificant Doctrinam Christi: & malè fecerunt Theologi, qui aliquid de Philosophia posuerunt in suis operibus, damnando totaliter Philosophiam.

Quòd opus Medicinæ plùs placeat Deo; quàm sacrificium altaris: & faciens celebrare Missas post mortem, non facit opus charitatis: & quòd in sacrificio altaris Sacerdos offerens, nihil Deo offert, neq; etiam voluntatem: & quòd in eleemosyna magis repræsentatur passio Christi, quàm sacrificio altaris.

Quòd in consultationibus Papalibus non est scientia, nisi operum humanorum.

Quòd nunquam Deus comminatus est æternam damnationem peccantibus; sed malum exemplum præbentibus.

Quòd anno ab incarnatione Domini 1335. erit Mundi finis totaliter.

¶ Istæ hæreses damnatæ sunt Trachone, per fratrem Johannem de Longolio Ordinis Prædicatorum; & per dominum Ganfredum de Crudillis, Vicarium Traebonensem, sede vacante. *Bernhardus Lutzelburgensis.*

HELONITAE.

L. 4. c. 57. Meminit Helonitarum *Thomas, contra Gentiles.** Dogma illorum erat: Sacramenta legalia, cum Euangelio esse servanda.

PRAEPOSITINUS.

1 Sum. q. 32. a. 2. Is negavit proprietates personales, & notiones in divinis. *Thomas.**

ATHOCI.

Animam dicunt perire.

Omnia peccata æqualia. *Bernhardus Lutzelburg.*

HERMANI.

Hermani, sive Hermiani, negarunt Salvatorem in carne sedere ad dextram Patris. *Bernhardus Lutzelburgensis.*

ERRORES PARISIIS *damnati.*

Stephanus Parisiensis, anno Domini 1270. hosce articulos damnavit.

Primus articulus est: quòd intellectus omnium hominum est unus & idem numero.

Secundus est: quòd illa est falsa & impropria; Homo intelligit.

Tertius est: quòd voluntas hominis ex necessitate vult, vel eligit.

Quartus: quòd omnia, quæ in inferioribus aguntur, subsunt necessitati corporum cœlestium.

Quintus: quòd Mundus est æternus.

Sextus: quòd nunquam fuit primus homo.

Septimus: quòd anima, quæ est forma hominis, secundùm quod homo, corrumpitur, corrupto corpore.

Octavus: quòd anima, separata post mortem, non patitur ab igne corporeo.

Nonus: quòd liberum arbitrium est potentia passiva; non activa: & quòd necessitate movetur ab appetibili.

Decimus: quòd Deus non cognoscit singula.

Undecimus: quòd Deus non cognoscit aliud à se.

Duodecimus: quòd humani actus non reguntur providentiâ divinâ.

Tredecimus: quòd Deus non potest dare immortalitatem, vel incorruptibilitatem, rei corruptibili vel mortali.

ISTI ARTICULI QUI SEQUUNTUR, *condemnati sunt à domino Stephano. Parisiensi episcopo de consilio Magistrorum Theologiæ, Anno Domini 1226. die dominicâ, quâ cantatur, Lætare Hierusalem: in Ecclesia Parisiensi. ubi excommunicavit in scriptu omnes illos, qui eos docuerint & defenderint. Et primò ordinantur illi, qui sunt de Deo.*

Primus: quòd Deus non sit trinus & unus: quoniam trinitas non stat cum summâ simplicitate. Ubi enim est pluralitas realis; ibi necessariò est additio & compositio. Exemplum de acervo lapidum.

Item: quòd Deus non potest generare sibi similem. Quod enim generatur ab aliquo, habet principium aliquod, à quo dependet. Et quòd in Deo, generare, non est signum perfectionis.

Itèm: quòd Deus non cognoscit alia à se.

Itèm: quòd Deus non potest dare perpetuitatē rei transmutabili vel corruptibili: ut est corpus humanum.

Itèm: quòd Deus, sinè primâ causâ, non posset producere effectum sibi æqualem; nisi temperaret suam potentiam.

Itèm: quòd Deus non posset facere plures animas in numero.

Itèm: quòd Deus nunquam plùs creavit intelligentiam, quàm modò creavit.

Item: quòd Deus est infinitæ virtutis in duratione; non in actionē. Talis enim infinitas non est, nisi in corpore infinito; si esset. Et, quòd prima causa non posset plures Mundos facere.

Itèm: quòd sinè agente proprio, ut patre, à solo Deo non posset fieri homo.

Itèm: quòd Deum, in hac vitâ mortali, possumus intelligere per essentiam.

Item: quòd Deus non potuit fecisse primam materiam; nisi mediante corpore cœlesti.

Itèm: à voluntate antiquâ non potest novum procedere, absque transmutatione præcedente.

Itèm: quòd prima causa non habet cognitionem, aut scientiam, futurorum contingentium: *Primò*, quia futura contingentia sunt non-entia. *Secundò*, quia futura contingentia sunt particularia: Deus autem cognoscit virtute intellectivâ; quæ non potest cognoscere particulare. Unde, si non esset sensus; fortè intellectus non distingueret inter Socratem & Platonem: licèt distingueret inter hominem & asinum. *Tertiò*, propter ordinem causæ ad causatum. Præscientia enim divina, est necessaria causa præscitorum. *Quarta* ratio est, ordo scientiæ ad scitum. Quàmvis enim scientia non sit causa fati: ex quo tamen scitur, determinatur ad alteram partem contradictionis. & hoc multò magis in scientiâ divinâ; quàm in scientiâ nostrâ.

Itèm: quòd primum principium non potest esse diversorum factorum hic inferiùs; nisi mediantibus aliis causis: eò quòd nullum transmutans diversimodè transmutat, nisi transmutatum.

Itèm: quòd ab uno primo agente, non potest esse multitudo effectuum.

Itèm: quòd primum principium non est causa propria æternorum, nisi metaphoricè; id est, quia conservat ea. quia, nisi esset, ea non essent.

Itèm: quòd, sicut ex materiâ non potest aliquid fieri, sinè agente: ità nec ex agente potest aliquid fieri, sinè materiâ. Et, quòd Deus non est causa efficiens; nisi respectu ejus, quod habet esse in potentiâ materiæ.

Itèm: quòd entia declinant ab ordine causæ primæ, in se consideratæ; licèt non in ordine ad reliquas causas agentes, in universo. Hoc est error: quia essentialior & inseparabilior est ordo entium ad causam primam, quàm ad causas inferiores.

Item: quòd Deus non potest esse causa novi facti; nec potest aliquid de novo producere.

Item: quòd Deus non potest movere cœlum motu recto. Et est ratio: quia tunc relinqueret vacuum.

Item: quòd Deus non potest irregulariter, id est, alio modo, quàm movet, movere aliquid: quia in eo non est diversitas voluntatis.

Itèm: quòd Deus est æternus in agendo & movendo; sicut in essendo. alioquin ab alio determinaretur; quod esset prius illo.

Itèm: illud, quod de se terminatur, ut Deus, aut semper, aut nunquam: & quòd multa sunt æterna.

Itèm: quòd Deum necesse sit facere, quicquid immediatè fit ab ipso. Error: sive intelligatur de necessitate coactionis; quia tollit libertatem arbitrii: sive de necessitate immutabilitatis; quia ponit possibilitatem aliter-faciendi.

Itèm: quòd primum principium non potest immediatè producere generalia. Quia sunt effectus novi. Effectus autem novi exigunt causam immediatam, quæ potest aliter se habere.

Item: quòd primum principium non potest aliud à se producere. Quia omnis differentia, quæ est inter agens & factum, est per naturam.

Itèm: quòd Deus nō potest immediatè cognoscere contingentia; nisi per aliam causam particularē & proximam.

Item: quòd, si omnes causæ fuerint aliquando inquietæ; necesse est ponere Deum mobilem.

Item: quòd Deus est prima & necessaria causa primæ

intelligen-

intelligentiæ; quâ positâ, ponitur effectus: & sunt simul duratione.

Item: quòd Deus non est necessaria causa motûs corporum superiorum; & conjunctionis & divisionis, contingentis in stellis.

Item: ad hoc, quòd effectus omnes sint necessarii, respectu causæ primæ, non sufficit, quòd ipsa causa prima non sit impedibilis; sed exigitur, quòd causæ mediæ non sint impedibiles. Error: quia tunc Deus non posset facere aliquem effectum novum, sinè causis posterioribus.

Item: quòd Deus possit agere contraria; hoc est, mediante corpore cœlesti, quod diversum in ubi.

Item: quòd Deus infinitus virtute: non quia faciat aliquid de nihilo; sed quia communicat motum infinitum.

Item: quòd Deus non potest in effectum causæ secundariæ, sinè ipsâ causâ secundariâ. Error.

Item: quòd effectus immediatus à primo, debet esse unus tantùm, & similimus primo.

Item: quòd Deus, vel intelligentia, non infundit scientiam animæ humanæ in somno; nisi mediante corpore cœlesti.

Item: quòd plures sunt motores primi cœli. Error.

Item: quòd primum immobile simpliciter non movet, nisi mediante aliquo motu: & quod tale movens immobile est pars moti ex se.

Item: quòd potentia activa non potest esse, sinè operatione & permixtione potentiæ passivæ. Error: si intelligatur de quacunque operatione.

Item: quòd Deus non potest individua multiplicare sub unâ specie, sinè materiâ.

Item: forma, quam oportet fieri & esse in materiâ, non potest agi ab illo, quod non agit ex materiâ.

Item: quòd Deus non potest facere accidens sinè subjecto; nec plures dimensiones simul esse.

Item: quòd impossibile simpliciter non potest fieri à Deo, vel ab agente. Error: si intelligatur de impossibili secundùm naturam, vel naturam.

Item: quòd alius est intellectus in ratione, secundùm quod Deus intelligit se & alia. Error: quia, licèt sit alia ratio intelligendi; tamen non alius intellectus secundùm rationem.

Item: quòd prima causa, est causa omnium entium remotissima. Error: si intelligatur cum præcisione; ità scilicet, quòd non propinquissima est.

Item: quòd aliqua possunt casualiter evenire, respectu primæ causæ, & quòd falsum est, omnia esse præordinata à primâ causâ: quia tunc evenirent de necessitate.

Item: quòd in causis efficientibus, causa secunda habet actionem; quam non accepit à primâ causâ.

Item: quòd in causis efficientibus, cessante causâ primâ, non cessat secunda ab operatione suâ: dum tamen secunda operetur secundùm materiam suam.

Item: quòd de Deo non potest cognosci, nisi quia est, sinè ipsum esse.

Item: quòd, Deum esse Ens per se positivè, non est intelligibile; sed privativè est ens, aut per se intelligibile.

Errores de Angelo vel Intelligentiâ.

Item: quòd omnia separata, co æterna sunt primo principio.

Item: quòd intelligentiæ superiores creant animas rationales, sinè motu cœli. Intelligentiæ autem inferiores, creant vegetativam & sensitivam, motu cœli mediante.

Item: quòd intelligentia, angelus, vel anima separata, nusquam est.

Item: substantiæ separatæ, eò quòd habent unum appetitum, non mutantur in opere aut operatione.

Item: quòd intelligentiæ, sive substantiæ separatæ, quas dicunt esse æternas, non habent propriè causam efficientem; sed metaphoricè: quia habent causam conservantem in esse, sed nō sunt factæ de novo: quia sic essent transmutabiles.

Item: quòd in substantiis separatis, nulla est possibilis transmutatio: nec sunt in potentiâ ad aliquam mutationem ad aliud; quia æternæ sunt, & immunes à materiâ.

Item: quòd substantiæ separatæ, quæ non habent materiam, per quam plùs sint in potentiâ, quàm in actu; & sunt à causâ semper eodem modo se habente: ideò sunt æternæ.

Item: quòd substantiæ separatæ, per suum intellectum creant res ad extra.

Item: quòd intelligentia, motrix cœli, influit in animam rationalem, sicut corpus cœli influit in corpus humanum.

Item: quòd angelus non potest in actus oppositos immediatè; sed in actus mediatos: & hoc, mediante alio; ut orbe, sole, vel cœlo.

Item: quòd angelus nihil intelligit de novo.

Item: quòd, si esset aliqua substantia separata, quæ non moveret aliquod corpus in hoc Mundo sensibili, non clauderetur in universo.

Item: quòd substantiæ sempiternæ, separatæ à materiâ, habent bonum; quod est eis possibile, cùm producuntur: nec desiderant aliquid, quo carent.

Item: quòd substantiæ separatæ sunt sua essentia: quia in eis idem est, quod est; & per hoc, quod est.

Item: quòd omne, quod non habet materiam, est æternum, quia, quod non est factum per transmutationem materiæ, priùs non fuit: ergo æternum.

Item: quia, si intelligentiæ non habent materiam, Deus non posset plures res ejusdem speciei facere. & quòd materia non est angelis; contra fratrem Thomam.

Item: quòd intelligentiæ superiores, non sunt causa alicujus novitatis in inferioribus. Et quòd superiores inferioribus sunt causa æternæ cognitionis.

Item: quòd intelligentia perficitur à Deo in æternitate: quia secundùm se totam immutabilis; anima autem cœli non.

Item: quòd intelligentia inferior recipit esse à Deo, per intelligentias medias.

Item: quòd scientia intelligentiæ non differt à substantiâ intelligentiæ. Ibi enim non est diversitas intelligibilitate; nec diversitas intellectorum.

Item: quòd substantiæ separatæ sunt in actu infinitæ. Infinitas enim non est impossibilis; nisi in rebus materialibus.

Item: quòd intelligentiæ superiores imprimunt in inferioribus; sicut anima una intellectiva imprimit in aliam, & in animam sensitivam. & per talem impressionem, incantator aliquis projicit camelum in foveam, solo visu.

Item: quòd intelligentia, cùm sit plena formis, imprimit alias formas in materiâ, per corpora cœlestia, tanquam per instrumenta.

Item: quòd substantiæ separatæ sunt alicubi, per operationem: & non possunt moveri ab extremo in extremum, nec medium; nisi quia possunt velle operari, aut in medio, aut in extremis. Error: si intelligatur, sinè operatione substantiam non esse in loco; nec transire de loco in locum.

Item: quòd intelligentia solâ voluntate movet cœlum.

Item: substantiæ separatæ nusquam sunt secundùm substantiam. Error: si intelligatur ita, quòd substantia sit res essendi in loco. Verum est, quòd nusquam sunt secundùm substantiam.

Errores de Animâ & Intellectu.

Item: quòd intellectus non est forma corporis; nisi sicut nauta navis: nec est perfectio essentialis hominis.

Item: quòd intellectus, quando vult, induit corpus; quando non vult, non induit.

Item: quòd ex sensitivo & intellectivo non fit unum per essentiam; nisi sicut ex intelligentia & orbe, hoc est, unum per appositionem.

Item: quòd intellectus humanus est æternus: quia est à causâ semper eodem modo se habente; & quoniam non habet materiam, per quam priùs est in potentiâ, quàm actu,

Item: quòd anima separata nullo modo patitur ab igne.

Item: quòd intellectus est unus numero omnium: licèt omninò separatur à corpore hoc; non tamen ab omni.

Item: quòd intellectus morte corrupti, non habet scientiam eorum, quæ habuit.

Item: quòd anima humana nullo modo est mobilis secundùm locum; nec per se, nec per accidens: &, si ponatur alicubi secundùm substantiam suam, nunquam movebitur de ubi ad ubi.

Item: quòd scientia animæ est terrena; & quòd intellectus agens & possibilis sunt æterni.

Item: quòd motus cœli sunt propter animam intellectivam: & quòd anima intellectiva sui intellectùs non potest educi; nisi mediante corpore.

Item: quòd nulla forma ab extrinseco veniens, potest facere unum cum materiâ. quod enim separabile est, cum eo, quod est corruptibile, unum non facit.

Item: anima separata non est alterabilis secundùm Philosophiam; licèt secundùm fidem alteretur.

Item: quòd anima rationalis, quando recedit ab animali, adhuc remanet animal unum.

Item: quòd anima intellectiva, cognoscendo se, cognoscit omnia alia. Species enim omnium rerum sibi sunt concreatæ. Sed hoc cognoscere, non debetur intellectui nostro, ut noster est; sed secundùm quod intellectus est agens. Error est.

Item: quòd anima est inseparabilis à corpore; & ad corruptionem harmoniæ corporalis, corrumpitur anima.

Item: quòd scientia magistri & discipuli, est una & eadem numero. & ratio est: quia intellectus unus est. quia forma non multiplicatur; nisi quæ educitur de potentiâ materiæ.

Item: quòd intellectus agens non copulatur nostro possibili; & quòd intellectus possibilis, non unitur nobis secundùm substantiam: &, si uniretur, ut forma; nobiscum esset inseparabilis.

Item: operatio intellectûs non-uniti copulatur corpori; ità quòd operatio est rei non-habentis formam, quà operetur. Error est: quia ponit, quòd intellectus non sit forma hominis.

Item: quòd nihil potest sciri ab intellectu, post ejus separationem.

Item: quòd intellectus, qui est postrema hominis perfectio, est penitus abstractus. Vel, quòd intellectus est ultima: vel est postrema operatio hominis; & est totaliter abstractus.

Item: quòd intellectus possibilis est inseparabilis à corpore simpliciter, quantum ad hunc actum, qui est specierum receptio; & quantum ad judicium, quod fit per simplicem specierum acceptionem, vel intelligibilium compositionem. Error: si intelligatur de receptione omnimodâ.

Item: quòd intellectus agens, est quædam substantia separata superior, ad intellectum possibilem: & quòd secundùm substantiam, potentiam, & operationem, est separatus à corpore, nec est forma corporis humani.

Item: quòd inconveniens est, ponere aliquos intellectus nobiliores aliis. quia, cùm illa diversitas non possit esse à parte corporum; oportet quòd sit à parte intelligentiarum: & sic animæ nobiles & ignobiles, essent necessariò diversarum specierum; sicut intelligentiæ. Error: quia sic anima Christi non esset nobilior animâ Judæ.

Item: quòd intellectus speculativus, simpliciter est æternus & incorruptibilis: respectu verò hujus hominis corrumpitur, corruptis phantasmatibus in eo.

Item: quòd intellectus possibilis nihil est in actu, antequam intelligat. quia, in naturâ intelligibili esse aliquid in actu, est esse actu intelligens.

Item: quòd ex intelligente & intellecto fit una substantia; & quòd intellectus sit in ipsa res intellecta formaliter.

Item: quòd nos pejùs vel meliùs intelligimus, hoc provenit ex intellectu passivo; quem dicunt esse potentiam sensitivam. Error est: quia hic ponit unum intellectum in omnibus; aut æqualitatem in omnibus animalibus.

Item: quòd intellectus non potest transire de corpore in corpus; ita quòd successivè sit motor diversorum corporum.

Item: quòd intellectus noster, per sua naturalia, potest pertingere ad cognoscendam essentiam primæ causæ. Hoc malè sonat; & est error: si intelligatur de cognitione mediatâ.

Item: quòd anima nunquam moveretur; nisi corpus moveretur: sicut grave vel leve nunquam moveretur; nisi aer moveretur.

Errores de Voluntate, sive Libero arbitrio.

Item: quòd de suâ naturâ non est determinatum ad esse, vel non-esse; non determinatur, nisi ad aliquod, quod est necessarium respectu sui. Error.

Item: quòd voluntas, manente passione & scientiâ in particulari, & in actu, non potest agere contra eam.

Item: si ratio recta; & voluntas recta. Error est: quia est contra glos. Augustini super illud Psal. 119.* *Concupivit anima mea desiderare, &c.* Et quia secundùm hoc, ad rectitudinem voluntatis, gratia non esset necessaria; sed solùm scientia: qui fuit error Pelagii.

* vers. 20.

Item: quòd, voluntate existente in tali dispositione, in quâ nata est moveri, & movere, impossibile est voluntatem non-velle.

Item: quòd morbus est causa voluntatis Medici, ut sanet.

Item: quòd voluntas & intellectus non moventur in actu per se; sed per causam sempiternam, scilicet per corpora cœlestia.

Item: quòd appetitus, cessantibus impedimentis, necessariò movetur ab appetibili. Error est de intellectivo

Item: quòd voluntas secundùm se est indeterm[illegible] opposita, sicut materia. Determinatur autem ab appet[illegible] sicut materia ab agente.

Item: quòd homo, agens ex passione, coactè agit.

Item: quòd, post conclusionem factam de aliqu[illegible] faciendo, voluntas non manet libera: & quòd pœnæ non adhibentur à lege; nisi ad correctionem ignorantiæ, & ut correctio sit aliis principium cognitionis, vel generationis.

Item: quòd voluntas hominis necessitatur per suam cognitionem; sicut appetitus bruti.

Item: quòd nullum agens est ad utrumlibet; imò determinatur.

Item: quòd effectus stellarum super liberum arbitrium, sunt occulti.

Item: quòd voluntas nostra subjacet potestati corporum cœlestium.

Item: quòd voluntas necessariò prosequitur, quod firmiter creditum est à ratione: & quòd non potest abstinere ab eo, quod ratio dictat. Hæc autem necessitas, non est coactio; sed natura voluntatis.

Item: quòd, in omnibus suis actionibus, sequitur appetitum; & semper majorem. Error est: nisi intelligatur de majore in movendo.

Item: quòd non est possibile, esse peccatum in potentiis animæ superioribus: & ità peccatur passione; & non voluntate.

Item: quòd scientia contrariorum solùm est causa, quare anima rationalis potest in opposita; nisi per accidens, & ratione alterius.

Item: quòd anima nihil vult, nisi mota ab alio; non à se. unde istud falsum est; Anima se-ipsâ vult. Error: si intelligatur mota ab alio, scilicet appetibili, vel ab objecto; ità quòd appetibile & objectum, sit tota ratio motûs voluntatis ipsius.

Item: quòd, duobus bonis propositis, quod fortius est, fortiùs movet. Error est: nisi quantum est ex parte boni moventis.

Item:

... reducuntur ad ... reatum & inte... gendo ... secundum substantiam; & non secundum ... ormationem.

Errores de Mundo, & Mundi æternitate.

Item quòd nihil est æternum a parte finis quod non sit æternum a parte principii. Quod est contra fidem; & error.

Item quòd redeuntibus corporibus cœlestibus omnibus in idem punctum, quod fit in triginta millibus) redibunt iidem effectus, qui & modo.

Item quòd non fuit primus homo, nec erit ultimus: imò semper fuit, & semper erit, hominis ex homine generatio.

Item: quòd generatio hominis est circularis: eò quod forma hominis redit pluries, super eandem partem materiæ.

Item: quòd, quia Socrates factus est non-receptibilis æternitatis; erit debet esse æternus; necesse est, ut transmutetur naturâ & specie.

Item: quòd Mundus est æternus, quantum ad omnes species in eo contentas. & quòd tempus æternum, & motus, & materia agens, & suscipiens. Quia est potentia Dei infinita: & impossibile est, innovationem esse in effectu, sine innovatione in causâ.

Item: quòd nihil esset novum, nisi cœlum esset variatum, respectu materiæ generabilium.

Item: impossibile est solvere rationes Philosophi de æternitate Mundi: nisi dicamus, quòd voluntas primi implicat incompassibilia.

Item: quòd tria sunt principia æterna in cœlestibus: subjectum motûs æterni, anima corporis cœlestis, & primum movens desideratum. Error est, quo ad duo prima.

Item: quòd Mundus est æternus. quia omne, quod habet naturam, per quam possit esse in futuro toto, habet naturam, per quam potuit esse in toto præterito.

Item: quòd Mundus, licèt sit factus ex nihilo; non tamen est factus de novo; & quamvis de non-esse exierit ad esse, non-esse non præcessit esse, duratione; sed naturâ tantum.

Item quòd Theologi, dicentes, quòd cœlum quandoque quiescit, arguunt ex falsâ suppositione. Et, quòd dicere, cœlum esse, & non-moveri, est dicere contradictoria.

Item: quòd infinitæ præcesserunt cœli revolutiones, quas non fuit impossibile comprehendi à primâ causâ, sed ab intellectu creato.

Item: quòd elementa sunt æterna; sunt tamen facta de novo, in dispositione, quam non habent.

Item: quòd, quamvis generatio hominum possit deficere, voluntate primi, tamen non deficiet. Quia orbis primus, non tantùm movet ad generationem elementorum, sed etiam hominum.

Item: si quod cœlum staret, ignis in stupam non ageret: quia nec Deus est.

Item: quòd cœlum nunquam quiescit. quia generatio inferiorum, quæ est finis motûs cœli, cessare non debet. Alia ratio: quia cœlum suum esse, & suam virtutem, habet à motore suo: & hoc conservat cœlum per suum motum. Unde, si cessaret à motu; cessaret ab esse.

Item: quòd ævum & tempus nihil sunt in re; sed solùm in apprehensione.

Item quòd, qui generat Mundum secundùm totum, ponit vacuum. Quia locus necessariò præcedit generatum in loco. Et tunc ante mundi generationem, fuisset locus sine locato: quod est vacuum.

Item: elementa pri... generatione non sunt facta ex nihilo ... sunt æterna.

Item: quod Uni... non potest deficere. quia primum ... habet transmutare materiam æternaliter, vicissim: nunc ad istam formam, nunc ad illam: & similiter ... nata est transmutari.

Item ... tempus est infinitum, quantum ad utrumque ... Licet enim impossibile sit, infinita esse pertransita, ... quod fuit pertranseundum: non tamen ... ta esse ... lita, quorum nullum ... Error.

Item ... naturalis Philosophus simpliciter debet negare Mundi æter... innititur causis & rationibus naturalibus. ... est negare Mundi æternitatem: ... causis naturalibus.

Item: quòd ... ratio Phi... demonstran motum e... æternum, ... Et ... nes profundi ... non ... fit.

Item: q... onest possibilis; quamvis contrarium ... dum ... ndum fidem.

Item: quòd non est verum, ... aliquid fiet ex nihilo vel neque factum ... in ... creatione.

Item quòd creatio non debet dici mutatio ad esse. Error: si intelligatur de omni modo mutationis.

Errores de Cœlo, & Stellis.

Item: quòd corpora cœlestia moventur a principio intrinseco, quod est anima: & quòd moventur per animam, & per virtutem appetitivam; sicut animal. Sicut enim anima appetens movetur: ita & cœlum.

Item: Corpora cœlestia ex se habent æternitatem suæ substantiæ; sed non æternitatem motûs.

Item: quòd anima cœli est ... igentia. Et orbes cœlestes sunt instrumenta intelligentiarum, sicut organa: sicut auris, & oculus, est organum virtutis sensitivæ.

Item: quòd sit humor quo humore virtutes stellarum devenirent ad talem proportionem, cujusmodi proportio est in temperamentis primorum ... arentum: ex illo humore ... generaretur homo. Et quod sufficienter posset generari ex putrefactione, vel ex putredine.

Item: O... formarum causa effectiva est orbis.

Item: Natura, quæ est principium motûs in corporibus cœlestibus, est intelligentia movens. Error: si intelligatur de naturâ, quæ ... actus vel forma.

Errores de Necessitate eventus rerum.

Item: quòd nihil a casu, sed omnia à necessitate veniunt. Et omnia futura, quæ erunt, necessitate erunt: & quæ non erunt, impossibile est esse. Et quòd nihil evenit contingenter, considerando omnes causas. Error: quia concursus causarum est de definitione casualis.

Item: quòd ex diversitate locorum, acquiruntur necessitates eventuum.

Item quòd ex diversis signis cœli, significantur diversæ conditiones in hominibus, tam bonorum aut donorum spiritualium; quàm rerum temporalium.

Item. quòd quibusdam signis aut figuris sciantur hominum intentiones, & mutationes intentionum: & an intentiones illæ perficiendæ sint. Et, quòd per tales figuras sciuntur eventus peregrinorum, captivatio hominum, aut solutio captivorum: & an nati futuri sint scientes, vel latrones.

Item quod fuerunt, quòd dispositio universi procedit ex providentiâ divinâ, non immediatè, sed ... ante ... superiorum. Et, quòd illud facit, non im... tem inferioribus; quia habent contrar... tem: sed superioribus.

Item: quòd sanitatem & infirmitatem, ... & mortem, attribuunt positioni siderum, & adspectui fortunæ dicentes, quòd si eum adspexerit fortuna, vivet: si non adspexerit, morietur. Error.

Item: quòd horâ generationis omini... in corpore suo, & per consequens in animâ, quæ sequitur ... rum superiorum & inferiorum, inest homini dispositio inclinans in tales actiones & eventus. ... igitur de eventibus naturalibus; & per viam dispositionis.

Errores de Accidente.

Item: quòd, cùm Deus non comparetur ad ens, ... ne causæ materialis vel formalis, non facit accidens ... sin-

esse sine ... de ... ratione ... in actu ... sui ... ctu, uo.

Item: quod ... ens ... sus sine subjecto non est accidens ... Et quod impossibile est, quantitatem ... in ... mensionem esse per se: hoc enim esset, ipsam esse substantiam.

Item. quod facere, accidens esse sine subjecto, habet rationem impossibilis, implicantis contradictionem, ut credimus in Eucharistia.

Item: quod Deus non posset facere accidens sine subjecto, nec ... dimensiones simul esse.

Errores de Sacra Scriptura.

Item: quod sermones Theologiæ fundati sunt in fabulis.

Item: quod nihil plus scitur, propter scire Theologiam.

Item: quod ... & ... sunt in lege Christiana, sicut & in aliis.

Item: quod lex Christiana impedit addiscere.

Item: quod lex naturalis prohibet interfectionem animalium irrationalium, licèt non tantùm.

Errores de Fide & Sacramentis.

Item: quod non est curandum de fide si dicatur aliquid esse hæreticum, quia est contra fidem.

Item: quod non est credendum, nisi per se notum, vel ex per se notis possit declarari.

Item: quod non est curandum de sepulturâ.

Item: quod non est orandum.

Item: quod non est confessio facienda, nisi ad apparentiam.

Errores de Raptu.

Item: quod raptus & visiones non habent fieri, nisi per naturam.

Errores de Vitiis & Virtutibus.

Item: quod peccata contra naturam, utpote abusus in coitu, licèt sint contra naturam speciei, non tamen contra naturam individui.

Item: quod simplex fornicatio, utpote solutus cum solutâ, non est peccatum.

Item: quod ... ignitas esset in causis superioribus, posse facere peccata, & monstra præter intentionem: cùm natura hæc posset.

Item: quod delectatio in actibus Venereis, non impedit actum sive usum intellectûs.

Item: quod continentia non est essentialiter virtus.

Item: quod perfecta abstinentia ab actu carnis, corrumpit ... & speciem.

Item: quod pauperis hominis fortuna, non potest agere ... bene moralibus.

Item: humilitas, prout ostentat ea quæ habet, sed vilipendit & humiliat se, non est virtus. Error: si intelligatur, quòd nec virtus, nec actus virtuosus.

Item: quod non sunt possibiles aliæ virtutes, nisi acquisitæ vel innatæ.

Item: quod castitas non est majus bonum, quàm perfecta abstinentia.

Item: quod finis terribilium est mors ... si excludat terrorem inferni, qui est extremus.

Errores de Resurrectione

Item: quod non contingit corpus corruptum redire idem ... ne idem ... resurget ...

Item: ... resurrectione ... ... neque consedi ... philosophum ... est investigari per rationem. Error: quia etiam ... debet capi... vare intellectum ...

Errores de Felicitate seu Beatitudine.

Item: Felicitas non potest à Deo infundi immediatè.

Item: ... Deum ... ... tatem ... & non a ... est sine ratione ...

Item ... us ... m ... intellectum

& affectum ... lestiales & m... Et ..., est ... sic ...

Item: quod ... & non...

Item: quod homo ... ortem, amittit omne bonum.

Item: quod bonum quod ... possibile est consistit in ... virtutibus intellectualibus.

FRATRICELLI.

Circa finem huius Centuriæ, anno Domini 1298. Fratricelli exorti sunt, sic dicti ab ... ne. Autor ejus sectæ fuit Hermannus Italus: cujus ... sectæ Fratricellorum exhumavit, & concremavit Bonifacius VIII. *Ursbergensis Paralipomena* annotant; à Dulcino, & Margaritâ ... sectam esse inchoatam, apud urbem Lombardiæ Novariam. Picenum autem, Umbriam ac Flamineam provinciam maximè infestavit. *Ut Bergomensis refert.*

DOGMATA.

De Animabus.

Visionem animarum ... ctarum, differri usq. ad novissimum diem. *Lucelburgensis.*

De Ecclesiâ.

Romanam Ecclesiam non esse veram. *Idem.*

De Pontificibus.

Bonifacium VIII. Johannem XXII. non legitimè creatos Pontifices. *Idem.*

RITUS.

Nocturnos agebant conventus, in locis abditis: ubi sacerdos eorum, primùm quædam, more Christianorum, ad laudem Dei canebat, deinde de suâ religione disserebat. His peractis, faciebat cui ... copiam, ruendi in amplexus promiscuos virginum & fœminarum, prout erant obviæ; extinctis ad eam confusionem luminibus. Infans autem, ex eo fœdo concubitu natus, in eam speluncam delatus, tamdiu violentis manibus trahebatur, donec animam ageret. In cujus autem manibus ex piraret, is Pontifex maximus creabatur. *Bernhardus Lucelburgensis. ex 8. lib. Saxonia.*

CONFUTATIO.

Bonifacius VIII. Fratricellos acerrimè persecutus est, anno Domini 1298. Sed delere eos penitus non potuit. *Hirsaugiensis Chron.*

Johannes XXII. sectam Fratricellorum, qui etiam Fratres de paupere vitâ, itèm Bizochi sive Beguini nuncupantur, authoritate Pontificiâ cassavit. *Extravag. tit. 7. de Religiosis domib.*

Clara etiam in Fratricellos scripsit. *Bergomensis.*

* lib. 13.

WILHELMUS DE S. AMORE.

Canonicus ... fuit Belvacensis ecclesiæ. Reprehendit autem mendicantes Monachos: ... in omnes ecclesias irrumpentes, meràque avaritiâ æstuantes, potestatem audiendi confessiones, & impertiendi absolutionem peccatis, sibi sumerent: quâ quidem licentiâ, multa ingentia scelera perpetrarent, & ... linam cujusque loc... labe tactarent.

Cùm autem Antichristus Romanus, cum suis satellitibus, hunc virum rectè sentientem oppugnarent ... rum contra Mendicantes edidit, cui titulum ... *De Periculis Mundi*: anno Domini 1255. ... ad ... it, & ... cùm hæc tristiberemus, in manibus nostri ... ebamus. Magnâ autem curâ & industriâ, graviter & nervosè, causas ... igit: cur ejusmodi ... ene Mendicantium conatus ... impii, perniciosi, scandalosi, & omnibus modis coercendi.

Sed laterem lavit: quia Antichristus non audiebat rationes; verùm pro ... arbitrio cuncta agebat: ac debebat impietas invalescere. Alexander igitur ... librum damnat, & comburi ... *Vid. Lucensis.*

Apparet igitur, hunc Wilhelmum ... doctum virum, & præter ... inter hæreticos relatum. Ut ... Lector ... pius aliquem gustum percipiat ... us ...

ne[illegible] [illegible] homin[illegible]

Qu[illegible] [illegible] d[illegible] [illegible] ipsi.

[illegible] p[illegible] ant cont[illegible] [illegible] prate [illegible] Scri[illegible] ptu[illegible] [illegible] erut in dole[illegible] [illegible] [illegible] do. cudun.

[illegible] prædicant veritat[illegible] [illegible] dolo, ad seduce[illegible] [illegible] alienos: ut eos si[illegible] sallicitant, & [illegible] ralsis e[illegible] [illegible].

4. Quod penetrant domos, i. e. [illegible] proprietates cunque: videlicet ingerendo se, ad audiendū confessiones plebium, non suarum; ut eos in suam redigant potestatem.

5. Quod, ut dominari valeant subditis alienis, vendicant nomen sine auctoritatem; vocantes Prædicatores, vel Opitulatores Ecclesiæ generales.

6. Quod excedunt mensuram potestatis; si eis potestas aliqua committatur.

7. Quòd libentiùs prædicant fidelibus jam-conversis; quàm infidelibus convertendis: eo quòd ab illis lautiùs admittuntur, & splendidius procurantur.

8. Quòd non vadunt in suam legationem; sed in alienam: videlicet ingerentes se ad Christianos habentes suos rectores.

9. Quod quærunt vanam gloriam hujus Mundi.

10. Quod commendant se-ipsos, & ostentant bona opera sua.

11. Quod præferunt se aliis hominibus, etiam religiosis.

12. Quod faciunt novas & superstitiosas traditiones, ut sanctiores aliis videantur.

13. Quòd plùs amant propriam gloriam, quàm legem Dei.

14. Quòd ostentant eloquentiam suam.

15. Quòd ostentant Philosophiam suam.

16. Quod amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

17. Quòd jactant, se fructum facere in Ecclesiâ Dei.

18. Quod jactant se de miraculis suis, vel suorum.

19. Quod arrogant sibi, quæ non faciunt.

20. Quod, per simulatam humilitatem, erigunt se ad honores in hoc Mundo.

21. Quòd ingerunt se curiis, vel amant fieri curiales.

22. Quod quærunt favorem humanum.

23. Quòd vacant amicitiis hujus seculi acquirendis.

24. Quod simulant se habere majorem zelum animarum; quam habeant Prælati Ecclesiarum.

25. Quod, ut placeant hominibus, adulantur.

26. Quod, licet sint pauperes; tamen facilè inveniunt hospitia, quod veracibus prædicatoribus & pauperibus non-facilè contingit.

27. Quòd in tribulationibus sunt impatientes.

28. Quod odiunt illos, qui volunt eos probare; utrùm sint veri Apostoli, vel pseudo apostoli.

29. Quòd im[illegible] [illegible] arguunt; sed non sustinent correctionem.

30. Quod illud quod contra perversos generaliter dicitur, contra so[illegible] specialiter suspicantur.

31. Quod super privatis injuriis judicia & lites assumunt; contra doctrinam Apostoli, & etiam Christi.

32. Quod non amant veritatem sibi asperam.

33. Quod, nolentes eos recipere, compellunt, vel compelli faciunt, ad recipiendum se, contra doctrinam Domini.

34. Quòd, contra Adversarios suos, provocant fautores suos, contra exempla verorum Apostolorum.

35. Quod amant carnaliter; contra doctrinam Euangelii.

36. Quod odiunt illos, quos criminatores suos suspicantur.

37. Quod libenter visitant domos Parentum, quæ reliquerunt contra eandem doctrinam.

38. Quòd in principio lætanter recipiuntur; sed postea respuuntur. Cujus contrarium contingit in veris Apostolis.

39. Quòd amant curare negotia aliena: ut suavius vivant.

40. Quod prædicant propter quæstum.

41. Quod importunè petunt, & indifferenter recipiunt, non solum ad neces[illegible] ates, sed etiam ad otium & voluptates.

42. Quod ege late [illegible] euangelisant contra præceptum Apostoli.

43. Quod contra doctrinam Domini, & præceptum Apostolorum, circumveniunt homines fraudulenter ut rerum blandè extorqueant.

44. Quod ad alienam mensam frequenter conveniunt, non-vocati.

45. Quod non sunt contenti oblatis cibo & potu, sed quærunt cibaria lautiora.

46. Quod cursitant de domo in domum, quærentes hospitia meliora.

47. Quod, contra doctrinam Apostoli reci[illegible] iunt bona illorum, qui, nondum emendati, in peccatis suis persistunt.

48. Quòd, contra doctrinam Apostoli, recipiunt eleemosynas illorum, qui dant propter pudorem, aut propter importunitatem magis quam propter Deum.

49. Quòd non habent oculos antè & retrò: quia deberent se ignorare pericula futura per pseudoprædicatores [illegible] penetrantes domos.

50. Quòd procurant se per majorum epistolas commendari, contra doctrinam & exemplum Apostoli.

JOHANNES DE POLIACO.

ISte fuit discipulus Wilhelmi; ac strenuè licentiam, impietatem, ac scelera Mendicantium, reprehendit. Immerito igitur inter Hæreticos est relatus.

Articuli ejus, quos creaturæ Papæ Romani Parisiis damnarunt, anno Domini 1277. sunt isti annotati.

I.

Quod confessi fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenentur, eadem peccata, quæ confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti.

II.

Quòd, stante statuto, Omnes utriusque sexûs, *edito in Concilio generali, Romanus Pontifex non potest facere; quòd parochiani non teneantur confiteri omnia peccata sua, semel in anno proprio sacerdoti; quem dicit esse Parochialem curatum. imò nec Deus posset hoc facere: quia implicat contradictionem.*

III.

Quod Papa non potest dare generalem potestatem audiendi confessiones: quando confessus habenti generalem licentiam, teneatur eadem iterum confiteri proprio sacerdoti.

ARTICULI DISCIPULORUM JOHANNIS de Poliaco.

I.

Confessus Fratri, admisso in formâ Dudum, *tenetur eadem peccata in numero iterum Curato confiteri.* Hic articulus fuit damnatus per Johannem XXV. in statuto quod incipit, Vas electionis.

II.

Conclusiones Johannis de Poliaco, damnatæ per Johannem XXII. sunt satis veræ; & a quocunque, licitè possent sufficienter teneri.

III.

Statutum Johannis XXII editum, Vas electionis, *est irritum & inane. Quia, cùm illud fecit, hæreticus erat: & per consequens quicquid fecit Johannes, sive Mendicantibus, sive Aliis, ante revocationem, inane fuit.*

IV.

Stante statuto, Omnes utriusque sexûs, *nec Deus, nec Papa, de potentia suâ potest facere; quando confessus Fratri mendicanti admisso, iterum teneatur confiteri suo Curato.*

V.

Confessio Fratribus admissis facta, est dubitalis & incerta, quapropter homines tenentur dimittere incertum; & sic solum confiteri suis sacerdotibus, curam animarum habentibus, sub pœnâ mortalis peccati.

VI.

Quàmvis Fratres admissi habeant autoritatem absolvendi, & audiendi confessiones: tamen populus subjectus non habet potestatem accedendi ad Mendicantes admissos, sinè licentia proprii sacerdotis.

VII.

Fratres, petentes privilegia pro confessionibus audiendis, & [illegible] habendis, sunt in peccato mortali. & Romani Pontifices, talia privilegia concedentes Mendicantibus, aut eadem confirmantes, sunt in peccato mortali, & excommunicati a Deo: nec sunt aut fuerunt pastores, sed fures, latrones lupi.

IIX.

Sacerdos curatus dan licentiam Mendicantibus audiendi conf ssiones,magis dispensat cum statuto. Omnes utriusque sexus:quam Papa,*dans Fratribus mendicantibus licentiam,juxta formam Decretalis Dudum.*

Hosce articulos damnavit,ut erroneos,falsos,& novos, Alexander Papa.

CAPUT VI.

DE CEREMONIIS ET RItibus Ecclesiæ.

MISSA veterum Ceremoniarum, quæ, Romanorum Pontificum, Episcoporum, & aliorum ejusdem farinæ hominum, sanctitatis quandam speciem præ se ferentium,industriâ, in Ecclesiam Christi magnis plaustris invectæ sunt, odiosâ & ad nauseam usque hactenus repetitâ commemoratione; tantùm eas,quæ hoc seculo accesserunt,Lectori subjiciendas duximus.

DE CONGRESSIBUS PUBLICIS.

AD publicos congressus habendos, nova condita leguntur templa; tum parva,tum ampliora: eaq; singulari quâdam pompâ, alicujus patroni tutelæ, more ut plurimùm ethnico,committebantur: nempe,

Vel soli Christo. Parisiis enim, ex domo Judæi cujusdam,Christo sacra ecclesia condita est,anno 1290. idq; miraculi cujusdam occasione. *Nauclerus.** S.Crucis templum, Heinricus Dux, in insulâ Uratislaviensi, è regione basilicæ,condidit.*Cromerus.**

Vel Angelis. Nam Lescus Niger,Princeps Cracoviensis, recuperatâ omni prædâ, quam ex Poloniâ secum abduxerant Lithuani & Iazyges, & cumulatâ etiam hostium cæsorum spoliis; victor in Poloniam reversus, Lublini templum,monumentum victoriæ suæ condidit: ac D.Michaëlis, quem in somnis victoriam sibi pollicentem viderat, memoriæ dedicavit. *Cromerus.** Theodoricus, Coloniensis præsul,in castro Gudesberg, templum castruit, anno 1210. idque Michaëli archangelo dedicat. *Catalogus Episcopi Coloniensis.*

Vel Mariæ. Ecclesiam enim S.Mariæ trans Tiberim Innocentius dedicat. *Chronicon Martini.* Anno 1214. Machanaria,urbis Damiatæ primaria,in ecclesiam B.Mariæ consecratur. *Blondus,** *Bonfinius.* Anno 1247. Heinricus, Landgravius Thuringiæ, Reutlingen obsedit. Cives verò, Friderico adstricti,pro liberatione.B. Virgini votum faciunt. Solutâ obsidione, beatæ Virginis (ut credebant) beneficio, cives sacellum in ejusdem honorem construunt. *Nauclerus.** Bela IV. pacato regno, ejusq; excidio sarto,B.Virginis, cujus numine se servatum credebat, Strigonii, regio sumtu exstructum templum dicat. *Bonfinius.** Barnimus, Dux Pomeranorũ, Stettini eidem condit templum. *Crantzius.* [illegible] in Marsis, Carolus, Siciliæ Rex, sub annum 1268. in honorem Deiparæ virginis,ex voto, mirâ arte construxisse dicitur templum novum. *Sabellicus.** Johannes Ducas Imperator, & ejus conjux, templa elegantissima,maximis sumtibus,amplitudine & varietate structuræ insignia, ædificarunt: Imperator quidem Magnesiæ, Deiparæ Virginis nomine, quod Sosandra dicitur, & aliud Nicææ, Magno Antonio sacrum: Imperatrix verò, intra Prusam metropolim, ad montem Olympum sitam, nomine venerandi Prophetæ, Præcursoris & Baptistæ; multis ornamentis additis, & amplis annuis reditibus adjectis: ubi monachi divino cultui dediti habitarent. quæ loca plena erant suavitate & gratiâ Spiritûs. *Nicephorus Gregoras.**

Vel Apostolorum. Nam Cunradus Coloniensis archi[illegible]pi opus, anno 1248. majorem ecclesiam S.Petro construere cœpit: cujus quidem ipse primum lapidem posuit, [illegible] igi tà Assumtionis Mariæ. *Trithemius in Chronico Hirsaugiensi.* [illegible]odem modo Theodoricus episcopus Monasteriensis, in ædificando te[illegible]lo S.[illegible]auli, primum posuit la[illegible]dem *Crant[illegible]* * B[illegible]rtochus Fuldensis,juxta Decani [illegible] des,[illegible] ac[illegible] rum c[illegible] ic fec[illegible] m: *Montazerotesse.*

Aut Martyrum m[illegible] sanctul[illegible]rum. Antoni[illegible] enim Magno sacrum condidit templum Nicææ, Johannes Duc[illegible] I[illegible]perato[illegible] *Gregoras.** Sixti templum [illegible]nocentius III. Laurenti[illegible], & S.Vivianæ, Honorius III. re[illegible]stituerunt. Anno Domini [illegible] Patavina urbs Dominici meritis, ab [illegible]e[illegible]ini cujusdam tyrannide liberata e[illegible]set: cives prægrand[illegible] in ejus honorem,templum [illegible]onstruxerunt. *Schedelius.** Francisco monacho, ex ære [illegible]io, templum constituitur Assi[illegible]i. *[illegible]olaterranus.** Hugo, Antisiodorensis episcopus, Judæis urbe ejectis, synagogâ eorum, in honorem Dei, & sanctorum Confessorum Nicolai & Renoberti, basilicam dedicavit. *Vincentius.** Anno 1[illegible]. Gandavi dedicatum templum Novi castri, in honorem divorum Bavonis & Pharahildis. *Jacobus Meyer, in Chronico Flandriæ.*

Aut fœminarũ. Templum testudineum S.Agneti condidit Alexander IV.& quod antea Baccho fuerat dicatum, D.Constantiæ attribuit. *Balam,** *Platina.*

Anno 1277. in die Urbani splendidissima Argentinensis templi cathedralis turris exstrui cœpta est. *Paralip. Urspergensis.*

Tempore Alexandri III. Regis Scotorum cathedrale templum Glaguense perfectum est. *Hector Boethius.**

Anno 1294. Florentini maximum templum, quadrato sculptoque marmore, eximiè ac magnificè ædificare cœperunt. *Palmerius.*

¶ Reconciliatur ecclesia,quæ per homicidia perpetrata polluta est,per aquam, cum vino & cinere benedictam. *Innocentius, ad Compostellanum episcopum.*

Altarium quoque numerus in iisdem crevit. Albertus enim Magnus, Ratisbonâ Argentinam veniens, in æde S.Petri, aram quandam, in honorem S.Columbæ, consecravit. *In Epitome rerum Germanicarum.* Giselbertus Bremensis, in honorem & memoriam prædecessorum suorum, ad monumentum ipsorum, novum altare ponit. *Crantzius.**

Altare verò consecratur hoc ordine. Reconduntur reliquiæ, cum tribus granis thuris, in capsulâ: tabula superimponitur: mensa inungitur,& quidem in sex locis, in medio, in quatuor angulis,& in fronte. Post unctionem,adoletur incensum. *Innocentius III. in Sermone de consecratione altaris.* Altare, in quo tabula, cui consecrationis benedictio pontificali ministerio adhibetur, semota vel enormiter fracta fuerit, debet non-immeritò consecrari. Oleum non-consecratum, consecrato potest oleo commisceri. *Innocentius III. ad Nidrosiensem episcopum.*

Et alia ornamenta. Singulis, quæ Romæ erant, ecclesiis, pro conficiendis calicibus, argenti libram erogavit. *Balæus.** Anno Domini 12[illegible]. Rex Aragonum, in signum victoriæ, Romam misit lanceam & vexillum Memmelini, Regis Saracenorum: quæ in eminentiorem locum, in templo S. Petro sacro, reposita sunt. *Vincentius.** Ferunt, Gregorium, Aquileiensem patriarcham, signa multa militaria, ex victoriâ contra Fridericum II. retulisse; quæ in ecclesiâ,in trophæorum speciem, suspenderit. *Sabellicus.**

Adhuc, cùm altaria & sacrosancta in Quadragesimâ velata fuerint; in die Parasceves nudantur, & apparent omnibus. *Hugo.**

¶ Congressus publicos servatos esse,universâ comprobat historia. & HUGO ait:* *Fontes sunt in medio ecclesiæ, & solenniter conveniunt Christiani ad ecclesiam communem: ut ibi orent,& serviant Domino.*

Finis horum congressuum erat: ut ibi cantiones, precationes, lectiones, sacræ conciones, administratio Cœnæ dominicæ, gratiarum-actiones, & similes fierent cultus.

¶ De Cantionibus. Ad virginis Mariæ salutationem,& ad antiphonam *Salve regina,* quam in templis primus cantari instituit, & campanæ pulsum addidit Gregorius IX. *Balæus.** Innocentius IV. statuit, ut post *Agnus Dei* diceretur Psalmus, *Deus, venerunt gentes,*&c. *Nauclerus.** Per dies singulos,tria Edmundus Cantuariensis cantabat paria horarum: s[illegible]licet [illegible]ras canonicas, de Spiritu sancto, & de matre Domini, cum officio defunctorum. *Vincentius.** Cum [illegible] per Strategopulum Cæsarem a Latinis rece[illegible]

Constantinopolis. Michael Palæologus imperator mandavit, ut nomen Cæsaris integrum annum, una cum Imperatorum, in omnibus Romanis provinciis, hymnis & laudibus celebraretur. *Gregoras.* * Laudes matutinas summo diluculo, quia tunc resurrexit Christus; postea primam, quia tunc traditus est Pilato: deinde tertiam, quia tunc clamaverunt Judæi, *Crucifigatur*: postea sextam, quia tunc crucifixus: postea nonam; quia tunc exspiravit: postea vesperas; quia tunc depositus fuit de cruce: postea completorium, quia tunc sepultus: matutinas verò nocturnales, cantat Ecclesia, ad designandum vigiliam Domini, & diligentiam Judæorum in ejus custodia. *Hugo.* * In septimanâ singulis feriis, cantantur in laudibus matutinalibus singuli Psalmi: in quibus ponitur hoc nomen, *Mane*, vel ejus æquipollens. Feriâ secundâ cantatur, *Verba mea*: in quo ponitur, *Mane exaudies vocem meam.* Feriâ tertiâ cantatur, *Judica me Deus*: in quo ponitur, *Emitte lucem tuam*; quod æquipollet huic voci *Mané.* Feriâ quartâ cantatur, *Te decet*: in quo ponitur, *Exitus matutini*, quod æquipollet illi similiter. Feriâ quintâ cantatur, *Domine refugium*: ubi dicitur, *Mane sicut herba transeat.* Sextâ feriâ cantatur, *Domine exaudi*: ubi dicitur, *Auditam fac mihi manè misericordiam tuam.* In Sabbato cantatur, *Bonum est confiteri Domino*: in quo dicitur, *Ad annunciandum mane misericordiam tuam. Hugo.* *

Heinricus, Reginoburgensis episcopus, cantandi morem, quo hactenus usi sacrificuli Ratisbonenses, in artem redegit; accitis ex Heilbrunnâ ejus artis peritissimis monachis. *Aventinus.* *

¶ De Lectionibus. Euangelium quotidie legimus in Ecclesiâ. *Hugo.* * Ecce ego mitto angelum meum, &c. Indè est, quòd in profestis diebus, unus cereus accensus defertur ante Euangelium: in festis verò diebus, præcedunt duo cerei; quia secundum adventum præcedent Enoch & Helias. *Idem.* *

¶ Concionum meminit *Boethius*: * qui in concilio quodam Scotiæ, sub initium hujus seculi celebrato, decretum conditum ait: quo homines, diebus dominicis, concionibus & vesperis interesse jubentur. Dominicâ primâ post octavas Epiphaniæ, magnâ pompâ sudarium Salvatoris, ex hospitali Sancti spiritûs, Romæ, in basilicam Petri deferebatur, annis singulis: ubi Pontifex Romanus, ex constitutione Innocentii III. concionem habuit, quâ ad pietatis opera sectanda, suos auditores exstimulavit. *Antoninus.* * Quando sermo fit Laicis; stat prædicator: quando contemplativis, sedet. *Hugo.* * Prædicator debet in ecclesiis prædicare; non cavernis, ut Hæretici. *Idem.* * In festis templum visitemus, & in docendo locum privilegiatum observemus. *Albertus Magnus.* * *Item*: Ad hoc indicti sunt dies feriati: ut illis diebus privatis operibus, & re familiari, non-retracti, omnes ad templum veniant; & ibi laudibus divinis intersint; & verbo Dei & orationi intendant. Locum privilegiatum, & ad hoc ordinatum, publicus eligat doctor: quia ibi disciplina tenetur, & non excitatus tumultus doctrinam-impediens.

RITUS CIRCA BAPTISMUM.

Quis baptizârit. Edovardum, Heinrici Angliæ Regis filium, Otho, Gregorii IX. Legatus, baptizavit. *Polydorus.* *

Tempus certum observatum est. Statutum enim est, ut nullus baptisetur in die Epiphaniæ; nisi in necessitate: propter hæreticos, qui dicebant, tunc solùm venire Spiritum sanctum. *Hugo.* *

Adulti baptisati. Nam in Concilio Lugdunensi, Græci, Tartarorumque nonnulli Proceres, affuerunt. Hi domi candidati Christum professi, fuerunt tunc sacro baptismate imbuti. Profitebantur, Romanum Pontificem esse humani generis patrem, & almum Spiritum utrinque procedentem. *Paulus Aemylius, Paralip. Ursperg.*

Infantum baptismus & hac ætate in usu fuit. Nam [illegible] *Ecclesia orat pro parvulis baptisatis: non quia dubium sit, ipsos salvari: sed ut innuatur, quòd hoc non habent ex suo merito, vel naturâ: sed de sola gratiâ.* Cum Mechtildis, Hennebergensis Comitissa, uno partu enixa esset 35. pueros: Trajectensis episcopus in pelvi eos baptisavit: qui paulò pòst extincti sunt. *Cuspinianus.* Et in Libro synodali ab Episcopo Nemausensi, anno 1[illegible]5. conscripto, dicitur: *Præcipimus itaque, ut infans, quam-citò natus fuerit, si periculum sibi mortis immineat, ita quòd presbytero nequeat præsentari; a circumstantibus masculis baptizetur, in aquâ calidâ vel frigidâ, non in alio liquore: & in vase ligneo mundo, vel lapideo, vel quolibet alio. Si tamen masculi præsentes non fuerint: à circumstantibus fœminis baptizetur, etiam à patre vel matre; si alii non fuerint, à quibus valeat baptizari.* Et paulò pòst: *Cùm verò, secundùm formam prædictam, in necessitate, infans à laico fuerit baptisatus: præcipimus, si supervixerit, ut presbytero, quam citò poterit fieri, præsentetur. Qui inquirat solicitè, qualiter fuerit baptizatus: &, si formam prædictam invenerit non-fuisse servatam, baptizet infantem juxta Ecclesiæ formam. Si autem dubitaverit, an legitimè fuerit baptisatus; quoniam fortè baptisans non recordatur ad plenum, de verbis in baptismo prolatis; vel circumstantes discordant; vel fortè infans expositus inventus est juxta ecclesiam, vel alibi; nec habetur certitudo, vel aliud signum, utrum sit baptisatus vel non: sacerdos baptiset eum, sub his verbis:* Si baptisatus es; non te rebaptiso. Sed si baptisatus non es; ego te baptizo, in nomine Patris, Filii, & Spiritûs sancti. *Sed in tali dubio stetur testimonio unius: si plures testes haberi non possint.*

Patrini adhibiti. Fridericus enim II. Imperator Rudolphum, qui pòst ad Imperii culmen evectus est, è sacro baptismatis fonte excepit. *Cuspinianus.* Prohibemus districtè, ne in patrinum Regularis aliquis admittatur, nec aliquis alius, qui aliquâ sententiâ est ligatus, vel qui non est baptisatus: præcipientes, ut in Catechismo, & Baptismo, & Confirmatione, unus tantummodò sit patrinus: hoc est, unus in quolibet sacramento. *Liber Synodalis.*

Non in alio liquore, quàm in aquâ, Baptismus fieri debet. *Hugo.* *

Quomodo administratus. In Baptismo, nomen Filii & Spiritûs sancti assumitur; cùm dicimus: Baptiso te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. *Hugo.* * Ne verò, propter imperitiam laicorum, infans absque formâ debitâ baptisetur: districtè præcipimus, ut presbyteri frequenter admoneant & instruant plebem suam, ut, cùm ex necessitate aliquem baptisari contigerit, hanc formam, in traditione ipsius Baptismi, cum diligentiâ studeat observare: scilicet, ut infantem ter immergendo, in aquâ, baptisans dicat: Petre vel Martine, ego baptiso te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Si tamen una immersio facta fuerit; nihilominùs erit baptisatus: licèt proprium nomen infanti non fuerit impositum. Licet etiam patrinum vel matrinam non habuerit, nec dictum fuerit *Ego*: dum tamen, infantem immergendo in aquâ, à baptisante dictum fuerit; Baptiso te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti: erit infans nihilominùs baptisatus. *Liber Synodalis. Et paulò post*: Si verò tanta copia aquæ haberi non potest, ut infans in eâ totaliter mergi non possit: cum scutellâ, vel scypho, vel alio vase, aliqua quantitas aquæ super infantem effundatur à baptisante; & fundendo dicat baptisans: Ego baptiso te in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. Et erit infans baptisatus.

Per Exorcismum, dæmonum virtutem ab infantibus exsufflari, Hugo ait. *

De Crucis signo inquit Hugo: * *Crucis Christi signaculum, nobis est impressum in baptismo, & quotidie debemus imprimere. unde legens Euangelium, crucem facit super librum, & in fronte, & in ore, & in pectore.*

Quod quæritur de numero, & ordine eorum quæ exigumtur in Baptismo: dicendum quòd, secundùm diversas Ecclesiæ consuetudines, variantur in numero,

& in [illegible]. Sed [illegible] quod exsufflatur: [illegible] vis dæmonis exterior [illegible] Secundùm quod, signum crucis fit ei, in pectore & fronte [illegible] diabolus [illegible] cat pelli ab eo tam in occulto [illegible] dis, quam in aperto confessionis. T[illegible] accipit sal in ore, ut sapori sapientiæ præparetur; & fœtor fomitis restinguatur. Deinde fit linitio narium & aurium cum sputo: ut discretionem Dei habeat & gratiæ, quæ per salivam a capite descendentem significatur; & sensus ejus, quò ad doctrinā in auditu fidei, & discretione fidei, signatā in naribus, aperiatur Christo. Deinde fit unctio in pectore propter cor Deo præparandum: & in scapulis, propter onera Domini: cum invocatione Trinitatis, sine cujus adjutorio nihil facere possumus. Post Baptismum autem, fit unctio chrismati in vertice: ut aperiatur mens impu[illegible]ibilis Deo; ità quòd mente contempletur æterna: quæ per chrisma significatur, confectum ex oleo lucente, & balsamo conservante à putredine. Deinde fit vestitio, de vestimento candido: in signum innocentiæ, quæ accipitur in Baptismo; & gloriæ, quæ accipitur in resurrectione. Tandem accensus cereus in manu ponitur: [illegible] sit lucerna pedibus ejus, verbum Dei, & lumen pedibus suis, contra tenebras spirituales. *Albertus Magnus.* *

Baptisteria habuerunt. Super baptisterium enim, Herbipoli, Probus, Tullensis episcopus, stans orationem habuit, ad episcopos in synodo ibi collectos. *Nauclerus.* *

¶ Peregrina illa Sanctorum Dei, quæ in Baptismo induuntur, nomina, inducta receptaque in consuetudinem primùm Germanis sunt, à morte Friderici II. *Jacobus Carrio.* *

* super lib. 4. Sen. Dist. 7.

* Genera. 43.

* lib. 2. Chronol.

DE CONFIRMATIONE & Chrismate.

Chrismatis usum mansisse, constat *ex capite 20. Concilii Lateranensis.* Nam ibi chrisma sub serâ conservandum, decreto sancitur.

Innocentius. * In novo Testamento, non solùm Reges & Sacerdotes unguntur; sed etiam omnes Christiani bis ante Baptismum, scilicet oleo benedicto, primùm in pectore, deinde inter scapulas: & bis post Baptismum, scilicet chrismate sancto, primùm in vertice, demum in fronte. In pectore namque baptisandus inungitur: ut, per sancti Spiritûs donum, abjiciat errorem & ignorantiam & suscipiat fidem rectam: quia justus ex fide vivit. Inter scapulas: ut, per Spiritûs sancti gratiam, excutiat negligentiam & torporem; & bonam operationem exerceat: quia fides sine operibus mortua est. ut, per fidei sacramentum, sit munditia cogitationum in pectore; & per operis exercitium, sit fortitudo laborum in scapulis: quatenus fides per dilectionem (secundùm Apostolum) operetur. In vertice verò baptisatus inungitur: ut [illegible] paratus, omni petenti de fide reddere rationem. quia per caput intelligitur mens, juxta quod legitur: * *Oculi sapientis in capite ejus.* cujus superior pars, est ratio, & inferior, est sensualitas. Unde bene per verticem, quę est superior pars capitis, intelligitur ratio, quæ est superior pars mentis. In fronte ungitur baptisatus, ut liberè confiteatur quod credit: quia corde creditur ad justitiam; ore fit confessio ad salutem: memor ejus, quod Dominus ait; * *Qui me confessus fuerit coram hominibus &c.* Ante Baptismum ergo ungitur oleo benedicto, & post baptismum chrismate sancto: quia chrisma soli competit Christiano. Christus enim [illegible] chrismate dicitur, vel potiùs à Christo dicitur chrisma: non secundum nominis formam; sed secundum fidei rationem. A' Christo verò Christiani dicuntur; tanquam uncti deriventur ab uncto: ut omnes concurrant in odorem illius unguenti, cujus nomen oleum est effusum. Per frontis chrismationem manûs impositio [illegible] signatur; quæ alio nomine dicitur Confirmatio: qui[illegible] eam Spiritus sanctus ad augmentum datur, & ro[illegible]. Unde cùm exteras unctiones simplex sacerdos, vel presbyter, valeat exhibere; hanc non nisi summus sacerdos, id est episcopus debet conferre: quia de solis Apostolis legitur, quorum vicarii sunt Episcopi, quòd per manus impositionem Spiritum sanctum dabant;

* Epist. ad [illegible] archiepiscopum Constantinop.

* Eccles. 2. v. 14.

* Matt. 10 v. 32.

quemadmodum Actuum Apostolorum [illegible] manifestat.

D[illegible] Cœnæ dominicæ institutæ [illegible] & [illegible] chrismatis fit consecratio, ad [illegible] quam [illegible] quæ [illegible] facta est ab Israelitis postium [illegible]. Quia, sicut sanguine agni liniti sunt postes, ita chrismate modò inunguntur fron[illegible]. *Hugo.* *

Primò justus inungitur in Baptismo, in signum futuri regni, quasi accipiens pignus Spiritûs. unde ad Ephesios 1. * *Credentes signati estis, &c.* Secundò in confirmatione, quando ei datur augmentum gratiæ & tunc [illegible] regnat quasi super unam tribum, licèt multos habeat impugnatores. Quia illud sacramentum datum ad robur. *Idem.* *

In Confirmatione, fit consignatio in fronte, per Episcopum, sancto chrismate, & signo crucis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs sancti. *Bonaventura.* *

Hi, qui Confirmationis sacramentum suscipiunt, signo Christi insigniuntur; videlicet signo crucis, quo pugnavit & vicit. Hoc autem signum in fronte suscipiunt in signum; quòd publicè fidem Christi confiteri non erubescant. Hæc autem insignitio, fit ex confectione olei & balsami, quæ Chrisma vocatur, non irrationabiliter. Nam per oleum, Spiritûs sancti virtus designatur; quo & Christus unctus nominatur, ut sic à Christo Christiani dicantur, quasi sub ipso militantes. In balsamo autem, propter odorem, bona fama ostenditur: quam necesse est habere eos, qui inter mundanos conversantur, ad fidem Christi publicè confitendam; quasi in campum certaminis, de secretis Ecclesiæ finibus producti. Convenienter etiam hoc sacramentum, à solis Pontificibus confertur; qui sunt quodammodò duces exercitûs Christiani: (nam & apud secularem militiam, ad ducem exercitûs pertinet, ad militiam eligendo quosdam adscribere) ut sic, qui hoc sacramentum suscipiunt, ad spiritualem militiam quodammodò videantur adscripti. Unde & eis manus imponitur, ad designandam derivationem virtutis à Christo. *Thomas Aquinas.* *

Theodoricus, Coloniensis episcopus, quòd excommunicatus chrisma confecisset, ab officio removetur, per Legatum Romanum. *Catalogus episcoporum Coloniensium.*

Otho, Legatus in Angliâ, baptizavit primogenitum Heinrici Regis Anglorum: at Edmundus, Cantuariensis archiepiscopus, confirmavit. *Ranulphus in Polychronico* *

¶ Chrismate ungere, solius Episcopi officium erat. Hinc INNOCENTIUS ait: * *Pervenit ad audientiam nostram, quod quidam simplices Sacerdotes, apud Constantinopolim, ea sacramenta præsumunt fidelibus exhibere; quæ, ab Apostolorum tempore, fuerunt solis pontificibus reservata, (ut est sacramentum Confirmationis, quod chrismando renatis soli debent Episcopi, per manûs impositionem, conferre) ad excusandas accusationes in peccatis, solam consuetudinem prætendentes. Quapropter Discretioni tuæ mandamus, quatenus omnibus Presbyteris districtè prohibeas, ne talia de cætero suâ temeritate præsumant: quæ licèt non sint a fidelibus contemnenda: tutius tamen est, ea sine periculo, ex necessitate, (quæ legem non habet) omittere; quàm ut ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate, (quæ lege damnatur) non sine gravi periculo inaniter conferantur. cùm umbra quædam ostendatur in opere: veritas autem subeat in effectu.*

* in Levit. [illegible]

* [illegible]

* in Psal. [illegible]

* in Apoc. [illegible]

* lib. quarto Gen. cap. 60.

* lib. 2. c. [illegible]

* ad Legatum suum Constantinopol.

RITUS CIRCA Claves.

DE CLAVE LIGANTE.

Clave ligante contra obstinatos notoriè impios, blasphemos, hæreticos, & seditiosos, utebantur.

In Concilio Lateranensi. * damnantur omnes Hæretici, diversum contra orthodoxam catholicam fidem sentientes: & damnati politico magistratui [illegible] iuntur; clericis priùs a suis ordinibus degradatis. ita quòd bona h[illegible]

* cap. 3.

de-

di damnatorum, si laici fuerint, confiscentur: si verò clerici; applicentur Ecclesiis, à quibus stipendia perceperunt. Anathemate quoque digni censentur de hæresi suspecti; nisi suam innocentiam certò probarint: itèm Hæreticorum receptores & defensores; & quicunque sinè autoritate Apostolicæ sedis, vel catholici Episcopi, publicè vel privatim prædicare ausi fuerint. Excommunicari jubentur, ejusdem Concilii authoritate, piratæ, & quicunque profectiones ad loca sancta remorantur; itèm arma hostibus adportantes.

In Concilio Oxoniensi, anathemate feriuntur, ecclesiasticorum jurium turbatores, seditiosi, perjuri, cavillatores, calumniatores, & quicunque vel lucri, vel odii, vel favoris gratiâ, vel malitiosè, contemnunt exsequi mandatum Regis contra communicatos; quique claves Ecclesiæ contemnunt. Ac insuper decernitur, excommunicationes, tùm promulgatas, singulis annis in synodis episcopalibus, & quater in anno in parochialibus ecclesiis, solenniter iterandas.

Innocentius III. Vintoniensi episcopo, & Redingensi abbati, mandat: ut illos, qui contra Johannem Regem arma ferrent, per totum regnum Angliæ, in numero impiorum habendos declararent. *Polydorus.**

** lib. 15.*

Idem Rex à Papâ excommunicatur: quòd Ecclesiarum reditus interciperet, ejectis Episcopis. *Gangunus.**

** lib. 6.*

Guidonem, Hetruriæ Præfectum, Gregorius X. anathemate ferit, ob cædem perpetratam. *Continuator Historiæ de Bello sacro.**

** l. 4. c. 18.*

Innocentius V. Legatos, non-infimæ autoritatis viros, misit: qui & Hertruscos, in perniciem Pisanorũ conspirantes, & Genuenses ac Venetos, de viâ & sanguine inter se certantes, ab armis discedere, sub anathematis pœnâ, cogerent. *Balæus.**

** lib. 6.*

¶ Martinus IV. Petrum, Aragonum Regem, classem contra Carolum in Siciliam parantem, anathemate notavit; bonorum ejus prædâ impunè diripientibus concessâ. *Raphaël Volaterranus,* Balæus.*†

** lib. 2. Anthropol. † lib. 6.*

Idem Papa, instantiâ Caroli Regis Siciliæ, Palæologum Græcum Imperatorem, pacta Lugdunensis Concilii, de Ecclesiarum unione, non-servantem, anathemate notavit. *Bergomensis.**

** lib. 13.*

¶ Arcebantur excommunicati à consortio Ecclesiæ.

Reginaldus, Boloniæ Comes, quòd ecclesiarum & pauperum oppressor esset, extra hominum communionem, Pontificis autoritate, ponitur. *Gangunus.**

** lib. 6.*

¶ Abusus ejus potestatis fuit frequentissimus.

Innocentius III. Othonem IV. quòd ea recuperare instituerет, quæ cùm Imperio subjacerent; per multos tamen annos, variis artibus, à Pontificibus occupata fuerant; anathemate percutit, & imperiali diademate spoliat: & prohibet, ne quis, sub anathematis pœnâ, Otthonem aut habeat, aut dicat Imperatorem. Lege etiam sancivit, ut maledicentibus Papæ pœna infligeretur. *Balæus.**

** lib. 5.*

Theodoricus, Archiepiscopus Coloniensis, propter inobedientiam mandatorum Papæ, quòd Imperatori Otthoni adhæreret, primò excommunicatus est: & postea per Sifridum Moguntinum, Apostolicæ sedis Legatum, in majori ecclesiâ, ab omni officio & beneficio pontificali depositus. Qui Romam profectus, gratiam restitutionis diu postulans, impetrare non potuit. *Chron. Hirsaug.*

Andream, Ungariæ Regem, quòd ex Palæstinâ, præter reliquorum ducum voluntatem, discederet, cum omni comitatu, anathemate ferit Legatus pontificius. *Nauclerus.**

** Gener. 41.*

Et Honorius III. Friderico II. jus suum in Siciliæ & Apuliæ terris legitimè occupanti, sacris interdicit. & cùm is sperneret primam execrationem: iteratò Pontifex privationem Imperii Regnorumque addidit. tertiò per contumacem exasperatus Pontifex, omnes Imperii Regnorum subjectos, à sacramento fidelitatis absolvit. *Ibidem.*

Adamus, Cathanensis episcopus, quosdam suorum civium, quòd decimas subtraherent, excommunicat. *Boethius.**

** lib. 13.*

Nicolaus III. ne magistratus ultra annum gererentur ullo in loco, sub anathemate præcepit. *Balæus.**

** lib. 6.*

Johannes Teutonicus, quòd Clementi Papæ, decimas exigenti, in subsidium terræ sanctæ, contradixerat, excommunicatur; & præpositurâ Halberstadensi privatur. *Ptolemæus Lucensis.*

Ludi equestres, quos Torneamenta vocant, sub anathematis pœnâ prohibentur in triennium, propter subsidium terræ sanctæ.

Ranerius, pontificius quidam Legatus, Sigfridum Reginoburgensem, cum suis sacerdotibus, ad Trecassiorum in Galliam, haud-longè à Lutetiâ Parisiorum, evocat; & sumtus, quos ipse hinc-indè peregrinando fecerat, solvere mandat. Quòd cùm illi facere supersederent: à Præposito Aichstettensi & Rebdorffensi devoventur. *Aventinus.**

** lib. 7.*

Gregorius X. omnium rerum ecclesiasticarum decimas, in sex annos, mystis & monachis imponit: pensionibus adversos devovet; pauperibusque, qui solvendo non erant, diræ dictæ sunt.

Et Cunradus Tullosius, Frusinensis episcopus, dum ob limites cum Otthone Regulo Bojorum dimicat, in suâ ditione, omnes non-suæ partis à sacris arcebat: clausisque templis, nemine nisi suis admissis, rem divinam fieri præcipiebat.

Moguntinus Otthoni Bavaro, ob præreptum sibi Laureacum, diras atque inferias dixit. *Ibidem.*

Waldemarus, quod Româ discessisset, non-petitâ priùs à Papâ veniâ, excommunicatur. *Crantzius.**

** lib 7. Metrop. ca. 51*

¶ Processus, in publicâ excommunicatione servandus, in Concilio Lateranensi* præscribitur.

** cap. 47.*

Anno 1205. venerunt Coloniam, Sifridus archiepiscopus Moguntinus, & Cameracensis antistes, à Sede apostolicâ commissarii & judices constituti: & in majori ecclesiâ S. Petri, coram clero & universo populo, excommunicatum, à Papâ Innocentio, publicè denuntiarunt Adolphum, archiepiscopum Coloniensem: ac ut per omnes conventuales, & parochiales ecclesias ejusdem civitatis, per singulos dominicales & festos dies, excommunicaretur, præceperunt. hoc etiam in mandato habentes: ut, si infra mensem, post denuntiationem hujusmodi factam, Romam, ad satisfactionem, se non conferret; officio & beneficio pontificali destitueretur; & alius in locum ejus ordinaretur antistes, qui mandatis obediret apostolicis. Adolpho autem in suâ pertinaciâ perdurante, & summi Pontificis censuras contemnente: præfati Commissarii, denuò Coloniam accedentes, in majori ecclesiâ, coram clero & populo, in præsentiâ Regis Otthonis, ipsum Adolphum, per sententiam definitam, ab omni officio & dignitate archiepiscopali, autoritate apostolicâ, deponentes, Canonicis, ut alium eligerent episcopum, eâdem autoritate præceperunt. Nam in hunc modum Innocentius, ex Româ, ad Moguntinum & alios episcopos scripserat: *Unde nos, ejus exemplo, qui absens corpore, præsens autem spiritu, Corinthium damnârat absentem; potuissemus in eum sententiam promulgare. ad majorem tamen cautelam, consilio fratrum nostrorum, & tam Episcoporum, quam Prælatorum plurium, Discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, districtè præcipientes, quatenus, cùm apud vos sint ista luce clariùs manifesta, dictum Archiepiscopum, pulsatis campanis, & accensis candelis, singulis dominicis diebus & festivis, excommunicatum publicè nuntietis; & faciatis, per omnes ecclesias Colonienses, & vicinas diœceses, sub solennitate simili nuntiari: Suffraganeos, & omnes vasallos Coloniensis Ecclesiæ, tam clericos, quàm laicos, absolutos ab ejus obedientiâ nuntiantes.* Crantzius,* *Chron. Hirsangiense.*

** li. 7. Sax. ca. 24. & 25.*

Quibus verbis Fridericus Imperator, per Gregorium IX. fuit excommunicatus; *Crantzius in Metropoli** annotat. Tùm quoque, *inquit*, Papa Imperatorem, quòd incorrigibilis videbatur, in Cœnâ Domini, extinctis super eum candelis, (*in Chronico Aeditus* additur, quòd & campanæ pulsatæ fuerint) anathematizavit, ità dicens: Excommunicamus & anathematisamus, in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli,

** li. 7. c. 32.*

& nostro. Fridericum, dictum Imperatorem; pro eo, quòd contra Romanam Ecclesiam seditionem movit in urbe: per quod intendit, Pontificem & fratres à suâ sede repellere: & contra privilegia dignitatis & honoris Apostolicæ sedis, & libertatem ecclesiasticam; contra juramentum, quo super hoc tenetur Ecclesiæ, temerè veniendo. Itèm pro eo, quòd venerabilem fratrem nostrum, Prenestinum episcopum, Apostolicæ sedis legatum, ne in suâ legatione procederet, quam in Albingensium partibus, pro corroboratione catholicæ fidei, commisimus, per quosdam fideles suos impediri mandavit. Itèm, pro eo, quòd non permittit quasdam cathedrales ecclesias, & alias vacantes in regno, reparari. & hac occasione periclitatur libertas Ecclesiæ; perit fides: quia non est, qui proponat verbum Dei; nec qui regat animas, deficiente pastore. Itèm, quòd in Regno Clerici capiuntur, incarcerantur, proscribuntur, & occiduntur. Itèm, quòd in Regno, ecclesiæ Domino consecratæ destruuntur, & profanantur. Itèm, quòd non permittit Seranas ecclesias reparari. Itèm pro eo, quòd nepotem Regis de Tunisi, venientem ad Romanam Ecclesiam, pro suscipiendo baptismate, detinet; nec venire permittit. Itèm pro eo, quòd Petrum Saracenum, civem Romanum, ex parte Regis Angliæ, ad sedem Apostolicam venientem, cepit; & detinet carceri mancipatum. Itèm pro eo, quòd terras Ecclesiæ occupavit; contra juramentum, quo super hoc tenetur Ecclesiæ temerè veniendo. Itèm pro eo, quòd terras quorundam Nobilium de Regno, quas Ecclesia tenebat, ad manus suas occupavit, & devastavit. Itèm pro eo, quòd quasdam ecclesias cathedrales ferè bonis omnibus spoliavit. Itèm pro eo, quòd multæ ecclesiæ cathedrales, & aliæ, ac monasteria de Regno, pro iniquâ inquisitione, fuère penè bonis omnibus spoliata. Itèm pro eo, quòd Templarii in Regno, & Hospitalarii, mobilibus & immobilibus spoliati, non sunt juxta tenorem pacis integrè restituti. Itèm pro eo, quòd exactiones, contra pacis formam, ab ecclesiis & monasteriis per ipsum extorquentur in Regno. Itèm pro eo, quòd in Regno Prælati ecclesiarum, & Abbates Cisterciensis & aliorum Ordinum, compelluntur dare certam summam pecuniæ, per singulos menses, pro constructione novorum castrorum. Itèm pro eo, quòd contra tenorem pacis, hi, qui adhæserunt Ecclesiæ, bonis omnibus spoliati, exsulare coguntur, tanquam proscripti; uxoribus & liberis captivatis. Itèm pro eo, quòd ipse impedivit negotium Terræ sanctæ, & recuperationem Imperii Romani. Omnes autem, qui juramento fidelitatis eidem tenentur adstricti, ab ejusmodi juramenti observatione decrevimus absolutos, ne sibi fidelitatem observent: districtiùs inhibentes; quamdiu fuerit vinculo excommunicationis adstrictus. Super oppressionibus verò & gravaminibus aliis nobilium, pauperum, orphanorum, viduarum, & aliorum de Regno, pro quibus quidem ipse Fridericus juravit stare mandatis Ecclesiæ, ipsum intendere, amovere, & in ipso negotio, dante Domino, procedemus, sicut fuerit procedendum. Porrò, pro omnibus & singulis supradictis, super quibus dictus Fridericus, à nobis fideliter admonitus, & frequenter, nec pacem curavit; eundem Fridericum, excommunicationis & anathematis vinculo innodamus. Proinde, quia idem Fridericus, deram multis factis suis; multis etiam fide-dignis clamantibus per universum quasi Orbem, quòd de catholicâ fide rectè non sentiat, est graviter infamatus: nos, dante Domino, suo loco & tempore procedemus, secundùm quòd requisiverit ordo juris.

¶ Ab omnibus ut caverentur excommunicati, præmonebantur. Nam in Concilio Lateranensi, his familiares, anathemate feriendi censentur. *Itèm:* Probibemus, ne excommunicatis majori excommunicatione, aliquis clericus, vel laicus, scienter communicare præsumas, & in oratione, cibo, potu, vel in osculo, nec salutere eis. quod si feceris: minorem excommunicationem incurret, & non poterit ante absolutionem, sine mortali peccato, percipere ecclesiastica sacramenta. *Liber Synodalis.*

Decernimus, *inquit Alexander IV.* ut judices seculares, per censuram ecclesiasticam, ab ecclesiasticis judicibus, (canonicâ monitione præmissâ) repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando, & testificando, in suis curiis & judiciis, compellantur.

¶ Omni sepulturâ, aut certè in loco sacro, si mortê obibant, antequàm reconciliarentur, privabantur: ut testatur *Johannes de Oppido*; qui Raimundi senioris, Comitis Tolosani, corpus, propter anathematis vinculum, inhumatum relictum scribit.

Sacris (*inquit Innocētius**) est Canonibus institutum; ut, quibus non communicavimus vivis, non communicemus defunctis: & ut careant ecclesiasticâ sepulturâ, qui priùs erant ab ecclesiasticâ unitate præcisi, nec in articulo mortis Ecclesiæ reconciliati fuerint. Unde, si contingat interdum, quòd vel excommunicatorum corpora, per violentiam aliquorum, vel alio casu, in cœmeterio ecclesiastico tumulentur: si ab aliorum corporibus discerni poterunt; exhumari debent, & procul ab ecclesiasticâ sepulturâ jactari. Quòd-si discerni non poterunt: expedire non credimus, ut, cum excommunicatorum ossibus, corpora exstumulentur fidelium. cùm, licèt non obsit justis sepultura nulla, vel vilis; impiis tamen celebris, vel speciosa, non prosit.

* ad Episcopum Nidrosiensem

Etiam excommunicati non humantur in loco sacro: licèt, propter fœtorem, sepeliantur sepulturâ asini. *Albertus Magnus.**

* super 4. d. Dist. 45.

¶ In Ecclesiâ Romana certus erat locus, ex quo anathema promulgabatur. Nam Bonifacius VIII. condidit cum portico suggestum, apud basilicam Lateranensem, in quo exsecrationes in Cœnâ Domini fiunt: quoqua in loco, & Philippum Regem Franciæ, & Colonienses, anathemate notavit. *Platina.*

DE CLAVE SOLVENTE.

Recipiebantur iterum excommunicati, actâ pœnitentiâ, & satisfactione, quæ à Sacerdote imposita fuerat, præstitâ. Johannes enim, Angliæ Rex, petens suppliciter ab Archiepiscopo, qui in Angliâ vicarius erat Romani Pontificis, absolutionem, jure-jurando promittit: se primò ordinem sacerdotalem ab injuriâ prohibiturum: deinde leges, à priscis Regibus latas, & præsertim quæ D. Edowardi esse dicuntur, penè obsoletas, ad pristinum usum revocaturum; quod populus in-primis flagitabat: & postremò omnibus satisfacturum, quibus hactenus damnum dedisset. Quo facto, de impietate absolvitur, qui non multò pòst, missis Oratoribus Romam, qui cum Pontifice de sollendo interdicto agerent, cœpit dare operam, ut satisfieret; leges corrigerentur novæ; veteres restituerentur; ac religionis decus ritè servaretur. *Polydorus.**

* lib. 15.

¶ Abusi & hæc sunt clave sæpiùs. Eadmundum Cantuariensem, dum iter faceret, sæpiùs in agro confitentes peccata sua audisse, si id peterent, cunctisque se affabilem præbuisse; narrat *Vincentius.**

* l. 31. c. 82.

Guido, Antisiodorensis episcopus, acceptâ potestate absolvendi à Papâ, absolvit exercitum; quem contra Manfredum Carolus, cum Papâ & Rege Francorum, congregaverat, ab omnibus suis peccatis: injungens eis pœnitentiam, ut in Manfredum, & Teutonicos, & alios eorum auxiliarios, ictus geminarent. *Erfurdiensis.**

* cap 94

¶ Penes quos fuerit potestas, recipiendi publicè excommunicatos, ex sequenti historiâ patet. Anno 1215. Theodoricus, Trevirorum archiepiscopus, ad Coloniam veniens, Heinrico Duce Brabantinorum cooperante, juxta mandatum apostolicum sibi transmissum, cives ad subjectionem Friderici Regis induxit; eosque, pace reformatâ, ab excommunicatione & interdicto, quibus per annum & menses quinque fuerant innodati, propter rebellionem, & Othonis episcopi Monasteriensis detentionem, absolvit. Siquidem apostolico mandato Sifridus, Moguntinensis archiepiscopus, cùm Theodoricum, Coloniensem archiepiscopum, creberrimis nunciis & literis, ut Othonem abrogatum & excommuni-

catum

catum [illegible] monuiss. & [illegible] R[illegible] & coronato adh[illegible] quin se pœnas & censura Ecclesiæ [illegible] ma[illegible] um mon[illegible] contes[illegible] eodem archiepiscopo [illegible] apostolicâ, primo quidem ex communicatus, deinde, cum anathematis sententiam parvipendisset, ab archiepiscopatu d[illegible] fu[illegible] at. Itaque, ut tetigimus, concordiâ restauratâ, Trevirorum archiepiscopus quartâ die mensis Augusti Missam [illegible] princi[illegible] ali ecclesiâ S. Petri in præsentiâ tam [illegible] quam populi, decantavit. in quâ quidem die, Fridericus Rex, civitatem Coloniensem ingressus, à civibus honorificè susceptus est, homagium subjectionis & fidelitatis [illegible] juxta consuetudinem [illegible] jurantibus. *Nauclerus.*

Ratio autem observata est talis: ut exempla demonstrant. Cùm Josephus, Patriarcha Constantinopolitanus primùm sacrificium cum cæteris pontificibus peregisset: ante vestibulum sacri suggestûs, Imperator Michael prostratus, duo sua peccata, perjurium, & filii Imperatoris excæcationem, apertè profitetur, sibique condonari petit. Primus igitur Patriarcha, illi jacenti adstans, condonationis syngrapham quandam; ac post eum pontifices, suo quisque ordine, eandem recitarunt. Ità lætus discedit Imperator, tam ob illam condonationem; quàm quòd Deum etiam sibi placatum & reconciliatum existimabat. *Nicephorus Gregoras.**

Ricardus Hannibal, qui Viterbii in sacrorum antistitum conclave irruperat, manusque in duos primi ordinis viros injecerat, ad pedes Legati Pontificis Martini IV. provolutus, laqueum gerens collo implicitum, veniam impetrat. *Sabellicus,* Platina in vitâ Martini. Blondus.*

Innocentius III. constituit: Si excommunicatus signa habuerit contritionis; recipiatur cum suffragiis ad ecclesiasticam sepulturam. *Chron. Abbatis.*

¶ Forma absolutionis exstat *in libro Synodali Nemausensis Ecclesiæ:* Dicat presbyter; Ego injungo tibi talem pœnitentiam pro peccatis, quæ confessus es. & ponens manum super caput ejus, dicat: Indulgentiam & remissionem omnium peccatorum tuorum, tribuat tibi omnipotens Dominus. Et ego te absolvo, autoritate Domini nostri Jesu Christi, & beatorum Petri & Pauli, & officii mihi commissi, ab his peccatis, quæ confessus es, & aliis oblitis. Itèm dicat ei, quòd si reduceret alia peccata postea ad memoriam, quæ non fuerit confessus; redeat ad eum, & confiteatur.

¶ Opera quædam satisfactionis loco imposita sunt: ut apparet *ex Innocentii III. Bulla,* de cæsoribus Cunradi Herbipolensis episcopi; quam subjicimus: ut vanorum hominum vanitates Lector Christianus videat, atque expendat.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, has literas inspecturis, salutem & apostolicam benedictionem. Quàm execrabile facinus & peculiare flagitium perpetraverint, qui ausu sacrilego manus impias in Christum Domini nequiter injecerunt, bonæ memoriæ Cunradum Herbipolensem episcopum, imperialis aulæ Cancellarium, crudeliter occidentes, flere potiùs libet, quàm referre. Verùm, cùm divina pietas humanam impietatem excedat; & miserationibus Domini misoria hominum comparari non possint: cùm nolit Dominus mortem peccatoris; sed magis ut convertatur, & vivat: utpote qui patiens, & multùm misericors est, & præstabilis super malitia: nos, qui licet indigni vices ejus exercemus in terris, scientes, quòd majus gaudium est Angelis, super uno peccatore pœnitentiam agente, &c. quantumque hujusmodi deliquerint homicidæ: non potuimus tamen, nec debuimus, pœnitentibus aditum veniæ præcludere. cùm noverimus, dixisse Dominum per Prophetas: In quacunque horâ peccator conversus fuerit, & ingemuerit; omnium iniquitatum ejus non recordabor amplius. Bodonem igitur, Henricum quoque Ostallum, ejus milites, cum Heroldo & Cunrado, servientibus suis, ad nostram præsentiam venientes, & confitentes, se prædictum episcopum occidisse; cùm de suis excessibus lacrymabiliter pœniterent, & humiliter postularent, sibi pœnitentiam à nobis, pro tanti sceleris immanitate, injungi: quia pœnitentibus non est indulgentiæ janua præcludenda; de fratrum nostrorum consilio, dilecto filio Hugoni, tituli S. Martini Presbytero-Cardinali, commisimus audiendos. Qui, confessione eorum auditâ, postquam fecit eos nudos coram nobis in bracis, tortas habentes in collo, diebus aliquot, in frequentiâ populorum, adstare, de mandato nostro talem pœnitentiam illis injunxit: ut nunquam de cætero, nisi contra Saracenos, vel ad defensionem vitæ, arma portent: vestimentum griseum, cemelinum, & pannos coloratos, non portent: ad publica spectacula non accedant, & conjugati, non contrahant matrimonium post mortem uxorum earum. quam citò poterunt in Hierosolymitanam provinciam, per quatuor annos ibi contra Saracenos Domino serviturus. Bodo verò, qui major exstitit, tres, vel unum saltem, in suis expensis secum adducat. Et, donec ipsi quatuor execrabiles homicidæ Hierosolymitanum iter arripiant, sicut publicè pœnitentes discalceati, & laneis induti vestimentis, incedant: Secundam, quartam, & sextam feriam, quatuor tempora, vigiliasque Sanctorum solennes, in pane & aqua jejunent. Tres in anno Quadragesimas, videlicet ante Resurrectionem, Pentecosten, & Nativitatem Domini faciant: Carnibus, nisi tantum in eisdem festivitatibus non vescantur: eâque die, quâ prædictus Episcopus fuit occisus, carnes non comedant in æternum: Orationem dominicam recitent centies inter diem & noctem; & genuflexiones faciant quinquaginta: Corpus & sanguinem Domini accipere, nisi in ultimo mortis articulo, non præsumant: Cum fuerint ultra mare, quartam & sextam feriam Sanctorum vigilias, & quatuor tempora, sicut dictum est, in cibo quadragesimali jejunent: Carnes comedant die dominicâ, & quintâ feriâ tantum. Orationem dominicam dicant, & genuflexiones semper faciant prætaxatas. Quandocunque aliquam civitatem Alemannicam poterunt securè intrare, ad majorem ecclesiam nudi procedant, tantum in bracis, cum tortâ in collo, & virgis in manu: & a Canonicis ejusdem Ecclesiæ recipiant disciplinam. Si verò quæsitum fuerit, cur hoc faciant: dicant, se hoc facere, pro sceleris perpetrati jam-dicti satisfactione. Si quando fortè in civitate Herbipolensi poterunt esse secure in Resurrectione, Pentecoste, Nativitate Domini, ac in solennitate majoris Ecclesiæ, videlicet S. Kiliani; exeant civitate, & nudi inde, cum bracis tantùm, tortam in collo, & virgas deferentes in manu: & ad Missæ celebrationem majoris, ad ecclesiam cathedralem accedant; & ante Episcopum & Canonicos, prosternentes se in terram. petant humiliter & recipiant disciplinam ab eis. Cùm autem de partibus redierint transmarinis, ad Apostolicam sedem accedant, recepturi consilium & mandatum. Datum Laterani, 14. Calend. Maii, Pontificatûs nostri anno 6. Domini verò 1204. Chronicon Hirsaugiense.

Ludovico Bavaro, quòd conjugem, ob adulterii suspicionem, capitis damnâsset, ex Romanâ curiâ imponitur: ut Furstenfeldense construeret monasterium. *Chronicon German.*

Cunradus, Masoviæ Princeps, ob crudelitatem in Andream, Plocensem Scholasticum, excommunicatus de admisso scelere, archiepiscopi Gnesnensis arbitratu, satisfecit: Loviciam villam, cum circumjacentibus sylvis, Archiepiscopo sempiterno jure donavit: Uladislaviensi & Plocensi Ecclesiæ multa largitus est. Sicque interdictum laxatum, & Princeps à pontificiis Legatis absolutus est, anno 1240. *Cromerus.**

¶ Venialia peccata multis remediis absolvuntur: tunsione pectoris, Oratione dominica, signo crucis, adspersione aquæ benedictæ, confessione communi, quæ fit in primâ & completorio, & ante Missam, & benedictione episcopali, &c. *Albertus Magnus.** Confitenti venialia peccata, non est injungenda pœnitentia; sed ad memoriam revocanda satisfactio quotidiana pro venialibus, ab Ecclesiâ instituta: scilicet tunsio pectoris, Pater noster, Ave Maria, & hujusmodi. &, si suscipiatur pœnitentia: non erit ei injuncta in præcepto, sed in consilio. *Albertus Magnus.**

Quòd ingressus religionis plùs valeat ad remissionem peccatorum, quàm aliqua pœnitentia in Mundo: ipsi Prælati Ecclesiæ confitentur. Quia, quantumcunque peccaverit homo: si in confessione dicat, se velle intrare religionem, non injungitur ei alia pœnitentia. *Hugo Cardinalis.**

*lib. 8.

*in Luc. 18

*super 4. Dist. 01.

*in Ps. 29.

[illegible] O[illegible] [illegible]SIONE.

AD [illegible] n acce[illegible] i p[illegible] [illegible]d confessionem [illegible] ebant, ibique [illegible] la pec[illegible] at[illegible] Sacerdoti recen-[illegible] an[illegible]r. Ea vero si quis [illegible] m revelâsset, m[illegible] in perpetuum includi [illegible] betur, *in Concilio La-ter.* [illegible]

[illegible] n Gravius Sacerdos, qui peccatum [illegible] iam h[illegible] c[illegible] tum, committit. *Innocentius* [illegible]

Item [illegible] catum, in [illegible] n tentiali judicio sibi dete-&[illegible] præt[illegible] revelare: non solummo-[illegible] in arctam [illegible] nasterium detru-detur [illegible] tuam pœnit[illegible] tia[illegible] p[illegible] gendam. *Liber Syn-odalis.*

Lu[illegible] um Francorum Regem [illegible] q[illegible] m Divum vo-[illegible] catorum Sacer-[illegible] n[illegible]*anus.**

¶ S[illegible] læ a[illegible] peccatorum omnium com-mein[illegible] at[illegible] n[illegible] à conscientiarum horrenda fuit ca[illegible] na [illegible] Innocentius III. inventor putatur: *teste Fra[illegible] o.**

Et [illegible] idem in[illegible] *Innocentius*.* Debet enim peccator o-mne[illegible] mninò peccati circumstantiam confiteri, secun-dùm quod majus pecca[illegible] it, [illegible] n tem[illegible] re, in nume-ro, in personâ: secundùm ætatem, secund[illegible] scientiam, se-cundum gradum, [illegible] d [illegible] d'neni [illegible] si frequen-ter, si manif[illegible] stè, si perseveranter. Hæc omnia crimen exa[illegible] erant: & ideò debet singula confiteri, ne vel delictum allev[illegible] et vel peccatum excuset. Pudor enim confessionis, par[illegible] e[illegible] non-modica satis[illegible] ctionis.

Et *Polydorus* ait:* Innocentius III. constituit, ut qui jam d[illegible] ces esse cœpissent, si non sæpiùs, at semel quotan-[illegible], [illegible] nfiterentur peccata [illegible] is Sacerdotibus, qui eorum [illegible] maium curam haberent. Atque hic est veræ purgatio-nis modus, ut, quod dicto factóve quotidie peccamus, il-lud pu[illegible] conscientiæ [illegible] isque actibus expiemus.

S[illegible] tutum est, quòd omnis utriusque sexûs fidelis, post-quam ad annos [illegible] tionis pervenerit, omnia sua peccata so[illegible] nfiteatur fideliter [illegible] em semel in anno, & injun-ctam [illegible] pœnitentiam suam studeat pro viribus adimple-re. *Liber* [illegible] *Nemans*[illegible] *lesia.*

Sunt qu[illegible] m, qui, p[illegible] stquam confessi sunt semel, no-lunt am[illegible] iteri [illegible] m tamen omnis homo, etiam [illegible] ost peractam pœnitentiam, se peccatorem confiteri de-[illegible] et. *Hugo.**

RITUS CIRCA COENAM.

COenam administrarunt, (ut & superioribus seculis) sacris [illegible] rdinibus initiati, Episcopi, Presbyteri, Sa-ce[illegible], templis & vasis consecratis.

Hoc utique Sacramentum altaris nemo potest confice-re nisi Sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus, secundùm duas [illegible] quas ipse concessit Apostolis, & eorum successori-bus, Jesus Christus. *Innocentius, in Concilio Lateranensi.*

¶ Panis erat azymus, & vinum aquâ mistum: & integer erat Cœnæ ritus. Ut ergo nihil corruptum, sive corrum-pens; sed totum sincerum atque [illegible] yncerans, in hoc esse Sa-cramento, monstretur: non [illegible] mentatum, sed azymum consecramus. *Innocentius.** Episcopus aquam vino com-mitet in ca[illegible] ce. *Idem.*

In oppugnatione Damiatæ urbis, milites, factâ de pec-cati[illegible] is confessione, & communicato Sacramento cor-[illegible] & sanguinis Domini, pugnam [illegible] neunt. *Ursbergensis.*

An[illegible] e [illegible] eptionem co[illegible] poris dominici, accessit archi-[illegible] iensis Le[illegible] entem, & ait: Adjuro te [illegible] per mysterium dominici corporis & sa[illegible] rce [illegible] ses, &c. *Crantzius.**

[illegible] Lu[illegible] ensis [illegible] scopus, memorabilem insti-tuit [illegible] m[illegible] nicæ C[illegible] næ, r[illegible] inquens pecuniam pro [illegible] *m.**

¶ [illegible] nem Innocentius III. in Con-cil[illegible]. Et *Hugo* ait [illegible] propter mul-[illegible] on communicant determina-to [illegible]

[illegible] s, & [illegible] uè pa[illegible] tur [illegible] æ sacramentum. [illegible] *Nemans*[illegible] *is* [illegible] *lesia.*

[illegible] rpetuà [illegible] em [illegible] dignum [illegible] s Roman[illegible] In-nocenti[illegible] I[illegible] le[illegible] am [illegible] Lao[illegible] sum calici con-tra C[illegible] institut[illegible] mit [illegible] *dam.**

[illegible] xcipimus ut Sac[illegible] m[illegible] nt [illegible] ratum in eccl[illegible] siâ: quòd statim [illegible] ntpopul[illegible] ud, post-quam re[illegible] erunt corpus Christi, proh[illegible] ndo [illegible] mmu-nicantibus [illegible] ne à præsentiâ ipsorum [illegible] idot[illegible] in rece-dant, donec de vino aliquantulum b[illegible] d[illegible] li-genter abluant ora sua. *Liber Synodalis Nemansensis* [illegible] *clesia.*

DE MISSA.

THeatricum Missæ spectaculum, in frequentissimo fuit usu.

Sic *Hugo* inquit:* Eâdem die, quâ Dominus instituit sacramentum cœnæ dominicæ, instituit & Missam, i[illegible] que officium Missæ plenè celebramus, cum ornamentis & ministris: ita quòd nihil horum desit, quæ cel[illegible] ratio-ni Missæ solent adhiberi. Quia incongruum esset, de so-lennitate Missæ aliquid [illegible] à die prætermitti, quâ instituta est. Tamen in tribus [illegible] s diebus, horas diurnas, & ma-tutinale officium, semi[illegible] lenè celebramus: quia nec m[illegible] e solito terminamus. prætermittimus enim psalmum, *Ve-nite exultemus Domino:* & *Benedicamus Domino.*

In die Parasceves, non conficitur corpus Domini in Ecclesiâ: sed in quintâ feriâ duæ hostiæ consecrantur, & altera in crastinum reservatur. *Idem:** Quando Domi-nus apparuit discipulis suis, dixit: *Pax vobis.* Hinc est, quòd Episcopus, qui specialiter est vicarius Chri-sti, in primo ingressu ad populum, & in primâ versio-ne in Missâ, dicit: *Pax vobis.* Secundò autem in Missâ, ante susceptionem Eucharistiæ, dicit: *Pax Domini sit semper vobiscum.* quia Dominus secundò intrans post octo dies, secundò legitur ità dixisse. *Idem.** Episcopus bis in Missâ dicit: *Pax vobis.* Quando primò dicit; ver-tit se ad populum: quia pax pectoris Episcoporum, in mi-nisterio quandoque dicitur nobis. Quando secundò di-cit; non vertit se ad populum: ad innuendum, quia Do-mini est, & non sui, dare pacem æternitatis. *Idem.** In multis ecclesiis est perversa consuetudo, & indigna digni-tas inolevit: ut etiam majori altari non celebret, nisi tali vel talis. *Idem.**

¶ Singulari vestitu induebatur Pontifex in officio alta-ris. Pedibus sandalia aptabantur: caput amictu tegebatur: albæ quoque, seu linei vestimenti, zonæ & cinguli, usus erat: stola super amictum collo Sacerdotis incumbebat: post tunica & dalmatica chirothecis, casula vel plane-ta induebatur: manipulum læva tenebat: denique mi-tra, annulus, baculus, & pallium, accedebant. *Innocen-tius III.**

Item: Quatuor sunt principales colores; quibus, se-cundùm proprietatem dierum, sacras vestes Ecclesia Ro-mana distinguit: albus, rubeus, niger, & viridis. Al[illegible] induitur vestimentis, in festivitatibus Confessorum & Virginum. Rubeis utendum, in solennitatibus Apostolo-rum & Martyrum, propter sanguinem passionis. Licet autem, in Apostolorum Petri & Pauli martyrio, rube[illegible] sit utendum: in Conversione tamen, & Cathedrâ, uten-dum est albis. Sicut, licèt in Nativitate Johannis sit al[illegible] utendum; in Decollatione tamen ipsius, utendum est [illegible] beis. In commemoratione omnium Sanctorum qui[illegible] rubeis utuntur indumentis: alii verò, ut Curia Roman[illegible] candidis. Nigris utendum, in die afflictionis & absti[illegible] tiæ pro peccatis, & defunctis: ab Adventu videlic[illegible] t, us[illegible] ad Natalis vigiliam; & a Septuagesimâ, usque ad [illegible] um Paschæ. In Innocentum autem die quidem n[illegible] a-lii verò, rubeis utendum [illegible] sse, contend[illegible] nt. H[illegible] mur violaceis, sicut in Lætare Hierusalem & pro-pter lætitiam [illegible] quam Aurea rosa significat. R[illegible] Pontifex portat [illegible] aurifrigio insignitam [illegible] pr[illegible]

[illegible] mundi [illegible] mundi [illegible]is. R[illegible] & [illegible] manibus [illegible] indumentis utendum. His indumentis [illegible] [illegible], dalta [illegible] roce; [illegible] obu[illegible] m duce[illegible] [illegible] otee [illegible] iter & Levitâ; Subdiac[illegible]no [illegible] n[illegible] [illegible] clausum portat codicem Evang[illegible] d[illegible] [illegible] ad altare perveniat; ibique codicem ei osculatur apertum *Innocentius.*

Item: Cùm stationibus [illegible]lennitas celebratur; Romanus Pontifex, cum sex præfatis ordinibus, [illegible] secrar[illegible]o processionaliter ad altare progreditur. Duo D[illegible]aco[illegible] q[illegible] ducunt Pontificem designant Abraham[illegible]m, & David. Quatuor ministri super Pontificem ferunt mappulam, quatuor baculis colligatam: præferunt duo luminaria cum incenso. At in majoribus solennitatibus septem [illegible]ndelabra coram Pontifice deferuntur. In quibusdam basilicis, circa medium chori, manipulus stupæ super columnam appenditur: cui Pontifex ignem apponi[illegible]; ut in conspectu populi subitò comburatur. Cùm Pontifex [illegible] propinquat altari: Primicerius scholæ Cantorum accedens, dextrum ipsius humerum coram adstantibus osculatur. Deinde tres Sacerdotes Pontifici venienti, coram altari reverenter occurrunt; & inclinantes os ejus osculantur, &c.

Posthæc quasi acies instruitur: ut ipse *Innocentius* nugatur. Disponitur, *inquit*, ista processio, velut castrorum acies ordinata. Nam & majores, & fortiores quasi custode[s] exercitus, præveniunt & sequuntur. Minores quasi debiliores, colliguntur in medio. Præcedunt enim E[piscopi] & Presbyteri: subsequuntur Pontifex & Diaconi: colliguntur in medio Subdiaconi & Acolythi. Cantores autem quasi tubicines, præcedunt exercitum: ut eum ad prælium contra dæmones excitent, & invitent. De quo prælio inquit Apostolus: * *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus Mundi rectores tenebrarum harum; contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.* Unde Psalmista: * *Buccinate in neomenia tuba; in die insigni solennitatis vestræ.* Crux ergo, quasi regale vexillum, præmittitur & præfertur: ut fugiant, qui oderunt eum, a facie ejus. Nobis ergo absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mundus nobis crucifixus est; & nos Mundo crucifigi debemus.

Pontifex, ad altare perveniens, & ad se-ipsum revertens, antequàm ordiatur sacrum officium: de peccatis suis cum adstantibus confitetur, Psalmum illum præmittens: *Judica me Deus, &c.* ut discretus à gente non-sanctâ, & ab homine liberatus iniquo, ad altare Dei dignus introëat.

Ingressurus Pontifex ad altare, incensum apponit thuribulo. Tùm accedens Episcopus ad altare, osculatur sacrum altare, &c. Diaconus autem, statim inclinans, osculatur pectus Episcopi: designans, quod inspiratione divinâ Prophetæ prædixerunt pacem futuram. Episcopus, thuribulum accipiens à Diacono, sacrum incensat altare. Interea chorus concinit Antiphonam ad Introitum, *Kyrie eleison.* Mox sequitur Hymnus angelicus. In cornibus altaris, duo stant candelabra cum facibus: in quorum medio imago Christi crucifixi posita est. Pontifex, salutaturus populum, *Pax vobis*, ait. Minor autem Sacerdos, *Dominus vobiscum.* Sed utrinque respondetur; *Et cum spiritu tuo.* His subjungitur oratio, quam Collectam vocant. Et quia Deus numero impare gaudet; summoperè quidam observant, ut impares dicant orationes in Missâ, vel unam, vel tres, vel quinque, vel septem. Unam, vel tres: propter unitatis sacramentum, vel mysterium trinitatis: quinque, vel septem; propter quinquepartitam Domin[icam pass]ionem, vel spiritum gratiæ septiformis. Deus enim di[visi]onem & discordiæ detestatur. Unde, cùm cætero[rum] dierum operibus benedixit; operibus secundæ diei benedictione non legitur: quia binarius numerus ab unitate recedit, & ab eo cæteri divisibiles numeri sortiuntur originem.

[Stans] autem Pontifex ad orandum, manus elevat & extendit ad [illegible] [illegible] qui manus ejus sustentant; Sacerdote co[illegible] tenente [illegible] ramentarium. Evangelio præmittitur [illegible] [illegible] Post lectam E[pi]stolam, ad Sacerdotem [illegible] Subd[iaco]num cui Sacerdos benedic[illegible] [illegible], ante [illegible] Epistolæ, ad sacerdotem ac[illegible], reverenti[illegible] [illegible] exhibet. Chorus con[cini]t graduale, *Alleluja* [illegible], *Sequentia.*

N[o]tandum autem est quod in [illegible] Mi[illegible] linguarum concurrit diversitas: omn[illegible] [illegible] [illegible] tur. qui[a] Do[mi]nus Jesu[s] Christ[us] in [illegible] Dei P[illegible] Quod & titulus [illegible] ostendit [illegible] He-braicis, Græcis, & L[atinis] Jesus N[azarenus] [illegible] R[ex] [Jud]æorum. H[illegible] [illegible] [illegible] partem accede[ns] Evangel[illegible]:

Porrò cum Episc[opus] [illegible] [illegible] per-aguntur. Diaconus en[i]m dextra [illegible] o-dicem Evange[lii] [illegible] alt[illegible] po-stulat ab E[pi]scop[o]: quâ datâ, procedit ad pul[pitum] [illegible] præ-cedentibus Cer[o]ferariis; u[illegible] thuribulum cum incenso. Cæterùm Subdiaconus, vel Diaconus, non m[a]n[um]; sed pedes R[o]mani Pontificis, osculatur: ut summo Pontifi[ci] summam exhibeat reverentiam, & eum [illegible] ostend[at] vicari[u]m esse, cujus pedes osculabatur mu[lier] [il]la, quæ fuerat in ci[vi]tate peccatrix. Adorandum est en[i]m [s]cabel[lu]m pedum ejus; quoniam sanctum est: cujus pedes mul[i]eres tenentes, resurgentem a mortuis adoraver[u]nt.

D[i]aconus verò accepto Evangel[ii] codice ab altari & bened[ic]tione ab E[pis]co[po] [illegible] ad pulpitum contendit; constante eum [illegible] & [pr]æcedentibus Cero-ferariis: [illegible] a[t]que ad Aquilonem fac[iem], Evangelium c[l]a[ra] voce legit. [illegible] tamen q[illegible] [illegible] se munit [illegible] Diab[ol]us devotionem de[illegible] [illegible] [illegible] lat. Eo lecto, l[i]brum osculatur, & cru[ce] signat eum; cum thuribulo ad Episcopum refert. [illegible] Sy[mbolum] [illegible] decantatur.

Quia verò Ch[ri]stus non venit præ[dic]a[re] genti[b]us: sed Judæis: juxta quod ipse dix[it] [illegible]. * *Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt in domo Israel.* Unde [p]ræcepit Apostolus: * *In viam gentium ne abieritis, & [in] [civit]ates Samaritanorum non intraveritis.* donec post resurrectionem præcepit eisdem: * *Euntes in Mundum universum [pr]ed[icate] Evangelium omni creaturæ.* Idcirc[o] R[o]mano P[o]ntific[e] [so]lenniter celebrante, Symbolum fide[i] non [C]antores in [cho]ro sed Subdiaconi ad altare decantant: & ipsi g[e]neraliter ad universa respondent, usquedum Pontifex dic[at]: *Pax Domini sit semper vobiscum.* Quoniam, usque [p]ost Christi resurrectionem, sola Judæorum Ec[cle]sia, quæ per Subdiaconos designatur, qui juxtum ad altare co[illegible], cor de credidit ad justitiam: ore autem confessa est ad salutem. Sed ex-tunc Cantores in cho[ro] respondent & universa decantant, quia post resurrectionem, Eccl[esi]a gentium, quam Cantores designant, qui deorsum in ch[or]o consistunt, fidem Christi recep[it] & laudum præconia Salvatori persolvit. Inter Evangelium cant[ici] n de sacrificium, chorus concinit Offertorium: quod an[te] inter prædicationem & passionem gentilita[s] [illegible] decantavit: quando mulier Chananæa [d]e fi[nibus] T[yri] & Sidonis egressa, clamavit, & dixit: * *M[iserere] [m]ei [Do]mine [fi]li David: filia mea a dæmonio male vexatur.* [illegible] [illegible] dem commendans Dominum, ait: * *O m[uli]er m[ag]na e[st] [fides] tua, fiat tibi, sicut vis.*

Dictans Sacerdos, *Oremus*: præmittit: *Do[mi]nus vobiscum*: quia, nisi nobiscum sit D[ominus] [illegible] nostram orare non possumus. S[ed] [du]m autem cantitur [Offer]torium, trahens nomen ab [o]fferend[o] [illegible], [du]m Offertorium cantatur. Sacerdos acc[ipit] [illegible] [illegible] vel hostias a ministri[s].

Interim verò Diaconus c[illegible] pa[illegible] [al]tare disponit; quæ significant lin[illegible] m[illegible] [illegible] v[o]lutum fuit corpus Jesu. Pa[ll]a autem, quæ plicat[a] [p]onitur su-per calicem, signat sudarium; quo[d] fuerat super caput ejus, separatum involutum in unum l[ocu]m. De his

* Eph. 6. v. 12.
* Psal. 80. v. 4.
* Matth. 15. v. 24.
* Matth. 10. v. 5.
* Marc. 16. v. 15.
* Matth. 15. v. 22.
* vers. 28.

Itaque tantum reperitur in Canone: *Consulto omnium constituimus: ut sacrificium altaris, non in serico panno, aut intincto, quisquam celebrare præsumat, sed in puro lineo, ab episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto: sicut corpus Domini nostri Jesu Christi, in sindone lineâ mundâ sepultum fuit.*

Tunc surgens Sacerdos, ad altare procedit; ut mysticam oblationem accipiat à ministris. Oblatione suscepta, statim adoletur incensum. Subdiaconus calicem præparat: panem & vinum in illo disponens. Diaconus calicem præparatum accipiens, in altari componit. Priùs tamen Diaconus patenam cum hostia tradit Episcopo: quam Episcopus statim super altare disponit, & aquam vino commiscet in calice. Calix deinde ponitur ad dextrum latus Oblatæ; quasi sanguinem suscepturus, qui de latere Christi dextro creditur vel cernitur profluxisse. Nam, sicut panis in corpus, ità profectò vinum transsubstantiatur in sanguinem. Porrò, cùm Sacerdos accipit patenam & urceolum, calicem & thuribulum: patenam cum hostiâ, urceolum cum aquâ: calicem cum vino; thuribulum cum incenso: efficit super ea crucis signaculum: ut per crucis virtutem omnis comitatus diabolicæ malignitatis effugiat; ne contra sacerdotem vel sacrificium aliquo modo prævaleat. Ob hoc etiam, in modum crucis, superducit & circumducit incensum & sacrificium ad altare: quatenus & crucis signaculo, & thuris incenso, diabolicæ fraudis malignitas extricetur. Super patenâ autem, sacrificium panis offertur.

Post susceptam Oblatam, Sacerdos abscondit sub Corporali patenam; vel ab altari remotam, Subdiaconus retrò continet involutam: quam mox resumit Sacerdos. Tunc Sacerdos inclinans orat, primùm pro se, deinde pro populo: monens, ut populus oret pro ipso. Levatisque manibus & voce, palàm dicit: *Per omnia secula seculorum. Dominus vobiscum.* Chorus: *Et cum spiritu tuo.* Sacerdos: *Sursum corda.* Chorus: *Habemus ad Dominum.* Sacerdos: *Gratias agamus Domino Deo nostro.* Chorus: *Dignum & justum est.* Sacerdos: *Verè dignum & justum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubiq; gratias agere, Domine sancte pater, omnipotens æterne Deus, per Christum Dominum nostrum: per quem majestatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates: cæli cælorumq; virtutes, ac beata Seraphin, socia exsultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces ut admitti jubeas deprecamur, supplici confessione dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth! Pleni sunt cæli & terra gloria tuâ. Osanna in excelsis! Benedictus, qui venit in nomine Domini! Osanna in excelsis!*

Cæterùm, ne sacrosancta verba vilescerent, dum omnes penè, per usum ipsa scientes, in plateis & vicis, aliisque locis incongruis decantarent: decrevit Ecclesia, ut hæc obsecratio, quæ secreta censetur, à sacerdote secretè dicatur. Unde fertur, quòd, cùm ante consuetudinem, quæ postmodum inolevit, quidam pastores ea decantarent in agro, divinitus sunt percussi. *Te igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum, supplices rogamus, ac petimus, uti accepta habeas, & benedicas hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata, in primis quæ tibi offerimus, pro Ecclesiâ tuâ sanctâ catholicâ; quam pacificare, custodire, adjuvare & regere digneris, toto orbe terrarum; unà cum famulo tuo, Papâ nostro N. & Antistite nostro N. & Rege nostro N. & omnibus orthodoxis, atq; catholicæ & apostolicæ fidei cultoribus. Memento Domine famulorum famularumq; tuarum, N. & N. & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota devotio: pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisq; omnibus, pro redemtione animarum suarum: pro spe salutis & incolumitatis suæ: tibiq; reddunt vota sua, æterno Deo, vivo & vero. Communicantes & memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper-virginis Mariæ genitricis Dei, & Domini nostri Jesu Christi: sed & beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri, Pauli, Andreæ, Jacobi, Johannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi; Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, [illegible], Johannis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum. Quorum meritis precibusq; concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio, per eundem Christum Dominum nostrum. Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Domine, ut placatus accipias, diesq; nostros in tuâ pace disponas: atq; ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari, per Christum Dominum nostrum. Quam oblationem tu Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemq; facere digneris: ut nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi Filii tui, Domini Dei nostri Jesu Christi: qui pridie, quam pateretur, accepit panem in sanctas & venerabiles manus suas, & elevatis in cælum, ad te Deum Patrem omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes. HOC EST ENIM CORPUS MEUM. Simili modo, postquam cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem, in sanctas & venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, benedixit, dedit discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex hoc omnes. HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET ÆTERNI TESTAMENTI, MYSTERIUM FIDEI: QUI PRO VOBIS, ET PRO MULTIS, EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Unde & memores, Domine, nos servi tui, sed & plebs tua sancta, Christi, Filii tui, Domini Dei nostri, tam beatæ passionis, necnon & ab inferis resurrectionis, sed & in cælos gloriosæ ascensionis, offerimus præclaræ majestati tuæ, de tuis donis ac datis, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ & calicem salutis perpetuæ: supra quæ propitio & sereno vultu respicere digneris, & accepta habere: sicut accepta habere dignatus es munera pueri justi Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Supplices te rogamus, omnipotens Deus; jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui, in sublime altare tuum, in conspectum divinæ majestatis tuæ: ut, quotquot ex hac altaris participatione, sacrosanctum Filii tui corpus & sanguinem sumserimus, omni benedictione cælesti & gratiâ repleamur, per eundem Christum, Dominum nostrum, Amen. Memento etiam, Domine, famulorum famularumq; tuarum, N. & N. qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Ipsis, Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis & pacis, ut indulgeas, deprecamur, per eundem Christum Dominum nostrum. Nobis quoque peccatoribus, famulis tuis, de multitudine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris, cum sanctis tuis Apostolis & Martyribus, cum Johanne, Stephano, Matthiâ, Barnabâ, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetuâ, Agathâ, Luciâ, Agnete, Cæciliâ, Anastasiâ, & omnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consortium, non æstimator meriti, sed veniæ, quæsumus, largitor admitte, per Christum Dominum nostrum: per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis, & præstas nobis. Per ipsum, & cum ipso, & in ipso, est tibi, Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritûs sancti, omnis honor & gloria, per omnia secula seculorum.* Oremus. Præceptis salutaribus moniti, & divinâ institutione formati, audemus dicere: *Pater noster, qui es in cælis, Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terrâ. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra; sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo: Amen. Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris: & intercedente beatâ & gloriosissimâ semper-virgine Dei-genitrice Mariâ, & beatis Apostolis tuis, Petro & Paulo, atque Andreâ, cum omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordiæ tuæ adjuti, & à peccatis simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi, per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: qui tecum vivit & regnat, Deus, in unitate Spiritûs sancti, per omnia secula seculorum. Amen.*

Peracto hoc murmure, Subdiaconus & Diaconus reddunt patenam: quam Sacerdos accipiens osculatur,

& cum eâ signum crucis in faciem sibi imprimit; & hostiam in tres partes dividit: duabus extra calicem reservatis; cum aliâ signum crucis ter super calicem, de cujus ore Diaconus corporale removerat, efficit, altâque voce dicit: *Pax Domini sit semper vobiscum!* particulamque hostiæ inter dicendum in calicem demittit. Respondet chorus: *Et cum spiritu tuo.* Et *Agnus Dei, &c.* canitur.

Luditur deinde mutuis osculis pacis, altaris. Tùm Episcopus communicat cum ministris. Pontifex autem, integram Eucharistiæ medietatem accipiens, super patenam frangit in partes; & eas porrigit ministris comedendas. Post susceptum Eucharistiæ sacrificium, Sacerdos manus abluit.

At Romanus Pontifex, alium in communicando morem observat. Ut enim, in perceptione corporis & sanguinis Christi, nulla possit fallacia subornari; sed in utroque perceptionis veritas evidenter appareat: summus Pontifex non statim particulam hostiæ demittit in calicem; sed eam, post trinum crucis signaculum, in patenam reponit: & post osculum pacis ad sedem ascendens, ibique consistens, universis cernentibus, partem majorem suscipit oblatæ de patenâ, quam ei Subdiaconus repræsentat: ipsamque videntibus dividens, unam particulam sumit; aliam verò mittit in calicem, quem tenet coram ipso Subdiaconus: de quo sanguinem haurit cum calamo. Deinde particulam unam, cum osculo, tradit Diacono; aliamque Subdiacono, sinè osculo: quem, ad altare ministrans ei calicem, Diaconus osculatur. Et tunc Subdiaconus particulam, demissam in calicem, sumit cum sanguine. Ideò autem Romanus Pontifex non communicat, ubi frangit, sed ad altare frangit, & ad sedem communicat: quia Christus in Emaus, coram duobus discipulis fregit; & in Hierusalem, coram decem Apostolis manducavit. In Emaus fregisse legitur; sed manducâsse non legitur. In Hierusalem non legitur fregisse; sed legitur comedisse.

Post communionem, Antiphona canitur. Peracto hoc mysterio; Pontifex cum ministris ad altare procedit; & altare deosculans, elevatis manibus, ultimam orationem seu benedictionem exsequitur. Et Diaconus altâ voce pronuntiat: *Ite, Missa est, &c.*

Missa, dicitur & ministerium, & mysterium: id est, officium, quod profertur; & sacrificium, quod offertur. Officium verò dividitur, in Missam catechumenorum, & fidelium Missam. Missa catechumenorum, est ab Introitu, usque post Offertorium. Et dicitur Missa, ab emittendo: quia tempore, quo Sacerdos incipit Eucharistiam consecrare, Catechumeni foràs de ecclesiâ emittuntur. Perlecto siquidem Evangelio, Diaconus clamare solebat: *Si quis Catechumenus adest, exeat foràs.* Catechumeni sacris mysteriis interesse non debent; quæ non nisi baptisatis fidelibus committuntur: sicut de quibusdam, qui catechumenorum & nondum-renatorum typum gerebant, scriptum est: * *Ipse autem Jesus non credebat se illis.* Missa fidelium, est ab Offertorio, usque post communionem. Et dicitur Missa, à dimittendo: quia tunc ad propria fidelis quisque dimittitur. Constitutum est enim in Aurelianensi Concilio: ut, cùm ad celebrandas Missas in Dei nomine convenitur, populus non antè discedat; quàm Missæ solennitas compleatur. Totum autem officium dicitur Missa, quasi transmissio: eò quòd populus fidelis, per ministerium Sacerdotis, (qui fungitur vice mediatoris inter Deum & homines) preces, & supplicationes, & vota transmittat Altissimo. Ipsum verò sacrificium, id est hostia, Missa vocatur, quasi transmissa: primùm nobis à Patre; ut esset nobiscum: postea Patri à nobis; ut intercedat pro nobis ad ipsum. primùm nobis à Patre, per incarnationem: postea Patri à nobis, per passionem. & in sacramento, primùm nobis à Patre, per sanctificationem: postea Patri à nobis, per oblationem. Hæc est tota sufficiens & idonea missio, seu legatio, ad solvendas inter Deum & homines inimicitias & offensas. Cùm ergo Diaconus ait, *Ite, missa est.* idem est, ac si diceret; Redite ad propria, quia oblata est hostia salutaris. *Innocentius, de mysterio Missæ.*

* Joh. 2. v. 24.

¶ Binas Missas celebrari uno die, vetat Concilium Oxoniense: excepto die Nativitatis & Resurrectionis Dominicæ, vel in exequiis defunctorum: videlicet cùm corpus alicujus in ecclesiâ, eâdem die, fuerit tumulandum. & tunc prior Missa de die; posterior verò pro Defuncto, celebretur.

¶ Præterea, his additamentis aucta est Missa. Eucharisticum panem in templis asservari, statuit Innocentius III. in Concilio Lateranensi.* Et missalis canonis verba, evangelicis verbis æqualia fieri, idem jussit. *Baleus.* * Honorius III. in eucharistici panis elevatione, genuum flexiones exigit. At Gregorius IX. pulsum tintinnabuli addidit: cujus etiam usus fuit in circumgestatione; ad cujus sonum prostrati homines, pani illi divinum honorem exhibebant. *Idem ex Thoma Cantipratensi, & Jacobo de Vitriaco, Blondus.**

* cap. 20.
* lib. 5.
* li. 7. Dec. 2.

Honorius III. constituit, ut corpus Domini ad infirmos, in habitu decenti, portetur. Itèm, ut corpus Domini, propter infirmos, sub clausurâ semper in Ecclesiis reservetur. *Chronicon Aedituі.*

Constituit Gregorius IX. ut tempore interdicti generalis, semel in hebdomadâ, submissâ voce, clausis januis, Sacerdos, propter infirmos, conficiat corpus Domini: quod decedentibus in pœnitentia non negatur. *Chronicon Aeditus.*

¶ Apostoli instituerunt, in primitivâ Ecclesiâ, Missam decantandam in Paschate, mediâ nocte, in signum resurrectionis Domini. Unde & nos, in sancto sabbato Paschæ, in Missâ, quæ tandem cantatur, facimus mentionem de illâ nocte, & in benedictione cerei. *Hugo Cardinalis.**

Præcipitur Sacerdotibus, quòd benedicant populo, *Numer 6.** Et ideò inolevit, quòd in fine hostiæ Missæ, cùm dicitur, *Ite Missa est*; Sacerdos benedicit populo. *Albertus Magnus.**

* in Matth. 28.
* vers 23
* in Luc. 1.

¶ Novum verò, hac ætate, de Transsubstantiato pane in Missâ papisticâ, stabilitum est commentum: ut ex Lateranensi constat concilio. Et, ut prædictum errorem Dominicani, contra Waldenses & Albianos, tuerentur; eosdem comprobavit, & in Romanæ Ecclesiæ consortium recipit Honorius II. *teste Baleo.*

¶ Jocum quandam duorum Regum, Angliæ & Franciæ, de Missâ, refert *Baleus*:* Heinricus III. inquit, Anglorum Rex, Sacerdotibus, cùm Missas celebrarent, assistere solebat, & eorum manus osculari. Huic S. Ludovicus, Francorum Rex, dixisse olim perhibetur: Missis audiendis non semper esse vacandum; sed interdum audiendas esse conciones sacras. Respondit Heinricus: Se malle amicum sæpiùs videre; quam de ipso loquentem audire.

* cen 4. c. 46 in App.

RITUS CIRCA ORATIONES.

Locus orandi peculiaris fuit. Nam sic *Innocentius* inquit:* Licèt in omni loco possit fidelis orare, competentiùs tamen in templo, in alto, & in occulto. Nam de templo Dominus ait: * *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Et Salomon: * *Cum venerit ergo, & oraverit in loco isto: tu exaudies in cælo, Domine, in firmamento habitaculi tui; & facies omnia, pro quibus invocaverit te.* In altum autem Jesus consuevit ascendere ad orationem: de quo legitur, * quòd ascendit in montem solus orare. Ideoque locum ad adorandum commendat occultum. *Tu autem*, inquit, * *cùm orabis, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Nam & Christus, de loco adorationis à muliere Samaritanâ interrogatus, respondit: * *Mulier, crede mihi, quia veniet hora; quando neque in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem: sed veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.* sic reprobans, & Samaritanorum errorem, qui dicebant, non esse locum adorationis, nisi in Garazim: & Judæorum; qui asserebant, non esse locum orandi Deum, nisi in Hierusalem. Specialiter tamen Deus in templo est adorandus, secundùm illud:*

* Proœm. in 7. Psal pœ-
* Esai 56 v. 7
* 1. Reg. 8 v. 42 43
* Matth 14. v. 23.
* Matt. 6 v. 6.
* Joh. 4. v. 21.

lud:* *Adorate Dominum in aulâ sanctâ ejus.* Specialiter quoque ad Orientem, sicut legimr: * *Ad ortum lucis oportet orare:* ut nobis, adorantibus Dominum, oriatur lux justitiæ vera; quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc Mundum. Assistunt enim, in sacris basilicis, Angeli Dei, fidelibus adorantibus: ut devotas eorum orationes offerant Deo; secundùm illud: * *In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus, adorabo ad templum tuum sanctum, & confitebor nomini tuo.*

* Ps. 19. v. 2. * Sap. 16. v. 26. * Ps. 138. v. 1. 2.

¶ Ad preces publicas, certæ deputatæ fuerunt horæ. Nam ut certis divinæ rei horis *Salve regina* cantarerut, constituit Gregorius IX. *teste Nauclero.*

¶ Gestuum etiam fit mentio. Quidam enim jacendo orant; quidam sedendo; & quidam stando. *Innocentius.**

* Proem. in Psal. pan.

Gregorius IX. in eam omnium periculosissimam perductus difficultatem, cùm non haberet aliud, à Deo solo protectionem invenit. Cardinalibus enim, clero, omnique populo, convocatis; capita ipse Apostolorum gestanda accepit: & cruce, cui portio vivificæ crucis inest, præmissâ, à Lateranensi episcopio, Apostolorum principis basilicam petiit. ubi ambone conscenso, orationem habuit commiserationibus plenam: porrectoque brachio, capita Apostolorum ostendens, flens atque suspirans, lacrymantibus multis, nihil moratus, decretum promulgavit sacrosanctum: gloriæ salutisque æternæ præmia illis pollicitus, qui, adversùs scelestissimum Dei & Ecclesiæ sanctæ hostem Fridericum pugnaturi, crucis charactere insignirentur. Mirumque, Populum Romanum, à quo toties dissenserat, in suam defensionem armare, in eâ hostis potentissimi propinquitate; cujus largitione corruptos, atque etiam conjuratos esse potentiores quosque, constabat: ut nulli dubium esse debeat, (sicut Blondus inquit) divinâ ope datam tunc Ecclesiæ Pontificique salutem. *Nauclerus,* *Chronicon Martini.*

* Gener. 42.

Edmundus, Cantuariensis archiepiscopus, orationi sedulus incumbebat; & nuda solo genua figebat. Unde nonnunquam, vi collisionis, erumpens sanguis genu reperiit alterum: aliud verò semper gibbosum & callosum. Singulis diebus, à capite usque ad pedes, membra crucifixi singula adorabat; & in adoratione cujuslibet, *Adoramus te Christe,* pià voce dicere solebat. *Vincentius.**

* li. 31. c. 77.

¶ Litaniarum meminit *Innocentius III. in epistolâ ad archiepiscopum Lugdunensem.*

In Psalmodiis, Imperatoris mentionem factam in Ecclesiâ Constantinopolitanâ, *ex Gregorâ** constat.

* lib. 4.

¶ Processionum etiam fit mentio. Nam temporibus Roberti, Leodiensis episcopi, facta est siccitas immensa: ità ut fructus terræ penè ab omnibus desperarentur. Unde tres processiones ordinatæ sunt, cum deportatione reliquiarum, & corpore S. Theodardi. Prima ad sanctos Apostolos: secunda ad S. Leonardum: tertia ad S. Ægidium. Quorum orationes non sunt exauditæ: quia non fecerant primâ die commemorationem de beatâ Mariâ; prout eis per visum cujusdam sancti viri relatum est. Sed in secundâ processione fecerunt intentionem de eâdem. Unde tanta pluvia exuberavit: ut omnes quærerent remedium sub tectis. *Catalogus Episcoporum Tungrensium.*

Singulis mensibus processiones fieri, pro Terræ sanctæ liberatione, in Synodo Lateranensi statutum est. Earundem fit mentio in Bulla Innocentii III. hinc inde missâ; quam alibi inseruimus.

Johannes Lubecensis, Cantori in processione, usum argentei baculi concessit. *Chron. Holsatiense.*

Cùm Nili exundatione, ad Damiatam urbem, milites multis afficerentur incommodis: pontificius coetus, qui in exercitu erant, supplicationes & triduanum jejunium indicunt; & ad obsecrationes milites adhortantur. Pòst exauditi, quasdam gratiarum-actiones, per circuitum castrorum celebrarunt. *Continuator Historiæ Belli Sacri.**

* lib. 3. c. 5.

Anno 1281. Tolosæ pontis pars corruit: cùm vix clerus in processione transiisset. *Johannes de Oppido.*

RITUS CIRCA VOCAtionem, & Ordinationem.

NOn est facienda electio ex improviso; sed oratio debet præcedere. Unde in electionibus invocatur Spiritus sanctus. *Hugo.**

* in Matt. 5.

In his verbis, * *Et cùm dies factus esset, vocavit discipulos suos,* &c. datur forma electionis faciendæ. Omnia enim, quæ sunt necessaria ad electionem canonicam celebrandam, hic determinantur. Primum est, quòd debet esse circumspecta: ut melior & utilior Ecclesiæ eligatur. Quod notatur ibi, * *In illis diebus exiit in montem:* unde potest longè latèque circumspici. Deuteronom. 3. * *Ascende cacumen,* &c. ubi est & libertas aëris, & spatii; ubi nihil impedit visum aut gressum. 1. Regum 11. * *Perrexit omnis populus in Galgala,* (quod interpretatur collis præcipitiorum, vel revelatio) *& fecerunt ibi regem Saul.* Itèm, oratio debet præmitti ad Deum. Quod notatur ibi; *Et erat pernoctans in oratione Dei:* non in collisione. Ideò autem oratio debet præcedere electionem: quia solus Deus videt corda hominum, & scit, quis sit idoneus. Contingit enim sæpè, quòd ille, qui austerus vel fatuus apparet exteriùs in facie, benignus & sapiens sit interiùs in corde. Unde dicitur Eccles. 3. * *Vestigium boni cordis, & faciem bonam, difficilè invenies, & cum labore.* Debet fieri in die; & non in nocte: quia, qui malè agit, fugit lucem. *Johann. 3.** Quod notatur ibi; *Et cùm dies factus esset.* Et non quolibet die; sed die assignato. quod notatur per hoc, quod dicitur singulariter; *Et cùm dies factus esset.* Toto tempore antè, Ecclesia debet esse in oratione Dei: sicut hic dicitur; *Erat pernoctans.* Itèm, die assignato debent venire Canonici ad electionem purè, propter Deum. quod notatur ibi; *Vocavit Dominus discipulos.* Sed certè hodie multos vocat propria ambitio; multos carnalis affectio; multos pecunia, multos invidia. Unde potest dici illud Matth. 24. * *Ubicunque fuerit corpus Episcopi mortui, illic congregabuntur & aquilæ,* id est, Canonici: ut sibi vel suis rapiant dignitatem, &c. Sed heu, hodie fit nulla mentio de vitâ, scientiâ: &c. sed magis, si est nobilis genere; si bonus manducator. &c. Itèm, debet eligi de Canonicis Ecclesiæ; si est ibi idoneus. Quod notatur; *Et elegit duodecim ex ipsis, quos Apostolos nominavit.* ut formicæ formicam eligunt sibi ducem. &c. Itèm, qui eligitur, debet esse Apostolus, missus ad ministrandum; non ad dominandum. *Hugo.**

* Luc. 6. v. 13. * vers. 12. * vers. 27. * vers. 15. * vers. 32. * vers. 20. * vers. 28. * in Luc. 6.

¶ Jus eligendi & vocandi episcopos, & alios Ecclesiarum ministros, totius erat Ecclesiæ: Clericorum scilicet, & Laicorum. At Friderici II. ætate, excluso populo cæterisque sacrificulis, duntaxat à mystis ferè imponi Pontifices, cœptum est. Eas ob causas, hujus tempestatis episcopi, in titulis, initiis epistolarum atque decretorum, non (uti nunc fit) adscribunt, *Apostolicæ sedis gratiâ,* nimirum favore humano: sed more Pauli, clementiæ duntaxat divinæ id munus atque donum acceptum referunt. Ità enim cœpisse epistolas, senatusconsulta, placita, rescripta. (exempli gratiâ) reperitur: *N. solâ miseratione divina Regenoburgensis episcopus.* Non licebat tùm Romano Pontifici, absque illorum, utpote venerabilium fratrum suorum, consilio, in cujusquam provinciâ quicquam attentare. nempe illi meliùs sui gregis mores cognoscebant: à Deoque se, non ab hominibus destinatos, existimabant. Si quippiam peccatum, aut temerè actum fuerat, quod coarguendum foret: id primùm ad suum gregis pastorem referebatur; isque primùm cognoscebat: Romanus duntaxat admonebat. Cuncta jure, lege, bonorum virorum ex provinciâ arbitratu, & more majorum, ex communis consilii popularium & sacerdotum decreto, agebantur. Nihil tumultu, armis, vi, dolo malo, potentiâ, seditione, unius paucorùmve, pessimorum etiam temeritate atque libidine, gerebatur. Hoc institutum tollere & antiquare, episcoporum authoritatem labefactare, ad unius cuncta potestatem redigere, complacitum est. Nec enim aliter Fridericus opprimi poterat: quem illi, suum charissimum, atque pientissimum Principem,

propalàm

propagandam prædicantes, nequaquam salvo rerum statu deserturos videbantur. Primus enim Imperatorum, sicut & in pontificalibus legimus, & diplomata ostendunt, Fridericus ille II. tantâ immunitate sacerdotum genus condonavit: quâ mox adversùm eum abusi sunt Romanenses. *Aventinus.**

Arsenius monachus, Constantinopolitanus Patriarcha creatur, communi pontificum sententiâ & suffragio, Imperatore maximè, Theodoro Lascari juniore, approbante, & pontificium illud suffragium (uti moris est) confirmante. *Gregoras.**

Fulconi, episcopo Cracoviensi, successit Vincentius, cognomento Cadlubcus, Præpositus Sendomiriensis, gente Roseus, vir doctus (ut nunc ferebant tempora) & pius; qui primus Polonorum historiam gentis suæ conscripsit: liberis collegii, sacri suffragiis creatus & expetitus; quamvis ipse in eo collegio non esset. Perfecerat enim id collegium, per Johannem archidiaconum; ut libera sibi deinceps esset electio episcopi: in quam se Principes, perverso more, etiam tunc ingerebant. *Martinus Cromerus.**

Gregorius episcopus, servus servorum Dei venerabilibus fratribus, archiepiscopo Bremensi, & episcopo Verdensi, salutem, & apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum, Decani & Capituli Suerinensis, fuit propositum coram nobis, quòd, eâdem Ecclesiâ pastoris solatio destitutâ ipsi convenientes in unum, de futuri substitutione pontificis tractaturi, quasi divinitùs inspirati omnes, voto unanimi, & voluntate concordi, in dilectum filium, Præpositum ejusdem Ecclesiæ, virum (ut asserunt) scientiâ præditum, disciplinis ecclesiasticis eruditum, & morum honestate præclarum, per cujus industriam dicta Ecclesia, in medio pravæ ac perversæ nationis posita, posse creditur a suis tribulationibus & angustiis respirare, sua desideria direxerunt; votis populi ac cleri concurrentibus in eundem. *Crantzius.**

Temporibus Friderici, episcopi Raceburgensis, Guncelinus, Comes Suerinensis, jus patronatûs Ecclesiæ parochialis in Wittenborg, conventui Monialium in Tzerntin donavit: quam donationem episcopus confirmavit. sed fortè post obitum Comitum Suerinensium, per Dominos Megapolenses, ad quos principatus eorum pervenerat, supradicta donatio est cassata & irritata. *Ibidem.**

Post Wiebmannum, voluntate patrum, Ludolphus creatur Magdeburgensis archiepiscopus. *Crantzius.**

Cùm jam Cantuariensis sedes annis plùs tribus vacaret: Monachi Cantuarienses elegerunt archiepiscopum Bonifacium, Sabaudiensem natione, Eleonoræ reginæ avunculum. *Polydorus.** Sed per Nicolaum III. cassata est Monachorum electio: *teste Balæo.**

¶ De electione per scrutinium, vel compromissum; itèm quòd electio per secularem potestatem facta non valeat; & de pœna indè-confirmantis electionem; vide 24. 25. & 26. capita, Concilii Lateranensis.

¶ At Romani præsules supremam potestatem, confirmandi electionem & ordinationem, per fas nefasque sibi arrogarunt. Vide, *inquit Crantzius*.* in-quantum licentiæ tum processit, post Imperatorum destitutionem, Romana Ecclesia: ut se inciperet intromittere de Ecclesiis vacantibus. Solebant Imperatores de Romanâ aliquando disponere Ecclesiâ: perventum est eò, ut de solis Germaniæ ecclesiis & abbatiis disponerent. idque extortum est manibus eorum, tempore Heinrici V. Imperatoris. Tum Ecclesiis provenit libera electio. in eam quoque Papa manus injecit per hæc tempora, & crevit illa facultas in immensum: ut satis sit per Germaniam res tolerabilis; sed in Franciâ & Angliâ immoderata. *Et Hugo ait.** Casu hodie fiunt episcopi. Appellant enim? tunc ponit Papa episcopum aliquem, de quo non sperabatur.

Captâ per Venetos Constantinopoli; in eorum gratiam, de choro Veneto quidam Subdiaconus, patriarcha ordinatur. Cujus tamen confirmationem Innocentius, (nam ab eo id officii petebatur) detrectavit; electionem contra statuta Canonum factam contendens: cùm laicis, quantùmvis religiosis, nulla disponendi de rebus ecclesiasticis data sit facultas. Attamen instante Imperatore, Subdiaconum, quem diximus, suâ autoritate elegit confirmavitque. *Antoninus.**

Ne quid turbationi Germanico regno deesset: Innocentius Papa III. Heinricum Comitem de Veringen, in demortui Argentinensis episcopi Conradi locum electum, atque in quartum pene annum, confirmare distulit. Nam idem Heinricus episcopus sequi partes Philippi, etiam invitus, cogebatur: nisi Ecclesiam suam, & totam Alsatiæ provinciam, periculo & desolationi voluisset exponere. Irâ Pontifex Romanus in eum suc[illegible], confirmationis & consecrationis munus dare noluit. Verùm periculi cautiam apud se pertractans, tandem consensit: ut à Senonensi archiepiscopo Heinricus consecrationis munus susciperet. *Nauclerus.**

In Ratisbonensi Ecclesiâ, Gotfridus & Sigfridus, dissentientibus sacerdotibus, simul constituuntur episcopi. Sed Romano Papâ Sigfridum comprobante, alter cedere cogitur: licèt ab universo Populo, sed paucis Canonicis, electus esset. *aventinus.**

Nicolaus IV Philippo Mantuano Tridentinum donat episcopatum *ibidem.*

Jacobus Suinca fit archiepiscopus Gnesnensis, favore Martini IV. electione Gnesnensis collegii posthabitâ. *Cromerus.**

Post Robertum, Johannes, Franciscanæ sectæ alumnus, in Cantuariensi ecclesiâ, per Gregorium Romanum surrogatur. *Polydorus.** Gregorius X. Othonem quendam Vicecomitem, [illegible], Mediolanensem; Nicolaus IV. Jacobum, ex Prædicatorum ordine, Genuensem, archiepiscopos designant. *Bergomensis.*

Philippum Carinthiæ Ducem, Gregorius X. confirmare noluit: cùm Aquilejensi Ecclesiæ præficiendus esset. *Sabellicus.*

¶ Ascendebant per gradus, ad summos honores. Nam sic scribunt. Statuimus, ut Subdiaconus in Episcopum valeat liberè eligi, sicut Diaconus vel Sacerdos. *Innocentius.*

Adolphus, Holsatorum Comes, cùm monachum jam induisset, impetratâ a Romano Papâ priùs potestate, ad omnes promovetur ordines. Subdiaconus enim Româ reversus, à quodam Johanne episcopo, magistro ordinis Prædicatorum, in Diaconum à Johanne Lubecensi, in Presbyterum ordinatur. *Crantzius.**

Idem narrat,* solenne tunc Ecclesiis, Præpositos in defunctorum episcoporum locum surrogare: ut perinde gradum illi facerent.

Johannes Thralaou, Scholasticus Ecclesiæ Lubecensis, in defuncti episcopi locum surrogandus, uno die Presbyter; sequenti verò Episcopus, consecratur. *Ibidem.**

¶ Examen præcessisse ordinationem, indè constat: quòd Robertus Lincolniensis, ad canonicatum in suâ Ecclesiâ, admittere noluit quendam Innocentii spurium, ob inscitiam. *Balæus.**

In quâdam nostrâ constitutione, jam aliâ vice nos meminimus expressisse; quòd institutio corporalis, tam super beneficiis, quam etiam dignitatibus, ad ipsum archidiaconum debeat pertinere: examinatio etiam clericorum, si fuerint ad sacros ordines promovendi. & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus observandum: ut, qui beneficiis ecclesiasticis præficiendi fuerint, à suo priùs examinentur archidiacono, & per ipsum postmodum episcopo præsententur. *Innocentius.** *Itèm*: Postquam nobis præsentatis eundem sufficienti examinatione præmissâ, electionem de ipso factam duximus irritandam, quicquid ex eâ, & ob eam, factum est, denuntiantes penitus non tenere. *ibidem.**

Et Honorius, indoctos ad sacerdotia promoveri, prohibuit. *Balæus.**

Archiepiscopus Bremensis Verdensis & Lubecensis episcopi, receptis literis Gregorii IX. in domo Fra-

trum

trum minorum Stadii onveniunt. ibique Theodoricus Præpositus unà ... ademque die legitimatur, examinatur, confirmatur, & in episcopum consecratur. *Crantzius.** Nicolaus III. nu... sacerdotium attribuit, nisi doctrinam & mores pri...s inspexerit. *Sabellicus.**

Innocentius III. constituit, ut novitii non recipiantur ad profes...ionem, nisi finito anno probationis: possint tamen renuntiare juri suo. *Chronicon Aeditui.*

¶ Præsentes erant plures Episcopi: ut ex Theodorici, Suerinensis episcopi, consecratione videre est ... cujus jam meminimus.

Ex hoc inolevit, qu..., quando Episcopus sacerdotes ordinat, porrigendo calicem cum pane & vino, in eos potestatem transfundendo, ordinem confert sacerdotalem. *Albertus Magnus.**

¶ Man... impositio facta. In ordinato in subdiaconum, sine manuum impositione, & confirmato, non chrismatis, sed olei unctione ... non fiet iteratio; sed supplebitur prætermissum. *Innocentius, ad episcopum Helsensem.*

Episcopi ...rdinari ungebantur in capite propter autoritatem & dignitatem, ut ostendantur i...us repræsentare personam, de quo dicitur per Prophetam: * *Sicut unguentum in capite.* & in manibus: ut ostendatur accipere potestatem benedicendi, & consecrandi. Unde, cùm eas consecrator inungit: *Consecrare, inquit, & sanctificare digneris, Domine manus istas, per istam unctionem, & per benedictionem nostram: ut, quæcunque consecraverint, consecrentur, & quæcunq; benedixerint, benedicantur in nomine Domini.* Innocentius. *

Quia verò in die Cœnæ dedit Discipulis potestatem conficiendi, & eos ordinavit: indè inolevit consuetudo in Ecclesiâ, quòd illâ die conficitur chrisma & benedicitur: unde inunguntur ordinand' in sacerdotes, & baptizandi. Et quia post ordinationē discipulorum fecit sermonem: ideò episcopi, post ordines, faciunt sermonem ordinatis, vel admonitionem loco sermonis; ut dignè se custodiant, & administrent. Et quia Dominus post sermonem fecit orationem: ideò faciunt similiter prædicatores post prædicationem. *Hugo.**

¶ Baculus dabatur. A' consecratore dicitur consecrato: Accipe Baculum pastoralitari. *Innocentius III.**

¶ Tonderi solebant. Clerici in primâ tonsurâ dicunt versum illum: Domine, pars benedictionis meæ. *Hugo.**

RITUS DEPOSITIONIS.

Almarici sectatores, in Concilio Parisiensi sacris ordinibus spoliati, politico magistratui traduntur cremand'. *Nauclerus.**

Gregorius IX. Remensi archiepiscopo, & suis Suffraganeis. Quoniam archiepiscoporum numerus, ad degradationem clericorum à Canonibus constitutus, non potest de facili convenire: concedimus, ut sacerdotem, vel alium clericum, in sacris ordinibus constitutum, (cùm pro hæresi fuerit seculari curiæ relinquendus, aut perpetuò immurandus) convocatis abbatibus, aliisque prælatis & religiosis personis, ac literatis suæ diœcesis, de quibus expedire videbitur, tuus solus possit episcopus degradare.

DE EXORCIZATIONE.

Quotidie dæmones ab obsessis expelluntur corporibus: & per exorcismum virtus eorum ab infantibus exsufflatur. *Hugo.**

RITUS CIRCA JEjunia.

Certa & statuta tempora jejuniis attributa observabantur, ut in Quadragesimâ. Nam sic docent. Triplex est solenne jejunium, quod generaliter indicit Ecclesia. Primum, in quatuor temporum observantiâ: secundum, in Quadragesimâ: terti'um, in festivitatum vigiliis. Eorumque ration... reddit *Innocentius III.**

Idem Papa constitu...ut infirmi possint comedere carnes, quadragesimali tempore; necessitate id exigente. Item, ut in Apost...rum ...lis jejunetur; præter Johannis, Philippi, & Barnabæ; ...quibus rogationum diebus ...lesia jejunet. *Chronicon Aeditui.*

Relaxav... Jacobus Leodi... arc...on..., & Legatus pontificius, Polonis partem jejunii ejus, quod est ...lenne cunctis ante Pascha. Nam cùm id ...i novem hebdomadis veteri ...mmorum Pontificum instituto vulgò servarent: indulsit, ut esset deinceps hebdomadarum sex & dimidiæ. *Cromerus.**

In Quadragesimâ Ecclesia jejunat; & cantica lætitiæ subticet, scilicet *Alleluja*. In septimanâ Pentecostes jejunat, & cantica lætitiæ frequentat: tunc enim cantatur *Alleluja*. *Hugo Cardinalis.**

Et in publicis calamitatibus, orationum gratiâ indicebantur. Cùm in Damiatæ obsidione, Nili exundatione, annona ac reliquus commeatus corrumperetur, publicum indicitur jejunium: quo vix exacto, mare desidit. *Aemylius.** *Bonfinius.**

DE FESTIS.

Dies festos, *inquit Hugo*, * debemus celebrare; & in ...is ad ecclesiam ire, triplici ratione. Primò, propter Legis jussionem. Exodi 20. * *Memento ut diem sabbati sanctifices.* Secundò, propter promissionem Dei. Esajæ 56. * *Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis, locum, & nomen melius, à filiis & filiabus.* Tertiò, propter Legis comminationem. Numer. 15. * præcepit Dominus, colligentem ligna in sabbato lapidari. Quartâ etiam ratione, voluit & vult Dominus festa celebrari: ut meliùs tunc vacare possimus orationi & contemplationi; non comessationi & potationi: sicut multi faciunt, qui putant, festorum Domini celebrationem, consistere in comessationum & ebrietatum amplificatione; quod est magis festa violare.

¶ De die dominico, in Concilio quodam Scotiæ statutum est: ut is, initio facto ab horâ duodecimâ diei Saturni, usque ad diem Lunæ, sacer esset. *Boethius.**

At Gregorius IX. constituit: ut homines & jumenta omninò quiescant diebus dominicis & festivis: nisi urgens necessitas instet, vel nisi pauperibus vel ecclesiæ gratis fiat. *Chronicon Aeditui.*

Patres veteris Testamenti hebdomadi, id est, septenario, serviebant; observantes septimam diem, septimam septimanam, septimum mensem, septimum annum decadis, qui dicitur Jubilæus. Patres verò novi Testamenti, ogdoaldi serviunt, id est, octonario; servantes octavam diem, id est, dominicam, ob reverentiam dominicæ resurrectionis, & missionis Spiritûs sancti. *Hugo.**

¶ Præterea, singuli ferè dies in Antichristi regno festivi erant: ut indicatum est aliis seculis. Sed tamen subindè novis Sanctis peculiares dies, in ipsorum honorem, dicati sunt, de quorum fine *Hugo* ait: * Confessorum vitam Ecclesiasticam recolere, quasi quoddam continentiæ, *justitiæ*, & patientiæ, speculum & exemplar.

Antonio monacho diem obitûs sui consecrat Gregorius IX. videlicet Idus Junii, eumque magna solennitate celebrari constituit, anno 1232. *Vincentius.**

Ut octava nativitatis Mariæ, quotannis in Ecclesiâ, sacra esset, Innocentius IV. sancivit. *Continuator Vincentii.*

Sub eodem, in Concilio Lugdunensi, festum Stephano, Innocentius, Sylvestro, Johanni Baptistæ, S. Paulo, D. Virgini, Laurentio, Michaëli, Martino, & 12. Apostolis sacrum, solenniter peragendum, instituitur. *Chronographia Pantaleonis.*

¶ Corporis Christi festivitas, cum processionibus & octavis, die Jovis post Trinitatis solennia, celebranda, Urbani IV. institutum est. *Vincentii continuator, Boethius.**

Multæ sunt, *inquit Balæus*, * super primâ hujus festi origine, opiniones: sed hanc accipe certiorem esse, ex Arnoldo Bostio, ac Petro Præmonstratensi. Anno Domini 1264. revelatio sanè diabolica, super hoc Sacramenti festo celebrando, cuidam Evæ, fœminæ in terrâ Leodiensi in otio superstitioso reclusæ, Pontifici ante Papatum familiariter notæ, facta est. Quam per suas literas ei significavit, rogans, ut festum illud papali authoritate solennizandum ordinaret: cui has literas remisit sanctissimus Pater,

Bulla Urbani Papæ ad Evam [illegible]am.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectæ in Christo filiæ Evæ, salutem & apostolicam benedictionem. Scimus, ô filia, quòd magno desiderio desideravit anima tua, ut solenne festum corporis Domini nostri Jesu Christi, institueretur in Ecclesia Dei, à Christi fidelibus perpetuis temporibus celebrandum. Et ideò tibi significamus ad gaudium: quòd nos, ad corroborationem catholicæ fidei, dignum duximus statuendum; ut de tam mirabili sacramento, præter quotidianam commemorationem, quam de ipso facit Ecclesia, specialior & solennior memoria celebretur certum ad hoc designantes diem, videlicet feriam quintam proximam, post Dominicam festi Pentecostes proximè-sequentem: ut ipsa feriâ quintâ devota turba fidelium, propter hoc, ad ecclesias affectuose conveniant. Sitq;, dies ille universis Christicolis, novâ festivitate jucundus, & ampla jucunditate festivus: prout in literis apostolicis, quas per universum Mundum super hoc direximus, ad plenius continetur. Et scias, quòd nos hujusmodi festum, cum omnibus nostris fratribus, Romanæ videlicet Ecclesiæ Cardinalibus, nec-non cum omnibus Archiepiscopis, Episcopis, cæterisq; Ecclesiarum Prælatis, tunc apud sedem Apostolicam commorantibus, ad hoc, ut videntibus & audientibus de tanti festi celebritate præberetur exemplum, duximus celebrandum. Magnificet igitur anima tua Dominum, & exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo: quia viderunt oculi tui salutare tuum, quod paravimus ante faciem omnium populorum. Lætare insuper, quia omnipotens Dominus tribuit tibi desiderium cordis tui, & voluntate labiorum non fraudavit te cœlestis gratiæ plenitudo. Et quia quaternum, in quo totum ipsius festi habetur officium, tibi sub Bullâ nostrâ per latorem præsentium destinamus: volumus, & per apostolica scripta tibi mandamus, quatenus quaternum ipsum cum devotione recipias, & ejus copiam personis illam petentibus, exhibeas liberaliter. Et libenter insistas devotis supplicationibus apud illum, qui memoriale tam salutiferum de se-ipso reliquit in terris: ut nobis tribuat ex alto gratiam, commissam nostro regimini Ecclesiam suam regendi utiliter, ad laudem & gloriam sui nominis, & salubriter gubernandam. Datum apud urbem veterem, 6. Idus Septemb. Pontificatûs nostri anno 3.

Officium verò de corpore Christi, Thomas Aquinas composuit. *Platina.* Refert *Ptolomæus Lucensis*, ad ejusdem petitionem hoc festum institutum.

¶ Pridie Idus Augusti, festum beatæ Claræ, Alexander IV. papali autoritate præcepit agi. *Schedelius.*

Bonifacius VIII. statuit festa Apostolorum, quatuor Euangelistarum, & quatuor Doctorum, Gregorii scilicet, Augustini, Ambrosii, & Hieronymi, sub honore festi duplicis celebrare. *Appendix Martini Poloni, Stella, Fasciculus temporum.*

Idem D. Ludovico, Francorum Regi, festum diem agi præcepit, 8. Calend. Septemb. *Bergomensis.*

Armeni, in die Epiphaniæ, nativitatem Domini celebrant. Ideò etiam in illâ nocte non cantatur; *Venite exultemus Domino:* quia Magi non venerunt vocati. *Hugo.**

Festa istorum trium, Stephani, Johannis Euangelistæ, & Innocentum puerorum, ordinantur secundum majorem & minorem dignitatem. Quia enim dignius est, esse martyrem actu & voluntate, quàm voluntate solùm: ideò antecedit festum beati Stephani, festum beati Johannis Euangelistæ. Quia etiam plus est, esse martyrem voluntate, quam actu & non-voluntate: ideò præcedit festum Johannis festum Innocentum. *Idem.**

Triplex honor in die Parasceves Domino exhibetur, trinâ genuflexione & laudum decantatione: & hoc in linguâ Latinâ, & Græcâ. Tertia enim lingua, id est, Hebraica, silebit à laudibus Christi, usque in finem seculi: & tunc primò solvetur, de quâ dicitur. Eccl. 28.* *Lingua tertia multos commovit.* Verba Græca, quæ dicit Ecclesia Deum laudando & genuflectendo, sunt *ἅγιος ὁ θεὸς*, &c. *Hugo.**

Gregorius IX. Elizabethæ festum, 13. die Calend. Decemb. celebrandum præcepit. *Hermannus Schedel*, * *Bergomensis.**

In hodiernum usque diem, strages Sendomiriæ edita, anno 1260. quasi martyrum Christi, anniversariâ celebritate, postridie Calend. Junii, Sendomiriæ, magno populi concursu, colitur; magnâ Alexandri III. Pontificis indulgentiâ cumulata, ac dedicata. *Cromerus.**

RITUS CIRCA NUPTIAS.

Sponsalia anteibant nuptias. Otho Imperator, Philippi Regis filiam, sibi desponsatam, Brunsuigam collocat; usque-dum ex Italiâ reverteretur. pòst Northusæ nuptias celebrat. *Nauclerus.**

Heinricus, Angliæ Rex, Alexandro Scoto Johannam sororem despondet, anno 1220 *Hector Boethius.**

Convivia parabantur. Nam Heinricus III. Anglorum Rex, Ricardo fratri, cum Cynthiâ, Raimundi Comitis Provinciæ filiâ, magnificentissimas paravit nuptias; omnisque generis ludos exhibuit. *Polydorus.**

Anno 1225. Heinricus, filius Friderici II. duxit uxorem Margaretam, Austriæ Ducis filiam; nuptiasque magnâ cum pompâ & solennitate, Norinbergæ, in præsentiâ multorum Principum, celebravit. Tantusque hominum concursus fuit: ut in palatio, ubi nuptiale paratum erat convivium, ex pondere, gradus, quibus ascendebatur, fracti, plus minùs septuaginta hominum opprimerent. *Nauclerus.**

¶ De nuptiis Alexandri, Scotorum Regis, cum Margaritâ, Angli filiâ, in hunc modum *Boethius* scribit: * Convenerant, tum ex Scotiâ cum Alexandro, tum ea totâ Angliâ, nobilissimi quique, ad tantorum hominum nuptias: quibus honestè accipiendis, maximos Rex Angliæ sumptus fecerat. Non deerat quicquam, quod lætitiam aut gaudium animis excitare posset. Quicunque musices, aut psallendi, aut alicujus instrumenti, quod exhilarationem animo afferret, periti erant, eò aut vocati, aut ultrò concurrerant. Plena erat Regia, saltantium, canentium, psallentiumque turbâ. Alii choreis operam dabant: pars, quibus animus dictabat, epulis. Nullus usque luctus erat, nulla solicitudo: vinum omnes extras diluebat abunde. Soluti prorsus omnes, ac voluptatibus animi, oculorum, ventrisque dediti erant: quò, pro suâ quisque virili, regias nuptias decorarent.

Chorearum nuptialium, idem meminit. *Hector Boëthius.**

Dotes dabantur. Alphonsus, X. ejus nominis Hispanorum Rex, Alagarbi Comitatum Regi Portugalliæ dedit, in dotem filiæ, quam ei elocârat. *Ritius, de Regibus Hispaniæ.*

RITUS VISITANDI ægrotos.

Visitandi ægrotos communis erat labor Episcopis, Presbyteris, & Diaconis: ut in Politiâ indicatur.

Illi autem, editâ confessione, communicabant. Ut de S. Elisabethâ, *in veteri quodam Chronico*, scribitur; quòd communicata & uncta, diem extremum clauserit.

Johannes XXI. Papa, cùm sibi vitæ spatiû in annos plurimos extendi crederet, & hoc etiam coram suis assereret; subitò cum camerâ novâ, quam Viterbii ipse circa palatium construxerat, solus corruit: & inter ligna & lapides collisus, sexto die post casum, sacramentis omnibus ecclesiasticis perceptis, expiravit. *Chronicon Martini Capellani, Nauclerus.**

Carolus, Siciliæ Rex, corpore Christi cum extremâ unctione perceptâ, mortem obiit. *Chron. Martini.*

Edmundus Cantuariensis, cùm jam cerneret sibi diem imminere novissimum, jussit afferri sibi corpus Domini gloriosum. Extenditq; dextram ad ipsum corpus Domini, & cum ingenti fiduciâ dixit ei: *Tu es Domine, in quem credidi, quem prædicavi, quem veraciter docui: & tu mihi testis es, quòd aliud, quàm te, in terrâ positus, non quæsivi. Sicut tu scis, quod nihil volo; nisi quod tu vis, Domine. Ita fiat voluntas tua: quia in tuâ sunt omnia voluntate.* Vincentius.*

Wickboldus de Holte, episcopus Coloniensis, cùm decumberet, & frequenter communicaret; reprehensus est. unde respondit: Anima mea optat, & plurimùm affectat hoc Sacramentum; quia bonum viaticum. *Catalogus Episcoporum Coloniensium.*

Antonius quidam monachus, factâ confessione, & absolutione acceptâ, cum unctione extremâ, sub Psalmorum cantum exspiravit. *Vincentius.**

MMMM

¶ Infirmis, post factam suorum peccatorum confessionem, Sacerdos non debet pœnitentiam injungere; sed tantum innotescere sive declarare, dicendo sic, cùm ejus peccata audierit: *Si tu esses sanus, pro tot peccatis, quot commisisti & confessus es, deberes tot annis pœnitere. Sed quia es infirmus, non impono tibi pœnitentiam, sed injungo tibi. quod si de hac infirmitate te mori contingat, facias dare pauperibus, vel piis locis, loco prædictæ pœnitentiæ; vel facias Missas celebrare; vel illud fieri. Si tamen convalueris, injungo tibi pœnitentiam talem.* & his dictis imponat manum super caput; & absolvat eum à peccatis: statimque communicet, ne sine communione moriatur. *Liber Synodalis Ecclesiæ Nemausensis.*

¶ Panem eucharisticum, cum tintinnabulo & lumine, ad ægrotum portari, decrevit Innocentius III. *Balæus.** [lib. 4.] Honorius III. insuper cū decenti habitu, id fieri cōstituit. *Ibid.*

¶ De extremâ unctione, per oleum à Pontifice consecratum, quòd ea in usu fuerit, *Vincentius* testatur:* [li. 30. c. 131.] qui Antonium monachum perunctum scribit, & Edmundum.* [li. 31. c. 85]

Quasi jam migraturus ad cœleste regnum, inungitur in extremâ unctione, scilicet in exitu animæ à corpore. *Hugo.** [in Ps. 26.]

Inter claustrales, cùm aliquis est in articulo mortis, & laborat in extremis, omnes alii veniunt ad eum, dicentes: *Credo in Deum.* ac si dicant: O' fides, succurre ei in hoc bello. *Hugo.** [in Ps. 118.]

¶ Testamentum condebant morituri. Nam Philippus, Galliæ Rex, Johanni Hierosolymorum Regi, quadraginta-millia aureorum; tantundem & Templariorum magistro, legavit. *Sabellicus.** [Enn. 9. lib 6.]

¶ Morientes monasticâ cucullâ induebantur. Theodorus Lascaris, paulò ante obitum, alacriter monasticum habitum induit; & multos pecuniarum acervos distribuit; ferventique corde vim lacrymarum fudit: quibus animi vulnera, in tantæ necessitatis articulo, eluebat & curabat. *Nicephorus Gregoras.** [lib 3.]

RITUS SEPULTURAE.

MOrtuos plangebant. Sic enim scribunt. Quando quis moritur, clauduntur ei oculi & os, lavatur, involvitur in sudario, ponitur in feretro, operitur panno serico, ponitur crux ad caput, & affertur aqua benedicta, & accenduntur cerei: cantatur *Placebo.* & *Dirige*, & *Exsultabunt in laudibus*, & *Requiem in Missa*: tandem cum luctu effertur ad foveam, & sepelitur. *Hugo.** [in Ps. 93.]

Mortuo Wilhelmo Scotorum Rege, Alexander filius, patri succedens, per universum regnum, edictum promulgat, ne quis eo anno ludos, aut convivia splendida, pararet: per omnia templa Regi exsequiæ solennes, sacra ac supplicationes, fierent. Ipse Rex, toto anno, cum omni familia, non aliâ, quàm pullâ est veste usus. *Hector Boethius.** [lib. 13.]

Martinus IV. Papa, auditâ Caroli Regis Siciliæ morte, lugubres dies, cum Cardinalibus & Parusinis, sicut decuit, celebravit. *Chron. Martini Capellani.*

Cum omnium planctu Brunonem, Coloniensem episcopum, terræ mandatum, *in Catalogo Episcoporum ejus loci* scribitur.

¶ Cadavera lavabant, & exemtis intestinis, aromatibus condiebant. Edmundi cadaver, exsectis intestinis, lotum, ac sacro vestitu amictum, terræ mandatur. *Vincentius.** [li. 31. c. 88]

Philippus, Rex Franciæ, recrudescente morbo, sacris receptis, emoritur. Cujus exsecta præcordia Narbonæ sepulta sunt: ossa verò, ad Dionysianum cœnobium delata. *Gaguinus.** [lib 9.]

¶ Fiebant cantilenæ lugubres. Ecclesia canit in personâ defunctorum: *Creator omnium rerum Dominus, qui me de limo terræ formasti, & mirabiliter proprio sanguine liberasti.* Hugo.* [in Ps. 106]

Vigiliæ. Manes Ludovici Bavari placavêre, Eberhardus archiepiscopus Bojorum, cum collegis suis, Chiemensi, Seccoviensi, Frisingensi, Augustano, episcopis: Laodamia uxor Ludovici, Agnes nurus ejus; & hi Proceres, Ottho à Phalay, Cunradus à Palien, Cunradus à Wasserburg, Cunradus & Heinricus Mosburgenses. Pauperibus una & quadraginta libræ numeratæ pecuniæ, distributæ sunt: quinque & viginti, annuum vectigal, Monachis perpetuò condonatæ. *Aventinus.** [lib. 7.]

Ludovico Palatino justa [illegible] Bojariæ præsules & episcopi, anno 1294. [illegible] Idus Febr. *Ibidem.*

Exsequiæ. Nono post obitum Theodori Lascaris die, omnes matronæ nobiles, in Sosandrio monasterio, ubi cadaver sepultum erat, conveniunt: ut de more lugerent; & memoriam ejus celebrarent. *Gregoras.** [lib 3.]

Ludovicus, Francorum Rex, de matris morte certior factus, in omnibus Syriæ locis justa [illegible] exsolvere præcepit. *Continuator historiæ de Bello sacro.** [li. 4. c. 18.]

Ladislao III. Regi Ungariæ, exsequiæ ab Andreâ II. honorificentissimè in Albâ-regiâ [illegible], inter monumenta Regum, corpus honestè [illegible]atum. *Bonfinius.** [Dec. 2. l. 7]

In exsequiis defunctorum dicitur: *Deus, in quo electorum animæ, deposito carnis onere, plenâ felicitate lætantur, &c.* Hugo.* [in Ps. 100]

¶ Locus sepulturæ, fuerunt templa, monasteria, cœmeteria. & hæc quidem certis ritibus ad eum usum consecrabantur: ut *ex Metropoli Crantzii** [lib. 9. c. 45] apparet; qui Lambertum Raceburgensem cœmeterium consecrâsse scribit.

Et *Innocentius*:* [li. 3 Decret. Consil. 113.] Cœmeteria, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda erunt aspersione aquæ solenniter benedictæ; sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consuevit.

Everhardus, Wormaciensis Episcopus, in monasterio Otterburg tumulatur. *Chron. Hirsaug. Trithemii.*

Nicolaus, Vādalorum Dux, & Burvinus, Princeps Rostochiensis, in Dobran sepeliuntur: hic anno 1260. ille verò, 1277. *juxta Crantzium.** [Rep. Vand. 15 & 16.]

Richardi Imperatoris exsuviæ, in Haylensi cœnobio conduntur. *Polydorus.** [lib. 16.]

¶ Ad sepulcra, lampades, lychni & alia [Greek] adhibebantur. Johannem Bonum, qui obiit anno 1222. in Mantuanâ urbe, in deaurato monumento reconditum, narrat *Bergomensis.** [lib. 12.]

Tumulis epitaphia incidebantur. Friderici II. sepulcrō hi versus inscripti feruntur:

Si probitas, sensus, virtutum gratia, census,
Nobilitas orti, possent obsistere morti:
Non foret extinctus Fridericus, qui jacet intùs.

Cuspinianus de Imperatoribus.

Encius, cùm annos 22. menses 9. dies 16. detentus esset; defunctus, magnificentissimè funeratus, tumulatur in D. Dominici templo, marmore aurato, hac inscriptione:

Viator, quisquis es siste gradum;
Et, quod scriptum est perlege:
Ubi perlegeris, pensita. Homo is,
Cujus causâ scriptum est, fieri rogat.

Præterea, *Simulacrum hoc, in perpetuum monumentum, ex hoste & captivo, S. P. B. Anno salutis M.CC.LXXII. 2. Idus Martii. Hoc volebam, ut scires: abi & vale.* Ibid.

Tempore Gregorii IX. Americus, Dux quidam Gallicus, qui plura contra Saracenos gessit, in precio fuit. Cujus sepulcrum in basilicâ S. Petri cernitur hodie, cum hoc elogio: *Hic jacet Americus, Comes Montisfortis, Franciæ Connestabilis. qui contra Albigenses, pro fide catholicâ, sæpius dimicavit: postea contra Saracenos ad partes Syriæ transfretavit: à quibus in bello captus fuit, & diu in captivitate detentus. Tandem per treugam liberatus, dum rediret ad propria Idruntum, exspiravit, anno Domini 1241.* Volaterranus.* [lib 22. Anthropol.]

¶ Offerri aliquid solebat iis Ecclesiis, ubi recondebantur cadavera, ab amicis & hæredibus.

Beneficia & Præbendæ instituta sunt, pro animabus defunctorum, qui in ecclesiis sunt sepulti: *inquit Hugo.** [in Ps. 67]

Florentinus, Hollandiæ Comes, patris sui ossa, qui ante viginti annos in vivis esse desierat, ex Frisiâ in Selandiam, ad cœnobium quoddam transportavit, anno 255. *Cuspinianus de Imperatoribus.*

In memoriam eorum monasteria condebantur: ut suo loco dicemus.

CASUS.

1. Almericus hæresiarcha, licèt jam fuisset (ut putabatur) in pace Ecclesiæ sepultus: quia tamen plenè constitit, per ipsum sectæ suæ autorem; ab universo concilio, Parisiis congregato, condemnatus est, & excommunicatus, ac

de sacro cœmeterio ejectus: ejus cinis & ossa, per sterqui-linia sunt dispersa ac ejecta. *Vincentius.**

2. Corpus Philippi Imperatoris, primùm Bambergæ, in ecclesiâ majori, non sine multorum lacrymis, sepultum fuit: cujus tamen ossa, post annos aliquot, per Fridericum II. Imperatorem, Philippi nepotem, exhumata, Spiram sunt translata; & in majori ecclesiâ, cum funerali solennitate, inter alios Reges tumulata. *Nauclerus.**

3. Hermanni cujusdam corpus, sectæ Fratricellorum autoris, apud Ferrariam urbem viginti jam annos sepultum, qui pro sancto colebatur, exhumari & eximi fecit Bonifacius VIII. habitâ priùs de hujusmodi re diligenti inquisitione, anno 1296. *Bergomensis.**

DE RELIQUIIS SANCTORUM,
eorumq; cultu.

SUperstitio illa tetra & stulta, circa putrida ossa, mirum in modum accrevit. Nam elevata & collecta leguntur. Prendota Cracoviensis, Gerhardus Russorum, & Vitus Lithuanorum, episcopi, solenni pompâ, Stanislai ossa, ex terræ visceribus eruta, tollunt; sacraque habent. *Cromerus.**

Stephanus, Cantuariensis archiepiscopus, Thomæ Becketi cadaver, mirabili pompâ transtulit: cujus facti superfluas expensas, quartus post illum pontifex vix persolvit. *Balæus.**

Anno 1265. Tholosæ, Sylvii, Hilarii, Honorati, & Pauli, martyrum corpora, levata sunt, Nonis Octobris. *Johannes de Oppido.*

Carolus, Comes Siciliæ, convocatis Narbonensi & Aquensi archiepiscopis, multis episcopis, abbatibus, aliisque religiosis viris, corpus Mariæ Magdalenæ eruit ex terræ pulvere. *Idem, & Platina in vitâ Nicolai III.*

Vergilii, Carinthianæ gentis apostoli, ossa, cum canticis, multoque jubilæo, è terræ visceribus, ubi jam ultra annos 115. delituerant, sublata sunt. *Chron. Martini.*

S. Elisabeth, in Mersburgo, per archiepiscopos Moguntinum & Trevirensem, & Hildesianum episcopum, Papæ Commissarios, ex terrâ eruitur; præsente Friderico Imperatore; & Episcoporum, Principum, Abbatum, Comitum, Prælatorum, Nobilium ignobiliumque, infinitâ penè multitudine. Nam eorum numerus ad duodecies centena millia fuit æstimatus. Ipse Imperator primum de sarcophago lapidem sustulit; imò cadaveri producto auream coronam, quam capite gestabat, imposuit. *Chronicon Hirsaugiense Trithemii. Crantzius in Saxoniâ.**

Cranium D. Martini, a Friderico Imperatore acceptũ, Albertus archiepiscopus magnâ pompa in Magdeburgicam urbem invexit. *Crantzius in Metropoli.**

¶ De veneratione & adoratione eorundem, exempla exstant plurima. A' Philippo, Rege Francorum, oblatã spineam Christi coronam, quam Byzantius Rex ei dono miserat, S. Dionysii Monachi, cum hymnis & nudis pedibus occurrentes, reverenter excipiunt. *Vincentius.* *Ganguinus.**

Balduinus II. à Venetis certam pecuniæ summam mutuò accipiens, filum, & partem lanceæ spongiæque, quibus in Christi Salvatoris supplicio carnifices usi fuerant, (ut stulta gens credidit) pignori dedit. Quas reliquias, solutâ pecuniæ summâ, Ludovicus Francorum Rex redemit; Balduino, qui ære destituebatur, id permittente. *Bergomensis,* * *Tilius, Ganguinus.**

Ne Sanctorum reliquiæ extra capsam ostendãtur; neve in venerationem novæ habeantur, sinè Romanæ Ecclesiæ autoritate: in Concilio Lateranensi * statuitur.

DE PEREGRINATIONE AD
loca sancta.

LUdovicus, Thuringiç Landgravius, cõjugis religiosæ Elisabethæ instinctu, divini cultûs ardore in terram sanctam peregrinatur: ubi diem claudit extremum. *Bonfinius.**

Johannes Brennus, Hierosolymitanorum Rex, sepulchrum Thomæ Cantuariensis invisit; eique quatuor sapphiros obtulit. *Continuator historiæ belli sacri.** Idem & Compostellam Galliciæ, D. Jacobi memoriâ insignem, religionis gratia invisit: *teste Blondo.*

DE MONACHATU,
ejusq; ritibus.

ANtequam ad Monachorum, ubique locorum latitantium & grunnientium, ritus describendos accedimus: de novis Ordinibus (nam subindè fœcundus Monachorum parés, novos fœtus in lucem protulit) monendus est Lector.

ORDO MILITIAE CHRISTI.

Albertus, Rigensis episcopus, quò faciliùs Livoniensem barbariem & ferociam reprimeret, novum Ordinem invenit, qui Militiæ Christi, seu Fratrum gladii, nuncupatur: iisque tertiam sui episcopatûs partem attribuit. *Cromerus.** Vestem in albã, rubenti gladio cum stellâ insignitam, gerebant: *eodem autore.* At regula eis cum Templariis communis est. *Funccius, anno 1204.*

ORDO SCHOLARIUM.

Guillermus quidam, Scholaris Parisiensis, cum quibusdam sodalitii sui consortibus, in eremum commigrans, novum vitæ genus auspicatus est. Vitæ quidem norma, Augustini regula ipsis fuit: attamen & aliorum ordinum, Romanâ autoritate comprobatorum, statuta sectati sunt. Nam ex Cisterciensium lacunis hęc mutuati sunt: ut Prior illius Domûs, & successores, omnibus Ecclesiis sui ordinis, officium visitationis, sinè ulla temporalium exactione, impenderent: & tres primitivæ filiæ ipsius ordinis, visitandi matrem, facultatem habeant: & quòd Priores forinseci, semel in anno, apud Ecclesiam præfatam, statuto tempore convenientes, celebrent capitulum generale: scapularia deferant fratres laborantes: sani carnibus non vescantur, nisi debiles & ægroti. Locus, ubi initiò sedem fixerunt, Vallis-Scholarium dictus fuit. Horum institutum Honorius, anno pontificatûs sui certo, papali autoritate comprobavit. *Vincentius.** *Epitome Mundi.*

ORDO FRANCISCANORUM,
seu Fratrum Minorum.

Nocturnâ quâdam visione Franciscus, qui (*ut Martinus Polonus testis est*) Johannes, antequàm monachum indueret, vocabatur, homo luxuriosus, dum in Apuliam negotiationum causâ proficiscitur, admonitus; relicto seculo, & pecuniâ in pauperes erogatâ, cuidam pauperi Presbytero se adjungit. ac licèt pater blanditiis minisque indè eum avellere tentaret; laterem tamen lavit. Tandem à patre sibi relictus, leprosis se adjunxit; eisque ulcera abstersit. Cæterum, cum inter missandum forte Christi verba legi audiisset; ne discipuli vel aurum vel argentum possideant; ne peram in viâ, non sacculum, vel virgam, vel panem, portent; non calceamenta, vel duas tunicas habeant: Hoc, inquit, est, quòd quæro, solumque desidero. Calceis igitur, perâ, vestibusque pretiosioribus abjectis; tunicam vilissimam induit, ac funiculo se cinxit: cœpitque publicè prædicare. Quoscunque compellans, hac salutatione, ex divinâ revelatione (ut ipse nugatur) utebatur: *Dominus det tibi pacem!* Huic cùm alii septem se conjunxissent: binos in diversas regiones, ad prædicandum pacem, ablegavit. Ipse, septimo itineris comite, hinc-indè vagatus est. Tandem, cum aliquando iterum, præter suam opinionem, in unum locum forte coiissent; aliique quatuor ipsorum consortio accessissent: vitę regulam consuit, Romamque cum suis profectus, Innocentii se subjicit judicio. Probatur ei, non modò vitæ genus, & norma agendorum: sed & facultatem, ubivis locorum prædicandi pœnitentiam, concessit.

Porrò, in tres classes, ille superstitionum magister, distribuit suos asseclas. Prima erat fratrum minorum; quibus & ipse accenseri voluit: secunda, dominarum & virginum: tertia, pœnitentium. Carnis lasciviam ut hyemali tempore reprimeret; idem in nive se nudum volutare solebat. *Vincentius.**

De iisdem, & *Urspergensis* in hunc scribit modum. Pauperes minores, (ab eo enim sodalitio se avulserant, quod Pauperum de Lugduno nomen gesserat) præcisè nudis pedibus, tam æstate, quàm hyeme, ambulabant: neque pe-

cuniam, neque quicquam aliud, præter victum, accipiebant: & si quando vestem necessariam quisquam ipsis sponte conferebat. non enim quicquam petebant ab aliquo. Hi tamen postea attendentes, quòd nonnunquam nimiæ humilitatis nomen gloriationem importet, & de nomine paupertatis, cùm multi eam frustra sustineant, apud Deum vaniùs indè glorientur: maluerunt appellari Minores fratres, quàm Minores pauperes, Apostolicæ sedi in omnibus obedientes, ab eáque confirmati.

Martinus Polonus, in suo Chronico, Franciscanorum initium ponit, annum 1207. prope civitatem Assisinam, apud S. Mariam de portiuncula.

Eo tempore Minores, *inquit Matthæus Parisius*, Innocentio favente, subitò emergentes, terram repleverunt: in urbibus habitantes, nihil omninò possidentes, de Evangelio vivebant; maximum, in victu & vestitu, humilitatis exemplum præferentes. Nudis pedibus incedebant, funiculis cincti tunicis griseis utentes. Diebus dominicis ac festis, ex habitaculis suis egressi, prædicabant in ecclesiis parochialibus. Tandem scholas ædificaverunt: deinde domos, claustra, ecclesias, & officinas. Privilegia a Pontifice impetrabant, Missas celebrandi, & confessiones audiendi. In fine scholas Theologiæ constituebant, legentes, ac publicè disputantes.

¶ Iisdem Honorius suffragatus est, & ejusmodi vitæ regulam præscripsit.

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectissimis filiis, fratri nostro Francisco, & aliis fratribus de Ordine Fratrum minorum, salutem & apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes apostolica piis votis, & honestis petentium desideriis favorem benevolum impartiri. Ea-propter, dilectissimi in Domino filii, vestris precibus inclinati Ordinis vestri regulam, a bona memoria Innocentio Papa prædecessore nostro, approbatam, annotatam præsentibus, autoritate vobis apostolicâ confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus quæ talis est.

Regula & vita Minorum fratrum hæc est. Domini nostri Jesu Christi sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientiâ, sine proprio & in castitate. Frater Franciscus promittit obedientiam, & reverentiam domino Papæ Honorio & successoribus ejus canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ: debent verò alii fratres Francisco, & ejus successoribus obedire.

Si qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad fratres nostros mittant eos ad suos Ministros provinciales, quibus solummodo, & non aliis, recipiendi fratres licentia conceditur. Ministri verò diligenter examinent eos de fide catholicâ, & ecclesiasticis sacramentis: &, si hæc omnia credant, & ea fideliter confiteri, & usque in finem fideliter observare: &, si uxores nõ habent: vel, si habent, & jam monasterium intraverunt uxores; vel licentiam eis dederint, autoritate diœcesani episcopi, voto continentiæ jam emisso; & illius sint ætatis uxores. quòd non possit de eis oriri suspicio: dicant illis verbum Evangelii; quòd vadant, & vendant sua omnia, & ea studeant pauperibus erogare. quod si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caveant fratres, & eorum ministri, ne soliciti sint de rebus suis temporalibus: ut liberè faciant de rebus suis, quicquid Dominus inspiraverit eis. Si tamen consilium requiratur: licentiam habeant ministri, mittendi eos ad aliquos Dominum-timentes; quorum consilio bona sua pauperibus erogẽt. Postea concedant eis pannos probationis; videlicet duas tunicas sine capitio, & cingulum, & bracas, & caparonem usque ad cingulum: nisi ministris aliud aliquando videatur. Finito anno probationis, recipiantur ad obedientiam; promittentes vitam istam semper & regulam observare; & nullo modo licebit eis de istâ religione exire, juxta mandatum domini Papæ. quia, secundùm Evangelium sanctum, nemo mittens manum ad aratrum, & adspiciens retrò, aptus est regno Dei. Et illi, qui jam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum capitio, & aliam sine capitio, qui voluerint habere. Et qui necessitate coguntur, possunt portare calceamenta. Et fratres omnes vestimentis vilibus induantur: & possint ea repeciare de saccis, & aliis peciis, cum benedictione Dei. Quos moneo & exhortor, ne despiciant, neque judicent homines, quos vident mollibus vestibus & coloratis indutos, uti cibis & potibus delicatis: sed magis unusquisque, judicet & adspiciat semet-ipsum.

Clerici faciant divinum officium, secundum ordinem Romanæ Ecclesiæ. Laici verò dicant viginti-quatuor Pater-noster, pro matutinis: pro laudibus, quinque: pro primâ, tertia, sextâ, & nonâ, pro qualibet istarum, septem: pro vesperis autem, duodecim: pro completorio, septem. & orent pro defunctis: & jejunent, a festo omnium Sanctorum, usque ad Nativitatem Domini. Sanctam verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphaniâ, usque ad continuos quadraginta dies, quam Dominus suo sancto jejunio consecravit. qui voluntariè eam jejunant, benedicti sunt a Domino. & qui nolunt, non sint adstricti, sed aliam, usque ad Resurrectionem Domini, jejunent. Aliis autem temporibus, non teneantur fratres, nisi sextâ feria, jejunare. Tempore verò manifestæ necessitatis, non teneantur fratres jejunio corporali.

Consulo verò, moneo, & exhortor fratres meos, in Domino nostro Jesu Christo: ut quando vadunt per Mundum, non litigent, neque contendant verbis, nec alios judicent, sed sint mites, pacifici & modesti, mansueti, & humiles, honestè-loquentes omnibus, sicut decet. Et non debent equitare; nisi manifestâ necessitate, vel infirmitate, cogantur. In quãcunque domum intraverint, primùm dicant, Pax huic domui. Et, secundùm sanctum Evangelium, de omnibus cibis, qui apponuntur eis liceat manducare.

Præcipio firmiter fratribus universis: ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per se, vel personam interpositam. tamen, pro necessitatibus infirmorum, & aliis fratribus induendis, per amicos spirituales, ministri tantum & custodes solicitam curam gerant, secundùm loca & tempora, & frigidas regiones, sicut necessitate viderint expedire. eo semper salvo, ut (sicut dictum est) denarios & pecuniam non recipiant.

Fratres illi, quibus gratiam dedit laborandi, laborent fideliter & devotè: ita quod excluso otio animæ inimico, sanctæ orationis & devotionis spiritum non extinguant; cui debent cætera temporalia deservire. De mercede verò laboris, pro se, & suis fratribus, corporis necessaria recipiant, præter denarios vel pecuniam: & hoc humiliter, sicut decet servos Dei, & paupertatis sanctissimæ sectatores.

Fratres sibi nihil approprient; nec domum, nec locum, nec aliquam rem: sed, tanquam peregrini & advenæ in hoc seculo, in paupertate & humilitate famulantes Domino, vadant pro eleemosyna confidenter: nec oporteat eos verecundari, quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc Mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis; quæ vos charissimos fratres meos, hæredes & reges regni cœlorum instituit: pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit. Hæc est portio vestra; quæ producit in terram viventium: cui, dilectissimi fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud, pro nomine Domini nostri Jesu Christi, in perpetuum sub cœlo habere velitis. Et ubicunque sunt, & se invenerint fratres, ostendant se domesticos invicem inter se; & securè manifestet unus alteri necessitatem suam. quia si mater nutrit & diligit filium suum carnalem: quantò diligentius debet quis diligere, & nutrire fratrem suum spiritualem. Et, si quis eorum in infirmitatem ceciderit, alii fratres ei servire, sicut vellent sibi fieri, debent.

Si quis, instigante inimico, mortaliter peccaverit: pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, ut recurratur ad suos ministros provinciales, teneantur prædicti fratres ad eos recurrere, quantò citius potuerint, sine morâ. Ipsi verò ministri si presbyteri sint; cum misericordia illis injungant pœnitentiam. Si verò presbyteri non sint; injungi faciant, per alios sacerdotes hujus ordinis, sicut eis secundùm Dominum melius videbitur expedire. Et cavere debent, ne irascantur & conturbentur, propter peccatum alicujus: quia ira & conturbatio, in se & in aliis homínibus, impediunt charitatem.

Universi fratres, unum de fratribus istius religionis, teneantur semper habere generalem ministrum, & servũ totius fraternitatis, & ei teneantur obedire. Quo decedente, electio successoris fiat a ministris provincialibus, & custodibus, in capitulo Pentecostes: in quo provinciales ministri teneantur semper simul convenire, ubicunque a generali ministro fuerit constitutum: & hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum, majorem vel minorem, sicut a prædicto ministro fuerit ordinatum. Et, si aliquo tempore appareret universitati ministrorum provincialium, & custodum, prædictum ministrum non esse sufficientem, ad servitium & communem utilitatem fratrum: teneantur prædicti

fratres, quibus electio data est, in nomine Domini, alium sibi eligere in custodem. Post capitulum verò Pentecostes, ministri & custodes possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, eo anno, in suis custodiis, semel fratres suos ad capitulum convocare.

Fratres non prædicent in episcopatu alicujus episcopi; cùm ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus fratrum populo penitus audeat prædicare: nisi à ministro generali hujus fraternitatis fuerit examinatus, & probatus; & ab eo sibi officium prædicationis concessum. Moneo quoque & exhortor eosdem fratres, ut in prædicatione, quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia, ad utilitatem & ædificationem populi, annuntiando eis vitia & virtutes, & pœnam & gloriam, cum brevitate sermonis: quia verbum abbreviatum fecit Dominus super terram.

Fratres, qui sunt ministri & servi aliorum fratrum, visitent & moneant alios fratres suos humiliter; & charitate corrigant eos, non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & regulam vestram. Fratres verò, qui sunt subditi, recordentur, quòd propter Dominum abnegaverint proprias voluntates. Unde firmiter præcipio eis, ut obediant suis ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino observare, & non sunt contraria animæ suæ, & regulæ vestræ. Et ubicunque fratres sint, qui scirent & cognoscerent, se non posse regulam spiritualiter observare; ad suos ministros debeant & possint recurrere. Ministri verò charitativè & benignè eos recipiant: & tantam familiaritatem habebunt circa eos; ut eis dicere possint, eos facere, sicut domini servis. Nam ità debet esse, quòd ministri sint servi omnium fratrum. Moneo verò & exhortor in Domino Jesu Christo, ut caveant fratres ab omni superbiâ, vanâ gloriâ, invidiâ, avaritiâ, curâ & solicitudine hujus seculi, detractatione & murmuratione: & non curent, nescientes literas, literas discere; sed attendant, quod super omnia desiderare debent, habere spiritum Domini, & sanctam ejus operationem; orare semper ad Dominum puro corde; & habere humilitatem & patientiam, in persecutione, & in infirmitate, & diligere eos, qui vos persequuntur, & reprehendunt, & arguunt. Quia dicit Dominus: * Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus vos, & calumniantibus vos. * Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. * Qui autem perseveraverit usque ad finem, hic salvus erit.

* Matt. 5. v. 44.
* ibid. vers. 10.
* Matt. 10. v. 22.

Præcipio firmiter fratribus universis, ne habeant consortia vel consilia mulierum; & ne ingrediantur monasteria Monacharum, præter illos, quibus à Sede apostolicâ concessa est licentia specialiter. nec fiant compatres virorum vel mulierum, ne, hac occasione, inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur.

Quicunque fratrum, divina inspiratione, voluerint ire inter Saracenos, & alios infideles; petant indè licentiam à suis ministris provincialibus. Ministri verò nullis eandi licentiam tribuant, nisi eis, quos viderint esse idoneos ad mittendum. Adhæc, per obedientiam injungo ministris, ut petant à Domino Papâ N. de sancta Romana Ecclesia Cardinalibus, qui sit gubernator, protector, & corrector istius fraternitatis: ut semper subditi & subjecti pedibus ejusdem sanctæ Ecclesiæ, in fide catholicâ paupertatem & humilitatem, & secundùm Evangelium Domini nostri Jesu Christi, quod firmiter promisimus observemus.

Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus se noverit incursurum. Data Laterani, III. Calend. Decemb. Pontificatûs nostri anno 8.

ORDO S. TRINITATIS.

Anno 1211. almæ Trinitatis ordo cœpit exordium; Johanne Marensi & Felice anachoreta autoribus. qui quum aliquamdiu ad frigidum-cervum Feldensis agri fuissent, jussi sunt ambo, per quietem, Romanum Pontificem adire, vitæ institutum ab eo petituri. Jam Pontifex & ipse nonnihil antea prævidit, eos affuturos, simul oraculo instructus. Cæterùm benignè accepti, pallio ab eo albo sunt ambo amicti, cæruleâ & rubenti cruce insignito: quali habitu cœlestis nuncius Pontifici, sacris operanti, adstitisse fertur, duos in manibus captivos habens. Quod visum Innocentius secutus, almæ Trinitatis fratres eos, & qui deinde futuri essent, appellari jussit, de captivorum redemtione. *Sabellicus*, * *Hector Boëthius*, † *Raphaël Volaterranus*, *Polydorus*. *

* Enn. 9. lib. 5.
† lib. 13.
* lib. 19.
* lib. 5 de Invent. c. 21.

FRATRES SPIRITUS sancti.

Anno 1210. ordo fratrum sancti Spiritûs incepit. *Chronicon Saxoniæ.*

ORDO S. CLARAE.

Clara virgo ordinem suum, à Francisco edocta, auspicatur: qui Minoritis subjicitur; ut jucundior esset societas. At Innocentius IV. regulam composuit. *Stella, Sabellicus, Pantaleon.*

DOMINICANI, SEU *Prædicatores.*

Ex Humiliatorum sectâ, de quibus superiori seculo diximus, alii, quos Prædicatores vocant, enati sunt, hac occasione. Humiliati, nullâ habitâ autoritate aut licentiâ Prælatorum, mittentes falcem in messem alienam populis prædicabant; & vitam eorum plerumque regere satagebant, confessiones audire, & ministeriis sacerdotum derogare. Quæ volens corrigere Innocentius III. Papa, ordinem Prædicatorum instituit, & confirmavit. Illi quippe rudes & illiterati cùm essent, operibus manuum insistebant, & prædicabant, accipientes necessaria à suis auditoribus. Hi verò, studio & lectioni sacræ Scripturæ jugiter insistentes, tantùm in scribendo libros opus faciebant; & eos diligentissimè à magistris suis audiebant: ut cum sagittis, arcu, & omni armaturâ fortium, possent ingredi, & stare pro defensione sanctæ matris Ecclesiæ, ex adverso ascendere, & ponere se murum pro domo Israël: dum fidem roborant; virtutes instruunt, statuta Ecclesiæ docent & collaudant, vitia hominum & pravitates redarguunt, & castigant. Nihilominùs Sedi apostolicæ in omnibus obediunt; à quâ autoritatem præcipuam trahunt. *Urspergensis.*

Dominicum Prædicatorum ordinis inventorem esse, prodit *Antoninus*: Honorium verò confirmatorem extitisse. Nam cùm Dominici votis annuere differret Innocentius: fortè inter dormiendum, Lateranensis Ecclesia, suis compagibus resoluta, jam-jam ruinam minans ipsi visa est. ad quam accurrens Dominicus, humeris suppositis, solus eam sustentabat. Hoc oraculo, de suo officio edoctus somniator Pontifex, Dominico hortator est: ut quam-primùm ad suos, qui in Tolosanâ urbe consistebant, rediret; comportatâque communi consilio suæ professionis normâ, Sedem apostolicam denuò pulsaret. Dominicus suorum assectarum, quorum sedecim erant, coetu coacto, Pontificis sententiam ipsis aperit. Illi, gaudio perfusi, mox uno ore, non modò S. Augustini prædicatoris regulam amplectuntur; sed etiam re ac nomine se prædicatores futuros, spondet. Ac, ne ullum ipsis obstaculum in suo cursu objiceretur: terrenas possessiones, annuosque reditus, prorsus abjicere statuunt. Sed dum illi scriptioni occupantur; Innocentius rebus humanis excedit. At Honorius, qui in cathedrâ & superstitionum officinâ successerat, eorum institutum comprobat, anno 1216. Dominicus, post confirmationem sui, ab Honorio Papâ, Româ Tolosam rediens, (ubi jam fratres in ecclesiâ S. Romani, quam eis Fulco Tolosanus episcopus contulerat, claustrum construxerant, & manebant) convocatis omnibus dixit, hoc suum esse propositum, ut fratres omnes, licèt paucos, per diversas Mundi dispergeret regiones: sciens, quia semina dispersa fructificant; & congesta putrescunt. Voluit etiam, ut sibi quendam per electionem præficerent; penes quem super omnes, sub Ipso tantùm, regendi & corrigendi autoritas sederet. Electus est igitur frater Matthæus, & Abbatis nomine nuncupatus: post quem, in eodem ordine, nec alius surrexit abbas, nec exsurget. Placuit namque postmodum fratribus: ut, qui toti præesset Ordini, non Abbas; sed Magister ordinis, diceretur: cæteri verò inferiores Prælati, Priores & Suppriores, communi scilicet Religiosorum vocabulo, censerentur. *Vincentius.* *

* l. 30. c. 65 & 67.

Exinde quidam Hispaniam sunt pervagati: alii Lute-

tiam Par orum, ali Bononiam, incolere cœperunt; docendique munus peragere, magnâ hominum cum admiratione. *Vincentius.* * *Ru- imentum Novitiorum.*

In Scotiam, Dominicum & Franciscum suos discipulos misisse, *Hector Boethius* * testatur. Poloniam & Russiam eosdem recepisse, *Cromerus* annotat. & Franciscanorum & Dominicanorum Ordinis sectatoribus, Innocentium IV. multa privilegia, exemtiones ac indulgentias, contulisse, narrat *Vincentiana historia Continuator*. Eosdem & Jacobitas dictos, annotat *Fasciculus temporum.* Concessit utrique ordini Martinus IV. hoc juris: ut confessiones audiant, & hominibus sacramenta ecclesiastica administrent. *Chron. Aedituī.*

¶ Cæterùm, cum mendicantium ordines, suum genus vitæ, miris laudibus ac religionis sanctitate, schismaticè & seditiosè commendarent: Guilhelmus a Fano amoris, Sorbonicus doctor, aliique doctrinâ clari, mendicitatem illam in vulgus, ac votivam sine causâ paupertatem, improbabant; contendentes, speciem & prætextum religionis, dare locum inerti ac desidiosæ vitæ, ac mendicationi. Liber ejus, qui adhuc extat in Bibliothecâ Sorbonæ, damnatus est, anno 1261. *Johannes Tilius.*

SECTA MINIMORUM.

Quando denique ignavissimum quemque jam, novæ religionis introducendæ, libido incessit: Franciscus quidam, homo Siculus, divi Francisci submissionem æmulatus, Minimorum sectam instituit; qui a carnibus coctisque abstinerent cibariis. Quo viso, nonnulli in præsentiâ, qui mallent quodvis pati, quã se-se in aliquâ arte exercere, etsi viles sunt animæ, conantur inchoare aliam inertiæ sectam. In crasso lino, tantùm corpora tecti, aperto capite ac pedibus nudis vagantur; quorum fertur caput, quidam Jacobus, homo Eremonensis, tam laboris fugiens; quàm ignaviæ amator. *Polydorus.* *

EREMITANI.

Eremitanus ordo, cùm temporum injuriâ penè interiisset; restauratus est per Johannem quendam Mantuanum, ejusdem ordinis virum: *teste Sabellico.* *

BONI HOMINES.

Edmundus, Richardi Angli, qui Romanum Imperium tenuit, filius, cœnobium quoddam in sylvestri colle, qui parùm supra Berchanstedum eminet, exstruit; & amplis possessionibus ditatum, novæ religionis viris, nunquam antea in Angliâ visis, qui Boni homines dicuntur, inhabitandum dedit. Hi D. Augustini regulam profitentur & observant: vestimentum cærulei coloris induunt, eâdem penè formâ factum; atque habent fratres, quos vocant, Eremitani. *Polydorus.* *

¶ Anno Domini 1258. in Angliã venerunt fratres Cruciferi, fratres Paulini, fratres de Armeniâ, fratres de Pœnitentiâ, fratres de Viridi valle, & ordo Bonorum hominum, Asherugi & Edyndonæ locatus: & quicquid viride fuit, hæ locustæ suffocabant. *Balæus.* *

SORORES DE POENITENTIÂ.

Raimundus quidam, ordinem sororum, de Pœnitentiâ vocatarum, quem Franciscus olim instituerat, ut à Nicolao IV. approbaretur, impetravit. *Volaterranus.* *

SACCII.

Anno Domini 1257. Londini, apparuit, Papæ autoritate, novus & incognitus ordo fratrum eorum, qui à saccis, quibus induti erant, Saccii vocabantur.

BETHLEHEMITAE.

Cantabrigiæ etiam mansio concedebatur fratribus Bethlehemitis: qui Prædicatorum more vestiti, stellam rubeam in pecto , quinque radiis crinitam, habebant: in cujus medio rotũditas e at aerei coloris, propter stellam, quæ nato Domino apparuit in Bethlehem. *Balæus.* *

SERVI MARIAE.

Ordo servorum B. Mariæ, autore Philippo Tuderto, Florentino Medico, incipit. *Schedelius.* * *Chron. Pantal.* De quo in hunc modum *Sabellicus* scribit: * Martini IV. hujus Pontificatu, Philippus, Tuscus genere, Florentiæ ortus, novæ fuit sectæ autor, institutorque familiæ quam Deiparæ vocant virginis: qui primò initiati, servi nuncupari cœperunt: tenetque hodie ea appellatio. Fuit Philippus, Medicæ artis professor: anachoreticam indè vitam secutus, oraculo monitus, novum religioni adjecit dogma, paululùm ab Eremitano diversum. Nigræ tunicæ succinctæ, nigrum superinjiciunt pallium, circa humeros in rugas complicatum; scapulari amictu ab humeris rejecto: indifferens calceatus. Nec res magno admodum est favore à primordio recepta. cæterùm, quum novum institutum suâ sponte glisceret, augereturque indies initiatorum numerus: Benedictus XI. septemque deinde Pontifices secuti, non modò ad pium institutum connivere visi sunt: sed probarunt etiam suo assensu; probatum ceremoniâ & privilegio excoluère. Datum prætereà, ut sacculum gestarent; mendicandi facultate concessâ. Viri, in familiâ sanctitate & eruditione clari, tres & viginti in Beatorum numerum relati: muliebris sexûs novem. nam & in his quoque est tertius quidem ordo. Scitè pleriq; viri ex his, & utiliter, multa in divinis scripsère. Sunt horum conventus hodie in Italiâ duodequinquaginta, & in his mille-quingenti & ampliùs initiati. Incidit primum rei hujus exordium, in eum annum Salutis, qui octogesimus-secundus fuit, supra duodecies centesimum. *Vincentius Continuator.*

COELESTINORUM ORDO.

Cœlestinus V. antequam ad papatum eveheretur, in eremo novum monachorum genus invenit, sub Benedicti regulâ: quod postea ipsius nomen retinuit. *Continuator Vincentii.*

BEGHINAE.

Anno Domini 1243. Beghinæ in Alemanniâ, in magno numero mulierum, creverunt; autore earum primo penitus ignoto. Et in civitate Coloniensi, inveniebantur aliquot millia. *Balæus* * *ex Westmonasterio.*

¶ Porrò, Monasteriorum numerus, pro utroque sexu, in infinitum penè adauctus est. Nam pro Viris hæc exstructa, & sub certorum deorum patrocinio dicata, apud autores reperiuntur.

Intra Prusam metropolim, ad Olympum montem sitam, in honorem Baptistæ, cœnobium condit Irene, Johannis Ducæ Imperatoris conjunx. *Gregoras.* *

In Galliâ. Devictis Pictaviensibus, Ludovicus Francorum Rex, ad Sylvanectum, monasterium condidit; cui Victoriæ nomen indidit, anno 1211. *Gaguinus. Tilius* annum habet 1214. *Raphaël Volaterranus.*

Carthusiensibus & Carmelitis, cœnobia Parisiis exstruit Ludovicus, quem Divum vocant. *Aemylius.* *

Idem Rex, puer adhuc existens, non procul ab Isarea amne, Montem-regalem Cistерciensibus condidit. *Volaterranus. Gaguinus.*

In Angliâ. Hailense cœnobium Cisterciensibus, Richardus Anglus, Germanorum Imperator; & Afsheruggiense Bonis-hominibus, Edmundus, ejusdem filius, exstruit. *Polydorus.* *

In Germaniâ. In diœcesi Mindensi, per Dethmarum, Neudorp; per Cunradum verò, Bischofrode, cœnobia initium sumserunt. *Crantzius.* *

Adolphus, Holsatiæ Comes, & monachus, in oppido Kyl, monasterii à se fundati exstructionem, propriis juvat manibus. *Idem.* *

Benedictini monachi, Lubecæ commorantes, cùm pro arbitrio suo cuncta agere sibi non liceret per Senatũ; relictâ sponte urbe, Cismariam, quoddã exædificant cœnobium: quòd videlicet cis maria habitarent. *Idem.* *

Ito, Verdensis episcopus, in eâdem urbe, collegium monachorum instituit; & D. Andreæ dedicat. *Idem.* *

Cunradus

[illegible] inh[illegible] ad Alram fluvium, & duorum fratrum mendicantium, intra suæ urbis mœnia, partim conditor, partim aliis, ut exstruerent, autor exstitit. *Idem.*

Anno 1271. in urbe Wismariensi, Franciscanis conditum est cœnobium, ut monumenta ostendunt.

Anno 1221. fratres Minores, Wormaciam primò venientes, ordinis sui monasterium ex eleemosynis fidelium, ibidem construxerunt.

Anno Domini 1267. fundatum est, in civitate Spirensi, monasterium fratrum Prædicatorum Dominici, eleemosynis civium ac aliorum fidelium, cum consensu Heinrici, ejusdem civitatis episcopi. *Chronicon Hirsaugense.*

In Austriâ. Cœnobium, Liliorum campum appellatum, Leopoldus Austriæ Dux fundavit; adjecitque plerasque arces & civitates ejus provinciæ, quas suo ære emit. *Cuspinianus.*

In Poloniâ. Cracoviæ, S. Marci cœnobium exstrui curat Boleslaus Dux: idque ei sectæ mendicantium, quæ vocatur de Pœnitentiâ beatorum martyrum, attribuit. *Cromerus.**

In Scotiâ. Anno 1257. fratres de monte Carmelo in Scotiam venère: quibus Richardus, Dunckeldensis episcopus, habitationem concessit. *Johannes Major.** Anno verò 1275. fundata est abbatia de Dulci corde. *Ibidem.*

Alexander II. Scotorum Rex, Dominicanis & Franciscanis hospitia concessit; exstruxitque plura cœnobia: inter quæ Balmurinothum, Plusterdinum. *Hector Boethius.** Ejusdem Regis temporibus, Malcolmus, Fitensis Comes, bina monasteria fundavit: unum virorum, in Culrosæ, alterum verò mulierum, in septentrionali Beruico. *Johannes Major.**

In Flandriâ, hæc condita leguntur cœnobia: Dulcis-vallis, Novæ-terræ, D. Ursinari juxta Alustum, Bonham, Marketta. *Chron. Flandriæ.*

¶ Et pro Virginibus.

In Galliâ. D. Ludovici Francorum Regis conjunx, post mariti sui obitum, in suburbio Parisiensi, Franciscanæ professionis muliereulis, splendidum exstruit cœnobium. *Aemylius.**

In Germaniâ. Circa Susatum, Albertus Magnus monialiū fundavit cœnobium; quod Paradisum vocitavit: quia bonus ille pater, in eâ scilicet paradiso suas habuit delicias. *Erfurd. Catalogus Coloniens.*

In Tulnâ, Austriæ oppido, Rudolphus Imperator, victoriâ contra Ottocarum Bohemum potitus, cœnobium monialiū exstrui, in honorem S. Crucis, fecit, ac censibus donavit, anno 1280. *Cuspinianus.*

Rehne, in ducatu Megapolensi, Ludolphus Raceburgensis episcopus fundat. *Crantzius.**

Laodamia, Ludovici Ducis Bojorum uxor, in gratiam defuncti conjugis, suburbanum Landeshutæ contubernium, Cisterciensibus fœminis dicat; dotemque suam iisdem largitur. *Aventinus.**

Ejusdem sectæ fœmellis, in Schönefeld, haud-longè ab ostiis Lyci, locus datus, anno 1261. *Ibidem.*

Dum Heinricus & Ludovicus Bojariæ ducatum administrarunt; quatuordecim templa atque monasteria condita esse reperio. (*idem autor inquit*) Reginoburgi, Augustanis mendicis, in ponte Judæorum, ædes dedicata est, anno 1255.

Ejusdem urbis archidiaconus Semannus, Semanhusum in inferiori Bojariâ, in pago Rhodani, iisdem Augustinianis contubernium erexit.

In superiori Bojariâ, Ludovicus Andechisii ædem, quæ cum arce ante quinquaginta annos diruta erat, refecit.

In ripâ Ambronis, inter Augustam Rhetiorum & Monachium, templum D. Bernhardi consecraneis exstruxit: Furstenfeld nuncupant: anno 1275.

Hartuicus, Heinrico à secretis, & mysta Bathaviensis, inter Oenum & Vilsam amnes, cellam sacris Cisterciensibus auspicatur, an. 1274. cumque impendiis non sufficeret: Heinricus dux Bojorum perficit; ac Furstocellam nuncupavit.

E[illegible]ctu, Bernhardus & Fridericus, quos Beringarios cognominant, templum Salvatori condunt; & & Nordperti sacris initiant.

Heinricus quidam & Mechtilda conjuges, Bojariæ dynastæ, Bernhardo ædem Drotchlach condunt: sed post, cùm consecraretur per Reginoburgensem, Dei-cella dicitur, anno 1286.

Gaicusium, in inferiore Bojariâ inter Isaram, atque Oenum, Bernhardus Leobergensis condonat sacratis Teutonum equitibus.

Illius frater Berengarius, infra Landshutam, Viehpachium, in monte Isaræ imminente, venatorium tugurium, in templum commutat: 12. virginibus Augustalibus tradit. *Aventinus.**

Kirlgarten cœnobium, pro monialibus, ab Heinrico episcopo Wormatiensi fundatur, anno 1226.

Hocheim exstruitur, anno 1272.

Liebenaw, ann. 1298. *Chron. Hirsaug.*

Cœlicoronam, diœceseos Bambergensis cœnobium, fundavit Otthο, Comes Orlamundensis, anno 1280.

Dominarum Anrachium monasterium, vulgò Frawenanrach, ann. 1275.

Heppachium, 1233.

Pircheuteldum, ad Æstum amnem, supra Neapolin in Ostrofrancis, ann. 1276.

Poundum, infra Ravensburgum, anno 1241.

S. Claræ monialium cœnobium Norinbergense, anno 1278. conditur.

Est in eâdem civitate & aliud monasterium Sanctæ Catharinæ dicatum, quod anno 1294. exstrui cœptum est.

Schlüsselovium, anno 1260.

Seflingum, extra muros Ulmenses, anno 1237. *Bruschius de Monasteriis.*

Mariæ Magdalenæ sacrum cœnobium fit arx Burggravii apud Magdeburgenses, anno 1229. *Chron. Saxoniæ.*

In Bohemiâ. Hedwig, Silesiæ Ducissa, nobile monasterium ordinis Cisterciensis, in Trebnitz, haud-longè ab Uratislaviâ, condidit: quo filiam Gertrudem, cum centum aliis virginibus, conclusit: ac denique, post mariti sui obitum, ibidem & ipsa cœlibem transegit vitam. *Schedelius. Crantzius.**

In Poloniâ. Uladislaus, cognomento Sputator, Olobocense monasterium Cisterciensibus virginibus condit, & ditat. *Cromerus.**

Boleslaus Pudicus, matris precibus adductus, Cracoviæ, D. Francisci sectatoribus, anno 1240. & non-multò pòst, Crizanovicensi, Præmonstratentibus fœminis, cœnobia condidit.

Sub idem tempus Pompo II. Cruciferorum Magister, Turoniæ, & non multò antè, Theodorus, Palatinus Cracoviensis, in pago Sciricio, & Bronisius Comes, in pago Goleicovo, Posnaniensis diœcesis, sub Paradisi nomine, Cisterciensibus fœminis tabernas erexerunt.

Brzkene cœnobium, Præmonstratentibus, Ivo Cracoviensibus condit. *Cromerus.**

Gneinz, puellis S. Francisci, seu Claræ regulam sectantibus, conditur cœnobium, à Boleslao Calisiensiū Duce.

Præmislaus, Polonorum Rex, Posnoniæ cœnobium, puellis Dominicani sodalitii, exstruit. *Idem.**

¶ Et collapsa restituta sunt. Carthusianorum claustrum Styriæ, Geyrach vocitatum, reparavit, & censibus auxit, Luipoldus Austriæ Dux. *Cuspinianus.* Dionysianum cœnobium D. Ludovicus instauravit. *Tilius.*

Eaque cum bonis confirmabantur: vel à Romanis Papis. Anno 1280. Nicolaus Papa III: anno pontificatū sui tertio, confirmavit omnia privilegia, libertates & bona monasterii Hirsaugiensis, ad instantiam Abbatis & Conventûs: dans eis Bullā sub plumbo, in Avinione 8. Calend. Decembr. Aliam quoque Bullam confirmationis privilegiorum, dedit eisdem Romæ apud S. Petrum, 13. Calend. Januarii, anno pontificatûs sui primo. *Chron. Hirsaug.* Heppachium, monialium contubernium, Gregorius IX. & Fridericus II. confirmarunt. *Bruschius.*

Vel à Romanis Imperatoribus. Anno [illegible]. Lutfridus, cœnobii Hirsaugiensis abbas, confirmationem omnium privilegiorum, per Reges & Imperatores ipsi monasterio collatorum, à Friderico II. Romanorum & Siciliæ inclyto Rege, impetravit, cum ulterioribus indultis. *Chronicon Hirsaugiense Trithemii.*

¶ Omnis generis reditus habeant amplissimos.

Cœnobio Hocheim, prope Wormaciam, Dirolphus fundator, cum Agnete conjuge, omnia sua bona, mobilia immobiliaque, tradunt Monialibus; unicam, quam habebant, filiam iisdem præficientes, superstitiosi parentes. *Chronicon Hirsaug.*

Zavicholtente cœnobium, quod mulieres Franciscanę sectæ incolebant, vigintiquinque pagis donavit Buleslaus Pudicus. *Cromerus.** *lib. 9.*

Cœnobitis Victorię, largissimos reditus assignat Francus. *Gaguinus.** *lib. 6.*

Anno Domini 1259. monasterium S. Disibodi, ordinis Benedicti, in Cumitatu Spanheimensi, Moguntinæ diœcesis, juxta oppidum Sobernheim, ab ordine Benedicti translatum est, per Gerhardum archiepiscopum, & Canonicos Ecclesiæ Moguntinæ; & datum Cistercienfis ordinis fratribus: quorum primus abbas, nomine Johannes, quasi pro gratiarum-actione suscepti beneficii, de consensu fratrum suorum, centum coros siliginis, annui census, perpetuis temporibus, Moguntiam singulis annis pręstanda, ex redditibus ejusdem monasterii, Canonicis præfatæ Ecclesiæ repromisit. *Chron. Hirsaug.*

Cœnobio, quod à Cœli coronà nomen habet, fundator dedit pagum Preczendorf, cum omnibus attinentiis; agris videlicet, pratis, sylvis, molendinis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, & omnibus aliis juribus. *Bruschius de Monasteriis.*

Ordini Teutonicorum B. Mariæ, Fridericus II. dedit terram Prussiæ; quæ Polonis Lithuanisque contermina est: ut fines ibi Christianitatis & tenerent, & amplificarent. *Crantzius.** *lib. 8. Sax. c. 5.*

¶ In Monasteriis, Artes dicendi, & studia Philosophica & Theologica, tractabantur: erant enim quasi Scholæ.

In monasterio Cassinensi, Thomas de Aquino, ad eam pervenit doctrinæ excellentiam: ut nemini, Philosophiæ & Theologiæ scientiâ, secundus haberetur, iis temporibus. *Blondus.** *lib. 8. Dec. 2.*

Bonaventura, ordinis Minorum generalis, graviter & copiosè, tempore Clementis IV. scripsit, in 1. 2. 3. & 4. Sententiarum librum. *Platina in vitâ Clementis 4.*

Noviriorum institutor in Heisterbach, diœcesis Coloniensis, fuit Cæsarius monachus. *Trithemius.*

Quosdam ex Scotiâ adolescentes nobiles, ad D. Nicolai Laudunensis cœnobium missos fuisse, discendi sermonis Francici gratiâ, temporibus D. Ludovici; *Gaguinus** testatur. *lib. 7.*

¶ Ex monasteriis quoque, ad Ecclesiarum regimen, plerique Episcopi vocati sunt. Bertholdus enim quidam, Cisterciensium abbas, in conventu Lucensi, Meinrado in episcopatu Livorniensi successit. *Crantzius.** *li. 6. Vand. c. 10.*

In monasteriis, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, ordinabantur. Cunradus à Liechtenaw, abbas Urspergensis, anno 1202. per manus Diethelmi, Constantiensis episcopi, presbyteratum accepit: ut ipsemet de se testatur.

Adolphus, Holsatorum Comes, cùm fratrum Minorum ordinem amplexus esset: dispensatione Innocentii IV. à Magistro ejus ordinis, subdiaconus, à quodam episcopo, diaconus; & à Johanne Lubecensi, presbyter ordinatur. *Crantzius.** *li. 9. Vand. c. 24.*

¶ Abbatum electio, erat penes cœtum. Sic Lutfridus à conventu Hirsaugiensi eligitur in abbatem. *Chronicon Hirsaug.*

Confirmatio etiam erat in usu. Nam Lutfridus, abbas Hirsaugiensis, confirmatus fuit ab Ordinario Cunrado, Spirensis Ecclesiæ pontifice; & munus benedictionis à Guidone, sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinali, Prænestino episcopo, & Apostolicæ sedis Legato per Alemanniam suscepit. *Chron. Hirsaug.* Craftonem, abbatem Hirsaugiensem, confirmavit [illegible] episcopus Spirensis. *Ibidem.*

¶ Abbatum munus erat: Recipiendos probare. *Innocentius inquit.** Prohibendum est abbatibus; ne passim, ante tempus probationis, quoslibet ad professionem recipiát: &, si contra formam præscriptam, quoslibet indiscretè receperint; animadversione sunt debitâ corrigendi: cùm, in subsidium fragilitatis humanæ, spatium probationis sit regulariter institutum. *lib. 4. Decret. Compil. 87.*

Subditorum monachorum regere mores; & iis bono exemplo præire. Tales, *inquit Innocentius,* ad agenda officia monasterii deputentur; qui fideles fuerint & discreti. Nec alicui committatur aliqua obedientia perpetuò possidenda, tanquam in suâ sibi vitâ locetur: sed cùm oportuerit amoveri, sine contradictione qualibet revocetur. Prior autem præ cæteris, post Abbatem, potens sit in opere & sermone: ut exemplo vitæ, verboque doctrinæ, fratres suos, & instruere possit in bono, & à malo etiam revocare: zelum religionis habens secundùm scientiam, ut delinquentes corripiat & castiget; obedientes foveat & confortet. Abbates verò, (cui omnes in omnibus reverenter obediant) quamò frequentiùs poterit, sit cum fratribus in conventu; vigilem curam & diligentem solicitudinem gerens de omnibus: ut de officio sibi commisso, dignam possit Deo reddere rationem. Quòd si prævaricator ordinis fuerit, aut contemtor, seu negligens, aut remissus: pro certo se noverit, non solùm ab officio deponendum; sed & alio modo, secundùm regulam, castigandum. cùm offensa non solùm propria; verùm etiam aliena, de suis manibus requiratur. Nec æstimet Abbas, quòd super habendâ proprietate possit cum aliquo monacho dispensare. quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeò est annexa regulæ monachali: ut contra eam nec summus Pontifex possit per licentiam indulgere. *lib. 3. Decret. Compil. 105.*

Claustrales non debent esse promti, ad exeundum de claustro: sed ad vocem gratiæ, vel Prælati, debent exire. *Hugo Cardinalis.** *in Mat. 28.*

Abbas debet conjungere invicem, per amorem & pacem, monachos & conversos, activos & contemplativos. *Idem.** *in Joh. 10.*

Delinquentes castigare. *Innocentius:** Nos igitur, ad reformationem earundem Ecclesiarum diligenti solicitudine intendentes, universis Canonicis dedimus in mandatis; ut Priori suo, in his quæ ad Deum pertinent, obedirent. Cumque omnes (quatuor duntaxat exceptis) se obedire velle concorditer respondissent: prædicti quatuor, se contra Priorem in superbiam erigentes, licet de Obedientiâ, suo Priori præstandâ, præstitissent juramentum corporaliter; tamen exhibiti juramenti immemores, suo Priori per omnia restiterunt: & cùm, pro contumaciâ suâ, nequivissent ad debitam obedientiam revocari; dictus Prior in eos excommunicationis sententiam promulgavit. Quum igitur præfati Canonici ad apostolicam sedem accessissent: per scripturas authenticas, ex multorum testimonio Prælatorum, effecti de ipsorum contumaciâ certiores; recepto, secundùm formam Ecclesiæ, ab eisdem corporaliter juramento, ipsis fecimus absolutionis beneficium impendi: præcipientes eis, sub debito juramenti; ut ad suum claustrum, de quo exierant, redeuntes, Priori suo, secundùm Deum, devotè ac humiliter obedirent. Ideoque mandamus, quatenus præfatos Canonicos, ut ad Prioris sui obedientiam revertantur, per censuram ecclesiasticam compellatis: &, ne de suâ possint contumaciâ vel malitiâ gloriari; cogatis eos, (si videritis expedire) ut juramentum, quod de parendo mandatis Prioris, pro absolutionis beneficio impetrando, superbè negaverant, humiliter præstare procurent: alioquin eos de fratrum consortio penitus excludatis. *lib. 1. Decret. Compil. 112.*

¶ Legationibus fungebantur, tum Abbates, tum reliqui Monachi. Dissidentibus inter se, Rege Francorum, & Rege Anglorum, Innocentius Papa III. misit ad eos abbatem Hâmarii, pro reformandâ inter eos pace. Qui, adjuncto sibi abbate Triumfontiú, utrique Regi authoritate apostolicâ

præceperunt [illegible] convocatis Episcopis & Principibus [illegible] [illegible] pacem facerent; & abbati [illegible] [illegible] eccl[illegible] et gentes eorum destructos, in statum [illegible] [illegible]. *Antoninus.**

Anno Domini 1211. abbas de Morimunt, à festo S. Michaelis usque ad Quadragesimam, quinque vicibus transivit a Româ usque Capuam, jussu Innocentii III. quatenus pacem reformaret inter Papam & Imperatorem. *Chronicon Urspergense.*

Anno Domini 1207. ab Innocentio Papâ, cum Legato, 12. abbates Cisterciensis ordinis, in terram Albingensium, ad prædicandum fidem ibidem Hæreticis, mittuntur. His additur Didacus, Oxoniensis episcopus, cum fratre Dominico. *Chronicon Martini Capellani, Vincentius.**

Acta est, in Lugdunensi Concilio, Anconitarum cum Venetis causa: abbasque Nervisiæ, cui eam commisit Gregorius X. cognoscendam, Anconitanos, nil satis [illegible] fidè probantes, rejecit, permissâ, Pontificis autoritate, Venetis [illegible]râ, eam maris Adriatici oram, a Saracenis piratisque, simul cum vectigalium portoriorumque suorum juribus, defendendi. *Blondus.**

¶ Artificia, emungendi homines pecuniâ, aliisq; rebus, inprimis callebant.

Guilhelmus Imperator, rediens Aquisgrano Coloniam, laudatissimum instituit Principibus convivium: in quo (ut fertur, quod admirandum est) mirabili operâ Alberti Magni Philosophi, arbores mediâ hyeme effloruerunt, & herbæ germinabant. (si verum est, quod scriptores ejus ætatis, & qui se vi[illegible] [illegible] memorant, tradunt.) Ob quod factū, fratribus sui ordinis in Trajecto, prædium ingens cum redditibus dicitur donâsse, & monasterium construxisse. *Johannes Cuspinianus de Imperatoribus.*

¶ Arma tractabant, & castra sequebantur. Robertus Turneham, Franciscanus, Theologiæ Professor insignis fuit. Eduardus Princeps, cognomento Longus, bellicam expeditionem contra Saracenos, Assyriam incolentes, Anno Domini 1268. parabat. Ad tantam profectionem quæsitus quoque orator vehemens; qui plebis, in causâ religionis, animos excitaret. Turnehamus Principi visus est vel dignissimus, qui munus hoc obiret. Sic tanquam signifer constitutus, Assyrios unacum Anglico exercitu petiit; ac suum non sinè laude præstitit officium. *Balæus,* ex Lelando.*

¶ Virginum autem coetibus Abbatissæ præerant. Erat, in urbe Antiochenâ, religiosarum virginum cœnobium: quæ cùm ex tumultu, urbem captam esse sensirent; deinde cæde, stupro, omnia compleri, profana sacraque eâdem ignominiâ affici, nec vitæ nec pudicitiæ cujusdam parci: antistitem, pietate prudentiaque exornatam fœminam, adeunt; consilium in rebus desperatis petunt. Quæ cùm multa, de martyrii præstantiâ, de castitatis merito, præfata fuisset: in ipsius verba omnes jurare jubet, atque [illegible]jus exemplum sequi: acceptoque cultello, quantum cæsim uno ictu potuit detruncare, nasum mutilavit, oraque cruore dehonestabat. Matrem imitantes filiæ, vultibus fœdè laniatis, trucem horrendamque speciem irruentibus Saracenis exhibuerunt: eâ fœditate spurcam barbaramque libidinem, quam formidaverant, avertentes; salvâ pudicitiâ, ad unum omnes enecatæ sunt. *Continuator historiæ Belli sacri.**

¶ Sæpiùs utriusque sexûs cœnobia conjuncta erant, aut simul habitabant: quò scilicet dilectionis monasticæ officio sibi mutuò præstare possent. A' Damasco haud procul est locus, qui Sardanai dicitur: ubi est ecclesia B. Virginis Mariæ; in quâ sunt virgines moniales duodecim, & octo monachi. *Vincentius.**

¶ Supremi monasteriorum inspectores, erant Episcopi: qui ea visitare, &, quæ minùs piè & rectè [illegible]bant, corrigere solebant.

Diœcesani episcopi, monasteria sibi subjecta ità studeant reformare: ut, cum ad ea prædicti visitatores accesserint, plus in illis inveniant, quod commendatione, quam quod correctione sit dignum. *In Concilio Lateranensi.*

Anno [illegible] 1207. Cunradus, episcopus Spirensis, ecclesiam [illegible] Sepulcri Spiræ (in quâ erant moniales), cum omnibus [illegible] & pertinentiis suis, in perpetuum tradidit Præposito in De[illegible]kendorf: ut, monialibus, quæ tunc erant in eâ, defunctis, aut aliorsum, salvis vitæ necessariis, translatis, conventum virorum suæ professionis ibidem institueret [illegible] tamen juridictioni Spirensis episcopi, pro tempore, esset subjectu[illegible]. *Chronicon Hirsaugiense.*

Anno Domini 1222. Cunradus episcopus S[illegible] audiens, moniales in Husen, Benedictini o[illegible] Dürckheim, à tramite regularis observantiæ [illegible] clinasse, vitamque vivere i[illegible] probam & [illegible] ipsum earum cœnobium, de consensu Domini [illegible] chiepiscopi Moguntini, m[illegible] L[illegible] dem ordinis univit; & tit[illegible] conver[illegible] nitus extinxit: ità ut illis, quæ [illegible] nullæ deinceps ibidem sui[illegible] perenni[illegible]; & Abbas L[illegible] gentis, per suos monachos, secun[illegible] in loci [illegible] & proventus, pro tempore, divina ibidem faciat celebrari.

Landolphus Wormaciensis, de cœnobio Nonnenmonster, moniales turpiter [illegible]entes ej[illegible]cit; & alias Cisterciensis farinæ introducit.

Laur[illegible]ssam cœnobium, Fridericus II. Moguntinæ Ecclesiæ subjicit; consentiente & approbante Gregorio I[illegible]. *Chron. Hirsaug.*

Albertus, Hierosolymitanus Patriarcha, Carmelitis regulam observandam præscripsit. *Epitome Mundi.*

Monachos Sepulchri dominici & Montis Oliveti, in monte Thabor, in valle Josaphat, cum suis Abbatibus & Prioribus, soli Patriarchæ subesse, narrat *Vincentius.**

¶ Fuerunt & politici viri monastici vitæ censores. Anno 1207. Johannes, Rex Angliæ 64. monachos Cantuarienses, ob contumaciam, & [illegible] [illegible], in exilium misit. *Balæus.**

¶ Erant & monasteria, quasi carceres, & exiliorum loca. Sutrinum episcopum Innocentius III. quòd præter voluntatem suam Philippum Regem anathemate solvisset, relegavit in quandam insulam maris: ubi in monasterio vitam finiit. *Urspergensis.*

Idem Papa sacerdotem, confessiones revelantem, in monasterium ad perpetuam pœnitentiam, includi voluit. *Balæus.**

Cunradus Masoviæ Dux, Boleslaum pudicum puerum, cum matre, ad colloquium evocato[illegible] & in Sendomiriensi cœnobio asservari jussit. *Cromerus.**

¶ In monasteria sæpius Principes [illegible] & [illegible] tranquillitati consulentes, sese conferebant. [illegible] Cunegundis, Henrici Uratislaviensis conjunx, p[illegible] mariti mortem, distributis in usum egenorum, & in [illegible] vinum, omnibus suis facultatibus, in Sandecensi monasterio, plùs duodecim annis, duram exegit vitam. *Cromerus.**

Et Episcopi. Josephus, Patriarcha Constantinopolitanus, relictâ suâ sede, ad otium monasticum redit. *Gregoras.**

Gaufridus Sylvanectensis, & Gaufridus Meldensis, episcopi, ad monasteria se contulerūt, anno 1213 *Vincentius.**

Cunradus Halberstadensis, tædio rerum secul[illegible] ex autoritate Romani Pontificis, in monasterio Sedel[illegible]ke, ordinis Cisterciensis, vitam finiit. *Crantzius.**

Albertus Teutonicus, ordinis fratrum Prædi[illegible] [illegible] episcopus Ratisponensis, Papa Clemente IV. [illegible] te, renuntians episcopatui, rediit ad ordin[illegible] dicatorum, & fratres suos, ad conventum Colo[illegible] cum aliis fratribus, vivens sub disciplinâ regul[illegible]. *[illegible]diensis.**

¶ Cæterùm, statuta multa & varia Cunradus Coloniensis episcopus, edidit: quæ [illegible] adduximus.*

Cunradus, Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam Archicancellarius [illegible] & [illegible] honestatis omnium, cujuscunq, professionis seu status [illegible] rum domesticorum maximè, dilectores in Domino [illegible]

ſicut in noſtra viſitatione, negotium reformationis, & correctionis de Clericis per ſtatuta canonica, expedivimus competenter: ita de Monachis ſatagentes, id-ipſum ſuo modo, quo competens fuerit, expedivimus.

1.

In-primis igitur ſtatuimus, quòd omnium monaſteriorum nigri habitûs monachi, ordinis S. Benedicti, divinum officiũ in cantando & legendo, ſecundum quod regula ejuſdem S. Benedicti præcipit, exſequantur & maximè munditiis circa altaria, & ornatum eccleſiaſticum, ſint ſtudentes.

2.

Statuimus itèm, ut miniſtri altaris, ſingulis dominicis diebus, & aliis feſtivitatibus, prout conſuetudo loci ſeu monaſterii habet, communicent corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti facta prius confeſſione Abbati, vel Priori, ſecundùm regulam: ut, ſi aliquis de causâ duxerit aliquis abſtinendum, cauſam Abbati vel Priori non differat intimare, ut ejus judicio abſtineat, vel ad communicationem accedat.

3.

Itèm ſtatuimus, quòd monachi proprium non habeant, ſecundùm quod regula eorum præcipit; niſi quod Abbas dederit aut permiſerit: & quòd pariter victum & veſtitum percipiant de communi, per ſui adminiſtrationem abbatis: ut nullus monachorum cauſetur de qualitate ſeu quantitate victûs & veſtitûs, ſed omnia ipſis adminiſtrentur, ſecundùm quod monaſteriorum ſuorum ſuppetunt facultates, & prout regula hoc expoſcit.

4.

Statuimus itèm, eos graviori culpâ vel pœnâ puniendos, ſecundùm regulam, qui fuerint de incontinentiâ notati: quæ maximè in monachis eſt deteſtanda.

5.

Itèm ſtatuimus, inhibendo, ne aliquis monachorum ſurcotiis, caligis coloratis calceis nodatis cingulis irregularibus, aut maſſulis ſericis, utatur: ſed quòd ipſi monachi talibus indumentis, quæ ipſorum regula præcipit aut concedit, induantur. Statuimus etiam, quòd monachi officiarii, pro ſuis monaſteriis vel officiis negotiis, aut aliis, de licentiâ Abbatis, vel Prioris, Abbate abſente, exeuntes, talibus utantur veſtibus & calceis pluvialibus, quæ ipſorum ordinis deceant honeſtatem; & in quibus monaſticæ religionis, ſeu converſationis abuſio, non poſſit deprehendi.

6.

De monachis autem irregularibus ità præcipimus. Si monachus in monachum manum injecerit ſui monaſterii, & læſio non ſit enormis: Abbas ipſum abſolvat, ſecundùm morem regulæ. Alioqui, ſi læſio fuerit enormis: Abbas illum ad ſedem apoſtolicam deſtinet; vel ad illum, qui abſolvendi habuerit poteſtatem.

7.

Præcipimus item de Simoniacis: quòd circa illos, ſecundum conſtitutionem regulæ, procedant Abbates: ſuper his verò, quæ ipſis non ſunt conceſſa Abbatibus, eorum monachi ad ſuperiorem mittantur.

8.

Statuimus etiam, quòd monachi aliis cibis non utantur: niſi eis, quos ipſorum regula præcipit, aut permittit.

9.

Itèm præcipimus diſtrictiùs, ne monachis detur frequens licentia exeundi: ſed ſi, ſine licentiâ ſuperioris, diſtrictum ſive portas clauſtri aliquis eorum extra præſumſerit, pœnam indè ſuſtineat regularem.

10.

Statuimus & , quòd Abbates in conventu cum fratribus ſedeant, & divinis frequentiùs interſint lectionibus, maximè vigiliis, capitulo, collationi, & aliis divinis officiis cum iiſdem: niſi causâ neceſſariâ, utili, vel honeſtâ, fuerint præpediti.

11.

Itèm ſtatuimus, quòd abbates excommunicationis ſententiam, in proprietarios, ſemel in anno, ſcilicet ſabbato proximo ante Dominicam Lætare, ſolenniter in capitulo publicent. & ſi poſt aliquis inventus fuerit habere proprium, ſecundùm regulam puniatur.

12.

Statuimus etiam, quòd monachi fugitivi & apoſtatæ, per ſuos abbates ad ſua monaſteria revocentur; ſalvâ ordinis diſciplinâ: niſi forte inobedientes & ex talibus cauſis receſſerint, quòd, ſecundùm regulam, non debeant in eorum monaſterio tolerari.

13.

Statuimus itèm, quòd nullus monachorum hoſpites per ſe recipiat: niſi hoſpitalarius monaſterii, vel alios, cui Abbas eos commiſerit recipiendos.

14.

Itèm ſtatuimus, quòd debita eleemoſyna & conſueta, tam de refectorio, quam hoſpitali, fideliter pauperibus erogetur.

15.

Statuimus etiam, quòd omnes Monachi in communi Refectorio comedant: niſi infirmitas, vel aliqua alia cauſa legitima neceſſitatis, ipſos excuſet. & tunc, quæ ſuperfuerint, in eleemoſynam pauperibus tribuantur.

16.

Statuimus itèm, quòd Monachis nullatenus detur licentia, ante primam exeundi, & ſimiliter poſt Completorium; niſi ex cauſa valdè rationabili & neceſſariâ: nè potè, ſi contingat ipſum extra ſuum monaſterium, in aliquo loco, divinum officium celebrare; vel in obitu parentum, fratrum, vel ſororum.

17.

Itèm, ſi contingat Monachum ante veſperas exire de licentiâ; ità maturet redire, quòd in divino officio illa hora poſſit eſſe.

18.

Statuimus etiam, quòd quodlibet monaſteriũ ſuum carcerem habeat, in quo delinquentes regulariter puniantur.

19.

Statuimus itẽ, quòd nulla mulier dormire debeat intra immunitatẽ. & ſi factũ fuerit: ille qui eſt in culpâ, graviter puniatur.

20.

Itèm ſtatuimus, quòd omnes Abbates nigri habitûs, ordinis B. Benedicti, noſtræ diœceſis, ſingulis annis, in exaltatione S. Crucis, capitula Coloniæ teneant; vel apud S. Pantaleonem; vel apud S. Martinum, ut ibidem obſervantia Regulæ cum diſcretione tractetur, & de ſtatutis noſtris, qualiter in quolibet monaſterio obſerventur, & alia utilitates monaſteriorum. & quicunq; ipſorum Abbatum, ad capitulum venire neglexerit; nec [illegible] in Capitulo legitimam oſtenderit: ſecundùm [illegible] puniatur. Et volumus, quod Abbates S. Pantaleonis [illegible] Colonienſis, iſta capitula ſingulis annis fieri procu[illegible] tà quòd nullus valeat excuſari.

21.

Itèm præcipimus, quòd Monachi, in raſurâ [illegible] ,& [illegible] ſurâ capillorum, ità decenter & regulariter [illegible] ſuper his non valeant reprehendi.

22.

Statuimus itèm, quòd Monachi non dormiant in lectis plumeis, ſed in culcitris, ſecundùm quod Regula mandat.

23.

Itèm ſtatuimus, ne aliquis Monachus rediens, qui abſens fuerat de licentia vel ſine licentia, aliquam præbendam tempore ſuæ abſentiæ requirat: quia illa eſſet occaſio proprium habendi.

24.

Statuimus itèm, quòd Monachi jejunia ſua obſervent, ſecundùm quod regula præcipit.

25.

Statuimus & , quòd Monachi officiarii, ad minus ſemel in anno, in præſentiâ abbatis & ſeniorũ, computationem vel legitimã rationẽ faciant. Et, ſi quid ultra ſuorũ officiorũ adminiſtrationẽ ſuperfuerit de hoc nihil per ipſos monachos; ſed per abbatem & ſuperiores ſui conventûs, ad ſui monaſterii utilitatem, ordinetur.

26.

Itèm ſtatuimus, quòd Monachi nuptiis nullatenus interſint: nec exſequiis, niſi parentum, fratrum, vel ſororum.

27.

Itẽ præcipimus & ſtatuimus, quòd nullatenus offerãt ad altare.

28.

Quæcunq; autẽ, de interiori pariter & exteriori clauſurâ monaſterii, & immunitatis monaſticæ, Regula præcipit; quæcunq; de ſilentio, in horis & locis debitis, & conventu ſervando, Regula ipſa præcipit; nec-non quæ de cantu divini officii, profeſſione quoq; facienda, atq; obſervantiis, præcipiuntur in Regula: ubicunq; hæc hactenus ſunt omiſſa, revocari in ſtatum debitum per abbates, & ſervari deinceps more & modo debito, ſtatuimus & mandamus.

mandamus. Aliquis negligentiam hujusmodi, cum pœnâ canonicâ requiremus.

Hæc ad præsens statuimus: salvo nobis, quòd-si aliqua occurrerint in-posterum, opus habentia correctionis & reformationis remedio: ea loco & tempore statuemus; &, prout expediens fuerit, ordinabimus. Datum & pronunciatum, 4. Idus Martii, anno Domini 1262.

INNOCENTIUS: * Firmiter inbibuimus, ne quis de-cætero Monachorum lineis camisiis uteretur. *Item* Prohibemus quoque districtè, in virtute obedientiæ, sub obtestatione divini judicii; ne quis Monachorum propriū aliquo modo possideat: sed, si quis aliquid habeat proprii; totum in continenti resignet. Si verò post hæc proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere; regulari monitione præviâ de monasterio expellatur: nec recipiatur ulteriùs; nisi pœniteat secundùm monasticā disciplinam. Quòd-si proprietas apud quenquam inventa fuerit in morte: ipsa cum eo, in signum perditionis, extra monasterium, in sterquilinio subterretur; secundùm quod B. Gregorius narrat in Dialogo, se fecisse. Unde, si quicquam alicui fuerit specialiter dêstinatum: non præsumat illud accipere; sed Abbati, vel Priori, vel Cellario, assignetur.

Jordanes. Theologus Parisiensis, factus generalis inter Monachos prædicatores, silentium mensæ instituit. *Volaterranus.*

Monachi semper, in nocturnis suis, decantant duodecim lectiones: vel unam solam, ut in æstate: novem verò, nisi in exequiis. *Hugo.**

Vir claustralis facit tria vota; scilicet continentiæ, paupertatis, obedientiæ. *Hugo.**

Claustrales voluntarium sibi assumunt silentium; & etiam potentiam loquendi abscindunt. *Hugo.**

¶ De Vestitu. Carmelitanis album assignavit amictum Honorius IV. *juxta Funccium.*

Abbates & Priores Ecclesiæ dominici sepulcri, montis Oliveti, montis Thabor, in valle Josaphat, infulis, baculis, annulis, atque sandaliis pontificalibus, in ministerio utuntur. *Vincentius.**

Bonaventura habitum, quo nunc utuntur Minores, instituit: cùm priùs pastorali modo incederēt. *Volaterranus.**

¶ Muliercularum amantes erant Monachi. Nam Adolphus, Holsatiæ Comes, cùm & ipse monachum induisset, fratres Novi-monasterii, jam familiariùs, quàm religioni suæ par erat, mulierculis adhærentes, procul eas à se dimittere coëgit. *Crantzius.**

*Thomas Cantipratensis ait:** Incubi dæmones (fratres dixisset) ità religiosas virgines illis diebus opprimebant: ut nulla eis valeret crucis signatio, nec aqua benedicta, nec ipsum Christi corporis sacramentum. *Balæus.**

Et Moniales virorum. Nam propter dissolutos & impudicos mores, cœnobiales fœminæ, Nortbusæ, ex suo contubernio, quod à S. Cruce nomen habebat, ejiciuntur, anno 1221. *Chron. Isenacense.*

¶ Superstitionum lerna, erant monasteria. Nam ibi reliquiarum cultus in maximo fuit precio. Ægidius, abbas D. Martini Tornacensis, juvat translationem reliquiarum D. Landradæ, apud Halteram in agro Gandensi. *Chronicon Flandriæ.*

B. Franciscus, rogatus à fratribus, ut eos orare doceret; simpliciter illis hujusmodi formam tradidit, dicens: *Cùm orabitis, dicite, Pater noster: &, Adoramus te Domine Jesu Christe, & omnes Ecclesias tuas, quæ sunt in toto Mundo: & benedicimus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti Mundum.* Quod ipsi fratres exsequentes; & verbum simplex pro mandato obedientiæ reputantes; se etiam ad ecclesias, quas è longinquo prospicere poterant, inclinabant: & proni in terram, prout instructi fuerant, adorabant. *Vincentius.**

Thomas Eckelstonus, in libro de adventu Minorum in Angliam, narrat, quosdam Franciscanos, statim post primum eorum introitum, virilia sibi amputâsse: non propter regnum cœleste; sed ut in hoc Mundo sanctiores haberentur hypocritæ. Ac primum eorum illic ponit Guilhelmum quendam Etonum. *Balæus.**

Missificatio. Adolphus Holsatus, ordine Minorum fratrum initiatus, primam Missam in Zwentinâ, loco solitario; & post Hamburgi, in Quadragesimâ, cunctis collacrymantibus, celebravit: virum in seculo nominatissimum, nunc in abjectissimâ veste mendicantem, & ad altare divinum officium celebrantem, mirati. *Hæc est*, inquiunt, *mutatio dextræ Excelsi! Quis unquam alium, ex tam glorioso milite seculi, fieret tam humilem prædicatorem Christi?* Monasterium sui ordinis, ipse manibus multa molitus, in oppido Kyl, ubi nunc requiescit, curavit erigere; eleemosynas suorum quondam subditorum humiliter poscens, & accipiens. Curavit quoque ecclesiam, in terra Aldenburgensi, quæ Nova dicitur, erigere, in honorem D. Antonii, fratris sui ordinis: quamvis rerum ignari patrocinium derivent ad Ægyptium Antonium. Cumque multùm solicitè laboraret, in erectione dicti monasterii, in oppido Kyl; ibat ostiatim, lac in hydriam mendicans: ut haberent operarii & fratres, quo inter laborandum, per æstum, reficerentur. Mediâ jam plateâ, ubi declinare iter non poterat, ibat, hydriam bajulans lacte plenam: & cùm obvios habuisset filios, sublimes in equis, Comitum more secularium: passus est humanitùs aliquid, ut rubore cœperit perfundi. Sed ille infremuit: & robur mentis advocans, cùm adhuc in conspectu essent filii, hydriam levatam super caput evertit, se-se totum à vertice lacte perfundens, dixitque: Infelix, erubuisti Christi paupertatem, bajulare lac in manibus: nunc vel in capite ostende, quid portaveris. *Crantzius.**

Orationes pro defunctis. Quidam Monachus monasterii Swinesheuet, hoc est, Capitis porci, Regem toxico, modo sequenti, è medio sustulit. Cerevisiæ cuppam, veneno infectam, Regi propinavit: quam tamen Rex antea jusserat bibere, &c. At Regis jussu, Monachus imperterritus vas medium evacuavit: reliquam verò partem Rex intrepidus hausit. & sic eodem toxico ambo perierunt. Adhant provinciam subeundam, hinc Monachus motus erat. Inter prandendum, repetitis vicibus Rex dicebat; quòd panis, qui asse vendebatur, mox viginti solidis veniret. Hoc Reipublicæ admodum nocivum Monachus intellexit: quocirca Regem perimere, meritorium ratus est. sed antequàm aliquid perpetraret, Abbatem suum adivit; & ejus consilio usens, Regem venenoso haustu extinxit: absolutionem tamen ante factum ab Abbate quærit. Pro hoc Monacho, qui Reipublicæ sic providit, quolibet die quinq; Monachi specialiter orant; & ad diem judicii orare non desistent. *Johannes Major * ex Capgrono, Polydorus.*†

Luxus. Anno Domini 1277. Volandus abbas, conviviis & voluptatibus nimiùm deditus, monasterii Hirsaugiensis substantiam prodigaliter, amicis suis & consanguineis, aliisq; fucis & Penelopes sponsis, distribuendo expendens; cùm pecuniæ deficerent, res cœnobii immobiles detrahere & alienare cœpit. *Chron. Hirsaug.* Nicolaus Gallus, monachus, qui sub annum Domini 1270. floruit, scripsit libellum, titulo Ignea sagitta. in eo vehementer deplorat, & accusat corruptissimum Monachorum statum. Dicit, eos olim in eremo, in sudore proprii vultûs vixisse; orationibus & studiis incubuisse: nunc contra in civitatibus, ubi & studia & omnem pietatem negligant, voluptatibus & turpitudinibus sint dediti, & præsentes ac futuros seducant. *Catalogus testium veritatis.*

Wilhelmus de S. Amore, oppugnavit omnes monachos; præsertim autem mendicantes: acerrimè tùm statum eorum damnans penitùs; tùm accusans eos, quòd perturbent ecclesias: dum invitis ordinariis pastoribus concionentur, & audiant confessiones, & simpliciter pastori officio fungantur. *Catalogus testium veritatis.*

Godfridus de Fontanis, scripsit contra Monachos mendicantes: id oppugnans, quòd, cùm vitam solitariam profiteantur, velint esse gubernatores ecclesiarum, & alios opprimant. *Ibidem.*

Quidam sunt quadraginta diebus; sed non 40 noctibus; qui scilicet diebus morantur in claustris; sed noctibus vagantur ad pravitates suas. *Hugo.**

Curtisanorum eorumque imposturarum, initium ponit anno 1238. *Chronicon Isenacense.*

DE MO-

DE MORIBUS CHRISTIANORUM.

Virtutum & vitiorum quædam tantùm exempla hic annotare, sufficiat: ut brevitatis habeatur ratio.

EXEMPLA VIRTUTUM
Prima Tabula.

Studium Pietatis. Marcesina, pellex Johannis Ducæ Imperatoris, ob vitæ turpitudinem templo exclusa, à Blemmide Nicephoro, ad Imperatorem revertitur; & toto impetu illum ad vindictam incitat: eam ignominiam in ipsius Imperatoris caput redundare, clamitans. At Imperator, subito mœrore affectus, ac lacrymis oppletus, cum profundo suspirio: Quid me (inquit) ad virum justum puniendum impellitis? Nam, si ego sinè probro & ignominiâ vivere voluissem; Imperii majestatem inviolatam conservâssem. Nunc, cùm ipse meæ, atque adeò ipsius Imperii contumeliæ, causam præbuerim: meritis meis gratia refertur; ut malæ sementis malam messem percipiam. *Nicephorus Gregoras.**

* lib. 2.

Conquerentibus regiis magistratibus & præfectis, augendo jure sacerdotû, regia jura imminui; respondit Philippus Francorum Rex: Tot esse ac tam perspicua cœli in se Franciamque beneficia, ut sacerdotibus templisque nihil denegare jurè possit. ex iis rebus, quas divinâ potiùs, quàm humanâ ope, integras florentesque ac victrices haberet. *Aemylius.**

* lib. 6.

EXEMPLA VIRTUTUM SEcunda Tabula.

Justitia, in puniendis facinorosis. Fridericus, Comes de Isenburg, rotâ conteritur, ob interfectum Coloniensem præsulem. *Rudimentum novitiorum.*

Bissettorum Principem, qui Patricium quendam, Comitem Athoniæ, ejus ædibus noctu succensis, cremari curârat, amicorum precibus per Regem Scotorum quidem vitâ donatur; sed regno in perpetuum excedere jussus est: in regium fiscum cunctis ejus bonis congestis. *Johannes Major.**

* lib 4. c. 10.

Fridericus Imp. Heinricum filium, Cæsarem & successorem jam-pridem à se declaratum, parricidii accusat, (quòd cum Papâ, Cardinalibus, & quibusdam Germaniæ Principibus, contra Patrem fœdus contraxerit; *in Chronico de Ducibus Bavariæ* scribitur) sententiâ septuaginta Principum condemnat; in vincula conjicit; & in Siciliam ablegat: ubi non multò pòst ille mortem obiit. *Aventinus.**

* lib. 7.

Andreas II. Ungarorum Rex, ad sacrum bellum iturus, summam rerum Banebano demandat. Cumque Gertrudis, conjunx, Regis absentiam molestius ferret: ejus frater, ut eam consolaretur, ex Germaniâ advenit. Is deperit Bâcbani uxorem. Quod cum Regina animadvertisset: ut ejus turpi consuetudine frui, suâque explere libidinem liceret, non exiguam navavit operam. Ac, cùm arte nihil posset; vi eam adoritur, & vitium offert. Rei indignitate commotus Banebanus, Reginam cûtodit: moxque ad ipsum Regem, Constantinopoli moram trahentem, properat; ac re ordine, ut gesta erat, exposuâ, simul gladium, quo cædem perpetrârat, offert: Si peccavi, inquiens; eodem me repentè gladio confice. Sed si jure id factum censes; me nunc absolve: ne frustrà justitiâ fretus huc accessisse videar. Rex, ut domû redeat, ac delegatum munus fideliter gerat, jubet; se expedito bello rem judicaturum. Cæterum, tùm in judicium vocatus Banebanus, eum Reginæ culpâ stuprum conjugi illatum probâsset, absolvitur à Rege: &, in exemplum servandæ pudicitiæ, ipsa jure cæsa judicatur. *Bonfinius.**

* li 7. Dec. 2.

D. Ludovicus, si Magistratus contra suum officium fecissent, de illis ipse causâ cognitâ statuebat: ut quisq; meritus fuerat, alios ære mulctabat; alios in Syriam militatum, ad certum tempus, ablegabat: qui divino nomine ad perjurium, vel execrationes, abusi fuerant; eorum fronti candente laminâ notam inurebat. *Aemylius.**

* lib. 7.

Theodoricum, Comitem de Eversteinecùm, præter fidem datam, Göttingensem agrum, ope Moguntini præsulis, vastâsset Albertus Brunsuicensis Dux, per pedes trabi, quæ in loco publico erecta erat, appendi jussit: ut exquisitio cruciatu vitam finiret; qui execrabile scelus in dominum suum commisisset: *ut loquitur Crantzius.**

* lib. 8 Sax. c. 21.

Leonini, Walliæ Principis seditiosi, caput, Edmundus Rex, turri cujusdam fastigio Londini affixit. *Polydorus.**

* lib. 17.

Lescus Albus, Princeps Cracoviensis, nullum, nisi tactâ pace cum Rutsis, quo-ad vixit, bellum gessit; pace & otio impensiùs delectatus. In pace verò justè, clementer, & moderatè principatum administravit: ædificia partim collapsa instauravit; partim nova excitavit. Obibat autem cunctas regiones, ditioni suæ subjectas: causasque & controversias hominum, omnibus in locis, ipse percognoscebat: in sontes, & maximè in sycophantas sive calumniatores, animadvertebat: oppressos potentiorum injuriis vindicabat. *Cromerus.**

* lib. 7.

¶ *Disciplinæ cura.* Johannes Ducas, Orientis Imperator, cùm videret Romanas divitias, in peregrinas ac sumtuosàs vestes, sericas, Assyrias, Babylonias atque Italicas, vario ac solerti officio confectas, effundi, decreto sanxit: Ne quis Subditorum iis uteretur; nisi ipse, quisquis esset, cû omni familiâ in ordinem cogi, ac notari ignominiâ, vellet: sed iis contenti essent, quas Romanæ provinciæ manus præberent. *Gregoras.** Idem suo studio curabat: ut justitia & æquitas in urbibus florerent; avaritia verò & rapinæ prohiberentur. *Ibidem.*

* lib. 2.

Pandulphus, Senator Romanus, frater Honorii IV. Pontificis, tantæ justitiæ & severitatis est habitus: ut, quoties Romani cives purgare urbem latronibus, sicariis, furibus, parricidiis, vellent; (quorum tùm in solo Romano magna copia, ob seditiones civium, erat) non alium Senatorem, quàm Pandulphum, exposcerent. Is etsi podagrâ & chiragrâ vexabatur: non tamen animi magnitudine, & constantiâ, à bene-valentibus superabatur. *Platina.*

Alexander III. Scotorum Rex, in quatuor anni temporibus, quatuor regni sui plagas visitare solebat; pauperum & justitiæ causas audiendo, singulis opportunum remedium, secundùm rei exigentiam, exhibens. *Johânes Major.**

* lib. 4. c. 13.

Heinricus III. Rex Angliæ, ut communi utilitati in re aliquâ consulere, servire, providere videretur; pondera ac mensuras correxit. *Polydorus.**

* lib. 16.

¶ *Blasphemiæ pœna.* Cùm Ludovicus divus, Francorum Rex, palatio suo egressus, audisset Blasphemum quendam Dei nomine turpiter abuti; candenti ferro labra pejerantis inurere jubet. *Gaguinus.**

* lib. 7.

¶ *Pietas erga parentes.* Alexander, Scotorum Rex, matri viduæ, castella, oppida, campos, pascua, & lacus, & multa præterea, pro suo libitu, adsignat: unde vitæ subsidia, quæ Reginæ viduæ satis essent, haberet. *Hector Boethius.**

* lib. 14.

¶ *Cura & institutio liberorum.* Blancha, Galliæ regina, ut Ludovicus filius erudiretur, magnam adhibuit curam: ità ut vigili studio elaboraret, Christianis illum institutis, præclarisque moribus educari: deputatis ad id negotium religiosis hominibus; Ordinis præcipuè Prædicatorum atque Minorum. *Gaguinus.**

* lib. 7.

¶ *Studium pacis.* Rodulphus Imperator, cùm durum cum Abbate S. Galli gereret bellum; illique accrevissent duo ingentia bella alia: paucis comitatus, & inermis, in monasterium S. Galli spontè (dum Abbas cœnaret) venit, mensæque assedit; inter cœnandum illi conciliatus: adeò ut ei auxilia contra hostes suos polliceretur. *Cuspinian. de Impp.*

¶ *Amicitia.* Consuetudo est, maximè in Franciâ, quòd, cùm peregrini vadant vel redeunt, amici eorum prosequãtur eos, cum organis musicis. Hãc etiã consuetudinem videntur habuisse antiquitùs: secundû quod Laban dixit ad Jacob, Gen. 31.* *Quare fugisti: nec judicare voluisti ut prosequerer te cũ gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis, &c. Hugo.**

* vers. 27.
* in Ps. 67.

¶ *Conjugii castitas.* Balduinus Imperator erat vir pius & modestus; ne impudico quidem adspectu mulierem intuitus, quamdiu à sua cõjuge abfuerat: vacabat divinis laudibus: necessitatibus conflictantes sublevabat: suæ sententiæ adversantes, æquo animo audiebat. Et, quod maximum est, bis qualibet hebdomade, vesperi proclamari jubebat ne quis in suo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigisset. *Nicetas Choniata.*

¶ *Parsimonia.* Rodulphus Imper. severus fuit justitiæ exsecutor, pacis studiosissimus: humilitate, quæ nobilitatis comes est, mirâ præditus. Ideò in unâ profectionum

tho

thorace farcito usus, & conspicuus suis, ut exemplum præberet; ne suos hujus parsimoniæ puderet. Et cùm semel castrametaretur; verùm illi & exercitui deesset victus, accessit ad agrum rapis consitum; & cœpit evellere rapam, ac comedere. Cùm alii viderent, Imperatorem hoc vili cibo famem pellere; evaluerunt & ipsi, & vorarunt. *Paralipomena Urspergensis.*

¶ *Eleemosyna.* Construxit in Marpurg S. Elisabeth hospitale; in quo omnis generis infirmos fovit & aluit. *Chronicon manuscriptum.*

De S. Ludovico, Franciæ Rege, traditur & illud pietatis exemplum: cùm 300. milites, à Saraceno captos è suis, ipse redimeret; ac, per hostis perfidiam, luminibus postea privatos animadverteret: totidē cellas Parisiis exstruendas curavit, ubi ex vectigali assignato perpetuò alerentur. Quod adhuc xenodochium durat. *Volaterranus.** *Gaguinus.**

Johanna, Philippi Pulcri, Regis Franciç, uxor, Museum, quod Navarræ dicitur, exstruxit locupletavitque, ad Scholasticorũ tenuitatem sustentandam. *Paulus Aemylius.** Anno 1286. *Trlius.*

EXEMPLA VITIORUM, CONTRA primam Tabulam.

Idololatria & superstitio. Philippus Augustus, Rex Franciæ, addidit ad Dionysianorum monachorum numerum, triginta cœnobitas: qui perpetuò rem divinam pro se, Deo exsolverent. *Gaguinus.**

Post hæc, Elisabeth Ungarica, in D. Francisci se religionem asseruit: cùm contemtum humilemq; habitum, Veneto panno consutum, subivisset; miram in eâ religione humilitatem prætulit. Cumulus hujusce miseriæ, quum ad Andreæ Regis aures pervenisset: quamprimùm filiam misertus, è Proceribus unum ad eam misit, ut in paternam regiam deduceret: quod ille profectus nullo modo exorare potuit. Instantissimè Deum quotidie orare solitam perhibent: ut humanarum rerum, & in-primis liberorũ contemtum; itèm contumeliarum patientiam, & constantiam miseriarum, inspiraret: quò expeditiùs, toto corde ac animo, Salvatorē suum coleret & amaret; nihilq; divinâ charitate duceret antiquius. Sanctimoniæ suæ præceptorem, Cunradum, virum eâ tempestate religiosissimum, habuit. In Sanctimonialium cœnobio, nō modò nendo lanam, & texendo, vitam humilem traxit, verùm etiam sordidissima quæq; ministeria, in humilitatis observantiam, exercuit. Quin-etiam id sæpe dicere solitam ferunt: despectiorem, si invenire posset, se vitam optare, ut Deo placeret. Id tandem vitæ sanctitate, & contemplationis vehementiâ, consecutam affirmant: ut se cœlum apertum vidisse, serenissimum consolantis Dei vultum suspexisse, fuisse cum eo locutum, & arcana multa spectâsse, exorata quandoq; fateretur. Et cùm prætextatũ spectâsset adolescentem: mox percontata, an'ne oratione suâ, ad ineundum salubriorem vivendi modum, adjuvari vellet? Quum ille voluntati preces adjecisset: sic pro ejus salute Deũ exoravit, ut divino statum ardore se correptum intelligeret. Quinquies-mille argenti pondo, quæ pro dote susceperat, partim in pios pauperum usus erogavit; partim in hospitalis diversorii ædificationem, impendit: quod in Marburgo adhuc oppido spectare licet. Ubi ipsam plerique memorant, pientissima ægrotis ministeria præstitisse, lavâsse pedes, tabifica ulcera curâsse, subivisse sæpè fulloniæ officium, & languentibus calceos exsuisse; itèm quotidie sordida verrisse pavimēta, stravisse lectos, & nulla charitatis officia perhorruisse. Inter hæc sæpè cum ancillis gratulabunda dicere: O' quam bene nobiscum agitur; quando Dominum nostrũ sic lavamus & tegimus? Itèm lanam torquere, dum illi quiescerent; & quæstum hinc factum in calamitosos dividere. *Bonfinius.**

Consueverat Rex Rodulphus, semper feriâ sextâ, quæ dies est Veneris, passioni Christi dicatus, cum hoste manus conferere: nam S. Crucem religiosissimè venerabatur. Votum itaque Deo fecit: si victoriâ potiretur, se, in honorem S. Crucis, novum fundaturum atque exstructurum cœnobium. Rex votum solvit, victoriâ potitus contra Ottocarum, Regem Bohemiæ: ac in Tulnâ, Austriæ oppido, cœnobium Monialium, quod hodie durat, exstruit in honorem S. Crucis fecit, donariisque ac censibus dotavit; anno Christi 1280. *Cuspinianus.*

Præmislaus, Dux majoris Poloniæ, usq;-adeò addictus fuit religioni & cultui divino: ut per tempus quadragenarii jejunii, cilicina veste super nudũ corpus, & vino diluto admodum, aut insipidiori cerevisiâ, uteretur. Nocturnis temporibus, cùm dormire putabatur; prolixæ precationi vacabat. Porrò quâ die Cœnam Christi ultimam, anniversario ritu, recolimus & repræsentamus; duodecim pauperum pedes reverenter abluere, exterosque deosculari, & pauperes ipsos vestire, quotannis solitus est. *Cromerus.**

Ludovicus, Landgravius Thuringiæ, S. Elizabethæ maritus, uxoris monitis ac precibus excitatus, divini cultûs ardore, Hierosolymam peregrè profectus, in sanctâ religione diem clausit. *Bonfinius.**

Cunradus & Bertholdus, filii Eginonis Comitis de Urach, in periculo captivitatis constituti, ambo Deo repromiserunt; quòd, si essent liberati, ad monachicam vitam se conferrent: id quod etiam fecerunt. *Chron. Urspergensis.*

Multi adhuc hodie deferunt chartulas, in quibus scripta est epistola, quam detulit Angelus Domini Agaro Regi. Quidam nomina hebraica; quidam partē Evangelii scribunt, & alligant circa collum. *Hugo Cardinalis.**

¶ *Blasphemia.* Ubi ad Regem Angliæ Johannem perlatum est, suum exercitũ à Philippo Franco, ad pontem Bovioum, cæsum: tantum ei molestiæ adspersit, ut primò totum diem nihil sibi capiens, è vitâ per inediam discedere cuperet: deinde præ iracundiâ, tristitiâ animi in furorem versâ, nullis verborum contumeliis parceret: palamq; vociferaretur, non posse quicquā sibi bene cadere, postquam cum Deo & Rom. Pontif. in gratiā rediisset. Id quod cùm sæpiùs repeteret; exiit in vulgus non-illepidum, incerto autore, dictum: Ideo nihil secundi Johanni succedit, quia neque Deo neque hominibus reconciliatus est. *Polydorus.**

De æmulo Rodulphi Imperatoris, Castiloensi Alphonso, dictum illud sceleratũ fertur: Si a principio creationis interfuisset consilio Dei; quòd non-nulla melius ordinatiusq; disposuisset. *Basilius-Johannes Herolt.**

EXEMPLA VITIORUM, CONTRA secundam Tabulam.

Α'στοργία. Heduigis, Heinrici Barbati, Uratislaviensis Ducis, conjunx, in Trebnicensi degens monasterio, maritũ ægrotũ neq; invisere, neq; mortui funus deducere, aut obviam ei prodire voluit: ne scilicet, rerum humanarũ commercio, animus ejus à divinis avocaretur. Quin-etiam cæteris, viris juxtà ac mulieribus plangentibus & lamentantibus, sola moderatè conjunctissimi mariti mortem tulit; impium esse, voluntati divinæ adversari, dictitans. Ac ne viventem quidē illum sæpè adiit: nisi fortè ut egenis & injuriâ-affectis opitularetur. Cōmuni enim cōsensu, totos ferè triginta annos, disjuncti & cōtinentes vixère. *Cromerus.**

Michael Palæologus, Johannem, verum Imperii hæredem, excæcat. *Gregoras.**

Maria, uxor Ludovici Palatini, quæ cum Elisabethâ, reginâ Siciliæ, Werdeæ habitabat, binas literas, uno quidem annulo, diversâ tamē cerâ, atrâ, rubrâ, obsignatas, illas marito, alteras Heinrico Ruehoni, Decurioni equestri, secreta quæpiam continentes, mittit. Atq; is, qui epistolas detulit, errore seductus, rubrâ cerâ complicatas Ludovico tradit. Qui, lectis literis, amatoria agi suspicatus, confestim paucis comitatus, dissimulatâ re, relicto apud Rhenum exercitu, nemine salutato, quàm-maximis potest itineribus, ad uxorem diu noctuq; properans, subitò ac insperatò adest. Mox iracundiâ percitus, nec prece, nec lacrymis sororis reginæ movetur: absq; cunctatione conjugem, indictâ causâ, adulterii condemnat, securi percuti jubet. Postea, veluti conscius, Helicam, virginem Prennebergensem, cultello confodit: fœminam admodum nobilem, (cujus nomen non traditur) quam gynæceo præfecerat, de turri præcipitari Imperat. Proditorem, qui isthæc ad se detulit, primum ferro necavit. Facta hæc cædes in Sueviâ, Werdeæ in arce, 15. Calend. Februarii, anno Christi 1256. *Aventinus.** *Chronicon de Ducibus Bavariæ.*

Anno Domini 1234. Fridericus Comes de Pfirtth, in

capti[illegible]tate p[illegible]situs, à proprio [illegible] occi[illegible] est, post longam carceris inediam. *Chronicon Hirsaugiense.*

A[illegible]inus Norvegiæ Rex, cùm diu tranquillitate frui- tus esset, [illegible]neam incidit fortunam: ut in charissimum omni [illegible] animantium, proprii corporis pignus desævirêt, [illegible]pitis maniâ, quæ Regibus nonnunquã incidit, sive [illegible] adulescentis, [illegible]et enim in obscuro est, malè à majoribus tradita) unicum filium interemit. Nec contentus se- vitiâ, quendam etiam ex Ducibus regni sui promtioribus, [illegible]io conjunxit pereunti. Erat autê tunc annus Christi quadragesimus, aut circiter, post mille ducentos. *Crantzius.**

* lib. 5. Norvegiæ c. 14

Anno 1252. Ericus, Danorum Rex, à fratre suo Abel, aviditate regnandi, interimitur. *Ptolomæus Lucensis in Rudimenta novitiorum, Crantzius.*

* lib. 5. Suetiæ cap 23.

¶ *Filiorum inobedientia.* Burevinus III. Princeps Rostochien[illegible]is, in ætate provectâ cæcus degebat. Filii illum, Ericus & Heinricus, cæcitate percussum contemsê[illegible] & non abstinentes injuriis. quapropter, juxta Scripturæ comminationem, non erant longævi super terram; mortui sine prole. *Crantzius.**

* lib. 7. Vandal. cap. 38.

¶ *Cupiditas vindictæ.* Johannes, Angliæ Rex, suis mulcô inte[illegible]or, ut p[illegible] incommodo nonnullos populos afficeret, quòd [illegible], ut impium denuntiatum, in Scotiam sequi negassent; novum genus vastationis excogitavit. Cùm enim jam instaret finis mensis Julii; quando in Angliâ frumenta maturescere incipiunt: omnia septa, quibus cervi ac damæ cum-primis côtinentur, sepimentis nudari, atque fossas circumductas oppleri, jussisse fertur: quò ipsæ feræ latè currentes frugum dulcedine allectæ, arva depascerentur. Propter quod flagitiû, agricolæ passim vociterantes, omnibus precibus Regem exsecrati sunt; cùm aliter ulcisci nô licuisset. nam feras ipsas occidere, capitale propè erat. *Polydorus.**

* lib 15.

¶ *Tyrannis & crudelitas.* Crudelitatis Wallos arguit *Polydorus,** q[illegible]òd in bellis, non sexui, nec ætati, parcant.

* lib. 17

Ecclinus, in subigendis nobilissimis urbibus Italiæ, tantâ dicitur crudelitate usus: ut nobilissimorum hominum, quos crudeliter insectatus est, alios luminibus privâris; his manus, illis nares & aures, præciderit: horum filiis virilia adempta; virgines corruptæ, matronis mammæ mutilatæ; prægnantibus exsectus uterus, flammisq́; consumtus par- tus. *Sabellicus.**

* Enn. 9. lib. 6.

Veronam verò idem ingressus cum copiis, duodecim- mi le Patavinos, non quidem gregarios milites, aut diversi generis mercede conductos; sed cives, & majori parte optimates, & equites, diversis cruciatibus interfecit. *Blondus.**

* lib. 8. Dec. 2.

Heinricus, Balduini frater, per vim Aprum ingressus, cives inclementer tractatus occidi jubet. Multi vincti laqueis, per urbes & pagos circumducebantur: ut emendicatâ pecuniâ se à victoribus redimerent. In eâ circumductione, si qui aut morbis oppressi, aut viæ longitudine fatigati, deficiebant: laxato colli vinculo, non ut Christiani ex- spirare sinebantur, & naturali morte obire; sed gladiis obtruncabantur aut confodiebantur. *Nicetas Choniata.*

Tempore Martini IV. Papæ, paulò post captum piscem marinum, in similitudine leonis Panormitani, in regno Siciliæ, succensâ rabie, omnes Gallicos, qui ibi morabantur, tam mares quàm fœminas, senes & juvenes, in Petri Arragoniæ Regis contemtû, occiderunt. Et, quod fuit detestabilius, aperientes latus mulierum Latinarû prægnantium, quæ dicebantur a Gallicis concepisse; partus earû occidebant, antequam nascerentur. *Cont. Chron. Martini Capellani.*

In odium Ottocari, Regis Bohemiæ, (cui Margarita, Leopoldi Ducis Austriæ filia, priore marito defuncto, nupserat) Ungari universam Austriam rapinis & incendiis devastarunt: maximâ editâ strage, quâ centum-millia hominum feruntur occisa: qui partim cruci affixi, partim sagitti[illegible] de[illegible] iter jaculati, partim ense cæsi, partim ædibus [illegible] fumati sunt. Nullâ enim fœditate Ungari abstinuerunt; ut [illegible] suæ satisfieret: nec sexui ulli pepercerunt: [illegible] ostitutis & [illegible]irginibus, & viduis ac conjugibus. *Johann[illegible] [illegible]spinianus.*

H[illegible]inum, Pisanum Comitem, factioni Gibellinæ [illegible] pe[illegible] no 129[illegible] [illegible]phi Pisani, auxi[illegible]o [illegible] op[illegible], q[illegible] um [illegible] [illegible]usti[illegible] gerebat inimici- tias, cum omni domo & familiâ ceperût: & caus[illegible] indictâ, eum, cum ingenti furore, in quadam turri incluserunt: ubi liberos & nepotes, ac omnem suam familiam, & demum ipsum, inediâ consumere permiserunt. Propter quod turris illa, ab [illegible]lo & deinceps, usq́; in præsentem diem, Famelica turris est appellata. *Bergomensis.**

* lib. 13.

¶ *Adulterium.* Conradinus, Conradi filius, apud Beneventum superatus à Carolo, Rege Sicil[illegible], in Austriam profugit ignotus: ubi demum captus, atq; [illegible]ecuri percussus est. quod ei divinâ factum est ultione. Is enim ux[illegible]rem formosissimâ Comitis Casertani, ejus fidissimi ducis, adamârat: quâ ut potiretur, [illegible]tû honoris specie ablegaverat. Ille, facinore comperto, mœstus ac furibundus, clam ad Carolû venit; seseq́; exercitum [illegible] proditurû pollicetur: quod & fecit. unde [illegible] prædicta calamitas subsecuta. *Volaterranus.**

* lib. 23. Anthropolog.

Otto IV. Brisacum venit; ut Friderico II. iter intercipe- ret. Sed, cùm sui milites uxores civium & filias constuprarent: [illegible] tumultu, & ipse, & sui, oppido est deturbatus; amissis pluribus Nobilibus. *Cuspinianus.*

Manfredum, ex Blancâ concubinâ, genuit Fridericus Imperator. *Cuspinianus.*

¶ *Divortium.* Ottocarus Bohemus, repudiatâ, non-justis de causis, Margarethâ Austriacâ, neptem Belæ, Ungarorum Regis matrem duxit. *Nauclerus.**

* Gener. 42.

Alexius Ducas Imperator, duas juvenculas uxores, homo à pubertate libidinosus & salax, per injuriam repudiavit. *Nicetas.*

Johannes, Rex Angliæ, filiâ Guilhelmi Comitis Glondinceestriæ, quam in matrimonio habebat, repudiavit; propinquitatem tunc den[illegible]û causatus: filiamq́; unicâ Comitis Engolismensis, desponsam jam Hugoni Comiti Marchiæ, pariq́; in opes successuram, sibi junxit. *Paulus Aemylius.**

* lib. 6.

¶ *Superbia.* Uxor Caroli Regis Siciliæ, ut nomen tam- cupidè quæsitum retineret, omnem mundum suum distraxit, ad alendum militem. *Paulus Aemylius.**

* lib. 7.

¶ *Avaritia, & rapina.* Erant in Johanne, Anglorû Rege, multa vitia; sed ferè eorum omnium fons ac fomentum, avaritia. Humana enim ac divina cuncta, ubi emolumenti ac rerum aliquid auferri potuit, contemsit. Nam cuicunq; pater, aut mater, aut quivis, cujus jure hæres esse deberet, mortuus esset: nô priùs succedere in bonis is potuit, quàm, pro magnitudine hæreditatis, illa ab Rege redemisset. Filias autem familiâs nobiliores, non parentum; sed suâ voluntate, accepto priùs precio, elocavit. Ab episcopis & cœnobiarchis, annuas exigebat pensiones: quod in profanorum agris fieri consuevit; si servitutis aliquo genere obnoxii essent. Quòd-si qui ecclesiarum aut cœnobiorum antistites vitâ excesserant: reditus statim sacrorum locorum occupavit omnes; donec novus electus & consecratus esset præses. *Hector Boethius.**

* lib. 13.

Erant & aliæ causæ, quæ bonos etiam viros non-paucos, infensiores Boleslao Pudico, Cracoviensi Duci, reddiderant: nimirum, quòd is, indulgentiâ aut negligentiâ quâdam, calumnias in judiciis regnare patiebatur: quibus implicati simpliciores, multi graves mulctas expendere cogebantur, multi patrimoniis exuebantur. Neq; verò usquequaq; incorruptus judex habebatur esse Boleslaus. Ad hæc autem, onerosus erat no[illegible]itati, propter crebras venationes: eò quòd & canes Principis alere, & equos atq; subvectiones ipsi præbere, omnibus passim, quacunq; iter faciebat, necesse erat. *Martinus Cromerus.**

* lib. 9.

Hodie fit, quando parentes vident aliquem suorum audire Theologiam; dicunt, quòd insanit & stultus est. Vellent enim potiùs, quòd audirent lucrativas sententias: nec curarent, si animâ perderent, dum ditarent parentes. *Hugo.**

* in Marc

¶ *Impostura.* Anno Domini 1292. inventus est, qui se diceret Fridericum II. quem Fridericum Holtzuch quidam dixêre; alii Tile Kolup cognominant: qui se diceret clam suis subduxisse, fastidio rerum, ut quietior viveret; & mortuum subdidisse, quem pro se vulgus hominum tumulâsset. paucis consciis consilii sui, se per annos triginta peregrinatum, nunc revisere terras Imperii. Tanta proferebat secret[illegible]rum indicia: ut quibusdam fidem faceret; præsertim Landgraviis Thuringiæ. Rodulphus Imperator, [illegible]ùm

veritatem

veritatem in[illegible] re compertam haberet con[illegible]ionem falsitatis expressit quæstionibus. Fatebatur enim, ali[illegible] tan[illegible] se in Cæsaris curiâ servivisse: indè præcognita sib[illegible] narraret. *ut Albertus Crantzius, in Saxonia & Vandali[illegible] refert.* Tandem fictitius Fridericus combustus fuit, jussu Rodulphi. *Chronicon Wormaciense* habet, quòd sit combustu cum duobus eumplicibus, in Fridberg. Et quia Colmaria hunc impostorem admiserat; oppugnatur à Rodulpho. sed datis quatuor-mille auri marcis, recipiuntur rursus in gratiam. *Paralipomena Urspergensis.*

Anno 1225. talis exortus nebulo, Flandriam omnem, Hannoniamq;, perturbavit. Venit peregrinn primùm habitu, ac promissa barbâ, ex sylvâ (ut est tandem cognitum) Glauconâ, prope Valentianas: ubi eremitam aliquamdiu egerat. Hic se ausus mentiri Balduinũ Augustum, Johannæ patrem, apud vulgus nunquam-non-mobile, ac imperitæ multitudini, fidem de se fecit: eò quòd staturâ corporis, lineamentisque, haud-admodum-malè Balduinum referret. Confluente ad eum tumultuariâ manu, Johannam Principem, tantæ temeritati fortiter obsistentem, fugavit: nihilq; propiùs fuit, quàm ut Querceti eam ceperit. Castriloenm fugere coacta, Ludovici Regis, propinqui sui, imploravit opem. Vocatus publicâ fide a Rege, ibat Compendium, haud-exiguum trahens comitatum: togâ vestitus rubrâ; albamq; dextrâ gerens virgam. Eo loci ab Episcopo Bellovacorum publicè interrogatus, primùm, quo loco in verba jur[a]sset Philippi Regis: iterum, abs quo, atq; ubi, baltheo esset insignitus? tertiò, ubi loci, ac quo die, celebrâsset sponsalia, cũ Mariâ Campanâ? hærens æstuansq;, primùm obmutuit: deinde tridui petiit spatium, ad respondendum. Ob hæc, aliaq; hujusmodi, pro impostore habitus; & fide, quâ venerat, ab Rege dimissus, rediit Valentianas: desertusque ab omnibus, clàm fugit in Burgundiam. Quem captum ibi, Erardus Castenaeus, clarus eques quadringentis marcis argenti, Johannæ vendidit. Tùm se aperire coactus, fatetur suam audaciam: ac Bertrandum se vocari dicit, cognométo de Rayns, natione Campanum. Traduxit eum Johanna, per omnia oppida Flandriæ & Hanoniæ: causâq; ejus Insulæ in judicio cognitâ, patibulo strangulavit. Ita dignas tantâ audaciâ luit pœnas! Vulgus tamen, Johannam suspendisse patrem suum, fabulabatur; eumque tam fœdum, de cordatissimâ Principe, in hanc nostram memoriam transmisit rumorem. *Jacobus Meyer, in Chronico Flandriæ.*

¶ *Sacrilegium.* Erat, per continua bella, jam vacuum ærarium regium: (de Edovardo Anglo loquitur) quod malum Guilhelmus Marchianus, Quæstor unus, omnium alieno detrimento sanandum statuit. Is enim noverat, cùm in cœnobiis, tum in templis, pecunias esse depositas; quas sibi juberet tolli. Non utique id scelus, sed operæ-precium facturum ducebat: si pecunia promeretur foràs, ad usum populi; perinde quasi omnia essent communia: quò sic pecuniam militi suppeditaret, præsentemq; curaret inopiam. Itaque Præfecti militum, quibus ille sacrilegii patrandi negotium dederat, dispositis passim per regnum militibus, uno tempore, quicquid pecuniarum in locis sacris reconditum fuerat, omnibus vestigiis indagatũ, ad Edovardum adferunt: gemente passim populo, quòd Princeps non putaret manum abstinendam à pecuniis, quibus sacræ ædes reficiendæ essent. Rex autem, pecuniæ egens, rem dissimulavit: ac nequaquã eâ prædâ contentus, habito non-multò pòst concilio, postquam, invidiæ declinandæ causâ, excusaverat illud sui Quæstoris factum, bene-multis verbis significavit: quàm infiniti sumtus in novum exercitum impenderentur; quàm grave immineret bellum; & quæ pericula pro Repub. sibi, atq; profanis Principibus, quotidie subeunda forent: & quia idem, per religionem, facere non liceret Sacerdotibus; ideo eos debere pecuniâ juvare milites. Qui, per hæc argumẽta, illis dimidiũ partem omnium vectigalium sacerdotiorum, unius anni, imperandam curavit. sed ut, post tot impensa onera, videretur in parte aliquâ velle partibus gratum facere; pollicitus est, se concessurum aliquid, (si modò peterent quod ex usu ordinis sacerdotalis esset. Sed cùm cujusdam legis quæ suo ordini plurimùm nocebat, abrogationem peterent, nihil impetrarunt. *Polydorus.**

Cunradus regno abdicatus, cum Heinrico Bavaro, omnia, quæ [illegible] Ratisponensis dominio suberant, igne [illegible], devastant. Deinde [c]ivitatem ipsam ingressi, Heinricus Dux monasterium S. Emerani, Cunradus autem ecclesiam cathedralem, in diversorium commutavit. Sicq; ambæ turpiter [pr]ofanantur ecclesiæ: solaq; innocentia pro crimine reputata, vexabatur. Conveniuntur deinde Monachi monasterii S. Emerani, super bonis cujusdam Judæi baptizati; quæ nec habebant, nec receperant: atq; ad restitutionem impos[sibil]em urgebantur. Verum, cùm dare postulata minimè possent: Dux Heinricus, extortis monasterii clavibus, omnem domûs & ecclesiæ supellectilem rapuit, ac deportari fecit. Igitur 4. Kalend. Januarii, intempestæ noctis silentio, nobilis quidam de Hohenfe[ls], episcopi Ratisponensis ministralis, tanti contra Deum & loca sancta facti injurii vicem dolens, ac veluti alter Phinees, blasphemiam in Deum, in sanctos & Deo-deditos homines, ulcisci cupiens, Cunradum, Regem impium, imò Ecclesiæ hostem atque tyrannum, occultè statuit interficere. Quod fidelis quidam, Fridericus de Ewesheim, Regi nimiùm familiaris & fidelis, dum intellexerat; præcurrens, ut Rex mox se absconderet, suasit: ipse autem ad lectũ, ubi Rex dormire consueverat, ponens, à Nobili prædicto, cum aliis fermè sex Regis familiaribus, occisus, turpissimâ morte extinctus est: atque Rex, mortis periculum evadens, crastinâ luce Populo universo visus, ac cum gaudio devotissimè veneratus à civibus. qui, ne ipsis tanti criminis insidiosa proditio impingeretur, humiliter Regem exorarunt. Verùm, tanti in se commissi sceleris vindictam ulturus, monasterium S. Emerani rursus, cum duce Heinrico, ingreditur; ac plura inibi ædificia subvertens, funditùs demolitur. Unde Monachi, obligatis Bibliothecæ preciosissimis libris, tyrannidé redimere coacti; altare quoddam portatile aureum, pondo marcarum septem & sexaginta, quod à tempore Heinrici IV. exstructum, usq; ad ea tempora duraverat, distrahere compulsi sunt. *Nauclerus.* * *Chronicon de Ducibus Bavariæ.*

Reginaldus, Bononiæ Comes; impius publicè judicatus, quòd sacram pecuniam expilâsset; à Philippo, Francorum Rege, principatu deturbatur. *Polydorus.**

¶ *Proditiones.* Oppidum Warne, duo Heinrici, Dux Megapolensis & Princeps Vandaliæ, occuparum, fraude Clerici; qui clavium formas, cerâ expressas, tradidit illis. *Crantzius.**

lib.17. — *Gener.42.* — *lib.15.* — *li.7.Vand. cap.43* — *lib.8.* — *Gener.41.*

RITUS DEMONSTRANDI *innocentiam.*

FErdinandus IV. Rex Hispaniæ, cùm regnasset annos 15, duosq; non-obscuro loco natos, perduellionis reos, ex altissimâ turri præcipites dari jussisset; iique constanter crimen à se amolirentur; nec aliquid profecissent: eò confugerunt, ut dicerent, se divinum tribunal appellare; proindeque meminerit, ad dies triginta judicio se sistere. Mos enim Hispanis & Gallis est: ut, qui sibi injuriam fieri queritur, adversarium moneat; ut ad certam diem coram superiore compareat. Itaque Ferdinandus, adveniente trigesimo die, cùm dormire crederetur, in fata corruit. *Michael Ritius.**

RITUS INAUGURANDI *Imperatores.*

VLtrà progrediens Ottho cum exercitu, Romam tandem pervenit. ubi, occurrente sibi Papâ Innocentio III. cum universo Clero & Populo civitatis, magno honore ad ecclesiam S. Petri deductus, ab eodem Imperii coronâ donatus est. Nam vehementer nimis Otthonem Pontifex videre cupiebat: ejus partes, contra Philippum, tanto tempore, tamque studiosè, libens prosecutus fuerat: licèt magnus hic amor, in majus odium sit immutatus. Coronatur autem ab Innocentio, Pontifice maximo, die mensis Octob. 4. Romæ, in basilicâ S. Petri, Ottho Rex IV. licèt multi, ex parte Regis Gallorum Philippi, hoc impedire molirentur, propter odium Otthonis. *Nauclerus.**

Fridericus, ut ad regni fastigia conscenderet; convocato

Principum regni Germanici conventu Moguntiæ ... venit. Ubi cùm Principes in unum convenissent: Moguntinus archiepiscopus, denuò Fridericum regni Germanici coronâ insignivit. quâ obtentâ, Rex Fridericus in Sueviam, suæ gentilitatis regionem, multo stipatus milite, proficiscitur. Ubi cùm resedisset; auditâ clade, quâ Ottho apud Bovinum pontem afflictus fuerat, Aquisgranum ... per urbem obsidione pressam recepit: ... Innocentii Papæ autoritate, regiam denuò de more coronam accepit. atque ut aliquam Deo, unde omnis potestas principaliter datur, animi gratitudinem demonstraret, cruce signatus, voto se tùm publicè obligavit, in ... Christianis in Asiâ degentibus offerendi causâ: sed & Pontifici Romano Comitatum, de regno Siciliæ, Fundanum, perpetuo donationis jure, à Romanâ Ecclesiâ possidendum. *Nauclerus.**

* Gener.41.

Heinricus, Friderici filius, per Engelbertum Coloniensem, Aquisgrani solenni coronatur pompâ. Et anno 1227. in eâdem civitate, in conventu Principum, Heinrici uxor, filia Lupoldi Ducis Austriæ, per ministerium Heinrici, archiepiscopi Coloniensis, in reginam uncta & coronata fuit; atque in sede regali, juxta maritum, honorificè collocata. *Nauclerus.**

* Ibid.

Wilhelmum, Comitē Hollandiæ, anno Domini 1249. in festo omnium Sanctorum, Aquisgrani, per duos episcopos, Mindensem & Monasteriensem, benedicendum, archiepiscopo Coloniensi in templo præsentatum, duo alii episcopi, Trajectensis & Leodiensis, in modum Diaconi, dalmatia induerunt: quem archiepiscopus Cunradus, cum magnâ solennitate, in Regem Romanorum unxit, & coronavit. Consecratione autem peractâ, idem archiepiscopus locavit eum in sedem regni, dicens: *Super thronum sedis gloriosæ sedeas; & judicium & justitiam in terrâ facias.* Christianus, archiepiscopus Moguntinus, cum oleo sanctificato dexteram ejus tortis inunxit, dicens: *Consecrare te dignetur omnipotens Deus, in Regem Romanorum; qui David, per manum Samuelis Prophetæ inungi jussit, super populum Hebræorum.* Arnoldus, archiepiscopus Trevirorum, manus super caput ejus imposuit, dicens: *Descendat super te Spiritus sapientiæ, intelligentiæ, scientiæ, pietatis, fortitudinis, & consilii, repleatq; spiritu timoris Domini.* Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, archidapifer regni, globum aureum in manus illius posuit, dicens: *Accipe globum sphæricum, ut omnis terræ nationes Romano Imperio subjicias, & Augustus gloriosus appellari valeas.* Marchio Brandenburgensis, Camerarius regni, annulum in manum tradidit, dicens: *Accipe signaculum Monarchiæ, ut Romanum Imperium in suo vigore conserves, & invictâ virtute ab omni Barbarorum incursu defendas.* Dux Saxoniæ, Regis ensifer, gladium ei dedit, dicens: *Accipe sceptrum regium, ut rebelles severâ correptione potenter affligas; omnesq; benevolos in tranquilla pace gubernes.* Rex autem Bohemiæ, pincerna Imperii, de consensu archiepiscopi Coloniensis, coronam argenteam capiti Regis imposuit, dicens: *Accipe diadema splendidum, ut sis virtuosis actionibus adeo coruscus in terris, quatenus merearis coronam æternæ felicitatis habere in cælis. Amen.* Chronicon Hirsangiense.

Rodulphus Imperator, Aquisgrani coronatur, solitis ceremoniis. Sed cùm juramentum à Principibus exigeret: aliqui, absentiam quorundam causati, recusarunt. Tùm, accepto crucis signo, dixisse fertur: *Ecce signum, in quo salvatus est Mundus, hoc sceptri loco utemur.* Moti hac re Principes, crucem exosculati; fidelitatis juramentum præstiterunt: auxilia contra rebelles, & qui Imperii loca sibi violenter usurparent, promittentes. *Johannes Cuspinianus.* Et *Crantzius* ait: * Cùm brevi Romanorũ Rex Rodulphus, post factam de se electionem, in Bopardiã, urbe Rheni, permaneret, lancea Imperialis dominica, cũ coronâ, illi præsentatur: quâ non longè pòst, Aquisgrani, solenniter coronatur, quod nulli Regum, a memoriâ D. Caroli, fertur contigisse. Nam ibi argenteam, ex constitutione, solet accipere coronam.

* K.8.Sax. cap.30.

Cùm Andronicus insignibus Imperii, à patre Michaële Palæologo, ornaretur: ipse patri juratus se Dei Ecclesiam pie veneraturum, ejusq; privilegia modis omnibus culturum, & inviolata conservaturum esse: postea, se vitam & imperium patris sui, ... insidiarum, usque ad ... nium, pro virili conservaturum. His peractis, omnis Romanus Populus, usitatum jus-jurandum Andronico novo Imperatori, dedit. Patriarcha verò, & collegium Sacerdotum, jus-jurandum suum præscriptum, in sacros codices retulerunt: se & successores suos, ejus Imperio non esse insidiaturos, profitentes. Pater autem permisit, ed ... subscribere rubris literis, cæterùm sinè mente & indictione: sed, Andronicus, Christi gratiâ Imperator Romanorum. *Gregoras.**

ET REGES.

Johannes, Anglorum Rex factus, promittit, se primùm summæ habiturum curæ cuncta, quæ ad religionem pertinerent: deinde, leges emendaturum: ac postremò, jus unicuique sanctæ redditurum. *Polydorus.**

Cùm Andreas II. Rex Ungariæ, excessisset rebus humanis: Bela, filius natu major, ab Ungaris omnibus Rex salutatus, comitiis regalibus ritè habitis, pridie Idus Octobris, Albæ, in æde Petri, quam ipse dicaverat, ex more coronatur. *Bonfinius.**

Et Colomannus, Andreæ Regis Ungarorum filius, Haliciensem principatum adeptus est, à Russis expetitus. Veniens autem Halicium, cum magnis copiis, ab Episcopis, quos in suo comitatu habebat, solenni pompâ inunctus, coronatus, & rex Galiciæ (sive Haliciæ) appellatus est: quod jam indè ab initio, de sententiâ Andreæ patris, constitutum erat. *Cromerus.**

Anno 1295. Præmislaus, Posnaniæ, Rex Poloniæ, 26. die Junii, solenni ritu inunctus, diadema regium à Jacobo Suincâ, archiepiscopo Gnesnensi, accepit; adstante Johanne Gerbisso Posnaniensi, Johanne Romea Uratislaviensi, Goslao Plocensi, & Cunrado Lubussensi, episcopis, &c. Conventus autem universus, qui erat frequentissimus atq; celeberrimus, cum Palatinis ac Castellanis, gratulans, fausta omnia novo Regi acclamavit; & festis epulis ludisq; indulsit. *Cromerus.**

Alexander, Wilhelmi Regis Scotiæ filius secundus, in patris demortui locum successurus, magnâ Nobilium comitatus catervâ, Sconam venit: ubi, veteri Regum more, in lapideâ sedens cathedrâ, regni gubernacula, impositâ capiti coronâ, suscepit. *Hector Boethius.**

Fuerunt, in Wenceslai Regis Bohemiæ coronatione, ducenta equitum millia, apud Pragam, ex regiâ curiâ cibos accepisse. *Nauclerus.**

SUPPLICANDI RITUS.

Sumerledus Argadiæ, Thanus, filius superioris Sumerledi, qui, post alteram seditionem, in crucem à Malcolmo actus erat, patris insistens vestigiis, a Rege defecit; ac vicinas Argadiæ terras gravibus fœdavit populationibus. Sed a Comite Marchiarum victus, in deditionem eâ lege venit: ut, suspenso ex collo laqueo, supplex ad Regem veniret. Quod ubi ab eo factum est; veniam ab Alexandro impetravit. *Hector Boethius.**

Bremenses, submissis mediatoribus, obviàm pergunt pontifici Giselberto venienti, viri & fœminæ, nudis pedibus; gratiam reposcunt; & veniam facilè impetrant. *Crantzius in Metropoli.**

CAPUT VII.

DE POLITIA ET GUbernatione Ecclesiæ.

DE PERSONIS.

Ecclesiæ ministros, tum politicos, tum ecclesiasticos homines, Imperatores, Romanos Pontifices, Clerum Populumque, elegisse ac confirmâsse; superiori capite, exemplis satis superq; demonstratum est. Nonnullos etiam per vim intrusos, quâ maximè Romanos Papas usos legimus, *Stephani Cantuariensis historia* testatur.

Ipsæ autem personæ, delectæ & cooptatæ sunt, in numerum Episcoporum:

Ex Nobilibus. Gregorius X. quendam Vicecomitem, suum affiné, Mediolanensem creat episcopum. *Bergomensis.*

Ex Sacerdotibus. Edmundus, Salisberiensis Canonicus & Thesaurarius, Cantuariæ creatur archiepiscopus. *Vincentius.** Hugo, Vellensis archidiaconus, Lincolniæ fit episcopus. *Polydorus.**

Ex Monachis. Nicolaus, Corbejensis monachus, creatur Lemonicensis episcopus. *Vincentius.** Odo quidam, abbas S. Dionysii Parisiis, Rotomagensis fit archiepiscopus. *Ibid.** Petrus Corbius Cluniaci monachus, Avinione creatur episcopus, per pontificium quendam Legatum. *Gaguinus.** Josephus, ex Gallesio monte, ubi monachum in otio egerat, ad patriarchatum Constantinopolitanum accitur. *Gregoras.** Ludovicus, Caroli II. Siciliæ Regis filius, ex monacho, per Papam fit Tolosanus episcopus. *Schedelius.** Johannes, Franciscani ordinis vir, à Gregorio X. Cantuariensi præficitur Ecclesiæ. *Polydorus.**

¶ Atq; gradus personarum, superioribus seculis usitati, hac etiam ætate locum in Ecclesiâ obtinuerunt.

DE RATIONE GUBERNATIONIS.

Differt inter Episcopos & Presbyteros. Quia ad omnes Sacerdotes communiter pertinet, catechizare, baptizare, prædicare, conficere, solvere & ligare: sed specialiter ad Pontifices spectat, clericos ordinare, virgines benedicere, pontifices consecrare, manus imponere, basilicas dedicare, degradandos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa cōsecrare. *Innocentius III.** *Item:* Veruntamen & majores, & minores sacerdotes, communiter in quibusdam vices gerunt summi Pontificis, id est, Christi: dum pro peccatis obsecrant; & peccatores per pœnitentiam reconciliant.

Tradiderunt doctrinam. Episcopus debet visitare episcopatum suum; & Archidiaconus archidiaconatum. In cujus visitatione, quatuor possunt notari, quæ pertinent ad officium visitationis. Primum est, corrigere excessus subditorum; juxta Psalmum:* *Visitabo in virgâ iniquitates eorum.* Secundum est, consolari pusillanimes. Esa. 40. * *Consolamini sacerdotes populum Domini.* Tertium est, prædicare. Psal. 65.* *Visitasti terram.* Quartum est, causas audire & decidere: secundùm quod dicitur. Esa. 60. * *Ponam visitationem tuam pacē, & præpositos tuos justitiam. Hugo Cardinalis.**

Brechinensis episcopus, Eustathius abbas Abberbrotensis, & Udardus monachus Cuprensis, quos pauci Clerici comitati sunt, pedites totam Scotiam perlustrarunt, Dei verbum disseminatores. *Hector Boethius.**

Wilhelmus, Antisiodorensis episcopus, in gymnasio Parisiensi Theologicam cathedram ascendens, longo tempore clarus enituit. *Johannes Trithemius, in catalogo Scriptorum ecclesiasticorum.*

Anno 1207. Innocentio Papâ, cum Legato, 12. abbates Cisterciensis ordinis, in terram Albingensium, ad prædicandum fidem ibidē hæreticis, mittuntur. Quibus de Hispaniâ Didacus, Oxoniensis episcopus, habens secum fratrem Dominicum, adjungitur. *Chron. Martini Capellani.*

¶ *Falsa dogmata confutarunt.* Ricardus Knapwel, Doctor ordinis Prædicatorum, simoduam octo opiniones erroneas, & fidei Christianæ contrarias, anno Domini 1286. ac eas sustinere non erubuit. Quas, eo ad citationē non comparente, Johannes Peckam, archiepiscopus Cantuariensis, pro tribunali sedens, cum suo clero, damnavit. *Balæus,* ex Chronico Thomæ Wyke.*

Hugonem, Antisiodorensem episcopum, præcipuum Hæreticorum persecutorem, vocat *Vincentius.**

¶ *Libros quoq; composuerunt:* ut in Vitis eorum indicatur. De Stephano Langthono, Cantuariensi archiepiscopo, *Balæus* annotat, * quòd omnes Bibliorum libros per capita distinxerit; quibus adhuc Ecclesia utitur.

¶ *Vitia & peccata graviter & liberè arguebant sinè personarum respectu.* Hugo, Lincolniensis episcopus, tributa à Johanne Rege indicta detestabatur: constanterque ac palàm pernegabat, se imperatam pecuniam pro impio bello, simultatum causâ inter Principes Christianos gerendo, soluturum. *Polydorus.**

Pellicem Johannis Ducæ, templo excludit Nicephorus Blemmides. Nefas enim judicabat, nefariam & impudicam mulierem, profanis & sceleratis pedibus sacrum pavimentum calcare: cum priùs, tam linguâ, quàm calamo, eam redarguisset sæpiùs. *Gregoras.**

¶ *Agentes pœnitentiam recipiebant.* Josephi, Constantinopolitani Patriarchæ, ob religionem, consuetudine utebatur Imperator Michaël, & suas illi cogitationes exponebat. Quare, cum is primum sacrificium, cum cæteris pontificibus, peregisset: ante vestibulum sacri suggestûs prostratus, duo sua peccata, perjurium, & filii Imperatoris excæcationem, apertè profitetur, sibiq; condonari petit. Primus igitur Patriarcha, illi jacenti adstans, condemnationis syngrapham quandam; ac post eum pontifices, suo quisq; ordine, eandem recitarunt. *Nicephorus Gregoras.**

Fridericum Imperatorem, in extremis constitutum, Panormitanus absolvit. *Crantzius.**

¶ *Ministros Ecclesiarum, exploratâ priùs eorum doctrinâ, ordinabant.* Albertus Magnus, ad instantiam domini Sifridi, episcopi Coloniensis, discurrit per eandem diœcesin, ecclesias dedicando, & clericos ordinando: ità ut quâdam vice centū clericos ordinaret. *Catalogus Episcoporū Coloniensium.*

¶ *Aegrotos invisebant.* Non debemus abhorrere leprosum, vel infirmum: *inquit Hugo.**

Ægrotantium lares diligentiùs perscrutatum esse Edmundum, testatur *Vincentius.*

¶ *Pauperum curam agebant.* Edmundus, Cantuariensis archiepiscopus, competentibus indumentis puellas pauperes, de suis facultatibus, adjuvabat; ut traderentur ad nuptias: & in hoc expendebat pœnas pecuniarias, pro delictis aliquibus legitimè inflictas. *Vincentius.*

Guilhelmus, Nivernensis episcopus, duo pauperū millia pascebat. *Johannes de Oppido.*

Gualterus Suffelde, episcopus Nordovicensis, tempore famis, argentea vasa vendidit; ut pauperibus subveniret. *Balæus,* ex Matthæo Parisio.*

Johannes Papa, qui hoc vixit seculo, in hoc quamplurimùm laudabilis fuit: quòd se tam pauperibus, quàm divitibus, communem exhibens, multos egentes, studium literarum amplectentes, fovit; & in beneficiis ecclesiasticis promovit. *Chronicon Martini Capellani, Johannes de Oppido.*

Hugo, episcopus Leodiensis, septuaginta-millia alborum legavit in eleemosynam, Christo servientibus. *Catalogus Episcoporum Tungrensium.*

¶ *Causas matrimoniales dijudicabant.* Innocentius III. constituit; ut ultra gradum quartum consanguinitatis sinè matrimonium contrahatur: quod olim prohibitum fuit usque ad septimum. *Chronicon Aedituι.*

¶ *Monasteria, templa, scholas gubernabant & visitabant.* Vetuit Innocentius III. ne Episcopus aliquis, suas visitans parochias, Clericis exactionibus expensisve molestus sit; nec ultra triginta ministros secum circumducat: Archidiaconus verò, septem famulis contentus sit; & omninò sine canibus. *Chronicon Aeditui.*

¶ *Episcopatus constituebant.* Sic Eberhardus, archimysta Juvaviensis, tres episcopatus instituit: in Bojorum lacu maximo apud Noricos, Chimensem; in confinio Norici atq; Pannoniæ, Seccoviam atq; Laventinum: his episcopos præficit. *Aventinus.**

¶ *Bono exemplo præibant.* Bruno, episcopus Osnaburgensis, multa fecit, componendis controversiis, quæ erant inter Canonicos Ecclesiæ, & nonnullos exterioris ordinis: nonnullas constitutiones resolvit inter episcopos & capitulum; ut se pacis sequestrum monstraret diligentissimum. *Crantzius.**

¶ *Principes, & in magistratu constitutos, officii commonefaciebant.* Edmundus Cantuariensis, ab omni munere semper manus suas excutiens, acceptores quoq; munerum detestabatur; præcipuè in potestate positos: quos, ad reddendam justitiam, dicebat gratuitos esse debere; non muneribus invitatos. *Vincentius.**

¶ *Ab injustis eos conatibus dehortabantur.* Antistitum interventu Johannes Angliæ, & Philippus Franciæ, Reges, à pugnâ abstinent. *Polydorus.** Eboracensis & Salisberiensis

…m operâ ac precibus, pax inter Anglum & Scotum … ituitur. *Idem.*

¶ *Coronabant Reges.* Ludovicum, Francorum Regem … ionensis episcopus diademate ornat: *teste Vincentio.** Anno 1226. *Gaguinus.*

Johannem, Anglorum regem, inungit Hubertus Cantuariensis, anno 1 … 01. *Polydorus.**

Præmislao, Polonorum Regi, Jacobus Gnesnensis regium imponit diadema; adstātibus Johanne Posnaniensi, Johanne Uratislaviensi, Go … lao Plocensi, & Conrado Lubussensi, episcopi. *Cromerus.**

Anno 1228. Odacharus & … en es …, Reges Bohemiæ … privilegium d… tnt Ecclesiæ Moguntinæ: qu… consecratio Regum Bohemiæ, ad archie… pum Moguntinum, perpet… futuris temporibus debeat pertin… *Chronicon H… ense.*

Theodorus Anglus, subactâ civitate Thessalonicâ, statim … nomen reg… m … cit: & regio more a Bulgariæ archiepiscopo inungitur. *Nicephorus Gregoras.**

Alexander Rex Scotiæ … puellus, in solio cathedrali lapideo vestibus preciosis cooperto, sedens, ab archiepiscopo S. A… inunctus est. *Johannes Major.**

Bela IV. Rex Ungariæ, Antistitum Principumq; consensu, Albæ, ut moris est, à Strigoniensi archiepiscopo coronatus est. *Bonfinius.**

Mi… ad Alphonsum Burgis, episcopi Constantiensis & Spirensis, ac abbas S. Galli, electionem (in Imperatorem Romanum) Regi juramento præstito ratificabant. *Cuspinianus.*

PECCATA GUBERNATO-
rum Ecclesiæ.

M*Inùs-legitimè ad Ecclesiarum gubernationem adspirabant, & evolui se patiebantur.* Wickboldus, episcopus Coloniensis, plùs factione Nobilium, quàm electione canonicâ, gradum episcopalem ascendens, in Nussiâ fuit electus. *Catalogus Episcoporum Coloniensium.*

In Ecclesiâ Raceburgensi, optimo pontifici & longævo, Isfrido, tùm deficienti, surrogatur Philippus; non sine contenti… fratrum. *Crantzius.**

Gerhardus Moguntinus, suam sedem clàm, ducentis marcis, mercatur. *Chronicon Moguntiacum.*

Anno 1215. Walterus Bathensis episcopus electus, diffamatus, quòd non-canonicè intraverit, à Papâ Innocentio Romam citatus est: qui, cùm se de objectis expurgare canonicè non posset, ab eodem fuit depositus. *Chronicon Hirsaugiense.*

¶ *Ex unâ sede in aliam commigrabant.* Nam Hugo inquit:* Hodie multis, propter dulcedinem eorum, permittitur, dimittere ecclesias, in quibus vixerunt. Ab initio autem non sic fuit: quia antiquitùs solebant accipi ecclesiæ, propter zelum animarum; & præbendæ, propter zelum Dei principaliter. Nunc autem, non propter animas suscipitur ecclesia, sed propter divitias. Cujus signum est: quòd propter ditiorem dimittitur pauper.

Robertus Lingonensis, hortatu pontificii cujusdam Legati, suâ sede resignatâ, in Leodiensium episcopum promovetur. *Catalogus Tungrensium.*

Cum, in electione Remensis Ecclesiæ, unus è pluribus esset nominatus Robertus, Leodiensis episcopus: ut abundantius haberet, unde suam causam foveret; sedi propriæ multa fertur subtraxisse. quam tamen dignitatem non obtinuit. *Catalogus Tungrensium.*

Robertus Cardinalis, & Portuensis episcopus factus, Cantuariensi episcopatu se abdicavit. *Polydorus.**

…arius relictâ Padebornensi sede, in urbem Romam concedit; ibiq; Cardinalis creatur. *Crantzius.**

¶ *Negligebant officium docendi.* Improbus episcopus Cracoviensis, Paulus, cùm aliis studiis minimè-dignis episcoporum venationi sic fuit deditus: ut venatorem, quòd feram imprudens à cassibus repulerat, venabulo transfigeret. *Cromerus.**

…nonici suo Canonicos morientes monent, omnia sua … m… ere Ecclesiæ su… : … quòd malè deserviunt. *Hugo.* … bene … : quando … ceator dicit sacerdoti peccata sua; & sacerdos dat ei, si opus fuerit, vitæ necessaria. Modo fit è contrario. Sacerdotes accipiunt pecunias peccatoribus, & peccata eorum comedunt & occidunt per malum exemplum. *Idem.** Mundus adhuc jacet in ignavia: & tamen pauci volunt ire nō dico in universum mundum; sed nec etiam in parochiā vel diœcesin suam. *Idem.** Totum studium Prælatorum est ad promovendos parentes, & divitiæ eorum, ad ditandos consanguineos convertuntur. Ideò pauperes & simplices, moriuntur fame animæ & corporis. *Idem.** Prælati nostri temporis, idolis sive simulacris comparantur; imò idola seu simulacra appellantur. Primò, quia videntur vivere, & non vivunt. Unde Apoc. 3.* dicit Johannes cuidam episcopo: *Scio opera tua: quia nomen habes, quod vivas, & mortuus es.* Secundo, quia videntur esse homines, & non sunt. Habent enim speciem, & non veritatem. 2 Timoth. 3. Tertiò, quia … la auro & serico vestiuntur: interius autē lutea & lignea. Daniel. 14.* Quartò, quia idola non intendunt, nec cogitant de profectu suorum: sic nec Prælati. Unde Baruch. 6.* *Habent in manu gladium & securim*, id est, autoritatem & potestatem judiciariam. Quia igitur superiores constituti sunt Prælati; & inferioribus nec provident, nec intendunt: meritò idolis comparantur; quibus nihil est simile in naturâ. *Idem.**

Ex hac radice, scilicet avaritiâ, procedit, quòd subditorum peccata palpamus; quasi canes muti, non valentes latrare: ne fortè subtrahant nobis oblationes, decimas, atq; primitias. Ex hac radice procedit, quòd alienos parochianos seducimus; & invadimus parochias alienas, mittentes falcem in messem alienam; & transgredientes terminos, quos posuerunt patres nostri: ut nobis ex eleemosynis quæstus accrescat. *Innocentius III.**

Multi Theologi magis innituntur Philosophiæ, legendo, & disputando, & prædicando; quàm Theologiæ. Et tales non declarant; sed magis obscurant sermones Domini. *Hugo Cardinalis.** Prælati Ecclesiæ contendunt, non pro animabus, sed pro dignitatibus. *Idem.** Ecce perversio ordinis Ecclesiæ! Episcopi enim & magistri dati sunt populo, quasi duces & rectores: unde populus debet revocari a malo, timore episcoporum. Nunc autem ipsi episcopi revocantur timore populi à malo. quia multa mala adhuc faciunt: sed plura facerent; si populum non timerent. Sic vadit currus ante boves. *Idem.**

¶ *Se-se invicem mordebant.* Hodie fit inter prælatos & subditos: alter excommunicat; & alter appellat: & mutuò Romam vadunt, & redeunt; & mutuò de suis locis se-se expellunt. *Hugo.**

¶ *Curiosis, aut impiis studiis erant dediti.* Observabit prætereà diligens Lector, in personarum descriptione, plures hujus seculi viros religiosos, magis expositionibus philosophicorum, quàm sacrorum, occupatos fuisse.

Petrus, Bajocensis episcopus, cum Stephano Dionysiano antistite, mittitur ad magicam quandam fœminam in Brabantiâ, a Philippo Galliæ Rege, quæsitum de autore necis filii. Veneno enim sublatus credebatur. *Gaguinus.** *Aemylius.** *Tiliu.* Heinricus III. Rex Angliæ, locavit Eleonoram sororem, quæ nupta fuerat Wilhelmo Marescallo, Glocestriæ Comiti, Simoni ex Montiforti, viro singulari virtute. Id connubium Edmundus, Cantuariensis antistes, detestabatur: quòd Eleonora, post obitum viri, vovisset Deo perpetuam castitatem. *Polydorus.**

Gregorius IX. dimisit in omnem Christianorū regionem, sanctorum Francisci & Dominici religiosos: qui devotionis ardore, prædicationisque Instantiâ, multos ad pia arma, sanctissimamque expeditionem, (contra Saracenos) ex Galliis atque Italiâ concivêre. *Platina in vita ejus. Blondus.**

Innocentius IV. omisso Concilio Lugdunensi, Legatos per Franciam & alias provincias misit: qui populis suaderent militiam Christi suscipere; Ludovicumq; Regem Franciæ sequi, in Asiam trajicere properantem. *Platina.*

Johannes Teutonicus, episcopatum suum deserens, monachum induit. *Trithemius*

Nunc omnes ferè, tam prælati, quam subditi …

quàm

quam c... contemtis ... chastitatis, student avaritiæ & cu... tati. *Hugo.* Pharisæi dicuntur similes sepulcri. Dicitur aūt Sepulcrum, quasi semipulcrum. Sic ... Prælati & magistri nostri temporis, exter... nitid... int... fœtidi. *Idem.*[b] Multi prælatorum nostri temporis, imitantes nequitiam principum sacerdotum, & seniorum: qui subditos suos, vel suggestionibus, ... exemplis, à veritate & a vitâ simul avertunt. de quibus dicitur Daniel 13. *Egressa est iniquitas à senioribus. Idem.*[d] Canonici libenter eligunt in episcopos, illos, qui sapientiâ Mundi pollent; quàm qui sapientiam cœli habeat. ... tamen dicatur Sapien. 13.[e] *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest sapientia Dei. Idem.*[f]

¶ *Superstitiones augebant.* Stephanus Langthon Cantuariensis, Thomæ Becketi cadaver fœtidum mirabili pompâ transtulit: cujus facti inanissimi expensas superstites, quartus post illum pontifex vix persolvit. *Ranulphus in Polychronico, Balæus.*[h]

Episcopus Portuensis, & quidam consecraneus D. Dominici, Germanos ad Asiaticam Africanamque militiam cohortantur: & ut faciliùs, toties longinquæ militiæ pœnas dantes, precium ob stultitiam ferentes, inducerēt, multa nova inaudita dogmata hactenus inculcant. Quemcunque sceleri obnoxium, parricidio, incestu, sacrilegio pollutum, continuò, ubi cruciculam vesti assuisset, solutum esse & crimine, & pœnâ declamitabant. Plerique, ansâ hic arreptâ, inimicos suos priùs tollebant: hinc in militiam sacram nomina dabant. *Aventinus*[i]

Robertus, Leodiensis episcopus, à generali capitulo ordinis Cisterciensis obtinuit: ut per universum illum ordinem, singulis annis, Lamberti martyris festum solenniter celebraretur, de quo antea simplex tantùm fiebat commemoratio. *Catalogus Tungrensium episcoporum.*

¶ *Monasteria & templa idololatricè consecrabant.* Johannes, Lubecensis episcopus, Reinfelde cœnobium consecrat. *Crantzius.*[k]

Post captam Damiatam, primas in Barbarorum templum pontificius Legatus, Hierosolymorum Patriarcha, aliique Galliæ episcopi & abbates, qui castra sequebantur, in honorem B. Mariæ consecrant. *Blondus*[l]

Anno 1258. dedicatum Brugis sacellum Fratrum minorum ad Brambergam, per Walterum Tornacensem episcopum.

Anno 1262. consecratum virgini Matri novum Dunensis cœnobii templum, quo vix est aliud totâ Flandriâ magnificentius, per Radulphum Morinorum, & Johannem Tornacensium, episcopos; præsidente tùm abbate Theodorico. *Jacobus Meyer. in Chron. Flandriæ.*

¶ *Visiones & somnia magnifaciebant.* Cùm Reginaldus, Hostiensis episcopus, quò minùs Stanislaus martyr, ab Innocentio IV. in Divorum numerum scriberetur, resisteret; subitò in gravem morbum incidit: sed per eundem Stanislaum, pontificali ornatum habitu, noctu de causâ morbi admonitus, cùm supplex veniam precaretur; sanitati restitutus est: & ad optatos honores conscendit Stanislaus. *Cromerus.*[m]

Alexander IV. visione, quâ beatum & sanctum Augustinum vidit, unionem fratrum eremitarum, à prædecessore inchoatam, ipse perfecit: ordinem ipsum, relictâ deinde eremo, urbes petere & incolere præcepit, & coëgit. *Schedelius.*

¶ *Reliquias venerabantur.* Ravennas, Mutinensis, Brisiensis, & Bononiensis, episcopi, Dominici corpus, magnâ reverentiâ e terrâ erutum, religiosè recondunt. *Vincentius.*[n]

Anno secundo regni sui, qui erat Christi 1251. Alexander, Scotiæ Rex, convocatis ex toto regno cœnobiarchis, ... opis ac baronibus, ad Dumfermilem, celebribus ac multis supplicationibus prius habitis, ossa Margaritæ, at... ... eff... capsulæ argēteæ, multis ornatæ gem... ... Quumque ea episcopi, omnium consensu, ... templi deportare conarentur; ac pervēnissent ... Malcolmi, mariti ejus, sepulcrum: repentè omnes ... consistuêre. Ca... sla enim, cui reliquiæ inerant, ... Malcolmi impressa adhæsit; nec ... vi moveri potuit. Quo miraculo stupefacti omnes, cùm haud invenirent tam ... causam: venerandus quidam senex, divino spiritu afflatus, sublatâ voce, ut cuncti eum ... exaudirent, Margaritam, ... marito, quam vivo semper exhibuit ... entiam, iam mortuo denegare nollet quamobrem non prius ... te-se, vestris manibus, in aditum deportari permissuram; quàm Malcolmus maritus, humo ... latere adjungatur. Quod ubi factum est; tùm deni... sublata, cum marito, in adytum delata est. *Hector Boethius.*[o]

Anno 1221. Adam, Morinorum episcopus, transfert Oswaldi Reg... & ... virginis P... filiæ, ossa, in cœnobium ... Winnoci. *Chronicon Flandriæ.*

Albertus M... gicus, ... acquisivit brachium Vitalis, ... cranium, & Catharinæ digitum *Chronicon Saxon...*

¶ *Ad fidem homines ... cogebant.* ... novus in barbaram ... concionatores, imò in ... gratiâ ... Fulco Parisiensis, ... Herlu... monachus Parisiensis, in Belgico eo munere functi sunt. *Chronicon Flandriæ.*

¶ *Missificabant.* Edmundum Cantuariensem, quod sæpius suorum sacerdotum loco Missas celebrârit, commendat *Vincentius.*[*] Lambertus, Raceburgensis episcopus unam Missam, die assumtionis Mariæ, peregit. *Crantzius.*

¶ *Excommunicati ne vanè abutebantur:* aut ... indictæ gratia. Sic Ottho Imperator, quòd patrimonium S. Petri invaderet, à Romano præsule excommunicatur. *Vincentius.*[q] Johannes ... Teutonicus, ... Papæ, pecunia clerum, prætextu sacri belli, ... excommunicatur à Clemente I... *Ptolomæus Lucensis.* Gregorius X. Florentinis, ipsius oppida inv... ... interdixit. *Volaterranus.*

¶ *Innocentes excommunicabant & damnabant.* Almericus, imagines, alt... & ... invocationem idololatriam censens, comburitur. Et ... Altar... quidam, carnium & matrimonii usum, omni te... pore Ch... ... itum esse, docentes, hæretici judicantur. *Chronographia Pantaleonis.*

¶ *Matrimonia pro arbitrio dissolvebant, aut jungebant.* Fridericus Imperator, cùm, affinitatis gradu obstante, Angli Regis sororem, uxorem accipere non posset: Pontificia Romani dispensatione, voti sui tandem compos factus est. *Blondus.*[r]

¶ *Jurisdictionem politicam administrabant.* Patriarcha titulo Hierosolymitanus, sibi temporalem æquè ... tualem, vendicare quærebat gubernationem, (in urbe Ptolomaide.) Eandem hinc T... ... inde Hospitalarii, & pariter Teutonici & ... tractatione, & sanguinis effusione, repetebant. *Blondus.*

Heinricus Spirensis, Cunradus Herbipolensis, & post hunc Eichstettensis & Ratisbonensis aulæ Imperialis Cancellarii fuisse leguntur *in Urspergensi Chronico.*

Theodorus Lascaris junior, Imperator ... oriens, Muzalonem quendam, cum Atenio pat... ... curatorem Imperii reliquit: donec filius Johannes ... ... agens annum, ad maturam ætatem perveniss... ... *Nicephorus Gregoras.*[s]

Fridericus Imperator, pro papali inauguratione Romam proficiscens, totius regni in Ger... ... administrationem, Engelberto Coloniensi demandat. *Catalogus episcoporum Coloniensium.*

Convenerunt ... Principes Germ... ... Moguntinus, Cunrad... Coloniensis, ... tis, Jacobus Metensis, ... bas ... cum P... latinus Rheni, Dux Bavariæ cum ... que Cr... bus, ac primarium Urbium legati... ... conventu ... ce generali tractatum est: quem omnes Principes ... testesq́; jurarunt, Capitaneosq́; ... creantur: qui mo... arces & castra, in quibus latro... in... ... ebantur, ... bāt, & solo æquabant, raptores ... ... & hæc sunt temporibus interregni. *Cuspinianus de Imperatoribus.*

Fridericus, episcopus Mersburgensis, urban... sua ... jurisdictione privavit. *Chronicon Mersburgense*

¶ *Sequebantur aulas.* Nam Henricus, Spirensis episcopus, post Philippi Regis obitum, regalia insignia, quæ penes se habebat, prius tradere noluit; quam Imperialis aulæ nunciaretur Cancellarius. *Urspergensis.*

Richardus, Dunkeldensis episcopus, Alexandri Scoti Cancellarius fuit. *Boëthius.*[a]

[a] lib. 13.

¶ *Fidem Imperatoribus non servabant.* Nam Moguntinus & Coloniesis, juxta Herbipolim, in ipsâ Ascensionis Dominicâ, Landgravium Thuringiæ Imperatorem salutant; repudiato Friderico. *Crantzius.*[b]

[b] lib. 8. Sax. c. 18.

Animadvertentes nonnulli Principes Imperii, in-primis autem Sifridus Moguntinus, Rex quoque Bohemiæ, Trevirensis archiepiscopus, & Hermannus Landgravius, Othonis IV. contumaciam & rebellionem; atque in unum convenientes, ad memoriam juramentum, quod olim fecerunt Friderico, Henrici Imperatoris filio, adhuc infantulo, revocarunt: atque illum in regem, loco abrogati Othonis, assumere decreverunt. *Nauclerus.*[c]

[c] Gener. 41.

Conjurabant in Adolphum Imperatorem. Cunradus Argentinensis præsul, Domini de Liechtenstein, de Oxenstein, Landgravii de Freiburg, de Brugk, cum multis aliis Principibus; præterea Gerlacus, Moguntinus archipræsul. Pragæ Moguntinus Albertum coronat. Albertus, viribus Moguntini, Argentinensis Constantiensisque episcoporum, ac quorundam Nobilium, robustior factus, circùm Friburgum, ab Argentinensibus undecim-millia militum; ab Episcopo mille-trecentos accepit: rectaque exercitum in Adolphum movet. *Cuspinianus.*

¶ *Bella gerebant Episcopi.* Lupoldus Wormatiensis, omnibus, quæ cum Othone Philippus gessit, bellis interfuit; & inter cœnobiorum & ecclesiarum prædones non fuit postremus. *Chronicon Hirsaugiense.*

Arnoldum Trevirensem multa pace belloque strenuè gessisse, *idem* testatur.

Sifridus, Augustanus episcopus, muros in Swabeck cōfringit, totumque oppidum evertit: quòd ejus incolæ, prędia quædam suæ Ecclesiæ infestassent. *Urspergensis.*

Guarinus Sylvanectensis Francorum Regis signa sequitur, anno 1214. aciemq; instruit. *Vincentius.*[d]

[d] lib. 30. c. 55. & 56.

Contra Albingenses in armis sunt; Petrus Senonum archipræsul, Reginaldus Rotomagensis, Robertus Bajocensis, Jordanus Lexoviensis, Reginaldus Carnotensis. *Gaguinus.*[e]

[e] lib. 6.

Mediolanensibus Raimundus, Aquilejensis patriarcha, bellum facit. Wilhelmus, episcopus Aretinus, cum Carolo Siculo confligit. *Bergomensis.*

Minorem Poloniam Paulus Cracoviensis turbat, vindictæ causâ; & ad occupandum Ducatum, Masoviorum Ducem accersit: qui mox cum copiis prælio est. *Cromerus.*[f]

[f] lib. 10.

Sifridus Moguntinus, odio Friderici Imperatoris, & ut Papæ gratiam mereretur, animum leonis induens, villas combussit; urbes destruxit; miseros homines miserè mactavit. *Chronicon rerum Moguntiacarum.*

Christianis, in Damiatâ urbe commorantibus, auxilio veniunt cum copiis, Mediolanensis, Cretensis, Faventis, & Regemensis, episcopi. *Vincentius.*[g]

[g] lib. 30. c. 94.

Otho Brandeburgicus Marchio, & Lupoldus Halberstadensis Episcopus, armis inter se dimicant: tandem Otho, insidiis circumventus, carceri traditur. Indè liberatus, iterum episcopo bellum facit; ipsumque vulneratum in prælio capit. *Crantzius.*[h]

[h] lib. 8. Sax. c. 20.

Moguntinum archiepiscopum Albertus Brunsuicensis, bello captum, in vinculis tenet. *Ibid.*[i]

[i] cap. 21.

Tobias, Pragensis episcopus, à Wenceslao Bohemo mittitur, ad occupandam Cracoviensem provinciam. *Cromerus.*[k]

[k] lib. 10.

¶ *Bonis Ecclesiæ abutebantur.* Heu, quot hodie tales in Ecclesiâ Prælati! qui, cùm deberent esse odor vitæ ad vitam, facti sunt odor mortis in mortem: & cum deberent esse dispensatores: ipsi sunt dissipatores effecti. *Innocentius.*[l]

[l] Serm. 1. Dom. 2. post octavas Penteć.

Nos in laboribus Apostolorum, Martyrum & Confessorum luxuriamur. *Hugo.*[m] Sed utinam saltèm uxores indè pascerent; sicut Judas! sed ipsi pascunt concubinas, de bonis Christi. *Idem.*[n] Et Fridericus Imperator, ad Reges & Principes Mundi scribit: Porrò, quia Clerici cēlentur pauperum eleemosynis impinguati, filios opprimunt: ipsique nostrorum filii subditorū, paternæ conditionis obliti, nec Imperatorem, nec Regem, aliquâ veneratione habere dignantur; quoties in patres apostolicos ordinantur. *Petrus de Vineis.*[o]

[m] in Joh. 4. [n] Ibidem. [o] lib. 1. ep. 2.

¶ *Simoniaci erant.* Pauci sunt; *inquit Hugo,*[p] qui beneficia ecclesiastica non accipiant, vel conferant, simoniacè.

[p] in Marc. 14.

Ambitiosi. Fulco, sive Pelca, Cracoviensis episcopus, sibi & successoribus suis, prærogativam loci & suffragii, secundùm archiepiscopum in Gnesnensi provinciâ, ab Innocentio III. impetravit. *Martinus Cromerus.*[q]

[q] lib. 7.

Turpitudine vitæ insignes. INNOCENTIUS:[r] Sed & funiculus superbiæ, peccatis exigentibus, ità nos clericos detinet alligatos: ut jam magis velimus superbi, quàm humiles apparere; incedentes extento collo, elevatis oculis, erectâ cervice, magnificantes fimbrias, phylacteria dilatantes, quærentes primos recubitus in cœnis, primas cathedras in synagogis, & vocari ab hominibus Rabbi. Sic jam ornati prodimus; ut magis sponsi, quàm clerici videamur. *Item:* Tanta est superbia clericorum; ut nunquam ad satisfactionem priores possint humiliari: non imitantes eum, qui dicit;[s] *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde:* qui non venit ministrari; sed ministrare, sed illum, qui posuit sedem suam ad Aquilonem, ut esset similis Altissimo: qui est rex super omnes filios superbiæ. Hodie multi pastores, id est, prælati, fugiunt à Jesu, per malam vitam; & tamen nuntiant prædicando, & docendo. *Hugo.*[t]

[r] Serm. 2. de Conv. [s] Matt. 11. v. 29. [t] in Luc. 8.

Paulus, Cracoviensis episcopus, dignitatis suæ immemor, totus voluptatibus, venationibus, & libidinibus deditus, subditis gravis, adversus Boleslaum Principem contumax fuit: non preces, admonitiones, tum Collegii, tū Principis, curans. Præterea, moniali quâdam ex cœnobio eductâ, cōcubinæ loco usus est. Ac, cùm Boleslai, Polonorum Principis, permissu, captus vinculis detineretur: Joh. Gnesnensis omni provinciæ sacris interdixit. Tandem liberatus in hoc totus fuit; ut Boleslaum ulcisceretur. Affinitatem itaq; & amicitias cū vicinis Barbaris iungit: domi factiosorum, obæratorum, & ob maleficia exsulantium hominum animos, contra Principem concitat. Nec multò pòst atrox & cruentum prælium committitur: victoria tamen penes Boleslaum est. Tandem, ejusdem instinctu, pleriq; Proceres à Lesco nigro, qui Boleslao in regno successerat, deficiunt; novumq; Ducem sibi constituunt. *Cromerus.*[u]

[u] lib. 10.

Wilhelmus Parisiensis scribit libellum, de Collatione beneficiorum: in quo primùm docet, qualis debeat esse Sacerdos, tum in vitâ, tum in doctrinâ. Deinde acerrimè insectatur Sacerdotes sui temporis, & Prælatos: qui tales admittant, eisq; beneficia conferant. Dicit, in eis nihil pietatis, ac eruditionis comparère; sed potiùs diabolicas turpitudines, omnium spurcitiarum ac vitiorum monstrositatem: eorumque peccata, non simpliciter peccata esse; sed peccatorum monstra terribilissima: eos non Ecclesiam; sed Babylonem, Ægyptum, ac Sodomam esse: Prælatos non ædificare Ecclesiam; sed destruere, ac Deo illudere: eos, cum aliis sacerdotibus, profanare ac polluere corpus Christi: Prælatos, omnibus ecclesiasticis honoribus, membra Diaboli & Dei hostes honorare; eos, in cœlum Ecclesiæ Christi, Luciferum restituere. *Catalogus testium veritatis.*

Bernhardus Westerrodi, objicit clericis summam vitæ turpitudinem, & officii neglectionem. Monachos dicit, mundo ipso mundaniores; & vanitate ipsâ vaniores: eas non pietatis; sed opum & deliciarum gratiâ, monasteria intrare. Prælatos dicit esse meros Pilatos & tyrannos, id est, persecutores & oppressores Ecclesiæ. Dicit quoque, gravissimè vexari Ecclesiam Christi à clericis: ità ut periculum sit, ne intereat. Denique ait, ubique patère idololatriam, & enormes clericorum abusus. *Catalogus testium veritatis.*

Cunradus Polonus, archiepiscopatum Salisburgensem, ob defectum cerevisiæ, repudiavit. *Cromerus.*[x]

[x] lib. 10.

DE DONIS.

DOnum miraculorum habet Edmundus, Cantuariensis archiepiscopus, *teste Vincentio*.[a]

Futura quidam prædixerunt. Clementem IV. spiritu prophetico multa, antequam fierent, prædixisse, narrant *Bergomensis & Stella*.

DE SYNODIS PRIVATIS.

SIngulis annis Concilium provinciale celebrari, mandat Innocentius III. in Concilio Lateranensi.[b]

In diœcesi Coloniensi sæpius concilia celebrata esse, ea Capite IX. constabit.

Stadii, Verdensis episcopus Gerardus concilium agit, pro reformando cœnobio juxta Stadium. *Crantzius*.[c]

In concilio quodam Constantinopoli, ejusdem sedis Patriarcha, sede cedere jubetur. *Gregoras*.[d]

DE BONIS ECCLESIASTICIS.

P*Rincipes quædam contulerunt.* Fridericus II Imperator, ob commemorationem patrui sui Philippi, Canonicis Ecclesiæ Spirensis, in augmentum præbendarum suarum, cōtulit Ecclesiam in Ezilingen, cum pertinentiis suis. *Chron. Ursperg.*

Ex legatis. Philippus, Francorum Rex, centena-millia librarum Parisiensium, Templariis & Hospitalariis, in terrâ sanctâ degentibus; omne verò vestiarium, sacris ædibus (*ut Tilius indicat*) legavit. *Vincantius*.[e] *Blandus. Platina.*

Cunradus de Hostadin, episcopus Coloniensis, Cometiam de Hostadin, ipso adhuc vivente, suo episcopatui reliquit, & incorporavit. *Catalogus Episcoporum Coloniensium manuscriptus.*

Ottho Imperator, prope Tornacum, à Philippo, Francorum Rege, ingenti prælio victus, ex mœrore animi in morbū lapsus, paucis exinde diebus obiit; Ecclesiæq; Romanæ, Fundos oppidum, quæque Fundis attributa sunt, ex testamento reliquit. *Michael Ritius*.[f]

Ex spoliis & rapinis. Memelinus, potentissimus Afrorum Rex, anno 1246. Hispaniam ingressus, Christianos persequitur. Quapropter Galli, Hispanis juncti, illum superant: ob cujus victoriæ gloriam, ejus vexillum Romam mittunt, & in ecclesiâ S. Petri suspendunt. *Palmerius*.

Arce Gedanensi captâ, paucos quosdam, quòd impensiùs faverant Saxonibus, vitâ & bonis mulctavit Metiugus, Dux Pomeranorum: in quibus erant præcipui, Arnoldus & Jacobus. De quorum bonis duos pagos, Serobotoum, & Vitominum, Uladislaviensi episcopo donavit. *Cromerus*.[g]

¶ Ac data sunt: *Villa.* Luderus, episcopus Verdensis, contulit Ecclesiæ Verdensi, decimam in Emelendorpe, cum advocatiâ; & prædia in paludstribus & fluminalibus locis Oldendorpe. Ordinavit Scholaribus decimam in Neudorpe. *Crantzius*.[h]

Cunradus, ibidem episcopus, contulit Fratribus duos coros salis in salinâ Luneburgensi, & adjecit Ecclesiæ bona, quæ dicuntur Uriben; & præfecturas, quas vocant Gogrevescop, in Verdâ, in Doverden, in Zneverdinge, Schislo, & Vilselhovede. *Crantzius*.[i]

Jarislaus, episcopus Uratislaviensis, Nyssam urbem, cum territorio, à patre sibi datam, Uratislaviensi episcopatui sempiterno jure adjunxit. *Martinus Cramerus*.[k]

Iso, filius Comitis de Welphâ, episcopus Verdensis, bona hæreditaria militarium de Westene, pro Ecclesiâ datâ, magnâ pecuniâ cōparavit: prædia in Ravene, & alia nonnulla, donavit Ecclesiæ. *Crantzius*.[l]

Præmislaus, Dux Polonorum, Gnesnensi Ecclesię, Cirnelium pagum; Posnaniensi verò, Bucum donavit: non sinè invidiâ & offensione Procerum. *Cromerus*.[m]

Cunradus, Masoviæ Dux, Loviciani villam, cum circumjacentibus sylvis, sanè quàm-vastis, archiepiscopo Gnesnensi, sempiterno jure donavit: eâ quidem lege, ut is Plocensis semper Canonicus esset; & libram sive marcam auri, Duci Masoviæ, eorum bonorum nomine, quotannis penderet. *Idem*.[n]

Decimæ. Lescus, Polonorum Dux, Cracoviensi episcopo, jure sempiterno donavit decimam, de omnibus regalis, in cujus unque soli essent, intra ipsius diœcesin. *Cromerus.* Vicesimam redituum, de salinis Cracoviensibus, Præmislaus Rex eidem episcopo attribuit. Sed Wenceslaus Bohemus pòst, ut decimæ darentur, constituit. *Ibid.*

Graviter peccant, qui decimas & primitias non reddunt sacerdotibus, sed eas, pro suâ voluntate, distribuunt indigentibus. *Innocentius III*.[p]

Wedekindus de Schwaenborg, monasterio Vallis-benedictionis, pro sui ac suorum memoriâ, contulit decimam in Utelen non longè a monasterio. *Crantzius*.[q]

Tributa. & Vectigalia. Petrus Rex Arragonum, Comes Barcinonię, & Dominus Montis-Pessulani, regnum suum obtulit, anno 12 4. Innocentio III. Papæ, illudque sibi, & successoribus suis, in perpetuum, pro redemtione animę suæ, ac progenitorum suorum, constituit censuale: ut annuatim, de camerâ ipsius Regis, certi reditus Apostolicæ sedi reddantur; ac ipse, & ejus successores, eidem specialiter fideles & obnoxii teneantur. *Epitome Mundi.*

Carolus, Andegavensium Comes, è Massiliâ cum 3 . triremium classe solvens, ingressus ostium Tiberis, cum Beatrice conjuge Romam venit: atque nummûm annuis sexaginta (quinquaginta habet *Hermannus Schedel*) millibus Romanæ pactis Ecclesiæ, Siciliæ Reges appellati, Carolus & uxor, apud Lateranum, à Pontifice coronati sunt. *Ritius*.[r] *Gaguinus. Aemylius.*

¶ *Et ex iis bonis pauperes alebantur.* Miecislaus senex extruxit prochodochium, sive hospitale, (ut vocant) recipiendis & sustentandis egenis, Posnaniæ, apud D. Michaëlis; & compluribus pagis dotavit: ejusque curam Hospitalariis fratribus Hierosolymitanis mandavit. *Cromerus*.

¶ Non licebat Ecclesiastica bona ad profanos usus convertere.

Officiales bona communia convertunt in proprios usus. Item, clerici & sacerdotes custodiunt loculos Domini: quia sunt ministri patrimonii, nec sunt possessores bonorum Ecclesiæ; sed custodes. Unde fures sunt & latrones; si ea in superfluis expendant. *Hugo*.[s]

DE BIBLIOTHECIS.

ECclesia Ratisbonensis ad S. Emeranum, vexationem suam libris Bibliothecæ (quingentis, *juxta Nauclerum*) redemit à Cunrado, Friderici II. Imperatoris filio. Ad quam redemtionem, altare aureum, quod a temporibus Ramboldi extructum, usque tunc duraverat, pendens 67. marcas auri, expenderunt, anno 1251. *Urspergensis Paralipomena.*

DE SCHOLIS.

NEapolitanam Scholam fundatam, multis privilegiis donavit Fridericus II. eoque omnium scientiarum doctores, magnificis convocavit stipendiis. Idem Bononiâ Paduam Scholam transtulit. *Blandus*,[u] *Crantzius*.[x]

Thaddæus, natione Florentinus, Medicę artis peritissimus Doctor, eam scientiam certis annis, publico salario conductus Bononiæ egregiè docuit. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

Antonius de Paduâ, Tolosæ, Bononiæque, ac Patavii, diu Theologiam egregiè docuit. *Bergomensis*.[y] *Schedelius.*

Valentiæ, Dominicus Philosophiæ ac Theologiæ operam dedit. *Volaterranus.*

Veronæ, Guilhelmus, civis Placentinus, Medicæ artis Doctor eruditus, & aliarum literarum humanitatis nonignarus, publico salario conductus, multis annis in eâ facultate scholam tenuit. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis, Bergomensis*.[z]

Perusii, Petrus Cappocius, Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, gymnasium (quod Sapientiam vocant) suâ impensâ exstruit. *Platina in vita Gregorii IX. Volaterranus, Sabellicus.*

Alexander de Ales, cùm esset doctor sacrarum literarum in gymnasio Parisiensi, Ordinem Pauperum Christi intravit. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

Anno 1253. Lutetiæ, Robertus Sorbonam instituit; atq; fundavit collegium Sorbonæ. *Johannes Tilius, in Chronico de Regibus Francorum.*

Ordinum, circiter annum salutis ... Gulhelmus Marronus, Angliæ Cancellarius, collegium discipulorum, bonarum Artium lectatorum, instituit, & reditibus locupletavit. *Polydorus.*

Sub magistro Jordano, fratres primò ad legendum Parisiis licentiati sunt. Et quia doctores egregii multi, mox circa principium, ordinem intraverunt, duas scholas ibidem acceperunt. *Erfurdiensis.*

Albertus Magnus, multos annos, Coloniæ & Parisii, publicè Theologiam & Philosophiam docuit. *Bergomensis.* Idem magnum sacerdotium ... podiavit; ne a literarum averteretur otio, in Coloniâ A... tinâ diu professus: ubi octogenarius obiit. Mu... sub e... egregiè p... fecerunt, sed omnium maximè Thomas, mediâ Italiâ Aquini ortus: qui per Albertum adeò ro... cit, ut Parisiis, in clarissimo Orbis gymnasio, primum sit locum sortitus. Inde Romam, ab Urbano ... Pôtifice, accersitus, gymnasium R... mæ instauravit. *Abellius.*

Ludolphum, ex gymnasio Parisiensi reversum, Wichmannus, Magdeburgicus episcopus, parvulis docendis præficit. *Crantzius.*

Ex Bohemiâ nobiles quosdam adolescentes, studiorum gratiâ, Magdeburgi conversatos, temporibus Philippi, *idem* scribit.

DE CONSOCIATIONE ECCLESIARUM IN UNA PROVINCIA.

IN unâ provinciâ Episcopi certâ ratione consociati. Sic anno Domini 12.. Rudolphus, archiepiscopus Saltzburgensis, præsentibus omnibus Suffraganeis suis, corpus B. Virgilii, Carinthianæ gentis apostoli, cum psalmis & canticis trâstulit; & cum maximis laudibus elevavit: quod usq; annis quieuisse legitur. *Chronicon Aedtum.*

Episcopos aut Presbyteros ordinabant. Ab Archiepiscopis pependisse, tum confirmationem, tum consecrationem episcoporum, testatur *Crantzius in Metropoli.* Philippus, Raceburgensis episcopus. Bremæ, ab Hartuico benedictionem episcopalem accepit. *Idem in Vandalia.* A Bremensi & Verdensi, Theodoricus Suerinensis ordinatur. *Crantzius.*

Cavebant, ne bona ecclesiastica abalienarentur. Episcopi Scotiæ, Gaulonem, papalem Legatum, præter jus & æquum pecuniam ab ipsis exigentem, ad Romanam curiam accusant. *Boethius.*

Synodos celebrabāt. *Innocentius III.* Abbates & Sacerdotes, diœcesanâ tibi lege subditos, qui ad tuam synodum venire contemnunt (dummodò in ipsâ synodo non duxeris aliquid statuendum, quod canonicis obveniet institutis) per censuram ecclesiasticam, ad synodum illam venire compellas, & debitam tibi obedientiam & reverentiam exhibere.

Contra vulturem Romanum, qui petitum pecuniam adveniebat, sub prætextu sacri belli, ut vocant) Scoti præsules, jussu Regis, coeunt, & communi decreto, Legatus regno illo exclud tur. *Boethius.*

Anno 1291. Gerhardus, archiepiscopus Moguntinus, synodum provincialem, suffraganeis & Prælatis suis, in Aschaffenburg celebrandam, indixit: ubi convenerunt episcopi, Eistettensis, Spirensis, Augustensis, Herbipolensis, Bambergensis, Hildesheimensis, & Wormaciensis, cum aliis multis Abbatibus, Præpositis, Decanis, atque Presbyteris, qui multa & varia, in negotiis ecclesiasticis utilia, statuerunt. *Chronic. Hirsaug. Trithemius.*

DE CONSOLATIONE ECCLESIARUM, IN PLURIBUS PROVINCIIS.

Plures etiam provinciæ fuerunt, certâ quadam ratione, & ordine inter se conjunctæ. Erant enim Archiepiscoporum & Patriarcharum certæ sedes: quibus alii Episcopi subjecti erant.

In Armeniâ mi...ri, Tarsum ... itatem archiepiscopalem esse, ejus ... cl... cantistuem cath... licon, hoc est, universalem, di... & in Am. ejusdem regionis civitate, mille ecclesias esse. *Vincentius* refert.

In Georgiâ sunt, tam ... tus decem & octo *Idem.*

Patriarcha Hiero... morum, quatuor habet archiepiscopos sub se.

In Palæstinâ, Cæsareensem, in Galilæâ, Nazarenum: in Phœniciâ verò, Tyrensem; qui quatuor habent Suffraganeos Acconensem, Sidoniensem, B... then... em & Belinensem. Petracensem quoque, in pr... in iâ Moabitarum qu... unum in mont. Sinâ habet Suffraganeum Græcum. Patriarchæ verò suffraganei sunt, B... ronita, Bethlehemita, & Lyddanus, e, itco; *Idem.*

Temporibus Johannis Ducæ In... eratoris, Ternobii episcopus perpetuam libertatem imperrat, ... ûm ad idusq; tempus, primæ Justinianæ, hoc est, Bulgariæ, archiepiscopo, propter veterem i... ius gentis cognationem, paruisset. *Gregoras.*

Revaliæ epi... pum, Danorum Rex, cujus operâ illi populi ex Gentilismo convertierant, Lundensi metropolitano subesse, decernit. *Crantzius.*

Archiepiscopo Rigensi, per Cruciferos, Culmensis episcopus subjectus est: *teste Cromero.*

¶ Vocabant, ordinabant, & regebant episcopos. Othonē, inter alios, Bernardus de Lippiâ habebat filium, episcopum Trajectensem: qui manibus suis patentem secundùm carnem, consecravit Leodiensem episcopum, factus parentis parens. & indè pater, cum eodem filio, Gerardum, archiepiscopum Bremensem, alium filium, oleo sancto initiavit. *Crantzius.* Meinardus & Albertus, Rigenses episcopi, per Bremensem consecrantur. *Idem.* Johannes, Lubecēsis episcopus, per Bremēsem confirmatur. *Crantzius.*

¶ Conjungebant studia contra non-legitimè vocatos. *Innocentius, ad archiepiscopum Bisuntinum:* Priorem, quem asseris à schismatico ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter: nisi legitimè probaverit, secum fuisse misericorditer dispensatum; & ab eâ personâ, quæ super hoc potestatem habuerit dispensandi.

¶ Contra hæretes pugnabant: sed non tam sacris, quàm profanis armis. Contra Albingenses sæpiùs arma sumta sunt. Ac inquit *Gauguinus*: In expeditione contra Albingenses hæreticos, invenio fuisse multos episcopos; Petrum Senonum, Reginaldum Rothomagensem, Robertum Bajocensem, Jordanum Lexovium, & Reginaldum Carnotensem episcopos. *Idem testatur Vincentius.*

¶ In Synodis conveniebant. In synodo Romanâ, sub Innocentio III. convenēre 412. episcopi: inter quos Constantinopolitanus & Hierosolymorum fuēre Patriarchæ. Antiochenus & Alexandrinus legatos miserunt. *Ursperegensis.* Anno 1222. M. Petrus de Corbolio, Senonensis archiepiscopus, vir insignis literaturæ, ac senectutis bonæ, die synodi suæ moritur, & in ecclesia Senonensi, præsenti synodo, tumulatur. *Vincentius.*

¶ Excommunicationes promulgabant communi consilio. Franci, Angli & Dani, excommunicationem Friderici Imperatoris publicè denuntiabant. *Crantzius.*

¶ Injurias alicui illatas, communi studio vindicabant. Cùm Paulus, Cracoviensis episcopus, vitæ turpitudine clarus, à duobus juvenibus captus esset; vel jussu, vel permissu Boleslai Principis: Johannes, Gnesnensis archiepiscopus, omni provinciæ suæ, eam ob rem, sacris interdixit. tandemq; in trâ gratiâ, Princeps episcopo ducenta argenti pondo numerare cogitur. *Cromerus.*

¶ Civilibus negotiis sese ingerebant. Aquilejensem patriarcham, archiepiscopum Saltzburgensem, & Ratisponensem episcopum, in Italiam vocat Fridericus Imperator: ut de pace tractent, inter se & Romanum pontificem. *Urspergensis. Chronicon Aedtum.*

DE ROMANORUM PONTIFICUM primatu & tyrannide: item de operibus Antichristi, in regimine ecclesiastico.

DOMINATIO SUPER ECCLESIAS ORBIS.

PRincipatum super alias omnes Ecclesias efferunt Papæ Romani, etiam hoc seculo. Potestatem ordinariam pa-

triarchis, archiep... & episcopis, in multis rebus adde mit Innocentius ... Balæus. Per Legatos ex Tartaria ad Ludovicum Franciæ Regem, in C... pro agentem, misit ad magnum Tartarorum Principem Odo, Pontificis ... mani Legatus, qui tum castra Regis sectabatur, scribit: quod sacrosancta Romana Ecclesia eos libenter, ut filios charissimos, reciperet, audiens gratulabunda conversionem eorum ad fidem catholicam: dummodo fidem orthodoxam vellent firmiter tenere; & eam ... confiteri matrem omnium Ecclesiarum, eique præsidentem Je... C... esse, & eidem vicario cuncti, qui Christianâ ... fessione censentur, meritò debere obedire. Prælatos etiam illorum admonuit specialiter: ut id-ipsum omnes sapere; & in eis schismata non essent: sed in veritate haec, ... licet in quatuor primis generalibus Conciliis editæ, & à Sede apostolicâ approbatæ, immobiliter permanerent. Vincentius.[b]

Cæterùm, hominum papalium fastum, cui hactenus dediti fuerunt, fortè detestatus Cœlestinus V. primò, postquam Antichristi cathedram conscendisset, conventu, constituit: ut ab eo tempore nec Papa, nec Cardinales, cum tantâ pompâ, solennibus equis veherentur: nec mulis quidem; sed asinis tantùm, vehementer: dicens; Jesus Christus, Filius Dei, humilis asini dorso vectus est: cujus nos imitatores esse debemus. Erfurdiensis.[c]

¶ *Sibi solis supremum jus clavium usurpant.* Fertur Ottho Imperator, ad extremum sincerè compunctus obiisse quòd Ecclesiam infestatus sit; quòd mala multiplicaverit, per incendia & rapinas: & in arce suâ Hartesburg, ante obitum, à Siftido, Hildeshemensi episcopo, absolutus. Quam absolusionem Honorius Papa fertur habuisse ratam; ut esset vigorosa. Crantzius.

¶ *Sibi supremum & summum judicium, de quâvis doctrinâ, arrogant.* Avignionem urbem, septem annis Romanæ excommunicationi, ob hæreticam pravitatem, subjectam fuisse; narrat Vincentius.[e]

Primo anno Richardi Imperatoris, libellus pestifer, à Magistro Wilhelmo de S. Amore, Canonico Beluacense, compositus, & intitulatus *De Periculis*, damnatus est & cōbustus, per Papam Alexandrum, in ecclesiâ cathedrali Anagniæ: tum propter hæreses, quas cōtinebat; tum etiam propter hoc, quòd contra religiosos seditionem & scandala continebat. Erfurdiensis.[f]

Alexander IV. quosdam novos libellos, Religiosos de eleemosynis viventes salvari non posse, dicentes, penitus reprobavit. Palmerius. Platina.

Idem Papa inquit: [g] Inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat, publicè seu privatim, de fide catholicâ disputare.

¶ *Suas censuras aliis Ecclesiis omnibus obtrudunt, tali appendice; ne cuiquam fas sit dissentire.* INNOCENTIUS III.[h] Monemus igitur, ut illum ordinem, in ordinandis presbyteris, & consecrandis episcopis morem serves, & facias observari; quem Apostolica sedes observat.

Exstat in *Chronico Casinensi*, Urbani IV. Privilegium quoddam, de corpore S. Benedicti; quòd verè apud Casinenses requiescat: & ab omnibus omninò credendum statuit. Quod decretum Clemens IV. confirmavit.

Sextum Pontificii juris librum, Bonifacius VIII. ipse Pontifex (anno 1298. *juxta Ptolemæum Lucensem*) edidit; quem à tribus doctissimis viris, ex quibus dam novis Decretis, à se editis, compilari mandavit; & sub publico edicto, in judiciis observari; & in publicis gymnasiis legi debere, mandavit. Schedelius.[i] Bergomensis.[k] Stella.

Hanc visitandi formam, inquit Innocentius IV.[l] ab universis episcopis, aliisque prælatis, ordinario jure suos subjectos visitantibus, plenè observari præcipimus: salvis super hoc rationabilibus, & approbatis Religiosorum consuetudinibus, & regularibus institutis.

¶ *Suis decretis horrificam adjiciunt clausulam:* ut in decretis Concilii Lateranensis est.

Nicolaus III. per totum Mundum præcepit, Regulam fratrum Minorum, cum suâ declaratione, legi publicè; cum Decretalibus, in omnibus Scholis Juris: excommunicans omnes, dictam Regulam de cætero impugnantes. Chronicon Aedituì.

¶ *Jactant sibi sine incredibiles prærogativas; quas pro aliis Deo tribui habeant.* Romanum enim Pontificem, Salvatoris Jesu Christi vicarium, & Petri successorem, vocat Innocentius III.[m] Romanus Pontifex in signum imperii, utitur regno, & in signum pontificatus utitur mitrâ. Sed mitrâ semper & ubique utitur: regno verò, nec ubique, nec ... Quia pontificalis auctoritas, & prior est, & dignior, & ... quam imperialis. Sacerdotium enim ... regnum præcessit: cum Aaron, primus pontifex, ... primum regem, præcesserit. Noë quoque Nemroth ... de illo dicit Scriptura, qui fuit princeps, Nemroth ... Babylon. Noë ... Domino, & holocausta obtulit ... De Sacerdotibus autem & Regibus loquens, Sacerdotes ... & Reges, P... Dominus, inquit, ... populus non ... Et ... de Rege ... Apostolus ... omni humanæ creaturæ propter Deum ... Ducibus, tanquam ab eo missis. ... Sacerdotem ... Anathoth ... *Constitui te super gentes & regna, ut evellas & destruas, ... & plantes.* Petro ... dictum ... & in ... successoribus Petri ... *Tibi dabo claves regni cœlorum: quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.* Nihil ... pit, qui dixit, Quodcunque. Propter quod alibi dixit; *Pasce oves meas:* non distinguens inter has ... ut ostenderet ad suas oves minimè pertinere, qui Petrum recusant habere pastorem. Ei quoque singulariter dixit; *Tu vocaberis Cephas:* quod exponitur Caput; in quo ... plenitudo consistit. Quia, cùm cæteri vocati sint in partem sollicitudinis, solus Petrus assumtus in plenitudinem potestatis. *Idem.* Licèt cæteri omnes Apostoli, claves regni cœlorum acceperint; ac per hoc omnes episcopi ... quicquid, adhibitis clavibus, ligaverint super terrâ, sit ligatum & in cœlis; & quicquid solverint super terram, sit solutum & in cœlis; principaliter tamen B. Petrus claves regni cœlorum accepit; ac per hoc successori ejus ... ligare cæteros; sed ligari non posset à cæteris. Ei namque singulariter dictum est: *Tu vocaberis Cephas*, id est, caput. Sicut enim in humano corpore, solum caput habet plenitudinem sensuum; cætera verò membra, partem recipiunt plenitudinis: sic & in ecclesiastico corpore, cæteri episcopi vocati sunt in partem sollicitudinis, sed supremus ... sumtus est in plenitudinem potestatis. *Idem.* Altitudo maris illius, de quâ Christus inquit ad Petrum, *Duc in altum*, est Roma: quæ primatum & principatum, super universum seculum, obtinebat, & obtinet. quam in tantum divina dignatio voluit exaltare: ut, cùm, tempore Paganitatis, sola dominium super omnes Gentiles habuerit, Christianitatis tempore, sola magisterium super fideles habeat universos. Dignum ergo Deus providit & congruum; imò & congruum providit & dignum: ut ille, qui erat princeps Ecclesiæ, sedem constitueret apud Urbem, quæ tenebat seculi principatum, & ideò Dominus inquit ad Petrum: *Duc in altum.* quasi diceret: Vade Romam, & te cum tuis transfer ad urbem; & laxate ibi retia in capturam ... patet, quantùm Deus urbem istam ... ut eadem ... sit sacerdotalis & regia: imperialis ... obtinens & exercens, non solùm dominium ... corporale; verùm etiam magisterium super animas. Longè nunc major & dignior auctoritate ... quàm olim potestate terrenâ: per illam ... habens claves regni cœlorum; per istam, Orbis terrarum ... Nec verò tantæ dignitatis honor, vel potius tanti honoris dignitas, ad aliam civitatem quacunque ratione transferri ... in hac urbe, juxta dispositionem, perpetuâ lege maneret: quam Petrus, persecutionem fugiens indebitam, urbem exisset; apparuit ei Dominus juxta urbem, cui cùm Petrus dixisset: Domine, quò vadis? respondit: Vado Romam, iterum crucifigi. Quod Petrus intelligens pro se dictum, ut videlicet caput crucifigeretur in membro; rediit ad urbem; quam tandem, in cruci... pro ...

[a] Hist.
[b] Lib. 31. c. 94.
[c] cap. 96.
[d] lib. 7. Metrop. c. 15.
[e] Lib. 30. c. 128.
[f] cap. 93.
[g] 6. Decretal. lib. 5. tit. 2. de Hæret.
[h] ad Constantinop. Patriarcham.
[i] Ætas 6.
[k] lib. 13.
[l] in 6. Decretal.
[m] Serm. 1. in Dom. Lætare.
Rom. 13. v. 1.
Jer. 1. v. 9. 10.
Matt. 16. v. 19.
Joh. 21. v. 17.
Joh. 1. v. 42.
Serm. in consecr. Pont.
Serm. in festo Gregorii P.
Luc. 5. v. 4.

ſuo ſanguine conſecravit. *Idem.** *Et*: Univerſalis Eccleſia, pro ſummo Pontifice, ſinè intermiſsione orare debet. *Idem.** Dominus ergo, non quilibet; ſed ille, qui in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum habet, Rex regum, & Dominus dominantium; de quo legitur, quia Dominus nomen eſt illi: per ſe-ipſum Apoſtolicæ ſedis primatum conſtituit: ut ejus conſtitutioni nullâ poſsit audaciâ refragari. *Idem.** *Item*: Equidem conſtitutus ſum ſuper familiam: ut, ſicut excellentiſsimus mihi eſt locus; ita ſit & excellentiſsimum meritum. Verùm ad magnam potentis Domini laudem accedit: quòd per humilem ſervum, ſuum beneplacitum operatur: ut nihil adſcribatur humanæ virtuti, ſed totum tribuatur divinæ potentiæ. Quis autem ſum ego, aut quæ domus patris mei, ut ſedeam excellentior Regibus, & ſolium gloriæ teneam? Mihi namque dicitur in Prophetâ: * *Conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas & deſtruas, & diſperdas & diſsipes, & ædifices & plantes.* Mihi quoque dicitur in Apoſtolo: * *Tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunq; ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c.* Cum omnibus Apoſtolis loqueretur, particulariter dixit: * *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Cùm autem ſolo Petro loqueretur; univerſaliter ait: *Quodcunq; ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c.* Quia Petrus ligare poteſt cæteros; ſed ligari non poteſt à cæteris. *Tu*, inquit,* *vocaberis Cephas*, quod exponitur caput. quia, ſicut in capite conſiſtit omnium ſenſuum plenitudo; in cæteris autem membris pars eſt aliqua plenitudinis: ità cæteri vocati ſunt in partem ſolicitudinis; ſolus autem Petrus aſſumtus eſt in plenitudinem poteſtatis. Jam ergo videtis, quis ſit iſte ſervus, qui ſuper familiam conſtituitur. profectò vicarius Jeſu Chriſti, ſucceſſor Petri, chriſtus Domini, deus Pharaonis; inter Deum & hominem medius conſtitutus: citra Deum; ſed ultra hominem: minor Deo; ſed major homine: qui de omnibus judicat; & à nemine judicatur: Apoſtoli voce pronuntians; * *Qui me judicat, Dominus eſt.* Verùm officium ſervitutis humiliet; quem faſtigium ſublimitatis exaltat: ut humilis ſublimitas ſit, & ſublimis humilitas. *Idem.** Sacroſancta Romana Eccleſia, diſponente Domino, cunctorum fidelium mater & magiſtra eſt. *Ibidem.* Romanus Pontifex, ſupremam in Eccleſiâ obtinet poteſtatem. *Idem.** Porrò, cùm Eccleſia Romana debitam reverentię nulli prorſus impendat, niſi Romano Pontifici, qui, poſt Deum, alium ſuperiorem non habet: quid eſt hoc, quòd Romanus Pontifex debitum providentiæ, non utique tantùm Romanæ Eccleſiæ; ſed omnibus omninò tenetur Eccleſiis exhibere? *Sapientibus & inſipientibus debitor ſum*, inquit Apoſtolus: * &, † *Inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium Eccleſiarum.* *Idem*: * Sic & Romanus Pontifex, ſponſam habet Romanam Eccleſiam: quæ tamen Eccleſias ſibi ſubjectas introducit ad ipſum; ut ab eo recipiant debitum providentię. quia quantò plus redditur; tantò magis debetur. *Ibidem.* Ego facilè non crediderim, ut Deus permitteret, Romanum Pontificem contra fidem errare; pro quo ſpiritualiter oravit in Petro. *Ibid.* Potuiſſes autem prærogativam ſacerdotii ex eo potiùs intelligere, quod dictum eſt, non à quolibet; ſed à Deo: non Regi; ſed Sacerdoti: non de regiâ ſtirpe; ſed de ſacerdotali proſapiâ deſcendenti, de ſacerdotibus videlicet, qui erant in Anathot: *Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna; ut evellas & diſsipes, & ædifices & plantes.* Præterea nôſſe debueras, quòd fecit Deus duo magna luminaria, in firmamento cœli: luminare majus; ut præeſſet diei: & luminare minus; quod præeſſet nocti. utrumq; magnum; ſed alterum majus. Ad firmamentum igitur cœli, hoc eſt, univerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria: id eſt, duas inſtituit dignitates, quæ ſunt, pontificalis autoritas, & regalis poteſtas. Sed illa, quæ præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, major eſt; quæ verò carnalibus, minor: ut, quanta eſt inter Solem & Lunam; tanta inter Pontifices & Reges, differentia cognoſcatur. Hæc autem ſi prudenter attenderet Imperatoria Celſitudo: non faceret aut permitteret, Conſtantinopolitanum Patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Eccleſiæ, juxta ſcabellum

pedum ſuorum, in ſiniſtrâ parte ſedere, cùm alii Reges & Principes, archiepiſcopi & epiſcopi ſuis, ſicut debent, reverenter aſſurgant; & ei juxta ſe venerabilem ſedem ſignent. *Idem, in epiſtola ad Imperatorem Conſtantinopolitanum.*

Romanus Pontifex, *inquit Bonifacius VIII.** jura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere.

¶ *Legatos ſuos ſemper huc-illuc mittunt, & mandata ſcribunt, & non-obtemperantibus ſæva minantur.* Ottonem ſuum quendam legatum, Gregorius IX. in Angliam miſit, ut ſacerdotalis ordinis ſtatum recognoſceret, &, quatenus opus eſſet, corrigeret. *Polydorus.**

Urbanus II. Orthobonum Cardinalem, ad componendum inteſtinum bellum, inter Angliæ Regem & ejus optimates, & pro colligendis pecuniis, cum ſummâ poteſtate ablegavit. Sed, dum controverſias inter Regem & Barones ſedare laboraret: quò quietiùs res ſuas ageret, à civibus Londinenſibus in carcerem eſt cōjectus. *Ibidem, & Baleus.**

Innocentius, conſiderans, quòd per detentionem Salernitani archiepiſcopi, qui adhuc per Philippum, Imperatoris Heinrici fratrem germanum, in Alemanniâ detinebatur captivus, detraheretur apoſtolicæ dignitati: ſtatim Sutrinum epiſcopum, natione Teutonicum, & abbatem S. Anaſtaſii, in Alemanniam deſtinavit: ſcribens Prælatis eccleſiarum, ut detentores Salernitani, ac aliorum Prælatorum, monerent, &, ſi neceſſe eſſet, per excommunicationem compellerent, ut illos dimitterent: comminando principibus, ut, niſi ad hoc darent operam, totam Alemanniam ſe ſuppoſituros interdicto. *Nauclerus.**

Legatos, quibus in certis provinciis committitur legationibus officium, ut ibidem evellant & diſsipent, ædificent atque plantent; provinciarum ſibi commiſſarum, ad inſtar Proconſulum cæterorumq; Præſidum, quibus certæ ſunt decretæ provinciæ moderandæ, ordinarios reputantes, &c. *Sexto Decretal. lib. 1. tit. 15. cap. 2.*

¶ *Diſtribuunt epiſcopatus, velut Cæſar ducatus & provincias.* Aponenſem villam, & civitatis jure, & epiſcopali dignitate, illuſtrat Bonifacius VIII. *Bergomenſis.** *Sella, Æmylius.*

Per Guilhelmum Mutinenſem, ſuum Legatum, Romanus quidam Pontifex, hac ætate, Boruſtiam in epiſcopatus diſtinxit: nempe Varmienſem, Sambienſem, & Pomeſanienſem: quemadmodum vult Dugloſſus, *ut annotat Cromerus.**

Innocentius IV. non multum poſt electionem ſuam, ſedes Cardinalium plures, ex longo tempore vacuas, perſonis honeſtis, ex diverſis Mundi partibus, implevit. *Ptolomæus Lucenſis.*

¶ *Volunt ad ſe provocari, tanquam ad ſummum in terris judicem.* Una conſtitutionum Concilii Lateranenſis hæc aſſiſtit, *aut Nauclerus*: * ut, quoties Orbis Principes alter in alterum deliquerit, correctionem ad Romanum Pontificem ſpectare.

Nicolaus IV. fœdus Tarraconenſe, quod Carolus Claudus, Rex Siciliæ, inierat, ratū noluit: nec injuſſu ſuo transigi potuiſſe de regno Sedis Romanæ beneficiario, contendit. *Paulus Æmylius.**

¶ *Caſus quoſdam ſibi reſervant.* INNOCENTIUS: * Statuimus, ut generalem excommunicationis ſententiam promulgetis; quam per ſingulas parochias faciatis frequentiùs innovari. Quòd-ſi quis falſas literas ſe habere cognoſcit: intra viginti dies, literas illas aut deſtruat, aut reſignet, ſi pœnam excōmunicationis voluerit evadere. quam (niſi forſan in mortis articulo) ſinè ſpeciali mandato noſtro, à quoquam nolumus relaxari: nec etiam, ſi præſumta fuerit, contra hoc abſolutio quicquam habeat firmitatis.

Idem Papa, ad petitionem Philippi Regis, filium Philippum & unam filiam, quas ex Maria (quam quinque annis, contra Dei decretum & legem, tenuerat) ſuſceperat, legitimos hæredes eſſe mandavit; & poſtea literis ſuis confirmavit. Quod factum eo tempore multis diſplicuit. Eſt enim contra verbum Dei. *Antoninus,** *Vincentius.**

Gerhardus III. Comes Holſatiæ, cùm eſſet Præpoſitus Lubecenſis, ſubdiaconus, apoſtolicâ diſpenſatione, mortuis fra-

Marginal notes: * Serm. 2. ... Petri. * Serm. ad ... Petri. * Serm. 2. in Conſecr. Pont. * Hierem. 1. v. 10. * Matt. 16. v. 19. * Joh. 20. v. 23. * Joh. 1. v. 42. * 1 Cor. 4. v. 4. * Serm. 3 in Conſecr. Pont. * Epiſt. ad Conventū Dunelmenſem. * Rom. 1. v. 14. † 2 Cor. 11. v. 28. * Serm. 2. in Conſecr. Pont. * Lib. 1. Decret. tit. 2. de Conſtit. * Lib. 16. * Lib. 6. Gener. * Lib. 13. * Lib. 2. Gener. * Lib. 2. * Lib. 5. Conſt. 42. * Tit. 19. c. 9. § 11. * c. 19. 4.

tuis fratribus, duxit uxorem: & genuit ex eâ Johannem, in quo stetit illa linea. *Crantzius.*

[a] lib. 4. cap. 26.

¶ *Volunt esse irreprehensibiles in terra, quicquid tandem sentiant aut designant.* Maledicentibus Papæ pœnas infligendas censuit Innocentius III. *teste Balao.* Et in Alsatiâ, quidam Nobiles Innocentium III. impietatis damnabant: quòd sacerdotibus uxores non permitteret: eorumque sunt, per episcopos, uno die combusti. Nam carnium & matrimonii usum, omni tempore Christianis esse licitum, docebant *Balæus,*[b] *ex Huldrico Mutio.*

[b] lib. 5.

Johannes Semeca, Juris Doctor, & Halberstadensis Præpositus, cum summo Pontifici, decimas à clero Germaniæ exigenti, ad bellum sacrum, contradiceret; excommunicatus, Præpositurâ privatur. *Crantzius.*[c]

[c] lib. 8. Sax. c. 27.

In Sueviâ quidam, dicentes, Pontificem non habere Christi potestatem, pro hæreticis habentur. *Pantaleon.*

Alexander IV. decernit, ne jurejurando teneatur Henricus III. Anglorum Rex, quod in Oxoniensi concilio dedisset, quo antiquas leges & instituta se redditurum promiserat: neve promissis stare cogatur, cùm affirmaret, se eam sponsionem, non spontè; sed metu fecisse. *Polydorus.*[d]

[d] lib. 16.

¶ *Venalia habebant Episcopatus.* Statutum est hoc seculo Romæ, quemlibet ex Angliâ electum transalpinare; ut Romanorum loculos impraegnent: in magnam ruinam Anglici regni. Nam omnia tunc illi erant venalia. Sub reformationis colore, multi etiam in Angliam venerunt; & inter alios frater Mansuetus Minorita: qui authoritatem habebat, quoscunque absolvendi, falsidicos, perjuros, votorum transgressores, adulteros, homicidas, proditores, veneficos, Sodomitas, & omnes. quod prudentibus fuit in sibilum ac derisum. *Balæus.*[e]

[e] Cent. 4. cap. 24. in App.

Papa, eo tempore (de Honorio III. loquitur *Parisius*) hydrope spirituali laborans, evacuavit, per suum Legatum, clericorum & claustralium loculos; ac miram in eos exercuit tyrannidem. Nam Hugo Lincolniensis, pro episcopatu recuperando, mille marcas exposuit; ac ipsi Legato 100. numeravit. Illius exemplo & alii sunt edocti, eandem sedare sitim. *Balæus.*[f]

[f] lib. 5.

Gerhardus quidam Comes, ducentas marcas pecuniæ exposuit Cardinali cuidam, pro obtinendâ Moguntinensi sede. *Pantaleon.*

Guilhelmus Hothun, Parisiensis Doctor, & Dominicanorum fratrum in Angliâ Provincialis, missus ab Edovardo Rege legatus ad Bonifacium VIII. anno Domini 1298. fit, auro currente, Dublinensis archiepiscopus, & citerioris Hyberniæ primas. *Balæus.*[g]

[g] Cent. 4. cap. 74.

Sylvester Giraldus, Menevensis electus episcopus, Romam confirmationis gratiâ petiit: sed dum ille sollicitè tractaret, sub Innocentio III. de metropolitano suæ Ecclesiæ jure, contra Hubertum Cantuariensem episcopum; & ad ejus invectiones in pleno consistorio responderet: competitore quodam strenuo per pecuniam agente, causâ & dignitate cecidit. *Idem.*[h]

[h] Cent. 3. cap. 59.

Heinricus Anhaltinus, cùm primas literas vix attigisset; tandem à Romano Pontifice, re priùs bene deliberatâ, in Magdeburgensi sede confirmatur. Sed quis dubitabit, Romani Pontificis animum auro emollitum? *Crantzius.*[i]

[i] lib. 8. Metr. c. 33.

Sacerdotia. Constituit Innocentius III. ut nullus plura beneficia vel dignitates habeat, sine Papæ licentia speciali: quæ quidem auro comparanda fuit. *Chronicon Aedituus.*

Pallia. Quæ (*ut Innocentius ait*[k]) Metropolitanorum, Primatum, & Patriarcharum, erant propria: ut scilicet per illa à cæteris episcopis discernerentur; & privilegiatam obtinerent dignitatem. *Item:*[l] Dicitur autem Pallium, plenitudo pontificalis officii: quoniam in ipso, & cum ipso, confertur pontificalis officii plenitudo. Nam antequam Metropolitanus pallio decoretur; non debet clericos ordinare, pontifices consecrare, vel ecclesias dedicare; nec archiepiscopus appellari, &c. Ideoque, cùm O[illegible]nis esset partium: nulli archiepiscopo concedere voluit; nisi eidem se conjungeret. *Crantzius.*[m] Fit autem pallium, de candidâ lanâ contextum: habens desuper circulum, humeros constringentem; & duas lineas, ab utrâque parte dependentes. Quatuor autem cruces purpureas; antè &

[k] lib. 1. de Myst. c. 10.
[l] cap. 63.
[m] lib. 7. Vand. c. 25.

retrò, à dextris & à sinistris: sed à sinistris est duplex, & simplex à dextris. Hæc omnia moralibus sunt imbuta mysteriis, & divinis gravida sacramentis. (scilicet, quia sunt aucupia pecuniarum) *Innocentius III.*[n]

De Romanorum avaritiâ, audi *Urspergensem.* Vi[illegible] quit: loquitur autem de *Innocentii III. temporibus*) rem[illegible] sit aliquis episcopatus, sive dignitas ecclesiastica, vel etiam parochialis ecclesia, quæ non fieret litigiosa: & Roman[illegible] deduceretur ipsa causa; sed non manu vacua. Gaude mater nostra Roma: quoniam aperiuntur cataractæ [illegible] rorum in terrâ: ut ad te confluant rivi & aggeres nummorum, in magnâ copia. Lætare super iniquitate filiorum hominum: quoniam, in recompensationem tantorum malorum, datur tibi precium. Jocundare super adjutrice tuâ discordiâ: quia erupit de puteo infernalis abyssi [illegible] accumulentur tibi multa pecuniarum præmia. Ha[illegible] quod semper sitisti. Decanta canticum: quia per mal[illegible] hominum; non per tuam religionem, Orbem vicisti. A[illegible] te trahit homines, non ipsorum devotio, aut pura [illegible] scientia; sed scelerum multiplicium perpetratio, & li[illegible]m decisio, precio comparata.

Et Hector Boëthius de iisdem ait:[o] Erant eâ tempest[illegible] homines plurimi avaritiæ deditissimi, in aulâ pontificiâ: ac propterea cuncta, unde emolumentum sperarent, apud Pontificem perficere audebant; universa venalia, q[illegible]ntum in ipsis erat, habentes. Inter quos, reliquos audacia al[illegible]sque vitiis facilè superans, Gaulo quispiam Cardinalis erat, nihil non ob lucrum efficiens. Operæ-precium est, videre superiorum Patrum, quorum se nomine-tenus imitatores profiterentur, modestiam, paupertatem, pietatem, ac justitiam, & docendi perducendique, tum verbis, tum exemplis, omnes juxtà divites ac pauperes, ad ovile Christi, studium: non auro, neque gemmis, vesteque preciosâ ornatorum; non in aulas Regum se-se ingerentium; non stipatorum ac satellitum Thracum circa se catervas habentium; non Regum lusum omni genere luxuriæ superare contendentium; non simulatione quicquam agentium: sed in veritate, in aperto versantium: non alia, quæ narrare pudet, perpetrantium. Ac contrà hujusmodi antistites ordinis, ex quo primùm divitiæ honori esse illis cœperunt, quàm sint illorum dissimiles; quam diversâ ingrediantur viâ, quàm non vestigia illorum imitentur: quorum tamen locum occupant.

[n] [illegible]
[o] lib. [illegible]

Idem Gaulo, quem alii Gualonem vocant, Angliæ Proceres & Præsules, non priùs in gratiam accepit; quàm ingentem numerassent argenti summam. Nam illi moris erat, honesta & inhonesta omnia quæstui habere. *Ibidem.*

Innocentius III. cùm supra omnia exosam haberet venalitatem; cogitavit, quo illam à Romanâ curiâ exstirpare posset. Statim itaque edictum promulgat: ut nullus Officialium curiæ suæ quicquam ab aliquo exigeret, præter Scriptores & Bullatores: quibus etiam certum modum præfixit; districtè præcipiens, ut singuli suum officium gratis impenderent. *Antoninus.*[p]

[p] Tit. 19. c. 1.

Fridericus Imperator, pœnæ loco, in ærarium retulit Romanæ Ecclesiæ, 12[illegible]00. auri uncias. *Pantaleon.*

Anno Domini 1247. Papâ jubente, in Angliam venère duo Minores, pro pecuniariâ subventione, auxilium, vel charitatem, ad opus Papæ petitum. Et post multas disceptationes hinc-inde, Prælati tandem consenserunt, ad contributionem undecim-millium marcarum. *Balæus,*[q] *ex Matthæo Parisio.*

[q] Cent. 4. cap. 8. in App.

Et anno 1250. Robertus, Lincolniensis episcopus, vir pius & doctissimus, religiosos suæ diœcesis, post horrendos quosdam excessus, citabat, reformandæ eorum vitæ gratiâ. Sed exemtionibus, à Papâ Innocentio, per pecuniam impetratis, impediebatur. Ad Papam igitur, longissimo itinere, senex & piè-querulus venit, dicens: *Credebam, Domine, quòd te auxiliatorem habens, omnes, de quibus sum conquestus, ut debeo, castigarem, atque à suis erroribus revocarem. Ipsi verò Præmonstratenses, Cistercienses, ac Gilbertini, & quidam alii, datâ pecuniâ, proh dolor, ab omni bono se redemerunt.* Cui Papa: *Frater, liberasti animam tuam. Quid ad*

te, de gratiâ meâ? Iovamnes gratiam. Numquid oculus tuus nequam est, quia bonus sum? Scripturâ bene dispensatâ. Hæc de consilio Cardinalium fecit Papa. Unde vacuus recessit bonus episcopus, senex & infirmus; suo proposito fraudatus & confusus; multorum evacuatis crumenis. *Ibidem.**

Perusini, quòd Fulginetum urbem diripuerant, a Martino IV. excommunicari, maximâ pecuniæ summâ veniam merentur. *Bergomensis,** *Platina.*

Heinricus, Alphonsi Regis Hispaniæ frater, Viterbium ad Pontificem declinat; tanquam à fratris superbiâ & ambitione profugus, & adeò errabundus. se contulit, magnaque largitione usus ac liberalitate, ut Pontificem quoque, datâ mutui nomine pecuniâ, sibi obnoxium redderet. Quâ fretus largitione, discordem tunc civitatem Romanam fecit, pariterque in sua studia traxit: adeò ut ei senatorium cives obtulerint magistratum. *Nauclerus.**

¶ *Census ab Ecclesiis, in longinquis regionibus, extorquent: & ad eam rem miris tenent artificiis.* Temporibus Alexandri III. Scotorum Regis, missus est Legatus pontificius in Scotiam, ad conquirendam, ad expeditionem in Saracenos, pecuniæ summam grandem. Cæterùm ab Alexandro, haud-inscio quid ageretur, extra fines subsistere jussus est ac per literas mandata exponere. Petiit itaque, nomine Pontificis, a qualibet sinè delectu ecclesiâ parochiali, quatuor marcas Sterlingas: ab Abbatibus verò, vel quòd eos episcopis ditiores credebat, vel minùs mandatis metu adversaturos, octoginta. Misit insuper statuta quædam, ab ipso in itinere composita; ut sibi gratiam Regis compararet: quibus optimum esse, scribebat, omnem populum insuescere. Ad ea Alexander Rex, Præfecti ecclesiastici, & Populus, uno ore ità responderunt: Præceptis se-se ejus, vel alterius cujusquam, præter quæ Concilium aut Pontifex edidisset, ad rectè-vivendum non egere. Nam quò sint plura præcepta; eò reperiri plures transgressores. Quod verò ad collationem munerum pertineret: rectè sibi fieri videri, Ecclesiæ hostes vindicare, ac miseros illos & afflictos, quos illi in pessimam servitutem redegerint, liberare. Verùm immoderatam esse petitionem, tam ingentis pecuniæ. se, pro cujusque facultatibus, sicut commodum videbitur, delectum aliquem militum missuros, ne pecunia denuò naufragium patiatur, aut à prædonibus in itinere rapiatur. Quod Heinricus Rex Angliæ, socer ejus, per Eduardum filium suum, venientem ob id Roxburgum, ad sororem ac sororium, apprimè laudavit. Expertus enim idem sapiebat. Misit indè Alexander mille marcas argenti, Clementi IV. in subsidium profectionis. *Hector Boethius.**

Anno 1229. exigebat Papa Gregorius, adversùs Fridericum II. decimas omnium rerum mobilium, in totâ Angliâ, Walliâ, & Hiberniâ. Quòd, Clero mediante, pro majori parte obtinuit, ex reditibus, proventibus, fructibus carucarum, oblationibus, decimis, nutrimentis animalium, ac frugibus; & de omnibus obventionibus ecclesiarum, altarium, vel possessionum, quocunque nomine censeantur: non debitis vel expensis aliquâ ratione deductis. Habuitque collector autoritatem, excommunicandi & interdicendi contradicentes. *Balæus.**

Anno 1246. Papa, audiens per quosdam susurrones, quòd Clerici quidam in Angliâ opulenti, morbo repentino correpti, indecenter à seculo migrassent, statutum fecit: ut defunctorum clericorum bona, in ejus usum deinceps cederent. Nam Johannes Hotoft, archidiaconus Northamptonensis, sic moriens, quinque marcarum millia, cum 5. cupis argenteis, & aliquot aureis, atque infinitis jocalibus, reliquit. Ità etiam fecerunt, Robertus Hayles archidiaconus Lincolniensis, Amalricus archidiaconus Bedfordensis, & alii plures. Cùm hæc ad Regis aures pervenissent: arctè præcepit, ne inaudita hæc novitas procederet, nec Prælati quicquam illi contribuerent. Sed his cognitis, frendens Papa rescripsit, ut contributio solveretur; potentes executores mandati constituens, Vintoniensem ac Norwicensem episcopos. Hi verò negotium papale fulminibus ità exequebantur: ut, territis Prælatis, Regi [illegible] impotentem; ut ne mutiret quidem. Non enim juvat, frustratorios Regis conatus describere: cùm finem tam flebilem sortiantur. Assumens ex præteritis audaciam Papa, miseros Anglos opprimere non cessabat. Sed & solito imperiosiùs Prælatis mandabat: ut omnes, in suis beneficiis residentes, tertiam suorum bonorum partem ei, per triennium, conferrent; non-residentes, dimidiam: adjectis conditionibus durissimis. Ad quod exsequendum, episcopum Londinensem vicarium constituit. Atque ut eò celeriùs herent; Eadmundum Abyndonium canonizavit. At Rex per suos clericos hæc fieri prohibuit. Et postquam Papa, & sui clientes, Imperatorem deposuissent; in ejus necem proditoriè conspiraverunt. Hæc Matthæus Parisius. *Balæus.**

Cum Bonifacius VIII. Porchetum, Genuensium archiepiscopum, ad pedes prostratum, primâ quadragenarii die, cineribus signaturus esset; mutato usitato carmine, (*Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reverteris*) ad hominem dixit: *Memento homo, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem reverteris.* & simul ejus oculis, non capiti, ut mos erat, cinerem infudit: nec multò pòst eum dignitate privavit, sed mox restituit. *Bergomensis,** *Paralipomena Urspergensis. Sabellicus.**

¶ *Cultus Missæ auctus.*

Novum hoc est, & superiorum seculorum Pontificibus Romanis in mentem non venit: quòd Bonifacius VIII. anno salutis 1300. primum Jubilæum, more Judaico, celebrat; plenamque delictorum veniam, Apostolorum limina tùm visitantibus, promittens. Unde tanta hominum copia Romam confluxit: ut vix eos, quantùmvis ampla, capere posset. *Vincentii continuator, Schedelius.* Durante autem Jubilæo, Pontifex, in publico Prælatorum assessu, concionatur: & recensuit, se, eo anno, 12. legationes, quarum Florentini exstiterant principes, à diversis Mundi Principibus accepisse, & Legatorum indè nominibus atque familiis palàm exhibitis, injunxit: In gloriam igitur Florentini nominis, affirmo, in gubernatione orbis terrarum, Florentinos aliud elementum fore. *Palmerius.*

¶ *Missas stabiliunt.* De Mysterio Missæ, sex libros Innocentius III. conscripsit. Et anno Domini 1210. idem statuit: verba in Canone Missæ posita, licèt non citentur ab Euangelistis; tamen credendum, à Christo data Apostolis, & eorum successoribus. *Pantaleon.* Idem Papa, Missalis canonis verba, euangelicis æqualia fieri jussit. *Balæus.*

¶ *Idololatriam & superstitiones confirmant.* Mariam invocandam docet INNOCENTIUS, inquiens.* *Qui jacet in nocte culpæ, respiciat Lunam; deprecetur Mariam: ut ipsa, per Filium, cor ejus ad compunctionem illustret. Quis enim de nocte invocavit eam, & non est exauditus ab eâ?*

In Hospitali Spiritûs sancti, solennem stationem instituit idem, Dominicâ primâ post octavas Epiphaniæ: ubi, confluenti populo, sudarium Salvatoris videndum exhibetur. *Antoninus.**

Cunigundam, Romanam Imperatricem, cujus superiori seculo meminimus, idem canonizavit. Ejus rei Bullam paulò pòst subjiciemus.

Idem Papa, de bello contra Turcam suscipiendo, in hunc modum inter reliqua scribit. Orationi jejunium & eleemosyna conjungatur: ut his, quasi alis, faciliùs & celeriùs ipsa volet oratio, ad piissimas aures Dei; qui nos clementer exaudiat in tempore opportuno. In singulis quoque diebus, intra Missarum solennia, post pacis osculum, cùm jam pro peccatis Mundi offerenda sit hostia salutaris; omnes, tam viri, quàm mulieres, humiliter prosternantur in terram: & a Clericis Psalmus iste, *Deus, venerunt gentes,* cantetur altâ voce. Quo cum hoc versu finito, *Exsurgat Deus:* & Sacerdos, qui celebrat, orationem istam altâ voce super altare decantet, *Deus, qui admirabilis, &c. Urspergensis.*

Idem in Lateranensi Concilio sancivit; canonizationes Sanctorum, non nisi à Romano Pontifice, fieri posse, & debere. *Lucensis.*

Elisabetham, Regis Ungarorum filiam, quæ Landgravio Thuringiæ nupta fuerat; & Dominicum, ordinis Prędicatorum inventorem, inter Divos Gregorius IX. locavit. *Chronicon Martini.*

Idem

Idem Papa, [illegible] Franciscum, in conspectu maximæ [illegible], qui devotionis gratia eò confluxerat, canonisavit, his [illegible] verbis: *Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus sancti & gloriosissimæ virginis Mariæ & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli & ad honorem Ecclesiæ Romanæ beatissimum patrē Franciscum, quem Dominus glorificavit in cælis, debito in terris obsequio venerantes, de consilio fratrum nostrorum, & aliorum Ecclesiæ Prælatorum, in catalogum decrevimus Sanctorum adnotandum & festum diem obitus ejus celebrandum.* Statim cardinales, *Te Deum laudamus*, inci[piunt]: & [P]opuli voces laudes Christi excipiunt. Papa de solio descendit: & cum Cardinalibus sanctum corpus de tumulo levavit. *Crantzius.**

Idem *Salve regina*, [c]æteris divinæ rei horis addi; campanasque, ad Eucharistiæ confectionem, & laudes virginis Dei-genitricis, pulsari, decrevit. *Paralipomena Urspergensis.*

Innocentius IV. Edmundum Cantuariensem, Petrum quendam Veronensem, & Stanislaum Cracoviensem, episcopos, Papisticorum deorum numero accenseri voluit. *Vincentii continuator.*

Alexander IV. Claram virginem, Francisci discipulam, ad cœlos migrare jussit, pro suo imperio.

Idem Papa, no[v]am idololatri[am] in Poloniâ erexit; scilicet [v]isitationem occisorum à Tartaris in Sendomiriâ: postri[di]e [C]alend. Jun[ii]. *Chron. Polonicum.** *Cromerus.**

Heduigem, Poloniæ Ducissam, Clemens IV. canonizavit. *Continuator Vincentii.*

Ludovicum Tholosanum, Ni[co]laus IV. Ludovicum Francorum Regem, Bonifacius VIII. *Balæo teste*, in deorum numerum ret[ul]e[runt].

Franci[sc]i religionem Honorius III. confirmat; *teste Palmerio.* At Nicolaus III. sub annum salutis 1280. literas, de stigmatibus Francisci, passim in orbem Christianum emisit. *Schedelius.** *Nauclerus.**

Martinus IV. Prædicatores & Minores, super confessionibus audiendis, decoravit privilegio speciali: ut possent hominibus ministrare ecclesiastica sacramenta; si publicani contra confitentes vellent malignari. *Chronicon Aeditui.*

Impietatis & idololatriæ plenissima est oratiuncula quędam hoc tempore usitati[ssi]ma: *Benedictum sit dulce nomen Domini nostri Jesu Christi, & gloriosissimæ virginis Mariæ matris ejus, in æternum & ultrà. Nos, cum prole pia, benedicat virgo Maria! Amen.* Et qui [h]æc [d]ixerit vel oraverit, de singulis iterationibus, autoritate Clement[is] Papæ, ob petitionem Ludovici Regis Fran[ci]æ, [illegible] annos indulgentiarum habebit. *Continuator Vincentii. Fasciculus temporum. Schedelius.*

Regulam Erem[it]ar[um] [illegible] in monte Carmeli, Honorius III. approbavit, & in remissionem peccatorum observandam tradidit. *Vincentius.**

¶ *Profectiones Romam versus, orationis causâ, approbant & confirmant.* Inter cæteras, ob quas Otho excommunicatur, & eam refert *Vincentius*,* quòd Romipetas impedierit.

BULLA canonisationis Cunigundis Imperatricis.*

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Thiem[oni] episcopo, & dilectis filiis in capitulo Bambergensi, salutem & apostolicam benedictionem. Cum, secundùm evangelicam veritatem, nemo accendat lucernam, & ponat illam sub modio; sed super candelabrum: ut omnes, qui in domo sunt, videant: pium pariter est & justum, ut, quos Deus merito sanctitatis coronat, & honorat in cælis; nos venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris: [cum] ip[s]e potiùs laudetur & glorificetur in illis; qui est laudabilis & gloriosus in Sanctis. Pietas enim promissionem habet vitæ, quæ nunc est, & futuræ, dicente Domino per Prophetam: Dabo [vos] cunctis populis in laudem, gloriam, & honorem. *Et Christo pollicente:* Fulgebunt justi, sicut sol in regno patris eorum. *Nam, ut suavi virtutis potentiam mirabiliter manifestet, & nostræ salutis causam misericorditer operatur: fideles suos quos semper coronat in cælo, frequenter etiam honorat in Mundo, ad eorum memorias signa faciens & prodigia: per quæ pravitas confundatur hæretica; & fides catholica confirmetur. Nos ergo, quantas possumus, etsi non quantas debemus, omnipotenti Deo gratiarum [r]eferimus actiones, qui sub diebus nostris, ad confirmationem catholicæ fidei, & confusionem hæreticæ pravitatis, evidenter innovat signa, & miracula potenter immutat: faciens eos coruscare miraculis, qui fidem catholicam, tam corde, quàm ore, nec-non & opere, tenuerunt. Inter quos beatæ memoriæ Kunegundis, Romanorum Imperatrix Augusta: quæ degens olim in Mundo, magnis meritis præpollebat; nunc, vivens in cælo, multis coruscat miraculis: ut ejus [sa]nctitas certis indiciis comprobetur. Licèt enim ad hoc ut aliqu[is] [Sanctus] sit apud Deum in Ecclesiâ triumphante, sola sufficiat finalis [per]severantia, testante Veritate, quæ dicit:* Quoniam [qui per]severaverit usq; ad finem, hic salvus erit. *Et iterum:* [Esto] fidelis usque ad mortem; & dabo tibi coronam v[ita]e. *[Ad] hoc tamen, ut ipse sanctus apud homines habeatur in Ecclesiâ militante, duo sunt necessaria; virtus morum, & virtus signorum: videlicet merita & miracula, ut hæc & illa si[bi] invicem contestentur. Non enim aut merita si[n]e miraculis, aut miracula sine meritis, plene proficiunt ad perhibendum inter homines testimonium sanctitatis, cum interdum angelus Satanæ transfiguret se in angelum lucis: & quidam opera sua faciant, ut ab hominibus videantur. Sed & Magi Pharaonis olim signa [fec]erunt, & Antichristus tandem operabitur prodigia: ut si [fi]eri posset, etiam in errores inducantur electi. Verum, cum & merita sane præcedunt, & clara succedunt miracula, certum præbent indicium sanctitatis: ut nos ad [sui] [v]enerationem inducant; quem Deus & m[eritis] [p]ræ[ce]dentibus & miraculis subsequentibus, exhibet venerandum. Quæ duo ex verbis Evangelistæ plenius colliguntur; qui de Apostolis loquens, ajebat:* Illi profecti prædicaverunt ubique Domino co-operante, & confirmante verbum [se]q[ue]ntibus signis. *Sanè, cum ad audientiam bonæ memoriæ Cælestini Papæ, prædecessoris nostri, merita & miracula præfatæ Imperatricis, vobis referentibus, pervenissent: ut ipse de illis notitiam conciperet certiorem inquisitionem eorum, venerabilibus fratribus nostris, Augustensi, & Eystetensi & W[irt]zburgensi episcopis: & dilectis filiis, Eberacensi, Lauch[...]mensi, & Halsbrunnensi abbatibus, per apostolica scripta commisit. Post cujus obitum, usque adeò manifestare operans & multiplicari miracula, ut ex crescentiâ per tot, & [fr]equentia, sanctitas ejus ab omnibus quasi notoria prædicetur: sicut ex multis testimonialibus literis Episcoporum, Abbatum, Præpositorum, & Principum, nec-non & aliorum multorum exstitit [...]. Venientes igitur ad Apostolicam sedem, ex parte vestrâ, dilecti filii N. abbas Mechelfeldensis, N. decanus, Cunradus custos, Marcus archidiaconus, Hermannus subdiaconus majoris Ecclesiæ vestræ, Lupoldus diaconus S. Stephani, Burchardus diaconus S. Mariæ, Heinricus presbyter S. Michaelis, Heinricus subdiaconus [S.] Mariæ, nobis & fratribus nostris humiliter supplicarunt, ut ex plenitudine potestatis, quam Jesus Christus beato Petro concessit, prænominatam imperatricem catalogo Sanctorum dignaremur adscribere; decernentes, ejus memoriam inter Sanctos, ab universis fidelibus de cætero celebrandam. Cùm hoc sublime judicium ad eum tantum pertineat; qui est beati Petri successor, & vicarius Jesu Christi. Nos itaque, cognoscentes, quòd hoc verè judicium sublimium est, inter cætera judicia, judicandum; plenam voluimus adhibere cautelam. Et ideò prænominatos juris-jurandi religione constrinximus; ut puram nobis super hoc dicerent veritatem. Qui jurati dixerunt, quod, sicut ex celebri famâ, & solenni scripturâ, noverunt; beata Kunegundis, sancto Heinrico Imperatori fuit matrimonialiter copulata: sed ab eo non exstitit carnaliter cognita. Unde, cùm Dominus Imperator ageret in extremis, Principibus & Potentibus de illâ dixit:* Qualem mihi eam assignastis; talem vobis eam resigno. Virginem eam dedistis; & virginem reddo. *Suam ergo virginitatem Domino consecravit, & servavit intactam: ita quod, cum aliquando, instigante humani generis inimico, suspicio quædam contra ipsam fuisset exorta; ipsa, ut suam innocentiam demonstraret, super ignitos vomeres nudis plantis incessit, & processit illæsa. Item, S. Imperator Heinricus, & hæc Imperatrix egregia Kunegundis, de propriis facultatibus, Bambergensem fundarunt ecclesiam, & dotaverunt: quam suis omnibus pertinentiis, ex fervore devotionis, quam ad Apostolicam sedem habebant, beato Petro, Apostolorum principi, obtulerunt, annuum ei censum, ad indicium, quòd juris sit ecclesiæ Romanæ, solventes. Sed & alia plurima beneficia piis locis, & venerabilibus Ecclesiis, contulerunt, Christum sibi facientes hæredem. Hæc & alia retulere de meritis: de miraculis afferentes; quòd, eis præsentibus & videntibus, ad memoriam*

hujus virginis [illegible] ipsum [illegible] gressum, muti verbum, & sui recuperaverint auditum, aliiq; languoribus impediti, frequenter & evidenter, plenam consecuti sint sanitatem: & quod est mirabilis novitatis, & novi miraculi, pulvis de tumulo ejus assumtus sæpe conversus est in frumentum. Nos ergo, de meritis ejus & miraculis, multis & magnis, non solum testimoniis, sed & testibus certiores effecti: cum, secundum Prophetam laudandus sit Deus in Sanctis suis: de fratrum nostrorum consilio, & Pontificum multorum, apud Sedem apostolicam existentium, ipsam beatam virginem Kunegundim, catalogo Sanctorum adscripsimus, ejusq; memoriam inter Sanctos d[illegible] ret rum ele[illegible] andam. Quapropter universitatem [illegible] monemus, [illegible] hortamur in Domino per apostolica scripta mandantes: quatenus, quod nos solenniter & [illegible] datimus, vos humiliter [illegible] devote servetis, ut meritis ejus, & precibus [illegible] d Deum, misericordissimum Judicem, indulgentiam consequamini.

[illegible] olle tam autem & alias orationes, in commemoratione ejus [illegible] endas, edidimus, quas in hac pagina duximus subscribendas.

Oratio: Omnipotens & misericors Deus, qui a gloria tuâ nullum [illegible] sexum, nullamque conditionem excludis [illegible] oramus: ut, sicut beatæ Kunegundi virgini tuæ, post terreni culmen Imperii, cœlestis regni solium contulisti: ita meritis ejus & precibus, nobis quoque famulis tuis, æternæ felicitatis præmia largiaris, per Dominum, &c.

Secretum: Sacrificium laudis tibi, Domine Deus noster, offerimus: tuam clementiam implorantes: ut per hujus sacramenti virtutem, intercedente beatâ Kunegunde, virgine tuâ, nos & a peccatis expedias, & a periculis tuearis, per Dominum, &c.

Complendum: Sacramentũ redemtionis humanæ, quod in honorem beatæ Kunegundis obtulimus, tibi nos, Domine, reddat acceptos, ut per hoc, quod accepimus ipsi de tuo, & tu suscepisti de nostro, in tui semper unione vivamus: qui cum Patre, &c.

Datum Laterani, 3. Nonas Aprilis, pontificatûs nostri anno tertio.

Hoc igitur pacto idololatria adaucta est.

REGNA HUIUS MUNDI, *& gloria ejus: seu*

PAPA-CÆSAREATUS.

Regna hujus Mundi tenent ipsi Pontifices Romani, ut:

Urbes. Cùm Romani non satis Pontifici obedientes forent; legemque rogassent, ut oppida Ecclesiæ, juxta Urbem posita, Romanis vectigal penderent, neque monitis, castigationibusque Pontificis, ad sanitatem reduci possent: Fridericus Reate Pontificem convenit, cumq; eo in hanc sententiam consensit, ut primo quoque tempore, conjunctis copiis, Romanos adorirentur. Abeunte deinde Friderico in Germaniam: Germani milites ad Pontificem confluxerunt, tantâ multitudine: ut Romani nequaquam ausi fuerint, aperto Marte, cum Ecclesiæ copiis congredi. Recuperavit tamen Gregorius Pontifex, Germano milite, patrimonium sancti Petri, Sabiniumque agrum. *Paralipomena Urspergensis.* An. 1257. Astronomus Alphonsus, Rex Hispaniæ, Imperium a Pontifice Romano mercatus fuerat, duabus scilicet Transpadanis urbibus, Taurino atque Altera, Ecclesiæ donatis. *Consummator historiæ de Bello sacro.*[a] Nicolaus III. misit nepotem, Latinũ Cardinalem legatum in Hetruriam: qui restitutis ubique Gibellinis Florentiæ, ac in quæ cæteris Hetruriæ urbibus, pro arbitrio ani[illegible] magistratus [illegible] fuit. *Platina.*

Regna. Post Constantiæ Imperatricis obitum, Innocent[illegible] am in sua [illegible] jurisdi[illegible] usâ. *Nauclerus.*[b] Carolus Siciliæ Rex, Romam veniens, in basilica Lateranensi, Rex Siciliæ & Hierusalem eâ conditione declaratus: ut singulis annis, feudi nomine, quadraginta-millia aureorum nummorum, Ecclesiæ Romanæ persolveret, planè [illegible] licet sicut S. Petrus fecerat. *Ber[illegible] tensis; Aemylius,*[c] [illegible] Jurat idem, pro se sui [illegible] ue [illegible] luribus, nunq[illegible] e Romanum Im[illegible] ctoribus offerant [illegible] ceptorum adm[illegible] um Romanæ Ec[illegible] ratione, don[illegible] se [illegible] tur Fridericu[illegible] *Sabel[illegible]* Anno [illegible] Petrus, Arragonum R[illegible] se [illegible] in [illegible] Siciliæ coronari. Propter quod ex[illegible] mmuni [illegible] privatus fuit & depositus à reg[illegible] Arragoniæ & ab omni quod ab Ecclesia tenebat [illegible] R[illegible] Franciæ occupanda concessit: at [illegible] um Arragoniæ con[illegible]. *Johannes de Oppido.* Innocentius IV. [illegible] usque Si[illegible] reg[illegible] um H[illegible] III. Anglorum Regi vendendum obtulit, ad [illegible] Conradino Rege adhuc [illegible]. *Balæus.* Decimo anno Richardi Imperatoris Urbanus [illegible] Carolo, Comiti Provinciæ, [illegible] Regis Franciæ [illegible] regnum Siciliæ, ducatum Apuliæ, & Capuæ [illegible] misit, per [illegible] Prænesterum Cardinalem [illegible] conferens hæc [illegible] hæredibus, usque ad quartum hæredem, possidenda: si contra Manfredum regem insurgerent; ac sanctam [illegible] ejus invasione cust[illegible] dirent; & si à Manfredo dicta [illegible] as recuperarent. *Heinricus Erfurdensis.*[d]

¶ *De patrimonio Petri in immensum jactitant.* Tusciam & Marchiam, S. Petri terras vocat *Urspergensis* [illegible] ad Romanam sedem [illegible]. Anconam, [illegible] sium, Camerinum, Fanum, Otonium Senegalia, Pesaurum, Marchiæ civitates, cum diœcesibus suis, totumque Exarchatum Ravennatensem, recuperavit Innocentius IV. *Antoninus.*[i] Carolum Comitem, D. Petri patrimonio præficit Bonifacius VIII. *Aemylius.*[k]

Nicolaus III. senatoriam urbis Romanæ dignitatem, quam Clemens IV. Regi Carolo dederat, ad se transtulit: perpetuoque edicto vetuit, ne in posterum quis, aut Rex, aut Princeps, magistratum ipsum petere, aut obire, auderet. Hujus perfidiâ factum est; ut Flaminia tota, cum ipsâ Bononiâ, & Ravennæ Exarchatus, quæ Imperatoribus diu suberant, in Romanæ synagogæ potestatem redactæ sint. Sed & Senatorium munus, (*inquit Stella*) quod Principibus & Regibus Ecclesia demandare consueverat, ipse solus obivit. *Balæus.*[l]

¶ *Episcopi etiam, à se creatos, sinunt regna, id est, arces, urbes, oppida, possidere.* Arce Athenienti cedit Michaël archiepiscopus, eamque Bonifacio Marchioni tradit. *Nicetas.*

Menardus Tyrollius, quòd Tridentini episcopi castella occupârat; jussu Romani præsulis, in Juvaviensi concilio, excommunicatur. *Aventinus.*[m]

Anno 1238. Heinricus, ultimus Alsatiæ Landgravius, sine hæredibus obiit: cujus quidem titulus, cum feudis, beneficiis, & ministerialibus, ad episcopum Argentinensem devolvitur; atque hodie manet. Nam in ipsum, unde prodiit, eandem sediit. *Nauclerus.*[n]

Ministeriales Ecclesiæ Bremensis, arcem Vorda, quam Dux Saxoniæ Luderus exstruxit, hactenus ducales tenuerunt, occuparunt, & tenet Ecclesia in hodiernum. *Crantzius.*[o]

Otho, episcopus Hildesemensis, arcem Woldenborge addidit ditioni Hildesemensi. *Idem.* Rudolphus, Suerinensis episcopus, Butzoviensem arcem condidit. *Crantzius.*[q]

¶ *Bella gerunt Romani Pontifices; aliosq; ad bella concitant.* Boleslaum Calvum, à quibusdam episcopis captis pec[illegible] nam exigentem, Fulco Gnesnensis excommunicat. Quod fulmen cum ille nihil extimesceret: ad Pontificem Romanum, Alexandrum IV. scribit, quid porrò fieri oporteat. Rescripsit ille archiepiscopo: ut Poloniam omnem, ad arma contra Boleslaum sumenda, crucis prædicatione, una cum cæteris episcopis, concitaret. In eandem quoque sententiam Magdeburgensi archiepiscopo, de concitandis Germanis, [illegible] psit. *Cromerus.*[r] Idem Papa Manfredum excommunicatum bello petit. *Nauclerus.*[s]

Guido Antisiodorensis e[illegible] pus, acceptâ potestat[illegible] absolvendi a Papâ, [illegible] solvit exercitum, quem contra Manfredum [illegible] ol[illegible], cum [illegible] â Clemente IV. & Rege [illegible] cotum congregavit, a[illegible] omn[illegible] suis peccati[illegible] injung[illegible] ens pœnitentiam [illegible] in [illegible] Manfredum, & [illegible] eutonicos, & alios eorum aux[illegible] us ge[illegible] *Erfurdiens.*

[a] lib. 4. c. 11.
Gener. 41.
[b] lib. 15.
[d] lib. 7.
[e] lib. 1. de Reg. Sicul.
lib. 2.
cap. 94.
[i] Tit. 19.
[k] lib. 8.
[l] lib. 6.
[m] lib. 7.
[n] Gener. 42.

Urbanus I[illegible]. Pontif[illegible] creatus, Italiam e Galliâ mi[illegible] con[illegible]vocavit; quos Manfredo, ditionem Ecclesiæ vexanti, obiceret. *Platina.*

[illegible] peccatorum remis[illegible]ione concessâ, [illegible] [illegible]I L. *Gangianus.* [illegible] *incestus.* [illegible] [illegible] nem Columnensem Cardinalem, [illegible] tum in A[illegible] opis[illegible] qua Innocentiu[illegible] coëgi[illegible] at. *Volaterranus.*

Et Cardinal[illegible] [illegible] oppugnat[illegible] pe Genuæ, cùm obsessos, q[illegible]dn[illegible] [illegible] legationi impios hoste que piorum judicia[illegible] ex[illegible] esset m[illegible] bus, Ite, inquit, magno animo, certâ v[illegible] æ, de capitibus [illegible] elestis, damnati[illegible], & [illegible] [illegible] rum pœnæ debi[illegible], ipe. Thesauro sacro sanctæ jurisdictionis, utriqe cœlestium clavi[illegible] m, peccata has condonantur; qu[illegible] anctam stremiam que [illegible]peram hodierno die navabunt. Et quo majore alacr[illegible] tate pugnetis, in Domi[illegible] [illegible]ercitum hostes; qui vestrûm in prælio, o[illegible] ugnation[illegible] e, [illegible]riter res gerens, cadet, eju[illegible] peccata, me[illegible] [illegible] crimi[illegible], periculo meo, facio. me cognitorem, imò me principem reum, magnâ fiduciâ apu[illegible] Deum sisto, qui[illegible] ea hostium eluentur cruore. *Annales Francorum*, in hanc fermè sententiam, exhortationem fuisse leg[illegible] tradunt. *Paulus Aemylius.*

¶ *Papa Romani nolunt, ullum pro Cæsare Augusti haberi, ni[illegible] quem ipsi coronarint.* Quòd Principes terrarum cor[illegible]gere Papa debeat, ac nullum dein[illegible] eps, quem ille non coronaverit, pro I[illegible] ratore debere capi, ordinavit Innocentius III. *Baleus.*

Tarentasiensis episcopus, quòd, præter Romani Papæ voluntatem I[illegible] pum Moguntiæ Imperatorem inun[illegible] xisset episcopatu suo exsuitur. *Nauclerus.* Et ad Carinthiæ Ducem *Innocentius* scribit: *Verum illa Principibus, jus & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, recognoscimus, ut debemus; ad quos de jure, ac antiquâ consuetudine, noscitur pertinere: præsertim cum ad eos jus & potestas hujusmodi ab Apostolicâ sede pervenerit; qua Romanum Imperium, ad personam magnifici Caroli a Græcis transtulit in Germanos. Sed & Principes recognoscere debent, & no[illegible] que recognoscunt, sicut videns nostra recognovere præsentia: quòd jus & autoritas examinandi personam electam in Regem, & promovendam ad Imperium, ad nos spectat, qui eum inungimus consecramus, & coronamus. Est enim regulariter & generaliter observatum: ut ad eum examinatio personæ pertineat; ad quem impositio manûs spectat. Numquid enim si Principes non solum in divisis, sed etiam in concordia, sacrilegum quemcunque, aut excom[illegible] [illegible] atum, in Regem, tyrannum, ve[illegible] fatuum, hæreticum, eligerent, aut Paganum: nos inungere, consecrare, ac coronare hominem ejusmodi deberemus? ab[illegible] [illegible] [illegible] ut.*

Ottho IV. ab Innocentio III. in basilicâ S[illegible] [illegible], & Fridericus II. in eâdem basilicâ ab Honorio III. coronantur. Interventu autem Hermanni, Teutonic[illegible] ordinis Magistri, ac Mediolanensis archiepiscopi, Gregorius Pontifex, Imperii, regnorumque Hierosolymæ Siciliarumque, Friderico titulos restituit, his conditionibus: si viginti centumque millia auri unciarum, eo bellorum in Italiâ impendio consumta, in ærarium pontificium referret. *Contin. hist. de Bellosacro.*

Cùm resciviset Clemens Pontifex, Cuntadinum adolescentulum, Cunrado genitum, copias in Germaniâ parare: mox Imperii curam assumsit; & Carolum Francum Regem in Hetruriâ, vicarium Imperii constituit. Contendebant enim de Imperio, Alphonsus Hispanus, & Richardus Anglus. Insuper idem Clemens, scripsit universis Christi fidelibus, ne Cunradino, ut Regi scriberent Siciliæ; nec illi contra Carolum, Siciliæ Regem, consilium, auxilium, aut favorem, præstarent. De hoc extat epistola, quæ incipit, *Ad certitudinem*; in quâ subjungit: *Nos, volentes Cunradini ambitum refrenare, omnibus & singulis Principibus Alemanniæ, vocem in electione Rom. Imperatoris habentibus, prohibemus sub pœna excommunicationis, lata sententia, ac interdicti, ne eum eligant in Romanum Regem: attento etiam, quòd non licet eligere quemquam, pendente electione duorum coram Rom Pontifice; qua facta fuit de Rege Castella, & Richardo Cornubiæ Comite: ut in eadem.* His auditis, Cunradinus

[illegible] lamentab[illegible] lem epistolam, quæ incipit *Ex abundantia cordis*: in quâ injurias sibi illatas enumerat. Conqueri[illegible] r in princ[illegible] io, de Innocentio IV. quòd sibi innocenti nocuerit. Nam Cunradus, pater suus, Siciliæ Rex, condito testamento, se tenellum in manibus sanctæ matris Ecclesiæ [illegible] que at. Et quomodo tunc Papa Innocentius, sub prætextu Cun[illegible], asserens se ejus bajulum, [illegible] tum regnum occupaverit, quùm, possessione adepta, nomen suum extinguere conatus sit; terras ipsius Cunradini distribuens, in[illegible] consanguineos & ne[illegible]ote[illegible]. De[illegible] Manfredus, [illegible] [illegible] tunc te[illegible] regni [illegible] verat, [illegible] [illegible] perfidiâ motus, ad se, [illegible] entius [illegible] ipsius Cunradi [illegible] traxerit: & mortuo Innocen[illegible] io, Alexander suc[illegible], ad [illegible] epi[illegible] pum Verulanum mi[illegible] erat, ubi p[illegible] [illegible] fuerat hab[illegible] ta: n[illegible] lominùs ipse Alexander [illegible] literas tu[illegible] ad regnû invitaverat. Quo mortuo, [illegible] [illegible] [illegible] conqu[illegible]ritur de Urbano; quòd [illegible] [illegible] Nam, te Cunradi[illegible] negl[illegible] o, egerit cum Manfredo; voluerit [illegible] eidem, et suis [illegible] ædibus regnum concedere. Et cum tractatus ipse man[illegible] et incomplet[illegible] Pontifex, in exc[illegible] ipsi Cunradini, Ca[illegible] invitaverit ad te[illegible]. Illo ver[illegible] Pontifice de[illegible] [illegible] quomodo Clemens Papa contra eum inc[illegible] gerit, & in regno p[illegible] dicto [illegible] emere [illegible] N[illegible] h[illegible] contentus, sed & processus fulminaverit: no[illegible] [illegible] esse tat[illegible] quod contra Deum, & omnem justitiam, abstulerit sibi regnum, [illegible] regnum etiam [illegible] lum te[illegible] at: deinde, præfatum Carolum [illegible] m talliam, in per[illegible] vicarium statuerit; quo commod[illegible] res [illegible] [illegible] imat. Hæc & alia non nulla scribens, subin[illegible] [illegible] armis adversus Carolum certaturum. *Nauclerus.*

Rudolph[illegible] [illegible] conditione approbavit Gregorius [illegible] ut intra annu spatium, Romam, pro suscipiendo Augusti nom[illegible] [illegible] ret. *Blondus.*

[illegible] memora[illegible] & perpetu[illegible] mem[illegible] oriâ dignum, Bonifacii VIII. factum est, quo [illegible] Rudolphi istum probavit. Nam, cùm Albertus, Austriæ Dux Rudolphi filius, missis in urbem R[illegible] oratoribus, voluntatem de se electorum Principû, Pontifici Bonifacio VIII. declararet, ut electionem de se f[illegible] confirmaret. Pontifex superbè electionem rejecit, d[illegible] cens, quòd, sine suâ autoritate electio facta, robur non [illegible] beret: nam penes se utriusque gladii potestatem esse, affirmabat. Quod [illegible] apparatu, in Jubilæo, [illegible] Rom[illegible] [illegible] ostentavit. Primo quidem [illegible] Pontificalibus apparês populo, apostolica[illegible] benedictionem impartitur. Postero die, Imperiali habitu, infula Cæsarea [illegible], gladium ante se nudatum jussit deferri; & sedens, altâ voce testatur: Ecce duo gladii hic. Vides, o Petre, successorem tuum? & tu salutifer Christe, cerne tuum vicarium vide quò ascendit superbia servi servorum tuorum. *Paralipomena Ursbergensis.*

Mandavus, Lithuaniæ Rex, baptizatus anno 1255. per Andream, ordinis Teutonici magistrum, jussu Romani Pontificis, coronam accipit. *Funccius.*

¶ *Imperatores coguntur in sua verba jurare.* Ottho IV. coronandus, Innocentio exigente, jurat: se patrimonium & jus B. Petri, seu Romanæ Ecclesiæ, non modò non violaturum; sed & contra quosvis ejus adversarios patrocinium suscepturum. *Vincentius.* *Antoninus.*

Rudolphus, Habsburgi Comes, ab Electoribus Germanis, in Romanorum Regem Imperatoremque declaratus, eâ conditione a Gregorio X. Pontifice in Concilio Lugdunensi, est acceptus: ut sequenti anno in Italiam pacificus veniens, Romam, ad coronam inunctionemque accipiendam, se con[illegible] rret; exinde tel[illegible] Hierosolymæ, quantam posset maximam, opem [illegible] ret. *Blondus.*

¶ *Summunt sibi potestatem, deponendi eosdem.* Præter multorum Principum voluntatem, Innocentius Papa, Philippo repudiato, Otthonem Augustum [illegible] lutat: in quo (*ut Ursbergensis inquit*) salvâ reverentiâ Sedis apostolicæ, non videtur secundum æquitatem judicâsse. Et exstat *ut idem testatur*, Innocentii epistola, ad Bertholdum Zaringiæ Ducem: in quâ, contra Philippum, multa absurda, & quædam falsa, describuntur: quam Decretalibus suis interseri jussit.

Sed non multò, [illegible] con[illegible] mandatam, [illegible] manæ Ecclesiæ rebus seu Pontificum [illegible]gnificentiæ, [illegible] trahere excommunicatur: subditi à fide [illegible] præstandâ liberantur [illegible] gr[illegible] simul addito fulmine; ne qui[illegible], sub excommunicati[illegible] pœnâ, eum Imperatorem [illegible] agnosceret, vel [illegible]lutaret. *Vincent.*[a] *Antoninus,*[b] *Saxonia Crantzii,*[c] *Nauc.*[d]

Fr[illegible]ericum, tanquam Romanæ [illegible] hostem, Ho[illegible]orius diris devovet: & ab obedientiâ magnates quo[illegible] [illegible] liber[illegible]. [illegible] andem [illegible] crucem in ipsum, tanquam Christo [illegible] im [illegible] præ[illegible] jussit. *Martinus in Chronico, Vincentius,*[e] *Crant*[illegible] *in Saxonia.* Se[illegible] me[illegible] Leipoldo Austriæ Duce [illegible]um Pa[illegible] in gratia[illegible] [illegible] quod exigebat Pa[illegible] au[illegible] *Pantaleon, Heuio.*

[illegible] eg[illegible] [illegible] incon[illegible] Germaniæ [illegible] p[illegible] Romæ inte dict[illegible], act[illegible] ipsum B[illegible] [illegible] lat ad [illegible] Christiani[illegible], be[illegible] [illegible] eum oppe[illegible] at, [illegible] crudelita[illegible] tis [illegible] [illegible] m[illegible] etat[illegible] [illegible]: nihil [illegible] qu[illegible] hoste [illegible] [illegible] animo d[illegible] [illegible] Aug[illegible] diam [illegible] eundem [illegible] ten[illegible] [illegible] Deoque nostro de[illegible] ele[illegible] igi[illegible] [illegible] mentorum [illegible] consuetudinem [illegible] hos atque [illegible] ctoriam ca[illegible] [illegible] hæc om[illegible] [illegible] fortissimum nervos intendere asserit; ut, Romano [illegible] atque flam[illegible] ad summam inopiam atque egestatem redactis, & ita omnino oppressis, Philosophiam Christianam penitus ex[illegible] at[illegible] explodat: ideò indignum esse, cui Christianus pareat. Eundem, more majorũ, per omnium sacerd[illegible] religiones levotum [illegible] eidem sacris interdictum: universos sacramento, quo ei adstricti fuère, ex C[illegible] decreto; sententia sanctissimorum Ecclesiæ mag[illegible], exauthoratos esse declarat, donec [illegible] atque secum in gratiam redeat. In altero edicto, Fridericum, cum fautoribus atque consultoribus quibusvis, è civitate Christianâ proscriptum; vicis, oppidis, castellis, ubi versetur, sacrificiis publicis interdictum: omnes jurisjurand[illegible] religione solutos esse; Alberto, Bathaviensis templi Decutioni aperit. Pontificibus deinde, maximis, minoribus, sacrificulis universis, monachis, præcipit: ut hoc [illegible] at [illegible] multum, hanc sententiam, ritu solenni, ceremoniâ celebri publicè in templis, pro concione, ad[illegible] [illegible] & ære ab[illegible] cunctatione, populo renuntient. Quòd si hi parere recusarint: mandat Alberto, ut eosdem fulmine ecclesiastico afflet, de cœloque tangat. Tertia proscriptionis tabula, itidem Alberto data: in quâ Gregorius Fridericum hæreticum nuncupat, suoque more nihil convitii prætermittit: archiepiscopis, episcopis, sacerdotibus, monachis, nobilibus, ignobilibus, divitibus, pauperibus, vulgo, senatoribus, doctis, indoctis, universisque pariter Christianis, qui sibi Deum propitium esse velint, imperat, ne verbo, facto, dicto, ne animo quidem, Friderico fautores sint. quasi verò perinde animis, atque linguis imperare posset! Postremò, adversarios ab Alberto execrari vult. Cum hisce mandatis, Ranærius, Philippus, Albertus Româ in Germaniam abeunt, discordias ubiq; serunt; quoscunque possunt, diversis pollicitationibus, sacerdotiis, muneribus, in partes trahunt, opesque factionis [illegible]nfirmant. *Aventinus.* H[illegible] edicto F[illegible]os Anglos & [illegible]anos, paruisse, sed Germanos, metu Cæsaris, dicto audientes non fuisse: narrat *Crantzius.*

Innocentius IV. eundem, in quodam [illegible]gdunensi conci[illegible]o, damnat, & Imperatoriâ ac regi[illegible] di[illegible] ate exutum, regnis quoq; Siciliæ Apu[illegible]æque privat, subditos juramento solvit; & deniq; Electoribus, novum eligendi Imperatorem, concedit potestatem. *Continuator Vincentii, Crantzius*[i] *Blondus*[k]

Testatu[illegible] *Balæus*[l] hunc Innocentium decreto sancivisse, posse à Pontifice Imperatorem deponi.

¶ *Excommunicant Reges & Principes [illegible] voluntatibus adversantes.* Tol[illegible]anum Comitem, quod Albingenses foveret, Innocentius Papa excommunicat. *Vincentius.*

Idem Pontifex Angliæ Regem anathemate ferit, propter monachorum quorundam ejectionem ac rerum ecclesi[illegible]arum [illegible] nem; & interdicto Ang[illegible]iam objicit: & quòd Stephanum quendam Romæ consecratum Cantuariensem archiepiscopum admittere nollet. *Idem.* Et denique, cùm Papæ sati[illegible] nol[illegible], urgentibus ante omnes Angliæ episcopis [illegible] cun[illegible] populos, qui [illegible] Johannis imper[illegible] [illegible] jur[illegible] vit, quo tenebantur. Johannem [illegible] at ne abdicat: ac postremò Regem [illegible]nciæ, [illegible] nos Principes, de hujus [illegible] odia [illegible] ogati [illegible] tes factos, admonet, ut [illegible] repudiatum, tanqua[illegible] [illegible] Dei hostem persequantur. *Polydorus.*

Martinus IV. non mag[illegible] Petri Arragoni[illegible] regnum Siciliæ occupanti [illegible] injustiti[illegible] am ægrè [illegible] rens, quam Gallicorum damn[illegible] & injuriæ acceptæ, impat[illegible]ens, Petrum excommunicatum, regois quoque hæreditat[illegible] [illegible]atriæ privavit: in quibus Regem instituit Carolum II. [illegible]gis Francorum primogenitum: eademque regna, quam [illegible] Petri Arragonis potestate & obedientiâ per [illegible] ecclesiastic[illegible] nterdicti incommodo sunt damnata. Q[illegible] [illegible] m[illegible] al[illegible] quid deesset mali quod ab irato Pontifice posset infligi, æternæ beatitudinis præmia i[illegible], sacro[illegible] [illegible] missa sunt; qui cruce signati in Petrum Arragonem hostilia intenta erit. *[illegible]*.

¶ *Excitant omnes re[illegible] F[illegible] præsules ut [illegible] exsequantur excommunicationes contra Imperatores & Reges.* Cunctis Germaniæ [illegible] autor est Innocentius, ut Philippo excommunicato [illegible] sentur, & Othoni, tanquam vero Regi obediant.

Idem Lombardiæ civitatibus & Comitibus suasit. *Antoninus.*[q]

Sed non multò pòst, idem & Otthonem excommunicatum denuntiat, per universum Orbem. *Urspergensis.*

Apud Germanos, Papæ eâ in re Sifridus Moguntinus gratificatur: sed dignas luit pœnas, Orthonis fautoribus ejus agrum passim depopulantibus. *Chronic. Hirsang.*

¶ *Gladio se opponunt Imperatoribus & Regibus:* ut ex historiis Imperatorum videre est.

¶ *Principibus mandant exsecutionem suorum decretorum.* Innocentius III. pro liberatione Salernitani episcopi, qui apud Germanos obses erat, ad Ecclesiarum præsules scribit: ut excommunicationis fulmine eum liberent, eo si nihil effecerint, Principum opem implorent. quibus parêre detrectantibus, totam Alemanniam interdicto se suppositurum minatur. *Antoninus*[r]

Ut omnis cupiditas, & avaritiæ cultus, expellatur ab Ecclesiæ Dei ministris, præsentia præteritis duximus annectenda: statuentes, ut archidiaconatus, vel decanatus, vel aliud officium, quæ in spiritualibus merè consistunt, nulli dentur ad firmam. Si verò certus reditus huic officio sit annexus; ille de superioris licentiâ dari poterit ad firmam, sicut inferius de aliis officiis statuemus. Si quis autem contra statutum venire præsumpserit Archidiaconus, vel Decanus: si super hoc canonicè fuerit convictus; per Episcopum suum à tali officio suspendatur per annum: & alius interim constituatur, qui discretè gerat vices illius.

16.

Ut autem Archidiaconi (secundum Apostolum) non quæ sua sunt quærant, sed quæ Jesu Christi: in sua visitatione provideant, ut Canon Missæ emendetur, si sint in eo defectus: & quòd Sacerdotes ritè proferre noverint saltem verba Canonis & Baptismatis; & quod in hac parte sanum habeant intellectum. & etiam Laici si fortè debeant baptizare in casu necessitatis, ut saltem sciant hoc facere, in aliquo idiomate congruo seu vulgari.

17.

Provideant utique Archidiaconi, quod diligenter, juxta formam concilii generalis, Eucharistia, Chrisma, & Oleum sanctum, salva sub clavibus recondantur, fideli custodia deputata.

18.

Habeant & Archidiaconi, redacta in scriptis, omnia ornamenta & utensilia ecclesiarum, vestes quoque, & libros, singulis annis, suo conspectui faciant præsentari: ut sic videant, quæ fuerint addita per diligentiam personarum, vel quæ tempore intermedio, per malitiam & negligentiam deperierint.

19.

Et provideant Archidiaconi de possessionibus ecclesiarum; ut eas singulis annis possint prospicere: ne Ecclesiæ suo jure defraudentur.

20.

Præterea Archidiaconis, Decanis, & eorum Officialibus, districtius inhibemus, ne in subditos suos exactiones, vel tallias, per se, vel per suos, exercere præsumant.

21.

Ad hæc, ecclesiastici ordinis utilitate pensatâ pariter & honore, decrevimus; ne Archidiaconi, vel eorum officiales, sententias excommunicationis, suspensionis, vel interdicti in aliquem audeant promulgare, ubi excessus non est manifestus: nisi admonitione canonica præcedente. Si quis autem, contra præmissa excommunicationis sententiam tulerit in quemcunque, pœna feriatur, in Lateranensi Concilio promulgata. Pro suspensione verò, vel interdicto, superioris arbitrio puniatur. Quod & superiores Prælati observent.

22.

Firmiter inhibemus ne pro aliquâ pecuniâ denegetur sepultura, vel baptismus, vel aliquod ecclesiasticum sacramentum, vel etiam matrimonium contrahendum impediatur. Quod tamen si quid pia devotione fidelium consueverit erogari: super hoc postmodum volumus per ordinarium loci ecclesiæ, justitiam exhiberi, sicut in generali Concilio expressius & diffusius est statutum. absurdum esse judicantes, quòd de cætero pro chrismate, vel oleo, aliquid exigatur: cum toties hoc prohibitum esse reperiatur.

23.

Cæterùm, districtiùs duximus inhibendum; ne Archidiaconi, vel Decani, bonum pacis impedire faciant: & si aliquando discordantes ad invicem voluerint concordare, licentia petitâ, liceat partibus aliter per compositionem discedere, quando voluerint; si tamen causa compositionem admittat. nec propter hoc aliquam pœnam eis infligant: nisi eis constiterit de injustitiâ actoris, vel rei. Sed nec aliquem, ad suggestionem præconum suorum, ad purgationem compellant: nisi apud bonos & graves fuerit primò infamatus.

24.

Nec in causâ suâ præsumant pariter esse judices & actores: videlicet cùm in dubium venerit, utrùm quid ab eis exigere debeatur.

25.

Ut clericalis ordinis honor debitus servetur: auctoritate præsentis Concilii decernimus, ut tam Archidiaconi, quàm Decani, & omnes alii in personatibus & dignitatibus constituti, & omnes Decani rurales & Presbyteri, decenter incedant in habitu clericali; & cappis clausis utantur. Idemque observent officiales Episcoporum & Archidiaconorum, dum fuerint in consistorio.

26.

Et nec ipsi, nec alii clerici, comam nutriant, sed honestè tonsi & coronati incedant: nisi fortè justa causa exegerit, habitum transformare. A crapulâ quoque, & ebrietate, & aliis, quibus honestas eorum deformatur, omninò clerici se abstineant vigilanter. Ad quæ omnia studiosè observanda, secundùm formam Concilii generalis, à superioribus suis compellantur.

27.

Addentes, ne clerici beneficiati, vel in sacris ordinibus constituti, in hospitiis suis tenere publicè concubinas præsumant, nec alibi cum scandalo accessum habeant ad easdem.

28.

Et, si fortè concubinæ eorum, monitione postea propositâ, ab eis nō recesserint: ab ecclesiis Dei, quas infamare præsumunt, expellātur, nec admittantur ad ecclesiastica sacramenta. &, si nec sic duxerint abstinendū, excōmunicationis mucrone percellantur: & tūc demum contra eas invocetur brachiū sæculare. Ipsos autem clericos, per subtractionem officii & beneficii, canonicâ admonitione præmissâ, volumus coërcere. Item, licèt legitima testamenta clericorum beneficiatorum decedentium, volumus firmiter observari: nolumus tamen, quod concubinis suis aliquid relinquant in testamento suo. Quod si fecerint illud, arbitrio Episcopi, convertatur in usum ecclesiæ, in quâ rexit defunctus.

29.

Ecclesiarum autem indemnitatibus consulere cupientes, præ-

sentis Concilii auctoritate duximus statuendum, ut nullus abbas, nullus Prior, nullus Decanus vel Archidiaconus, vel alius, habens personatum vel dignitatem: sed nec clericus inferior, pensiones vel redditus dignitatis, vel consanguineis, vel amicis quibuscunq; vendere præsumat, vel impignerare seu infeudare de novo, vel quolibet modo alienare præsumat, nisi forma Canonis observatâ. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, quod in hac parte præsumptum fuerit, viribus careat: & præsumptor personatu vel ecclesiâ, quam sic læsit, per suum superiorem spolietur; nisi, quod abalienaverit, intra tempus a suo superiore sibi præfixum, sine damno ecclesiæ, suis sumtibus duxerit revocandum. Is quoq;, qui sic ecclesiastica bona de cætero receperit; & admonitus præsumpserit ea retinere, excommunicationis sententiâ percellatur, donec ea restituerit, nullatenus absolvendus. Idem autem majores Prælati observent omninò.

30.

Quia sunt plerique (quod non sine lacrymis dicimus & singultu) qui Omnipotentis indignationem & iram in die ira, ad perpetuam damnationem sibi cumulantes, non solum filiis & nepotibus, verùm etiam concubinis suis, turpiter invasant patrimonium Jesu Christi: ad quorum usus, quod dicto servitio reputant, in feudo laicali, de bonis ecclesiæ domos construunt, in quibus ecclesiasticos proventus, & bona ecclesiæ, usibus pauperum deputata, congregare præsumunt: salubri provisione decernimus, ne clerici beneficiati, fructus ecclesiæ in laico feudo reponant. Et ut melius abstineant a præmissis, de cætero domos, aut pensiones laicales, ad opus concubinarum, vel filiorum suorum non emant; nec etiam domos, ad opus earum, construant in fundo laicali: sed nec etiam pecuniam ministrent, ad hujusmodi emenda, ad opus earum: ne sic eis subtrahatur occasio malignandi. Si quis autem super hoc habeatur suspectus justâ ratione: nisi ad arbitrium superioris se purgaverit, ipsius arbitrio puniatur. Item, ut melius gerantur omnia: si exterior administratio claustralium responderit ritè quieti, statuimus, ut tam obedientiales rerum monasterii, quam Prælati majores, quatenus vel bis ad minus in anno, coram superioribus, juxta monasterii consuetudinem, reddant de receptis & expensis rationem. Ad hoc enim Prælatos illos, ex istâ constitutione, volumus obligari, qui possessiones habent, a monachis vel canonicis separatas.

31.

Adhæc, quoniam sexum muliebrem, contra versutiam hostis antiqui, minus fortem, multiplici remedio necesse est communiri: decernimus, ut Moniales, & cæteræ mulieres, divino cultui dedicatæ, velum vel peplum sericum non habeant; nec in velo acus argenteas vel aureas audeant deportare: nec ipsæ, vel Monachi vel Canonici regulares, zonas sericas, auri vel argenti ornamenta habentes; nec de cætero burnetâ, vel aliquo panno irregulari, utantur. Metiantur etiam, juxta diminutionem corporum, vestem suam: ità quòd longitudinem corporum non excedat; sed pede decenter superducto, sufficiat eis: cùm Joseph indutus legatur veste talari. Et sola Monialis consecrata deferat annulum; & una sola sit contenta. Si qua autem, contra hanc nostram prohibitionem venire præsumpserit, & commonita si non correxerit: regulari subjaceat disciplinæ.

32.

Præterea statuimus, præsenti Concilio approbante, ut de cætero, pro receptione alicujus in domum religionis, pecuniam, aut quicquid aliud exterquere, non præsumant: adeo ut, si pia paupertas domûs debeat vestire se-ipsum, prætextu vestium, ultra justum precium earum, ab eo nihil penitùs recipiatur.

33.

Nunc ergo videamus evangelicæ Legis sectatores. Cùm non, nisi in vineâ laboranti, retributionis denarius sit porrigendus; nec, nisi qui altari deservit, de altari vivere debeat: statuimus, ut ecclesiæ, certis personis deputatæ, nulli dentur ad firmam; nisi forte justa causa fuerit, & a suo Episcopo approbata: & ut ita, de ejus consensu, alicui personæ honestæ & ordinatæ detur ad firmam; de quo verisimiliter præsumi debeat, quòd fructus ecclesiæ in bonos usus convertat.

34.

Item, ut versutiis & calliditatibus aliquorum obviemus; qui, in fraudem generalis institutionis, novas quasdam adinventiones fingere moliuntur: statuimus, ut non liceat alicui aliquem assignare in ecclesia quicquam, nomine beneficii; quia hoc ei liceat obtinere cum alio beneficio, cui animarum cura fuerit annexa.

35.

Quoniam per Advocatos multoties legitima matrimonia protrahuntur: statuimus, ut, sententiâ latâ pro matrimonio, Advocatus, qui contra id fecerit, hoc-ipso per annum advocatione privatus exsistat: nisi judex eum, in ipsâ sententiâ, propter justum errorem, vel probabilem ignorantiam, expressè habeat excusatum.

36.

Quia nonnunquam serpens antiquus, qui jugiter sedet in insidiis, ut interficiat innocentes & sanctos viros, quando eos invenit solitarios, & absq; conversatione, vel consolatione mutuâ, conversantes: tanto facilius interdum eos suis insultibus obruit, & confudit: provida deliberatione decernimus, ut tam Monachi, quam Canonici regulares, & Moniales, in uno dormitorio pariter dormiant & quiescant, singulis personis singulis lectis assignatis: & in uno refectorio simul edant: nec per se cibalia, sed communiter omnibus, victualia præparentur. nec singulis eorum denarii pro vestibus tribuantur: sed talia per certas personas, ad hæc deputatas, putà camerarios vel camerarias, diligenter expediantur: qui, ut quilibet indiguerit, & facultas domûs sustinuerit, eis indumenta ministrent. Et cùm eis nova tradita sunt; vetera ab eis recipiantur: quæ in usus pauperum, vel alias necessitates, de consilio Abbatis, vel Prioris, vel Abbatissæ vel Priorissæ, convertantur. Camerario autem, vel Camerariæ non liceat aliquod recipere. alioquin camerarius ab officio deponatur: & Monachus, sive Canonicus, vel Monialis, anno illo novis careat indumentis. Monachus non recipiatur minor XVIII. annis: nisi evidens utilitas seu necessitas aliud inducat.

37.

Inhibemus etiam, ne Moniales infra septa domorum suarum, præter necessarios servientes; nec ad cohabitandum mulieres seculares recipiant: nisi Episcopi diœcesani accedat assensus. Item, tam Monachis, quam Canonicis regularibus, & Monialibus, silentium imponimus observari, in temporibus & locis constitutis. Nec viris aut mulieribus religiosis, absq; superioris licentiâ, egredi liceat septa domûs; nec, sine certa & honestâ causa, egrediendi eis licentia concedatur. ità tamen, quod nulli claustralium, causâ orationis, aut visitandi parentes, pateat aditus exeundi: nisi talis forte fuerit, de quo nihil sinistrum possit quis, aut debeat, meritò suspicari; qui semper habeat collegam. & quoties alteri licentia exeundi indulgeatur: certus dies eidem præfigatur, in quo redeat. Hoc quoq; volumus observari; ut, ubicunq; propter excessum alicujus, viderit Episcopus, vel Abbas, vel Prior conventualis non-habens abbatem, expedire, ut quis ad tempus alibi moretur; ad aliam domum, religionis ejusdem, in eodem episcopatu, transferatur: vel, si necesse fuerit, etiam ad alium Episcopatum dirigatur; & per diœcesanum compellatur admitti, qui ibi in omnibus regulari subjaceat disciplinæ. ita ut, si ex morâ ipsius, ecclesia, in quâ moratur, gravata videatur, vice versâ mittat aliquem de suis, qui interim moram faciet in monasterio delinquentis: nec priùs rediens ipse, qui deliquit, in domo sua recipiatur; quam plenè pœnituerit de commisso, & per suum Superiorem revocetur.

38.

Omnem singularitatem interdicimus in refectoria; ut cibus alteri uni, quam alteri, præparetur. Sed qui præest, videat, ut scilicet interdum talia præparentur, de quibus aliorum debilitas, vel infirmitas, prout viderit expedire, valeat relevari. Omnia etiam victualia, Religiosis apponenda, sine subtractione eis apponantur, tam in conventu, quam alibi, ubi reficiuntur de omnibus appositis. Totum residuum, sine diminutione aliqua, cedat in eleemosynam, indigentibus fideliter erogandum: ita quod nec Abbas, nec Prior, nec Eleemosynarius, hoc possit dispensare. Et quicunq; illud statutum, de indiminutis adinvicem implere vel observare noluerit: si Sacerdos fuerit, à celebratione divinorum, si minoris ordinis, a communione corporis Christi, si Monialis fit, usq; ad plenam satisfactionem, suspendatur. Item prohibemus.

hibemus, ne Moniales [illegible] dant carnes in quibus non solent communiter carnes comedere.

39.

Adhac, per nullam societatem, vel considerationem, admittantur Monachi, vel alterius monasterio ad moram ascendam nisi cum literis Episcopi sui vel Abbatis, vel Prioris conventualis non-habentis Abbatem. Eadem inter Canonicos regulares & Moniales volumus observari.

Provideant etiam Episcopi & Abbates [illegible] in omnibus necessariis competenter sustentari [illegible], de bonis monasteriis, ne sustineant ultra numerum quam admitti: nec etiam suscipiatur aliqua, quousque redacta fuerint ad numerum illum. Etiam hoc firmiter statuimus, authoritate concilii generalis. Si autem contigerit, aliquam de cetero contra hanc formam, admitti tam Abbatissa, quam Priorissa, deponatur. Idem de Magistris [illegible] Prioribus, Moniales custodientibus, si contra hanc formam contingat aliquam admitti, duximus statuendum. Confiteantur etiam Moniales Sacerdotibus, ab Episcopis sibi deputatis. Clerici autem, vel Laici frequentem non habeant accessum ad claustra Monialium, sine causa rationabili.

40.

Quoniam non liceat viris religiosis aliquid proprium possidere, qui se & sua pariter, in ipso religionis ingressu, Domino dedicarunt: praesenti authoritate definimus, ut nulla in regulari ordine constituta, condere testamentum praesumat, cum nihil habeat suum temporale, quod transferre valeat in dominium alienum.

Item nec Monachus, nec Canonicus, Ecclesiam vel Monasterium, vel quodlibet pradium ecclesiae suae audeat retinere ad firmam. Districte etiam inhibemus, ne alicui Monacho, vel Canonico regulari, qui non sit obedientialis, custodia monasterii committatur: ita quod ex longa ipsius mora, vel conversatione, scandalum oriatur. Quod si praesumtum fuerit, per Superiorem emendetur.

Item, viri religiosi non recipiant ecclesiam ad firmam; in qua sibi quid juris vendicent, saltem post mortem personae. Quod si fecerint, arbitrio Superioris puniantur.

41.

Quoniam, inter alia vitia, impetus gulae viros religiosos praecipue non-mediocriter infestat: decrevimus, ut nec Monachi, nec Canonici regulares, nisi statutis locis & horis, potationi ac comessationi vacare praesumant. Si qui vero sitiverit, impetrata licentia, refectorium regulariter intret: ut sic necessitati subveniat, non ut consulat voluptati. Ab hac generalitate eximimus infirmos, & eos, qui fuerint in obsequio Praelatorum.

42.

Adhac statuimus, ut, cum ratione debilitatis, vel alia justa ratione, Monachi seorsum in misericordia morentur; semper habeant secum ad minus alios seniores, qui aliorum levitatem debita correctione compescant: & qui postmodum in capitulo testificentur, qualiter in misericordia fuerint conversati. Idem volumus inter Canonicos regulares & Moniales observari.

Ut autem omnia fine bono concludantur: Lateranense Concilium, sub sanctae recordationis Papa Innocentio celebratum, in praestatione decimarum, & aliis capitulis praecipimus observari; & in synodis episcopalibus constitutiones illius Concilii, una cum istis prout eis videbitur expedire, volumus observari.

Excommunicationes etiam, in hoc Concilio promulgatae, singulis annis in episcopalibus synodis, & quater in anno in parochialibus ecclesiis solenniter iterentur.

[illegible] Concilio, Pseudochristus quidam, vulnerum stigmata in corpore ostendens, damnatus est: quod se Christum esse, publice docuisset. *Balaeus, ex Chronico Londinensi & Lelando.*

*Tom. 3. c. [illegible] App.

*lib. [illegible]

P A R I S I I S.

IN A[illegible] Concilium [illegible] narrat *Tilius*: cui Legat[illegible], anno [illegible].

I N P O L O N I A.

IN Synodo [illegible] Cracoviensis cum Laurentio [illegible] in contentionem ve[illegible] An[illegible] *omerus.*

I N A N G L I A.

AN[illegible] missus ab Honorio in [illegible] et, ut gene[illegible] Romano Pon[illegible] est. *Pantaleon.* A[illegible] contra Saracenos petitas aut[illegible] quas [illegible]it. *Polydor.**

Matthaei Parisii verba, de eodem C[illegible]. Anno Domini 1226, Papa Honorius [illegible] per [illegible] Legatum, Praebendas a toto Angliae regno [illegible] omnibus ecclesiis cathedralibus, duas praebendas sibi dari petiit: unam de portione episcopali, alteram de conventu: similiter de coenobiis diversas portiones. Sed Rex haec fieri vetuit. *Balaeus.**

Eodem tempore, apud Bituricenses, Concilium egit & alius Legatus Romanus; & quidem de eodem negotio, videlicet argento cudendo. *Parisius.*

* lib. 18.

* Cent. 3. 86. in App.

I N A L E M A N N I A.

HOnorius, deploratissimo Ecclesiae statui, quae morum corruptione in Occidente, & Saracenorum trima oppressione, laborabat, medicamen adhibiturus, Conradum Portuensem & S. Rufinae Episcopum-Cardinalem, in Alemanniam misit. Qui [illegible] locus non ex[illegible] constitutiones quasdam edidit, easque omnibus archiepiscopis, episcopis, archidiaconis, & [illegible] presbyteris obtrusit: severe mandans ut in [illegible] conciliis singulis annis celebrandis, eas publicari & servari curarent. Ex [illegible], ut exstant in *Libro Conciliorum provincialium Coloniensium.*

Conradus miseratione divina Portuensis & S. Rufinae episcopus, Apostolicae sedis Legatus universis Christi fidelibus, ad quos praesens scriptum pervenerit salutem in Christo Jesu.

1.

Licet multa, super continentia Clericorum sanctorum Patrum hactenus emanaverint instituta: quia tamen adhuc nonnulli Clerici lumbos suos cingulo continentiae (ut accepimus) non praecingunt, in animae suae periculum, & scandalum plurimorum; non attendentes, quoniam scriptum est: * Sancti estote, quoniam ego sanctus sum Deus vester. *nos, qui nunc demum circa horam undecimam missi sumus, ut nocua de vinea Domini Sabaoth, ex officio nobis injuncto, quantum ipse dederit, exstirpemus, (quia zelus nos comedit domus ejus) hujus sacri approbatione concilii, duximus statuendum. Praecipimus igitur, ut [illegible] Clerici continenter & caste vivere studeant universi; & maxime in ordinibus sacris constituti: quatenus in conspectu Dei omnipotentis, puro corde, & mundo corpore, valeant ministrare.*

* Levit. 19. 9. 2.

2.

Si quis autem Clericorum deinceps fuerit deprehensus, incontinentiae vitio laborare, detinendo publice concubinam: nisi, post admonitionem canonicam, illam a se prorsus expulerit, ex-tunc tam beneficio, quam & officio, spolietur. Si vero nec sic foetorem suae libidinis curaverit evitare: quia, crescente contumacia, crescere debeat & poena: anathematis sententia feriatur. Qui vero, obscoenis voluptatibus inhiantes, concubinas usque ad hoc tempora publice tenuerunt, ne delictum praeteritum transeat impunitum; eos sub poenitentiam duximus redigendos: ut, si Canonici fuerint; quadraginta diebus, in claustro suo in quadragesimali cibo jejunent. Si autem hanc agere contempserint Praepositus, & Decanus, & Capitulum ec[illegible], sub anathemate prohibemus, ne praebendarum fructus eis ministret, nec ad chorum vel ad consortium capituli eos admittat, nisi prius [illegible] poenitentia & peracta & praestito juramento, quod eas ulterius non resumant. Qui vero semotas resumere praesum[illegible]: decrevimus eos beneficiis esse privatos, ut illi ad quorum collationem eorum beneficia pertinent, ea idoneis personis assignent [illegible] tempus in generali Concilio comprehensum. Aliquis [illegible] superior ex-tunc eas studeat [illegible] De[illegible] suis confratres, [illegible] eorum [illegible] praesumpserint: eos denuntiamus excommunicatos [illegible].

3

De [illegible] in [illegible] superi-

[illegible] ficus [illegible] iniquitat [illegible] [illegible] nd [illegible] ex [illegible] fecant ab [illegible] [illegible] [illegible] ipimo pee [illegible] ati [illegible] qua [illegible] itat [illegible] [illegible] ad quos e rum spectat [illegible] io, per [illegible] idonea [illegible] nuntur.

4.

Quanta temeritate & præsumtione [illegible] qui [illegible] de [illegible] canonicas sanctiones, in quibus aperte [illegible] in aliquem sine rationabili causa excommunicare [illegible] transgressiones [illegible] ant plures, [illegible] animo [illegible] [illegible] odis, [illegible] atore adver [illegible] excommunicationis vincula innodantes nullus prorsus ignorat. Quare penitus prohibemus, ne in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, per quas si necesse fuerit, possit probari admonitio) promulgare præsumat. Et si Prælatus contra hoc fecerit; & admonitus errorem suum non revocaverit: per mensem ab ingressu ecclesiæ sit exclusus.

5.

Ad abolendam de domo Domini consuetudinem, vel potius corruptelam [illegible] tatem, qua Clerici, qui signum pudicitiæ debent ostendere laicis, quibus positi sunt in exemplum, in argumentum suæ finalis impœnitentiæ, fructus præbendarum suarum concubinis, vel spuriis suis, legant in ultima voluntate: contra eos rigor ecclesiasticus exerceri debet. Quare sub anathemate prohibemus, ne de cætero Clerici, gratia testandi abutentes, cum de rebus ecclesiæ nullum possint condere testamentum, fructus [illegible] totum ecclesiasticorum, spuriis suis, vel concubinis [illegible] dimittant. Qui vero contra hanc inhibitionem venire præsumpserint, [illegible] perditionis, ecclesiastica careant sepultura: & quibus taliter fructus legantur, eis careant ipso jure. Qui autem testamentum tale manu-tenere voluerint, & per quorum manus personis illis fructus præbendæ fuerint ministrati: ipso facto sciant se excommunicationis vinculo innodatos. Et quamdiu fructus hujusmodi contra hanc inhibitionem, ipsis ministrati fuerint; ecclesia ipsa sit sub interdicto posita.

6.

Cum scriptum sit in Lege veteri, quod, quicunque non obtemperasset Sacerdotibus, aut extra castra positus lapidaretur a populo, aut gladio cervice supposita, expiaret cruore contemptum: & in primitiva Ecclesia, inobedientes cuncti, de ecclesia, rabido ore dæmonum traherentur: multi nimirum Sacerdotes, censuram ecclesiæ contemnentes, excommunicati vel suspensi a Prælatis ipsorum, exigentibus culpis suis; & immemores, qua Episcopis & Prælatis clavium regni cœlestis collata sit potestas, attrectare [illegible] interdicta mysteria non verentur: contra quos rigorem ecclesiasticum volumus exerceri. Statuimus igitur, ut tales, sine spe restitutionis, ab officiis & beneficiis deponantur: & infames & intestabiles sint, & de cætero ad beneficia ecclesiastica nullatenus admittantur: nisi per [illegible] nitentiam approbatam, & conversionem laudabilem, Sedis apostolicæ gratiam meruerint obtinere.

7.

Præterea sunt nonnulli, qui crassam prætendentes ignorantiam, quæ cum non excuset a culpa, nec eos a pœna poterit excusare, [illegible] aram his divina celebrare præsumunt, qui excommunicationis vinculo sunt innodati, dicentes, quod eis excommunicatio, [illegible] per literas, nec per nuntios, fuerit nunciata: cum ipsi excommunicati [illegible] tant, [illegible] ne possit ad eos denuntiatio vel citatio pervenire vel malitiose se occultant. Et cum talis sit merito contumax censendus, statuimus, ut, postquam talos excommunicatos [illegible] & in vicinis locis publice denuntiant; Sacerdos, qui coram eis celebraverit similis pœna puniatur.

8.

[illegible] excommunicaverit certa de causa, d [illegible] [illegible] atentes literas ut excommunicatum [illegible] tare. & tunc sine difficulta- [illegible] municatum [illegible] tant publice de- [illegible] evitari. Si vero Episcopi [illegible] communicave- [illegible] num [illegible] tamen in non com- [illegible] contemserint ob-

[illegible]

[illegible] oniam in quibusdam [illegible] ave [illegible] cer [illegible] potesta [illegible] stimis [illegible] tum [illegible] ecclesiasti [illegible] cent [illegible] tant [illegible] imo [illegible] tere [illegible] atrom [illegible] mati [illegible] le [illegible] tam [illegible] jure [illegible] gnat [illegible] de [illegible] qui [illegible] sunt per jura exclus [illegible]

[illegible] caca cupiditate ducti [illegible] tales [illegible] tione [illegible] beneficii [illegible] proventus, ne [illegible] actus [illegible] admittantur [illegible] is eum [illegible] am fuerit dispensatum.

[illegible]

Episcopi vero & Archidiaconi qui talibus [illegible] animarum commiserint ab institutione & [illegible] perpetuo sint suspensi: statuimus etiam, quod nullus clericus, ad curam animarum ab Episcopo vel Archidiacono admittatur, nisi prius [illegible] averit, quod nullam, in adeptione beneficii, ad cujus curam præsentatur, commiserit Simoniam.

12.

Quia enormis quædam consuetudo, in quibusdam Alemanniæ partibus, contra canonicas sanctiones invaluit, ut ponantur in Ecclesiis canducititii sacerdotes, vicarii temporales: ne id fiat de cætero, authoritate legationis, qua fungimur, omnibus modis inhibemus. Sed cum vicarius poni debet & potest, perpetuo instituatur: idque assensu & authoritate diœcesani, & archidiaconi loci illius. nec Episcopus vel Archidiaconus talem instituat, nisi ei de bonis ecclesiæ coram eo tantum fuerit assignatum, unde jura episcopi & archidiaconi possit persolvere, & congruam & sufficientem sustentationem habere.

13.

Licet, contra nefandos insidiatores sacrarum virginum pudicitiæ, pœna gravissima sint instituta, tam canonica, quam legales quidam tamen, relaxatis voluptatum habenis, in lacum miseriæ, & in lutum fœcis, se immergunt, ut salutis æternæ [illegible] onam, honestatis normam earumque pudicitiam interpellare præsumant. Contra quos nervum rigoris apponimus: statuentes, ut, quicunque pudicitiam Sanctimonialium cujusque habitus, ausu sacrilego, solicitare præsumserit, ab officio, si clericus fuerit, si laicus, a perceptione corporis Domini, noverit se suspensum. Qui vero sacrilegum, vel temerarium carnis commercium, cum talibus habuerit, ipso facto excommunicationis sententia se noverit innodatum. Sanctimonialis vero, seu Canonica, quæ hujusmodi crimen flagitiosum perpetraverit, ulterius ad officium aliquod in monasterio nullatenus admittatur, sed, in signum iniquitatis suæ, ultima, tam in claustro maneat, quam in choro.

14.

Quoniam memoria hominum dilabitur cum tempore dilabente: ne quis ex nostrarum constitutionum ignorantia, velamen in posterum excusationis assumat: in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, districte præcipimus, ut Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi, & Decani, in suo singuli concilio annis singulis celebrando, eas publicari faciant & servari [illegible] pœnam transgressoribus [illegible] igendo. Quas etiam Abbates & alii ecclesiarum & monasteriorum Prælati, conscri [illegible] tant, & in suis capitulis frequentius publicari: ut tam a [illegible] quam a [illegible] dien inviolabiliter observentur.

Acta sunt hæc, anno Do[illegible] V. Idus Decem[illegible]

ROMAE.

CUm crebra ad tumulum F[illegible] isci ederentur m[illegible] [illegible] Gregor[illegible] X. cœtu qu[illegible] m suo [illegible] communi s[illegible] defunctum [illegible] um. in [illegible] eorum contubernium secedere jubet quibus- [illegible] citia perfrua [illegible]

LONDINI.

PRo[illegible] &c [illegible] Angl[illegible] [illegible] oni [illegible] R [illegible]

[illegible] in [illegible] rum [illegible] m.*

P A R I [illegible]

P[illegible] gam de amb[illegible] nem, [illegible] it: Nem[illegible] bere duo [illegible] e mo[illegible] A[illegible] *temporum. Pantaleon.*

R O M Æ

GRegorius IX [illegible] f[illegible] [illegible] um ejacula[illegible] m n[illegible] um abrogaturus R[illegible] am [illegible] entes [illegible] nvenir[illegible] Cardinale E[illegible] au am eam præt n-dens Reformatio[illegible], & præs[illegible] a Terræ sanctæ quærenda. Præterea [illegible] æ Angli[illegible] Reges, a[illegible] gratiâ priùs suos miserat Cardina[illegible] At Fridericus, v[illegible] causa cognitâ, [illegible] uum nimirum jugulum peti [illegible] vias te[illegible] mari que ipsis intercludit: quosdam, Pisanorum ope captos in vincul[illegible] det[illegible] adeò ut pauci venire possent, qui (*teste Blondo*) Pisanos execrati sunt. Turbato in hunc modum [illegible], mœrori se dat Gregorius, ac post paucos dies ad majores suos commigrat. Anno 1240. *Bergomensis, Stella, Nauclerus, Aemylius, Platina in vitâ Gregorii IX.*

S I L V A N [illegible] C [illegible] AE.

SYlvanectæ conventus Episcoporum provinciæ Remensis indicitur anno 124[illegible]. ubi Jacobus episcopus Prenestinus, Romani Papæ legatus extorsit, in subsidium Romanæ cathedræ, seu sedis, vigesimam omnium ecclesiasticorum redituum partem. *Chronicon Flandriæ.**

R E G I N O B U R G I.

OTthonem Bojorum Ducem, & Cunradum Frisingensem episcopum, inter quos simultates fuerunt, in gratiam redigunt, Eberhardus Juvaviensis, & Rudigerus Bathaviensis. Ægrè hanc concordiam tulit Albertus, Romanus legatus: Romanis Carpinalibus rem, ac concordiam ipsis perniciosam, aperit: ut jure suo eam turbent, obtegat: Othonem de fide suspectum reddit. Hæ literæ interceptæ, ad Juvaviensem deferuntur. Quamobrem i[illegible]e & omne Bavariæ E[illegible], Reginoburgi conveniunt: ipse Eberhardus, Heinricus Bambergæ, Fridericus Aichstadii, Rudigerus Bathav[illegible] æ, [illegible] unradus [illegible] n[illegible] [illegible] Reginoburgensium Brixinæ [illegible] episcopus, ac Harsbergensis dominus. Sigfridus Reginoburgensis cum Eberhardo Comite de Abensburg, Præposito, Cunrado Decano, & Semanno Archidiacono, Landeshutam mittitur, accersitum Othonem ad communes de[illegible] berationes. Annuit Otho, Legatisque coniunctos Reginoburgum venit. Ubi consedêre, literæ Alberti, quibus Othonem Romano [illegible] de fide suspectum facit, recitantur. Deinde, *ut inquit Aventinus* hujuscemodi orationem Archi[illegible] stam habuisse rep[illegible] o. *Christus Servator Dominus & Deus noster, relictâ æthereo solio, atq[illegible] ut ita loquar) immortalitate, mortalis pauperque [illegible] ctus est; ut nos immortales atq; divites efficeret. Cumque, devicto inferno, triumphabundus rursus in cœlum rediturus [illegible] pacem suam nobis dedit, pacem suam nobis reliquit, concordiam ac mutuum amorem; tanquam notam atq; tesseram, quâ [illegible] a [illegible] sese [illegible] discernerentur, assignavit. [illegible] mper [illegible] ut [illegible] Christos, falsos Prophetas, [illegible] qu[illegible] ipi[illegible] erina, nimirum Christiano nomine, [illegible] con [illegible] dominari atq, illudere cuperent. [illegible] ep[illegible] empe avaritia luxu, contentione, odio, invidia. [illegible] di[illegible] mala [illegible] omnia [illegible] tione, rog[illegible] ut. Q[illegible] dicam ap[illegible] [illegible] bis, quam Baby[illegible] a[illegible] a[illegible] ejus imperat[illegible] [illegible] ab Po[illegible] tanta pallorum p[illegible] [illegible] Romani [illegible] mines, arma in [illegible] C[illegible] andando, [illegible]*

[illegible] ves [illegible] intestina [illegible] dom[illegible] et m[illegible] magis [illegible] te[illegible] Non [illegible] mora gravi ca[illegible] p[illegible] has int[illegible] ju[illegible] a rare, [illegible] tas bonorum [illegible] adsum, [illegible] pra[illegible] sunt [illegible] atu ac divexantur undiq[illegible] autem mali opulenti sunt. Christus inimicos [illegible] eosdem amari præcipit; de his promereri, [illegible] orare, bene cum maleficia expiare docet. Rom[illegible] tra, sancta tolare, sub ore Dei nomine sa[illegible] ato ac [illegible] alendas homines abitu bene-meritis ingratos esse, malefacta beneficia [illegible] impensare, bellare, litigare, defraudare, prodere, decipere sub magnâ pietatis superficie jubent: divinæ majestati, cœlesti providentia, naturæ repugnare, supremâ majestati a Deo Opt. Max. constitutæ resistere non, volunt. Hildebrandus, ante annos centum atque septuaginta, primus, specie religionis [illegible] brisle imperii [illegible] undamenta jacit. Hoc bellum nefa[illegible] primus auspicatus est quod per suc. cessores hac-[illegible] con[illegible] uatur. [illegible] Imper[illegible] torem a comitiis pontificalibus extrudere, ea ad populum & face dotes transtulêre. Deinde & hos ludi[illegible] to b[illegible] bstis, at[illegible] e [illegible] plosit, nunc & nos in ordinem redigere atque servitutem co[illegible] antur: ut soli r[illegible] nent. Capti jam imperii consuetudine penjitatis [illegible] & advers[illegible] um [illegible], occasione rapienda dom[illegible] orum & opprimenda libertatis Christiana, spe [illegible] ecclesiastica renstitue[illegible] da libertatem [illegible], utentur. Credite experto: non cessabunt donec, I[illegible] p[illegible] ratore, [illegible] ordinem redacto, Romani Imperii homine soluto, pa[illegible] verò, qui pascant, opprimere canibus, qui latrare queant [illegible] tu, per hanc mortem omnia extinguant aut occ[illegible] [illegible] [illegible] nia turbare atque permiscere volunt. Sed dominare volunt [illegible] is contendunt. Paulus armatura [illegible] [illegible] præcipit; Subjecti in[illegible] icem in [illegible] C[illegible] e. Hoc interesse, inter Christianorum, pr[illegible] anorum Principes, cœlestis doctor, & præceptor noster, summ[illegible], atque immortalis pa[illegible] rex, docet: quod hi dominantur subditis, illi serviunt. Formam servi suprema majestas suscepit: ut discipulis suis serviret, eorumq; pedes lavaret. Flamines illi Babylonis, soli regnare cupiunt; [illegible] re parem non possunt, non desistent; donec omnia pedibus suis conculcaverint, atque in templo Dei sedeant, extollanturq; supra omne id, quod colitur. Tamen opum, sitis honorum, [illegible] explebilis est. Quò plura avidè concesseris, eò plura appetit [illegible] ingeritur; & majorum concupiscet. Licentiâ omnes sunt deteriores. Qui servus servorum est, dominus dominorum, perinde ac si deus foret, esse cupit. Sacrosanctas, atq; concilia fratrum, sine dominorum suorum aspernatur. Timet, ne eorum, quæ adversus auspicia, leges, inter. cessiones, indies magis magis[illegible], gerit, rationem reddere cogatur. Ingentia loquitur; quasi [illegible] Deus esset. Nova consilia sub pectore volutat; ut proprium sibi constituat imperium: leges commutat [illegible] ancit [illegible] ntaminat, diripit, spoliat, fraudat, occidit, perditus homo ille, quem Antichristum vocare solemus) in cujus fronte [illegible] ontumeliæ nomen scriptum est:* Deus sum, errare non possum: *in templo Dei [illegible] det, longè latèq; dominatur. Sed, sicut est in [illegible] sacrarum literarum;** Qui legit, intelligat. *D[illegible]* nes impii impiè agent, neque int[illegible] gent. *[illegible] longe antè tempore, Sibylla apertè, [illegible] Rex ante sub interpretatione vaticinantis pueri, ad memoriam [illegible] didit: nomen Romanum multò ante p[illegible] enti conderetur. Conciones Prophetarum [illegible] nominum, ne qui [illegible] intell[illegible] at, den[illegible] majestas popu[illegible]* qu[illegible] terris; & Imperium in A[illegible] dominabitur [illegible] *summa rerum potest[illegible] am dilacerata: de [illegible] ordia [illegible] am requiem [illegible] nexit [illegible] pellatur [illegible] adumbrata est. Reges di[illegible] m parti[illegible] bem terr[illegible] Romanum quondam Imp[illegible] [illegible] [illegible] ondum, pat[illegible] [illegible] Germ[illegible]*

[illegible] *habet* [illegible] *eloqu*[illegible] [illegible] *Dei vexat* [illegible] *huma*[illegible] [illegible] *hac pr*[illegible] [illegible] *portenta, atq; prodigia, quæ cœlestis ille Ma*[illegible] [illegible] *evolvite Annales jam-pr*[illegible] [illegible] *dent. Boni in omnibus contumeliis* [illegible] *confundit omne jus, & leges pereunt. Non* [illegible] *homini*[illegible] *non humanitas, non pudor, non* [illegible] *quis itaneque f*[illegible] *nestas, neque regimen, neq; requi*[illegible] *Malum* [illegible] *facit. Omnia ter*[illegible] *tumultuantur, fremunt undiq; bella omnes* [illegible] *entes in arma jam, & se invicem oppugnant. Civitates finiti*[illegible]*ma inter se præliantur* [illegible] *ctuntur regna. Civitates fun*[illegible] *terent, non m*[illegible] *ferro atq; igne, verum etiam terræmotibus* [illegible]*, & eluvie aquarum, & morbis frequentibus, & fame* [illegible] [illegible] *prodigia miranda per omnia elementa Mundi. Aer vitia*[illegible]*tur &* [illegible] *rruptus & pestilens est; modo importunis imbribus, modo* [illegible] *nunc frigoribus, nunc æstibus nimiis. Nec terra* [illegible] *fructum: nec seges quicquam, non arbor, ne*[illegible] *fe*[illegible]*. Cum in flore spem maximam dant, in fruge des*[illegible]*. Desi*[illegible] *in terra quadrupedes: in aere volucres, in mari* [illegible] [illegible]*ines Cometarum. Sol in tenebra, color Lunæ, cadentium Si*[illegible]*rum lapsus subito, & non usitato modo, sanguine off*[illegible] *cœlum, mentes hominum maximo terrore confundunt. Per iram* [illegible] *advertens homines sævit ferrum, ignis, fames, morbus. Impii* [illegible] *Dei non* [illegible] *scunt: imo magis rostigantur, ut* [illegible] *& non videant. Nisi hoc incendium extinguatur,* [illegible] *in orbem terrarum combutet. Docet enim, qui pri*[illegible] *arit, rursus mon*[illegible]*, nulla virtute rodentis; qu*[illegible] *Landshuta, in oppido Bojariæ, maximo Christianorum periculo* [illegible] *est, extinguere. Quid prodest, extrema populationum pernicie, Serpentem orbe terrarum educare? Illorum servi sumus, quibus, si viri essemus, atq; majorum vestigia æmularemur, timori essemus. Fortuna illorum nostris vitiis* [illegible]*lumus existit. Date operam, Patres conscripti; ut a Germania gente Christianissima, cædes, discordia mala, intendia, cru*[illegible] [illegible] *in cives, in patriam patrata, pellantur: pax,* [illegible] *arma exa*[illegible]*, concordia bonis revocetur. Quod cum fiet: si Imperatori Friderico II Cæsari Augusto, Principi Christianissimo, a Deo constituto obtemperabimus; & pestem illam atq; serpentem è Bojariâ eliminaverimus.*

Posteaquam Eberhardus finem dicendi fecit, atque assedit: Senatûs decretum fit, sicut ille censuerat. Albertus Bojemus, oppidis, vicis, ædibus, castellis Bojariæ, edicto exigitur. Insuper omnibus rebus, supellectile, sacerdotii [illegible] gentilitiis hæreditatibus, item socii ejus, mulctantur. Anno 1241. *Aventinus*.[*]

[*] lib. 7.

B A T H A V I AE.

D[illegible], Albertus Bohemus, & Fridericus Au[illegible] Bat[illegible]viæ [illegible]que congregati Principes, ar[illegible] [illegible] in gratiam eos redigunt: paxque [illegible] Principes, Regulos Bohemiæ, Bojariæ, [illegible] Vindelicos non solùm juris-jurandi reli[illegible], [illegible] etiam datis obsidibus firmatur. Anno 1243. *Aventinus*.[*]

M Y L D O R F I I.

NOn multò pòst, anno videlicet 1244. ejusdem Papæ [illegible]nocenti IV jussu, Philippus Juvaviensis, cum [illegible] Seccovien[illegible] atque [illegible] Chiemensi, Albertus Re[illegible] [illegible] Conradus F[illegible]isingensis Myldorfii coëunt. [illegible] Romanus ut Otho[illegible] [illegible] nis ab Imperatore Friderico & [illegible] ritu solenni inter[illegible] [illegible] me ad te, mi[illegible] oratoribus, ac[illegible] [illegible] maximi aperiant. Hisce [illegible] *Quid vultis*, inquit, *vos mihi* [illegible] *omanum ep*[illegible]*copum* [illegible] *maximis armis mea tuta*[illegible] [illegible] *Ant*[illegible] *um esse* [illegible] *rato-*

rem [illegible] *ect* [illegible] *pa*[illegible] [illegible] *est* [illegible] *inepti* [illegible] *animi* [illegible] *pu*[illegible] *se*[illegible] *entia* [illegible] *rat, mod*[illegible]*sse. Nolo* [illegible] *modo iam numerat mo*[illegible] *ritu est. Me*[illegible] *quitati con*[illegible] *titu*[illegible] *ent fortuna circ*[illegible] [illegible] *pa*[illegible] [illegible] *mere ma*[illegible] [illegible] *hominum quanta æquo a*[illegible] [illegible] *benefi*[illegible] *impietati* [illegible]*, ing*[illegible] *esse* [illegible]*. Decernite*[illegible] *quidnam æquum* [illegible] *authori ob*[illegible]*temperabo* [illegible] *adimunt* [illegible] *opera* [illegible] *: opes, potentiam,* [illegible] *munera* [illegible] *appetitu, adamatis po*[illegible] *ditate, pejus Turcis,* [illegible] *armis decertatis.* [illegible] *ceteris* [illegible] *nos pastoris, gregem* [illegible] *ipsum devoratis. Non licet Christianis per vos servare pacem. Ego, Superis faventibus,* [illegible] *: mente obstinatis Thyestæas vestras pr*[illegible] *rasq; detestationes nauci faciam. Ad Christum Servatorem* [illegible] *p*[illegible]*ovoco: qui* [illegible] *Pharisæos nobis vitandos prodidit, &* [illegible] *vestris nominatis verbis se bene præcaturum pollicetur. Quemadmodum Deus immortalis, nu*[illegible] *compar*[illegible] *quidem ad mortales est: ita, dum a vobis condemnantur, Christo Domino Deoque nostro, qui nobis vestros mores probe cantavit,* [illegible]*. A quo sacrilegum hoc genus hominum, manus sceleratas, impias, abstinebimus, quæ ne Christo qui*[illegible] *authori nostro pepercerunt? Et quis est ille, qui sacricolas hujusmodi viros, cum liberis & uxoribus, combu*[illegible] *egregi*[illegible] *ad summâ pietate, Deo Opt. Max. perlitavit: ad eoni regnum Palæstinæ, non solùm sibi, sed & posteris suis promeruerit?* [illegible] ubi Otho[illegible] dixit, discedit: atque cum [illegible] Conrado Cæsar Dornbergium obsidet. Sacerdotes qui My[illegible]orpii erant, rati illum vera dixisse, cum eo in gratiam redeunt; execratione pontificali eundem [illegible]ant. *Aventinus*.

[*] lib. 7.

L U G D U N I.

SYnodum Lugduni Innocentius IV. indixit circa festum Apostolorum P[illegible] & Pauli, anno 1245 *juxta* [illegible]*entium*.[*] Ubi cum Græcis, de multis, quibus a Romana Ecclesiâ dissidebant, ac in-primis de processione Spiritûs sancti, conferendum erat. Eò vocatus Thomas Aquinas, ut de eâ contentione judicium ferret; in itinere apud Cat[illegible]inenses obit. Ejus partes Bonaventura Theologus pòst sustinet: & a Papâ rubeo galero donatur. Ac idem Papa tùm primùm constituit; ut Romanæ Ecclesiæ Cardinales, in publicum adequitaturi, galero rubente insignirentur: quò non solùm à cæteris inferioribus essent conspicui, sed ut admonerentur, pro fide catholicâ, & Christiani populi salute, paratos esse debere, ut sanguinem effundant. *Paralipomena Ursbergensis*.

[*] lib. [illegible]

Conten[illegible]at eò & Fridericus Imperator: nam ipsi dicta erat d[illegible]. Ac quoties Papa in Lugdunensi urbe antequam P[illegible] convenirent, sermonem ad populum habuit [illegible] quod unoquoque solenni die fecit [illegible] Imperatorem [illegible] ita inclamavit voce: illum admonens, ut ad ea respo[illegible]eat, quæ adversum [illegible] pro juribus Ecclesiæ cont[illegible]uen[illegible], habebat: Lugd[illegible] conferret futurum protestatus, ut, si non [illegible], satisque [illegible]stulatis fecisset, Patrum jud[illegible]io [illegible]aceret: *ut Blondus narrat*. Sed cum Parmæ urbis o[illegible] eum rem[illegible]tur; suos oratores Archiepiscopum Panormitanum, Magistrum Thaddæum Suessanum, Justitiar[illegible] curiæ suæ cum aliis duobus [illegible]monen[illegible] bus Doct[illegible]bus [illegible] [illegible]m Argentinensem Hugonem Ma[illegible] run[illegible] omnis Teutonicorum, & Magi[illegible] um P[illegible] d Vi[illegible] præmittit, q[illegible] se eò venturum [illegible] in potestate [illegible]cilii futurum promitt[illegible]. Ver[illegible] indi[illegible] causâ, absens, in di[illegible] Jac[illegible] hostis Ecclesiæ pe[illegible] [illegible]legus, condemnat[illegible] à juramento fi[illegible] [illegible]lvantur ac [illegible] si co[illegible] [illegible]ommuni a[illegible]

designatur. Sic denique Concilium, antequam veniret Imperator solvitur. *Aventinus.* *Ptolemaeus Lucensis, Erfordiensis.*

*Lib. 7.

Formulam depositionis & excommunicationis Friderici subjicimus.

Innocentius IV. episcopus, servus servorum Dei, sacro praesenti Concilio, ad rei memoriam sempiternam, &c. Ad Apostolicae dignitatis apicem, licèt indigni, dignatione divinae Majestatis assumti, omnium Christianorum curam vigili sedulâque solertia gerere, ac intimae considerationis oculo singulorum discernere merita, & providae deliberationis statera librare, debemus: ut, quos justi vigor examinis dignos ostendit, congruis attollamus favoribus, quos autem reos, poenis debitis deprimamus: appendentes semper meritum & praemium aequâ lance, retribuendo cuique juxta qualitatem operis, poenae vel gratiae quantitatem. Sane, cum dira guerrarum commotio, nonnullas Christianae professionis provincias, diutiùs afflixisset: nos, toto cupientes mentis affectu, tranquillitatem & pacem Ecclesiae sanctae Dei, ac generaliter cuncto populo Christiano; nos ad Fridericum, praecipuum Principem secularem, hujusmodi dissensionis & tribulationis authorem, à felicis recordationis Gregorio Papâ IX. praedecessore nostro, pro suis excessibus, anathematis vinculo innodatum, speciales nuntios, & magnae authoritatis viros, (videlicet venerabiles fratres, Petrum Albanensem, archiepiscopum Rhotomagensem, Hugonem Sabinensem, Cardinal. Guilhelmum, basilicae duodecim Apostolorum Presbyterum-Cardinalem) qui salutem zelabantur ipsius, duximus destinandos: facientes sibi proponi per ipsos, quòd nos & fratres nostri, (quantum in nobis erat) pacem per omnia secum habere, nec-non cum omnibus hominibus optabamus; parati sibi pacem & tranquillitatem dare, ac Mundo etiam universo. Et quia Praelatorum, Clericorum, omniúmque aliorum, quos detinebat captivos, omnium, tam clericorum, quam laicorum, quos ceperat in galeis, restitutio, poterat esse pacis plurimùm conductiva: eum, ut illos restitueret, (cùm hoc idem tam ipse, quam sui nuntii, antequam ad apostolatûs vocati essemus officium, promisissent) rogari & peti ab ipso fecimus, per eosdem: ac proponi insuper, quòd iidem pro nobis parati erant audire, & tractare pacem; ac etiam audire satisfactionem, quam facere idem Princeps vellet de omnibus, pro quibus erat vinculo excommunicationis adstrictus: & offerri praeterea, quòd-si Ecclesia eum in aliquo contra debitum laeserat; (quod non credebat) parata erat corrigere, ac in statum debitum reformare. Et si diceret ipse, quòd in nullo cõtra justitiam laeserat Ecclesiam, vel quòd nos eum contra justitiam laesissemus, parati eramus, vocare Reges, Praelatos, & Principes, tam ecclesiasticos, quam seculares, ad aliquem tutum locum: ubi per se, vel per solennes nuntios convenirent. eratque parata Ecclesia, de consilio Concilii, sibi satisfacere, si eum laesisset in aliquo: ac revocare sententiam, si quam contra ipsum injuste tulisset: & cum omni mansuetudine ac misericordia, (quantum cum Deo & honore suo fieri poterat) recipere de injuriis & offensis, ipsi Ecclesiae suisque per eum irrogatis, satisfactionem ab eo volebat; & omnes amicos suos, sibique adhaerentes, in pace ponere, plenaque securitate gaudere: ut nunquam, hac occasione, aliquod possent subire discrimen. Sed, licèt sic apud eum pro pace, paternis monitis, & precum curaremus insistere lenitate: idem tamen, Pharaonis imitatus duritiam, & obturans more aspidis aures suas, preces hujusmodi & monita, elatâ obstinatione, ac obstinatâ elatione, despexit.

Et licèt, processu temporis, in die Coenae Domini proximâ, nuper praeteritâ, coram nobis & fratribus nostris, praesentibus charissimo in Christo filio nostro, Constantinopolitano Imperatore illustri, coetuque non-modico Praelatorum, Senatoribus Populoque Romano, & maximâ multitudine aliorum, qui eodem die, propter solennitatem ipsius, de diversis Mundi partibus, ad apostolicam sedem convenerunt, quod staret nostris & Ecclesiae mandatis, per nobilem virum Comitem Tholosanum, ac Magistros, Petrum de Vineâ, & Thaddaeum de Suessâ, curiae suae Judices, nuntios & procuratores suos, speciale super hoc ab ipso mandatum habentes, praestiterit juramentum. postmodum tamen, quod juraverat, non implevit. Quin-imò, ea intentione ipsum praestitisse probabiliter creditur, sicut ex factis sequentibus colligitur evidenter: ut eadem Ecclesiae ac nobis illuderet potiùs, quam pareret. cùm anno & amplius jam elapso, nec ad ipsius Ecclesiae gremium revocari potuerit; nec sibi [illegible] illatis dampnis, & injuriis satisfacere curaverit: licèt super hoc exstiterit requisitus. Propter quod non-valentes, absque gravi Christi offensa, ejus iniquitates ampliùs tolerare, cogimur, urgente nos conscientia, justè animadvertere in eundem.

Et, ut ad praesens de caeteris ejus sceleribus taceamus; quatuor gravissima, quae nulla possunt tergiversatione celari, commisit. Dejeravit enim multoties, pacem, quondam inter Ecclesiam & Imperium reformatam, temerè violando. Perpetravit sacrilegium, capi faciendo Cardinales sanctae Romanae Ecclesiae, ac aliarum Ecclesiarum Praelatos & Clericos, religiosos & seculares, venientes ad Concilium, quod idem praedecessor noster duxerat convocandum. De haeresi quoque non-dubiis & levibus, sed difficilibus & evidentibus argumentis, suspectus habetur. Plura siquidem eum commisisse perjuria, satis patet. Nam olim, cùm in Siciliae partibus morabatur, priusquam esset ad Imperii dignitatem electus; coram bonae memoriae G[illegible] Theodori Diacono-Cardinale, Apostolicae sedis legato, felicis [illegible] recordationis Innocentio Papae, ejusque praedecessoribus nostris, Ecclesiaeque Romanae, pro concessione regni Siciliae, ab eâdem Ecclesia sibi facta, fidelitatis praestitit juramentum. Et, sicut dicitur, illud, postquam ad eandem dignitatem electus exstitit, & venit ad urbem, coram eodem Innocentio, suisque fratribus, & aliis multis praesentibus, in ejus faciem manibus [illegible] factis ligium homagium. Et deinde, cùm in Alamanniâ esset, Innocentio, &, ipso defuncto, Honorio Papae, praedecessori nostro, & ejus successoribus, ac ipsi Ecclesiae Romanae, praesentibus Imperii Principibus, promisit atque juravit, jura & possessiones Ecclesiae Romanae, pro posse suo servare, ac protegere bonâ fide: & quòd, quaecunque ad manus suas devenerant, sine difficultate restituere procuraret; nominatis expressè dictis possessionibus, in hujusmodi juramento. quod postmodum confirmavit, coronam Imperii jam adeptus. Sed horum trium juramentorum temerarius exstitit violator, non sine proditionis notâ, & criminis laesae majestatis. Nam contra praefatum praedecessorem nostrum Gregorium, & fratres nostros, comminatorias literas eisdem destinare, ac D. Gregorium apud fratres suos, sicut apparet, per literas ab eo tunc directas eisdem, & etiam, prout fertur, per universum ferè orbem terrarum, multipliciter diffamare praesumsit. Ac venerabilem fratrem, Otthonem Portuensem, tunc S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconum-Cardinalem, & bonae memoriae Innocentium Praenestinum, episcopos, Apostolicae sedis legatos, nobilia & magna Romanae Ecclesiae membra, corporaliter capi fecit, & bonis omnibus spoliatos, ac per diversa loca non-semel ignominiosè deductos, carceribus mancipans. Privilegium insuper, quod beato Petro, & successoribus ejus in ipso, tradidit Jesus Christus, (videlicet, Quaecunque ligaveris super terram, erunt ligata in coelis, & quodcunque solveris super terram, erit solutum in coelis *in quo authoritas & potestas Romanae Ecclesiae consistit, diminuere, vel ipsi Ecclesiae auferre satagit, scribens, se praefati Gregorii sententias non-vereri: latam ab eo excommunicationem in ipsum, non solùm contemtis Ecclesiae clavibus, non-servando, verum etiam per se, ac officiales suos, & illam, & alias excommunicationis vel interdicti sententias, quas idem omninò contemsit, cogendo alios non-servare. Possessiones quoque praefatae Ecclesiae, videlicet Marchiam, & Ducatum Beneventanum, cujus muros & turres dirui fecit, & alias, quas in Thusciae ac Lombardiae partibus, & quibusdam aliis obtinebat locis, paucis exceptis, occupare non-metuens; eas adhuc detinet occupatas. Et, tanquam ei non sufficerit, quòd manifestè contra juramenta praesumendo talia, veniebat, per se, vel suos officiales, earundem possessionum homines dejerare compulit: ipsos à juramento fidelitatis, quibus Romanae tenebantur Ecclesiae, de facto (cùm de jure non posset) absolvens; & faciens eosdem fidelitatem nihilominus abjurare praedictam, sibique fidelitatis juramenta praestare.*

Pacis verò ipsum violatorem exsistere, planè constat. quia, cum olim, tempore pacis inter ipsum & Ecclesiam reformatae, jurasset, coram bonae memoriae Johanne de Abbatis-villâ, Episcopo Sabinensi, & Magistro Thomâ de Capuâ, titulo sanctae Sabinae Presbytero-Cardinale, praesentibus multis Praelatis, Principibus & Baronibus, quòd staret & pareret praecise, absque ulla conditione, omnibus mandatis Ecclesiae, super his, pro quibus erat vinculo excommunicationis adstrictus; causis excommunicationis

cationis ejusdem expressio per ordinem coram eo: tunc omnibus Teutonicis hominibus regni Siciliæ, ac quibuslibet aliis, qui Ecclesiæ contra ipsum adhæserant, omnem remittens offensam & pœnam; & quod nullo tempore offenderet, vel offendi faceret ipsos, pro eo quod Ecclesiæ adstiterant, præstari in animâ suâ, per Comitem Acerrarum, faciens juramentum. Postmodum pacem & juramenta hujusmodi nequaquam erubescens, fidem perjurus non servavit. Nonnullos etiam ex ipsis hominibus, tam nobiles, quam alios, prætereà capi fecit; & eos bonis omnibus spoliatos, uxores eorum & filios, captivari; ac terras Ecclesiæ, contra promissionem, quam idem Johanni Episcopo, & Thomæ Cardinali fecerat, irreverenter invasit: licèt ipsi ex-tunc in eum præsentem, si contra veniret, excommunicationis sententiam promulgarent. Et cùm iidem apostolicâ authoritate sibi mandassent, ut nec per se, nec per alium, impediret, quin postulationes, electiones, & confirmationes ecclesiarum & monasteriorum, in regno præfato, liberè de cætero fierent, secundùm statuta Concilii generalis: & quòd nullus deinceps, in eodem regno, viris ecclesiasticis, ac rebus eorum, imponeret talias vel collectas: quòd nullus ibidem clericus, vel persona ecclesiastica, de-cætero, in civili, vel criminali causâ, conveniretur coram judice seculari; nec super feudis quæstio civiliter haberetur: ac Templariis, Hospitalariis, & aliis personis ecclesiasticis, de damnis & injuriis, irrogatis eisdem, satisfaceret competenter: ipse mandatum ejus contempsit. Liquet namq; plures archiepiscopales & episcopales sedes, abbatias, ac alias ecclesias, ad præsens in regno vacare prædicto; ipsumq;, procurante ipso, (sicut apertè patet) fuisse diutius Prælatorum regimine destitutas, in grave ipsarum præjudicium, & periculum animarum. Et licèt fortè, in aliquibus ejusdem ecclesiis regni, electiones sint à Capitulis celebratæ: cùm tamen per illa ejusdem familiares Clerici sint electi; probabili potest argumento concludi, quòd facultatem liberam eligendi non habuerunt. Ecclesiarum autem ipsius regni, non solùm facultates & bona, fecit, prout voluit, occupari: sed & cruces, calices, & thuribula, & alios sacros earum thesauros, & pannos sericos, velut cultûs divini contemptor, auferri: licèt (ut dicitur) ipsis ecclesiis, exacto prius pro eis certo precio, in partem fuerint restituti. Clerici quoq; collectis & taliis multipliciter affliguntur: nec solùm pertrahuntur ad judicium seculare; sed (ut asseritur) coguntur subire duella, incarcerantur, occiduntur, in patibulis cruciantur, in confusionem & opprobrium ordinis clericalis. Præfatis autem Templariis, & personis ecclesiasticis, non est de damnis, eisdem illatis, vel de injuriis, satisfactum.

Eum quoq; certum est fore sacrilegii patratorem. Nam, cùm præfati Portuensis & Prenestinus episcopi, & complures ecclesiarum Prælati & Clerici, tam religiosi, quam seculares, ad Apostolicam sedem, pro celebrando Concilio, quod priùs ipse petiverat convocari, per mare venirent: viis terræ ipsis de mandato ejus omninò præclusis, idem destinato Entio filio suo cùm multitudine galearum, & per personas alias complures, longè antea ferid præparatas, in partibus Thusciæ maritimis, insidiis positis contra eos, ut gratiùs posset virus vomere præconceptum; ipsos ausu sacrilego capi fecit: quibusdam Prælatorum ipsorum, & aliis, in hujusmodi captione submersis; nonnullis etiam interemptis & aliquibus in servitute hostili fugatis: reliquis autem bonis spoliatis omnibus, & de loco ad locum in regnum Siciliæ opprobriosè reductis, ac ibidem diris carceribus mancipatis: quorum aliqui macerati squaloribus, & inediâ pressi, miserabiliter defecerunt.

Meritò insuper contra eum, de hæreticâ pravitate, suspicio exorta est. Cùm, postquam excommunicationis sententiam, à præfatis, Johanne Episcopo Sabinensi, & Thomâ Cardinali prolatam, incurrerit; & dictus Gregorius Papa anathematis vinculo eum innodârit: ac post Ecclesiæ Romanæ Cardinalium, Prælatorum & Clericorum, ac aliorum, ex diversis partibus ad sedem Apostolicam venientium, captionem, claves Ecclesiæ contempserit, & contemnat, sibi faciens celebrari, vel potiùs, quantum in eo est, profanari divina; & constanter asseveraverit, (ut superius est narratum) præfati Gregorii Papæ sententias non vereri. Prætereà, conjunctus amicitiâ detestabili Saracenis, nuntios & munera pluries destinavit eisdem & ab eis vicissim cum [illegible] erificentia [illegible] ipsorum, ritus amplectitur [illegible] notabiliter secum tenens: eorundem etiam more, uxoribus, quas habuit de stirpe regiâ descendentibus, eunuchos, præcipuè quos (ut dicitur) fecit castrari fecerat, deputare custodes non erubuit. Et quod exsecrabilius est, olim existens in partibus transmarinis, facta compositione quâdam, imò collusione verius, cum Soldano Mahometico; eam in templo Domini, diebus ac noctibus publicè proclamari permisit. Et nuper nuntios Soldani Babyloniæ, per quos idem Soldanus Terræ sanctæ, ac Christianis habitatoribus ejus, per se ac suos, damna gravissima, & inæstimabiles injurias irrogârat, per regnum Siciliæ, cum laudibus ad ejusdem Soldani excellentiam, (sicut fertur) honorificè [illegible] ipse fecit & magnificè procurari. Aliorum quoq; infidelium perniciosis & exsecrandis obsequiis, contra fideles, abutens, & illis, qui damnabiliter vili-pendentes Apostolicam sedem, ab unitate Ecclesiæ dissenserunt, procurans affinitate & amicitia copulari: claræ memoriæ Ducem Bavariæ, specialem Romanæ Ecclesiæ devotum, (sicut pro certo asserimus) Christiana religione neglecta, per assassinos occidit. Et Battacio, Dei Ecclesiæ inimico, à communione fidelium, per excommunicationis sententiam, cum adjutoribus, consiliatoribus & fautoribus suis, Concilio solenniter celebrato, separato, filiam suam tradidit in matrimonium. Catholicorum verè Principum actus & mores respuens, salutis, famæ, & pietatis operibus, non intendit quin-imò (ut de suis nefariis dissolutionibus filiarum) cùm didicerit opprimere; non curat oppressos misericorditer relevare. Manus ejus, ut decet Principem, ad eleemosynas non extenta. Cùm destructioni Ecclesiarum insistat, religiosas ac alias ecclesiasticas jugi attriverit afflictione personas: nec ecclesias, nec monasteria, nec hospitalia, seu alia pia loca, cernitur construxisse.

Non ergo levia, sed efficacia hæc sunt argumenta, de suspicione hæresis, contra eum. cùm Hæreticorum vocabulo illos jus civile contineri asserat, & latis adversùs eos sententiis debere succumbere; qui vel levi argumento, à judicio catholicæ religionis, & tramite, detecti fuerint deviare. Præter hæc, regnum Siciliæ, quod est speciale patrimonium beati Petri, & [illegible] Princeps ab Apostolicâ sede tenebat in feudum, jam ad tantam in clericis & laicis, exinanitionem servitutemq; redegit, quòd eis penè penitùs nihil habentibus, & omnibus exinde ferè probis [illegible] illos, qui remanserunt ibidem, sub servili conditione vivere, ac Romanam Ecclesiam, cujus principaliter sunt homines & vasalli, offendere multipliciter, & hostiliter impugnare, compulit.

Posset etiam meritò reprehendi; quòd mille Squifatorum annuam pensionem, in qua pro eodem regno ipsi Ecclesiæ Romanæ tenetur, per novem annos, & amplius solvere prætermisit.

Nos itaq; super præmissis, & quamplurimis aliis ejus nefandis excessibus, cum fratribus nostris, & sancto Concilio deliberatione præhabitâ diligenti, cùm Jesu Christi vices, licèt immeriti, teneamus in terris, nobisq; in beati Petri personâ sit dictum: Quodcunque ligaveris super terram, ligatum erit in cœlis) *memoratum Principem, qui se Imperio & regnis, omniq; honore & dignitate, reddidit tam indignum, quiq; propter suas iniquitates adeò, ne regnet vel imperet, est abjectus, suis ligatum peccatis & abjectum, omniq; honore ac dignitate privatum à Domino, ostendimus, denunciamus; & nihilominùs sententiando privamus: omnesq;, qui ei juramento fidelitatis tenentur adstricti, à juramento hujusmodi perpetuò absolventes; authoritate apostolicâ firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero sibi, tanquam Imperatori vel Regi pareat & intendat: decernendo, quoslibet, qui ei deinceps, velut Imperatori vel Regi, consilium vel auxilium præstiterint, seu favorem ipso facto excommunicationis sententiæ subjacere. Illi autem, ad quos, in eodem Imperio, Imperatoris spectat electio, eligant liberè successorem. De præfato Siciliæ regno providere curabimus, cum eorundem fratrum nostrorum consilio, sicuti viderimus expedire. Data Lugduni, 16. Calend. Augusti, Pontificatûs nostri anno tertio.*

¶ In eodem Patrum consessu, Angliæ Rex per oratores conquestus, super innumerabilibus exactionibus Papæ. Et contra dictum est tributo Angliæ quo [illegible] eam Innocentii III. tempore, Johannes Rex: [illegible] inter ipsum & suos Nobiles esset, *ut ex Matthæo Parisiensi refert Balæus.*[*]

¶ Sunt præterea in eodem Co[illegible] conditi & alii Canones: [q]uos ex *sexto Decretalium* ad[illegible]bere volumus.

[*] *Orat. 4. c. in App.*

Cum

[illegible] amplius [illegible] per [illegible] nisi cotuit [illegible] poteritis [illegible] socorio [illegible]. Ibid. c. [illegible]

Statuimus ut, si quis electionem, po[stul]ationem, vel provisionem factam impugnat, in formam o[bjectionis] [illegible] vel [illegible] nam: & propter hoc ad nos appellari [co]ntigerit: tam is, qui opponit, quam qui defendit, & generaliter omnes, quorum [interest] & quos causa contingit, per se, vel [pe]r procuratores, ad [illegible] instructos, ad [Sedem] apostolicam, a die objectionis, iter arripiant [illegible] [illegible] pars aliqua non venerit, per viginti dies post adventum alterius expectata: in electionis negotio, non obstante su[a] [illegible] absentia, [pro]ut de jure fuerit procedatur. Illa autem [illegible] [illegible] personationibus, & canonum, observari volumus & mandamus adjicientes, ut, qui plene non probaverit, quod in formam opposuit, [ad] expensas, quas propter hoc pars altera [illegible] [illegible] docuerit [illegible]. Qui vero in probatione defecerit ejus, quod objicit in personam, a beneficio ecclesiastico triennio noverit [illegible] suspensum, ad quod si infra illud tempus propria temeritate [illegible] [illegible], eo ipso jure perpetuo sit privatus, nullam per hoc de misericordia spem aut fiduciam habiturus: nisi manifestissimis constiterit documentis, quod ipsum a calumniae vitio, causa probabilis & sufficiens excusaret. Lib. 1. tit. 6. [illegible]

In electionibus, & postulationibus, ac scrutiniis, ex quibus jus oritur eligendi, vota conditionalia, alternativa, vel incerta, penitus reprobantes statuimus, ut (hujusmodi votis pro non-adjectis habitis) ex puris consensibus celebretur electio, vocibus eorum, qui non pure consenserint, eo vico in alios residente. Ibid. c. 2.

Prohibemus quoque, ne Remensis archiepiscopus, in diœcesi suffraganeorum suorum [illegible] officiales constituat. Quia, cum metropolitanus, ne suorum suffraganeorum ingrediantur diœcesim, ut in eis auctoritate propria judicent, disponant, aliquidve aliud agant, quod canon[ic]a prohibeant instituta, nequaquam hoc possunt in illis per alios exercere. Nec pro eo, quod causas, per appellationem delatas ad ipsos, possunt in suffraganeorum suorum diœcesi [de]legare, similiter licet eis tales officiales instituere in illis, qui eorum vice cum appellatur ad ipsos [illegible] stationes vel inhibitiones fac[iant], seu cognoscant in hac parte rebus [illegible] in causis per appellationem devolutis ad ipsos jam [illegible] onem obti[illegible] [illegible] nuntur: propter quod licet possint [illegible] [illegible] mittere vices suas. Non sic autem in aliis, in quibus non [illegible] existit appellatum. Et ideirco non debent aliquos constitue[re] [illegible] citationibus in [illegible] causis appellationum, & in [illegible] [illegible] faciendis: nisi aliud Remensis Ec[cles]ia, circa [illegible] Officialium institutionem, [illegible] obt[in]eat speciali. A quibus etiam si de c[illegible] dino [illegible] ut in Remensi provincia constitutis [illegible] [illegible] edatur in causis, prius quam ad Reme[illegible], eum [illegible] penitus inhibemus. Officiales autem Re[illegible] [illegible] juamdiu in sua provincia, vel circa [illegible] [illegible] metropolita [illegible] [illegible] prae[illegible] Lib. [illegible]

[illegible] ambiguum [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] vel [illegible] [illegible] cognita [illegible] [illegible] [illegible] judicatum, tran[illegible] [illegible] [illegible] non impediat, ne retardet [illegible] [illegible] ptum non fu[er]it obtentum, si qua sunt [illegible] appositum fu[illegible] expositum delegantes. Lib. 2. tit. [illegible]

Frequens & assidua nos querela [illegible] instrepit, quod [illegible] excepito, nonnunquam in judiciis calumniose proposita [illegible] [illegible] ecclesiasticas impedit & perturbat [illegible] exceptioni insistitur: appellationes interponi contingit, & sic intermittitur, & plerumque perimitur causae cognitio principalis. Et propterea nos, qui [illegible] laboribus opponimus, ut quatenus aliis praecemus finem litibus imponentes impetus, & calumniis [illegible] imputatae statuimus, ut in civilibus negotiis spoliatio [illegible] ab alio, quam ab actore, falsa proponitur, judex [illegible] procedere non postponat. Sed si in civilibus [illegible] [illegible] autem, [illegible] spoliatum, non asserat [illegible] quindecim dierum spatium, post diem, in quo proponitur, quod asserit, [c]ompro[b]abit, a [illegible] in expensis, quas interim actor ob hoc fecerit judiciali taxatione probabiles [co]ndemnetur: alias, judici aequum visum fuerit, puniendus. Illum autem spoliatum intelligi volumus, in hoc casu, cum [illegible] aliter accusatur, qui tota sua substantia, vel majore parte ipsius se per violentiam destitutum affirmat. Et secundum hos loquitur Canones, [illegible] [illegible] est intellectus: quem nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus. Habet enim spoliatum priv[ileg]ium, ut non possit nudus jam-nudatum. Solet autem inter Scho[la]sticos dubitari: si spoliatum a tertio, de spoliatione contra [illegible] excipiat, an ei tempus a Judi[ce] debeat [illegible] [illegible] restitutionem imploret, ne si forte velit ex[illegible] [illegible] accusationem eludat, quod satis aequi [illegible] [illegible] manum. Quid si, infra tempus indultum, restitutionem non potuerit, & causam, cum potuerit, non duxit ad finem: [illegible] [illegible] spoliationis exceptione, deinceps poterit accusari. Ad hoc sancimus, ut rerum privatarum spoliatio, agenti super ecclesiasticis, vel e contrario, nullatenus opponatur. Lib. 2. tit. 5. c. 1.

Statuimus, ut positiones negativas, quae probari non possunt nisi per confessionem adversarii, judices admittere possint, si aequitate suadente viderint expedire. Lib. 2. tit. 9. c. [illegible]

In appellationis causa, is, qui appellantis procurator vel advocatus in priori judicio fuerat, non recipiatur in testem. Neque indistincte ipsi appellanti praesumptionis fac[illegible] pro eo, etiam [illegible] catur juramentum: sed tunc, cum, inspectis personarum & ipsius causae circumstantiis, id fuerit faciendum. Lib. 2. tit. 10. c. 3.

Pia consideratione statuit mater Ecclesia, quod major[is] excommunicationis exceptio, in quacunque parte judiciorum opposita, lites differat, & repellat agentes: ut ex hoc magis censura ecclesiastica timeatur, & communionis periculum vitetur, contumaciae vitium reprimatur, [&] excommunicati, dum a communibus actibus excluduntur, rubore suffusi ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum, [illegible] inducantur [illegible] [illegible] succrescente malitia, quod provisum est ad remedi[um] [illegible] noxam. Dum enim in causis ecclesi[illegible] quoniam [illegible] pio per malitiam opponitur [illegible] [illegible] [illegible] eis, & partes fatigatae laboribus [illegible] [illegible] quasi [illegible] [illegible] habere medelam. [illegible] excommu[nicationis] [illegible], & nomen excommunicati [illegible] [illegible] differri deb[illegible] [illegible] spatium (die[illegible]) [illegible] [illegible] valeat aperte [illegible] [illegible] deinceps ea non procedere [illegible] in expensis quas [illegible] ob hoc debito [illegible] fecisse [illegible] [illegible] demnanus. Si vero postmod[um] [illegible] durante judicii [illegible] copia fuer[illegible] [illegible] [illegible] oppositor [illegible] probetur [illegible] [illegible] meruerit [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] ter ingesserit se d [illegible] irregularitatem [illegible] in [illegible] canonicas sanctiones: a qua non nisi per summum [illegible] non potest liber [illegible] aliis constitutio [illegible] indicantibus [illegible] ingerunt & infligunt. D[illegible] est [illegible] offendere pœna mult[illegible] castige- [illegible]

[illegible] minuere; & à laboribus revelare subje- [illegible] si quis in iudicio, vel extra, super inter- [illegible] aliquo ad nos duxerit appellandum [illegible] [illegible] assignare deproperet [illegible] petat apostolos, [illegible] quibus appellationis causam ex- [illegible] non sit admi[illegible] vel si appellationis [illegible] sit delatum. Post hoc appellatus [illegible] personarum & negotii qualita- [illegible] indulta si voluerit appellatus, [illegible] per [illegible] el per procuratorem, instructus ad agendum, & cum rationibus & munimentis [illegible] accedant ad Sedem apostolicam sic para- [illegible] si nobis visum fuerit expedire, fiante appellationis [illegible] de partium voluntate omisso, procedatur in negotio princi- [illegible] quantum de iure poterit & debebit: his, quæ in appellatio- [illegible] diffinitivam sententiam interposita, antiquitas statuit, non- [illegible] appellator quæ præmissa sunt, non observat: [illegible] non appellans; & ad priora iudicia redibit examen, [illegible] expensis condemnandus. Si autem appellatus con- [illegible] hoc statutum: in eum, tanquam in contumacem, tam in [illegible] quam in causa, quantum a iure permittitur procedat. Iustum est equidem ut in eos iura insurgant; qui ius & iu- [illegible] & part[illegible] Lib. [illegible]

[illegible] iudicem assignata; & arbi- [illegible] partibus [illegible] electo, qui de ipsa cogno- [illegible] ipsis in idem convenire nolent[illegible] tertium [illegible] in quo ambo vel alter eorum [illegible] ut sententiam; iudex proferat ex- [illegible] ipsius, quam ipsi, tutis pro- [illegible]

[illegible]

[illegible] mentis- [illegible] & ex- [illegible] ne [illegible] appellatione recepta velut [illegible] ex causa proba- [illegible] an sit [illegible] probi [illegible] pote [illegible] [illegible] & no [illegible] crimine, vel de quo qui [illegible] confimilibus appellatum [illegible] possunt ne sententi[illegible] mandetur. [illegible] cogno- [illegible] experint, [illegible] pienda, vel non appellatio interposita, [illegible] In altum [illegible] qui circa rem [illegible] quæ inter [illegible] tem & appellat[illegible] controversia vertitur, aliqui post eorum in- hibitionem [illegible] non vale[illegible] huiusmo[illegible] dictionem aliquam vendicare. Cum [illegible] qui ad Remen- sem curiam, super aliqua causa vocem appel[illegible] nihilominus in causis alia, Ord[illegible] ditioni sub- iaceatur Remensis archiepiscopus [illegible] quoquam [illegible] dem ordinaria potestate totaliter eximat [illegible] tem. Debet autem ad eos ab Episcopis præfata provincia [illegible] causis, in quibus temporalem iurisdictionem exercent, [illegible] te de c[illegible] suetudine aut privilegio, sive [illegible] alio speciali, sit ap- pellandum ad alium appellari. [illegible] quo [illegible] vel [illegible] suspensionis, seu excommunicationis, in appe[illegible] tem ab eo, a quo appellatum proponitur, promulgatas, nullatenus (nisi vocatis par- tibus, & de appellatione legitime cognita) revocent, aut denun- tient esse nullas. Cum autem ad Remensem archiepiscopum, ab audientia Suffraganei sui, super aliqua causa fuerit, ante sen- tentiam, appellatum: idem Archiepiscopus [illegible] quam de appella- tione cognito constiterit [illegible] causam ad eundem [illegible] raganeum remittere non postponat. [illegible] bid. c. 3.

Ut super appellatione, [illegible] eius causa [illegible] facilius valeat in process[illegible] haberi: districte præcipimus [illegible] ille, à quo appella- tur, [illegible] appellanti iuxta tenorem constitutionis nostræ, su- per hoc [illegible] requisitus. Si vero non exhibuerit ex tunc [illegible] nisi appellat[illegible] sit processum. [illegible] c. [illegible]

[illegible] generis, [illegible] summis calorum [illegible] mortem tandem [illegible]

[illegible]

[illegible]

F[illegible] ensis [illegible] eccle[illegible] sacrilegum [illegible] devovit. Id factum [illegible] eâ de causâ [illegible]

[illegible]RATISLAV[illegible]

IN [illegible] Papa, totus in id in[illegible], ut F[illegible] p[illegible] inde tuli[illegible] con[illegible]. A[illegible] [illegible] um, Leodiensem quendam arch[illegible] [illegible] tum ad res ecclesiasti[illegible] apud eo[illegible] tamus Pontifici affiicto aliqu[illegible] [illegible] Is [illegible] ata Uratislaviæ synodo, im[illegible] [illegible] ecclesiasticorum, ex to[illegible] Poloni[illegible] [illegible] ur. Gratus pro hoc [illegible] Papa [illegible] [illegible] jus) juni[illegible] quod cu[illegible] Anti-[illegible] ante Pascha ie[illegible] Nam [illegible] [illegible] bdomadis, veteri [illegible] nimorum Pontifi-[illegible] servarent, indulsit, ut esset de nece[illegible] hebdo[illegible] es & dimidiæ. [illegible] compensatio [illegible] tantæ auri summæ! *Cromerus*.*

TEMPORE INTERREGNI LENCICIAE.

B[illegible] vus Polonorum Princeps, [illegible] per as-[illegible] haud im esset [illegible] ex sacris ediciti-[illegible] re conatus est. Capt[illegible] itaque, [illegible] omâ [illegible] en[illegible] copum, Bogu[illegible] lum Præpositum, & [illegible] um Canonicum, decem-mi[illegible] marcarum popo-[illegible] Quæ cum non darent, conjectos in carcerem, compedibus constrinxit. Fulco Gnesnensis de injuria suæ sarinæ hominibus illatâ certior factus, mox synodum Lenciciam cogit, ac, de synodi sententiâ, Boleslaum diris devovet. Uratislaviensi verò diœcesi omni sacris interdixit Anno 1257. *Cromerus*.*

COLONIAE.

IN Concilio quodam provinciali, à Cunrado, Coloniensi episcopo hæc statuta edita sunt.†

In nomine Domini, Amen. Nos Cunradus, Dei gratiâ sanctæ Coloniensis ecclesiæ archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam archicancellarius, in agrum Domini, cura nostræ commi[illegible] um, de mandato apostolico [illegible] bus diebus per ostium visitationis ingressi, plura in ipso, quam unquam credebamus, offendiculorum invenimus [illegible] [illegible] orum. [illegible] enim mala opera conversationis, & scandala perversitatis in clero, rectè zizania sunt censenda: accepti super hoc propositum negotii prosequamur: in-primis quidem exstirpando radicitus vitia; ut deinde virtutum germen laudabile, unde fructus salutis proveniat, inseramus. Cùm igitur ista bonorum plantatio germinum, & exstirpationes vitiorum, in agrum Domini absque correctionis remedio fieri non valeat: opportunè, secundum qualitates & modos excessuum, correctionis canonicæ modos providimus adhibendos. Sane, cum ea, quæ nobis genera devet[illegible], orum offendiculorum visitantibus occurrunt, in aliquibus clericorum sint ista, & [illegible] maximè in eorum compluribus usitata: manifesta cum mulieribus cohabitatio, habitus clericalis incongruus disciplinæ in nonnullis quoque, eorum negotiatio detestanda; & insufficientia [illegible] [illegible] quæ est illiteratura) in multis, quos clericos solo nomine [illegible] [illegible] a consideratione censemus: & præter hæc, aliqua alia [illegible] nnul[illegible] in eorum occurrunt, habentia notam labis ecclesiasticæ. de manifesta mulierum cohabitatione notatis, sic secundùm canonicas præcipimus sanctiones.

1.

Cum enim manifestos mulierum cohabitatores, seu concubinarios, censeamus, non solùm eos, qui in suis domibus tenent concubinas, verum omnes [illegible] aliter eos etiam, qui mulieres suarum extra domos [illegible] manentes, suas manifestè pe[illegible] [illegible] ant sumtibus & [illegible] tant. de [illegible] quod [illegible] inde [illegible] visit[illegible] no-[illegible] ati, [illegible] a tal[illegible] commercio & in pe-[illegible] [illegible] & [illegible] em di[illegible] in-[illegible]

[illegible] in [illegible] [illegible] fuerint [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ad satisfactionem [illegible] [illegible] in vel [illegible] tentia [illegible]

Qui [illegible] cohabitatores [illegible] usum mali [illegible] [illegible] ad satisfactionem [illegible] taliter [illegible] & peccati [illegible] [illegible] modum [illegible]

[illegible] si ut de multis [illegible] per [illegible] nimia assueta [illegible] [illegible] ad [illegible] notorissima, non [illegible] [illegible] bonis ecclesiasticis [illegible] & deputant non contenti [illegible] & [illegible] Jesu [illegible] met ipsos culpa magis illaqueant coram Deo talem [illegible] detestanda damnationis & [illegible] de-cætero [illegible]

Item, ut [illegible] quæ malum ubique vitam in [illegible] [illegible] & toto clero [illegible] improperium nimis detrahe[illegible] prælaveant [illegible] [illegible] prohibemus, ut [illegible] & [illegible] personaliter non intersint. Et in his nuptiis, quas [illegible] omnino potest, [illegible] pompa & solennitas nuptialis.

2.

Cum negotiatio in clerico, & usura in laico, quasi esse in uno genere censeantur: ita præcipimus, quod cessent de-cætero a peccati malitia &, in pœnam con[illegible] exce[illegible] [illegible] aut [illegible] carcerem disciplina, secundum quod [illegible] Quia verò isti turpis avaritiæ sectatores, non Deo, [illegible] [illegible] satisfacere elegerunt, & malis [illegible] patrimonio, & bonis ecclesiasticis sunt usi [illegible] pœnam teneri ad [illegible] ecclesia, in [illegible] fraudulenter, negotiati sunt bonis, decer[illegible] & satisfactionis istius modum, secundum [illegible] tionem canonicam, vel [illegible] [illegible] m.

3.

Item de clericis de insufficientiâ doctrinæ (quæ est illiteratura) notatis, sicut de omnibus scientiam eminentem non requirimus, [illegible] quod sciant legere & cantare ad divini officii ministerium, competenter ita præcipimus, quòd, qui per se non possunt facere in choro cantandi debitum & legendi, faciant per aliam personam idoneam, secundum Decani sui discretio duxerit providendum.

4.

Cæterùm de clericis, non-deferentibus clericalem tonsuram, & vestes habentibus [illegible] non-decentes, [illegible] indecentia namque, vestium [illegible] panalorum, vel apert[illegible] aut nimia [illegible] notatur) sic tam de his [illegible] [illegible] ut [illegible] coma, qua [illegible] habeant, & suas [illegible] & eas radere non [illegible] quod tamen invo-[illegible] quod maximè detestamur dum tales & [illegible] privilegiis aspernentur. Sub eadem districtione, [illegible] pompam & usum, sic mißionè inhibemus.

5.

Item de clericis simoniacis ita præcipimus quòd ante omnia ad dimittant be[illegible] quæ adepti per Simoniam existunt, ne ea in damnationem suarum teneant animarum & postmodum cum [illegible] qualiter [illegible] statui consulatur, ordinabimus secundum canonicas sanctiones.

6.

De clericis autem irregularibus ita præcipimus quod a suo [illegible] [illegible] donec circa eos fuerit ordinatum in [illegible] canonis [illegible] quod fuerit ordinandum.

[illegible] quia in ipsa visitatione comperimus, circa di[illegible] [illegible] atque chori debitum, neg[illegible] & [illegible] & [illegible] plu[illegible] [illegible] de eas & [illegible] non expediat [illegible] [illegible] poll[illegible] [illegible]

mitoria, sed eorum Canonici dormire in his longo temporum spatio dissueverunt: item quod in quibusdam ecclesiis est compertum, rarò vel nunquam, per anni totius spatium, lectiones & cantum divini officii, in capitulari tabulâ annotari, item rarò, vel nunquam, in capitulo ipso legi Lunationes mensium, aut Kalendas, seu obitus fidelium, quorum commendationem aut memoriã agere unusquisque, de eleemosynarum vivens sustentatione, tenetur. Super his omnibus, qualiter reformentur, & reformata in robore suo permaneant & vigore, sicut primitùs erant instituta, ita praecipimus, quod Ecclesiae Canonicorum, carentes dormitoriis, ea deinceps habeant de communi ecclesiae aere seu pecuniâ construenda: & Canonici qui, habentes dormitoria, dormire in his aliquamdiu dissueverant, in his dormiant; prout hoc consuetum fuit antiquitus. his duntaxat exceptis, quos infirmitas seu debilitas, aut alia causa legitimae necessitatis, excusat. Cùm aliàs cassa & vana fuisset ipsorum dormitoriorum structura: si non in ipsis, modo & more debito, maximè causâ matutinalis officii, dormiretur.

Item percepimus, quod quaedam Canonicorum collegia in consuetudinem adduxerint, nullis diebus cãtare vigilias pro defunctis, nisi quando distributio denariorum in choro praesentibus exhibeatur: & sic evanescat illorum memoria, qui, etsi ad distributiones hujusmodi quicquam non dederint, vel legaverint ecclesiis; ad communem tamen administrationem corporis praebendarum, praedia & possessiones piè & munificè sunt largiti. Super his ita statuimus: ut non solùm illis feriis, quae sunt distributionibus hujusmodi deputatae, verùm & aliis diebus omnibus, praeterquam in festivitatibus, secundùm consuetudinem majoris Ecclesiae, Vigiliae, cum Officio pro defunctis, in choro solenniter decantentur. & post hujusmodi decantationem officii, Decanus & fratres ingredientes domum capituli, ante omnem tractatum disciplinae, vel etiam praebendae, aut cujuscunque alterius negotii, tabulae capitularis lecturam (habentis distinctè & in specie, quid unicuique sit cantandum vel legendum in choro) audiant diligenter; ac insuper lunationes mensium, ac kalendae, & obitus legantur, nec-non aliqua lectio, de regula & vita clericorum legatur. Et tunc immediatè de disciplina fiat, quod fuerit faciendum: ac talia consequenter, post ipsam disciplinam, tractentur negotia, quae ad utilitatem seu necessitatem fuerint spectantia, publicam, seu privatam. Et, si aliquando Decanus non fuerit praesens; propter hoc non omittatur nihilominus, quin fratres domum capituli intrent, ad audiendum ipsius tabulae capitularis lecturam: ut sciant, quid unicuique in choro sit legendum, (ut suprà diximus) & cantandum deputatum. Quia, cum in majori Ecclesia talis, & bona utique consuetudo, in hujusmodi observetur, id-ipsum in aliis ecclesiis volumus observari.

Item praecipimus, ut divinum officium in choro, nunquam absque ordine ministrorum, Sacerdotis ministrare debentium, videlicet Diaconi & Subdiaconi, decantetur. & ipsi ministri, in ipso sacro Missae officio, non praesumant absque indumentis suo ordini deputatis, aliquatenus ministrare, nec ante finem Missae recedere. Quod tamen in quãdam desuetudinem, imo malam abusionem, apud quasdam ecclesias fuisse comperimus introductum: sed deinceps hoc fieri, firmissimè prohibemus.

Eisdem etiam ministris injungimus, quòd, quotiescunque hebdomada eorum fuerit, officio deserviendi divino, horas in choro matutinales, & alias servare studeat diligenter: ne ullum per eos omissionis debiti, quo-ad sacrum ministerium, esse valeat argumentum. Sacerdotes autem ipsi, quotiescunque celebraturi sunt Missam, veste camisiali sub Albis non careant: ne Albam, quae consecrata est vestis, ipsorum tunica valeant immediatè contingere; nec ipsa tunica apparere.

Item Canonicis, ne frequenter extra immunitatem ecclesiarum suarum comedant, aut dormiant extra ipsam, firmissimè prohibemus: nec ulla eis suffragetur occasio, si fortè propriis domibus careant: competentius namque, in suis dormire dormitoriis & comedere in [illegible] & refectoriis suis, possunt hi, qui domibus propriis vel tertiis [illegible] carent, quàm hoc facere forinsecus apud loca suspecta, vel aliàs clericalis conversationis non-benè decentia honestatem.

8.

Item, ut Campanarii ecclesiarum, quorum servitus sive omnis circa altare [illegible] nunquam absque veste camisiali compareant [illegible] & ut hoc absque omni omissione servetur, [illegible] [illegible] sacrum ipsarum Thesaurariis seu Custodes [illegible] singulis in singulis parochiis Plebani provideant diligenter. Praefati etiam T[illegible] [illegible], quorum interest ecclesiae luminaria ministrare, [illegible] administrent, & generaliter, omnia ecclesiasticae supellectilis [illegible] thesauris custodiam eorum fides atque curae commissam, ita conservent fideliter & solerter: quòd inde non sint reprehensibiles, & quod poenam canonicae castigationis evitent.

9.

Consistente autem penes Decanos ecclesiarum potestate, lege ac gubernatione canonicae disciplinae exercendae: ipsis propter hoc firmiter praecipiendo injungimus, tota eos ad id [illegible] solertia, quòd in ecclesiis disciplinalis observantia vigeat honestatis. & sicubi enervata exstiterit, ipsam studeant reformare, commissam sibi excessuum correctionis potestatem, & regimen sui officii taliter exsequendo, ut boni dispensatores in domo Domini, super ejus familiam, digna possint commendatione censeri & hoc quidem se facere arbitrentur: si ipsi disciplinati appareant in se-ipsis, & per bonum exemplum confortent & animent suos confratres.

Praefati autem Decani, quicunque, promotionis suae tempore, non fuerint in sacris ordinibus constituti, eos incunctanter recipiant, gradatim de ordine ad ordinem ascendendo.

Item praecipimus, quod intra tempus, in jure expressum, ordinem sacerdotalem recipiant, si ordinem forte in nostra dioecesi, a nobis, vel aliquo alio episcopo, contingat nostro nomine celebrari. Nec aliquis Decanus, propria authoritate, vel potius voluntate, praesumat ordinis sacerdotalis receptionem protrahere, vel differre: nisi specialiter hoc a nostra licentia valeat obtinere.

Item praecipimus quod ipsi Decani, postquam ordinem sacerdotalem receperint, & generaliter omnes Sacerdotes, nec-non ecclesiarum Plebani tam urbani pariter, quam rurales, surcotia clausa portent: quòd, sicut ab aliis sunt in statu honoris & reverentiae differentes, ita deceat, quod ab illorum habitu vel vestitu differentes appareant, & nullum in eis, exemplo & usu vestium, signum appareat levitatis.

Et, sicut ecclesiarum Decanis modo praedicto injungimus facere, quae ad ipsos pertinent facienda, in se-ipsis pariter, & suorum regimine subditorum ita Scholasticis ecclesiarum, nec-non Chorepiscopis seu Cantoribus, quorum officia omnium sunt, tam circa disciplinam, quam chori debitum, atque residentiam in ipsis ecclesiis faciendã habere noscuntur, injungimus ut in his omnibus studeant ita se habere, quod inde non sint reprehensibiles, sed potius cõmendandi.

Itèm, sicut Decani in ecclesiis residere debere noscuntur, ita quoque Scholastici & Cantores. unde & hoc eos ita praecipimus observare.

Item, nemo sit Scholasticus in duabus ecclesiis, quarum Praepositi & Decani, Priores Colonienses exsistunt. cum de necessitate deinde causetur inconveniens, ut illarum ecclesiarum ad minus altera, sui defectum debiti, in membro ita necessario, cujus quidem non est levis recuperatio, patiatur.

Item & illam abusionem, in aliquâ ecclesiarum compertam, quod Decanus sit liber a choro, quasi corruptelam & quasi pessimae adinventionis ac fraudis modum vel speciem, detestamur, & detestando praecipimus, ne quis de-caetero Decanorum in sua praesumat ecclesia per abusionem hujusmodi, a sui jugo oneris vacillare.

Item ne Canonici ecclesiarum, in solennitatibus & stationibus, sine chorali pelliceo, vel veste camisiali sub super-pelliceo, incedant, in ecclesiis conventualibus & in choro.

Item praecipimus, ut, si quando Canonici per vicos civitatis aut plateas incedant, ita decenter in habitu vestimentorum incedant, sicut ab antiquâ est consuetudine observatum.

10.

Cum in aliquibus ecclesiis Capellani regales, episcopales, ac etiam Capellani Praepositorum exsistant, qualiter hi se habere debeant, cum nonnullos fortè ipsorum hoc lateat; determinandum necessariò hoc duximus, in praesenti nostrorum serie statutorum. Capellani hujusmodi, residentiam in suis ecclesiis, tanquam alii fratres, faciant: nisi illo tantùm tempore, quando agunt suorum negotia dominorum, atque etiam, si negotia ecclesiae hoc exposcant. Et nobis in ecclesiâ majori, vel alia nostrae civitatis vel dioecesis ecclesia (si sint ea vice praesentes) celebrantibus, ibi debe[nt] adesse in divini celebratione officii & adstare. Et debent hujusmodi Capellani, in sacris esse ordinibus constituti. Super hujusmodi Capellanos episcopales erit noster Capellarius quasi loco judicis & magistri.

Adhuc praecipimus, quod nulli Decani, nulli Scholastici, nulli Chorepiscopi vel Cantores, nulli Sacerdotes ecclesiarum, Capellani episcopales illatenus aut regales existant.

[illegible] quadam [illegible] pistrino communi, [illegible] reprobamus, super hoc ita præcipimus, quòd in omnibus [illegible] collegiatis habeatur commune pistrinum, & panis inde præbendalis distribuatur potiùs; quàm unusquisque, cum modio, sive maldro, annonam panis præbendalis recipiat ad vendendum. Ex [illegible] venditione perit hospitalitas in ecclesiis cum in ipsis [illegible] nulli [illegible] panem suum in domibus comedere [illegible] claustralibus vel egenis inde eleemosynam tribuentes.

[illegible]

Cum [illegible] de ecclesiarum [illegible] qualiter ipsi erga capitula se habere debeant & qualiter capitula erga ipsos vice versa. Cum [illegible] ipsi Præpositi [illegible] alterius, quod [illegible] ecclesiæ exteriora, vel eius temporalia defendenda, sint [illegible] & cooperantes capitulis ubicunque [illegible] qualiter ab illis injuriis releventur, nostro [illegible] auxilio [illegible] ad hujusmodi temporalia promovenda exterius teneantur [illegible] ad omnia alia, tam intus, quàm extra, quæ sunt ad [illegible] utilitatem & pacem spectantia, nec-non ad ipsius ecclesiæ [illegible] laudabiles, & bonas consuetudines observandas, teneantur [illegible] ipsis præcipimus, circa hæc omnia taliter [illegible] quòd inde irreprehensibiles censeantur.

Capitula etiam, vice versa, [illegible] erga ipsos habere Præpositos studeant in omnibus honorantes ipsos, in quibus sunt meritò honorandi, quod in nullo ipsorum Præpositorum dignitati derogent, sive juri. Et quia de aliquibus Præpositis, unum quidem in visitatione comperimus reprehensibile, & non-laudandum, quòd ipsi fructibus suspensorum in eorum præbendarum, quorum sunt & esse de jure tenentur dispensatores, [illegible] illi præsertim, qui dictos fructus nondum in capitula transtulerunt, abutuntur. Cum enim de ipsis fructibus, uno eis anno cedentibus, tecta ecclesiæ, quando foret necessitas, reparare deberent, ipsi ea non reparant, [illegible] fructus ipsos Canonicis inobedientibus, ideoque suspensis restituunt, seu remittunt. Ecce per hanc remissionem, injuriam fabricæ ecclesiæ faciunt, damnum seu emolumenti carentiam sibi-ipsis; ac insuper occasionem negligentiæ, & absentandi ab ecclesiâ, Canonicis suis præstant. Hanc itaque abusionem, omni penitus ratione, ac etiam colore carentem, ipsis de cætero Præpositis inhibemus volentes, ut vel ipsi retineant (convertendos in utilitatem propriam illos fructus; si ecclesia eorum opus non habuerit reparatione tectorum), vel ecclesiæ ipsi ad ornamenta, fructus hujusmodi largiantur potiùs, quàm eos indignis hoc est, inobedientibus, restituant, & in suâ inobedientiâ seu dissolutione taliter animent; ac sic ipsi Præpositi, dissolutionis ac inobedientiæ sint auctores.

Itèm, quòd ipsi Canonici, qui suspensi fuerint pro suâ inobedientiâ, nunquam in facie fratrum, intra immunitatem compareant manifestè firmissimè præcipimus & mandamus.

13.

Itèm, ne in præsentis nostræ visitationis proposito omittamus hoc, per quod maximè Ecclesiarum collegiatarum quieti prospicitur, illarum præsertim, quæ pluribus clericorum receptionibus ad vacatura beneficia sunt gravatæ: cum constitutio Alexandri Papæ super hoc ipso decreverit providere; nos illam constitutionem præcipimus inviolabiliter observari: ut, cùm, juxta eandem constitutionem, quatuor ex receptis ante ipsam, provisum fuerit de præbendis, quæ post constitutionem prædictam vacaverunt vel vacabunt, ubi nondum quaternarius est completus, alii, ultra ipsum numerum existentes, habeantur pro cassatis: nec aliquo modo ex receptione tali à Præpositis, Decanis, & Capitulis ecclesiarum, pro Canonicis vel præbendariis admittantur. Et moneamus illos, qui receptioni hujusmodi innituntur, & de canonicatu & præbenda se [illegible] ferunt, quòd deinceps omnino desistant. Præpositos autem, Decanos & Capitula nihilominus admonemus, ut tales pro Canonicis vel Præbendariis non admittant.

14.

Ut verò omnes Ecclesiæ collegiatæ, immunitates suas muro circumdatas, & [illegible] portas suis bene munitas habeant, firmissimè præcipimus & mandamus.

Hæc itaque nostræ visitationis præcepta canonica & statuta, ita à nobis edita [illegible] inviolabiliter [illegible] servari & unumquodque [illegible] exemplar & regimen vitæ [illegible] præcepta [illegible] perpetua commendatione memoria teneat [illegible] quod alia si quæ adhuc occurrerint, quæ opus habentia reformationis remedio sive de Canonicis, aut Monachis, aut etiam Plebanis [illegible] stant, ea statuamus ut inde prout expediens fuerit, loco & tempore ordinemus.

Pronuntiatum & datum Coloniæ 4. Idus Martii, anno Domini 1260.

PERTHI IN SCOTIA.

ECclesiarum Scotiæ Primates [illegible] illum [illegible] Perthi, quod oppidum nunc S. Johann[illegible] Alexandro Rege præsente: in eoque statuta [illegible] ipsius Regis & regni Procerum consensu, tanta sunt, quæ in hunc usque diem in ecclesiâ observantur. Anno 126[illegible]. *Boethius.**

ROMAE.

PRæter spiritualem gladium, quo ferierat Alexander Papa IV. Mantredum, Siciliæ Regem, & armatas copias educit: sed admodum infeliciter. Nam vel cæsæ, vel in fugam conjectæ sunt. Urbanus verò, rerum sum[illegible] Antichristi regno potitus, habito concilio Mantredum [illegible] privat: quo Carolum, Ludovici, quem Divum vocant, Francorum Regis, filium donat. Is superatum bello Mantredum occidit. Anno 1263. *Bergomensis.*

NORTHANTONI & LONDINI.

IN Angliam missus Otthobonus, a Romano Pontifice, duo celebravit concilia: alterum Northantoni, alterum Londini. In utroque, res ad religionem pertinentes, pro Romani Pontificis arbitrio constituit: Leges Angliæ dictavit. Episcopos, qui Principum partes, contra Henricū III. Regem, secuti fuerant, impios denuntiat: quorum aliquos, facti pœnitentes, mox iterum absolvit, alios Romanum Pontificem adire coegit. Anno 1266. *Polydorus,* Balæus.†*

* lib. 16.
† 4 [illegible]

COLONIAE.

STatuta Engelberti, Coloniensis Episcopi, hæc sunt:*

* [illegible]

In nomine Domini, Amen. Engelbertus, Dei gratia sanctæ Coloniensis Ecclesiæ archiepiscopus, sacri Imperii per Italiam archicancellarius. Quamvis ad manu-tenendam ac defendendam immunitatem, & ad conservandum jus & libertatem ecclesiarum ipsarum & ecclesiasticarum personarum, & eorum qui in sortem Domini sunt vocati, plurima, tam canonica, quàm legalia, edita sint statuta, & diversa etiam, à diversis nostris prædecessoribus ac majoribus, super hoc provisiones emanarint: tamen quia, excrescente malitia quorundam zelum Dei non-habentium, nova gravamina, exactiones, & adinventiones pravas & detestabiles, contra Ecclesiam Dei, & ecclesiasticas personas, machinantium, ipsa Ecclesia, per statuta & provisiones hujusmodi, à suis oppressionibus quas patitur à diversis, nullatenus sublevatur: nos, considerantes quod contra diversas & innumerabiles tribulationes & injurias quæ nonnullis, (qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant & solo nomine se gloriantur Christianos) [illegible] ecclesiasticis personis frequenter, & maximè modernis temporibus, inferuntur, paucissimi, imò nulla etiam Ecclesia devotorum se opponunt licet ex debito omnes ad hoc sint obligati: & maximè locorum moderatores & judices seculares, qui, ex Imperiali etiam constitutione, ad ulciscendum Ecclesiarum & Ecclesiæ ministrorum injurias in sacrilegos sunt adstricti, non expectato, quod ab eis ultio injuriarum exposcatur: propter quod contingit, malos in malo plus animari, & Ecclesiam (cum non sit qui consoletur eam) sentire in rebus & personis multiplex detrimentum. Volentes itaque, incursibus malorum se erigentium ex adverso contra Ecclesiam Dei & ecclesiasticam libertatem, coercitione, quâ possumus, obviare; aliis & in suo robore duraturis constitutionibus & ordinationibus prædecessorum nostrorum, per quæ ecclesiis, & ecclesiasticis personis, in suis libertatibus est prospectum quas nos innovamus, & approbamus, & præcipimus per nostram [illegible] & diœcesim inviolabiliter observari salvis etiam juribus [illegible] & Ecclesiarum consuetudinibus licitis, & honestis electionibus, tam in Prælaturis, quàm aliis beneficiis, correctionibus & ordinationibus, ac aliis libertatibus, hucusque in Ecclesiis habitis & servatis. quæ omnia & singula ipsis ecclesiis & ecclesiasticis personis confirmamus, & firma ac illibata [illegible] permanere. de communi consilio & assensu Capituli [illegible] & omnium Prælatorum, & Ecclesiarum, & Cleri civitatis &

Coloniensis & [illegible] ... [illegible] ... procreantur audacia [illegible] ... fiunt [illegible] ... nobis [illegible] ... conveniunt in [illegible]e.

Heinrico Rege postulante à Principibus pecuniæ subsidium; illisq; id denegantibus: admonet Regem, ut populo parcat; verùm Præfecturas, quas adolescens distribuerat satis inconsideratè in suos, reciperet: & rapacissimis quæstoribus utatur pro spongiis, (juxta illud Vespasiani eosq; nunc exprimeret, qui satis superq; imbibissent. Quod consilium ubi sequeretur Rex: ità quorundam Principum animos offendit, ut rursus adversùs ipsum conspirarent, multisq; damnis eum afficerent. Eam igitur ob caussam, Vintoniensis ex aulâ exterminatur, tanquam horum malorum autor; & ad suam diœcesin sedire jubetur. *Ibidem.* Obiit anno 1257.

ODOMARUS.

Heinrici Marchiani Comitis, & Isabellæ Reginæ, filius, sacris initiatus, fit Vintoniensis episcopus, anno 1258.

VI. SARISBERIENSES.

NICOLAUS.

Nicolaus Longo-spatarius, episcopus Sarisberiensis, obiit anno 1297. *Balæus.* *

* Cent. 4. cap. 3.

SIMON.

Simon Gandavus, Londini natus, patre Gandavo, matre Anglâ, doctus & honestus, claruit anno 1298. Is, per Edwardũ Angliæ Regẽ, Saritberiensis fit episcopus. Scripsit, ad Virgines Terentinas, Duriæ seu Dorseti cultrices,

De Vitâ solitariâ, lib.1.
Ad suos Sacerdotes, lib.1.

& alia quædam. *Balæus.* * *ex Lelando, Paralip. Gervasii Dorobernensis historia, & Chron. Saresberiensis Ecclesiæ.*

* Cent. 4. cap. 71.

GODWINUS.

Sarisberiensis Ecclesiæ Præcentor, Philosophus, & Theologus, claruit circa annum 1250. Scripsit,

Pias Meditationes. lib.1.
De tribus habitaculis, lib.1.
Sermones non-vulgares, lib.1.

atque alia. *Balæus,* * *ex Lelando.*

* Centur. 4. cap. 20.

VII. VIGORNIENSIS.

Gualtherus, Vigorniensis antistes, anno 1215. Romam à Johanne Rege missus legatus est: ut Papam

Innocen-

Innocentium, de Principum seditione, certiorem faceret, & Regem coactum leges regno exitiosas ferre, exponeret: peteretq; ut eas irritas faceret, ac Principes, ad præstandam suo Regi obedientiam, commonefaceret. *Polydorus.**

* lib.15.

IIX. LINCOLNIENSES.

HUGO.

VVellensis archidiaconus, anno 1208. Lincolniensis eligitur episcopus. Is se Rothomagum, pro consecratione afferendâ, profecturum simulans, rectà Romam petit, & à Stephano recèns electo inungitur. Quod cùm Johannes Rex per indicium accepisset: bona ejus publicat; & vectigalia, quæ episcopi erant, confiscat. Monachorum & Monialium omnium, præcipuè Gilbertinorum, infensissimus fuit adversarius; quos, ob luxurias, Hœdos vocare solitus est. Obiit anno 1220. *juxta Polydorum.* Balæus,* ex Matthæo Parisio*, annum mortis ipsius constituit 1235.

* Lib.16. * Cent 3. c. 97 in App.

Pro eo episcopatu redimendo, mille & centũ marcas aurisugis Romanis numeravit: *ut Balæus in citato loco annotat.*

ROBERTUS.

Robertus Grossetest, Latinè Capito dictus, in Sudovolgiâ ex infimis parentibus natus, in Galliam se contulit; ut linguarum cognitionem ibi acquireret. Reversus in patriam, Legecestriensis archidiaconus primùm; deinde Lincolniensis factus est episcopus, successor Hugonis. Scripsit quamplurima:

- *De Sacerdotali officio,* lib.1.
- *Pro dandâ Pœnitentiâ,* lib.2.
- *De Doctrinâ cordis,* lib.1.
- *Oculum moralem,* lib.1.
- *De Luce,* lib.1.
- *De Coloribus,* lib.1.
- *Sermones 37.* lib.1.
- *De Præceptis & Symbolo,* lib.2.
- *De Venenis vel Peccatis,* lib.1.
- *De Confessione,* lib.1.
- *De Linguâ humanâ,* lib.3.
- *In 2. quadragenas Psalmorum,* lib.2.
- *In Apocalypsin Johannis,* lib.1.
- *Super Evangelia,* lib.4.
- *De Præmiis Apostolorum,* lib.1.
- *In verba Gabrielis,* lib.1.
- *Dicta Theologica,* lib.1.
- *Difficilia naturalis scientiæ,* lib.1.
- *De Sufficientiâ causarum,* lib.1.
- *Theoricam Planetarum,* lib.1.
- *De Officio divino,* lib.1.
- *De Aëris temperie prognostica,* lib.1.
- *De Astrolabio,* lib.1.
- *Hexameron, de operibus 6. dierum,* lib.1.
- *Homiliarum volumen,* lib.1.
- *Contra Prælatorum ignaviam,* lib.1.
- *Ad Minores, de laude Paupertatis,* lib.1.
- *De Scalâ paupertatis,* lib.1.
- *De Originali peccato,* lib.1.
- *De Veritatibus,* lib.1.
- *Constitutiones synodales,* lib.1.
- *Sententias Scripturarum,* lib.1.
- *Summam justitiæ,* lib.10.
- *De Dotibus,* lib.1.
- *De Pœnitentiâ,* lib.1.
- *De Libero arbitrio,* lib.1.
- *De Scientiâ & Voluntate,* lib.1.
- *Super Prologo Bibliorum,* lib.1.
- *De Potentiis animæ,* lib.1.
- *De Reparatione lapsi,* lib.1.
- *Tractatum de Homine,* lib.1.
- *De Agriculturâ transtulit,* lib.1.
- *Pœnitentiale quoddam,* lib.1.
- *In Paulum ad Galatas,* lib.1.
- *De Cura pastorali,* lib.1.
- *De Formâ primâ,* lib.1.
- *De Iride,* lib.1.
- *De Cometis,* lib.1.
- *De Utilitate artium,* lib.1.
- *Compendium Scientiarum,* lib.1.
- *Compendium Civitatis Dei,* lib.1.
- *De Dei misericordiâ & justitiâ,* lib.1.
- *De locali Dei præsentiâ,* lib.1.
- *Summam Vitiorum capitalium,* lib.1.
- *De Naturâ luminis & diaphoni,* lib.1.
- *Quæstiones Elenchorum,* lib.2.
- *Quæstiones Priorum,* lib.2.
- *De Lineis physicis,* lib.1.
- *De Impressionibus aëris,* lib.1.
- *In Priora Aristotelis,* lib.2.
- *In Elencha quoque,* lib.2.
- *De Animâ humanâ,* lib.1.
- *De Humilitate Christi,* lib.1.
- *Deum fieri hominem,* lib.1.
- *De Resurrectione Christi,* lib.1.
- *Super Job commentarios,* lib.1.
- *De Sphærâ cœlesti,* lib.1.
- *Summam Theologiæ,* lib.1.
- *Summam Philosophiæ,* lib.1.
- *In Hierarchiam Dionysii,* lib.6.
- *De Divinis nominibus,* lib.1.
- *Calendarium perpulcrum,* lib.1.
- *In Threnos Hieremiæ,* lib.1.
- *Templum Domini,* lib.1.
- *De Arte Computi,* lib.1.
- *De Computo Ecclesiastico,* lib.1.
- *Conciones ad Romanum Pontificem,* lib.1.
- *Testamenta Patriarcharum, transtulit,* lib.1.
- *Commentarios in Logicam,* lib.1.
- *In Prædicamenta Aristotelis,* lib.1.
- *De Cœlo & Mundo,* lib.2.
- *De Generatione & Corruptione,* lib.2.
- *Commentarios in Physica,* lib.8.
- *Commentarios in Ethica,* lib.10.
- *Sermones elegantes,* lib.1.
- *Quæstiones Ethicorum,* lib.10.
- *De Cessatione legalium,* lib.1.
- *Commentarios in Meteora,* lib.1.
- *De Naturâ intellectûs,* lib.1.
- *Recollectiones Pœnitentiæ,* lib.1.
- *Epistolas 127. ad Amicos,* lib.1.
- *Epistolas familiares,* lib.1.
- *Dictamina 127.* lib.1.
- *Parvum Catonem,* lib.1.
- *De Lapide philosophico,* lib.1.
- *De Necromantiâ & Goëtiâ,* lib.1.
- *In Astrologiam,* lib.1.
- *Annotationes in Suidam,* lib.1.
- *De Civilitate morum,* lib.1.
- *De Potestate pastorali,* lib.1.
- *Tonitru, contra Curiam Romanam,* lib.1.
- *De Pollutione nocturnâ,* lib.1.
- *De Casto amore, Gallicè,* lib.1.
- *Affectionem virginitatis Mariæ,* lib.1.
- *De Gratiâ Dei,* lib.1.
- *Suarum meditationum,* lib.1.
- *Praxin Geometriæ,* lib.1.
- *Theoricam Planetarum,* lib.1.
- *Compendium Sphæræ,* lib.1.
- *Expositiones in Genesin,* lib.1.
- *Commentarios in Lucam,* lib.1.
- *De Discretione spirituum,* lib.1.
- *De suo Studio,* lib.1.
- *In Boëtium de Consolatione,* lib.5.
- *Contra Luxuriam,* lib.1.
- *In Vesperis Adæ,* lib.1.
- *De Formis ad Adamum,* lib.1.
- *Suidam è Græco transtulit,* lib.1.
- *Damascenum annotavit,* lib.4.
- *Enchiridion scripsit,* lib.1.

Ad Innocentium quartũ invectivas misit; quòd Anglorũ Ecclesias tam turpiter gravaret: & alia multa composuit.

Sacerdotes, hominum mandata docentes, Antichristos, Satanæ ministros, fures nocturnos, latrones diurnos, morum corruptores, animarum carnifices, & angelos tenebrarum vocare [illegible] (teste Matthæo Parisio) in Religiosos terribiliter, in Religiosas terribilius, fulminat. Quam ob causam, ipsius vitæ etiam insidias struxerunt, ità ut via mortem evaderet, venenum propinantes: nisi Medicorum industriâ sanitati restitutus fuisset.

Tandem res eò deducta est; ut Præmonstratenses, Cistercienses, & Gilbertini, Papæ contra ipsum auxilium implorarent: & pecuniâ se à reformatione redimerent: quam acerrimè ursit. Verùm Romam iter faciens, Pontifici in faciem dixit: *Credebam, Domine, quòd, te auxiliatorem habens, omnes, de quibus sum conquestus, ut debeo, castigarem; & à suis erroribus revocarem: sed Præmonstratenses, & alii, pecuniâ se ab omni bono redemerunt.* Huic Papa: *Frater liberasti animam tuam. Quid ad te de gratia meâ? Fecimus en gratiâ. Nunquid oculus tuus nequam est, quòd bonus sum?* Atq; sic laboribus [illegible] defatigatus, & evacuatâ crumenâ, domum rediit. Nihilominus tamen incontinentes Sacrificulos severiter castigabat: quosdam flagellando, quosdam ab ecclesiæ [illegible] removendo.

Romani Pontificis Innocentii IV. avaritiam, fastum, tyrannidem, multoties pro concione reprehendit. Quod Pontificem usq; adeò malè habuit: ut ipsum omnibus sacris spoliaret, excommunicaret, ad Romanam curiam citaret. Quam ob causam ad tribunal Christi ille provocavit.

Æger, ubi tempus mortis adesse sentiret; ad se Johannem de S. Ægidio Dominicanum vocavit, Medicinæ peritum & Theologum eruditum: atq; Minoritas gravi oratione incusavit, quòd Prælatorum vitia non liberiùs, in suis concionibus, reprehenderent, adulatores, palpones, hæreticos, & hæreticorum fratres, appellans. *Siquidem hæresis est, (inquit) sententia humana temeritate nata, Scripturæ sacræ contraria, palam edocta, & pertinaciter defensa.*

Obiit Buckdenæ, anno 1253. VII. Idus Octobris: & Lincolniæ, in majori templo, sepultus est. *Balæus.*

Exstat ibidem prælatum *Matthæi Parisii* testimonium de hoc pontifice: quod quia insigne est, adjicere libuit.

Anno 1253. migravit ab hujus Mundi exsilio sanctus præsul, Robertus Lincolniensis; pius tui Regis monitor, rei [illegible] Papæ redargutor; manifestus & audax Prælatorum reprehensor, Monachorum corrector, Presbyterorum director, Clericorum instructor, Scholarium fautor, Populi prædicator, orphanorum & viduarum defensor, incontinentium persecutor, Scripturarum perscrutator; veritatis amator; Romanorum verò malleus & contemtor, Lincolniæ sepultus. Ille magnus Ecclesiæ Doctor, Hebraicè, Græcè, & Latinè peritus, multa de glossis Hebræorum extraxit; ac de Græco pleraq; in Latinum sermonem transtulit: ut patet de Testamentis Patriarcharum, & de Operibus Dionysii, Damasceni, Suidæ, atq; aliorum.

Nicolaus Trivetus Vir fuit excellenti sapientiæ, & purissimæ doctrinæ, omniumq; virtutum exemplar: & qui de glo[illegible] Hebræorum multa extraxit.

Mortuum ejus cadaver Innocentius exhumari voluit: verum in visione nocturnâ ab eo ità percutitur; ut paulò post animam efflaret. *Raynulphus in Polychronico.*

ALBERTUS.

Natione Germanus, homo literatus, per Innocentiū IV. Roberto successit. Fuerat Borussiæ archiepiscopus, & pontificius Legatus à latere, ad Richardum Cornubiæ Ducem, & Heinrici Regis fratrem. Scripsit,

Eadmundi Cantuariensis vitam, lib. 1. Claruit anno 1260. *Balæus.*

JOHANNES ACTON.

Corruptè Athon, vel [illegible] Atonâ dictus; Oxonii Doctoratûs insignia in utroq; Jure adeptus, Lincolniensis fit Canonicus. Ubi publicè, quæ ipse ab aliis didicerat, alios docuit. Scripsit,

Apparatum in Ecclesiasticas constitutiones Otthonis & Otthobons Cardinalium, lib. 1.

Instituta Anglicana, lib. 1.

Claruit anno 1290. *Balæus.*

GUILHELMUS.

Leyecestrius, Theologiæ Professor, & Canonicus, & Cancellarius Lincolniensis Ecclesiæ; claruit anno 1210. Multa doctè & honestè scripsit. Ob eruditionem, aliasq; eximias virtutes apud multos in precio fuit. Scripsit,

Homilias 217. per annum,	lib. 1.
Speculum Pœnitentiæ,	lib. 1.
Speculum Pœnitentis,	lib. 1.
De Sacramentis Ecclesiæ,	lib. 1.
Flores Sapientiæ,	lib. 1.
Summam brevem,	lib. 1.
Numerale quoddam,	lib. 1.
Summam Numerorum,	lib. 1.
Distinctiones Theologiæ,	lib. 1.
Similitudinarium,	lib. 1.
De Tropis Scripturarum,	lib. 1.
De Adventu Domini,	lib. 1.
Expositiones Evangeliorum,	lib. 1.
Carmen alphabeticum glossatum.	lib. 1.
Expositiones Epistolarum,	lib. 1.
Super Agnitione peccati.	lib. 1.
De Bonitate Mulierum.	lib. 1.
Ad quasdam Moniales,	lib. 1.
Concordantias Bibliorum,	lib. 1.

atq; alia plura. *Balæus.* *ex Lelando & Bostono Buriensi.*

IX. BATHONIENSIS.

JOSCELINUS, Bathoniensis episcopus, anno 1217. unà cum aliis, Glocestriæ, de constituendo Heinrico III. Rege Anglorum, deliberavit. *Polydorus.*

X. OXONIENSES.

DIDACUS.

Oxoniensi sedi, hujus seculi initio, præfuit. Is Dominicum, ad se accersitum, fecit in suâ Ecclesia Canonicum regularem. Eum mittit, unà cum 12. abbatibus, anno 1207. Innocentius III. ad convertendos, vel potiùs subvertendos Albingenses. utque majore id cum fructu faceret: in Concilio publico sententiam tulit, sine externâ id esse faciendum pompâ: & facilè eos persuasit. Retento igitur apud se Dominico, & aliis quibusdam, hinc-inde pedes discurrit, Albingensibusque prædicavit. *Vincentius.* Alphonsus, Castiliæ Rex, eo usus est proco, in conficiendis nuptiis filio, cū Ferdinandâ puellâ nobili. Romano Pontifici suam detulit operam, planeque vovit Cumanorum conversionem. *Ibidem.* Ubi Albingensibus toto biennio prædicâsset: pedester per Castiliam iter faciens, Oxoniam rediit; & finem vivendi ibi fecit. Post mortem miracula edere dictus est. *Ibidem.*

GUALTERUS.

Gualterus Mapes, vir literatus, fit Oxoniensis archidiaconus, anno 1197. ex Sarisberiensi Canonico; vel (ut quidam volunt) ex Lincolniensi præcentore. Is, sub fictis nominibus, Papæ, Cardinalium, & Prælatorum Romanensium, vitia acerrimè perstrinxit: siquidem illa coràm Romæ viderat. Scripsit multa:

Apocalypsin Goliæ Pontificis,	lib. 1.
Prædicationem Goliæ,	lib. 1.
Ad malos Pastores,	lib. 1.
Ad Christi Sacerdotes,	lib. 1.
Planctum super Episcopis,	lib. 1.
In Papam & Curiam,	lib. 1.
Carmen ebriosum.	lib. 1.
Ad impios Prælatos.	lib. 1.
Sermonem ad eosdem.	lib. 1.
Anathema pro Pileo,	lib. 1.
Dictamen, lectionis loco.	lib. 1.
De malis Romanæ Curiæ.	lib. 1.
De Palpone & Assentatore,	lib. 1.
De malis Monachorum.	lib. 1.
Ad utrumq; statum,	lib. 1.
De Thetyde & Pyeo,	lib. 1.
Disceptationem nubendi,	lib. 1.
De Mundi contemtu.	lib. 1.
De Punitione peccati,	lib. 1.

Super

Marginalia: Cent. 4. cap. 18. — lib. 7. c. 10 — Cent. 13. cap. 34. — Cent. 4. cap. 66. — Cent. 3. cap. 67 — lib. 15. — lib. 29. c. 95. — cap. 93. — cap. 103.

Super Convocatione cleri, lib.1.
De Mundi miseriâ, lib.1.
De fide Trinitatis, lib.1.
De Mariâ virgine, lib.1.
Cambriæ epitomen, lib.1.
Topographiæ compendium, lib.1.
Commendationes Giraldi, lib.1.
In Cistercienses monachos, lib.1.

atque alia multa. Claruit circiter annum 1210. *Balæus,* * *ex Giraldo Cambriensi.*

* Cent.3. cap.16.

XI. CICESTRENSIS.

Richardus Wichius, in Vigorniensi diœcesi natus, Oxonii & Parisiis Philosophiæ, Artibusque inferioribus, invigilavit. Deinde toto septennio, Bononiæ, pontificiorum Canonum feces avidè hausit: quas prælegendo aliis iterum propinavit. Deniq; in Angliam reversus, Oxoniensis gymnasii & Cantuariensis ecclesiæ Cancellarius; atque tandem etiam Cicestrensis episcopus efficitur. Non autem salutari animarum pabulo oviculas suas pavit; sed falsæ doctrinæ veneno potiùs interemit. Dominicastris seriò recensuit, de liberatione Stephani & aliorum, ex Purgatorio. Eadmundi Cantuariensis partes, adversùs Heinricum Regem, fovit. Scripsit,

De Officiis Ecclesiæ. lib.7.

Ad Innocentium IV. contra Regem, epistolas plures, & alia quædam. Obiit anno 1252. suæ ætatis 56. cùm annis 9. præfuisset. Post decennium, in Divorum catalogum relatus est ab Urbano IV. *Balæus,* * *ex Wilhelmo Unodefordo, & Bostono Buriensi.*

* Cent.4. cap.14.

XII. LEXOVIENSIS.

Iordanus Lexoviensis, exercitui, quem Philippus Franciæ Rex contra Albingenses duxit, unà interfuit; episcopum scilicet & militem agens. *Robertus Gaguinus.* *

* lib.6.

XIII. ELYENSES.

HUGO.

Hugo Balsamus, interventu pecuniæ, Elyensis episcopus factus, claruit circa annum 1250. Is, ut literatus fuit; ita literarũ studia promovenda sibi censuit. Itaq; Cantabrigiæ, in ædibus, quas ipse exstruxerat, collegium collocavit, divoq; Petro dicavit: ut ibi literarum studia vigerent, excolerenturque. *Polydorus.* *

* lib.16.

EUSTATHIUS.

Præfuit anno 1209. quo, ut testis, promulgationi interdicti adversùs Johannem, Angliæ Regem, interfuit Attebati. *Chron. Fland.* *

* lib.8.

XIV. HEREFORDENSES.

JOHANNES.

Iohannes Beckton, Juris utriusque Doctor, & Episcopus Herefordensis, in magnâ apud Regem, aliosque viros principes, autoritate fuit. Scripsit, *De Legibus Anglicanis,* lib.1.

Obiit anno 1275 *Balæus,* * *ex Lelando.*

* Cent.4. cap.44.

THOMAS.

Thomas Crantilepus, vir tum Juris, tum S. paginæ, peritus, fit Herefordensis episcopus, anno 1277. Post mortem miracula facere dictus est. *Polydorus.* *

* lib.17.

XV. ROFFENSIS.

Guilhelmus Martonus, Angliæ Cancellarius, vir excellentis animi & virtutis, fit Roffensis episcopus, anno 1285. Ubi primùm Oxonii collegium constituisset, fundisque locupletâsset; ab ejus nomine Martonum dictum. *Polydorus.* *

* ibid.

XVI. DUNELMENSES.

RICHARDUS.

Richardus de Barisco, episcopus Dunelmensis, præfuit anno 1221. & deinceps. Gravis inter ipsum & monachos orta dissensio est: quam ob causam, se invicem de Simoniâ, adulterio, sacrilegio, & perjurio, Romæ accusabant. Cùm ad ipsum referretur, quòd ejus servus Monachum percussisset; dixisse fertur: Malè ei eveniat, quòd tonsum illum non occiderit. *Balæus,* * *ex Matthæo Parisio.*

* Cent.3. c. 82 in App.

NICOLAUS.

Nicolaus Ferneham, Oxoniæ primùm, deinde Parisiis & Bononiæ, studia sectatus, Medicinæ animum adjecit: Hippocratem, Dioscoridem, Galenum, studiosè evolvit. Reversus in Angliam, Heinrico Regi charus fuit. Cicestrensem episcopatum adeptus, anno 1241. ubi aliquamdiu tenuisset, ad Dunelmensem concessit. Scripsit,

Practicas Medicinæ, lib.1.
De Viribus herbarum, lib.1.

atque alia. *Balæus,* * *ex Matthæo Parisio, Lelando, & Westmonasteriensi.*

* Cent.4. cap.3.

GUALTERUS.

Successit Nicolao. *Balæus.* *

* ibid.

XVII. NORDOVICENSES.

JOHANNES.

Iohannes Graye, doctus & gravis vir, Nordovicensis episcopus, in summâ autoritate fuit apud Regem Johannem: à quo ad Romanum Pontificem missus Legatus fuerat; petiturus, ut Pontifex, suâ autoritate, Principum seditionem compesceret. *Polydorus.* * Defuncto Huberto Cantuariensi, Rex ipsum voluit successorem ejus à Monachis denominari: verùm repulsam passus est; Romano Pontifice eam electionem faciente irritam. Decertavit contra illos, qui Arthurum Britannorum Regem nunquam fuisse contenderent. Hibernis à Johanne præfectus est, ut eos in officio contineret. Scripsit,

* lib.15.

Historiarum opus, lib.1
Epistolas ad diversos, lib.1.

atque nonnulla alia. Obiit anno 1216. *Balæus.* *

* Cent.3. cap.73.

PANDULPHUS.

Pandulphus Jureconsultus, & Durantus Templarius, missi Legati sunt ad Johannem Angliæ regem, anno 1208. ut ad recipiendum Stephanum Cantuariensem ipsum hortarentur. Verùm, cùm damnum clero illatum præstare nollet Rex, in Gallias revertuntur, infecto negotio. Postea idem Jureconsultus, ab eodem Papa Innocentio, ad Philippum Galium mittitur, eumque ad inferendum Anglo bellum inflammat. *Polydorus.* * Demum Nordovicensis fit episcopus, anno 1218. *Idem.* *

* lib.15.
* lib.16.

GUALTERUS.

Gualterus Suthfelde, Nordovicensis episcopus, famis tempore, in Angliâ, argentea vasa vendidit: ut pauperum egestati subveniret. Obiit anno 1258. Colcestriæ. *Balæus,* * *ex Matthæo Parisio.*

* Cent.4. c. 26. in App.

XIIX. CESTRIENSIS.

Alexander Wendock, vel Venedotius Bononiæ pluribus annis studuit, aliisq; in locis: ubi & doctrinas Philosophicas & Theologiam addidicit, ut postea Tholosani gymnasii Theologorum scholas regeret. Cestriensis urbis episcopus, nocturnas visiones & somnia, illusione diabolicâ, habuit: quibus fascinatus, pullulantes sectas approbabat, & pro concionibus laudibus vehebat. Scripsit,

Postillas in Psalterium, lib.1.
Sermones & Lecturas, lib.2.

& alia, anilibus fabulis & somniis referta. Obiit anno 1238. & Cestriæ sepultus est. *Balæus.* *

* Cent.3. cap.94.

XIX. CONVENTRIENSIS.

Rogerus Wesham claruit anno 1260. Successit Oxonii Roberto Capitoni: publiceq; in scholis Franciscanorum prælegit; etiamsi ipse Minorita non esset. Postea, Capitonis beneficio, Ecclesiæ Lincolniensis Decanus efficitur; & tandem etiam Conventriensis episcopus, Regis Heinrici III. munificentiâ. *Balæus,* * *ex Lelando.*

* Cent.10. cap.65.

XX. LEGECESTRIENSIS.

Iohannes Basingus, aliàs Basyngstocke, Magister; Oxoniæ, ubi Philosophiæ fundamenta jecisset, Parisiorum Lutetiam contendit. Nec verò contentus illis, quæ ibi didicerat, Athenas petiit: & Constantinam, nobilem fœminam, de rerum naturâ, ejusq; causis, disputantem audivit. Reversus, Londinensis archidiaconus primùm, deinde Legecestriensis, efficitur. Transtulit & edidit,

Grammaticam Græcam, lib.1.

De Concordia Evangelistarum, lib.1.
Conciones eruditas, lib.1.
& alia nonnulla. Obiit anno 1252. *Balæus,* * *ex Lelando & Matthæo Parisio.*

* Cent. 4. cap 15

XXI. ANDEGAVENSIS.

IOHANNES Cantianus, natione Anglus, ubi bonas literas in patria didicisset: Galliam petiit, & in Aquitania causidicum egit: deinde Canonicus Andegavensis ecclesiæ effectus, in æde D. Virginis. Scripsit,

De Casibus Juris, lib.1.
Rubricas quoque, lib.1.

& alia ejus generis. Ad extremum, anno 1247. Franciscanorum se sectæ adjunxit: in qua reliquum ævi tempus transegit. Pontifex ex Legato usus est, ad exequendum ab Anglis pecuniam. *Balæus,* * *ex Lelando & Thoma Eklesion.*

* Cent. 4. cap 8.

XXII. ASAPHENSIS.

ANianus de Schonaw. Dominicanus eruditus, claruit circa annum 1270. ut conjectura est. Is, ubi in Eduardi Regis (ut putatur) amicitiam sese insinuasset, confessorem ejus aliquamdiu egit: deniq; ad episcopatum Asaphicensem translatus est. Scripsit *super fabulas Poetarum,* lib.1. *Balæus.**

* Cent. 15 cap 37.

XXIII. MENEVENSIS.

SYlvester Giraldus Cambrensis, ex Walliæ Principum familia oriundus, & in Penbrochiana provincia natus, claruit anno 12 . Is ubi per totam Europam, Artium studiis sectatus fuisset, eq. viris doctissimis eo quidē seculo aquasset; Parisium venit: ibique, ubi aliquamdiu Theologos audivisset, ipse postea sacras literas professus est.

Heinrico Regi Angliæ, propter eruditionem eximiam, fuit charus: nec-non Johannes, filius ejus, in Hibernia eo usus est Secretario. Brankaniæ & Meneviæ archidiaconus fuit: quamvis nonnulli Landavensem eum faciunt archidiaconum. Ad extremum, à suo clero in Menevensem eligitur episcopum: atque confirmationis gratia Romam petiit, anno 12 0. Ubi cùm de suæ Ecclesiæ metropolitano jure ageret contra Hubertū Cantuariensem; & alter quispiam aurifugas Romanos pecunia corrumperet: simul & dignitate & causa excidit. Scripsit quamplurima:

Topographiam Hiberniæ, lib.4.
De Expugnatione ejusdem, lib.3.
Topographiam Cambriæ, lib.4.
Itinerarium ejusdem, lib.3.
Illustrationes Merlinorum, lib.2.
Topographiam Britanniæ primæ, lib.4.
Distinctiones Giraldi, lib.1.
Relationem dormientium, lib.1.
In opera quædam Senecæ, lib.1.
Speculum Ecclesiæ, lib.4.
De Planctu lacrymabili, lib.1.
Pro reddenda Taltano, lib.1.
Vitam Heinrici II. lib.3.
Acta Regis Johannis, lib.1.
Ad Stephanum Cantuariensem, lib.1.
De Institutione Principis, lib.1.
Super Merlino Caledonio, lib.1.
Super Ambrosio Merlino, lib.1.
Gemmam ecclesiasticam, lib.1.
Epitalamion, lib.1.
Invectiones triennales, lib.1.
De Miseria conditionis humanæ, lib.1.
Epigrammata varia, lib.1.
Carmina metrica, lib.1.
De Cisterciensium nequitiis, lib.1.
Epistolas & Dictamina, lib.1.
Vaticinalem historiam, lib.1.
Gesta laboriosa Giraldi, lib.3.
De Avibus, & earum naturis, lib.1.
Rhetoricas orationes, lib.1.
De illaudabilibus Cambrorum, lib.5.
De præmiis suorum Operum, lib.1.
Descriptiones magnorum Virorum, lib.1.
Symbolum electorum ... Mapes, lib.1.
Cosmographiam Mundi, lib.1.
Chronographiam ejusdem, lib.1.
Speculum commonitorium, lib.1.
Speculum consolatorium, lib.1.
Remordentes epistolas, lib.1.
Querulum carmen, lib.1.
Certamina Galfridi Eboracensis, lib.1.
De Quærente & Solvente, lib.1.
De Honestate clericali, lib.1.
Cambriæ mappæ expositionem, lib.1.
Dialogum prosaicum, lib.1.
Vitam Ethelberti martyris, lib.1.
Vitam Davidis Menevensis, lib.1.
Vitam Caradoci presbyteri, lib.1.
Vitam Remigii Lincolniensis, lib.1.
Vitam Hugonis Carthusiani, lib.1.
De Monachis & Clericis, lib.1.
De Flosculis philosophicis, lib.1.
Ad Invectiones Huberti, lib.1.
Ad Aemulorum objecta, lib.1.
Itinerarium Balduini, lib.1.
De Fidei fructu & defectu, lib.1.
De Mahumeto & ejus nequitiis, lib.1.
Pro Guidone Varvicensi, lib.1.
Prærogativarum computum, lib.1.
De Mundi mirabilibus, lib.1.

atque alia plura. Cisterciensis quidam Monachus, eum de proditione accusavit: cujus viperæ morsum tamen evasit. Senex, ubi excessisset annum septuagesimū, obiit; & in Menevensi ecclesia sepultus est. *Balæus,* * *ex Johanne Lelando.*

* Cent. 3 cap 39.

XXIV. DUBLINENSES.

JOHANNES.

JOhannes Derlington, Dominicanus, & Theologiæ Magister-noster, ac auricularis Heinrici III. confessor, tandē fit archiepiscopus Dublinensis. Erat Romanis vulturibus admodum quæstuosus: ideoq; tres Pontifices, Johannes XXI. Nicolaus III. & Martinus IV. ipsum, per Angliam & Hiberniam, suum quæstorem constituebant; & tandem etiam Dublinensem archiepiscopum. Scripsit,

Concordantias magnas Anglicanas, lib.1.
Sermones ad utrumq; statum, lib.1.
Disceptationes scholasticas, lib.1.

& alia quædā. Obiit anno 1284. sui pontificatûs 7. & Londini apud Dominicanos sepultus est. *Balæus,* * *ex Lelando.*

* Cent. 4. cap 36.

GUILHELMUS.

Guilhelmus Hothun, vel Hodon, Parisiensis Doctor, & Dominicanorum per Angliam Provincialis: ubi bis, pluribus annis, ejus gentis curam cum splendore gessit; (ut *Balæi* verbis utamur) missus est Legatus, ab Edwardo Rege, ad Bonifacium IIX. anno 1298 à quo Dublinensis archiepiscopus, & citerioris Hiberniæ Primas, designatus est: interveniente scilicet pecuniæ. Videbatur isti portento admodum utilis, ad evacuandas hominum erumenas per Angliam: siquidem & animosus erat; & plurimùm ad conciliandos hominum favores idoneus. Scripsit,

Glossas Sententiarum, lib.4.
Quæstiones super primum, lib.1.
De immediata Dei visione, lib.1.
De Unitate formarum, lib.1.
Lecturas scholasticas, lib.1.

Româ rediens, apud Divionem in Burgundia, humanis rebus valedixit, eodē anno, quo creatus erat Dublinensis pontifex: ejus cadavere Londinū usq; deportato. *Balæus.**

* Cent. 4. cap 74.

HIBERNIÆ EPISCOPI.

MIDENSIS.

GUilhelmus Pagham, seu de Pagula, in Cantuariensi diœcesi natus, Carmelita, vir magni ingenii, claruit anno 128 . Oxonii & Parisiis, propter singularem eruditionem, summum in Theologia gradum promeruit. Genuæ, in synodo generali, Provincialis Carmelitarum in Anglia & Scotia constitutus est; & tandem episcopus Midensis in Hibernia, a Clemente V. Pontifice. Scripsit,

Lecturam

Lecturam Sententiarum,	lib.4.
Placita Theologica,	lib.1.
De Perfectione intellectûs,	lib.1.
De Notitiâ actuali,	lib 1.
De Veritate formali,	lib.1.
De Ente rationis,	lib 1.
Quæstiones ordinarias,	lib.1.
Conciones populares,	lib.1.

aliaq; plura. *Balæus,* * *ex Lelande, & Johanne Walsingamo, ejus discipulo.*

* Cent. 4. cap 52.

GORNIENSIS.

MARCUS Grondriæ & Insularum episcopus, Carmelita, claruit anno 1280. *Balæus.**

* ibid.

SCOTIÆ.

CATHANENSES.

ADAMUS.

EPiscopus Cathanensis, à suis civibus, in propriâ culinâ, primùm crudeliter virgis cæsus, crematur anno 1227. quòd quosdam eorum, propter subtractas decimas, excommunicâsset. *Hector Boëthius.**

* lib.13.

GILBERTUS.

Scotiæ Cartophylax seu Cancellarius, Adamo succ[...]sit. Ei Alexander Rex privilegia regni, accepta à Pontifice, asservanda tradidit. *Ibidem.*

DUNKELDENSIS.

RIchardus, Dunckeldensis episcopus, Alexandri Regis Cancellarius, Carmelitis primùm in Scotiam adventantibus, capellam prope Perth apud Tullilum attribuit, liberaliterq; dotavit; anno 1257. *Johan.Major.**

* li.4.c.12.

GLASGUENES.

GUILHELMUS.

GLasguensis episcopus, templum cathedrale Glasguense, suis fermè sumtibus, magnifice exstruxit; & non multò pòst supervixit. *Hector Boethius.**

* lib.13.

ROBERTUS.

Eam Scotiæ partem, quæ ad Austrum vergit, regendam accepit, post mortem Alexandri Regis. *Boetius.**

* lib.14.

GUILHELMUS.

Guilhelmus Fraseier, S.Andreæ episcopus, claruit anno 1273. Is, post Alexandri Regis mortem, partem gubernationis sustinuit in regno ibi; ubi ad Septentrionem tendit. Unus est etiam eo, in legationibus, Johannes Baliolus, pro redintegrando sedere cum Gallu. *Ibidem.*

DANIÆ.

LUNDENSIS.

IAcobus, Lundensis archiepiscopus, præfuit circa annum 1250. Is à Christophoro Rege inclusus carceri, & per integros novem annos detentus est, decimarum causâ. Quamobrem Dania, toto illo tempore, interdictum pontificium passa est: quod tandem relaxavit Guido, Legatus pontificius. *Crantzius in Daniâ.**

* li.7.c.24.

NORVEGIÆ.

HAMERENSIS.

TOrphinus, Hamerēsis episcopus, pulsus à Rege Norvegiæ suâ sede, anno 1284. exsul vixit in Thosâ monasterio, prope Brugas. *Chron. Fland.**

* lib.10.

SUECIÆ.

I. UPSALENSES.

VALERIUS.

VPsalensis archiepiscopus, ordine quintus, Olao successit; pallium Romanum ab Innocentio III. redimens. Is Suerchonem homicidam in gratiam recepit; pœnitentiam ei imperans. Eo interfecto, & Erico ad gubernationem sublimato, ipsi à cont[...]s tuis[...] per de[...] admonens, quæ ad publicam utilitatem referre videbantur. Ad extremū, extincto Erico, ubi Johannem cognomento Pium, ad regni fastigium evexisset, collectus est ad suos prædecessores, anno 1219. VII. Idus Apri[...]. *Joh.Magnus.**

* In Metrop. lib 2.

OLAUS.

Successit Valerio. Is, ubi pallium ab Honorio III. accepisset, satis quietè præfuit. Mortuo Johanne Rege, regni Proceribus autor & suasor fuit, eligendi Erici Balbi in successorē regni, ipsi sanguine junctum. Præfuit annis 14. Obiit anno 1234. XIII. Calend. Aprilis; & sepultus est in antiquâ Upsaliâ. *Metropolis Johan.Magni.**

* lib.3.

JARLERUS.

Olao succedit, ad annum 1235. Linum Romanum, quod ore tumido Pallium vocant, accepit à Gregorio IX. non tamen gratis. siquidem sedes illa subinde aurum sitit; atroq; expleri nequit. Is ab Erico Rege, & plerisque, adamatus fertur: quòd alioquin honestus, justus, mansuetus videretur; consilioq; valeret. Regi autor fuit, ut Tavastis bellum inferret, & ad acceptandam Christi religionem eos vi cogeret: novâ sanè ratione, quam Christus & Apostoli nescivetunt. Birgerum Ducem ad publicam adegit pœnitentiam: eò quòd Folchungos nefariè trucidâsset. Obiit anno 1260. IIX. Calend. Septemb. *Metropolis Johan.Magni.**

* lib.3.

LAURENTIUS.

Successit Jarlero. Is, ubi Minoritæ magno numero in Sueciam, ut locustæ, primùm involassent, tactus est & ipse Minorita, suoq; exemplo plurimis aliis nocuit: ut, desertis suis stationibus, in quas divinitùs collocati fuerant, Francisci regulam profiterentur.

Hoc modo cùm plurimos sanctitatis opinione fascinâsset, tantus à plerisq; habitus est: ut à clero populoque, unanimi consensu, archiepiscopus decerneretur. Confirmationem & palliū ab Urbano IV. accepit: ne scilicet Meretricis Babylonicæ characteribus carere videretur. Turbas in regno, quantum potuit, impedivit. Ejus consilio, Waldemarus constitutus Rex fuit: quem in Folchungos spirantem minas & cædes, à proposito dejecit, præcipiens ut gladium reconderet, nisi eo perire cuperet; & satis superq; sanguinis esse effusum aliquot annis: ideoq; magis de pœnitentiâ, quàm de pluribus cædibus, cogitandum esse. Obiit anno 1267. III. Nonas Martii, & Europiæ sepultus est. *Metropolis Johan Magni.**

* lib.3.

FOLCO.

Ex archidiacono Ecclesiæ Upsalensis, fit archiepiscopus; Laurentio extincto. Pallium ære plurimo acquisivit à Gregorio IX. Is Upsalensem ecclesiam exstruxit magnificè: ut architectum veriùs quam archiepiscopum, diceres. Sedem ab antiquâ Upsaliâ ad novam transtulit: numerum otiosorum Canonicorum duplicavit; (fuerant enim ad illud usq; tempus tantùm quatuor) ne qui deessent frugibus consumendis periti atq; idonei. Ipsum Christum sui patrimonii hæredem constituit. Sacrilegis locum supplicii in inferno destinavit.

W[...]demaro Regi, suo consanguineo, in Concilio publico, potestatem regiam abrogavit; subditos à juramento omniq; obedientiâ absolvit: quòd & in Deum impiè, & in homines tyrannicè ageret; graviter limites suæ vocationis transiliens. Hoc igitur modo dejecto Waldemaro, Magnum, cognomine Zadalaam, regiâ coronâ insignivit: & paulò pòst colligitur ad suos patres, anno 1277. V. Nonas Maii, & sepelitur Upsaliæ. *Metropolis Johan.Magni.**

* lib.3.

JACOBUS.

Jacobus Erlandi, cùm à Nicolao III. confirmationem & pallium accepisset, succedit. Pacis studiosus fuit: siquidem inter Folchungos & Regem Magnum, pro virili, omnem livorem tollere conatus est. Rex enim, tum ex Germania, tum ex Daniâ, quosdam ad amplissimos in regno honores evexerat: quod Volghungi ad sui contemtum pertinere putabant. Obiit, nondum hac dissensione compositâ, anno 1281. & sepultus est Upsaliæ, 8. Calend. Novembris. *Idem.**

* ibid.

JOHANNES ODOLPHUS.

Jacobo extincto, sedes illa 14. annis gubernatore destituta fuit: non quòd nullus adesset; (præfuerunt enim tres) sed quòd Johannes Magnus, plùs-nimiùm Romanis Pontificibus favens, propter non-accepta pallia, inter reliquos archiepiscopos numerare illos haud dignatur; & interim tamen numerat. Igitur, post longam deliberationem, Jo-

hannes Odolphi eligitur, circa festum nativitatis, an. 1281. Verùm Romæ, coram Martino IV. muneri huic se abdicavit sequenti anno; privatam quietem publicis curis & laboribus præferens. *Idem.*

MAGNUS BOETHIUS.

Johanni substituitur. Sed quia à Johanne Lundinensi confirmationem accepit: de pallio Sedis apostolicæ, sperans se illud sine omni morâ accepturũ, spe frustratus est. Neq; enim à Martino, & Honorio, linum Romanum impetrare potuit; licèt sedulò peteret: ut necesse fuerit, totis septem annis uti Suffraganei operâ, si quid episcopale faciendum esset. Regi Magno autor fuit; ut Waldemarum fratrem custodiæ traderet. Folchungos eidem conciliavit. Nuptias confecit, inter Primislaum Poloniæ regem, & Richissam Waldemari filiam; usus in hac re coadjutore Erico, Magdeburgensi præsule. Effecit quoque, ut Arno insula, & torrens Upsal, isti Ecclesiæ in possessionem cederent. *Idem.*

JOHANNES.

Monachus Sistunensis, Dominicanus; qui ex monacho Aboënsis episcopus factus, ad Upsalẽsem transfertur, post Magnum Boëthium. Coluit deos alienos: devotus enim fuit Mariæ virgini. Pallium allaturus, in Galliis obiit, anno 1291. in die Nativitatis Mariæ. Mortuus in Sueciam allatus, in Sistunensi monasterio humatur. *Idem.*

NICOLAUS.

Natione Suecus, qui familiariter notus fuerat Pontifici Bonifacio IIX. Anagniæ, & Cardinalibus, sublato Johanne, sinè omni difficultate Romanum impetravit linum: Pallium vulgò vocant. Reversus in patriam, honorificeq; exceptus, protinus synodum coëgit Arbogis. Torchillum quendam, Birgeri Regis Consiliarium, avaritiæ studentem plùs, quàm par erat, graviter sui officii commonefecit: qui penè id effecisset, ut carceri mancipatus fuisset. Obiit anno 1305. II. Nonas Februarii; & Upsaliæ sepultus est. *Idem.*

II. LINCOPIENSIS.

BEnedictus, Waldemari, Regis Sueonum, frater germanus, jussu Folconis metropolitani & reliquorum, subditos ab omni obedientiâ erga fratrem absolvit; liberosque pronuntiavit. Folchungorum etiam, aliorumque Procerum nomine, postulata ad Magnum retulit: ne extranei ipsis præferrentur, honoribusq; cumularentur, ipsis posthabitis. *Johan. Magnus in Metropoli.**

* lib.3.

III. SCARENSES.

BENEDICTUS.

PRæfuit ad annum 1220. Ei Westrogothi, ob ecclesiastica prædia, negotium fecerunt *Johan. Magnus.**

* li.19. Hist. Goth.

BRINOLPHUS.

Ex Folchungis oriundus, episcopus Scarensis, claruit circiter annum 1280. Is annis viginti & duobus literis operam navavit Parisiis; aliosq; docuit. Quem tandem in Divorum numerum relatum esse, testatur, *Johannes Magnus in Metropoli.**

* lib.3.

LIVONIÆ EPIscopi.

I. RIGENSES.

ALBERTUS.

BErtholdo successit, anno 1204. Primus ordinem Fratrum gladii inchoavit; ut scilicet homines barbaros contineret eò faciliùs in officio: tertiamque partem redituum Ecclesiæ Rigensis, huic Ordini attribuit. *Cromerus.** Misit Cunrado Polono, in auxilium contra Prussos, aliquot suorum fratrum; qui rubri ensis imaginem, cum cruce in pallio insutam, gestant. quos Prussi, exceptis quinq;, omnes ad unum usq; interfecerunt, anno 1222. *Idem.** Primus Rigam urbem muro cinxit, & munivit. *Crantzius.** Obiit tandem, anno 1229. *Idem.**

* lib.7. * ibid. * l.7. Sax. cap 14. * li 8. Sax. cap 4.

NICOLAUS.

Alberto priore extincto, de successore constituendo diu, etiam Romæ, litigarunt Bremenses, & Canonici Rigenses, Bremenses, jure ad se pertinere arbitrati, Albertũ, Scholasticum Bremensem, successorem denominant: Rigenses Nicolaum quendam. Verùm vicerunt tandem Rigenses. *Crantzius in Saxoniâ.**

* lib. 8.

ALBERTUS II.

Scholasticus Bremensis, omni literarum genere doctissimus; ubi legationis munus obivisset in Prussiam & Livoniam, à Papâ Innocentio IV. eò missus, & sex annis Lubecensem sedem occupâsset: tandem, anno 1246. primus archiepiscopus Rigensis constitutus est, cujus repulsam antea passus fuerat. *Crantzius.**

* ibid.

II. LEALHENSIS.

BERNHARDUS.

COmes de Lippiâ, monasterium ingressus, primùm fit abbas: deinde, ubi peregrinandi afficeretur desiderio, in episcopum Lealhensem consecratus est. Is filium Gerhardũ Bremensem oleo inunxit. *Metropolis Crantzii.**

* li.7.

DE MONACHIS.

Cyrillus Asiaticus.

NAtione Græcus, generalis Carmelitarum præses, Regi Armeniæ, cum omnibus episcopis & regni subditis, suasit; ut Romano Pontifici se subjicerent: anno 1181. quâ de re *Mantuanus** scribit:

— Tu venerande pater, per Medica cùm jam
Regna, per Armenias urbes, Parthosq; per omnes,
Undiq; sparsisses divini semina verbi;
Attritus gravitate avi, gravitate laborum,
Ad stata perpetuæ migrasti gaudia vitæ.

* li.3. Fast.

Hunc nugantur novam Apocalypsin inter missificandum accepisse, anno 1192. cùm ad Carmelum rediisset; ipsius Dei digito inscriptam tabulis argenteis, de futuro Ecclesiæ statu. cujus *idem Mantuanus** hoc pacto meminit:

* li.3. Fast.

Cyrillus, divinus homo, cùm sacra litaret
Manè sub auroram, sacrâ vestitus abollâ;
(Res miranda) puer, fulgenti splendidus ore,
Adstitit ante virum, liquidis suspensus in auris:
Argentumq;, docens annorum fata sequentum,
Protulit, & manibus pronus dimisit in aram;
Adjiciens: Deus ista tibi secreta revelat,
Sancte pater; tu fac populis ea nota Latinis.
Continuò mutans Romanis Attica verbis
Nomina, ad abbatem Siculum transmisit: & ille
Confestim in Latium, scholiis ad singula junctis;
Quæ superant, & habentur adhuc, passimq; leguntur.

Scripta ejus hæc recensentur à *Trithemio in libello de Scriptoribus ecclesiasticis:*

De oraculo angelico, ad Abbatem Joachim, cum Prologo. lib.1.
De Processu sui ordinis, lib.1.
Epistolas ad diversos.

Obiit anno 1234. *Balæus.**

* li.5. de Illu... Pont... um App.

EUROPÆI.

Monachi Italiæ.

I. EREMITÆ D. AUGUSTINI.

JOHANNES BONUS.

MAntuanus, Eremitarum D. Augustini ordinis instaurator, sub initium hujus seculi claruit. Is nobili ortus stemmate, affluens divitiis, & sodalium improbitate, quibus utebatur familiariter, corruptus, juvenis adhuc, voluptatibus se dedidit: quam ob causam mater in luctu & mœrore versabatur quotidie. Filius tandem gravi corripitur morbo; ut de vitâ etiam periclitaretur. Ibi votum vovit: si sanitati restitueretur; se in-posterum in religioso monachorum habitu Deo deserviturum. Res succedit: convalescit ille: mater extremam claudit diem. Tùm sua peccata confitetur; facultates vendit; & inter pauperes pecuniam distribuit. His peractis, in Flaminia, non procul à Cesenâ urbe, speluncam habitationem eligit: in quâ se supra modum affligit.

C...

Cùm aliquando, vitum se esse, stimulosque libidinis persentisceret; hoc usus remedio est. Arundinem in minutissimas conscidit partes; easque præacutas, sub digitorum unguibus, ad summum usque infixit: ut ex nimio dolore corrueret; & sic, tanquam mortuus, toto penè triduo jacèret. Tales hoc seculum prodigiosos sanctos produxit! Apparet post triduum ille, cui inserviebat, & hisce verbis ipsum affatur: Fili, quia viriliter fecisti, optimè vitam consummabis; & deinceps non senties aliquid ejusmodi. Sicq; vixit ad mortem usq; cælebs, carnis pruritum ab eo tempore non-sentiens; si credere fas est.

Cùm igitur, ob vitæ rigorem, jam omnibus esset admirationi: multos etiam ex secularibus adipiscitur sectatores; quorum omnium pater & doctor est constitutus. His per Flaminiam & Umbriam monasteria exstruxit: qui, corrupto vocabulo, Zambonitæ dicti sunt.

Ad extremum, cùm totis annis 50. in promovendo superstitioso Eremitarum vitæ genere, plurimùm desudâsset; Mantuam revertitur: ibique in parvo monasterio, ipsi à Mantuanis exstructo, animam exhalat anno 1222. Paulò pòst, cadaver exanime ad cœnobium S. Agnetis transfertur: ubi Satan per falsa miracula multis imposuit. *Bergomensis,* Schedelius.**

* lib.18. * Æn.6.

AUGUSTINUS NOVELLUS.

Augustinus de Iterano, natione Siculus, Jureconsultus & Theologus doctissimus, ob excellentem doctrinam, & vitæ austeritatem, dictus est S. Augustinus Novellus. Primùm Manfredi Siciliæ Regis Consiliarius fuit. Quo interfecto, suæ vitæ volens consulere, ordinem Eremitarum S. Augustini, in Siciliâ, ingressus est. Deinde, acceptâ licentiâ à superioribus, in Tusciâ locum elegit; cui nomen est S. Antonii de Rusano. Ibi cùm innotesceret; in Pœnitentiarium Romani Pontificis assumtus est. Si qua res difficilis occurrebat: ab eo, tanquam ab altero quodam Apolline, in Romanâ curiâ consilium petebant. Generalis sui Ordinis constitutus; statim munus id, in Capitulo Neapoli congregato, resignavit. Ad extremum Senas, Etruriæ urbem, reversus, reliquum ævi transegit solitarius, usque ad annum Christi 1303. quo diem suum obiit. Episcopus Senēsis, cum universo populo, ne reliqui Monachi cadaver exanime terræ mandaturi convenissent; id, ne fieret, interdixit: indignum asserens, tantum virum terrâ obruere, qui loco celebriori collocandus sit. Et vivus, & mortuus, miracula edidisse fertur. *Bergomensis.**

* lib.13.

II. CISTERCIENSIS.

Martinus Scotus, monachus Cisterciensis, insigniter doctus. Romæ in precio fuit, ad annum 1252. Scripsit brevem Historiam, quam Martinianam, suo de nomine, appellavit. Quàmvis illud opus non-nulli, cuidam Martino episcopo, Ordinis Prædicatorum, attribuerunt. *Vincentius Continuator,* Bergomensis.**

* lib.32. * lib.13.

III. MINORITÆ.

FRANCISCUS.

Franciscus Seraphicus, patre natus est Petro Bernardione, Asisii, quæ Vallis Spoletanæ civitas est. *Bonaventura.* Vincentius* † Petrū de Berdone vocat. *Volaterranus** propterea Franciscum nominatum ostendit: quòd pater, quem Petrum Bernardonum vocat, ad Francos penetraverit, mercii causâ. *Martinus Capellanus* refert, Johannem fuisse dictum; antequam monasticæ vitæ se traderet.

* cap 6. Legenda Francisci. † 30.c.101. * lib.21.

Literis operam dedit, in ecclesiâ S. Georgii, Asisii: ubi postea etiam primùm ad populum concionem habuit. *Bonaventura.**

* cap.13.

Ubi verò Asisii, in Italiâ aliquèm in literis profectum fecisset: animum mercaturæ adjecit, tanquam genus vitæ quæstuosum. In eo insolentior factus, (siquidē opibus affluebat) vitam prorsus dissolutam vixit; ad annum usque ætatis suæ 25. Et quàmvis ad tempus, morbis affectus, immutatus videretur: attamen ad priorem vomitum rediit. *Vincentius.** Neque tamen, etiamsi opibus afflueret, in thesauro corruptibili spem posuit: sed multò magis liberaliter de illis, quæ aderant, pauperibus petentibus largiebatur. *Bonaventura.**

* Lib.c.97. * cap.1.

Johannis Boni, Mantuani eremitæ, discipulum fuisse, testatur *Bergomensis** à quo religionis habitum suscepit; ut ex cujusdam Tabellarii chirographo authentico citat.

* lib 13.

Scripsit. *Brevem Regulam Minorum.* lib.1.

Testamentum breve, lib.1.

Trithemius de Script. eccl.

De cruce Christi jugiter suos asseclas docere solitus est. Sic eos orare docuit: *Cùm orabitis; dicite, Pater noster.* Et: *Adoramus te, Christe, ad omnes ecclesias tuas, quæ sunt in toto Mundo; & benedicimus tibi: quia per sanctam tuam crucem redemisti Mundum. Vincentius.** Deum in omnibus, & ex omnibus creaturis, laudandum: Sacerdotes præcipuâ reverentiâ honorandos: Firmiter credendum, & simpliciter confitendum; quod credit & profitetur Romana Ecclesia.

* lib 30 c.69

Sedulò hortatus est suos; ut mulierum consortia, colloquia, vitarent; & ne quidem intuerentur. siquidem hoc pacto infirmos frangi; fortiores infirmari, diceret. *Bonaventura.** Frivolum esse dixit colloquium mulieris: nisi fortè confessio earum sit audienda; vel alioquin instituendæ, quantum saluti & honestati expedit.

* cap.5.

Otium, omnium malarum cogitationum sentinam, summoperè fugiendum censuit. Ideoque otiosos & vagos, solitus est appellare Fratres muscas: quòd nihil facientes boni, benefacta inficiant: seque abominabiles reddant.

Silentium rigidè a suis observari voluit: loquaces & vaniloquos acriter objurgavit.

Jussit, nō cibum; sed charitatem, suis esse in exemplum; idque hac occasione: quòd Fratrum quempiam, ob nimiam cibi abstinentiam, nocte quâdam in præsenti versatetur periculo. Quod ubi videret, jussit panem apponi: & prior aliquantulum sumsit; ne scilicet frater puderieret: sicque illum servavit.

Sordes peccatorū assiduè deflere jussit. quod & ipse fecit: ita ut gravissimè ex oculis propterea laborare inciperet. *Ibidem.*

Paupertatem, specialem esse salutis viam, dixit tanquam humilitatis fomentum, perfectionisque radicem: cujus fructus multiplex est; sed occultus. Hanc esse illum thesaurum absconditum, cujus causâ omnia sunt vendenda. Sic verò ad eam perveniri: si quis non solùm mundanæ prudentiæ; sed etiam literarum peritiæ, quodammodò renunciet. *Bonaventura.**

* cap.7.

Pecuniam, servis Dei aliud nihil esse, quàm Diabolum, & venenatum colubrum, solitus est dicere. Beneplacitum esse Domino in paupertate, & maximè eâ, quæ voluntaria pro Christo mendicitas est.

Fratres minores, hac novissimâ horâ, Mundo commodatos esse: ut electi in eis impleant, unde à judice commendentur, audiantq; illud: *Quodcunq; fecistis uni ex his minimis, mihi fecistis.*

Panem angelicum illum esse dicebat; quem pro Dei petitum amore, & beatis suggerentibus Angelis, pro ipsius charitate largitum, sancta paupertas collegit ostiatim.

Pecuniam, seu denarios, solitus est vocare muscas. *Ibid.*

Plangendum prædicatorem, tanquam verâ pietate privatum: sive qui in prædicatione, non animarum quærit salutem; sed propriam laudem: sive qui pravitate vitæ destruit; quod ædificat veritate doctrinæ. *Idem.**

* cap.8.

Detractionis vitium, inimicum fontis pietatis & gratiæ, tanquam serpentinum [illegible], & [illegible] imâm pestem, abhorrebat, & Deo abominabile esse dicebat: quòd detractor animarum sanguine pascitur; quas gladio linguæ necat. Itèm, obtrectatorem ad Deum levare oculos non posse: nisi, quod priùs abstulerat, reddere pro posse curaret.

Furtum reputari à Deo, si quis non magis egenti det, quod fert, quam sibi ipsi retineat. *Ibidem.*

Saluti animarum nihil prætereundum esse dicebat: eo maximè probans, quòd unigenitus Dei, pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere. *Idem.**

* cap 9.

Orationis gratiam, viro religioso desiderandam super omnia, firmiter asserebat: nullumq; sinè ipsâ in Dei pro-

ſpe'ari ſervitio. atque etiam omnibus modis, ſuos fratres, ad ejus ſtudium excitabat. *Idem.** [* cap. 10.]

Familiaribus ſæpè dixit: Quando ſervus Dei orans viſitatus divinitùs, dicat: *Illam conſolationem mihi peccatori, & indigno, de cælo miſiſti, Domine; & ego illam tuæ committo cuſtodiæ: quia theſauri tui me ſentio eſſe latronem* Cùm ab oratione revertitur: ſic debet ſe pauperculum & peccatorem oſtendere, ac-ſi nullam ſit novam gratiam conſecutus. *Ibidem.*

De illis, qui lectioni ſacrorum voluminum intendebant, inter ſuos ſectatores interrogatus dixit: Mihi quidem placet; dum tamen, exemplo Chriſti, qui magis oráſſe, quàm legiſſe invenitur, orationis ſtudium non intermittant. Nec tantùm ſtudeant, qualiter loqui debeant: ſed ut audita faciant; &, cùm fecerint, aliis facienda proponant. Volo fratres meos diſcipulos euangelicos eſſe; ſicque in notitiâ veritatis proficere: ut in ſimplicitatis puritate concreſcant; ut ſimplicitatem columbarum à prudentiâ ſerpentinâ non ſeparent: quas Magiſter eximius ore ſuo benedicto conjunxit. *Idem.** [* cap. 11.]

¶ Hoſtienſi epiſcopo prædixit; fore aliquando ipſum Pontificem Romanum. id quod poſtea eventus comprobavit; & dictus eſt Gregorius IX. *Bonaventura.** [* cap. 6.]

Sacrarum literarum etiam ſi peritiam non habuit; quòd ab ineunte ætate, in illis addiſcendis, non multum operæ collocâſſet: nihilominùs tamen etiam vel maximè myſteria earum ſcrutatus eſt. *Idem.** [* cap. 11.]

Quæ aliquando in Bibliis legit, memoriæ tenaciter infixit.

Cuidam ſeni, quæſtiones aliquot difficiles explicuiſſe eâ dexteritate, fertur: ut ille, etiam ſi in Theologiâ peritus haberetur; nihilominùs diceret: ſuam Theologiam humi ſerpere; Franciſci verò, inſtar aquilæ, in ſublime ferri.

Futura prævidiſſe, occulta cordium ſcrutatum eſſe, abſentia vidiſſe, abſentibusq; ſe præſentem exhibuiſſe, uſqueadeò nugatur *Bonaventura:** ut amplius quippiam, quam ſemideum, contra manifeſtum Dei verbum, ex eo efficiat. Cujus aliquot enarrationes ſubjiciemus. [* ibid.]

Prædixiſſe fertur infelicem Damiatæ in Ægypto expugnationem. Et quia nemo illum ſequi volebat; imò pro fatuo pleriq; haberent: eum eventum ipſius prædictioni fidem feciſſe.

Invitatus à milite quodam ad prandium; antequàm menſæ cum ſuo ſodalitio accumberet: juſſit hoſpitem ſeſe præparare, tum pœnitentiâ, tum omnium peccatorum ſcrupulosâ confeſſione, ad tranſitum ex hac vitâ: fore enim, ut paulò pòſt animam efflaret. Cùmque vix menſæ accubuiſſent: protinus, quod prædixit, evenit.

Quendam ſuorum, Gedeonem Præbendarium, cruce ſignatum, Reatæ graviter decumbentem, ſanitati reſtituit: prædicens, multò graviùs perpeſſurum; ſi ingratus exiſteret, & ad priorem rediret vomitum. Nec multò pòſt, in domo cujusdam Canonici, domûs tecto nocte obrutus ille occubuit.

Nobilis quædam fœmina apud illum conqueſta eſt; quaſi à marito prohiberetur à Dei ſervitio: quod quale ſit, ex ſequentibus patebit. Jubet illam bono eſſe animo: brevi enim maritum immutatum iri. Marito verò dici juſſit: Nunc tempus clementiæ; poſtmodum judicii futurum. Ad hæc verba expaveſcit maritus: & ab eo tempore, ad mortis uſque articulum, à conjugali abſtinet conſuetudine.

Quòd Leonardus quidam de Aſiſio, ipſi invideret aſinum, in quo feſſus equitabat Franciſcus, qui utrique communis erat; intellexit, deſcendit, & Leonardum inſidere juſſit.

Al[illegible] quiſpiam ſecum cogitaverat; hunc in primis eſſe Deo di[illegible]ctum, qui à Franci[illegible]co magni fieret. Hoc vidiſſe dicitur [illegible] & hûc fratrem de ſuo amore bene ſperare juſsiſſe.

Alius quiſpiam animo volvebat, ſi quid haberet manu Franci[illegible] ſcriptum, [illegible]oſſe tentationem, quâ vexabatur, ſuperare. Franciſcus, ipſum præveniens, aliquid propriâ manu [illegible]it; & ad morte[illegible] uſque di[illegible]genter eum illud aſſervare ju[illegible]it. Ab eo tem[illegible]re, tentat[illegible]o, q[illegible]am ſenſit, evanuit:

& plurima miracula egiſſe mortua litera, ſcilicet per ſuperſtitionem, in-poſterum, fertur.

De alio quodam uſque-adeò ſuperſtitioſo, ut ſemper orare videretur; qui etiam ſempiternum ſilentium præſtabat, ita ut etiam nutu confiteretur; hoc reliquis in eo admirantibus & laudantibus, dixit: Ne mihi diabolica in eo figmenta laudetis. Non multo pòſt iſte monachatum reliquit.

¶ Cùm igitur hoc pacto, in D. Virginis ſacello, ſolus viveret, publiceque doceret: primò omnium Bernhardus, cuncta relinquens, ſe ipſi ſocium adjunxit, cupiens ex illo ſcire, quo pacto Mundum perfectè poſſet contemnere. Primùm, templum D. Nicolai manè adeunt; ibique orant, ut in Bibliorum textu id ipſis oſtenderetur. Finitâ oratione, apertoque libro; primùm in hunc locum incidunt: * *Si vis eſſe perfectus; vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Secundò iterum aperiunt; dictumque tùm offertur ipſis: * *Nihil tuleritis in viâ.* Tertiâ vice id reiterant & obvenit illis textus: * *Qui vult venire poſt me; abneget ſe-ipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.* Hæc (ait Franciſcus) eſto regula noſtra, omniumq; eorum, qui aliquid in-poſterum nobiſcum volent habere commune. *Bonaventura.** [* Matt. 19. v. 21.] [* Luc. 9. v. 9.] [* Matt. 16. v. 24.] [* cap. 3.]

Paulò pòſt, cuidam Sylveſtro, ſacerdoti Aſiſiano, tale quid videre contigit: civitatem ſcilicet Aſiſium, à quodam magno dracone circumdari, ità quidem, ne de totâ regione quid videre liceret. Deinde, auream crucem, ex ore Franciſci procedentem, videbatur videre: cujus cacumen ad cœlum; brachia ad Mundi fines uſque, extendebantur. Ad ejus conſpectum, draconem territum & fugatum eſſe. Hoc ſomnium ubi Franciſco & reliquis narrâſſet: non ſecùs, quàm approbationem ſui inſtituti factam divinitùs, interpretatus eſt: cùm tamen mera eſſet Satanica illuſio.

Ipſe quoque Franciſcus, ſuis ſociis, quos eo tempore ſex habebat, dixit: ſibi verè oſtenſum divinitùs, fore, ut in immenſum creſcant.

Emittit eos, quos ſecum habebat ad prædicandum; iſque inſtruit mandatis: *Pacem hominibus annunciate, pœnitentiam & remiſſionem peccatorum prædicate. In tribulationibus ſitis patientes, in orationibus vigilantes; in laboribus ſtrenui, in ſermonibus modeſti; in moribus graves, in beneficiis grati. Pro hoc omnibus, regnum ipſi cælorum præparatur.* Item: *Jacta curam tuam in Dominum; & ipſe te enutriet.* quod ſubindè ſolitus eſt ingeminare; quoties aliquem in ſui conſortium reciperet.

Creſcente numero ſectatorum, Regulam conſcripſit, eamque Pontifici Innocentio III. obtulit. Idque fecit tantò majori confidentiâ, quòd in ſomnis vidiſſet arborem ſummæ altitudinis, ſub quâ ſtabat. cumque non ſinè admiratione eam intueretur: ſubitò virtute divinâ levatur in altum; ità ut cacumen attingeret, atque ad terram ſinè negotio curvaret. Hoc ſomnio (ſeu illuſione potiùs Satanicâ) factus animoſior, Papam adit: & primo die repellitur. Noctu ipſe Papa videtur videre, palmam, inter ſuos pedes, paulatim ſuccreſcere in proceram arborem. Addita ſimul interpretatio eſt: Hanc arborem ſignificare illum homuncionem; qui heſterno die repulſam fuerat paſſus. Quapropter illum paſſim quæri jubet, manè facto; &, quid velit, rogat. Franciſcus Regulæ ſuæ petit confirmationem. Res, in Cardinalium ſenatu, in deliberationem venit, quorum nonnulli reluctantur: ſiquidem ordo novus, & ſupra humanas vires poſitus, videbatur. Illis ſe opponit Johannes de S. Paulo, Sabinenſis epiſcopus: omnibusq; perſuadet, quòd blaſphemiam in Chriſtum eſſe diceret, Euangelium Chriſti accuſare; quaſi novum quid, aut irrationabile, vel etiam ſervatu impoſſibile, in ſe contineat: cujus obſervantiam in primis Regula flagitaret.

Acceſſit huc alia Diaboli illuſio. Pontifex nocte ſequente, videt Lateranenſem baſilicam ruinam minitare; & à quodam homuncione, dorſo ſubjecto, ſuſtentari. Hæc ad Franciſcum accommodabat; & fore prædixit, qui Eccleſiam Romanam eſſet fulturus. Proinde petitioni ejus ſatisfecit; Regulamque confirmavit. Juſſit pœnitentiã prædicare: & ne Laici, qui eum comitabantur, ſigno de-

ſtitue-

stituerentur; coronas parvulas illis fecit, ut prædicare liberè non vererentur. *Ibidem.*

Tres Ordines instituit: Fratrum minorum, Pauperum dominarum ac virginum, atque etiam Pœnitentium. *Vincentius.*

l 29 c.99.

Ubi numerus discipulorum crevisset, ad duodecimum usque: multi alii, fascinati fictâ sanctitatis specie, ipsi sua dederunt nomina: non tantùm viri; sed mulierculæ & virgines, quæ perpetuum vovebant cœlibatum. Inter eas, primas obtinuit Clara, postea novi ordinis inventrix. H[uic] accessit Moricus quidam, de Cruciferorum ordine: quem sanitati restituit; traditâ illi panis buccellâ, oleo illitâ ex lampade, quæ ad D. Virginis imaginem ardebat. Accesserunt & alii quam-plurimi: ut uno die, ultra quinque millia, ad templum S. Mariæ de Portiunculâ convenirent, & per totum terrarum orbem se-se longè lateque diffunderent. *Bonaventura.*

cap 4.

¶ Antequàm peculiare genus vitæ monasticæ susciperet; fortè ipsi quispiam miles venit obviàm: quem [cum] pannosum & malè-vestitum videret, protinus se-ipsum exuit; vestesq; mundiores, quibus utebatur, illi induit.

Anno 18. pastoralem sumsit habitum, nudisque pedibus Romam venit: atque ad basilicam Petri, sedens inter mendicantes, ulcerosos exosculatur. *Volaterranus.* Quadriennio, in eremo, inter fetas bestias victitavit. *Ibidem.*

lib. 21.

Cùm, inter densas sylvas, Christum vidisset eruci affixum, & in leprosum incidisset, qui disparuerat, ut dictum est: protinus leprosis se adjunxit, a quibus antè totus abhorruit; eisq; inservivit. *Bonaventura.*

cap. 1.

Leprosorum manus & ora exosculabatur. Sacerdotibus pauperibus liberaliter dabat, in primis, si quid ornamentorum altaribus deerat.

Ingressus aliquando Petri templum, catervam pauperum conspiciebat: inter quos unus maximè videbatur egere. Huic suam dedit vestem; ejusque iterum induitur: & totâ illâ die inter eos versabatur, Mendici instar. *Ibidem.*

Patri furatus pecuniæ summam est: quam ad sacerdotem templi Damiani detulit; ut indè ruina-tecta templi reparari curaret: atque aliquamdiu apud istum sacerdotem mansit, invito patre. Id ubi pater rescivisset; quærit Franciscum: qui in foveâ se abdit; deque atroci persecutione apud Deum conqueritur. *Idem.*

cap. 2.

Liberatus, in conspectu Asisiensis episcopi, ab obedientiâ paternâ, nihilominùs de reparando Damiani templo cogitat. Ideoque mendicando sumtum omnem acquisivit: ipseque humeris lapides gestavit. Isthinc, ad S. Petri ædem reparandam, plenis fertur velis; quæ extra Asisium paulò longiùs aberat, quàm illa Damiani: opusque perficit.

Rursus, ne otiaretur, ad D. Virginis templum, prorsus desertum & neglectum, animum adjecit: ubi sedem figere decrevit; eò quòd antiquitus i[bi]d delubrum, Sancta Maria de Angelis, dictum fuisset. Atque hic ille locus est, in quo primùm ceperunt Minoritæ. *Ibidem.*

In templo D. Virginis, ubi, in Missâ de Apostolis, audivisset illa ex Euangelio verba, *Ne aurum, argentum, peram, duas tunicas, calceamenta, baculum, habeant*: protinus cuncta abjicit; solvit de pedibus calceos, baculum deponit; peram & pecuniam execratur; unicam retinet vestem; funem arripit, quo cinguli vice uteretur. Et sic stolidè exsistimat, huic mandato plenè esse satisfactum; quod etiam alios quàm-primùm docere cœpit. *Idem.*

cap 3.

¶ Hac verò occasione, factus est monachus. Nocte quâdam, cùm militi cuipiam, mundiores suas esset elargitus vestes: visus est in somnis videre palatium, omnis generis militaribus armis refertum; quæ omnia signaculo crucis insignita erant. Quæsivit; Cujus ea essent? & responsum tulit; Ipsius, ejusque militum. Hoc ita accepit, quasi in militiâ futurus esset felix: & protinus ad quendam Apuliæ Comitem, militiæ ergò, iter facit. Tum noctu vocem audivit, dicentem: Francisce, quis potest melius facere tibi; dominus ne, an servus? dives an pauper? Ille respondit; dominum & divitem. Cur igitur, pro servo dominum;

A pro paupere ho[mi]ne Deum, relinquis, Francisce? Tum Franciscus: Quid me vis, Domine, facere? Rursum audit: Revertere domum. Visio enim, quam vidisti, non militiam secularem; sed spiritualem, significat.

Paulò [po]st, [d]iens [no]n procul ab Asisio in leprosum incidit; qui [so]spem porrectâ dextrâ precabatur. Et si verò, ad primum ei[u]s conspectum, abhorreret: judicavit tamen, operæ-precium esse, se-ipsum ut vinceret: atque descendens de equo, & stipem, & osculum simul, ei præB bu[it]. Protinus autem leprosus disparuit.

Abeo tempore, quod fuit circa annum ætatis ejus 25. Christi verò 1[2]3 *juxta Bergomensem*: alii, *ut Martinus Polonus, & Chronicon Acdeum*, annum Christi 12[0]6. collocant; [f]o[c]um quæsivit solitaria. ubi cùm aliquando precaretur la[crym]ans; vidit Christum crucifixum: & statim ad penitiore vitæ genus animum adjecit. *Bonaventura.*

lib 13

cap. 1.

Ingressus S. Damiani templum ruinosum, ad orandum, prosternitur ad crucis imaginem. Ibi iterum audit: Francisce, vade, & repara domum meam; quæ tota penè C destruitur, ut vides. Protinus igitur Fulginum iter faciens, pannos, quos venales asportaverat, vendidit: eamque pecuniam ad sacerdotem templi Damiani detulit; & ut cum [eo] aliquandiu viveret, oravit. Conceßit id Sacerdos: sed pecuniam recipere noluit; veritus, ne parentes ejus id ægrè essent laturi. [Qu]os te liber honorare parentes est; eos suo tesi[t] dare? *Idem.*

cap. 2.

Domum reversus, cum [fr]atri[bu]s Spoleti deliberationem inf[i]t[u]it, an loca deserta & solitaria adire velint, an verò inter homines [c]onve[rsa]ri. Franciscus [c]onsulit ut a[b]di[tis] ... D atque [..]g [...] inter homines sibi esse vivendum. Atque hac ratione Asisium redit; degens in quodam tuguriolo, juxta civitatem. *Idem.*

cap. 4.

Hum[il]itatem solitus est commendare: quòd ipse Dei Filius eam nos proprio doceret exemplo. Maluit igitur sui vituperium, quam encomium audire. Si quando accidit, ut lauda[r]etur: jussit fratrem, quem ad manum habebat, se vituperare. Q[u]od ubi fieret a[li]quando; & ex fratre audiret, quòd rusticus, mercenarius, [i]n[p]eritus, & inutilis esset: vo[c]e & gestibus se hilarem præbuit. *Idem.*

cap 6.

E Ægrotus aliquando, paulùm de rigore abstinentiæ remisit. Ubi verò aliquantulùm convaluisset: populu[m] Asisii c[on]vocato, cunctisque fratribus, majorem introivit ecclesiam: atque fune collo circumdato, nudum se trahi præcepit hyeme, usque ad lapidem; in quo malefici, publico afficiendi supplicio, collocabantur. Ibi ad turbam oratione conversâ, dixit: se non, ut spiritualem, honores sed ut lurconem, ignominiâ afficiendum atque contemnendum esse.

F Laudantibus se, solitus est respondere: Filios & filias adhuc habere possum; nolite laudare nondum-securum. Nemo laudandus, cujus incertus est exitus. Se-ipsum verò hisce verbis compellavit: Latroni si tanta contul[i]sset Altissimus, gratior te foret, Francisce. Fratribus autem sæpè dixit: De omni eo, quod peccator potest, nemo debet sibi iniquo applausu blandiri. Peccator jejunare, orare, plangere, carnemque propriam macerare potest: hoc solum n[o]n potest, Domino suo scilicet esse fidelis. In hoc itaque gloriandum; si tuam Domino gloriam reddimus: si, fideliter servientes ipsi, quicquid donat, adscribimus.

G Fratres sui ordinis, voluit Minores, Prælatos verò Ministros dici: ut hoc pacto ad mutuam obedientiam, & humilitatem eos commonefaceret.

Suasit, monitum fratrum neminem, ad ecclesiasticas prælaturas, admittendum esse: si modò fructum in Dei Ecclesiâ facere debeant.

Romæ, apud Leonem, sanctæ Crucis Card[i]nalem, ubi pernoctâsset, durè vapulat a dæmon[e] [...] noctu. Id indè esse ratus; quòd non casulâ contentus curiam acce[ss]iset. Proindeab eo tempore malu[i]t isthinc abire, quam adesse. H *Ibidem.*

Illis, qui & verbo & opere mulris perfi aderent vitam monasticam, solitus est optima precari: contra[...] [qu]i eam vitæ pravitate contpurcarent, [...] ma[l]ed[ix]i[t]. *Idem.*

cap 8.

Erga male-habentes, & penuria-laborantes, misericors

fuit: ità quidem, ut fratrem, duriùs pauperi cuidam, stipem petenti, respondentem, aliquando juberet, nudum se ad pedes ejus prosternere, culpam agnoscere; atque deprecari: siquidem in paupere, speculum Domini, & matris ejus pauperis, proponeretur.

Quoties aliquid ab alio dono datum accepit; solitus est petere licentiam: ut, si magis egenus occurreret, liceret ipsi hoc dare. Ideoque non tunicæ, non libris, non altarium ornamentis, aliisque rebus, pepercit; sed in indigentes ea distribuit.

Creaturas, quantùmvis parvas, fratris & sororis appellabat nominibus. Illas verò, quæ Christum quodammodò similitudine quâdam referebant, majore complectebatur amore. Ideoque frequenter agnos mactandos redemit.

Iter faciens, ovium greges solitus est salutare. [O' stolidum caput!]

Dono accepit aliquando ovem, apud S. Mariam de portiunculâ: quam ut æquo animo accepit; ità quoque his eam verbis allocutus est: ut scilicet laudibus divinis intenderet, & ab omni fratrum offensâ caveret. quod postea facere visa est. [Sic igitur insulsus homo bestias discipulos habuit.]

Leporem vivum, dono acceptum, dimisit: monens, ne se iterum capi in-posterum permitteret.

Iter faciens, cum fratre quodam, per paludes Venetiarum, forrè in avium catervam cantillantium incidit. Tùm ille ad itineris socium: Sorores aves laudant creatorem suum; nos itaque laudes & horas quoque canonicas Domino decantemus. Ibi aves loco motæ non sunt. Cumque se invicem, propter garritum avium, audire non possent; eas his verbis affatur: Sorores aves, à cantu cessate, donec laudes Deo-debitas persolvamus. Aves dicto-audientes, protinus cessarunt: donec iterum garriendi potestatem, ab inepto & superstitioso Francisco, acciperent.

Quæ porrò ibidem Autor Legendæ ipsius, de cicadâ, fasiano, & faleone quodam, nugatur: silentio prætereunda esse duximus, tanquam ejusdem generis puerilia & ludicra.

Cùm in eremitario Grecii aliquamdiu moras necteret: incolæ loci, lupis voracibus, & grandine, vexabantur. Eos ubi ad pœnitentiam, confessione præmissâ hortatus esset, & illi dicto obedirent: ab istâ liberati sunt plagâ. Et quamvis vicini interdum aliquid damni acciperent: illis tamen adversi nihil accidit. *Ibidem.*

Quotannis, à festo Epiphaniorum, usque ad Quadragesimam, loca solitus est adire solitaria: & cellâ inclusus, quantum potuit, a cibo & potu abstinuit, recitandis precatiunculis totus occupatus, in honorem Christi. *Idem.**

* cap. 9.

Sæpè utebatur Eucharistiâ, summâ cum devotione.

D. Virginem magno complectebatur amore: quòd ipsum Deum, fratrem nostrum, genuisset; & per eam, misericordiam consecuti simus. In eam, post Christum, omnem suam collocabat fiduciam; sui suorumque patrocinium ei commendabat, ac, in honorem ejus, quotannis, à festo Apostolorum Petri & Pauli, ad Assumtionis usque, diebus scilicet 48.) devotissimè jejunabat.

Ob devotionem erga angelicos spiritus, à festo Assumtionis, sequentibus quadraginta, jejunabat: & suo more, preculis demurmurandis, eos obtundebat. S. Michaëli verò cui officium præsentandi animas assignabat, in primis devotus erat.

In honorem Apostolorum, in primis Petri & Pauli, specialis Quadragesimæ Jejunium Domino dedicabat.

Se-ipsum subinde excarnificabat tantoperè; ut nonnulli nimium rigorem, & austeritatem ejus carperent. Quibus respondit; hoc se aliis in exemplum facere. maleque accommodabat huc illud Pauli: * Si hominum & angelorum linguis loquor; charitatem autem non habeo, & proximis virtutum exempla non monstrem: parum prosum aliis; mihi nihil.

* 1 Cor. 13. v. 1.

Periculo se exposuit, ut hoc modo martyrii coronam adipisceretur. Se[pt]imo etenim sui monachatûs anno, Saracenis, aliisque in Syr[ia] [i]nfidelibus, prædicare, animum induxit. Navem igitur conscendit: sed spe frustratus, quòd ventos omninò contrarios habebat, ad Sclavoniæ partes appulit. Ibi aliquamdiu moram trahens, cùm se proposito dejectum videret: nautas quosdam, Anconam navigantes, qui ibi aderant, adiit; petiitque, ut ab illis reciperetur. Illis reluctantibus, eum socio clàm navem ingreditur; seseque abdit. Protinus adfuit, qui cibos adferret, & traderet uni nautarum: ut is reservaret, & in necessitate subministraret. Cumque, præter opinionem, diutiùs in mari jactarentur; nec uspiam applicare possent: ut cuncta, quæ sumserant secum ad victum necessaria, absumerentur, residuum illud tandem fuit: quod, etiamsi parum esset, omnibus sufficiebat; dum Anconam usque venirent. Isthinc Marrochium versùs iter habuit; ut Miranmolino & ejus genti prædicaret. Ubi verò ad Hispaniam usque pervenisset: gravi correptus morbo, à proposito dejectus est.

Anno 13. sui monachatûs, à militibus Suldani Babylonici comprehensus, cum itineris socio illuminato; malè mulctatus Suldano sistitur. Is, ubi itineris causam, & à quo missus veniret, sciscitaretur: respondit intrepidè Franciscus; Se ab omnipotente Deo missum venire, ut ipsi & populo, Deum trinum & unum, atque etiam Salvatorem omnium JESUM CHRISTUM, prædicaret. Cumque differret is fidem hanc amplecti; dixit: Jube ignem protinus succendi maximum; quem ego & tui sacerdotes ingrediemur: ut sic tibi de meo dogmate fidem faciam. Respondente Sultano, neminem hoc suorum sacrificulorum facturum; denuò Franciscus ait: Si voles mihi promittere, te Christianam religionem cum tuis amplexurum, si illæsus exiero; solus ignem intrabo: sin combustus fuero; meis hoc peccatis imputetur. Sultanus, seditionem metuens, nec hoc sibi accipere integrum esse, dixit. Rediit itaque ad suos Franciscus; cùm nihil se proficere videret. *Ibidem.*

Tantâ animi attentione, solitus est contemplationi mirabilium supra se vacare: ut, quæ circùm se fierent, non animadverteret. Vectus enim aliquando asello, cùm per Burgum, S. Sepulcri castrum, transiret: homines catervatim in illum irruebant: unusquisque manibus attrectare eum annitus est. Eorum verò nihil quicquam usque-adeò sensisse fertur: ut postea, cùm ad quandam leprosorum domum accessisset; quæreret, quando tandem Burgum accederet? *Idem.**

* cap. 10.

Solitudines, & templa solitaria, noctu solitus est ingredi; ut precaretur. Ibi cum malis spiritibus colluctatus est. Quibus in ipsum sævientibus; his verbis Christum compellavit: *Sub umbrâ alarum tuarum protege me; à facie impiorum, qui me afflixerunt.* Ad Dæmones verò: *Facite, quicquid in me valetis, maligni spiritus & fallaces. Non enim potestis, nisi quantum vos manus superna relaxat. & ego, ad perferendum omnia, quæ ille infligenda decreverit, cum omni jucunditate assisto.*

Gestus, quibus in oratione usus est, hi sunt. Solitarius nemora replebat gemitibus; loca spargebat lacrymis, pectus manu tundebat: confabulabatur cum Domino suo. Ei respondebat, ut judici; supplicabat, ut parenti; colloquebatur, tanquam cum amico. Interdum pro peccatoribus orabat: mox dominicam Passionem altâ voce deplorabat. Talia inter fratres orans, evitabat studiosè; ne humanum die[m], auramq; popularem, captare videretur.

Horas canonicas semper erectus, & sine caputio, ut vocant, persolvebat. Iter faciens, gradum sistebat: nec quidem propter tempestatem, vel pluviam, abstinebat.

Si quando inter orandum aliæ inciderent cogitationes: protinus, tanquam piaculum, id confessus est.

Vasculum aliquando ligneum in Quadragesimâ fecerat. De eo cùm ipsi in mentem venisset, ubi Tertiam diceret; statim illud Vulcano tradidit, inquiens: Sacrificabo illud Domino, cujus sacrificium impedivit.

Schedulas, in quibus Domini nomen inscriptum erat, jussit diligenter asservari, mundoq; loco reponi: ne fortè sacrum illud nomen conculcaretur.

Triennio antè, quàm diem suũ obiret, memoriam Nati-

vitatis

[illegible] Domini celebrare instituit: ita tamen, ut à Pontifice Romano prius licentiam impetraret. Jussit igitur præsepe ad eam rem Grecii præparari, & fœnum, bovem, asinum adduci. Adsunt Minoritæ magno numero: populusq; confluebat catervatim. Mugitus sylvam replet. Candelæ accenduntur. Stolidus Franciscus, lacrymans ad præsepe adstat. Missam celebrat super præsepe: Evangelium decantat: prædicat turbæ, de parvulo Bethlehemitico. Sic enim Christum appellabat. His omnibus peractis, populus fœnum asservabat: quod jumentis malè-habentibus postea medicina exstitit. Sic scilicet superstitio crevit. *Ibidem.*

¶ Monachus factus, carnem majorem in modum afflixit, ut hoc pacto illam cum suis concupiscentiis erueiaret & expugnaret. *Bonaventura.*

cap. 5. Cocta cibaria, sano corpore, difficulter admisit: admissa verò, aut cinere, aut aquâ miscuit; ut prorsus insipida redderentur.

Vino prorsus abstinuit. Aquâ usque-adeò modicâ utebatur, ut vix sitim restingueret.

In prædicatione verbi, unus est cibis appositis ab illis, ad quos venit: ut hoc pacto aliis fieret conformis.

Humi dormire solitus est, &, siquando interdiu lassato somnus obrepebat: ligno vel lapide utus est pro pulvinari.

Unicâ contentus tunicâ vixit, eâque asperâ: ut Johannem imitaretur, & ne eorum unus esset, qui in Regum domibus gestarent mollia. Nudus cætera, frigoris multum perpessus est. Quæsitus aliquando, quomodo se-se hyeme à frigoris vehementiâ posset tueri, dixit: Si quis desiderio cœlestis patriæ arderet, facilè etiam aliquantulum frigoris superare posse.

Hyeme, frigore intenso, aquæ se-se immersit congelatæ: ut ita muliebre desiderium, libidinisque incendium, restingueret. *Ibidem.*

¶ Unusquisque (quod ajunt) faber suæ fortunæ est. Id etiam Francisco, Monachorum satori, accidit. Nam in speluncâ quâdam, quæsitus à patre propter furtum, se-se abdiderat. Ibi inediâ & lacrymis crebrisque singultibus, aliam prorsus induit faciem, squalidam & macilentam. Tandem Assisium rediens, (fortè inediâ exstimulatus) cunctis videtur insanire: qui luto & lapidibus eum petunt. Pater, audiens tumultum, accurrit; vidòmum pertrahit; & verbis simul atque verberibus in ipsum fævit: vinculis etiam constringit; ut hoc pacto à stolido proposito ipsum retraheret. Sic dignâ furto mercedem reportavit: quam tamen *Bonaventura** falsò, ut persecutionem propter justitiam, interpretatur.

cap. 2. Ex vinculis, non multò pòst, matris beneficio liberatur, patre peregrè profecto. Reversus, tumultuatur pater majorem in modum, & in-primis ablatam pecuniam reposcit. Cumque eam recipere: (nam in fenestram ille abjecerat, ubi Sacerdos eam accipere recusarat) etiam sinitior fieret; tamen de eo cabæredando cogitavit. Ideoque ad tribunal Assisiense eum sistebat: ut ibi renuntiaret paternæ hæreditati. Franciscus promtum se esse ajebat; & quidem ad duriora perferenda: & non solùm patrimonio renuntiat; sed simul vestibus se exuit: cunctaque patri reddit. Neque id solùm; sed femoralia quoque abjicit: ut planè esset à paternis bonis alienus. O sanctitatem admirandam! Ibi cilicium simul apparebat; quo cutem nudam fricare solitus erat. His omnibus depositis, ajebat: Hactenus te vocavi patrem in terris: in posterum verò dicturus, Pater noster, qui es in cœlis. Episcopus, ista cernens, quamprimùm surrexit solio; & amplexum proprio pallio operuit: præcipiens suis, qui aderant, ut aliquid ipsi darent, quo nuda corporis membra tegeret. Illi rusticam vestem, ex levidensi filo, ei tradunt: quam lætus accepit, atque crucis signum cæmento in eâ format: sicque induitur.

Hæc ubi in conspectu Episcopi acta fuissent: relictâ civitate, solitudinem adit; atque linguâ Francicâ laudes ibi psallit. Mox latronum caterva in ipsum irruit; &, quis sit, quærunt. Illo dicente, se præconem magni Regis esse; verbera experitur, & in nivem conjicitur. his & verbis: Jacere rustice, præco Dei. Postea, illis recedentibus, cœptum carpit iter, &, suo more, in denso nemore psallit: quoùsque ad [illegible] cinum veniret cœnobium; ubi mendici instar stipem petit. Progressus Eugubium venit, & apud veterem quendam amicum divertitur: à quo paupercula [illegible] ecte contegitur. Ab eo tempore, inter leprosos victitabat, ipsis inserviens: quibus pedes lavabat, ulcera obligabat, saniem abstergebat, nec-non eaosculabatur. *Ibidem.*

¶ Antequàm monasticum ordinem institueret; suo more leprosos exosculabatur. Fortè incidit in quendam, gangrænâ in ma[illegible] iâ correptum: quem eum eaosculare[illegible]ter, eo-ipso in loco, ubi maximè male habebat; protinus ille convaluit. *Bonaventura.**

cap. 2. Moricus quidam [illegible] Cruciferorum ordine, in Hospitali prope Assisium gravissimè decumbens: ut Medici omnem spem recuperandæ salutis abjicerent, mittit ad Franciscum: & rogavit, ut pro se oraret; qui [illegible] retur. Fecit hoc ille, & simul panis micas [illegible] lampade, quæ ad altare divæ Virginis semper ardebat: & misit, ut illis uteretur. Quo tacto, multis ille annis [illegible] xit, corpore sano: ut etiam [illegible] ricam ad carnem nudam, sub tunicâ, plurimo tempore gereret, & herbis atque leguminibus victitaret, ab esu carnium omninò abstinens. *Idem.**

cap. 3. Quidam secularium cantionum architectus, desiderio videndi Franciscum, venit ad castellum sancti Severini: eumque publicè concionantem reperit, in quodam monasterio. Cumque accuratiùs oculos in eum defigeret: vidit [illegible] modum crucis, ipsum duobus [illegible] ensibus transverberatum: quorum unus à capite ad pedes tendebat; alter ab unâ manu ad alteram. [illegible] hunc esse illum, cujus causâ venerat: nomenque [illegible] illi dat. *Idem.**

cap 4. Idem ille, aliquamdiu pòst, vidit in fronte Francisci depictam, variéque ornatam literam Thau. Quo signo inprimis delectatus est, & ad suos frequenter habuit sermones: quo etiam, in subscriptione literarum, signi loco uti solitus est.

In Arelatensi capitulo, cùm quidam Antonius ad [illegible] quos monachos concionaretur de titulo crucis, *Jesus Nazarenus Rex Judæorum*: quispiam Monaldus, super ostium capituli, in aëre sublevatum vidit, extensis velut in cruce manibus, benedicentem illis. *Ibid.*

Ferro candente ustulatus aliquando per chirurgum, valetudinis causâ, nullum sensit dolorem [illegible] prius hoc pacto allocutus ignem fuisset: Mi frater ignis, cæteris rebus æmulandi decoris, virtuosum, pulchrum & utilem, te creavit Altissimus; esto mihi in hac horâ propitius: esto salubris. Precor magnum Dominum, qui te creavit: ut tuum mihi calorem temperet; quò suaviter urentem valeam sustinere. *Idem.**

cap. 5. Apud Eremum S. Urbani aliquando graviter ægrotare cœpit. Postulavit vinum. Quod ubi in vasto nemore deesset; & aqua afferretur: [illegible] in vinum mutatur, [illegible] crucis signaculo illi benedixisset. [illegible] & convaluit. *Ibid.*

Aretium venit alio tempore, [illegible] ad seditionem spectare videretur. In [illegible] manens aliquamdiu, vidit multos cacodæmones [illegible] super volitare, & ad eandem mutuam cives instigare. Mittit igitur fratrem Sylvestrum, cum hisce mandatis: [illegible] in nomine omnipotentis Dei, & in virtute obedientiæ, illis præciperet [illegible] recedant. Quo facto, fit tranquillitas [illegible], & dæmonia fugantur. *Idem.**

cap 6. Eleemosynis ostiatim emendicatis libentiùs vescebatur, quàm aliorum oblatis. Ideirco [illegible] ab opulentis [illegible] bus, primùm stipem in viciniâ petiit: sicq; onustus men[illegible] accubuit. *Idem.**

cap 7. Alio tempore, petiturus eremum, cujusdam asello invehebatur, [illegible] itineris comitem habuit. Is, labore itineris & æstu defatigatus, exclamans post Franciscum, dixit: En morior; nisi potulo alicujus beneficio continuò refocillar. Protinus igitur prosiliens de asello, S[illegible]

volutus in genua, petiit, & impetravit potum, ex saxo durissimo: quo recreatus ille sitiens, coeptum iter confecit. *Ibidem.*

Cum aliquando, in monasterio S. Verecundi, in Eugubii episcopatu, pernoctaret: accidit, ut agna enixa foetum pareret, quem protinus lutulenta sus laceraret, devoraretque. Hic protinus Franciscus illacrymans, dixit: Heu, mi frater agnicule, animal innocens, Christum hominibus repræsentans: maledicta sit impia, quæ te interfecit; nullusque de eâ comedat, vel homo, vel bestia. Triduo pòst porca moritur; & in vallum monasterii projecta, nemini esca fuit. *Idem.**

* cap. 5.

In Parmensi civitate, Scholasticus quidam, in nomine Francisci, garrulæ hirundini silentium imposuit; utque ad se veniret, præcepit. *Idem.**

* cap. 12.

Gajetæ, ad littus, prædicaturus, naviculam conscendit. Illa verò à nemine impulsa, suâ sponte se loco movet à littore. Indè turbæ concionatur. Finitâ concione, iterum reddit, se ipsam movens, ad littus.

¶ Præterea, dæmonia ejecit; multosque malè-habentes curavit. Cujus nonnulla exempla subjiciemus.

In Tuscanellâ civitate, militis cujusdam filium, contractum, subitò restituit sanitati.

In Narmensi civitate, paralyticum cruce-signatum sanavit.

In Reatino episcopatu, tumidum puerum, ut crura propria cernere non posset, tangens, repentè curavit.

Eugubiæ, mulierculæ cuidam manus aridas restituit in integrum, cruce signans.

Mevanii, cuidam puellæ cæcæ, suo sputo ter, in nomine Trinitatis, oculos illevit, visumq; restituit. Eodem modo mulierculæ cuidam, Narnii; & Bononiæ, puero, cæcitatem depulit.

In castello S. Geminiani, dæmonium ex fœmina quâdam ejecit. Similiter in civitate de Castello.

Unus sectatorum ejus, à Diabolo vexatus, ubi panis buccellam, quam ipsi Franciscus misisset, gustâsset; statim liberatus est.

Mulier quædam, in Comitatu Aretii, cùm parere non posset aliquot diebus; & jam spes vitæ nulla ampliùs restaret, & fortè Franciscus equo invectus veniret: mulierculæ, frenum equo detractum, parturienti supponunt; atque sic quamprimùm illa foetum in lucem edit. Hac ratione Franciscus fit Juno Lucina. *Bonaventura.**

* cap. 12.

Alius quispiam de Castro-plebis, chordam, quâ Franciscus cingi solitus fuerat, diligenter asservabat; &, quoties aliqui malè habebant, eam intingebat aquæ, deditque illis bibere: atque hoc pacto multos sanitati restituit, scilicet stultissimâ superstitione. *Ibidem.*

¶ Post acceptam Regulæ suæ confirmationem, ad Spoletanam vallem iter instituit. Cumque multis verbis suos, quos itineris comites habebat, ad sanctitatem fuisset adhortatus; & jam simul ad locum desertum venissent: ibi ex labore itineris, & inediâ, defatigati, consederunt. Mox adest quispiam, panem afferens, subitoq; evanescit. *Idem.**

* cap. 4.

Cùm aliquando ab oratione ad fratres rediret, tale quid proposuit, eorumque sententiam exquisivit: Utrum tantùm orationi; an verò & prædicationi, vacare deberet? Se simplicem, & sermone imperitum: majorem verò orandi, quam loquendi gratiam accepisse. Et, ut oratio accessionem donorum conferret: ita prædicatio ista in homines distribueret. In oratione, mentem uni rei intentam esse: in prædicatione, variè distrahi. Orationem esse quoddam cum Deo colloquium peculiare, & quasi inter Angelos vivere: in prædicatione, oportere humana cogitare, videre, dicere, audire. Contra verò exemplum Christi luculentum esse; qui ipse voce suâ hominibus viam salutis ostendisset: quod cuilibet imitandum censuit. Cumque ità dubius hæreret, nec à suis, quibus ista referebat, hic nodus solvi posset: misit tandem, qui Sylvestrum eremitam consulerent. simul etiam a Clarâ moniali, quæ ejus superstitionem amplexa erat, eâ de re erudiri voluit. Ex his accepit, velle Deum, ut prædicationi se accingeret. *Idem.**

* cap. 12.

Certior itaque factus de prædicationis opere, statim se accingit itineri: & primò quidem in magnam avium catervam, in Bevanio, incidit; easque suo modo salutavit; utque diligenter verbum Dei audirent, hortatus est. (Ecce ludibrium Satanæ!) Tùm porrò eas affatur, hisce verbis: Fratres mei volucres, multum debetis laudare creatorem vestrum; qui vos plumis vestivit, pennasque ad volandum dedit; qui aërem concessit, & sinè vestra solicitudine vobis prospicit, vosque gubernat. Tandem benedicens illis, jussit eas avolare.

Eodem modo, in castello Alviano, hirundines perstrepentes, cùm in frequenti ecclesiâ sermonem habiturus esset, alloquitur: Sorores meæ hirundines, jam tempus est, ut ego loquar: audite verbum Dei tacitè; donec sermo Domini compleatur. Quæ dicto audientes, attentè auscultarunt. *Ibidem.*

¶ Commentum monasticum, de stigmatibus Francisci, quo toti terrarum orbi Minoritæ imposuerunt, sic se habet.

Biennio antè, quàm diem suum clauderet extremum, ubi suo more passim prædicâsset: ut quiesceret aliquamdiu, & totus contemplationi vacaret; montem Alvernæ excelsum, uno adhibito socio, conscendit. Suo more, in honorem Michaëlis archangeli, diebus quadraginta coepit jejunare; & diligenter scrutari, quónam pacto maximè Deo inservire posset? [Quia nimirum verbum Dei, seu sacra Biblia, negligebat. Nam in iis invenisset abundè, quomodo esset Deo serviendum.]

Tùm per oraculum (sicut nugantur) accepit; fore, ut, ubi librũ, qui historiam Evangelii continebat, aperiret, ipsi revelaret, quid Deo in ipso, & de ipso, maximè foret acceptum. Preculis igitur præmissis, in nomine sanctæ Trinitatis, librum Evangeliorum ter, per socium, aperiri voluit: & toties in historiam Passionis Domini nostri Jesu Christi incidit. Hinc collegit, hoc maximè fore gratum Deo, si passionis Christi doloribus conformaretur, antequàm huic seculo se abdicaret. [Quasi verò peculiari apparitione Dei, aut Angeli, opus esset, ad ea, quæ priùs erant tradita!]

Non multò pòst igitur, cùm manè, circa festum Exaltationis crucis, more solito, in montis latere oraret: vidit Seraph unum coelitùs descendere ad locum, in quo flexis genibus precabatur. Inter alas hominis crucifixi effigies apparebat: ità ut duæ capiti eminerent; duæ verò corpus totum tegerent, reliquæ duæ libero volatui inservirent. Eam ubi aliquamdiu esset intuitus; disparuit illa iterum. Atque ab eo tempore, stigmata ipsi impressa esse fabulantur, hoc nimirum pacto. Manus & pedes, in medio, tanquam clavis confixi videbantur; clavorum capitibus in interiori parte manuum, & superiori pedum, apparentibus, eorum acuminibus ex adverso existentibus. Clavorum capita rotunda & nigra; acumina verò oblonga, retorta, & quasi repercussa, quæ supra reliquam carnem paulò eminebant. In latere dextro, cicatrix, trium digitorum quantitatem habens, apparebat: ex qua sanguis destillabat interdum. [Ludibria hæc fuerunt, impressa a spiritu, superstitionis autore.]

Hoc modo insignitus, aliquibus suorum rem postea omnem, ut acciderat, retulit: audivisse verò se alia nonnulla ab illo Seraph; quæ nunquam, quo-ad viveret, ulli hominum aperire posset.

Aliis quoque hæc per peculiaria quædam miracula, innotuisse, sinè fronte mentiuntur: quæ recensere animus non est. Ipse demum Alexander IV. Pontifex, publicè se oculis ea suis conspexisse, non veritus est dicere. *Bonaventura, in legenda Francisci.**

* cap 13.

¶ Assisii, in quodam tuguriolo, noctu in oratione perseverabat; ità ut suos sodales relinqueret solos. Intempestâ nocte, quibusdam ex illis dormientibus, quibusdam vigilantibus; currus igneus, admirandi splendoris, per ostium repentè domunculam ingreditur; & aliquoties eirenm-circa raptatus, globum lucidissimum circumvehit. Illud interpretatur *Bonaventura,** absentem suum Franciscum esse transfiguratum, in suorum conspectu. *Vincentius.**

* cap. 4.
* lib. 30. c. 9?

Ut ipsius Regula denuò per Honorium III. Pontificem

confirmaretur: tale quid ipsi revelatum esse, nugantur. Videbatur sibi, micas panis subtilissimas de terrâ collegisse: ut circumstantibus multis fratribus famelicis eas impertiret. Cùm que vereretur id facere, eò quòd nimis essent tenues, & periculum esset ne manibus exciderent: vocem audivit; Francisce, unam de micis omnibus hostiam facito, & manducare volentibus tribue. Id cùm faceret, omnes leprâ correpti sunt; quotquot oblatum respuebant donum. Manè facto, sollicitus cogitavit, hoc quid esset. Ideoque paulò pòst, cùm in oratione persisteret, vocem audivit: Francisce, micæ præteritæ noctis, verba euangelica sunt, hostia, regula, lepra, iniquitas. Hoc pacto admonitus, duobus sociis ascitis, in montem secedit, ibique Regulam illis dictat: quam calamo illi excipiunt. Paucis diebus injectis, ea amittitur a Vicario, cui asservandam tradiderat. Rursus ad locum pristinum rediit, iisdemque verbis eadem dictat, quæ prius. Hanc postea Honorius III. octavo pontificatûs sui anno, confirmavit. Accessit & illud, ut, paucis diebus pòst, stigmata illi quinque imprimerentur: ut eò major, & autoris, & regulæ, esset autoritas. *Bonaventura.**

* cap. 4.

Alio tempore malè habuit; non ex uno morbi genere. Ut igitur aliquantulùm respiraret; concupivit audire suavem musicam. Noctu ergo visus est citharam audire; quâ plurimum recreatus est. *Idem.**

* cap. 5.

Iter facientem, inter Longobardiam, & Marchiam Tervisianam, ad Padum, caliginosa nox ipsum, cum itineris socio, prævenit, antequàm ad hospitium accederet. Ibi repentè lux subitò illos circumfulsit: ut cœptum iter carperent; & salvi pervenirent ad hospitium. *Ibidem.*

Unus fratrum ejus, in visione quâdam, visus est sibi multas in cœlo sedes videre; unamque præ cæteris splendidiorem, lapidibus scilicet preciosis ornatam, & omni gloriâ refulgentem. Cumque secum anxius cogitaret, cujúsnam illa esset? audit: Sedem istam unam de ruentibus fuisse; & nunc humili servari Francisco. *Idem.**

* cap. 6.

In provinciâ Masse, ad montem Casalem, ubi aliquando in desertâ ecclesiâ orasset; intellexit ibi quasdam adhuc repositas reliquias, quæ non-satis honorificè haberentur. Jubet ea aliò transferri. Id cùm oblivioni esset traditum à suis quibus injunxerat: die quâdam, sub Missâ, quam devotus celebrabat, videt, in superiori altaris operimento, ossa, non pulcra solùm; sed mirè etiam fragrantia. Sic igitur, cujus jussis non paruit homo; ejus votis obedivit Deus: *ut Bonaventuræ verbis utamur.**

* ibid.

Occurrerunt ei tres mulierculæ pauperes; staturâ, formâ, ætate sibi similes; inter Campilium, & S. Quiritium: quæ ubi his verbis eum salutassent, Bene veniat domina paupertas: subitò evanuerunt. Has interpretati sunt reliqui, castitatem, obedientiam, & paupertatem; quæ in illo uno fulserunt. *Idem.**

* cap. 7.

Turbatus aliquando pravis exemplis inter orandum, talia audivit: Cur tu pauper homuncio conturbaris? An ego te super religionem meam constitui: ut, quæ in te fecero; non humanæ industriæ; sed supernæ gratiæ, adscribantur? Ego vocavi; servabo, & pascam: & aliis excidentibus, alios subrogabo; ità ut, si nati non fuerint, faciam illos nasci. Et, quantiscunque fuerit impulsibus paupercula hæc concussa religio; salva semper meo munere, permanebit. *Idem.**

* cap. 8.

¶ Nocte quâdam, dormiens in suâ cellulâ, propter capitis & oculorum dolorem, plumeo cervicali usus est. In illud ingressus Diabolus, totam noctem ei insomnem reddidit. *Bonaventura.**

* cap. 9.

Cùm in eremo Sarchiano, quodam tempore, noctu oraret; audivit ter vocantem: Francisce, Francisce, Francisce. Cui ille, quid vellet; responsum tulit: Omnes in peccatis viventes, si pœnitentiam agerent, recipi divinitus. si quis verò vitâ austeriore se-ipsum enecaret; huic omnem esse denegatam gratiam.

Paulò pòst, sensit libidinis æstum: quem hoc pacto restrinxit homo insulsus. Primum, veste depositâ, graviter se-ipsum flagellis cecidit, & inter cædendum, se-ipsum hisce verbis alloquitur: Eja frater asine, sic te decet manere, sic subire flagellum. Tunica religioni deservit; sanctitatis signaculum præfert: furari eam libidinoso non licet. Si quò vis pergere, perge. Deinde se in altam nivem immersit, globulosque manibus ex nive fecit septem: quorum majorem, uxorem, reliquos sex, filios, filias, servum, & ancillam, vocavit. Hic ad se-ipsum: Festina igitur omnes induere, quoniam frigore moriuntur. Si verò eorum multiplex sollicitudo molestat; uni Domino servi. *Ibidem.*

¶ Cùm igitur tempus transitus ejus appropinquaret; varia morborum genera sensit: quibus usque-adeò exhaustus est, ut sola cutis ossa contegere videretur. Etsi verò acerbissimos dolores sentiret: tamen eos, non pœnarum; sed sororû appellabat nomine. Unus, qui adstabat, ipsum monuit; ut Dominum, pro mitigatione cruciatuum, deprecaretur. Cui ille: Nisi in te nôssem simplicem puritatem, tuum ex-nunc abhorrerem consortium: qui ausus fueris, circa me divina judicia reprehendere. His dictis, se in terram projecit, eamque deosculans, dixit: Gratias tibi ago, Domine Deus, de omnibus his doloribus meis: &, si tibi ità visum fuerit, centuplum adaugeas. siquidem hæc mihi sufficiens consolatio est; quòd te volente hæc fiunt.

Appropinquante itaque die sui transitûs, quem prædixerat; poposcit, ut ad sanctam Mariam de Portiunculâ perferretur. Ibi se nudum humi prostravit: ut in illo etiam Christo conformis esset, qui nudus pependit in ligno. Guardianus verò sibi tunicâ, cum chordâ & femoralibus, porrigebat, his verbis: Hæc tibi, tanquam pauperi, commodo, & tu illa suscipias, obedientiæ sanctæ mandato. Accepit eam cum gaudio: eò quòd ad extremum usque, vestibus, non propriis; sed ab alio commodatò acceptis, uti liceret.

Deinde fratribus accersitis, adhortabatur eos ad patientiam, paupertatem, & fidem, quam Ecclesia Romana profiteretur, servandam. Cumque illis præcepisset; ut corpus suum exanime nudum tamdiu humi jacere permitterent, quò milliare unum lentè quis conficeret: ipsis valedixit. Tandem jussit sibi prælegi textum ex Johanne,* qui incipit: *Ante diem autem Paschæ.* Et ipse, his verbis Psalmi* recitatis, (*Voce meâ ad Dominum clamavi; voce meâ ad dominum deprecatus sum.* item:* *Me exspectant justi, donec retribuas mihi*) collectus est ad populum suum: anno Domini 1226. IV. Nonas Octobris; anno sui monachatûs 20. ætatis suæ 45. *Schedelius** annum mortis ponit 1227. *Volaterranus.** *Martinus Polonus*, 1224. annum mortis ejus numerat. *Bonaventura.**

* cap. 13.
* 142. v. 2.
* vers. 8.
* Act. 6.
* lib. 21
* Legenda c. 14.

Monachi, & Assisinates cives, conveniunt: tum ut illa stigmata intuerentur & oscularentur; tum etiam, ut corpus exanime terræ mandarent. Deferunt igitur, gestantes ramos arborum, & cereos primùm ad Damiani templum; in quo Clara degebat: ut illa, cum sororibus, ipsum deoscularetur. Isthinc Assisium, ad D. Georgii ædem: ubi humatus est. *Bonaventura. Idem.**

* cap. 15.

Gregorius IX. Pontifex, biennio post mortem ejus, Assisium venit; & 7. Calend. Augusti, in Catalogum Sanctorum Ecclesiæ pontificiæ retulit. Post annû ab eo duodecimum, qui est a nativitate Domini 124[illegible]. Minoritæ ad capitulum generale Assisii confluunt, corpusque ejus ad basilicam, in ipsius honorem constructam, transferunt: 8. Calend. Junii. *Bonaventura.*

* ibid.

¶ Magnum chaos miraculorum recenset, peculiari libello, autor Legendæ majoris *Bonaventura*, quæ edidisse post mortem dicitur: ut de cæcis, surdis, mutis, claudis, hydropicis, paralyticis dæmoniacis, & leprosis, sanatis; de liberatis captivis, & puerperis; de illis, quos in mari servavit, de mortuis resuscitatis, & similibus: quæ aut otiosorum Monachorum, quibus ejusmodi nugis Orbem replere libuit, commenta sunt; aut certè diabolicæ præstigiæ, divinâ permissione factæ: ut efficaciùs error animos hominum occuparet fascinaretque, siquidem charitatem veritatis amplecti nolebant. Quæ omnia, ut nullius momenti, in specie recensere noluimus: ne Lectori ejusmodi nugis oneri essemus.

ELIAS, JOHANNES, & Albertus.

Elias, Francisci Comes & sectator, doctus & rerum peritus, biennio antè, quàm Franciscus moritur, anno scilicet 1224 Vicarius Minoritarum publicè instituitur. Et quàmvis manibus pedibusque reluctaretur: tamen res ipsa ostendit, simulatum hoc fuisse. Nam, ubi Johannes Florentinus in ejus locum constitueretur; multas turbas dedit. Quod ipsi factu facile fuit: siquidem Gregorium IX. faventem habebat, ità ut ille alter sponte etiam abdicaret. Postea, per vim munus, quod simulatè recusaverat, accepit: verùm iterum rejecto, in Concilio Minorum, Albertus Pisanus subrogatur. *Volaterranus.** [* lib. 10.]

HAYMO.

Haymo de Feuersham, Cāruariensis, claruit anno 1260. Is, relicto solo patrio, Lutetiæ literis incubuit. Inter Aristotelicos habitus est Aristotelissimus: *ut Lelandus inquit.* Franciscanis, Dionysii cœnobium inhabitantibus, se adjunxit ibi socium. Reversus in Angliam, continuò fit Minoritarum Provincialis minister. Isthinc Bononiam vocatus, deinde Pataviam; demum etiam Romam; à sui Ordinis Primatibus, constituitur principalis istius ordinis gubernator: cui muneri annis quinque præfuit. Gregorius IX. in Græciam eum ablegavit: ut ibi homines fascinaret, & Romano Pontifici subjiceret. Scripsit, Alesandri III jussu,

Breviarium Romanum,	*lib.1.*
Super Sententias,	*lib.4.*
Sermones per annum,	*lib.1.*

& alia plura. Anagniæ ægrotantem visitavit Papa: ubi & mortuus, & sepultus est. *Balæus.** *ex Lelando, Schedelius,** *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.* [* Cent. 4. c. 27.] [* Aet. 6.]

JOHANNES DE ESCULO.

Johannes Esculanus, Minoritarum Minister generalis post Bonaventuram; eruditus, disertus, claruit anno 1270. Is à Gregorio X. Constantinopolim missus est: ut Græcos Romano episcopo subjiceret. Quâ in re nulli labori pepercit: ut etiam eos ad Concilium Lugdunense secum unà perduceret. Scripsit,

Sermones de Tempore,	*lib.1.*
Sermones de Sanctis,	*lib.1.*
Epistolas ad diversos,	*lib.1.*

& alia quædam. *Trithemius de Script. Eccles.*

ARLOTUS.

Hetruscus, ex Prato insigni oppido (*ut Bergomensis loquitur*) oriundus, Minoritarum generalis Minister, Theologus, Philosophus, & Dialecticus subtilis, claruit circa annum Christi 1290. Scripsit,

Concordantias veteris & novi Testamenti,	*lib.1.*
Sermones varios,	*lib.1*

& alia quædam. *Bergomensis,** *Trithemius de Scriptoribus Eccles.* [* lib. 13.]

RUPERTUS DE RUSIA.

Minorita, in Sacris literis & Philosophiâ egregiè doctus; ut multos post se discipulos insignes relinqueret: claruit anno 1270. Scripsit,

In Regulam S. Francisci,	*lib.1.*
Super Sententias,	*lib.4.*
Sermones varios,	*lib.1.*

& alia multa. *Trithemius de Scriptoribus Eccles. Bergomensis.** [* lib. 13.]

LUCAS DE PADUA.

Lucas Patavinus, Minorita, prædicator publicus, claruit circa annum 1290. Scripsit,

Sermones de Tempore,	*lib.1.*
Sermones de Sanctis,	*lib.1.*

& alia nonnulla. *Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis, Bergomensis.** [* ibid.]

GUILHELMUS.

Parmensis (qui & Remensis aliâs dicitur) Minorita, hujus seculi historiam contexuit: quem aliquoties *Blondus** citat. [* Dec. 2. li. 7.]

ANTONIUS PATAVINUS.

Antonius de Paduâ, in Baptismo Fernandus dictus, ex Ulisbonâ Hispaniæ civitate oriundus fuit. Antonii nomen sortitus est, ex loco aliquo, ubi Minoritis se-se adjunxit: quo postea semper vocatus est. *Erfurdiensis** aliam addit causam nominis immutati: ut se-se hoc pacto quærentibus, qui ad visendum ipsum affatim confluebant, subduceret quasi. Scripsit, [* cap. 91.]

Sermones de Tempore,	*lib.1.*
Sermones de Sanctis,	*lib.1.*

Trithemius.

Habitum Canonicorum S. Augustini assumsit primùm. deinde, isto abdicato, Minoritis se-se adjunxit; Francisco, ejus ordinis primo autore, utens præceptore: qui eum suum episcopum vocare solitus est. Pontifex Romanus, Arcam Testamenti appellare ipsum consuevit; ob insigne concionandi donum: quo etiam ab aliis cognominatus est. *Bergomensis, Trithem.*

Injunctum illi est, in Foro Julii, à ministro generali, ut concionem ad populum haberet. Is, se abluendis culinæ utensilibus magis, quam concionandi muneri idoneum, dixit. Verùm vicit tandem generalis autoritas. Concionatur is, magnâ cū omnium admiratione. Illustres personas graviter redarguit. De virtutibus & vitiis perspicuè disseruit. Hæreticos redarguit, ut multi errores deponerent. De titulo crucis, & passione Jesu Christi, prædicavit. *Vincentius.** [* li. 30. c. 131.]

Idololatra magnus exstitit. Cùm aliquando, Paduæ, nocte somno se dedisset, postquam concionem habuisset, Satan guttur ejus strinxit. Is B. Virginem invocat, quæ subito fulgore invocata adest; istum abigit, (Diabolus scilicet Diabolum) ut efficacior esset illusio. *Vincentius.** [* ib. c. 133.]

Cùm per rumorem accepisset, quosdam sui Ordinis, apud Manochium, excæcatos necatosque; subito desiderio martyrii flagrat: suique Prælati licentiâ impetratâ, in terram Saracenorum iter parat; ut voti compos redderetur. Cui aliquis ex sociis Monachis dixit: Vade, vade, quia forsitan sanctus eris. Isti respondit: Cùm me sanctum audieris, Deū collaudabis. Et sic in proposito perrexit: quamvis nec sic quidem, quod concupivit, consecutus est.

Apud Assisiū, generale Capitulū celebrare instituit: verū tanquā ignotus & inutilis spretus est; nullusq; eorum venit. Ideoque ad Gratianum, qui Romaniolę fratribus præerat, contendit: seque a Ministro generali absolvi, & disciplinis regularibus institui petiit: fortè, quòd sui contemtum ferre non potuit. Quo impetrato, eremum Montis Pauli ingreditur: ibique solus in cavernâ vitam solitariam vixit; mirâ abstinentiâ, nocturnisq; vigiliis, se-ipsum excarnificans. *Vincentius.** [* li. 30. c. 131.]

Tulosæ & Bononiæ docuit: ut insignes post se discipulos relinqueret. Paduæ tandem, ubi multo tempore prædicâsset, mortuus est, anno 1231. XIII. Junii. *Erfurdiensis.** Moriturus dixit, se Dominum videre. Reliquis putidum unctionis oleum afferentibus dixit; se unctionem intra se habere. *Vincentius.** [* cap. 91.] [* lib. 30. c. 133.]

Post mortem, quia per multiplices imposturas Satan, sub ipsius nomine, hominibus imposuit; à Gregorio IX. inter Sanctos pontificios connumeratus est, Spoleti, ultimo illius pontificatûs anno. *Johannes Stella, Bergomensis,** *Sabellicus.** In translatione corporis ejus, lingua visa est adhuc recens & rubicunda. Quam ob causam *Bonaventura* in hæc verba erupit: O lingua benedicta, quâ Deum benedixisti, nunc apparet, quanti sancti meriti fuisti. *Schedelius* † [* Lib. 13.] [* Enn. 9. lib. 6.] [† Aet. 5.]

IV. PRÆDICATORES.

DOMINICUS.

EX Hispaniæ villâ Calagorâ, (*Palmerius* Calaguram vocat) Exoniensis diœcesis, oriundus; patre Felice & matre Johannâ natus. Mater, antequam ipsum conciperet, in somnis videre visa est, se catulum, ardentem facem ore gestantem, portare; quâ totus Mundus accenderetur. Quædam nobilis fœmina, quæ in Baptismo illum suscepit, per somnum vidit stellam, in fronte ejus radiantem, suoq; fulgore terram illustrantem.

Juvenis

Juvenis Palentiam missus est, studiorum causâ. ubi feliciter tantâ assiduitate literis incubuit: ut brevi tempore condiscipulos plurimùm superaret. Ibi per totum decennium à potu vini abstinuit. Postea ad Theologiæ studium se contulit. *Vincentius.**

** l.29.c.94.*

Eo tempore, quo Palentiæ operam navaret, fames annonæque caritas in Hispaniis exorta est. Is, ne indigentibus deesset, quicquid librorum habebat, vendidit, & pecuniam in pauperum necessarios usus contulit. Quo exemplo, alios quoque ad similem liberalitatem invitavit: atque hoc pacto plurimis cœpit innotescere.

Eâ igitur famâ permotus Didacus, Oxoniensis diœcesis antistes, ipsum accersitum, fecit Canonicum in eo loco regularem. *Idem.**

** ib.c.95.*

Ubi Canonicum regularem egisset aliquamdiu: asscitis duodecim sociis, prædicationis ordinem instituit; & à B. Mariâ peculiariter inspiratus, habitum suscepit. *Bergomensis.**

** lib.13.*

Ab Honorio III. post expugnatos Albingenses, primus sacri Palatii Magister creatus est: atque primum apud S. Sixtum; postea apud S. Sabinam, habitavit. *Volaterranus.**

** lib.21.*

Speciale donum (quod gratiam lacrymarum Monastici scriptores appellant) habuit: quòd cum lacrymis, pereuntium salutem expetere à Deo, sit solitus.

Futura ipsum prædixisse, fertur. Cùm enim Albingensium nonnulli, in partibus Tolosanis, igne cremandi essent: unum eorum, Raimundum de Grossi, intuitus, petiit eum vivum servari: siquidem futurum diceret, ut ad Romanam Ecclesiam rursus accederet. Is verò tandem ejus sectator effectus est, usque ad finem suæ vitæ. *Vincent.**

** l.30.c.77.*

Prædixit, quosdam à se recessuros: quos tamen oratione ipsum revocâsse dicunt. *Ibidem.*

Itèm, cùm omnes suos sectatores ad capitulum vocâsset; prædixit, quatuor ex illis recessuros: duos quidem eorum, corpore; reliquos duos, animo. Id quod evêtus comprobavit. Nam duo eorum mortui sunt: duo monasticæ vitæ valedixerunt, & ad seculum reversi sunt.

Dixerat aliquando Alacrino, Priori Casamariæ monasterii, secretò, se nunquam aliquid petiisse, quod non consecutus fuisset. Ejus periculum facturus Alacrinus, inquit: Ora igitur, ut Magister Cunradus, quem tui fratres sibi dari petunt, tuo ordini se-se mancipet. Tum Dominicus: Etsi id, quod petis, difficile est; si tamen hac nocte in oratione mecum perseverare volueris, fiet illud. Manè facto, venit ille Cunradus: & ad ipsius pedes prostratus, se in ipsius ordinem recipi petiit, & impetravit. *Vincent.*†

† lib 30. c.116.

Eodem modo, cuidam Decano de Fraocià, qui Murinæ in ipsum inciderat, & de libidinis æstu apud ipsum conquestus fuerat, castitatem suis precibus impetravit. *Ibidem.*

¶ Anno 1215. cum Fulcone, episcopo Tolosano, ad Côcilium Lateranense venit: ubi ab Innocentio III. sui Ordinis confirmationem impetraret. Renuit aliquamdiu Pontifex. verùm in somnis admonitus, (uti fabulantur) consensit tandem; & ut Regulam sibi suisque côscriberet, jubetur. Re cum fratribus deliberatâ, quos sedecim habebat; unanimiter S. Augustini Regulam eligunt: adjectis nonnullis, quæ ad rigorem magis pertinere videbantur. Ea postea, sequenti anno, post Innocentii mortem, Bononiæ. Honorio obtulit: qui eam confirmavit. *Vincentius.*† Ea confirmatio facta esse fertur, à *Volaterrano*,* in sacello S. Sabinæ, Romæ, quod inhabitavit aliquamdiu.

† l.30.c.66. ** lib.21.*

¶ Hæc ejus opera commemorantur: quòd in orationibus assiduus exstiterit; proximos dilexerit; afflictis condoluerit; cunctisq; subjectus fuerit.

Libellum, cui titulus est, *Collationes Patrum*, studiosè subindè legit.

Tolosæ hospitem, apud quem pernoctabat cum Didaco in viam reduxit. *Vincent.**

** l.29.c.95.*

Disputationem contra Albingenses côscripserat. Cumque utrinque Judices apud fanum Jovis convenirent; nec, utra pars veriorem tueretur sententiam, possent certò statuere: placuit, & Dominici, & Albingensium scripta igne examinare, ratis, futurum, ut, quod veriorem tueretur sententiam, ab igne illæsum permaneret. Ibi Dominici scriptum, altero conflagrato, salvum ex igne prosiliit, seque ipsum à vi flammæ eripuit aliquoties. *Ibid.**

** cap 96*

Albingensibus toto decennio prædicavit: reliquis prædicationis ipsius sociis, paucis exceptis, domum redeuntibus. Eo tempore quævis indigna passus est: ut & irrideretur, & côspueretur; nec-non & luto peteretur. Hæc omnia, mortisque insidias, æquo animo pertulit, & constanter superavit.

Bis se vendendum, pro aliis redimendis, obtolit. *Vincentius.**

** lib 29 c.4.*

Ut verò nobiles quasdam fœminas, quæ Albingensibus addictæ erant, lucrifaceret: apud illas hospitium petiit. Ibi à cibis appositis abstinebat, contentus modico pane & aquâ per totam Quadragesimam. Lectus quoque paratos neglexit, in tabulis noctu quiescere contentus, cum socio. Insuper petiit, ut sibi & socio cilicium quærerent: idq; clàm ab ipsis haberi voluit. Quamobrem tanquam vir verè sanctus ab illis est habitus. *Ibidem.**

** cap.105*

Suos sectatores admonuit, ut apud seculares jejunarent, vigilarent, reliquaque ejus generis exercerent. Quod ostêtationis stultæ specie non caruit.

Si quid supererat, quod sibi suisque detrahere posset; monialibus monasterii de Privilíano impertivit. *Ibidem.*

Ubi suæ Regulæ confirmationem impetravisset: Tolosam rediens, conventum agit in ecclesiâ S. Romani, ubi monasterium construxerat: ac suis fratribus jubebat, ut passim in orbe terrarum prædicarent: relinquens quosdâ in Hispaniâ; quosdam Lutetiam, quosdam Bononiam mittens. Antequàm verò dispergerentur, constituunt Abbatem eorum Matthæus; penes quem summa potestas esset. *Vincent.**

** l.30.c.67.*

Barbam aliquamdiu nutriebat: ne Saracenis offendiculo esset, quibus concionari animum induxit. *Ibidem.*

Recenset aliquot virtutum species *Vincentius*, quas præcipuè in eo fuisse refert: quæ illius ovillæ pellis loco meritò habentur, de quâ Christus Matth. 7.* ut quòd zelosus, æquabilis, misericors, animo læto & hilari, atque etiam constans fuerit: quòd semper talia ore sonuerit, quæ auditores ad seculi contemtum, & amplectendam monasticen, exstimularent: quòd cunctos dilexerit; & ab omnibus sit redamatus. Cum lætis & gaudentibus læto fuit animo. Paupertatem dilexit. Vestimenta vilia erant, quibus induebatur. Cibo temperanter & modicè utebatur. Cùm in episcopum Cotretanensem electus esset: omninò eam dignitatem renuit, usque-adeò, ut, se malle terram deserere diceret, quam in eam consentire. *Vincent.**

** vers.15.* ** l.30.c.111*

Interrogatus aliquando, cur libentiùs in diœcesi Carcassonensi, quàm Tolosanâ, commoraretur? respondit: Multos esse, qui hic eum honorent; ibi verò, qui impugnent. *Ibidem.*

Per diem hominibus inserviebat; noctu vigilabat preculis recitandis.

Quotidie fermè deum Maosim, celebratione Missæ, coluit magnâ devotione.

Oculi subindè lacrymis madebant.

In templis plerumq; pernoctavit: usque-adeò, ut rarò lectum habere videretur.

Ferreâ catenâ ter, singulis noctibus, se-se cædit ipsimet: tum sui-ipsius causâ, tum pro peccatoribus in Mundo versantibus; tum etiam pro animabus, quæ in igne purgatorio excruciabantur. [Hæc autem omnia contra sacram Scripturam, & meritum Jesu Christi.]

Si quando noctu somnus obrepere: caput ad lapidem reclinabat; & sic aliquantisper dormiebat. Mox excitatus, ad preculas redibat. *Vincentius.**

** ib.c.11*

Cùm Innocentius III. Regem Franciæ, aliosque ad capessenda arma in Albingenses, inflammâsset; & tandem rei summa Simoni de Monte-forti Nobili demandata esset, ut eorum reliquias in universum tolleret: Dominicus ipsum comitatus est, & non verbo tantùm, sed & ferro & flammâ, eorum exstirpationem juvit, idque ad annum

Æ. 6. Ge. er. 41 · ** lib. 13.*

[illegible] *Schedelius.* [illegible] † [illegible] conftruxit monafteria, per totam [illegible] Europam; quam prædicando peragravit. *Bergomenfis* * *Schedel.*

¶ Stephani cujusdam de Fossâ-nuvâ, Cardinalis ad S. Sixtum, nepos, de equo Romæ lapsus prorsus videtur exanimis. Pro quo cùm à Tancredo quodam admonitus, oràsset, statim & vivum, & incolumem, Cardinali restituit. *Vincentius.**

** Lib. 30. c. 72.*

Architectus quispiam, qui Prædicatoribus, in exstruendo ædificio, operam navabat, macerie percussus, occubuit. Pro hoc ubi oràsset, in vitam ille rediit. *Ibidem.*

Deinceps accidit ibidem Romæ, ad S. Sixtum, ut panes ad edendum non sufficerent: nec etiam ostiatim mendicantes aliquid acciperent. Quod cùm reliquorum procurator, qui numero 40 erant, Dominico indicaret, jussit, ut mensæ considerent. Ille panibus benedixit. Et quamprimum juvenes duo ingressi, panes apportant; & ad locum, ubi Dominicus sedebat, collocant: subitoque discedunt. *Ibidem.**

** cap. 72*

Jacobum, reliquorum procuratorem, animam agentem, tanquam ex morte in vitam, revocavit: ubi in corpus morientis instar Elisæi incubuisset. *Ibid.**

** cap. 73.*

Imbrem densum signaculo crucis propulsavit aliquando, iter faciens, ne madefieret. *Ibid.*

Cùm naulum dare urgeretur in partibus Tolosanis, nec quicquam haberet: cœlum intuens orat. Mox terram inspiciens, videt denarium; quem nauclero importuno dabat. *Ibid.**

** cap. 74.*

Cuidam Religioso, cum quo iter faciebat; qui alienâ utebatur linguâ, ità ut alter alterum intelligere non posset, impetravit, ut ille suo uteretur idiomate; & alter linguâ alterius, per totum triduum. *Ibid.*

Cuidam, multis Diabolis obsesso, stolam collo apposuit, quâ priùs ille collum cinxerat. Diaboli, graviter se torqueri querulantes, eâ conditione ab ipso dimissi sunt: ut Martyres, qui ibidem sepulti erant, primùm fide-jussores darent, nunquam se redituros. *Vincentius.**

** ib. c. 75*

In templo, quod Jovis fanum dicitur, cùm prædicasset, & Albingensium hæresin damnâsset: novem nobiles fœminæ illum conveniunt, petuntque, ut pro ipsis oret: ut id, quod verum esset, ipsis amplecti liceret. Ubi verò oràsset, mox Diabolus, cati specie, ipsis apparet: cumque aliquamdiu circumcursitâsset, iterum disparet. Tùm Dominicus, Hunc illum esse, cui servivissent hactenus: itque ad Romanam Ecclesiam revertantur, hortatur. *Ibid.**

** cap. 76.*

¶ Fabulantur, Innocentium III. primùm se difficilem, ad confirmationem Regulæ Dominici, præbuisse, verum per somnium esse admonitum, ut assentiretur. Vidisse enim, Lateranensem ecclesiam, suis resolutam compagibus, ingentem minitari ruinam: quam sub[illegible]ectis humeris Dominicus sustentaret. Hoc felicis esse rem ominis arbitratus, quasi ipse, cum suis sequacibus, Romanam Ecclesiam aliquando fulturus esset, ad confirmationem se jam promtum, scribit. *Vincentius.**

** l. 30. c. 63.*

Postquam suæ Regulæ confirmationem impetrâsset, Romam venit: & in basilicâ S. Petri, pro conservatione & dilatatione sui Ordinis, petiit. Ibi protinus ad se venientes vidit Petrum & Paulum: quorum ille baculum; hic librum tradebat, hisce verbis adjectis: Vade & prædica, quoniam ad hoc ministerium a Deo es electus. Et mox videre visus est suos fratres, binos & binos, per totum Orbem dispersos, populis prædicare. *Ibid.**

** cap. 67*

Sacerdos quispiam, volens se isti Ordini mancipare, novi Testamenti libro carebat. Protinus adest, qui venalem offert. Hic adhuc hæsitâs, librum aperit: ut hoc pactu divinam voluntatem [illegible]caretur. Incidit igitur in locum, qui in Actis continetur: *Surge, descende, & vade cum eis, nihil dubitans, quia ego misi eos.* Illud rem boni ominis ratus, statim se reliquis adjungit. *Vincentius.**

** Act. 10. v. 20.* · ** ib. c. 68.*

Alius quispiam, Conradus Portuensis, Bononiæ Prædicatores accessit. Cumque [illegible] animo volveret, quam ob causam ille Ordinem instituturus esset, nec quicquam secum certi statueret, [illegible] librum [illegible] sibi tradi petiit. Offertur Missale, (ut vocant) quod cruce ille signat, aperit, & in primâ pagellâ, in capite, hæc verba scripta invenit: *Laudate, benedicite, & prædicate.* Quæ illi causas ostenderunt, scrupulumque exemerunt. *Ibid.*

¶ Guala quidã, Prior Brixiæ, postea ejusdem loci Episcopus, dormiens eâdem horâ, cùm ex [illegible]vivis discederet Dominicus; in somno visus est duas scalas candidas demissas cœlitùs, videre. Unius summitatem, Christus; alterius verò, B. Virgo manu tangebat. In terri sedes illis apposita erat: qui aliquis, facie caputio velatus, insidebat, ad eum modum; quo Prædicatores suos mortuos velatos sepelire consueverunt. Eas scalas, & Christus, & Virgo mater, paulatim sursum trahebant, psallentibus Angelis: donec in sellâ collocatus, in cœlum reciperetur. Ità per somnium Dominicani certiores facti sunt, suum Dominicum in cœlum esse receptum *Vincentius.**

** Lib. 30. c. 114.*

Raho quispiam, in Missâ ejus mentionem faciens, (noverat enim, ipsum ægrotare graviter) Dominicum extra Bononiam, laureâ redimitum, atq; à duobus comitatum, in viâ regiâ procedere vidit. Eâdem hora, quæ sexta fuit, animam exhalavit. *Ibid.*

Sepulcro ejus aperto, (dictu incredibile) fragrãtissimus odor cuncta implevit. Ille res circumpositas occupavit, & usque adeò firmiter inhæsit: ut aliò, ad longinquas regiones deportatæ, eundem spirarent. Manibus Prædicatorum monachorum, qui ejus exsuvias contrectaverant, diebus pluribus adhæsit; ut ablui vix potuerit. *Ibid.**

** cap. 115*

Appropinquante horâ transitûs ipsius; graviter apud Bononiam ægrotare cœpit. Ibi primùm suum ordinavit testamentum in quorundam sui Ordinis præsentiâ: ut scilicet charitatem, humilitatem, & paupertatem, sectarentur: per ista tria, secum ipsos fore regni cœlorum hæredes. Ut possessiones temporales averterentur; nec quisquam in istũ ordinem induceret, usque-adeò præcepit, ut & ipsius Dei, & suam quoq; maledictionem, tali interminaretur. Deinde ipsos consolatur, ne sui discessûs causâ turbentur: fore se mortuum ipsis multò utiliorem, quàm vivum; & maxima, sua oratione, impetraturum à Deo. His dictis, collectus est ad suum populum, anno salutis 1221. VIII. Idus Augusti, horâ 6. *Palmerius* annum mortis numerat 1222. Nonas Augusti. *Schedelius** mortis annum facit 1223. itèm *Blondus* †

** Æt. 6.* · *† lib. 7. Dec. 2.*

Exequiis ejus interfuit Hostiensis episcopus; qui postea creatus Romanus Pontifex, Gregorii IX. nomen accepit. *Vincent.**

** lib. 30. c. 115.*

Corpus ejus, cùm miracula ad ipsius sepulcrum quotidie fierent, a loco, in quo reconditum erat, translatum est à reliquis Prædicatoribus monachis; archiepiscopo Ravennate, & aliis quatuor episcopis. Mutinense, Sabinense, Brixinense, & Bononiense. Armatæ cohortes sepulcrum cingebant: ne scilicet quis de reliquiis quicquam clàm surriperet. *Ibid.**

** cap. 116.*

Tandem etiam à Gregorio IX. in catalogum pontificiorum Sanctorum relatus est, in urbe Reatina, anno 1233. *Schedelius, Blondus, Ptolemæus Lucensis in Rudimento noviciorum.*

¶ Translatus Dominicus in monasterium Prædicatorum Bononiæ, homines magno numero ad sepulcrum ejus confluunt; ut sanitatem, aliaque necessaria, consequantur.

Quidam Nobilis ex Ungariâ eò peregrinatus, cum cõjuge & filiulo, qui in ipso itinere mortuus erat, filii parvuli cadaver ad eum reponit luctus, hisce verbis: Beate Dominice, lætus huc veni ad te; en tristis redeo: Redde mihi filium, qui unica mei cordis lætitia exsistit. Mediâ nocte reviviscit ille iterum: discurrit, & lac sugit. *Vincent.**

** lib. 30. c. 116.*

Justina Comitissa, cum juvenem in aquâ suffocatum Dominico commendâsset, & se nudis pedibus ad ipsius reliquias peregrinaturam, atque, si reviviscerer, libertati donaturum, [illegible]vovisset, statim [illegible]vere iterum vidit. *Ibid.*

Eodem modo cujusdam Ladislai filius parvulus, mortuus, vitæ restitutus est: ubi mater opem mortui Dominici, voto simul coram Sacerdote addito, implorâsset.

Alius quidam de [illegible] à Lelevgotart, filium Thomam

[illegible]nct in

defunctum vitæ restitui, totâ nocte petiit a Dominico. Expergefactus filius, circa primum noctis gallicinium, dixit patri: Multùm flevisti pater, sed beatus Dominicus, desolationi tuæ compatiens, ut tibi vivus redderer, suis meritis impetravit. *Ibidem.*

Alterius cujusdam in Ungariâ, cujus nomen reticetur, filius moritur; qui prius fidem illis, quæ de Dominico audierat, non adhibuit. Monetur ab amicis, ut de incredulitate suâ doleat; & supplex filio vitam restitui petat. Hoc ubi fecisset ille totâ nocte: circiter primam diei horam filium vitæ redditum vidit *Ibidem.**

* cap. 117.

Gentius quispiam, de villâ Pinat, puerum manu ducens, retulit, istum fuisse mortuum, & revixisse, ubi pro ipso Dominicum fuisset deprecatus. *Ibid.*

cap. 118.

Cæcus quidam per totos 18. annos, & alioquin malè habens, cum suo parocho, ad ejus reliquias peregrinatus, sanitate & usu restitutus fertur. *Ibidem.*

Saudur juvenis, vexatus à spiritibus malis, & alioquin malè-sanus, Dominicum invocat. Mox vocatus adest, veste monasticâ indutus; eâque manu collectâ, spiritus abigit. *Ibidem.*

Restant adhuc alia miracula, vel facta, vel ficta: ut de tribus candelis, Dominico dicatis, suâ sponte accensis; de mutis, cæcis, doloribus excruciatis, ruptis, calculosis, sanitati restitutis: quæ longum esset omnia recensere, ad superstitionem tantùm & idololatriam directa. *Vincentius.**

ib. c. 119. & 120.

J O H A N N E S.

Cognométo Teutonicus, Friburgi natus, Ordinis Prędicatorum Argentinæ, eligitur Bolnensis episcopus, circa annum 1242. Postea deserens episcopatum, ad monasticen se rursus confert: & post Raymondum, Dominicanorum Magister generalis constituitur. *Trithemius de Viris illustribus Germaniæ. Erfurdiensis* * refert, ipsum in Longobardiâ sui ordinis Magistrum constitutum; etiamsi contrà reluctaretur; dispensante Romano Pontifice. Scripsit,

* cap. 93.

Summam Confessorum, *lib. 5.*
Super Decreta Gratiani

& quædam alia. Obiit anno 1253. cùm episcopum egisset annos 12 cum dimidio. *Trithemius de Script. Eccles. & Viris illustr. Germaniæ.* Sepultus est Argentinæ: & post mortem inter pontificios Sanctos relatus est; quòd miraculis post mortem inclaresceret. *Idem, & Volaterranus.**

* lib. 21.

R A Y M U N D U S.

Barchynonensis de Pennâ-forti, natione Catalanus, post Jordanem generalis Prædicatorum Magister, tertius in ordine; insigniter doctus, tam in Theologiâ, quàm Jure, Gregorii IX. Pœnitentiarius seu Capellanus; claruit anno 1230.

Compilavit *Decretales Juris, lib. 5.* jussu Gregorii IX. vel Pontifici opem tulit; *ut habet Schedelius.*

Scripsit *Summam de Casibus,* *lib. 3.*
Constitutionis sui Ordinis, *lib. 1.*

& quædam alia. Bononiæ jus publicè professus est. Terraconensem episcopatum, ob navatam operam in congerendis Decretalibus, ipsi oblatum, strenuè recusavit, dictitans, se securiùs subesse, quàm præesse. Ubi suo Ordini per biennium præfuisset: sponte abdicavit, & reliquum vitæ tempus privatim vixit. *Volaterranus.** Tandem, in conventu Barchynonensi, diem clausit extremum, anno Domini 1275. ipso die Epiphaniorum. *Ptolemæus Lucensis.*

* lib. 21

J O H A N N E S D E *Vercellis.*

Magnæ autoritatis vir, Parisiis in Magistrum ordinis Prædicatorum per Longobardiam electus est, anno 1262. Is curavit Dominici exuvias aliò transferri. Ubi annis 20. præfuisset reliquis Dominicastris, collectus est ad suum populum, anno 1283. pridie Calend. Decembr. *Erfurdiensis.**

* cap. 95.

H U M P E R T U S.

Humpertus de Romaniâ, Magister quintus ordinis Prædicatorum, claruit anno 122[illegible] Scripsit *de Ratione* *tollendi schismatis inter Græcos & Latinos:* ejusque causas præcipuè tres recenset; exactiones immodicas, excommunicationes, & statuta. *Catalogus Testium veritatis, ex Aliaco.* Itèm *super 4. libros Sententiarum.* Ptolemæus Lucensis.

S T E P H A N U S.

Magister ordinis Prædicatorum in Franciâ octavus; Coloniæ, in generali Capitulo, electus Theologiæ Magister, obiit anno 1279. *Erfurdiensis.**

* cap. 96.

R E G I N A L D U S.

S. Anniani Aurelianensis Decanus; qui annis quinque in Parisiensi Gymnasio Canonicum jus fuerat professus, cum suo episcopo mare transiturus, Romam venit. Is decreverat se ordini Prædicatorum adjungere: verùm quo pacto perficeret, quod animũ induxerat, non reperit. Proinde eidam Cardinali se-se aperit, cujus auxilio familiaris fit Dominico: cujus blanditiis multò magis exstimulatus, in proposito confirmatur. Paulò pòst febri corripitur, usque-adeò, ut de vitâ periclitaretur. Dominicus suis precibus Deum, atque etiam B. Virginem Mariam fatigat. Fit voti compos. Virgo illa, duabus comitata puellis, ægroto apparet; promittitque, omnia se, quæ petiturus esset, ipsi daturam. Admonitus Reginaldus ab alterâ puellarum, totum se istius voluntati permittit. Protinus illa oculos ejus, aures, nares, os, manus, renes, pedesque inungit; subindè novâ verborum formulâ utens. Renes quidem, his verbis adjunctis: *Stringantur renes tui cingulo castitatis.* Pedes verò hisce: *ungo pedes tuos in præparationem evangelicæ pacis.* Reliqua comperta non sunt. Denique ipsi Prædicatorum habitum ostendit, inquiens: *Iste est habitus tui ordinis.* atque sic disparuit. Mox ille convaluit, atque, uti instituerat, isti ordini se mancipat: magnoque zelo postea Bononiæ docet, ut alter quispiam Elias reputaretur. *Vincentius.**

* li. 30. c. 69. & 70.

J O H A N N E S B A L B U S

Genuensis, ordinis Prædicatorum, Professor artium doctus, claruit anno 1290. Scripsit,

Vocabularium Latinum, cui titulum præfixit, *Opus Catholicon.*
De quæstionibus animæ ad spiritum, in modum Dialogi.
De ratione Paschæ.

Grandævus cuncta, quæ possedit, in manus pauperum est elargitus; & Dominicanorum ordinem ingressus est. *Bergomensis.**

* lib. 13

V. SERVI D. VIRGINIS.

PHilippus Etruscus, natus est Jacobo, cive Florentino, & Albandâ matre. Is Medicus insigniter doctus primum, istius professionis pertæsus, eremiticam vitam eligit. Et nec eâ adhuc contentus, oraculo scilicet admonitus, Servorum Virginis Mariæ ordinem, sub regulâ D. Augustini, invenit: additis adhuc quibusdam constitutionibus. Obiit anno 1285. VIII. Calend. Septemb. Mortuus miracula edere dictus est. *Bergomensis.**

* ibid.

VI. INCERTI LOCI.

H U M B A L D U S.

ROmanus natione, Theologię Professor & interpres, claruit anno [illegible]. Scripsit,

Super Sententias, *lib. 1.*
Quodlibetorum. *lib. 1.*

*Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis. Erfurdiensis.**

* cap. 95.

N I C O L A U S.

Nicolaus Tolle-minas, omnium sui temporis abstinentissimus, ut semel tantùm pane & aquâ in die uteretur: obiit anno 1293. Ab Eugenio III. in Divorum catalogum relatus est. *Volaterranus.**

* lib. 21.

GALLIÆ MONACHI.

G A U F R E D U S.

MEldensis Ecclesiæ episcopus anno 12[illegible]3. muneri abdicans, monachus fit in S. Victoris monasterio Parisiis. Is inauditæ abstinentiæ fuit. Nam in Quadragesimâ, & Adventu Domini, quotannis, tertium in hebdomadâ cibum, potum verò nunquam sumsit *ut Vin-*

rentius * loquitur. Reliquo anni tempore amaris protlusq; insipidis usus est, quæ vix aliis gustata fuere.

RICHARDUS.

Theologus, ubi Anglorum Scholas frequentâsset, Lutetiam petiit. In collegio S. Victoris, proximum à primo locum obtinuit, cùm propter eruditionem, tum pietatem. Scripsit,

De Arbore Nabuchodonosor,	lib. 1.
Super Joelem,	lib. 1.
Expositiones in Nahum,	lib. 1.
Super Ad me clamat,	lib. 1.
Super Ecclesiasten,	lib. 1.
Super Exiit edictum,	lib. 1.
Sermones devotos,	lib. 1.
Opus pœnitentiale,	lib. 1.
In Orationem dominicam,	lib. 1.
Sex genera Contemplationis,	lib. 1.
De Conceptione Mariæ,	lib. 1.
Expositiones in Psalterium,	lib. 1.
Sententias Scripturarum,	lib. 1.
De Viris Patriarcharum,	lib. 1.

atque alios multos tractatus Parisiis edidit. Claruit anno 1240. & Lutetiæ tandem sepultus. *Balæus,* * *ex Lelando, & Bostono Buriensi.*

* Cent. 3. c. 99.

S. DIONYSII.

GUILHELMUS.

Monachus S. Dionysii, natione Gallus, ordinis Benedictini, doctus, claruit circa annū 1240. Scripsit,

Historiarum volumen,	lib. 1.
Epistolarum ad diversos,	lib. 1.

Item *Commentarios in libros sacros* edidisse dicitur. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis, Bergomensis.* *

* Lib. 13.

MATTHÆUS.

Ubi Ludovicus, Galliæ Rex, exercitum in Syriam ducturus esset, anno 1269. Matthæum Vindocinensem, abbatem S. Dionysii, collegam dedit, in regni administratione, Simoni de Nella. *Rob. Gaguinus.* *

* Lib. 7.

STEPHANUS.

Abbas S. Dionysii Parisiis, circa annum 1280 præfuit. Missus est, unà cum Petro Bajocēsi, legatus ad Mariam de Oegnies, quæ vates esse dicebatur; ad inquirendum, uter Ludovicum filium natu-maximum veneno sustulisset? an noverca; an verò Brocehius cubicularius. Sed nihil retulit: quòd alter ille Petrus prævenisset, & illa diceret, satis Petro esse responsum. *Gaguinus,* * *Aemylius.* †

* Lib. 7. † Lib. 7.

JOHANNES BELETH.

Philosophus, & scholasticæ Theologiæ gnarus, Parisiis docuit, sub initium hujus seculi. Scripsit,

Summam de Divinis officiis,	lib. 1.
Sermones varios,	lib. 1.

atque alia plura. *Bergomensis.* *

* Lib. 12.

PHILIPPUS.

Magister, & Parisiensis Cancellarius, decreto de pluralitate ministeriorum sese opposuit, anno 1228. Scripsit,

De singulis Psalmis, duos vel tres sermones,	lib. 1.
Summam Theologiæ,	lib. 1.

Trithemius de Script. eccles.

Publicâ voce monachos infectatus est: ideoq; tale quid in ipsum sunt commēti nugacissimi nugatores: ipsum scilicet æternâ damnatione punitum esse; cujus ipse met fuerit nuntius. Apparuerat enim, post mortem, Guilhelmo, Parisiensi episcopo, mediâ nocte, eunti ad ecclesiam, sub tetrâ & tenebrosâ umbrâ, splendente Lunâ; idque nuntiaverat, expositis tum causis: ut, quòd Theologorum sententiæ, de ministeriorum pluralitate, obstitisset, quòd nihil in pauperes suisset elargitus: quòd spurcâ libidine longo tempore plurimos offendisset. Ante mortem dicitur admonitus ab Episcopo, ut sententiam mutaret: verùm perdurâsse, & dixisse victurum se periculum, an talis Simoniacus damnaretur. *Chron. Fland.* *

* Lib. 8.

ALANUS.

Alanus Beuclif, seu Bellovlivus, Sudovolgius, Oxonii primùm, postea Parisiis, cognitionem rerum bonarum eximiam sibi peperit: itâ ut Lutetiæ alios publicè Philosophiam doceret, & Sacræ scripturæ libellos interpretaretur. Claruit anno 1230. varia scribens. *Balæus,* * *ex Matthæo Parisio.*

* Cent. 10. c. 64.

DESIDERIUS.

Longobardus, contra Monachorum statum multis disseruit: item, libello edito asseruit, eos manuum suarum labore victitare debere. Quàre itâ Thomam Aquinatem offendit; ut ab eo Hæresiarcha diceretur. *Balæus,* * *ex Bernardo Lucelburgo.*

* Cent. 4. 30. in App.

GUILHELMUS.

Guilhelmus de S. Amore, Doctor Sorbonicus, mendicitatem otiosorum Minoritarum & Dominicanorum, fucatamque paupertatem, damnavit, anno 1260. Scripsit,

Defensorium Scripturæ & Ecclesiæ, contra pericula imminentia Ecclesiæ generali, per hypocritas ac pseudo-prædicatores, penetrantes domos, otiosos & curiosos, gyrovagos; lib. 1.

De Periculis novissimorum temporum,	lib. 1.
De Quinquaginta signis Pseudoprophetarum,	lib. 1.
Quæstiones de Mendicitate, contra Bonaventuram,	lib. 1.

& *Sermones aliquot.* Ejus libros Alexander IV. ut Minoritis gratificaretur, publico edicto abrogavit, & Vulcano tradidit. *Platina in vitâ Alexandri IV. Tilius in Chron. Balæus.* *

* Cent. 4. 30. in App.

SIMON.

Simon de Tornaco, Presbyter & Theologus. claruit circa annum 1269. Docuit annis pluribus, non sine fructu Auditorum. Ajunt, in quibusdam ipsum errâsse, dum nimis rigidè Aristotelem sequeretur. Scripsit,

Sententiarum suarum,	lib. 1.
Quæstionum variarum,	lib. 1.
In Symbolum Athanasii,	lib. 1.

& alia quædam. *Bergomensis.* *

* Lib. 13.

JOHANNES DRITONUS.

Vel de Aridâ villâ, illustri familiâ natus in [illegible], claruit anno 1260. Is, ubi mediocrē in b[illegible] fructum fecisset; Lutetiā petiit: & in Philo[illegible] & in [illegible] logiâ tantus evasit; ut magnus Theologiæ Ma[illegible] haberetur. Rector fuit supremus istius Gymnasii, anno 1256. Opposuit se Minoritis & Dominicastris, qui Æternū Evangelium tùm temporis profitebantur. Verùm vir pius & bonus, à Pontifice hæreseos damnatus. Scripsit,

Contra Seductores fratres,	lib. 1.
De tribus Principiis,	lib. 1.
De Relatione quoq;,	lib. 1.
De Principiis Theologicis,	lib. 1.
Conclusiones scholasticas,	lib. 1.

atque alia plura. *Balæus.* *

* Cent. 4. c. 24.

LAURENTIUS.

Anglicus, Theologiæ Magister, & Anglici collegii Præpositus, Parisiis claruit, anno 1260. Novum Euangelium æternum Prædicatorum, fortiter impugnavit iniuste. Sed tandem, Alexandri IV. fulmine, Prædicatorum clamoribus, & Alphonsi Pictaviensis Comitis minis, territus, istius pœnituit; & inter Dominicanos sepeliri voluit. Scripsit,

Contra Pseudo-prædicatores,	lib. 1.
Defensorium Guilhelmi,	lib. 1.

& alia quædam. *Balæus,* * *ex Cantipratensi.*

* Cent. [illegible] 30.

PETRUS.

Petrus de Ytekeham, Cantuariæ natus, & literis imbutus, Lutetiam petiit: ubi à Philippo, istius Universitatis Cancellario, humaniter, propter eruditionem, acceptus est. Scripsit Gallicè,

Genealogiam Regum Britanniæ,	lib. 1.
Genealogiam Angliæ Regum,	lib. 1.

Claruit anno 126[illegible]. *Balæus.* *

* Cent. 4. c. 43.

JACOBUS.

Cognomine & natione Anglicus, Cisterciensis mona-

..., sectator D. Bernhardi, claruit anno 1270. Cadmeæ ... læ Parisiis præfuit, legendo, & Scripturas scholastico more interpretando. Scripsit,

In Cantica Canticorum, lib. 1.
Lecturas scholasticas, lib. 1.
Conciones Evangeliorum, lib. 1.

& alia plura. *Balæus.**

*Cent. 4. c. 30.

JOHANNES LONDINENSIS.

Patriâ relictâ, Oxonii juvenis operam literis dedit; ubi Rogero Bacono innotuit, qui egestatem ipsius misertus, & quòd ingenium capax disciplinarum in eo animadverteret, apud Minoritas ipsi de victu prospexit. Eam discendi occasionem non neglexit: & in utrâque linguâ, in primis verò Mathesi, laudabiliter profecit. Præceptorem suum Rogerum Lutetiam secutus est. Is Romam, cum quibusdam libellis & instrumentis mathematicis, ipsum misit, ad Clementem IV. ut in rebus difficilioribus interpretem ageret. Claruit anno 1270. & plurima scripsisse fertur. *Balæus,* ex Lelando.*

*Cent. 13. c. 81.

MICHAEL.

Cognomine Scotus, in Dunelmensi ditione progenitus, claruit anno 1290. Is Oxonii primùm, deinde Lutetiæ, studiis invigilans Philosophus, Mathematicus, & Theologus evasit. Habitus etiam pro necromantico est. Scripsit, jussu Friderici II. Imperatoris,

Super autorem Sphæra, lib. 1.
In Aristotelis Meteora, lib. 4.
De Constitutione Mundi, lib. 4.
De Anima quoque, lib. 1.
De Cælo & Mundo, lib. 2.
De Generatione & Corruptione, lib. 2.
De Substantiâ Orbis, lib. 1.
De Somno & Vigiliâ, lib. 2.
De Sensu & Sensato, lib. 2.
De Memoria & Reminiscentiâ, lib. 2.
Contra Averroem in Meteora, lib. 1.
Imagines astronomicas, lib. 1.
Astrologorum dogmata, lib. 1.
In Ethica Aristotelis, lib. 10.
De Signis Planetarum, lib. 1.
De Chiromantiâ, lib. 1.
De Physiognomiâ, lib. 1.
Abbreviationes Avicennæ, lib. 1.
De Animalibus ad Cæsarem, lib. 1.

Balæus, ex Lelando, Johanne Pico Mirandulâ, Symphoriano, Cornelio Agrippâ, & aliis.*

*Cent. 4. c. 36.

THOMAS.

Cognomento de Hiberniâ, ubi, relictâ patriâ, Parisiis aliquamdiu literis invigilâsset, tantum fecit profectum: ut Theologiæ magisterium in Sorbonâ adipisceretur. Scripsit,

Flores omnium Doctorum, lib. 2.
De Christianâ religione, lib. 1.
De Elusionibus Dæmonum, lib. 1.
De Tentatione Diaboli, lib. 1.
De Remediis vitiorum, lib. 1.

& alia multa. Claruit anno 1290. *Balæus.**

*Cent. 14. c. 89.

ALEXANDER DE ALES.

Dictus Fons vitæ, natione Anglicus, Parisiis claruit, anno 1240. Is & in Philosophiâ, & Theologiâ, insigniter doctus, (ut ea tulerunt tempora) aliquamdiu Sacras literas in Gymnasio professus est. Non multò ante vitæ suæ exitum, habitum Minoritarum assumsit; idque hac occasione. Voverat, se cuncta illa facturum, si modò possibilia essent, quæ quis, in nomine B. Mariæ virginis, ab eo postulâsset. Incidit igitur in Minoritam sacerdotem Lutetiis, eleemosynas mendicantem: qui per B. Virginem eum deprecabatur; ut ipsorum Ordini associaretur: siquidem nullum haberent magistrum. Annuit petenti, & mox monasticum assumsit habitum & rasuram: & primus quidem Minoritarum Doctor fuit. Ejus verò sectæ propagator strenuus exstitit: ut nomen Doctoris irrefragabilis adeptus fuerit. Ingenio enim subtilis, & eloquio præacutus, exstitit. Discipulos habuit, Thomam Aquinatem, Bonaventuram, & Guilhelmum Guarronem: quos miris subtilitatibus, pro Antichristi regno stabiliendo, armavit. Petri Longobardi doctrinam illustravit; & subtilibus argumentis ampliavit. Samaritanæ cujusdam confusionis fuit autor; miscens ethnicam, Pontificiam, & Christianam religionem. Scripsit,

Summam Theologiæ, lib. 4. jussu Innocentii IV.
Declarationem suæ Regulæ, lib. 1.
Commentarios in Job, lib. 1.
Postillam ad Romanos, lib. 1.
De Verbis exoticis, lib. 1.
Dictionarium difficilium vocabulorum, lib. 1.
Mariale magnum, lib. 6.
Super Esajam, lib. 1.
Super Hieremiam, lib. 1.
Super Ezechielem, lib. 1.
In Evangelia, lib. 4.
In Apocalypsin Johannis, lib. 1.
Lecturas Bibliorum, lib. 1.
De Mysteriis Ecclesiæ, lib. 1.
Summam de Virtutibus, lib. 4.
Quæstiones Sententiarum, lib. 6.
De Pœnitentiâ, lib. 1.
De Negligentiâ, lib. 1.
Quæstiones de Animâ, lib. 1.
Lecturam Sententiarum, lib. 4.
Concordiam utriusq. Juris, lib. 1.
De Legibus, lib. 1.
In Psalterium quoq., lib. 1.

& alia plura. Obiit Parisiis, anno 1245. VI. Calend. Septembris: & in Franciscanorum cœnobio sepultus est. *Balæus.** ex Bostono Buriensi & aliis autoribus. Vincentius Continuator,* & Bergomensis* annum mortis ejus faciunt 1250.

*Cent. 3. c. 91. * lib. 31. * lib. 13.

JOHANNES GUALA.

Professione Theologus, Wigorniæ Minorita; Oxoniensem relinquens scholam, Lutetiam pervenit. Tantæ eruditionis fuit, ut Arbor vitæ, ... maximus haberetur, & Arbor vitæ, in insignem Filii Dei contumeliam, diceretur. De re quacunq. ex tempore potuit disserere. Scripsit,

Communiloquium, de Vitæ regimine, lib. 7.
Florilegium, de Philosophorum dictis, lib. 1.
Legiloquium, de Mandatis divinis, lib. 1.
Moniloquium, seu Collectiloquium, lib. 4.
Breviloquium, de Sapientiâ Sanctorum, lib. 1.
Florilegium, lib. 1.
Compendiloquium quoq., lib. 1.
Ordinarium Vitæ religiosæ, lib. 3.
De Ordinatione universali, lib. 1.
De Virtutibus antiquorum, lib. 3.
Manipulum florum, lib. 1.
Locarium quoddam, lib. 1.
Itinerarium, lib. 1.
Dietarium, lib. 1.
Indices suorum operum, lib. 1.
Summam justitiæ, lib. 10.
In Apocalypsin Johannis, lib. 1.
Pastoralia, lib. 1.
De Disciplinâ, lib. 1.
Super Oculo morali, lib. 1.
De Correptione, lib. 1.
De Exhortatione, lib. 1.
De Cognitione vitæ, lib. 1.
De Origine Mahumeti, lib. 1.
Historiarum collectanea, lib. 1.
Additiones celebres, lib. 1.
De Pœnitentiâ, lib. 1.
De Relationibus, lib. 1.
De Esse & Essentiâ, lib. 1.
De Visitatione infirmorum, lib. 1.
Breviarium præceptorum, lib. 1.
Commentarios in Valerium, lib. 1.
In Fabulas Ovidii, lib. 1.

In Mythologicon Fulgentii, lib.1.
Lecturam Sententiarum, lib.4.
Lecturas Scripturarum, lib. plurimos.
Sermones de Tempore, lib.1.
Sermones de Sanctis, lib.1.
De diversis materiis, lib.15.

[* Cent. 4. c. 18.] Claruit anno 1260. *Balæus,** ex *Bartholomæo Pisano & Bergomensi, Trithemius de Scriptoribus ecclesiasticis.*

GUILHELMUS.

Guilhelmus de Wara, aliàs Guarronis Minorita & Doctor, claruit anno 1270. Is primùm Oxonii, postea Parisiis, scholasticis lecturis præfuit. Multa peperit, tum falsa, tum absurda in Theologiâ, ex Aristotele. Ex ejus scholâ provenit Johannes Scotus, argutorum Sophistarum deus: ut *Lelandus* eum vocat. Scripsit,

Commentarios Sententiarum, lib.4.
Quæstiones ordinarias, lib.1.
Quodlibetales quæstiones, lib.1.
In opera Aristotelis, lib. plures.
Lecturas Theologiæ, lib.1.

[* Cent. 4. c. 37.] *Balæus.**

JOHANNES DE Parma.

In Bononiæ finibus natus, Minoritarum generalis, sacræ Theologiæ Professor & Magister in Gymnasio Parisiensi, claruit circa annum Domini 1290. Miracula edidisse fertur. Scripsit,

Super Sententias, lib.4.
De Conversatione Religiosorum, lib.2.
Commentarios in Biblia.
[* lib. 13.] *De Beneficiis Dei tractatum*, aliaq; plurima. *Bergomensis,** *Trithemius de Scriptoribus Eccles.*

THOMAS DE AQUINO.

[* li. 8. Dec. 2.] Aliâs Doctor angelicus appellatus, (*Blondus** Thomam, Petrū vocat) ex illustri familiâ Comitū, in confinibus Apuliæ & Siciliæ, originem traxit: patre quidem Landulfo, matre verò Theodorâ Neapolitanâ, natus, anno 1221. in vigiliâ Afscensionis Domini. *Ptolemæus Lucensis,* [* lib. 31.] *Continuator Vincentii.* * Cui Anachoreta quidam prædixisse fertur, antequàm nasceretur, sequens vitæ curriculum, hisce verbis: Paries filium, & vocabis eum Thomam. Hic intrabit ordinem Prædicatorum: & erit magnus coram Deo & hominibus; & doctrinâ suâ Mundum illuminabit. [* cap. 93.] *Erfurdiensis.**

Is. à Parentibus, Cassinensibus monachis commendatus, cùm quidem, cùm Cunradus Suevus Aquinum vastaret. [* li. 8. Dec. 2.] Quam ob causam *Blondus** dicit, ipsum metus regni Siciliæ, ad doctrinæ & religionis viam videri traxisse. Singulari diligentiâ literis bonis incubuit; monasticæque vitæ invigilavit. A' condiscipulis Bos appellatus est: quòd taceret semper, & docentes sedulò audiret. Ex quo vox cœlitùs audita est; Hunc bovem suo mugitu terrarū Orbē repleturum. [* lib. 21.] *Volaterranus.** *Ptolemæus Lucensis* ista verba Alberto Magno attribuit; *in Rudimento Novitiorum.*

In literis ubi mediocrem fecisset profectum; Dominicastris monachis (vulgò Prædicatores vocant) se-se associavit. Id verò pessimè reliquos ipsius fratres germanos habuisse ferunt: ità quidem, ut vi extractum custodiæ tradiderint, toto biennio, in turri quâdam. Utque omninò proposito dejicerent: puellam formâ elegantem ad ipsum intromittunt in turrim, in quâ captus detinebatur. Hic continuò in genua provolutus, perpetuæ continentiæ donum petit. & subitò ei assistunt Angeli duo, qui & exauditum dicunt: & renes ipsius simul, hisce verbis additis, cingunt: Ex parte Dei cingimus te castitatis vinculo, qui nunquam dissolvetur. Ab eo tempore, nullum libidinis ardorem sensit: si modò credere fas est. Mater, cùm animum ipsius videret inexpugnabilem, dimissum, ad Dominicanos [* cap. 93.] redire passa est. *Erfurdiensis.** Præceptore usus est Johanne [* lib. 21] quodam, Prædicatorum magistro. *Volaterranus.** Hac occasione, nactus est præceptorem doctissimum Coloniæ, Albertum Magnum: cujus adminiculo brevi tempore tantum profecit, ut & in Philosophiâ, & Theologiâ, nullo præstantissimorum habetur inferior.

Scripsit, *Super Sententias,* lib.4.
Summam Theologiæ, lib.4.
Contra Gentiles, lib.4.
Contra errores Græcorum, lib.1.
Contra Armenos & Saracenos, lib.1.
Compendium Theologiæ, lib.3.
De Præceptis charitatis, lib.1.
Super Oratione Dominicâ, lib.1.
Super Ave Maria.
Super Symbolo Apostolorum.
De CVIII. Articulis.
De XLII. Articulis.
De XXXVI Articulis.
De VI. Articulis.
De Differentiâ divini Verbi & humani, lib.1.
De Naturâ Verbi, lib.1.
De Substantiis separatis, lib.1.
Contra Averroistas, de Intellectu, lib.1.
Adversum Detractores religionis, lib.1.
De Perfectione vitæ spiritalis, lib.1.
Contra Impugnatores ordinis, lib.1.
De Regimine Principum, lib.4.
De formâ absolutionis, lib.1.
De Regimine Judæorum, lib.1.
Expositionem primæ Decretalis, lib.1.
Expositionem secundæ Decretalis, lib.1.
In Esajam Prophetam, lib.1.
In Hieremiam, lib.1.
In Threnos ejusdem, lib.1.
In Cantica Canticorum, lib.1.
In tres nocturnos Psalmos, lib.1.
In Job ad literam, lib.1.
Continuum in Evangelia, lib.4.
Lecturam in Evangelia, lib.4.
In Epistolas Pauli, lib.14.
In Epistolas canonicas, lib.7.
De Sacramento altaris, lib.1.
De Humanitate Christi, lib.1.
De Dilectione Dei & Proximi, lib.1.
De Divinis moribus, lib.1.
De Beatitudine, lib.1.
De Puritate conscientiæ, lib.1.
De Officio Sacerdotis, lib.1.
De Significatione Missæ, l[illegible]
De Vitiis & Virtutibus, lib.1.
De Emtione reditunm, lib.1.
De Veritate Summam, lib.1.
De Potentiâ Dei, Disputationem, lib.1.
De Actione Judæorum, lib.1.
Quodlibeta XII. lib.1.
Super Boethio, de Trinitate, lib.1.
Super eodem, de Hebdomadibus, lib.1.
Super libris Dionysii, lib.4.
De Sortibus, lib.1.
De Judiciis astrorum, lib.1.
De Aeternitate Mundi, lib.1.
De Fato, lib.1.
De Principio individuationis, lib.1.
De Ente & Essentiâ, lib.1.
De Principiis naturæ, lib.1.
De Materiâ & Dimensionibus, lib.1.
De Mixtione elementorum, lib.1.
De Occultis operibus naturæ, lib.1.
De Motu cordis, lib.1.
De Instantibus, lib.1.
De Quatuor oppositis, lib.1.
De Demonstratione, lib.1.
De Fallaciis, lib.1.
De Propositionibus modalibus, lib.1.
De naturâ Accidentis, lib.1.
De naturâ Generis, lib.1.
De Principiis animæ, lib.1

De Tempore, lib. 1.
De Pluralitate formarum, lib. 1.
De naturâ Syllogismorum, lib. 1.
De Sensu & Intellectu, lib. 1.
De Inventione medii, lib. 1.
De Naturâ Hominis, lib. 1.
De naturâ Loci, lib. 1.
De universalibus, lib. 2.
De Intellectu & Intelligibili, lib. 1.
Dictorum sanctorum concordiam, lib. 1.
Contra Guilhelmum de S. Amore, lib. 1. jubente Papâ Urbano IV.
Officium Festi corporis Christi composuit.
In omnes Aristotelis & Porphyrii libros commentatus est.
Alia quoque multa edidit. *Trithem. de Script. ecclesiast.*

¶ Ab Urbano IV. Romam vocatus, spretis dignitatibus, quæ ultrò offerebantur, totum se-lectioni & scriptioni dedit.

Autor fuit Urbano IV. ut festum Corporis Christi, anno 1264. institueret: cujus jussu vicissim, Officium de corpore Christi composuit, abominandæque idolomaniæ hoc pacto autor exstitit. *Rudimentum Novitiorum.*

Miracula dicitur edidisse; ut propterea celebris esset. *Ptol. Lucensis.*

Vitæ monasticæ strenuus patrocinator exstitit, contra Guilhelmum de S. Amore. *Platina.*

Scholam Romæ instauravit. *Ibidem.*

Sæpè, cùm oraret, visus est duobus cubitis elevatus à terrâ; nulli prorsus fulcro innixus. *Erfurdiensis.**

*cap. 95. Antequam quid ageret, vel disputando, vel legendo, vel dictando, vel scribendo, ad orationem conversus est: ut dicere sit solitus, se ad eam scientiam, non ingenii sui industriâ pervenisse; sed solâ impetrâsse oratione divinitùs. *Ibidem.*

Primum omnium, quæ ageret quotidie, erat, Missam unam dicere; & ab alio dictam audire unam. Si ipse celebrare non posset: duas nihilominùs audivit. *Ibidem.*

Anno 1238. disputationi Parisiensi interfuit, de pluralitate beneficiorum; suamque de eâ sententiam dixit: Medietatem ministrorum Dei resectam per hoc genus avaritiæ. *Paralip. Ursbergensis.*

¶ Almaricanos refutavit, qui docuerunt, Deum esse cœli animam. *Sebast. Franck. tit. de Hareticis.*

Davidem de Dinacio itidem refutavit; cujus dogma fuit, Deum rerum omnium esse primam materiam. *Ibid.*

¶ Cùm aliquando in textu Scripturæ dubio & difficili hæreret; visus est Petrum & Paulum videre Apostolos, qui explanarent. *Erfurdiensis.**

*cap. 95.

Non multo antè, quàm finem vivendi faceret, apud Neapolim, in ecclesia Dominicanorum, ad crucem ligneam conversus, orans, hæc verba audivit: *Bene de me scripsisti, Thoma: quam ergo recipies tui laboris mercedem?* Ille verò: *Domine, non illam, quam te-ipsum. Ibidem.*

Cùm corpore æger decumberet, visus est cometa super monasterium Fossæ-novæ, ordinis Cisterciensium: qui unà cum eo simul extinctus est, anno 1274. Nonis Martii, anno ætatis ejus 50. *Erfurdiensis.** Canonitatus est à Papâ Johanne XXII. *Trithemius de Script. Eccles.* Alii referũt, ipsum in itinere, cùm ad Concilium Lugdunense profecturus esset, mortuum, anno 1274. *Paulus Aemylius,** *Bergomensis,** Romam evocatum Bononiâ, apud Cassinum montem animam exhalâsse, tradit.

*ibid. *l. 7. *l. 13.

Mortuum miraculosè plurima operatum esse, nugantur: quorum nonnulla recensebimus.

Monachi Fossæ-novæ post mensem septimum, sepulcrum ejus aperuerunt; ut aliò eum transferrent. ecce, odor suavis gratusque capellani S. Stephani, in quâ sepultus erat, totumque monasterium replevit. Hanc fragrantiam quidam, anno septimo pòst, quidam 14. pòst, se odoratos esse testati sunt.

Chirurgus aliquis, toto decennio podagrâ malè vexatus, ubi se Deo, & huic Thomæ, ad tumulum ipsius, commendâsset, sanus profiliit.

Alius, terribili quâdam visione perterrefactus, mirabilem sensit subitò metamorphosin. Nam manibus contractus, & facie & ore distortus, omninò sensibus & robore corporis privatus: ut mortuo similis jaceret. Is ad ejus tumbâ portatus, ubi paulu moram ibi traxisset, sanus surrexit.

Post mortem, tam cupidus vindictæ fuit; ut parùm-devotè de se sentientibus protinus plagam immiserit. O crudelem divum! Cùm enim alicui, a quodam Capellano, diversorum reliquiæ monstrarentur, & is subindè diceret, se habere adhuc præstantiores, Thomæ Aquinatis manum, & alter responderet, illum sanctum non esse: tremere incepit, & caput intumescit subitò. Verùm facti pœnitens, cùm manum exoscularetur, protinus convaluit. Neque solùm tùm incredibilem fragrantiam olfecit, sed aliis quoque, multo tempore pòst, ipse suavem spirare odorem visus est. *Erfurdiensis.**

*cap. 95.

Notarius quidam sanus mensæ accubuit: surgens, squinantiam sensit diebus duobus. Linguæ officium facere non potuit. Is, ubi de eo Medici desperâssent, scripto ostendit, se cupere ad hujus Sancti sepulcrum deferri. Conjunx, eo quòd fœmineo sexui monasteriorum aream calcare nefas sit, reluctabatur. Proinde se tunc Thomæ commendavit, & convaluit.

Alius, quotidianâ febri, per integras septem hebdomadas, laboravit. Ubi verò se Sanctulo huic devovisset, habuit meliuscule.

Fœmina, quatuor mensibus nihil, & ne puerulum quidem in cunis vagientem, audire potuit. Sed protinus convaluit, cùm huic Sancto se vovisset & commendâsset.

Puellam à squinantiâ liberavit: cùm reliquiæ ejus gutturi puellæ superstitiosè admoverentur.

Alius Novæ-fossæ monachus, maximos dolores in dextro brachio sensit, fermè ad menses quatuor. Cumque in tumulo ipsius obdormivisset, & se ei commendâsset; sanitati pristinæ restitutus est.

Infans annorum 9. tumorem in costis & crure, ad pedem usque, patiebatur, ut nec à matre tangi posset. Impositus tumulo ipsius, non multo pòst sanus surrexit.

RICARDUS.

Ricardus Fizacrius, genere Anglus, in Excestriâ natus, Dominicanæ factioni se-se adjunxit. Oxonii, & postea Parisiis, Sophistarum fumos & vanitates sedulò docuit. Roberto Bochoni comes fuit individuus. Scripsit,

Sententiarum Commentarios, lib. 4.
In primum nocturnum Psalterii, lib. 1.
In Parabolas Salomonis, lib. 1.
De Pœnitentiâ, lib. 1.
Postillas morales, lib. 1.
Commentarios Bibliæ, lib. 1.
Quæstiones varias, lib. 1.
Quodlibeta quoque, lib. 1.
& alia plura. Obiit anno 1248. *Balæus, ex Lelando.**

*Cent. 4. c. 6.

JOHANNES DE RUPELLA.

Ordinis Minorum, sacræ Theologiæ Magister Parisiensis, & in Aristotelicâ Philosophiâ insigniter doctus, claruit anno 1250. Scripsit,

Super Sententias, lib. 4.
Summam Virtutum & Vitiorum, lib. 1.
De Animâ, lib. 1.
Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis.

VINCENTIUS.

Gallus, patriâ Burgundus, Belvacensis, Historiographus & Theologus, Ordinis Prædicatorum, claruit anno 1240. Scripsit,

Speculum historiale, lib. 32.
Speculum naturale, lib. 33.
Speculum morale, lib. 3.
Speculum doctrinale, lib. 13.
De Gratiâ Dei quoque, lib. 4.
De Laudibus S. Mariæ, lib. 1.
De Laudibus S. Johannis Evangelistæ, lib. 1.
De Institutione puerorum, lib. 1.
Consolationem super mortuo, lib. 1.
Epistolarum ad diversos, lib. 1.
aliaque nonnulla. Obiit ann. [illegible]58. *Erfurdiensis.** *Trithemius.*

*cap. 94.

ROBERTUS.

Oxfordius, Dominicanus, claruit anno 1270. Is Thomæ Aquinatis absurditates, non tantùm instar oraculi divini exosculatus est; sed etiam magnâ animi impotentiâ defendit, adversùs Heinricum Gandavensem, & Ægidium Romanum. Scripsit,

Contra Heinricum Gandavensem, lib. 1.
Adversus primum Aegidii, lib. 1.
Contra quosdam Sorbonistas, lib. 1.
Protestationum Thomæ Aquinatis, lib. 1.
Determinationes varias, lib. 1.

& alia. *Balæus,* * *ex Lelando, & Alberto Bononiensi.*

JOHANNES PArisiensis.

Ordinis Prædicatorum, Theologus & Philosophus, claruit anno 1280. Lutetiæ Pr. fessores publicum egit multo tempore. Plurimos post se re... ..ut discipulos. Scripsit,

De Fide.
Contra corruptorium Thomæ.
Super libros Meteorum.
Libellum de Transsubstantiatione panis & vini in Sacramento altaris.
De unitate essentia & esse.
De Adventu Christi.
Apologeticum. Erfurdiensis,* Trithemius.

THOMAS.

Thomas Sutton, aliàs Suetonius dictus, Dominicanus, claruit anno 1290. Secutus est Thomam Aquinatem, ut ne latum digitum ab ejus doctrinâ discederet: ità tamen, ut lucidius exprimeret, quæ ille obscuriùs dixit. Disputavit & in Scholis; & docuit publicè in Angliâ. quam ob causam, in magnâ omnium existimatione fuit. Tandem Parisiis Doctor Theologiæ effectus, pro virili Antichristi regnum promovit. Scripsit,

Quæstiones difficiles, lib. 1.
Duo Quodlibeta, lib. 1.
De Relatione, lib. 1.
De unitate formarum, lib. 1.
Super Prædicamenta, lib. 5.
In sex Principia, lib. 1.
Super Priora, lib. 2.
Super Posteriora, lib. 2.
In Perihermenias, lib. 2.
Breviarium Theologiæ, lib. 4.
Concordiam Theologorum, lib. 1.
Summam Theologiæ, lib. 1.
Commentarium Psalterii, lib. 1.
Complementum Thomæ, lib. 1.
Illustrationes ejusdem. lib. 1.

Feruntur & alia multa. *Balæus,* * *ex Leandro Bononiensi, lib. 4. de viris illustribus ordinis Prædicatorum, & Bostono Buriensi.*

HUGO.

Hugo de Argentinâ, Dominicanus, & Doctor Parisiensis, Theologus & Philosophus insignis, claruit anno salutis 1290. Scripsit,

Super Sententias, lib. 4.
Compendium Theologicæ veritatis, lib. 4.
Sermones multos.

Item *Quodlibeta, Quæstiones, Disputationes, & varias librorum S. Scripturæ explicationes.* Tritbemius, de Viris illustribus Germaniæ.

LECHBERTUS.

Abbas S. Rufi, in Galliâ Narbonensi, ordinis Canonicorum regularium S. Augustini, magnus Theologus, claruit anno 1210. Is passim in multis regionibus multa, tum didicit, tum etiam ipse quoque alios publicè docuit; & homines ad virtutem adhortatus est, singulari quâdam authoritate: matronas quidem ad pudicitiam, juvenes ad modestiam. Scripsit,

Explanationes Psalmorum, lib. 1.
Aliosquoq; Commentarios, lib. 1.

& alia quædam. *Balæus.*

INCERTI LOCI.

GEILBERTUS.

Bernhardi Clarevallensis discipulus, abbas ordinis Cistercienfis, sub hujus seculi initiū claruit. Scripsit,

In Cantica Canticorum, lib. 1.

& alia quædam. *Trithemius de Scriptoribus Eccles. Bergomensis.* *

FULCO.

Prædicator in Galliis multis crucem accipiendam persuasit in Galliis, sub Philippo. *Chronicon Hedionis.** Obiit anno 1202. *Vincentius.**

ALEXANDER.

Alexander de Villâ-Dei, patriâ Dolensis, professionis Minorum. *Nauclerus* * ordinis S. Benedicti monachum fuisse dicit. *Continuator Vincentii.* * Sacrarum literarum Professor, Philosophus, Astronomus, & Poëta, claruit anno 1250. Scripsit,

Doctrinale Puerorum, lib. 3.
De Computo ecclesiastico, lib. 1.
De Sphærâ, lib. 1.
De Arte numerandi, lib. 1.

& alia. *Bergomensis.**

HUMBERTUS.

Patriâ Viennensis, Hugonis Barchinonensis adjutor, claruit anno 1250. Theologus, declamator, & ordinis Prædicatorum Magister generalis fuit, in Galliis. Hugonem, præceptorem suum, in suum ordinem pertraxit. Tantum perfecit apud Alexandrum III. ut Guilhelmus de S. Amore Romam citaretur, & damnaretur. Scripsit,

Super Regulam Augustini, lib. 1.
Summam Prædicantium, lib. 3.
Gesta Fratrum Prædicatorum, lib. 5.
De Officiis sui ordinis, lib. 1.
De tribus Substantialibus, lib. 1.
Epistolarum ad diversos, lib. 1.

& alia quædam. Cumque annis 9. præfuisset in Capitulo Londinensi, extremum vitæ diem clausit, anno 1278. pridie Idus Julii. *Erfurdiensis,* * *Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

NICOLAUS.

Gallicus, Ordinis fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo, doctus & religiosus, claruit anno 1270. Septimus Prior generalis sui ordinis fuit: cui muneri totis 20. annis præfuit. Tandem ad eremum rediens, reliquum ævi vixit solitarius. Scripsit,

Igneam sagittam, lib. 1.

& alia. *Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

PETRUS.

Natione Gallus, in sacris & profanis literis præclarè edoctus, claruit circa annum 1270. Prior provincialis in Franciâ fuit. Scripsit,

Sermones de Tempore, lib. 1.
Sermones de Sanctis, lib. 1.

& alia nonnulla. *Trithem. de Script. Eccles. Bergomensis.**

GUILHELMUS DE SAMUCO.

Ordinis fratrum S. Mariæ de Monte Carmeli, Gallus, doctus in sacris & profanis literis, eloquens, claruit anno 1280. Scripsit,

Decretales Religiosorum, lib. 1.
Super Sententias, lib. 4.
In Regulam sui Ordinis, lib. 1.
Chronica sui ordinis, lib. 1.

& alia multa. *Trithemius de Scriptor. Eccl. Bergomensis.*

GUILHELMUS PARALT.

Natione Gallus, Dominicanus, in sacris & profanis insigniter doctus, Prædicator publicus, & Scholasticæ theologiæ gnarus, claruit anno 1290. Scripsit,

Summam Virtutum & Vitiorum, lib. 1.
De Eruditione Religiosorum, lib. 1.
Sermones de Tempore, lib. 1.
Sermones de Sanctis, lib. 1.

& alia. *Trithemius de Script. eccles. Volaterranus.**

GODEFRIDUS.

Godefridus de Fontanis, circa annum Domini 1300. claruit.

claruit. Is mendicantes monachos scriptis oppugnavit: quòd scilicet vitam profiterentur solitariam; & interim gubernatores ecclesiarum esse velint, & alios opprimant. *Catalogus Testium veritatis.*

GUILHELMUS *alius.*

Initiò vir sanctus, eruditus, & sacris initiatus, teneræ ætatis pædagogus; ex Margaretâ, Thomæ Sabaudi Comitis uxore, furtim vitiatâ, liberos tulit Johannem & Balduinum. *Paulus Aemylius.**

GERMANIÆ MONACHI.

I. FULDENSES.

HEINRICUS, & HARTMANNUS.

HEinricus de Cronberg, Cambergensis monachus, & Præpositus S. Johannis, Conrado mortuo, per intrusionem succedit, anno 1192. Prædia pleraque abalienavit, & oppignoravit aliis; pecuniam in bellum conferens, quod contra Hermannum Thuringiæ Landgravium gessit. *Valentinus Muntzerus in Chronol.* Politicis viris feuda ecclesiastica concessit: demensum ciborum reliquis Monachis subtraxit; eosque viliori panno vestivit. Propterea accusarunt ipsum apud Romanum Pontificem. Quod ubi Abbas comperisset; diem dixit, quo se omnibus purgaturus erat. Sed eo ipso die animam exhalat, anno 1216. cùm 24. annis præfuisset. *Muntzerus* 22. numerat annos. Ab Advocatis monasterii honorificè sepelitur. *Bruschius de Monasteriis.*

Successorem habuit Hartmannum, Montis S. Petri Præpositum: qui eodem anno, antequàm confirmationem acciperet, diem suum obiit. *Ibid.*

CUNO, & CUNRADUS.

Cuno, cognomento Gotboldus, Elesacensis abbas, intercedentibus paucis apud Fridericum Imperatorem, succedit Hartmanno; invitis reliquis. Et quia confirmatus à Pontifice non erat: nemo inter Monachos juramentum ipsi præstare voluit. Proinde quarto anno pòst abdicat; & ad pristinum redit locum.

Successorem habuit Cunradum de Malcks, anno salutis 1220. Is ex Hamelburgo oppidum fecit, juxta veteres versiculos:

Abbas Cunradus, de Malkes nomine dictus,
Hamlburg circumdat muro, & mœnia fundat.

Grave inter ipsum, & Hermannum Herbipolensem, ob munitionem Hamelburgi, dissidium fuit: ut res ad arma veniret; atque aliqui equestris ordinis, quos Episcopus miserat, ad cœptum opus impediendum, caperentur. Archidiaconatum & jurisdictionem synodi, perpetuis temporibus, Fuldensi Ecclesiæ contulit. Abdicavit isti muneri anno 1248. ubi totos 28. præfuisset: cùm primùm Pontificis, Gottfrido Moguntino administrationem abbatiæ commisisset, quoad viveret. Sequenti pòst obiit. *Bruschius de Monasteriis.*

HEINRICUS.

Heinricus de Ehrtall, Nobilis, ex Buchoniâ natus, ex Decano fit abbas. Eum Imperator, anno 1248. Hersfeldensibus quoque præfecit. Paulò antè Wernherum removerant. Hamelburgum magis munivit; sicut & alia oppida: ut Mackezell, Bruckenaw, Neugenhoven, Stoltzbergum. Arces, in quibus prædones receptum habebant, diruit; Jogbergum, Wittersbergum, Trumpergũ, Kralukium, Muglerium, Malkes, Bimbach, Eschenbach, & Luter. Ipsos verò prædones totâ suâ ditione ejecit. Obiit anno 1261. ubi annis fermè 13. præfuisset. *Bruschius de Monasteriis.*

BERTHOLDUS.

Bertholdus de Leupoldis, Præpositus Montis D. Petri, Heinrico successit. Arcem Haselstein, cum pagis & prædiis adjacentibus, comparavit. Lutterpach & Bidenpach oppida exstruxit, & communivit. Latrones repressit: ut tam peregrini, quàm incolæ, tutò iter facere possent. Blanckwaldum in monasterium Monialium convertit. Franckenstein, Wartenburgum, Schwatzenfelsium, & Eytenbachium, castella, oppidumque Bischhoffstein, evertit. Cùm ita toto decennio tumultuatus esset, tandem 15. Calend. Aprilis, cùm in sacello D. Jacobi, Cœnam Domini percepturus esset; multis affectus vulneribus, capite truncatur, anno 1271. Sepultus est eodem in loco, ubi animam exhalavit. *Bruschius de Monasteriis.*

BERTHOLDUS II.

Bertholdus de Mackenzell, Nobilis, Buchoniæ S. Andreæ Præpositus, succedit. Is mortem antecessoris ultus est, ipso die Nativitatis Christi; cùm latrones illi Haselsteini templum spoliaturi essent: eumque locum, quo delitescebant, igne succendit. Toto anno sui confirmationem distulit: ut propterea in periculum veniret, ne prædam amitteret. ideoque sui muniendi causâ, cum Wernhero Moguntino archiepiscopo amicitiam contrahit: ut eo patrono uteretur, si res ita postularet. Sed non diu eo usus est tutore, quàm unum anno; & cessit suâ sponte alteri. *Bruschius de Monast. German.*

BERTHOLDUS III.

Bertholdus de Bimbach, Nobilis, ex Buchoniâ oriundus, Decanus Fuldensis Ecclesiæ, & Montis S. Petri Præpositus, substituitur anno 1274. Postquam confirmationem à Pontifice Gregorio X. Lugduni in Concilio accepisset: prædonum latibula strenuè evertit, has nempe arces, Hunam, Mackenzell, Macipach, Bimpach, Aldenburgum. Ubi annis 8. præfuisset, à Legatis Imperatoris Rudolphi Moguntiam evocatur, anno 1282. *Bruschius de Monasteriis.*

MARQUARDUS.

Bertholdo Moguntiam evocato (ut dictum est) ea abbatia totis annis quatuor, per Eberhardum, Comitem de Zigenheim, & Bertholdum de Liesburg, administratur: donec Marquardus, Baro de Bickenbach, Decanus Fuldensis, in abbatem electus est, anno 1286. Rudolphi consensu. Confirmatus à Romano Pontifice Honorio IV. Monasterium Fuldense, igne absumtum, altero suæ gubernationis anno, restituit in integrum; omnes suas in illud impendens facultates. Oppidulum Nittershausen redemit. Frischburgum arcem emit. Veneno tandem, chirotecis illito, miserè extinctus est: postquam per biennium præfuisset. *Brusch. de Monasteriis.*

HEINRICUS.

Comes de Wildenaw, successit Marquardo, anno 1288. Vir magnæ autoritatis fuit: ità ut Imperatoribus, Adolpho Nassoviensi, Alberto, & Heinrico VII. in primis charus esset. Adolphum enim cum quadraginta equis, per annos sex, secutus est: cui in oppugnatione Bytantii operam navavit. Albertus Austriacus bis eum ad Boëmos Legatum misit: quem itidem Romam euntem comitatus est. Heinricus VII. in pluribus eo usus est legationibus. Ungariæ Regem, nomine Imperatoris, regio insignivit diademate. Latronum munitiones disjecit; utpote Wilderz, Ertal, Tüngen, Hellwartz, Schildeck: eosque fugavit. Oppida, Gerstingum, Franckensteinium, Salzingum, Waldenburgum, suæ ditioni adjecit. Obiit anno 1313. ubi 25. annis præfuisset. *Bruschius de Monasteriis Germaniæ.*

II. SCHOENAUGIENSIS.

EMicho, Schönaugiensis cœnobii abbas Benedictinæ professionis, discipulus Eckberti prædecessoris, in sacris & profanis insigniter doctus, claruit sub hujus seculi initium; anno scilicet 1200. Scripsit quàmplurima, tam ligatâ, quàm solutâ oratione. Hæc verò recensentur:

De Laudibus D. Elizabethæ Schonaugiensis.
Sermones multos & varios.

& alia. *Trithemius in Catalogo illustrium Virorum Germaniæ.*

III. ALTAICHII INFERIORIS.

VOlckmarus, inferioris Altaichii abbas, quòd in otio viveret, genio indulgeret, voluptatibus frueretur, omnia pro libitu faceret; reliquos verò monachos fa-

me. f-

me, siti, v[illegible], cantu, preca[illegible]rum strepitu, ferme enecaret, gravem in se concitavit seditionem. Quam cum effugere conaretur: Danubium trajecturus, sagittâ eminùs interficitur, anno 1287. *Aventinus.*

IV. HAFLIGEMENSES.

SIMON.

Hafligemensis monachus, ordinis Benedictini, sacrarum literarum studiosissimus, claruit circa annum 122[illegible]. Scripsit,

Sermones super Cantica, lib. 1.
Visionem admirabilem cujusdam conversi, lib. 1.
Sermones & Epistolas quamplures, lib. 1.
Moralia S. Gregorii abbreviavit.

& alia quædam. *Trithemius de Viris illustribus.*

GUILHELMUS.

Monachus Hafligemensis, Benedictinus, doctus in sacris & profanis, sub finem hujus seculi claruit. Carmine, & solutâ oratione, nonnulla edidit:

Sermones ad populum & ad fratres, lib. 1.
Vitam S. Lutgardis, lib. 1.
Visiones cujusdam monialis, lib. 1.

& alia multa. *Trithem. de Viris illustribus.*

HEINRICUS DE Bruxellis.

Monachus Hafligemensis, ordinis Benedictini, Theologus, Philosophus, & Computista egregius, sub finem hujus seculi claruit. Scripsit,

De variatione Computi, lib. 1.
Calendarium de Incensionibus, lib. 1.
De Astrolabio, lib. 1.

& alia. *Trithemius de Viris illustribus.*

V. S. BLASII.

Vernerus, abbas monasterii S. Blasii, ordinis Benedictini, diœcesis Constantiensis, doctus & disertus, sub initium hujus seculi claruisse putatur. Scripsit,

Deflorationem vel exceptionem Sanctorum, lib. 1.
Sermones plures, lib. 1.

& alia. *Trithemius de Viris illustribus.*

VI. OTTERBURGENSIS.

Philippus, abbas Otterburgensis monasterii, ordinis Cisterciensis, in sacris literis exercitatus, claruit anno 1220. Scripsit,

Super Cantica Canticorum Salomonis, lib. 1.
Sermones per annum, lib. 1.
Sermones de Festis, lib. 1.
Epistolas ad diversos,

& alia nonnulla. *Trithemius in Catalogo Virorum illustrium.*

VII. HEISTERBACHENSIS.

Cæsarius, natione Germanus, monachus Heisterbachensis, Coloniensis diœcesis, ordinis Cisterciensium, institutor novitiorum, claruit anno 1220. Scripsit,

Dialogos de Variis, lib. 12.
In Evangelia dominicalia, lib. 2.
In Evangelia de Sanctis, lib. 1.
Sermones ad Novitios, lib. 1.

& alia. *Trithemius de Scriptoribus Ecclesiasticis & Viris illustribus.*

VIII. HIRSAUGIENSES.

MARQUARDUS.

Suevus, ex Comitum de Monte-solis familiâ oriundus, in locum Heinrici eligitur, anno 1196. sub initium mensis Julii. Aliquandiu & bonas literas, & monasticem, simul addidicerat, in eodem monasterio. Adversarium habuit Adelbertum Comitem, Hirsaugiensis cœnobii Advocatum: quem Pontificis Romani authoritate fregit tandem, ut de damno illato satisfacere cogeretur. Reditus monasterii auxit: ædificia nonnulla, temporis diuturnitate collapsa, reparavit. Ubi annis 8. mensibus 6. diebus 21. præfuisset; quartanâ febri, & dysenteria extinctus est, anno 1205. XIII. Cal. Februarii. Sepultus est ad altare S. Nicolai, in Hirsaugiensi monasterio. *Chron. Hirsaug.*

LUTFRIDUS.

Ex Franciâ Orientali, honestis parentibus ortus; qui multo tempore inter reliquos monachum egerat; succedit, communi suffragio Prioris & reliquorum, Marquardo. Confirmationem à Cunrado Spirensi, benedictionem verò à Guidone Prenestino, Legato pontificio, accepit. Et hic ædificiis castruendis, & reditibus ampliandis, occupatus fuit. Præfuit annis 11. Obiit anno Salvatoris 1215. V. Aprilis. *Chron. Hirsaug.*

EBERHARDUS.

In Sueviâ nobilitate claris parentibus ortus, Lutfrido succedit, anno 1216. A' Cunrado Spirensi confirmatus, & ordinatus est. Hic ob doctrinam, facundiam, prudentiam, constantiam, diligentiam, commendatur. Friderico Imperatori, aliisque Imperii Principibus, charus fuit. Sæpè gravissimis deliberationibus interfuit. Impetravit ab Imperatore, privilegiorum sui monasterii confirmationem. Grave inter ipsum & Augustanum episcopum, dissidium fuit, ob Præposituram Rbotensem. Obiit anno Christi 1231. natus annos 65. penult. Decembris: ubi 15. annis, 8. mensibus, 20. diebus, præfuisset. Sepultus est in majori monasterio. *Chron. Hirsaug.*

ERNESTUS.

Suevus, Eberhardo successit, canonicè electus; & à Berengario Spirensi in abbatem ordinatus. Majoris cellarii officium aliquamdiu gesserat. Diligens fuit œconomus; & monasterii res non-parùm auxit. Disciplinæ monasticæ non usque-adeò rigidus exactor fuit: ut illa quoque sub eo aliquo modo flaccesceret. Obiit anno 1245. in die S. Blasii; cum 14. annis præfuisset: suæ verò ætatis 63. anno. *Chron. Hirsaug.*

VOLPOLDUS.

Suevus, qui suæ ætatis anno 16, istud monasterium fuerat ingressus, Ernesti successor creatur. Non usque-adeò doctus fuit: in sacris literis aliquo modo tamen versatus. Præfuit annis 20. Obiit anno 1265. V. Calend. Martii. *Chron. Hirsaug.*

JOHANNES.

Bavarus, Prior, succedit Volpoldo. Eum Heinricus Lyningensis, Spirensis episcopus, confirmavit & ordinavit. De monasticâ disciplinâ confirmandâ, non multùm laboravit, sed dignitates & pompas Imperii strenuè venatus & insectatus est. Febri extinctus est, anno 1275. III. Nonas Junii: ubi annis 10. mensibus 3. & 4. diebus, præfuisset. *Chron. Hirsaug.*

VOLANDUS.

Alsata, non-procul ab Argentinâ natus, in successorem eligitur, Confirmationem accepit & ordinationem, à Friderico de Bolandiâ, Spirensi episcopo. Aliquamdiu in Gengenbachensi monasterio cœnobitam egerat: isthinc Hirsaugiam venit. De disciplinâ monasticâ tuendâ & conservandâ, parùm fuit solicitus; & magis voluptates, cum monasterii dispendio, carnisque illecebras, sectatus est. Bona monasterii alienavit, aut vendendo, aut oppignorando, aut consanguineis suis vel amicis largiendo. Quod cùm reliquos malè haberet: coëgerunt eum abbatiam in fratrum manus resignare, anno 1282. XII. Calend. Februarii; ubi 6. annis, mensibus 8. malè præfuisset. *Chron. Hirsaug.*

CRAFTO.

Craftonem, Majorem cellarii, Suevum, Capitulum loco Volandi constituit abbatem. Confirmationem & benedictionem ab eodem episcopo accepit, à quo antecessor ejus. Ejus industriâ & assiduitate, res monasterii cœperunt habere meliùs. Oeconomus, longo usu edoctus, bonus fuit. Obiit anno 1293. XI. sui regiminis. *Chronicon Hirsaug.*

GOTFRIDUS.

Suevus, ex honestis ortus parentibus, qui annis multi[s]

Custodis officio functus fuerat, Craftoni succedit. Disciplinam monasticam, jam penitùs collapsam, pro virili in integrum restituere conatus est. Sed Monachi, fractis repagulis, omninò sibi tale jugum imponi noluerunt. Ea res haud-parum illi molestiarum creavit: quas prudenter superavit. Obiit anno 1300. suæ ætatis 48. ubi 7. annis præfuisset. *Chronicon Hirsangiense.*

IX. SPANHEIMENSES.

RUPERTUS.

Spanheimensis abbas, obiit anno 1213. XVII. Calend. Septembris. *Chron. Hirsaug.*

IBANUS, & JOHANNES II.

Ibanus, Spanheimensis abbas, obiit anno 1252. obi annis 39. mensibus 3. præfuisset.

Successorem habuit Johannem de Schonberg, Cantorem: qui annis 12. cum quadrante, præfuit. *Chron. Hirsaug.*

PETRUS, & JOHANNES III.

Petrus obiit anno 1290. VI. Nonas Maii.

Ei Johannes, ejus nominis tertius, successit: qui octo fermè annis præfuit. Is templum exornari fecit; & de novo etiam cum altaribus dedicari. *Chron. Hirsaug.*

X. LUZIRACHENSIS.

Bertholdus, filius Eginonis, Comitis de Urach, ubi captivus detineretur; vovit, si liber fieret, monasticam vitam. Is postea abbas in Luzirach factus est. *Urspergensis.*

XI. URSPERGENSIS.

Cunradus à Liechtenaw, ex nobili stemmate oriundus, doctrinâ excellens, Urspergi abbatem egit. Scripsit Chronicon, incipiens à Nino, Assyriorum Rege, usq; ad annum 1229. Urspergum monasterium, igne consumtum, iterum construxit: atque omnes, quos habere potuit, autores collegit; instructamq; Bibliothecam isti monasterio reliquit. In presbyterum consecratus est à Diethelmo, Constantiensi episcopo, anno 1202. ut ipse refert. Ubi annis 14. præfuisset; obiit tandem anno 1240. *Bruschius de Monasteriis.*

XII. ERFORDIENSIS.

Nicolaus de Biberâ, Germanus, Theologus, Philosophus, & Poëta, claruit Erfordiæ, circa annum Domini 1290. Scripsit carmine & prosâ oratione,

Libellum, cui titulum dedit Occulti.
De cavendo Malo, lib. 1.
Epistolarum ad diversos, lib. 1.

Unus eorum fuit, qui Romanistarum nequitiam vidit & insectatus est: *ut habet Catalogus Testium veritatis. Trithemius de Scriptoribus eccles.*

XIII. MINDENSES.

HERMANNUS.

Hermannus de Mindâ, Provincialis Germaniæ, claruit circa annum 1280. Scripsit,

De Interdicto.
De Inquisitionibus criminum.
Epistolas quamplurimas. Erfurdiensis.* [* cap. 95.]

GERHARDUS.

Mindensis, Theologiæ Baccalaureus, claruit Rudolphi temporibus. Scripsit,

Super Metaphysicen.
Super Ecclesiasten.

Obiit Parisiis: & sepultus est in sacello D. Andreæ. *Erfurdiensis.** [* ibid.]

XIV. MINORITÆ.

DAVID AUGUSTANUS.

Minorita, in divinis Scripturis eruditus, & in formandis côcionibus exercitatus; circiter annû 1230. claruit, non multò post Franciscum. Scripsit ad Novitios,

De Compositione hominis exterioris, lib. 1.
De Compositione hominis interioris, lib. 1.
Sermones de Tempore, lib. 1.
Sermones de Sanctis, lib. 1.

& alia quædam. Sepultus Augustæ est. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiast.*

ADOLPHUS HAMBURGENSIS.

Comes Holsatiensis & Schowenburgensis, ipso die S. Hippolyti, factus est Minorita Hamburgi: (voverat enim tale quippiam, in prælio ad Bornehovede, si victoriâ potiretur) tutelam filiorum, quos tres post se reliquit, committens Abelo, Duci Schleswicensi, suo genero. *Crantzius in Metropoli.** [* lib. …] Strenuus miles fuerat: qui in Livoniâ aliquamdiu militiæ operam dederat. Conjunx ipsum comitata est, ut istarum indulgentiarum fieret particeps. *Vandalia Crantzii.** [* li. 7. c. 15]

Admissus est ad sacros ordines, peculiari a Papâ diplomate impetrato, anno 1244. ità ut ex Subdiacono Diaconus, & deinceps etiam Presbyter fieret; & Missam celebraret. Quod primò factum est die Gregorii, in Quadragesimâ. *Ibid.** [* cap. 11]

In visitandis Religiosis, adjunctus Prælatis est: ut scilicet suo exemplo laicos quasi pudefaceret. Cùm suorum reliquos persentisceret mulierculis familiariùs adhærere; effecit, ut procul eas à se removerent. *Saxonia Crantzii.** [* li. 8. c. 25]

Monasterium Franciscanis monachis, in Kiliensi oppido, extruxit, in honorem Antonii, sui ordinis fraterculi. Manibus propriis structuram juvit. Ostiatim eleemosynas à propriis subditis emendicavit. Cùm aliquando proprios filios Comites haberet obviam; nec secedere posset: rubore suffunditur, quòd hydriam lacte repletam gestaret. Verùm se-ipsum propterea increpans; lacte caput totumq; corpus perfundit, inquiens: *Infelix, erubuisti Christi paupertatem, bajulare lac in manibus: nunc vel in capite ostende, quid portaveris?*

Ubi annis 14. monasticè vixisset, & annum ætatis 61. attigisset, obiit, anno 1254. Sepultus est in eodem monasterio, quod castruxerat. *In Vandalia.** [* lib. 7. c. 18] sui oblitus *Crantzius*, numerat ampliùs quàm 20. annos ejus monachatûs. *Idem in Saxoniâ.** [* lib. 8. c. 7.]

ALBERTUS STADENSIS.

Abbas, vixit circa annum 1240. Is cùm frustra apud suos reformationem moliretur: Minoritis se-se, in eodem loco, socium adjunxit; suo conventu dimisso. Scripsit temporum Annales, quos se secutum, in suâ historiâ contexendâ meminit *Crantzius.** [* lib. 8 Metrop. cap. … & 4.]

BERTHOLDUS RATISBONENSIS.

Monachus Franciscanus, Ratisbonâ oriundus, claruit circa annum 1250. Is & religiosus, & eloquens fuit: ut plurimis esset admirationi; magnoque numero, ad sexaginta hominum millia, & ampliùs, ad ipsius conciones audiendas, confluerent. Mortuus, Ratisbonæ sepultus est: ejusq; tumbam, non tantùm incolæ civitatis; sed Ungari etiam, frequentare soliti fuère. *Aventinus.** [* lib. 7.]

JOHANNES DUNUS.

A vico sic dictus, ex quo oriundus erat; natione Scotus, claruit circa annû Christi 1290. Is, ubi fundamenta Grammatices in solo patrio jecisset; Minoritis monachis Oxonii jungitur. Dictus est Doctor subtilis, ob ingenii acumen. Scripsit,

Super Sententias, lib. 4.
Quodlibeta, lib. 1.
De Cognitione Dei, lib. 1.
In Metaphysicen quæstiones, lib. 1.
Sermones de Tempore, lib. 1.
Sermones de Sanctis, lib. 1.
Itèm *Commentarios in Evangelium & Apostolum.*

& alia. *Trithemius de Script. eccles.*

Oxonio Lutetiam vocatus, Alexandrum de Ales audivit: & ipse quoq; libros Sententiarû publicè enarravit, & edidit. Ad extremum Coloniæ, adhuc juvenis, diem clausit extremum; & apud Minoritas sepultus est. *Johan. Major.** [* li. 4 Hist Scot. c. 16.]

XV. PRÆDICATORES.

CUNRADUS.

Cunradus de Marporg, ordinis Prædicatorum, passim in Germaniâ, jussu & autoritate Romani Pontificis, cœpit prædicare, anno 1214. Elisabetham sacris initiavit, induens eam griseâ tunicâ. *Schedel.** [* Aetas 6.] Qui hæreseos causâ, tam mares, quàm fœmellæ, apud ipsum deferebantur

tur [illegible] (uti [illegible] ...itatis [illegible] æreticæ fuit) temerario ausu candente [illegible] probavit: ut, si ferrum manu apprehensum ussisset, protinus Ipsum hæreseos condemnaret, & Vulcano tradendum decerneret, idq; per Germaniam, Italiam, Galliam. Ipse *Trithemius*,* inauditam hanc temeritatem, hisce verbis damnat. *Fuerunt, qui crederent, eum plures innocenter damnavisse: propterea quòd candens ferrum a peccatu nullum reperisset immunem, etiamsi nullâ hæresis maculâ unquam infectus exstitisset.* Ad extremum, sanguinarius Cain, dignum factis præmium tulit; ut ipse quoque interficeretur: ubi annis 19. hoc modo carnificem egisset.

[* in Chron. Hirsaug.]

JOHANNES DE ARGENTINA.

Monachus ordinis Prædicatorum, de Argentinâ oriundus, prædicator vehemens & insignis fuisse perhibetur, anno 1219. Peccata taxavit acriter; & (ut credibile est) gratuitam remissionem peccatorum docuit. quod hinc apparet; quòd eodem modo, ut Paulum, nonnulli ipsius conciones calumniati sunt; *Peccemus, quoniam crux Christi nos ab omnibus peccatis liberabit.* Deinde *ipse Urspergensis* etiam fatetur; ea, quæ docuerit, ut vera defendi aliquo modo posse. *Catalogus Testium veritatis.*

JORDANUS.

Natione Germanus, in diœcesi Hildesheimensi natus, sub Dominis de Dasle, ordinis Prædicatorum; primus Magister generalis sui ordinis, (*Fasciculus temporum*, secundum in ordine constituit) Theologus, & declamatorius Prædicator. Scripsit,

Exhortatorias plures epistolas, lib. 1.
Sermones ad populum, lib. 1.
De Ordinis institutione, lib. 1.

Rudimentum Noviciorum, prioribus tres adhuc libros annumerat,

Super Apocalypsin.
Super Priscianum.
Item Geometrica quædam egregia.

Silentiũ mensç prim⁹ in suo ordine instituit. *Volaterranus.**

Obiit anno 1231. Idibus Februarii; in portieu maris, prope Anconam, submersus: cùm ad prædicandum Saracenis, & ad visendum sepulcrum Domini, iter ingressus fuisset; & in Ordine annis 15. præfuisset. *Erfurdiensis.** *Bergomensis, Chron. Martinus Capellanus.* Post mortem, Anconæ miracula edere dicitur. *Vincentius.** Et tandè Sanctis Pontificiis annumeratus est. *Volaterranus.**

[* lib 21.] [* cap 93] [* l.30.c.137] [* lib.21.]

HUMBERTUS.

Viennæ oriundus, ordinis Prædicatorum Magister generalis quintus, claruit anno 1250. Præceptore usus est Hugone Barchinonensi, Theologo: qui suo præceptori persuasit, ut vitæ generi monastico se dederet. Scripsit,

Super Regulam S. Augustini, lib. 1.
Summam Prædicantium, lib. 3.
Gesta fratrum Prædicatorum, lib. 5.
De tribus Substantialibus cœli, lib. 1.
Epistolarum ad diversos, lib. 1.

& alia nonnulla. *Trithemius de Script. eccles.*

ACHILLES BASILIENSIS.

Dominicanus, Prædicator facundus, & magnæ autoritatis, apud Basilienses; claruit anno 1260. Multis Asiaticam militiam persuasit, sub Clemente III. qui, ob necem Cunradini, prorsus alieni à Pontifice Romano erant: ut egregiè pontifici gratificaturi eâ in re viderentur; qui ejus cladis autor esse putabatur. *Continuator Belli sacri.**

[* li.4.c.15.]

UDALRICUS.

Argentinensis, Dominicanus, Alberti Magni discipulus, in Theologiâ & Philosophiâ doctus, claruit ad annum 1280. Scripsit,

Super Sententias, lib. 4.
Summam Theologiæ, lib. 1.
De Anima, lib. 1.

& alia multa. *Bergomensis, Trithemius de Script. eccles.*

THOMAS LOVANIENSIS.

Thomas de Cantiprato Brabantinus, Alberti Magni discipulus, & ordinis Prædicatorum in sacris & profanis literis doctissimus, ingeniosus, disertus; claruit anno 1280. Et quia Græci sermonis peritiam habuisse dicitur; transtulit libros Aristotelis: quæ quidem interpretatio, longo tempore in usu fuit. Scripsit,

Bonum universale, lib. 2.
De Rerum naturâ, lib. 1.
Vitam S. Christinæ, mulieris Hispanicæ, lib. 1.
Vitam S. Lutgardis monialis, lib. 1.

& alia multa edidit. *Trithemius de Viris illustribus Germaniæ, Bergomensis.**

[* lib.13.]

HEINRICUS, & BERNHARDUS.

Fratres, ex Johanne Vandalorum Principe nati, ordinem Prædicatorum ingressi sunt, circa annum 1280. *Vandalia Crantzii.**

[* li.7]

JOHANNES.

Johannes Christophori, Dominicanus, & Lector Mindensis, claruit anno 1285. Is Philosophus fuit & Theologus, quales hoc seculum produxit; Scholasticæ scilicet Theologiæ gnarus. Scripsit,

In Matthæi Evangelium, lib. 1.
In Marcum, lib. 1.
In Lucam, lib. 1.
In Johannem, lib. 1.
In omnes Epistolas Pauli, lib. 14.

& alia multa. *Bergomensis.** *Erfurdiensis.**

[* lib.13.] [* cap 93.]

CUNRADUS HALBERSTADIENSIS.

Natione Germanus, ordinis Prædicatorum, Theologus & Philosophus insignis; ità quoque, ut publicè sacra profiteretur: claruit anno 1290. Scripsit,

Super Sententias, lib. 4.
Summam Studentium, lib. 3.
De Trivio, lib. 1.
Lecturam in Job, lib. 1.
Sermones aliquot, lib. 1.

Is in multos Bibliorum libros fecit commentarios. Huic adscribuntur etiam *Concordantia veteris & novi Testamenti. Trithemius de Script. eccl. item de Viris illustribus, Bergomensis.**

[* lib.13.]

ECKHARDUS.

Natione Germanus, Dominicanus, (ut quidam opinantur) doctus in sacris & profanis literis, in Austriâ claruit, sub fine hujus seculi. Scripsit,

Super Sententias, lib. 4.
In Genesin, lib. 1.
In Exodum, lib. 1.
In librum Sapientiæ, lib. 1.
In Cantica Canticorum, lib. 1.
In Evangelium Johannis, lib. 1.
Super Oratione dominicâ, lib. 1.
Positionum suarum defensionem, lib. 1.
Sermones de Tempore, lib. 1.
Sermones de Sanctis, lib. 1.

Sparsisse dicitur plurimos errores; in-primis in libro super Johannem: quos, condemnatos à Papâ, ante vitæ suæ finem revocavit. Quo anno claruerit, ignotum est. Hoc tamen seculo claruisse existimatur. *Trithemius de illustribus Viris Germaniæ, Gesnerus in Bibliothecâ.*

XVI. INCERTI LOCI.

THEODORICUS.

NAtione Teutonicus, abbas ordinis Benedictini, Hildegardi familiaris, claruit anno 1200. Scripsit,

Vitam S. Hildegardis, lib. 4.
Epistolas quasdam, lib. 1.

Trithemius de Scriptor. eccles.

ADILREDUS.

Abbas Cisterciensis, in Theologiâ & Philosophiâ doctus, sub hujus seculi initium claruit, anno 1200. Scripsit,

Speculum charitatis, lib. 1.
In Lucam, lib. 1.

& alia. *Trithemius de Script. eccles.*

ULRICUS.

Teutonicus, Theologiæ Baccalaureus, claruit circa annum 127[illegible]. Scripsit,

Super libros Meteororum.
Super Sententias.
Summam Theologiæ magnam & subtilem. Erfurdiensis.*

[* cap.9]

THEODORICUS.

Theodoricus de Freiberck, Magister in Theologiâ, temporibus Rudolphi claruit. Scripsit,

De Origine Prædicamentorum.
De Tempore.
De Iride.
De Mensura rerum.
De Defensione privilegiorum ordinis.
De tribus Difficultatibus.
De Quidditatibus entium.
De Generatione lucis.
De Visione beatificâ, Erfurdiensis.* (* ibid.)

CUNRADUS.

Cunradus de Saxoniâ, in divinis & profanis literis insigniter doctus, ordinis Minorum, sub finem hujus seculi claruisse putatur. Conciones ad populum solitus est habere. Scripsit,

Super Sententias,	*lib. 4.*
Super Orationem dominicam,	*lib. 1.*
Super Salutationem angelicam,	*lib. 1.*
Sermones de Tempore,	*lib. 1.*
Sermones per Quadragesimam,	*lib. 1.*
Sermones de Sanctis,	*lib. 1.*

& alia pleraque, in multos Bibliorum libros. *Trithemius de illustribus Viris Germaniæ.*

ANGLIÆ MONACHI.

I. ORDINIS S. BENEDICTI.

1. MONASTERII S. AUGUSTINI.

ALexander Theologus, abbas monasterii S. Augustini, ordinis Benedicti, claruit circa annum Domini 1207. Eum Johannes Rex, unà cum aliis, Romam Legatum misit: ut coram Romanis vulturibus, jus & autoritatem Regis in Angliâ, tueretur. Quod fecit strenuè. Probavit luculenter, regiam potestatê in terris esse supremam. Episcopis munus docendi; non itèm regnorû administrationem, esse mandatâ divinitùs: siquidem Christi regnum de Mundo non sit. Quam ob causam, eam retulit gratiam: ut à Pandulpho, Legato pontificio, instigante Cantuariense Stephano, & officio moveretur; & Ecclesiæ communione eliminaretur. Scripsit,

Victoriam a Portheo,	*lib. 1.*
De Cessatione papali,	*lib. 1.*
De Ecclesiæ potestate,	*lib. 1.*
De Potestate vicariâ,	*lib. 1.*

& alia plura. *Balæus.** (* Cent. 3. cap. 57.)

2. PETROBURGENSES.

HUGO.

Hugo Candidus, aliàs Whyte, monachus Petroburgensis, ordinis Benedicti, claruit anno 1216. Scripsit *Historiam Petroburgensium,* *lib. 1.* *Balæus* * *ex Lelando.* (* Cent. 3. cap. 70.)

HELIAS.

Helias Turkyngham, Petroburgensis monachus, ordinis Benedicti, claruit anno 1270. Propter insigné eruditionem, Oxonii, Doctoris insignibus ornatus est. Scripsit *Temporum annales,* *lib. 1.* & alia quædam. *Balæus.** (* Cent. 4. cap. 32.)

3. EVESHAMENSES.

GUALTERUS.

Benedictinæ professionis monachus, in Eveshamensi monasterio, claruit anno 1240. Scripsit *De Speculatione Musices,* *lib. 1.* *Balæus* * *ex Lelando.* (* Cent. 3. cap. 100.)

HELIAS.

A puero Eveshami monachum egit, hoc seculo; incertum, quo anno. Studiorum causâ multa loca adiit, ut multum addisceret, & Magister efficeretur. Scripsit *Chronicorum opus,* *lib. 1.* *Balæus* * *ex Lelando.* (* Cent. 4. cap. 33.)

ODINGTONUS.

Monachus Eveshamensis, Philosophus & Mathematicus insignis, claruit anno 1280. Scripsit,

De Motibus Planetarum.
Almanach ex eorum motibus.
De Mutatione aeris elegantê librum Balæus * ex Lelando. (* Cent. 10. cap. 73.)

4. CLARO-FONTANENSIS.

Adamus Barckingêsis, Benedictinus monachus, in Clarofontano monasterio, claruit anno 1216. Oxonii literis operam dedit, nec in illis exiguum profectum fecit. Conciones ad populum habere solitus est. Scripsit,

Super quatuor Evangelia,	*lib. 4.*
De utraq; Christi natura,	*lib. 1.*
De Serie sex ætatum,	*lib. 1.*
Rhythmos & Carmina,	*lib. 1.*
Sermones plures,	*lib. 1.*

& alia, tam solutâ oratione, quàm carmine. *Balæus* * *ex Lelando.* (* Cent. 3. cap. 72.)

5. BURIENSES.

JOCELINUS.

Jocelinus Brakelonde, ex honestâ Sudavolginæ gentis familiâ oriundus: ubi Cantuariæ præclaram bonis literis operam navâsset, Buriensis monasterii fit monachus, ordinis Benedicti. Scripsit,

Chronicon sui cœnobii,	*lib. 1.*
Super electione Hugonis,	*lib. 1.*
Vitam Roberti martyris,	*lib. 1.*

atq; alia nonnulla. Claruit anno 1214. *Balæus.** (* Cent. 3. cap. 68.)

RADULPHUS NIGER.

Sidavolgius, & Buriensis cœnobita, claruit anno 1218. Bonas literas diligenter didicit; nec-non & Theologiam: ut in eâ magisterium adipisceretur. Rhetor insignis fuit & Historiographus: quam ob causam in honore fuit apud plerosque. Perduellionis accusatus apud Heinricum II. ejectus in exilium est. Scripsit,

Chronicon succinctum,	*lib. 1.*
Chronicon a condito Mundo,	*lib. 1.*
Gesta Regis Johannis,	*lib. 1.*
Initia regis Heinrici III.	*lib. 1.*
De Regibus a Gulielmo,	*lib. 1.*
Super Pentateuchum,	*lib. 7.*
Super Historias Regum,	*lib. 24.*
In Paralipomenon epitomen,	*lib. 2.*
De tribus viis Hierosolymæ,	*lib. 4.*
Pantheologicon,	*lib. 1.*
Interpretationes Hebræorum nominum,	*lib. 1.*
Remediarium in Esdram,	*lib. 1.*
De Re militari,	*lib. 1.*
De quatuor Festis Mariæ,	*lib. 1.*

atque alia plura. *Balæus,* * *ex Bostono Buriensi, & Radulpho Coggeshale.* (* Cent. 3. cap. 76.)

6. RAMESIENSIS.

Robertus Dodeforde, monachus Ramesiensis, Benedictini ordinis, doctus, & Theologiæ studiosus, atq; in Hebræâ etiam linguâ peritus. Scripsit,

In Parabolas Salomonis,	*lib. 1.*
Conciones aliquot,	*lib. 1.*

Claruit sub Heinrico III. *Balæus.** (* Cent. 4. cap. 41.)

7. VEROLAMIENSIS, SEU S. ALBANI.

Matthæus Parisius, monachus ordinis Benedicti, in cœnobio D. Albani, quod aliâs Verolamium olim dictû est; vir in-primis eruditus fuit: qui & singulari fide, & dexteritate, historiam Anglorum conscripsit. Vidit in eo Rex Heinricus III. insignes virtutes: quam ob causam illum dilexit plurimùm. Romanensium avaritias, fraudes, mendacia, dolos, pompas, libidines, tyrannides, blasphemias, graviter depinxit. In Nordoviensi diœcesi, jussu Pontificis Innocentii IV. Monachos reformavit. Scripsit,

Historias a conquestu,	*lib. 3.*
Continuationes historiarum,	*lib. 1.*
Descriptionem Mundi,	*lib. 1.*
Historias Hibernensium,	*lib. 1.*
Historiam a Mundi origine,	*lib. 1.*
Gesta 22. Abbatum,	*lib. 1.*
Additamenta Chronicorum,	*lib. 1.*
Vitam divi Gutlaci,	*lib. 1.*

[illegible] episcopi, lib.1.
Vitam Edmundi archiepiscopi, lib.1.
De Passione D. Amphibali, lib.1.
Chronica majora D. Albani, lib.1.

& alia nonnulla. Obiit anno 1259. & in monasterio S. Albani sepultus est. *Balæus.*

* Cent. 4. cap. 26.

8. G[illegible]O[illegible]ISTRIENSIS.

[illegible]egorius de Wintonia, Benedictinus, ei ordini se-se mancipavit Gloceſtriæ, anno 1237. ibique vixit annis to-ti[illegible]. Scripsit, *Annales sui cœnobii,* lib.1.
Balæus.

* Cent. 4. cap. 59.

9. HYDE[illegible]

Johannes, monachus Vintoniensis, in monasterio novo, cui Hydæ nomen est ordinis Benedictini, claruisse putatur circa finem hujus seculi. Scripsit,

Vitam patientis Jobi, lib.1.
Homilias quasdam, lib.1.

& alia nonnulla. *Balæus**

* Cent. 4. cap. 75.

II. CANONICI REGULARES.

CANTHARIENSIS.

THomas Spotte, ordinis Augustini Cantuariæ, doctus & religiosus claruit anno 12?4. Scripsit,

Cantuariorum historiam, lib.1.
Abbatum suorum vitas, lib.1.

& alia. *Balæus.**

* Cent. 4. cap. 42.

OXONIENSIS.

Thomas Wicke, aliâs Viccius, Oxoniensi, Canonicus de Omeye, ordinis Augustini, quos Regulares vocant, claruit anno 12[illegible]. Is & artium, & rerum bonarum cognitione imbutus, [illegible], Poëta non-infimæ existimationis fuit apud plerosque. Scripsit,

Chronica compendiosa, lib.1.
Abbates de Osneye, lib.1.
Commendationes vini, lib.1.
Increpationem gulæ, lib.1.

*Balæus.**

* Cent. 4. cap. 72.

LANTHONIENSIS.

Guilhelmus, genere Britannus, literatus, Canonicorum regularium Lanthoniensis cœnobii abbas, claruisse dicitur anno 1230. Scripsit, *Vitam Roberti Betunensis,* lib.1
& Reginaldo, Wenlocensis monasterii gubernatori, dedicavit: & alia quædam. *Balæus** *ex Lelando.*

* Cent. 3. cap. 89.

EXCESTRIENSIS.

Alexander Neckam, Verolamii natus, Theologus, Philosophus, Rhetor & Poëta insignis, usque-adeò, ut ingenii miraculum diceretur, non ab Anglis solum, sed etiam Gallis & Italis: ordinis S. Augustini, fit abbas Excestriensis, anno 1215. Scripsit,

In Proverbia Salomonis, lib.1.
In Ecclesiasten, lib.12.
In Cantica Canticorum, lib.5.
Super Ezechielem, lib.1
De Naturis rerum, lib.[illegible]
Laudes divinæ Sapientiæ, lib.7
Corrogationes Promethei, lib.4.
De Puritate Mariæ, lib.1.
De Utensilibus, lib.1.
Elucidarium Bibliothecæ, lib.1.
Novi testamenti expositiones, lib.1.
De Figuris & Tropis, lib.1.
Distinctiones verborum, lib.1.
Super Psalterium, lib.1.
De Fabulis Poetarum, lib.1.
Commendationes Vini, lib.1.
Novum Avianum, lib.1.
Novum Aesopum, lib.1.
In Metamorphosin Ovidii, lib.1.
Ad [illegible] vel glosos lib.1.
Carmina diversa, lib.2.
Nuptias Mercurii & Philologiæ, lib.2.
Lectiones Scripturarum, lib.1.
Concordantias Bibliorum, lib.3.
Expositionem de Animâ lib.1.
Prometheon, carmine & prosâ, lib.1.
De Laude D. Virginis, lib.1.
Super Exorcismo Baptismi, lib.1.
Vocabularium Biblicum, lib.1
Speculum speculationum, lib.4.
Octodecim Sermones, lib.1.
Mythologiam, seu Scintillarium, lib.4.
De Muliere forti, lib.3.
De Conversione Magdalenæ, lib.1
De Rebus creatis in specie, lib.1.
De Vitâ monasticâ, lib.1
Super utrumq; Testamentum, lib.13.
In Symbolum Athanasii, lib.1
De Officio Monachorum, lib.1
De Adventu Domini, lib.1.
De Nativitate Mariæ, lib.1.
De Annuntiatione ejusdem, lib.1
De Desponsatione Joseph, lib.1.
De Assumtione Virginis, lib.1
Repertorium vocabulorum, lib.1
Moralia Evangeliorum, lib.4.
De Fide Spe, & Charitate, lib.1.
Cur Filius incarnatus, lib.1.
De Virtutibus, lib.1.
De Præceptis Decalogi, lib.1.
Isagogen ad artes, lib.1.
Quæstiones varias, lib.1
Regulas in Theologiam, lib.1
Correctiones Biblicas, lib.1.

& alia nonnulla, tam versu, quàm prosâ. Obiit anno 1227. & Wigorniæ sepelitur; ubi in quodã monasterio animam exhalaverat. Tumulo ejus hoc inscriptum est epitaphium:

Eclipsin patitur sapientia, sol sepelitur:
Cui si par unus, minus esset flebile funus.
Vir bene-discretus & in omni more facetus,
Dictus erat Nequam, vitam duxit tamen æquam.

Balæus.*

* Cent. 3. cap. 86.

OSITHENSIS.

Albericus Veerus, ex familiâ Oxoniensium & Claranorum Comitum natus, claruit anno 1250. In Osithæ monasterio, Canonicus Augustinianus vixit, studiis invigilans. Scripsit,

Vitam virginis Ositha, lib.1.
Antiquitates sui cœnobii, lib.1.
De Eucharistiâ, lib.1.

Balæus* ex Lelando.

* Cent. 4. cap. 13.

ESSEBIENSIS.

Alexander Somersetensis, vel Stafordiensis, (juxta quosdam) Essebiensis cœnobii abbas, ordinis Canonicorum regularium D. Augustini, claruisse fertur circa annum 122[illegible]. Poëta & Rhetor haud-postremus fuit. Scripsit,

Compendium historiarum Bibliæ, lib.1.
De Sacris diebus, lib.1.
Festivale quoddam, lib.1.
Vitam sanctæ Agnetis, lib.1.
Vitam Bertellini eremitæ, lib.1.
Confessionem ad Deum, lib.1.
Meditationes quasdam, lib.1.
Epistolas & Carmina, lib.1.
Historiæ Britannicæ epitomen, lib.1

atque adhuc alia, tam carmine, quàm prosâ literis, commisit. *Balæus.**

* Cent. 4. cap. 29.

BRIDLINGTONENSIS.

Gregorius Bridlingtonensis, ejus cœnobii Canonicus regularis & Præcentor, hoc seculo vixit; incertum, quo anno. Scripsit,

Super Cantica Canticorum, lib.1.
De Arte Musices, lib.3
Sermones quoque, lib.1.
Commentarios in Bibliorum scripturas. Balæus.*

* Cent. 4. cap. [illegible]

III. CISTERCIENSES.

GILBERTUS.

THeologus, cognomine Magnus, Brito, ordinis Cisterciensis, claruit anno [illegible]8[illegible]. Præpositus [illegible]

Cistercienfium factus, in gymnafiis Angliæ, in primis Parifiis & Tolofæ fingulari faeundiâ facra tradidit. Diligens homo fuit, & felicis ingenii atque memoriæ, ut qui, intra horæ tempus, 11. capita ex Cyrilli Clunico didicerit, memoriæq; mandârit. Scripfit,

Pro Chriftiano contra Gentiles,	*lib.1.*
De Natura rerum, prosâ,	*lib.1.*
Hiftoriam quandam,	*lib.1.*
Commentarios in Pfalterium,	*lib.1.*
In Oraculum Cyrilli,	*lib.1.*
Diftinctiones Theologicas,	*lib.1.*
Conciones eruditas,	*lib.1.*
Quid fit Monachus,	*lib.1.*
Doctorum collectanea,	*lib.1.*
Epiftolas ad diverfos,	*lib.1.*
Commentarios Scripturarum,	*lib.1.*

Aliosque tractatus edidit. Tandem Tolofæ fepultus, poft mortem habitus eft facer. *Balaus,* * *ex Thoma Scropo, & Alano de Lynnâ.*

[* Cent. 4. cap. 47.]

THORALDUS, SEU THORATUS *Fontanenfis.*

Rhievallenfis monachus, ordinis Cifterciensium, claruit anno 1216. Is doctus fuiffe fertur; ut pleraque etiam compofuerit. Tandem evocatus a Mauritio quodam, Fontanenfis abbas factus eft. *Balaus,* * *ex Lelando, & Hugone Kircheftallenfi.*

[* Cent. 10. cap 00.]

CADUCANUS DURENSIS.

Genere Brito, facrarum literarum peritifsimus, ex Bangorenfi epifcopo, fit monachus ordinis Cifterciensium, in Durenfi monafterio. Scripfit,

Speculum Chriftianorum,	*lib.1.*
Homiliarum opus,	*lib.1.*

atque alia quædam. Obiit anno 1225. & in Durenfi monafterio fepultus eft. *Balaus.* *

[* Cent. 3. cap. 85.]

RADULPHUS COGGESHALENSIS.

Ciftercienfis ordinis monachus, & Coggeshalenfis abbas in Effexiâ, doctus; claruit anno 1228. Scripfit,

Additiones Radulphi Nigri,	*lib.1.*
Chronicon Terræ fanctæ,	*lib.1.*
Super quibufdam Vifionibus,	*lib.1.*

Conciones quafdam: & alia nonnulla. Ubi annis 12. præfuiffet; refignavit: & valetudinarius reliquum ævi transegit. *Balaus.* *

[* Cent 3. cap. 58.]

IV. ALII ANGLIÆ MONACHI.

1. EBORACENSIS.

Petrus eremita, homo Eboracenfis, vates, (ut vulgò habebatur) aut Magus: Calendis Januarii, anno 1213. prædixit fore ut Johannes Rex, ad diem Afcenfionis Christi, regno ejiceretur. fi eventus prædictioni non refponderet; fuâ fponte fe mortem oppetiturum. Ea res ubi ad Regem referretur: protinus ille cuftodiæ traditur. Venit dictus dies; nihilque ejus fit, quod prædixerat: ideoque juffu Regis, unà cum filio, ftrangulatur. *Polydorus.* *

[* lib. 15.]

2. ALBANENSES.

ALANUS.

Belloclivus, Sudovolea, Albani monafterii monachus, claruit anno 1230. Is Oxonii primùm; poftea etiam Parifiis, infignem in bonis literis profectum fecit: ità quidem, ut Lutetiæ publicum Lectorem ageret. Varia fcripfiffe dicitur. *Balaus,* * *ex Lelando, & Matthæo Parifio.*

[* Cent. 10. cap. 64.]

NICOLAUS.

Græcus, abbas ad monafterium D. Albani, claruit circa annum 1250. Is, ubi Oxonii, & Lutetiæ Parifiorum, ftudiis aliquamdiu invigilâffet, haud-contemnendum, tum in Latinâ, tum in Græcâ linguâ, fructum fecit. Juvit Robertum Lincolnienfem, in translatione Teftamentorũ duodecim Patriarcharum. Itèm, in Damafceno & Dionyfio Commentariis illuftrandis, eidem Roberto operam navâffe, conjectura eft. *Balaus.* *

[* Cent. 15. cap. 93.]

3. FORDENSIS.

Johannes de Fordâ, Fordenfis cœnobii abbas. Theologus infignis, claruit anno 1210. Is, ubi paffim multas infpexiffet Scholas; fuis etiam frugi fuit, & non-mediocriter eos exercuit. Balduino Cantuarienfi fuit charus: Johannis Anglorum Regis Confeffor. Scripfit,

In Cantica Canticorum Homilias 120.	*lib.1.*
Super Threnos Hieremiæ,	*lib.1.*
Introductorium eorundem,	*lib.1.*
De triplici Cruce,	*lib.1.*
Vitam Wolfrici presbyteri,	*lib.1.*
Sermones 12.	*lib.1.*
De Contemtoribus Mundi,	*lib.1.*
Expofitionem in Hieremiam,	*lib.1.*
Acta quædam Regis Johannis,	*lib.1.*

& alia nonnulla. *Balaus,* * *ex Lelando.*

[* Cent 3. cap 60.]

4. PONTINIACUS.

Robertus Richius, patriâ Abindonenfis, Eadmundi Cantuarienfis frater, exteras accefsit Scholas, ftudiorum causâ. Cum fratre Oxonii, Romæ, Pontiniaci, commoratus eft. Scripfit,

Eadmundi archiepifcopi vitam,	*lib.1.*
De Translatione ejufdem,	*lib.1.*

Claruit anno 1240. *Balaus,* * *ex Matthæo Parifio & Lelando.*

[* Cent. 3. cap 97.]

5. RAMESIENSIS.

Gregorius Huntyngton, abbas Ramefienfis, linguarum cognitioni, & in-primis Hebraicæ, invigilavit; quam ex Judæorum libris, exfilio mulctatis, eximiam hauferat. Scripfit,

Artem intelligendi Græca,	*lib.1.*
Grammaticæ Summam,	*lib.1.*
Explanationes Græcorum nominum,	*lib.1.*
Attentarium quoddam,	*lib.1.*
Epiftolas curiales,	*lib.1.*
Expofitionem Donati,	*lib.1.*
Notulas in Prifcianum,	*lib.1.*
Imaginem Mundi,	*lib.1.*
Rudimenta Grammatices,	*lib.1.*
Sententias per verfus,	*lib.1.*
Regulas verfificandi,	*lib.1.*

atque alia plura. Claruit anno 1255. Præfuit monachis, annis 38. *Balaus,* * *ex Lelando.*

[* Cent 4 cap. 22.]

6. FRISCONIENSIS.

Rogerus, monachus Croladienfis primùm, factus poftea abbas Frifconienfis cœnobii eft. Is, quia fuperftitiones & nugas Antichrifti imbibiffet; rurfus eas eructavit, aliis etiam hauriendas propinans. Scripfit, *Vitam Thomæ Cantuarienfis, lib. 7.* idq; opus Heiorico, Crolandienfi abbati, dedicavit: atque alia ejus generis. Claruit anno 1214. *Balaus* * *ex Lelando.*

[* Cent. 3. cap. 69.]

7. DE S. OMERO.

Johannes de S. Omero, claruit, (*ut putat Balaus* *) circa annum 1215. fub Johanne Rege. Scripfit Norfolcianæ defcriptionis impugnationem, lib. 1. & alia quædam.

[* Cent. 3. cap. 71.]

8. WARDONENSIS.

Ethelredus, (qui & Adilredus) ordinis Ciftercienfis, & Wardonenfis monafterii abbas, claruit anno 1220. Sacrarum literarum diligens Lector fuit. In concionibus popularibus mirificè fuavis; ut eum voluptate quâdam audiretur: quàmvis fuperftitionibus non caruit. Scripfit,

De Vinculo perfectionis,	*lib.1.*
In Lucam Homilias,	*lib.1.*
Conciones notabiles,	*lib.1.*
De tribus Hominibus,	*lib.1.*
Epiftolas ad diverfos,	*lib.1.*
Speculum charitatis,	*lib.1.*

& alia. *Balaus,* * *Trithemius de Viris illuftribus.*

[* Cent 3. cap. 80.]

9. ANGUILLARIANUS.

Richardus Elingenfis, vel Helienfis, Anguillariani cœnobii monachus & abbas, Philofophus, Aftronomus, Geomanticus, Poëta, & Theologus haud-poftremus, claruit anno 12[illegible]. Scripfit,

De Infula Elingenfi,	*lib.1.*
Gefta fui cœnobii,	*lib.1.*
Sermones complures,	*lib.1.*

Carmina diversa, lib. 1.
Epistolas familiares, lib. 1.
atque alia nonnulla. Obsidioni Tolosæ interfuit, & Simonis Montifortensis prædixit mortem; cui & epitaphium scripsit. Balæus.* ex Lelando, & Bostono Buriensi.

WALDENSI

Petrus Henham, monachus Waldensis, claruit anno 1224. Diligens antiquitatis investigator, scripsit
Anglorum Chronicon, lib. 1.
Balæus.*

11. EADMUNDIENSIS.

Johannes Buriensis Eadmundi monasterii abbas in Philosophiâ & Theologiâ haud-vulgariter doctus, claruit anno 128.. Scripsit *Sexagenta Annales,* lib. 1.
& alia nonnulla. Balæus. * ex Johanne Eversdeno & Lelando.

12. BURTONENSIS.

Galfridus, abbas Burtonensis monasterii, claruit anno 1216. Descripsit *Vitam & facta memorabilia Modvennæ Hibernicæ, solitariæ fœminæ.* Balæus.*

13. BECCENSIS.

Guilhelmus Bougevilla, Neustrius genere, & Beccensis cœnobii in Normannia monachus, insigniter doctus, & diligens antiquitatum indagator; claruit anno 1268. *Chron. magnum*, ab anno Domini M. ad prædictum usque annum, contexuit; cui titulum fecit, *Unum omnium,* lib. 6. Balæus.*

V. CARMELITÆ.

RADULPHUS.

Radulphus Fresburne, ex familiâ non-incelebri in Northumbriâ natus, imbutus aliquo modo literis ab adolescentiâ, & miles. Carmelum Syriæ petiit: ubi cum reliquis aliquamdiu vitam vixit eremiticam, Mariæ virgini addictus devotus. Postea à Richardo Cornubiæ Duce, & aliis Nobilibus, reductus in Angliam, in Holnensi, Aylesfordiensi, Brunhamiæ, & Newendeniæ solitudinibus & locis desertis, Carmelitarum ordinem instituit, exstructis cœnobiis: an. 1240. Cui sodalitio annis 14. præfuit. Scripsit ad eosdem,
Epistolas eruditas, lib. 1.
Præ quadam monita, lib. 1.
& alia quæ ipsorum instituto videbantur necessaria. Obiit circa 1274. sepultus in Holnensi cœnobio. Post mortem, per confìcta miracula inclaruit. Balæus.* ex Mantuano.

ALANUS.

Americanus, Anglus, universalis Præses Carmelitarum per Europam: ubi per 20. annos illos texisset, resignavit, Simoni locum dans. Balæus.*

SIMON.

Honestis parentibus, in Cantiorum Comitatu, natus, ab anno ætatis 12. eremi incoluisse fertur, & in cavâ quercu inhabitasse: unde Stockii nomen adeptus est. Ibi fructus sylvestres, cibus; aqua, potus; cavæ quercus & antra, cubile, ipsi fuerunt. Ubi percepisset, Carmelitas ex Syriâ venisse, eorum sodalitio se jam octogenarius adjunxit: à quibus, in Aylesfordiæ synodo, totius ordinis Præses generalis ordinis factus, constituitur, anno 1245. Oxonienses, ipsum sua Theologiæ Baccalaureum, licet invitum, creasunt. Solitus est verbum Dei annuntiare, & populi scelera arguere. Idololatra haud-postremus fuit: ut qui B. Virginem suis preculis fatigare solitus est. Scripsit,
De Christianâ Pœnitentiâ, lib. 1.
Epistolas ad fratres, lib. 1.
Canones divini cultûs, lib. 1.
Homilias ad Populum, lib. 1.
Ad Christiparam Virginem, Antiph.
Ad eandem Christiparam, Antiph.
& alia superstitiosa. Obiit anno ætatis suæ 100. à nato Christo 1265. xvi. Maii. Sepultus in Vasconiâ, in Burgdegalensi æde: & postea inter Sanctos papisticos relatus est. Balæus.* ex Lelando.

NICOLAUS.

Gallicus Narbonensis, septimus Carmelitarum Magister generalis: ubi videret, sui Ordinis sectatores planè degenerasse, in omni scelerum genere inquinatos, illis relictis, in eremum, ad montem Carmelum, concessit. Scripsit, in eos degeneres fratres, librum satis aculeatum, cui titulum *Igneam sagittam* indidit. Balæus.*

RADULPHUS.

Alemannus, summus Carmelitarum gubernator, post Nicolaum Gallicum Narbonensem ordine octavus; vir singularis eruditionis, & innatæ continentiæ, claruit anno 1270. Is reliquorum Carmelitarum, qui in Urbibus degebant, improbitate & terris criminibus offensus, montem Evatrot in Galliis petiit; ibique, solitarius vixit: ne ea, quæ nollet, videret. Scripsit *Ad diversarum nationum fratres, plures epistolas.*
Ubi hoc pacto quatuor ferme annis vixisset solitarius, vivendi finem fecit, anno 1277. Balæus.* ex Lelando.

ROGERUS, & GUILHELMUS.

Rogerus Crostwick, Carmelitarum præses, locum dedit, anno 1278 Guilhelmo Hanabergo: qui in Londinensi provinciâ natus, in publicâ synodo Nordovicensi, successor denominatus est. Præfuit annis 20. Scripsit,
Quæstiones ordinarias, lib. 1.
Determinationes celebres, lib. 1.
Lectiones in Theologiâ, lib. 1.
Sermones varios, lib. 1.
& aliaquædam. Obiit senex, anno 131.. & Londini sepultus est. Balæus.* ex Lelando.

HUNFRIDUS.

Hunfridus Nekton, patriâ Sudovolgius, factus Carmelita in Nordovicensi cœnobio, tantum eruditione profecit: ut primus ex Carmelitis esset, qui, post Minoritas, Cantuariæ, in publico Gymnasio, Theologica prælegeret. Doctoratûs gradum suscepit in Theologiâ, anno 1259. Mirificus propagator regni Antichristi fuit. Scripsit,
Sermones dominicales 14, lib. 1.
Ordinarias quæstiones, lib. 1.
Super Articulis theologicis, lib. 1.
Obiit anno 1303. & Nordovici, in suo cœnobio, sepultus est, cum hoc epitaphio:
Laudibus Hunfridum meritis super astra feramus,
Cui data Grantanæ laurea prima scholæ.
Balæus.* ex Lelando.

THOMAS.

Thomas Borstale, Nordovolgius, eremita D. Augustini, & Doctor scholasticus, claruit anno 129.. Is, postquam Anglorum Scholas perlustrasset, Lutetiam venit, & Sorbonicus magister fit, publicè aliis prælegens. Scripsit,
Lecturam Sententiarum, lib. 4.
Ordinarias disceptationes, lib. 1.
Quodlibeta scholastica, lib. 1.
& alia. In Nordovicensi tandem cœnobio obiit, & sepultus est. Balæus.* ex Augustinianorum Chronicis.

PETRUS.

Petrus Sunanyngton, Nordovolgius, in Brunhamiensi cœnobio Carmelitis se-se adjunxit. Cumque insigni esset præditus doctrinâ: Carmelitarum Primas factus, in Oxoniensi Gymnasio, supremum Theologiæ scholasticæ nomen accepit. Burdegalæ, in Vasconia, Sententias Petri Lombardi prælegit. In disputationibus vehemens fuisse fertur. Carceres, & exsilium perpessus est quod Gerardo Bononiensi se-se opponeret, ne Anglia, ad ejus quæstum, in duas divideretur partes. Scripsit,
Commentarios Sententiarum, lib. 4.
Ordinarias quæstiones, lib. 1.
Quodlibeta 4, lib. 1.
Lectiones Scripturarum, lib. 1.
Claruit anno 12.. Balæus.* ex Lelando.

HENRICUS.

Heinricus de Hannâ, Carmelita Brunhamiæ præeo divini verbi, claruit anno 1250. Is secundus Provincialis rector sui ordinis, in quodam Londinensi concilio, constitutus est anno 1254. cui gubernationi 18. annis præfuit. Tandem in Galliis cœtibus Provincialis, per Franciam, Germaniam, Hiberniam, & Scotiam, multiplicandis cœnobiis invigilavit. Scripsit,

Elegantes epistolas, lib.1.
Conciones aliquot, lib.1.
Ordinationes conventuum, lib.1.
& alia nonnulla. Obiit anno 1299. IV. Calend. Decembris, & Stanfordiæ sepultus est. *Balæus.** (* Cent. 4. cap. 19.)

VI. MINORITÆ.

SIMON.

ANglicus, Minoritarum Magister generalis, jussu Alexandri IV. Breviarium contexit, & rubricavit. *Continuator Vincentii.** (* Lib. 32.)

VINCENTIUS.

Conventrianus, Minorita, primus Sophisticas artes Cantabrigiæ professus est. Scripsit,

Expositorium Missæ, lib.1.
Repetitiones Lectionum, lib.1.
& alia nonnulla. Claruit circa annum 1251. *Balæus* * (* Cent. 4. cap. 12.)

ADAMUS.

Adamus de Marisco, ex Somersetensi Comitatu oriundus, claruit circa annum 1250. Oxonii, ubi Dialectices & Philosophiæ præceptiones didicisset; Minoritarum ordini se devovit Vigorniæ: & Theologica mox professus est Oxonii, in Franciscanorum cœnobio. Roberto Lincolniensi charus fuit: qui, ejus causâ, isti monasterio, moriturus, magnam librorum copiam donavit. Scripsit,

Elucidarium Scripturæ, lib.1.
Lectiones ordinarias, lib.1.
Theologicas quæstiones, lib.1.
Epistolas ad Grossetestum, lib.1.
In aliquot libros S. Scripturæ.
Balæus * ex Trivetho. (* Cent. 4. cap. 21.)

THOMAS DE EBORACO.

Quartus Franciscanorum Lector publicus Oxonii, claruit anno 1260. *Commentarios in Ecclesiasten* edidit. Senex Minoritis se-se Eboraci adjunxit; apud quos diem clausit extremum. *Balæus,* * ex Lelando.* (* Cent. 10. cap. 69.)

RADULPHUS.

Coleburgus, Minorita, claruit anno 1270. Literis operam dedit Oxonii, & Parisiis. Ei Adamus Mariscus provinciam interpretandi Scripturas, in collegio Minoritarum, commisit: quod munus diligenter obivit. *Balæus,* * ex Lelando, & Thomâ Franciscanæ historiæ scriptore.* (* Cent. 10. cap. 70.)

EUSTACHIUS.

Eustachius Normannylle, Minorita, Oxonii, post Coleburgum, publicè prælegit, singulari cum fructu suorum auditorum. Is primus artium Magister, & Decretorum Doctor, & postea etiam Cancellarius Oxoniensis fuit. Claruit anno 1280. *Balæus,* * ex Lelando, & Thomâ Franciscanorum historiographo.* (* Cent. 10. cap. 73.)

HEINRICUS.

Heinricus Brisyngham, Franciscanus, Oxonii claruit, ad annum 1280. Publicè Sacras literas, post Dockingum, ibidem professus est; octavus in ordine. *Balæus * ex Lelando.* (* Cent. 10. cap. 77.)

ROGERUS BACONUS.

Franciscanus, claruit anno 1280. Is Oxonii primò præcepta Dialectices, & Philosophiæ, exactè didicit, (erat enim ingenium adeptus omnium doctrinarum capacissimum; ut etiam sui seculi miraculum diceretur) nec-non & Mathesin. Deinde Lutetiam petiit: ubi in Græcâ & Hebræâ linguâ non parum profecit. Adversarium habuit Hieronymum de Esculo, postea Pontificem effectum, nomine Nicolaum IV. Minoritarum Magistrū generalem: à quo multis annis carceri inclusus est. Scripsit,

De Visu & Speculis, lib.1.
De utilitate Astronomiæ, lib.1
Introductionem in Astrologiam, lib.1
Descriptiones locorum Mundi, lib.1.
De Philosophorum lapide, lib.1
De Multiplicatione specierum, lib.1
Perspectivam quandam singularem, lib.1
Perspectivam distinctam, lib.3
Artem experimentalem, lib.1.
De Prolongatione vitæ, lib.1.
Communia Naturalis Philosophiæ, lib.4.
Computum naturalium, lib.1.
De Morali Philosophiâ, lib.1.
Logicam quandam.
Antidotarium vitæ humanæ, lib.
In Posteriora Aristotelis, lib.2.
De Operibus naturæ occultis, lib.1.
De Cœlo & Mundo, lib.2.
Leges multiplicationum, lib.1.
Cosmographiam, lib.1.
De Forma resultante in speculo, lib.1.
De Perspectivâ continuâ, lib.1.
De Fluxu & Refluxu maris, lib.1.
De Fluxu maris Britannici, lib.1.
De Regionibus Mundi, lib.1.
Summam Grammaticalem, lib.1.
De Constructione partium, lib.1.
De Valore Musices, lib.1.
De Gradibus medicinalibus, lib.1.
De Ponderibus, lib.1.
De Retardatione senectutis, lib.1.
De Universali regimine Senum, lib.1.
De Erroribus Medicorum, lib.1.
De Vigore artis & naturæ, lib.1
De Regibus Mundi, lib.1.
Compendium studii Theologici, lib.5
Ad Clementem IV. Rom. Pontif. lib.1.
Laudes Mathematicæ artis, lib.1.
Speculum Alchymiæ, lib.1.
De Radiis solaribus, lib.1.
De utilitate linguarum, lib.1.
De Conservatione sensuum, lib.1.
De Locis stellarum, lib.1.
De Secretis, lib.1.
De Aspectibus Lunæ, lib.1.
Rogerinam majorem, lib.1.
Rogerinam minorem, lib.1.
De Geometria, lib.1.
Grammaticam Hebraicam, lib.1.
Grammaticam Græcam, lib.1.
De Causis ignorantiæ humanæ, lib.1.
De Materiâ primâ, lib.1.
De septem Experimentis, lib.1.
De Passionibus animæ, lib.1.
De Speculis ustoriis, lib.1.
De Intellectu & Intelligibili, lib.2.
De Somno & Vigiliâ, lib.2.
De Metaphysicâ, lib.1.
De Utilitate scientiarum, lib.1.
Contra Necromanticos, lib.1.
In Opera Virgilii, lib.plu.
De Speciebus, lib.1.
De Copia vel Inopia causis, lib.1.
Documenta Alchymiæ, lib.1.
De Coloribus per partem fiendis, lib.1.
De Sculpturis Lapidum, lib.1.
De Universalibus, lib.1.
De Centro gravium, lib.1.
Parabolas de Quadraturâ, lib.1.
In Avicennam de Animâ, lib.1.
Venti novem distinctiones, lib.1.
De Rebus metallicis, lib.1.
De Impedimentis Sapientiæ, lib.1.
Commentarios scientiarum, lib.1.
De Arte memorativâ, lib.1.
Prognostica, ex siderum cursu, lib.1.
De Planis, lib.1.
De situ Palæstinæ, lib.1.
De Locis sacris, lib.1.
De Miraculis rerum, lib.1.
Ad Epistolam Bonaventuræ, lib.
& alia adhuc plura. Obiit anno 1284. & Oxonii sepultus est. *Balæus* * ex Lelando & Antonii Chronicis.* (* Cent. 4. cap. 55.)

THOMAS BUNGEI.

[illegible] Monachus Franciscanus, claruit anno [illegible] Oxonii, Philosophiæ & Theologiæ studuit: ubi demum in collegio Franciscanorum, factus est Lector publicus, & omnium in Angliâ Minoritarum Minister provincialis. Matheseos reconditam cognitionem habuit: idque vel dæmonum instinctu, vel Rogeri Baconi consilio. Scripsit,

Commentarios Sententiarum, lib. 4.
De Magiâ naturali, lib. 1.
Quæstiones Theologica, lib. 1.

& alia. *Balæus* * *ex Lelando, & Franciscanorum catalogo.*

* Cent. 4. cap. 61.

GUILHELMUS.

Guilhelmus Delamare, aliâs Lamatensis, Minorita, & Oxoniensis Scholæ Magister, claruit anno 1296. Sophistarum somnia, sub titulo Theologici studii, pro virili promovit. Bonaventuræ doctrinam Thomæ Aquinatis prætulit. Scripsit,

Super Sententias, lib. 4.
Quodlibeta sophistica, lib. 1.
Reprehensorium Thomæ, lib. 1.
Pro-[illegible] Bonaventura, lib. 1.
Additiones in eandem, lib. 1.
Lecturas scholasticas, lib. 1.

& alia. *Balæus.* *

* Cent. 4. cap. 71.

RICARDUS REGIOSYLVANUS.

Angliam relinquens, in Galliam pervenit; ut ibi bonis literis operam daret. Ibi amicitiam contrahens cum Agnello Pisano Minoritâ, factus est & ipse ejus sectæ sectator, jam senex: & paulò pòst, Cisalpinis suæ sectæ paupertatem prædicavit. Deniq; Richardo Devoniensi, & Guilhelmo Etono, (quorum uterq; testiculos sibi præciderat; ut scilicet cœlibatum servare posset) comitatus, Londini primam fixerunt sedem in Frumentario monte, an. 1227. *Balæus* * *ex Lelando.*

* Cent. 10. cap. 61.

THOMAS DOCKINGE.

Ex Nordovolgiæ Comitatu oriundus, Minorita Nordovicensis, claruit anno 1270. Is, ubi Oxonii longo tempore literis incubuisset, sub Johanne Gualensi Theologo; tandem ipse quoq; ibi Theologiam professus est. Scripsit,

Commentarios in Jobum, lib. 1.
Quæstiones in Jobum, lib. 1.
In Deuteronomium, lib. 1.
Super Esajam, lib. 1.
Commentarios in Lucam, lib. 1.
Quæstiones in Lucam, lib. 1.
In Epistolam ad Romanos, lib. 1.
Ad Corinthios, lib. 2.
Ad Galatas, lib. 1.
Ad Ephesios, lib. 1.
Ad Philippenses, lib. 1.
Ad Colossenses, lib. 1.
Ad Thessalonicenses, lib. 2.
Ad Timotheum, lib. 2.
Ad Titum, lib. 1.
Ad Philemonem, lib. 1.
Ad Hebræos, lib. 1.
In præcepta Decalogi, lib. 1.
Lecturas Bibliorum, lib. 1.
Super Sententias, lib. 4.
In Posteriora Aristotelis, lib. 2.
Quæstiones ordinarias, lib. 1.

atque alia plura. *Balæus,* * *ex Lelando, Thomâ Eckelstone, & Franciscanorum illustrium catalogo.*

* Cent. 4. cap. 9.

HUGO.

Hugo de Novo-castro in Dunelmensi ditione oriundus, Dunelmi in Franciscanum monachum tonsus; scripsit *de Victoriâ Christiana contra Antichristum*. lib. 1.

Balæus * existimat, vixisse circa annum 1290.

* Cent. 4. cap. 68.

ROBERTUS TURNEHAM.

Minorita, Theologiæ Professor, & Abbas in Lynnâ [illegible] fuit. Is qui orator vehemens erat, Eduardo Longo expeditionem contra Saracenos parante, anno 1268. jussus est à Rege animos plebis, ad istius belli societatem inflammare: cui postea ipse quoque interfuit. Claruit anno 128[illegible], varia componens. *Balæus,* * *ex Lelando.*

* Cent. [illegible] cap. [illegible]

VII. PRÆDICATORES.

JOHANNES.

Johannes Ægidius, ad fanum Albani natus, Philosophus & Medicus, primùm Lutetiæ; postea in Monte-Pessulano, easdem artes professus est. Lutetiam reversus, theologico studio se dedidit: ut etiam Magisterium in eo adipisceretur. Omnium primus Anglorum fuit, qui se Dominicanis associaret, anno 1222. Oxoniiq; Artes & Theologiam illos docuit. Scripsit,

Practicas Medicinales, lib. 1.
Futurorum prognostica, lib. 1.
In Aristotelem commentarios, lib. 1.
Morales interpretationes, lib. 1.
De Esse & Essentiâ, lib. 1.
De Formatione corporis, lib. 1.
De Laude Sapientia divina, lib. 1.
De Prædestinatione & Præscientiâ, lib. 1.
De Paradiso & Inferno, lib. 1.
De Resurrectione mortuorum, lib. 1.
De Materiâ cœli, lib. 1.
De Productione rerum, lib. 1.
De Cognitione Angelorum, lib. 1.
De Mensurâ Angelorum, lib. 1.
Homilias ad clerum & populum, lib. 1.
Lecturas scholasticas, lib. 1.

Feruntur & alia; sed tituli desunt. Claruit anno 1224. *Balæus,* * *ex Lelando & Nicolao Trivetho.*

* Cent. 3. cap. 84.

ROBERTUS BACONUS.

Doctor & Lector Theologiæ in Oxoniensi scholâ. Dominicanæ sectæ se associavit jam senex; nihilominùs legendo pergens, sicut consueverat. Scripsit,

Lectiones ordinarias, lib. 1.
Super Psalterium, lib. 1.
Vitam Eadmundi archiepiscopi, lib. 1.
Glossas Scripturarum, lib. 1.
Sermones varios, lib. 1.

& alia plura. Obiit anno 1248. *Balæus,* * *ex Nicolo Triveto, & Mattheo Parisio.*

* Cent. 4. cap. 4.

RADULPHUS.

Radulphus Bockynge, Cicestrensis, ex Comitatu Suthsexiæ, Dominicanus, hypocrita insignis, claruit anno 1270. Confessor (uti vulgò vocatur) fuit Richardi Wichii, Cicestrensis pontificis. Scripsit,

Vitam Richardi episcopi, lib. 1.
Sermones quoque, lib. 1.

Balæus. *

* Cent. 4. cap. 34.

HEINRICUS ESSEBURNAE.

Professione Dominicanus, ubi feliciter in Philosophiâ & Theologiâ Oxonii fuerat versatus; Cestriam commigravit, & reliquis sui ordinis fratribus præfuit. Scripsit eruditè admodum,

In Parabolas Salomonis, lib. 1.
In Ecclesiasten ejusdem, lib. 1.
Lecturas Bibliorum, lib. 1.
Processus in Theologiâ, lib. 1.
Sermones quoque, lib. 1.

aliaq; multa. Claruit anno 1280. *Balæus,* * *ex Lelando.*

* Cent. 4. cap. 35.

IIX. INCERTI LOCI.

HUGO.

Hugo Kirkestede, monachus Cisterciensis, claruit anno 1220. Consilio & operâ Serlonis, conscripsit *Cisterciensium historiam* libro 1. & Johanni abbati Fontano dedicavit. *Balæus,* * *ex Lelando.*

* Cent. 3. cap. 81.

THEOBALDUS.

Stampensis, Canonicus regularis, insigniter doctus, claruit circa annum 125[illegible]. Scripsit opus ad Rubertum Capitonem Lincolniensem, cui titulum indidit, *Contra errantem in Theologicum*, lib. 1.

Item *aliquot Disputationes*, lib. 1.

& [illegible]

& alia nonnulla. Tandem dicitur a quibusdam factus esse Cardinalis. Balaus * ex Gul. Hermanno.

JOHANNES GODARDUS.

Cisterciensis monachus, claruit anno 12.. Mathematicae peritus & Arithmeticae, aliarumque bonarum artium. Scripsit,

De triplici modo computandi, lib. 1

De rebus Mathematicis, lib. 1

aliaque ejus generis. Balaus * ex Lelando.

RADULPHUS.

Radulphus Madeston sca Vageniacensis Herefordensium ... Henrico III. constitutus, claruit anno ... pontificatus sui 6. defecit ... lapides ad aedificia portavit, ... abbate, & sacrificulis. Balaus * ex Lelando, & Chron. ...

GUILHELMUS SENTHAM.

... Ordinis S. Augustini, claruit ... Artes graviter didicisset; Theologiae ... adjecit. Leg... & exposuit pleraque, magno ... Auditorum. Docuit, nullam esse Le... salutem praeterquam Christi Domini ... Evangelium. Scripsit,

De Lege & Legibus, lib. 1.

De Claustro animae, lib. 1.

De Pr... Novitiorum, lib. 1.

De Tentationum remediis, lib. 1.

Scripturarum aliquot explicationes.

& alia pleraque. Balaus.* ex Thoma Colbyo

ROBERTUS.

Dictus Anglicus, Dominicanus, claruit circa annum Christi 1273. Scripsit.

Super aliquot libros Aristotelis.

Super Priscianum.

Super Sententias.

& alia multa. Ptolemaeus Lucensis, in Rudimento Novitiorum.

LAURENTIUS, & BRIXIUS.

Genere & natione Angli, insigniter docti. Ordinis Praedicatorum, circa annum 126. claruerunt. Balaus * ex Lelando.

GUALTERUS.

Gualterus Rechufius, homo & in Philosophia & Sacris literis, doctus, Eremita Augustanus, claruit anno 128. Discipulos non-paucos habuit, tum probos, tum doctos. Scripsit,

De Mundi contemptu, lib. 1.

De Vita solitaria, lib. 1.

Meditationes quoque, lib. 1.

atque alia plura. Balaus.*

JOHANNES CHELMESTON.

In Eboracensi dioecesi natus, claruit anno 129.. Is Carmelitarum sectae adhaerens, ad ejus Ordinis laudem missus Oxonium est, studiorum gratia. Paulo post Theologiae Magister effectus, inter primos est habitus. Bis in Flandria, & alibi ordinaria plura disputavit. Scripsit,

Quaestiones ordinarias, lib.

Determinationes Theologicas, lib. 1.

Quodlibeta quaedam, lib. 1.

Lecturas scholasticas, lib. 1.

Sermones & collationes, lib. 1.

& alia. Balaus * ex Lelando, & Gobelino Alemanno.

HUGO.

Hugo de Mancestria, Dominicanus, in tanta fuit existimatione: & magnus Theologiae Magister, & Praedicatorum in Anglia Provincialis efficeretur; atque etiam Eduardo Regi, & matri ejus Eleonorae quasi domesticus esset: qui ipso in legatione ad Galliae Regem usus est, pro recuperandis terris, in Aquitania fraudulenter ablatis. Scripsit,

De Fanaticorum deliriis, lib. 1.

Compendium Theologiae, lib. 1.

& alia plura. Claruit anno 1294. Balaus * ex Trivetho.

RICARDUS.

Ricardus Knap... el, Dominicanus, Theologiae Magister concionator & disputator ... anno 129.. Scripsit,

Lecturam Sententiarum, lib. 4.

Adversus corruptorium Thomae, lib. 1.

De Unitate formarum, lib. 1.

De immediata Dei visione, lib. 1.

Quaestiones Theologicas, lib. 1.

Conciones varias, lib. 1.

& alia quaedam. Johannes, Cantuariensis archiepiscopus, ... illum de octo erroribus insimulavit: qui tamen ... non indicantur, qui fuerint. Balaus.* ex Sefrono Bas... & Leandro Alberto.

JOHANNES RUTH.

Alias Reade, ex Cornubia, ut putatur, ... monachus Dominicanus, claruit ... anno 129.. Is, ubi & in patria, & ... diligensque antiquitatis ... Scripsit,

De Pontificibus Romanis, lib. 1.

De Imperatoribus quoque, lib. 1.

Annales suae patriae, lib. 1.

& alia quaedam. Balaus,* ex Lelando.

RICHARDUS.

Richardus de Mediavilla, ... Theologia, Philosophia, & ... claruit anno 1290. Scripsit,

Super Sententias, lib.

Super Dist. Decreti, lib.

De Ordine judiciorum, lib.

In quatuor Evangelia, lib. 4.

In Epistolas Pauli, lib.

aliosque sacrae Scripturae libros, cont... Commentarios. Trithemius de Script. eccles.

JOHANNES

Johannes de Haydâ, ... multis ... plurima ... visset gymnasia ... Philosophia, aliisque scientiis accepit. Scripsit carmine,

Vitam Malachi monachi, lib. 1

Formam vitae honestae, lib. 1

De Jona Propheta, lib. 1

Passionem D. Laurentii, lib. 1

Epistolas ad diversos, soluta oratione,

aliaque plura. Annus, quo claruit ignoratur: extitit tamen vixisse hoc seculo Balaus.*

GUILHELMUS.

Abbas Hiberniae, unus Bar... fuit, seu Pseudovatum; in magno honore apud Hibernos existens: claruit anno 1298. Scripsit *Prophetiarum futurarum,* lib. 1.

Balaus.*

THOMAS.

Thomas Leirmouth, vel alio cognomine Ercildoune, natione Scotus, claruit anno 1... Scotis vates est: quod res futuras ... verbis obscurioribus. Recenset Hector Boethius.* pr... ipsum subitaneam Alexandri, Scotorum Regis, mortem. Scripsit sermone Scotico. *Vaticinales rhythmos* ... nomê accepit, quod Rhythmicû vatê appellavê. Balaus.*

FLANDRIAE MONACHI

I. BERTINICI.

JOHANNES, abbas Bertinici, Stephanum Angliae ... ejusque socios hospitio excepit, anno ... S. Chron. ... Obiit anno 1...

JA... patria Furnensis, ei successit.

GALTERUS Bloc Gandensis fit abbas Ber... anno 1278. Is monachos ... perditos, ad... duxit. Chron. Fland.*

II. DUNENSIS

NICOLAUS

PAtriô Balliolanus, abbas Dunensis ... anno 12.. Is solitus est de suo dicere monasterio ... argenteam, si modo a sapientibus ... Monachos, & 24 Conversis, ... sumptuosum genere ibi construxerant. Chron. Fland.*

JOHANNES.

Johannes à Wardo, Monachus Dunensis, Theologus, & Concionator, qui dena capita, ex reliquiis 11000. Virginum, Coloniâ Agrippinensi, Dunas apportâsse, dicitur. Obiit anno 1293. *Chron. Fland.**

* lib. 10

FRANCISCUS.

Monachus Dunensis, Diymundâ oriundus, Theologus, & enarrator Sententiarum in Scholâ Parisiensi, claruit circa annum Domini 1293. *Chronicon Flandriæ.**

* ibid.

THOMAS.

Dunensis abbas proditoriè Comitem Guidonem deserens, in ipso conflictu, nomen Liliari promeruit: pulsusque in exilium a Bergensibus, Lutetiæ, in pædagogio D. Bernhardi, miserè tandem periit. *Chron. Fland.**

* ibid.

HEINRICUS.

Brabantinus, Dominicanus monachus, rogatu Thomæ Aquinatis, ex Græco in Latinum transtulit sermonem, totum Aristotelem; circiter annum 1271. *Aventinus.**

* lib. 7.

III. BRUGENSES.

MATTHAEUS.

PResbyter Brugensis, & rector Hospitalis D. Johannis Baptistæ; juxta templum B. Mariæ prædicator: cùm, in exornandâ & ampliandâ hospitali domo, multùm sudâsset; obiit anno 1237. Post annos 133. ex cœmeterio B. Mariæ, translatus est ad hospitale D. Johannis, per Ægidium de Buc; qui tùm ejusdem rectorem agebat. *Chronicon Flandriæ.**

* lib. 8.

THOMAS.

Thomas de Illeyâ, cognomento Chrysolithus, Sudevolgius, Gippeswicensis Carmelita, claruit anno 1290. Is, Cantuariæ Doctor Theologicus effectus utramque Theologiam, scholasticam & interpretativam, professus est. Ad extremum, Brugis quoq; in Flandriâ ordinariè disputavit, & prælegit. Scripsit,

Quæstiones Theologiæ,	lib. 1.
In Apocalypsin Johannis,	lib. 1.
Introductiones ad lecturam,	lib. 1.
Conciones ad populum,	lib. 1.
Lectiones in Scripturam plures,	

& alia. *Balem.** *ex Lelando & Gobelino.*

* Cent. 4. cap 65.

IV. S. QUINTINI.

GErhardus monachus S. Quintini in Insulâ doctus & disertus, claruit anno 1270. Scripsit,

Historiam translationis coronæ, & partis de cruce Domini, lib. 1.

Miracula Elizabethæ post mortem,	lib. 1.
Responsoria & cantilenas de eâdem,	lib. 1.
Sermones multos & varios.	

Trithemius, de Script. ecclesiast. & Viris illustribus Germaniæ.

V. GLAUCONENSIS.

BErnhardus Rayns, natione Campanus, eremita, peregrino habitu, & promissâ barbâ, ex Glauconâ sylvâ prope Valentianas, prodiit in publicum: seq; Balduinum, Constantinopolis Augustum, esse dicebat. Persuasit id vulgo perfacilè: quòd & staturâ, & reliquis lineamentis corporis, ipsum penè referret. Quibus ornatus & instructus, Johannam, Flandriæ Comitem, filiam Balduini, fugavit: ut & à Galliæ Rege, Ludovico, opem petere coacta fuerit. Verùm patefactus est dolus: & traditus Johannæ, cùm, quæstioni subjectus, verum fassus fuisset; per omnia Flandriæ & Hannoniæ oppida circumductus, tandem de patibulo suspensus est: anno 1225. *Chron. Fland.**

* lib. 8.

VI. FRIGIDI MONTIS.

HElinandus, qui & Elymandus fuit dictus, Frigidimontis monachus, in Beluacensi territorio, sub hujus seculi initium, claruit; religiosus, facundus, & Poëta. Scripsit,

Chronicon, & ab initio Mundi, usque ad sua tempora, lib. 48.

De Reparatione lapsi,	lib. 1
Sermones plures,	lib. 1.
Epistolarum ad diversos,	lib. 1.

& alia plura. *Vincentius,** *Trithemius de Script. Eccl.*

VII. INSULANUS.

FUlco, Gandavi natus, Insulanus Canonicus, cùm detrectaret crucem prædicare adversùs Albingenses; flagitante id pontificio Legato Jacobo: quamprimùm fluxum hæmorrhoidum sentit, & totis annis 24. eo morbi genere laborat. Gandavi condidit Hospitale, cui nomen est Biloka. Diem mortis præscivit. Obiit anno 1234. *Chron. Flandriæ.**

* lib. 8.

IIX. ABBERBROTENSIS.

EUstathius, Abberbrotensis monachus, cum Udardo Cuprensi cœnobitâ, & postea Brechinensi episcopo, paucis comitati sodalibus, totam Scotiam pedites perlustrarunt; & passim publicè prædicaverunt, sub hujus seculi initium. *Boethius.**

* lib. 13.

LIVONIÆ MAGISTRI.

POst HERMANNUM Balck, Dietriens de Grüningen, anno 1247. Livoniæ Magister factus est. Is Curetes primùm domuit: arcemque Goldingen in eâ regione exstruxit. *Funccius in Chronologiâ.* Suentopelcum vicit, & in fugam vertit. Visegradum urbem expugnavit. Non multò pòst, ubi Suentopelcus cum justo exercitu rediret; & is, ex consilio Berlini, novi Marscalci, cum parvâ manu cum adoriretur: rursus profligatur; ut vix viginti suorum superessent. *Cromerus.**

* lib. 8

HEINRICUS Heinburgensis, Livoniæ Magistrum egit, anno 1245. *Funccius.* Habuit Andream de Surland successorem, anno 125 .

EBERHARDUS de Lapide succedit, anno 1256.

JOHANNES Sangershusiensis succedit, anno 1258.

Ei successit BURCHARDUS de Hornhausen. Is in prælio victus est à Samogethis, & Lithuanis. Successorem habuit JORIANUM de Eickstat.

WERNERUS Fritzhusiensis præficitur, anno 1270. Præfuit annis 2. Successorem habuit CUNRADUM Mandorensem. *Funccius.*

MAGISTRI HOSPITALIS S. MARIÆ IN HIERUSALEM; seu Ordinis Teutonici.

OTTHO.

OTtho Carpensis, Ordinis Teutonici Magister, præficitur anno 1201. Is pauperum curam diligenter egit. Dominicanos monachos in Livoniâ excepit hospitio; & de rebus necessariis ipsis providit. Præfuit annis 6. Obiit anno 1207. *Chron. Prutenicum.*

HERMANNUS.

Hermannus Bart, adhuc juvenis, succedit Otthoni. Et is infirmis & egenis diligenter ministravit. Obiit anno 1211. cùm 4. annis præfuisset. Sepultus est in Ackers; sicut & antecessor. *Chron. Pruten.*

HERMANNUS II.

Hermannus de Salzâ, vir magnæ autoritatis isto seculo, successit. Inter Fridericum II. & Honorium III. transegit. Quam ob causam, Principem illum creavit Imperator: insigne, Imperii aquilam, Papa annulum aureum, ipsi attribuens. Privilegia accepit ab utroque, Venetiis. In Armeniâ, Ungariâ, Germaniâ, domos accepit, in usum sui sodalitii. Ductor fuit exercitûs Militum Teutonicorum contra Prussos; in auxilium vocatus à Cunrado, Duce Massoviæ, circa annum 1217. *Cromerus.** Præfuit annis 30. Obiit anno 1241. Sepultus est in Italiâ, Barleti. *Chron. Prut.*

* lib. 7

CUNRADUS.

Hassiæ & Thuringiæ Landgravius, succedit. Is habitus est usque-adeò religiosus; ut etiam aliorum nosceret occulta peccata. Viventes in peccatis mortalibus, abegit à se. Duos aliquando jussit ire ad confessionem: quos

peccatis

peccatis mortalibus pollutos sensit. Cùm reversos a confessione rursus conspiceret; plicatis manibus, oculis in cœlum sublatis, dixit: Domine Jesu Christe, quàm ûs propitius, in his animadverto nunc duobus: quos paulo antè filios conspexi Diaboli; nunc verò tuos. Præfuit annis 12. Obiit anno 1253. Sepultus est Mariæburgi. *Chron. Pruten.*

P O P P O.

Osternaviensis, qui aliquamdiu Magistrum egerat in Borussiâ; succedit. Is belligeravit adversùs Schwentepulcum; qui se & consilio Prutenis opem tulerat. Præfuit annis 12. Tandem, in Silesiâ, a Tartaris interficitur, anno 1265. Nonnulli dicunt, ipsum, abdicato munere, se-se quieti dedisse. Sepultus est Uratislaviæ. *Chronicon Prutenicum.*

H A N N O.

Sangerhusianus, Popponi succedit. Is Mistwinum, Schwentepolci filium primogenitum, cepit; captumque ad Imperatorem misit. Alii referunt, vi hunc esse coactum ad pacem. Præfuit annis 12. Obiit Treviris, anno 1277. *Chron. Prutenicum.*

H E R M A N N U S.

Comes Heldmugensis, succedit. Adversùs Lithuanos, Ruthenos, Samiatas, ingentia bella gessit. Obiit Venetiis; ubi habitare solitus est: cùm annis 8, præfuisset.

B U R C H A R D U S.

Burchardus Schnadens, fit Livoniæ Magister, anno 1285. Is, in synodo Acconensi, petiit se dimitti; atque impetravit etiam: cùm annis 7 præfuisset. Liberatus, Rhodum petiit; seque Johannitis adjunxit socium, annis 6. Quibus elapsis, rursus se admitti petiit ad pristinum munus: sed frustra id fuit. Sepultus est in Rhodo, prope sepulcrum Johannis Baptistæ; si credere fas est. *Chronicon Prutenicum.*

C U N R A D U S.

Cunradus de Fertwangen, successit Burchardo. Is Ordini Teutonico plurimum profuit. Præfuit annis 7. Obiit anno 1297. Pragæ. Sepultus est Trebnitii, vel Drogewinii. *Chron. Prutenicum.*

ORDO GLADIATORUM.

VVINERO, primus fit gladii Magister, anno 1206.

VOLKEWINUS, secundus Gladiatorum in Livoniâ Magister, præficitur anno 1223. *Funccius.*

MAGISTRI PROVINciales Prussiæ.

H E R M A N N U S B A L C K.

Quindecim hic sui ordinis militibus comitatus, primus in Borussiam missus est, & constitutus Magister, per Hermannum de Saltzâ. Is ad ripam Vistulæ propugnaculum exstruxit; vulgò vocant Vogelgesang: & prope Thuronium, aliud, cui nomen Dybaw imposuit. Crucem prædicavit, jussu Pontificis Gregorii IX. ingentemque collegit exercitum, ad delendos Prutenos, anno 1234. Quâ manu Slemminam arcem expugnavit; interfectis quinque millibus: reliquosque, ut in Christianam jurarent religionem, vi compulit. *Chron. Prutenicum.*

H E I N R I C U S, & G E R H A R D U S.

Heinricus de Weidâ præficitur Borussiæ, anno 1246. Præfuit annis 8.

Successorem habuit Gerhardum Hirsbergium; qui annis 2. præfuit. Is Christburgum arcem, quam Pruteni vi occupaverant, expugnatam recepit. Omnes, quos ibi reperit, ad unum usque, trucidavit: arcem dirutam, alio in loco magis-tuto exstruxit. *Chron. Prutenicum.*

H E R M A N N U S.

Hermannus de Grumbach, anno 1258. ab Hannone mittitur in Borussiam. Is, tum propter tyrannidem, tum avaritiam quoque, loco motus est, triennio pôst: siquidem reliquos fratres panno Suecico vestire voluit, unde dictus est Hermannus Wadmal: hoc enim nomine pannus ille Sueciens vocatur. *Chron. Prutenicum.*

H E L M E R I C U S.

Helmericus Richenbergius, fit Borussiæ Magister, anno 1267. Eum Nathangi trucidarunt, triennio pòst, quàm primùm gubernationi præfectus erat. *Chron. Prutenicum.*

L U D E V I C U S.

Ludevicus Baldershemius, successit anno 127-. Ei multum crearunt negotii Pruteni: qui ejus tempore secundò defecerant ab Ordine. Præfuit 6. annis. Successorem habuit Theodoricum Gaterslebiensem; qui annis 6. præfuit. *Chron. Prutenicum.*

C U N R A D U S.

Cunradus Thierbergensis eligitur, anno 1283. Præfuit 6. annis. Obiit, cùm iter faceret in Germaniam, pro adipiscendo Magisterio Ordinis. *Chron. Prutenicum.*

Successorem habuit Cunradum Thierbergensem Juniorem, anno 1292.

POLONIÆ MONACHI.

C I E S L A U S.

Abbas monasterii D. Alberti Uratislaviæ, Dominicanus, claruit circa annum 1240. Tartaris adventantibus, in arcem cum sodalibus confugit, opemque divinam, contra hostem cruentum, imploravit. Paulò pòst, ignea columna cœlitùs apparuit; Barbarosque terruit: ut protinus obsidionem solverent. *Cromerus.** [* Lib. 8.]

J A C I U S.

Sive Hyacinthus, Dominicanus, ubi in Poloniâ & Rossiâ multis laboribus fractus & exhaustus esset, obiit, anno 1257. XIIX. Calend. Septembris. *Cromerus.** [* Lib 9.]

DE ABBATISSIS & Monialibus.

I. I T A L I Æ.

S A N C T I A.

Roberti, Siciliæ Regis, relicta vidua, plurima Ordinis Minoritarum cœnobia construxit; & ordinem istum ingressa est. *Volaterranus.** [* Lib 21.]

C L A R A.

Ordinis S. Damiani; (*ut Epitome Mundi habet*) patre milite, matre Hortulanâ nomine, nata: Assisii inclarescere cœpit, anno 1225. *Nauclerus.** [* Gener. 40.] Francisco usa est præceptore: à quo edocta, ad S. Damiani ecclesiam, Pauperum dominarum ordinem inchoavit: cujus promotores habuit Honorium III. & Gregorium IX. *Ibidem.*

Per annos 42. arcto tuguriolo reclusa, se-ipsam inediâ, vigiliis, aliisque carnificiis, majorem in modum afflixit. Ubi Fridericus II. Saracenorum cohortem in Italiam duxisset; atque illa jam in Damiam impetum faceret: corpore imbecilli & infirmo, efferre se jussit. Præcessit panis azymus, argenteæ inclusus capsulæ. Tùm illa: *Siccine tuas famulas Paganis objicies, Domine? quaso, ab omni injuria eas custodi.* Protinus vocem audivit: *Ego vos semper custodiam.* & simul obsidio solvitur.

Innocentius IV. morituram invisit, cum Cardinalibus; libertatemque ab omnibus peccatis ei annuntiavit. Mortis horâ appropinquante, dixit: *Vade anima securè: bonum enim habes itineris conductorem* & sic, ipso die Laurentii, exspirat, anno 1254. ubi totis 17. diebus nihil cibi gustâsset. Sepulta est in D. Georgii æde; in quâ primùm Francisci cadaver reconditum fuerat.

Alexander IV. auditâ miraculorum celebritate, quæ ad tumbam ejus post mortem fiebant, anno sui pontificatûs 3. (*juxta Blondum** [* L. 8. Dec. 2.]) eam inter Sanctas Pontificiæ ecclesiæ, Anagniæ, retulit; diem festum ejus memoriæ consecrans, pridie Idus Augusti. *Schedelius.** [* Ætat. 6.]

C L A R A I I.

* Ex Monte-falco, Spoletanæ vallis oppido, oriunda. Augustinianæ sectæ sectatrix, obiit anno 1290. Ea in Fratricellos, & voce, & scriptis, invehebatur. *Bergomensis.** [* Lib. 13.] In ejus corde, ubi mortua esset, imago Christi crucifixi impressa visa est; & tres lapilluli, ejusdem ponderis. *Schedelius.** [* Æt. 6.] *Metropolis Crantzii.** [* L. 8. c. 35.] De quâ, post mortem, hosce versus composuit quidam Poëtaster:

Monte ... à Falco, virgo sanctissima Clara,

Atq; Augustinus facto perfecta pudico,
Usque-adeo, cùm corde Deum venerata dies q;
Ac noctes. Christiq; crucem tormentaq; cuncta,
Optavit, sensisse gerens, ut lumine functa
Extremo, sit aperta caro, quæ presserat exta.
Inq; sacro crux visa simul tum lancea corde:
Tumq; columna fuit; nec-non post quodq; flagellum.
Præterea juncti tres hujusce lle lapilli,
Quorum vix possit cerni color: unius horum
Pondere est tantum, duo quantum, vel simul omnes;
Atq; duo tantùm tres juncti: quisq; videre
Quæ queat, hujus adit patriam quinque simul ædem.

Cadaver post annos ducentos visum esse integrum, refert *Bergomensis.** (* lib. 13.)

II. GERMANIÆ.

ADELHEIDIS, & UTA.

ADelheidis, ex Wileriâ oriunda, se-ipsam spontè reclusit arctissimo tuguriolo, (carcerem jurè dicas) prope capellam D. Virgini & Egidio Confessori dicatam, sub hujus seculi initium. Cumque ab Ecclesiæ pastore vexaretur: (fortè quòd formosa fuerit, & in sui amorem impurum sacerdotem pellexerit) Romanum Pontificem adiit, atque ad pedes ejus devolvitur. Quid ibi petierit, historia non exprimit. Verùm ab eo tabulam quandam accepit: in quâ imago pueri Jesu, & B. Mariæ Virginis depicta erat: quam, tanquam caput Gorgonis, objecit vim-intentantibus. *Ulmensis historia.*

Hac sublatâ è medio, eidem carceri se mancipat alia, nomine Uta. *Ibidem.*

ELISABETHA.

Andreæ II. Ungariæ Regis & Gertrudis filia, Ludovico Thuringiæ & Hassiæ Landgravio nupsit. Ea, ab ineunte ætate, austeriori vitæ se tradidit: in quâ se, & ipsi Deo, & B. Virgini, cultū præstare gratissimū, existimavit. Apostolum fortè accepit Johannē Euangelistam: in cujus nomine, si quis ab eâ quid petiit; protinus exoravit. Marito persuasit, ut Hierosolymam peregrinaretur: ubi ille, in religione scilicet, diem clausit extremum. *Bonfinius.** (* l. 7. Dec. 2.) Post viri obitum, regno ejecta, materteræ consilio, Bambergensem antistitem avunculum adiit: qui eam alteri viro nubere voluit. Sed recusavit illa hoc strenuè: ità quidem, ut, si vi eam coacturus esset, diceret; se sibi nasum potius abscissuram: ut, hoc modo facie deformatâ, viro esset abominabilis. *Ibidem.*

Cibum, in primis delicatum, proprio ori subtraxit; & pauperibus obtulit: quos lavabat; quorum lectulos sternebat; patellos ollasque eorum eluebat. Pauperibus Hospitale in Marpurg exstruxit; & liberaliter, quæ ad necessarios eorum usus pertinere videbantur, contulit.

Ex marito duas suscepit filias: quarum una, abbatissa ex matris consilio facta, Monialibus præfuit. Francisci religionem ingressa, de manu Magistri Cunradi de Marpurg cappam griseam accepit; & toto suæ vitæ tempore eâ induta est. Ubi ejus rei fama ad Parentem pervenisset: misit is Legatum, ut rursus ad paternam regiam rediret. Verùm id frustra fuit.

Assiduè Deum orare solita est: ut contemtum liberorum inspiraret: (quod quidem contra naturam est) itemque patientiam & constantiam in electitiis miseriis largiretur. In monasterio, vilissimas quasq; operas obivit.

Cùm aliquando adolescentem splendidè vestitum conspiceret: quæsivit; an suâ oratione ad aliud vitæ genus adjuvari vellet? Ubi annuisset ille; mox monasticum vitæ genus expetit.

Patrimonium amplum sic satis, partim inter pauperes elargitur; partim etiam ad ædificationem Hospitalis in Marpurg impendit. Ægrotis in isto Hospitali, pedes lavit; ulcera curavit tabida; calceos casuit; lectos stravit; pavimentum scopis verrit. Si quid æris fecit, telam texendo; id totum in pauperum usum contulit.

Sorori Radegundi quæ invisendi ergò ad xenodochium venerat, comam auream succidit: utq; se, monastico assumto habitu, secum viveret, persuasit. Matrem purgatorii tormentis, suis precibus exemit: si credere fas est. *Naucl.** (* Gener. 41.)

Cœlos apertos se vidisse, solita est dicere; Deiq; vultum, atq; arcana multa, spectâsse.

Inter reliqua miracula, quæ edidisse dicitur, mortuos quoque suscitavit, numero sedecim. Cæco nato visum restituit. Febri correpta, Christum se vidisse fassa est, dicentem: *Veni, dilecta mea Elizabetha, & apparata tibi tabernacula sunt.*

Obiit tertio anno post maritum; qui fuit humanæ salutis annus 1230. XIV. Calend. Decembris. Marpurgi sepulta quiescit. Cadaver mortuum, fragrantissimum spirâsse odorem, dicitur; & non multò pòst oleum emisisse. Post mortem, miraculosè plurima egisse, nugantur. *Bonfinius.** (* l. 7. Dec.)

Gregorius IX. quo usa erat præceptore, (*ut Bergomensis** *refert*) (* Lib. 13.) quarto anno post mortem, inter Sanctos Pontificios eam retulit. Sifridus Moguntinus, corpus ejus exanime levavit de tumbâ. *Schedelius.** *Chronicon Flandriæ.** (* Ætate 2. * Lib. 8.)

MARIA DE OEGNIES.

Nata in villâ quâdam Nivellâ, mediocribus parentibus, ab ineunte ætate vitæ austeræ se mancipavit. Ubi annos 12. esset nata; a Parentibus cuidam Johanni, adhuc juveni, in matrimonium datur. Verùm jam sui juris, totas noctes fermè laboribus trivit; & reliquum tempus periculis demurmurandis tribuit. Lectum itura, asseres, quos furtivos habebat, depromit; & in illis reclinat. Chordâ sese constringebat sub camisiâ, quàm poterat arctissimè. Cumque aliquamdiu cum marito in conjugio vixisset: ibi illi repètè invicem decernunt, à cōsuetudine conjugali abstinere; & Leprosis prope Nivellam, in loco qui Willemboreb dicitur, inservire. *Vincentius.** (* lib. 30. c. 10. & 27.)

Ubi Willemborchii lōgo vixisset tempore; & jam molestè ferret hominum frequentiam: (nam magno numero ad eam confluebant; ut ipsam viderent) in Monachorum monasterium de Oegnies, Leodiensis diœcesis, se recepit; quod priùs per revelationem viderat. Ibique ad mortem usque permansit. *Ibidem.** (* cap. 47.)

Indusio lineo usa non est; sed sacco cilicino aspero: quo nudam carnem fricabat. Tunicâ & pallio laneo superinduebatur: quibus vestitibus etiam hyeme contenta, frigus tamen non sensit. *Ibidem.** (* cap. 20.)

Vincentius porrò, per aliquot capita, recenset plurima ejus dona; exemplisque subjicit. Verùm (ut apparet) omnia ista figmenta sunt otiosorum hominum, cælibem vitam supra modum hoc pacto evehentium: quæ omnia, ut momenti exigui sunt; ita longum esset ea exponere. Gratiam lacrymarum (ut monastici scriptores vocant) tantam habuit: ut nunquam, vel crucis signum intueri, vel etiam passionis Christi recordari, sinè uberrimo lacrymarum rivulo, posset. *Ibidem.** (* cap. 18.) Et eandem gratiam Sacerdoti cuidam, in Parasceve, suis precibus impetravit: ut, inter missificandum, à lacrymis & singultibus abstinere non posset. *Ibid.** (* cap. 19.)

¶ Cùm aliquando ægrota convaluisset iterum, &, sui reficiendi causâ, carnibus & modico vino fuisset usa: majorem in modum propterea doluit; &, ut satisfaceret, cultello arrepto, aliquot carnis frusta de corpore proprio abscidit, & in terrâ abscondit. Quod cùm faceret; vidisse se Seraphin sibi adstantē, solita est referre postea. [Diabolum dicas fuisse verissimè.] *Vincentius.** (* l. 30. c. 20.)

Illis diebus, quibus cibis uti licebat, solita est tantùm semel, sub noctem, panem atrum & asperrimum edere. Aliquando octo, aliàs undecim, alio verò tempore totis triginta quinque diebus, cibum non cepit: si credere fas est. *Ibidem.** (* cap. 21. & 22.)

Solita est, per dies quadraginta continuè, singulis diebus & noctibus, millies & centies, flexis genibus B. Virginem salutare; itemque integrum Psalterium stando perlegere. Trecētis vicibus, quoties genua flectebat, proprium corpus cæcidit disciplinali virgâ; ità quidem, ut sanguinem eliceret. *Ibidem.** (* cap. 24.)

Manibus propriis laborando, sibi victum parabat. Parum loquebatur; ità ut aliquamdiu, à festo S. Crucis usque ad Pascha, hominis muti instar, verbum non faceret. *Ibid.** (* cap. 26.)

Cùm aliquando per Nivellam iter faceret, & scelerum, quę ibi fiebant, recordaretur: postulato ab ancilla cultell

cutem in pedibus resecare volebat; quia illud ipsum calcaverat. *Ibidem.** Munus prædicandi quia obire non potuit, alteri cuidam hoc impetravit: pro quo quotidie centies Ave-Maria demurmurabat; ut cum fructu id faceret. *Ibidem.*

Adspectu suo alios fascinare ità potuit: ut pedem illi figerent, & videndo satiati non possent. Cum enim Cantor Cameracensis, Guido, a viâ, ejus visitandi causâ, deflecteret; itineris socius dixit: *Quid, Domine Cantor, pro Deo quæritis? cur viam vestram frustra deseritis? Numquid muscas volatiles, sive papiliones, cum pueris sequi & comprehendere vultis?* Pertexit nihilominùs Guido, sequitur eum socius. Ubi ingreditur, eamque intuetur: lacrymas magnâ copiâ fundit, & via ab ejus præsentia & intuitu avelli potuit. [Fortè quia formosa fuit.] *Ibidem.**

¶ Manes aliquando vidit, magno numero ad se confluentes; sibique supplicantes. Illa ubi, quid vellent, sibi patefieri precaretur; responsum tulit: Mortuorum esse animas, (imò potius Cacodæmones) qui ignis purgatorii cruciatus sentirent; ipsius verò precibus relaxationem cruciatuum experirentur. *Ibidem.**

Noctu vigilans, cantus angelicos visa est audire. Dormiens de Christo somniabat. Si quando laboribus & vigiliis attenuata esset, per angelum monitorē jussa est paululùm quiescere: qui eam non multò pòst iterum excitavit, & ad ecclesiam reduxit. *Ibidem.**

Ubi silentium præstitisset, à festo Crucis ad Pascha usque: per revelationem accepit; absque igne purgatorio, ad cœlestia animam ejus evolaturam à corpore. *Ibid.**

Toto triennio, à festo S. Crucis usque ad Pascha, tantùm pane & aquâ usa est. Sub finem istius jejunii, visa est videre Angelos sibi adsistentes; & in lucidâ scalâ ascendere & descendere. [Quales verò fuerint, non est obscurum divinare: nempe qui se transformare in lucis angelos possunt. *Ibidem.**

Vidit etiam, cùm cibum caperet, spiritum nequam, Johannem Evangelistam repræsentantem. *Ibid.**

Aliqua Monialium de Oegnies, moritura, dæmones circa lectum catervatim sensit. His se, preculis, minis, pallio, opposuit; denique etiam, pro animâ illius, sidem suam interponitur. Postea, in festo Petri & Pauli, ubi de ejus animæ salute angeretur; Petrum vidit, qui in purgatorio eam excruciari ajebat: calore scilicet nimio; quòd voluptates Mundi ardenter amâsset: frigore quoque, & siti, atque etiam nuditate, siquidem pigra in bono opere extitisset, temulenta, & in vestimentis superfluis abundans. *Ibidem.**

Capto Leodio, dæmones vidit magno numero, cruentos, ovantes, tanquam à cæde & victoriâ reversos. Nec multò pòst fama pervenit ad Oegnies, Leodium esse captum & direptum; cives interfectos, & fœminas vi constupratas. Cumque quidam Johannes de Nivellà, Monialium causâ, angeretur, ne discrimen pudicitiæ incurrerent: per Angelos consolatione erecta, istum etiam consolata est; & domum de Oegnies fore extra periculum; & illas quoque adhuc intentatas esse. *Ibidem.**

Suscipiens parvulum de sacro Baptismi fonte, in villâ Ine, prope Nivellam; spiritum immundum discedere, & sanctum Spiritum rursus eum occupare, vidit.

Frequenter visa videre est parvolum, in Sacerdotis manu, inter missificandum. *Ibidem.**

Prout festa solennia, Nativitatis dominicæ, & similia, instabant; vel etiam Apostolorum: vidit, vel ipsum Dominum, se-se repræsentantem pro ratione instantis festi, vel Apostolum; vel alium aliquem Sanctum, id festum annunciantem. *Ibid.**

¶ A festo Annunciationis Mariæ, usq; Johannis, ægrotare cœpit. Cumque dies transitûs ejus instaret: indesinenter diebus tribus & noctibus psallebat; nunc de Deo, nunc de Angelis, nunc de B. Virgine, aliisque Sanctis; rhythmice. Seraph alas supra pectus ejus videbatur expandere. Ad extremum, ubi oleo inuncta esset, & multum præstigiarum Satanicarum sensisset, (quis enim cunctas illas fictitias apparitiones, tum Christi, tum Sanctorum, enumerabit?) diem claudit extremum: anno 1213. in vigiliâ Johannis Baptistæ, circa horam nonam: quem annum mortis suæ prædixerat ante sexennium. In testamento, dederat M. Jacobo de Victriaco corrigiam, quâ cincta fuerat; & sudarium, quo lacrymas solita fuerat abstergere. *Vincentius.**

Post mortem sæpè oberrare visa est aliis muliereulis & amicis; & eos vel docere, vel præmunere: quæ qualia sint, nulli pio ignotum est.

EUPHEMIA.

Primugenita Rodulphi Imperatoris. Tulnæ, monasticæ vitæ se mancipavit. *Cuspinianus in vita Rodulphi.*

III. POLONIÆ.

HEDWIGIS.

Poloniæ Ducissa, ex Bertholdo Marchione Badensi & Agnete Comitissa de Roculitz, prognata: ubi literis probè edocta in Kitzingensi oppido fuisset; Henricu Barbato, Silesiæ Duci, nubit: ex quo tres filios, totidemque filias, suscepit. Monasterium Trebnicense, prope Uratislaviam, exstruxit: in quo Gertrudem filiam præfecit aliis centum monialibus. Toris ferè 30. annis, a viri consuetudine abstinuit. Qui cùm mortuus ad monasterium Trebnicense deferretur; in quo illa solitaria vivit: non funus mortui comitata est; non ægrotum invisit: ne scilicet, humanarum rerum cōmercio implicata, animum à divinis speculationibus avocaret. Imò ne lacrymam expressit in mariti funere: dictitans, impinm esse, divinæ voluntati reluctari. Venerata est imagines, & inter reliquas, eburneam quandam B. Virginis: quam manibus gerens, nec moriens deposuit. Obiit anno 1243. VII. Idus Octob. & corpus ejus insolito splendore coruscasse dicitur. Clemens IV. post mortem, eam numero Sanctorum adscripsit, ob crebra miracula, quæ mortua edidisse fertur. *Schedelius,** *Cromerus.**

SALOMEA.

Haliciensis regina, Boleslai Pudici soror: post Colomanni mariti mortem, primùm in Zavichostensi, deinde in Scalensi monasterio, religiosè vixit. Natu grandior obiit, circiter annum salutis 1266. Corpus exanime, aliquot diebus servatum, suavem spirâsse odorem dicitur; & oleum sudâsse, quo ægroti inuncti convaluerunt. Sepulta Cracoviæ est, in Franciscanorum æde. *Cromerus.**

KINGA.

Sive Cunegundis, Belæ Ungarorum Regis filia. Boleslao Pudico nupsit, anno 1239. Eam ubi primis nuptiarum diebus nonattigisset: continentiam, religionis ergò, mutuo consensu vovent. Hinc marito Pudici nomen contigit. Post viri obitum, facultatibus suis in usus pauperum, & otiosorum hominum, qui fucato religionis prætextu Orbi imposuerunt, distributis; Sandecense monasterium cum sorore Jolentâ viduâ, ingreditur: & duriter vivendo, reliquum vitæ tempus, annos scilicet 12. transigit. Obiit anno 1292. Vivens, & mortua, miracula edidisse dicitur: *ut Cromerus ex Duglosso refert.**

AGNES.

Soror Regis Boëmiæ, claruit anno 123 . Ea, suasu Minoritarum, se Monialibus Pragæ associavit, in Pentecoste; spreto Friderico Imperatore, qui ejus nuptias ambiverat. *Metropolis Crantzii.**

DE ALIIS HUJUS *seculi viris doctis, obiter hîc insertis.*

PETRUS DE VINEIS.

Natione Germanus, *juxta Trithemiū*, vel Italus, *ut alii volunt*, Capuæ natus, claruit circa an. salutis 1230. Is, ut doctrinâ excellens; ità ingenio & eloquentiâ insigni præditus fuit: ut suo seculo inter præstantissimos fuerit habitus. Fridericus II. eo usus est Cancellario, in rebus difficilimis & gravissimis. Scripsit,

Epistolarum, ex personâ Imperatoris, lib. 6.
De Potestate Imperiali, lib. 1.
De Consolatione, lib. 1.

* cap. 36. * cap. 27. * cap. 23. * cap. 25. * cap. 26. * cap. 21. * cap. 22. * cap. 30. * cap. 33. * cap. 37. * c. 43 & 44.

* lib. 3. c. 41. * Ætate 6. * lib. 7 & 8. * lib. 9. * lib. 10. * l. 7. c. 48.

Orationem Patavii recitaverat, die Resurrectionis Christi, anno 1239 (*juxta Naucletum* *) de anathemate, & Ecclesiâ Romanâ; post latam excommunicationis sententiam, a Gregorio IX. in Fridericum. Quod ita malè Romanam bestiam habuit; ut in ipsum anathema pronuntiaret.

* Gen 42.

Tandem proditionis insimulatus, Miniati Imperatoris jussu, oculis privatus est; & sibi-ipsi postea, animi compulsus dolore, in publico omnium conspectu, violentas manus intulit. *Trithemius de Scriptoribus ecclesiast. Cuspinianus de Imperatoribus Romanis. Catalogus Testium veritatis. Volaterranus* * refert, ipsum, capite parieti illiso demum expirâsse.

* lib. 23.

BURGUNDIO.

Gregorii Nysseni opus, de Naturâ hominis, hortatu Friderici II. transtulit. *Cuspinianus, in vitâ Friderici II.*

LANDULPHUS COLUMNA.

Historiam, ab initio Mundi usque ad sua tempora, contexuit: qui paulò post Vincentium Beluacensem claruit, circa annum salutis 1270. *Volaterranus.* *

* lib. 21.

CAPUT XI.
DE HAERETICIS.

Quoniam, de personis Haereticorum, historiæ hujus seculi, præter nomina & dogmata, supra Capite V. exposita, nihil ferunt: ad sequentia igitur capita pertexenda properamus.

CAPUT XII.
DE MARTYRIBUS.

GERHARDUS.

Gerhardus Sagatellus, natione Italus, Doctor Parisiensis, scripsit lib. I. contra Minoritas: qui dicitur Parmæ esse combustus. *Balæus.* *

* Cent 4 cap —. in App.

PETRUS DE CASTRO-NOVO.

Monachus, ab Innocentio III. Legatus missus est, ad convertendos Albingenses, circa annum 1208. Is Tolosanum Comitem, ob detentionem Albingensibus præstitam, excommunicat. Comes simulatè ad S. Ægidii villam eum vocat, quasi in gratiam cum eo rediturus. Mox mortem ipsi interminatur, nisi anathema relaxet. Frustra hoc fuit. Ideò duos subornavit; qui in itinere ipsum interficerent. Animam is exhalaturus, percussori dixit: Deus tibi dimittat; & ego dimitto. *Vincentius.* *

* L. 29 c 91 & 101.

GUILHELMUS.

Quidam aurifaber, eò quòd Romam Babylonem, & Papam Antichristum esse, dixerat, a Pontificia Vulcano incinerandus traditus est, anno 1220. *Balæus.* *

* Cent 3. —a, 82. in App.

S. ANGELUS.

Carmelita Hierosolymitanus, passim cursitando, plurimos vitæ monasticæ lucrifecit, circiter annum 1224. Multa miracula edidisse dicitur; & tandem etiam proprium fudisse sanguinem. *Fasciculus temporum.*

VINCENTIUS.

Anno Domini 1233. passus est in Valentiâ. *Ptolemæus Lucensis, in Rudimento noviciorum.*

AGAPETUS.

Natus annos 15. a Rege Antiochiæ captus, malè mulctatus, tandem capituli supplicio affectus est; anno 1241. Postea miraculis claruit mortuus. *Chronicon manuscriptum.*

PETRUS DE VERONA.

Origine & gente Lombardus, quibus parentibus natus sit, ignotum est. Triginta ferè annorum spatio, in Prædicatorum ordine vixit. Indoles, ab ineunte ætate, bona in eo fuit: ut, unà cum bonis literis, pietati firmiùs adhæreret. Ubi patruus ipsius aliquando diceret, totum hoc Mundi opificium, non a Deo; sed ab adversario generis humani, esse conditum: detestatus est eam orationem, tanquam blasphemam; & propterea patruum redarguit.

Ubi Bononiæ Dominicum aliquando concionantem audivisset: quamprimum monasticæ vitæ desiderio succensus, adiit Dominicum; & se in Ordinis societatem recipi petiit. Ubi verò obedientiam temperantiam, & paupertatem, vovisset: petitionis suæ factus est compos.

Opera, quibus vel maximè studuit, monastica fuerunt: utpote, quòd vino ut-plurimùm abstinuit; quòd ante occasum Solis nunquam cibum cepit; quòd somno perexiguo usus est; quòd secularia contemsit; quòd mulierem toto vitæ tempore nõ attigit, quòd psalmodiis, & siquando reliqua Monachorum fex ad preculas demurmurandas conveniret, semper interfuit; quòd ad Christi crucifixi effigiem, cum lacrymis, sua delicta solitus sit confiteri: quam etiam aliquando se alloquentem audivit. *Leander, de Viris illustribus Ordinis Prædicatorum.* *

* lib.

Aliquot miracula illum edidisse, ferunt. Cujusdam Nobilis filium, qui anginâ laborabat, crucis signo, suâque cappâ illi impositâ, sanitati restituit. Idem ille Nobilis, cùm ipsius cappam pectori æger apposuisset; vermem bicipitem & villosum evomuit. Alterius cujusdam juvenis muti ubi linguam tetigisset: redditus ille facultati loquendi est. *Vincentius.* *

* L. 31 c 30.

Inquisitor pravitatis hæreticæ constitutus ab Innocentio IV. in territorio Mediolanensi, inter Comum & Mediolanum, apud Beclasinam oppidum, confossus est anno 1252. Moriturus dixit: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* Postea ab Innocentio, 4. Calend. Aprilis, in numerum Divorum, relatus est, Perusiæ. Festus ejus dies, 3. Calend. Maii agitur. *Rudimentum noviciorum Johannes de Oppido. Blondus,* * *Platina in vitâ Innocentii IV.*

* l 7. Dec.

DOMINICUS.

Dominicus quispiam, martyrii socius fuisse fertur Petro Veronensi. *Epitome Mundi.*

MARIA.

Cujusdam Circulsi ancilla, cùm, quòd Christiana esset, innotesceret, immaniter flagris cæsa est, anno 1247. Illa, saxum prætereuns, supplex ad Deum oravit: protinus saxum finditur, & illam in se recipit. Cumque persecutores demoliti saxum, eamque ad ultimum supplicium rapere, nituntur: fulmine prosternuntur ipsorum septuaginta-duo. Reliqui, sociorum interitu cõsternati, ad Christianismum accedunt. Illa verò, ad extremum usque vitæ articulum, in isto monte vixit. (Ubi locorum hæc gesta sint, & quinam isti persecutores fuerint, non additur: ut fabula sit potiùs habenda, quam vera historia.) *Chronicon manuscriptum.*

TECLA.

Tecla quædam, in Armeniâ, sub idem tempus, multa perpessa esse dicitur; & intra saxum recepta. De quâ nihil nisi brachium repertum: quod ad Terraconensem basilicam translatum est. *Chronicon manuscriptum.*

CAPUT XIII.
DE MIRACULIS, OSTENTIS, & Prodigiis.

SUB PHILIPPO & OTTHONE.

Primo hujus seculi anno, Fulda, in Paschatis festo, noctu fermè tota conflagravit. Flammâ & fumo interière homines 22. *Chronicon Fuldense.*

Eodem anno, miles quidam in Vemendisio revixit, multa futura prædicens, & multo etiam tempore pòst superstes existens, sine cibi & potus usu. *Erfurdiensis.* *

* cap 92.

Circa annum 1202. mense Decembri, primâ noctis vigiliâ, visæ sunt quinque Lunæ, hoc modo dispositæ: ut una in Oriente, altera in Occidente; tertia in Meridie; quarta in Septentrione; quinta in cœli medio, conspicerentur. Quinta, *teste Raynulpho,* * reliquas circuivit; & post horam tandem evanuit.

* li. 7. c. 32

Hyems frigidissima; imbres continui sub Veris initium, cum assiduis cœli fulgoribus; fluminum quoque inundationes, præter solitum, subsecutæ sunt. *Polydorus.* * Grando etiam cecidit, formâ quadrangulari, ad ovi magnitudinem: ut non tantum segetes arboresque; sed homines quoque, contererentur. *Raynulphus in Polychronico* *

* lib 15

* li 7. c. 3

Eodem anno, 30. Maii, terra mota; & terrifica vox audita est. Magna pars Aconensis civitatis ædificiorum, unà cum aulâ regiâ, corruerunt: homines plurimi in istâ ruinâ perierunt. Tyrus penè tota subvertitur: Archas concidit. Tripoleos itidem maxima pars collapsa terræ-motu, homines multos interfecit. *Epitome Mundi.* Subsecuta est sterilitas, & lues; quâ multi mortalium interierunt. *Antoninus,** *Vincentius.**

¶ Anno 1203. prope Stendalium, in pago Ossemern, parochus suis rusticis, feria quartâ post Pentecosten, lyrâ cecinit: qui ad eantum saltabant. Protinus fulmen brachium ejus dextrum tangit: & reliquorum alii 24. choream ducentes, miserè interficiebantur. *Chron. Saxonia.*

Eodem anno, hyems non aspera solùm, sed diuturna quoque fuit: ut ante Martii dimidium nemo arare potuerit. Cerevisia congelata, pondere vendita. Nix per multos dies continuè alta cecidit; magnamque pecudum stragem edidit. Terra mota & concussa est, a festo Epiphaniorum, usque ad Calendas Februarias. *Hector Boethius,** *Raynulphus.**

¶ Anno 1204. Dani, Holsatiæ oppidum Itzeho obsederunt; & pontem per Seoram fluvium exstruxerunt: ut per eum ad ejus mœnia propiùs possent accedere, & expugnare. Verùm fluvius, exundans uno die bis, pontem dejecit, septimo scilicet Decembris, in Vigiliâ Nativitatis Mariæ: & Danos exclusit. Ferunt, imaginem D. Virginis supra oppidum, in sublimi, eo-ipso die visam. Quam ob causam, dies ille, Civium dies, in rei gestæ memoriam, vocatus est. *Saxonia Crantzii.** *Chron. Holsatiense.**

Eodem anno, Lutetiæ, Almarici hæretici sectatores Vulcano traditi sunt. Siquidem, hoc armorum genere, Pontificii, multis nunc seculis, Hæreticos expugnare soliti sunt. Tùm turbo repentè exortus est: ut Mundi machinam corruituram existimarent. *Sebastianus Franck.** *de Hæreticis.*

Nonis Decembris, gelu intensissimum cepit; & duravit usque 12. Calend. Aprilis: quo tempore sementis fieri non potuit. *Continuator Sigeberti.*

Calendis verò Aprilis, primâ-noctis vigiliâ, tantus in cœlo rubor apparuit: ut ignis esse crederetur. In ipso rubore, stellæ micantes sunt visæ. *Balæus,** *ex Matth. Parisio.*

¶ Anno 1205. cœlum, in Angliâ, igne rubescente micans, horis sex continuis visum est. *Polydorus.** Flumina passim majorem in modum exundarunt. *Epitome Mundi.* Tempestas vineas & segetes passim profligavit. *Vincentius.** Solis eclipsis, ultimo Februarii, circa horam tertiam diei accidit. Multi, humanum caput se in Sole vidisse, testati sunt. *Nauclerus.** *Tritbemius, in Hirsaugiensi Chronico*, hoc Solis deliquium, in sequentem annum rejicit; in penultimum Februarii.

Eodem anno, Philippus, Francorum Rex, Galliardum menses sex obsedit. Ejicitur ab oppidanis turba imbellis, mulieres, & pueri. Cumque nusquam ipsis, quod ederent, daretur: gravida mulier in conspectu omnium parit, fœtusque statim absumitur. *Paulus Æmylius.**

Autor quispiam (ut Historiæ eum vocant) visus est, sacrâ veste indutus, manu gladium vaginâ vacuum vibrare: ubi Brunsuigum à Philippo oppugnaretur, circa annum 1205. Quod cùm Imperator cognovisset, timore perculsus, obsidionem solvit. *Crantzius in Saxoniâ.**

¶ Anno 1206. pridie Calend. Martii, Solis eclipsis visa est, horâ diei quintâ. Sequente Decembri, tanta aquarum inundatio fuit in Galliis: ut id seculum majorem non viderit. Sequana tres arcus parvi pontis fregit Lutetiæ, plurima ædificia evertit: aliisque in locis plurimum damni datum est. *Vincentius.**

Eodem anno, ipso die Parasceves, Magdeburgi incendium exoritur, incertum unde: quo templum primarium, unà cum turri, redigitur in cineres. Campanæ decidêre. *Metropolis Crantzii.**

Et post expugnatos Albingenses, quidam Sacerdos, cum equitibus auratis sex, qui in comitatu suo habebant quinquaginta, se-se fidei Girardi cujusdam, Albingensium præfecti, committit. Hos omnes Girardus, post cœnam, in vincula conjicit; inque ergastulo includit; atque ignem admovet. Verùm toto triduo nihil quicquam damni ab igne patiuntur. *Gaguinus.**

¶ Anno 12 . in vigiliâ S. Nicolai, tonitrua audita sunt; & cœlitùs fulmine plurima ædificia tacta, ignem conceperunt. Sequuta est inundatio aquarum, quæ plurimum damni dedit. *Vincentius.** Ventus repentinus domos & arbores prostravit. *Balæus.**

¶ Anno 1208. Sol deliquium passus est, mense Februario. *Urspergensis.*

¶ Anno 1209. Lubecum fermè penitus, ad quinque domos usque, conflagravit. Hodie adhuc locus ille dicitur Quinque domorum vicus: quòd ab incendio immunes exstiterint. *Rudimentum novitiorum, Crantzius in Vandaliâ.** Tonitrua eâ æstate horrenda, imbres impetuosæ, exstiterunt. Hyems asperrima, & diuturna, subsecuta est. *Chron. Hirsaug.* Hinc fames, & rerum necessariarum penuria. *Nauclerus.**

¶ Anno 1210. tanta Tai & Almundi, fluviorum Scotiæ, inundatio fuit: ut in oppido Berthâ, quod præterfluunt, magnam domorum partem demoliretur; multi quoque mortalium, aquis submersi, interierint. Guilhelmus Rex, cum conjuge, liberis, ac nobilibus, paulò antè fuerat ingressus: qui cum suis extra periculum non fuit. Periit Regis filius, Johannes, adhuc lactens; cum nutrice, aliisque fœminis duodecim, aulicis viginti. Rex, cum Davide fratre & Alexandro, vix in naviculâ salvus evasit. *Hector Boethius,** *Johannes Major.**

Eodem anno, à Calendis Januarii, ingens frigus cœpit; quod per duos menses duravit: quo frigore id, quod seminatum fuit siliginis, usque-adeò extinctum est; ut nec tantum, quantum terræ mandatum erat, reciperetur. *Sigeberti Continuator.*

¶ Anno 1211. ventus ingens, & terræmotus fuit. *Epitome Mundi.*

Cometes, decem & octo diebus, in Majo mense, comâ in orientem Solem obversâ, apparuit. *Cromerus.**

¶ Anno 1212. ædificia, super Londinensem pontem constructa, ex utrâque pontis parte, incendio absumta sunt. Quod prodigii loco habitum est. *Polydorus.**

Eodem anno, Nivernis, ecclesia cathedralis conflagrat. Idemque maximis ventorum turbinibus insignis est. *Vincentius.**

Heinricus Balduinus Flandrus, ubi Didymotichum oppugnare statuisset; omnia que jam essent parata: ante Solis occasum, atræ nubes aërem replent: fluvius Eurus, vehementissimo imbri subitò dilatatus, campos passim occupat, ubi Latini castra fixerant: arma, machinas bellicas, equos, homines, prosternit & abripit. Si nocte intempestâ id accidisset: major exercitûs pars aquis submersa periisset. Ea res obsidionem eos solvere coëgit. *Nicetas in Annalibus.*

Terræ-motus ingens hoc tempore Venetias concussit. Pars ædis, D. Georgio sacræ, cum aliquot privatis ædificiis, collapsa dicitur. *Sabellicus.**

Meminit *Schedelius,** circa hoc tempus, terræ-motum Antiochiæ, & in Damasco, plurimum dedisse damni: in Cathinnâ, Siciliæ insula, hominum aliquot millia, aquis retrocedentibus, absorpta fuisse: in Italiâ grandinem cecidisse; cujus lapides anserum ova magnitudine æquarint. Verùm annorum numerum non ponit exactè.

Apud Longionas, pago Bavariæ, sesquiannum, regnante Philippo, terræ-motus continuatus est; plurimumque damni dedit: atque incolas coëgit, ut sub dio degerent. *Aventinus.**

Antequàm Tartari in Thraciam irruptionem facerent: in Thraciæ campis, cornicum & corvorum legiones, aliæ ab Austro, aliæ ab Aquilone, convenerant, & pugnam committere invicem visæ sunt. Corvi, qui ab Austro venerant, quia magnitudine corporum corniculas superabant, superiores exstiterunt. *Nicetas, in Annalibus Balduini Flandri.*

SUB FRIDERICO II.

ANno [illegible]3. pestilens lues majorem in modum sævijt Romæ: ut decimus quisque vix remaneret superstes. *Chronicon Fuldense. Isenacense* verò decem tantùm, ex tantâ hominum colluvie, a pestis contagio immunes exstitisse, testatur. Id quod haud simile vero videtur.

¶ Anno 1214. duo Cometæ, adspectu terribiles, in Martio visi sunt: quorum alter præcedebat, alter sequebatur Solem. *Hector Boethius.* * *Chronicon Hirsaug.* unius meminit, qui pridie Nonas Martij primùm apparuit.

¶ Anno 1215. bos in Northumbriâ monstrum peperit: capite quidem & collo vitulum, cætera equinum pullum referens. In Autumno, duæ Lunæ sejunctæ, patentibus cornibus sunt visæ. *Hector Boethius.* *

Ærarium Cracoviense fulmine tactum, refert *Cromerus:* * cujus supellex in universum combusta est, circiter annum 1215.

Fuldæ pars plùs quàm tertia dicitur conflagrâsse, in vigilia Bonifacii. *Chronicon Fuldense.* *

¶ Anno 1216. in cœlo multa sunt ostenta visa: ut Cruces Candidæ, cærulei Cometæ; Solis & Lunæ deliquium. *Continuator historiæ Belli sacri.* *

¶ Anno 1217. in Autumno, post Solis occasum, stella in australi parte apparuit, paulatim Occidentem versùs declinans, ex adverso coronæ Ariadnes. Ex eâ radius, in modum trabis, ascendere in cœli medium usque visus est: & post dies aliquot iterum diminutus, prioris stellæ formam recepit. *Urspergensis, Schedelius* *

¶ Anno 1218. in obsidione Damiatæ, Nilus, hyberno tempore, Euro flante præter consuetudinem, eo quidem anni tempore, ripas egressus, in castris Latinorum multum damni dedit, commeatusque maximam partem corrupit. *Blondus.* *

In Nordlandiâ, alluvione aquæ, perierunt 36000. hominum: *ut habet Chronicon Saxoniæ.* Et lacus S. Laurentii, subito erumpens, per Gratianopolin & vallem Maurienæ, in Isaram & Rhodanum infunditur; multaque millia hominum perimit; agris plurimum damni dat. *Epitome Mundi, Erfurdiensis.* * Octavo anno Friderici, hoc est, anno 1219. hoc accidisse refert *Vincentius.* *

Eodem anno, ferià sextâ ante Pentecosten, in Coloniensi & Monasteriensi diœcesi, triplex crux in aëre apparuit: cum in istis partibus crux prædicaretur. Prima Aquilonem versùs, candida: altera, ejusdem coloris, è regione ad Austrum constituta fuit. Inter has media visa est, cui homini similis imago appendit.

In Angliâ, Cometes apparuit immensæ magnitudinis: terra vehementer mota est: totâ hyeme audita crebra tonitrua; quæ alioquin æstivo tempore in Angliâ rarò accidunt: imbres continui: vehementissimi ventorum flatus; quibus ædificia multa dejecta, & mare solito latiùs evagatum est: anno 1219. *Polydorus.* * Ipso die Lucæ, Septentrionalis ventus plurima ædificia evertit. In turbine visi sunt igniti dracones, & maligni spiritus, volitare. *Raynulphus in Polychronico.* *

Eodem tempore, in villâ Frisiæ Theutusen, prope Solem crux visa est. Itemque in diœcesi Leodiensi, crucem conspexerunt. *Vincentius,* * *Erfurdiensis,* * *Rudimentum novitiorum.*

¶ Anno 1221. primùm pestilens lues, in Latinorum castris, ad Damiatam, sæviens, plurimos sustulit: deinde urbem ingressa, tantoperè ibi sævijt; ut tandem ægrotis deessent, qui viserent, assiderent, morientium oculos clauderent, efferrent. Viæ, vici, domus, plenæ cadaveribus. Tanta solitudo; ut sinè labore a Latinis urbs, alioquin inexpugnabilis, prohibente nemine, capta sit. Ex septuaginta virorum millibus, tantùm tria fuerunt reliqua. *Blondus,* * *Paulus Aemylius.* * *Bonfinius.* *Polydorus Virgilius* * annum 1219. captæ Damiatæ numerat.

Eodem anno, imbres densi & continui, per totam æstatem, Poloniam afflixerunt. Indè tanta aquarum vis orta: ut plurimi pagi vicique everterentur, hybernæ segetes vastarentur; verna [illegible] mentis nulla fieret. Hyems asperia, & rigore horrida, subsecuta est: hanc fames & pestis, sequenti triennio, quibus ingens hominum & jumentorum numerus extinctus est. *Cromerus* *

Dimidia pars Wormaciæ conflagravit, eodem anno; ipso die Margaretæ. Quo incendio templum, [illegible] Paulo dicatum, simul redactum est in cinerem. *Chronicon Hirsaug.*

¶ Anno 1222. I[illegible]. Idus Januarii, terræ-motu plurima ædificia Coloniæ corruunt. In Cypro, duæ civitates, eodem anno, multis hominibus extinctis, conciderunt. Tanti quoq; in Italiâ & Longobardiâ hoc anno terræ-motus fuerunt: ut homines, relictis urbibus, in tentoriis habitarent. Domus & templa collapsa, plurimos oppresserunt. Nam in Longobardiâ, per duas hebdomadas quotidie bis terra intremuit. Brixia quoq; civitas fermè tota, cum populo, subversa est. Rupes de monte avulsa, castella disjecit, & multa hominum millia interemit. Romæ [illegible]que, terra sanguine mixta pluit, eodem tempore. *Chronicon Hirsaug.* Item Luna passa deliquium est, ab intempestâ nocte, usque ad sequentis diei diluculum.

Sequenti anno, Cometa in Occidente visus est. *Robertus Gaguinus* * Nube ruptâ & decidête, Islebię plurimi homines aquâ suffocati sunt. *Chron. Saxoniæ.* Pestilenti lue, quæ integro duravit triennio, in Ungariâ, Germaniâ, & Galliis, pecudes extinctæ sunt usque-adeò: ut vix tertia pars superstes manserit. *Chronicon Hirsaug.*

¶ Anno 1224. multæ pluviæ ac tonitrua fuerũt, & grandines ceciderunt, instar lapidum quadrangularium, ad ovorũ quantitatem: quibus arbores, vineæ, & segetes, sunt destructæ, atq; homines contriti. Aves quoque, per aëra volitantes, carbones ignitos rostris deferre, & domos incendere, videbantur. Mirabiles in Angliâ (*inquit Matthæus Parisiensis*) fuêre tempestates, & horrenda tonitrua, ventus furibundus, & segetum suffocatio: quæ ædificia diruerunt, ecclesias & arbores prostraverunt, ac naves submerserunt. *Balæus.* *

¶ Anno 1225. hyems diuturna, eaque asperrima, fuit. Fames inaudita, sequenti biennio, subsecuta, passim miserè multos peremit. *Chron. Hirsaugiense. Nauclerus.* *

Eodem anno, Heinricus, Imperatoris Friderici II. filius, Margaretam Austriacam Norinbergæ uxorem duxit. Cõcursus ibi hominum tantus fuit; ut, præ multitudine, gradus palatii, ubi nuptiale convivium peragebatur, frangerentur; atq; circiter septuaginta homines oppressi succumberent. *Nauclerus* *

¶ Anno 1226. Ludovicus Rex Avenienseṁ urbem obsedit. In castris pestis exorta, alios post alios interemit. *Paul.* * *Aemylius* * Terra tãtoperè in Longobardiâ intremuisse dicitur, hoc anno; ut antea nunquam. *Chronicon Germanicum.* Nix in Styriâ cecidit, & protinus in sanguinem versa est. *Chronicon Fuldense.* In Angliâ, Septentrionalis ventus domos, pomeria, nemora, & turres ecclesiarum, concussit. *Balæus.* * *ex Lond. Chronico.*

Tempore, quo Honorius III. præfuit, instructæ acies in aëre visæ sunt: atque Romæ diebus tribus sanguine pluit. *Balæus in actis Romanorum Pontificum.*

¶ Anno 1227. in montibus Salviis, terra usque-adeò mota est: ut ex ædificiorum ruinis, ad hominum quinq; millia perierint. Ex montium lateribus, magnæ moles avulsæ, in subjectas valles, tum hominum, tum pecudum detrimento, provolutæ sunt. *Platina in vitâ Honorii, Sabellicus* * *Johannes de Oppido,* hunc terræ motum rejicit in annum 1224. *Fuldense Chronicon,* in 1228.

¶ Anno 1228. mare in Frisiâ, suos egressum terminos, plurimum damni dedit. Pagos, templa, domos, castella, & oppida fermè innumera, subvertit; & plùs quàm hominum centena-millia submersit. Sunt, qui autumant, id propterea factum: quòd quidam pugil temulentus az[illegible] nium panem, inclusum pixide, irreverenter tractâsset. id postea, ex B. Virgine, per indicium Frisios accepisse, atque eo in loco sacellum construxisse, mareq; ad suum rediisse locum. *Fasciculus temporũ Chronicon Hirsaug Bergomensis, & plures al[illegible]*

Sol deliquium passus est, 6. Junii, anno [illegible] circa horam diei nonam, usque ad secundam pomeridianam. Quo tempore tenebræ tantæ exstiterunt: ut noctem esse c[illegible].

& stellæ in cœlo apparerent. *Schedelius.** Eâ hyeme cœlum flammis coruscavit: turres & templa fulmine tacta fuère. *Polydorus.**

¶ Anno 1230. in exercitu Ludovici, Francorum Regis, pestilens lues plurimos sustulit. Ipse etiam Ludovicus, unà cum Johanne filio, & Martino Patriarchâ, aliisq; Proceribus, eâ correptus interiit. *Schedelius.** *Bergomensis.**

Tiberis etiam, alveos egressus, in tantam crevit magnitudinem: ut ad gradus usq; S. Petri, in urbe Româ, ascenderet. *Chronicon Aeditui.* In infimâ urbis parte, domos plurimas evertit. *Blondus.** Subsecuta est pestis tanta: ut decimus quisque via manserit superstes. *Platina in vitâ Gregorii IX.* *Simoneta*, * sub Gregorio X. hæc accidisse, commemorat.

Eodem año, in die Conversionis Pauli, dum episcopus Londini ad altare staret, subitò obscuritas venit. Auditur fragor tonitrui. Fœtor intolerabilis templum interiùs opplet. Flāma, per horæ dimidium, columnas & muros lambebat; tanquam velum vento agitatum. *Balæus** ex *Matthæo Parisiensi.*

¶ Anno 1232. Danubius, bis alveum egressus, multum damni intulit: hominibus jumentisque submersis; sylvis, oppidulis, segetibus, evectis & obrutis. Unde omnium rerum penuria, & fames ingens, extitit. *Cuspinianus in Austriâ.*

Mechtildis, Comitissa de Henneberg, trecentos-quinquaginta uno partu enisa fœtus est, anno 1232. qui, post acceptum Baptismum ab Otthone Trajectensi, mortui sunt. *Cuspinianus in vitâ Guilhelmi.* & *Aventinus.**

Tanta vis frigoris in Galliâ Cisalpinâ, anno 1234. (alii, ut *Vincentius* & *Funccius*, anno 1233.) fuit: ut, Venetiis Cremonam usque, Pado congelato, curribus per glaciem, velut terrestri itinere, merces adveherentur. Vina in vasis frigore condensata, igne supposito liquefieri oportuit. Molendina, gelu impedita, moveri non poterant. Vites, aliæq; arbores, frigore periêre. Homines, in lectis rigentes, mortui inventi. Fames pestisq; dehinc subsecuta. *Bergomensis,** *Polydorus.** Et quidem fames in Franciâ tanta fuit: ut homines herbis, boum instar, vescerentur; maximè in Aquitaniâ. Sextarius bladi, in Pictaviâ, 100. Solidis constitit. *Palmerius*, auri drachmis duabus. Pestis in Pictaviâ tantoperè sæviit: ut templum S. Maxentii cadaveribus repleretur. *Vincentius.**

Wormacia magnâ ex parte conflagrat, Calendas Julii. In monte primum cœpit incendium: totoq; biduo duravit. *Hirsaug. Chron.*

Miecislaus, cognomento Cosisconus, cùm in Cujaviâ, in homines miseros, tyrannidem pro libidine exercuisset; à muribus enecatus est, circa annū 1235. ubi navem frustra conscendisset. Mures enim, per aquas, fugientem insequebantur. *Cromerus.**

¶ Anno 1236. Calendis Maii, variæ hominum formæ in aëre visæ sunt, veluti instructis aciebus invicem dimicantes. Secuti frequentes & immensi imbres; qui cuncta aquis replerunt. *Polydorus.**

¶ Año 1237. sub Autumni initium, sextarius vini, in Alsatiâ, sedecim denariis venditur; quem superiori anno uno emerant. *Chron. Hirsaugiense.*

¶ Año 1238. stella immensæ magnitudinis apparuit, per aliquot dies, ante Solis ortum: quæ, per longum cœli tractum, veloci crebroq; cursu ferebatur, modò ignem præ se ferens; modò fumum post se relinquens. *Polydorus.**

¶ Anno 1239. Sol deliquium passus est in meridie: pestis subsecuta. *Chron. Hirsaug.* Hanc fames tanta: ut matres ex se-se natis vescerentur. *Chronicon manuscriptum.*

Stella maxima, instar Luciferi, ut facula ardens, apparuit: quæ se jaculabatur per tractus aëreos, quasi sagitta ignea; relinquens ignem & fumum. *Balæus,** *ex Matthæo Parisio.*

¶ Anno 1240. Tartari, arcem Uratislaviensem obsidione cingentes, columnâ igneâ cœlitùs deterrentur, & obsidionem solvunt. *Cromerus.**

Eodem año, magna siccitas fuit, à Dominicâ post Natalem Domini, usque ad festum Exaltationis crucis. Vina, quæ tunc creverunt, sinè aquâ admixtâ haud bibebantur. *Vincentius.**

Eodem tempore, lapis grandis cōgelatus cecidit, in monasterio S. Gabrielis, prope Cremonam; habens crucis, & Christi in eâ pendentis, impressam imaginem. Aureis literis superscriptum erat; *Jesus Nazarenus Rex Judæorum.* Eo cùm cæci cujusdam oculos attigissent; visum ille recepit. Liquefacti aquâ, Monachus ejus loci oculos caecutientes lavit; & meliusculè habuit. *Vincentius,** *Ptolemæus Lucensis,* *Nauclerus.**

Hominum animaliumq; lues, ac totis mensibus tribus siccitas, reliquis sequentibus densi & continui imbres, extiterunt: quam summa humi-nascentium penuria subsecuta est. Tritici quaternariū, quadraginta Solidis redimere coacti sunt. Belluæ marinæ, in littore Anglico, inter se visæ sunt pugnare. *Balæus,** ex *Matthæo Parisio.*

¶ Anno 1241. ecclipsis Solis facta est, octavo die post Michaëlis, hoc est, pridie Nonas Octobris, (*juxta Funccium in Chronologiâ*) tanta quidem: ut ipso die stellæ in cœlo conspicerentur; *Juxta Flores temporum.* Cometes, sub initium hujus anni, diebus triginta exarsit. *Polydorus.**

¶ Anno 1242. rursus Wormatia supra medietatem, Idibus Aprilis, circa vesperam, conflagrat. Plùs quam treceni homines, isto incendio, periisse dicuntur. *Chronicon Hirsaugiense.*

¶ Anno 1242. multa hominum millia, inediâ extincta esse, feruntur, in Ungariâ: quòd, Tartaris sævientibus, toto triēnio sementis nulla fieri potuit. *Michaël Ritius.** Stellæ, hoc anno, magno numero de cœlo cadere visæ sunt. *Balæus.** *ex Matthæo Westmonasterio.*

¶ Anno 1235. circa Michaëlis, lux clarissima, quasi Sol, oriri visa est, nocte intempestâ: quæ tandem per aërem dispersa, in rubrum mutatur colorem, hominumq; formas. *Crantzius.**

¶ Anno 1246. urbes Scotiæ, Hadintona, Roxburgum, Lanerikum, Sterlingum, Perthum, Forfar, Montrose, & inter eas omnium maxima Abredonia, redactæ sunt in cineres. *Johannes Major.**

Civitas Candidæ gravissimo tumultu concussa est: ut mœnia corruerint, & inimicis patuerit accessus; anno 1246. *Petrus Justinianus.**

¶ Anno 1247. ex terræmotu plurima ædificia corruerunt. Fulmine cœlesti homines & arbores tactæ sunt. Mare quoq; suos transgressum est limites. *Balæus,** *ex Parisio.*

¶ Anno 1248. fames maxima per Germaniam plurimos interfecit. *Chron. Hirsaug.* Luna ecclipsin passa est: & mare limites suos egressum. *Balæus,** *ex Matthæo Parisio.* In Angliâ, multa ædificia terræmotu collapsa sunt: in Galliis verò, multò plura. *Polydorus.**

¶ Anno 1249. mons in Burgundiâ loco motus, per loca convallia pedetentim gradiendo, multorum miliarium confecto spatio, rursus aliis se-se montibus adjungit. In transitu, hominum quinque-millia interfecit: & quæcunq; obviàm habuit, prostravit: villas & terras lapidibus obruit. *Chronicon Martini Capellani, & Martini Poloni, Schedelius,** *Fasciculus temporum.*

*Crantzius in Vandaliâ,** idem ferè hisce verbis dicit; quamvis annorum numerus discrepat: cujus verba adscribemus. Erat quinquagesimus-primus annus; cùm novo, & inaudito miraculo, in Burgūdiâ Imperiali, duo mōtes invicem discessère. Vallis, amborū media, magno scinditur hiatu, per quinque (ut ferunt) passuum millia. Omnem plebem rusticam, in ipsâ valle, aut montium pede, commorantem, aut hiatus absorbuit, aut saxa montibus devoluta peremerunt. *Hirsaugiense Chronicon,* annum Christi 1248. ponit; quo mons ille aliò commigravit: sicut & *Balæus in Actis Romanorum Pontificum.*

Polonium, urbs Noricorum, ad Isaci & Athesis confluentes, Friderico regnante, cœlitùs tacta est, 11. Calendas Julii. Homines 300. fulmine & grandine prostrati, periêrunt; qui, ad ludos equestres spectandos, magno numero confluxerant. *Aventinus.**

Sub ejusdem Imperio, in Raihstadio, oppido Noricorum Alpium, infans cornutus in lucem est editus: cujus

vagitus diebus quatuordecim auditus antè est, quam in lucem ederetur. *Ibidem.*

In Frisingensi territorio, Meridiem versùs, agrestium murium copia exstitit tanta: ut humi-nascentia, segetes, herbas, fœnum, radicinis depascerent. *Aventinus* *

SUB CUNRADO IV.

ANno 1250. hyems asperrima, diuturna, & nivosa fuit. Nivibus resolutis in aquam, inundatio tanta subsecuta est: ut multa ædificia everterentur. *Chronicon Hirsaugiense.*

Terræmotus in Angliâ, hoc anno, mirabilis fuit; mugitum subterraneum emittens, plurimis ædificiis eversis. *Balæus.* * *ex Matthæo Parisio.*

¶ Anno 1251. in villâ Bathoni, inter Lugdunum & Viennam, puer natus est barbatus, caput, capillos, pectus, virilia habens, ac-si triginta esset annorum. Vixit fermè biennium. *Johannes de Oppido.*

Eodem anno, sanguis de pane inciso, tanquam de vulneribus corporum, effluxit. Nubes quoque sanguineæ visæ sunt. *Urspergensis Paralipomena.*

Guilhelmus, Romanorum Imperator postea factus, Elisabetham, Othonis Brunsuicensis filiam, uxorem duxit. Solennes nuptiæ factæ, ipso die Conversionis Pauli. Brunsugæ, quo palatium, ubi sponsus cum sponsâ cubabant, correptum igne ex incuriâ, cōflagravit. Diadema regium, aliæque res pretiosæ, consumtæ sunt. Rex & Regina incolumes nudi evasère, reginâ regem ducente. Sartores duo, qui causa incendii exstitere, exusti. *Crantzius in Metropoli,* * item *in Saxoniâ.* *

¶ Anno 1252. pestilens lues primùm Londini in Angliâ cœpit; & indè diffusa per totum regnum, plurimos mortales sustulit. Cœpit sub festum Michaëlis; & duravit ad primum usque Augusti, sequentis anni, hoc est, septimanis fermè quadraginta-quatuor. *Balæus.* * *ex Chronico Londinensi.*

Inusitata siccitas, totâ æstate, causa fuit, quò minus humi-nascentia bene provenirent. In fine Autumni, continuæ subsecutæ pluviæ. *Raynulphus in Polychronico* *

¶ Anno 1253. vis venti tanta fuit: ut arbores radicitùs de terrâ eruerentur; domus multæ corruerent; homines plurimi opprimerentur. *Chronicon Hirsaugiense.*

SUB GUILHELMO.

ANno 1254. exercitum Christianorum, prope Ferrariam moras trahentem, pestis majorem in modum diminuit. Qui in Ægypto Saracenos oppugnabant, fame laborarunt; Saracenis ipsos commeatu prohibentibus. *Blondus.* *

¶ Anno 1255. mare præter solitum exerevit. Cometesque apparuit: atque etiam loca eminentiora, crebrò cœlesti igne tacta sunt. *Polydorus.* * Sequenti anno, Cometam apparuisse, annotat *Epitome Mundi manuscripta.*

TEMPORE INTERREGNI.

ANno 1257. tanta fames invaluit in Angliâ, sub initium Autumni: ut plurimi, inprimis pauperes, fame perirent. *Raynulphus.* *

Ob siccitatem, segetes tenuiter provenerunt, anno 1258. Fames subsecuta est: ut homines utplurimùm carne & lacte, nec-non etiam variis herbarum & radicum generibus, victitarint in Angliâ. *Polydorus.* *

Poloniam terræ-motus vehementer concussit. *Cromerus.* *

¶ Anno 1259. ultimo die Aprilis, civitas Wormaciensis, circa vesperam, forte-fortunâ accensa, totâ nocte arsit: atq; media pars, multorum eum damno, redacta in cineres est. *Chronicon Hirsaugiense.*

Die Innocentum, noctu, tanta vis venti fuit: ut arbores multæ radicitùs evellerentur, domusque plurimæ conciderent. Existimatum est, fuisse terræ-motum. *Chron. Sax.*

¶ Anno 1260. inundationes magnæ passim damni plurimum dederunt. In primis multa ædificia ad Rheni ripam, fluminis impetu subversa sunt; homines submersi, pecoraq;. Plurimi, relictis domibus, cum suis, ad loca eminentiora confugerunt. *Chron. Hirsaug.*

¶ Annus 1261. fuit fertilissimus frumenti & vini. Oma vini, quatuor nummis Argentoratensibus, extra urbem Argentoratum vendebatur: frumenti quartale, Solidis quatuor. *Paralipomena Urspergensis.*

¶ Magna, per Angliam & Scotiam, frumēti penuria fuit, per annum 1262. quòd Autumnus præteriti anni pluviosus exstitisset. *Hector Boethius.* *

¶ Anno 1264. Cometes, insignis magnitudinis, Orientem versùs illuxit, comam per cœli medium projiciens ad occiduum cardinem: & per tres integros menses visus est. *Erfurdiensis.* * *Bergomensis.* * *Nicephorus Gregoras.* † *Schedelius* * hujus Cometæ apparitionem, in annum 1263. rejicit. Pestis subsecuta est pecorum & pecudum, in Poloniâ. *Cromerus.* *

Sub idem tempus, Sol deliquium passus est, sub horam tertiam, ante meridiem, die Maii 25. Tantæ, sub medium ejus, exortæ tenebræ: ut multæ stellæ apparerent. *Gregoras.* *

¶ Anno 1266. postridie Ascensionis, Wismaria fermè tota conflagravit; paucis ædificiis exceptis. *Ptolemæus Lucensis.*

Eodem anno, erucarum immensa copia, omnes arborum fructus, herbarumque, in Scotiâ absumebant; utpote mala, pira, pruna, olera: atque minores herbas, ad caules usque arrodebant. Tanta quoque maris, tum etiam Tai & Forthiæ fluviorum, inundatio: ut aquarum vi pagi plurimi abrepti sint; pecudes hominesque suffocati, magno numero. *Hector Boethius.* *

¶ Anno 1268. in partibus Hollandiæ, infestæ acies visæ sunt, nocturno tempore, in aëre manus conserere. *Chronicon Hirsaugiense.* Fames ingens urbem Venetam invasit, eodem anno. Sterilitas maxima in Siciliâ & Apuliâ fuit. *Petrus Justinianus,* * *Blondus.* *

¶ Año 1269. Ludovicus, Rex Franciæ, unà cum duobus filiis, aliisque pro recuperandâ Terrâ sanctâ, iter in Syriam instituit. Quod ut eò faciliùs fieret: primùm regnum Tunisium humiliare decreverunt. At portu occupato, plurimi de isto exercitu peste pereunt; inter quos ipse Rex, alter Filius, Legatus pontificius, aliique tum Comites, tum Barones. *Nauclerus,* * *Sabellicus,* * *Blondus.* *

Eodem anno, armatæ acies in aëre visæ sunt congredi. Pluviæ continuæ totâ æstate, non modò inundationes quàm-maximas peperère; sed segetibus, pecudibus, domibusque, plurimum incommodi attulerunt. *Cromerus.* *

In Scotiâ, Cometes admirandæ magnitudinis, quotidie, sub meridiem visus est. *Boethius.* *

¶ Anno 1270. Januarii die 20. in Cracoviensi regione, Margareta quædam, Virboslai Comitis uxor, uno partu pueros 36. vivos in lucem edidit. Sexto Decembris, eodem anno, novus & insignis splendor, crepusculo vespertino, in figurâ crucis apparuit.

Intra octavum diem Natalis Christi, Calisiæ, vitulus natus est, cum duobus caninis capitibus, atq; dentibus; & septem pedibus vitulinis. Caput alterum, id quod majus erat, suo loco; alterum, quod minus, ad caudam situm erat. Ab ejus cadavere canes & volucres abstinuère.

In Silesiâ, apud Michalouum pagum, triduo sanguine pluit. *Cromerus.* *

¶ Anno 1272. triduo post Epiphanias Domini, vehementi tempestate, in Scociâ, plurimæ ædes excisæ sunt. Grando insolitæ magnitudinis unà cecidit. Ignis, ex focis enatus, pagos & oppida redegit in cineres. Templis verò passim plurimum damni datum est. Abredonia fermè cocta, Perthum majore ex parte, conflagrarunt. Plurimi mortales in Clotiâ, Augustinæ ditionis parte, partim in isto incendio perierunt, partim à corruentibus ædificiis interemti sunt. siquidem repentè, istis dormientibus, tam sæva tempestas incendiumque exoriebatur. Lainiick oppidi magna pars, cum templo, inflammata. Pagi denique multi Laudoniæ, eodem tempore, miserè perierunt. *Hector Boethius.* *

Hoc anno, Ratishonæ templum primarium conflagrat, 15. Calend. Aprilis. Tintinnabuli igni liquefacta defluxère. *Aventinus* *

SUB RUDOLPHO.

Circa annum 1273. in Tusciâ, magni terræmotus, sequentium malorum præludia, extiterunt. *Fasciculus temporum.* Eodem hoc anno, fertilitas tanta fuit, ut quartale tritici 22. nummis Argentoratensibus emererut: quartale siliginis, 16. nummis: decem & quatoor ova, uno nummo: gallina, duobus: haleces octo, nummo uno. *Paralipom. Urspergensis.* In coronatione Rodulphi, ajunt, visam fuisse auream crucem, supra ecclesiam D. Virginis; in quâ peracta solennis coronatio est. *Crantzius in Saxoniâ.**

Circiter annum 1273. vel sequentem, duo portenta, in Cracoviensi territorio, accidisse memorantur. Puer dentatus in lucem editus, protinus distinctè & articulatè loquitur. Ubi Baptismum acceepisset, quamprimùm & dentes, & sermonis usum, amisit. Alter quispiam puer semestris, in Cracoviensi urbe, Tartarorum irruptionem in Poloniam prædixit; qui Polonis capita amputaturi erant: sibi etiam ab illis imminere periculum. Interrogatus, unde id sciret: respondit, sibi divinitùs id esse revelatum. *Cromerus.**

¶ Anno 1274. Alexander, Rex Scotiæ, filiam Margaretam, Hangonano Norwegorum Regi, in matrimonium collocat. Qui eam deduxerant Episcopi, Barones, Nobiles, magno numero, in reditu naufragium perpessi, in aquis perierunt. *Hector Boethius.**

Nobilis quædam fœmina, in diœcesi Constantiensi, monstrosum edidit partum, anno 1274. Caput humanum erat; cætera leo. *Vincentii Continuator.** *Chronicon Fuldense.* hunc partum monstrosum in 1284. annum rejicit.

Terra quoque intremuit; sanguineque in Walliâ pluit hoc anno. Ex terræmotu plurima ædificia corruerunt. *Polydorus.**

¶ Anno 1276. ex largissimis imbribus, maximæ inundationes exstiterunt plerisq; in locis: ut segetes & vina ad maturitatem pervenire non potuerint. *Erfurdensis.** Lunæ eclipsis universalis visa est hoc anno. *Balæus.**

Hoc etiam anno Lubecum, jam quartâ vice, conflagravit. *Vandalia Crantzii.**

Eodem anno, mare admodum inundavit. Venetiæ, post illam allovionem, ingenti terræmotu concussæ sunt. *Sabellicus.**

¶ Anno 1277. nocte mediâ, in quâ initium est novi anni, cœlum clarâ & non-injucundâ luce aliquantisper resplenduit. *Cromerus.**

¶ Tiberis, longè lateque extra alveos effusus, ad pedes quatuor & ampliùs excrevit, supra altare B. Mariæ rotundæ, anno 1278. quæ res plurimis Romæ terrori fuit. *Chronicon Martini Capellani. Nauclerus* annum salutis 1281. numerat.

¶ Sequana, anno 1280. *juxta Erfurdensem,** tantoperè ex incremento aquarum, sub initium Januarii mensis, intumuit: ut majoris pontis apud Lutetiam testudines sex dissolverit; minoris unam, urbe aquis per gyrum circumseptâ. *Robertus Gaguinus.**

Eodem anno, in villâ Garaeb, prope Wormaciam, anser quatuor pedes habens editus est. *Hermannus Gigas, in Floribus temporum.*

Rotenburgum ad Neccarum, hoc eodem anno, terræmotu fundiùs corruit. *Nauclerus.**

Circa hoc tempus Brema conflagrarit. *Crantzius in Metropoli.**

Luna itidem versa in sanguinem est. *Balæus.**

Circiter eundem annum 1280. Hamburgum, Stormariæ vetus oppidum, conflagravit. Plurimos flamma vorax interfecit, suis rebus exportandis occupatos. Quo etiam tempore, piscis leoni similis, in mari, prope ultima Intiæ, captus est. *Crantzius in Vandalia.** Incendium illud Hamburgense *Ptolemæus Lucensis* in sequentem rejicit annum: *Chronicon Holsatiense* in annum 1282.

¶ Anno 1281. Maii die 11. pridie Assensionis Domini, pars pontis veteris Tolosæ, post Processionis transitum, corruit. Submersi sunt 2[illegible] homines. *Johannes de Oppido. Continuator Vincentii** & *Schedelius** paulò aliter hoc recensent. Anno scilicet 1[illegible]8. [illegible] Calend. Julii, fortè Sacerdotum quempiam, Trajecti, per pontem Mosæ, Eucharistiam ad ægrotum detulisse: ubi pertransisset, ad homines ducentos, fracto ponte Mosæ, periisse, præter unum, qui evasit: quòd ducendis choreis, aliisq; ludicris intenti, non satis reverenter se-se exhibuissent.

Verdensis ecclesia, hoc quoq; anno, inflammata, redacta in nihilum est. *Metrop. Crantzii.**

Hoc anno, & sequenti, fames Poloniâ afflixit tantoperè: ut plurimi in Ungariâ & Russiam cōmigrarent. *Cromerus.**

Rex Tartarorum Paganus, Armeniæ Regis filiam Christianam uxorem duxit, anno 1281. ex quâ prolem suscepit: cujus pars media, instar feræ sylvestris hirsuta, altera glabra fuit. Cum aruspices id, ob Reginæ adulterium, factum dicerent: ipsa puerum per Baptismum Ecclesiæ inseri petiit. Quo facto, evanuerunt pili; & homini per omnia factus similis est. *Chronicon Martini, Ordinis Prædicatorum.*

Luna cineræi coloris apparuit hoc anno. *Balæus,** *ex Johanne Eversdeno.*

In Sudovolgiâ, coruscatio prodigiosa, mare vitreum, aves in aere belligerantes, aliaque prodigia visa sunt. *Balæus ibidem.*

Eslingæ, monstrosus fœtus mulieris, anno 1281. Martii die 17. in lucem editus est. Duo ab umbilico ad summum usque, pectora habuit, brachia quatuor, se-se invicem complectentia, capita duo mutuò respicientia se-se; pudenda itidem duplicata. Verùm non diu supervixit. *Vincentii Continuator,** *Schedelius.** *Chron. Fuldense,* numerat annū 1284.

¶ Anno 1282. piscis, leonis effigiem habens, apud Centum-cellas, Februario mense, in mari captus est. Pellis namque pilosa; pedes breves; caput, cauda, aures, os, dentes, lingua, omnia leonina. Ubi ex aquis extraheretur, ululatum & planctum, hominis instar, dedit. Ad Pontificem Martinum allatus; cunctis, qui eum videbant, stuporem movit. *Chronicon Martini Capellani, Fasciculus temporum Bergomensis** annum 1284. numerat.

Eodem anno, scilicet 1282. terræmotus in Italiâ, prope Neapolim, multa ædificia subvertit: multique homines ruinâ perierunt. *Johannes de Oppido.*

¶ Anno 1283. ex contubernâ Martini Pontificis, (*Balæus,* ex illustrationibus Bedæ, Johannis Noviomagi, refert, concubinam fuisse Papæ) puerulus villosus, ungues ursi instar habens, nascitur. Eam ob causam Pontifex, omnes ursorum imagines, ex suis domibus abolevit: *juxta Bergomensem.**

Eodem anno, pestis, in Scotiâ primùm, plurimos interemit. *Hector Boethius** dicit, istum morbum antea Scotis fuisse incognitum.

¶ Anno 1284. in vigiliâ S. Catharinæ, noctu, ventorum vi, multæ domus, multæ arbores, multa monasteriorum glocceria, (campanilia vulgò vocant) diversis in locis, per Galliam, eversa sunt. *Erfurdensis.**

Circiter hoc tempus, in secundis nuptiis, Alexander III. Rex Scotorum, cùm, ex more, cum novâ nuptâ choreas duceret; multis nobilibus viris & fœminis subsequentibus: effigies hominis mortui, carne nudatis ossibus, (vulgò Sceleton vocant) extremos clausisse visa est. *Boethius.**

¶ Sub initium anni 1285. cœli gravitas primùm subitò exorta est. Eam tanta siccitas subsecuta: ut herbæ fermè omnes exaruerint. Deniq; imbres subvenère maximi. Unde fames exstitit; quæ Angliam, usq; ad obitum Eduardi, afflixit, hoc est, totis annis 23. *Raynulphus,** *Polydorus.**

¶ Anno 1286. Cometa apparuit, qui comam Occidentem versùs dirigebat. *Johannes de Oppido, Fasciculus temporū.*

Eodem anno, in æstate, novum genus vermium Borussiam infestâsse dicitur: qui caudis cancrorum prædiri, intra tertium diem necavère, quotcunque suo aculeo pupugissent. *Cromerus.**

Fuldense cœnobium, incuriâ æditui, totum conflagravit, unà cum templo: in quo nec altaria salva manserunt & integra. *Chronicon Fuldense.*

Eodem anno, 6. Julii, Magdeburgi tanta tempestas fuit: ut Mundi finem adesse putarent. Grando cecidit, per quatuor milliaria. Fulgura, tonitrua horrisona, ingentem hominibus terrorem incussère. *Chron. Saxoniæ.*

Philippo, Francorum Rege, bellum inferente Arragonibus apud Gerundam, ad annum 1286. morbi vis inaudita exercitum ejus invasit sobitó. Ex æris corruptione, muscatum ingens copia originem habuit; quæ cibos obtegebant. Febre correpti plurimi. Exercitûs magna pars extincta. *Blondus.** [* Dec. 2. l. 8.]

¶ Anno 1287. in festo S. Nicasii, quindecim insulæ in Selandiâ, ex maris inundatione, submersæ sunt; atque cum his unà 15000. hominum, utriusque sexûs. *Erfurdiensis,** *ex Chronico Flammingorum.* [* cap. 95.]

Mortuo Honorio IV. Cardinales, qui alterius Pontificis creandi causâ convenerant, repentinâ lue affecti, moriuntur. Terræ-motus usquè-adeò magni invaluerunt: ut, fugâ sibi consulentes, electionem in aliud tempus distulerint. *Simoneta.** [* lib. 6. c. 11.]

¶ Anno 1288. in diœcesi Leodiensi, in villa Erckel, puella quædam, sinè cibo & potu, annis plùs-quàm 30. vixit. Plebanus hostiâ (uti vocant) primùm non-consecratam ei porrexit: quam deglubere non potuit. rursus consecratam offert: quam facili negotio intra se recepit. *Nauclerus.** [* Gen. 43.]

¶ Anno 1289. in die Divisionis Apostolorum, terræ-motus factus est, per universum terrarum orbem. *Flores temporum Hermanni Gigantis.*

In villâ Eghinhausen, eodem anno, prope Susatum in Westphaliâ, puer natus est masculus, facie ad dorsum versâ: reliqua membra suo erant loco ritè disposita. Et in villâ Meyenberg, natus est puer, vittam rubeam ter collo circundatam habens; & pòst quasi nodo colligatam sub mento; & post nodationem, utrâq; parte mammillam, ad ventrem usq; dependentem: *ut Erfurdiensis** *loquitur.* [* cap 95.]

In Comitatu Rudolphi Habsburgici, in aquâ submersi sunt, prope pontem Heilebergum, 300. viri.

Goslariæ, domus regia, in die Petri & Pauli, redacta est in cineres. *Chron. Saxonia.*

¶ Anno 1290. hyeme, nix profunda cecidit: frigus perexiguum fuit. *Flores temporum Gigantis.*

Circiter hunc annum, Praga inflammata, rursus cœpta est instaurari. *Nauclerus.** [* Gen. 44.]

Brunsuigum, hoc anno, itidem in cineres redactum est. *Funccius in Chronologiâ.*

SUB ADOLPHO.

ANno 1293. magna pars civitatis Wormatiensis, denuò horribili incendio conflagravit. *Chron. Hirsaug.*

Anno 1294. passim plurimi homines, inediâ & fame, extincti sunt. *Polydorus.** Tantam enim tùm siccitatē fuisse, testatur *Nauclerus:** ut rivis & fontibus aqua defuerit; gramina in pratis exaruerint, jomenta straminibus nutrita sint. Fruges siliginis, ante festum Johannis, messæ fuerunt: Botri collecti circa Nativitatis Mariæ. [* lib 17] [* Gen. 44.]

Anno 1295. in octavâ S. Augustini, circa meridiem, terræ-motus ingens factus est: qui, in Turonensi episcopatu, turres & castella evertit. *Epitome Mundi. Baleus** dicit, terribilem elementorum concussionem hoc anno extitisse. [* Cent 4 c. 70. in App.]

Eodem hoc anno, 3. Nonas Aprilis, in Palchare, nix alta terras operuit: grandines fruges attrivêre. Pridie Nonas Septemb. tellus intremuit. In Alpibus Rheticis, quindecim castella, & arces eversæ. Fames Bojos afflixit. *Aventinus.** [* lib 7.]

Anno 1297. pestis & fames Scotiam graviter afflixerunt. *Johannes Major.** [* li. 4. c. 14.]

SUB ALBERTO.

ANno 1298. honesta quædam matrona, in Susato, oppido Westphaliæ, puellam peperit; quæ massæ carneæ, ad genua usque, immersa fuit. Exemta isthinc, ope Medicorum, corpore salvo & integro; non ampliùs, quàm tribus diebus, supervixit. Mater in ipso partu exspiravit. *Erfurdiensis.** [* cap. 96.]

Circa festum S. Andreæ, Reatæ, & in viciniâ, terræ-motu plurima ædificia corruerunt. Multis diebus tùm terra tremuit: quamvis non continuè; sed tanquam per intervalla: ut homines, tectis relictis, noctu sub dio cubarent. Ipse Pontifex Bonifacius IIX. apud Prædicatores in tentoriolo, de subtilibus asseribus facto, se continuit. Substiterat enim tùm Reatæ. *Fasciculus temporum, Sabellicus.** *Appendix Martini Poloni.* Apparuit tùm quoque Cometa miræ magnitudinis, & vagus. *Simoneta.** *Platina in vitâ Bonifacii. Sebastianus Franck,* 1300. anno, hunc Cometam exarsisse, dicit. [* Fun. 9. lib. 7.] [* li. 6. c. 14]

¶ Anno 1299. tantus fuit terræ-motus: ut nemo hominum, eo tempore superstes, unquam senserat. Hunc Cometa mirabilis subsequitur. *Baleus,** *ex Johanne Everudeno.* [* Cent. 4. c. 76 in App.]

Calendis Decembris, hoc anno, vehemens ventus ædificia evertit. Subsequitur maxima aëris tranquillitas, cœli serenitas, & calor insolitus, usque-adeò: ut sequente Januario arbores florescerent. Ingens postea aquarum inundatio subsecuta est. *Aventinus.** [* lib. 7.]

DE MIRACULIS SUPERSTItiosis & fabulosis.

ILLUSIONES ET MENDACIA, pro Sanctorum cultu & invocatione stabiliendâ.

HYdropica mulier, in eo loco, ubi Petrus Mediolanensis obtruncatus occubuit, cùm orasset; sanitati restituitur. Obsessas à dæmonibus mulieres idem liberavit. Alteri cuidam, digitum sinistræ manus restituit in integrum. Puer, lapsus gravissimè, ut exanimatus jacêret, ubi terra ipsius sanguine contacta adspergeretur; quamprimùm habere cœpit meliusculè. Eodem modo terra effossa, applicata mulieri, quam cancer absumebat, salutaris extitit. Denique, qui ad tumbam ejus peregrinati sunt; ibi liberati esse dicuntur. *Vincentius.** [* L. 31. c. 104.]

Anno 1211. nobilis quædam matrona, apud Lemonitas, diem clausit extremum. Cùm exsequiæ illi fierent; ea revivisceit. Dixerat, id Mariæ Magdalenæ beneficio factum; quæ labia ejus tetigerat. *Ptolemæus Lucensis in Rudimento Novitiorum. Vincentius.** [* li. 30. c. 2.]

Mulier quædam, in aquam cadens, Antonii de Paduâ Minoritæ opem implorat. Adsunt, qui eam extrahunt. Ibi vestimenta ejus sicca visa sunt; cunctis madefactis, qui eam extrahebant. *Vincentius.** [* li. 30. c. 135]

Monialis quædam, Ordinis Pauperum dominarum, ignem metuens purgatorium, interventu ejusdem Paduani Antonii, acerbissimis in hac vitâ affecta cruciatibus, à purgatorio igne immunis extitit. *Vincentius** *ex Jacobo de Vitriaco.* [* ibid.]

Miles quispiam, mensæ assidens, cuticulamque curans, ubi plurima de Antonio Paduano commemorari audiret, dixit: se tùm crediturum, ipsum sanctum esse; si vitreum scyphum, projectum in terram, integrum conservaret: simulque terræ illum allidit. Verùm, illæso manente vitro, hunc cum reliquis pro Sancto habuit. *Ibidem.*

Ad Holingeri sepulcrum, in monasterio Monialium, nomine Scogh, prope Upsaliam, (quem Ericus Balbus, ob rebellionem, capitis supplicio affectum, sustulerat è medio) anno 1229. facta esse plurima miracula, refert *Johannes Magnus,** in testimonium innocentiæ ejus. [* li. 9 hist. Goth. c. 4.]

Cùm alicujus Sancti festus dies appropinquabat: Sanctus ille, Angelis comitatus, Mariam de Oegnier accessit, & cum ipsâ familiariter versatus est. Unde in tantam, tum Sanctorum, tum Angelorum, notitiam illa pervenit: ut alterum ab altero exactè nôsset discernere. *Vincentius.** [* li. 30. c. 44.]

Anno 1227. ipso die Mariæ Magdalenæ, manus conserunt Lubecenses, cum Waldemari Regis Daniæ copiis. Verùm, quia Lubecenses adversum Solem habebant: votum vovent; se quotannis festum diem Mariæ Magdalenæ solenniter peracturos; si prælio superiores extitissent. Exemplo ajunt Mariam Magdalenam se Soli objecisse; & tandem etiam, post pugnam ancipitem, victoriam fuisse penes Saxones. *Crantzius** [* li 7. Sax. cap 41.]

Cùm Heinricus VII. Thuringiæ Landgravius, Rütlingam, anno 1247. obsideret: cives vovent, se B. Virgini sacellum constructuros; si liberarentur. Mox dicitur B. Virgo apparuisse, & hostes abegisse. *Chron. de Ducibus Bavariæ.*

Mulier quædam, quatuor fœtus in lucem edidit mortuos. Ubi verò Sanctum quempiam invocâsset; mox quartus revivisceit. *Chron. Manuscriptum.*

Boleslaus Princeps, & Prendota Cracoviensis Episco-

pus, apud Innocentium IV. Stanislai, quondam Cracoviensis episcopi, canonisationem urserunt. Cùm res differretur; in primis Reginaldus Hostiensis se-se opponeret: protinus hic gravissimo morbo corripitur. Noctu, ex morbi violentiâ evigilans, videt virum pontificaliter indutum sibi adstare: qui & numen suum dicit, & causam morbi ostendit. Episcopus veniam petit, & simul convalescit. Proinde è vestigio Pontificem accedit; & canonisationem, cui antea adversarius fuerat, petit, & impetrat. ideoq; is 6. Idus Septemb. Assisii, in Francisci basilicâ, Divorum numero adscribitur. Fortè adolescens mortuus eodem tempore adfertur. Ibi Pontifex, pro Stanislai sanctitate declarandâ, humi prostratus, orat; ut juvenis vitam recipiat. Mox revixit ille: atq; hoc pacto Stanislai sanctitas multis innotuit. *Cromerus.** [* lib.9.]

Temporibus Roberti Leodiensis antistitis, siccitas tanta fuit: ut jam de humi nascentibus actum esse videretur. Processiones mandantur tres, & circumgestatio reliquiarum corporisque Theobaldi. Primùm igitur Apostolos, deinde S Leonhardum; denique S Ægidium, supplicandi gratiâ, visitant. At frustra ea fuère: siquidem (ut illi nugantur) primâ die cõmemurationem de B. Virgine non fecerant, cujusdam Sanctuli suggestione. Quod verò cùm in secundâ processione fecissent: quamprimùm imber largus cecidit: ut ex ipsâ processione fugere, & tecta subire cogerentur. *Catalogus Tungrensium.*

SANCTOS SUI CONTEMTUM
& violationem ulcisci.

CUm aliquis fortè, inter vescendum, de Petro Mediolanensi, jam defuncto, minùs loqueretur honorificè: bolus assumtus faucibus usque-adeo inhæsit: ut nec deglutire illum, nec evomere posset; & jam etiam morti vicinus videretur. Verùm facti pœnitens, vovensq; se in posterum nihil tale facturum; per vomitum ejicit bolum. & liberatur. O Sanctum vindictæ cupidum! *Vincentius.** [* L.31.c.104]

SANCTOS MORTUOS. HOMINES,
quid facere debeant, docere; futuraq;
prædicere.

MAriæ de Oegnies, cibum capienti, circa Ascensionis Domini festum, apparere solitus est Johannes Euangelista. Eo cibo, qui tamen exiguus fuit, contenta, vixit usq; ad Pentecosten. Nihil de labore solito remisit; nec, toto illo tempore, capitis sensit dolores. Alio tempore, quo more solito silentium præstitit, totis 35. diebus cibum non cepit. *Vincentius.** *ex Jacobo de Vitriaco.* [* li.30.c.12.]

Eremitas Alexander IV. coëgit, visione cujusdam, qui Augustini nomen præ se ferebat, admonitus: ut oppidatim populum docerent; & confessiones audirent. *Sebastianus Franck.*

Anno 1265. Tattaris in Poloniâ sævientibus, Kinga, Boleslai Pudici uxor, pro victoriâ contra hostem sævum orat. Mox illi duo, candidâ induti veste, adsistunt; belliq; eventum, & victoriam penes Polonos futuram, prædicunt. Existimatum est, fuisse Gervasium & Protasium; quorum die pugnatum est. *Cromerus.** [* Lib.9.]

PRO RELIQUIARUM CULTU.

ANno 1203. Diabolus, cujusdam scelerati rabulæ cadaver ingressus, per tres fermè menses, cunctis Saliberiæ, tempore nocturno, horrorem incussit. Si quis homo vel brutum occurrisset, lacerabatur: si quid fortè in plateâ obstitisset; atterebatur. Vix in domibus tutò esse poterant. Tertio mense, in plenilunio, nocte serenâ, juvenis quispiam, ex editiore turris parte, noctu videt sepulcrum istius protinus aperiri, rabulam egredi, pannis, quibus involutus erat, peculiari loco positis. Primùm inter canes tumultuatur; & unum post alium dilaniat: pòst, per totam urbem solito more, circumvagatur. Interea temporis juvenis ille descendit; pannos abducit: exspectans quid futurum sit. Redit ad sepulcrum cadaver: quærit pannos, non invenit. Olfactu igitur, ut canes indagatores solent, eos quærit; murumq; conscendit. Juvenis, per fenestram se-se demittit in templum; pannosque convolutos summo altari imponit; ibique insidet: crucem manibus prehendit, quâ insectantem abigat. Sequitur suos pannos quærens rabula. Juvenis crucem objicit: quò-usque manè ædituus templum ingreditur. Tùm cadaver corruit, & fœtore horribili totum interius templum replet. Juvenis, morbo correptus diu decumbit: postea tamen quodammodò restitutus hæc tensit. Cadaver, extra urbem, in turpi loco comburitur: incolæque hoc pacto à plagâ liberantur. *Erfurdiensis** *Lucensis.* [* cap 92]

Vidit Maria de Oegnies puerum, claritate fulgentem, circa pyxidem in quâ [illegible] mus in [illegible] lus asservabatur. Cum que an[illegible] quæreretur, qualis ejus esset claritas? respondit: Quantum [illegible] et Solis jubar candelæ lumen excedit, tantum illius claritatem ipsius Solis etiam superare. *Vincentius.** [* li.30.c.45]

Maria de Oegnies, de parvulâ cruce, lucidissimos radios exire videbat aliquando in quâ particula crucis, cui Christus affixus est, asservari existimabitur. *Vincentius.** [* ib.c.46.]

Alio tempore, quispiam familiaris notus Mariæ de Oegnies. venit ad ipsam, manu os gestans quod repererat: cui tamen literæ non erant adjunctæ, [illegible] esset. Monialis, ut certi aliquid cognosceret, ad preculas se-se vertit. Apparet ipsi quidam, qui numen suum non dicit; etiamsi interrogaretur. Tandem quatuor literis nomen significat, A.I.O.L. Hinc cognovit Aiolphi esse. qui in magno honore est apud Pruvinum in Campaniâ. *Ibidem.*

Cistercientis quidam monachus, prope Parisium, in prato, sub mortem Innocentii III. obdormivit. In somnis vidit quendam nudo corpore, papali decoratum infula, ad sedem Dei properare, & clamitantem: *Miserere mei Deus, miserere mei.* Hunc draco insequebatur, vociterans: *Juste judica, justissime Judex.* Tùm Dominus ad Papam: *Ubi divitiæ? ubi deliciæ? ubi honores? Ego Dominus, ego judex; ego vindex.* Cumque draco animam jam-jam raperet, illa ad crucem quandam confugit, & sic istius manus evasit. *Chronicon manuscriptum.*

In Iconio, mense Junio. anni 1248. in quodam palatio, crux sepulta fuit. Fortè unus, qui adstat, qui cum stellio quispiam ludebat, eam perminxit, protinusque exspiravit. Videns hoc Saracenus, ut Christianis ægrè faceret manu eandem percussit: quæ quamprimum caruit. Alius ibidem Saracenus, bene potus, eam lotio adspergere volens, subitaneâ morte extinctus, corruit. *Lucensis. ex Chronico Francorum. Vincentius** priore anno hoc factum asserit. [* li.32.c.55]

Ludovicus cognomento Pius, auditâ matris morte, domum ex Syriâ properat, anno 1250 Nocte tertiâ navigationis, navis fundo illiditur, usq;-adeo, ut ipsi quoq; nautæ existimarent, jam periculum mortis sibi imminere. Sacrificuli, qui circùm Regem erant, ad Regem accurrunt; atque, ad panem azymum provolutum, inveniunt orantem. Existimatum est, Regis intercessione & merito servatam esse navem. *Naulerus.** [* Gen.42.]

Ad annum 1277. in Poloniâ, lacus quispiam à dæmonibus usque-adeò infestatus dicitur: ut in eo nemo piscari ausus fuerit. At, cùm hyeme glacie concretus esset; veniunt eò piscatores cum sacerdotibus: qui vexilla, cruces, Sanctorumque reliquias unà adducebant. His igitur confisi præsidiis, rete immittunt: & primò quidem tantùm pisciculos tres capiunt: alterâ vice, rete convolutum, deniq; monstrum adspectu terribile, caprini capite, ignitis & flammantibus oculis, extrahunt. Diffugientibus cunctis, monstrum se rursus sub glaciem, aquæ immergit; & toto lacu strepitum sonitumq; ciet. Quos afflârat suo halitu, hi fœda ulcera retulerant. *Cromerus** [* lib.9]

PRO CONFIRMANDA MISSA PRIVATÂ, Transsubstantiatione, ac Primatu Pontificu.

ANno 12[illegible]. apud Roteum in Bryâ, in Missâ, vinum in sanguinem, panis in carnem transmutatus dicitur. *Erfurdiensis.** [* cap 92.]

In Carinthiâ, in castro Stain, panis azymus, in manu Wolberti cujusdam sacerdotis, in sanguinolentam carnem transmutatur anno 1228. *Chron. Martini.*

Ubi Sacrificulus in Missâ hostiam (ut vocant) elevavit: sæpè

vit: sæpè Maria de O[illegible] speciosum puerum in manibus ejus vidit, Angelosq; non-paucos cum luminaribus. Si quando ureretur dignè: ipsum Dominum animam ejus occupare vidit, eamq; mirabili claritate illustrare. sin indignè: Dominum recedere conspexit, animâ relictâ obscura, & caliginosâ. *Vincentius,* ex Jacobo de Victriaco.*

Sacrificulus quispiam Missam celebrabat, pro Mariâ de Oegnies; quæ præsens aderat. Missâ finitâ, adiens illa Sacrificulum, dixit: Missa illa mea fuit; hodie enim Filium pro me Patri obtulisti. Ille cum miraretur, unde hoc ea sciret; siquidem nemini hominum, præterquàm ipsi soli, hoc constabat: respondit Maria, Se vidi[ss]e pulcerrimam columbam, ipsius capiti insidentem, quæ alas ad se extenderat. Hinc se s[c]ire, Missam pro se factam esse.

Quoties Sacrificuli Missas dignè celebrarent, Angelos vidit eadem mulier sedulò cooperantes; Sacrificulos benigno vultu intuentes; & devotè venerantes. *Vincentius.**

* li.30.c.32

In festo Apostolorum Philippi & Jacobi, Albertus, Legatus Pontificis Gregorii IX. bis ensem cœlitùs demitti in somnis vidit; & B. Virginem, reliquosq; Apostolos, cuncta Legati acta confirmare, ac rata habere: quæ vel faceret, vel animum induceret. *Aventinus.**

* lib.7.

QUOD REBUS CONSECRATIS peculiaris quadam vis insit.

EBoracum allatus est puellus, anno 12[illegible]6. (juxta *Johannem Majorem**) ad Guilhelmum Scotiæ Regem; qui cum Johanne Anglo, post factam pacificationem, ibi aderat, formâ eleganti: cujusdam viri nobilis, in agro Eboracensi, hæres. Ejus oculorum alter sanie madebat: altera manus arescebat: alter pes, nec lingua, officium faciebant. Hunc ubi Guilhelmus accessisset, & cruce signâsset: solo tactu pristinæ sanitati restituit. *Hector Boethius.**

* lib.6 c.6 · * lib.13.

Anno 1202. Eustathius, abbas de Hai, Angliam ingressus, prædicare cœpit, simulq; miraculosè plurima egit. Inter reliqua, cõsecravit fontem de Wy, prope Cantuariam. Quotquot verò malè-habentes ex eo bibebãt; rursus convaluerunt. Mulier dæmoniaca indè bibens, bufones duos evomit. Hi statim in canes cõversi, & rursus in asinus, sursum volitarunt; post se fœtorem horribilem relinquentes. *Raynulphus in Polychronico.**

* li.7.c.32.

AD CONFIRMANDAM AURIcularem Confessionem.

MOnialis fani de Oegnies, jam animam exhalatura, multos Diabolos passim oberrantes experi[tu]r. Ibi Maria de Oegnies his se opponit; suoq; pallio illos, instar muscarum circumvolitantes, abigit. Cùm ne sic quidem illi secederent, Christo invocato, dixit: Domine, pro hac animâ fide-jubeo. Licèt enim peccârit; sua tamen peccata confessa est. Quòd-si quid fortè oblita, etiamsi loqui non possit: tempus attamen contritionis ipsi reliquisti. Hoc modo abactis immundis spiritibus; alii in istorum locum venerunt, Angelis lucis persimiles. *Vincentius.**

* l.30 c.30

PRO CONFIRMATIONE Vitæ monasticæ.

IN descriptione historiæ Petri Mediolanensis, *Vincentius* refert, * cujusdam Nobilis filium, præ nimio tumore gulæ, nec spirare, nec loqui potuisse. Eum, cùm Petrus ille accessisset; levatisq; manibus eum cruce signâsset; atq; cucullum suum tumori imposuisset; cõvaluisse. Idem Nobilis, ubi gravissimos postea dolores pectoris persentisceret; ut de vitâ etiam periclitaretur: cappam, quam ex eo tempore reverenter asservârat, pectori applicat. Mox vermem bicipitem, pilorumq; densitate villosum, evomit; & sanitatem recuperat. Lampades, ad sepulcrum ejusdem, pendere sunt visæ ardentes: quas nemo hominũ accendit.

* l.31.c.104.

Maria de Oegnies, sui-ipsius potestatem non habuit: quippe quæ Angelo familiari, tanquam abbate, usa est; ad cujus imperium, v[el in] templo remanere, vel in cellâ conquiescere eam, oportuit. Si[qu]ando vigiliis exhausta esset; ejus monitu somnum oculis dedit: paulò pòst, rursus de somno excitata, ad [e]c[c]le[sia]m per [Chri]stum deducta est. *Idem,* ex Jacobo de Vitriaco.*

* li.10.c.23

Johannes de Divanto, cognomento Ottolanus, moriturus, Angelos quàmplurimos secum habuit. Purgatorii tormentorum planè fuit exper[s] quod Mariæ de Oegnies revelatum est) quòd, ab ineunte ætate virginitati & innocentiæ studuisset, plurimisq; suo exemplo autor exstitisset, ingrediendi vitam monasticam. *Idem.**

* lib.eod. cap.32.

Maria de Oegnies, sola aliquando sedens in suâ cellâ, & de mirabilibus supra se speculans, audivit vocem: *Hac est filia mea dilecta, in quâ plurimùm delector.* Sæpè sibi visa est, caput super genua Christi glorificati reclinare. *Ibid.**

* cap.43.

Ericus, Daniæ Rex, Wenceslaum, Boëmiæ Ducem, à fratre interfectum, devotus coluit. Is in somniis Erico apparuit, inquiens: *Confide frater; adsum, quem colis. Nuntius tibi venio, eodem te martyrii genere absumendum, quo & ego. Priùs tamen volo, ut monasterium in terrâ Revalensi construas, in honorem Dei & mei.* Quod gnaviter ille incepit, sed minimè perfecit. *Dania Cranzii.**

* li.7.c.21

Cunradus, Thuringiæ Landgravius, cùm ordinem Teutonicum susciperet; dicitur visibiliter, in ignis specie, accepi[ss]e Spiritum sanctum: cùm illi solito more benediceretur. *Nauclerus.**

* Gen.42

Salomea, Haliciensis regina, mortua, aliquot dies insepulta, Cracoviç, in Franciscanorum æde, asservata, suavem spirâsse odorem, oleumq; sudâsse dicitur: quo ægroti inuncti, convaluerunt. *Cromerus.**

* lib.9.

AD ERRORES, DE EXSEQUIIS, PURgatorio, Operum meritis, Peregrinationibus, & Inferno, corroborandos.

INgens Manium multitudo apparuit Mariç de Oegnies, humiliter ipsi supplicantium. Illa, quàm primùm relictâ cellâ, templum petit: ut, quid vellent, ibi peculiari revelatione edoceretur. Responsum accipit: Defunctorum esse animas, quæ igne purgatorio torqueantur; atque orationum ipsius postulare suffragia: quibus, tanquam precioso unguento, dolores ipsarum lenirentur. *Vincentius,* ex Jacobo de Victriaco.*

* li.30.c.23.

Solita est quotannis, eadem superstitiosissima monialis, peregrinari ad templum B. Mariæ. Cumque toto illo die, & sequente nocte, jejunaret: altero pòst, ad vesperam, primùm jejuna domum remeavit. Hic Angeli ipsi præstò fuerunt, qui deducebant. Ubi etiam aliquando largus imber destillaret: illa tamen madefacta non est, stellis quibusdam, in superiore aeris regione, super ipsâ quasi pluviam retinentibus. *Ibid.**

* cap.24.

Sororem fratrum de Oegnies, hisce de causis, in Purgatorio, tormenta non unius generis sentire, revelatum est Mariæ de Oegnies; per S. Petrum scilicet: qui calore primùm vehementi ipsam torqueri ajebat; quod nimis ardenter Mundum, ejusq; delicias, amâsset: frigore verò; quòd pigra & desidiosa fuisset in operibus bonis; in primis quòd familiam suosq; negligenter rexisset: siti; quoniam potationibus vacâsset: nuditate; siquidem usa fuisset vestibus superfluis. *Vincentius,* ex Jacobo Victriaco.*

* li.30.c.30.

Viduæ cujusdam, prope Nivellam extinctæ, conditio in purgatorio igne, Mariæ de Oegnies revelata est: quòd ob quædam injustè-parta torqueretur. Id cùm filiæ, virgini Margaretæ, innotesceret: protinus illa per fraudem ablata restituit. Tùm viduæ anima, nive candidior, Mariæ de Oegnies apparet; & nunc per omnia purgata, se ad cœlestes epulas ascendere dixit. *Ibid.**

* cap 31.

Si quando infirmi extremo unctionis oleo inungerentur, præsente Mariâ de Oegnies: vidit ea ipsum Christum, cum aliis Sanctis præsentem, infirmum corroborantem, dæmones expellentem, animam expurgantem, totumque corpus ejus splendore quodam mirabili illustrantem. *Vincentius,* ex Jacobo de Victriaco.*

* ib.c.37.

Beata virgo, morituram Mariam de Oegnies admonuit, de accipiendâ extremâ unctione. Inter ungendum, adsunt ibi, B. Petrus claviger, spem ipsi faciens, se cœli valvas aperturum, eamque intromissurum: Chri[st]us, crucis vexillum pedibus ejus affigit: Alii, qui jam-pridem erant mortui, quos in hac vitâ noverat, itidem frequentes adstant, eam consolantes: Alius venit, ab ipsâ auxilium petiturus,

situtus, adver[illegible] [illegible] cruciatus horribiles. *Vincentius.*

U[illegible] I. Jordanus, cum duobus sociis monachis, [illegible] peregrinatione, aliisque numero 9[illegible]. personis, submersus in mari, terræ appulisset: luminaria cœlitùs super eos tulerunt. Cruces quoque multæ super illos visæ. *Vincentius.*

Quidam Romipeta, in diœcesi Andegavensi interfectus est, circa annum 12[illegible]. Cultellus sanguinem stillavit, etiam si arenâ fricaretur, & [illegible] abstergeretur: quò-usque cadaver e[illegible] mandaretur, & homicida ultimo supplicio [illegible] afficeretur. *Johannes de Oppido.*

ILLUSIONES QUAEDAM Satanicæ.

Inter superstitiosa miracula, meritò & illud numeratur, cujus meminit *Hedio* * quod quidā Magus Belga, Crucenachi, anno 1272. servo visus sit caput amputare, & post horam dimidiam illud in integrum restituere. In aëre iidem, canibus venaticis feras insectatus est. Itèm cataphractum, plaustra fœni & lignorum, unà cum equis, visus est devorare.

PRO CONFIRMANDO ENTHUsiastarum errore, qui peculiares revelationes cœlitùs quærunt.

Cyrillo, monacho Carmelitanæ sectæ, Dei voluntatem, tabulis argenteis digito Dei inscriptam, patefactam per Angelum, nugatur *Johannes Trithemius, in Catalogo Scriptor. ecclesiast.*

CAPUT XIV.

DE REBUS JUDAICIS externis, sive politicis.

Reliquias gentis Judaicæ, hoc seculo, per Germaniam, Galliam, Hispania, Angliam, Boëmiam, aliaq; orbis terrarum loca, passim oberrâsse magno numero, ex sequentibus patebit.

DE OPERIBUS EORUM CONtra Christianos.

Judæi, semper sui similes, odio Christi, nefandam in Christianos sævitiam furtim exercuerunt, Diaboli instinctu: qui, ut erroribus ipsorum mentes excæcavit, ità quoque sanguinem Christianum, omni humanitate depositâ, eos sitire impulit. Nam, sub hujus seculi initium, Richardum puerum Parisiis interfecerunt. Eam ob caussam Philippus Rex, bonis exutos, regno Franciæ ejecit. *Schedelius.*

Et anno 1236. Judæi, in Fuldensi oppido commorantes, quosdam Christianorum pueros, in molendino, clàm interfecerunt: ut sanguinem eorum acciperent. *Muntzerus* * quinque interfectos dicit. Re patefactâ, plurimi eorum cremati sunt: reliqui gravem persecutionem sustinuerunt. *Chronicon Hirsaugiense.*

Hugonem puerum, in Angliâ, Lincolniæ, crucis supplicio affecerunt; matremque Christi in figurâ (*ut Johannes Major* * *loquitur*) fecerunt, anno 1258. Quam ob caussam, Heinricus Rex plurimos eorum sustulit è medio. *Funccius in Chronologiâ. Balæus* * ponit annum 1255.

Pragæ, in Bohemiâ, Judæi, die Parasceves, anno 1283. hominem Christianum, Judæo servientem, clausis januis crucifixerunt: impletis primùm in ipso omnibus, quæ didicerant in Christo peracta esse. Quod ubi populus comperisset: armis correptis, horribiliter in eos sævIit. *Crantzius in Vandaliâ.*

Puerum quendam Wernerum, ex villâ Wamraid oriundum, furto ablatum, Judæi acubus & cultris pungunt, 13. Calend. Maii, anno 1287. non procul à Rheno: & sic sanguinem eliciunt. Puerum, post diuturna tormenta, interficiunt tandem. *Chronicon Hirsaugiense.*

Bernæ, perfidi Judæi Rudolphum puerum, tormentis subjectum, interficiunt, eodem anno. Rei sceleris, à Bernensibus supplicio rotæ afficiuntur. Imperator Rudolphus Bernam, eam ob caussam, obsedit: sed re infectâ rursus discedere coactus est. *Fasciculus temporum.*

CAPUT XV.

DE ALIIS RELIGIONIbus extra E[illegible]siam.

I. DE JUDAISMO.

Non dubium est, obstinatam gentem Judaicam, suos errores hoc etiam secul[illegible], & mordicus defendisse, cum [illegible]agogas, in quibus conventus egerunt, p[illegible] hab[illegible]rint, *teste Vincentio.*

Præterquàm, quòd passim hospitia Judæi[illegible] à politic[illegible] magistratibus, concessa sunt: immunitatem quoque ei concessit Romanus Pontifex Gregorius IX. ann[illegible], invitis Christianis Regibus, interventu pecuniæ: [illegible] cetà Christianis Regibus censerentur, & quod [illegible], Christianos servientes & nutrices habere, [illegible] & derisum Christianorum magistratuum. *Balæus,* * *ex Mattheo Parisio.*

QUI SE ILLIS OPPOsuerint.

I. *Ecclesiastici viri.* Heinricus, Antissiodorensis episcopus, per Petrum quendam Comitem, Judæos [illegible] suo territorio ejecit, [illegible]umque Synagogam in Dei, ejusq; Sanctorum, convertit honorem. *Vincentius.*

Decrevit Innocentius III. ut [illegible] si immodicas usuras à Christianis exigerent, ab omni societate Christianorum excluderentur: donec de damno dato satisfecissent. *Concilium Lateranense.* Idem constituit, ut Judæi peculiari [illegible] habitu semper uterentur, quo dinosci possent: [illegible] lamentationum tempore in publicum prodirent: ut fenestras & januas suas claudere compellerentur: ut, ad Christian[illegible]um conversi, non in domibus; sed in agris, ter[illegible]irent. Interdixit, ne novas erigerent synagogas: ruinosas quidem restaurarent; verùm nullo modo ampliarent. *Chronicon Aeditui.* Itèm, ne Christiani Judæis serviant, omn[illegible] dixit. *Fasciculus temporum.* Idem præcepit, ut Christiani Principes, Judæos vi cogerent; ut illis, qui militiam in Saracenos sus[illegible]iperent, fœnus omne remitterent. Quod si non fieret: ut, sub anathematis pœnâ, in universum ab eorum societate abstin[illegible]ent. *Chronicon Hedionis.*

Martinus etiam IV. multa bella contra Judæos gessit: *juxta Fasciculum temporum.*

Anno 1291. Londini, in Concilio, de Judæorum ejectione, quorum ingens per Angliam multitudo erat, in primis agitatum est. Publico igitur decreto, jussi sunt, cum omnibus suis bonis, aliò commigrare: quod haud-segniter fecerunt. *Balæus.* * *ex Polydoro.*

Præcipimus, ut Judæi Nemetensis diœcesis, omni tempore in medio pectoris rotam portent, ut per hoc à Christianis discernantur: & in diebus lamentationis, & dominicæ passionis, in publicum non procedant. Nec, occasione puerorum suorum nutriendorum, vel alia qualibet causâ, nutrices aut servientes teneant, in suis domibus, Christianos. &, si contrà præsumserint: omnibus Christianis inhibeatur districtè, ne cum eis audeant aliquod commercium exercere. Interdicimus quoque, ne ipsi Judæi, in diebus dominicis & festivis, præsumant publicè operari: & ne carnes vendant, nec eas comedant [illegible] in Quadragesimâ, seu aliis diebus, in quibus ab e[illegible] abstinent Christiani. Quod si contra prædicta fec[illegible] Christianorum participatio sive communio, [illegible] ad satisfactionem condignam, eis in commerciis & [illegible] aliis, denegetur. Sub pœnâ excommuni[illegible] inhibemus; ne quis Christianorum, carnes, refutata[illegible] à Judæis in macello Christianorum præsumat vendere, [illegible] villam: præcipientes, ut omnes Christiani vitent convivia Judæorum; nec eos ad convivium recip[illegible]. Quia, cum ipsi, apud Christianos, cibis omnibus [illegible] non utantur: indignum atque sacrilegum, eorum [illegible] à Christianis sumi: cùm ea, quæ Apostolus pe[illegible], nolle mu[illegible] ab illis judicari immunda. Nullus etiam [illegible]istianus, vel Christiana, azyma Judæorum manducet, a[illegible]

in eâdem domo habitet, aut aliquem eorum pro remedio in infirmitatibus vocet; aut aliqua medicamina recipiat, aut cum eis in balneo se lavet. Nec eis, super Christianos, aliqua publica officia committantur: ne in Christianos occasionem habeant sæviendi. Christiani autem, qui non servaverint supradicta, monitione præmissâ, excommunicationis sententiæ supponantur. Itèm volumus, & districtè præcipimus; ut nullus invitos vel nolentes Paganos, Judæos, seu quoscunq; alios, inter fideles ad Baptismum compellat venire. Si quis autem eorum ad Christianos, causâ suscipiendæ fidei, confugerit: postquam voluntas ejus fuerit Ecclesiæ patefacta; Christianus efficiatur, absq; contradictione & calumniâ aliquorum, & dominorum. Nec à possessionibus, seu aliis bonis suis, propter hoc, ullatenus excludantur. Baptisati tamen, servitia debita & consueta non minùs debent Christianis dominis exhibere: si tamen eorum domini fuerint Christiani: quia in hoc casu servi remanent post Baptismum. Veruntamen, si eorum domini Judæi fuerint, vel alii infideles: Baptismus ab illorum dominorum servitio ipsos penitus liberavit. *Liber Synodalis Ecclesiæ Nemensensis.*

Cùm Rupertus Magdeburgensis Româ domum rediret, anno 1260. pallio Romano insignitus: Judæos, qui Magdeburgi, & in Salinis Saxonum, degebant, cepit; cum festum tabernaculorum peragerent: & centena marcarum m[illegible] ab ipsis extorsit; præter illa quæ ex ipsorum domibus abstulit. *Chronicon Saxoniæ.*

II. *Politici.* Johannes, Rex Angliæ, Judæos, cùm pecuniam dare recusarent; variis tormentis affectos, malè mulctavit, anno 1208. *Polydorus.** (* lib. 15.)

Ne Judæi ornamenta sacra in vadium recipiant; nec ulli Religioso, nisi de consensu Capitanei sui, & cum literis patentibus Prælati & Capituli, pecuniam tradant. Nullus Christianus, ad hæreditatis suæ venditionem cogatur, ob Judæorum debita. Una libra non lucretur, nisi duos nummos, unâ hebdomade: Philippus Francorum Rex statuit, *teste Vincentio.** (* li. 30. c. 25.)

Ludovicus Rex, ab oppugnatione Damiatæ reversus, Judæos, usuris victitantes, jussit regno Franciæ discedere. *Volaterranus.** (* li. 3. Geogr.)

Heinricus Angliæ Rex decrevit, anno 1251. Judæos omnes in suo regno delere. Verùm dissuaserunt illud nonnulli Consiliarii: sed potiùs, ut instar Cain profugi relinquerentur, & ipsorum miseria, omnium ætatum hominibus, hoc pacto ob oculos versaretur. Sic animus Regis fuit mitigatus, & decretum abolitum. Nihilominùs tertiò ipsis, esum carnis in Quadragesimâ, & sextis feriis, prohibuit. *Balæus,** *ex Matthæo Parisio.* (* Cent. 4. c. 14. in App.)

Richardus, Cornubiæ Dux, Judæos ingenti pecuniâ emunxit, Londini, anno 1254. *Polydorus.** (* lib. 16.)

Anno 1278. strangulati fuêre in Angliâ 248. Judæi, quòd aureos nummos furtim minuissent. *Raynulphus in Polychronico,** & *Balæus.** (* li. 7. c. 28. * Cen. 4. c. 2. in App.)

Philippus Pulcer, Judæorum bona confiscavit; eosque regno expulit, ob avaritiam, & alia quædam scelera, anno 1284. *Bergomensis,** *Raynulphus.* (* lib. 13.)

Adolphus Imperator, exercitum ducens in Philippum Pulcrum, Franciæ Regem, dicitur in eo exercitu triginta Judæorum millia duxisse: ut, in primâ acie constituti, primos ictus exciperent. *Cuspinianus.*

Anno 1290. Judæi Angliâ pulsi sunt. Nam Angli gravem ad Eduardum IV. querimoniam instituerant: quòd usuris, & fraudibus eorum, plerique inferioris sortis homines, planè in nihilum redigerentur. Quæ res Regi quæstuosa fuit. Quilibet enim plebejus, Regi decimumquintum denarium pendebat: ut Judæos ejiceret. *Johannes Major.** (* lib. 4. c. 9.)

III. *Privati.* Anno 1264. à civibus Londinensibus quingenti Judæi ob [illegible] execrabiles usuras interfici [illegible]tur. *Balæus.** (* Cent. 4. 61. in App.)

Cives Moguntin[illegible] post festum R[e]surrectionis Christi, anno [illegible]2. seditione in Judæos concitata, plurimos trucidarunt. Rel[illegible]uos [o]mn[i]bus [illegible] bon[is] [illegible]tutos, civitate suâ ej[illegible]. M[illegible] totam Germaniam in eos sævitum est. *Chronicon [illegible].*

Anno 1285. Monachii, anicula quædam infantulum Judæis vendidit: quem illi Deo immolant; punctim acubus cædunt, necant; cruorem malluvio excipiunt, quo perlitare creduntur. Eadem venefica, alterum infantem subrepturâ, à patre deprehenditur, accusatur, in vincula conjicitur: quæstionibus admota, facinus confitetur; corpus interemti infantis indicat: moxque pœnas luit. Vulgus, viso corpore ità vulneribus confosso, sævire cœpit: conclamat, concurrit, insanit: non exspectatâ judicum sententiâ, Judæis mortem intentat. Aulici atque Prætores Ducis, impetum compescere conantur; minas, verbera, frustra ingerunt: consuluntque Judæis, eos in fanum lapideum (Synagogam nuncupant) commigrare jubent. Quò cùm Judæi confugissent; fit acrior tumultus. Populus convolat: ligna, ignem, ædi submittunt: faces, sulfur, tedas & hujusmodi fomenta, quæ facilè ignem conciperent, subjiciunt: die, quem nos seatum vocamus, (profani Veneri dicavere) centum & octoginta Judæos, unà cum templo, igne concremant. *Aventinus.** (* lib. 7.)

Anno 1298. ubi rustici, aliique tenuioris sortis homines, perciperent, Judæos, circa partes Franciæ Orientalis, in suis latibulis, panem azymum consecratum indignè tractare: nemine compellente, conveniunt: & primùm in parvis oppidis, deinde Herbipoli, Normbergæ, Rotenburgi, usque ad Ambergum, Bojariæ civitatem, immaniter eos interficiunt: nulli sexui, nullique ætati pepercerunt. ut, hoc quidem tempore, aliquot eorum millia exterminarentur. Soli infantes, Baptismi gratiâ, servati: *ut Schedelius** *refert.* Qui ad loca munitiora se receperant: eos ad mutuam cædem coëgerunt; utque seipsos Vulcano traderent. Albertus verò, ubi ad Imperii fastigium evectus esset, de seditiosis pœnas sumsit: aliosque Judæos, priorum loco, constituit in civitatibus. *Flores temporum.* *Aventinus** refert; ducem istius factionis fuisse agricolam, cognomine Rinuflaisch: qui se divinitùs ideò missum esse diceret; ut Judæos ubique gentium deleret. Ostendit præterea, panem azymum, in mortario, pistillo ab ipsis contusum, sanguineum emisisse cruorem. (* Æt. 6. * lib. 7.)

PECULIARES CASUS.

Teucksburi, Judæus, die Sabbati in foricam delapsus, anno 1220. extrahi noluit, ob diei observationem. Id cùm Richardus de Clarâ, Comes Gloverniæ, cognovisset; sequente dominico die fieri illud prohibuit. Judæus verò, vel frigore, vel fœtore extinctus est. *Raynulphus in Polychronico,** *Volaterranus.** Simile quiddam Magdeburgi accidit: ut in vitâ Cunradi, Magdeburgensis præsulis, annotatum est; cujus meminit *Crantzius in Metropoli.** (* lib. 7. c. 37. * li. 3. Geogr. * lib. 8. c. 33.)

Anno 1290. mulier quædam Judæo, Parisiis, pro pecuniâ mutuò acceptâ, vestem oppignoravit. Ubi Pascha, Christianorum festum solenne, in propinquo esset: muliercula Judæum accedit; vestem, uno saltèm festivitatis die utendam, petiit. Judæus, si hostiam consecratam ad se portaret, non tantùm uno die; sed gratis quoque vestem redditurum, recepit. Quapropter mulier azymum panem, quo tum reliquis communicantibus usa erat, ore eximens, ad Judæum detulit. Is protinus aquæ bullienti, quam in patellâ tenebat, immisit; pòst etiam gladio ferit: atq; mox cruor sanguineus exiit; ità ut aqua indè rubesceret. Christiani supervenient, pecuniam ad usuram petituri. tum protinus, ipsis videntibus, hostia sursum elevatur, & tabulato adhæret. Judæus, in custodiam missus, in cineres redigitur. Hostia solenniter ad templum reportatur. Ex domo Judæi, fit ecclesia Salvatoris. *Nauclerus.** (* Gen. 44.)

II. DE GENTILISMO.

GEntilium superstitiones adhuc hoc seculo duravêre, in primis apud Tartaros, Cythaos, Prutenos, Cumanos, Stedingos.

CAPITA DOCTRINAE.

Unum quidem Deum credunt Tartari: (qui & Tattari, *juxta Cromerum** appellantur) ipsum quoq; omnium esse, tam visibilium, quàm invisibilium, factorem; & tam bonorum, quàm pœnarum, in hoc Mundo autorem. Nec (* lib. 5.)

tamen ullo, vel orationum, vel laudum genere, aut alio ritu eum colunt. *Vincentius.** [* lib. 29. c. 72.]

Dominum suum Chaam, filiū Dei appellant, & ipsum loco Dei super terram venerantur.

Solem, patrem Lunæ esse credunt: siquidem Luna a Sole lumen accipit. & Lunam, Magnum Imperatorem vocitant. *Vincentius.** [* ib. c. 74.]

Credunt, quòd post mortem in alio seculo victuri, gregesque habituri, ac cætera, quæ in hac sunt vita, officia sint peracturi. *Vincentius.** [* lib. 31. c. 7.]

¶ Cythai, Tartaris vicini populi, unum Deum colunt: Christum Jesum Dominum venerantur; & credunt vitam æternam: sed non baptizantur. *Vincentius.** [* ib. c. 9.]

¶ Superstitiones Tartarorum multæ sunt. Nam peccare existimantur haud-leviter;

Si quis cultello ignem tetigerit:

Si carnis frustum cultello e olla exemerit:

Si ligna prope focum securi secuerit:

Si scuticâ sagittas attigerit:

Si juvenes aves capiant, & occidant:

Si quis freno equum percutiat:

Si os alio osse frangatur:

Si lac, potusve, effundatur; vel cibus in terram projiciatur.

Si quis in statione urinam mittat.

Hæc si quis consultò designat, occiditur: sin ea improviso, plurimâ pecuniâ sui expiationem ab incantatore redimit.

Si quis buccellam ore extrahit; atque in terram projicit, quam deglutire non potuit: hunc per foramen, sub statione extractum, sine misericordiâ interficiunt.

Si quis limen calcat, ubi Duces ipsorum degunt, is mortis reus est. *Vincentius.** [* lib. 31. c. 7.]

Novi quid inchoaturi, faciunt id, vel in coitu lunæ, vel in plenilunio. *Ibidem.*

Omnia per ignem purificari credunt. Ideoque, quoties peregrini ad eos veniunt, utpote Principum Legati, vel similes: hos primùm, unà cum muneribus, igne purificari necesse est: quod hoc modo fit. Duos quidem ignes faciunt: & duas hastas juxta eos, unamque chordam in summitate hastarum, ponunt. Ligantque super chordam illam, quasdam de buccaranno scissiones: sub quâ scilicet chordâ & ligaturis, inter illos ignes, transeunt homines ac bestiæ, & stationes. Sunt etiam duæ mulieres, una hinc, & alia indè, aquam projicientes, ac quædam carmina recitantes. Cæterùm, si aliquis a fulgure occiditur, oportet prædicto modo per ignes transire omnes illos, qui in istis stationibus morantur. Statio siquidem, ac lectus, & currus, filtra, & vestes, & quicquid talium habent, à nullo tanguntur: sed ab hominibus, tanquam immunda, respuuntur; *ut Vincentii verbis utamur.** [* ibid.]

DE LIBRIS EORUM.

Cythai, veteris & novi Testamenti scripturam habent; ac Patrum vitas. Sacram scripturam mire venerantur. *Vincentius.** [* lib 31. c. 9]

Dum Tartari bello Asiam Parthosque subegissent: literas Arabicas didicere; qui antea omnis propè humanitatis expertes, & literarum ignari, extiterint. *Paulus Aemylius.** [* lib 7.]

DE REGIMINE SACRO.

Tartari Magos & divinos habent, per quos à dæmonibus sibi responsa dari petunt. *Vincentius.** Refert *idem*,* Bathonem, Tartarorum Principem, cùm exercitum in Ungariam ducturus esset, primum dæmonibus immolâsse, eosque in consilium adhibuisse, an susceptam expeditionem continuare deberet? Responsum verò accepisse, ut securè pergeret: præituros tres spiritus, quibus adversarii ipsius resistere non possent. quod & eventu comprobatum esse dicitur. [* l. 29. c. 74. * lib. 30. c. 149.]

Pruteni soliti sunt hircum immolare ferme ad eum modum, quem Judæi propitiationis festo juxta Mosis præscriptum, observabant. *Funccius in Chronologia.** [* lib. 10.]

DE CEREMONIIS
& Ritibus.

Tartari idola quædam, ad hominis imaginem præparata, habent; eaque ad tentorii sui ostium collocant; & quiddam de philtro, in modum uberum fœminæ, subtus illa: eaque credunt pecorum suorum custodes esse, ac beneficium pullorum & lactis eis præstare. Alia verò de pannis sericis faciunt: eisque ornato currui ad tentorii vestibulum impositis, multum honoris attribuunt. Ad hujusmodi verò idoli fabricam, primariæ fœminæ cujusque stationis, suas conferunt operas: quâ absolutâ, ovem mactant ac devorant: ossa indè collecta in cineres redigunt. Pueris infirmantibus, lecto id idoli alligant. Primum lac, omnis jumenti ac pecoris, eidem offerunt. Cibum capturi, de singulis ferculis & potu, portiunculam primam exhibent. Occisorum animalium quorumcunque cor, in vase, ad idolum, currui insidens deferunt; & ad alterum diem ibi relinquunt: pòst coctum degluriunt.

Novo Imperatore creato, ad ejus tẽtorium mirè-comptum idolum ponunt: eique munera amplissima deferunt, equos, & alia pecora; quæ ibi mactata, devorantur ab iisdem: ossa verò integra igni traduntur.

Solem etiam & Lunam, Ignem, Aquam, & Terram, adorant: primitias potùs ciborumque iisdem, manè potissimùm, offerentes. *Vincentius.** [* lib. 29. c. 72 & 74. l. 31. c. 7.]

Divinationibus, auguriis, aruspiciis, veneficiis, & incantationibus, sunt addictissimi. &, cum illis dæmones respondeant; Deum sibi loqui credunt: quem Ithoga nominant, eumque mirum in modum reverentur; offerunt plurima, & secundum ejus responsum cuncta faciunt. *Idem*.* [* l. 29. c. 74.]

Chaam, quem filium Dei appellant cogūt omnes, quotquot ad ipsum veniunt, cum ternâ genuum flexione, & capitis ad terram allisione, adorare. *Ibidem.*

Cyathi, domos, templorum formas referentes, habent: in quibus certis temporibus preces faciunt. *Vincentius.** [* lib. 31. c. 9.]

RITUS SEPULTURAE
apud Tartaros.

Cùm quis Tartarorum desperato morbo decumbit: hasta ad stationem ejus erigitur; quâ omnes aditu prohibentur. At mortuus, si vilioris fuerit fortunæ; in territorio in sellam collocatur: positâ ante ipsum mensâ, cum alveolo carnibus referto, & cypho lacte equino pleno: sicque terræ mandatur. Jumentum cum pullo, & equus cum freno ephippioque, simul tumulatur. Alium autem equum mactatum vorant: cujus corium fœno iterum complent; & duobus lignis fulcitum, in altum erigunt. Hæc eo fine faciunt: ut in altero Mundo tentorium, jumentum, quod lac suppeditet; & equum, quo equitare possit, habeat. Ossa devorati equi, mulieres cremant. Sin dives & magnus fuerit: cadaver splendidissimo ornatu induitur, & in locum remotum delatum, clàm sepelitur: ne suo habitu spolietur. Equus devoratur: corium, paleâ refertum, ad duas furcas suspenditur. Iidem, morti vicini, unum ex suis mancipiis, quæ Slavos vocant, designant; qui vivus unà tumulatur. Alii defunctos Parentes cremant, & cineres sanctè asservant, indè cibaria sua conspergentes. *Vincentius.** [* l. 29. c. 86.]

MORES GENTILIUM.

Tartari, curruum, quibus idola sua imposita sunt, violatores, sinè ulla commiseratione occidunt. *Vincentius.** [* l. 29. c. 72]

Regnum, sinè Principum electione, affectantem, è medio tollunt.

Magistratui obsequentissimi sunt.

Rixæ, vulnera, & homicidia, inter ipsos, rarissimè audiuntur: at aliorum hominum trucidationes, pro nihilo habentur.

Adulteria & stupra, capitali pœnâ plectuntur.

Deprehensos in furto, sinè misericordia interficiunt.

Mulieres, ubicunque captas, sibi reservant.

Equorum rapinæ, modò illi non sint alicujus Tartari, impunè fiunt. Tartaro aliquid surripere, capitale erat.

Quandocunque Tartarus, seu Tartari servus, aliquem

in pub[illegible] offenderit, [illegible] perp[illegible] [illegible] mancipare licet: attamen, si Tartari servus fuerit; domino repetente, eundem dimittere cogitur.

Se solos homines reputant, reliquos canes vocitantes, [illegible] colloquio indignos. Quin & Papam, cum suâ cohorte, idololatras appellant: q[illegible] ligna & lapides colant.

Cum aliis hominibus, amicitiam & societatem colunt, ità etiam ut colloquio non dignentur. In ludis se præferri volunt. *Simontius.*

19.671.

Somnia observant.

Dies ac menses, maximeque lunationes annos & tempora, observant. Nu[illegible] d[illegible] vel temporis jejunium servatur inter illos: nullaque dies cæteris dignior vel celebrior reputatur.

Habendi cupiditate flagrantissimi sunt, usurarii maximi, tenaces, [illegible]: attamen prandio fortè supervenientem non excludunt. Rarò animal sanum & integrum mactant sed mortuum vel morti vicinum, aut mutilatum.

Tur[illegible] etiam libidine pecudibus miscentur. Uxores, q[illegible] sunt & alere [illegible] ssunt, accipiunt; nullâ sanguin[illegible] tione hab[illegible]: matrem tamen, sororem ex eâdem mat[illegible] & [illegible], uxore[illegible] n[illegible] [illegible] ipiunt. S[illegible] iles conjuges repudian[illegible]. D[illegible] ter ma[illegible] us non numerantur; nisi prius puerum [illegible] rint.

Crudeles sunt: nulla erga senem reverentia; nulla erga puerum commiseratio. Carnes sæpiùs humanas devorant, tum necessitati, tum delectationi: imò etiam terroris incutiendi gratiâ. In reliquo etiam victu, sunt immundissimi & spurcissimi. nam cati, canes equi, apud eosdem cibi sunt. Ebrietas virtutis locum obtinet.

Mendaces, fraudulenti, & perfidi, existunt.

In bello, non tam viribus; quàm dolo & insidiis, pugnant. Consiliorum bellicorum proditoribus, baculo centum plagas infligunt.

Rerum novarum auspiciant, novâ & plenâ Lunâ, felicissimum esse, autumant.

De Tartarorum crudelitate, hæc refert *Cromerus*. Anno 12[illegible] magno Poloniam impetu invaserunt: prædam illi hinc ingen[illegible] abegerunt: monasteria diripuêre: Monacho[illegible], unà cum eis [illegible], rusticis, qui ad Coprmunicense m[illegible] sterium confugerant, interfecerunt: homines utriusque sexûs, ætate & formâ florentes, loris adstrictos, in modum pecudum, magno n[illegible] mero præ se agitarunt: p[illegible], domos, incenderunt: Moniales constu[illegible] tant, &c.

Fugiend[illegible] pugnare [illegible] genti maximè usitatum est. Hostem sagittarum m[illegible] obr[illegible] nt. Magicæ arti plurimùm sunt de[illegible]. Ar[illegible] lat[illegible] & divinationibus, cùm aliàs, tu[illegible] in[illegible], p[illegible] imum [illegible] tuntur. Ex humanis etiam catis, de futuri[illegible] en[illegible] bus [illegible] ctant. Inter bellica signa, uno [illegible] lis utuntur quod figuram literæ X præ se fert: in cujus cuspide, imago capitis humani, barbaque, tetra atque nigra est. Quod ubi vehementiùs vibratur; fumum, atque nebulam densissimam & fœtidissimam, exhalat: ut *Cromerus** factum testatur, in prælio Legnicensi: ita quidem, ut ista nebula non tantùm adspectum Tartarorum hosti ademerit; sed etiam teterrimo odore enecârit.

*Lib 3.

¶ Cæterùm, de Tartaricæ gentis moribus, subjiciemus ea; quæ prolixè atque ornatâ oratione commemorat *Bonfintus.** Homines sunt infausto truciique adspectu, maximâ ex parte staturâ brevi, prominentibus crassisque oculis, quos palpebræ latè contegentes, cùm parùm aperiant parvos ostendunt. Itèm naso, fronte, facieque latâ: adhæc imberbes, raris in superiore labro ac mento pilis, in parvæ lanuginis similitudinem. Ad umbilicum ut plurimùm angusti, mediocrem pauci staturam superant. Caput ex trans[illegible] erso, ad utraque usque tempora, radunt, præter verticem; & ad equinæ soleæ speciem, raturam obducunt. Radunt [illegible] m occiput; longosque capillos ab aure demittunt: q[illegible] qui[illegible] m mos Turcorum, Saracenorum, & Cumanorum, [illegible] m[illegible] ar. In[illegible] per levi agil[illegible] que corpore, [illegible] ribusque a pueritiâ equitare docti, [illegible] radiuntur. Dum iter faciunt, et-

*Dec 2. li. 8.

iam boves equitant. Essedonum Hamaxobiorumque more, pro domibus currus habent pellibus opertos. Ranarum more, gradatim non incedunt, sed aut tardissimè, aut præcipitanter progrediuntur: quare pedibus parum valent. Mulieres turpissimæ, pati[illegible] eritate, [illegible] irorum more equitant. His equi dociles, qui hordeo [illegible] on pascuntur, neque soleis ferreis muniuntur, quibus etiam [illegible] nares, & exsecti sunt testes. Horum oratio tumultuaria & clamosa, ac solâ interrogatione fluctuans: in gutture verba fingunt rabida. Si cantent: tauros mugire vel lupos ululare, dixeris. Incertas domos habent, & crati[illegible] es, tentorii utuntur: ad montes æstivant, hybernant ad maritimos cam[illegible]. Magna his pecorum copia. Corpora non minùs palæstrâ, quàm sagittatione, exercent. Lacte, milio, pulmentoque, vescuntur. Pueros ab initio sic ad sagittandum indies instituunt: ut cibum sumere non permittant; donec scopum non attigerint. Equinum sanguinem in deliciis habent; & humana sæpè carne vescuntur. Venatores optimi; quando certissimi sagittatores. Feras loco motas præ se fugant, ducuntque: mox in choreæ speciem veluti ludentes, circumveniunt, confodiuntque telis. Unius quidem Dei fidem habent: nullâ tamen religione, laude & oratione, Deum colunt. Sigillaria, ac idola quædam humanæ imaginis, ex centone facta, ad utramque ostii partem locant; quibus ubera prominent. atque illa custodiæ pecorum & tutelæ præesse numina, arbitrantur: horum beneficio, lactis gregalis, & pullorum gallinaceorum copiam profluere, credunt. Nonnulla quoque simulacra è serico formant; præfigunt curribus, & superstitiosius adorant. In quibus quidem curribus, si qui furtum fecerint: veluti sacrilegi, indictâ causâ, continuò trucidantur. Quum sigillaria talia facturi sunt: nobiliores mulieres cogunt, quæ non sinè religione, ac reverentiâ, illa confingunt. Formato idolo, ovem mactant: combustis ossibus, cætera devorant. Ægrotantibus quoque pueris puppas dicant ad lectumque suspendunt. Chiliarchæ & Centuriones, in mediâ statione, hircos habent; quos idolis faciant: primitiasque lactis jumentorum ac pecorum delibant. Quum celebrant convivia; omnium, quæ apponuntur, primitias offerunt. Quum sacrificant victimas; cor simulacro dicant: deinde id decoquunt, ac devorant. Suo Regi, ante stationem, magnum simulacrum honorificè ponunt: cui equos, quos nemo deinde conscendit, dicant. Mactant etiam animalia varia; quæ combustis ossibus devorant. Huic quisque prætereuns se inclinare, ac prævenerari, cogitur. quod cùm Michaël Dux Ruthenorum, facere recusaret; publicè ex-templo trucidatus est. Solem & Lunam adorant: itèm elementa quatuor; quibus, ante prandium, ciborum & potus primitias libant. Illud autem à Chingistâ, primo eorum Rege, sancitum: ut, quicunque, propriâ insolentiâ percitus, injussu Principum, tyrannidem occupare ausit, indictâ causâ continuò obtruncetur. Itèm, cum nullâ usquam gente pacem ineundam, quæ parère noluerit: neque unquam cessandum, quo-usque aut rerum potiantur, aut ad interitum redigantur. In fatis eorum esse, anno[illegible] octogintia pugnare oportere; & regnare duodeviginti: mox ab aliâ gente victum iri: & qui evaserint, legem illam suscepturos, quam victores planè servarint. Insuper divinationibus, auguri[illegible], veneficiis, incantament[illegible] que adm[illegible] dum obnoxios. Ad oracula dæmone alloquuntur. Eorum exercitus, in Chiliarchas, Centuriones, & Decanos, digeritur omnis. Quin-etiam Chaam generale est edictu: Quicunque ab ipsis ac eorum [illegible] is capiantur; [illegible] cere in perpetuam omnes servitutem asserere: & pro [illegible] sibi line suâ, uti & abuti. De Viatoribus hanc legem promulgarunt: Quemcunque Tartarus, Tartar[illegible] fet ut in vi[illegible] offenderit, præter mercatorem Tartarica bul[illegible] signatum: jus eius habeto: in servitutem asserito perpetuam, donec a[illegible] ri[illegible] te domino repetatur.

Tartarorum duo gene[illegible] a; glossemata quoque diversa: utrisque tamen lex una, & ritus quoque unicus. Tantum insuper [illegible] barbariæ ac im[illegible] ietatis est, & arrogantiæ: u[illegible] Chaam, Regem suum, De[illegible] um audeant a[illegible] p[illegible] are [illegible]

tèm pro Deo hunc tantùm in terris venerentur, & adorent. Ea externis, quicunque eorum Regem adeunt, ter se inclinare suppliciter, & ter capite terram ingeniculati quatere, ante solium coguntur. Omnes sibi inferiores arbitrantur. Somnia observant: magos colunt & veneficos. Dæmones, in idolis responsa reddentes, adorant. Deum, Hychoga nominant: Dominum autem, Chaam, aut Cnaijm, quem divino honore dignantur, & timent. Ei primitias, æquè ac Deo, ciborum potûsque, libant: ejus responsa & imperia, velut oracula, observant & peragunt. Tantâ quisque ipsorum æstuat avaritiâ: ut nulla furta, rapinas, latrocinia, vim, usuram ac cætera tale genus, prætermittant. Fœnerat pro virili quisque suâ: decimam creditò æris partem, quoquo mense, pro fœnore, exigit. Itèm vectigalia crebra, ac gravia. Nam tributa, in primis Regi; deinde Sacerdotibus, posthæc Provinciarum præfectis nuntiisque solennibus, planè solvuntur. Neque desunt crebra xeniorum officia ac impensæ; quæ quotidianis nuntiis erogantur. Rusticus, pro se, quisque denarios tres; bos quoque, pro se, quisque totidem; totidemque senæ pecudes. Pro acceptis muneribus nihil rependere, mos est: quando omnia sibi, præ insolentissimâ immanitate, deberi arbitrantur. Eorum manus, ad accipiendum semper promta, ad rependendum contracta semper. Ob deperditam avaritiam, greges & armenta nutriunt: quibus multò plùs æquo parcunt. Ex his nullum sanum aut vivum præparant ad esum: & si quid horum devoraturi sunt; aut mortuum, aut moriturum, mutilatúmve, capiunt. Egeno ac rogatori nihil porrigunt. Atqui hoc tamum aliquâ ea parte laudabile servant: quòd dum in convivio versantur, advenientem quemque facilè tolerant, in mensamque excipiunt.

Sunt etiam ineffrenatę libidinis: nam non modò in maribus & fœminis; sed ne in bestiis quidem, suam Venerem explere queunt. Infando Saracenorum more, pro libidine ac facultate, uxores plures ducunt. Nulla arctissima conjunctionis ratio apud hos habetur: à matre, filiâ, & sorore, tantùm abstinent. A'viro nulla uxor reputatur; donec pepererit: & tunc dotem à Parentibus accipit. Sterilis, pro viri arbitratu, haberi & explodi potest.

Præterea, usque-adeò immanes & efferati: ut nec senes revereantur, nec misereantur infantes. Sanguinem æquè, ac aquam, haurire non formidant. Cadaverum juxta, atque excrementorum acervum, reputant. Nullum immanitatis genus abominantur. Humanas carnes avidissimè devorant: exultant cædibus. Nihil ex immani genere mortis remittunt: commentantur dira supplicia. Dant alios præcipites è rupibus; alios, posito supra saxum collo, lapidibus excerebrant: nonnullis collum saxis usque-adeò collidunt; donec acerbissimâ morte conficiant. Plerisque delitescentibus cultello cor transverberant: prosilientem cruorem sugunt. Ac demum tam dirâ crudelitate utuntur: ut via humanum credere possit ingenium. Sunt adhæc astu & perfidiâ plùs quam barbarâ. Quum aliquid obsident; blandiuntur oppidanis; hortantur ad deditionem; ac multa denique pollicentur. voti compotes facti, promissa non præstant: captos partim cædunt; partim asserunt in servitutem. In summâ, dolo magis, quàm viribus, pugnant. Itèm, victu tam fœdo; ut pediculos ingenuæ gulæ reputent; necnon & mulas, sterilitatis gratiâ, humanas carnes, vel maximè inimicorum: præterea canes, feles; & lac præ cæteris equinum. Patinas & ollas purgant nunquam: sordes & immunditias appetunt potiùs, quàm abominentur. In Cumanorum bello, quum multos captivos haberent: præ dirâ humanę carnis aviditate, ad explendam corporis ingluviem, omnes decimarunt; decimatosque percupidè devorarunt.

Habitu utuntur nigeo genuum-tenus: quo nec brachia, nec latera, nec pectus, nec aliqua pars anterior, supra infraque umbilicum, regitur; item pileo, in mitræ speciem. Corio, laminaque ferreâ, brachia muniunt potiores: galeas è corio fingunt. Pauci lanceis & scutis; arcui tantùm, & equestri confidunt pernicitati. In certamen descenturi, pernices quosdam equites præmittunt: qui nihil rapiunt, nihil comburunt cæduntque pecorum: obvios duntaxat obtruncant, aut fugant. Post hos mittuntur, qui prædas agant; & ad investigandos homines, sagacissimi mittuntur. Prospectis hostibus, multi prodeunt: qui ubi in congressum venère; jactis tribus quatuórve telis, continuò regrediuntur ad suos: ut ad impositas insidias hostes alliciant. quod ubi factum est; eos circumveniunt, & obtruncant. Si magnum adversùs se conspicantur: declinatâ pugnâ, biduum triduumque retrocedunt, divertuntque: aliam regionem invadunt, & diripiunt. Quòd si utrumque non successerit: duodecim dierum iter retrò abeundo faciunt. In munitissimo quandoque loco usque-adeò morantur: ut furtim, & ex improviso, incautum vel divisum inimicorum exercitum intelligant. Plùs dolo & astu, quàm viribus pugnant. Principes in pugnam non descendunt: procul inter pueros & mulieres prospectant in equis. Quandoque humana simulacra equis imponunt: ut multò majus præsidium habere videantur. Congressuri cum hoste, captivorum aciem inter suas collocant. Hosti, fortissimè pugnanti, fugæ viam patefaciunt: quia aversos faciliùs, quam adversos, interficiunt. Quum aliquam invasuri sunt regionem: antequàm ad illam perveniant, latissimum agmen faciunt; ubi locum nemo deserit: & quum ad fines illius perventum est, noctu montes, qui circumstant, omnes occupant. Illucescente die, pernices equites ad campos demittunt; qui passim cuncta discurrent. Populi verò, citato tumultu, qui ad montes properant, in insidias incidunt, cæduntúrque. Sæpenumerò, fortissimum nacti hostem, fugiunt; fugâque post se eum alliciunt: demùm longo cursu defatigatum, conversi adoriuntur, & perimunt. Quacunque iter faciunt, vastantque, confestim dira fames insequitur. Sæpè in prælio depicti ex industriâ, ut hostem admittant: mox admissum, in sibilum coacti, circumveniant & obtruncent. In servos, bello servatos, imperiosissimi: quos non solùm nudos; sed assiduâ inediâ laborantes, in diro servitio ad mortem usque retinent. præ libidine ac ludibrio, impunè sæpè necant.

Peregrinam quamque religionem, in ditione suâ patiuntur. Nam, cùm nullum, præterquàm peculiarem deum, adorent: omnium opinionum sectas haud-iniquè tolerant. Artificibus facilè parcunt: ut ab his opera, humano usui necessaria, exigant. Virgines, matronas, mulieres jure belli comparatas, miserabili servitio conficiunt; fame cruciant, & ad foci ministeria retinent. Ex provinciis bello comparatis, puerorum puellarumque decimas exigunt; quas pro servis habent: & ex his morituri dudum domini deligunt, qui cum his vivi infodiantur.

Tartareæ mulieres quàm-turpissimæ. Conjugatæ, in sesquipedalis altitudinis canistri speciem, rotunda quædam pilea, à superiore parte latiora, gestant; hexamito sericóve ornata; pavonum oculis, unionibus & lapillis, exculta. Phaleratis equis insident, non solùm auro; sed margaritis insignes. Quinetiam diversa operantur: utputà pelliceas vestes, calceos, ocreas, & cætera tale genus. Itèm currus ducunt, reparantque: camelos onerant. Virorum more, sagittas emittunt; pharetratæ equitant; ex equo pugnant; & virilia quæque officia præstant. Femoralibus, veluti viri, utuntur.

Si quis ex plebe lethali morbo afficitur: ad ejus stationem tentoriumque, hasta quædam erigitur, pileo nigro præfixa: spectato signo, intrat nemo. Vitâ defunctum clam in campo sepeliunt: eum sub medio tentorio constitutum infodiunt. Itèm in sepulcro, mensam ante illum, scyphum equini lactis, & carnis alveolum, statuunt: adjiciunt quoque jumentum cum pullo, & phaleratum equum; ut in alterâ vitâ lac, jumentum, & instructum equum, habeat. Jumentum illud comedunt; ejusque corium, completum stramine, in patibulo quodam planè suspendunt: comesti equi ossa comburunt. Atque talia justa, gens dira persolvit. Si quis eminentioris vir fortunæ vitâ excesserit; cum preciosissimo habitu humi reconditur: sed ab hominum frequentiâ longè remotiùs, in secessu; ne habitu suo reclusus spolietur. Amici equū

ejus pelle exſuunt: quam ſtramine compleant; completamque palo præfigant; ac editiſsimo pro dignitate patibulo imponant. Carnes pro inferiis comeſſantur. Triginta dies mortuum lugent. Principes, antequàm expirent, ſervum, deligunt; delectumque eum domino unà vivum ſepeliunt.

Addunt plerique nonnulla, quæ humanam fermè fidem exſuperant.

Ajunt nonnulli, Tartaros Chriſtianâ fide aliquantulùm præditos eſſe. Qui Parentes jam ſenio gravatos conſpicati, pinguibus eſculis eos interciunt; ut ocyùs ſuffocentur: mox extinctos igni adurunt: collectosque deinde cineres diligenter aſſervant, ut his cibaria quæque lautiſsima condiant. *Hæc Bonfinius.*

¶ Cyathi, homines Pagani, Chriſtianos diligunt, & eleemoſynas plures faciunt; hominesque ſatis benigni & humani ſunt. Meliores his artifices in Mundo non inveniuntur. *Vincentius.**

*Lib. 31. c. 9.

¶ Pruteni Gentiles, Maſoviam bello petentes, ad annum 1220. nullum crudelitatis genus prætermiſerunt. Homines enim utriuſque ſexûs peremerunt; fœminas & pueros quamplurimos, in triſtem abduxerunt captivitatem: pueros nonnullos ſudibus infixerunt: Monachos & Sacrificulos miſsificantes trucidarunt: ampliùs quàm ducenta-quinquaginta templa, monaſteriaque, direpta inflammarunt: panem azymum, incluſum Monſtrantiæ, pedibus conculcarunt: Moniales ad ſtupra vi pertraxerunt. *Nauclerus.**

* Gener. 41.

¶ Harſaſinorum, in confinio Antiochiæ & Damaſci, in caſtris munitiſsimis habitantium, nulla eſt lex; niſi quam timor facit. Matres, ſorores, filias, indifferenter omnes cognoſcunt, ut uxores. A' cunabulis educantur in palatiis; omniaque addiſcunt idiomata: & docentur dominum ſuũ timere ſuper omnia; eique uſque ad mortem obedire in omnibus: ut ſic poſsint ad paradiſi gaudia pervenire. Quisquis in obedientiâ moritur, pro angelo colitur. *Vincentius.**

* Li. 31. c. 22.

¶ Cumani, duce Gotthano, Ungariam ingreſsi, fidem Chriſti ſe-ſe accepturos ſimulant. Admiſsi, in homines utriuſque ſexûs horribiliter ſævierunt: ita ut nec infantulis parcerent; virgines honeſtasque fœminas conſtuprarent. *Cuſpinianus in Auſtriâ.*

¶ Stedingi, qui populi ad Albis ripam infra Hamburgum fuêre, tanquam Gentiles à *Crantzio** notantur: quaſi doctrinam Romanæ Eccleſiæ ſpreverint; ejusque libertatem conculcarint, nulli vel ætati, vel ſexui, pepercerint: quòd reſponſa dæmonum quæſiverint; cerea ſimulacra fecerint; pythonyſſas conſuluerint; panem benedictum nefariè tractarint, Clericos malè mulctarint. Neque, id pro ſe feciſſe, ipſis ſatis fuiſſe: verùm alios quoque, præſertim ruſticos rerum imperitos, in ſocietatem impietatis pertraxerint.

* Lib. 7. Metrop. c. 47.

A' QUIBUS, ET QUOMODO, CONtra Gentiliſmum laboratum ſit.

I. *Doctores Eccleſiarum.* Sic Albertus, Livonienſis epiſcopus, totis triginta annis pugnavit contra Gentiles in Livoniâ: non quidem ſpiritus gladio, quod epiſcopale fuerat; ſed cruento Marte. Socios habuit quàm-plurimos, zelo devotionis accenſos: in quorum numero fuit Albertus, Nordalbingæ Comes. Ea peregrinatio per ſingulos annos renovata eſt: quamdiu ſupereſſet, quod agerent. *Crantzius in Saxoniâ.** Et Chriſtianus, Legatus pontificius, miſſus ad prædicandam fidem Romanam Pruſsis, anno 1220. parum profecit. *Nauclerus.**

Lib. 7. c. 37

* Gener. 41

Stedingis, Bremenſis archiepiſcopus, Gerhardus de Lippiâ, ſe oppoſuit; & quidem gladio. Socios habuit, Hermannum Lippienſem fratrem ſuum, Heinricum Brabantiæ Ducem, & Florentium Hollandiæ Comitem, cum magnâ manu cruce ſignatorum. Romanus enim Pontifex, per Mindenſem, Lubecenſem, Raceburgenſem, epiſcopos, de illis certior factus: in crucis prædicationem contra illos conſenſerat. Infeſtis armis dimicatum eſt, 6. Calend. Julii, qui dies Sabbati fuit: in quo conflictu interierunt ſex-millia. Reliqui fugâ elapſi, diſperſi ſunt hinc-inde. Clerici, reliquis Laicis cædibus occupatis, cecinerunt cantilenam, *Media vita*; aliasque lugubres: lacrymas ſcilicet crocodyli mittentes; & pro victoriâ ſupplicantes. *Crantzius.**

* lib. 7. Metrop. c. 47

II. *Politici.* Waldemarus II. Daniæ Rex, Prutenos armis adegit; ut fidem Chriſtianam ſe amplexuros promitterent. Verùm ſtatim, jam remoto exercitu, ad priorem relabuntur impietatem. Quam ob cauſam Fridericus II. fratribus Ordinis Teutonici Boruſsiam gubernandam tradidit: ut ſic continerentur in officio. *Crantzius in Vandaliâ.** Idem Rex, Eſtones impugnavit infideles. Fecit idem & Holſatiæ Comes Adolphus. *Crantzius in Vandaliâ.** *& in Metrop.**

* li. 7. c. 5

* lib. 6. c

* lib. 7. c. 5

Conradus, Maſoviæ Princeps, cùm poſt cædem Chriſtini Palatini, à Pruſsis (qui Criſtinum Deum vocabant) impeteretur; operâ cujuſdam Ciſtercienſis monachi, cruceſignatos undequaque coëgit: inter quos fuêre viri primarii, Heinricus Dux Sileſiæ, Uratislavienſis & Lubuſſenſis Epiſcopi, & multi ex Polonicâ nobilitate. Horum operâ Culmenſem tractum, ab illis occupatum, recepit. Neque vero hoc pacto tùm Pruſsi domari poterant. Itaque ex Livoniâ Enſiferi milites in auxilium vocantur: qui à Pruſsis ſuperati, & ad quinque uſque redacti, in Livoniam redierunt, re infectâ. *Cromerus.**

* lib 7.

Pruſsis Maſoviam vehementer vexantibus, anno 1227. Conradus, conſilio Chriſtiani epiſcopi, Fratres Teutonicos, Crucigeros, nuper ex Syriâ à Saracenis ejectos, Româ accivit; illisque poſſeſsiones tradidit; ut contra Pruſſos ſummis agerent viribus. Quod ut eò meliùs facerent; nec tantùm ipſorum incurſiones ſuſtinere, ſed etiam ipſorum ditiones infeſtare poſſent: caſtella, Fogelſangum, Toruniam, & Ritembergam, caſtruxerunt. *Cromerus.**

* ibid.

III. DE MAHOMETISMO.

SAraceni hoc ſeculo aliquot urbes occuparunt, crudeliter interemtis Chriſtianis, ut Tripolim, Acaonem: ut anno ſuius dicitur. Unde liquet, ad plurima loca ipſos ſuam religionem propagâſſe.

Tangedar Tartarus, primus apud ſuos legem Mahometanam amplexus eſt, anno 1282. *Paralip. Urſpergenſis.*

CAPITA OPINIONUM SEU errorum Mahometiſtarum.

De Chriſto ſentiunt; conceptum & natum de Virgine, ſinè peccato vixiſſe: plus quam Prophetam fuiſſe: miraculosè etiam egiſſe plurima. Quam ob cauſam, templo & ſepulcro Domini, itemq; turri Davidicæ, pepercerunt: cùm Hieroſolymam, anno 1219. vi occuparent, & demolirentur. *Ptolemæus Lucenſis, in Rudimento noviſsiorum.*

LITERARUM STUDIA.

Saracenos Aſtronomiæ peritos eſſe, hinc colligitur: quòd Soldanus Babylonicus, mirâ arte fabricatum inſtrumentum, Friderico dono dederit, ad annum 1233. quod curſum duorum cœleſtium luminarium, Solis & Lunæ, nocte & interdiu, mirificè repræſentavit. Æſtimatur viginti-mille marcis argenti conſtitiſſe. *Hedio.*

RITUS SEPULTURAE.

Saladinus moriturus præcepit; ut camiſia, haſtæ appenſa, ſibi jam mortuo ad ſepulcrum præferretur; atque præconis voce proclamaretur: Hanc ſecum feret mercedẽ Saladinus, Aſiæ domitor, gentium victor. *Metrop. Crantzii.**

* lib 7. c. 26

MORES SARACENORUM.

Etſi Saraceni ob crudelitatem nobilitati ſunt: tamen officia quædam humanitatis, etiam hoſti in calamitate conſtituto, ipſos præſtitiſſe, legitur. Cùm enim Melexala Sultanus, fame comperiſſet Chriſtianos laborare: cibos gratis ipſis exhiberi curavit, quouſque Damiatam redirent, anno 1221. *Nauclerus.**

* Gener. 4

Ludovicum, Franciæ Regem, ægrotantem, per proprios Medicos curari, diligenter fecit: atque eùm ſanitati

restitutus esset, de induciis coram cum ipso egit. *Continuator histor. Belli sacri.* *

Sunt inter Saracenos quidam, quos Assaridas vocant; Latini Sicarios, genus hominum infidum, superstitiosum: qui se æternam promereri beatitudinem arbitrantur, si publicum hostem interficiant, quovis tandem id fiat modo: etiamsi deprehensi, crudelissimo supplicii genere se afficiendos norint. *Polydorus.* *

Lib. 4. c. 7. — *Lib. 16.*

A QUIBUS, ET QUOMODO, *propugnatus.*

Fridericus Imperator Saracenos in precio habuit: ut non tantùm, per Italiam Siciliamque, magistratus gerere permitteret, sed etiam peculiarem urbem Apuliæ, Luceriam, incolendam ipsis traderet; ejectis Christianis. Legem quoque tulit, ut cum Saracenis contendentes impunè occiderentur: Cæsorum autem Saracenorum quæstio, si, qui vim intulerat, captus non esset; in vicinæ regionis populos haberetur: qui æris summâ, ac totidem capitum supplicio, punirentur. [Verùm hæc, ut pleraque alia, conficta esse videntur in optimum Imperatorem, à Pontificiis Scriptoribus: ut penes Lectoré meritò fides sit.] *Blondus.* *

Dec. 2. li. 7.

A QUIBUS, ET QUOMODO, CONtra sit pugnatum.

Alphonsus VIII. Rex Hispaniarum, auxilio Arragoniæ & Navarræ Regum, itemque Narbonensis episcopi, Theobaldi de Blezon, & exercitûs cruce-signati, quem Innocentius III. miserat, aliquot millia Saracenorum, qui ex Africâ, Ilmamolino duce, circa Toletum in Hispaniâ consederant, opprimit; eorumque castella occupat: anno 1204. *ut patet ex Epistola Alphonsi ad Innocentium, quæ addita est Continuationi Belli sacri: item ex Blondo.* *

Li. 6. Dec. 2.

Fridericus II. Imperator, contra Saracenos in Siciliâ, Calabriâ, & Apuliâ degentes, exercitum duxit; atque eos subegit: anno 1222. *Urspergensis.*

Ferdinandus, Arragoniæ Rex, Saracenos ex Majoricâ insulâ, & Valentiâ urbe exegit; & ad ritus moresque Christianos perduxit: anno 1229. *Blondus.* *

Lib. 7. Dec. 2.

Haalon Tartarus, post subactam Persidem, hortatu conjugis, quam ibidem duxerat, cuncta Mahometi templa dirui jussit; sectatoresque religionis istius afflixit. *Continuator histor. de Bello sacro* *

Lib. 4. c. 14.

Quæ porrò expeditiones in Saracenos susceptæ sint, suo loco, ubi de Mutationibus politicis agetur, dicemus.

CAPUT XVI.
DE MOTIBUS ET Mutationibus Politicis.

SUB PHILIPPO, BARBAROSsæ filio.

POST Heinrici VI. obitum, in Romano Imperio turbæ exstiterunt. Nam Philippus, Sueviæ Dux, lenis, mitis, affabilis, erga quosvis benignus, corpore quidem debilis; sed animo virum præ se ferebat, (cui frater filium trimum, & insignia regalia, commiserat) penes se eam dignitatem servare omninò nitebatur: eique multi Principes suffragabantur. At Innocentius, qui eâdem tempestate ad fastigium cathedræ pestilentialis conscenderat; totumque Orbem, majorum suorum pessimo exemplo, sibi subjectum volebat, odio Heinrici VI. qui, (*ut Vincentius ait*) Siciliâ subactâ, multos magni nominis viros, inter quos & religiosi fuerint non-pauci, trucidaverat. Romanamque sedem minùs reverenter tractâtat; quantis poterat viribus, omnem ejus progeniem oppressam cupiebat: ac, quò omnium animos averteret à novo Rege, obsides illos, ab Apulis acceptos, quos superiori seculo excæcatos diximus, cùm eos liberâsset, quibusvis magnatibus ostentat. Philippum præterea, omnesq; ipsi addictos, anathemate ferit. Ac dixisse fertur; (*ut annotat Urspergensis*) aut se Papam regni Philippum diademate, aut Philippum insigni apostolico Pontificem, exuturum.

Philippus, jugulum sibi peti facilè intelligens, Principum & Magnatum animos sibi conciliat: inter quos fuerunt, Bernhardus Saxoniæ Dux, Archiepiscopi Magdeburgensis & Bremensis, cum Suffraganeis. Cæterum, ab adversariâ parte, Andernacum, Principum conventus indicitur: ut ibi de novo Rege, communi consilio, tracta[…]. Sed Philippus, missis eò Legatis, qui suâ etiam in[…] dicerent, nec regiam progeniem contra fidem datam rejiciendam; cœtum turbat. Verùm illi in locum tutiorem Coloniam nimirum, se conferunt. Ac licèt tùm quoque, per Legatos, Philippus electionem impedire conaretur, oblato etiam, ut famâ ferebatur, Trevirensi archiepiscopo, magno auri pondere: nihil tamen obtinuit. Sed Bertholdus, Zaringiæ Dux, non quidem virtutis, quæ nulla ibi erat; sed pecuniæ habitâ ratione, (ut ingenuè fatetur *Urspergensis*) Imperator designatur.

Posthæc Philippus, suorum fautorum coactu conventu in Mulhausen, publicè à Suevis, Saxonibus, Bavaris & Bohemis, aliisque ad Rhenum Principibus, Rex designatur. Exinde maxima secuta sunt mala, simultates, doli, fraudes, proditiones, rapinæ, latrocinia, perjuria: non modò inter plebeios; sed & magnates, tum politicos, tum ecclesiasticos viros. Maximè verò Philippus suorum perfidiam experiebatur: qui aliud ore loquebantur; aliud corde volvebant. At Bertholdus, cùm suos thesauros, quos avarus perditè amabat, ad tantam obtinendam dignitatem, minimè sufficere posse, diffideret; spontè cedit: & in Philippi gratiam, præstito fidelitatis juramento, redit.

Pontificii sectatores, (Argentinenses & Colonienses, cum suis episcopis, nominat *Urspergensis*) à suo Rege delusi, mox habito clandestino consilio, Otthoni Saxonum Duci, Leonis filio, (*ut habent Rudimentum noviciorum & Crantzius*) eas partes deferunt: quem authoritate Innocentii, Aquisgrani, Adulphus Coloniensis inungit, expulso indè Philippo, qui oppidum illud priùs occupaverat. Excommunicatione præterea papali in Philippum promulgatâ; Bohemus, Hermannus Landgravius Thuringiæ, qui amitæ filius erat, aliique complures, relicto hoc, Otthoni se conjunxerunt. Suum etiam erga Otthonem studium Nocentius, scriptis ad eum literis, declarat: quarum exemplum *apud Crantzium* * videre licet.

Lib. 7. Sax. c. 25.

Antoninus, eâ occasione Otthonem, electum, scribit: quòd Philippus, neglecto Coloniensi, à Tarentesiano episcopo, Pontificis ad Germanos Legato, verùm aliis de causis misso, consecrari se passus fuisset. pro eâ injuriâ vindicandâ, Coloniensem omnem movisse lapidê, quò Philippo ægrè faceret. [Egregium scilicet Ecclesiæ præsuli[…], & perpetuâ memoriâ dignum encomium!]

Philippus, collecto milite, hostium agros infestat; Alsatiam omnium primò perlustrans. Haldinburg arcem, in agro Argentinensi munitissimam, expugnatam solo æquat. Rubeacum & Aphich oppida constringit. Pòst ad Argentinensem urbem castra ponit; suburbia exurit. Eâ clade fracti cives, urbem tradunt; & cum Episcopo fidem jurant. Ottho etiam in armis est: sed Spiram usque progressus, à Philippo profligatur; & ad Saxones confugit, anno 1201.

Dehinc in Thuringiæ Landgravium, qui jam sæpiùs, contra fidem datam, rebellis extiterat, omnem belli vim transfert victor Philippus. Erfordiam occupans, indè longè latèque villas, agros, ac monasteria utrinsque texis, depopulatur: *ut refert Crantzius.* * Landgravio auxilio venerat Bohemus. Verùm uterque suis contra Imperatorem viribus diffidentes, ab armis d[…]cesserunt: hic, relictis castris, noctu domum rediit: ille, ad pedes Imperatoris prostratus, veniam impetrat. Bohemos insecuti Cæsareani, extremum agmen haud-parùm vellicarunt.

Lib. 7. Sax. c. 15.

Pòst, recuperatis nonnihil viribus, in Coloniensem movet; ejus ditionem hostiliter invadit; oppida plurima subigit. Coloniâ obsessâ, Imperatori se dat Episcopus; eumque Aquisgrani, sacro oleo perfundit, anno 1205. Ea de causâ Episcopus, per pontificium Legatum, suâ dignitate exuitur, substituto Brunone.

Tandem, duarum filiarum elocatione, quarum altera Bohemo Wenceslao, Otthocari filio (*ut refert Aventinus*) altera verò Brabantiæ Duci nupsit, & benevolentiâ, quâ Principes complectebatur, Philippi vires adeò creverunt: ut Ottho ab armis discedere necesse habuerit. Sub idem tempus, Philippus Otthocarum Bohemû, ejusque successores, perpetuò, Principum sententiâ, Reges appellat: *teste Aventino.**

*Lib. 7.

Principes, diuturnis bellis graviter attriti, de pace inter Philippum, Pontificem, & Otthonem, ineundâ, consultant. Mittuntur ad Pontificem Legati, qui pacis conditiones accipit: ut Regis filia, Pontificis ex fratre Richardo nepoti, quem nuper Comitem ipse creaverat, desponderetur; & altera Otthoni, qui regio nomine se abdicaret, matrimonio jungeretur. Acta sunt hæc anno 1206. Quatuor enim etiam Philippo, ex Irene conjuge, filiæ. Sicque tandem afflictis rebus medicamen adhibitum est.

At apud Saxones adhuc quidam rebelles exstiterunt; quos ad officium coacturus erat Imperator. Sed Bambergæ, ubi moram nectebat, occasione incisæ venæ, Ottho quidam sceleratus de Wittelspach, in palatium ejus irrumpit, ipsique, nihil mali suspicanti, vulnus infligit: ex quo paulò pòst obiit, anno Imperii 10. Christi 1208. mense Junio. Ea autem cædis tam nefariæ causa fuisse perhibetur: quòd unam ex filiabus, Otthoni illi desponsatam, tradere pòst noluisset, ob perfidè interemtum quendam Bavariæ Ducis familiarem. Corpus ejus, Bambergæ, terræ mandatum: sed pòst Friderici II. jussu, Spiram defertur. *Urspergensis Vincentius* *

*Lib. 29. c. 59

De Philippo annotat *Urspergensis*: quòd is Imperatorû primus, cùm argento, quod nervus est bellorum, destitueretur, villas vicinasque ecclesias Baronibus, qui ipsi militarant, distribuerit & obligârit.

Otthonem, Cæsaris interfectorem, non multò pòst, in Bojariâ, Heinricus quidam Calatinus deprehendit: eique è vulneribus confosso caput amputat; quod Danubio submergit. *Aventinus.**

*Lib. 7.

SUB OTTHONE IV.

Rebus humanis exemto Philippo, rerum summâ Ottho solus potitur, Northisque in uxorem ductâ Philippi filia, ut convenerat, quæ, quarto à nuptiis die, morbo correpta, paulò pòst vivere desiit: *ut Nauclerus indicat.** Peragratis autem Rheni partibus, in Sueviam contendit Ottho: magnâ severitate in quosvis, latrocinia exercentes, animadvertens; ecclesiasticorum etiam ferociam lasciviamque compescens: quod, Ecclesias opprimere, vocat *Urspergensis*. Magnâ indè, apud plebeios homines, laudem assecutus est Imperator. Cæterùm, rebus regni firmatis & justo militum numero coacto, in Italiam profectus, ab Innocentio coronatur: Philippo Francorum Rege, & plurimis Romanorum magnatibus, reclamantibus.

*Gener. 4.

Præterea mos erat; ut, post consecrationem, munera quædam Romanis distribueret Imperator. Quod cùm non fieret: tumultus intra urbem excitatur; in quo Cæsareani graviter attriti fuere. Ea urbe itaque cum indignatione excedens Imperator, cùm contra juramentum, inter consecrandum Pontifici præstitum, quasdam Italiæ urbes, quas S. Petri patrimonium Pontificii appellare consueverunt, in suam redegisset potestatem: non modò pontificiâ excidit gratiâ; sed & atrox excommunicationis fulmen extorsit, anno 1210. *Vincentius,* Antoninus,* Chronicon Martini Capellani.*

*Lib. 29. c. 100. *Tit. 19. c. 2.

Res, ut acta erat, statim ad Germanos perfertur. Fulminis atrocitate (nam ne quis eum Regem, vel agnosceret, vel salutaret, sub anathematis pœnâ pessimus Nocentius vetuerat) moti, Hermannus Landgravius Thuringiæ, Moguntinus ac Trevirensis Archiepiscopi, Dux Austriæ, Bohemiæque Rex, ac multi alii politici & ecclesiastici viri, deficiunt, instigante que Papâ, de novo Rege creando consultant, ac, communi eorum suffragio, Fridericus, Siciliæ Rex, Heinrici VI. filius, cui olim in cunis vagienti fidem Principes dederant, surrogandus censetur. Mittuntur mox Legati, Heinricus de Nifen, & Anshelmus de Justingen, ad Pontificem, electionem nuntiantes. qui, licèt Caimico odio insectaretur Heinrici progeniem: attamen eorum votis, modò ut Otthoni, qui pupillam oculi, hoc est, patrimonium ejus, contrectârat, ægrè faceret; annuit. Indè ad Fridericum iter instituunt: quem, negotio exposito, ægrè admodum, uxore Constantiâ eum retrahente, (quæ Germanorum metuebat dolos) ut in Germaniam una eat, permovent. Romam cùm simul divertissent, Pontificis suffragium exquisivit ille priùs: pòst in Germaniam, magnâ benevolentia apud quasvis Italiæ civitates, ubi transeundum erat, ipsi exhibitâ, salvus venit.

Hæc, dum hybernis in Apuliâ est Ottho, fiunt. Sed is, re cognitâ, statim itineri se accingit, Germaniamque petit. Ac, licèt Romanus Pontifex omnem moveret lapidem, ut Friderico Ottho reconciliaretur: hic tamen pontificias conditiones amplecti noluit. Quare Pontifex, ut eum Imperatoriâ dignitate quocunque prætextu exueret, incubuit sedulò.

In Germaniam cùm venisset Ottho, Noribergæ comitia agit: Principum animos, arte pontificiâ à se aversos, recuperare laborat: eosque, quoscunque ibi comparuerant, obnixe rogat; ne tantum potestatis Romano concedant, pro suo arbitrio Cæsares vel constituendi, vel rejiciendi. Vincit suâ oratione plures: quorum ope stipatus, Hermannum, Thuringiæ Landgravium, (qui, ut præ cæteris suam fidem Romanæ sedi probaret, Imperatori bellum faciebat) petit. Dum hæc fiunt; Friderici in Germaniam adventus (nam Constantiam usque jam venerat) nuntiatur. Omisso itaque Thuringiaco bello, Friderico occurrendum statuit: Constantiam obsidet. Sed indè à civibus, quibus Francorum Rex (qui, odio Johannis Angli, cujus ex sorore nepos erat Ottho, ipsum remotum cupiebat) subsidium miserat, repellitur. Ac cùm Brisacum ex fugâ se recepisset: indè quoque, civium tumultu excitato, ob tentatam à militibus conjugum filiarumque pudicitiam, (*ut Vincentius* refert*) fugam capessit, & ad Saxones abit.

*Lib. 30. c. 1.

Fridericus, Aquisgrani, Rex per Moguntinum salutatur, ad festum Jacobi, anno 1213. *teste Trithemio in Hirsaug. Chronico.*

Ottho, regno exutus, cum Ferrando Flandro, & Reginaldo Boloniæ Comite, Francorum Regi bellum parat: quòd is avunculum suum, Anglorum Regem, molestaret, subactâ Nortmanniâ. Sed infeliciter prælio commisso, ad pontem Bovinatum, prope Tornacum, uterque Comes captus, in vinculis periêre. Ottho ægrè evasit: eandemque anno, postquam regno privatus esset, quinto, qui erat Christi 1218. dysenteriâ moritur; absolutus priùs (*ut Crantzius annotat*) à Sifrido Hildesiensi. *Urspergensis, Vincentius.* Cuspin.*

*Lib. 30. c. 53. & seqq.

Ricardi, Anglorum Regis, obitus, seditiones apud eosdem peperit: quibus & Philippus Francus involvitur. Nobilium pars Johannem, Ricardi fratrem, Regem salutant. Alii Arturum, Britanniæ Ducem, (quòd ex Gaufredo fratre, qui Johannem ætate antecessisset, natus esset) potiorem regni hæredem contendebant. Johannes, popularium multorum animis largitione conciliatis, Nortmanniam occupat: &, Eleonoræ matris suasu, tota Anglia ei fidelitatis juramentum præstat. Arturo Andegavenses, cum Cenomanis & Turonensibus, suffragantur. Cumque eidem & Francus adstipularetur: Johannes ab eo pacem redimit; redditis quibusdam oppidis in finibus Biturigum. Rebus sic compositis; Johannes Rex Londini creatur, anno 12[illegible], quem Hubertus Cantuariensis inungit.

Interea demandârat Constantia, Arturi mater, filii curam Franco. quam ipse, magnifica promittens, suscipit: ac confestim ingenti exercitu coacto, in Nortmannicum agrum erumpit, Eburovicum Arcas occupat, Cenomanosque, qui periculi metu defecerant, in suam recipit potestatem. Johannes, certior de hac clade factus, Francum violatarum induciarum incusat; profectusque in Nortmanniam est. sed cùm viribus impar esset; congredi cum hoste supersedit. Induciæ quinquaginta dierum utrinque constituuntur. Iis exactis, de pace tractatum est: tandemque (sæpiùs enim ad colloquium frustra uterque Rex convenerant) ad has pactiones ventû est; ut his a Altorfi VIII.

Regis Castellę, nomine Blanca, Angli ex sorore Eleonorâ neptis, Ludovico, Regis Philippi filio, locaretur: cui, dotis nomine, Johannes ea omnia oppida, quæ Francus armis cepisset, condonaret, præter Andegavensem urbem, quam Anglus ex fœdere recepit.

Eam verò transactionem Primates Angliæ improbantes, ut ignavum, ac omnibus consiliis præcipitem, suum Regem contempserunt. Balduinus quoque Flandrus, belli socius, hoc relicto, cum Franco amicitiam deinceps coluit. Johannes posthæc Sardanapalum egit, totus otio, voluptatibus, & exactionibus subditorum, deditus. Avisiam conjugem, quòd eam tertio consanguinitatis gradu attingeret, repudiat: & Isabellam, Engolismensis Comitis filiam, quæ jam Hugoni Marchiæ Comiti desponsata erat, ducit; operâ Franciæ Regis: ex quâ Henricum suscepit.

Hugo, ob præreptam sibi sponsam iratus Johanni, in quamlibet occasionem sese vindicandi intentus est. Eâ autem cum Arturo oblatâ, ei se adjungit: Pictones contra Regem armat. Arturus, cum belli socio, Turonibus, qui metu periculi defecerant, & Andegavensibus devictis, eorum Comitem, Franco sic volente, se denominat. Eleonora, quæ iis regionibus præerat, in Mirabellum, arcem munitissimam, se recipit; & filii auxilium implorat. Eam Arturus insequitur, ac arce expugnatâ, in deditionem accipit: quam tamen honestè habuit. Johannes Rex, matris literis perturbatus, coacto tumultuario exercitu, ac dies noctesque continuato itinere, hostem jam securum, & nihil minus timentem, reperit. Angli impetu facto, magnam stragem edunt. Capitur Arturus: & Rotomagum in custodiam traditus paulò superstes est. Alii, quòd fugâ sibi consulturus, in Sequanam amnem sit delapsus: alii, quòd animi mœrore absumptus: sunt etiam qui à Rege eum supplicio affectum tradunt. Pictones quoque, Turonenses, & Andegavenses, in Regis potestatem iterum veniunt.

Constantia, parricidii accusat Johannem apud Francum: qui ei diem dicit; ad quem non sic comparuisset, causâ eum cecidisse, ac proprietatem omnium locorum, quæ ille ut beneficiarius tenebat, ad se redisse, decernit. Simul etiam cum copiis Normannicum agrum ingressus, igni ferroque depopulatur omnia loca, quacunque iter facit. Anglus Romani Papæ opem implorat. Is Franco, tum per literas, tum per oratores, ut ab armis discedat, mandat. Sed frustra laborat Papa. Francus bellum, ut cœperat, persequitur strenuè: munitissima quæque castella summis viribus expugnat. Bellum ipse Rex administrabat. Interim Johannes domi otio torpescens, pecuniæ faciendæ exquisitè studet; parùm de suorum clade solicitus. Persistebat in fide Angli solum Rothomagum, totius Normanniæ caput. Eam urbem, omni vi bellicâ adhibitâ, expugnare incipit. Sed cùm hac ratione parum proficeret: promissis ad defectionem cives solicitat. Ii, ut veteris gloriæ laudem obtinerent, (nam gloriari solebant, se in fide erga suum Principem semper permansisse: quam ob causam, & Ricardus, in eâ fideli civitate, cor suum sepultum voluerit) omnia prius tentanda decernunt. Mittuntur ex civibus ad Regem Legati, petitum auxilium in extremis angustiis. Sed à suo Principe per ignaviam deseruntur. Tandem fame penè enecti, Franco se dedunt. Sic Normanniâ, cæterisque in Aquitaniâ locis, potitus Francus victor domum rediit. Atque ita Normannia, quam 3.6. antè annos Rollo Dux occupaverat, a Francis recepta est. Fuit is annus salutis humanæ 1205. Inter has turbas, Eleonora, mater Johannis, mœrore animi extinguitur. Crebris tandem Nobilium exhortationibus motus Johannes, bellum quidem simulat, classemque parat: sed paulò post, animi mutatâ sententiâ, metu proditionis, arma deponit, graviter in eos, quos de proditione suspectos habèbat, animadvertens.

Guido, Vicecomes Toarcensis, Constantiam uxorem duxerat; & Arturo privigno in Principatu successerat; ac Johanni Regi reconciliaverat [illegible] hoc [illegible] cum Exacto itaque ferè biennio, quo Anglis quies concessa per ipsum fuerat, iterum arma induit: &, quæ supererant maritima loca, subigere penitus animum inducit. [illegible] primùm expugnat: & Chinone, post multos labores, tandem, civium transfugarum proditione potitur. Indè in Britanniam usque progressus, munitissimam quandam arcem, ad Grapelinum promontorium positam, diruit. Johannes, tum Guidonis societate tum contumeliis, quæ in eum jaciebantur, excitatus, classem adornat: quâ Andegavum contendit; expugnatamque primo impetu urbem militi prædæ dat; ac ipsa mœnia solo æquat. Indè egressus in vicinum agrum, quicquid obvium est, prosternit. Hoc successu elatus, in Pictones iter intendit. Sed Franco, qui de his rebus certior factus fuerat, eum cum copiis insequente, subsistere cogitur. Cæterum, in itinere Francus, Britannorum Ducem, Savarium Malleonensem, & Almericum Lusinianum, heroas, qui belli socii erant & prædas agebant, ex improviso obruens, ceperat. Quæ res & animum & vires Anglo imminuit, ac Franco victoriæ spem adauxit. Confidentibus autem haud longè a se invicem utrisque copiis acies instruuntur, ac [illegible] signû conflictûs expectarent: interventu amicorum & militum primariorum, induciæ ad annos duos [illegible], permutatis invicem captivis. Post hæc Francus ad [illegible], Anglus seriam in Angliam remeavit. Johannes, otium & quietem nactus, Andegavum, ubi ipse in lucem editus erat, restaurat. Sub idem tempus Otho, Romanorû Imperator, in Angliam venit.

¶ Quantas etiam turbas, in Angliæ regno, cui sceris interdictum fuit, dederit Stephani Cantuariensis electio, alibi exposuimus. Eâ vexatione multi Primates ad Alexandrum II. Scotiæ Regem, confugerunt. Id ipsum ægrè ferens Johannes, bellum instaurat: ut in eum, qui federis jura violâsset, vindicaret. Profectus in Northumbriam, hostium fines infestat. Scotus, ut Anglicis copiis resisteret, cùm se imparem sentiret; abjectis armis, prægrandi auri pondere, pacem redimit. Non multò pòst in Hibernos qui ab eo defecisse dicebantur, bellum transfert: quos facilè ad officium coëgit, acceptis ab iisdem obsidibus. In Angliam indè reversus, bellorum sumtus, quos fecerat a populo exegit.

¶ Gallum (Anglo, ex otio, Ecclesiarû prælules interim, subditosq; exactionibus, aliisq. oneribus, affligente) Romanus Papa, per Pandulphum, Templarii ordinis monachû instigat, ut excommunicatû Anglum, regno etiâ, per sacrû Romanorû Carpinalium decretum, exutû, armis strenuè insectaretur. Famâ insuper per Angliâ sparsâ, Regi imperium abrogatum, & quosvis à præstitâ Regi fide liberos: multi, tum sacri, tum profani ordinis viri, in Galliâ se recipiunt. Walli finibus suis egressi, finitimos agros devastât; & nonnulla castella solo æquât. Indignatus Johannes, obsides, quos diximus, supplicio afficit: imò in omnes, nullo dignitatis respectu habito, bacchatur sævitiq. Frâcus, commodè oblatâ belli contra Anglum gerêdi, occasione ubivis ulnis amplectitur: terrâ mariq, exercitû, in hostem Dei publicû, (sic enim à Papâ Anglus fuerat proclamatus) educit. Johannes quoq., de Gallorû adventu per exploratores edoctus, utrâq, viâ eos cû armatâ manu excipiêdos decernit. Verùm Pandulphus, quo in errore illius fuerat [illegible] alis spiritus, fortè conscientiæ stimulo excitatus, præcurrit ad Anglum: eiq, quantû ipsius servicio periculû a Franco immineat, ostendit: quod hac unicâ ratione discuti possit, si cervicem Romani Papę jugo submitteret, ejusq; præceptis obediret. Anglus, parendi necessitatê imponi sibi videns, tandem se Pontificis arbitrio statutû promittit, ejusque diadema Pâdulpho tradit, nunquam id, aut ipse, aut hæredes recepturi, nisi a Papâ (*Polydorus*, à nullo successorû tactû, neque ejusmodi deditionis ullum Annales Anglicos meminisse, affirmat. At diadema mox eidem restituitur.

Posthæc, ad Gallum redit Pandulphus: quæ gesta sint, recenset. Sed ea minus grata ipsi fuêre: convocatoq; militari concilio quid agendum sit, consultat. Illi, unonime bellû cœptum, quod tanto labore, tantisq; sumtibus continuerat, omnino persequendum suadent, præter Ferdinandum Flandricum Comitem, qui ab armis discedendum consuluit. Is enim clam cum Anglo & Bononiensi tertiis bat;

eò quòd citerioris Flandriæ pars, a Franco, per vim sibi ademta esset.

Non poterat non-suspectum habere Flandrum Gallus: præsertim cùm ad diem dictum non compareret; quo ad bellum eundũ erat. Omisso itaq. Anglo, Flandrus, ne quid Rege absente moliretur in Galliâ, petitur: & ad Dammum portũ classis tota deduci jubetur. Ibi navibus egressi, Casletũ & Hypras capiunt: hinc Brugas & Gandavum contendunt, divisisq; copiis simul oppugnãt. Johannis opem implorat Ferdinãdus. Ille mox cũ classe, quę jam parata erat, præstò adest, cõmodâ oblatâ tẽpestate. Duces, quibus belli summa ab Anglo demandata erat, conspicatis hostium navibus, cursum sistere jubent: moxq; scaphas speculatorias ad cognoscendum mittunt; cujus naves sint, & quo muniantur præsidio. Speculatores, piscatoriis vestibus induti, propiùs accedentes, sinè præsidio eas esse inveniunt. Nam, qui relicti fuerant custodes, prædandi causâ in vicinum agrum excurrerant. Angli, re cognitâ, ad certamen se expediunt: hostium naves, præsertim majores, intercipiunt, reliquas spoliatas exurunt. Hoc negotio feliciter confecto; pedestri itinere ad Gallicas copias contendunt. Illæ verò, suorum periculo cognito, ut iisdem auxilio sint, properãt. Sed in itinere de peracta clade edoctæ, Anglosque eorum adventum avide expectare; ipsum etiam Ferdinandum cũ copiis a tergo subsequi: ad patrios lares pedem referunt. Accidetunt hæc sub annum salutis 1212.

Elatus hac fortunâ Johannes, exercitum iterum cogit; ac Andegavum contendit. Redeunt ad eum tùm Pictones. Finitimum agrum depopulatur; Francosque ejicit. Sed, dum Monachi-rupem oppugnat; Ludovicus, Franci filius, cum exercitu adventare nuntiatur. Omissâ itaque obsidione. Andegavum rediit. Ludovicus Pictones in potestatem redigit. Interea Philippus, ad Pontem-Bovinum in Flandriâ, exercitum quendã fundit; cui Ottho Imperator præerat. Hac clade motus Johannes, inducias quinque annorum cum Franco pepigit. *Polydorus*,* *Paulus Aemylius*.†

*lib. 10 †lib. 6

¶ Dehinc intestinum apud Anglos, inter Regem & Optimates, exortum est bellum: idque hac occasione. Avarus erat Rex, (*ut inquit Boethius*) eoq; humana & divina, ubi emolumenti aliquid percipere potuit, contemsit. Cumque res ad seditionem spectarent, primoribus detestantibus, & molestè-ferentibus Regis avaritiam: quibus & Francus & Scotus auxilia promiserant: Johannes, ut huic malo præveniret; promittebat, se daturum operam, ut quibusdam legibus, populo minùs commodis, abrogatis, veteres Eduardi leges restituerentur. Sed cum promissis non staret Rex: Optimates ad Buriense cœnobium conveniunt, de Regis tyrannide, & gravaminibus regni, queruntur: consilioq; habito, ad Regem, Londini agentem, accedunt, ac, ut promissis staret, rogant postulantq;. Placidè respondet Johannes: (quamvis aliud animo teneret) nimirum fore, ut, paucis pòst diebus, ipsorum postulatis satisfieret. Interim Rex arma parat; exercitum cogit, & loca tuta munit. Optimates, Regis studium videntes, & ipsi militem scribũt, ac Robertum quendam belli ducem designant. Cumque Rex, nunquam se eorum postulatis annuere velle, juramento etiam addito, apertè per Cantuariensem respondisset: Optimates Northantonum obsident. Sed cùm bellicis machinis destituerentur; frustra laborant. Indè ad Bedfordiensem arcem accedunt: quam Præfectus, clam cum ipsis sentiens, facilè tradit. Londinenses, à Rege deficientes, iisdem accedunt. Rex, ne Londinensium studium cæteræ sequerentur civitates, metuens; ad Optimates Legatos misit: qui, Regẽ omnia ex sententiâ facturum, dicerent. Eliguntur & jussu Regis graves viri, qui, quod concessisset Rex, ritè servandũ curarent. Credunt Optimates Regi: ac læti, ex Vindesorio castro, ubi conventus erat celebratus, tanquam voti sui compotes, iterum discedunt. Rex verò, irâ æstuans, in Vectem insulam clàm cum paucis trajicit; ad regium senatum rem refert; &, quid præsenti malo remedii adhiberi possit, consulit. Illi a Romano Papâ auxilium petendum suadẽt. Placet Regi consilium. Mittuntur Legati, qui Papam de seditione edoceant; exponantq;, Regem, suorum viribus coactum, reddidisse Populo leges, & immunitatem regno cæterialem. & quia ea omnia sinè autoritate ipsius, qui in regnũ Angliæ jus haberet, acta essent: ideò velit ea irrita facere; ac Principibus, ut Regi pareant, mandare. Innocẽtius, auditis Legatis, qui omnem dissensionis Anglicę culpam in Optimates rejiciebãt, suâ autoritate irritum decrevit; quicquid immunitatis Johannes paulò antè, metu armorũ, dedisset. Optimates quoque per literas monuit, ut, depositis armis, Regi pareant. At hi, fraude cognitâ, Põtificem Romanum incusant; quòd sententiam, nõ priùs auditâ alterâ parte, tulisset: exercitũ, qui jam penè dimissus fuerat, redintegrant; ac Rocestrẽsem arcẽ præsidio muniunt. Rex, cùm nuntios, qui de Optimatum contumaciâ Papam certiorem redderent, ablegâsset; Rocestriam obsidet; cui Ferdinandus, Flãdriæ Comes, auxiliares mittit copias: &, sexagesimo obsidionis die, arcem ad deditionem compellit. Interea & Innocentius suum fulmen ejaculatur; quotquot contra Johannem arma tulissent, diris devovens. Negotio ad Rocestriam feliciter expedito: alteram exercitus partem, in Londinensem agrum mittit; alteram ipsemet in Eboracensem ducit. In Nobilium bona, igne ferroque, uterque grassantur: Nobilium conjuges liberosque, causâ ulciscendi injurias, jugulant, aut carceribus tradunt. Optimates, viribus fracti, & in summis angustiis constituti, Ludovicum, Frãciæ Regis filium, ut afflictis rebus opem ferat, rogant. Philippus pater, in magnam spem potiundi regni Angliæ, hac occasione, erectus, filium (ipsemet enim, propter quinquẽnales inducias, adesse non poterat) cũ armata manu quàm-citissimè adfuturum, promittit: instructâque classe, omniũ opinione citiùs, ad Sanduicum, Cantii portum, appellit: & cognitâ Johannis fugâ, (nam is suâ naturâ timidus, Gallorum adventu usque-adeò territus est; ut nulli munitioni se credere auderet) Londinum pergit. Eò Principes congregati, eum Regem salutant; ac in ejus verba jurant. Hæc dũ Londini fiunt: Alexander, Scotiæ Rex, cum electo milite advolat, & Philippo se conjungit. Indè egressi, australem Angliæ partem perlustrant; arces oppugnant. Milites, non modò privatorum opes; sed & templorum, & sacrificulorum, diripiunt. At multò crudeliùs Orientis plagam devastant. Doveri & Vindesorii expugnatione, Gallis occupatis: Johannes Rex ex Vintoniâ, ubi latebat, nuntios mittit; qui perditissimos quosque, spe prædæ, ad se allicerent. Cõfluit magnus eorum subitò numerus. Vintoniâ cum exercitu, seu furum manipulo, excedens Johannes, igni ferroque sacra profanaque vastat. Indè in Cantabrigiensem agrum delatus est: quem cùm pari clade affecisset; ad oram maritimam deflectit: ibi cuncta militibus diripienda dat. Tandem, post multam crudelitatem, in miseros homines, sinè discrimine sexûs & ætatis, perpetratam, exercitus in vorticibus Nynæ fluvii, quem incautiùs transibat, submergitur; Johanne cum paucissimis vix evadente. Ex eâ clade Johannes in febrim incidit; quâ paulò pòst, maximè verò animi mœrore, extinctus est, pridie Idus Novembris: anno ætatis 51. regni 18. Alii veneno, quod Monachus ei propinârit, extinctum scribunt. *Polydorus*,* *Hector Boethius*.†

*lib. 15. †lib. 13.

¶ De rebus Galliæ, quæ sub hoc tempus incidunt, jam diximus. Præter hoc verò, quod cum Anglo gessit bellum Francus, cum Albingensibus hæreticis, in Tolosatium Comitatu consistentibus, sub idem tempus ipsi negotium fuit. Nam ii hostes Ecclesiæ judicati, instinctu Innocentii Pontificis, quo suis contra eosdem arma capessere suadentis, miserè & crudeliter trucidantur, per Simonem Comitem de Monte-forti, qui belli dux erat; expugnatis, soloque æquatis, pluribus eorum oppidis. Sed cùm, avocatis Gallicis copiis, bellum persequi non vacaret: mox animos Albingenses sustollunt. Venit iis auxilio Alphonsus, Terraconensium Rex. Adsunt & alii Comites cum exercitu circiter centum-millia armatorum. Cum quibus congressus Simon, parvâ admodum manu stipatus, in fugam eos conjecit: ac penè viginti-millia cæsa dicuntur. Annus, quo hæc strages edita est, 1213. annotatur. *Aemylius*.

¶ Apud Ungaros, post Emericum, Ladislaus filius, ejus nominis tertius, sceptro regio potitur, pacis studiosus: sed tantùm 6. menses, & dies 5. imperat, pòst vivere desiit,

anno 1201. Cui Andreas patruus, quem superiori seculo regnum ambiisse diximus, succedit. Antistitum Procerumq; consensu, animi magnitudine, religionis & justitiæ laude, insignis. Ex Gertrude quæ nobili apud Germanos stemmate nata erat, Belam, Colomannum, Andream, & Elisabetham, suscepit. Summam autem felicitatem, quâ in regni administratione fruebatur, conjugis casus turbavit, ut alibi diximus. Regno præfuit annis 35. *Bonfinius*,*

*lib.7. Dec.2.

¶ Cùm apud Polonos Principatu armis potiri non valeret Miecislaus senex; dolorem egit. Cujaviam fraude occupat: pòst Helenam, Lesci matrē, blandis verbis adoritur; ac persuadet, ut ipsi Principatum certis conditionibus relinquat. Jurat quidem Miecislaus, sed promissa nō servat. Mulier, se delusam dolens, de injuriâ & perfidia Miecislai, apud Cracovienses Proceres, queritur, eorumq; opem & consilium implorat. Conspirant itaq; in Miecislaum plerique. Nicolaus Palatinus, qui princeps horum erat, Cracoviā occupat: (aberat enim tùm fortè Miecislaus) ac Helenam cum filio intromittit. Miecislaus denuò iisdem artibus, quibus priùs usus fuerat, ad Principatum adspirat. Helenæ non per se, sed per Cracovienses Proceres, maximè verò per Nicolaum, stetisse, quò minùs fidem servârit, suggerit: se absque ullâ tergiversatione paratum, fidem suam liberare; modò Nicolaum à consiliis excludat, & releget. Paret imprudens fœmina, Nicolaum removes. Verum is, contumeliâ illâ usque-adeò irritatus, ad Miecislaum transit; ac impetratâ ab ipso præteritarum offensionum veniâ Principatum Poloniæ ei sinè ullo negotio reddit. Sed paulò pòst repentinâ morte decessit Miecislaus, anno 1202.

Lesco Albo iterum defertur Principatus, per Cracoviēsem conventum. Verùm Nicolaus, in cujus corde altas egerat radices illata ab Helenâ, matre Lesci, injuria, manibus pedibusque, quò minùs id fiat, obstat: perficitq; tandem, ut Uladislaus Laskonogus, Miecislai filius, Princeps renuntiaretur, absens. Quem tamen ipse Principatum, nisi priùs Lescus ultrò se eodem abdicaret, recipere noluit. Quo facto, ipse conventus postulatis annuit. Eâ occasione, quòd nimirum Lescus Principatum repudiâsset, turbas movet Romanus, Haliciensium Dux; maximè verò Lesci ditionem, suæ finitimam, infestam reddit. Opponit hosti suas copias Lescus: factoque ad Zavichostum oppidum, in ripâ Vistulæ, prælio, ad 13. Calend. Julii, eundem in fugam conjicit. Romanus verò inter fugiendum confossus est, anno 1205. Per idem tempus Lithuani, à Russis victi, & tributarii facti dicuntur.

Altero à Zavichostensi pugnâ anno, Nicolao, qui solus Lesco obstiterat, mortuo, repudiatur Uladislaus; ac Lescus surrogatur. Et quidem Uladislaus, quietis amans, nullâ re Lesco molestus fuit. Acta hæc sunt anno 1206. Cum Russis, à quibus, incursionibus in Poloniam, provocatus, sive ad ferendum auxilium Colomanno, Haliciam repetenti, invitatus; variâ Marte pugnavit. Tandem anno 1211. cæsis quinque Russorum Ducibus à Polonis, pax quædam inter ipsos fuit: nec ullum postea bellum, ad vitæ finē usque, gessit Lescus, pace & otio delectatus. Tandem à Swentepolco, Pomeranorum Præfecto, quem Ducem creare deo ectabat, occiditur, anno 1227. *Cromerus*.*

*lib.8.

¶ Canuto, in regno Daniæ, successit frater germanus Waldemarus, ab Andreâ Lundensi cōsecratus, anno 1203. Lubecam deinde profectus, Rex Danorum, Vandalorum, & Dominus Nordalbingiæ, salutatur. Cæterùm Waldemaro Bononiâ, ubi exulabat, eò quòd Danicum sceptrum sub Canuto affectâsse visus fuerat, accito ad episcopatum Bremensem, metu regni, arma contra eundem induit: omissis Suerinensibus Comitibus, Guncelino & Heinrico fratribus; qui Johannem quendam arce suâ Grabow ejecerant, quem Rex restitutum volebat. Eas tamen belli partes Alberto, Nordalbingio Comiti, tradit. Is arcē Boitzēburg diruit, omnemque Suerinensem comitatum igni ferroque depopulatur. Interim Rex in agrum Bremensem contendit, traductisque per Albim copiis, Hornborgensem arcem expugnat, præsidioque munit: inde excursiones faciens, vicina loca infesta reddit, Waldemarum ejectum, & Gerhardum in ejusdem locum substitutum, cupiens.

Hamburgum (nam incolæ Gerhardi partibus studebant) Otho Imperator, adjutus à fratre Heinrico Palatino Othone Marchione Brandenburgico, & Waldemaro Episcopo, oppugnat, eoque potitur. Verùm altero anno, fame eandem urbem expugnat Danus. Tandem, Stedingis Waldemarum episcopum, cujus partes hactenus tutati fuerant, deserentibus; & Gerhardo se conjungentibus: Bremenses cives, viribus impares, arma deponunt, & repudiato Waldemaro, Gerhardum recipiunt episcopum.

Sub idem tempus, annum videlicet 1209. Stralsundum civitatem, à Waldemaro & Jarimaro, Rugiensi Principe, exstructam scribit *Ptolemæus Lucensis*.

Rerum successu elatus Waldemarus & Pomeranis bellum facit: quos suæ ditioni subjectos esse volebat. Nam Wagriam, Holsatiam, Obotritorum & Kissinorum terram, tenebat: &, quotquot hisce imperabat locis, eum feudi dominum agnoscebant. Expugnatis itaque aliquot Pomeraniæ urbibus, & Demino urbe præsidio munitâ, exercitum reduxit. *Crantzius in Vandalia*.

CONSTANTINOPOLITANI IMPERATORES.

BALDUINUS FLANDRUS.

Captâ à Francis Venetisque (quos Latinos *Nicetas* & *Gregoras* vocant) Constantinopoli, res Imperii ad Frācos devoluta est: èquibus Balduinus Flandrus, vir pius & modestus, Imperator creatur, anno 1204. Pòst, Thraciis urbibus peragratis, Orestiade, Didymoteicho & Philippopoli præsidia imposuit. Xanthiâ prætervectâ, Thessalonicam petit. Bonifacio Marchione eam tenente: cujus incolæ extra urbem honorificè eum excipiunt; supplicater ufantes, ne vel ipse urbem intraret, vel exercitū ingredi pateretur. qui cum non uni parêret duci. & ex variis gentibus constaret; vereri se, ne, illius edicto spreto, milites urbem spoliarent. Petitioni annuens Imperator, juxta urbis mœnia castra ad aliquot dies habet: tandem rebus ex sententiâ compositis, Byzantium regreditur. Interea Bonifacius Marchio Thessalonicam redit: ejus opulentiâ cognitâ, auro cives emungit, & splendidiores domos, ejectis dominis, suis militibus inhabitandas dedit. Indè digressus cum exercitu, alias Græciæ urbes occupat.

Balduinus interim Heinricum fratrem, & Petrum Planeium, ad Asiaticas urbes oppugnadas, cum justis copiis miserat: quorum hic Theodorum Lascarem, circa Pœmaninum occurrentem, in fugam conjicit. Lopadio oppugnato, cives, supplices facti, in gratiam recipiuntur. Eandem clementiam & cæteræ urbes, quę armis abstinuerunt, expertæ sunt; iis, quæ parêre detrectabant, malè tractatis. Heinricus verò, exsuperatis Idæ montis angustiis, ad Adramittium, Theodorum Philadelphiensem profligat.

Contra Marchionem Leo Sgurus copias educit: sed hostium solo conspectu territus pedem retrahit, hostesque relicto, Argos dolo, & Corinthum latrocinio, cepit. Sed cùm Athenas frustra oppugnaret, fortiter eas defendente, Michaële archiepiscopo: villas vicinas succendit; & Thebas exercitum ducit. quibus primo impetu captis, Larissam contendit: ubi cum Alexio Angelo Comneno (quem superiori seculo Constantinopoli fugisse scripsimus) se conjungit; ejus filiâ Eudociâ, quæ Murzuflo (quem alii Myrtilum appellant) nupta fuerat, in uxorem ductâ. Murzuflum enim socer captum oculis privaverat: Galli verò eundem comprehensum Byzantium reduxerant: non multò post excæcationem, & ex præcipitio dejecerunt, ob enectum Imperatorem suum & dominum.

Marchio interim liberè progressus, Bœotiâ potitur: Athenis suum præsidium imponit. Euboeâ subactâ exercitus, non ut pedites, sed ut [illegible] volu[illegible] [illegible] volant: ac Corinthum in deditionem accipiunt. Laconiam pervagati, impetum in Achaiam faciunt. Sgurus interim in Acrocorinthum, quæ veteris Corinthi arx est, in alto monte sita, tanquam draco in antro, latuit. Hęc [illegible] Alexius Imperator. (captum fuisse. *Gregora*. * tel [illegible] est) Imperii insignia apud Marchionem deponit; in vitæ

*lib.1.

urbem

subsidium Halmyro accepto. Cæterùm milites ejus, quorum plerique nobiles erant viri, cùm à Marchione, & ipso Balduino Rege, quibus suam operam in bello deferebant, repudiarentur, Macedoniæ & Thraciæ urbes ad defectionem solicitant. Ejiciuntur ea iisdē præsidiarii milites: multi trucidantur; Blachis & Johanne quodam, in Hœmo mōte habitante, qui Scytharum multas myriadas in suo habebat exercitu, adjuvantibus.

Ad hos motus compescendos, suas copias cogunt Latini duces, easq; contra urbes, quæ defecerant, mittunt: quarum aliquę ad officium redierunt. Ad Adrianopolin verò, quæ obsidebatur, in insidias à Scythis, in pecudes, juxta castra eorum pascentes, impetum facientibus, pellecti Latini, & undequaquam circumventi, miserè trucidantur. Balduinus captus. Ternobi in vinculis tenetur. Dandalus, Venetorum Dux, qui extremum agmen claudebat, a fugientibus de infelici prælio certior factus, pedem refert; ac cursu celerrimo, læsâ etiam ex equitatione valetudine, cum Heinrico, Balduini fratre. Byzantium properat.

Johannes tantâ victoriâ elatus, urbes, quæ Latinis jam parebant, oppugnare incipit: Serras incendit. Marchio, qui in Peloponneso constituendâ occupabatur, per conjugem de Thessalonicensium defectione certior factus, omisso Scrugo, cum copiis mox præstò est: sed in itinere, qui pacē ibi restitutam, Blachis fugatis, nuntiant, occurrunt. Thessalonicā ingressus, de authoribus defectionis, tum ex laicis, tum sacro ordine, supplicium sumit; relegato etiam Alexio Imperatore. Ibi de amicorum clade quoque certior factus, ad Serras Scythis occurrit; sed valde infeliciter. Nā prælio victus, Thessalonicæ se includit. Johannes Berrœā, & alias, quæ sub Marchionis jugum redactæ erant, urbes occupat, stupendâ in devictos usus crudelitate. Heinricus, Balduini frater, & Martinus Venetorum Dux, (nam Dandalus diem extremum clauserat, ex vulneribus superiori prælio acceptis; *ut refert Gregoras*) Byzantio egressi, Thraciæ urbes, quæ defecerant, infestant: nullum & ipsi sævitiæ genus in victos prætermittunt. Sed cùm majorem exercitùs partem lues & fames, ad Orestiadem; & exundatio ad Didymotichum, absumsisset: indè Byzantium recesserunt. Liberè itaque vagatus Johannes, Philippopolin evertit: Aprum, Rhædestum, Perinthum, Daonium, Arcadiapolim, Mesenam, & Zurulum, exscindit. Post omnia, oppidum Athyra ad internecionem est deletum. Sed cùm Didymotichum aliquamdiu frustra oppugnâsset, & Latinos ex Byzantio suppetias obsessis laturos cognovisset: solutâ obsidione in Mysiam regreditur. Balduinum verò, cùm aliquamdiu captivum Ternobi detinuisset; tandem pedibus manibusque truncatum, volucribus devorandum objicit.

HEINRICUS.

Sedecim à captivitate Balduini mensibus elapsis, & nece ejus certò cognitâ, Heinricus frater, summâ concordiâ, in Imperio surrogatur. Is cum Bonifacio Adrianopolim, quam ad defectionem solicitabant Blachi Scythęque, profectus, cives in officio continuit; hostibus usq, ad Cremū & Boream profligatis. *Nicetas.* Narrat *Cuspinianus*, Heinricum, postquā Iconii Soldanum, Sateliam urbē diripuisse, cognovisset, omnibus in eâ incolis trucidatis; pacem cum Blachis fecisse, ductâ in uxorem ipsorum Ducis filiâ: posthæc Constantinopolim reversum, eamq; vallis munîisse. Moritur undecimo imperii anno.

PETRUS ANTISIODORENSIS.

Cùm masculâ prole destitueretur Heinricus: Petrus, Antisiodorensis Comes, ejusdem gener, Imperator eligitur, anno 1216. *ut habet Gassarus.* Romam profectus ab Honorio coronatur, cum Jole conjuge. Româ in Dalmatiam delatus, conjugem Constantinopolin præmittit: ipse Dyrrathium petit, quod Lascaris tenebat. sed cùm frustra oppugnasset; ad Macedoniæ urbes invisendas animum adjungit. Acceptâ itaque fidei publicę securitate à Lascare, ad Tempe perveniens, cum in ejusdem, cōtra fidem datam, insidias structas incidisset, ad carcerem detrusus est, & post biennium in convivio obtruncatus. *Cuspinianus.*

ROBERTUS.

Successit patri Robertus filius, anno 1220. Sed cùm Româ, post impetratum regium diadema, Byzantium reverteretur, in Achaiâ morbo decessit. *Cuspinianus.* Imperavit annis 7. *juxta Funccium.*

BALDUINUS.

Balduinus filius, admodum puer, patri succedit; re interim Marino Veneto, Byzantii Prætori, demandatâ. Pòst Johannes Brenna, Hierosolymorū Rex accersitus; ac, suadente Gregorio, Constantinopolim delatus; filiam suam Martham Balduino despondet. Constitutumq, est, post soceri mortē, Imperium genero permittendum. Exagonasū Princeps ad Ponticum, filiam, quā Balduino obtulerat, sed repulsam passus fuerat, Theodori Lascaris filio Johanni elocat. Juncti hinc affinitate Græci Imperatores, pellendis Latinis, & arma & animos junxerunt: ut pòst dicemus.

THEODORUS LASCARIS.

Hæc dum in Occidentali Græciæ plagâ fiunt; ii, qui Orientalem incolunt illustres viri, creandis Imperatoribus intenti sunt. Nam Maurozomes Manuel, Caicbosrois auxiliis fretus, cui non multò antè, recuperato Iconio, filiam desponderat, nihil nō conabatur; ut Imperatorio nomine potiretur: & omnem Męandrium tractum cum Turcis vastabat. Theodorus Lascaris, Alexii Comneni gener, illo profligato, ab omnibus Orientalibus urbibus Imperator salutabatur. Hæc (*ut refert Gregoras*) Alexius socer ægrè ferens, ex invidiâ & æmulatione, per mare Ægæum ingressus, clàm Jatharinem, Turcarum Principem, cum copiis adducit: Antiochiam ad Mæandrum obsidet. Lascaris, cū octingentis viris bellicosissimis, celeri cursu hosti, præter omnem ejus opinionem, occurrit: prælioq; commisso, Jathatini prostrato caput Alexius amputat: eoq; Barbaris ostentato, ipsi pacem petunt. Socerū verò, in hostili exercitu comprehēsum, Nicæā perducit: privatiq, hominis habitu indutum, liberaliter habet; omnia necessaria suppeditans.

Et David Comnenus, exercitu ex Paphlagoniâ & Ponticâ Heracleâ coacto, & Iberum, qui ad Phasidem habitabant, legione conductâ, pagos & urbes subigebat. At, cùm Sinadenum cum exercitu ad Nicomediam misisset: Lascaris armatus contra illum proficiscitur; & ex-improviso eundem adortus capit, militibus dissipatis. Davidem verò, ne ultra Ponticam Heracleam progrediatur, reprimit. Nec multo pòst Maurazomen cum Turcis vi profligat.

Inter hos motus cōjuge mortuâ, consobrinam Roberti, qui tùm Constantinopoli præerat, uxorem ducit Lascaris: sed ex eâ prolem nō suscepit. Obiit decimo-octavo imperii anno. *Nicetas, Nicephorus Gregoras.*

JOHANNES DUCAS.

Lascaris moriturus, Johannē Ducam generum, magno ingenio, animi constantiâ, & morum gravitate insignem, successorem denominat. Is sui Imperii vires plurimum adauxit. Insulas enim Ægæi maris omnes cepit, & Rhodo potitus est. Hellesponto etiam transmisso, finitimam regionem vastavit; Calliopoli, Sesto, & Cardiâ, urbibus in deditionem acceptis. Posthæc, filio Theodoro impuberi, Helenam, Asanis Bulgari filiam, decē annos natam, despōdet. Sequēti æstate, Thracias & Macedonicas urbes circuit; ad Strimonem usq; progressus. Rebus feliciter gestis, Nicæam se confert. At Scythas, ab Hyperboreis exutos, & in Thraciâ longo tempore oberrantes, dum idoneam sibi coloniam quęrunt, ipse magnificis muneribus, aliisq, beneficiis, sibi adjūgit, & in Romanas legiones refert: sedibus partim in Thraciâ, partim in Macedoniâ, partim in Asiâ ad Mæandrū, attributis. Alia verò Scytharum cohors eodem tēpore, Caspiis angustiis exsuperatis, in Asiā cōmigrat; & ad Tauri Caucasiq; radices cōsidet. Indè vicinos populos, exsuperatis, quos diximus, montibus, subigunt. Indis devictis, ob loci æstum, in Arochosiam & Carmaniam iter deflectunt; atque ad Chaldæos & Arabes deveniunt. Babyloniâ Assyriâque peragratâ, in Mesopotamiâ, loci amœnitate capti, sedes figunt; ibique aliquamdiu commorantur. Exinde annis tribus exactis, Jaxarten fluvium trajiciunt,

Asiamque inferiorem sibi vendicant. Pòst Persas, Medos, Parthosque, subigunt Armeniâ peragratâ, versùs Septentrionē, ad Colchidem & Iberiam excurrunt. Post hęc quietè considere decernunt, provinciis, urbibus, prædiis, & ædibus inter se distributis. Consuetudine tandem & excultis moribus Assyriorū, Persarū, & Chaldæorū, mansuetiores facti, ad eorum inclinarunt religionem; patriis numinibus posthabitis: eorumque mores & studia, in vestibus, in sumtuoso victu, cæterisque deliciis, receperunt.

At Turcæ Asiam intra Euphratem, & Arabes Cœlesyriam & Phœniciam incolentes, Scytharum vicinitate turbati, ad Johannem, cum plenis mandatis, Legatos, firmādæ pacis causâ, mittunt. Facto itaq; fœdere, Johannes cum suis, metu & ærumnis diuturnorum bellorum liberatus, agriculturæ & rei pecuariæ operam omnem impendit.

Hoc verò otium Michaël, Thessaliæ & Ætoliæ Princeps, Michaëlis Angeli nothus filius, turbat: infestando occidentales Imperii urbes. Quare Johannes arma induere cogitur: & feliciter bello administrato amissas urbes recuperat; & nothum illū ultrò pacē petere cogit: &, ut pax firmior esset, ejus filio Nicephoro neptē suam Mariā despōdet, ac Despotarum honore, tum patrē, tum filium, exornat.

Dum verò Philippis commoratur Imperator, de Michaële Comneno Palæologo rumor increbuit, quòd regnum affectaret: sed cùm ipse juramento se purgaret, suspicionem à se removit.

Indè profectus Imperator, cùm præfecturā Nicænā Palęologo demādâsset; Hellespontū trajicit. Niceę subsistēs, morbo gravi corripitur: qui, cum integrū cōfl[ictatus an]num, tandē exspirat, anno ætatis 60. regni administrati 31.

Cæterùm, cùm, mortuâ Irene, Annam Manfredi Siciliæ Regis sororem, uxorem duxisset, fidem ei non servavit. Nam Marcosinæ, quam Anna adduxerat, pulcritudine dementatus, posthabitâ conjuge, illius turpi consuetudine usus est. *Gregoras.*[*]

[*] lib. 2.

SUB FRIDERICO II. IMPERATORE.

E Rebus humanis Otthone sublato, Fridericus, ejus nominis II. Heinrici VI. filius, Imperii dignitate liberè solus fruitur: acceptis, in Principum conventu Goslariæ Imperii insignibus, quę Heinricus Palatinus, Otthonis frater, exhibuit. Rebus pacatis, Romam, pro pontificiâ inauguratione, contendit: quod quidem officii Honorius ipsi lubens præstat, anno 1220. Præmii loco, in perpetuum Romanæ Ecclesiæ donat Fundentem Comitatum; & subsidium Terræ sanctæ promittit Imperator.

Interim Anagniæ Comites, Richardus (*Matthæum vocant Urspergensis Paralipomena*) & Thomas, Innocentii III. fratres, Otthonis partes secuti, de auferendo Imperatori regno consilia agitant. In quos ille ut animadvertat; in regnū Neapolitanum se confert: Soraq; expugnatâ, Richardum capit; & pòst in Siciliam relegat. C[aia]no capto & solo æquato, Thomas fugâ elabitur: quem Papa, benignè susceptum, in sinu suo fovit. Unde prima inimicitiarū fomenta, inter utrumq; exorta sunt. Nam ægre ferebat Imperator, publicos hostes, & suos inimicos, recipi. Deinde Apuliam & Calabriam subegit. Indè in Siciliam trajecit: Mirabetum Saracenum devictum in crucem egit; ejusq; gentem, quæ supererat, hinc-indè dispersit.

Interim verò Honorius Romæ, contra Imperatorem, fulmen excommunicationis ejaculatur, ac Imperii dignitate eū privat: eò quòd (*ut Platina in vitâ Honorii indicat*) contra jus fasque, ditionē pontificiam vexaret. Veruntamen, Johānis Hierosolymorū Regis beneficio, qui pro obtinendo auxilio Romam venerat, gratiam pontificiam iterum meretur: qui eidem viduo Jolantē filiam uxorem dat, dotis nomine, mariti titulo regni Hierosolymitani accepto: *ut Crantzius*[*] *annotat*. Sed cum subindè, magis magisq, Papę indignationem & odium in se recrudescere, animadverteret, & sui depositionem, noviq; Regis denominationē, per papam [fa]c[ien]dā metueret: (*ut Blondus ait*) Heinricū filium decennē, Regem, consilio Principum, creatū, Aquisgrani diademate insigniri procurat; [cu]m Mar[gar]etâ conjuge Leopoldi Austriæ Ducis filiâ: tutorem eis constituens Ludovicum Bavarum anno 1223.

[*] lib. 7. Saxon. c. 37.

Cremonæ quidem conventum Principum indicit Imperator: sed Pontificis Cardinalium q[uæstionibus] & Longobardorū rebellione in Italiâ intra[illegible]

Moritur tum Honorius: cui Gregorius [illegible] denuò Fridericum, non-auditum, n[illegible] & [ut Ur]spergensis utamur verbis [illegible] & [illegible] postposito omni ordine ju[illegible] per[illegible] ret; &, si quid imprudens peccâsset [illegible] peccaretur; diris devovet & Imper[illegible] tum peregrinationis Hierosolymitanæ non solvi[illegible] tamen, præter gravia Imperii negotia, [illegible] & [illegible] remorabatur, [illegible] quem, mare pro voto j[illegible] jecturus, incidit. Pontificii scriptores, qui nulla-non mendacia in Imperatorem effutiunt, [illegible] finxisse, scribunt.

In eâdem expeditione, & Ludovicus Thuringiæ Landgravius, Elisabethæ quam sanctam [illegible] expirat. Jolanta quoq, sive Joele, [illegible] C[illegible] perio mortem obit.

Imperator, ob crebram e[xcommunicationem illegible] nem, Ravennæ convent[illegible] Veronenses & Mediolanenses jussu Papæ [illegible] & cruce-signatos deprædantur. [illegible] Sed ut tandem [illegible] tum exto[illegible] et, Papamq[ue illegible] delinire Imperator: rebus id pr[o]tectionem necessariis comparatis, itineri Hierosolymitano denuò se commisit, nō postulatâ priùs papali benedictione, quod Pontificii scriptores ipsi [illegible] vertunt [illegible].

Papa, occasione captatâ, Apuliā interim armis subigit; tac[illegible] iter occludit. Certior etiam, de rebus fe[liciter] contra Turcā gestis, per Imperatorē factus, & ut se anathematis vinculo eximat, rogatus Papa, cui Friderici [fe]licitas minùs grata erat, quem [illegible] potiùs [illegible] literis abjectis [illegible] argit, ipsum diem suum obiisse, [qu]ò reliquas Apuliæ urbes, quæ in fide Imperatoris [illegible] facilius in deditionem acciperet. Reversos ex sacro bello milites comprehendi, & interfici curat benignus Papa, ne verum dicerent. Imperatori absolutionem non modò denegat, prætendens, pace ab ipso utilitatis propriæ, nō Reipublicæ Christianæ causâ, factam esse: & templū Hierosolymitanum, in pacto induciarū, Soldano relictum, quod Saraceni in eo Mahumeten venerari & adorare possent. Sed & ingenti exercitu coacto quam Militiam Christi appellavit, et Thomam, quem [paul]ò antè captū diximus, & Pandulphum cubicularium, præficit: ut regnum Neapo[litanum] Ecclesię Romanę acquirerent. Pandulphus cuncta quę inter Romam & Capuā sunt, Papę subjicit. E[i] verò, cui Thomas pręerat, exercitui, Rainald[us], quē regni administratorē Fridericus reliquerat, se opponit, in Marchiâ Anconitanâ.

De eâ Papæ injuriâ, ad Ungariæ Regem, in quâdam epistola ipse Imperator, his scribit verbis. *Transfretantibus nobis dudum, in Terra sancta subsidium, & Saracenorum excidium, qui nō minùs fidem nostram, quam Tartari persequuntur iste charissimus pater noster, Mediolanensis ac suorum complicū mentibus iniquitate diffusis, regnum nostrum Siciliæ violenter invasit, &, quod horribilius est auditu nobis ibidem agentibus[illegible] minibus Christifidelibus, ne nobis in Christi crucifixi negotio [illegible] rent vel praberent auxilium, interdixit [illegible]* [illegible]

Refert *Cuspinianus*. Imperatorem inter ep[istolas] Pontificios Legatos a[d] Soldanum literas perfe[illegible] rogabat, ne Terram sanctam Cæsari redderet, atque [illegible] dum rumore incerto intellexisset.

Imperator de hi[s illegible] in regno Neapolitano mot[ibus illegible] Ænis, duabus triremib[us] discedit; & [illegible] M[illegible] anni Brundusii appel[lit]: conjunct[illegible] copiis, paucis diebus, pleraq[ue illegible] recuperat: & [illegible] Spoletanum Ducatum, & March[iam] Anconitanam [illegible] A[illegible] cæterum [illegible] [illegible] Bertholdum Aquilej[illegible] Salisburgensem, S[illegible] Ratisbonensem [illegible] stanti[illegible] Leopoldum Austriæ D[ucem illegible] & Bernhardum Carinthiæ, Duces; ad R[illegible] ut de absolutione & pace cum [illegible]

Annui Papa postulati ... d uun ante, quam Fridericus auri unciarum centum & viginti millia, Ecclesiæ Romanæ, ob ... ata damna, p ... eret: & apostolicâ benedictione ... tutus, Imperator & Rex in Siciliâ & Alemanniâ appellaret, ... terramque de Neapolitano regno amissam, novâ infeudatione reciperet. Post, Anagniam abeuntem Papam ... equitur Imperator: ubi Imperatoriæ dignitati restitutus papali excipitur prandio. Acciderunt hæc anno 123 . & sequenti. *Blondus. Nauclerus.*

Anno deinde 1232. Ravennæ comitia indicit: eoque, Germaniæ Principes maximè verò Hermannum Austriæ Ducem, de quo multæ, eæque graves, ad ipsum delatæ erant querimoniæ) evocat: ut ex epistolâ Friderici, ad Regem Bohemiæ scriptâ patet. Comparent quidem reliqui Principes: sed emansit Austriacus. Finitis comitiis, quæ satis longo duraverant ut apparet) tempore, in regnum Neapolitanum rediit: indeque in Siciliam transiens, de rebellibus supplicium sumsit, maximè Messanensibus.

Anno 1234. ex Germaniâ, postquam, devictis Hungaris, Viennam occupâsset, eamque Imperio attribuisset. (*ut habent Ursbergensis paralipomena*) denuò in Italiam rediit: ac cum Pontifice sermonibus communicatis, sacro bello, finitis jam decennalibus cum Soldano induciis, se addixit. Verùm de Heinrici filii, Romanorum Regis, (quem patris in Ecclesiam Romanam impietatem abominatum scribit *Blondus*) cum Longobardis conspiratione, edoctus, in Germaniam venit. ubi conventu Principum habito, filium comprehendit, & in Apuliâ in carcere servari curat: ubi diem ille clausit extremum. Sunt, qui filium à patre occisum scribunt; & in ejus locum Conradum filium substitutum. Cæterùm, ex Margaretâ conjuge gemellos suscepit; Fridericum & Heinricum: quos, duodecimum annum agentes, Manfredus veneno sustulit. Sub idem tempus, Isabellam, Regis Angliæ sororem, in uxorem ducit Imperator: nuptiæ Moguntiæ celebrantur. In eâdem solennitate Otthonem, Leonis nepotem, Ducem Brunsuicēsem creat. Ex Isabellâ Jordanum suscepit Imperator.

Annus erat 1236. quo Longobardos domuit, Ferrariamque sibi adjunxit. Inde Mediolanum contendit: factoque atroci prælio, ipse superior exstitit. Captum Petrum Tripolum Venetum, Mediolanensium Ducem, ad Apulos exsulatum misit: ipse Cremonæ triumphum agit.

Tanto rerum Cæsareanarum successu offensus Papa, inter Venetos & Genuenses, de maris dominio disceptantes, litem componit: & cum illis fœdus init, ad reducendum, in Romanæ Ecclesiæ dominium, regnum Neapolitanum. Fridericum verò anathemate ferit, hæreticum eum proclamans: & cunctos in Christiano orbe episcopos, id publicè denuntiare jubet. Gratificantur ei Franci, Angli, & Dani: Germani verò, metu periculi, id facere detrectant. Imperator, rebus cognitis, Patas abit. Petrum verò de Vineis juss ... Patavii, in die Resurrectionis Christi, sermonem dicere, de anathemate, & de Romanâ Ecclesiâ, suamque innocentiam pluribus ostendere. Tradit & *Albericus*, Imperatorem indignabundum Pontifici hæc, inter cætera, scripsisse:

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, & Mundi desinet esse caput.

Cui Pontifex ita rescripsit:

Niteris incassum navem submergere Petri:
Fluctuat, ast nunquam desinet esse rata.

Fridericus:

Fata volunt stellæq; docent, aviumq; volatus,
Quòd Fridericus ego malleus orbis ero.

Papa:

Fata volunt, scriptura docet, peccata loquuntur:
Quòd tibi vita brevis, pœna perennis erit.

Cuspinianus de Imperatoribus.

Veneti ... classe ... to fœderis paratâ, in Apuliam navigant: F ... derici ... nav ... gant agunt; pleraſque urbes occu ... que vastant. Apul ... Veneris ægrè facerent, Tripolum, ante ipsorum conspectum, laqueo suspend ...

Du ... Fridericus hinc-indè auxilia conquirit. & circa Romam occupatur: Legatus Apostolicus, stipatus multarum civitatum copiis auxiliaribus, Ferrariam oppugnat. Tandem, cùm nemo obsessis succurreret, de pace actum est. Salinguerra, qui Imperii nomine civitati præerat, sub fide datâ, ad colloquium exit: sed præter fidem datā exptus, Venetias exsilium mittitur; ubi tandem, animi mœrore, in carcere exspirat. Sicque Ferrariâ potiti sunt Pontificii, sed non satis honestè. Non enim pietatem, non honestatem, nec Deum, nec homines, id genus hominum curat: modò suæ satisfiat cupiditati.

Fridericus, coactis interim copiis, cum furore Viterbium, contra Romanos, contendit. Papa ad crucem assumendam cunctos hortatur: & suis militibus, contra Fridericum arma sumentibus, de vitâ cœlesti spem facit certissimam. Fiunt & publicæ supplicationes: circumferuntur Petri & Pauli capita. Movetur his pollicitationibus, & ineptiis papalibus, misera plebecula: quæ catervatim confluit armata. Tandem, conflictu facto inter utrumque exercitū, sub Urbis portâ, Cæsareani victoriâ potiti sunt.

Indè profectus Fridericus, de iis, qui contra se arma tulerant, pœnas sumsit. Muros Beneventi, montis Casini & Soræ, dirui jussit. Ex Capuâ discedens, Anconitanam Marchiam transiit: Asculum diripuit. Ac in fine Augusti, anni 1240. Faventiam obsedit: cumq; mensibus sex eam oppugnâsset graviter, deditionem facere cives coacti sunt.

Per idem tempus, Aquisa oppidum, jussu Imperatoris, restauratur; & mutato nomine, in honorem Imperii, Aquila nominatur.

Convocat interim Gregorius Romæ concilium, contra Imperatorem: &, ad Occidentales episcopos evocandos, tres in Galliam mittit Legatos Cardinales. Qui cùm, negotiis confectis Romam redire terrestri itinere non possent: (per Cæsareanos enim viæ occlusæ erant) Genuēses, Papâ rogante, instructis quàmpluribus navigiis, Romam eos deducere tentant. Fridericus, re cognitâ, suas cum Entio filio, Rege Sardiniæ, Pisas mittit triremes: Pisanisq; mandat, ut suas quasdam instruerent, ac coniunctis viribus Genuensibus occurrerent: si in suam potestatem Prælatos illos redigere possent. Gratificantur Imperatori Pisani. & hosti obviàm progressi prælium committunt; quo tandem Genuenses succubuere. Triremes eorum, cum Cardinalibus legatis, & Transalpinis Latinisq; *episcopis*, captæ sunt. Cardinales captivi Melphim deducti: reliqui diversis in regno carceribus distributi sunt; præter Gallos, quos Rex suâ intercessione liberavit. Cum Prælatis, non modò maxima præda capta est: sed & omnes literæ, quibus machinationes contra Fridericum continebantur, interceptæ sunt, quibus publicatis, ipsius causæ mira gratia, populiq; benevolentia, conciliata est.

Mittit, pro captivorum liberatione, quendam Priorem ordinis S. Dominici, Papa ad Imperatorem. verùm ab eodem ejusmodi reportat responsum: *Cum Papa nullum sui persequendi finem faciat; nec se ab ipso, ejusq; complicibus persequendo, destiturum.* Posthæc indè profectus Imperator, hostes domuit: & quicunque ab ipso defecerant, vel armis victi in Papæ potestatem concesserant, in gratiam recipit.

Gregorius, animi mœrore, ex Imperatoris felicitate. & suarum rerum calamitate, vitam cum morte commutat. cui Cœlestinus IV. succedit; sed paucis diebus pestilentiali cathedræ insidet.

Vacante, post hunc, rectore Romanâ sede, anno ferè integro, Fridericus cum exercitu contra rebelles Romanos redit: & ad ipsa urbis mœnia usque, non sinè maleficio, progreditur. Sed precibus Cardinalium, inter armorum strepitum, electionem fieri commodè non-posse prætendentium, depositis armis, ad suos rediit: ac eorundem intercessione, eos, qui Melphis captivi detinebantur, dimisit.

His obviam progressus Cardinalium grex Anagniam usque, ibidem conventiculo habito, Innocentium IV. Friderico in Cardinalatu amicissimum Papam designant. Nuntii mox ad Fridericum, electionem nuntiatum, mittuntur. Aliis verò congratulantibus, ipse non sinè dolore dixit: *Bonum se amicum Cardinalem, in acerrimum hostem,*

Romanum Pontificem, permutasse. Nec eum fefellit opinio. Nam, cùm Imperator de pace cum eo, missis ad eam rem duobus Legatis, ageret: ipse interim clàm Rainerium Cardinalem, cum armatâ manu, ad occupandum Viterbium, (imperii civitas erat) misit.

Imperator contra Viterbienses, ob defectionem pœnas de iisdem sumturus, profectus, per quosdam Cardinales placatur: & denuò missis Legatis, monstrum illud Romanum de pace sollicitat. Legati erant: Magister domûs S. Mariæ in Hierusalem, Antoldus de Aniari, sacri Imperii & regnorum Hierusalẽ & Siciliæ Ammiratus; Thaddęus Suessanus, & Petrus de Vineis, magni Curiæ Judices; & Imperatoris Capellanus. Ii verò cùm initiò, suum Imperatorẽ Papæ obedientem fore, jure-jurando polliciti fuissent: Fridericus, pro publicâ concione, Catholicus pronunciatur, & (ut fama increbuit) Papæ reconciliatur.

Cumq; Roma rebus tractandis incommoda esset: Pontifex in Castellanam civitatem secessit. Ipse etiam Imperator, in vicinum locum advenit. Omnibus autem in maximam de pace spem erectis: Papa indè, noctè quâdam, cum suis complicibus aufugit; & Genuam commigravit. Imperator, à Papâ delusus, civitates, quæ ad patrimonium S. Petri pertinebant, præsidiis munit: Tusciæque rebus firmatis, Pisanorum navibus in regnum Neapolitanum secedit. Papa, Lugdunum delatus, cœtum [illegible]ratorum cogit pontificum: ibique in Imperatorem, rejectis ejus, quos ad dicendam suam causam eò præmiserat, Legatis, (ipse enim comparère volebat) suum ejaculatur fulmen.

Eo irritatus Fridericus, Mediolanum hostilibus incursionibus infestat: & Genuensium balistariorum sexaginta circiter, quos ceperat, altero privat oculo: posthæc in Tusciam abit. Acciderunt hæc anno 1246.

Florentia, eodem tempore factionibus laborans, Imperatorem arbitrum deligit: eâque ratione in ejus venit potestatem. Procerum etiam quorundam, qui in necem Imperatoris clàm conspirarant, cõsilium detectum; deque iis supplicium sumtum est.

Innocentius interim Heinricum, Landgravium Thuringiæ, Imperatorem designari curaverat. Sed Cunrado, Friderici filio, quem pater Romanorum Regem nuper designârat, eum reprimente, nunquam in superiorem Germaniam (nam Francofurtum Principes convocaverat) venire potuit. Cumq; nihil prçclari gereret, à plerisque Sacrificulorum rex dictus est: *ut annotat Cranizius.**

* *lib. 8. Sax. c. 14.*

Inter has turbas, Cunradus, spe auxilii, Elisabetham, Bavariæ Ducis filiam, uxorem ducit: *ut Cuspinianus indicat.* At Heinrico extincto, per Electores, Papâ mandante, Wilhelmus, Hollandiæ Comes potens; sed imberbis juvenis, Imperator creatur. Verùm cives, Aquisgranum eum ingredi, initiò vetant, pro assumendâ coronâ: sed tandem, per cruce-signatos mil[i]tes victi, eum admittunt. Indè profectus novus Rex, Imperii urbes, quæ ad Rhenum sitæ erant, in deditionem accipit: pòst in Hollandiam abit. Utque Germanorum Principum animos sibi devinciret; Otthonis Brunswicensis filiam uxorem ducit: nuptiis Brunswigæ, postridie Cõversionis Pauli, celebratis; quas atrox in ipso Palatio exortum incendium turbat.

Interim Fridericus, contra Lombardos rebelles, copias ducit tantas, quantas nullus, vel antiquorum, vel recẽtium Imperatorum, duxisse legitur. Cæterùm, ejus expeditioni hæc causa fuit: quòd Papa, qui Imperatorem, aliis in regno negotiis implicitum, ut indè exire non posset, nôrat, Genuam & Mediolanum cum novo Imperatore venturus, & Lombardiam Romaniamque recuperaturus erat.

Rebus omnibus ad bellum paratis, Imperator Cremonam Taurinumq; adit, Lugdunum petiturus, ut pacem iniret cum Papâ. Sed cùm, per quosdam profugos Parmenses, Brixienses, & Placentinos, & Legatum apostolicum, Parmam occupatam, & Heinricum Prętorem trucidatũ, cognovisset: omisso Lugdunensi itinere, cùm Papę artibus hoc factum haud-difficulter conjiceret, Parmam conversus, cum universis copiis, eam obsidione cingit: & è regione civitatis, aliam, cui Victoriæ nomen dedit, condit; fossis profundis, vallisq; firmissimis munit; ac indè Parmam oppugnat. Fertur, cùm Friderico apud Victoriam [de]essent pecuniæ, post pignorationẽ vasorum auri & argenti; quod curavit erit ex corio monetam fieri, insignitam suâ imagine & subscriptione, quę aureum valeret: edictum p[o]nẽs in exercitu, ut, quicunq; præsentaret talem monetam [c]amerario suo, acciperet pro eâ auream, quæ dicitur Augustanus: (sicut nunc Duratus) cujus sculptura erat, ex uno latere facies Imperatoris, ex altero, aquila. & de illâ monetâ numerabatur stipendiariis: pro quâ postea receperunt auream. *Paralipomena Urspergensis.*

Interim Ro[b]ertus Castilionensis papalem exercitu[m], cui Marcellinus Aretinus præerat episcopus, propè O[...]cęlis, capto Marcellino. Parmę obsidio, fortè [pr]opter Imperatoris morbum, in alterum usq; annum protrah[it]ur. Cæterùm Imperatore, cùm jam convaluisset, ultimo [Fe]bruarii die, anni 1248. aucupãdi gratiâ ex castris pro[gresso]; exercitu quoque, tum propter Imperatoris absentiam, & hostium contemtum, hinc-indè disperso: Parmenses, occasione, de quâ per exploratores certiores facti erant, [ar]repta, omni erupère impetu; Victoriamque, præter omnium opinionem, adorti sunt. Imperator, campanæ sonitu, quâ ex speculâ hostium adventus significabatur, de longinquo audito, statim advolat; & agmine hostili, non sine periculo, perrupto, intra urbem redit: sed tandem, rebus omninò perditis; cùm jam urbem occupassent Parmenses; ipse, decem & quatuor stipatus equitibus, è Vict[ori]â in vicum S. Dominici cessit. Urbe exustâ, vallo [fossi]sq; solo æquatis, Parmenses, præter victoriam aliosq; thesauros & Imperatoris diademate potiti sunt; eoque in loco conspicuo hos versiculos adscripsère:

Per te Rex alme cessit Victoria Parmæ:
Antiphrasi dicta, cessit Victoria [vi]cta.

Item:

Caracis flet damna sui mis[er]anda Cremona:
Imperii Federice tui [f]u[n]u[s] absq; coronâ.

Imperator, cùm Cremonam ven[i]sset; summo cum tripudio excipitur: quòd ex conflictu salvus rediisset. Guastallam & Bressellas profectus, ibi Entium filium Regem offendi[t]: qui de Mantuanis, in auxilium Parmensibus venientis, victoriam reportaverat, qu[i]nquaginta ipsorum navibus interceptis. Ibique treceni ex iis, viri bellicosi, in ripâ fluminis suspenduntur.

Misso autem ad Lucaniæ partes filio, (nam & ibi ad seditionem res spectare videbatur) ipse ad S. Dominici vicũ redit: ut reliquias exercitûs colligeret, pro obsidione Parmæ redintegrandâ. Ibi dum commoratur; de felici prælio Richardi filii, in Anconitanâ Marchiâ, cum Hugelino de Novello, pontificio duce, commisso, nuntium accipit. Indè Cremonam redit. Ibi & Petrum de Vineis, Curiæ Judicem & Cancellarium, cùm in eo dubiæ fidei & proditionis signa animadverteret, vinculis constringit. Indè mense Aprili, anno 1249. in Apuliam abit. Tusciam transiens, S. Miniati castellum arte quâdam capit.

In Apuliâ verò cùm aliquamdiu subsisteret; de filii calamitate, Sardiniæ Regis, certior fit: quem Bononienses, à Mutinensibus in auxilium contra se vocatum, in prçlio ceperant. ideoq; Legatum apostolicum, cum complicibus, absentiâ Imperatoris, & captivitate filii fretum, Lombardiam, Romaniam, Tusciamque, depopulari.

Imperator, dum summis viribus Lombardiæ bellum inferre parat; acutissimâ febri corripitur, in arce Apuliæ, quæ sex à Lucriâ distabat milliaribus, Florentino nomine. Cumq; vitæ finem adesse sentiret; testamentum condit: multa auri talenta Equitibus Hierosolymitanis erogat, filiis regna distribuit; Cunradum verò Regem designat. Tandem summâ cum religione ex hac vitâ discedit, anno ætatis 54. Imperii 33. in die Luciæ, anni 1250. Sunt, qui à Manfredo, ex concubinâ filio, ipsum, per pulvinar ori impositum, suffocatum scribunt. Corpus in Siciliam delatum, ad montem Regalem, supra Panormum, regio cultu terræ mandatur, cum hoc epitaphio:

Si probitas sensus, virtutum gratia, census,
Nobilitas orti, possent obsistere morti:
Non foret extinctus Fridericus, qui jacet intus.

Præter cæteras virtutes, quibus insignis fuit Imperator, & multarum linguarum peritus fuit. Nam Italicè, Latinè, Germanice, Gallicè, Græcè, & Saracenicè, loquebatur: humanarum artium fautor, & literarorũm amans, liberalis, magnanimus, & asper perfidiæ vindex: at Veneris nimium appetens. Nam, præter legitimas conjuges, quarum tres habuit, (*Cuspinianus* sex numerat) unam post aliam; & concubinarum gregem aluit: ex quibus & liberos suscepit; nempe Entium Sardiniæ, Manfredum utriusque Siciliæ Reges, & Fridericum Antiochiæ Principem, pluresque alios. Præter terras Imperii, quas tenuit, utriusq; Siciliæ Rex jure materno fuit; Hierosolymitanus, jure uxoris; Rex Germaniæ, electione, Dux Sueviæ, jure patrio atq; avito. *Vita Friderici, ex historiâ Neapolitanâ Pandulfi Collenutii, Blondus, Crantzius.*

¶ Angliâ bello domestico, & eo quidem admodum exitioso, jam ardente: Johannis obitus inopinatus, majores turbas adferre; aut certè Anglia perpetuò in Francorum deditionem eo venire, videbatur. Guilhelmus itaque Marescallus, copiarum Regis Præfectus, & Glocestriæ Comes, Heinricum, Johannis filium, puerum novem annorũ, Glocestriam deducit; ibique ipsum, de consilio eorum, qui erant partium Johannis, Regem designat, 5. Calend. Decẽb. anno 1217. Cæterùm Guilhelmus, cujus curæ Rex traditus erat, ut Principum animos, qui defecerant, reconciliaret Regi: per nuntios circumquaque missos, veniam & præmia, nomine Regis, quotquot in fidem ejus venirent, promittit. Quo factum est, ut multi à Franco deficerent, & Heinrico se permitterent. Francus, proditionem metuens, arcium oppugnatione omissâ, Londinum, quæ regia urbs erat, redit. Tandem, Papâ se interponente; induciæ aliquot dierum, inter utrumque Regem, pactæ sunt. Iis durantibus, Francus in Galliam trajecit. Interim Guilhelmus, Satisberiensis Comes, & plerique alii, ad Heinricum deficiunt. Gallus, exactis induciis, reversus, Londini subsistit: sed acceptâ ad Lincolniam clade (magna enim exercitûs pars ibi cæsa est) & victis per Hubertum, Doverẽsem Præfectum, navibus, quæ ex Franciâ adjumenta Ludovico importabant; oblatas pacis conditiones accipit, domumque redit. Sicq; Angliæ regno pax restituta est: cùm priùs omnibus, qui Francum juvissent, condonâsset, & antiquas leges se restituturum promisisset, Heinricus.

Inter Scotum & ipsum, semel atque iterũ, contentiones obortæ, incentore Gualone, Romano Legato; & damna utrinque non-exigua per milites illata sunt: sed, quorundam Episcoporum operâ apud Anglos, illæ compositæ sunt. Anglus tùm sororem Johannam Scoto despondet: Scotus vicissim Margaritam sororem Huberto, Angliæ justitiario, uxorem dat. Quibus nuptiis, quæ anno 1221 celebratæ sunt, pax, veluti eo sigillo, cum Anglis firmata est: *ut inquit Boethius.** At intestini motus, per homines inquietos, & prædæ ex superiori bello assuefactos, crebrò excitabantur: qui tamen, licèt non sinè aliquo labore, mox sedati sunt.

At sub annum decimum-tertium, postquam regnare cœperat Heinricus; cùm jam sæpiùs ab Hugone, Marchiæ Comite, ...rico, & Petro Britãnorum Duce, quibus cum Ludovico Franco (quem Divum vocant) bellum erat, ad trajiciendum in Gallias, pro ferendo auxilio, sollicitatus esset: occasione recuperandi ea loca, quæ Philippus Francus Johanni, patri suo olim, eripuisset, belli fortunam tentandã ille decrevit. Adornatâ itaque classe, secundo vento in Gallias delabitur: & factâ belli societate cum Marchione & Britanno, Francorum agros depopulatur. Francus ad hostem properat. Scribuntq; alii, prælium commissum atrox, quo Francus superior extiterit: alii, mediantibus utrinque Principibus viris, pacem factam, & Petrum ac Hugonem in gratiam receptos.

Anno 1236. in matrimonium duxit Eleonoram, Raimundi Comitis Provinciæ filiam: ex quâ, anno sequenti, Edovardum filium suscepit. Contra Wallos (feroces hi populi erant) sæpiùs in armis fuit, eosque tandem in suam redegit potestatem; profligato eorum Principe Davide. *Polydorus.**

¶ Philippo, Francorum Regi defuncto, anno sui 43, qui fuit Christi 1223. Ludovicus filius, annum ætatis 36. agens, succedit; regiis sacris, Rhemis, per ejus loci Pontificẽ Guilhelmum, initiatus. Sed paucorum annorum Rex fuit. Nam quarto nondum exacto anno, in Monpenserio, mortem obiit, anno 1226. cùm priùs Pictavos rebelles domuisset, & Avinionem, Albingensium metropolim, ad deditionem coëgisset.

Patri filius succedit Ludovicus, duodecimum ætatis annum agens; qui Divi nomẽ pòst meruit: summâ rerum penes Blancham matrem existente, ex mandato mariti Regis. Præceptoribus usus est, religiosis quibusdam Monachis, Ordinis Prædicatorum & Minorum: qui, hoc seculo, ob rei novitatem, in precio habiti sunt. Regium diadema Rhemis, ex Suesionum antistitis manu, accepit, Calendis Decembris. Cæterùm, in aulâ factionibus exortis, Philippus Boloniæ Comes, auro ex Regum munificentiâ abundans, Blanchæ opponitur. Cui ipsa vicissim Ferdinandum Hispanum objicit: & Theobaldum, Campaniæ Comitem, in suas partes trahit. Petrus, Britanniæ Dux, & Robertus, frater Druidum, & Hugo Marchio, se regimine excludi, fœmineoq; duci imperio, permolestè ferentes; conjuratione factâ, à Rege deficiunt. Eâ patefactâ, Vindocinum, ad dicendam causam, vocantur. Eò cùm & Rex duceretur; ei insidias conjurati ponunt. Sed re proditâ, Parisienses ex itinere Regem reducunt. Suâ spe frustrati conjurati, in Cãpanum movent; qui, particeps cõsiliorum, insidias detexerat: ejusq; terram depopulantur. Rege, cujus opem implorârat Campanus, cum copiis occurrente, hostes ad sua rediêre. Hugo, ad Anglum profugus, ejus implorat opem: ut paulò antè diximus. Sed hoc bello pacato, ad sacrum itum est bellum: cùm Theobaldus, Navarrorum Rex, post avunculi obitum, esset designatus.

Cæterùm Rex, nunc ex ephebis egressus, Alphonsum fratrem, Pictonum designat Ducem; & in ejus verba Proceres jurare jubet. Hugonem Marchionem, ne id faciat, deterret conjunx. Alienum enim id esse à suo honore; Johannam, Alphonsi conjugem, Comitis Tolosatis filiam, a se, quæ priùs Johanni Anglorum Regi nupta, Heinricum filium, qui tùm Angliæ rex erat, genuisset, adoratum iri. Eadem & Gottofredum Lusinianum spiritibus implet; qui duos fratres Hierosolymorum Reges habuisset: indignum fore, ab Alphonso Duce jura petere. Hugo ad privignum denuò fugit. Multis præterea insidiis Francus petitur, & quidem Hugonis (ut fama erat) conjuge instigãte. In hos cùm copias duxisset Rex, multa oppida expugnata solo æquavit. Dum hæc fiunt; advolant Anglorum copiæ: & facto ad Carontonum flumen atroci prælio, Angli in fugam sunt acti; multis myriadibus captis. Tandem Hugo, Regis fidei se permittens; & Gottofredus, in ejusdem verba jurans; veniâ donantur. Posthæc domesticâ pace usus Francus, suis consuluit rebus; & sacro se accinxit bello. *Aemilius.**

¶ Andreæ Parenti, in regno Ungariæ, sub annum salutis 1236. Bela filius, ejus nominis quartus, successit. Æqui justique amans, & pacis studiosus, initiò fuit: sed non multò pòst suorum odium incurrit; idque eâ occasione. Cùm jam Tartari, sedibus suis egressi, Cumaniam occupassent: Cutenis, Cumanorum Princeps, per Legatos, sibi suisque in Ungariâ hospitium concedi petit; promittens simul, suam gentem agros & pecuaria curaturam, & Christianam fidem subituram. Bela, calamitate illorum motus, hospitiũ offert: eosque advenientes, honorificè ipsemet advenis obviam progressus, excipit. Cumque Cumani, per Ungariam iter facientes, hominum millia quadraginta circiter, armentorumque ingẽtia agmina, secum nõ sinè maleficio agerent; (sata vinetaque enim depascebant) ac præterea, contra hospitii jus, rusticorum nobiliumque conjuges filiasque constuprarent, idque impunè facerent; imò honoribus immunitatibusque, ingrati illi hospites, à Rege donarentur: Ungarorum odia Bela Rex incurrit. Accedebat & hæc odii causa: quòd in Proceres quosdam sæviret, & neminem in suum conspectum venire pateretur; Cumanis liberè eum accedentibus. Sed vix jam annus elapsus erat, quo Pannoniam incolere cœperant profugi Cumani:

cùm

* lib. 13.

* lib. 16.

* lib. 9.

eùm de Tartaris, Rutheniâ jam vastatâ, Ungarorum finibus ipsos appropinquare, fama spargitur. Quæ licèt initiò ficta putaretur: Rex tamen Palatinum, ad custodiendam Rutheniæ portam, quæ Montana dicitur, mittit. Increbrescente verò Tartarico tumultu, Budæ conventus habetur: & ut singuli se suosque ad bellum accingant, decernitur. Dum hæc fiunt, Palatinus, cæsis suis copiis, cum paucis advolat: ac præsens periculum, idque gravissimum exponit. Rex, quantâ potest celeritate, exercitum cogit: Cumanos etiam, quotquot bello apti erant, evocat, Pesthumque coire jubet. Mittuntur & ad Fridericum Austriacum Legati, auxilium petitum. Tartarorum Rex summus, Bathus nomine, cum quinquies-centenis millibus hominum, in Ungariam diversis locis irruit; immaniterque sævit: non sexui, nec ætati, parcit. Pestho appropinquans, crudelius agit. Rex milites, cum hoste congredi volentes, cohibens, timiditatis incusatur. At Ugolinus, Colociensis metropolita, moræ impatiens, irruptionem facit: sed malè tractato exercitu, ipse cum tribus evadit. Vacia obsessa, ab iisdem expugnatur: & misera plebecula, quæ ob munitionem eò confugerat, & in templo se abdiderat, igni absumitur. At Fridericus Austriacus, cum hoste in agro Pesthano congressus, licèt numero impar esset exercitus, eum in fugam conjecit.

Ungari, cùm, remotis jam aliquantulùm hostibus, respirare liceret, intestinum movent bellum. Nam Cumanos insectantes, omnem tantorum malorum causam in eos rejiciunt, & Cutenem Regem ad supplicium dari postulant: & impetu in eum, ubi se continebat, locum facto, ipsum cum reliquis obtruncant: & capita è fenestris in populum projecta sunt. Eâ crudelitate moti cæteri, per universum regnum passim dispersi, Cumani; cùm a Bela in societatem belli vocati essent: ad Tartaros accedunt; ac cum iis icto fœdere, crudelius sæviunt igni ferroque: ac demum, cum magnâ prædâ, in Bulgariam iter flexere. Rex denique, cum copiis, Pestho movens in Tartaros, ad Sajum amnem tentoria figit. Haud-procul aberant hostium castra. Sed Ungari, minùs ad suas res intenti, licèt sæpiùs a Rege de præsenti periculo admonerentur, ab hoste noctu obruti dissipantur. Cæsorum numerus fidem excedere dicitur: inter quos primarii fuère, Ecclesiarum antistites, Strigoniensis, Colociensis, Jauriensis, Transylvanus, Nitriensis. Rex, ægrè elapsus, in Austriam fugit. Interim pro libitu grassantur in quosvis Tartari. Austriæ quoque Dux Fridericus, cùm prius profugum Regem auro, quod secum ferebat, arte emunxisset, copias in citeriorem mittit Ungariam: quæ, jussu Regis, eam pari cum Barbaris immanitate vastarunt.

Cadan verò, alter Tartarorum Rex, vastatâ prorsus ulteriori Ungariâ, & citeriorē infestat. Croatiâ & superiori Mysiâ vastatis; in Bulgariam exercitûs pars una contendit: altera verò Strigonium oppugnat. Rebusque feliciter ibi gestis, (salvâ tamen arce, quæ expugnari non potuit) ad Albam regalem, & D. Martini cœnobium, itur. Verum cum & arte, & naturâ, munitissima essent; frustra illa tentantur. Posthæc, magnâ prædâ onusti Tartari, ad suas sedes rediere.

Bela, Crucigerorum & Rhodianorum militum, & quorundam Frangepanum, auxiliis impetratis, in regnum redit. Sed cùm Barbaros abiisse animadverteret; in Fridericum Austriacum movet. Consertâque ad Neapolin Australem manu, victor exstitit Ungarus; cæso Friderico: direptâque maximâ Austriæ parte, domum rediit. *Bonfinius.* *

* lib. 8. Dec. 2.

¶ Apud Polonos, post Lesci Albi obitum, Boleslao filio impuberi, cui Pudici postea cognomen inditum fuit, regnum cedit. Sed de tutelâ, & summâ rerum, Cunradus, Lesci frater, Masoviæ, & Heinricus Barbatus, Uratislaviēsis; Duces, digladiantur: licèt major & potior pars, inter quos Grimislava, mater Boleslai, Cracoviensis & Sendomiriensis Palatini, erant; id muneris Barbato deferendas censerent. Comparatis itaque exercitibus, uterque per vim suas agebat partes. Cumque bis in agro Cracoviensi constitissent hostiles copiæ: Cunradus, suis cæsis, fugam arripit; & in Masoviam se recipit. Heinricus, suum hostem debellatum credens, exercitu dimisso, parvo comitatu incedebat. De quo Cunradus certior factus, cum armato milite advolat: Heinricum ex improviso adoritur; & ipsum captum in Masoviam ducit. Sed Heduigis conjugis operâ, non modò iterum ille liberatur; sed & pax componitur: cùm duas ex Heinrico filio neptes, duobus Cunradi filiis, Casimiro & Boleslao, despondisset; & Heinricus tutelâ Boleslai se abdicâsset. Sicque Cunradus, frustra renitente matre Boleslai, Principatûs administrationem suscipit.

At Boleslaus, ex ephebis egressus, à patruo alienus, cum matre, Heinrico adhærebat. Quod cùm animadvertisset Cunradus: Boleslaum, cum matre, ad colloquium evocatum, capit; & in Secechoviensi monasterio asservari jussit. Verùm, dū in Prussiā cum exercitu movet, operâ abbatis, custodibus inebriatis & altū dormientibus, clam illi effugiūt; & ad Heinricū in Silesiā proficiscuntur. Masovios enim passim arcibus præfecerat Cunradus. Heinricus, milite coacto, profugum reducit: quem omnium ordinum homines summâ alacritate excipiunt, decedentibus Masoviis. Cunradus, ex Prussiâ reversus, Plocum arcem, quam Misnensis Matchio interceperat, recuperat. Anno verò sequenti, Heinrico bellum facit. & cùm frustra Cracovienses, & Sendomirienses, ad defectionem sollicitâsset: templa quædam & monasteria munit; iisque præsidia imponit: & positis ad urbem Cracoviam castris eam oppugnat. cui incolæ fortiter resistunt. Heinricus etiam, in pabulatores ex insidiis impetum faciens, magnam inter eos stragem edidit. Rebus suis diffidens Cunradus, vastatis priùs agris, domum redit. Proceres quoque, de pace tractantes, ut uterque tutelâ se abdicaret, impetrant. Heinrici tamen consilio, in administrando regno, semper usus est Boleslaus: cujus operâ, malæ quædam leges abrogatæ sunt.

Cæterùm, mortuo Heinrico, Cunradus ad Principatū, oppresso scilicet Boleslao, denuò adspirat. Sed hic, Legatis ad Belam, Ungarorum Regem, missis, fœdus cum eo init; filiâ ejus Cunegunde in uxorem acceptâ, anno 1239. Sed cùm perpetuam uterque vovisset castitatem; ipse Pudici cognomen indè accepit. Posthæc Boleslaum bello lacessere, Cunradus ausus non est.

Intestinis bellis Poloniam jam attritam, nova calamitas excepit. Nam sub annum salutis 1240. Tartari, Sendomiriensem tractum, Russiæ finitimum, invaserunt: Lublinensi arce exustâ, omnem illam regionem, ad Vistulam usque amnem, depopulati sunt. Indè in Russiam, quam maximâ ex parte subjugarant, regressi sunt. Hyberno verò tempore reversi, Vistulâ amne, qui glacie concreverat, transmisso, Sendomiriam expugnant, Copriniencense monasterium diripiunt: occisis ad unum omnibus, quotquot vitæ tuendæ gratiâ eò confugerant; nullâ vel sexū, vel ætatis, ratione habitâ. Cumque nemo tantæ multitudini resistere auderet; nedum posset: ad Cracoviensem agrum usque perveniunt. Indè prædâ onusti, & magnam hominum multitudinem, loris adstrictam, pecudum more secum agentes, pedem referunt. Hos Ulodimirus, Cracoviēsis Palatinus, insecutus, & ex-insperato eos adortus, magnam inter eos initiò stragem edit. Sed pòst Tartari, ad arma concurrentes, exiguam Polonorum manum facilè in fugam conjiciunt: attamen, propter insidiarum metum, longiùs insequi non audent; collectisque suis rebus, in Russiam properant. Sed dum pugna committitur, captivi, disscissis loris, fugâ sibi consulunt. Acciderunt hæc anno 1241.

Non multò pòst, viribus aucti illi redeunt; ulturi eam, quam perpessi fuerant, stragem: & bivariâ diviso exercitu, ex castris, quæ ad Sendomiriam locaverant, egressi sunt. Cracovienses & Sendomirienses, periculorum patriæ, sibi, suisque dulcissimis conjugibus & liberis, imminentium magnitudinem considerantes, hosti obviàm eundum statuunt: factoque agmine, Tartaris ad Chmelicum pagum occurrunt; & cum altero exercitu congressi, & fortiter, & feliciter pugnant. Tartari, jam propè victi, ad eum, qui in insidiis erat, exercitum, se recipiunt. Illi erumpentes, fessis succedunt. Restauratur prælium. Poloni, ut aut victoriâ potiantur, aut honestè pro patriâ oppetant, extrema co-

nantur. Sed tandem, ducibus & fortissimis quibusque militibus cæsis, reliqua turba fugam capessit: quæ sylvarum beneficio evasit. Facta est hæc pugna, die 18. Martii.

Boleslaus Pudicus, qui in Cracoviensi arce, cum matre & conjuge, se continebat; de suorum internecione certior factus, corrasâ qualicunque supellectili, ad socerum confugit. Sed cùm Ungari pari premerentur calamitate; ut paulo antè retulimus: in Pieninâ arce, supra Donajecium fluvium, aliquamdiu delituit. Post eam, quam diximus, victoriam; Cracoviam petunt Tartari: quam succendunt; cùm, qui eam defenderent, non essent. S. Andreæ templum tamen defenditur. Indè in Silesiam progressi, compactis ea tempore navibus, Oderam trajiciunt: pontes enim, ad eorum advẽtum, disjecti erant. Resistit in ripâ Miecislaus, Ratiboriensium Dux: sed viribus impar, cedere cogitur. Tartari cursu concitato Uratislaviam contendunt. Verùm oppidani, suâ supellectili in arcem comportatâ, urbẽ succenderant. Tentatur quidem arx; sed frustra: nam miraculo quodam divino, igneâ nimirum columnâ cœlitùs apparẽte, & Tartarorum castra terribili fulgore collustrãte indè abacti dicuntur. Indè Legniciam pergũt: ubi Heinricus, Barbati filius, quem Pium vocant, residebat. Is suas copias in quinque distribuit agmina: totidem Tartari fecerunt. Concurrunt ad Nyssam amnem, sub Legniciâ, in planitie, infestæ acies. Pugnam ineunt cruce-signati; quos, post superioris anni cladem, Papæ autoritate, ex variis gentibus collegerat Heinricus. Sed cùm hi, ex Tartarorum fugâ, quos insequebantur, longiùs à reliquis agminibus abducerentur: facilè ab hoste circumventi cæduntur; paucis evadentibus. Succedunt alia duo agmina: sed & illa à Tartaris in fugam conjiciuntur. At cum Cruciferis superveniens Heinricus, Tartaros profligat. Sed cùm, inter fugiendum, novæ copiæ advolarent: pedem illi figunt, & insequentes Polonos excipiunt. Cadit Pompo, Cruciferorum Magister. Heinricus, ex fugâ retractus, capite plectitur: illudque, hastæ affixum, copiis ad Legniciam arcem contendentibus, præfertur: cujus deditionem præsidiarii milites denegant. Vastatâ itaque universâ circumquaque terrâ, Moraviam Tartari invadunt. Eâ quoq;, nemine prohibente, in nihilum redactâ, in Ungariam se proripiunt: ubi alius, ejusdem gẽtis exercitus, magnâ immanitate, igni ferroque, crudelitatem exercebat.

Remotis jam Barbaris, nobilitas Cracoviensis & Sendomiriensis, quæ supererat, de regni capite constituendo consultat. Nam Heinricus erat cæsus: Boleslaus verò Pudicus nusquam apparebat. Re deliberatâ, Principatus Boleslao Calvo, Heinrici Pii filio natu-maximo, defertur. Quod indignè ferens Cunradus, Masoviæ Dux, bellum ei facit, accepto, à Pomeranorum Duce Suentopolco, subsidio: rebusque feliciter gestis, omni potitur Principatu. At belli sumtibus exhaustus Cunradus, gravia imponit vectigalia & exactiones quibusvis; nulli nec ordini, nec conditioni, parcens: præterea, in reficiendis arcibus oppidisque, nimis acerbè vulgus exercet. Hinc omnium odium incurrit: & de eo ejiciendo, & Boleslao Pudico revocando, plerique cogitant. Re cognitâ, Cunradus comitia Scarbimiriam indicit. Quò cum Proceres frequentes convenissent: suspectos, eosque nobiliores, capit, & in Masoviam deducit. Sed hi ex carcere, fractis compedibus, liberati, & ad suos reversi, cunctos adversùs Cunradum concitant. Supervenit & Pudicus cum uxore. Confluit ad eum omnis multitudo: fidemq; ei jurant. Ii etiam, qui Cunradi nomine arces tenebant, reddunt eas Boleslao. Cunradus cum magno militum numero occurrit, ut Principatum tueretur: sed commisso prælio, in fugam agitur. Contra Boleslaum Calvum, quòd indigenis exteros præferret, rebusq; præficeret; quæ ei suberat nobilitas, Præmislaum & Boleslaum, Spuiatoris filios, concitat: eosque duces sibi designat. Quam ille injuriam, suadente Heduige aviâ, patienter tulit: imò Præmislao pòst Elizabetham sororem despondit.

Cunradus, cùm se Pudico imparem videret; Lithuanos & Jazygas contra eundem provocat, & armat: qui Sendomiriensem agrum miserè depopulantur. Sua defensurus Pudicus, copias educit; sed vincitur. Quâ clade Sendomiriensis nobilitas fracta, Cunrado se dedit. Et, cùm omnibus parceretur: solius Cracoviensis episcopi possessiones, qui in fide Pudici persistebat, prædæ sunt. Ob id excommunicatur Cunradus. Sed cùm idem in Masoviam, propter vicinorum populorum excursiones, revocaretur: Boleslaus pleraſque arces recepit. Ac licèt pòst, pro recuperandis iis, plurimùm laboraret Cunradus; nihil tamen effecit: & anno 1247. mortem obiit. Sic Boleslao pax & quies conceditur. *Cremerus.**

* lib. 8.

¶ Multos jam annos duraverant simultates, inter Waldemarum Danorum Regem, & Guncelium Suerinensem Comitem. At, sub annum salutis 1223. hic, publicâ fide datâ & acceptâ, in Daniam venit, ineundæ concordiæ gratiâ. Sed cùm Rex prorsus iniquas, & intolerabiles proponeret conditiones; Comes aliâ ratione suis rebus consulendum statuit. Rex cum suo comitatu venatum ierat; quẽ & Guncelinus comitabatur. Cumque largiùs vesperi regii custodes bibissent, minusq; accuratè Regem suũ observarent: Guncelinus, arreptâ occasione, Regis papilionem ingreditur, &, obstructo ipsi ore, vinctum in navem, quam in omnem eventum promptam habebat, cum suis eum deportat, & in Dannenberg asservat.

Interim Adolphus de Schowenberg, suam ditionem, quam Danus & alii interceperant, recuperat; auxilio Guncelini Suerinensis, Heinrici de Werle, & aliorum. Occurrit quidem his, cum armatis copiis, Albertus, Comes Orlamundensis; qui, loco Regis, Vandelicæ oræ præerat: sed captus in prælio à Comite Suerinensi, eodem, cum avunculo Rege, concluditur carcere.

Tandem Rex, cùm aliâ ratione liberari non posset, quadraginta-octo millibus argenti marcis se redemit; cùm jam biennio in carcere fuisset: juramento simul præstito, nunquam se deinceps Nordalbingiam repetiturum. Pro liberatione Alberti, Duci Saxoniæ Alberto, Schowenburg ara traditur. Sola itaque Lubeca, in Vandalorum terrâ, in Regis potestate erat. Verùm cùm ea quoq; à Danis premeretur: cives, Imperio Romano se asseri, à Friderico II. petunt. qui Alberto Saxoniæ, aliisque Principibus, mandat; ut pressis Lubecẽsibus auxilia ferrent. Oppidani, arcem ingressi, quæ in Danorum erat potestate, gladios, quos sub vestibus occuluerant, in præsidiarios milites stringunt; & ad unum omnes trucidant. Rex imperat suis, per universũ regnum, militiã: ut in rebelles animadverteret. Oppidani, contra Regem egressi, in agro urbano castra ponunt: commissoque, in Bornhovedensi campo, prælio, Rex victus in fugam vertitur. Ottho Brũsuicensis & Luneburgẽsis Princeps, ex Wilhelmo Leonis filio natus, & Regis Daniæ ex sorore nepos, capitur à Suerinensi Comite. Dithmarsiẽses, qui Regi auxilio venerant, in ipsâ acie deficiunt; & oppidanis se conjungunt. Factum est prælium, 11. Cal. Augusti, anno 1226. Ara verò, Prædicatoribus monachis, à Lubecensibus, eodem tempore, tradita est.

Eâdem tempestate, & Deminenses regium excutiũt jugum; &, vicinorum Vandalorum auxilio, Danos, qui apud ipsos in præsidio erant, ejiciunt: ut, præter Rugiam, nihil sub Regis maneret potestate. Tentavit quidẽ sæpiùs deinceps belli fortunam, terrâ mariq;, Danus, Adolpho Holsatiensi cõfœderatus: qui etiam aliquid juris in Lubecanã urbẽ, tũ ex Heinrici Imperatoris, Friderici I. filii, donatione; tũ ex beneficio nuper ipsi pręstito contra Danũ, pro vindicãda libertate, sibi arrogabat: sed irriti fuère conatus eorũ. Ab eo enim tempore, cuncta Dano fuère adversa.

Obiit tandem Waldemarus, anno 1242. cùm per annos ferè 40. variâ administrâsset fortunâ regnum. Successit Ericus, filius natu-major: cui Abel frater, Slesuicensis Dux, plurimùm fuit molestus. Patris etiam injuriam ulcisci cõstituens Ericus, Lubecanos mercatores capit. Lubecani armatam classem in Daniam mittunt: arcem Steckelburg, ab Absalone episcopo fundatam, expugnant, & solo æquant: victoresque, magnâ prædâ onusti, naves reducunt. Tandẽ Ericus, fratris jussu captus, & navi impositus, securi percutitur. Cadaver, saxo alligatum, in mari demergitur, anno 1251. *Crantzius in David.**

* lib. 7.

Ex ruderibus, Magnopolis civitatis, (quam superiori seculo vastatam diximus) cùm, ob magnitudinem, restaurari, vallisq; ac muris cingi eam non posse videret Guncelinus, Suerinensis Comes; filius Guncelini, qui primus Suerinensem Comitatum a Leone obtinuit, Wismariam exstruere cœpit: incertum: *ut Crantzius ait*, unde nomen acceperit. Ea autem urbs, intra paucos annos, usque adeò crevit: ut veteris oppidi memoria prorsus aboleretur conciderctq; anno 1238. *juxta Ptolemæum Lucẽsem, & Crantziũ.**

* lib. 7. Vand. c. 53.

SUB CUNRADO.

CUnradus, de morte Parentis certior factus, collectis copiis, in Italiam contendit; Siciliæ regnum, quod jure hæreditario ad se spectabat, recuperaturus. Apuliâ itaque subactâ præter Romani Papę voluntatem, Neapolim obsidet. quâ eversâ, Capuam expugnat, & solo muros æquat. Sed vix duobus annis, à Parentis morte elapsis, per Manfredum fratrem, sed ex cõcubinâ natum, veneno tollitur: anno 1254. spe retinendi Apuliam, quam vi arripuerat, & Cunradi testamentum (quo Cunradinum filium, qui cum matre in Bavariâ degebat, omnium regnorum hæredem constituerat) supprefferat; consciis quibusque sublatis.

Innocentius, regni Siciliæ appetens, duos ingentes exercitus eò mittit: sed ii à Manfredo fugati cæsique sunt. Ex dolore Papa mortem obiit. Clemens succedẽs, Carolum Andegavensem Comitem, copiarum Præfectum constituit: qui cum Manfredo congressus; cùm diu multumque ancipiti Marte pugnatum esset; tandem eum fugavit, & ex proditione captum occidit. Sicque omnem Siciliam, Calabriam, Apuliam, & quas Manfredus priùs regiones tenuit, occupavit.

Cunradinus, cùm jam adolevisset; à quibusdam Italis vocatus, ut regnum hæreditarium occuparet; magnas cõtrahit copias. Auxilio ipsi est, cum justo militum numero, Fridericus Austriacus. Romamque ingressus, ab Heinrico, Regis Castellæ fratre, Urbis Senatore (aberat tùm Clemens IV.) honorificentissimè excipitur, & lætis acclamationibus, veluti Imperator, in Capitolium ducitur. Indè profectus Pisanorum operâ, Lucensium agros populatur. Sed ad Beneventum prælio cum Carolo commisso; Cunradinus, cæsis copiis, in fugam conjicitur. Sed ex proditione retractus, in vincula cum Friderico conjicitur: & paulò pòst Romæ, uterque, jussu Papæ, securi percutitur. Sic regnum Neapolitanum ad Gallos devenit; & Ducatus Suevię, Romanorum Pontificis crudelitate, cessavit: anno 1268.

SUB WILHELMO.

IN vivis adhuc erat, post Cunradi obitum, Wilhelmus; quem suprà Regem, in odium Friderici, electum scripsimus: Trajecti se continens; ubi regali palatio exstruendo occupabatur. Pace enim tùm pulcerrimâ Germania fruebatur. Eum Innocentius Lugduni, post Friderici obitum, confirmârat. Indè in Flandriam profectus, cum Margaritâ, Flandriæ Comitissâ, quæ Selandiam ipsi præripere volebat, pugnat, triumphatque. Verùm cùm, subactis Frisiis, quibus-cum diuturnum gessit bellum, incautiùs recederet: paucis eum comitantibus, à quibusdam fugitivis, in arundineto latitantibus, trajicitur, anno regni sui 9. qui fuit Christi 1255. Reliquit post se Florentium filium, & Beatricem; quæ Ferdinãdo III. Castellæ Regi nupsit. *Cuspinianus*

Sub hoc Imperatore, mortem obiit Otho, Brunsuicensis Dux, Leonis ex filio nepos, relinquẽs post se filios quatuor: Albertum & Johannẽ, qui inter se Ducatum partiuntur; Cunradum, & Othonem: quorum hic Hildesiensi; ille verò, Verdensi præficitur episcopatui: & filias quinque. *Crantzius.*

THEODORUS LASCARIS JUNIOR, *Constantinopolitanus Imp.*

Johanne Ducâ defuncto, Theodorus, Lascaris filius, cognomento Junior, exercitûs, Procerum, & populi suffragiis, creatur Imperator; in clypeo [illegible] lens, modo à majoribus accepto: & ab Arsenio inungitur.

Bulgarorum Princeps, hujus Theodori affinis, auditâ Johannis Ducæ morte, ad montem Rodopem, quædam capit oppidula.

Michaël quoque, Thessaliæ Princeps, finitimas provincias & civitates infestat.

Imperator itaque, confirmato priùs cum Turcis fœdere paterno, copias cogit; quantas pater nunquam duxerat, & Hellespõtum trajicit. Bulgarus, terrore perculsus, Legatis obviàm missis, pacem petit, restitutis, quæ interceperat, castellis omnibus. Quem Imperator in gratiam statim recipit: nam Bulgari sororem habebat uxorem.

Hoc confecto negotio; in Thessaliam contra Michaëlem proficiscitur. Occurrit tùm Theodora, Michaëlis cõjunx, restituens, quæ maritus avulserat. sicque placato Imperatore, Mariam filiam, Nicephoro nuper desponsatam, secum abducit.

His motibus durantibus, literæ de fugâ Palæologi ad Turcas adferuntur: quæ Imperatorem plurimùm perturbavit. Sed non multò pòst, liberalissimis & amicissimis literis revocatur; securitate jure-jurando firmatâ. Reversus ille, sanctissimo jure-jurando Imperatori promittit, se dicto semper fore audientem; nec regnum affectaturum esse unquam, nec ad ea rediturum, quæ antè crimini data ipsi essent; neq; posthęc intermortuam suspicionem aucturũ: sed conservaturum & propagaturum parem benevolentiã & amorem, erga ipsum Imperatorem Theodorum, & filium ejus Johannem, cæterosq. tam familiæ, quàm Imperii successores. His igitur conditionibus, magni Conestabili dignitate receptâ, deinceps Imperatoriâ benevolentia & liberalitate in primis floruit.

Atque Bulgaro sinè liberis mortuo, Principatus ad sororis maritum Mitzen devolvitur. Sed ob segnitiem, & effœminatum animũ, is non multò pòst repudiatur: & Constantinus Tœchus, virtute excellens, regno præficitur. Is, facto cum Imperatore fœdere, Theodoram filiam uxorem impetrat; repudiatâ eâ, quam per multos jam habuerat annos. Non multò pòst, è vivis excedit Lascaris, postquam annis ferè quatuor præfuisset. *Gregoras.**

* lib 3.

TEMPUS INTERREGNI.

POst multos, quos frustra habuerant Imperii Principes, conventus, quibus de novo Rege consultarant, tandem anno 1257. die octavâ Epiphaniæ, Francofurti frequentes iterum conveniunt. sed inter se divisi, duos eligũt: Richardum, Cornubiæ Ducem; & Alphonsum, Hispanię Regem. Ad hunc missi Spirensis & Constantiensis episcopi, cum S. Galli abbate, electionem nuntiãt. Illum verò alii Principes, die Ascẽsionis dominicæ, ex Angliâ Aquisgranum ducentes, inungunt: cui Regalia Philippus de Falckẽstein, quæ apud eundem Guilhelmus deposuerat, profert, & ipsi exhibet. Ex eo honorum incremento, haud-parùm Richardo animus crevit: & plerasque urbes, Rheno adjacentes, in deditionem coëgit. Trevirensis episcopi terras, quòd ipse suo competitori adhæreret, igni ferroq; vastat. Demq; pace qualicunq; constitutâ, Angliam repetit: & in obsidione cujusdam civitatis, dum fratrẽ juvat, jaculo occisus est; cùm annis sex regnâsset.

Sub idem tempus, Alphonso primogenitus filius è vivis excedit: cujus morte, & quòd omnia bellis in Germaniâ & Italiã ardere cerneret, Gregorii X. cõsilio, ultrò Imperio cessit, & in Hispaniam concessit. Ad alia igitur regna accedimus.

¶ Angliam domesticum bellum denuò vehementer afflixit. Ejus autem occasio hæc fuit. Promiserat Heinricus Rex, in Oxoniensi conventu, se quàmprimùm antiquas leges & instituta redditurum. Sed promissis nõ stetit: cùm è re suâ id non esse cerneret. Et quidem Alexander IV. eum à juramento absolvit: cùm non sponte, sed metu, id præstitisset. Nam armati Oxoniam venerant Angliæ Principes; sæpiùs jam à suo Rege delusi. Rebus itaq; cum Gallo compositis, Londini exercitũ cogit: ac palã edicit, nolle se Consilii decreta confirmare; neque permittere, ut iis populus frueretur. Mox ad arma conclamatur; iisq; injuria vindicãda censetur. Principes, belli partes Simoni Montifortensi demãdant. Heinricus quoq;, Richardi fratris, qui nuper ex

Germaniâ advenerat,auxilio fretus,in armis erat. Wallos primùm invadũt Principes. Eduvardus,(quem pater Rex, Walliæ Principem designârat) suis auxilium ferens,capitur. sed cùm se curaturum promitteret, ut pater promissa præstaret,dimittitur. At vindictæ cupidus,præter fidẽ datam, Glocestriã diripit: & fuit Oxonii,cùm patris copiis, junctit, Northantonum,Simonis oppidum,capit;vicosq; passim incendit. Indè Leecestriam, post Nothingamiã,petunt. Simon Lundinum urbem, in fidem receptam,præsidio munit:sed à Rocestriæ oppugnatione,cùm Rex obsessis suppetias ferret,repellitur. Commissu denique ad Levisum prælio atroci,Rex captus est,cum Edovardo filio:cæteris vel cæsis,vel in fugam actis. Hac felici pugnâ, filii Simonis, insolentiores facti, reliquos præ se contemnunt Principes. Quod indignè ferẽt Gilbertus,Glocestriæ Comes,cùm pater filios non compesceret, Edovardũ carcere clàm liberat. Is, Vigorniæ collecto milite,mox Simonem petit:cum quo etiam congressus, eundem cum filio trucidat. Heinricus quoque Rex;quem Simon,suâ panopliâ indutum,in primam aciem collocârat, ut ictus exciperet;ad suos transit. Tandem,cùm Rex bellum contra hostes persequi statuisset,cujusdam Gilberti Comitis,aliorumq; bonorũ operâ, iidem recõciliantur. Fuit is annus salutis 1262. Post hæc quieti se dedit Anglus:res tamen Asiaticas,per Edovardũ filiũ,curavit strenue. Obiit deniq; Lõdini,16 Cal. Decemb. anno 1273 cùm regnasset annos 56. *Polydorus.* * lib.16

¶ Belæ Ungaro, sub annum salutis 1260. Otthocarus Bohemus bellum fecit,ob occupatã Styriam. Sed inferior in prælio Bela,fugam cum suis arripit. Bellorum itaq; malis,quæ infeliciter gerebat,fractus;quieti,quantum per hostes licuit, se dedit: & templis, urbibus reparandis,operam impendit. Tandem in Budensi insulâ mortem obiit anno 1275. Nonis Maii:cùm annos circiter 36. regnâsset. *Bõfin.* * lib.8. Dec.2.

¶ Masoviam & Poloniam Lithuani,duce Mandavo,depopulantur. Sed per Cruciferos in tantas angustias coguntur:ut,præter multarum ditionum donationem,& eorum religionem se amplexuros promitterẽt: quámvis promissis nõ steterint. Aberat autem tùm Boleslaus Pudicus,occupatus Bohemico bello; ut Oppaviam Poloniæ iterum adjungeret:ubi præclari nihil fecit. Tandem,cùm ab exteris Poloniæ pax concederetur:ipsi Primates,nullâ sanguinis habitâ ratione,quo sibi juncti erant,mutuis vulneribus se conficiunt. Sed Tartari supervenientes,Russis ducibus, miserè Poloniam igni ferroque vastant: Sendomiriâ captâ,quotquot inerant,trucidant. sed post tertium mensem, prædâ onusti,iterum recedunt. Facta sunt hæc anno 1260.

Post hos, Lithuani Poloniam; maximè verò Masoviã, infestant. Pudicus, coactis copiis,ipsorum terras vicissim depopulatur;& ad internecionem usq; eos cædit:ità ut Jazygum nomen penè deletum sit. Ne tamen regio inculta maneret:colonias eò deduxit,anno 1260.

Eodem tempore,Cruciferi Prusseni,à Barbaris quoque propemodum deleti sunt. Crebris Russorũ excursionibus, irritatus porrò Boleslaus, in Russiam expeditionem indicit,paratq;. Summam rerum Petro, Cracoviensi Palatino, demandat. qui,bello feliciter administrato,usque-adeò hostium vires fregit:ut, permultis deinceps annis,nihil hostile in Polonos molirentur. *Cromerus.* * lib.9.

¶ Abeli,Danorum Regi fratricidæ. nõ fuit diuturnum regnum. Nam a suis subditis,duce Heinrico de Mildorpe, bello lacessitus, pugnâ commissâ, in fugam vertitur. Sed reparatis viribus,in Frisiam bellum transfert:ubi à rusticâ plebe incautus opprimitur, primo regiæ dignitatis anno. Cui Christophorus frater succedit:fuitq; ejus gubernatio, usque ad Waldemari,Ducis Slesuicensis,(Abelis is erat filius) obitum,tranquilla.

Erat Waldemaro filius,Ericus nomine. Eum educandũ Rex ad se receperat,eâ ratione,Ducatum Slesuicensem,regno Daniæ penitus adjungeret. Sed Erici avunculi,Holsatiæ Comites, Johannes & Gerhardus,de Regis consilio edocti ipsi bellum apertè faciunt:& in Leoheide prælio facto,Regem cum conjuge capiunt Hamburgumque deducunt. Indè se precio ille redimit. Ad regni gubernationem reversus,quieti se dedit anno 1259. in fata concedens.

Patri surrogatur Ericus filius, puer admodum. Is,cùm virilem attigisset ætatem;Agnetem,Otthonis Marchionis de Brandenburg filiam, uxorẽ ducit. Fuit ejus gubernatio valde tranquilla, ad annum Domini 1286. Tandem à domesticis cõfoditur: quàmvis ejus necis causa ab autoribus non referatur. *Crantzius de Danis.* * lib.7.

SUB RODULPHO.

ANno salutis recuperatæ 1273. Principes Imperii, Francofurti convenientes,Calendis Octobris,Rodulphum,Habsburgẽsem Comitem, & Alsatiæ Landgravium;Moguntino Episcopo, quo ipse olim Capellano usus fuerat,negotium maximè urgente; Imperatorem, pari voto,absentem designant. Commendabant eum,sanguinis claritas,morum honestas,ingenii vires,& ætas matura; in primis verò armorũ peritia,& virtus bellica. Nam Comitem Sabaudiæ devicit; & minoris Burgundiæ partem subjugavit.

Aspirabat & Bohemorum Rex Otthocarus ad Imperii culmen,& id quidem per Brandeburgicum,quem splẽdidis muneribus in suas pertraxerat partes, tentabat:sed irriti fuère conatus.

Per Burggravium quendam vocatus Rudolphus,venit; & Aquisgranum deductus,pro more coronatur. Principes ibidem fidelitatem jurant:auxilia contra rebelles pollicentur. Probavit eam electionem & Gregorius X. ratamque habuit. Nam Lausannæ unà fuerunt; ut veteres testantur versiculi:

Bis sexcenti septuaginta tresq; fletère
Anni,Lausanna Rex & quoq; Papa fuère.

Verùm Romam non vidit;licèt hoc Principibus exigentibus promisisset:novas semper occupationes causatus.neq; diadema à Papâ unquam sibi imponi passus est. Totum enim ab Italiâ abhorrere,amicis non dissimulavit: *Hîc me* inquiens,*vestigia terrent. Vides Cæsarum in Italiam vestigia læta,magnifica. & bona spei plena:ex Italiâ verò referentia,tristia,misera,& luctuosa.* Quem verò in Italiam miserat,ut loco ipsius jus diceret;pleræque urbes receperunt. In Alsatiâ, plurẽs arces oppidaque, quæ Badensis erant Marchionis,cùm parère detrectarent,expugnavit. Comites ac Barones multos sub jugum misit. Bernam tributariam fecit. Ducem Burgundiæ,Imperii vasallum fecit. Rodulphũ filium,Sueviæ Ducem designavit.

His domitis,omnem belli vim in Bohemum transfert; qui Austriam sibi,vacãte Imperio, usurpaverat:cùm priùs eum ter,ad conventus Principum, Noribergam, Herbipolim, & Augustam, frustra vocâsset; anno 1274. Olemucensis episcopus, à Bohemo missus, facti frivolam excusationem attulit. Cumque uno ore contumax à Principibus esset judicatus: bellum in ipsum decernitur. Fridericus, Comes de Zollern, quem, anno superiori,omnium primum Notinbergensem Burggravium denominaverat Imperator, (erat enim ex sorore nepos) primum agmen ducit. Subsequitur Imperator, multis Episcopis & Principibus stipatus. Viennâ obsessâ,cives,ut periculum à vineis averterent,se dedunt. Stirii,Carinthii,in Imperatoris verba jurant. Albertus filius, Austriæ Stiriæque; Menhardus Tyrolensis Comes,Carinthiæ,Duces ab Imperatore declarantur,consentientibus Principibus. Tãdem Moguntinus,Juvaviẽsis & Frisingensis,episcopi, certis conditionibus pacem sanciunt inter Reges. Sed,conjugis procacis instinctu,eandem violat Bohemus; (turpe enim hoc esse ipsa rata,suum Regem coram Rodulpho,quo ipse olim Curiæ suæ Magistro usus esset, genu flexisse) ac Rodulpho bellum indicit, & maximas in Austriam copias,undecunque contractas,ducit. Rodulphus, Ladislao Hungaro in belli societatem accito, Otthocarum aggreditur,eumque,castris exutum, in fugam vertit. Inter fugiendum verò, Otthocarus occubuit,anno 1279. In Bohemiam dehinc progressi exercitus, omnia igni ferroque devastant. Tandem, Olomucensis episcopi intercessione, pax sancitur:& Guta, Rudulphi filia, Wenceslao,Otthocari filio; Agnes verò,Otthocari filia,Rodulpho Sueviæ Duci,Cæsaris filio,in uxorem traditur.

Hoc bello confecto, in Helvetios movet, qui Sabaudiæ Comiti parebant: eosque nullo labore subigit. Tum quoque Pseudo-fridericum, qui multas ad se urbes pellexerat, capit, & Vulcano offert. Comitem Burgundiæ denuò vincit. Cùm decies & quater in conflictibus superior extitisset Imperator, Victoriosi nomen accepit. Senio confectus, Albertū filium successorem designat: sed Principes nō assensi sunt. Erfordiæ, anno salutis 1290. comitia habet, ob excitatū ibidem tumultū, quem cōpescuit, capitis supplicio affectis ejus autoribus. Porrò civium auxilio, circiter sexaginta arces in Thuringiā, ad Salam & alibi, ex quibus prędæ & latrocinia fiebant, expugnatas, diruit. Spiram contendens, in Germersheim diem suum obiit, 18. Calend. Augusti, ann. ætatis 73. Christi verò 1291. *Cuspin. Paralip. Ursper.*

¶ Successit Ludovico, ventris profluvio extincto, in Franciæ regno, Philippus, ejus filius. Is, ut Petrum Arragoniæ Regem à Siculo bello avocaret, ejus ditionē peragratac pleraſque urbes subigit. Petrus verò, suis opem laturus advolans, in pugnā occiditur, anno salutis 1286. Philippus febri extinguitur. *Robertus Gaguinus, * & Polydorus.**

* *lib. 7.*

¶ Edovard* I. ætatis anno 35, salutis verò 1274. Rex creatus, post mortem patris Henrici III. cum Wallorū Principe Leolino, semel atque iterum confligit. Sed hoc veniam petente, ab armis iterū discessum est. Verùm anno octavo, postquam regnare cœpisset, iterum provocatus Rex à ferocibus Wallis, Angliam vellicantibus, exercitum conflat, univer-samque Walliam domat; cæso Leolino Principe, cum fratre Davide. Hic captus, pœnas capite solvit: ille verò in prælio occubuit. Robertumque Torbiscum, victus [illegible] ... dedit. Non multo post in morbum incidit Rex; quo cum multo tempore conflictatus est. *Polydorus.**

* *lib. 17.*

¶ Belæ, Ungarorum Regi, Stephanus, ejus nominis quartus, surrogatus; patri illatam à Bohemis injuriam ulciscitur. Nam Otthocari vires plurimùm infregit; Masoviāque penitus expulit. Hoc confecto bello, in Bulgariam, quæ ejus imperium detrectabat, cōtendit; inferiorem Mysiam prædatur, Bodnum metropolim, tertio obsidionis mense, expugnat; & Bulgarorum Regem sibi tributarium facit.

Cæterùm, tertio regni anno, mortuus Stephanus, Ladislao filio regnum reliquit: qui omnium consensu coronatus est, anno 1276. Hic à Rodulpho, in societatem belli contra Bohemos, accitus, magnas copias adduxit. Nihil enim ei antiquiùs, quàm cum Bohemis, qui cum patre avoq; re certarant, fortunam belli experiri. Ex re ibi feliciter gestā, & ex Rodulphi societate, per multos annos, quietum habuit regnum.

Cæterum, anno 1282. Oldamir, Cumanorum Princeps, Ungariam infestat. contra quem cum exercitu egressus Ladislaus, beneficio imbrium, eum in fugam conjicit. Profugi, Tartaros in auxilium vocant: qui miserè Ungariam, usque ad Pesthum, depopulantur anno 1285.

Verùm Ladislai libidines Ungari detestantes, Andreā, Venetum cognomento, Andreæ II. Ungarorū Regis nepotem, [illegible] eligunt, anno 1291. qui, contractis copiis, Austriam infestavit armis. Sed, cùm domi factiones exsisterent, intelligeret; pedem referre cogitur. Cumque in earum autores nihil gravius statueret, sed potiùs clementiæ laudem venaretur; ignaviæ crimen incurrit. Proceres, missis Legatis, Siciliæ Regis filium, Carolum Martellum, Salernitanum Principem, via annum undecimum agentem, [illegible] quamvis alii de Martelli filio, Carolo-Roberto, [illegible] Regem expetunt. Nam is matre Ungaricā, [illegible] Stephani IV. filiā, natus erat. Romanique [illegible] autoritate Ca[illegible], anno 1299. in Ungariā venit, vi-[illegible] An[illegible] tamen eodem anno a Cumanis in-[illegible] *Bonfinius.**

[illegible] regno Poloniæ, Boleslao Pudico, qui anno [illegible] esse desiit, Lescus Niger, ex patruele ipsius [illegible] successit: Russi [illegible] duce, Poloniam infestant. [illegible] prælio fusi, fugam capessere coguntur. [illegible] Lescus, hostilem regionem, ad Leopolim usque, vastavit. Lithuanos quoque, Lublinensem regionem molestantes, ex inopinato adortus, cæcidit. In eo prælio, Jazygum reliquiæ penitùs extinctæ sunt.

Pace jam ab externo hoste partā, domestici motus pullulare incipiunt. quos, tum animi magnitudine, quā obviavit Conr[illegible]lo, Masoviæ Ducitum mansuetudine, quā erga Proceres defecti onis autores, quique Conradum acciverant, usus, [illegible] ilè repressit.

Anno 1283 Lithuani cursus in Poloniam excurrunt, magnis incom[illegible] odis incolas afficientes, quos Lescus, correptis armis, pr[illegible] ugavit; magnāque prædā potitus est. Exactis aliquot annis, Paulo episcopo Cracoviensi autore, plerique à suo Duce de[illegible] sunt Proceres: & repudiato Lesco, Conradus Masoviæ [illegible] Dux accersitur, eique omnis offertur Principatus. Sola Cracovia in fide Lesci permansit. Lescus ad Ladislaum Ungarum contendit: à quo Cumanorum & Ungarorum copias imperrat. Occurrit his Conradus: sed in fugam conjectus, in Masoviam rediit. Lescus, in gratiam receptis defectionis autoribus, cum deprecati fuissent culpam; exercitum dimisit. Solis verò Teutonibus, qui fidem præclarè servassent, Cracoviensis urbis regimen demandavit, [illegible] que eum ipsis habitu, & cultu corporis, usus est, [illegible], quanti eos faciat, ostenderet. Acciderunt hæc anno 1285.

Non multò pòst, Tartari, fame domesticā exstimulati, Poloniam cum Russis libere vastant. Nemo enim, cùm Rex ad Ungarum fugisset, tantæ multitudini occurrere audebat. Rex, post Tartarorum discessum reversus, Cūrado Masovio bellum facit. sed cùm infeliciter illud gereret, ex mœrore animi in morbum incidit: quo, ultimo Septembris die, anni salutis 1289 extinctus est.

Cæterùm hujus obitus cùm liberis destitueretur, malorum motuum causa extitit, pluribus de dominatu contendentibus. Nam Uladislaus Locticus, Lesci frater, eodem patre, sed aliā matre, prognatus, Siradiensem ditionē occupat. Proceres verò Cracoviensis & Sendomiriensis ditionum, Boleslaum Plocensem Ducem, Conradi Masovii fratrem, accersunt, & Cracoviam solenni pompā deducunt. At cives Cracovienses clàm Heinricum, Uratislaviensem Ducem, vocant. Quem, cum justo exercitu adventantem, cùm cives in urbem intromisissent: Boleslaus, qui cum comitatu, non quidem ad bellum; sed ad splendorem comparato, advenerat, iratus in Masoviam profugit. sicque & arce alter potitus est. Locticus à Pomeranis, Cazimiro Lenciciensi Duce, fratre, & Conrado ac Boleslao Masoviis, impetratis auxiliaribus copiis, Cracoviam contendit: eamque obsidione claudit. Mittit & Heinricus, (qui, relicto isthic præsidio, Uratislaviam redierat) in subsidium obsessorum, maximas copias. Quibus utrinque confligentibus, victoria penes Uladislaum fuit. Sed ea diuturna non fuit felicitas. Paucis enim elapsis diebus, Cracoviā, intempestā nocte, rursus ejicitur per Heinricum Legnicensem: cui Heinricus Uratislaviensis, cùm ipse ægrotaret, summam belli demandārat. Cumque inter has turbas hic exspiraret: alter ejus dominatum apud Uratislavienses quoque arripuit: profligato Conrado Glogoviensium Duce, patruo; quem def[illegible] nctus Dux successorem designārat. Legaverat idem, cùm liberis careret, Cracoviensem & Sendomiriensem tractum, Præmislao, majori Poloniæ Duci: cui, per idem ferè tempus, Metzingus Pomeranus suam testamento legavit terram. Uladislaus [illegible] Sendomiriensi ditione non contentus, ad Cracoviensem qu[illegible]e adspirat: quam Proceres & Cives, cognitā Heinrici morte & testamento, Præmislao servabant.

Griphina verò, Lesci vidua, utramque ditionem, quam à Lesco marito sibi donatam, deprōtis simul diplomatia, affirmabat, Wenceslao, Bohemiæ Regi, soror[illegible] suæ filio, donat. Mox is, ad occupandam novam ditionem, Tobiā, Pragensem episcopum, mittit. Præmislaus, cùm duplici bello implicari, grave sibi futurum videret; ultrò Cracoviā cedit, & eā Bohemo tradit. At Sendomiriensis tractus, frustra à Bohemis tētatur, Uladislao eum defendente. Bohemis ad suos reversis, Uladislaus Cracoviam infestat. Advolat iterum armatus Tobias: sed hosti impar, pedem

extrahit. Anno insequenti, cum majoribus copiis, suis auxilio venit ipse Wenceslaus, Bohemorum Rex; in belli societatem assumto Otthone, Brandenburgico: Sendomiriensemque ditionem miserè depopulantur. Quibuscum Uladislaus aperto Marte congredi non ausus, tantùm ex insidiis nonnunquam eos adoritur, & vellicat, anno 1292.

Anno sequenti, Sendomiriensem agrum Tartari; Lenciciensem Lithuani, infestum reddunt. Ab his Cazimirus in prælio occiditur: cui in Ducatu Uladislaus Locticus frater succedit. *Cromerus.* *

* Lib. 10.

¶ Daniæ regnū, his temporibus, administravit Ericus; Erici, quem paulò antè interfectum diximus, filius natu-maximus; pacis publicæ studiosus. Holsatos, Vandalos, Marchionesque dissidentes, in gratiam redegit: regnavitque ad annum usque 1321.

Ex Burevino, Obotritarum Principe, (cujus Parens Pribislaus regium nomen amisit) nati sunt; Heinricus, cognomento Burevinus, & Nicolaus, quem alii Nicolotum vocant. Qui, post patris obitum, terram dividentes: hic Magnopolin accepit; illi verò Heruli cessère. Sed cùm ex lapsu cervicem fregisset Nicolaus: solus rerum summâ frater potitus est. Is, in uxorem ductâ Sophiâ, Sueciæ Regis filiâ, anno 1228. filios quatuor; duas verò filias, procreavit: Johannem natu-maximum, (qui cùm annos 21. Parisiis, à primis annis, versatus fuisset, in Theologiâ Doctoris gradum assumsit: unde Theologi nomen accepit. ejus sedes fuit in Mechelburg) Burwinum, Rostochii, Nicolotum, Gustrovii; Pribislaum, Parchemii, se constituentes. Hic bellum fecit Suerinensi episcopo, ac Buzovium exussit. sed ab Episcopo captus, terræ suæ venditione se redemit: & apud socerum in Pomeraniâ exsulans, sinè liberis decessit. Filiarum altera, Regis Massiliæ filio; altera Cyprio nupsit. Utrique enim, Johannis Parisiis fuerant condiscipuli.

Johannes verò, ex Hennenbergensium Comitum familiâ, uxorem accepit Lutgardim: ex quâ suscepit, præter multos alios filios, Heinricum maximè insignem; qui Rigæ natus est, cùm contra Barbaros bellum ipsi esset. Is, regno potitus post patrem, Anastasiâ, Barnimi Pomeranorum Ducis filiâ, matrimonio sibi junctâ, filios genuit, Johannem & Heinricum, cognomento Leonem; & Lutgardin filiam. Quâ verò, in expeditione sacrâ, usus sit felicitate, alibi retulimus. *Marscalcus.* *

* Lib. 1.

SUB ADOLPHO CAESARE.

Fuerat, apud Rodulphum Imperatorem, in magnâ existimatione, Adolphus, Comes Nassoviensis, vir militaris & strenuus: ejusque consanguineus, seu (*ut Ursbergensis habent Paralipomena*) frater, Gerlacus, Moguntinum administrabat episcopatum. Hujus itaque autoritate, seu (*ut Cuspinianus ait*) dolo, ad Imperii fastigium, præter Principum voluntatem, evehitur, anno 1292. Coronâ verò regiâ jam insignis, Anglorum Regi, contra Francum bellum gerenti, mercede conductus, auxiliū promisit. Quod cùm contra regiam esset dignitatem: apud plerosque malè audiit. Accedebat & hoc: quòd acceptam ab Anglo pecuniam, in proprium usum convertisset; (nam Misnensem Marchionatum eâ comparaverat) & promissis minimè stetisset. Albertus, Austriæ Dux, se posthabitum dolens, minùs Adolpho favebat. Cumque hic illius filiam, suo filio uxorem peteret; repulsam passus est. Indignatus ideirco Adolphus, Austriacum odio prosecutus est: Columbarienses ipsi addictos oppugnat; Alsatiæque urbes compescit. Cæterùm Principes, & primariæ Civitates, contra eundem fœdus feriunt; & in armis sunt. Interim Adolphus in Thuringiam abit, hostiliterque in eam debacchatur. sed indè a Friderico, qui à præmorsâ maxillâ cognominatur, ejicitur. Totâ itaque Germaniâ bello æstuante, odio Adolphi: Gerlacus Moguntinus eum Imperio inutilem palàm asserit, ob fastum, adulteria, stupra, aliaque scelera turpissima, quibus infamis esset. Conventu itaque Moguntiæ habito Adolpho Imperium abrogatur; & Albertus Austriacus substituitur, anno 1298. Is, collecto undequaque exercitu recta in Adolphum movet. Qui magnis etiam instructus erat copiis; suppetias Otthone Bavaro, Rudolpho Palatino, & quibusdam Imperialibus civitatibus ferentibus. Fit, in agro Spirensi, atrox & crudele prælium. Tandem, cùm diu ancipiti Marte pugnatum esset; Adolphus occiditur: quo interfecto, reliqui fugâ sibi consulunt. Cadaver ejus in monasterio, quòd a Rosarum-valle denominatur, reconditur: sed, post Principum concordiam, exhumatum, Spiram defertur. Confecto hoc bello, Aquisgranum Albertus deducitur; & pro more coronatur.

¶ Franciæ regnum, sub annum salutis 1286. Philippus Pulcer, post Philippi patris obitum, gubernandum suscepit. Fuit huic grave bellum cum Anglo: qui, ut potentissimi hostis vires frangeret; mercede conduxit Adolphum, Romanorum Imperatorem, & Flandrensem Comitem. quamvis ille parum auxilii tulerit; rebus apud Germanos turbatis impeditus. Eo bello, præter arces & oppida quàmplurima, Burdegalā, principem Vasconiæ civitatem Gallus obtinuit. Tandem, viribus impar Anglus, cum Vidone Flandro, Pulcri fidei se permisit.

¶ Perpetuorum bellorum pertæsi Poloni, Præmislaū, Cracoviensem & Sendomiriensem, ex Heinrici Uratislaviensis testamento, Principem, Regem designant; & diademate regio ornant, anno 1295. Sed, dum ille pacis consilia tractat, & dissidentium animos conciliare studet; è rebus humanis excedit, septimo suscepti regni mense.

Succedit, Procerum suffragiis, Uladislaus Locticus: (nā hærede masculo destituebatur Præmislaus) qui, Regis nomine neglecto, Hæredē regni Polonici se appellavit. Post pacatam Pomeraniam, & Silesios domitos, otio & voluptatibus se dedit. Ducis exemplum, impunè sequebatur & reliqua militum turba; injuriis quosvis afficiens, Ecclesiarum bona diripiens, & stupris se polluens. Cumque admonitus Locticus, corruptos mores non emendaret: regnum ipsi abrogatur; & Wenceslaus Bohemus substituitur, anno 1300.

COMNENUS MICHAEL *Palæologus.*

Theodorus Lascaris Junior, moriturus, Georgium Muzalonem, (ignobili quidem genere ortum virum; sed ob familiaritatem, quā ab ineunte ætate cum Lascare habuerat, & morum urbanitatem, & dexteram negotiorum administrationem, ad Protovestiarii dignitatem evectum) & Arsenium Patriarcham, curatores Imperii designavit: donec Johannes filius, qui sextum tùm agebat annum, ad maturam pervenisset ætatem. Ea res scripto confirmatur: & a summis & infimis juramentum exigitur. At Imperatore extincto, nonnulli claris natalibus orti, & propinquâ cognatione Imperatorem attingentes, Muzalonis fortunę invidentes, ejus imperium detrectant; &, contra jusjurandum, bis terve factum, vitæ insidias struunt. Et cùm, nonâ post obitum die, exsequiæ fierent, in Sosandrio monasterio: sicarii, ære cōducti, impetu in templum facto, Muzalonem cū duobus fratribus occidūt. Arsenius, animi dubius & consternatus, cum Proceribus, quid agendum, deliberat. Erat inter hos Comnenus Michaël Palæologus superior; & Arsenio adeò charus: ut Imperatorii fisci claves, cùm stipendia militibus numeranda erant, aut alia res pecuniam postulabat, ei crederet. Suâ itaque urbanitate & liberalitate, quamvis non de suo largiretur, omnium animis sibi conciliatis, communi suffragio, gubernationis moles ipsi imponitur: donec ad maturam ætatem pervenisset Johannes. Non multò pòst, Despotæ titulo, quæ proxima à regiâ est dignitas, tam à Patriarchâ, quàm filio Imperatoris, ornatur. Sed eo honorum augmento non contentus Palæologus, altiùs cristas erigit, & à suis fautoribus, circa Magnesiam, Imperatorem se appellari procurat, clypeo insidens.

Arsenius, de pueri salute solicitus, jure-jurando eos adstringit: ne vel vitæ pueri insidientur, vel de Imperio illi per vim fraudemve eripiendo cogitent. At, paucis exinde elapsis diebus, Palæologo ipsemet coronam imponit; sententiis Senatûs & Sacri ordinis impulsus. Non tamen perpetuū ei decernit Imperium; sed donec legitimus

heres adolevisset. Juramento sanctiore, quàm priùs factum fuerat, hæc firmat novus Imperator.

Virtutis autem specimen editurus, copias cogit: & Nicæâ, ubi regia fuerat, profectus in Thraciam, Constantinopolin; sed frustra, tentat. Indè recessurus, finitima castella munit: & præsidiariis mandat militibus, ut crebris incursionibus Byzantinos vellicarent. Quo facto, ipsi ad tantam angustiam redacti sunt: ut, lignorum penuriâ, multas ædes destruerent; ut necessariis ignibus materia suppeteret.

His temporibus, Scythæ Euphrate superacto, Syriam domant; & anno sequenti, Sultanum Azatinem regiâ suâ pellunt. qui ad Palæologum confugiens, ab eo recipi petiit. Is ad Ænum, maritimum oppidulum, degere jussus est: quod ei simul custodiæ vice esset; ad suspectam ejus fugam prohibendam.

Duobus ab inauguratione Palæologi annis elapsis, bellum Michaël, Ætoliæ Despotes, movit. Contra quem missus est Alexius Strategopulus Cæsar: eique in mandatis datum, ut, inter eundum, Byzantii castella perlustraret, hostibusque noceret. Propontide itaque trajectâ, ipse cum octingentis viris oberrans, in cives quosdam Byzantinos, homines plebeios, incidit; de urbis statu viribusque diligenter inquirit. Quas cùm perexiguas esse cognovisset: (nam maxima copiarum multitudo, in Dephnusiæ, oppidum Euxini Ponti est, mille stadiis à Constantinopoli dissitũ, obsidione, aberat) mox de proditione cum iisdem agit; promissis, si res succederet, amplissimis præmiis. Pollicentur illi suam operam. Res ex sententiâ succedit. Nam quinquaginta viri, per occultum meatum, noctu ingressi, vigiles trucidant; effractâque portâ, ingressum universo exercitui patefaciunt.

Strategopulus, sub diluculum urbem ingressus, acie opportuno in loco instructâ, quatuor in partibus eam accendi jubet. Balduinus Imperator, cùm hostes intra mœnia consistere, & urbem inter medias flammas hærere, quæ regiam mox correpturæ erant, nullamque sibi salutis spem restare, videret; cymbâ salutem quærit. Palæologus, de tanto rerũ successu edoctus, relictâ Nicæâ, Constantinopolin, cum uxore, & Andronico filio bimulo, properat: eamque non priùs tamen intrat; quàm D. Mariæ imago per portam, quæ aurea dicitur, ingressa esset: quam ipse pedes subsequitur. Porrò, prima ejus cura fuit, urbem, quæ propemodum in vastitatem & cineres redacta erat, restaurare. Facta hæc sunt, anno, postquàm à Venetis Francisque urbs capta fuisset, octavo & quinquagesimo; licèt alii sexagesimo tertio scribant: *ut annotat Cuspinianus.*

Cæsar, rebus sic feliciter gestis, Thracicis & Macedonicis copiis coactis, contra Michaëlem proficiscitur; hostemque invadit. sed, post variam belli fortunam, ipse capitur, cæsis ejus militibus. Sed pauld pòst rursus liberatur: cum Annæ, Manfredi filiæ, post Johannis Ducæ obitum, ad patrem redire, facultas concederetur. Utque pax firmior esset: Anna, Imperatoris consobrina, Nicephoro, viduo Michaëlis filio, uxor datur.

Palæologus, secundâ fortunâ, quâ utebatur, elatus, totum sibi Imperium vendicare statuit. Lascaris filias, Theodoram & Irenen, nobilibus quidem viris; sed non usqueadeò illustribus, despondet: Johannem verò, decimum jam agentem annum, oculis privat. Theodora, Constantini Bulgarorum Principis uxor, de fratris calamitate certior facta, maritum, ad ulciscendum hoc facinus, instigat. Mox is ampliùs viginti-millia Scytharum, ad Istrum degentium, accersit; cum quibus in Thraciam impressionem facit. ac via Palæologus, ex Thessaliâ domum contendens, evadit; è duabus triremibus exceptus. Pòst Ænum properant, & Azatinem (nam cum eodem fedus Constantinus fecerat) sibi tradi postulant. Cives, extremam sui deletionem veriti, hominem dimittunt. In reditu, illi Thraciam, & habitatoribus, & jumentis, spoliant. Minùs etiam deinceps feliciter, terrâ marique, contra Thessalos & Eubœos, Palæologi pugnarunt exercitus.

Balduinus, Constantinopoli fugatus, ad Carolum, Italiæ Regem, se confert, & hujus filiam suo despondet filio: promissâ in dotem, quam amiserat, Constantinopoli, si illius opibus in bello juvaretur. Sed, dum Carolus militem scribit, Palæologus ad Papam legatos mittit, de ineundâ utriusque Ecclesiæ concordiâ: modò Carolus ab expeditione retraheretur. Papæ itaq; autoritate motus Carolus, arma jã deponit: perpetuas tamen ipsi insidias struit.

Azatine Sultano, quem Æno profugisse diximus, non multò pòst mortuo: Meletus filius ad Scythas Asianos trãsiit; & paternam hæreditatem sibi reddi postulavit. Confluxerunt ad ipsum multi Satrapæ, ac Dominum suum nuncupant. sed paulo pòst ille per insidias occiditur. Qui supererant Turcici Satrapæ, à Scythis pelluntur. Illi, asseitâ qualicunque cohorte ex infimâ plebe, latrocinari incipiũt: maximè verò finitimos agros & urbes, quæ Palæologo parebant, infestabant. Nam milites præsidiarii, qui vicinas Scythis arces tuebantur, inde migraverant: cùm è fisco Imperatorio annua stipendia non numerarentur. Quas Turci occuparunt; terrasque subactas in Satrapias diviserunt: ac à mari Pontico & Galatâ, usque ad mare Lycium & Cariũ, & fluviũ Eurymedontẽ, omnia sua fecerunt. Maximè verò in Paphlagoniâ & Pamphyliâ, ingens Turcorũ multitudo vagabatur: indeque Constantinopolitanas populabantur provincias. Quos cùm Imperatorii milites acriùs insequerentur, in improvisas incidunt insidias: &, exceptis paucis, omnes trucidati sunt. Quo prælio, Romanorum vires fractæ; Turcorum verò potentia plurimùm adaucta est. Trallibus (ultra Mæandrum urbs est) etiam, post diuturnam obsidionem, captis, viginti-millia hominum indè in captivitatem abducta sunt. Sub hoc tempus, Johanni, Alexii nepoti, qui, post captam Constantinopolim, Colchorum & Lazorum terras occupaverat, Eudociam filiam Palæologus despondet. Johanni verò, regia sedes erat Trapezus.

Sed cùm contra Johannem Sebastocratorem, Thessaliæ Principem, qui jam sæpiùs fidem violaverat, Scythis in auxilium vocatis, Palæologus indignabundus bellum pararet, prope Lysimachiam, ubi Scythicum exercitum contemplabatur, morbo corripitur; quo paulò pòst in fata cõcessit, annos natus 58. At filius Andronicus, vix plebejâ sepulturâ patrem dignatus est. Noctu enim jussit cadaver, procul à castris abductum, multâ terrâ obruere: id solum cavens, ne à feris discerperetur. Causa erat, quòd Romanæ Ecclesiæ se conjunxisset. Imperium administravit annos 35. *juxta Funccium*: quàmvis alii plures numerent; qui tamen ad ætatis annos, a *Gregorâ* annotatos, minimè conveniunt. Successit huic filius Andronicus, sub finem hujus seculi: ideoque ejus historiam ad sequens referemus integram. Ad regnum Hierosolymitanum nunc accedimus.

DE REGIBUS HIEROSOLYMITANIS.

JOHANNES BRENNUS.

Plurimum periculorum rebus Hierosolymorum, universæque Terræ sanctæ, ob Almerici Cyprii, qui regium titulum præ se ferebat, ignaviam atque socordiam, imminere; cujus facile erat divinare: cùm, durantibus induciis decennalibus, Iconiensis Sultanus, Sataliam, Græciæ urbem, ea quâ Christiani in Asiam trajicere consueverant, vi captam, liberè spoliasset; omnibus incolis trucidatis: & Norradinus, Saladini filius, præsidium in monte Thabor, nemine etiam prohibente, ædificaret. Missis itaque indè ad Innocentium nuntiis, ne quid detrimenti Respublica capiat, providere rogatur. Pontifex Johannem, Brennæ Comitem, virum bellicosum, qui cum Gallis Venetisque Constantinopolim profectus fuerat, Regem designat; abdicato Almerico. Ille Ptolemaidem delatus, ab omnibus, tanquam Rex, summâ cum lætitiâ excipitur: eique Almerici Cyprii privigna, Conradi Ferratensis filia, Maria, quam Templarii Hospitalariique, tutoris titulo, in spem regni educaverant, uxor traditur. Nuptiis celebratis Tyri, cum conjuge, pridie Calend. Octob. anno 1209. regio diademate ornatur. Cyprius Rex paulò pòst, mœrore animi, extinguitur.

Præter inducias, Christianis eo locorum habitantibus,

pacem concessit. Norradini & Saphadini digladiatio: quæ per integrum durabat novennium; & Saphadini morte finem accepit: cùm Norradinus Alapiensi Imperio; alter Saphadini filiorum Corradinus, Damasco & Syriâ; alter verò Ægypto contentus esset. Interea Innocentius, Terræ sanctæ dominii avidissimus, Fridericum eâ conditione Romanorũ denunciaverat Imperatorẽ: si voto se adstringeret, subsidii Christianis in Asiâ adferendi. Indicto deinde apud Lateranum concilio, in id incubuit sedulò: ut Terræ sanctæ, quæ in præsentissimo versaretur periculo, haberetur ratio. Pollicetur tùm quisque suam operam. Missi sunt, qui pro concione, in omnibus provinciis, edictum proclamarent; adhortarentur populum, ac persuaderent magnatibus, ad capessenda arma. Rem inprimis strenuè juvabant, Halberstadiensis Salomon Herbipolensis, & Johannes Argentinensis, episcopi. Sed, dum Romanus Pontifex, ad pacem componendam, inter tumultuantes Pisanos, Genuenses, Mantuanos, ac Veronenses, (quorum robur conjunctum, plurimum emolumenti sacræ addere poterat expeditioni) profectus, apud Perusiam expirat; cui Honorius succedit: Fridericus Imperator, Italicis bellis impeditus, votum differre cogitur.

Assumtâ cruce, Theodoricus Trevirorum, Theodoricus Coloniensis, Siphridus Moguntinensis, Leodiensis, Herbipolensis, Bambergensis, Argentinensis, Bathaviensis, Eichstettensis, Petrus Parisiorum, Callerus Heduorũ. Jo dannes Lexoviensis, episcopi. Luduvicus Bavariæ, Leopoldus Austriæ, Duces, Comitesque plures, cum Florentinis ac Genuensibus arma induunt: Andream verò, Hungariæ regem, moram nectentem, per Columnam Cardinalem, ut votum exsolvat, Papa monet cogitque. Cui, omnium suffragio, belli summa demandatur. Annus tùm agebatur 1216. mensis verò November. Ad Ptolemaidem, quæ, amissis Hierosolymis, regia urbs erat, convenientes copiæ, tantis agminibus, magnam præclarè rei gerendæ spem, oppressis a Barbaris, Christianis fecerunt: qui eosdem summâ excepêre lætitiâ. Occurrit iisdem & Hierosolymitanus Patriarcha. Adfuit & Johannes Brennus Rex. At Ungarus, postquam se fluvio Jordane (nam juxta eum tribus locis castra posuerunt) lavisset; reclamantibus cæteris; tanquam voti religione se exemisset, suas copias domum reducit. Reliqui, ut cœperant, pergunt: ac motis castris, ad montem Thabor accedunt; & cujusdam adolescentis Sarraceni ductu, ad montis fastigium conscendunt. sed Boëmundo Tripolitano dissuadente, & hyemis violentiâ prohibente, quâ jumenta plurima interierunt; ab arcis expugnatione abstinent. Pòst in hyberna deductus exercitus: pars Ptolemaidem concessit. Austriacus, cum Brenno Rege, inter Cæsaream & Cajapham, promontorium occupavit: ex quo circumjacentia Barbarorum loca infesta reddidêre. Id Castrum-peregrinorum vocatum.

Sub veris initium, anni 1217. ex hybernis evocatæ copiæ, ad Peregrinorum-castrum, per Johannem Regem, cui jam summa belli erat commissa, convenire jubentur. Ibi omnes in id consensère, Ægyptum petendam: Damiatâque ad Nili ostium expugnatâ, facilem de aliis potiundis futurum laborem. Erat enim Damiata triplici muro cincta; ac derivato quodam Nili alveo, in longæ insulæ speciem obducebatur. Ptolemaide itaque classibus solventes, & prosperâ navigatione usi, ad Nili ostium feruntur: sed objectâ catenâ ferreâ, ab alveo Nili arcentur. Eâ verò virtute & arte perruptâ, Phaream, arcem munitissimam, ex quâ suburbium, mercatorum tabernas opulentissimas, & horrea præsidiarii milites tuebantur, expugnant. Magnam indè prædam acceperunt milites: quâ confirmati ipsorum animi, urbem magnâ contentione oppugnant; quàmvis Nili inundatione plurimum detrimenti caperent. Venerat obsessis auxilio Sultanus Ægyptius, Meledinus; oppositaque Latinis habebat castra, remi Nili alveo ab his divisa: unde illi commeatus, milites, tela, & omnia quæ usui esse poterant, invehendi facultas erat. Utque hoc subsidio spoliarent obsessos; omne belli robur in Sultanum vertendum statuunt. Eâ de re, per exploratores, hostis certior factus, fugam subitò capessit; omni in castris commeatu relicto. Latini, de certâ fugâ edocti, castra profugorum quoque occupant, injectoque ponte, utrâque ripâ flumen conjungunt: ut mutuo se-se auxilio defendere, & urbem arctiùs concludere possint. Soldani fuga, omnium Damiatæ civium animos miserè affecit. Soldanus, cùm alieno tempore Nilus excrevisset, se-seque alieno tempore in alveum recepisset; quo uno flumine felicitas ubertasque soli constabat; annonæ penuriam metuens, fratri Corradino, Damasci & Hierosolymorum Sultanu persuadet: ut, per oratores, sibi Ægyptioque pacis conditiones peteret. nam Damiatâ liberâ, brevi omnia recuperari posse. Corradinus, fratri morẽ gerens, Christianis pacẽ his conditionibus offert: Crucem sacrosanctam se restituturum; & quicquid de nostris in Syriâ, vel ipse, vel patruus Salahadinus, aut pater Saphadinus, cepisset. Placuere hæ conditiones Gallis, Anglis, & Italis; dicentibus, capta fuisse hæc arma, ut, quod in Syriâ summorum ducum virtute partum esset; id nobis ereptum recuperaretur, elueretur que ignominia. his restitutis, nullam restare belli causam. Reges, Ordinum Magistri, Austriacus, & qui aderant Germani, pacem aspernabantur: cùm contra Mahumeticam superstitionem hoc bellum susceptum sit. Horum sententiæ Pelagius Cardinalis, qui Columnæ successerat, adstipulabatur: ejusque autoritas obtinuit, ut re infectâ Damasceni oratores dimitterentur. Tùm Corradinus, omni spe retinendæ ultrà Hierosolymæ dejectus, eam muro exuit; & splendidiora ædificia & monumenta diruit: soli verò turri David, & Domini sepulcru, pepercit.

Durante per multos menses obsidione, novæ ex Italiâ copiæ accedunt; commeatum uberrimum, quo maximè indigebat exercitus, advehentes. Pœnitebat jam duces, se potiùs voluntati Legati, hominis togati & sacrificuli, quàm propriis consiliis, paruisse. Pelagius apud plerosq; malè audire cœpit. Sunt, qui scribant, eò quòd Hispanus esset, incredibili exarsisse desiderio, ac spem ingentem concepisse, suo ductu Hierosolymam recuperatum iri: maximè quòd in fatis esse diceretur, ex Hispaniâ venturum, qui illam de Barbaris tandem reciperet. Hinc ferunt tantoperè ipsum laborâsse; ne conditiones à Corradino acciperentur.

Aliquantò pòst Sultanus, à civibus rogatus novas clàm in urbem copias mittit: ipse etiam, cum ingenti exercitu, non usque-adeò longè ab urbe, considet. Nostri ad arma conclamant; magnoque impetu in hostium castra feruntur. Hostis, postquam exiguum numerum videret, castris excedit. Nostri, veram fugam putantes, relictam prædam auferunt. Sed dum pedem referunt, obviàm habent hostẽ: qui, impetu facto, missili igni plurimos combussit. Brennus Rex, eodem igne facie afflatus & deformatus, vix evasit. Cecidère hoc prælio non-pauci ex nostris duces.

Tertio die pòst, milites aliquot, prospecto urbis silentio, propiùs accessère portas; ut, quid fieret, explorarent. Sed cùm altum silentium in propugnaculis animadvertissent; custodes sopitos, aut aliâ causâ abesse, existimarunt. Regressi ad socios, scalas clàm muris admovent; eosque, nemine repugnante, superant, ac in urbem descendunt: effractâque portâ, universus exercitus, præter omnium opinionem, ingreditur, Nonis Novembr. anni 1218. eamque ex fame & peste vacuam, fœtentemque, reperêre. Ex septuaginta millibus enim, millia tria, non solidæ, sed adolescentioris ætatis, inventa. Quæ eâ lege vita donata; ut urbem purgarent. Viæ enim, vici, domusque cadaveribus refertæ erant. Qui labor in tertium mensem eos exercuit. Milites, prædâ amplissimâ acceptâ, in castris tamdiu commorati sunt: quò-usq; exactâ pestilentis morbi suspicione, cœli salubritas instauraretur. Curato aëre, sub Calẽd. Februarii, rursus urbem ingrediuntur. Sultanus, cùm nihil rebus afflictis auxilii ferre posset, discessit. Postquam Deo publicè gratiæ essent actæ: de agrorum divisione, in concilio Principum, & deducendâ coloniâ, actum est. Urbs Damiata Regi cessit, omnium suffragio. Non multò pòst & Tanis urbs, ab exploratoribus Christianis, occupatur.

Cùm

Cùm jam per annum ferè quieti, Damiatæ, desedissent exercitus: Brennus Rex, ambitione Legati Pontificii, in omnibus primas sibi vendicantis, irritatus; assumpto magno militum numero, Ptolemaidem concedit: ad compescendum, ut prætendebat, Milichalecaph, Saphadini filium; qui interim Templarios afflixisset, Albam speculam destruxisset, & castrum Saphet occupâsset.

Sed cùm apud Acconem, rerum omninò nihil agens, moram traheret; terque quaterque vocatus redire negaret: Honorius Papa, dissensione cognitâ; ne quid detrimenti ex eâ Respublica caperet; Johannem Cardinalem, ex Columnensium familiâ, Pelagio successorem mittit: quem Genuensium, Venetorum, Pisanorumque naves, in Syriam deportant, cum non-contemnendâ militum cohorte. Advenit, sub idem tempus, Ludovicus Bavarus, à Friderico II. præmissus: quem statim subsecuturum se, literis & ore, affirmaverat Imperator. Appulit & Matthæus, Apuliæ Comes, triremibus octo instructus. Legatus, absente Rege, in Sultanum milites ire jubet. Verùm illi dicto audientes non sunt: imò, sine Rege, non latum pedem se progressuros, sanctè jurant. Nam Meledinus, contentione nostrorum cognitâ, ad unius diei iter castra ab urbe locaverat; nostrosque ad pugnam sæpè subindè provocabat. Mittuntur itaque, communi nomine, Legati, ad Brennum revocandum: qui amicorum precibus tandem victus, cùm præsertim imperium exercitûs illi denuò offertur, Damiatam rediit; postquam decimum mensem abfuerat. Re, inter duces deliberatâ; sed variis sententiis. alii enim bellum Ægyptiacum prosequendum; alii de Hierosolymâ, & Terrâ sanctâ, bellum esse, contendebant. Tandem, mense Augusto, urgente Legato, imò fulmen papale minitante, ni parerent, in hostem itum est: quamvis id fieret præter militum voluntatem, quorum animus in Syriam magis propensus erat: quod Rex Brennus fieri suadebat.

Sultanus, nostrorum multitudinem conspicans, (erant enim ferè septuaginta hominum millia) semper simulato metu retrocessit. Hoc successu, Sacrificulus ille suum consilium summis efferebat laudibus. Omnibus, quæ inter Chairum & Damiatam erant, occupatis; milites ad Chairum (regni Ægyptiaci caput, & Sultani receptaculum erat) accedunt. Præsidiarii milites, crebris velitationibus nostros, locorum, rerum & temporum, ignaros, urgentes; eos inter Nili aggeres concludunt: cataractisque apertis; omnem regionem aquis perfundunt. Ipsi aggeres, per quos exitus patebat, à Barbarorum firmissimis præsidiis custodiuntur. Jumenta, & victui necessaria, aquis penitùs submersa sunt: omnia enim Pontus erant. Nec poterant nostri si ii, qui Damiatæ relicti erant, opem ferre. Orationes quidem indictæ: sed nihil impetratum. Videres multos tùm, triduano jejunio, somnoque concidere, ac aquis submergi: quod mortis genus omnium oculis obversabatur. Meledinus, ex admiratione virtutis & constantiæ nostrorum, dolorem, quem nostrorum calamitas adferebat, dissimulare diutiùs non potuit: ad Regē legatos mittit, pacem offerens. Nefarium enim sibi videri, si tantæ multitudinis cladem solem conspicere contingat: modò Ægyptius in libertatem pristinam restituatur. Nostri pacem amplectuntur; si sacrosancta Crux redderetur, & exercitus illæsus in tutū deportaretur: Tanaim præterea urbem, in Soldani potestate futuram. Sed Damiatam Sultanus petebat: quæ tandem ipsi tradita est; maximâ exercitûs parte contradicente, imò Legatum & duces diris devovente. Itâ restitutâ urbe Barbaris, tot irriti labores redditi sunt; & Latinorum quisque ad suos regressus est: concessâ iisdem, & à Corradino, Damasceno Principe, per octennium, pace. Acciderunt hæc anno 1221. mense, Septembri.

Brennus Rex, conductis Pisanorum navibus, Ptolemaide, constitutis ibi rebus, in Italiam trajicit: & Romam ubi venisset, in Sacrificulorum consessu, cui & Honorius Pontifex intererat, quo in statu res Syriacæ sint, exponit; auxilium sibi præstari, obnixè petit. Despondetur, eodem tempore, Friderico, Brenni filia Jolanta: & simul regni jura, & tituli, dotis nomine, ei offeruntur. Ex quo Fridericus, & qui deinceps in regno Siciliæ successerunt, Hierosolymorum Reges appellati sunt. Brennus Pisas deinde se contulit; totius urbis ingenti gaudio exceptus. Indè in Galliam, ad Philippum, lecto decumbentem, devenit: qui pauló pòst in fato concedens, sexagena aureorum millia, ex testamento, ad usum belli sacri, reliquit: eaque Brenno data est pecunia. Ab Anglo idem magnis muneribus donatus, in Hispaniam abiit: ubi Berengariam, Castulonensis Regis sororem, uxorem duxit. In Galliam reversus, Viennæ consedit; exspectans Friderici expeditionem.

Magnos, ex novis cum Friderico, Imperatore potentissimo, nuptiis, animos sumebant Syriam-incolentes Christiani. Corradinus etiam, ejusdem potentiam suspectam habens, Legatos ad Fridericum mittit, rata haberi federa, petitum: nihil quidem se de octo annorum induciis mutaturum; Christianorum res, in Syriâ, nullâ molestiâ affecturum; cuique Christianorum tutum fore, voti gratiâ, sacra Palæstinæ loca invisere, pollicetur. cæterùm, si bellum, quàm pacem, magis amet: Tartaros sibi non defore; qui operam ultrò offerrent.

Sacram expeditionem, contra federa. Honorius, non modò suadebat, sed & urgebat: minasque spirabat contra cunctantem Imperatorem. Verum pauló pòst in fata concessit. Succedit Gregorius IX. homo arrogantissimus: qui omnia sibi licere somnians, temerè in Imperatorem fulmen papale ejaculatur; quòd expeditionem sacram, de die in diem hactenus protraxisset. Interea Jolanta sponsa advolat: quæ, placato per Brennum Romano Caco; Imperatori, solenniter, uxor datur, in urbe Romanâ. Vix exinde annus erat elapsus: Imperator totum se sacro bello accingit; Cremonæ Italorum conventu habito, anno 1227. ac Papam, ut subsidio sit, hortatur. Eodem tempore, Jolanta, puerum enixa, in puerperio moritur: Heinricus verò filius, Aquisgrani comitiis celebratis, de bello ad Principes refert. Omnes, qui aderant, non modò operam promittunt; sed re-ipsâ mox præstant. Confluit ingens multitudo hominum, præconum concionibus excita, quæ cruce signata erat, Brundusii. ubi cùm pestis exercitum invasisset; Ludovicus, Thuringiæ Landgravius, occumbit. Venetos Papa conduxerat, qui Brennum deducerent. Imperator, ne Reipublicæ deesset, Maleacum usque processerat: ubi morbo correptus est vehementi; ut Medici omnem salutis recuperandæ spem abjicerent. Interim Papa domi, ut Imperatorem perdat, incumbit strennè: adeò ut Imperator, omisso bello sacro, ad suos recurrere, & afflictis rebus opem ferre, necessitate cogeretur extremâ: ut alibi diximus. His rebus sedatis, & recuperatâ classe, mense Augusto, anno 1228. Brundusio solvit; in Asiam trajecturus.

Mortuo interim Meledino. liberorum tutores, cum iis, qui Imperatorem præcesserant, ad biennium inducias fecerunt. Allatæ sunt & ad Imperatorem, in Cypro subsistentem, literæ: quas Romanus, Hierosolymorum Patriarcha, & cæteris ducibus, scripserat; ut sibi ab Imperatore caverent. Illum enim, se insalutato, excommunicatum, nec cum Ecclesiâ reconciliatum, trajecisse. vereri se, ne perfidum hominis ingenium, rem Christianam afficeret aliquo incōmodo, aut clade insigni. Domi interim Papa novas turbas excitat; infestādo Imperatoris absentis ditiones. Cūq; Rainaldus Bavarus, quē Imperator præmiserat Ptolemaidem, cū Soldano de pace agere cœpisset: Templarii Venetique, tumultu excitato, res Christianas prodi, exclamant. Rainaldus, oppressis seditiosis, urbe Venetos pellit. Supervenit Fridericus. Conditiones à Barbaris honestæ, nostrisque saluberrimæ, petitæ & oblatæ sunt. Priusquàm tamen, sacramento interposito, aliquid firmaret: ad Romanum Papam retulit per nuntios, ejus exspectans suffragium. Papa Legatos in conspectum non admisit; literas furiosè discerpsit: ac Imperatorem denuò anathemate ferit; nuntios ex Palæstinâ intercipi & trucidari curat; fingit, Imperatorem esse mortuum. Soldano scribit, rogatque; ne Terram sanctam Friderico restituat. Quas

quidem

quidem ad Fridericum Soldanus literas mittit. Tandem cum Sultano pacem init Imperator, his conditionibus: Fridericus Hierosolymorum Rex inungatur, ac habeatur. Ipsam urbem cum Palæstinâ sibi habeat: Nazareth & Joppen firmare, pro libitu, liceat: Eaque omnia, quæ in potestate Balduini IV. fuerant, & per Salahadinum ablata, restituantur: Captivi sinè precio in libertatem redeant. Soldano vicissim, templum Domini Hierosolymis integrum reservetur: præterea, quod Arabiam spectat præsidium, Crath nomine, insuper etiam mons regalis. Cæterùm, utrique genti pax in decennium esto.

Sic pace confectâ, Imperator Hierosolymam venit cum exercitu: ibique, ipso Resurrectionis dominicæ die, publicâ solennitate Rex coronatur. Verùm aberat Patriarcha cum clero, Pontificis Romani iram fortè metuens. Urbis muris reparatis, sacris ædibus restitutis; Nazareth & Joppe firmatis; & Syriæ Præfecto Rainaldo designato: ipse, duabus tantùm cum triremibus, in Apuliam rediit, quam Gregorius interea occupaverat.

Post Imperatoris abitum, Templarii & Veneti res novas moliuntur. Sed horum iratos animos Rainaldus, Genuenses & Pisani, suâ industriâ placant: illos verò pertinaces, omni provinciâ ejicit. Et Heinricus Cypri Rex, turbas dabat, Antiochiam sibi vendicans, post Principis illius obitum, qui legitimo hærede destituebatur: cuique Fridericus, Imperatoris filius, sed illegitimo thoro natus, per Rainaldum fuerat surrogatus. Sed in fugam conjectus est Cyprius.

Odio, ut apparet, Imperatoris, qui decennales cum Barbaris inducias nuper demùm confirmârat; missisque literis, Præfectis suis atque Rainaldo, ut omni bello in Saracenos abstinerent, præceperant: Pontifex, per Dominicanos & Franciscanos, classicum canit: &, ad sacram expeditionem, denuò multitudinem tantam exeivit; ut penè numerum excederet. quibus Theobaldus, Navarræ Rex, Armericus Monti-fortensis, Heinricus Campaniæ, Petrus Britanniæ, Comites, Anshelmus de Insulâ, præerant: penes Theobaldum verò summa erat potestas. Cumque naves haberi non possent: pedibus iter conficiunt; sed admodum infeliciter. Nam, præter insidias, quibus omnia erant plena; cum valetudine adversâ & fame conflictabantur. Post multos tandem labores, Bosphoro trajecto, in Bithyniam, ad Sangarium amnem, ventum; corpusque curatum est. Deinde Galatiâ emensâ, ad Halim fluvium substitère copiæ. nam Antitauri transitum prohibebant Suldani Iconiensis exercitus. Sed Monti-fortensis, cum cohorte præmissus, trucidatis Barbaris, vi perrupit. Navarrus Sultani castra oppugnat: sed repellitur. Nec tamen Barbari, suis castris egressi, pugnare audebant, propter nostrorum numerum. Nostri itaque, ne tempus tererent, sub noctem, tribus agminibus, in medium receptis impedimentis, Monti-fortensem sequuntur: robur verò exercitûs, extremum claudebat agmen. Barbari à tergo nostros, inediâ, lassitudine, & equorum imbecillitate pressos, vellicantes, in apertos campos eos retrahunt: magnamque in eis stragem edunt; cùm telis eos obruerent. Sed nox tandem prælium diremit. Nostri, ad signa se recipientes, noctu per angustias transeunt, illucescenteque die, Armeniam attingunt: tandemque Antiochiam veniunt, ex suis opibus, commeatu, & majore equorum numero amisso. Exercitûs etiam vix tertia pars supererat. Navi Antiocheni Principis conscensâ, Ptolemaidem deferuntur. Indè, Templariis ducentibus, Gazam tendunt: & ex populationibus magnas divitias acquirunt. Barbari, quibus, præter Friderici Imperatoris voluntatem hos exercitus advenisse, ipsiusque Præfectos, suos domi continere, non erat ignotum, milite hinc-indè coacto, insidiis apta occupant loca: revertentesque ex itinere, fessos & prædâ onustos, à tergo aggrediuntur. Nostri, abjectâ prædâ, hosti fortiter existunt, ac tandem in fugam e[illegible] conjiciunt, die jam inclinante. Sum[illegible] [illegible] Barbar[illegible]rum copiæ: qui[illegible] [illegible] nostri q[illegible] nocte [illegible] sub dio constiterant, congre[illegible] [illegible] Ca[illegible] & Americus atque He[illegible]cus. Navarrus [illegible]icio[illegible]ssimo equo impositus, fu-gâ vitam servat: & incertis itineribus biduum oberrans, tandem, transito Jordane, Joppen pervenit: perlustratisque Hierosolymæ sacris locis, paucissimis comitatus, domum rediit.

Etsi autem nemo sanæ mentis negare posset; tantam cladem, violati juramenti (cujus sceleris ipse Papa autor exstitit) pœnâ fuisse: non tamē ipse cessavit turbare pacē in Syriâ. Cumque, Itali Gallique, suo periculo cautiores facti, nihil tentaturi viderentur: Anglos, per suos prædicatores, ad arma capessenda, concitavit. Richardo, Cornubiæ Comiti, factâ de Imperio spe, si Friderico illud abrogaretur, persuasit, ut se ducem cruce-signatis præberet. Ille, paratâ classe, emensoque mari, in Sardiniam delatus; eandem depopulatus est. Congestâ in naves prædâ, Tyrum appulit; amissis ex tempestate, in mari Pamphilio, multis navibus. Hierosolymam ubi venisset, & ex Rainaldo de pace, quâ fruerentur ejus loci Christiani, cognovisset: nihil in Barbaros hostile tentare voluit, sed iisdem cum Friderico induciis subscripsit. Ne tamē inutiles prorsus sumtus fecisse videretur; particulâ quâdam sanguinis Christi, qui Hierosolymis servabatur, à Patriarchâ, vel magno Hospitalis Magistro, donatur. Dignam certè labore mercedem tulit.

Post Rainaldi obitum, Templarii classicum canunt contra Saracenos: minis persuasionibusque populum, ad bellum ineundum, nullâ federum ratione habitâ, cogunt. Quod cum Ægyptius Soldanus audivisset: Chorasmios (quos alii Grossonios) ex Babyloniâ in auxilium vocat. Qui, castris ad Gazam, nuper a Templariis restauratam & munitam, locatis, tandem eam expugnant, omnesque trucidant. Eadem & Ascalonæ fortuna fuit. Ad Jordanem verò tantam, in miserum populum, qui armatus ad Patriarcham, & Templi Hospitalisque Magistros, agminatim confluxerat, stragem edidère: ut ad internecionem omnes ferè deleti sint; paucis exceptis, qui cum ducibus Tyrum pervenerunt. Victores Grossonii, mox Hierosolymam petunt; eamque sinè labore occupatam diripiunt: & ad unum omnes, sinè discrimine sexûs & ætatis, cives mactant: urbemque penitus evertunt; nulli quantùmvis splendido ædificio parcentes, nec ipsi sacrosancto Christi sepulcro.

A Grossoniis illata clades, neminem non in Europâ turbabat. Fridericus Imperator quidem, aliquid opis rebus afflictis afferre potuisset: sed Imperio jam, crudelis Papa, non modò eum abdicârat; sed &, in ipsius excidium, omnes captabat occasiones: præterea auri vim permagnā, ab ipso in hoc bellum destinatam, respuebat. Ludovicus verò Gallus, periculoso morbo decumbens, cùm nullum à Medicis remedium superesse intelligeret: voto se adstringit, hanc se cladem ulturum; quamprimùm sanitati restitueretur. Non multò pòst, sanitate recuperatâ, Cluniaci cum Papâ suum consilium communicat. Addit currenti calcaria Papa. Legatos etiam mittit; qui concionibus suis populum arma accingere persuadeāt. Genuenses naves, ad transportandas copias, parant. Annus erat 1248. quo Rex bello se accingit: cui Fulco Guercius, Guilhelmus Dampetra Flandrus, Guilhelmus Barensis, Archenbaldus Borbonius, Robertus Bellovacorum Præsul, Guilhelmus Melletanus, Vindonensis Montifortensisque Comites, se adjungunt. Comitabantur quoque Regem, Carolus & Robertus, fratres. Papa Otthonem Tusculanum, Cardinalem, Legatum adjungit. Alfonso verò fratri, cum matre, regni tutelam Rex relinquit.

Rebus ad bellum necessariis paratis, Rex Lugdunum contendit, ubi Papa, metu Friderici, agebat: ejusque acceptâ benedictione, indè secundo flumine ad Fossas-Marianas (potiùs nomen est) pervenit: ubi Genuensium classis eum opperiebatur. Indè 8. Calend. Octobris solvens, post dies 28. in Cyprum delatus est. Cumque hyems, quæ navigationem impediebat, immineret, & onerariæ naves nondum appulissent: Alexii Cypri Regis jussu, copiæ in Cypri urbes divisæ sunt. Peste in hybernis absumuntur, Belvacensis, Montifortensis, Mellotus, Barensis, Borbonius, Vindocinensis, Drocensis; ex plebe, mille-centum,

Coëgerat interea magnam aur. vim, in belli facultatem. Heinricus Anglus: & G[illegible]elmum Longospatam cum electâ manu decernit; qui Gallum sequatur. Robertus quoque Burgundiæ Dux, instructâ classe, ac non-contemnendo militum numero, Regem sequitur. Sed is contrariis ventis in Peloponnesum delatus,in Atticâ in hybernis fuerat: sed Vere ineunte,cum Wilhelmo, Achaiæ Bithyniæque Principe,in Cyprum pervenit.Qui simul,postquam Ascensionis dominicæ festum celebratum esse[t], naves conscendunt: sed à contrariis ventis hinc-inde agitati in mari, tandem in Ægyptium pelagus ferunnir, ut Damiatam in conspectu habe[re]nt. Barbari, de nostrorum adventu multo antè edocti, Nil[i] o[stia] firmo præsidio muniunt. Quibus-cum nostri congre[ssi], eos in fugam conj[i]ciunt; trucidato eorum satrapâ. Eâ strage acceptâ, Damiatæ cives, superiorum annorum calamitatem recenti memoriâ recolentes, animo stauguntur; noctuque clam discedunt, subjecto priùs ædificiis igni. Nostri de certâ fugâ ed[oc]ti, urbis portas effringunt: ignem, mi[nimè] in locis erumpentem, exstinguunt: prædamque d[ive]rsissimam ovantes inter se-se partiuntur. Hæc tam inopinata victoria contigit nostris,anno Christi 1249.intra Calendas Junii.

Dum Damiatæ se continet exercitus; & tempus, quo Nilus se exonerare solitus est, instaret: Alfonsus, Regis Gallorum frater, cum recenti milite advolat, mense Augusto. Re itaque simul deliberatâ, non multò pôst contra hostem itum est. Præcurrens Robertus Atrebatensis, & per Nili alveum sinè periculo traductâ,cui ipse præerat. cohorte, hostium castra ad Maferam expugnat, & in fugam Barbaros agit: sed cùm acriùs longiùsque eos insectaretur,telo perfoditur. Ceciderunt, eâ pugnâ, Barbarorum clarissimi duces. Meledinus quoque Soldanus, qui Chairi lecto decumbebat,accepto tantæ cladis nuntio,animam exhalat.

Ad nostrorum adventum,mox Melexala, Meledini filius: barbaræ religionis Princeps, per Syriam Arabiamque, pro ferendo auxilio. Babylonium adietat. Io verò impetrato, magnis itineribus Chainim, post patris o[bi]tum,revertitur, Soldanusque salutatur. Interim nostri,ad Pharamiam considentes, eum pelle confligantur: quæ præstantissimos quoque abstulit, præterea,Barbaris N[il]i ostia obsidentibus, commeatu prohibenter: unde rerum penuria,diraque fames, subsecuta. Tandem,cum & ipse Rex morbo corriperetur, Damiatam repetendam esse, communi consilio decretum est. Sed cum, ob ægrotorum multitudinem mora necteretur: Melexala, cognito nostrorum consilio, viam ipsis intercludit; occupando medium, inter Damiatam & nostrum exercitum,locum, terrâ marique. Conflictûque facto, Patriarcha Hierosolymitanus, Ludovicus Rex, cum Carolo & Alfonso fratribus, in Barbarorum devenêre manus. Francus, jussu Sultani, per Medicos curatus, paulò pôst ex morbo convaluit. Ac utrinque de pace judiciisque tractatum est. Conditiones hæ fuêre à Barbaro propositæ: Ægypto exercitus deduceret Francus; Damiatam restitueret; octo Byzantiorum aureorum millia, in belli sumtus, à Franco numerarentur Soldano: Captivos omnes ex Ægypto, aliisque suæ potestatis locis, liberos emitteret Soldanus: In decennium pax utrique genti inviolata permaneret. Addidit Soldanus: si promissa unquam non impleret; hac perfidiâ Mahometum se pernegâsse. Eandem conditionem à Ludovico popoScit: jurare[t] s[c]ilicet, si fidem falleret, Christum Deum negâsse, se fateri.

Sed cum Damiatæ jam simul appropinquarent: Melexala à sicariis occiditur. Id verò, in Turqueminii, an Alapiensis Suldani factum sit consilio, nescitur. Ab exercitu verò Barbaro, Turqueminius uno ore Imperator, Dominus, Dux, & Soldanus, salutatur. Cumque is rem sitam, habito priùs Procerum consilio, principiò firmiorem pace, & acceptâ pecunia, quàm bello, fore videret: Reges, Galliæ scilicet & Cypri, Patriarcham, Duces omnes, ad eam diem, ubique captos, coràm si[bi] [sist]i [ju]bet. Pacta [illegible] novas conditiones offert. Rex, ex [illegible] aureorum Byzantiorum [illegible], quo Melexalæ pollicitus [illegible] præsenti quat[uor]-m[illia] numeraret: Damiatam T[urque]minio restitueret: Saracen[o]s per totam Syria[m] [illegible] vos ubi-ubi lo[c]o[rum] [illegible] pote[st]ate Chr[istianorum] essent, nuper v[ic]tos, aut etiam à federe Soldani [illegible] cum Fri[derico] II. i[n]ito, in servitutem redactos [illegible] ad suos red[i]re [p]ermitteret. Vice versâ Turqueminius, cuju[s]cunque conditioni[s] ætatis [n]ationi[s], in [quo]cunque loco captivos haberent Ægyptii, ab eo tem[po]re, quo inter F[ri]dericum ac Saracenos pax inita fuerat, liberos omnes sine pretio dimitteret: Urbes, opp[id]a, præsidia,pagos,f[undos] bon[a]que omnia a[c] jura,q[u]æ Christiani,antequam rex Francus in Syriam transiisset, possedissent, i[n]tacta [illegible] Saracenis [illegible] tenentur: Res, æs, a[ur]um, argentum, supellectilia, mobiliaque omnia, ju[m]enta, greges, quicquid denique in urbe Damiatâ [ha]berent, tutò[que] po[s]siderent titulo, id omne salvum integrum[que] [illegible] restitueretur: ea vendere, d[illegible] here[illegible] [illegible] [illegible] veni.. Saracenorum, Christianis fas fore[t] Æ[gy]pt[o] [in] urbe, donec sanitatem recuper[ar]ent ho[illegible] [illegible] concessum: Abeuntibus, ma[illegible] [illegible] [illegible] [d]umben[illegible] [illegible] [illegible] istrahentibus, tutum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: Pedestri itinere Syriam petentes, forti[illegible] [illegible] apud Saracenos [illegible], ab turos.

Damiatâ re[c]eptâ, Turqueminius pacis capita per præconem e[di]cta, d[ilig]enter in lucias, inter Christianos Saracenosque Ægyptios, proclamari, facit. Tandem, re[illegible] con[illegible], & solutione æris facta, per Genuensium classem in Syriam i[ll]i deportantur. Cæterum Saraceni eorum nihil quæ in federibus expresserant, præstitêre. Ludovicus tandem,perlustratis locis sacris, Cæsareâ restaurata, Joppen pergit: ubi annos ferè quatuor commoratur: eamque vallis muris[que] [illegible] contra hostium insultus, cinxit. Utrumque [v]erò fratrem,in Galliam præmisit. Tandem & [illegible] [illegible] prout ferebant tempora, constitutis, subsequitur,sexto,postquam abierat,anno.

Cæterum nostris, in A[si]â laborantibus, [illegible] rumor enim [pe]r universam Europam,præter opinionem citius, increbuerat) Anglus operi ferre decreverat; jamque in armis erat: sed cùm per Innocentium IV. de factis induciis cer[t]i[o]r fieret,ab incepto des[tit]it. Confluxit, [ad] eundem rumorem,& adolescentum quædam ex Germaniâ cohors [illegible] bus pastorum opilionumque manus se adjunxit; pe[r] Angelum, ad sacrum bellum se excitos, impudenter profitentium.Hinc Pastorellos se vocabant. Ducem autem sequebantur Ungarum quendam: quem Magistrum suum appellabant. Sed cùm in Sacerdotes Monachosque Judæos, aliosque ut[c]unque [obvios] homines nihil-non malefici perpetrarent;cùm per Bituriges iter facerent; ad unum omnes trucidati sunt;haud longè à vico,qui Mortuum-mare dicitur. Novamque villam & Biturigum urbem interjacet. Exstat de hac re distichon tale:

M.semel.& bis C.L.I. conjungere disce,
Dixit Pastorum sæva Megera necem.

Dum autem, à Barbaris,nostr[i]s in Syriâ quies concedi[tu]r: mutuis se vulneribus ipsimet conficiunt. Nam [Vene]ti & Genuenses, Ptolemaide degent[es] de suis p[rivile]giis, & Sabbæ monasterio, concertant & post [mul]tas cædes, utrinque factas, Veneti tandem ej[ici]ntur. [Ill]i [r]e[-]modarmati Ptolemaidem accedunt: Genuensium naves in portu hærentes, opprimunt; expo[li]ant; tandemque Vulcano committunt: D. Sabbæ ædem incendunt: Genuensium publica & privata ædificia diruunt. Genuenses à suis popularibus, qui nuper Tyri appulerant tr[i]ginta-duas triremes accipiunt: initoque prælio sed valde infeliciter, cum Venetâ classe, omnes illæ interceptæ sunt. Sæpiùs deinde iidem atrocibus prœli[is] di[m]ica[run]t. decennio illo, quo bellum illud duravit,tandem,C[lemen]tis IV. autoritate. & fame urgente pac[e]m amp[lexi] [illegible] sunt utrique.

Sed, dum illi [illegible] adiantur, Saracenis bellum facit Mango, Tartarorum Princeps, & apud Chatejam Imperator: consilio Aitonis Armeniæ Regis: cujus suatu & Christo prius nomen dat; quo à Christianis auxilia habere possit. Persuasus Mango, exercitum cogit: & Haalonem fratrem Imperatorem designat. Is, Tanai fluvio trajecto, & Imao monte superato, in Persidem venit: eamque spatio semestri subigit; exceptâ Samarchandâ. ad quam cùm reliquisset decies-mille equites: post annos 27. tandem ea in obsidentium potestatem venit: cùm vestibus destituerentur obsessi, ob continuatam per tot annos obsidionem. Cum reliquâ verò multitudine, in Assyriam movet Tartarus: Baldacam urbem, quæ Babylon est, expugnatam diripit; cives trucidat: Calyphanı, tyrannum avarissimum, inter medios auri acervos collocatum, fame necat. Mesopotamiam postea ingressus, Alapiam obsidet, expugnatque. Edessâ etiam & Samosatâ subactâ, in Syriam contendit: ubi Antiocheno regno per Saracenos ademta recuperat; præsidiisque munit. Cumque frustra semel atque iterum Damascum tentâsset: Alapiensem Sultanum, quem vinctum circumducebat sub ipsis mœnibus, in frusta concerpi jubet; in filii terrorem, qui urbi præerat. Sed cùm hoc tristi spectaculo, neque filius, neque cives moverentur: acriùs eam oppugnavit; ac tandem vi cepit: extinctâque Alapiensis factione, Abaganı filium urbi præfecit. Hinc, cùm fratrem Mangonem mortem obiisse cognovisset: domum, ad capessendum ejus regnum, hæreditario jure sibi debitum, redit, sexto expeditionis susceptæ anno.

Hortator fuerat Urbanus IV. ad bellum sacrum denuò suscipiendum, missis hinc-indè per Cardinalē literis, Gallis, Germanis: qui, suis malis edocti, non-nihil jam abhorrere videbantur. Sed vicit Cardinalis persuasio. Ea Galliâ enim, duce Guidone, Altisiodorensi episcopo, copiæ missæ, Viterbium usque deductæ sunt. Sed vide Romanorum Præsulum calliditatem, quâ miseris hominibus imponunt. Nam eundem militem, indè contra Manfredum, Siciliæ regem, cujus regnum sibi vectigale esse volebat, mittit.

Mortuo tùm Urbano perfido, Clemens IV. succedit. Cumque is non minori odio, contra Friderici progeniem, flagraret; Carolum Andegavensem, Siciliæ ac Hierosolymæ Regem declarat, ac diadema illi imponit, imposito ei vectigali, quadraginta in singulos annos millibus aureorum, Romanæ curiæ pendendo. Carolus, subacto Siciliæ regno, ad alterum quoque animum adjiciebat. Fiunt, jussu Papæ, passim conciones: quibus ad arma homines concitantur. Confluit undique, ex Germaniâ, armata manus: quæ, Genuensium classe conductâ, Ptolemaidem deportatur. Indè Cæsaream commigrat: quæ urbs hosti vicinior erat. Duces horum erant, Sifridus Monachorum, & Hermannus Scalariorum, (præpotentes hæ duæ apud Rauracos familiæ sunt) principes.

Præerat tùm Damasco Guirboca, (quem Agaba, post Haalonis patris obitum, suo loco constituerat: ipse enim ad Scythas profectus, paternum administrabat regnum) à Christianis non-alienus; cuique, in ipsorum subsidium, decem equitum millia Haalo discedens reliquerat. Sed suâ eum temeritate alienarunt; cùm ejus nepotem occidissent nostri: cùm ab ipsis, ex Saracenorum agris redeuntibus, prædam abreptam minis extorquere conaretur. Guirboca, hostis factus, Cæsaream expugnat; direptamque incendit. Germani, armis viâ factâ, Tyrum Ptolemaidemque se recipiunt; Gallorum Anglorumque adventum præstolaturi.

Non multò pòst, Melechemus, Turquemenii apud Ægyptios successor, Tartarorum in Syriâ dominium minimè è re suâ futurum, facilè perpendens, principiis obstare voluit: Damascenamque provinciam cum validissimo exercitu ingressus, ad pugnam Guirbocam provocat; eumque cum copiis trucidat. Qui superérant Tartari, in Armeniam fugerunt. Sed dum, ex tantâ victoriâ, supremū Christianis Syriacis extermin[illegible] jam imminere videretur, à suis trucidatur Melech[illegible] cui Bandodacar successit: qui etiam inopinantes, & securos opprimere cogitabat Christianos.

Non-parùm expeditionem sacram, à Carolo suscipiendam, remorabatur Clementis obitus, & quod sedes Romana rectore, qui negotium urgeret, destitueretur. Sed Francus, cui præ cæteris periculum nostrorum in Syriâ cordi erat, Heinricum Anglum belli socium adsciscit: Genuenses, de transportando exercitu, solicitat. Dum hæc fiunt; Bandodacar Antiochiam invadit, (aberat autem Cunradus Princeps, Friderici filius; qui in Sicil. à Cunradino suppetias ferebat) eamque capit: arcem solo æquat, urbem succendit. Hoste abeunte, & citatis itineribus in Armeniam contendente, ut ita inopinantes opprimeret: Christiani, ex latibulis hinc-indè proreptantes, igni restinguunt; urbemque restaurant. Per Armeniam, cùm abesset Aiton, (nam Abagæ, in obsidione urbis Corrigiæ, opē ferebat,) liberè vagatur, non sinè maleficio, Ægyptius. Sed cùm & io Turcorum regnum, quod Tartari tenebant, impetum faceret: non-exiguam exercitûs partem amittit; indéque repulsus, domum redit. Mittuntur tùm ab Armenio Tartaroque, ad Gallum Anglumque Reges, Legati: qui iter maturare jubeant; ipsiq; auxilia & subsidia maxima polliceantur.

Convenerat inter istos duos Reges: ut alter in Africam; alter in Syriam iret. Francus, (quem Philippus Pulcer, & Johannes Tristannus, filii, Theobaldus Navarrorum Rex, gener, Alfonsus frater, Guido Flandrensis, comitabantur) ad Aquas-mortuas à Genuensium classe exceptus anno 1270. Calend. Martiis, in Africam migrare parat: multis, quibus hactenus Regis consilium cognitum non fuerat, frustra contradicentibus. Carthaginem delatus, urbem haud-magno labore expugnat. Ad Tunetim verò, quæ menses sex obsidionem sustinuit, Gallos pestis invasit: quo malo Tristannus, post hunc ipse Rex, & Legatus pontificius, interierunt. Ex horum interim, obsessi ferociores facti sunt. Sed cùm Carolus, Siciliæ Rex, & Heinricus, Cornubiæ Comes, cum recenti milite supervenirent: Mulenes (Principis Afrorum nomen est) pacem petiit. Cui Galli leges dictant: Ut sanctos viros, qui de Christo publicè verba facerent, in urbem reciperent: Si quis Afrorum nostram profiteri religionem vellet, initiandi lustrandique illi potestas fieret: Quadraginta aureorum millia, Siciliæ Regi, quotannis Barbarus numeraret: Captivos Christianos dimitteret: Impensam belli, auro recompensarent. Recepit auri partem Carolus; induciis juramento in decennium pactis.

Edovardum atque Eadmundum filios, Heinricus Anglus in Syriam mittit; milite, armis, & commeatu, instructos liberalissimè. Datur his consiliorum gubernator Theobaldus, Leodiensis archidiaconus, Apostolicæ sedis Legatus. Sed dum Ptolemaide subsistunt, ex Africâ majores copias exspectantes: à quodam sicario tria infliguntur vulnera Edovardo; ex quibus vix longo tempore convaluit. Cumque ex Africâ copiæ non venirent, omnemque spem bene-gerendæ rei amissam videret Edovardus: factis cum hoste induciis, in Italiam rediit.

Gregorius X. afflictis Hierosolymorum rebus ex animo consultum cupiens; Rodulphi Imperatoris electionem eâ lege ratam habet, ac inaugurationem promittit: si Hierosolymitanis rebus opem ferret; seque exercitûs ducem præberet. Ad id bellum, Imperatori data ducenta aureorum millia. Decimæ tùm sacris profanisque, viris ac rebus, à Papâ imperatæ, in sexennium. Sacris militibus spes vitæ æternæ, præmii loco, promittitur, per præcones passim vagantes. Sed cùm jam effluxissent menses decem & octo: Papa, moræ pertæsus, Imperatorem, ut promissis staret, admonet, non-obtemperanti fulmen minatur, & Imperii abrogationem. Sed non-multò pòst terrificum illum Papam mors abripit. Longiorem deinde moram injiciunt Bohemus Bavarusque; quibus cum Imperatore bellum erat; Veneto-

rum,

rum, Pisanorum, Florentinorum, atque Græcorum, digladiationes.

Post bellum Bohemicum, Imperator Heinricum, Mechelburgensem principem, sacræ militiæ præficit, validâ militum manu illi additâ: eumque in Syriam mittit. Is ex Ptolomaide crebras, in Damascenorum provincias excursiones faciens, igni ferroque omnia populatur, prædasque aufert ingentes. Quem Barbari, cùm aperto Marte resistere non possent; tandem dolis circumventum, dum prædas ageret, capiunt. Ad Soldanum [illegible] totos sex ac viginti annos in captivitate detinetur, cum Martino famulo. Saraceni Antiochiam invadunt; universam penè delent: hominesque vinctos abducunt. Indè in Armeniam redeunt: sed malè ibi tractati, in fugam conjiciuntur. Bandodacar verò, telo ictus, semivivus in castra, quæ ad Armeniæ fauces collocaverat, à suis reportatur. Damascum cùm venisset, cum viginti-millibus captivis, quos Antiochiæ & alibi vinxerat, paulò pòst ex vulnere mortē obiit. Cujus mortem ulturus Helpis filius, Armeniis bellum infert. Sed cùm a nostris negaretur ipsis auxilium; Abagæ Scythæ opem implorant. Mittuntur in Syriam triginta equitum millia: quibus Mandogamor, Abagæ frater, præerat. Tantâ hostium multitudine territus Helpis, munetibus apud Ducem, ut Armenios deserat, obtinet. Initâ itaque pugnâ, cùm jam ad Armenios inclinaret victoria; Mandogamor pugnâ excedit: Armenii verò cæduntur; amissâ Hamâ, aliisque Syriæ urbibus. Abaga reversos suos ignominiâ notat; ut per omnem vitam habitu vestituque muliebri uterentur: duces verò, & fratrem, securi percussit.

Aliquantò pòst, Syriacis Christianis, Abaga & Tandogar, fratres, bellum intentabant: sed domesticis insidiis oppressi sunt. At Melechsaites, qui Helpi nuper successerat, Marmeam (quæ & Mergathum dicitur, & ab Hospitalariis tegebatur) obsidet; & tandem cuniculis suffossam evertit: cùm obsessi, incolumitatem pacti, priùs emigrassent. Urbe deletâ, arcem communiunt Barbaris. sed cùm, cœli inclementiâ impediri, bellum persequi non possent; patrios lares repetunt, anno 1285. quo & Carmelitarum familiam, idem Melechsaites Syriâ expulit: quod a Romano Honorio album pallium recepissent.

Melechsaite extincto, Alphir rebus Saracenorum præficitur. Is, cùm in Occidente omnia bellis ardere, per exploratores cognovisset, Tripolim obsidet: quâ per cuniculos expugnatâ, & solo æquatâ; anno 1289. Sidonem, & Berytbum, captas & spoliatas, diruit. Tyrum, tertio obsidionis mense, conditionibus capit: civesque cum rebus, quas jumentis aut navigiis auferre potuerunt, omnes incolumes abire permittit. Demum receptis præsidiis, urbibus oppidisque omnibus, à Christianis in Syriâ habitatis, (Ptolemaide exceptâ, quò Syriæ incolæ, tanquam in asylum quoddam, confugerant) nil nostris reliquum in provinciâ fecit. Post captam Tyrum, quinquennales cum Venetis, ac reliquis Christiani nominis Principibus, inducias fecit: ne, extremo Christianorum excidio, Occidentalium animos prorsus exacerbaret.

Nicolaus IV. tantis calamitatibus motus, Principes, ut opem ferant, solicitat. Rudolphus Imperator aliis bellis occupatur. Francus & Gallus, prætextu belli sacri, argento suos emungunt, opem nullam ferunt. Papa quingentos equites bene-armatos mittit. Præterea, Brundusium, voluntariorum militum numerus non-exiguus, confluxit. Erat Ptolemaide magna hominum colluvies: armatorum millia ferè quinquaginta; imbellis sexûs & ætatis quadragies-mille. Rapinæ, cædes, stupra, adulteria, aliaque scelera, committebantur tùm plurima; & quidem impunè. Ipsi enim Duces inter se dissidebant: cùm quisque eorum regni Hierosolymitani titulos sibi arrogaret. Hominum itaque furores, divinas pœnas accelerarunt. Quare, cùm intestinis factionibus omnia essent plena; & promissa militibus stipendia non numerarentur: ex rapto vivere necesse habuerunt. Excursiones igitur in finitima Soldani loca agunt; igni ferroque omnia depopulantur, spoliant; homines pecudesque abigunt. Soldanus prædam repetit, & fœderis violatores sibi tradi postulat. Sed nec præda redditur: nec Legati benignè audiuntur. Irritatus hac ferociâ Soldanus Emileth, Araphum filium cum centum & quinquaginta armatorum millibus, ad obsidendam urbem, mittit. Hostis statim cuniculos agere incipit; ac quandam turrim prosternit. sed pòst [illegible], ab incepto [illegible] desistere coguntur. Aperto itaque bello, urbem Barbarus oppugnat: muros arietibus concutit. Moritur tùm Araphi pater, apud Damascum. Araphus absens, Soldanus salutatur à Saracenis: cumque paternæ copiæ advolarent; reliquæ arctiùs urbem cingunt. Obsessi, summam belli Petro, Templi magistro, demandant. Araphus, extrema tentaturus, deditionem priùs postulat, omnibus liberam abeundi potestatem datum iri, Principibus dona, & militibus stipendia, promittit. Respuit ea Petrus. Oppugnatur urbs: &, dum a mœnibus hostem rejiciunt incolæ; Petrus, venenato telo ictus, occumbit. Concidère tùm & obsessorum animi. nemo enim, qui commodè rebus præfici posset, erat, licèt multi ambirent. Multi præterea, clam & apertè, confictis [illegible] causis, urbe excedebant. Hæc cum Barbaro ignota non essent, urbi propiùs admovit exercitum: ac proximum a Soldano honoris gradum promittit ei, qui primus urbis mœnia conscendisset, cæteris urbis prædam. Hæc cùm ex[illegible] obsessi, imbellem turbam senum & parvulorum, in Cyprum [illegible] [illegible] mittunt. Discedit & Patriarcha: seu fluctibus [illegible] obruitur. Mansère tandem duodecim [illegible] quæ [illegible] defensioni sufficere videbantur. Hostis, de Christianorum fugâ certior factus, majore urbem oppugnat impetu: murosque conscendit; ac urbe potitur. Trucidatis verò ad unum omnibus, quos reperire poterat: tandem urbem, ablatâ priùs prædâ, ità solo æquat, ut ne indi[illegible] [illegible] ullum aut monumentum urbis, extaret. Incidit hæc clades in annum 1291.

Amissa sic Ptolemaide, nihil deinceps Christiani in Syriâ reliquum mansit. Sed per Cassanum (alii Chaganum vocant) Tartarorum Principem, (qui, repudiatâ Mahometi lege, Christianum amplexus erat cultum) Armeniorum & Georgianorum ope, Saraceni totâ rursus Syriâ expelluntur, anno 1298. Qui Hierosolymam etiam, in potestatem redactam, restaurat cum ipso templo: eamque Armeniis Georgianis, cæterisque ex Cypro, & latebris, convolantibus Christianis, habitandam concessit.

Idem & Heinricum, Mechelburgensem Principem, quem suprà captum diximus, tum temporis è custodiâ diuturnâ dimisit, cum cæteri captivis. Quamvis Autores aliam illius liberationis rationem tradiderint: quæ etsi non adeò verisimilis videatur; tamen hoc loco eam interseri, non-absonum duximus. Contenuerat optimus Princeps, in pedore & squalore carceris: cùm, extincto tyranno, ex Mamaluchis, præficeretur regno Ægyptio Germanus quidam. Is statim Ducem ad se vocare jubet; ac, cùm instaret ipsa dies Natalis Domini, ità hominem affatur: *Nonne sacrosanctam Nativitatis tui Christi memoriam apud tuos te celebrare res jucunda tibi videretur? Novi enim superstitioni Christianæ te adeò deditum, & religionis, quam libertatis majorem sollicitudinem te gerere.* Rectè ais, inquit Heinricus, *Rex optime. nam ipsa libertas nihil omnino esset, nisi, incarnatione sua clementissima, captivitatem nostram abstulisset. Quantum igitur huic memoriæ debeant omnes; vellem, ô Rex, ipse intelligeres. Sed optare liceat mihi: utinam etiam te persuasum possem debite reddere!* Tyrannus ad hæc: *Dii meliora! Memini enim, cum apud Knese [illegible] Parentem tuum, in Livoniâ, machinamentum præessem in hostem stragem ingentem facerem, ac illi navarem operam haud-inutilem, persuasione Christiana me omnino add[illegible] fuisse: sed jam, relicto errore communi, privatam fortunam etiam mutasse. At de religione mihi tecum nulla contentio, de pietate nulla mecum tibi altercatio [illegible] libertate tantum sermo*

Cuperes ergo esse liber, atq; ad tuos reverti? Hac natura petit; negat fortuna: (inquit Heinricus) *qua tamen ex tuo arbitratu pendet. Cupio quidem domum redire. quod si a te mihi negabitur, æquo animo ferendum erit: cùm Anastasia uxor, Heinricus, Leo atq; Johannes filii dulcissimi, procul-dubio justa Parenti jam-dudum persolverint, defleverintq; mortuum. Erras* (infert Tyrannus) *mihi exploratum habeam, te tuis vivos adhuc perdurare, tuis notum esse, indiesque eos reditum tuum ardentissimis votis exspectare. Debeo quidem Parentis tui memoriæ multum: libertatem itaq; tibi hodie largior.* His dictis, exornatum muneribus, & Martino famulo bene-donato, liberum abire permisit. Qui cùm Ptolemaidem venisset; ac conscensâ navi in Cyprum abiret: iterum interceptus à piratis, ceu fugitivus, Soldano traditur. Misertus hominis optimi Soldanus, eum iterum dimittit; ac navi paratâ, in Cyprum deducere jubet. ubi reginæ munificentiâ, ære, commeatu, equis, & servitiis, instructus splendidè; Massiliam, ad amitam, quæ Reguli Massiliensium uxor erat, navigio trajicitur. Tandem postliminiò domum reversus, apud suos, in magnâ existimatione, diem clausit extremum.

A Rebus Hierosolymis dispositis, quarum gubernationem Molai attribuit Cassanus, Damascum exercitum ducit: sed cives territi, deditionem faciunt. Urbem Capcapo custodiendam tradit: cùm ipse ob intestinum bellum, domum revocaretur. Discessurus, utrique in mandatis dat, ut ad occidentales Principes legatos mittant: qui fedus cum Christianis ineant; ut, communi animo consilioque, sacrum regnum recuperetur. Tyrus etiam aliquantulùm restauratur, & Christianis traditur. Verùm B ambitione & contentione cum Franco, Bonifacius Pontifex res Syriacas perdidit: quæ facilè recuperari potuissent. Capcapus etiam à Tartaro pòst deficit, & Ægyptio Sultano conspirat. Molais, impar tantis viribus, in Mesopotamiam abit: Tartarorum supplementa, & Armeniorum auxilia, acquirit. Saracenus, de ejus abitu certior factus, Hierosolymam, quæ milite defensore carebat, occupat; sacra loca polluit. Eversa præterea sunt alia oppida. Redit tùm Molais, cum triginta equitum millibus. sed Capcapus fugâ sibi C consuluit. *Continuator historiæ Belli sacri.*

CENTVRIÆ DECIMÆ-TERTIÆ FINIS.

LOCORUM S. SCRIPTURAE QUI IN DECIMATERTIA ECCLESIASTICAE HISTORIAE *Centuriâ explicantur*, INDEX.

LOCORUM SCRIPTURAE FINIS.

RERUM ET VERBORUM IN DECIMATERTIA ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ CENTURIA præcipue memorabilium, INDEX.

quomodo

filius

MONACHI HUJUS seculi

MONASTICI ORDINES hoc seculo in[illegible]

N

O

Promissio-

SCHISMATA.

INDICIS CENTURIÆ DECIMÆ-TERTIÆ FINIS.

BASILEÆ,
Sumptibus & typis LUDOVICI REGIS.

Anno Salutis per Christum recuperatæ
MDCXXIV.